00079844

BOMBAY BRANCH
OF THE
ROYAL ASIATIC SOCIETY.
TOWN HALL, BOMBAY.

Digitized with financial assistance from
Observer Research Foundation
on 17 May, 2019

0
937.07
Cas/Ton
79844

00079844

ΤΩΝ

ΔΙΩΝΟΣ ΤΟΥ ΚΑΣΣΙΟΥ

ΤΟΥ ΚΟΚΚΗΙΑΝΟΥ

ΡΩΜΑΙΚΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ

CASSII DIONIS

COCCEIANI

HISTORIAE ROMANAE

QVAE SVPERSVNT

VOLVMEN II

76844

QVOD COMPLECTITVR

LIBROS DIONIS LV — LX.

PASSIM MVTILOS ET BREVIATOS

CVM ANNOTATIONIBVS

IOANNIS ALBERTI FABRICII

ET NONNVLLIS ALIORVM

LIBROS ITEM DIONIS LXI — LXXX.

EX COMPENDIO IO. XIPHILINI.

CVM ANNOTATIONIBVS

HERMANNI SAMVELIS REIMARI

QVI ET VBIVIS

FRAGMENTA REPERTA SVIS LOCIS INSERVIT

VARIAS LECTIONES ET ANNOTATIONES SVBIECIT

VERSIONEM CASTIGAVIT

APPARATVM ANNOTATIONVM ET EMENDATIONVM

CVM INDICE GRAECO ET LATINO ADIVNXIT.

OPVS

EMINENTISSIMO AC REVERENDISSIMO

ANGELO MARIAE CARDINALI QVIRINO

BRIXIAE EPISCOPO ET BIBLIOTHECARIO VATICANO

OB SVMMA IN ILLVD MERITA INSCRIPTVM

HAMBURGI

SVMTIBVS CHRISTIANI HEROLDI

CIↃ IↃCC LII.

14

CASSII DIONIS

HISTORIAE ROMANAE

VOLVMEN II

AD

ERVDITVM LECTOREM
PRAEFATIVNCVLA.

Accipis jam alterum Volumen Librorum DIONIS, qui partim mutili & laceri, partim contracti tantum ad nos pervenerunt. Nam in libris LV — LX. non ſolum lacunæ inſignes ſunt, quarum illa eminet, quæ ex decem annorum DCCXLVII — DCCLVII. hiſtoria paucula modo & male cohærentia impertit; ſed ea etiam, quæ utcunque continuo filo procedunt, preſſius, pro ſtilo Dionis, narrata videntur, ex aliquo Dionis compendio Xiphilinianum præcedente. Et vel ſic poſtrema Claudii acta inde ab A. V. C. DCCC. p. 965, 14. de verbo ad verbum ex Xiphilino transſcripta leguntur, procul dubio, quod & Dio ipſe jam, & breviator primus, ibi deficerent. Xiphilini vero totum opus, adeoque & libros LXI — LXXX. ex eo hic petitos ſupplendo Dioni, conſtat nihil exhibere, præter compendium ſatis anguſtum amplioris operis Dionii; quanquam ſtilum ejus & verba accurate exprimens.

Fuit hoc inſtitutum Jo. Leunclavii, viri de literis omnibus & de Dione meritiſſimi, ut abruptæ Dionis hiſtoriæ, quæ usque ad librum LX. tantum, Roberti & Henrici Stephanorum opera, proſtabat, ex ſeparatim edito Xiphilini breviario reliquos libros XX. poſtremos adjiceret, una cum fragmentis plenioribus, quæ Urſinus ediderat, quæque ipſe ſub Theodoſii nomine, ex Sylburgiano codice, aliquanto emendatiora poterat dare. Id vero inſtitutum Leunclavius vivus exſecutus tantum eſt, edita verſione Latina Dionis & Xiphilini, quanquam fragmentis etiam græce adjectis; ſed Wechelii heredes poſt ejus obitum Græca ubique Latinis adjunxerunt, editione quæ hanc ſesquiſeculo fere præceſſit.

Equidem hactenus Leunclavium putavi ſequendum; imo amplius etiam in eo, ut priores Xiphilini libros, quos integros & pleniores jam a Dione habebamus, prorſus omitterem, annotata tantum varietate lectionum. Quid enim juvaret, paucioribus verbis eodem loco legere, quæ pluribus expoſita quivis optat, habetque jam ante oculos? Verum in hoc forte magis conſulere Lectori poterant Wechelii, ut fragmenta, omiſſis Xiphilinianis, quæ eadem brevius continerent, ſuis locis aptarent & inſererent. Ex hac enim negligentia fit, ut non ſolum bis legantur eadem, ſed & pleniora illa extra nexum, quæ quo referri debeant tanto minus apparet, quo magis plura ſæpe junctim, imo in vita Caracalli & Macrini aliud aliudque, & rurſus aliud aliudque, denique duodecim una ſerie exhibentur. Dedi igitur operam, ut cuivis fragmento propriam & nativam ſedem, cui poſtliminio ſine ulla vel verbuli jactura aut mutatione reſtitui poſſet, invenirem; vel ſi abrupta nimis eſſent, ut certe temporis ordine ſingula collocarem: uncisque omnia hæc incluſi, ut a ceteris vulgatarum editionum Dionis & Xiphilini diſtingui poſſent. Acceſſerunt nobis, quæ Leunclavii ætate nondum vulgata erant, Fragmenta Dionis inſignia ex Peireſciano codice, ab Henrico Valeſio Viro Doctiſſimo cum annotationibus edita; tum & quæ ex Urſini membrana vetuſtiſſima librorum LXXVIII. & LXXIX. quantumvis mutilata, poſt Urſinum typis exſcribi curavit Nic. Carminius Falco. De quibus poſterioribus ſcire velim Lectores, me columnas Codicis dimidiatas, ita ut hodie viſuntur in Vaticana Bibliotheca, literis cohærentibus, ſub textu Græco exhibere; & ne tenuitas columnarum oculos offenderet, geminas feciſſe, ſic ut decurſa deorſum linea, oculus iterum, ad eandem altitudinem elatus, ea quæ ſequuntur παραλλήλως deſcendentia, a latere inveniat. Loco verſionis Latinæ his e regione adjeci lectionem Græcam quam inde confecit Falco, diviſis & integratis vocabulis; quamquam mihi quidem illa non ſatisfaciat. Sed quis ex ſcopis diſſolutis, ab Hiſtorico ſuorum temporum unico relictis, certa veſtigia eruere, aut corpus cohærens rerum geſtarum prorſus nos latentium, ex ingenio comminiſci auſit? Quo minus vitio mihi vertendum puto, quod ejus verſionem Latinam ſejunctarum hujusmodi teſſerularum, quæ vel nullum vel fallacem ſenſum præbeat, prorſus omiſerim. Præter hæc fragmenta, Zonaras etiam, maxime tamen in libris LIV — LX. præbuit ſupplendo Dioni materiam: quam tamen in annotationes retuli, quod ſtilus a Zonara mutatus eſſet. Alia paucula fragmenta, magis etiam deformata, rejeci ad Spicilegium Fragmentorum in Apparatu ad Dionem.

Ceterum tota conformatio & diſpoſitio hujus Voluminis, eadem fere eſt quæ prioris. De iis igitur tantum dicam in præſenti, quæ huic ſingularia ſunt. In Conſulibus, qui ſingulis libris præmittebantur, omiſi de induſtria, Græce a Leunclavio præfixos etiam libris LVIII. & LX. quia nec a Dione, nec a vetere manu ſunt, ſed ab ipſo Leunclavio, ad ſimilitudinem reliquorum librorum, idque ex Panvinio potiſſimum, Græce præmiſſi; qui tamen impoſuerant adhuc Viris eruditiſſimis id non animadvertentibus, ut ad eorum fidem in conſtituendis Faſtis nequicquam provocarent. Omnium vero Conſulum nomina in his librorum Indicibus paſſim ex Inſcriptionibus emendata invenies. Annos hic, non modo Urbis conditæ, & ante aut poſt Chriſtum natum, ſed & Imperatorum inde ab Auguſto, Conſulibus ad extremum appoſui. Ipſius textus Dionii gli-

ſcens

ſcens cum progreſſu operis corruptio, copioſioribus emendationibus, cum meis, tum aliorum Virorum doctorum inſerendis & colligendis occaſionem præbuit; quia nihil temere, quod ad caſtigandum textum, aut ad ejus editionum hiſtoriam criticam pertineret, in Variis Lectionibus cenſebam prætereundum. Atque ita, cum ipſo contextu Græco non leviter emaculato, habes uno conſpectu & ſuccincte, quicquid ceterarum lectionum & conjecturarum huc facientium, ſeu monumenta veterum, ſeu editores Dionis recentes, ſeu alios præſtantiores Criticos nobis præbere compereram. Quanquam vero aliorum conjecturas in arctum contractas, non verbis, ſed ſententiis & argumentis auctorum fideliter ſervatis, exhibeam; integrum tamen erit cuivis, eas ipſorum auctorum verbis expreſſas, ſi lubeat, legere in Apparatu noſtro ad Dionem. In quo, præter eas, quæ in Leunclaviana editione inveniuntur, annotationes in Dionem & Xiphilinum, Roberti & Henrici Stephanorum, Xylandri item, Sylburgii, Urſini & ipſius Leunclavii, amplius habes Roberti Stephani & Xylandri præfationes ad Dionem: Roberti porro γραφικῶν σφαλμάτων in Dione ἐπανόρθωσιν, ex extrema editi Dionis pagina, ejusdemque varias lectiones ad Xiphilinum: tum Henrici Stephani emendationes Xiphilini ex editione ejus minore: Jacobi Palmerii exercitationes ad Dionem: Lamberti Bos animadverſiones ad eundem: miſſas item mihi (ſed ſerius) a Duumviris Clariſſimis, PETRO WESSELINGIO & JO. JAC. REISKIO emendationes; illas quidem pauciores & ſelectas, in libros primo Volumine contentos, has uberiores, & pulchrum ſane delectum præbentes, in libros LX. priores Dionis; quibus proinde Criticis acutiſſimis pro ornamento huic editioni commodato conceptiſſimas meo & publico nomine gratias agendas puto. Quis enim publicis potius commodis quam ſuæ gloriolæ ſtudens, non amplectatur lubens ſociatas Virorum Eruditorum operas in Scriptore emaculando, in quem corrumpendum, neſcio quo fato, omnis temporum, librariorum, breviatorumque injuria, plus quam in ullum fere alium vetuſtatis, conſpiraverat, ſic ut unius hominis, præſertim pluribus intenti, aciem, multitudo & varietas mendarum vincere videatur. Egomet etiam in Addendis & Emendandis, ſub finem hujus Voluminis, non tantum, quæ ex his Duumvirorum annotationibus certiora videbantur, probavi, ſed & non pauca alia, quæ conſuli mereantur, adjeci, correxi; ut ſi qua inter legendum adhæreſcens & offendens Lector expedire ſe nequeat, hæc ad ſingula loca conſulere non pœniteat.

De verſione Latina, hoc quoque in Volumine, infinitis locis emendata, nihil addo. Annotationes vero Librorum LIV — LX. non meæ quidem ſunt ſed B. Fabricii, niſi quod hic frequentius ex Zonara ſupplere quæ deerant, nonnulla etiam emendare aut illuſtrare fuit neceſſe. Ceteras in libros LXI — LXXX. me auctore, copioſiores aliquanto eſſe ne mireris, quod dignitas rerum, in Compendio Xiphilini, omiſſis levioribus, coarctatarum, haud perfunctoriam operam interpretis requirere videbatur. Si quid, ut ſpero, lucis, Dio, omnisque hiſtoria eorum temporum, quæ perſecutus eſt, ex continuis illis annotationibus accepit, non erit, cur temere auctam eſſe molem Scriptoris lectu digniſſimi, aliquis conqueratur.

Poſtremo loco, in Apparatu, habes, præter Spicilegium Fragmentorum Dionis, loca Veterum, quibus ipſe laudatur; Dionis ipſius de ſe & ſua hiſtoria collecta loca; de vita & ſcriptis ejus Commentarium a me conſcriptum, Eminentiſſimi Cardinalis QUIRINI (qui meum ſtudium omni ratione fovere, & præſens opus ſua eruditione operaque ornare non deſtitit) epiſtolam ad me alteram, quæ de ratione Codicis Vetuſtiſſimi Vaticani, quo Urſinus & Falco uſi ſunt, accurate exponit; & Illuſtriſſimi Marchionis SCIPIONIS MAFFEI epiſtolam Italice ſcriptam ad Hieron. Lagomarſinum V. Cl. de nupera Dionis reſtituti editione; denique Indicem Græcum, nunc primum adjectum, & Latinum, quem ipſum quoque, ſi copiam & accurationem, uſumque ſpectes, novum haud immerito dicere poſſim. His utere B. L. iisque, quæ meliora videbuntur ea in quibus deſiderari aliquid poſſit, condona. Vale. Dabam Hamburgi. *Kal. Aprilis. MDCCLII.*

ΔΙΩΝΟΣ

547

ΤΩΝ ΔΙΩΝΟΣ ΡΩΜΑΙΚΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ
ΤΟ ΠΕΝΤΗΚΟΣΤΟΝ ΠΕΜΠΤΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ.

DIONIS HISTORIÆ ROMANÆ
LIBER QUINQUAGESIMUS QUINTUS.

Τάδε ἔνεστιν ἐν τῷ πεντηκοστῷ πέμπτῳ τῶν Δίωνος Ῥωμαϊκῶν Ἱστοριῶν.

Ὡς Δροῦσος ἀπέθανεν.
Ὡς τὸ Λιουΐας τέμενος καθιερώθη.
Ὡς τοῦ Ἀγρίππου πεδίον καθιερώθη.
Ὡς τὸ Διριβιτώριον καθιερώθη.
Ὡς Τιβέριος ἐς Ῥόδον ἀνεχώρησεν.
Ὡς ἡ Αὐγούστου [a] ἱερὰ καθιερώθη.
Ὡς ὁ τοῦ Ἄρεως ναὸς ὁ ἐν αὐτῇ ὢν καθιερώθη.
Ὡς Λούκιος Καῖσαρ καὶ Γάϊος Καῖσαρ ἀπέθανον.
Ὡς Αὔγουστος Τιβέριον ἐποιήσατο.
Ὡς Λιουΐα παρῄνεσεν Αὐγούστῳ φιλανθρωπότερον ἄρχειν.

Περὶ τῶν στρατοπέδων, καὶ ὡς οἱ τὰ στρατιωτικὰ χρήματα διοικήσοντες κατέστησαν.
Ὡς οἱ νυκτοφύλακες κατέστησαν.
Ὡς Δαλμάταις καὶ Παννονίοις Τιβέριος ἐπολέμησεν.

Hæc inſunt Libro LV. Romanæ Hiſtoriæ Dionis.

De morte Druſi. c. 1. 2.
Ut Liviæ templum fuerit dedicatum. c. 8.
Ut campus Agrippæ fuerit dedicatus. c. 8.
Ut Diribitorium fuerit dedicatum. c. 8.
De diſceſſu Tiberii in Rhodum. c. 11.
Ut Auguſti ædes, c. 12. fanumque in ea Martis fuerint conſecrata. ✱
De morte Lucii & Caji Cæſarum. c. 11. 12.
Quomodo Auguſtus Tiberium adoptaverit. c. 13.
Quemadmodum Livia Auguſtum adhortata fuerit, ut clementius imperaret. c. 14 — 22.
De legionibus, utque conſtituti ſint, qui pecuniam militarem adminiſtrarent. c. 23 — 25.
Ut vigiles nocturni fuerint inſtituti. ✱
De bello, quod contra Dalmatas & Pannonios Tiberius geſſit. c. 28 — 34.

Χρόνου πλῆθος, ἔτη ιζ', ἐν οἷς ἄρχοντες οἱ ἀριθμούμενοι, οἵδε ἐγένοντο.

Νέρων Κλαύδιος Τιβ. υἱ. Δροῦσος,
Γ. Μάρκιος Κηνσωρῖνος,
Τιβ. Κλαύδιος, Τιβ. υἱ. τὸ β',
Δέκιμος Λαίλιος Δεκίμου υἱ. Βάλβος,
Αὔγουστος, τὸ ιβ'.
Γ. Καλουΐσιος Σαβῖνος, τὸ β'.
Λ. Κορνήλιος Λ. υἱ. Λεντοῦλος,
Αὔγουστος, τὸ ιγ'.
Κόσσος Κορνήλιος Γν. υἱ. Λεντοῦλος,
[b] Γ. Καῖσαρ τοῦ Αὐγούστου υἱ.
Π. Οὐινίκιος, ἢ Μινούκιος, Μ. υἱ.
Λ. Αἴλιος Λ. υἱ. Λαμίας,
Σέξτος Αἰμίλιος Κ. υἱ. Κάτος,
Λ. Οὐαλέριος Ποτίτου υἱ. Μεσσαλᾶς [c] Οὐάλασσος,
Μ. Αἰμίλιος Λ. υἱ. Λέπιδος,
Αὖλος Λικίνιος Νερούας Σιλανός,
Μ. Φούριος Μ. υἱ. Κάμιλλος,

καὶ Τίτος Κυΐντιος Τ. υἱ. Κρισπῖνος.
καὶ Γ. Ἀσίνιος Γ. υἱ. Γάλλος.
καὶ Γν. Καλπούρνιος Γν. υἱ. Πίσων, τὸ β'.
καὶ Γ. Ἀντίστιος Γ. υἱ. Οὐέτερ.
καὶ Λούκιος Σύλλας.
καὶ Λ. Πασσιηνὸς Ῥοῦφος.
καὶ Μ. Οὐαλέριος Μ. υἱ. Μεσσαλᾶς, ἢ Μεσσαλῖνος.
καὶ Μ. Πλαύτιος Μ. υἱ. Σιλουανός.
καὶ Λ. Καλπούρνιος Γν. υἱ. Πίσων.
καὶ Λ. Αἰμίλιος Λ. υἱ. Παῦλος.
καὶ Π. Ἀλφῖνος, ἢ Ἀλφίνιος Π. υἱ. Οὐᾶρος.
καὶ Μ. Σερουΐλιος Μ. υἱ.
καὶ Γ. Σέντιος Γ. υἱ. Σατουρνῖνος.
καὶ Γν. Κορνήλιος Λ. υἱ. Κίννας Μάγνος.
καὶ Λ. Ἀρρούντιος Λ. υἱ.
καὶ Κ. Καικίλιος Μέτελλος Κρητικός.
καὶ Σέξτος Νώνιος Λ. υἱ. Κυϊντιλιανός.

Annorum Hiſtoria XVII. hoc libro narratur, in quibus conſulatum habuerunt

anteC.N.	U.C.		
9.	745.	Claudius Nero, Tib. F. Druſus	& T. Quintius T. F. Criſpinus.
8.	746.	C. Marcius Cenſorinus,	& C. Aſinius C. F. Gallus.
7.	747.	Tib. Claudius Tiberii F. II.	& Cn. Calpurnius Cn. F. Piſo. II.
6.	748.	D. Lælius D. F. Balbus,	& C. Antiſtius C. F. Veter.
5.	749.	Auguſtus, XII.	& L. Sylla.
4.	750.	C. Calviſius Sabinus, II,	& L. Paſſienus Rufus.
3.	751.	L. Cornelius L. F. Lentulus,	& M. Valerius M. F. Meſſala vel Meſſalinus.
2.	752.	Auguſtus, XIII,	& M. Plautius M. F. Silvanus.
1.	753.	CoſſusCornelius Cn. F. Lentulus,	& L. Calpurnius Cn. F. Piſo.

548

poſt C. N.

a ἱερὰ. οἰκία, L. ad marg. b equidem conſulum nomina cum HS. & L. ex Xyl. emendatione exhibeo, & Robertinæ editionis aberrationes hic annotare omitto. videatur ipſe X. a quo tamen hic diſcedo, ubi Γ. Καῖσαρ Αὔγουστος τὸ ιδ' ſcribendum diſputat (ſequentibus HS. & L.) confundens ſcil. Auguſtum cum C. Cæſare, M. Agrippæ ex Julia filio, qui hoc anno Conſul fuit, non avus. Conf. annales Pighii. unde ſcribendum erat: Γ. Καῖσαρ τοῦ Αὐγούστου υἱ. pro eo quod ap. RS. habetur: Γ. Καῖσαρ Αὔγουστος τοῦ υἱ. c Οὐάλασσος. Οὐάλεσος, L. ad marg. forte Οὐόλαισος, X. inconſtantiam ſcribendi in hoc cognomine annotavit Ryckius ad Tac. Ann. III. 68, 1.

poſt C.N. 1.	U.C. 754.	C. Cæſar Auguſti fil.	& L. Æmilius L. F. Paulus.
2.	755.	P. Vinicius vel Minucius M. F.	& P. Alfenus vel Alfinius, P. F. Varus.
3.	756.	L. Ælius L. F. Lamia,	& M. Servilius M. F.
4.	757.	Sex. Æmilius Q. F. Catus,	& C. Sentius C. F. Saturninus.
5.	758.	L. Valerius Potiti F. Meſſala Valeſus	& Cn. Cornelius L. F. Cinna Magnus.
6.	759.	M. Æmilius L. F. Lepidus,	& L. Arruntius L. F.
7.	760.	A. Licinius Nerva Silianus,	& Q. Cæcilius Metellus Creticus.
8.	761.	M. Furius M. F. Camillus,	& Sex. Nonius L. F. Quintilianus.

A.U.C. 745 Druſo & Criſpino COSS.

I. Anno inſequenti, Druſo, qui cum Criſpino conſulatum gerebat, ſigna haud læta acciderunt. Inter multa alia, tempeſtate & fulminibus templa quoque multa perierunt, ſic ut Jovis etiam Capitolini, & huic adjuncta fana læderentur. Quibus neglectis, Druſus in Chattorum fines ingreſſus, cum obvia quæque non ſine magno labore ſubegiſſet, congreſſosque prœliis haud incruenta victoria ſuperaſſet, ad Suevos usque pervenit: inde in Cheruſcos converſo itinere, Viſurgim transgreſſus, omnia populando ad Albim usque perrexit: qui ex Vandalicis montibus profluens, in Oceanum Septentrionalem magna aquarum mole effluit. Hunc quum fruſtra conatus eſſet tranſire, tropæis conſtitutis receſſit. Etenim mulier quædam, humana amplior forma, ei obviam facta, " quo tandem , inquit, " contendis, Druſe inſatiabilis? non tibi

1 Τῷ δὲ ἐχομένῳ ἔτει ὁ Δροῦσος μετὰ τοῦ Κρισπίνου ὑπάτευσε· καὶ αὐτῷ σημεῖα οὐκ ἀγαθὰ συνηνέχθη. A πολλὰ μὲν [d] γὰρ καὶ ἄλλα καὶ χειμῶνι καὶ κεραυνοῖς, πολλοὶ δὲ καὶ ναοὶ ἐφθάρησαν, ὥστε καὶ τὸν τοῦ Διὸς τοῦ Καπιτωλίνου, [1] [e] τόν τε σύνναον αὐτοῦ κακωθῆναι· οὐ μέντοι καὶ ἐφρόντισέ τι αὐτῶν, ἀλλ' ἔς τε [2] τὴν τῶν Χάττων ἐσέβαλε, καὶ προῆλθε μέχρι τῆς Σουηβίας, τήν τε ἐν ποσὶν οὐκ ἀταλαιπώρως χειρούμενος, B καὶ τοὺς προσμιγνύντας οἱ οὐκ ἀναιμωτὶ κρατῶν. κἀντεῦθεν πρός τε [3] τὴν [f] Χερουσκίαν μετέστη, [4] καὶ τὸν [g] Οὐΐσουργον διαβὰς, ἤλασε [5] μέχρι τοῦ [h] Ἀλβίου, πάντα πορθῶν. ἐκεῖνον γὰρ (ῥεῖ δὲ [6] ἐκ τῶν [i] Οὐανδαλικῶν ὀρῶν, καὶ ἐς τὸν Ὠκεανὸν τὸν προσάρκτιον πολλῷ μεγέθει [k] ἐκδίδωσιν) ἐπεχείρησε μὲν περαιωθῆναι, οὐκ ἠδυνήθη δὲ, ἀλλὰ [7] τρόπαια στήσας, ἀνεχώρησε. C [8] γυνὴ γάρ τις μείζων ἢ κατὰ ἀνθρώπου φύσιν ἀπαν-

d γάρ. vocula hæc deſiderabatur in vulgatis, petita ex V. b. e τόν τε σύνναον. τῶν τε συνναῶν, Cuper. citante Od. veriſſime, minus apte diceretur τὸν ναὸν σύνναον. f Χερουσκίαν. vulgo Χαρουσκίαν. alias Χερουσκίδα. vide § 3. g Οὐΐσουργον. ſic ſcripſimus pro Οὐσίσουργον. vide ſupra ad pag. 544. C. h Ἀλβίου. ita Xiph. unde mihi dubium non fuit, mutare corruptam lectionem vulgatam, Ἀλβιῶν, quam & caſtigavit X. i Οὐανδαλικῶν. ſic & Xiph. Leon. Οὐινδελικῶν, Schwartzius apud F. k ἐκδίδωσιν. ſic & Pal. & Fr. ἐνδίδωσι, vulgo apud Xiph.

§ 1. (l. 6.) τόν τε σύνναον αὐτοῦ] Jovis Capitolini templo contigua ædes Minervæ, itemque Junonis. vide Rycquium lib. de Capitolio c. 13. Pedo elegia in mortem Druſi v. 401.

Jupiter ante dedit fati mala ſigna cruenti,
Flammifera petiit cum tria ſigna manu.
Junonisque gravi nocte, impavidæque Minervæ,
Sanctaque & immeriti Cæſaris icta domus.

Sic deinde ſub Nerone, de quo Tacitus XIII. 24. *Urbem Princeps luſtravit e reſponſo haruſpicum, quod Jovis ac Minervæ ædes de cælo tactæ erant.*

§ 2. (l. 7.) τὴν τῶν Χάττων] Conf. dicta ad p. 548. D.

§ 3. (l. 11.) τὴν Χερουσκίαν] p. 583. A. & p. 544. C. Χερουσκίδα. Sed rectum utrumque. Ut enim a Tuſcis, Tuſcia, ſic a Cheruſcis, Cheruſcia.

§ 4. (l. 12.) καὶ τὸν Οὐΐσουργον] Sic utique legendum, ut p. 544. C. ubi dicta ſi placet vide, & p. 567. E. 583. A. Straboni hic fluvius Βίσουργις, Ptolemæo Οὐΐσουργις, ut Latinis *Viſurgis*, Adamo Bremenſi lib. I. c. 2. *Viſuris*, *Viſura*, *Wirraha*, aliis *Werra*, *Werraha*, hodie die Weſer. Conf. Miſcellanea Berolinenſia T. II. p. 55. & deſcriptionem Viſurgis atque Amaſis fluviorum Germaniæ, nuper a Johanne Conrado Knauthio vulgatam, Dresdæ 1727. 4to ſub titulo Saxoniæ veteris & novæ.

§ 5. (l. 13.) μέχρι τοῦ Ἀλβίου] Aliis *Albis*, ὁ Ἄλβις, Vopiſco *Alba*, mediæ vel inferioris ætatis ſcriptoribus *Albia*. Germanicum Elbe, *Undecim* ſignificat; e tot enim fontibus ſive amnibus minoribus confluit, oriens ex tractu montium Hercyniæ ſilvæ, qui a Gigantibus nomen habent, Dioni *montes Vandalici*, Ptolemæo & aliis *Suditi* ſive *Sudeti* appellantur. vide theſaurum Ortelii, & Georgium Fabricium in rerum Miſnicarum libris. Tiberium etiam deinde μέχρι τοῦ Ἀλβίου cum ſignis Romanis perveniſſe, tradit Dio infra p. 567. E.

§ 6. (l. 14.) ἐκ τῶν Οὐανδαλικῶν ὀρῶν] Vir Clariſſimus Jo. Conradus Schwartzius, Coburgenſis, hodie Gymnaſii ingens gloria, T. II. monumentorum p. 69. Dionem putat ſcripſiſſe Οὐινδελικῶν: *Vindelicos* autem fortaſſe Bojos illos appellatos a nonnullis, qui ex Vindelicorum vicinia & admiſtis Vindelicorum copiis in Bojohemum abierant. Nam ex Vindelicorum vicinia jam Bojos Cæſaris profectos eſſe, idem in Diſſ. de Helvetiorum finibus protrahendis oſtendit. Recte hæc & erudite: cum tamen latius pateat Vandalicorum appellatio, contra librorum fidem nolui quicquam in verbis Dionis mutare.

Aliter judicat V. Cl. Marcus Velſerus Rerum Aug. Vind. lib. II. Opp. p. 207. *In Dione incredibiliter errat, qui Vandalicos montes, ex quibus Albis oritur, contra libros veteres, Xiphilini auctoritatem, rem ipſam, in Vindelicos mutat.* Oſtendit enim, cum Provincia Rhætiæ nomine appellaretur, Vindeliciæ vocabulum paulatim deſuetudine obſoleviſſe, & cum ceteros plures Scriptores poſt Auguſtum & Tiberium, tum Dionem & Tacitum Vindeliciam nunquam nominaſſe, ſed ſub Rhætia comprehendiſſe. Reim.

§ 7. (l. 17.) τρόπαια στήσας] Ptolemæus lib. II. c. 11. in civitatibus Germaniæ inter Canduum & Luppiam, τρόπαια Δρούσου commemorat. Florus IV. 12. 23. de Druſo: *nam Marcomannorum ſpoliis inſignibus quendam editum tumulum in tropæi modum excoluit.*

§ 8. (l. 18.) γυνὴ γάρ τις μείζων] Eadem ex Dione, præter Xiphilinum, Zonaras. Svetonius Claudio c. 1. *Hoſtem in Germanico bello frequenter cæſum, ac penitus in intimas ſolitudines actum*, Druſus *non prius deſtitit inſequi, quam ſpecies barbaræ mulieris humana amplior, victorem tendere ultra, ſermone Latino prohibuiſſet.* Genium Germaniæ, ex veteri ſuperſtitione, interpretantur viri docti, qualem ex Hadriani numo expreſſit Torrentius ad laudatum Suetonii locum. Sic apud Plinium VII. Epiſt. 27. Curtio Rufo oblata *mulieris figura, humana grandior pulchriorque, perterrito Africam ſe futurorum prænunciam dixit*, hoc eſt, Africæ genium. Eandem rem narrans Tacitus XI. 21. *Oblata*, inquit, *ei ſpecies muliebris ultra modum humanum, & audita eſt vox: tu es Rufe, qui in hanc provinciam pro Conſule venies.* Apud Lampridium, c. 60. Alexandro Severo adverſus Germanos eunti in bellum, *mulier Druias exclamavit Gallico ſermone: vadas, nec victoriam ſperes, nec militi tuo credas.* Auguſtæ Vindelicorum adhuc viſitur in turri Minoritarum imago mulieris fanaticæ equo vectæ, quæ Attilæ pergenti ex Italia in Pannoniam ſub trajectum Lyci amnis, inter Rhætos ac Vindelicos defluentis, ſeſe furibunda objecit, & ter horribili voce acclamavit: *retro Attila.* Idem Attila, indignantibus ſuis, quod Romæ urbi

ἀπαντήσασα αὐτῷ, ἔφη, "Ποῖ δῆτα ἐπείγῃ, Δροῦσε ἀκόρεστε; οὐ πάντα σοι ταῦτα ἰδεῖν πέπρωται. ἀλλ' ἄπιθι. καὶ γάρ σοι καὶ τῶν ἔργων καὶ τοῦ βίου τελευτὴ πάρεστιν ἤδη." Θαυμαστὸν μὲν οὖν τὸ τινὰ φωνὴν παρὰ τοῦ δαιμονίου τοιαύτην τῳ γενέσθαι, οὐ μέντοι καὶ ἀπιστεῖν ἔχω. παραχρῆμα γὰρ ἀπέβη, σπουδῇ τε ὑποστρέψαντος αὐτοῦ, καὶ ἐν τῇ ὁδῷ νόσῳ τινὶ, πρὶν ἐπὶ τὸν
D Ῥῆνον ἐλθεῖν, [9] τελευτήσαντος. καί μοι τεκμηριοῖ τὸ λεχθὲν, [10] ὅτι καὶ λύκοι περὶ τὸ στρατόπεδον ὑπὸ τὸν θάνατον αὐτοῦ περινοστοῦντες ὠρύοντο, καὶ [11] νεανίσκοι δύο διὰ μέσου τοῦ ταφρεύματος διιππεύοντες ὤφθησαν· θρῆνός τέ τις γυναικεῖος ἠκούσθη, καὶ [12] ἀστέρων διαδρομαὶ ἐγένοντο. ταῦτα μὲν οὕτως ἔσχε.

549 Προπυθόμενος δ' ὁ Αὔγουστος ὅτι νοσεῖ, (οὐ γὰρ ἦν πόρρω) [13] τὸν Τιβέριον κατὰ τάχος ἔπεμψε· καὶ ὃς ἔμπνουν τε αὐτὸν κατέλαβε, καὶ ἀποθανόντα [14] ἐς Ῥώμην ἐκόμισε, τὰ μὲν πρῶτα μέχρι τοῦ χειμαδίου τοῦ στρατοῦ, διά τε τῶν ἑκατοντάρχων καὶ διὰ τῶν χιλιάρχων, ἐκεῖθεν δὲ [15] διὰ τῶν καθ' ἑκάστην πόλιν πρώτων βαστάσας. καὶ αὐτοῦ ἐν τῇ ἀγορᾷ προτεθέντος, διπλοῦς ὁ ἐπιτάφιος ἐλέχθη. ὅ, τε γὰρ Τιβέριος ἐνταῦθα αὐτὸν
B ἐπῄνεσε, [16] καὶ ὁ Αὔγουστος ἐν τῷ Φλαμινίῳ ἱπποδρόμῳ. [17] ἐξεστράτευτο γὰρ, καὶ οὐκ ἦν οἱ ὅσιον [l] μὴ οὐ τὰ καθήκοντα ἐπὶ τοῖς κατειργασμένοις, παρ' αὐτὴν τὴν εἴσω τοῦ πωμηρίου ἔσοδον, ἐπι-

bi fatis conceſſum, hæc omnia videre: quin tu abi: jam enim & operum tuorum, & vitæ inſtat tibi terminus." Oblatam cuiquam divinitus vocem ejusmodi, mirum profecto eſt, neque tamen mihi fides abroganda huic rei videtur, quam ſtatim eventus comprobavit. Nam & continuo retro ire Druſus cœpit, & in itinere prius, quam Rhenum attingeret, morbo deceſſit. Adſtipulantur huic, quæ commemorantur prodigia etiam alia. Namque & ſub mortem ejus lupi circum caſtra ipſius vagati ulularant, & juvenes duo, per medias munitiones equis transvecti, apparuerant, ejulatusque muliebris auditus fuerat, & ſtellæ in cœlo diſcurrerant.

A.U.C. 745 Druſo & Criſpino coss.

2. Ad famam ægrotantis Druſi, Auguſtus, qui non ita procul ab eo aberat, celeriter Tiberium ad illum miſit: qui & animam adhuc trahentem fratrem ſuum reperit, & Romam corpus defuncti attulit, portantibus id principio usque ad hiberna centurionibus ac tribunis militum, inde ſingularum in itinere urbium primoribus. Cadavere in foro propoſito, duplex Druſi laudatio, una a Tiberio in ipſo foro, altera in circo Flaminio ab Auguſto, habita eſt: is enim bellum foris geſſerat, nec fas ei erat ea prætermittere, quæ poſt bella confecta, in ipſo pomœrii introitu

l μὴ οὐ τὰ καθ. hæc vitio non carent, propter trium negativarum, *οὐκ*, *μὴ*, & *οὐ* concurſum: quapropter ajo, pro *μὴ οὐ*, ſcribendum *μηδὲ*, L. ſed vide Caſaub. ad Suet. Claud. c. 1. & indicem noſtrum in *οὐκ*.

urbi ad preces Leonis Papæ pepercifſet, dixit, *alium ſe virum juxta eum in habitu ſacerdotali adſtantem vidiſſe, forma auguſta & canicie venerabilem, illumque evaginato gladio ſibi terribiliter mortem minitantem, niſi cuncta, quæ ille expetebat, expleſſet*, ut narrat Paulus Diaconus lib. XV. p. 550. licet in antiquiſſimo codice Mediolanenſi illa narratio deſideratur, atque Alaricus viciſſim, teſte Socrate VII. 10. Hiſt. dixit, quotidie ſe ab aliquo ſollicitari ac ſtimulari ad Romam vaſtandam, *οὐκ ἐγὼ ἐθελοντὴς ἐπὶ τὰ ἐκεῖ πορεύομαι, ἀλλά τις καθ' ἑκάστην ἐνοχλεῖ μοι βιαζόμενος καὶ λέγων ἄπιθι, τὴν Ῥωμαίων πόρθησον πόλιν.*

§ 9. (l.27.) *τελευτήσαντος*] In conſulatu mortuum Druſum, tangit etiam Pedo Albinovanus, elegia qua Liviam matrem de obitu ejus ſolatur v. 293.

Conſule nos, Duce nos, Duce jam victore caremus,
Invenit in tota mæror in urbe locum.

atque iterum v. 177. 199. & 457. Ipſe Druſus a fractura, equo ſuper crus ejus collapſo, triceſimo die, quam id acciderat, mortuus, ut legas in Livii Epitome lib. 140.

§ 10. (l.28.) *ὅτι λύκοι*] Inter dira omina, ut dictum ad p. 519. D. 327. D.

§ 11. (l.30.) *νεανίσκοι δύο*] Caſtor & Pollux crediti, Dii Penates urbis, celſæ duo numina Romæ, ut a Prudentio appellantur. vide V. C. Anſelmi Bandurii numiſmata T. II. p. 151. 155.

§ 12. (l.32.) *ἀστέρων διαδρομαὶ*] Pedo eleg ad Liviam v. 405.

Sidera quin etiam cælo fugiſſe feruntur,
Lucifer & ſolitas deſtituiſſe vias.

ἀστέρων διαδρομὰς, pro ignibus *διάττουσι*, ſive cadentibus ſtellis, dixit Theo ad Aratum, Dioſem. v. 194. *ὁ αἰθὴρ ξηρὸς καὶ πυρώδης [illegible] ἀποπέμπει τινὰς ὥσπερ σπινθῆρας, οὓς δὴ ὑπονοοῦμεν ἀστέρων εἶναι διαδρομὰς, οὐκ εἰσὶ δὲ, οὐ γὰρ οἱ ἀστέρες [illegible], ἀλλὰ [illegible] πυρώδεις εἰσὶν, ὡς, [illegible] ὁ αἰθήρ.*

§ 13. (l.35.) *τὸν Τιβέριον*] Nocte ac die longiſſimum iter emenſus Tiberius, CC millia paſſuum vehiculis tribus, ut refert Plinius, VII. 20. nimirum Ticino, quo victor hoſtium ad Auguſtum complectendum venerat, Alpes Rhenumque transgreſſus, Antabagio duce ſolo comite contentus, ad Druſum pervenit; qui licet fato jam ſuo propior, legiones cum inſignibus ſuis fratri obviam procedere juſſit, ut imperator ſalutaretur. Præcepit etiam dextera in parte prætorium ei ſtatui, & conſulare & imperatorium nomen obtinere voluit: eodemque tempore & fraternæ majeſtati ceſſit, & vita exceſſit.

Hæc Valerius Max. V. 5. 3. Pedo elegia de morte Druſi v. 89. ad Tiberium:

Tu tamen extremo moriturum tempore fratrem
Vidiſti, lacrymas vidit & ille tuas.

Seneca conſolatione ad Polybium c. 34. *Tiberius Cæſar Druſum Germanicum, patrem Claudii, minorem natu quam ipſe erat fratrem, intima Germaniæ recludentem, & gentes ferociſſimas Romano ſubjicientem imperio, in complexu et oſculis ſuis amiſit.* vide etiam Tacitum III. 5.

§ 14. (l.37.) *ἐς Ῥώμην ἐκόμισε*] Suetonius Tib. c. 7. *Druſum fratrem in Germania amiſit, cujus corpus pedibus toto itinere prægrediens, Romam usque pervexit.* Exercitus quidem corpus defuncti ſibi vindicare, eique exſequias facere voluit, ut teſtatur Seneca conſolatione ad Polybium c. 34. *ſed abſtulit invitis corpus venerabile frater*, ut verbis utar Pedonis v. 171.

§ 15 (l.39.) *διὰ τῶν καθ' ἑκάστην πόλιν πρώτων*] Idem Suetonius Claudio c. 1. *Corpus Druſi per municipiorum coloniarumque primores, ſuſcipientibus obviis ſcribarum decuriis, ad urbem devectum, ſepultum eſt in Martio campo.* Similiter de Caji & Lucii Cæſarum cadaveribus Romam portatis infra p. 556. B.

§ 16. (l.43.) *καὶ ὁ Αὔγουστος*] Pedo elegia in Druſi obitum v. 209.

Et voce & lacrymis laudaſti, Cæſar, alumnum,
Triſtia cum medius rumperet ora dolor.
Tu letum optaſti (Diis averſantibus omen)
Par tibi, ſi ſinerent te tua fata mori.

& v. 465.

Denique laudari ſacrato Cæſaris ore
Emerui, lacrymas elicuique Deo.

Suetonius Claudio c. 1. *Defunctum* Druſum privignum, *ita pro concione laudavit* Auguſtus, *ut Deos precatus ſit, ſimiles ei Cæſares ſuos facerent, ſibique tam honeſtum quandoque exitum darent, quam illi dediſſent. Nec contentus elogium tumulo ejus verſibus a ſe compoſitis inſculpſiſſe, etiam vitæ memoriam proſa oratione compoſuit.* Tiberius fratrem laudavit intra urbem (ut Agrippam Auguſtus p. 541. C. & Octaviam p. 546. B.) in foro, pro roſtris: Auguſtus privignum extra eandem in circo Flaminio. *Defletum in foro, laudatum pro roſtris, cuncta a majoribus reperta, aut quæ poſteri invenerunt, cumulata.* Tacit. III. 5.

§ 17. (l.43.) *ἐξεστράτευτο γὰρ, καὶ οὐκ ἦν οἱ ὅσιον μὴ οὐ τὰ καθήκοντα &c.*] Nempe Jovi Capitolino aliisque Diis gratiæ

A.U.C.745 Druſo & Criſpino COSS.

tu de more præſtabantur. Druſi funus ab iis, qui ad ordinem equeſtrem præciſe ſpectabant, & iis qui ſenatoriæ ſtirpis erant, in campum Martium eſt allatum: ibi cremati reliquiæ in Auguſti ſepulcrum conditæ ſunt, Germanicique cognomen ei & filiis datum, honoreſque ſtatuarum, & arcus triumphalis, tumulique honorarii ad ipſum Rhenum tributi. Tiberius, quod, vivente adhuc Druſo, Dalmatas & Pannonios, nonnihil molientes rerum novarum, oppreſſerat, ovans in urbem equo invectus eſt, epulumque populo in Capitolio partim, partim aliis pluribus locis urbis exhibuit: ſimulque Livia & Julia mulieribus epulum dederunt. Eadem Druſo etiam parabantur, feriæque Latinæ iterum agendæ in ejus gratiam erant, in quibus ille triumphum celebraret; quum is interitu ſuo his omnibus antevertit. Livia autem ſolatii cauſa ſtatuis donata, & in matrum, quæ ter peperiſſent, numerum relata eſt. Quibus enim ſeu viris ſeu mulieribus fortuna tot liberorum negaſſet proventum, eorum nonnullis tamen lex, antea quidem per ſenatum, nunc autem per imperatorem, jus trium liberorum largitur: ut neque multa ea, quæ prole deſtitutis eſt propoſita, teneantur; & paucis duntaxat exceptis, copioſæ proli conſtituta præmia adipiſcantur. Neque tantum homines, ſed dii quoque hæc conſequuntur, ut quod iis moriens aliquis legaverit, accipiant. Hæc hactenus.

3. Auguſtus porro edixit, ut certis diebus ſenatus ageretur: de quibus quum antehac nihil eſſet præciſe definitum, ideoque multi ſæpius abeſſent, ſingulis menſibus dies certos habendi ſenatus legitimi conſtituit, ad quos neceſſario omnes ii, quos leges in ſenatum venire

ἐπιτελέσαι. καὶ ὁ μὲν ἔς τε τὸ Ἄρειον πεδίον [18] ὑπὸ τῶν ἱππέων, τῶν τε ἐς τὴν ἱππάδα ἀκριβῶς τελούντων, καὶ τῶν ἐκ τοῦ βουλευτικοῦ γένους ὄντων, ἠνέχθη· κἀνταῦθα πυρὶ δοθεὶς, [19] ἐς τὸ τοῦ Αὐγούστου μνημεῖον κατετέθη· [20] Γερμανικός τε μετὰ τῶν παίδων ἐπονομασθεὶς, [21] καὶ τιμὰς καὶ εἰκόνων καὶ ἀψῖδος, κενοταφίου τε πρὸς αὐτῷ τῷ Ῥήνῳ λαβών. C ὁ δὲ δὴ Τιβέριος [22] τῶν τε Δαλματῶν καὶ τῶν Παννονίων ὑποκινησάντων τι αὖθις, ζῶντος ἔτ' αὐτοῦ κρατήσας, [23] τά τε ἐπὶ τοῦ κέλητος ἐπινίκια ἔπεμψε, καὶ τοῦ δήμου τοὺς μὲν ἐν τῷ Καπιτωλίῳ, τοὺς δ' ἄλλοθι πολλαχόθι ἐδείπνισε. κἀν τούτῳ καὶ ἡ Λιουΐα μετὰ τῆς Ἰουλίας τὰς γυναῖκας εἱστίασε. [24] τὰ δ' αὐτὰ ταῦτα καὶ τῷ Δρούσῳ ἡτοιμάζετο· καί γε αἱ ἀνοχαὶ δεύτερον τὴν χάριν αὐτοῦ, πρὸς τὸ τὰ νικητήρια ἐν ἐκείναις αὐτὸν ἑορτάσαι, γενήσεσθαι ἔμελλον, ἀλλ' ὁ μὲν προαπώλετο· D ἡ δὲ δὴ Λιουΐα [25] εἰκόνων τε ἐπὶ παραμυθίᾳ ἔτυχε, καὶ ἐς τὰς μητέρας [26] τὰς [τε] τρὶς τεκούσας ἐσεγράφη. οἷς γὰρ ἂν τὸ δαιμόνιον, εἴτ' οὖν ἀνδρῶν εἴτε γυναικῶν, μὴ δῷ τοσαυτάκις τεκνῶσαι, τούτων τισὶν ὁ νόμος, πρότερον μὲν διὰ τῆς βουλῆς, νῦν δὲ διὰ τοῦ αὐτοκράτορος, τὰ [m] τῶν γεγεννηκότων δικαιώματα χαρίζεται. ὥστε σφᾶς μήτε τοῖς [27] τῆς ἀπαιδίας ἐπιτιμίοις ἐνέχεσθαι, καὶ τὰ τῆς πολυπαιδίας ἆθλα, πλὴν ὀλίγων τινῶν, καρποῦσθαι. [n] καὶ [28] αὐτὰ οὐκ ἄνθρωποι μόνον, ἀλλὰ καὶ θεοὶ εὑρίσκονται, ἵνα ἄν τίς τι αὐτοῖς τελευτῶν καταλίπῃ, E λαμβάνωσι. τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτόν ἐστιν.

Ὁ δ' Αὔγουστος τάς τε τῆς γερουσίας ἕδρας [29] ἐν ῥηταῖς ἡμέραις γίγνεσθαι ἐκέλευσεν. ἐπειδὴ γὰρ οὐδὲν πρότερον ἀκριβῶς περὶ [o] αὐτῶν ἐτέτακτο, καί τινες διὰ τοῦτο πολλάκις ὑστέριζον, [30] βουλὰς [p] κατὰ μῆνα κυρίας ἀπέδειξεν, ὥστε ἐς αὐτὰς ἐπάναγκες, οὕς γε καὶ ὁ νόμος ἐκάλει, συμφοιτᾶν·

m τὰ τῶν γεγεννηκότων. *jus trium liberorum*, erudite Xyl. quod emendaturus L. in margine poſuerat: *jus eorum qui liberos procreaſſent*, ſed in notis, conſulto Xiphilino, vidit hæc recte ſe habere, niſi quod ex Xiph. legi velit: τὰ τῶν τοσαυτάκις γεγεννηκότων. pro quo malim quod in margine ex Xylandri ſententia poſitum video: τὰ τῶν τρὶς γεγεννηκότων.
n hic aſteriſcos, lacunæ ſignum, poſuerunt editiones HS. & L. ſine neceſſitate: ſicut etiam ex RS. & Xiph. manifeſtum eſt. ceterum pro θεοὶ, quod ſequitur, γυναῖκες legi vult N. quod falſo conjici, docebit F. *o* περὶ αὐτῶν. περὶ αὐτῶν, V. b.
p βουλάς. β'. βουλὰς, Caſaub. ap. F. mox ὄυς τε, RS. ὄυς γε, HS. L.

tiæ in ipſorum templis agendæ erant. Hoc autem facere niſi finito anno Auguſtus, διὰ τὸν τοῦ Δρούσου θάνατον, infra p. 551. B. funeſta ipſius domo, non poterat; itaque extra pomœrium tantiſper manſit. Ita hæc Dionis verba erudite interpretatus eſt Caſaubonus, quem vide ad laudatum Suetonii locum, ubi etiam docet, Leunclavium ſine cauſa offenſum triplici negatione in Dionis verbis, cum illius exempla & apud Dionem ipſum alibi, & Platonem ſæpius, & apud Joſephum alioſque ſcriptores reperiantur.

§ 18. (l. 48.) ὑπὸ τῶν ἱππέων, τῶν τε ἐς τὴν ἱππάδα ἀκριβῶς τελούντων] Pedo v. 202.

Funeris exſequiis adſumus omnis eques

ὁ ἐς τὴν ἱππάδα ἀκριβῶς τελῶν, eſt *usque a proavis vetus ordinis heres, non modo fortunæ munere factus eques*, ut verbis utar Ovidii IV. 10. Triſtium: hanc enim Dionis eſſe ſententiam potius exiſtimo, quam quod Gorallo viſum interpretari, *equites & quidem qui cenſum equeſtrem integrum habebant.*

§ 19. (l. 50.) ἐς τὸ τοῦ Αὐγούστου μνημεῖον] ut Agrippa p. 541. C. & Marcellus p. 517. D. Pedo Eleg. I. v. 67. de Auguſto: *Condidit Agrippam quo te Marcelle ſepulchro: vix poſito Agrippa, jactura noviſſima Druſus &c.*

§ 20. (l. 51.) Γερμανικός τε μετὰ τῶν παίδων] Filios Druſi duos fuiſſe conſtat, Germanicum, patrem Caligulæ, & Claudium, qui poſtea imperitavit. Germanici cognomen Druſo poſteriſque decretum a ſenatu, teſtatur etiam Pedo v. 337. *Gaudebuntque ſuæ merito cognomine gentis*

§ 21. (l. 52.) τιμὰς καὶ εἰκόνων καὶ ἀψῖδος, κενοταφίου τε] Vide quæ viri docti ad hæc Svetonii: *exercitus honorarium ei tumulum excitavit: circa quem deinceps ſtato die quotannis miles decurreret, Galliarumque civitates publice ſupplicarent. Præterea ſenatus inter alia complura marmoreum arcum in via Appia decrevit.* Itemque ad hæc Taciti II. Annalium 7. *veterem aram Druſo ſitam diſjecerant.* Primum fuiſſe Druſum, cui mortuo arcus dicatus ſit, obſervat illuſtris Noriſius Cenotaph. Piſan. p. 412. ſq.

§ 22. (l. 54.) τῶν τε Δαλματῶν καὶ τῶν Παννονίων] Supra p. 546. D. 543. D.

§ 23. (l. 56.) τά, τε ἐπὶ τοῦ κέλητος ἐπινίκια] Ovans urbem ingreſſus. Sueton. c. 9.

§ 24. (l. 60.) τὰ αὐτὰ καὶ τῷ Δρούσῳ] Supra p. 544. E.

§ 25. (l. 64.) εἰκόνων τε ἐπὶ παραμυθίᾳ] Singulare eſt, ſtatuas decretas ad luctum levandum. Alioqui feminis etiam Romæ honorem ſtatuarum habitum fuiſſe, pluribus exemplis docet Emundus Figrelius, c. 8. p. 64. de ſtatuis illuſtrium Romanor.

§ 26. (l. 65.) τάς τε τρὶς τεκούσας] De jure trium liberorum inſignis hic locus, de quo plura M. Vertranius ſingulari de jure liberorum Commentario, qui Oceano Iuris, ſive tractatui tractatuum Tomi VIII. parti ſecundæ inſertus exſtat, & viri docti ad Æliani varias lib. VI. c. 6. & ad Martialem II. 91. 92. Plinii Epiſt. II. 13. VII. 16. X. 2. Suetonium Claudio c. 19. Statium IV. 8. Silvarum. Juvenal. IX. 87. ſq. Taciti III. Annalium c. 28. &c. Lectu digna quoque D. Jo. Georg. Fichtneri Diſſ. quam de præmiis πολυπαιδίας vulgavit Altdorfii, A. 1708. [τε uncis incluſum a Leunclavio.]

§ 27. (l. 71.) τῆς ἀπαιδίας ἐπιτιμίοις] ἀγαμίας, p. 531. E. 576. D.

§ 28. (l. 73.) καὶ αὐτὰ οὐκ ἄνθρωποι μόνον] Hæc verba cum prioribus connectunt, non modo MSS. & primæ editiones Dionis, ſed & Xiphilini Codices: atque inde Petrus Faber lib. III.

Φοιτᾶν· καὶ ὅπως γε μηδ' ἄλλη μηδεμία σκῆψις τῆς ἀπουσίας αὐτοῖς ὑπάρχῃ, προσέταξε, μήτε δικαστήριον, 550 μήτ' ἄλλο μηδὲν τῶν προσηκόντων σφίσιν, ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ γίγνεσθαι. τόν τε ἀριθμὸν τὸν εἰς τὴν κύρωσιν τῶν δογμάτων ἀναγκαῖον, [31] καθ' ἕκαστον εἶδος αὐτῶν, ὥς γε ἐν [q] κεφαλαίοις εἰπεῖν, διενομοθέτησε· καὶ [32] τὰ ζημιώματα τοῖς μὴ δι' εὔλογόν τινα αἰτίαν τῆς [r] συνεδρείας ἀπολειπομένοις ἐπηύξησεν. [s] ἐπειδή τε πολλὰ τῶν τοιούτων ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ὑπευθύνων ἀτιμώρητα εἴωθε γίγνεσθαι, κληροῦσθαί τε αὐτοὺς, εἰ συχνοὶ τοῦτο ποιήσειαν, καὶ [33] τὸν ἀεὶ πέμπτον λαχόντα ὀφλισκάνειν αὐτὰ ἐκέλευσε. B τά τε ὀνόματα συμπάντων τῶν βουλευόντων [34] ἐς λεύκωμα ἀναγράψας ἐξέθηκε· καὶ ἐξ ἐκείνου καὶ νῦν [t] κατ' ἔτος οὕτω ποιεῖται. ταῦτα μὲν ἐπὶ τῇ τῆς συμφοιτήσεως αὐτῶν ἀνάγκῃ ἔπραξεν· εἰ δ' οὖν ποτε ἐκ συντυχίας τινὸς μὴ συλλεχθεῖεν ὅσους ἡ χρεία ἑκάστοτε ἐκάλει, (πλὴν γὰρ ὅτι ὁσάκις ἂν αὐτὸς ὁ αὐτοκράτωρ παρῇ, ἔν τε ταῖς ἄλλαις ἡμέραις ἐς πάντα ὀλίγου τὸ τῶν ἀθροιζομένων πλῆθος καὶ τότε καὶ μετὰ ταῦτα ἀκριβῶς ἐξητάζετο) ἐβουλεύοντο μὲν, καὶ ἥ γε γνώμη συνεγράφετο, οὐ μέντοι καὶ τέλος τι ὡς κεκυρωμένη ἐλάμβανεν, C [35] ἀλλ' [u] αὐκτώριτας ἐγίγνετο, ὅπως φανερὸν τὸ βούλημα αὐτῶν ᾖ. τοιοῦτον γάρ τι ἡ δύναμις τοῦ ὀνόματος τούτου δηλοῖ. [36] ἑλληνίσαι γὰρ αὐτὸ καθάπαξ ἀδύνατόν ἐστι. τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο, καὶ εἴ ποτε ἐν τόπῳ τινὶ μὴ νενομισμένῳ, ἢ ἡμέρᾳ μὴ καθηκούσῃ, ἢ καὶ ἔξω νομίμου παραγγέλματος, ὑπὸ σπουδῆς ἠθροίσθησαν, ἢ καὶ ἐναντιωθέντων τινῶν δημάρχων, τὸ μὲν δόγμα οὐκ ἠδυνήθη γενέσθαι, τὴν δὲ δὴ γνώμην σφῶν οὐχ ὑπέμενον ἀποκρυφθῆναι, ἐνομίζετο· [x] καὶ αὐτῇ μετὰ ταῦτα καὶ ἡ κύρωσις κατὰ τὰ πάτρια ἐπήγετο,

venire jubent, adeſſent. Ac ne qua alia abſentiæ poſſet obtendi excuſatio, cavit, ne quod judicium, aut alia ulla res ſenatoribus competens, eo tempore fieret. A.U.C 745 Druſo & Criſpino COSS. Numerum etiam, qui ut ratum eſſet ſenatusconſultum requiritur, ſecundum ſingula, ut ſummatim dicam, genera ejus, definivit: multamque iis, qui nullam ob juſtam cauſam a ſenatu abfuiſſent, adauxit. Et quoniam plerumque hujusmodi culpa ob multitudinem reorum pœnam effugere ſolet, juſſit, ut ſi plures hoc modo peccaſſent, quintus quisque, in quem ſors incidiſſet, multa teneretur. Omnia nomina ſenatorum in albo conſcripta publice edidit, quod ab eo tempore nunc etiam quotannis fit. Hoc modo ad compellendos in concilium ſenatores uſus eſt Auguſtus. Quod ſi quando caſu fieret, ut non tot, quot opus erat, convenirent; (nam præterquam quod imperatore præſente numerus ſenatorum, qui adeſſent, accurate inibatur, idem hoc ferme omnibus aliis etiam, quibus ſenatus habebatur, diebus, & tunc & deinceps fiebat) conſilium quidem ii capiebant, & quod ſtatuiſſent, id perſcribebatur: non tamen vim ſenatusconſulti obtinebat, ſed auctoritas ſenatus dicebatur: quæ videlicet oſtenderet, quæ fuiſſet præſentium ſententia. Nam id vis nominis hujus ſignificat, quod uno verbo Græcam in linguam transferri nequit. Idemque hoc etiam tum obſervatum eſt, quum aut loco, aut tempore alieno, aut nullo legitimo edicto vocati feſtinato coiiſſent, aut tribuni aliqui plebis interceſſiſſent. Nam hic quoque, quum ſenatusconſultum fieri nequiret, tamen ſententiam ſuam ſenatus nolebat eſſe occultam; quæ deinde more Romano rata fieret, ac

q ἐν κεφαλαίοις. videtur, dicendum fuiſſe ἐν κεφαλαίῳ, ut alias Dio loquitur. r συνεδρείας. συνεδρίας, Xiph. s ἐπειδή τε πολλά. ἐπειδὴ τὰ πολλά, Xiph. minus bene. t κατ' ἔτος. Xyl. ἔθος legit: *qui mos inde tractus permanet.* ſed ἔτος etiam Xiph. rectius; qui etiam forte melius, pro ſequentibus, οὕτω ποιεῖται, ſcribit καὶ τοῦτο ποιεῖται. u αὐκτώριτας. αὔκτωρ, Xiph. quod emendandum. recte in Br. lacuna indicatur poſt αὔκτωρ. & ſic edidit Sylb. qui ἡ λεγομένη addendum putat. verba ἑλληνίσαι — ἀδύνατόν ἐστι omittit Leon. x καὶ αὕτη, vulgo. καὶ αὐτῇ, X. quod probo.

lib. III. Semeſtrium, p. 6. recte probat, apud *Romanos jus* liberorum ipſis etiam Diis *tributum fuiſſe* quo legitime teſtamentis legata conſequerentur. *Nam cœlibes nihil, orbi non ſolidum poterant ex teſtamento capere,* t pluribus ſcriptorum locis probat Lipſius ad Annalem tertium Taciti, excurſu C. Ne igitur ex Deorum, vel Auguſtæ exemplo, legi illi poſſet præjudicium fieri, placuit Liviam & Deos, quos heredes inſtituere, vel quibus aliquid legare fas eſſet, jure trium liberorum pollentes haberi publica lege, ut hereditatem vel legatum integrum conſequerentur. In Ulpiani fragmentis tit. XXII. 6. p. 635. in jurisprudentia vetere antejuſtinianea ampliſſimi Schultingii: *Deos heredes inſtituere non poſſumus, præter eos, quos Senatusconſulto, conſtitutionibus principum, inſtituere conceſſum eſt: ſicuti Jovem Tarpejum, Apollinem Didymæum, ſicuti Martem in Gallia, Minervam Milienſem, Herculem Gaditanum,* Dianam *Epheſiam, Matrem Deorum Sipelenſem quæ Smyrnæ colitur, & Cæleſtem Salinenſem Carthaginis.* Franciscus Carolus Conradi in Diſſ. erudita Lipſiæ A. 1725 edita *de Diis heredibus ex teſtamento apud Romanos* § XI recte putat, hoc loco Dionis, ubi aſteriſcos poſuere priores editiones, non adeo multa deeſſe: nihil enim deſiderari, mihi plane perſuadeo.

§ 29. (l. 77.) ἐν ῥηταῖς ἡμέραις] Sueton. c. 35. *Quo lecti probatique minore moleſtia ſenatoria munera fungerentur, ſanxit, ne plus quam bis in menſe legitimus ſenatus ageretur, Kalendis & Idibus, neve Septembri Octobrive menſe* (quibus erant vindemiæ) *ullos adeſſe alios neceſſe eſſet, quam ſorte ductos, per quorum numerum decreta confici poſſent.*

§ 30. (l. 80.) βουλὰς κατὰ μῆνα κυρίας] Caſaubonus ad jam dictum Svetonii locum legit β' βουλὰς & κυρίας interpretatur *legitimas*, quæ & καθήκουσαι, νόμιμοι ſive ἔννομοι, ut *indictus ſenatus* eſt βουλὴ σύγκλητος. Dies legitimo ſenatu celebres diligenter annotantur in Calendario veteri, quod poſt Lambecium lib. IV. de Bibliotheca Vindobonenſi dedit Grævius T. VIII. theſauri Antiquitatum Romanarum.

§ 31. (l. 87.) καθ' ἕκαστον εἶδος αὐτῶν] Ut in rebus majoris momenti plures, in minoribus cauſſis pauciores ſufficerent, neque ſemper quadringentis eſſet opus. adde p. 545. E. 566. B.

§ 32. (l. 88.) τὰ ζημιώματα] Conf. p. 533. D.

§ 33. (l. 93.) τὸν ἀεὶ πέμπτον] Uti inter milites, ob puniendorum multitudinem, ad decimationem recurritur. p. 382. C. 408. B.

§ 34. (l. 95.) ἐς λεύκωμα] *Album ſenatorium* vocat Tacitus IV. 42. ubi Lipſium ſi placet vide. Dio in Excerptis Peireſcianis p. 661. ubi de tabulis proſcriptionis Syllanæ: τά τε γὰρ πινάκια, ὥσπερ τις ἀναγραφὴ βουλευτῶν, ἢ κατάλογος στρατιωτῶν νομιζομένων, ἐξετίθετο. Corippus IV. 132.

Inde Senatorum ſacro recitantur ab albo
Nomina, Conſcripti patres — —.

Vocabulum λεύκωμα de tabulis proſcriptionis fuit etiam ſupra p. 328. D.

§ 35. (l. 6.) ἀλλ' αὐκτώριτας] vide ſi placet dicta ad p. 195. D.

§ 36. (l. 8.) ἑλληνίσαι γὰρ αὐτὸ καθάπαξ ἀδύνατόν ἐστι] Negat hoc Franciſcus Philelfus lib. XVII. Epiſtola prima ad Albertum Scoptum, qua Græcus non fert Græcam linguam egeſtatis præ Latina argui, & quod *auctoritatem* ſenatus hic Dio appellat, id commode Græce contendit dici poſſe ἀξίωμα. Hoc etſi non auſim negare, tamen pro Dione video poſſe dici, quod vocabulum ἀξίωμα neutiquam vi ſua illam offerebat animo imaginem ac conceptionem, quam Latina

A.U.C. 745 Druſo & Criſpino COSS.

ac nomen ſenatusconſulti acciperet. Id vero ab antiquis multo tempore ſtudioſiſſime retentum, noſtra ætate fere exolevit, ſicut & id, quod de prætoribus ſanxit Auguſtus. His, quum indignum videretur, ſe qui honore tamen tribunos plebis anteirent, in ſenatu nullum relationis jus habere, Auguſtus id juris conceſſit, quod tamen tempus eis poſtmodo abſtulit.

ἐπήγετο, καὶ ἡ ἐπίκλησις ἡ τοῦ δόγματος ἐπεφέρετο. τοῦτό τε οὖν ἰσχυρῶς ἐπὶ πλεῖστον τοῖς πάλαι τηρηθὲν, ἐξίτηλον τρόπον τινὰ ἤδη γέγονε· [37] καὶ y τὸ τῶν στρατηγῶν. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ἀγανακτήσαντες ὅτι μηδεμίαν γνώμην, z καίτοι τῶν δημάρχων προτετιμημένοι, ἐς τὴν βουλὴν ἐσέφερον, παρὰ μὲν τοῦ Αὐγούστου ἔλαβον αὐτὸ ποιεῖν, ὑπὸ δὲ δὴ τοῦ χρόνου ἀφῃρέθησαν. D

4. Has tum leges Auguſtus una cum aliis tulit; ſed antequam referret de iis ad ſenatum, in tabula perſcriptas in curia propoſuit, & ſenatoribus pluribus una ingredientibus liberum fecit, ut legerent; ac ſi quid diſpliceret, aut melius eo poſſent in commune conſulere, id ut exponerent. Omnino enim adeo popularis videri volebat, ut quum veterum commilitonum ſuorum quidam patrocinium ipſius peteret, primum, quaſi ipſe occupationibus diſtineretur, amicum quendam patronum daret: ſed cum ille iratus negaret, ſe ipſi auxilio indigenti alium quendam vicarium miſiſſe, ſed ſemet ubique pro eo periculis objeciſſe; motus eo dicto, ipſe in judicium venit, ac cauſam hominis egit. Amico cuidam in judicium pertracto adfuit, communicata prius cum ſenatu re, eumque ſervavit: actorem autem non modo ira nulla eſt proſecutus, quamvis multa uſum in dicendo libertate, ſed etiam morum cauſa reum factum abſolvit: id dicens, libertatem ejus, propter manifeſtam multorum malitiam, ipſis eſſe neceſſariam: alioquin quos inſidias ſibi ſtruxiſſe indicio cognoverat, ſuppliciis afficere ſolitus. Quæſtores etiam in ora maritima prope urbem, & aliis Italiæ locis, ut præeſſent, conſtituit: idque in plures annos fecit.

Ταῦτά τε οὖν καὶ τἆλλα τότε a ἐνομοθέτησεν, ἔς τε τὸ συνέδριον ἐν λευκώμασι γεγραμμένα b προέθηκε, [38] πρὶν χρηματίσαι τι περὶ αὐτῶν, καὶ τοῖς βουλευταῖς μεθ' ἑνὸς ἑτέρου εἰσελθοῦσιν, ἀναγνῶναι ἐπέτρεψεν· ὅπως ἄν τι μὴ ἀρέσῃ αὐτοὺς, ἢ καὶ ἕτερόν τι βέλτιον συμβουλεῦσαι δυνηθῶσιν, εἴπωσιν. οὕτω γάρ που δημοκρατικὸς ἠξίου εἶναι, E ὥστε [39] τινὸς τῶν συστρατευσαμένων ποτὲ αὐτῷ συνηγορήματος παρ' αὐτοῦ δεηθέντος, τὸ μὲν πρῶτον τῶν φίλων τινὰ, ὡς καὶ ἐν ἀσχολίᾳ ὢν, συνειπεῖν αὐτῷ κελεῦσαι, ἔπειτ' ἐπειδὴ ἐκεῖνος ὀργισθεὶς ἔφη, "ἐγὼ μέντοι ὁσάκις ἐπικουρίας χρείαν ἔσχες, οὐκ "ἄλλον τινὰ ἀντ' ἐμαυτοῦ σοι ἔπεμψα, ἀλλ' αὐ- 551
"τὸς πανταχοῦ προεκινδύνευσά σου," ἔς τε τὸ δικαστήριον c ἐσελθεῖν, καὶ συνηγορῆσαί οἱ. [40] φίλῳ τέ τινι δίκην φεύγοντι συνεξετάσθη, d προεπικοινώσας αὐτὸ τοῦτο τῇ γερουσίᾳ· καὶ ἐκεῖνόν τε ἔσωσε, καὶ τὸν κατήγορον αὐτοῦ οὐχ ὅπως δι' ὀργῆς ἔσχε, καίπερ πάνυ πολλῇ παρρησίᾳ χρησάμενον, ἀλλὰ καὶ εὐθυνόμενον ἐπὶ τοῖς τρόποις, ἀφῆκεν· εἰπὼν ὅτι ἀναγκαία σφίσιν ἡ παρρησία αὐτοῦ, διὰ τὴν ἄντικρυς τῶν πολλῶν πονηρίαν, εἴη. ἄλλους γε μὴν ἐπιβουλεύειν οἱ μηνυθέντας ἐκόλασε. καὶ ταμίας ἔν τε τῇ παραλίᾳ τῇ πρὸς τῇ πόλει, B καὶ ἐν ἑτέροις τισὶ τῆς Ἰταλίας χωρίοις ἄρχειν ἐποίησε· καὶ τοῦτο [41] καὶ ἐπὶ πλείω ἔτη ἐποίησε. ὅμως δ' οὖν τότ' οὐκ ἠθέλησεν ἐς τὴν πόλιν διὰ τὸν

y τὸ τῶν στρατηγῶν. ſcribe τὸ περὶ τῶν στρατηγῶν, L. z καίτοι τῶν δημάρχων προτετιμημένοι. emendatio eſt Roberti, probata a Xyl. & jam recepta ab HS. & L. pro Robertina lectione corrupta: καὶ τὴν τῶν δημάρχων προτετιμημένοι. a ἐνομοθέτησεν. vulgo ἐνομοθέτησαν. ſed ad Auguſtum referri vidit interpres, vidit L. nec dubium. νόμους ἐθέσπισε, pro eo dicit Z. librarius noſter ſonum præcedentis ἀφῃρέθησαν adhuc in mente habuit. b προέθηκε. & hæc veriſſima emendatio Leunclavii, quam recipere non dubitavi, pro vulgato προσέθηκε. c ἐσελθεῖν. συνελθεῖν, Xiph. ex confuſione credo ſequentis συνηγορῆσαι. d προεπικοινώσας. ἐπικοινώσας, Xiph.

vox *auctoritas ſenatus* ex uſu recepto apud Romanas aures habuit.

§ 37. (l.20.) καὶ τὸ τῶν στρατηγῶν] M. Varro apud Gellium III. 18. *& curulibus magiſtratibus functi*, (erat autem prætura inter curules magiſtratus) *qui nondum a cenſoribus in ſenatum lecti erant, Senatores non erant: & quia in poſtremis ſcripti erant, non rogabantur ſententias, ſed quas principes dixerant, in eas diſcedebant.* Conf. quæ dicta ad p. 43. D. ἐστρατήγει γὰρ ὅπως τὴν βουλὴν ἀθροίσῃ. Simile p. 209. D. Tribuni plebis autem poſt Syllæ tempora e Senatoribus legebantur. vide Lipſium II. 13. Electorum, & Torrentium ad Suetonii Auguſtum c. 10. & 40. Prætoribus dignitate inferiores, quod nec purpuram nec ſellam curulem haberent, nec lictores, ex quo ne Magiſtratus quidem eſſe colligebat Plutarchus Qv. 80. Rom. in quo tamen fugit eum ratio, ut a multis jam eſt adnotatum. Per magiſtratus, viam in Senatum fuiſſe, docet Dio p. 646. E.

Explicationem hujus loci minus quæſitam adjiciamus, pace Summi Viri, cui forte interpretes obfuerunt, illud γνώμην ἐσφέρειν confundentes cum γνώμην λέγειν, γνώμην ποιῆσαι, & pariter de *jure ſententiam dicendi* accipientes, eo nomine jam notati a Caſaubono ad Suet. Cæſ. c. 20. Intelligitur enim *jus relationis*, quod adhuc neglectum a Prætoribus, Tribuni plebis exercebant, etiamſi Conſul ſenatum coegiſſet. Sic Ninnius Trib. pl. ἐσήνεγκε ἐς τὸ βουλευτήριον τὴν ὑπὲρ τοῦ Κικέρωνος γνώμην, *retulit in ſenatu de Cicerone revocando*: p. 78. C. ſicut poſtea plures Tribuni pl. τὴν γνώμην ἐς τὸ πλῆθος ἐσήνεγκαν, de eadem re *ad populum retulerunt*. p. 95. C. Conf. p. 106. A. 565. B. Cic. Phil. VII. 1. Hinc Tribunitia poteſtas Auguſto data cum jure relationis in ſenatu conjungitur p. 518. E. δημαρχεῖν διὰ βίου ἔδωκαν, καὶ χρηματίζειν περὶ ἑνὸς ὅτου ἂν ἐθελήσῃ καθ' ἑκάστην βουλὴν καὶ μὴ ὑπατεύοντι. Idem ergo *jus relationis* Prætores, quippe Tribunis pl. digniores, & petierunt tunc & impetrarunt. Sed fruſtra, quippe non utendo iterum amittentes, ſicut hactenus recte perſpexit Caſaubonus l. c. niſi quod fruſtra ſe torquet, cur Suetonius dicat, neminem auſum *referre aut cenſere* aliquid. *Si nemo fuit*, inquit, *qui relationem faceret, at potuit quidem eſſe qui cenſeret.* Potuit vero, ut ab aliis oſtenſum, quia a majoribus conceſſum erat cuivis ſenatori ſententiam dicenti, *egredi relationem*, & loco ſententiæ de quacunque re vellet exponere: Tac. A. II. 38. XIII. 49. XIV. 43. atque fiebat formula, *amplius cenſeo.* Reim.

§ 38. (l.27.) πρὶν χρηματίσαι τι περὶ αὐτῶν] antequam referret ad ſenatum. vide ad p. 458. A. 518. E. 104.

§ 39. (l.32.) τινὸς τῶν συστρατευσαμένων ποτὲ αὐτῷ] Sueton. c. 56. *affuit & clientibus, ſicut ſcutario cuidam, evocato quondam ſuo, qui poſtulabatur injuriarum.* Macrob. II. 4. Saturnalium. *Veteranus cum die ſibi dicto periclitaretur, acceſſit in publico ad Cæſarem, rogavitque ut ſibi adeſſet. Ille advocatum, quem ex comitatu ſuo elegerat, ſine mora dedit, commendavitque ei litigatorem. Exclamavit ingenti voce veteranus: at non ego, Cæſar, periclitante te Actiaco bello, vicarium quæſivi, ſed pro te ipſe pugnavi, detexitque impreſſas cicatrices. Erubuit Cæſar, venitque in advocationem, ut qui vereretur non ſuperbus tantum, ſed etiam ingratus videri.*

§ 40. (l.39.) φίλῳ τέ τινι] Idem Suetonius: *Cum Aſprenas Nonius, arctius ei junctus, cauſſam veneficii, accuſante Caſſio*

τὸν τοῦ Δρούσου θάνατον, [42] ὥσπερ εἶπον, ἐσελθεῖν.

Τῷ δὲ ἑξῆς ἔτει, ἐν ᾧ Ἀσίνιός τε Γάλλος καὶ Γάϊος Μάρκιος ὑπάτευσαν, τήν τε ἄφιξιν ἐποιήσατο, καὶ τὴν δάφνην ἐς τοῦ Διὸς τοῦ
C Φερετρίου [43] παρὰ τὸ νομιζόμενον ἐσήνεγκε· καὶ αὐτὸς μὲν οὐδεμίαν ἐπὶ τούτοις ἑορτὴν ἤγαγε, πολὺ πλεῖον ἐν τῷ τοῦ Δρούσου ὀλέθρῳ ἐζημιῶσθαι, ἢ ἐν ταῖς νίκαις ὠφελεῖσθαι, νομίζων. οἱ δὲ δὴ ὕπατοι [44] τά τε ἄλλα ὅσα ἐπὶ τοῖς τοιούτοις γίγνεται ἐποίησαν, καὶ ἐκ τῶν αἰχμαλώτων τινὰς ἀλλήλοις [e] συνέβαλον. καὶ μετὰ τοῦτο ὁ Αὔγουστος, αἰτιαθέντων καὶ ἐκείνων καὶ τῶν ἄλλων ἀρχόντων, ὡς ἐκ δεκασμοῦ τινος ἀποδεδειγμένων, τοῦτο μὲν οὔτε ἐξήλεγξεν, [45] οὔτ᾽ ἀρ-
D χὴν προσεποιήσατο εἰδέναι. οὔτε γὰρ [f] κολάσαι τινὰς, οὔτε ἂν συγγνῶναι ἐλεγχθεῖσιν ἠθέλησε. [46] τοὺς δὲ δὴ σπουδαρχιῶντας χρήματα πρὸ τῶν ἀρχαιρεσιῶν, ὥσπερ τι [g] ἐνέχειρον, προῄτησεν, ἐπὶ τῷ μηδὲν τοιοῦτον αὐτοὺς ποιῆσαι, ἢ στερηθῆναι τῶν δεδομένων. καὶ τοῦτο μὲν πάντες ἐπῄνεσαν. ὅτι δ᾽, οὐκ [h] ἐξὸν ὂν [47] δοῦλον κατὰ δεσπότου βασανισθῆναι, ἐκέλευσεν, ὁσάκις ἂν χρεία τοιούτου τινὸς γένηται, [48] τῷ δημοσίῳ αὐτὸν, ἢ καὶ ἑαυτῷ πιπράσκεσθαι, ὅπως [i] ἀλλότριος τοῦ κρινομένου ὢν, ἐξετάζηται, [k] οἱ μὲν
E ᾐτιῶντο, ὅτι ὁ νόμος τῇ τοῦ δεσπότου [l] μεταλλαγῇ καταλύεσθαι ἔμελλεν· οἱ δ᾽ ἀναγκαῖον [m] αὐτὸ ἔφασκον εἶναι, ὅτι πολλοὶ διὰ τοῦτο καὶ ἐπ᾽ αὐτῷ ἐκείνῳ καὶ ἐπὶ ταῖς ἀρχαῖς συνίσταντο.

Μετὰ δὲ δὴ ταῦτα τήν τε ἡγεμονίαν (καίπερ [n] ἀφιεὶς, ὡς ἔλεγεν, ἐπειδὴ [49] τὰ δέκα ἔτη τὰ δεύτερα ἐξεληλύθει) ἄκων δῆθεν αὖθις ὑπέστη, καὶ ἐπὶ τοὺς Κελτοὺς ἐστράτευσε. καὶ αὐτὸς μὲν [o] ἐν τῇ οἰκείᾳ ὑπέμεινεν· ὁ δὲ δὴ Τιβέριος τὸν Ῥῆνον διέβη.

cit. In urbem tamen intrare tunc propter mortem Druſi, ut diximus, noluit. A.U.C.746 Aſinio Gallo & Marcio Cenſorino COSS.

5. Sed anno proximo, C. Aſinio Gallo & C. Marcio Cenſorino Coſſ. Romam ingreſſus eſt, laureamque in Jovis Feretrii templum præter conſuetudinem Romanam intulit: neque ullum tamen ideo feſtum egit diem, plus ſibi ex Druſi morte damni, quam ex victoriis commodi, accidiſſe exiſtimans. Conſules vero ea, quæ pro victoria fieri ſolebant, fecerunt: ac inter alia, captivos quosdam dimicare invicem juſſerunt. Auguſtus deinde, quum conſules & reliqui magiſtratus culparentur, quod largitionibus eas ſibi dignitates paraſſent, neque inquiſitionem inſtituit, & omnino ſe id ſcire diſſimulavit: quia neque punire quenquam, neque criminis convicto ulli veniam dare ſtatuerat: ſed ante comitia pecuniam ab iis, qui petituri eſſent magiſtratum aliquem, pignoris loco exegit: hac conditione, ut largitiones ne facerent, aut ſi feciſſent, pecuniam amitterent: idque ejus factum ab omnibus laudatum eſt. Sed quum non liceret ſervum contra dominum adhibitis tormentis quæſtioni ſubjicere, isque juſſiſſet hujusmodi ſervum, ſi uſus poſtularet, vel reipublicæ, vel ſibi vendi, ut dominio rei exemtus examinari poſſet; id a nonnullis culpatum, legem diſſolvi ea domini mutatione querentibus; aliis neceſſario id fieri dicentibus, quum multi hoc freti contra ipſum ac magiſtratus conſpirarent.

6. Poſt hæc Auguſtus principatum, quem deponere præ ſe ferebat, quod exactum eſſet decennium alterum, invitus ſcilicet iterum ſuſcepit, & in Germanos bellum movit. Ipſe quidem intra fines ſubſtitit; Tiberius autem transiit

e συνέβαλον. V.b. hic addit: καὶ τά τε ἄλλα ὅσα ἐπὶ τοῖς τοιούτοις, quæ temere repetita ſunt ex antecedentibus. *f* κολάσαι τινάς. διὰ τοῦτο, addit Z. *g* ἐνέχειρον. ſcribe ἐνέχυρον, RS. X. *h* ἐξὸν ὄν. Xiph. ſcripſit: ἐξὸν ὂν, L. imo Xiphilinus: οὐκ ἐξὸν δ᾽ ὄν. apud Dionem, ὅτι cohæret cum ἐκέλευσεν. *i* ἀλλότριος. ὡς ἀλλότριος Xiph. & deinde ἐπεξετάζηται, pro ἐξετάζηται. *k* οἱ μὲν ᾐτιῶντο. τοῦτον δ᾽ οἱ μὲν ᾐτιῶντο, Xiph. vel τοῦτο, Br. Pal. verius τούτου, Sylb. ſed hic vocula τοῦτο non minus commode abeſt. *l* μεταλλαγῇ. καταλλαγῇ, V.b. *m* αὐτό. αὐτῷ, Xiph. & deinde διὰ τούτων, pro διὰ τοῦτο. ſed αὐτὸ habet Br. *n* ἀφιείς: ita recte & Z. ἀφεὶς, *depoſuiſſe*, ex Xiph. X. *o* ἐν τῇ οἰκείᾳ. ita cod. Sylb, rectius quam vulgo, ἐν τῇ οἰκίᾳ, L. οἴκοι, Z.

ſio Severo, diceret, conſuluit ſenatum, quid officii ſui putaret: cunctari enim ſe, ne, ſi ſupereſſet, eriperet legibus reum: ſin deeſſet, deſtituere ac prædamnare amicum videretur. Et conſentientibus univerſis ſedit in ſubſelliis per aliquot horas, verum tacitus, ac ne laudatione quidem judiciali data.

§ 41. (l.50.) καὶ ἐπὶ πλέω ἔτη] Quinquennales videntur viris doctis in priſcis lapidibus appellari. Conf. quæ de præfecturis Italiæ, Oſtienſi & Gallica, abrogatis deinde a Claudio, Caſaubonus ad Suetonii Claudium, c. 24. & Dio infra p. 681. A.

§ 42. (l.52.) ὥσπερ εἶπον] Vide ſi placet dicta ad p. 549. B.

§ 43. (l. 57.) παρὰ τὸ νομιζόμενον] Ex veteri more, ſpolia opima quidem in templo Jovis Feretrii, p. 242. B. ſed laureæ a victoribus in gremio Jovis Capitolini deponebantur, ut dictum ad p. 539. C. Suſpicor autem, Feretrium ab Auguſto jam prælatum, ob nomen petitum a feretro, quod ipſe ferale funeri Druſi cogitavit.

§ 44. (l.61.) τά τε ἄλλα] Ut ſupplicationes, ludos, ſpectacula, epulum.

§ 45. (l.66.) οὔτ᾽ ἀρχὴν] Præter Dionem, ita frequenter Sextus Empiricus, ut ad illius p. 78. & 26. notare me memini. Et vere monuit ad Ammianum p. 260. V. C. Jac. Gronovius, hoc ſenſu illud τὴν ἀρχὴν uſurpari ab quam plurimis Græcis ſcriptoribus, creberrimeque male intellectum & verſum.

§ 46. (l.69.) τοὺς δὲ δὴ σπουδαρχιῶντας] σπουδαρχιᾷν, verbum, quale Latinorum *ſenaturire*, extat apud Ariſtotelem, ubi demagogos σπουδαρχιῶντας perſtringit lib. V. c. 5. Politicor. Apud Heſychium pro σπουδαρχαιρεσίας videtur legendum σπουδαρχαιρεσιῶντες, οἱ περὶ τὰς ἀρχαιρεσίας σπουδάζοντες. De lege Julia adverſus ambitum dixi ad p. 531. E.

§ 47. (l.73.) δοῦλον κατὰ δεσπότου] Cicero pro Milone c. 22. *De ſervis nulla lege quæſtio eſt in dominos, niſi de inceſtu, ut fuit in Clodium — — Majores noſtri in dominum de ſervo quæri noluerunt, non quia non poſſet verum inveniri, ſed quia videbatur indignum eſſe, & dominis ipſa morte triſtius.* Et pro Dejotaro c. 1. *cum more majorum de ſervis in dominum ne tormentis quidem quæri liceat, in qua quæſtione dolor veram vocem elicere poſſit etiam ab invito, exortus eſt ſervus, qui quem in equuleo appellare non poſſet, eum accuſet ſolus.* Partition. Orator. c. 34. *De noſtrorum prudentiſſimorum hominum inſtitutis, qui cum de ſervis in dominos quæri noluiſſent, de inceſtu tamen & conjuratione, quæ facta me Conſule eſt, quærendum putaverunt.* Neque accuſanti dominum ſervo fides habita. vide ſupra ad p. 171. B.

§ 48. (l.75.) τῷ δημοσίῳ αὐτὸν] Tiberio, non Auguſto, hoc tribuit Tacitus II. Annal. c. 30. *Quia vetere Senatusconſulto quæſtio in caput domini prohibebatur, callidus & novi juris repertor Tiberius mancipari ſingulos actori publico jubet.* Idem III. 67. *Servos quoque Silani, ut tormentis interrogarentur, actor publicus mancipio acceperat.* Sed licet Cajo & Claudio hoc probatum, tamen vetuerunt iterum imperatores, Hadrianus, Antoninus, Severus, itemque alii. vide Digeſtorum lib. XLVIII. tit. 18. de quæſtionibus. A Tiberio ſervos in capita dominorum torqueri juſſos, tangit etiam Dio, p. 615. E.

§ 49. (l.83.) τὰ δέκα ἔτη τὰ δεύτερα] Initium tertii decennii

A.U.C.746 Aſinio Gallo & Marcio Cenſorino COSS.

iit Rhenum. Eorum vim metuentes barbari, omnes, exceptis Sicambris, legatos miſerunt pacem petentes; ſed neque tum eam impetraverunt, quum Auguſtus, niſi Sicambris adjunctis, negaret ſe eam daturum: neque magis deinde, quum hi quoque legatos miſiſſent. Tantum enim abfuit, ut Sicambri aliquid efficerent, ut potius eorum legati omnes, multi quidem illi ac nobiliſſimi, inſuper perirent. Nam cum eos Auguſtus comprehenſos in variis urbibus depoſuiſſet, tædium rei non ferentes, manus ſibi ipſis intulere. Hinc, quum aliquamdiu ſe continuiſſent, poſtmodo a Romanis vindictam ſui doloris magna cum uſura repetierunt. Auguſtus tum militibus, non quidem victoriæ nomine, (quanquam & ipſe imperatoris nomen acceperat, & Tiberio dederat) ſed quod Cajum tunc primum militaribus exercitiis deditum ſecum habebant, pecuniam largitus eſt. Cæterum Tiberium Druſi loco exercitui cum imperio præfectum, imperatoriſque nomine decoratum, conſulem iterum fecit: juſſitque eum, more antiquitus recepto, antequam magiſtratum iniret, edictum publice proponere: triumpho etiam ipſum ornavit. Nam ipſe quidem Auguſtus cum triumphum recuſaſſet, id tamen accepit, ut natalitiis ſuis perennes ludi eſſent equeſtres. Idem pomœrii quoque terminos protulit, menſemque Sextilem, Auguſtum nominavit. Quod nomen quum alii Septembri, quo menſe natus eſſet Auguſtus, indere vellent, ipſe Sextilem prætulit; quod eo menſe primum conſul factus, ac multis magnis in præliis victoria potitus eſſet.

7. Quibus rebus ut lætabatur Auguſtus, ita Mæcenatis

διέβη. Φοβηθέντες οὖν [p] αὐτοὺς οἱ βάρβαροι,
[q] πλὴν [50] τῶν Συγάμβρων, ἐπεκηρυκεύσαντο· καὶ
οὔτε τότε ἔτυχόν τινος, (ὁ γὰρ Αὔγουστος οὐκ ἔφη 552
σφίσιν ἄνευ ἐκείνων [r] σπείσεσθαι) οὔθ' ὕστερον.
ἔπεμψαν μὲν γὰρ καὶ [s] οἱ Σύγαμβροι πρέσβεις,
τοσούτου δὲ [t] ἐδέησαν διαπράξασθαί τι, ὥστε καὶ
ἐκείνους πάντας, καὶ πολλοὺς καὶ ἐλλογίμους ὄντας,
προσαπολέσθαι. ὅ, τε γὰρ Αὔγουστος συλλαβὼν
αὐτοὺς [51] ἐς πόλεις τινὰς κατέθετο, [u] καὶ ἐκεῖνοι
δυσαναχετήσαντες, ἑαυτοὺς κατεχρήσαντο. κἀκ
τούτου χρόνον μέν τινα ἡσύχασαν, ἔπειτα ἐπὶ
πολλῷ τὸ πάθημα σφῶν τοῖς Ῥωμαίοις ἀνταπέδοσαν. ὁ δ' οὖν Αὔγουστος τοῦτό τε ἐποίησε, καὶ B
τοῖς στρατιώταις ἀργύριον, οὐχ ὡς νενικηκόσι,
καίτοι [52] τὸ τοῦ αὐτοκράτορος ὄνομα καὶ αὐτὸς
λαβὼν καὶ τῷ Τιβερίῳ δούς, [53] ἀλλ' ὅτι τὸν Γάϊον
ἐν ταῖς γυμνασίαις τότε πρῶτον συνεξεταζόμενον
σφίσιν ἔχον, ἐχαρίσατο. τὸν δ' οὖν Τιβέριον
[54] ἐς τὴν τοῦ αὐτοκράτορος ἀρχὴν ἀντὶ τοῦ Δρούσου [x] προαγαγών, τῇ τε ἐπικλήσει ἐκείνῃ ἐγαύρωσε, καὶ ὕπατον αὖθις ἀπέδειξε. [55] γράμματά τε,
κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἔθος, καὶ πρὶν ἐς τὴν ἀρχὴν ἐσελθεῖν, ἐκθεῖναι πρὸς τὸ κοινὸν ἐποίησε· καὶ προσέτι C
[56] καὶ τοῖς ἐπινικίοις ἐσέμνυνεν. αὐτὸς γὰρ ἐκεῖνα
μὲν οὐκ ἠθέλησε πέμψαι, [57] ἐς δὲ δὴ τὰ γενέθλια
ἱπποδρομίαν ἀΐδιον ἔλαβε. [58] τά τε τοῦ πωμηρίου
ὅρια ἐπηύξησε, καὶ [59] τὸν μῆνα τὸν Σεξτίλιον
[y] ἐπικαλούμενον, Αὔγουστον ἀντωνόμασε. τῶν γὰρ
ἄλλων τὸν Σεπτέμβριον οὕτως, ἐπειδήπερ ἐν αὐτῷ
ἐγεγέννητο, προσαγορεῦσαι ἐθελησάντων, [60] ἐκεῖνον
αὐτὸς προετίμησεν, ὅτι καὶ ὕπατος ἐν αὐτῷ τὸ
πρῶτον ἀπεδέδεικτο, καὶ μάχας πολλὰς καὶ μεγάλας ἐνενικήκει. ἐπὶ μὲν οὖν τούτοις ἐγαυροῦτο. D

Τοῦ δὲ δὴ Μαικήνου τελευτήσαντος, ἤλγησε.

p αὐτούς, Tiberium & Auguſtum. αὐτὸν edidit Urſ. p. 389. ſed in MS. erat αὐτούς. *di eſſo*, Leon. *q* πλὴν τῶν Καντάβρων, vulgo. ἄνευ τῶν Καντάβρων, Exc. Urſ. ſed quid Cantabris cum Germanis? X. lege Κεντουαρῶν, hic & paulo poſt, L. imo Συγάμβρων, ut Urſini codex paulo poſt, F. adde Lipſium ad Tac. An. II. 26. not. 66. & Antiqu. Lect. l. 6. T. I. Opp. p. 74. ſed vereor ne erraverit. Od. fruſtra autem veretur, non inſpecto Urſino. *r* σπείσεσθαι. ita pro vulgato πείσεσθαι legendum vidit X. quam emendationem comprobat codex Urſ. unde recepi. *s* Σύγαμβροι. legebatur hic iterum Κάνταβροι. ſecutus autem ſum cod. Urſ. *t* ἐδέησαν, Exc. Urſ. ἐδεήθησαν, vulgo, male. *u* καὶ ἐκεῖνοι, οἱ δὲ, Exc. Urſ. *x* προαγαγών. eſt emendatio Leunclavii, a me recepta pro vulgato προσαγαγών, qualia verba compoſita ſæpe inter ſe permutantur. vide p. 103. B. *y* ἐπικαλούμενον. καλούμενον, Xiph.

cennii poſt Auguſti titulum Cæſari tributum. vide dicta ad p. 506. E. 529. B. Quarti initium p. 556. C.

§ 50. (l. 88.) πλὴν τῶν Καντάβρων] Omnino audiendus V. C. Joannes Maſſon in libro erudito de Jani templo Christo naſcente reſerato, quem Roterodami A. 1700. 8. publici juris fecit p. 239. *Cum nulli fuerint in Germania Cantabri, qui in Hiſpania tam procul a Rheno colebant, certum eſt, Dionis codici errorem obrepſiſſe. Ideo Leunclavius cenſuit,* Κεντουαρῶν *eſſe reponendum* (quod non improbatum Noriſio p. 100. ad Cenotaphia Piſana.) *At malumus cum Ægidio Bucherio lib. I.* Belgici Romani c. 18. Συγάμβρων *reponere. Sic enim ex Eclogis Urſini Dionianis p. 389. ipſoque adeo Dione, qui de transrhenanis hic diſerte agit, ex Suetonio c. 21. Eutropio VII. 8. & aliis legendum eſt.* Horatius IV. oda 14. *Te cæde gaudentes Sicambri compoſitis venerantur armis.*

§ 51. (l. 95.) ἐς πόλεις τινὰς κατέθετο] Suetonius Auguſto c. 21. *Germanos ultra Albim fluvium ſubmovit, ex quibus Ubios & Sicambros dedentes ſe traduxit in Galliam, atque in proximis Rheno agris collocavit.* & Tiberio c. 9. *Germanico bello, quadraginta millia dedititiorum trajecit in Galliam, juxtaque ripam Rheni ſedibus aſſignatis collocavit.* Male Eutropii codices VII. 9. Pannonicum bellum nominant pro Germanico, quo Tiberius alter Auguſti privignus XXXX. millia captivorum ex Germania transtulit, & ſuper ripam Rheni in Gallia collocavit.

§ 52. (l. 1.) τὸ τοῦ αὐτοκράτορος ὄνομα] Auguſtus Imperator tunc tertium decimum, Tiberius iterum, ut ex numis conſtat, quales exhibet Marcus Velſerus libro ſexto Rerum Auguſtanarum p. 284. & 287.

§ 53. (l. 2.) ἀλλ' ὅτι τὸν Γάϊον] Quo die principes juventutis tyrocinio ſuo deducebantur a Cæſare in forum, dari conſueverat congiarium plebi, donativum militibus. vide quæ viri docti ad Suetonium Auguſto c. 26. & Nerone c. 7. nec non ad Taciti III. Annal. c. 29. Pitiſcus in *Tyrones*.

§ 54. (l. 5.) ἐς τὴν τοῦ αὐτοκράτορος ἀρχὴν] Ut cum imperio exercitibus Druſi loco præeſſet.

§ 55. (l. 7.) γράμματά τε] Conſules, prætores, aliique magiſtratus ſolebant, *edicto* publice promulgato, ſub initium muneris ſui formulam jurisdictionis ſuæ proponere, quod Cicero reſpicit, lib. II. de finibus c. 22. *quid enim mereri velis jam cum magiſtratum inieris, & in concionem aſcenderis, eſt enim tibi edicendum quæ ſis obſervaturus in jure dicendo: & fortaſſe etiam, ſi tibi erit viſum, aliquid de majoribus tuis & de te ipſo dices more majorum.*

§ 56. (l. 10.) καὶ τοῖς ἐπινικίοις] Non ovationem, & ornamenta triumphalia intelliges, ut p. 549. C. ſed [illegible] triumphum, de quo p. 553. C.

§ 57. (l. 11.) ἐς δὲ δὴ τὰ γενέθλια] Natalis Auguſti, XXIII. Sept. ludis equeſtribus ſolenniter quotannis celebratus. Conſ. dicta ad p. 545. A.

§ 58. (l. 12.) τά τε τοῦ πωμηρίου ὅρια] Ita pomœrium urbis protulerat Julius Cæſar, de quo dictum ad p. 238. D. de Sylla atque Auguſto idem teſtatur Tacitus XII. 23. & de Auguſto etiam Vopiſcus in Aureliano c. 21. *Pomœrio neminiprincipum licet addere, niſi ei qui agri barbarici aliqua ex parte Romanam remp. locupletaverit. Addidit autem Auguſtus, addidit Trajanus, addidit Nero, ſub quo Pontus Polemoniacus, & Alpes Cottiæ Romano nomini tributa.* Quod eit de Nerone,

A.U.C. 746 Aſinio Gallo & Marcio Cenſorino COSS.

σε. πολλὰ μὲν γὰρ καὶ ἄλλα ἀπ' αὐτοῦ [z] ἀπώνητο, (ὅθεν καίπερ ἱππεῖ αὐτῷ ὄντι [61] καὶ τὸ ἄστυ ἐπὶ πολὺν χρόνον ἐπέτρεψε) μάλιστα δὲ ὁσάκις ἀκρατοτέρῳ τῷ θυμῷ ἐχρῆτο. τῆς τε γὰρ ὀργῆς αὐτὸν ἀεὶ παρέλυε, καὶ ἐς τὸ ἠπιώτερον μεθίστη. τεκμήριον δέ· δικάζοντί ποτε αὐτῷ προστὰς, καὶ ἰδὼν ὅτι
E πολλοὺς θανατώσειν μέλλοι, ἐπεχείρησε μὲν διώσασθαι τοὺς περιεστηκότας, καὶ ἐγγύς οἱ προσελθεῖν· μὴ δυνηθεὶς δὲ, ἔγραψεν ἐς γραμματεῖον, “Ἀνάστηθι ἤδη ποτὲ, δήμιε.„ καὶ αὐτὸ ὡς καὶ ἕτερόν τι ἔχον, ἐς τὸν κόλπον αὐτοῦ ἔρριψεν· ὥστ' ἐκεῖνον μήτ' ἀποκτεῖναί τινα, καὶ εὐθὺς ἐξαναστῆναι. οὐ γὰρ ὅπως ἠγανάκτει τοῖς τοιούτοις, ἀλλὰ καὶ ἔχαιρεν, ὅτι ὅσα αὐτὸς ὑπό τε τῆς ἑαυτοῦ φύσεως, καὶ ὑπὸ τῆς τῶν πραγμάτων ἀνάγκης, καὶ παρὰ τὸ προσῆκον ἐθυμοῦτο, [a] ταῦτα
553 [62] τῇ τῶν φίλων παῤῥησίᾳ διωρθοῦτο. μέγιστον δ' οὖν καὶ ἐκεῖνο τῆς τοῦ Μαικήνου ἀρετῆς δεῖγμα ἦν, ὅτι τῷ τε Αὐγούστῳ, καίτοι πρὸς τὰς ὁρμὰς αὐτοῦ ἀνθιστάμενος, ᾠκειοῦτο, καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσιν ἤρεσκε. [63] πλεῖστόν τε παρ' αὐτῷ δυνηθεὶς, ὥστε πολλοῖς καὶ τιμὰς καὶ ἀρχὰς δοῦναι, οὐκ ἐξεφρόνησεν, ἀλλὰ τῷ τῶν ἱππέων τέλει κατεβίω. τούτων τε οὖν ἕνεκα [64] ἰσχυρῶς αὐτὸν ὁ Αὔγουστος ἐπόθησε, καὶ ὅτι καὶ κληρονόμον αὐ-
B τὸν, [65] καίπερ ἐπὶ τῇ γυναικὶ δυσκολαίνων, κατέλιπε, καὶ ἐπ' αὐτῷ πλὴν ἐλαχίστων ἐποιήσατο, ἄν τέ τινι τῶν φίλων αὐτοῦ δοῦναί τι ἐθελήσῃ, ἄν τε καὶ μή. τοιοῦτος μὲν ὁ Μαικήνας ἐγένετο, καὶ οὕτω τῷ Αὐγούστῳ ἐχρῆτο· πρῶτός τε [66] κολυμβήθραν θερμοῦ ὕδατος ἐν

Mæcenatis obitu graviter affectus eſt: cujus egregia cum in aliis rebus opera uſus fuit, ſic ut ei equeſtris licet ordinis homini, urbis cuſtodiam diu commiſerit: tum vero ſicubi ira impotentius efferretur, utilem eum ſibi habuit, a quo ab ira ad manſuetiorem animum reduceretur. Unum ejus rei documentum proferam. Stans aliquando ante ipſum Mæcenas, quum jus diceret, ac animadvertens, multos eum capitis adfecturum ſupplicio; per circumſtantes perrumpere conatus eſt, & propius ad eum accedere. Sed quum id facere non poſſet, hæc verba in tabella ſcripſit: “ Surge vero tandem carnifex: „ eamque tabellam, quaſi aliud quid indicantem, in ſinum Auguſti projecit: qua lecta, is ſtatim ſurrexit, nemine morte multato. Neque vero hujusmodi res ſtomachum Auguſto movebant, ſed gaudebat, quantum ipſum ſua natura & neceſſitas rerum ad iram, etiam præter decorum, provexiſſet, tantum ſe amicorum libertate corrigi. Virtutis vero Mæcenatis maximum id indicium fuit, quod & inter Auguſti familiares habitus eſt, quanquam ejus cupiditatibus reſiſteret, & reliquis etiam ſe omnibus probavit; & quum plurimum apud hunc poſſet, adeo ut ab eo multis honores magiſtratusque impetraverit, tamen animo nihil elatus, in equeſtri ſtatu vitam ſuam exegit. Hæc in cauſa fuere, cur vehementi deſiderio Mæcenatis Auguſtus afficeretur: quo acceſſit, quod Mæcenas, quamvis propter uxorem ſuam ei infenſus, tamen hæredem eum nuncupaverat: ac præter minima quædam, in ejus poteſtate reliquerat, velletne amicis ſuis quædam dare, nec ne. Talis vir fuit Mæcenas, & ſic erga Auguſtum ſe geſſit. Idem primus Romæ natatorium

z ἀπώνατο. ſcribe rectius ἀπώνατο, quod etiam Xiph. retinuit, L. utrumque recte dicitur. ὤνατο, Z. Xiphilinus omittit præcedentem præpoſitionem ἀπό. a ταῦτα. ſic & Xiph. τοσαῦτα L. marg.

Nerone, Tacitus oſtendit de Claudio Imp. intelligendum, qui infra p. 665. C. Τιβέριος Κλαύδιος Νέρων Γερμανικὸς appellatur.

§ 59. (l. 13.) τὸν μῆνα Σεξτίλιον] Cenſorinus c. 22. *Qui Sextilis fuerat, ex SCto, Marcio Cenſorino & C. Aſinio Gallo Coſſ. in Auguſti honorem dictus eſt Auguſtus, anno Auguſtano XX,* SCtum ſervavit Macrobius lib. I. Saturnal. c. 12. *Cum Imperator Cæſar Auguſtus menſe Sextili, & primum conſulatum inierit, & triumphos tres in urbem intulerit, & ex Janiculo legiones deductæ, ſecutæque ſint ejus auſpicia ac fidem: ſed & Ægyptus hoc menſe in poteſtatem Populi Romani redacta ſit, finisque hoc menſe bellis civilibus impoſitus ſit, atque ob has cauſas hic menſis huic imperio feliciſſimus ſit ac fuerit: placere ſenatui, ut hic menſis Auguſtus appelletur.* Addit idem Macrobius, etiam plebiſcitum factum ob eandem rem, Sexto Pacuvio tribuno plebem rogante. Prudentius I. contra Symmachum v. 246.

Poſteritas menſe atque adytis & flamine & aris
Auguſtum coluit — —

Meminit & Suetonius c. 31. & Hieronymus in Chronico, ut alios juniores omittam.

§ 60. (l. 16.) ἐκεῖνον αὐτὸς προσέθηκεν] Suetonius *in anni ordinatione Sextilem menſem e ſuo cognomine nuncupavit magis quam Septembrem, quo erat natus: quia hoc ſibi & primus Conſulatus, & inſignes victoriæ obtigiſſent.* Georgius Codinus in Originibus CPolitanis n. 63. ὁ Αὔγουστος ὁ Ὀκταουιανὸς Αὐγούστῳ μηνὶ ὑπάτευσε, καὶ ἐτίμησεν αὐτὸν, Σεξτίλιον τὸ πρότερον λεγόμενον, ὀνομάσας Αὔγουστον. ἐν αὐτῷ δὲ καὶ ἐτελεύτησε τῇ ιθ' τοῦ μηνός. τῷ δὲ Σεπτεμβρίῳ ἐγεννήθη εἰς τὰς κγ'. καὶ τῇ δευτέρᾳ Σεπτεμβρίου Ἀντώνιον ἐνίκησε, καὶ ἤρξατο τῆς μοναρχίας. De Julio menſe dictum ad p. 242. E.

§ 61. (l. 23.) καὶ τὸ ἄστυ] Vide dicta ad p. 401. E. 444. D. Pedo elegia in obitum Mæcenatis v. 13.

Regis eras genus Etruſci, tu Cæſaris almi
Dextera, Romanæ tu vigil urbis eras,

& 27. *Num minus urbis erat cuſtos, aut Cæſaris obſes?*
* *Num tibi non tutas fecit in urbe vias?*

§ 62. (l. 39.) τῇ τῶν φίλων παῤῥησίᾳ] Tiberius infra in Auguſti laudatione p. 597. D. πᾶσι δ' ἁπλῶς τοῖς ὠφελῆσαί τι δυναμένοις παῤῥησιάσασθαι ἐπέτρεψε, καὶ τοὺς μὲν ἀληθιζομένους τινὰ ἐπῄνεσε, τοὺς δὲ κολακεύοντας μισῶν. Plura exempla patientiæ Auguſti in ferenda aliorum libertate conſignavit Macrobius lib. II. Saturnal. c. 4.

§ 63. (l. 43.) πλεῖστόν τε παρ' αὐτῷ δυνηθεὶς] Mæcenas in ultimis verbis ad Auguſtum, apud Pedonem v. 26.

Pectus eram vere pectoris ipſe tui.

De eodem Scholiaſtes Horatii ad lib. I. Od. 20. *conſtat, Mæcenatem in equeſtri dignitate manſiſſe ſua voluntate, cum ei facultas lati clavi* (Senatoriæ dignitatis, vel etiam Conſulatus) *pateret*. vide & Propertium III. 7. ad Mæcenatem: v. 23. ſqq.

§ 64. (l. 47.) ἰσχυρῶς ἐπόθησε] In iiſdem ultimis verbis ſcriptore Pedone v. 13.

Mollibus ex oculis aliquis tibi procidet humor,
Cum dicar ſubita voce, fuiſſe, tibi.

§ 65. (l. 49.) καίπερ ἐπὶ τῇ γυναικὶ δυσκολαίνων] Conf. dicta ad p. 533. E. 534. B.

§ 66. (l. 54.) κολυμβήθραν θερμοῦ ὕδατος] Vir doctus Frid. Sylburgius ſuſpicatur, Dionem Mæcenati tribuere quod Agrippæ debuiſſet, neque thermas a Mæcenate, verum ab Agrippa primum Romæ inſtitutas. Sed recte notavit Joh. Henricus Meibomius in vita Mæcenatis c. 26. minime hoc videri veriſimile, cum Laconici balnei Agrippæ diſerte fecerit mentionem Dio p. 515. B. & a moriente legatum populo Rom. teſtatus ſit p. 542. B. Potius dicendum, longe alterius generis fuiſſe πυριατήριον Agrippæ, & balneum ejus a ſudatorio illo nomen thermarum habuiſſe, licet alioqui frigida in illis lavarentur: Mæcenatem autem primum inſtituiſſe κολυμβήθραν ſive natatorium aquarum calidarum, ut penſilium balnearum uſum primum repertum a Sergio Orata ſcribit Plinius

A.U.C. 747 Tiberio & Cn. Piſone COSS.

natatorium aquis calidis refertum inſtituit, primusque ad celeritatem ſcribendi notas quasdam literarum excogitavit: quam rem Aquilæ liberti miniſterio multos docuit.

8. Tiberius kalendis Januarii, quibus conſulatum inivit cum Cn. Piſone, in Octaviæ curiam, quod illa extra pomœrium eſſet, convocato ſenatu, fanum Concordiæ ſibimet ipſe reſtaurandum ſumſit, ut ſuo id, & Druſi nomine inſcriberet: deinde triumphavit, & templum Liviæ dedicavit cum matre, ac ipſe ſenatum in Capitolio, Livia autem ſeorſum matronas epulo excepit. Paulo poſt Tiberius, coortis in Germania motibus, ad bellum profectus eſt: ludos autem votos pro Auguſti reditu, ejus loco Cajus ac Piſo fecerunt. Campum vero Agrippæ, porticu excepta, ac Diribitorium, ipſe Auguſtus publico uſui dedicavit. Diribitorium erat domus omnium earum, quæ unquam uno culmine fuiſſent, maxima, quanquam nunc, omni ejus tecto diruto, quia rurſus committi inter ſe non potuit, aperto faſtigio conſpicitur. Id quum Agrippa affectum reliquiſſet, tunc ad finem eſt perductum. Porticus in campo, quam parabat ejus ſoror Polla, quæ etiam dromos ornate diſtinctos condidit, abſoluta nondum erat. Funebre quoque gladiatorium munus, primo ſingulis contra ſingulos pugnantibus, poſt pluribus æquali numero commiſſis, editum eſt, idque in Septis, cum in honorem Agrippæ, tum quod multa circa forum ædificia incendium abſumpſerat: omnibus, ipſisque adeo filiis Auguſti, præter

ἐν τῇ πόλει κατεσκεύασε, καὶ [67] πρῶτος σημεῖά τινα γραμμάτων πρὸς τάχος ἐξεῦρε, καὶ αὐτὰ [68] διὰ [b] Ἀκύλου ἀπελευθέρου συχνοὺς ἐξεδίδαξε.

Τιβέριος δὲ ἐν τῇ νουμηνίᾳ ἐν ᾗ ὑπάτευεν μετὰ [c] Γναίου Πείσωνος ἤρξατο, [69] ἔς τε τὸ Ὀκταουΐειον τὴν βουλὴν ἤθροισε, [70] διὰ τὸ ἔξω τοῦ πωμηρίου αὐτὸ εἶναι· καὶ [71] τὸ Ὁμονόειον αὐτὸς ἑαυτῷ ἐπισκευάσαι προστάξας, ὅπως τό, τε ἴδιον καὶ τὸ τοῦ Δρούσου ὄνομα αὐτῷ ἐπιγράφῃ, [72] τά τε νικητήρια ἤγαγε, καὶ [73] τὸ τεμένισμα τὸ Λιουΐειον ὠνομασμένον καθιέρωσε μετὰ τῆς μητρός· καὶ αὐτὸς μὲν τὴν γερουσίαν ἐν τῷ Καπιτωλίῳ, ἐκείνη δὲ τὰς γυναῖκας ἰδίᾳ που εἱστίασε. καὶ οὐ πολλῷ ὕστερον, [74] κινηθέντων τινῶν ἐν τῇ Γερμανίᾳ, ἐξωρμήθη. τὴν δὲ δὴ πανήγυριν, τὴν [75] ὑπὲρ τῆς ἐπανόδου τοῦ Αὐγούστου γενομένην, ὁ Γάϊος ἀντ' αὐτοῦ [76] σὺν τῷ Πείσωνι διέθηκε· [77] τό, τε πεδίον τὸ Ἀγρίππειον, [78] πλὴν τῆς στοᾶς, καὶ [79] τὸ Διριβιτώριον, αὐτὸς ὁ Αὔγουστος ἐδημοσίευσε. τοῦτο μὲν γὰρ (ἦν δὲ οἶκος μέγιστος τῶν πώποτε μίαν ὀροφὴν σχόντων· νῦν γὰρ δή, πάσης τῆς στέγης αὐτοῦ καθαιρεθείσης, ὅτι οὐκ ἠδυνήθη αὖθις συστῆναι, ἀχανής ἐστιν) ὅ, τε Ἀγρίππας οἰκοδομούμενον κατέλιπε, καὶ τότε συνετελέσθη. ἡ δὲ ἐν τῷ πεδίῳ στοά, ἣν [80] ἡ Πώλλα ἡ ἀδελφὴ αὐτοῦ, ἡ καὶ τοὺς δρόμους διακοσμήσασα, ἐποίει, οὐδέπω [d] ἐξείργαστο. καὶ τούτῳ καὶ [81] ἐπιτάφιοι ἐπὶ τῷ Ἀγρίππᾳ ὁπλομαχίαι, φαιὰν ἐσθῆτα τῶν τε ἄλλων, πλὴν τοῦ Αὐγούστου, καὶ αὐτῶν τῶν υἱέων αὐτοῦ λαβόντων, καὶ ἑνὸς πρὸς ἕνα, καὶ πλειόνων πρὸς ἴσους, ἐν τοῖς Σεπτοῖς, διά τε τὴν πρὸς τὸν Ἀγρίππαν τιμήν, καὶ διὰ τὸ πολλὰ τῶν περὶ τὴν ἀγορὰν οἰκοδομημάτων κεκαῦσθαι,

C D E

b Ἀκύλου. Ἀκύλα, Xiph. Ἀκυλλίου, vel Ἀκιλλίου, Muretus. vide F. · *Acilio*, Leon. c Γναίου Πείσωνος. Γναίου Πίσωνος, V. b. d ἐξείργαστο. ἐξείργασται, V. b.

Plinius IX. 54. de quibus adeundus Lipſius ad Epiſtolam 90. Senecæ.

§ 67. (l. 55.) πρῶτος σημεῖά τινα γραμμάτων] Non ſane Mæcenas notas tachygraphicas ſive ſiglas ad ſcribendi compendium reperit primus: nam Tullio Tironi Ciceronis liberto hoc tribuunt Euſebius in Chronico, & Iſidorus lib. I. Originum. Reſpicit etiam Tironem Aquilamque Seneca Epiſt. 90. *Quid verborum notas, quibus quamvis citata excipitur oratio? Viliſſimorum mancipiorum iſta commenta ſunt.* Atque etiamnum librum notarum ejusmodi ſub Tironis & Senecæ nomine habemus, de quo dixi in Bibliotheca latina lib. II. c. 9. Si tamen Iſidoro credimus, tantum præpoſitionum notæ à Tirone inventæ ſunt: *poſt eum Tertius Perſannius Philargyrus & Aquila libertus Mæcenatis, alius alias addiderunt. Deinde Seneca, contracto omnium digeſtoque numero, opus effecit in quinque millia.* Vulgares notas Perſannius (hoc enim nomen pro Ennio putat Lipſius Epiſt. ad Belg. Cent. I. 27. T. II. Opp. p. 382. reponendum eſſe) primus mille & centum invenit, eodem Iſidoro teſte.

§ 68. (l. 57.) διὰ Ἀκύλου] Aquila hic libertus Mæcenatis etiam in Xiphilini & Iſidori codicibus conſtanter appellatur. Itaque non eſt audiendus elegantiſſimus Muretus, qui in notis ad Odam primam Horatii, *vidi*, inquit, *qui in Dionis loco pro* Ἀκύλου *ſive Aquilæ, vel* Ἀκυλλίου, *vel* Ἀκιλλίου *legendum eſſe ſuſpicarentur. Porro cum liberti, ut notum eſt, patronorum ſibi nomina adſumerent, ex eo loco acutior fortaſſe aliquis poterit, ex qua gente Mæcenas fuerit, conjicere.* Mæcenatem ad Aciliorum genus non eſſe referendum, probavit Meibomius in ejus vita c. 3.

§ 69. (l. 60.) ἐς τὸ Ὀκταουΐειον] Curia Octaviæ extra portam Carmentalem, ſub Octaviæ ſororis nomine dedicata ab Auguſto, una cum porticu & bibliotheca, de quibus p. 417. E. vide etiam Famianum Nardinum lib. VI. Romæ veteris c. 2. Tom. IV. theſauri Græviani p. 1251.

§ 70. (l. 61.) διὰ τὸ ἔξω τοῦ πωμηρίου αὐτὸ εἶναι] Urbem enim intrare proconſulare imperium gerenti non licebat. vide ſi placet dicta ad p. 120. A. & 144. A.

§ 71. (l. 62.) τὸ Ὁμονόειον] De dedicatione hujus templi Concordiæ, infra p. 586. B. Non autem Tiberius ædem hanc foro imminentem novam condidit, ſed pridem factam a Camillo, & Dioni ſupra p. 242. D. 328. C. 423. B. memoratam, ἐπεσκεύασε h. e. inſtauravit, poſtquam iterato e Germania victor rediiſſet. Sueton. Tiberio c. 20. *Dedicavit & Concordiæ ædem, item Pollucis & Caſtoris, ſuo fratrisque* (Druſi) *nomine, de manubiis.* Ovidius I. Faſtorum. 639.

Nunc bene proſpicies Latiam, Concordia, turbam,
Nunc te ſacratæ reſtituere manus.

vide ibi Burmannum, alios ad v. 647.

§ 72. (l. 64.) τά, τε νικητήρια ἤγαγε] Triumphum duxit, quem Auguſtus ei decreverat p. 552. C. & curru urbem ingreſſus, ut teſtatur Suetonius c. 9. Hic eſt primus inter tres triumphos, quibus contentum illum fuiſſe, cum ſepties meruiſſet, ſcribit Vellejus II. 122.

§ 73. (l. 65.) τὸ τεμένισμα Λιουΐειον] Sacellum Liviæ, ſive ædicula aut templum, cujus neſcio an apud alium ſcriptorem veterem mentio occurrat. De Porticibus Liviæ dictum p. 537. D.

§ 74. (l. 68.) κινηθέντων τινῶν ἐν τῇ Γερμανίᾳ] Suetonius Tiberio c. 17.

§ 75. (l. 70.) ὑπὲρ τῆς ἐπανόδου] De votis pro reditu Auguſti nuncupatis dictum p. 534. C. 540. E.

§ 76. (l. 71.) σὺν τῷ Πείσωνι] L. Calpurnium Piſonem intellige, qui A. U. C. 739. Conſul fuit p. 535. B. Solius Tiberii mentio in veteri marmore, quod ludorum horumce mentionem continet apud Gruterum p. XI. 1. [ut qui Cn. hujus anni Cos.]

§ 77. (l. 71.) τό, τε πεδίον τὸ Ἀγρίππειον] Legatum populo ab Agrippa p. 542. B.

§ 78. (l. 72.) πλὴν τῆς στοᾶς] Porticus Agrippæ jam ab ipſo dedicata fuerat p. 515. A.

§ 79. (l. 73.) τὸ Διριβιτώριον] Diribitorium, domus prægrandis in regione nona urbis, ubi ſuffragia in comitiis, congiaria, viſcerationesque elargiendæ inter populum, & ſtipendia militibus diribebantur ſive diſtribuebantur. vide Johannem Vignolium Diſſ. de Columna Antonini Pii p. 17. ſq. & quæ viri docti ad Plin. XVI. 40. & Pitiſcus ad Suetonii Claudium c. 18. & in Lexici vocibus, *diribitores* & *diribitorium*. Meminit Dio iterum p. 645. C. ubi ſpectacula in illo habita memorat, & p. 756. E.

κεκαῦσθαι, ἐγένοντο. καὶ τὸ μὲν τοῦ πυρὸς αἴτιον ἐς τοὺς χρεωφειλέτας ἀνεφέρετο, ὡς καὶ ἐπίτηδες αὐτὸ παρασκευάσαντας, ἵνα ἀποκόψωσί τι τῶν χρεῶν, συχνὰ δόξαντες ἐζημιῶσθαι. ἔτυχον δὲ
554 ἐκεῖνοι μὲν οὐδενός, [82] οἱ δὲ δὴ στενωποὶ, ἐπιμελητῶν τινων ἐκ τοῦ δήμου, οὓς καὶ στενωπάρχους καλοῦμεν· καὶ σφίσι καὶ [83] τῇ ἐσθῆτι τῇ ἀρχικῇ καὶ ῥαβδούχοις δύο, ἐν αὐτοῖς τοῖς [e] χωρίοις ὧν ἂν ἄρχωσιν, ἡμέραις τισὶ χρῆσθαι ἐδόθη, [84] ἥ τε δουλεία, ἡ τοῖς ἀγορανόμοις τῶν ἐμπιπραμένων ἕνεκα συνοῦσα, [f] ἐπετράπη· [85] καίτοι καὶ ἐκείνων, καὶ τῶν δημάρχων τῶν τε στρατηγῶν, πᾶσαν τὴν πόλιν, [86] εἰς δεκατέσσαρα μέρη νεμηθεῖσαν, [g] κλήρῳ προσταχθέντων· ὃ καὶ νῦν γίγνεται. τοσαῦτα μὲν ἐν
B τῷ ἔτει τούτῳ ἐπράχθη. ἐν γὰρ δὴ τῇ Γερμανίᾳ οὐδὲν ἄξιον μνήμης συνέβη.

Τῷ δὲ ὑστέρῳ, ἐν ᾧ Γάϊός τε Ἀντίστιος καὶ [h] Λαίλιος Βάλβος ὑπάτευσαν, ἰδὼν ὁ Αὔγουστος τόν τε Γάϊον καὶ τὸν Λούκιον, αὐτούς τε [87] μὴ πάνυ, οἷα ἐν ἡγεμονείᾳ τρεφομένους, τὰ ἑαυτοῦ ἤθη ζηλοῦντας, (οὐ γὰρ ὅτι ἁβρότερον διῆγον, ἀλλὰ καὶ ἐθρασύνοντο· [88] ἐς γοῦν τὸ θέατρόν ποτε καθ' ἑαυτὸν ὁ Λούκιος ἐσῆλθε, καὶ πρὸς πάντων τῶν ἐν τῇ πόλει, τὰ μὲν, γνώμῃ, τὰ δὲ, θεραπείᾳ, κολακευόμενος, κἀκ τούτου ἔτι καὶ μᾶλλον θρυπτόμενος· τά τε γὰρ ἄλλα,
C [89] καὶ ὕπατον τὸν Γάϊον, μηδὲ ἐς ἐφήβους τελοῦντα, προεχειρίσατο) ἠγανάκτησε· καὶ προσεπηύξατο μηδεμίαν τοιαύτην καιρῶν ἀνάγκην, [90] ὁποία [i] ποτὲ αὐτὸν κατέλαβε, γενέσθαι, ὥστε τινὰ νεώτερον [k] εἰκοσιέτους ὑπατεῦσαι.

ter ipſum, in pulla veſte ſpectantibus. Incendii causa in eos, qui alieno ære conſtricti erant, collata eſt; quaſi conſulto id paraviſſent, ſpe debitorum; ubi magnum viſi eſſent damnum accepiſſe, levandorum. Verum hi nihil conſecuti ſunt. Curatores autem, ſive magiſtri vicorum, plebeji ſunt conſtituti, quos Græce Stenoparchos dicimus; & prætexta, ac lictoribus binis, in iis locis, quibus præeſſent, eos uti certis diebus conceſſum; ac ſervitia, quæ ante cum ædilibus in uſum incendiorum reſtinguendorum fuerant, addita: quamvis & ædiles, & tribuni plebis, & prætores, inter ſe ſortiti, quatuordecim regionibus, in quas tunc urbs diviſa fuit, præeſſent: id quod hodie etiam fit. Hæc eo anno geſta: in Germania nihil memorabile actum. A.U.C.747 Tiberio & Cn. Piſone COSS.

9. Annus deinde proximus C. Antiſtium Veterem, D. Lælium Balbum conſules habuit. At Cajus & Lucius Cæſares, quippe in principatu educati, patris ſui Auguſti mores nequaquam imitabantur, non modo luxurioſius viventes, ſed inſuper etiam ferocientes. Nam Lucius injusſu patris aliquando in theatrum ingreſſus, quum omnium civium applauſu, partim ex animo, partim ab adulatione profecto, exciperetur, aucta petulantia, præter alia auſus eſt petere, ut Cajo fratri, nondum ex ephebis egreſſo, conſulatus daretur. Hæc ubi animadvertit Auguſtus, indignatus optavit, ne talis unquam temporum neceſſitas incideret, qualis ipſum quondam invaſerat, ut conſulatus illi mandandus eſſet, qui nondum viceſimum annum attigiſſet. Quum nihilominus A.U.C.748 C. Antiſtio & Læl. Balbo. COSS.

e χωρίοις. στενωποῖς, Xiph. *f* ἐπετράπη. καὶ αὐτοῖς ἐπετράπη, Od. ſufficit autem præcedens σφίσι. *g* κλήρῳ. κληροῦν, vel κλήρῳ σφίσι διῃρημένην, Caſaub. ad Suet. c. 30. ego nihil mutandum cenſeo: nam accuſativus πᾶσαν τὴν πόλιν cum verbo προσταχθέντων recte jungitur, ut p. 82. E. *h* Λούκιος, vulgo. Λαίλιος, L. marg. & X. in verſione. ſicut eſt etiam in fronte libri, & Faſtis apud Gruter. CXCII. 9. vide Murator. CLXXIV. 6. L. Cæſarem in mente habuit librarius. *Lelio* Leon. quem ſecutus ſum. *i* ποτὲ. ſic Xiph. melius quam vulgo τότε. vide L. *k* εἰκοσιέτους. rectius apud Xiph. εἰκοσαέτους, L. in Henrici Stephani editione Xiphilini minore eſt εἰκοσιετοῦς, quod non eſt rejiciendum.

§ 80. (l. 79.) ἡ Πῶλα] Latinis ſcriptoribus hoc nomen effertur Polla, ut apud Suetonium in Veſp. c. 1. licet ibi de alia quam Agrippæ ſorore ſermo fit. Sic infra Ἀγριππείαν Πῶλαν p. 695. E. Porticus hi in campo Martio, vicini ſeptis Agrippæ de quibus ſupra p. 512. B.

§ 81. (l. 81.) ἐπιταφίοις ὁπλομαχίαις] Vide Lipſium lib. I. Saturnalium c. 8. de gladiatoriis ſpectaculis in funeribus. De pulla veſte dixi ad p. 546. B.

§ 82. (l. 91.) οἱ δὲ δὴ στενωποί] Hujus rei Suetonius mentionem facit, c. 30. *Spatium urbis in regiones vicosque diviſit, inſtituitque ut illas annui magiſtratus ſortito tuerentur, hos Magiſtri e plebe cujusque viciniæ electi.* Hi ſunt illi στενωπάρχαι, de quibus Dio, vicorum magiſtri ſive viocuri, vicomagiſtri, γειτονιάρχαι. P. Victor numerat vicomagiſtros Romæ DCLXXII. Curatores ſive ῥεγεωνάρχας XXIV.

§ 83. (l. 92.) τῇ ἐσθῆτι τῇ ἀρχικῇ] Prætexta. Aſconius Pedianus in Orat. Ciceronis contra L. Piſonem c. 4. *Solebant magiſtri collegiorum ludos facere, ſicut magiſtri vicorum faciebant compitalicios prætextati.*

§ 84. (l. 95.) ἥ τε δουλεία] De his idem Suetonius c. 30. teſtatus, Auguſtum *adverſus incendia excubias nocturnas vigilesque commentum eſſe.* Ædilibus autem curam reſtinguendorum incendiorum fuiſſe mandatam, jam dixit Dio, p. 513. D.

§ 85. (l. 97.) καίτοι καὶ ἐκείνων] Intellige ἀγορανόμων ſive ædilium, quorum mentio proxime præceſſit, non στενωπάρχων, ut Xylander, reprehenſus ideo a Caſaubono ad Suetonium.

§ 86. (l. 99.) εἰς δεκατέσσαρα μέρη] Notiſſima hæc urbis in regiones XIV. diviſio, quam Varroni & ſuperioribus ſcriptoribus ignoratam Auguſto deberi, teſtis etiam Suetonius c. 30. *Spacium Urbis in regiones vicosque diviſit.* *Sexti Rufi* Conſularis & *P. Victoris* libelli, quibus Regiones illas deſcripſere circa Imperatoris Valentiniani tempora, extant ex Onufrii Panvinii meliori editione, in T. III. theſauri Græviani. His accedit *auctor* Anonymus, editus cum *notitia dignitatum imperii*, in eodem theſauro T. VII. p. 1779. Recentiores taceo. Exemplo veteris Romæ, novam quoque Romam ſive CPolin in XIV. Regiones diviſam eſſe conſtat, cujus deſcriptionem Anonymo veteri debemus, in CPoli Chriſtiana Clariſſimi Cangii, p. 63. ſq.

§ 87. (l. 6.) μὴ πάνυ τὰ ἑαυτοῦ ἤθη ζηλοῦντας] Itaque adulationi potius quam veritati datum hoc a Piſanis, quod in Cenotaphio Cajum, *jam deſignatum juſtiſſimum ac ſimillimum Parentis ſui virtutibus principem* appellant.

§ 88. (l. 9.) ἐς γοῦν τὸ θέατρον] Conf. dicta ad p. 540. E.

§ 89. (l. 14.) καὶ ὕπατον τὸν Γάϊον] In marmore Ancyrano: Cajum & Lucium filios meos *honoris mei cauſa ſenatus populusque Romanus annum quintum & decimum agentis conſulis deſignavit, ut eum Magiſtratum inirent poſt quinquennium, & ex eo die quo deducti erunt in forum ut intereſſent conſiliis publicis, decrevit Senatus.* Itaque & in numis atque in vetuſtis inſcriptionibus Conſules deſignati dicuntur, licet morte præventi Conſulatum nunquam geſſerint. Numum in Cajum & Lucium Cæſares Conſules Deſignatos & Principes Juventutis erudite illuſtratum dedit Illuſtriſſimus Norisius ad Cenotaphia Piſana, p. 119. Priſci lapides apud Gruterum p. CCXXXIV. n. 4. 5. & Boiſſardum T. III. p. 95. C. CÆSARI AUGUSTI F. PONTIFICI COS. DESIGNATO PRINCIPI JUVENTUTIS. & in altero L. CÆSARI AUGUSTI F. AUGURI. COS. DESIGNATO PRINCIPI JUVENTUTIS.

Conciliet qui poteſt Dioni Tacitum An. l. 3. 3. *Genitos Agrippa Cajum & Lucium, —— necdum poſita puerili prætexta, Principes juventutis appellari, deſtinari Conſules, ſpecie recuſantis flagrantiſſime* (Auguſtus) *cupiverat.* REIM.

§ 90. (l. 17.) ὁποία ποτὲ αὐτὸν κατέλαβε] Conf. dicta ad p. 320. E.

A.U.C. 748 C. Antiſtio & Læl. Balbo COSS.

minus filii hoc ab ipſo contenderent, tunc demum, inquit, hunc magiſtratum alicui eſſe ſuſcipiendum, quum & ipſe a peccando ſibi cavere, & populi cupiditatibus reſiſtere poſſet. • Deinde ſacerdotium Cajo, utque in ſenatum ire, ac inter ſenatores ſpectaculis epuliſque intereſſe liceret, dedit. Ut vero aliqua ratione modeſtiores eos efficeret, Tiberio tribunitiam poteſtatem in quinquennium conceſſit, Armeniamque, quæ defecerat, mandavit. Hoc fruſtra ab Auguſto factum, & hos, & Tiberium offendit: hos, quod ſe ſpretos judicabant; Tiberium, quod iram eorum verebatur, quapropter ſe in Rhodum contulit, quaſi diſciplinæ capiendæ cauſa, ne comitatu quidem omni ſuo, nedum aliis, ſecum acceptis, ut & præſentia illis ſua & actionibus minus eſſet gravis. [Et cum iter ipſum privati inſtar peregit, niſi quod Parios ſtatuam Veſtæ ſibi coegit vendere, quam in Concordiæ templo dedicaret: tum in inſulam appulſus, nihil pro imperio ac dignitate aut fecit aut dixit. Et ſeceſſus quidem ipſius veriſſima cauſa hæc eſt.] Non deſunt tamen, qui id ab eo factum dictitent propter Juliam uxorem, quam ferre diutius nequiverit: eam certe reliquit Romæ. [Alii dicunt, ægre tuliſſe Tiberium, quod non eſſet adoptatus Cæſar. Nonnulli affirmant, amandatum eſſe ab Auguſto ipſo, quod liberis ejus inſidiaretur. Etenim neque eruditionis cauſa, neque eo quod adoptionem Caji & Lucii moleſte ferret, ſeceſſiſſe

παιδεῦσαι. ἐπειδή τε καὶ ὡς [l] ἐνέκειντό οἱ,
τότε ἔφη χρῆναί τινα τὴν ἀρχὴν ταύτην λαμ-
βάνειν, ὅταν μήτε τι αὐτὸς ἁμαρτάνειν, καὶ
ταῖς τοῦ δήμου σπουδαῖς ἀνθίστασθαι δύνηται· καὶ
μετὰ τοῦθ' [91] ἱερωσύνην μέν τινα αὐτῷ, καὶ
τὴν ἐς τὸ συνέδριον συμφοίτησιν, τό, τε [m] συν-
θεᾶσθαι [92] καὶ τὸ συνεστιᾶσθαι τῇ βουλῇ ἔδω-
κε. βουληθεὶς δὲ τρόπον τινὰ μᾶλλον αὐτοὺς
σωφρονίσαι, τῷ Τιβερίῳ τήν τε [93] ἐξουσίαν D
τὴν δημαρχικὴν ἐς πέντε ἔτη ἔνειμε, καὶ [94] τὴν
Ἀρμενίαν [n] ἀλλοτριουμένην προσῆξε. συνέβη δ'
αὐτῷ καὶ ἐκείνοις καὶ τῷ Τιβερίῳ προσκροῦσαι
μάτην· τοῖς μὲν, ὅτι παρεωρᾶσθαι ἔδοξαν· τῷ
δὲ, ὅτι τὴν ὀργὴν αὐτῶν ἐφοβήθη. ἀμέλει καὶ
[95] ἐς Ῥόδον, ὡς καὶ παιδεύσεώς τινος δεόμενος, ἐστά-
λη, μήτ' ἄλλους τινὰς, μήτε τὴν θεραπείαν πᾶ-
σαν ἐπαγόμενος, ἵν' ἐκποδὼν σφίσι καὶ τῇ ὄψει
καὶ τοῖς ἔργοις γένηται. • [καὶ τήν τε ὁδὸν ἰδιωτι- E
κῶς ἐποιήσατο, πλὴν καθόσον τοὺς Παρίους τὸ
τῆς Ἑστίας ἄγαλμα πωλῆσαί οἱ ἠνάγκασεν, ὅπως
ἐν τῷ Ὁμονοείῳ ἱδρυθῇ· καὶ ἐς τὴν νῆσον ἐλθὼν,
οὐδὲν ὀγκηρὸν οὔτε ἔπραττεν οὔτε ἔλεγεν. ἡ μὲν
οὖν ἀληθεστάτη αἰτία τῆς ἐκδημίας αὐτοῦ τοιά-
δε ἐστί.] λόγον δέ τινα ἔχει, καὶ [96] διὰ
τὴν γυναῖκα τὴν Ἰουλίαν, ὅτι μηκέτ' αὐτὴν
φέρειν ἐδύνατο, τοῦτο ποιῆσαι· κατέλιπε γοῦν
αὐτὴν ἐν τῇ Ῥώμῃ. [οἱ δὲ ἔφασαν, χα-
λεπῆναι αὐτὸν, ὅτι μὴ καὶ Καῖσαρ ἀπεδείχθη·
οἱ δὲ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Αὐγούστου, ὡς καὶ
τοῖς παισὶν αὐτοῦ ἐπιβουλεύοντα, ἐκβληθῆναι.
ὅτι μὲν γὰρ οὔτε παιδείας ἕνεκα, οὔτ'
ἀδου-

l ἐνέκειντο. ſic & Leon. ἐπέκειτο, Xiph. intelligit, credo, Lucium ſolum. *m* συνθεᾶσθαι. ſecutus ſum cod. V. b. quia ſequitur συνεστιᾶσθαι. vulgo, θεᾶσθαι. mox σωφρονίσαι, primus HS. edidit, ſequente L. pro σωφρονῆσαι, quod eſt apud RS. *n* ἀλλοτριουμένην. μετὰ τὸν τοῦ Τιγράνου θάνατον, τῷ Τιβερίῳ προσεκλήρωσεν, addit Z. *o* pleniora hæc ex Excerptis Peir. p. 662.

§ 91. (l. 23.) ἱερωσύνην μέν τινα] Cajum pontificum, Lucium augurum collegio adſcripſit, quod præter inſcriptiones, quas attuli, notat etiam nummus, in quo lituus augurem, ſimpulum Pontificem denotat, ut a laudato Noriſio jam annotatum.

§ 92. (l. 24.) συνθεᾶσθαι καὶ συνεστιᾶσθαι] Spectandi in Orcheſtra & epulandi publice jus. vide ſi placet dicta ad p. 530. D. Similiter Druſo datum εἰς τὸ συνέδριον συμφοιτᾶν πρὶν βουλεῦσαι, p. 582. C. Herodi Regi p. 670. B.

§ 93. (l. 27.) ἐξουσίαν τὴν δημαρχικὴν] Sic Agrippæ tribunitiam poteſtatem in quinquennium, & deinde in aliud quinquennium dederat Auguſtus, p. 529. D. 548. B. Tiberio eadem poteſtas iterum in decem annos data, p. 556. E. & deinde prorogata etiam p. 588. B. Nimirum tribunitiam poteſtatem perpetuo quidem recepit Auguſtus, p. 518. E. ſed in ea ſemel atque iterum per ſingula luſtra Collegam adoptavit, ut monet etiam Suetonius c. 27. Tribunitiæ poteſtatis in quinquennium acceptæ meminit idem in Tiberio c. 9. Digramma annorum tribunitiæ poteſtatis Tiberii exhibet V. C. Joannes Vignolius Diſſ. II. de primo anno Alexandri Severi p. 192. ſq. T. I. Operum S. Hippolyti Portuenſis. Præclara etiam ſunt, quæ de hac poteſtate, communicata cum futuris in Imperio ſucceſſoribus, notavit Illuſtris Spanhemius T. II. de uſu numiſmatum. p. 425. ſq.

§ 94. (l. 28.) τὴν Ἀρμενίαν] Regnum Armeniæ Tigrani ex Auguſti imperio reſtituerat Tiberius. ſupra p. 526. E. Poſt hujus vero mortem Rex Parthorum Phraates illud invaſerat. infra p. 555. D.

§ 95. (l. 33.) ἐς Ῥόδον] Annum agebat Tiberius XXXVI. cum Rhodum ſeceſſit, & Rhodus facta eſt *hoſpitium recturi principis orbem*, ut ait Manilius IV. 765. De aliis illius ſeceſſus cauſis videndus Suetonius c. 10. Priorem tamen, quam Dio præſenti loco affert, de vitanda Caji Luciique invidia, profeſſus fuit ipſe Tiberius, eodem Suetonio teſte, & confirmat Vellejus II. 99.

Hæc inſerenda ſunt lib. LV. Dionis p. 554. qui liber ad nos non integer, ſed breviatus pervenit: ſimiliter & ceteri qui eum ſequuntur uſque ad librum LXI. Itaque integros Dionis libros tantum XX. habemus, a libro ſcilicet XXXV. uſque ad LV. Sane in Vaticana bibliotheca codex Dionis hos duntaxat libros habet. Initium enim ejus eſt a libro XXXV. finis in LIV. Ceteri deinceps libri uſque ad LXI. breviati ſunt a neſcio quo, qui Xiphilino anterior, an poſterior fuerit, obſcurum eſt. Aedem Concordiæ, (cujus hic meminit) Tiberius A. U. C. 747. Kal. Jan. quibus Conſulatum inivit cum Cn. Piſone, ultro a ſe refectum iri receperat, quo eam ſuo ac Druſi nomine dedicaret, ut ſcribit Dio p. 553. C. Dedicavit autem A. 764. inſcripto ſuo, & fratris Druſi tametſi pridem mortui, nomine. p. 586. B. VALES.

§ 96. (l. 42.) διὰ τὴν γυναῖκα τὴν Ἰουλίαν] Etiam hanc cauſam non præteriens Suetonius, *dubium*, inquit, *uxorisne tædio, quam neque criminari aut dimittere auderet, neque ultra perferre poſſet*. Tacitus lib. I. Annal. c. 53. *nec alia tam intima Tiberio cauſa cur Rhodum abſcederet*.

§ 97. (l. 55.) ἐνεδέχετο] Zonaras p. 539. A. Tiberii in Rhodum ſeceſſui ſtatim ſubjungit, procul dubio ex Dione, ſequentia, paululum ad ſupplendam lacunam facientia: τῷ δ' ἐφεξῆς ἔτει δωδέκατον ὑπατεύων ὁ Αὔγουστος, εἰς τοὺς ἐφήβους τὸν Γάϊον ἔταξε, καὶ ἐς τὸ βουλευτήριον ἅμα εἰσήγαγε, καὶ πρόκριτον ἀπέφηνε τῆς νεότητος, ἴλαρχόν τε φυλῆς γενέσθαι ἐπέτρεψε, καὶ μετ' ἐνιαυτὸν καὶ ὁ Λούκιος τὰς τιμάς, ὅσαι τῷ Γαΐῳ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ἐδέδοντο, ἔλαβεν. ἀθροισθέντος δὲ τοῦ δήμου, καὶ ἐπανορθωθῆναί τινα ἀξιοῦντος, καὶ τοὺς δημάρχους διὰ τοῦτο πρὸς τὸν Αὔγουστον πέμψαντος, ἦλθεν [illegible], καὶ περὶ ὧν ἐδέοντο σφίσι συνδιεσκέψατο. καὶ ἐπὶ τούτῳ [illegible] ἅπαντες. τὴν δὲ θυγατέρα Ἰουλίαν &c. *Auguſtus vero anno ſequenti duodecimum Conſul, Cajum, toga virili data, in curiam adductum, principem juventutis deſignavit, & [illegible] turmæ unius fieri permiſit, annoque poſt Lucio ejus fratri eoſdem honores dedit. Populo congregato & quædam corrigi poſtulante, tribunis ea de cauſa ad Auguſtum miſſis, ipſe venit, & de poſtulatis una cum iis deliberavit: quæ res omnibus fuit gratiſſima. Julian vero filiam &c.* In hunc locum de Caji & Lucii honoribus copioſe & erudite commentatur Emin. Noriſius ad Cenotaphia Piſana p. 108. ſqq. vide & ſupra § 89. ſq. § 99. & 121. ſq. Illud tantum miramur, cur cum ipſe

ἀβουλήσας τὰ δεδογμένα ἀπεδήμησε, δῆλον ἔκ τε τῶν ἄλλων ὧν μετὰ ταῦτα ἔπραξε, καὶ ἐκ τοῦ τὰς διαθήκας αὐτὸν εὐθὺς τότε καὶ λῦσαι, καὶ τῇ μητρὶ τῷ τε Αὐγούστῳ ἀναγνῶναι, ἐγένετο· [p] κατεικάζετο δὲ πάνθ' ὅσα [97] ἐνεδέχετο.]

* * *

Ὁ δὲ Αὔγουστος τὸ τοῦ δήμου [98] τοῦ σιτοδοτουμένου πλῆθος, ἀόριστον ὄν, ἐς εἴκοσι μυριάδας κατέκλεισε· καί, ὥς γέ τινες λέ- 555 γουσι, καθ' ἕνα [99] ἑξήκοντα δραχμὰς ἔδωκε. θέας τε ποιῶν, ἐς [q] τὸν Φλαμίνιον ἱππόδρομον [100] ὕδωρ ἐσήγαγε, καὶ ἐν αὐτῷ ἓξ καὶ τριάκοντα κροκόδειλοι κατεκόπησαν. τότε δὲ πρῶτον καὶ [101] ἐπάρχους τῶν δορυφόρων δύο ἀπέδειξεν. οὕτω γάρ τοι αὐτοὺς καὶ ἐγὼ μόνους τῶν ἐπαρχόντων τινός, ἐπειδήπερ ἐκνενίκηκεν, ὀνομάζω. [102] τὴν μέντοι Ἰουλίαν τὴν θυγατέρα, ἀσελγαίνουσαν οὕτως, ὥστε καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ καὶ ἐπ' αὐτοῦ γε τοῦ βήματος καὶ κωμάζειν νύκτωρ καὶ συμπίνειν, ὀψὲ δή ποτε φωράσας, ὑπερωργίσθη. κατείκαζε μὲν γὰρ καὶ πρότερον, οὐκ ὀρθῶς [r] βιοῦν αὐ- B τήν, οὐ μέντοι καὶ ἐπίστευεν. [s] οἱ γάρτοι τὰς ἡγεμονείας ἔχοντες πάντα μᾶλλον ἢ τὰ σφέτερα γινώσκουσι· καὶ οὔτ' αὐτοὶ τοὺς συνόντας ὧν ποιοῦσι λανθάνουσιν, οὔτε τὰ ἐκείνων ἀκριβοῦσι. τότε δ' οὖν [[t] μαθὼν τὰ πραττόμενα] τοσούτῳ θυμῷ ἐχρήσατο, ὥστε μηδ' οἴκοι αὐτὸν καταχεῖν, [103] ἀλλὰ καὶ τῇ γερουσίᾳ κοινῶσαι. κὰκ τούτου ἐκείνη μὲν [104] ἐς [u] Πανδατερίαν

ſiſſe illum; cum ex his quæ poſtmodum geſſit apparet, tum ex eo quod diſcedens teſtamentum illico reſignavit, & coram matre Livia atque Auguſto recitavit. Sed cuncti pro arbitrio ſuo varias hujus ſeceſſionis cauſas ſuſpicabantur.] A.U.C.748 C. Antiſtio & Læl. Balbo COSS.

* * *

10. Cæterum Auguſtus multitudinem prope infinitam eorum, qui frumentum ex publico accipiebant, ad hominum CC millia redegit. In ſingulos eum dediſſe ſexagenos denarios; nonnulli autores ſunt. Spectacula quum exhiberet, aquam in circum Flaminium induxit: in ea triginta ſex crocodili ſunt conciſi. Prætorianorum quoque militum duos præfectos tum primum inſtituit; quos ſolos equidem, inter præfectos alicui muneri, Eparchos, quando quidem ita uſus obtinuit, nomino. Juliam filiam ſuam eo laſciviæ progreſſam, ut in ipſo etiam foro, & roſtris, nocturnas comeſſationes ac compotationes ageret, quum ſero tandem deprehendiſſet, vehementi ira commotus eſt. Nam etſi ante conjectabatur, eam non recte vivere, tamen non habuerat fidem: nimirum quia principes omnia facilius, quam ſua cognoſcunt, ac neque ipſi clam ſuos quicquam agunt, neque horum res curioſe ſcrutantur. Tunc autem, [re cognita,] adeo immodica ira correptus eſt, ut eam domi ſuæ non continuerit, ſed cum ſenatu etiam communicaverit. Itaque Julia in Pandateriam (quæ eſt ſita ad Campaniam inſula) relegata eſt, & A.U.C.752 Auguſto XIII. & Plautio Silvano COSS.

*** Hic quærendam eſſe lacunam, non demum p. 556. B. ut fecerat interpres, recte annotavit Lipſius ad Vellejum lib. II. not. 181. nam frumentum datum populo, naumachia item, & exilium Juliæ, non ad A. U. C. 748. ſed 752. ſpectant. vide & Lipſ. ad Tacit. lib. I. not. 26. & Elect. l. 8. T. I. Opp. p. 246. ſunt tamen in ſequentibus etiam lacunæ plurimæ, vel ſi mavis, breviatoris veſtigia. p κατεικάζετο &c. legendum videtur κατεικάζετο γοῦν πάνθ' ὅσα ἦν. ſed ante hæc verba deeſſe videtur quid in Tiberii teſtamento ſcriptum fuerit. Valeſ. q τὸν Φλ. ἱππόδρομον. ſic reſtitui ex Xiph. cum Dionis editiones omnes perperam habeant τὸ Φλ. ἱππόδρ. r βιοῦν αὐτήν. ſic & Xiph. αὐτὴν βιοῦν Exc. Peir. s οἱ γὰρ uſque ad ἀκριβοῦσι, omiſſa in Exc. Peir. t μαθὼν τὰ πραττόμενα. hæc vulgo deſiderantur, etiam apud Xiph. addita hic ex Excerptis cod. Peir. p. 665. u Πανδατερίαν, ſic & Xiph. Salmaſius ad Solin. p. 67. a. C. Dionem citat, quaſi ſcriptum eſſet Πανδατηρίαν. Πανδαταρίαν, L. vide F. κὰκ τούτου ἐς νῆσον Καμπανίας, Exc. Peir. l. c. omiſſo nomine Pandateriæ.

ipſe p. 107. ſq. de Seviris turmarum in equitum juventute plurima congeſſerit, tamen ἴλαρχον φυλῆς potius *præfectum tribus* verterit cum Wolfio, idque *novo exemplo ad favorem* plebis conciliandum *inſtitutum fuiſſe conjiciat* p. 117. Rectius *ſevirum turmis vertit* Valeſius ad Exc. Peir. p. 104. ex Capitolini Marco c. 6. niſi quod *turmæ* potius dicere debebat, quia cum plures principes juventutis ſimul eſſent, unus omnibus turmis non præfectus videtur. REIM.

§ 98. (l. 56.) τοῦ σιτοδοτουμένου] Conf. dicta ad p. 224. D.

§ 99. (l. 59.) ἑξήκοντα δραχμὰς] In monumento Ancyrano: *conſul tertium decimum ſexagenos denarios plebi, quæ tum frumentum publicum accepit, dedi. Ea millia hominum paulo plura quam ducenta fuerunt.* Largitus hæc fuit Auguſtus ob virilem togam Cajo maturatam, faciuntque ſexageni denarii, ſive ſeſtertii CCXL. numerati ſingulis e ducentis millibus, Romanæ monetæ millena & ducenta ſcutatorum millia, ut notavit illuſtriſſimus Noriſius ad Cenotaphia Piſana p. 172. Qui autem in nummo Auguſti, de quo ad p. 526. ducenta illa millia civium Romanorum, frumentum de publico accipientium, deſignari exiſtimant, aliis melioribus virorum doctorum conjecturis confutantur, quas vide ſi placet apud Celeberrimum Spanhemium T. II. operis laudatiſſimi de uſu numiſmatum p. 546. & Anſelmum Bandurium Bibl. Numariæ p. 192. & 208. ſq. editionis a me curatæ.

§ 100. (l. 61.) ὕδωρ ἐσήγαγε] In marmore Ancyrano: *navalis prælii ſpectaculum populo* exhibui *liberum, in quo loco nunc nemus eſt Cæſarum, cavato* ſolo *in longitudine mille & octingentos pedes, in latitudine pedes ducentos, in quo triginta roſtratæ naves, triremesque plurimæ inter ſe conflixerunt — — occubuerunt præter remiges millia — — circiter — —* Ovidius I. de arte v. 171.

Qui modo cum belli navalis imagine Cæſar
Perſidas induxit Cecropidasque rates.
Nempe ab utroque mari juvenes, ab utroque puellæ
Venere, atque ingens Orbis in Urbe fuit.

Vide quæ infra ad p. 694. A. 699. C. & viri docti ad hæc Suetonii c. 43. *fecit item navale prælium circa Tiberim cavato ſolo, in quo nunc Cæſarum nemus eſt.* H. Noris ad Cenotaphia Piſana p. 180. B.

§ 101. (l. 63.) ἐπάρχους δύο] Ex Mæcenatis conſilio p. 480. B.

§ 102. (l. 66.) τὴν μέντοι Ἰουλίαν] Vide quæ viri docti ad hæc Suetonii c. 65. *Julias filiam & neptem, omnibus probris contaminatas, relegavit — — Relegatæ uſum vini, omnemque delicatiorem cultum ademit. &c.* Joannis Harduini ſomnia, qui in notis ad Plinium T. I. edit. novæ Pariſ. 1723. p. 401. n. 20. Juliam pro exule Auguſtam facit, addes tot aliis viri docti paradoxis, quæ ſine rivali amat excogitare ac defendere.

§ 103. (l. 78.) ἀλλὰ καὶ τῇ γερουσίᾳ] Idem Suetonius: *de filia abſens, ac libello per Quæſtorem recitato, notum ſenatui fecit, abſtinuitque congreſſu hominum diu præ pudore: etiam de necanda deliberavit.* Seneca VI. 32. de Benefic. *Divus Auguſtus filiam ultra impudicitiæ maledictum impudicam relegavit, & flagitia principalis domus in publicum emiſit.*

§ 104. (l. 79.) ἐς Πανδατερίαν τὴν πρὸς Καμπανίᾳ νῆσον] *Pandateria* hæc etiam in Taciti codicibus, ac Melæ: licet *Pandataria* apud Strabonem, Suetonium, & Plinium, qui in Puteolano ſinu ſitam teſtatur, III. 7. Apud Ptolemæum Πανδαταρία. III. 1. Hodie inſula S. Mariæ, ut Holſtenius p. 143. ad Ortelium, & p. 214. ad Cluverii Italiam antiquam annotavit. In eandem inſulam relegata etiam deinde Agrippina a Tiberio, Sueton. c. 53. Julia Druſi filia a Claudio, & Octavi-

A.U.C.752 Auguſto XIII. & Plautio Sil. vanoCOSS. & cum ea ultro Scribonia mater abiit. Ex iis, qui cum ea rem habuiſſent, Iulus Antonius, quaſi ſpe imperii occupandi id feciſſet, cum aliis nonnullis [viris illuſtribus,] morte multatus eſt, reliqui in inſulas deportati. [Cumque inter illos etiam quidam tribunus plebis eo crimine teneretur, non ante in judicium vocatus eſt, quam magiſtratu abiiſſet.] Multis autem aliis etiam mulieribus ob ſimilem culpam delatis, non omnium cauſas judicandas ſuſcepit, ſed tempus certum nominavit, ante quod ſi quæ acta eſſent, de iis inquiſitio nulla fieret. Ita aliis parcendum duxit, qui nihil mediocre in filiam ſtatuiſſet: atque adeo dixit, malle ſe Phœbæ potius, quam illius fuiſſe patrem. Ea Phœbe, quum eſſet Juliæ liberta, ejusque vitiorum adjutrix, ultro ſupplicium morte prævenit, eaque propter ab Auguſto laudata eſt. * *

A.U.C.755 Vinicio & VaroCOSS. 11. Cajum autem, cum is ad bellum Armenicum mitteretur, Tiberius in Chium profectus ſtudioſe coluit. Humilem ſe namque gerens, non tantum Cajo, ſed etiam comitibus ejus ſubmittebat. [Cum Barbari intellexiſſent, Cajum adverſus ſe exercitum ducere, Phraates ad Auguſtum legatos miſit, facta a ſe defenſurus, & fratres, ſub conditione pacis, repetiturus. Hunc Auguſtus reſpondens Phraaten tantum, Regis

δαλερίαν τὴν πρὸς Καμπανίᾳ νῆσον ὑπερωρίσθη, καὶ αὐτῇ καὶ [105] ἡ Σκριβωνία ἡ μήτηρ ἑκοῦσα συνεξέπλευσε. τῶν δὲ δὴ χρησαμένων αὐτῇ, [x] ὁ μὲν [106] Ἴουλος Ἀντώνιος, ὡς καὶ ἐπὶ τῇ μοναρχίᾳ τοῦτο πράξας, ἀπέθανε, [107] μετ᾽ ἄλλων τινῶν [[y] ἐπιφανῶν ἀνδρῶν] οἱ δὲ λοιποὶ ἐς νήσους ὑπερωρίσθησαν. [[z] καὶ ἐπειδὴ καὶ δήμαρχός τις ἐν αὐτοῖς ἦν, [108] οὐ πρότερον πλὴν [a] διαρπάσαι ἐκρίθη.] πολλῶν δὲ καὶ ἄλλων γυναικῶν ἐφ᾽ ὁμοίοις τισὶν αἰτίαν λαβουσῶν, οὐ πάσας τὰς δίκας ἐδέξατο, ἀλλὰ καὶ χρόνον τινὰ ἀφώρισεν, ὥστε τὰ πρὸ ἐκείνου πραχθέντα μὴ πολυπραγμονεῖσθαι. ἐπὶ γὰρ τῆς θυγατρὸς μηδὲν μετριάσας, ἀλλὰ καὶ φήσας [109] ὅτι Φοίβης πατὴρ μᾶλλον ἢ ἐκείνης γεγονέναι ἤθελε, τῶν ἄλλων ἐφείδετο. ἡ δὲ δὴ Φοίβη, ἐξελευθέρα τε τῆς Ἰουλίας καὶ συνεργὸς οὖσα, προαπέθανεν ἑκουσία. διόπερ καὶ ὁ Αὔγουστος αὐτὴν ἐπῄνεσε. * *

[110] Τοῦ δὲ Γαΐου σταλέντος ἐς τὸν [111] πρὸς Ἀρμενίους πόλεμον, ὁ Τιβέριος [112] ἐς Χῖον ἐλθὼν, αὐτὸν ἐθεράπευσεν. [113] ἐταπείνου τε γὰρ ἑαυτὸν, καὶ ὑπέπιπτεν οὐχ ὅτι τῷ Γαΐῳ, ἀλλὰ καὶ τοῖς μετ᾽ αὐτοῦ οὖσι. [[b] ὡς δὲ ἐπύθοντο οἱ βάρβαροι τὴν ἐπιστρατείαν τοῦ Γαΐου, Φραάτης ἔπεμψε πρὸς τὸν Αὔγουστον, ὑπὲρ τῶν γεγονότων ἀπολογούμενος, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς ἐπὶ εἰρήνῃ ἀπαιτῶν· καὶ αὐτῷ ἐκεῖνος Φραάτῃ, ἄνευ

C

D

x ὁ μὲν Ἰούλιος, vulgo. ſic & Xiph. ὁ μὲν δὴ Ἰούλιος, Exc. Peir. l. c. Ἴουλος verum nomen eſt. y ἐπιφανῶν ἀνδρῶν. hæc addita ex Xiph. & Zonara. iis enim opponuntur οἱ λοιποί, ignobiliores nimirum, exilio multati, quia nihil ab iis metuendum. z καὶ ἐπειδὴ &c. usque ad ἐκρίθη, inſerta nunc ſunt ex Exc. Peir. l. c. a διαρπάσαι. legendum videtur διάρξαι, aut ſane δημαρχῆσαι. notum porro tribunos, quam diu in magiſtratu erant, in jus vocari non potuiſſe, ob jus ſacroſanctæ poteſtatis. vid. Valer. Max. VI. 5. Valeſ. b ὡς δὲ ἐπύθοντο, usque ad ἐκέλευσεν locus plenior ex Exc. Urſ. p. 390. quæ vulgo hic leguntur, eadem ſunt apud Xiph. p. 206. lin. 33—40. edit. Sylb. quanquam Leunclavius priora illa Excerpta Urſ. usque ad ὁ δὲ Τιγράνης &c. minus genuina Dionis putat, ſed profecta ab auctoribus operis legationum, obſcuriora Dionis explicantibus: inde vero a verbis ὁ δὲ Τιγράνης &c. omnia eſſe γνησίως Dionia. poſt hæc verba autem eſſe lacunam.

via a Nerone. Tacit. XIV. 63. Sed de hac Julia Auguſti idem Tacitus primo Annali c. 53. *Eodem anno* (U. C. 768) *Julia ſupremum diem obiit, ob impudicitiam olim a patre Auguſto Pandateria Inſula, mox* (poſt quinquennium, Sueton. Auguſt. c. 65. & populo etiam atque etiam urgente, infra p. 556. E.) *oppido Rheginorum, qui Siculum fretum accolunt, clauſa.* Plura de hac inſula Julius Cæſar Capaccius in Antiquitatibus Campaniæ p. 141. ſq. T. IX. theſauri Rerum Italicarum parte tertia.

§ 105. (l. 81.) ἡ Σκριβωνία] Scribonia ſecunda Auguſti uxor p. 366. C. & Juliæ ex eodem mater, ſed cum qua divortium Liviam ducturus fecerat, p. 377. D. De voluntario Scriboniæ exilio filiam comitantis, meminit etiam Vellejus lib. II. c. 100.

§ 106. (l. 83.) ὁ μὲν Ἴουλος Ἀντώνιος] Hic M. Antonii Triumviri & Fulviæ filius, ſervatus ab Auguſto pridem. p. 454. B. Vellej. II. 100. *Tum Iulus Antonius ſingulare exemplum clementiæ Cæſaris, violator ejus domus, ipſe ſceleris a ſe commiſſi ultor fuit, quem victo patre, non tantum incolumitate donaverat, ſed Sacerdotio, Prætura, Conſulatu, Provinciis honoratum, tum etiam matrimonio ſororis ſuæ filiæ in artiſſimam adfinitatem receperat.*

§ 107. (l. 84.) μετ᾽ ἄλλων] Ex his Sempronium Gracchum nominat Tacitus I. Annal. c. 53. cui Quinctium Criſpinum, Appium Claudium ac Scipionem jungit Vellejus, aliosque minoris nominis, utriusque ordinis viros, qui poenas morte aut exilio pependerunt. Conf. eundem Tacitum III. Annal. c. 24. Vir ſummus Joſephus Scaliger ad Propertii IV. 12. p. 289. non dubitat inter relegatos hoc tempore etiam fuiſſe Ovidium Poëtam. Sed Naſo in exilium miſſus fuit non hoc anno U. C. 752. ſed decennio poſt. Nam cum Auguſtus diem obiiſſet ſupremum A. 767. 19. Auguſti, Ovidius ſextum ſe annum in exilio Pontico agere indicat IV. de Ponto Elegia XIII. v. 25. Verum hæc pridem pluribus confirmata ab eruditiſſimis viris, Henrico Noriſio ad Cenotaphia Piſana p. 202. & Joanne Maſſon in vita Ovidii, quam publici juris fecit Amſtelod. 1708. 8.

§ 108. (l. 87.) οὐ πρότερον πλὴν διαρπάσαι (Valeſius legit διάρξαι) ἐκρίθη] Hoc eſt non ante IV. Id. Decemb. anni hujus ab U. C. 752. quo novi tribuni munus inibant. vide Noriſium libro jam laudato p. 183., Notum porro eſt, inquit Valeſius, tribunos quam diu in magiſtratu erant, in jus vocari non potuiſſe ob jus ſacro ſanctæ poteſtatis. Exemplum eſt apud Valerium lib. VI. c. 5.

§ 109. (l. 93.) ὅτι Φοίβης πατὴρ] Sueton. c. 65. *Cum ſub idem tempus una ex conſciis liberta, Phœbe nomine, ſuſpendio vitam finiiſſet, maluiſſe ſe ait Phœbes patrem fuiſſe.*

§ 110. (l. 98.) τοῦ δὲ Γαΐου σταλέντος] Hic Epitomatorem Dionis deprehendimus, non Dionem, ut ex Zonara p. 539. B. patet: qui cum ſuperiora omnia ex Dione mutuatus ſit, poſt Antonii aliorumque ſupplicium ſic pergit: τῶν Ἀρμενίων δὲ νεωτερισάντων, καὶ τῶν Πάρθων αὐτοῖς συνεργούντων, ἀλγῶν ἐπὶ τούτοις ὁ Αὔγουστος, ἠπόρει τί ἂν πράξῃ. οὔτε γὰρ αὐτὸς στρατεῦσαι οἷός τε ἦν διὰ γῆρας, ὅ τε Τιβέριος, ὡς εἴρηται, μετέστη ἤδη, ἄλλον δέ τινα πέμψαι τῶν δυνατῶν οὐκ ἐτόλμα. ὁ Γάϊος δὲ καὶ ὁ Λούκιος νέοι, καὶ πραγμάτων ἐτύγχανον ἄπειροι. ἀνάγκης δ᾽ ἐπικειμένης, τὸν Γάϊον εἵλετο, καὶ τήν τε ἐξουσίαν αὐτῷ τὴν ἀνθύπατον καὶ γυναῖκα ἔδωκεν, ἵνα καὶ τούτου τι προσλάβῃ ἀξίωμα, καὶ οἱ συμβούλους προσέταξε. καὶ ὁ μὲν ἀφωρμήθη ἐντίμως παρὰ πάντων ὑποδεχόμενος, διὰ τοῦ αὐτοκράτορος ἔγγονος ἢ καὶ παῖς νομιζόμενος· καὶ ὁ Τιβέριος δ᾽ ἐς Χῖον &c. *Cum interim Armenii defeciſſent, & a Parthis juvarentur, Auguſtus ea re dolens, vix tamen quid ageret habebat. Nam neque ipſe propter ſenectutem bellum poterat gerere, & Tiberius, uti dictum, jam ſeceſſerat; neque alium de potentioribus mittere audebat: Cajus vero & Lucius adoleſcentuli rerum erant gerendarum rudes. Verum urgente neceſſitate, Cajum elegit, poteſtate Proconſulari & uxore data, quo plus ei accederet dignitatis, & conſiliariis adjunctis. Is iter ingreſſus, ab omnibus, ut Imperatoris nepos, aut filius adeo, honorifice exceptus eſt. Tiberius etiam in Chium trajecit. &c.* Quoniam vero Vellejus II. 101. ſcribit, Cajum in Syriam miſſum, *ante aliis provinciis ad ſidendum (ad viſendum vel ad ſedandum) obitis*, hujus loci eſſe credo quæ in Excerptis Peireſcianis p. 665. ex Dione leguntur: ὅτι Γάϊος τὰ στρατόπεδα τὰ πρὸς τῷ Ἴστρῳ ἀρχικῶς ἐπῄει. πόλεμον γὰρ οὐδένα ἐπολέμησεν, οὐχ ὅτι οὐκ ἐγένετο, ἀλλ᾽ ὅτι ἐκεῖνος μὲν ἔν τε ἡσυχίᾳ καὶ ἀσφαλείᾳ ἄρχειν ἐμάνθανεν, οἱ δὲ δὴ κίνδυνοι ἄλλοις προσετάσσοντο. C. Cæſar legiones,

ἄνευ τῆς τοῦ βασιλέως ἐπικλήσεως, ἀντεπιστείλας, τό, τε ὄνομα τὸ βασιλικὸν καταθέσθαι, καὶ τῆς Ἀρμενίας ἀποστῆναι προσέταξεν. ἐφ᾽ ᾧ δὴ ὁ Πάρθος οὐχ ὅσον οὐ κατεπλήξεν, ἀλλὰ καὶ ἀντέγραψέν οἱ τά τε ἄλλα ὑπερφρόνως, καὶ αὐτὸν μὲν βασιλέα βασιλέων, ἐκεῖνον δὲ Καίσαρα μόνον ὀνομάσας. ὁ δὲ δὴ Τιγράνης εὐθὺς μὲν οὐκ ἐπρεσβεύσατο· τοῦ δὲ Ἀρταβάζου νόσῳ ὕστερον τελευτήσαντος, δῶρά τε τῷ Αὐγούστῳ, ὡς καὶ τοῦ ἀντιπάλου ὑπεξῃρημένου οἱ, ἔπεμψε, τὸ τοῦ βασιλέως ὄνομα ἐς τὴν ἐπιστολὴν μὴ ἐγγράψας, καὶ τὴν βασιλείαν δῆθεν παρ᾽ αὐτοῦ ᾔτησε. τούτοις οὖν ὑπαχθεὶς, καὶ τὸν πόλεμον ἅμα τῶν Πάρθων φοβηθεὶς τά τε δῶρα ἐδέξατο, καὶ μετ᾽ ἐλπίδων αὐτὸν χρηστῶν ἐς τὴν Συρίαν πρὸς τὸν
E Γάϊον ἐλθεῖν ἐκέλευσεν.] ὁ δὲ δὴ Φραάτης ὕστερον κατηλλάγη, ἐπὶ τῷ τῆς Ἀρμενίας ἀποστῆναι, ἐπειδὴ τόν τε Γάϊον ἐν τῇ Συρίᾳ παρόντα ἔμαθε, καὶ τὰ οἰκεῖα ταραττόμενα μίσει αὐτοῦ ὑπετόπασε. [114] συνέβη δὲ εὐθὺς μετὰ ταῦτα, καὶ τὸν Τιβέριον ἐκ Ῥόδου ἐς τὴν Ῥώμην ἀφικέσθαι, [115] Λουκίου καὶ Γαΐου [c] τελευτησάντων. [116] αὐτός τε γὰρ, ἐμπειρότατος τῆς διὰ τῶν ἄστρων μαντικῆς ὢν, καὶ
556 Θράσυλλον ἄνδρα πάσης ἀστρολογίας διαπεφυκότα ἔχων, πάντα καὶ τὰ ἑαυτῷ καὶ ἐκείνοις πεπρωμένα ἀκριβῶς ἠπίστατο· καὶ λόγος ἔχει, ὅτι μελλήσας ποτὲ ἐν τῇ Ῥόδῳ τὸν Θράσυλλον [117] ἀπὸ τοῦ τείχους

Regis titulo nominavit, regiſque nomen depo- nere atque Armenia excedere juſſit. Parthus non ſolum territus his minime eſt, ſed & præter cætera ſuperbe reſcripta, ſe Regem Regum, Auguſtum nullo alio niſi Cæſaris nomine appellavit. Tigranes vero non quidem ſtatim legatos miſit: poſt Artabazum autem morbo extinctum, dona ad Auguſtum, velut adverſario jam ſibi ſublato, ablegavit, Regiſque titulo in epiſtola ſua non uſus, regnum ab Auguſto petiit. Hiſce delinitus ille, & bellum pariter a Parthis metuens, dona accepit, Tigranemque cum bona ſpe in Syriam ad Cajum juſſit accedere.] Phraates vero poſtea, quum Cajum in Syriam audiret adveniſſe, ac res domeſticas odio ſui ſeditionibus agitari ſuſpicaretur, pacem ea conditione, ut Armeniam miſſam faceret, compoſuit. Statim poſt hanc rem, Lucio & Cajo mortuis, Tiberius Romam e Rhodo rediit. Erat ejus divinationis, quæ ex aſtris ducitur, cum ipſe peritiſſimus, tum aſtrologia omni præſtantiſſimum ſecum habebat virum, Thraſyllum nomine; unde & ſuum, & ipſorum fatum omne probe compertum habebat. Ferunt eum aliquando, quum eſſet in Rhodo, Thraſylli de muro præcipitandi conſilia animo agitaſſe, quod is ſolus omnium ſuarum cogitationum conſcius eſſet: A.U.C.755 Vinicio & VaroCOSS.

c τελευτησάντων. ὂν (vel potius οὐδέπω) τελευτησάντων. ex Zon. & Lipſio, F.

giones, quæ ad Iſtrum caſtra habebant, pacis more obiens ſpectavit: bellum enim nullum ab eo geſtum, non quod nullum ingrueret, ſed quia ipſe quidem in ſumma pace ac ſecuritate principatus artes diſcebat, belli autem diſcrimina aliis mandabantur. Hæc tamen cum reliquis in textu connecti non potuere. De legionibus duabus ad ripam Danubii in Pannonia, & aliis duabus in Moeſia ab Auguſto conſtitutis, vide Tacitum lib. IV. c. 5. REIM.

§ 111. (l. 98.) πρὸς Ἀρμενίους] Ad hanc expeditionem pertinent verba Suetonii: c. 21. *Parthi quoque Armeniam vindicanti facile ceſſerunt.* Nam Phraates Parthorum Rex poſt Tigranis mortem Armeniam occupaverat, ut dixi ad p. 554. D. Vellejus II. 100. *Parthus deſciſcens a ſocietate Romana, adjecit Armeniæ manum.* Tacit. lib. II. Annal. c. 4. *Tum C. Cæſar componendæ Armeniæ deligitur: is Ariobarzanem volentibus Armeniis præfecit &c.* Uberius de hac contra Parthos expeditione diſſerit *V. C. Joannes Maſſon* lib. de Jano reſerato Sect. *IV. c. 5. & 6.* Henric. Noriſius ad Cenotaphia Piſana, p. 185. ſq. 336. ſq.

§ 112. (l. 99.) ἐς Χῖον ἐλθὼν] Samum pro Chio nominat idem Suetonius in Tib. c. 12. *Namque privignum Cajum, Orienti præpoſitum, cum viſendi gratia trajeciſſet Samum, alieniorem ſibi ſenſit ex criminationibus M. Lollii, comitis & rectoris ejus.* Conf. Vellejum II. 101.

§ 113. (l. 100.) ἐταπείνου τε γὰρ ἑαυτὸν] Phraſis, ſanctificata a divino ſcriptore, ex ore JESU Servatoris noſtri, ὁ ταπεινῶν ἑαυτὸν ὑψωθήσεται. Luc. XIV. 11. & Apoſtolo Philipp. II. 8. de Dei filio: ἐταπείνωσεν ἑαυτόν.

§ 114. (l. 26.) συνέβη δὲ] His præmittenda, quæ narrat Zonaras p. 539. D. de Cajo; ἀπελθὼν δὲ εἰς τὴν Συρίαν, καὶ μηδὲν μέγα κατορθωκὼς, ἐτρώθη. Ἄδδων γάρ τις, τὰ Ἀρτάγειρα κατέχων ὑπηγάγετο παρὰ τὸ τεῖχος τὸν Γάϊον, ὡς τι φράσων ἀπόρρητον, καὶ αὐτὸν ἔτρωσεν. ὁ μὲν οὖν πολιορκηθεὶς ἑάλω· ὁ δὲ Γάϊος ἐνόσησεν ἐκ τοῦ τραύματος, καὶ ἄλλως μέντοι μὴ ὢν ὑγιεινὸς, διὸ καὶ τὴν διάνοιαν ἐξελέλυτο, καὶ πολλῷ μᾶλλον ἀπημβλύνθη, καὶ ἰδιωτεύειν ἠξίου ὥστε τὸν Αὔγουστον περιαλγήσαντα προτρέψασθαι (ἐπιτρέψαι) αὐτῷ, ἐς τὴν Ἰταλίαν ἐλθόντα πράττειν ὃ βούλοιτο. ὁ δὲ ἐς Λυκίαν ἐν ὁλκάδι παρέπλευσεν, κἀνθα δὴ καὶ μετήλλαξεν. ὁ δὲ Λούκιος ἀδελφὸς αὐτοῦ προαπέσβη, ἐξαίφνης νόσῳ ἀποθανών. ἥ τε οὖν Λιβία ἐπὶ τῷ θανάτῳ τούτων ὑπωπτεύθη, καὶ ὁ Τιβέριος ὂν πολλῷ πρότερον ἐκ τῆς Ῥόδου πρὸς τὴν Ῥώμην ὑπενοστήσας. *Cum in Syriam veniſſet Cajus, nulla re magna geſta, vulnus accepit. Addo enim quidam, qui Artagira tenebat, cum ad mœnia pellectum, tanquam arcani aliquid dicturus, vulneravit. Quo facto captus quidem expugnata urbe Addo eſt, Cajus autem ex vulnere ægrotavit, cum & alias parum firma valetudine uteretur. Hinc & animo fractus, petiit, ut privatam ſibi vitam liceret agere. Igitur Auguſtus, quanquam ægerrime id ferens, ei permiſit, ut in Italiam reverſus ageret quod vellet. Is autem nave oneraria in Lyciam advectus obiit, poſtquam Lucius frater jam ante ſubito morbo extinctus eſſet: ob quorum mortem non Livia magis ſuſpicione caruit, quam Tiberius, haud multo ante Romam reverſus &c.* Ceterum Emin. Noriſius ad Cenotaph. Piſana p. 184. notat Salianum, qui ad A. M. 4048. num. 7. Dioni culpam lacunæ impingit, quæ injuriæ temporum & Epitomatoribus tribuenda erat. REIM.

§ 115. (l. 27.) Λουκίου καὶ Γαΐου τελευτησάντων] Certum eſt ex plurium veterum teſtimoniis, Velleji II. 103. Sueton. Tib. c. 13. qui Cajo permittente ſcribit revocatum eſſe, & ipſius Dionis, ſiquidem ejus veſtigiis inſiſtens Zonaras ſcripſit, ὂν πολλῷ πρότερον quam Cajus & Lucius, ille ex vulnere ad Artagiram accepto, *hic* ex morbo, obirent, Tiberium ex Rhodo, poſt ſeptennii amplius exilium, P. Vinicio Conſule, Romam reverſum fuiſſe: unde Lipſius jam ad Vellejum notavit lib. II. not. 189. excidiſſe videri negandi particulam, & legendum ὂν τελευτησάντων? ut librarii ſit error, quem rectius breviatori tribuit (nam & apud Xiphilinum reperitur) Valeſius p. 94. ad Excerpta Peireſciana. Circa menſem Julium Anni U. C. 755. rediiſſe Tiberium, docet Henricus Noris p. 255. ad Cenotaphia Piſana, ſive (ut acute obſervatum illuſtri & eruditiſſimo viro Scipioni Maffeio p. 22. hiſt. Diplomaticæ) decreta potius, publico Coloniæ Piſanæ nomine ad honorandam Caji Luciique memoriam promulgata. Ejuſdem anni circa 20. Auguſti *Lucius*, & biennio poſt IX. Calend. Martii, Cajus obiiſſe ex Cenotaphiis Piſanis cognoſcitur. vide eundem p. 348. ſqq. & 342. Seneca Conſolatione ad Polybium c. 34. *Cajus Cæſar, Auguſti filius ac nepos, circa primos juventæ ſuæ annos, Lucium fratrem chariſſimum ſibi princeps juventutis principem ejuſdem juventutis amiſit, in apparatu Parthici belli, & graviore multo animi vulnere quam poſtea corporis ictus eſt, quod utrumque piiſſime idem & fortiſſime tulit.*

§ 116. (l. 28.) αὐτός ἐμπειρότατος] Doctore uſus Tiberius Thraſyllo, quem ut ſapientiæ profeſſorem contubernio admoverat, teſte Suetonio c. 14. Nam ut Scholiaſtes vetus Juvenalis VI. 576. Thraſyllus matheſi præcipue viguit apud Tiberium, cum quo ſub honore ejuſdem artis familiariter vixit. *Scientiam* inde *Chaldæorum artis* Tiberio tribuit Tacitus, quem vide VI. Annal. 20. Suetonius c. 67. *peritiam futurorum.* vide & Dionem infra p. 616. A. & 635. E.

§ 117. (l. 33.) ἀπὸ τοῦ τείχους ὤσειν] Rem uberius narrat idem Tacitus c. 21. Tangunt etiam Suetonius Tiber. c. 14. Zonaras, Xiphilinus, Cedrenus.

A.U.C.755 Vinicio & Varo COSS.

ſet: inde quum triſtem videret, percontatum, quid ita vultum contraxiſſet? cumque reſpondiſſet, periculum ſe aliquod ſuum vereri: admiratione motum Tiberium, propoſitum abjeciſſe. Is quidem Thraſyllus adeo omnia certo habebat cognita, ut quum procul adventare navim vidiſſet, quæ nuntium Tiberio redeundi Romam a matre & ab Auguſto vehebat, prædixerit quæ ea eſſet annuntiatura.

12. Corpora vero Lucii & Caji a tribunis militum, ac cujusque civitatis proceribus, Romam apportata ſunt; parmæque & haſtæ, quas aureas ab equitibus, quum virilem togam ſumerent, acceperant, in curia ſuſpenſæ. Auguſtus eo tempore dominus ſalutatus, non modo prohibuit, ne quis ipſum hoc nomine compellaret,

A.U.C.756 Ael. Lamia & M. Servilio COSS.

ſed ſummopere etiam id cavit. Tertio quoque jam decennio completo, in quartum decennium, coactus ſcilicet, imperium ſuſcepit: quo quod manſuetior jam ac ſegnior, ætate ingraveſcente, ad ſenatores exaſperandos contra ſe factus eſſet, noluit quenquam eorum amplius offendere. Quum forte Palatium incendio periiſſet, multique multa ei largirentur, nihil præter aureum a ſingulis conventibus, a privato homine denarium, accepit. Aureum vero Romanorum more voco id nomiſma, quod viginti quinque denarios valet, quod nomen ei datur etiam a nonnullis

χους ὤσεν, ἐπειδὴ μόνος αὐτῷ πάνθ᾽ ὅσα ἐνενόει συνῄδει, ὡς εἶδεν αὐτὸν σκυθρωπάσαντα, ᵈ ἤρετο διὰ τί συννένοφεν; εἰπόντος δὲ, κίνδυνόν τινα ὑποπτεύειν, θαυμάσας, οὐκέτ᾽ αὐτὸ ἐποίησεν. οὕτω γάρ που πάντα ἐκεῖνος σαφῶς ᾔδει, [118] ὥστε καὶ τὸ πλοῖον τὸ τὴν ἀγγελίαν τῷ Τιβερίῳ τῆς ἐς Ῥώμην ἀνακομιδῆς παρά τε τῆς μητρὸς καὶ παρὰ τοῦ Αὐγούστου φέρον, πόῤῥωθεν κατιδὼν προσπλέον, B προειπεῖν αὐτῷ [119] ἃ ἀγγέλλειν ἤμελλε.

ᵉ Τοῦ δὲ Λουκίου τοῦ τε Γαΐου τὰ σώματα, [120] διά τε τῶν χιλιάρχων καὶ διὰ τῶν ἐφ᾽ ἑκάστης πόλεως πρώτων, ἐς τὴν Ῥώμην ἐκομίσθη· καὶ [121] αἱ πέλται [122] τά τε δόρατα, ἃ παρὰ τῶν ἱππέων ἐς τοὺς ἐφήβους ἐσιόντες χρυσᾶ εἰλήφεσαν, ἐς τὸ βουλευτήριον ἀνετέθη. [123] καὶ δεσπότης τε ᶠ τότε ὁ Αὔγουστος ὑπὸ τοῦ C δήμου ὀνομασθεὶς, οὐχ ὅπως ἀπεῖπε μηδένα τούτῳ πρὸς ἑαυτὸν τῷ προσρήματι χρήσασθαι, ἀλλὰ καὶ πάνυ διὰ φυλακῆς αὐτὸ ἐποιήσατο. [124] πληρωθείσης δέ οἱ καὶ τῆς τρίτης δεκαετίας, τὴν ἡγεμονίαν καὶ τὸ τέταρτον, ἐκβιασθεὶς δῆθεν, ὑπεδέξατο· πρᾳότερός τε καὶ ὀκνηρότερος ὑπὸ τοῦ γήρως, πρὸς τὸ τῶν βουλευτῶν τισιν ἀπεχθάνεσθαι, γεγονὼς, οὐδενὶ ἔτ᾽ αὐτῶν προσκρούειν ἤθελεν. ἐμπρησμοῦ δέ ποτε [125] τὸ Παλάτιον διαφθείραντος, καὶ πολλῶν αὐτῷ πολλὰ διδόντων, οὐδὲν ἔλαβεν, ἢ μόνον παρὰ μὲν ᵍ τῶν δήμων χρυσοῦν, παρὰ δὲ τῶν ἰδιωτῶν δραχμήν. D χρυσοῦν γὰρ δὴ καὶ ἐγὼ τὸ νόμισμα τὸ [126] τὰς πέντε καὶ εἴκοσι δραχμὰς δυνάμενον, κατὰ τὸ ἐπιχώριον ὀνομάζω.

d ἤρετο. ἤρετο αὐτὸν, V. b. mox συνένεφε apud Z. legitur, pro συννένοφε. *e* τοῦ δὲ Λουκίου &c. interciderunt hic multa, etiam quæ Caji & Lucii interitum deſcribebant: quoniam in indice libri ea hiſtoria promittitur, multoque leviora Dio tangit, etiam Zonaras hæc ex Dione retulit: quid quod inſcriptio libri dedicationem templi Auguſti fanique Martis fruſtra pollicetur, & Conſulum ab anno 748. usque ad 758. nulla mentio fit, X. præclare hæc Xylander; niſi quod lacunam ſupra p. 554. E. quærere debebat, nam proxime ſuperiora de morte Caji & Lucii cum eorum ſepultura ſatis cohærent; unde & aſteriscos delevi. *f* τότε. id rectius quam ποτὲ, quod eſt ap. Xiph. *g* τῶν δήμων. puto legendum δημοσίων, F.

§ 118. (l. 38.) ὥστε καὶ τὸ πλοῖον] Idem Suetonius: *Thraſyllum mathematicum tunc maxime expertus eſt, affirmantem nave proviſa gaudium afferri, cum quidem illum durius & contra prædicta cadentibus rebus, ut falſum & ſecretorum temere conſcium eo ipſo momento, dum ſpatiatur una, præcipitare in mare deſtinaſſet.*

§ 119. (l. 42.) ἃ ἀγγέλλειν] Dolendum eſt, de rebus decem fere annorum ab A. U. C. 747. ad 757. tam pauca vel tam lacunoſa Dionis ad nos perveniſſe. *Utinam*, inquit, laudatus Noriſius, qui in Diſſertationibus ad Cenotaphia Piſana, Caji Luciique honoribus poſita, res utriusque ac geſta horum temporum illuſtrat eruditiſſime, *utinam*, inquit p. 184. *integra Dionis libri LV. Hiſtoria ſeu Annales ſupereſſent, annum Herodis & peractum Romæ judicium, ac Caji Cæſaris in Oriente geſta cognoſceremus: quæ partim in obſcuro latent, partim indicata tantum apud varios illius ac proximæ ætatis ſcriptores repeeriuntur, neque ea ſuos in annos digeſta: unde etiam in aſſignando anno natali* CHRISI *Domini tot diverſæ ſcriptorum ſententiæ emanarunt.*

§ 120. (l. 43.) διά τε τῶν χιλιάρχων] Similiter ut cadaver Druſi, ſupra p. 549. A.

§ 121. (l. 45.) καὶ αἱ πέλται] Non peltas quidem, ſed parmas datas eſſe Cajo Lucioque ab equitibus, ex numo quem ſupra ad p. 554. attigi, notavit Noriſius libro laudato p. 121. Peltæ erant oblongæ, Numidarum cetris ſimiles: parmæ autem equeſtres, quales in numo apparent, rotundæ, ſive in omnes partes pares, ſcutis clypeisve qui & ipſi rotundi erant breviores habilioresque. Conf. Henricum Dodwellum in Diſſ. poſtuma de parma equeſtri Woodwardiana, Oxon. 1713. 8. & Jacobum Thode in tetrade Diſſertationum de clypeis ſcutisque veterum. Hafniæ 1718. 4.

§ 122. (l. 45.) τά τε δόρατα χρυσᾶ] Etiam haſtarum in eodem numo imago diſerte apparet. Fuere autem haſtæ puræ, hoc eſt nulla ferrea cuſpide munitæ, argenteæ non aureæ, ut ex marmore Ancyrano ab eodem Noriſio p. 117. & 121. pulchre obſervatum. En tibi hujus verba: *Equites autem Romani univerſi principem juventutis Romanorum, parmis* utrumque *& haſtis argenteis donatum, appellaverunt.*

§ 123. (l. 48.) καὶ δεσπότης] Philo in pulcherrima Auguſti laudatione, quam libro de legatione ad Cajum imperatorem inſeruit: τοῦ δὲ μὴ ταῖς ὑπερόγκοις τιμαῖς ἐπαρθῆναι καὶ φυσηθῆναί ποτε, πίστις ἐναργεστάτη, τὸ μὴ δεσπότην μήτε θεὸν ἑαυτὸν ἐθελῆσαι προσαγορεύειν, ἀλλὰ καὶ εἰ λέγοι τις δυσχεραίνειν. Suetonius Auguſto c. 53. *Cum ſpectante eo ludos, pronuntiatum eſſet in mimo: o Dominum æquum & bonum! & univerſi quaſi de ipſo dictum exſultantes comprobaſſent; & ſtatim manu vultuque indecoras adulationes repreſſit, & inſequenti die graviſſimo corripuit edicto, Dominumque ſe poſthac appellari, ne a liberis quidem aut nepotibus ſuis, vel ſerio vel joco paſſus eſt, atque hujusmodi blanditias etiam inter ipſos prohibuit.* Recuſavit etiam Tiberius, teſte eodem Suetonio c. 27. & Tacito II. Annal. c. 87. ſed affectatam a Caligula & Domitiano ceteri plerique Cæſares retinuere, paucis, ut Aureliano & Juliano, titulum domini deprecantibus. vide Ez. Spanhemium de uſu numiſmatum T. II. p. 482. ſq. Anſelmum Bandurium ad Cæſarum numiſmata T. II. p. 93. & Joannem Upmarckium ſingulari de nomine Domini diſſertatione, quam vulgavit Upſaliæ A. 1709. 8.

§ 124. (l. 51.) πληρωθείσης οἱ καὶ τῆς τρίτης δεκαετίας] Quarti decennii initium, poſt titulum Auguſti Cæſari tributum, incidit in A. U. C. 756. vide dicta ad p. 506. E. 529. B. 551. E. Quinti & ultimi initium decennii habes p. 586. D.

§ 125. (l. 56.) τὸ Παλάτιον] Suetonius c. 57. *In reſtitutionem palatinæ domus incendio abſumtæ, veterani, decuriæ, tribus, atque etiam ſingillatim e cetero genere hominum, libentes ac pro facultate quisque pecunias contulerant; delibante tantummodo eo ſummarum acervos, neque ex quoquam plus denario auferente.* Pro verbis παρὰ μὲν τῶν δήμων, puto legendum δημοσίων. Sunt autem δημόσιοι perſonæ publicæ qui dignitatem ac magiſtratum gerunt.

§ 126. (l. 60.) τὰς πέντε καὶ εἴκοσι δραχμὰς] Integrior hic locus legitur apud Zonaram: χιλίας τε καὶ πεντακοσίας μυριάδας δραχμῶν ἀτόκους τοῖς δεομένοις δανείσας ἐπ᾽ ἔτη τρία, ἐπῃνεῖτο παρὰ πάντων καὶ ἐκροτεῖτο. δύναται δὲ παρὰ Ῥωμαίοις αἱ εἴκοσι καὶ πέντε δραχμαὶ χρυσοῦν νόμισμα ἕν, παρὰ δὲ τοῖς Ἕλλησιν εἴκοσι δραχμαῖς ὁ Δίων φησὶ τὸ χρυσοῦν ἀλλάσσεσθαι νόμισμα. *Indigentibus, decies quinquies centena millia drachmarum ſine uſura in triennium cum mutuaſſet, ab omnibus laudabatur & celebrabatur. Valent porro apud Romanos quinque & viginti drachmæ unum aureum numum,* apud Græcos

ὀνομάζω. καὶ τῶν Ἑλλήνων δέ τινες, ὧν τὰ βιβλία [127] ἐπὶ τῷ ἀττικίζειν ἀναγινώσκομεν, οὕτως αὐτὸ ἐκάλεσαν. ὁ δὲ Αὔγουστος, τὴν οἰκίαν οἰκοδομήσας, ἐδημοσίωσε πᾶσαν, [h] εἴτε δὴ διὰ τὴν συντέλειαν, τὴν παρὰ τοῦ δήμου οἱ γενομένην, εἴτε καὶ [128] ὅτι [i] ἀρχιέρεως ἦν, ἵν' ἐν τοῖς ἰδίοις ἅμα καὶ ἐν τοῖς κοινοῖς οἰκοίη.

E Τοῦ δὲ δήμου σφόδρα ἐγκειμένου τῷ Αὐγούστῳ, ἵνα καταγάγῃ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ, θᾶσσον ἔφη [129] πῦρ ὕδατι μιχθήσεσθαι, ἢ ἐκείνην καταχθήσεσθαι.
C καὶ ὁ δῆμος πυρὰ ἐς τὸν Τίβεριν πολλὰ ἐνέβαλε· καὶ τότε μὲν οὐδὲν ἤνυσεν, ὕστερον δὲ ἐξεβιάσατο, ὥστε [130] ἐς γοῦν τὴν ἤπειρον αὐτὴν [k] ἐκ τῆς νήσου κομισθῆναι. τὸν δέ γε [131] Τιβέριον καὶ ἐποιήσατο, καὶ [l] ἐπὶ τοὺς Κελτοὺς * [132] τὴν ἐξουσίαν αὐτῷ τὴν δημαρχικὴν ἐς δέκα ἔτη δούς. καὶ μέντοι καὶ αὐτὸν [m] ἐκεῖνον ὑποπτεύσας πῃ ἐκφρο-
557 νήσειν, καὶ φοβηθεὶς μὴ καὶ νεοχμώσῃ τι, [133] τὸν Γερμανικόν οἱ τὸν ἀδελφιδοῦν, καίτοι [134] καὶ αὐτῷ υἱὸν ἔχοντι, ἐσεποίησε. κἀκ τούτων ἐπιθαρσήσας, ὡς καὶ διαδόχους καὶ βοηθοὺς ἔχων, [135] διαλέξαι τὴν γερουσίαν αὖθις ἠθέλησε· καὶ δέκα βουλευτὰς
D οὓς μάλιστα ἐτίμα προβαλόμενος, τρεῖς ἀπ' αὐτῶν ἐξεταστὰς ἀπέδειξεν, οὓς ὁ κλῆρος εἵλετο. οὐ μέντοι καὶ πολλοὶ οὔτε προκατέγνωσαν σφῶν, ἐξουσίας αὐτοῖς δοθείσης, [136] ὥσπερ καὶ πρότερον, οὔτε ἄκοντες [mm] ἀπελείφθησαν. τοῦτο μὲν δὴ δι' ἑτέρων ἔπραξεν· αὐτὸς δὲ [137] ἀπογραφὰς τῶν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ

nullis Græcis, quos propter linguæ Atticæ ſtudium legimus. Cæterum refectam domum ſuam Auguſtus totam publicam eſſe juſſit, ſive quod ad eam ædificandam populus pecuniam contuliſſet, ſive quod ea pontificis maximi eſſet; ut ſimul in propriis, ac in publicis ædibus habitaret. A.U.C.756 Ael. Lamia & M. Servilio COSS.

13. Quum magnis ab eo precibus populus contenderet, ut filiam reduceret; Citius, inquit, aquæ ignis miſceatur, quam illa in patriam reſtituetur. Ac quantumvis populus multos in Tiberim ignes conjeciſſet, nihil tum impetravit: poſtea tamen vi eum perpulit, ut in continentem ſaltem ex inſula eam transferret. Tiberium vero adoptavit Auguſtus, ac tribunitia ei poteſtate ad annos decem data, in Germaniam ablegavit. Veritus tamen, ne is aliquando animo elatus novas ad res conſurgeret, Germanicum Druſi fratris filium ei adoptandum dedit, quanquam ipſi Tiberio natus fuerat filius. Inde fiducia concepta, quaſi his ſucceſſoribus ac adjutoribus munitus, iterum ſenatus delectum habere inſtituit: decemque, quibus plurimum tribuebat, ſenatoribus ei rei deſtinatis, ſorte ex iis tres delegit, qui ſenatum examinarent. Neque tamen multi tum inventi ſunt, qui (quod ante factum ab aliis fuerat) licentia ſibi ejus permiſſa, ultro ſenatoria dignitate cederent: neque adeo inviti ea moti ſunt. A.U.C.757 Aelio Cato & Sentio Saturnino COSS.

h εἴτε δή. ſic Xiph, melius quam vulgo, εἴτε. ſed idem Xiph. pro verbis, παρὰ τοῦ δήμου, inconcinne habet ἐπὶ τὰ τοῦ δήμου. *i* ἀρχιέρεως. tolle rurſus corruptum hoc vocabulum, & ἀρχιερεὺς pro eo ſubſtitue: nam ad Xiphilini ἀρχιερέως ſubaudiendum οἰκία, L. ſed vide dicta ad p. 531. C. & 541. A. *k* ἐκ τῆς νήσου. hæc addidi ex Xiph. qui hactenus ad verbum Dionem exprimit. *l* ἐπὶ τοὺς Κελτούς. deeſt verbum ἐξέπεμψε, aut ſimile, X. τὴν ἐπὶ τοὺς Κελτοὺς ἐπιτρέψας ἐπιτρέψας, Z. omittit Leon. pro ſequenti δέκα ἔτη, Caſaubono, ex Sueton. c. 16. legendum videtur πέντε ἔτη. *m* ἐκεῖνον. emendatio Xyl. jam recepta, pro ἐκεῖνον ap. RS. *mm* ἀπελείφθησαν. malim ἀπηλάφθησαν ab ἀπαλάφω. p. 245. B.

eos autem vicenis drachmis aureum nummum permutari, Dio auctor eſt. Viginti quinque drachmæ reſpondent centum nummis ſeſtertiis. Itaque 1500,000 drachmarum ſunt ſexagies ſeſtertium. vid. de aurei valore, Gronovius lib. II. de pecunia veteri, capite octavo. [Totus hic locus de aurei valore deſideratur apud Leonicenum.]

§ 127. (l. 63.) ἐπὶ τῷ ἀττικίζειν] ἀττικίζειν, attice loqui; ut ῥωμαΐζειν, Latine, ἑλληνίζειν Græce, περσίζειν Perſice. Notat igitur, in priſcis Atticis ſcriptoribus vocabulum χρυσοῦ pro viginti drachmis occurrere, non pro viginti quinque. Neceſſe igitur eſt, vel aureos Romanos fuiſſe tanto majores, vel denarios tanto minus quam drachmas Græcorum tunc valuiſſe. Poſtea autem idem drachmæ quod denarii pretium. Itaque Galenus VIII. de medicamentis per loca corporis humani T. II. p. 280. πρόδηλον ὅτι δραχμὴν λέγομεν νῦν ἅπαντες ὑπὲρ Ῥωμαίων δηνάριον.

§ 128. (l. 66.) ὅτι ἀρχιέρεως ἦν] Pontificem enim maximum oportebat in publico habitare, de quo dictum ad p. 541. A.

§ 129. (l. 71.) πῦρ ὕδατι] Cicero Philippica XIII. c. 21. *prius undis flamma, ut ait poeta, neſcio quis: prius denique omnia, quam aut cum Antoniis Reſpb. aut cum Repb. Antonii redeant in gratiam.* Plutarchus de primo frigido p. 950. τοῦτο δὴ τὸ πρόχειρον ἔοικεν πῦρ ὕδατι μιγνύναι, τὸ παροιμιαζόμενον ἐν τοῖς ἀδυνάτοις. Simile proverbium, γαῖα μιχθήτω πυρί.

§ 130. (l. 74.) ἐς τὴν ἤπειρον] Ex inſula Pandataria, (ſupra p. 565. B.) poſt quinquennium, Juliæ permiſſum in oppidum Rheginorum Sicilico freto vicinum concedere, ut notant Suetonius c. 65. & Tacitus primo Annal. c. 53.

§ 131. (l. 75.) Τιβέριον καὶ ἐποιήσατο] Suetonius Auguſto c. 65. *Tertium nepotem Agrippam, ſimulque privignum Tiberium, adoptavit in foro, lege Curiata;* hoc eſt, apud populum in curias diſtributum, qui adoptionem illam probabat. vide Gellium V. 19. Idem Suetonius Tiberio c. 15. *Cajo & Lucio intra triennium defunctis, adoptatur ab Auguſto ſimul cum fratre eorum M. Agrippa, coactus prius ipſe Germanicum fratris ſui filium adoptare.* Vellej. II. 103. *Quod poſt Lucii mortem adhuc Cajo vivo facere voluerat, atque vehementer repugnante Tiberio erat prohibitus, poſt utriusque adoleſcentium obitum facere perſeveravit, ut & tribunitiæ poteſtatis conſortionem Neroni conſtitueret, multum quidem eo cum domi tum in ſenatu recuſante, & eum Ælio Cato & Sentio Coſſ. V. Kal. Jul. poſt urbem conditam annis DCCLIV.* (ex Dionis calculo DCCLVII.) *ab hinc annis XXVII. adoptaret. Lætitiam illius diei, concurſumque civitatis, & vota pæne inferentium cælo manus, ſpemque conceptæ perpetuæ ſecuritatis æternitatisque Romani imperii, vix in illo juſto opere abunde perſequi poterimus, nedum hic implere.* & c. 104. *In Neronis adoptione illud adjectum, his ipſis Cæſaris verbis: Hoc, inquit, Reipb. cauſa facio.*

Occaſionem ſic narrat Zonaras p. 540. C. Μετὰ δὲ ταῦτα Κελτικοῦ πολέμου κεκινημένου, καὶ αὐτὸς ὑπό τε γήρως καὶ νόσου κεκμηκὼς ἔχων τὸ σῶμα, καὶ ἐκστρατεῦσαι μὴ οἷός τε ὤν, τὸν Τιβέριον, τῇ μὲν ὑπὸ τῶν πραγμάτων ἀναγκασθεὶς, τῇ δ' ὑπὸ τῆς Ἰουλίας ἀναπεισθεὶς (ἤδη γὰρ αὕτη ἐκ τῆς ὑπερορίας καθῆκτο) ἐθετο ... καὶ τὴν ἐπὶ τοὺς Κελτοὺς ἀρχὴν ἐπέτρεψεν. ὑποπτεύσας δὲ μή τι νεοχμώσῃ ὁ Τιβέριος ὑπερφρονήσας &c. Sed hæc inepte conſarcinata ſunt a Zonara. Taceo illa de infirmitate Auguſti, quæ occurrent infra ex Xiphilino p. 567. B. certe pro Julia Liviam omnino dicere debebat: vide Tacit. I. 3. quoniam Juliam, Rheginorum oppido clauſam, non deſtitit habere inter vomicas domus ſuæ, & vix memorari paſſus eſt. REIM.

§ 132. (l. 76.) τὴν ἐξουσίαν τὴν δημαρχικήν] De primo quinquennio tribunitiæ poteſtatis, Tiberio conceſſæ, mentio p. 554. D. ubi dicta ſi placet vide.

§ 133. (l. 79.) τὸν Γερμανικόν] Hic eſt *Germanicus*, natus ex Druſo Tiberii fratre & Antonia, quem a patre Tiberio adoptatum notavit etiam Suetonius Calig. c. 1. Non prius autem Tiberium adoptavit Auguſtus, quam Tiberius Germanicum adoptaſſet, ut protinus adoptione facta inciperet Germanicus Auguſti nepos eſſe, ut notatum lib. I. Inſtit. Juſtin. tit. XI. de adoptionibus. §. 11.

§ 134. (l. 80.) καὶ αὐτῷ υἱὸν ἔχοντι] Druſum ex Agrippæ filia Agrippina.

§ 135. (l. 82.) διαλέξαι τὴν γερουσίαν] Quartus hic ſenatus delectus inſtitutus Auguſto. De primo dictum p. 494. de ſecundo p. 529. ſq. de tertio p. 540. B. Tamen in marmore Ancyrano: *Senatum ter legi.*

§ 136. (l. 87.) ὥσπερ καὶ πρότερον] Supra p. 494. B. 540. B.

§ 137. (l. 89.) ἀπογραφάς] De prioribus cenſibus Auguſti dictum p. 496. C. 545. E.

A.U.C. 757. Ael. Cato & Sent. Saturnino COSS.

ſunt. His per alios tranſactis, ipſe recenſionem eorum, qui in Italia habitarent, ac non infra ducenta ſeſtertia poſſiderent, inivit; pauperioribus, ac iis, qui extra Italiam viverent, ad cenſum non coactis, quod vereretur, ne quid turbarum darent. Id ne velut cenſor facere videretur, ob eam cauſam quæ ſupra eſt a me indicata, ad hunc cenſum peragendum, luſtraleque ſacrum faciendum, proconſulare imperium edicto appoſuit. Quum multi ſenatorii generis, aliique equeſtres juvenes, citra ullum crimen ad paupertatem redacti eſſent, pleriſque cenſum conſtitutum eorum ordini complevit: octoginta autem quibusdam eum uſque ad duodecies ſeſtertium adauxit. Quia multi multos plena libertate donatos manumittebant, ætatem quam & manumittens, & manumittendus habere deberent, juraque, quibus erga libertos cum alii, tum ipſi patroni uterentur, conſtituit.

14. Hæc agens, inſidiis imperitus eſt Auguſtus, quarum præcipuus autor erat inter alios Cn. Cornelius Cinna Magnus, filia Pompeji Magni natus. Quam ob rem aliquamdiu conſilii inops fuit, quum neque necare eos vellet, quia nihilo tutior editis cædibus fiebat, neque dimittere impunes, ne alios quoque contra ſe incitaret. Dubium, quid ſtatueret, ac neque dies ſine cura, nec noctes cum quiete agentem, Livia aliquando percontata, “ Quid hoc rei eſt, inquit, mi vir, quare non dormis? „

“ Quis vero, „ inquit Auguſtus, “ vel minimum temporis a curis vacet, qui tot inimicos ſemper habeat, aliisque ſuper alias inſidiis petatur? an vero non cernis, quam multi & mihi, & imperio noſtro periculum ſtruant? quos ne ſupplicia quidem punitorum coercent, ſed

λίᾳ κατοικούντων, καὶ μὴ ἐλάττω [138] πέντε μυριάδων οὐσίαν κεκτημένων, ἐποιήσατο. τοὺς γὰρ ἀσθενεστέρους, τούς τε ἔξω τῆς Ἰταλίας οἰκοῦντας, οὐκ ἠνάγκασεν ἀπογράψασθαι, δείσας, μὴ νεωτερίσωσί τι ταραχθέντες. καὶ ὅπως γε [139] μὴ δόξειεν ὡς τιμητὴς αὐτὸ ποιεῖν, δι' ὅπερ εἶπον πρότερον, [140] ἀνθύπατον ἐξουσίαν πρός τε τὸ τέλος τῶν ἀπογραφῶν καὶ [141] πρὸς τὴν τοῦ καθαρσίου ποίησιν προσέθετο. ἐπειδή τε συχνοὶ τῶν νεανίσκων ἔκ τε τοῦ βουλευτικοῦ γένους κἀκ τῶν ἄλλων ἱππέων ἐπένοντο, μηδὲν ἐπαίτιον ἔχοντες, τοῖς μὲν πλείοσι [142] τὸ τεταγμένον τίμημα ἀνεπλήρωσεν, ὀγδοήκοντα δέ τισι [143] καὶ ἐς τριάκοντα μυριάδας τοῦτο ἐπηύξησε. πολλῶν τε [n] πολλοὺς [144] ἀκριβῶς ἐλευθερούντων, [145] διέταξε τήν τε ἡλικίαν ἣν τόν τε ἐλευθερώσοντά τινα καὶ τὸν ἀφεθησόμενον ὑπ' αὐτοῦ ἔχειν δεήσοι καὶ τὰ δικαιώματα, οἷς οἵ τε ἄλλοι πρὸς τοὺς ἐλευθερουμένους, καὶ αὐτοὶ οἱ δεσπόται σφῶν γενόμενοι, χρήσοιντο.

Πράσσοντι δὲ αὐτῷ ταῦτα ἐπεβούλευσαν ἄλλοι τε καὶ [146] Γναῖος Κορνήλιος, θυγατριδοῦς τοῦ μεγάλου Πομπηΐου ὤν· ὥστε ἐν μεγάλῃ αὐτὸν ἀμηχανίᾳ χρόνον τινὰ γενέσθαι, μήτε ἀποκτεῖναι σφᾶς, (ὅτι οὐδὲν πλέον πρὸς ἀσφάλειαν ἐκ τῶν ἀπολλυμένων ἑώρα οἱ γιγνόμενον) μήτ' ἀπολῦσαι (μὴ καὶ ἑτέρους ἐκ τούτου ἐφ' ἑαυτὸν ἐπισπάσηται) ἐθέλοντα. ἀποροῦντί τε οὖν αὐτῷ ὅ, τι πράξοι, καὶ οὔτε μεθ' ἡμέραν ἀφροντιστεῖν, οὔτ' αὖ νύκτωρ ἀτρεμεῖν δυναμένῳ, ἔφη ποτὲ ἡ [o] Λιουία·

“ Τί ἐστι τοῦτο, ὦ ἄνερ; διὰ τί οὐ καθεύδεις; καὶ ὁ Αὔγουστος, “ Καὶ τίς ἄν, εἶπεν, ὦ γύναι, κἂν ἐλάχιστον [p] ἀπομερμηρίσειε, τοσούτους τε ἀεὶ ἐχθροὺς “ ἔχων, καὶ συνεχῶς οὕτως ἄλλοτε ὑπ' ἄλλων ἐπιβουλευόμενος; ἢ οὐχ ὁρᾷς, ὅσοι καὶ ἐμοὶ καὶ τῇ ἀρχῇ “ ἡμῶν ἐπιτίθενται; καὶ αὐτοὺς οὐδὲ αἱ τιμωρίαι τῶν δικαιουμένων ἀναστέλλουσιν, ἀλλὰ καὶ πᾶν τοὐναντίον, ὥσπερ

B C D E

[n] πολλοὺς ἀκριβῶς ἐλευθερούντων. trajectas haſce voces ita ſuo loco reſtitue: πολλοὺς ἐλευθερούντων, ἀκριβῶς διέταξε, accurate conſtituit, L. ἀκρίτως ἐλευθερούντων, Caſaub. apud F. quanquam ἀκριβῶς ἐλευθ. de plena & juſta libertate exponi poſſe, perſpiciens. [o] Λιουία. Λιβία, Xiph. hic & alibi. [p] ἀπομερμηρίσειε. ſic Xiph. rectius quam vulgo, ἀπομεριμνήσειε, ut obſervavit jam X.

§ 138. (l. 90) πέντε μυριάδων οὐσίαν] Quinquaginta drachmarum millia, ſive ducenta millia ſeſtertium, ut p. 424. E.

§ 139. (l. 94.) μὴ ὡς τιμητὴς, δι' ὅπερ εἶπον πρότερον] Cenſoris perpetui titulum, quem ſenatus populusque ipſi obtulerat, accipere Auguſtus recuſavit, ut Dio retulit p. 521. C. invidiam nimirum reveritus. Conf. Illuſtris Spanhemii opus de uſu numismatum. T. II. p. 473.

§ 140. (l. 95.) ἀνθύπατον ἐξουσίαν — — προσέθετο] Proconſulare imperium propoſuit, hoc eſt, ex illius imperii Proconſularis poteſtate cenſum extra urbem egiſſe ſe & luſtratoria ſacra feciſſe edixit. Ita enim hunc locum intelligendum eſſe, recte notavit laudatus Spanhemius p. 472. reprehendens Xylandrum, qui προσέθετο interpretatus eſt, *accepit*. Tributum autem fuiſſe Auguſto proconſulare imperium, hoc eſt ſummam ubique extra urbem & majorem quam præſidum in Provinciis poteſtatem, jam dictum ad p. 508. A. 518. E.

§ 141. (l. 97.) πρὸς τὴν τοῦ καθαρσίου ποίησιν] Subintellige ἱεροῦ. Luſtrale ſacrum quod finito cenſu fieri conſuevit, idque erat ſuovetaurilibus luſtrum condere. vide Dionyſium Halicarnaſſeum lib. IV. p. 225. Atque colligas ex hoc Dionis loco, etiam cenſus ratione per Italiam & in Provinciis hanc poteſtatem fuiſſe Proconſulis, quæ Cenſoris in urbe.

§ 142. (l. 100.) τὸ τεταγμένον τίμημα] Cenſus Senatorius prius octingenta millia, deinde decies ſeſtertium, p. 540. A. & 533. A. ubi de ſimili Auguſti munificentia.

§ 143. (l. 2.) καὶ ἐς τριάκοντα μυριάδας] Trecenta millia drachmarum ſunt ſeſtertium duodecies, ad quam ſummam fuiſſe cenſum ſenatorium ab Auguſto prolatum teſtatur, præter Dionem p. 540. A. etiam Suetonius c. 41. *Senatorum cenſum ampliavit, ac pro octingentorum millium ſumma, duodecies ſeſtertium taxavit, ſupplevitque non habentibus.*

§ 144. (l. 3.) ἀκριβῶς ἐλευθερούντων] Plena & juſta libertate donabantur ſervi per manumiſſionem, quæ fiebat cenſu, vindicta, & teſtamento: ſed erat & alterum manumiſſionis genus, quod libertatem juſtam non dabat, fiebatque inter amicos, per menſam & per epiſtolam, ut docet Cajus Inſtitut. § 2. de jure perſonarum, & pluribus exponit Wilhelmus Loon in Eleutheriis, ſive libris quatuor de manumiſſione ſervorum apud Romanos, quos vulgavit Ultrajecti 1685. in 12. Non igitur neceſſe cum Caſaubono ad Suetonii c. 40. pro ἀκριβῶς legere ἀκρίτως. Conf. Janum a Coſta, Arnoldum Vinnium aliosque ad lib. I. Inſtitutionum Juſtiniani tit. V. § 3. ubi de triplici ſtatu libertinorum mentio.

§ 145. (l. 4.) διέταξε] Suetonius: *Magni exiſtimans, ſincerum atque ab omni colluvione peregrini ac ſervilis ſanguinis incorruptum ſervare populum, & civitatem Romanam parciſſime dedit*, & (per legem Æliam Sentiam) *manumittendi modum terminavit.* De abuſibus maximis tunc circa libertatem temere datam ſervis, dixi infra ad p. 591. C. ubi Auguſti conſilium Tiberio datum, de non multis manumittendis.

§ 146. (l. 10) Γναῖος Κορνήλιος] Cn. Cornelius Cinna Magnus, natus ex Cornelio Fauſto Syllæ dictatoris filio & Pompeja; quem Cinnam Conſulem deinde fecit Auguſtus. p. 563. C. Mirabitur aliquis, hujus non fieri mentionem apud Suetonium c. 19. ubi conjurationes adverſus Auguſtum factas memorat: ſed non omittit Seneca, cujus diſertam de hac re, etſi paulo longiorem, narrationem neceſſe eſt hoc loco adſcribere, ut cum Liviæ, quam ſubjungit Dio, ſuaſione conferatur. Vocem

“ ὥσπερ ἐπ᾽ ἀγαθόν τι ἐπειγόμενοι, σπεύδουσι καὶ οἱ
“ λοιποὶ προσαπόλλυσθαι. „ ἀκούσασα οὖν τούτων ἡ
Λιουΐα, “ Τὸ μὲν ἐπιβουλεύεσθαί σε, ἔφη, οὔτε θαυ-
“ μαστὸν, οὔτε ἔξω τοῦ ἀνθρωπείου τρόπου ἐστί· καὶ
“ γὰρ πράσσεις πολλὰ, ἅτε καὶ τηλικαύτην ἀρχὴν
“ ἔχων, καὶ λυπεῖς, ὥσπερ εἰκὸς, συχνούς. οὐ γὰρ
558 “ που καὶ πᾶσιν οἷόν τε τὸν ἄρχοντά τινων ἀρέσκειν,
“ ἀλλὰ καὶ ἀπεχθάνεσθαι πολλοῖς καὶ τὸν πάνυ ὀρθῶς
“ βασιλεύοντα ἀνάγκη. πολλῷ τε γὰρ πλείους τῶν
“ δίκαιόν τι πραττόντων οἱ ἀδικεῖν ἐθέλοντές εἰσιν. ὧν
“ ἀδύνατόν ἐστι τὰς ἐπιθυμίας ἀποπιμπλάναι. καὶ
“ αὐτῶν τῶν ἀρετήν τινα ἐχόντων, οἱ μὲν καὶ πολλῶν
“ καὶ μεγάλων, ὧν οὐ δύνανται τυχεῖν, ἐπορέγονται,
“ οἱ δὲ καὶ ἑτέρων ἐλαττωθέντες ἄχθονται· καὶ οὕτως
B “ ἀμφότεροι τὸν κρατοῦντα αἰτιῶνται. ὥστε ἔκ τε
“ τούτων μὴ εἶναι κακοῦ ἁμαρτάνειν, καὶ προσέτι καὶ
“ ἐκ τῶν ἐπιτιθεμένων, [q] οὔτι γέ σοι, ἀλλὰ τῇ ἡγε-
“ μονείᾳ. σὲ μὲν γὰρ ἰδιωτεύοντα οὐδ᾽ ἂν εἷς ἐθελοντὴς
“ κακόν τι, μηδέν γε προπαθὼν, ἐποίησε· τῆς δὲ δὴ
“ ἀρχῆς, καὶ τῶν ἀγαθῶν [r] τῶν ἐν αὐτῇ, πάντες, καὶ
“ οἵ γε ἐν δυνάμει τινὶ ὄντες πολὺ μᾶλλον τῶν ὑποδεε-
“ στέρων, ὀριγνῶνται. τοῦτο γὰρ ἐστι μὲν ἀδίκων ἀνθρώ-
C “ πων, καὶ ἥκιστα νοῦν ἐχόντων, ποιεῖν· οὐ μὴν ἀλλ᾽ ἔν
“ τε τῇ φύσει αὐτῶν καθάπερ τι καὶ ἄλλο ἔνεστι, καὶ
“ οὐχ οἷόν τέ ἐστι, τὰ τοιαῦτα οὔτε πείθοντα οὔτ᾽
“ ἀναγκάζοντα, ἐξελέσθαι τινῶν. οὐδεὶς γὰρ οὔτε νό-
“ μος οὔτε φόβος κρείττων τῶν φύσει πεφυκότων γί-
“ γνεται. ταῦτ᾽ οὖν λογιζόμενος, τὰς μὲν τῶν ἄλ-
“ λων ἁμαρτίας μὴ δυσχέραινε· φυλακὴν δὲ ἀκριβῆ
“ καὶ σεαυτοῦ καὶ τῆς μοναρχίας ποιοῦ, ἵνα αὐτὴν μὴ
“ ἐκ τοῦ σφόδρα κολάζειν τινὰς, ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ σφόδρα
D “ φυλάσσειν, ἀσφαλῶς ἔχωμεν. „
Πρὸς οὖν ταῦτα ὁ Αὔγουστος· “ Ἀλλ᾽ οἶδα μὲν
“ καὶ ἐγὼ, ὦ γύναι, ὅτι οὔτ᾽ ἄλλο τι τῶν μεγάλων ἔξω
“ φθόνου καὶ ἐπιβουλῆς καθέστηκεν, ἥκιστα δὲ αὐταρ-
“ χία. καὶ γὰρ ἂν καὶ ἰσόθεοι ἦμεν, εἰ μὴ καὶ [s] πράγ-
“ ματα καὶ φροντίδας καὶ φόβους ὑπὲρ πάντας τοὺς
ἰδιω-

ſed contra cæteri quoque, velut ad aliquid boni contendentes, & ipſi cum eis perire ſtudent. „ Quo ſermone audito, Livia: “ Perniciem, „ inquit, “ tibi intentari neque mirum eſt, neque ab humano more alienum; multa, ut in tanto imperio, agenti, multosque offendenti. Nimirum fieri non poteſt, ut imperans omnibus placeat; ac non vel juſtiſſime regens, permultorum in odia neceſſario incurrat. Major enim pars hominum injuſta juſtis potiora ducunt, quorum expleri cupiditates nequeunt. Jam aliqua virtute præditorum quoque alii magnas ac multas res expetunt, quas conſequi non poſſunt: alii aliis poſthabitos ſe indignantur: itaque utrique culpant principem. Quapropter certum & ab his malum impendet, & ab iis præterea, qui non tibi adeo, ſed principatui ſtruunt inſidias. Etenim privato tibi nemo mali quicquam, niſi a te accepta injuria, feciſſe voluit: principatum vero, & quæ cum eo conjuncta ſunt bona, omnes, & potentiores etiam multo magis quam infirmiores, appetunt. Id etſi hominum eſt injuſtorum, ac minime prudentium; tamen a natura inter alia vitia iis ineſt, ac neque monitis, neque vi eximi quibusdam poteſt: quod nulla lex, nullus metus eis, quæ natura inſunt, plus valet. Hæc tu tecum reputans, noli aliorum peccatis ſuccenſere; tui autem, ac regni cuſtodiam exquiſitam inſtitue, ut id non pœnis irrogandis, ſed ſummopere cuſtodiendo tutum ſervemus. „

A.U.C. 757 Ael. Cato & Sent. Satur-nino COSS.

15. Ad hæc Auguſtus: “ Sane, „ inquit, “ cognitum habeo, mulier, cum alia magna ab invidia & inſidiis tuta non eſſe, tum vero in primis ſummum imperium. Deorum certe immortalium princeps eſſet ſimilis, niſi majoribus, quam

q οὔτι γε σοὶ, ἀλλὰ τῇ ἡγεμονίᾳ. ita Xiph. vulgo: οὔτι γε καὶ σοι, ἀλλὰ καὶ τῇ ἡγεμονίᾳ. quibus in verbis, judice etiam Leunclavio, particula καὶ bis abundat. r τῶν ἐν αὐτῇ. editiones Xiph. addunt ὑπαρχόντων, quod tamen deeſt quoque in cod. Coisl. & Br. s πράγματα. ſic ſcripſi ex Xiph. vulgo minus bene, πρᾶγμα.

cat autem *Lucium Cinnam, quem Cnejum* rectius appellat Dio, ut vetus numus quoque apud Albertum Rubenium tabula X. 24. & Caſſiodorus atque Marianus Scotus in Chronic. Ita autem Seneca lib. I. de Clementia c. 9. *Cum annum quadrageſimum Auguſtus tranſiſſet,* (ex Dionis calculo ſexageſimum) *& in Gallia moraretur,* (immo Romæ ſecundum Dionem) *delatum eſt ad eum indicium, L. Cinnam,* (Dioni Cnejum) *ſtolidi ingenii virum, inſidias ei ſtruere. Dictum eſt & ubi, & quando, & quemadmodum aggredi vellet. Unus ex conſciis deferebat. Conſtituit ſe ab eo vindicare: conſilium amicorum advocari juſſit. Nox illi inquieta erat, cum cogitaret adoleſcentem nobilem, hoc detracto integrum, Cn. Pompeji nepotem, damnandum. Jam unum hominem occidere non poterat; cum M. Antonio proſcriptionis edictum inter cœnam dictarat. Gemens ſubinde voces emittebat varias & inter ſe contrarias. Quid ergo? ego percuſſorem meum ſecurum ambulare patiar me ſollicito? Ergo non dabit pœnas, qui tot civilibus bellis fruſtra petitum caput, tot navalibus, tot pedeſtribus prœliis incolume, poſtquam terra marique pax parta eſt, non occidere conſtituit, ſed immolare? nam ſacrificantem placuerat adoriri. Rurſus ſilentio interpoſito, majore multo voce ſibi quam Cinnæ iraſcebatur: Quid vivis, ſi perire te tam multorum intereſt? quis finis erit ſuppliciorum? quis ſanguinis? Ego ſum nobilibus adoleſcentulis expoſitum caput, in quod mucrones acuant. Non eſt tanti vita, ſi ut ego non peream, tam multa perdenda ſunt. Interpellavit tandem illum Livia uxor, &, Admittis, inquit, muliebre conſilium? Fac quod Medici ſolent, qui ubi uſitata remedia non procedunt, tentant contraria. Severitate nihil adhuc profeciſti: Salvidienum Lepidus ſecutus eſt, Lepidum Muræna, Murænam Cæpio,* (de quo ſupra p. 522.) *Cæpionem Egnatius* (Rufus, Vellej. II. 93.) *ut alios taceam, quos tantum auſos pudet: nunc tenta quomodo tibi cedat clementia. Ignoſce L. Cinnæ. Deprehenſus eſt: jam nocere tibi non poteſt, prodeſſe famæ tuæ poteſt. Gaviſus ſibi, quod advocatum invenerat, uxori quidem gratias egit, renunciari autem extemplo amicis, quos in conſilium rogaverat, imperavit, & Cinnam unum ad ſe accerſit, dimiſſisque omnibus e cubiculo, cum alteram Cinnæ poni cathedram juſſiſſet; Hoc, inquit, primum a te peto, ne me loquentem interpelles, ne meo ſermone medio proclames: dabitur tibi loquendi liberum tempus.* Ego, te, Cinna, cum in hoſtium caſtris inveniſſem, non factum tantum mihi inimicum, ſed natum, ſervavi, patrimonium tibi omne conceſſi. Hodie tam felix es & tam dives, ut victo victores invideant: ſacerdotium tibi petenti, præteritis compluribus, quorum parentes mecum militaverant, dedi. Cum ſic de te meruerim, occidere me conſtituiſti. *Cum ad hanc vocem exclamaſſet, procul hanc ab ſe abeſſe dementiam,* Non præſtas, inquit, fidem, Cinna, convenerat ne interloquereris. Occidere, inquam, me paras. *Adjecit locum, ſocios, diem, ordinem inſidiarum, cui commiſſum eſſet ferrum. Et cum defixum videret, nec ex conventione jam, ſed ex conſcientia tacentem:* quo *inquit* animo hoc facis? ut ipſe ſis princeps? male mehercule cum Republica agitur, ſi tibi ad imperandum nihil præter me obſtat. Domum tueri tuam non potes. Nuper libertini hominis gratia in privato judicio ſuperatus es. Adeo nihil facilius potes quam contra Cæſarem advocare? Cedo, ſi ſpes tuas ſolus impedio, Paulusne te & Fabius Maximus, & Coſſi & Servilii ferent, tantumque agmen nobilium, non inania nomina præferentium, ſed eorum qui imaginibus ſuis decori ſunt? *Ne totam ejus orationem repetendo, magnam partem voluminis occupem, diutius enim quam dua-*

 bus

A.U.C. 757 Ael. Cato & Sent. Saturnino COSS.

quam privati, occupationibus, curis, ac ſollicitudinibus teneretur. Me vero hoc ipſum potiſſimum angit, quod hæc ita fieri neceſſum eſt, neque ullum contra ea remedium excogitari poteſt. Quum vero ſint quidam, „ inquit Livia, “ qui omnino inique agere velint, ab iis utique caveamus. Sunt nobis multi milites, quorum alii hoſtibus opponuntur, alii te ſtipant, ac nos cuſtodiunt: ſunt in familia miniſtri multi; prorſus ut domi pariter, ac foris, per eos ſecuri vivere poſſimus. „ Tum Auguſtus: “ Multos ſæpenumero a ſuis interfectos eſſe, verbis opus non habet. Nam hoc inter cætera difficillimum eſt in imperio, quod non reliquorum more tantum nobis ab hoſtibus, ſed ab amicis quoque timemus; quodque multo plures horum, quam alienis inſidiis perierunt. Dies enim noctesque adſunt, nudis etiam, ac dormientibus; & cibum potumque a ſe paratum miniſtrant. Ac ut alia taceam, contra hoſtes quidem, amicos opponere licet; contra hos ipſos, nullius uti auxilio poſſumus. Ita ſemper nobis & ſolitudo eſt gravis, & hominum frequentia: vacare cuſtodia periculoſum, periculoſiſſimum eſſe inter ſtipatores: hoſtes moleſti, moleſtiores amici: (amicos enim eos, etiam ſi minime ſint, appellare oportet) quos ut etiam bonos quis nanciſcatur, nunquam tamen tantum eis fidei tribuere poteſt, ut cum iis puro, curisque & ſuſpicionibus vacuo corde verſetur. Et hoc igitur peſſimum eſt, & quod neceſſe ſit in alios nobis inſidiantes vindicare. Nam cogi aliquem ad exigendas ſemper pœnas atque ſupplicia de quibusdam, id vero permagnum dolorem viris bonis adfert. „

16. “ Recte tu quidem hæc, „ inquit Livia. “ Ego autem habeo, quod tibi dem, conſilium; (modo ne id repudies, aut indigne feras, me, mulier quum ſim, tibi conſulere auſam) cujusmodi nemo, ne ſummus quidem amicus, tibi dare poſſit: non quia ſcientia, ſed quia audacia deeſt. „ Juſſa deinde, quale eſſet, proferre; “ Dicam, „ inquit, “ libere, tecum videlicet bonorum ac malorum perinde particeps; te incolumi ipſa quoque hodie regnans, eademque una tecum, ſi quid durius tibi, quod nolim, accidat,

“ ἰδιωτεύοντας εἴχομεν. ἐμὲ δὲ δὴ καὶ [147] αὐτὸ τοῦτο
“ λυπεῖ, ὅτι καὶ ἀναγκαῖόν ἐστι ταῦθ' οὕτω γίγνεσθαι,
“ καὶ ἀδύνατον, θεραπείαν τινὰ αὐτῶν εὑρεθῆναι. Ἀλλ'
“ ἐπειδή γέ τινες τοιοῦτοί εἰσιν, οἷοι πάντως ἀδι-
“ κεῖν ἐθέλειν, (εἶπεν ἡ Λιουΐα) ἡμεῖς γε αὐτοὺς E
“ φυλαττώμεθα. ἔχομεν δὲ καὶ στρατιώτας πολ-
“ λοὺς, (ὧν οἱ μὲν, πρὸς τοὺς πολεμίους ἀντιτε-
“ ταγμένοι, οἱ δὲ, καὶ περὶ σὲ ὄντες, φρουροῦσιν
“ ἡμᾶς) καὶ θεραπείαν πολλὴν ὥστε καὶ οἴκοι καὶ
“ ἔξω ἀσφαλῶς δι' αὐτοὺς ζῆν. ὑπολαβὼν οὖν ὁ
“ Αὔγουστος, Ὅτι μὲν πολλοὶ πολλάκις καὶ ὑπ' αὐ-
“ τῶν τῶν συνόντων ἐφθάρησαν, οὐδὲν, [t] ἔφη, δέο-
“ μαι λέγειν. πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις καὶ τοῦτ' ἐν
“ ταῖς μοναρχίαις χαλεπώτατόν ἐστιν, ὅτι μὴ μόνον
“ τοὺς πολεμίους, [u] ὥσπερ οἱ ἄλλοι, ἀλλὰ καὶ τοὺς
“ φίλους φοβούμεθα. καὶ πολύ γε πλείους ὑπὸ
“ τῶν τοιούτων (ἅτε καὶ ἀεὶ, καὶ μεθ' ἡμέραν καὶ
“ νύκτωρ, καὶ γυμνουμένοις σφίσι καὶ καθεύδουσι,
“ σιτία τε καὶ ποτὰ ὑπ' αὐτῶν παρεσκευασμένα
“ λαμβάνουσι συγγιγνομένων) ἐπεβουλεύθησαν, ἢ ὑπὸ
“ τῶν μηδὲν προσηκόντων. τά τε γὰρ ἄλλα, καὶ 559
“ πρὸς μὲν ἐκείνους ἐστὶ τούτους ἀντιτάξαι, πρὸς δὲ
“ τούτους αὐτοὺς οὐκ ἔστιν ἄλλῳ τινὶ συμμάχῳ χρή-
“ σασθαι. ὥσθ' ἡμῖν διὰ πάντων, δεινὸν μὲν τὴν ἐρη-
“ μίαν, δεινὸν δὲ καὶ τὸ πλῆθος· καὶ φοβερὸν μὲν
“ τὴν ἀφυλαξίαν, φοβερωτάτους δὲ αὐτοὺς τοὺς φύ-
“ λακας· καὶ χαλεποὺς μὲν τοὺς ἐχθροὺς, χαλεπω-
“ τέρους δὲ τοὺς φίλους εἶναι. φίλους γὰρ ἀνάγ-
“ κη* πάντας σφᾶς, κἂν μὴ ὦσι, καλεῖσθαι. εἰ δ'
“ οὖν τις καὶ χρηστῶν αὐτῶν [x] τύχοι, ἀλλ' οὔτι γε
“ οὕτω πιστεύσειεν ἂν σφίσιν, ὥστε καὶ καθαρᾷ καὶ
“ ἀφροντίστῳ καὶ ἀνυπόπτῳ [y] τῇ ψυχῇ προσομιλεῖν. B
“ τοῦτό τε οὖν καὶ τὸ τοὺς ἄλλους τοὺς ἐπιβουλεύον-
“ τας ἀναγκαῖον εἶναι ἀμύνεσθαι, πάνδεινόν ἐστι. τὸ
“ γάρ τοι τιμωρεῖσθαί τε καὶ κολάζειν ἀεί τινας
“ ἀναγκάζεσθαι, μεγάλην ἀχθηδόνα τοῖς γε ἀγα-
“ θοῖς ἀνδράσι φέρει.
“ Ἀλλ' ὀρθῶς γε λέγεις, (ἀπεκρίνατο ἡ Λιουΐα)
“ καὶ σοὶ γνώμην δοῦναι ἔχω, ἄν γε καὶ προσ-
“ δέξασθαι αὐτὴν ἐθελήσῃς, καὶ μὴ διαμέμψῃ ὅτι
“ γυνὴ οὖσα τολμῶ σοι συμβουλεῦσαί τι, οἷον οὐδ'
“ ἂν εἷς ἄλλος οὐδὲ τῶν πάνυ φίλων παραινέσειεν·
“ οὐχ ὅτι οὐκ ἴσασιν αὐτὸ, ἀλλ' ὅτι οὐ [z] θαρσοῦ- C
“ σιν εἰπεῖν. [a] Λέγ', ἦ δ' ὅς, [ὁ Αὔγουστος] ὅ, τι
“ δή ποτε τοῦτό ἐστιν. ἡ οὖν Λιουΐα, Φράσω (ἔφη)
“ μηδὲν κατοκνήσασα, ἅτε καὶ τἀγαθὰ καὶ τὰ κα-
“ κὰ ἐκ τοῦ ἴσου σοι ἔχουσα, [b] καὶ σωζομένου μὲν
“ σοῦ καὶ αὐτὴ τὸ τήμερον ἄρχουσα, δεινὸν δέ τι
“ παθόντος (ὃ μὴ γένοιτο) συναπολουμένη. [c] τοι-
γάρτοι

[t] ἔφη. voculam hanc omiſerant editores Dionis, quæ tamen poſt ὑπολαβὼν requiritur neceſſario, nec meo adeo ingenio, ſed Xiphilino debetur. [u] ὥσπερ οἱ ἄλλοι. ὥσπερ καὶ οἱ ἄλλοι, Xiph. [x] τύχοι. τύχῃ, Xiph. [y] τῇ ψυχῇ. τῇ τύχῃ, Xiph. minus bene. [z] θαρσοῦσιν. θαῤῥοῦσιν αὐτὸ, V. b. [a] λέγ', ἦ δ' ὅς ὁ Αὔγουστος. redundat ὁ Αὔγουστος, per illud ὅς jam ante denotatus. irrepſit in textum, cum vel ad marginem, vel ſupra ipſum ὅς, explicandi illius cauſa poſitum eſſet, L. λέγ' ἤδ' ὅν, ὁ Αὔγουστος ἔφη, V. b. [b] καὶ σωζομένου μὲν σοῦ. καὶ αὐτὴ τὸ τήμερον ἄρχουσα. hæc ex Xiph. monitu Xyl. addiderunt HS. & Lᵉ. deſunt ap. RS. [c] τοιγάρτοι. ita Xiph. in cod. Coisl, quod prætuli vulgato εἰ γάρ τοι. vel Sylburgii ἀεί. Pal. & Br. ἂν γάρ τοι, contra mentem.

bus horis locutum eſſe conſtat, cum hanc pœnam, qua ſola erat contentus futurus, extenderet; Vitam tibi, *inquit*, Cinna, iterum do, prius hoſti, nunc inſidiatori ac parricidæ. Ex hodierno die inter nos amicitia incipiat: contendamus, utrum ego meliore fide vitam tibi dederim, an tu debeas. *Poſt hæc detulit ultro Conſulatum, queſtus quod non auderet petere, amiciſſimum fideliſſimumque habuit, heres ſolus fuit illi, nullis amplius inſidiis ab ullo petitus eſt.* De Auguſto nota, quod Suetonius c. 84. *Sermones quoque cum ſingulis*, (ut tunc cum Cinna) *etiam cum Livia ſua graviores, non niſi in ſcriptis & e libello habebat, ne plus minusve loqueretur ex tempore.*

§ 147. (l. 64.) αὐτὸ τοῦτο λυπεῖ, ὅτι καὶ ἀναγκαῖόν ἐστι] Ita Solon apud Diogenem Laërtium lib. I. Sect. 63. monentibus amicis, ne mortem dilecti hominis fleret, eſſe enim neceſſarium mori, neque lacrymas hilum proficere, δι' αὐτὸ τοῦτο, inquit, δακρύω, ὅτι οὐδὲν ἀνύτω, *propter hoc ipſum illacrymor, quia nihil proficio.*

§ 148. (l. 39.) τὰς μὲν τομὰς καὶ τὰς καύσεις] Plutarchus in vita Gracchorum p. 846. τὸ ἄνευ ἐσχάτης ἀνάγκης ἐπιφέρειν σίδηρον, οὔτε ἰατρικὸν, οὔτε πολιτικὸν, ἀλλ' ἀτεχνίας μὲν ἀμφότερα. *Sine ſumma neceſſitate admovere ferrum, nec boni Medici eſt, nec boni Politici, ſed utrumque imperiti hominis opus.*

A.U.C.757 Ael. Cato & Sent. Saturnino COSS.

“ γάρ]ει ἥ τε φύσις ἡ ἀνθρωπίνη πάντως τι ἁμαρ-
“ τάνειν τινὰς ἀναπείθει, καὶ ἀμήχανόν ἐστιν αὐτὴν
“ πρᾶξαί τι ὡρμημένην ἐπισχεῖν· καὶ ἤδη γε καὶ αὐ-
D “ τὰ τὰ δοκοῦντά τισιν ἀγαθὰ εἶναι (ἵνα μὴ τὰς
“ τῶν πολλῶν κακίας εἴπω) καὶ πάνυ συχνοὺς ἀδι-
“ κεῖν ἐπαίρει. καὶ γὰρ γένους αὔχημα, καὶ πλού-
“ του φρόνημα, τιμῆς τε μέγεθος; [d] καὶ ἐπ' ἀν-
“ δρείας θράσος, ἐξουσίας τε ὄγκος πολλοὺς ἐξοκέλ-
“ λειν ποιεῖ. καὶ μήτε τὸ γενναῖον, δυσγενές, μήτε
“ τὸ ἀνδρεῖον, δειλόν, μήτε τὸ ἔμφρον, ἄνουν ἐστὶ ποι-
“ ῆσαι· ἀδύνατον γάρ. μήτ' αὖ τὰς περιουσίας τι-
“ νῶν περικόπτειν, ἢ τὰς φιλοτιμίας ταπεινοῦν μη-
“ δέν γε πλημμελούντων χρή· ἄδικον γάρ. τό, τε
“ ἀμυνόμενον ἢ καὶ προκαταλαμβάνοντά τινας [e] ἀνιᾶ-
E “ σθαι καὶ κακοδοξεῖν, ἀναγκαῖόν ἐστι. Φέρε, μετα-
“ βαλλώμεθα, καί τινος αὐτῶν φεισώμεθα. καί μοι
“ γὰρ δοκεῖ πολλῷ πλείω φιλανθρωπίᾳ ἤ τινι ὠμό-
“ τητι κατορθοῦσθαι. τοὺς μὲν γὰρ συγγνώμονας οὐ
“ μόνον οἱ ἐλεηθέντες ὑπ' αὐτῶν φιλοῦσιν, ὥστε καὶ
“ ἀμείβεσθαι σφᾶς σπουδάζειν, ἀλλὰ καὶ οἱ ἄλλοι
“ πάντες καὶ αἰδοῦνται καὶ σέβουσιν, ὥστε μὴ εὐ-
“ τολμεῖν αὐτοὺς ἀδικεῖν. τοὺς δ' ἀπαραιτήτοις ὀρ-
“ γαῖς χρωμένους οὐκ ἐκεῖνοι [f] μόνοι οἵ τι φοβού-
“ μενοι μισοῦσιν, ἀλλὰ καὶ οἱ λοιποὶ πάντες δυσ-
“ χεραίνουσι· καὶ ἐκ τούτου καὶ ἐπιβουλεύουσιν αὐ-
“ τοῖς, ἵνα μὴ προαπόλωνται.

560 “ Ἠ οὐχ ὁρᾷς ὅτι καὶ οἱ ἰατροὶ [148] τὰς μὲν το-
“ μὰς καὶ τὰς καύσεις σπανιώτατά τισι προσφέ-
“ ρουσιν, ἵνα μὴ ἐξαγριαίνωσιν αὐτῶν τὰ νοσήματα,
“ [149] τοῖς δὲ [g] αἰωρήμασι καὶ τοῖς ἠπίοις φαρμά-
“ κοις τὰ πλείω μαλθάσσοντες θεραπεύουσι; μὴ γάρ,
“ ὅτι ἐκεῖνα μέν, τῶν σωμάτων, ταῦτα δέ, [150] τῶν
“ ψυχῶν παθήματά ἐστι, διαφέρειν τι νομίσῃς αὐτὰ
“ ἀλλήλων. πάμπολλα γὰρ ὅμοια τρόπον τινὰ καὶ
“ ταῖς γνώμαις τῶν ἀνθρώπων, κἂν τὰ μάλιστα ἀσώ-
“ ματοι ὦσιν, ἃ καὶ τοῖς σώμασι συμβαίνει. συ-
“ στέλλονταί τε γὰρ ὑπὸ φόβου, καὶ ἐξοιδοῦσιν ὑπὸ
B “ θυμοῦ· λύπη τέ τινας [h] κολούει, καὶ θάρσος ὀγ-
“ κοῖ· ὥς' ὀλίγον σφόδρα τὸ παραλλάττον αὐτῶν
“ εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ παραπλησίων ἰαμάτων
“ αὐτὰ δεῖσθαι. λόγος τε γὰρ ἤπιός τῳ λεχθεὶς
“ πᾶν τὸ ἀγριαῖνον αὐτοῦ χαλᾷ, καθάπερ τραχὺς
“ ἕτερος καὶ τὸ ἀνειμένον ὀργίζει· καὶ συγγνώμη δο-
“ θεῖσα καὶ τὸν πάνυ θρασὺν διαχεῖ, καθάπερ ἡ
“ τιμωρία καὶ τὸν πάνυ πρᾷον χαλεπαίνει. αἱ μὲν
“ γὰρ βίαιοι πράξεις ἀεὶ πάντας, κἂν δικαιόταται
“ ὦσι, παροξύνουσιν, αἱ δὲ ἐπιεικεῖς ἡμεροῦσι. καὶ
C “ διὰ τοῦτο πεισθεὶς ἄν τις ῥᾷον καὶ τὰ δεινότατα
“ [i] ἑκὼν ἢ βιασθεὶς ὑπομείνειε. καὶ οὕτω γε φύ-
σει

dat, peritura. Homines omnino quosdam ipſa ad peccandum impellit natura, ejusque impetus ad aliquid patrandum coerceri difficulter poteſt. Jam, ut plerorumque de malitia nihil dicam, multos omnino ipſa quæ videntur bona ad delinquendum movent: multos generis ſplendor, divitiarum faſtus, honoris magnitudo, ac fortitudinis comes audacia, & potentiæ moles, ut a recto curſu exorbitent, facit. Nec ex nobili facere licet ignobilem, ex virili timidum, ex prudente ſtolidum. Quippe nequit hoc plane fieri. Nec fortunas hominum accidere, aut ſpiritus dejicere inſontium decet. Eſt enim hoc injuſtum. Si quis etiam ſe ulciſci, vel aliorum conatus anticipare velit, eum neceſſe eſt angi, & opinionem de ſe ſiniſtram ciere. Agedum alia via inſiſtamus, ac venia eos proſequamur. Ego enim ita judico, plus clementiam, quam ſævitiam proficere. Nam miſericordes non ii tantum, quibus delicti gratia facta eſt, charos habent, ac gratiam referre ſtudent: ſed reliqui etiam omnes reverentur ac colunt, ita ut nemo eos deinde lædere auſit. At eos, qui ira inexorabili utuntur, non modo odio habent ii, qui ſibi metuunt, ſed cæteri quoque infenſi, inſidiis ſtructis, ſuam perniciem evitare ſtatuunt, „

17. “ Viden' ut medici rariſſime ſectiones & ignes adhibeant, ne ipſa videlicet vitia corporis magis exaſperent: pleraque autem humectationibus & mitibus medicamentis molliunt ac ſanant? Neque enim putandum eſt, quod hæc corporum, illa animorum ſunt vitia, ideo eſſe inter ſe diſſimilia. Etenim etſi animi hominum incorporei ſunt, tamen multa iis corporum prope conſimilia accidunt: contrahuntur metu, turgent ira, dolore minuuntur, audacia inflantur, ut non multum a corporum natura differant, atque eandem fere ſanationem requirant. Nam ſermo lenis alicui adhibitus, omnem acerbitatem ejus mitigat, contra aſper remiſſum etiam ad iram concitat: venia data ferociſſimum quemque emollit, ſupplicium vel mitiſſimos exaſperat. Violentæ enim actiones, ut ſint omnino juſtiſſimæ, ſemper irritant quoscunque; manſuetæ placant: ideoque facilius perſuadendo quispiam, quam cogendo, eo adducitur, ut vel graviſſima ſubeat. Quod utrumque neceſſitate quadam naturæ ita

d καὶ ἐπ' ἀνδρείας θράσος. ἐπ' ἀνδρίαν, Xiph. ubi ἐπ' ἀνδρίᾳ, Wolfius. quod apud Dionem ἐπ' ἀνδρίᾳ diceretur. ego non dubito, ἀνδρείας recte ſe habere, ſicut ex tota conſtructione orationis patet; ſed vitium latere in voce ἐπ' quæ corrupta videtur ex ἔτ' vel ἔτι, ut Dio ſcripſerit: καὶ ἔτι ἀνδρείας θράσος. *e* καὶ præmittitur vulgo, quod rectius deeſt apud Xiph. *f* μόνοι. additum a me ex Xiph. probante Leuncl. ſequens οἵ τι ex Xiph. exhibuerunt HS. & L. cum male apud RS. legeretur ὅ, τι. *g* αἰωρήμασι. ſic vulgo. & ap. Xiph. edit. HS. minore. αἰονήμασι Xiph. ex edit. RS. & MS. majore. pro quo αἰονήμασι, id eſt, *perfuſionibus, rigationibus liquorum*, potius ſcribendum eſſe, recte monet X. & ſic edidit Sylb. αἰωρήμασι quanquam explicatum dederit F. tamen ab hoc loco alienius videtur. *h* κολούει. ſic & Pal. κολύει, vulgo Xiph. male. *i* ἑκὼν ἢ βιασθείς. hæc deſunt ap. Xiph. qui ſtatim ἀναγκαίως legit, pro ἀναγκαίᾳ, & ἑκάτερος, pro ἑκάτερον. quaſi referendum ad τὸν θρασὺν & τὸν πρᾷον. ſed ἑκάτερον, rectius, Coisl. & Br.

§ 149. (l. 42.) τοῖς αἰωρήμασι] Medicis αἰώρα ſive αἰώρημα eſt geſtatio penſilis, ſive corporis in penſili ſede motitatio atque oſcillatio. Valde commendatur ab Aëtio, ceterisque exercitationibus propemodum præfertur, Tetrabibli lib. III. c. 6. τὰ μὲν ἄλλα γυμνάσια ἐπὶ τῇ τοῦ σώματος κάταις ποιεῖται. ἡ δὲ αἰώρα συμμιγές ἐστι ἔκ τε κινήσεως καὶ σχέσεως, τῶν μὲν πλάτων τοῦ σώματος μερῶν ἀτρεμούντων δοκούντων, παντὸς δὲ ὑπὸ τῆς φορᾶς κινουμένου. ἐντεῦθεν ὠφελιμώτατόν τε καὶ προσηνέστατον γυμνάσιον, αἰώρα, οὔτε κόπον ἐμποιοῦσα τῷ σώματι, κινοῦσά τε αὐτὰ σχεδὸν παραπλησίως τοῖς μεγάλοις γυμνασίοις. Vide Jac. Palmerium Exercitt. ad auctores Græcos p. 263. & Foëſii Oeconomiam Hippocratis p. 14. ſed in primis Hier. Mercurialem lib. VI. Artis Gymnaſticæ c. 9. ſq.

§ 150. (l. 44.) τῶν ψυχῶν παθήματα] Conf. Plutarchi librum, quod animi quam corporis pejores ſint morbi, p. 500 ſq. Maximum Tyrium, Diſſ. ultima, Theodoritum lib. I. Therapeut. Prudentium Hymno II. Periſtephanon v. 221. ſq. &c.

A.U.C.757 Ael. Cato & Sent. Saturnino COSS.

ita eſt comparatum, ut brutorum quoque animalium & væcordium multa robuſtiſſima alioquin, & ferociſſima, blandiendo cicurentur, & ineſcando perdomentur; alia timidiſſima atque imbelliſſima, læſione & metu injecto, terreantur & ad iram concitentur. „

18. “ Neque ego omnibus ex æquo noxiis parcendum eſſe dico, ſed audaces, inquietos, malitioſos, ac ſiniſtri conſilii homines, immedicabilique & continuæ malitiæ adſuetos, exſcindere te jubeo, exemplo earum corporis partium, quæ medicinam non patiuntur: reliquos, qui propter ætatem, imperitiam, imprudentiam, aut alio caſu quodam, vel volentes, vel inviti peccant, verbis caſtigare, minis corrigere, aliave tolerabili ratione tractare: utque in aliis rebus modo graviores, modo leviores pœnæ vulgo irrogantur, ſic in hac quoque re citra periculum uti lenitate, & exiliis alios, alios ignominia, vel pecunia multare, aut in ſeceſſus urbesve relegare licet. Inventi nimirum ſunt, qui quum ſpes ac cupiditates eorum irritæ factæ fuiſſent, ad ſanitatem redierint: alios in conſeſſu locus inhoneſtus, aut ſtationes probroſæ, doloresque & terrores ante oblati emendaverunt, pro quibus ſuſtinendis homo nobilis ac fortis mortem præoptaverit. Quo fiet, ut illis quidem pœnæ nihilo leviores, imo graviores etiam futuræ ſint; quum nos inculpati interim tuto vivere poſſimus, qui nunc multos ex invidia, aut avaritia, alios ob metum fortitudinis, aut opinionem nobilitatis ipſorum, necare exiſtimamur. Haud enim facile creditur, eum, qui tanta poteſtate ac viribus præditus eſt, ab inermi homine privatoque inſidiis peti poſſe. Ideo alii ſermones hujusmodi ſerunt, alii, falſis delationibus fidem nos temere tanquam veris adhibere, dictitant. Nam exploratores & auſcultatores, odio irave ductos, aut ab inimicis eorum, quos accuſant, corruptos, aut ab his ipſis pecuniam nullam accipientes, ajunt multa minime vera ſiniſtre fingere; non modo quod quidam egerint indignum aliquod facinus, agendumve ſibi propoſuerint; ſed quod etiam certi quidpiam dixerint, ad audita tacuerint, riſuque aut lacrymis dicta exceperint. „

19. “ Poſſem infinita id genus referre, quæ ſi

“ σει τινὶ ἀναγκαίᾳ ἑκάτερον αὐτῶν χρῆται, ὥστε “ καὶ τῶν ἀλόγων ζώων τῶν μηδένα νοῦν ἐχόντων, “ πολλὰ μὲν καὶ τῶν ἰσχυροτάτων καὶ ἀγριωτάτων, “ θωπείαις τέ τισι τιθασσεύεται, καὶ δελεάσμασι χει- “ ροῦται· πολλὰ δὲ καὶ τῶν δειλοτάτων καὶ ἀσθενε- “ στάτων λυπήμασί τε καὶ φόβοις καὶ ἐκταράττεται “ καὶ παροξύνεται.

“ Καὶ οὐ λέγω τοῦτο, ὅτι δεῖ πάντων ἁπλῶς τῶν “ ἀδικούντων φείδεσθαι, ἀλλ᾽ ὅτι τὸν μὲν ἴτην καὶ “ πολυπράγμονα, καὶ κακοήθη καὶ κακόβουλον, καὶ “ ἀνηκέστῳ τινὶ καὶ διαρκεῖ πονηρίᾳ συνόντα, ἐκκόπτειν, D “ ὥσπερ που καὶ τὰ πάνυ ἀνίατα μέρη τῶν σωμάτων· “ τῶν δὲ δὴ ἄλλων, ὅσοι τῇ νεότητι, ἢ ἀμαθίᾳ, ἢ “ ἀγνοίᾳ, ἢ καὶ ἑτέρᾳ τινὶ συντυχίᾳ, οἱ μὲν, ἑκόντες, “ οἱ δὲ, καὶ ἄκοντες ἁμαρτάνουσι, [k] τοὺς μὲν λόγοις “ νουθετεῖν, τοὺς δὲ ἀπειλαῖς σωφρονίζειν, τοὺς δὲ καὶ “ ἕτερόν τινα τρόπον μετρίως πως μεταχειρίζεσθαι· καθ- “ άπερ καὶ ἐπὶ τῶν [l] τἄλλα, τοὺς μὲν μείζοσι, “ τοὺς δὲ ἐλάττοσι πάντες κολάζουσιν. ὥστε καὶ τὰ “ κατὰ τούτους ἀκινδύνως μετριάζειν ἔξεστί σοι, τοὺς “ μὲν φυγῇ, τοὺς δὲ ἀτιμίᾳ, τοὺς δὲ χρήμασι ζη- E “ μιοῦντι· ἑτέρους ἐς χωρία, ἑτέρους ἐς πόλεις τινὰς “ κατατιθεμένῳ. καὶ ἤδη γέ τινες καὶ ὑπὸ τοῦ μὴ τυ- “ χεῖν ὧν ἤλπιζον, καὶ ὑπὸ τοῦ διαμαρτεῖν ὧν ἐφίεντο, “ ἐσωφρονίσθησαν. ἕδραι τε ἄτιμοι, καὶ [§] στάσεις “ ἐπονείδιστοι, τό, τε προλυπηθῆναι καὶ τὸ προφοβηθῆ- “ ναι, συχνοὺς βελτίους ἐποίησε. καίτοι καὶ ἀποθα- “ νεῖν ἕλοιτο ἄν τις εὖ τε γεγονὼς καὶ ἀνδρεῖος ὢν, ἢ “ τοιοῦτόν τι παθεῖν. ἐξ οὖν τούτων ἐκείνοις μὲν “ [m] οὐδὲν ῥάων ἡ τιμωρία, ἀλλὰ καὶ χαλεπωτέρα γί- “ γνοιτο ἄν· ἡμῖν δὲ δὴ τὸ μήτε τινὰ [n] ἐπηγορίαν “ ἔχειν, καὶ ἀσφαλῶς ζῆν ὑπάρξειεν. ὡς νῦν γε 561 “ πολλοὺς μὲν [o] φθόνῳ, πολλοὺς δὲ ἐπιθυμίᾳ χρη- “ μάτων, ἄλλους ἀνδρείας φόβῳ, καὶ μάλα ἄλλους δ᾽ “ εὐγενείας δόξῃ κτείνειν δοκοῦμεν. οὐδεὶς γὰρ ῥᾳδίως “ πιστεύει, ὅτι τις ἔν τε ἐξουσίᾳ καὶ ἐν δυνάμει τοσαύτῃ “ ὢν ὑπὸ ἰδιώτου τινὸς ἀόπλου ἐπιβουλευθῆναι δύναται· “ ἀλλ᾽ οἱ μὲν ταῦτα λογοποιοῦσιν, οἱ δὲ ὅτι ψευδῆ “ πολλὰ ἀκούομεν, καὶ πολλοῖς μάτην ὡς καὶ ἀληθέ- “ σι προσέχομεν. τοὺς γάρτοι διοπτεύοντάς τε καὶ ὠτα- “ κουστοῦντας τὰ τοιαῦτα, τοὺς μὲν, ἔχθρᾳ, τοὺς δὲ, “ ὀργῇ· ἄλλους ἀργύριον παρὰ τῶν ἐχθρῶν αὐτῶν λα- “ βόντας, ἄλλους παρ᾽ αὐτῶν ἐκείνων [p] μὴ λαβόντας “ πολλὰ καὶ ψευδῆ σκευωρεῖσθαι φασίν· οὐ μόνον ὅτι B “ [q] τι δεινὸν ἔπραξάν τινες, ἢ καὶ ποιήσειν μέλλουσι, “ λέγοντας, ἀλλὰ καὶ ὅτι ὁ μὲν ἐφθέγξατο τοιόνδε τι, “ ὁ δὲ, ἀκούσας [r] ἐσιώπησεν· ἄλλος ἐγέλασεν, ἄλ- “ λος ἐδάκρυσε.

“ Μυρία ἂν τοιουτότροπα εἰπεῖν ἔχοιμι, ἃ εἰ καὶ τὰ

k τοὺς μὲν. præmittitur vulgo καὶ δεῖ, quæ rectius omiſſa ſunt apud Xiph. quippe inepte repetita ex ſuperioribus. *l* καθάπερ ἐπὶ τῶν τἄλλα. excidit aliquod participium, ut πλημμελούντων, aut ſimile, X. ἁμαρτανόντων, Sylb. ego absque hoc, unica vocula τἄλλα in ἄλλων mutata, integritati reſtituo, L. nihil opis affert Xiph. qui eodem modo, ut hic, ſcripta exhibet. ſuſpicor, comparationem cum caſtigatione liberorum a Dione inſtitutam fuiſſe. *m* οὐδὲν ῥάων. ſic ex Xiph. & emendatione Xyl. HS. & L. οὐδὲν autem deeſt apud RS. *n* ἐπηγορίαν. ἀπηγορίαν, Xiph. ἐπηγορίαν, RS. quod emendavit X. emendationem receperunt HS. & L. *o* φθόνῳ, πολλοὺς δέ. hæc omittit Xiph. & ſtatim ſic connectit: ὡς νῦν γε πολλοὺς μὲν ἐπιθυμίᾳ χρημάτων &c. deinde idem Xiph. pro εὐγενείας δόξῃ, habet ἀρετῆς τινος φθόνῳ. ex utroque, hinc corrupto, hinc mutilo auctore, Leunclavius hæc conficit integriora: ὡς νῦν γε πολλοὺς μὲν ἐπιθυμίᾳ χρημάτων, ἄλλους ἀνδρείας φόβῳ, καὶ μάλα ἄλλους ἀρετῆς τινος φθόνῳ, ἄλλους δ᾽ εὐγενείας δόξῃ κτείνειν δοκοῦμεν. ſed tolerari ſatis potest vulgata lectio. *p* μὴ λαβόντας. voculam μὴ male omittit Xiph. nec melius, poſt alterum λαβόντας, addit ἄλλους. *q* ὅτι τι δεινόν. ὅ τι δεινόν, Xiph. idem deinde perperam λέγοντες, pro λέγοντας. *r* ἐσιώπησεν. ἐπεσιώπησεν, V. b.

§ 151. (l. 86.) στάσεις ἐπονείδιστοι] Tales ſunt, quas Suetonius in vita Auguſti c. 24. commemorat: *pro cætero delictorum genere variis ignominiis affecit, ut ſtare per totum diem juberet ante prætorium, interdum tunicatos discinctosque, nonnunquam cum decempedis vel etiam ceſpitem portantes.* Conf. ad hunc locum notas magni Caſauboni, ubi putat ſitium vel Dionem imitatum eſſe verba Platonis de legibus lib. IX. qui inter pœnas numerat ἀμόρφους ἕδρας καὶ στάσεις καὶ παρατάσεις. Ad has ignominioſas ſtationes pertinet, quando milites vel integræ cohortes, quæ aliquid deliquerant, tendere extra vallum

A.U.C.757 Ael. Cato & Sent. Saturnino COSS.

“τὰ μάλιστα ἀληθῆ ᾖ, ἀλλ' [s] οὔτοι γε καὶ προσήκοντά ἐστιν οὔτε πολυπραγμονεῖσθαι παρ' ἐλευθέροις ἀνθρώποις, οὔτε σοὶ διαγγέλλεσθαι. λαθόντα μὲν γὰρ τὰ τοιαῦτα οὐδὲν ἂν σὲ βλάψειεν, ἀκουσθέντα δὲ, παροξύνειε καὶ ἄκοντα. ὅπερ ἥκιστα χρὴ, ἄλλως τε καὶ ἄρχοντί τινων, συμβαίνειν. C συχνοὺς γοῦν ἐκ τούτου, τοὺς μὲν, ἀκρίτους, τοὺς δὲ, καὶ ἐσκευωρημένῃ τινὶ καταγνώσει δικαστηρίου, ἀδίκως ἀπολωλέναι πολλοὶ νομίζουσιν. οὔτε γὰρ τὰς μαρτυρίας, οὔτε τὰς βασάνους, οὔτ' ἄλλο τι τῶν τοιούτων, ὡς καὶ ἀληθὲς ὂν, κατ' αὐτῶν [t] προσίενται. ταῦτα γὰρ οὕτως, εἰ καὶ μὴ δικαίως ἐστὶν ἃ αὐτῶν, ἀλλ' ἐπὶ πάντων [u] γε ὡς εἰπεῖν τῶν οὕτω θανατουμένων, θρυλλεῖται. καὶ δεῖ σε, ὦ Αὔγουστε, μὴ μόνον μηδὲν ἀδικεῖν, [152] ἀλλὰ μηδὲ δοκεῖν. ἰδιώτῃ D μὲν γὰρ ἀρκεῖ μηδὲν πλημμελεῖν, ἄρχοντι δὲ δὴ [x] προσήκει μηδὲ δόκησίν τινα αὐτοῦ λαμβάνειν. ἀνθρώπων γὰρ, ἀλλ' οὐ θηρίων, ἡγεμονεύεις· καὶ μόνως ἂν οὕτως εὐνοεῖν σοι αὐτοὺς ἀληθῶς ποιήσειας, ἂν πανταχόθεν σφᾶς καὶ διὰ πάντων ὁμοίως πείσῃς, ὅτι μήτε ἑκὼν τινὰ μήτε ἄκων [y] ἀδικήσῃς. φοβεῖσθαι μὲν γάρ τινα, ἀναγκασθῆναί τις δύναται, φιλεῖν δὲ, πεισθῆναι ὀφείλει. πείθεται δὲ ἐξ ὧν ἂν αὐτός τε εὖ [z] πάθῃ, καὶ τοὺς ἑτέρους εὐεργετουμένους ἴδῃ. E ὁ δ' ὑποτοπήσας μὴ δικαίως τινὰ ἀπολωλέναι, καὶ φοβεῖται μή ποτέ τι ὅμοιον πάθῃ, καὶ μισεῖν τὸν δράσαντα αὐτὸ ἀναγκάζεται. τὸ δὲ δὴ μισεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀρχομένων, πρὸς τῷ μηδ' ἄλλως καλῶς ἔχειν, ἀλυσιτελέστατόν ἐστι. καὶ γὰρ καὶ νομίζουσιν οἱ πολλοὶ, τοῖς μὲν ἄλλοις ἀναγκαῖον εἶναι πάντας τοὺς καὶ ὁτιοῦν ἀδικήσαντας σφᾶς ἀμύνεσθαι, ἵνα μήτε καταφρονῶνται, μήτε ἐκ τούτου πλεονεκτῶνται. τοὺς δ' ἄρχοντας, τοῖς μὲν τὸ κοινὸν ἀδι-
562 κοῦσιν ἐπεξιέναι χρῆναι, [153] τοὺς δ' ἰδίᾳ τι ἐς αὐτοὺς πλημμελεῖν δοκοῦντας φέρειν. μήτε γὰρ ἐκ καταφρονήσεως, μήτ' ἐξ ἐπιδρομῆς ἀδικηθῆναι σφᾶς δύνασθαι, διὰ τὸ πολλὰ τὰ προφυλάσσοντα αὐτοὺς εἶναι.

“Ὥς γ' ἔγωγε ταῦτά τε ἀκούσασα, καὶ πρὸς ταῦτα [a] ἀποβλέψασα, κινδυνεύω καὶ παντελῶς ἀπειπεῖν σοι μηδένα διὰ τοιοῦτόν τι ἀποκτεννύναι. αἵ τε γὰρ προστασίαι ἐπί τε τῇ τῶν ἀρχομένων σωτηρίᾳ καθίστανται, ὅπως μηδὲν μήθ' [b] ὑπ' ἀλλήλων μήθ' B ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων βλάπτωνται· οὐ μὰ Δί' οὐχ ὅπως ὑπ' αὐτῶν ἐκείνων τι λυπῶνται. [c] καὶ εὐκλεέστατόν ἐστιν, οὐ τὸ πολλοὺς τῶν πολιτῶν ἀπολλύναι, ἀλλὰ τὸ πάντας, ἂν οἷόν τε ᾖ, σώζειν δύνασθαι. παιδεύειν μὲν γὰρ αὐτοὺς καὶ νόμοις καὶ εὐεργεσίαις καὶ νουθεσίαις [d] δεῖ, ὅπως σωφρονῶσι, καὶ προσέτι [e] καὶ τηρεῖν καὶ φυλάττειν, ἵνα κἂν ἀδικεῖν ἐθελήσωσι

ſi maxime vera ſint, tamen ea apud homines li-beros curioſius inquiri, vel tibi nuntiari, minime convenit; quum, ſi te fugiant, damnum adferant nullum; relata vel invito ſtomachum moveant; quod cum aliis, tum vero principe indignum eſt. At hinc plurimos vel indicta cauſa, vel ſententia judicii ſubdole parata, injuſtum reperiſſe exitum, plerique autumant: neque teſtimonia, quæſtiones, aut alia contra illos uſurpata, tanquam vera admittunt. Hæc etſi nonnunquam injuſte, tamen de omnibus ita capitali ſupplicio affectis in vulgus ſparguntur. Tuum eſt autem, Auguſte, non modo nihil injuſte agere, ſed ne agere quidem videri. Nam privato ſufficit, non peccare: principem eniti convenit, ut a culpa etiam hominum opinione abſit. Hominibus enim, non belluis imperas: eaque eſt unica benevolentiæ ipſorum veræ conſequendæ ratio, ſi hoc ipſis omni parte & omnibus juxta actionibus perſuadeas, nemini eorum te nec data opera, nec contra voluntatem animi facturum injuriam. Cogi quidem ad metuendum aliquem homo poteſt, ad amandum autem perſuaſione opus eſt. Ea beneficiis in ipſum collatis, quæque aliis tribui videat, paratur. At qui injuſte alium morte affectum ſuſpicatur, eandem ſibi fortunam metuens, cædis autorem ut odio habeat, impellitur. Sed inviſum eſſe ſubditis, neque honeſtum eſt, & minime expedit. Hæc quippe plerorumque eſt ſententia, privato omnes injurias eſſe perſequendas, ne vel contemptui inde habeatur, vel opprimatur: principem vero debere ea tantum, quæ in publicam rem peccantur, ulciſci, privatim in ſe admiſſa tolerare; quod neque contemtu, neque impetu cujusquam, lædi poſſit, tanta nimirum ſeptus cuſtodia. ”

20. “ Hæc equidem judicia hominum quoniam audivi, & nunc reſpicio, parum abeſt, quin tibi ſuadeam, omnino neminem hujusmodi de cauſa interficere. Nam in hoc principatus inſtituti ſunt, ut ſaluti ſubditorum conſulatur; ne aut invicem, aut ab externis lædantur; non profecto, ut a principibus ipſis vexentur: quibus quidem glorioſiſſimum eſt, minime multos cives perdere, omnes contra, ſi fieri poſſit, ſervare. Ac legibus quidem, beneficiis, & admonitionibus eos princeps inſtituere debet, ut in officio maneant: quin & obſervare ac cavere, ut lædere,

s οὔτοι γε. οὔτι γε, Xiph. t προσίενται. ſic ſcripſi præeunte Xiph. pro προσίεται. u ὡς εἰπεῖν. ita Xiph. rectius, quam vulgo ſimpliciter εἰπεῖν. quanquam ὡς Coiſl. & Br. non agnoſcunt. x προσήκει. ſic HS. & L. προσήκε, RS. errore typographi vel librarii. y ἀδικήσῃς. melius Xiph. ἀδικήσειας ἄν. ſed minus bene antea πείσεις pro πείσῃς. z πάθῃ ſic & Xiph. πάθη, RS. male. a ἀποβλέψασα. magis placet ἀποβλέπουσα, quod eſt apud Xiph. b ὑπ' ἀλλήλων. hinc emendandus Xiph. ubi ὑπ' ἄλλων legitur. c καὶ εὐκλεέστατόν ἐστιν οὐ τὸ πολλοὺς τῶν πολιτῶν. hæc petita ex Xiph. deſiderabantur in editionibus Dionis: unde male cohærebant antecedentia cum conſequentibus, quæ non inſpecto Xiph. nequicquam ſanare conatus erat L. eo tandem conſulto, vidit non aliunde quærendam eſſe medelam. pro ἀπολλύναι tamen Xiph. ἀναιρεῖν. d δεῖ. δεῖν, RS. quod ipſe corrigendum vidit. e καὶ τηρεῖν καὶ φυλάττειν, ἵνα κἂν ἀδικεῖν ἐθελήσωσι. iterum hic integer verſus ex Dione exciderat, ſervatus a Xiph. quod plane non vidit Xyl. ſero tandem poſt criſin fruſtra tentatam agnovit L. neque tamen ſuppleverunt hic & ſupra Wecheli.

lum jubebantur, de quo Gerhardus Sichtermannus Diſſ. de poenis militaribus Romanorum c. 14.

§ 152. (l. 25.) ἀλλὰ μηδὲ δοκεῖν] Sic Julius Cæſar divortium faciens cum Pompeja, quam tamen adulterii cum Clodio patrati non ipſe arguebat, ὅτι τὴν Καίσαρος, inquit, γυναῖκα καὶ διαβολῆς δεῖ καθαρὰν εἶναι. *In Cæſaris uxore ne calumniæ quidem locus eſſe debet.* Plutarch. apophthegm. p. 206.

§ 153. (l. 44.) τοὺς δ' ἰδίᾳ τι.] Si quis male de illo eſſet opinatus, & dicto eum læſiſſet, Idem etiam Auguſto ſuaſerat Mæcenas, ſupra p. 486. B.

A.U.C.757 Ael. Cato & Sent. Saturnino COSS.

lædere, ſi vel maxime velint, nequeant: præterea vitio laborantibus mederi quodammodo, ac eosdem ſanare, ne prorſus corrumpantur. Eſt autem magno animo, eximiæque poteſtati conveniens, vulgi peccata ferre: quæ ſi quis omnia pro meritis puniverit, imprudens majorem hominum partem exſcindet. Proinde tibi hac etiam de cauſa conſulo, ne quem poſt hac talis alicujus facinoris cauſa capite plectas; ſed alio quodam modo caſtiges, ne quid in poſterum flagitii admittere poſſit. Quid enim mali tibi inferat, qui in inſulam quandam, aut in villam vel oppidum concluſus eſt, non modo abſque pecuniæ & ſervitiorum copia, ſed etiam cum cuſtodia degens, ſicubi res id requirat? Nam alia ratio ineunda eſſet, ſi in vicinia hoſtem haberemus, aut in hoc ipſo mari quoſdam alienatos, quo exules confugiendo, nos aliquo forte incommodo affecerint: ſi in ipſa Italia urbes muris & armis munitæ eſſent, quas occupando terrorem nobis incuſſerint. Nunc quum omnia armis & munitionibus bello opportunis vacent, quum longiſſime abſint hoſtes, tot maribus, terris, montibus ac fluminibus inviis interjectis; quis hunc vel illum hominem metuat nudum, privatum, hic in medio tui imperii verſantem, ac intra tua arma concluſum? Equidem neque cogitaturum quenquam ejuſmodi quid, neque eundem, ſi vel maxime ita inſaniat, perficere quicquam poſſe cenſeo. „

21. “ Ergo ab his, qui nunc rei facti ſunt, periculum facere incipiamus: fortaſſis & hi mutabunt ſententiam, & alios ad meliorem mentem revocabunt. Vides, Cornelium & nobilem, & fama clarum eſſe: quæ ipſa humaniter expendi par eſt. Non omnia gladius conficit, (magnum enim is bonum eſſet, ſi emendare homines, ac perſuadere valeret, & ad ſuſcipiendum ſincerum amorem adigere) ſed ut corpus deſtruere alicujus poteſt, ita cæterorum animos alienat; qui non propter ſupplicium ab aliis ſumptum vindicem amare, ſed ob metum mali odiſſe magis ſolent. Contra, quibus delicti venia eſt data, ii pœnitentia ducti benefactorem lædere

“ λήσωσι, μὴ δυνηθῶσιν· ἂν δὲ δὴ νοσήσῃ τι, θεραπεύειν τε τρόπον τινὰ αὐτὸ καὶ ἐπανορθοῦν, ἵνα μὴ παντελῶς φθαρῇ. τό, τε γὰρ [154] φέρειν τὰ τῶν πολλῶν ἁμαρτήματα, καὶ πάνυ μεγάλης καὶ φρονήσεως καὶ δυνάμεως ἔργον ἐστίν· ἄν τέ τις πάντα ἁπλῶς τὰ τοιαῦτα κατὰ τὴν ἀξίαν κολάζῃ, λήσει τοὺς πλείους τῶν ἀνθρώπων ἀπολέσας. ὅθεν καὶ διὰ ταῦτα σοὶ C γνώμην δίδωμι, θανάτῳ μὲν [f] μηδένα τῶν τοιούτων τιμωρεῖσθαι, ἑτέρως δέ πως αὐτοὺς, ὥστε μηδὲν ἔτι δεινὸν δρᾶσαι, σωφρονίζειν. τί γὰρ ἂν ἀδικήσειέ τις ἐς νῆσον κατακλεισθεὶς, [155] ἢ καὶ ἐν ἀγρῷ, πόλει τέ τινι, οὐχ ὅπως ἄνευ πλήθους οἰκετῶν ἢ χρημάτων, ἀλλὰ καὶ μετὰ φρουρᾶς ὤν, ἄν γε καὶ τούτου δέῃ; εἰ μὲν γὰρ ἐγγύς που ἐνταῦθα οἱ πολέμιοι ἦσαν, ἢ καὶ τῆς θαλάσσης ταύτης ἀλλότριόν τι ἦν, ὥστε τινὰ αὐτῶν [g] διαδράντα πρὸς ἐκείνους κακόν τι ἡμᾶς ἐργάσασθαι· πόλεις τέ τινες ἐν τῇ Ἰταλίᾳ [h] ἐχυραὶ, καὶ τείχη καὶ ὅπλα ἔχουσαι, ὑπῆρχον, ὥστε τινὰ καταλαβόντα αὐτὰς, φοβερὸν ἡμῖν γενέσθαι· D ἕτερος ἂν ἦν λόγος. ἀόπλων δὲ δὴ πάντων τῶν ταύτῃ καὶ ἀτειχίστων ὡς πρὸς πόλεμον ὄντων, καὶ τῶν πολεμίων παμπληθὲς [i] ἀπ᾽ αὐτῶν ἀφεστηκότων (πολλὴ μὲν γὰρ θάλασσα, πολλὴ δὲ καὶ γῆ, καὶ ὄρη καὶ ποταμοὺς [k] δυσδιαβάτους ἔχουσα, διὰ μέσου ἐστί) τί ἄν τις φοβηθείη τὸν δεῖνα, ἢ τὸν δεῖνα, γυμνοὺς, ἰδιωτεύοντας, ἐνταῦθά που ἐν μέσῃ τῇ σῇ ἀρχῇ ὄντας, καὶ ἐντὸς τῶν σῶν ὅπλων κατακεκλεισμένους; ἐγὼ μὲν γὰρ οὔτ᾽ ἂν ἐννοῆσαί τινα [l] τοιοῦτον, οὐδ᾽ ἂν καὶ τὰ μάλιστα μανείη τις, δύνασθαι γέ τι E πρᾶξαι, νομίζω.

“ Πεῖραν οὖν, ἀπ᾽ αὐτῶν τούτων ἀρξάμενοι, ποιησώμεθα. τάχα γὰρ ἂν καὶ αὐτοὶ [m] μεταβάλλοιντο, καὶ τοὺς ἄλλους βελτίους ποιήσειαν. καὶ γὰρ ὁρᾷς, ὅτι [156] καὶ ὁ Κορνήλιος καὶ εὐγενὴς καὶ ὀνομαστός ἐστι. δεῖ δέ που καὶ ταῦτα ἀνθρωπίνως [n] ἐκλογίζεσθαι. οὐ πάντα τοι τὸ ξίφος διαπράττεται, (μέγα γὰρ ἂν ἦν ἀγαθὸν, εἰ σωφρονίζειν τέ τινας, καὶ πείθειν, ἢ καὶ καταναγκάζειν φιλεῖν τινα ἀληθῶς ἐδύνατο) ἀλλὰ τὸ μὲν σῶμά τινος φθείρειεν ἂν, τὰς δὲ δὴ τῶν ἄλλων ψυχὰς 563 ἀλλοτριώσειεν. οὐ γὰρ ἐξ ὧν ἂν ἕτεροι τιμωρηθῶσι, προσφιλέστεροί τινι, ἀλλ᾽ ἐξ ὧν ἂν αὐτοὶ φοβηθῶσιν, ἐχθίους γίγνονται. καὶ ταῦτα

f μηδένα τῶν τοιούτων τιμωρεῖσθαι, ἑτέρως δέ πως αὐτοὺς, ὥστε. hæc deſunt in editione RS. ex Xiph. autem, monente Xyl. receperunt HS. & L. g διαδράντα. διαδράσαντα, Xiph. h ἐχυραὶ. ἐχυραὶ, Xiph. quod perinde eſt. ceterum ſtatim καὶ τείχη καὶ ὅπλα, ex Xiph. ſcribunt HS. & L. ſed poſterius καὶ deeſt apud RS. i ἀπ᾽ αὐτῶν. deſunt hæc in Xiph. k δυσδιαβάτους. δυσβάτους, Xiph. l τοιοῦτον. οὐδὲν addit Xiph. m μεταβάλλοιντο. μεταβάλλοιτο, Xiph. n ἐκλογίζεσθαι. λογίζεσθαι, Xiph.

§ 154. (l. 62.) φέρειν τὰ τῶν πολλῶν ἁμαρτήματα] Præclare in hanc ſententiam diſſerit egregius vir Lambertus Velthuyſen in Diatriba de tolerando malo in Repb. p. 609. ſq. Opp.

§ 155. (l. 70.) ἢ καὶ ἐν ἀγρῷ] Erudite Xylander, *aut in villa*, vide quæ viri docti ad Suetonii Auguſt. c. 24. Exilii gravior pœna & deportationis in inſulam, levior περιορισμοῦ ſive relegationis in oppidum vel villam, ut docet Nicolaus Antonius lib. II. de exilio c. 1. 13. 26.

§ 156. (l. 93.) καὶ ὁ Κορνήλιος καὶ εὐγενὴς καὶ ὀνομαστὸς] Cornelius Cinna Syllam & Pompejum proxima cognatione attingebat, ut dictum ad p. 557. C. Avum paternum habuit L. Cinnam quater Conſulem. Idem opibus conſpicuus, & ſacerdotio, quo ipſum ornaverat Auguſtus, teſte Seneca lib. I. de clementia c. 19.

§ 157. (l. 20.) καὶ ὕπατον ἀπέδειξε] Idem Seneca. *Poſt hæc detulit ultro conſulatum, queſtus quod non auderet petere. Amiciſſimum fideliſſimumque habuit, heres ſolus fuit illi, nullis amplius inſidiis ab ullo petitus eſt.* Conf. eund. de Benef. IV. 30. vide tamen quæ de aliorum νεωτερισμοῖς infra p. 566. D.

§ 158. (l. 25.) τὴν αἰτίαν τοῦ θανάτου Αὐγούστου] Vide infra ad p. 589. D. E.

§ 159. (l. 29.) ἑπτὰ ἡμέρας] Marianus Scotus in Chron. *Cn. Cinna, L. Valerio Coſſ. teſte Caſſiodoro, per dies ſeptem, Tiberis impetu, miſeranda clades hominum domorumque fuit. Fames Romæ ita ingens facta fuit, ut quinque* (leg. ſinguli) *modii venderentur denariis viginti ſeptem ſemis.* Igitur ad hoc tempus (non ad charitatem annonæ, de qua infra p. 566. A.) referendum, quod de fame ex Euſebii Chronico Marianus retulit: addit enim & Dio, καὶ λιμὸς συνέβη. Pontis ſublicii everſi ab Tiberis impetu, & per ejus exundantiam urbe navigabili facta, ſæpius apud Dionem mentio, ut notatum ad p. 519. D. Eclipſin ſolis quam hoc loco memorat Dio, Uſſerius notat contigiſſe anno quinto æræ Chriſtianæ die 28 Martii, circa horam quintam pomeridianam.

§ 160. (l. 32.) τοῦ ἀδελφοῦ] Cajo & Lucio Cæſaribus, cum virilem togam ſumerent, magni tributi erant honores, cum, quod præcipuum, ipſi jam ante ab Auguſto eſſent adoptati. vide dicta ad p. 554. 552. & 533. C. Sed Agrippa hic poſthumus,

“ ταῦτα μὲν οὕτως ἔχει. οἱ δὲ δὴ συγγνώμης τινὸς τυχόντες, καὶ μετανοοῦσιν, αἰσχυνόμενοι αὖθίς τι τοὺς εὐεργέτας ἀδικῆσαι· καὶ πολλὰ αὐτοῖς ἀνθυπουργοῦσιν, ἐλπίζοντες πλείω [o] ἀνθυποίσεσθαι. ὑφ' οὗ γὰρ ἄν τις ἀδικηθέντος τι σωθῇ, τοῦτον εὖ παθόντα, οὐδὲν ὅ, τι οὐκ εὐεργετήσειν ἑαυτὸν ἡγεῖται. πείσθητι οὖν μοι, φίλτατε, καὶ [p] μεταβάλλου. οὕτω μὲν
B γὰρ καὶ τἆλλα τὰ δυσχερῆ πάντα ἀνάγκῃ πεποιηκέναι δόξεις. οὐ γάρ ἐστι πόλιν [q] τηλικαύτην, ἐκ δημοκρατίας πρὸς μοναρχίαν ἄγοντα, ἀναιμωτὶ μεταστῆσαι. ἂν δ' ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένῃς, καὶ ἐκεῖνα γνώμῃ δεδρακέναι νομισθήσῃ. „

Ταῦτα τῆς Λιουίας εἰπούσης, ὁ Αὔγουστος ἐπείσθη τε αὐτῇ, καὶ ἀφῆκε μὲν πάντας τοὺς ὑπαιτίους, λόγοις τισὶ νουθετήσας, τὸν δὲ δὴ Κορνήλιον
C [157] καὶ ὕπατον ἀπέδειξε. κἀκ τούτου καὶ ἐκεῖνον καὶ τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους οὕτως ᾠκειώσατο, ὥστε μηδένα ἔτ' αὐτῷ τῶν ἄλλων μήτ' ὄντως ἐπιβουλεῦσαι, μήτε δόξαι. ἡ γὰρ δὴ Λιουία αἰτιωτάτη τῆς σωτηρίας τῷ Κορνηλίῳ γενομένη, ἤμελλεν αὐτὴ [158] τὴν αἰτίαν τοῦ θανάτου τοῦ Αὐγούστου λήψεσθαι. τότε δ' οὖν ἐπί τε τοῦ Κορνηλίου καὶ ἐπὶ Οὐαλερίου Μεσσάλου ὑπάτων σεισμοί τε ἐξαίσιοι συνέβησαν, καὶ ὁ Τίβερις τήν τε γέφυραν κατέσυρε, καὶ πλωτὴν τὴν πόλιν ἐπὶ [159] ἑπτὰ ἡμέρας ἐποίησε·
D τοῦ τε ἡλίου τι ἐκλειπὲς ἐγένετο, καὶ λιμὸς συνηνέχθη. κἀν τῷ αὐτῷ τούτῳ ἔτει ὅ, τε Ἀγρίππας ἐς ἐφήβους, μηδενὸς τῶν αὐτῶν [160] τοῖς ἀδελφοῖς τυχών, ἐσεγράφη· καὶ τὰς ἱπποδρομίας [161] χωρὶς μὲν οἱ βουλευταί, χωρὶς δὲ οἱ ἱππεῖς ἀπὸ τοῦ λοιποῦ πλήθους εἶδον· ὃ καὶ νῦν γίγνεται. ἐπειδή τε οὐ ῥᾳδίως [162] οἱ πάνυ εὐγενεῖς τὰς θυγατέρας ἐς τὴν τῆς Ἑστίας ἱερατείαν ἐπεδίδοσαν, ἐνομοθετήθη καὶ ἐξ ἀπελευθέρων γεγεννημένας ἱερᾶσθαι. καὶ [163] ὁ μὲν κλῆρος αὐτῶν, ἐπεὶ πλείους ἠμφισβήτησαν, ἐν τῷ συνεδρίῳ,
E παρόντων τῶν πατέρων σφῶν, ἐγένετο, οὐ μέντοι καὶ τοιαύτη τις ἀπεδείχθη.

Χαλεπῶς δὲ δὴ τῶν στρατιωτῶν πρὸς τὴν τῶν ἄθλων σμικρότητα διὰ τοὺς πολέμους τοὺς τότε ἐνεστηκότας οὐχ ἥκιστα ἐχόντων, καὶ μηδενὸς ἔξω τοῦ τεταγμένου τῆς στρατείας σφίσι χρόνου ὅπλα λαβεῖν ἐθέλοντος, ἐψηφίσθη, τοῖς μὲν ἐκ τοῦ δορυφορικοῦ [164] πεντακισχιλίας δραχμάς, ἐπειδὰν ἑκκαίδεκα

lædere in poſterum verentur; imo ſpe conſequendi majora præmia, pluribus eum officiis colunt. A.U.C.757 Ael. Cato & Sent. Saturnino COSS. Nam ſi quis ab aliquo ſalutem impetraverit, poſtquam eum injuria affeciſſet, eundem beneficia multo magis ſua ſummopere compenſaturum arbitratur. Morem itaque, mi vir, gere mihi, propoſitumque muta; conſecuturus hoc quoque, ut cætera a te gravius facta, neceſſitatem tibi extorſiſſe judicetur: quia tanta reſpublica, ex populari forma vergens ad unius hominis poteſtatem, conſtitui ſine ſanguine non poterat. Quod ſi in cœpta ratione perſeveraveris, videbere hæc quoque duriora conſulto feciſſe. „

22. His Liviæ verbis adductus Auguſtus, omnes reos verbis caſtigatos indemnes dimiſit, Cornelio etiam conſule deſignato: eoque facto ita ſibi & Cornelii, & omnium hominum animos devinxit, ut nec veræ inſidiæ contra ipſum ullæ ab aliis deinde ſtruerentur, nec ſtructæ viderentur. Livia autem, potiſſima tum Cornelio ſalutis cauſa, poſterioribus temporibus mortis Auguſti culpam ipſa ſuſtinuit. Cæterum ea tempeſtate, Cn. Cornelio Cinna Magno, ac Valerio Meſſala conſulibus, horrendi terræ motus A.U.C.758 Cn. Corn. Cinna & Val. Meſſala COSS. acciderunt: Tiberis, dejecto ponte, urbem ſeptem dies navigabilem effecit: ſol aliqua parte lumen ſuum amiſit: fameſque coorta eſt. Eodem anno Agrippæ virilis toga eſt data, neque tamen ullus honos eorum, qui fratribus obtigiſſent, tributus. Ludos Circenſes ſeorſim ſenatores, ſejuncti item a reliqua multitudine equites, ſpectarunt; quod adhuc moris eſt. Quumque honeſtiores ægre filias ſuas ad ſacerdotium Veſtæ offerrent, lex lata eſt, ut eo ſacerdotio fungi etiam libertinis virginibus liceret: eæque, quum plures de eo diſceptarent, in ſenatu ſorte lectæ, præſentibus earum patribus, nulla vero ex his deſignata ſuffragiis eſt.

23. Quum milites, ob exigua præſertim præmia, moleſtius impendentia tunc bella ferrent, ac nemo ultra tempus militiæ conſtitutum arma ſumere vellet: decretum eſt, ut militibus cohortium prætorianarum, poſtquam annos ſedecim meruiſſent, viritim vicena millia nummum,

o ἀνθυποίσεσθαι. ἀντιποιήσεσθαι, Xiph. *p* μεταβάλλου. μεταβαλοῦ, Xiph. *q* τηλικαύτην. addit RS. τήν, quod recte omiſſum a ſequentibus, monente X.

poſtumus, licet & ipſe eodem quo Tiberius die adoptatus ab avo ſuo, tamen mira pravitate animi atque ingenii animum Auguſti alienavit ſibi, ut notat Vellejus II. 112.

§ 161 (l. 33.) χωρὶς οἱ βουλευταὶ] Joannes Harduinus ad Plinii VIII. 7. & ante eum Lipſius ad Taciti XV. 32. notant, ad illud usque tempus in Circo ſenatum, equites, plebem, indiſcretos ſediſſe, Auguſtum autem juſſiſſe ſeorſim quidem ſpectare ſenatum, ſeorſim equitem, nec tamen loca illis certa ſtataque aſſignaſſe. Id demum factum a Claudio, de quo Dio infra p. 669. E. & Sueton. c. 21. *Circo maximo, marmoreis carceribus, aureisque metis exculto, propria ſenatoribus conſtituit loca, promiſcue ſpectare ſolitis.* Et a Nerone, de quo idem Suetonius c. 11. *Circenſibus loca equiti ſecreta a cæteris tribuit.* & Tacitus XV. 32. *Equitum Romanorum locos, ſedilibus plebis anteposuit apud Circum, namque ad eum diem indiſcreti ſedebant, quia lex Roſcia* (de qua Epitome Livii lib. 99.) *nihil niſi de quatuordecim ordinibus* (gradibus proximis in theatro, non autem in Circo) *ſanxit.* Plinius VIII. 7. *Cæſar dictator, ſpectaculum editurus, Euripis arenam circumdedit, quos Nero princeps ſuſtulit, equiti loca addens.*

§ 162. (l. 36.) οἱ πάνυ εὐγενεῖς] Nullo peregrino, ſordido, aut libertino ſanguine nati, ſed e familiis equeſtribus vel ſenatoriis, vel ſaltim honoratis e plebe. Nam ex Papia lege apud Gellium lib. I. c. 12. neceſſe erat, ut quis *honeſto loco natus* adiret Pontificem maximum, atque offerret ad ſacerdotium Veſtæ filiam ſuam. Sueton. Auguſto c. 31. *Sacerdotum & numerum & dignitatem, ſed & commoda auxit, præcipue Veſtalium virginum. Cumque in demortuæ locum aliam capi oporteret, ambirentque multi ne filias in ſortem darent, adjuravit, ſi cujuſquam neptium ſuarum competeret ætas, oblaturum ſe fuiſſe eam.*

§ 163. (l. 38.) ὁ μὲν κλῆρος αὐτῶν] Lege Papia apud Gellium loco laudato cavetur, *ut ſi virgo Veſtalis capienda eſſet, Pontificis maximi arbitratu virgines e populo viginti legerentur, ſortitioque in concione ex eo numero fieret, & cujus virginis ducta fuerit, ut eam Pontifex max. caperet, eaque Veſtæ fieret.* Quod in Concione ſortitionem factam Gellius ait, Lipſius lib. de Veſta & Veſtalibus c. 6. de Comitiis Curiatis interpretatur; non tamen ſemper id obtinuiſſe, ex eodem Gellio obſervavit, addit is enim, ſi quis honeſto loco natus offerat Pontifici ad ſacerdotium filiam ſuam, gratiam Papiæ legis *per Senatum* fieri. Hoc eſt quod Dio ait ἐν τῷ συνεδρίῳ.

§ 164. (l. 47.) πεντακισχιλίας δραχμὰς] Vide quæ de ſtipendiis & præmiis militum dicta ſunt p. 539. C. Viginti millia ſeſtertium,

A.U.C. 758 Cn. Corn. Cinna & Val. Meſſala COSS.

mum, reliquis, exactis militiæ viginti annis, duodena darentur. Alebantur eo tempore legiones civium Romanorum XXIII, aut, quem alii numerum ponunt, XXV; noſtro tempore ſolæ XIX. ex iis reſtant: nempe Secunda legio Auguſta, cujus in ſuperiori Britannia ſunt hyberna: tres Tertiæ, una in Phœnicia, Gallica nomine: altera in Arabia, Cyrenaica dicta legio: tertia Auguſta, in Numidia: Quarta, Scythica, in Syria: Quinta, Macedonica, in Dacia: Sextæ duæ, una

καίδεκα ἔτη, τοῖς δὲ ἑτέροις, τρισχιλίας, ἐπειδὰν εἴκοσι στρατεύσωνται, δίδοσθαι. τρία δὲ δὴ τότε καὶ εἴκοσι [165] στρατόπεδα, ἤ, ὥς γε ἕτεροι λέγουσι, πέντε καὶ εἴκοσι [r] πολιτικὰ, ἐτρέφετο. [166] νῦν μὲν γὰρ [s] ἐννεακαίδεκα ἐξ αὐτῶν μόνα διαμένει· [167] τό, τε [t] δεύτερον τὸ Αὐγούστειον, τὸ [168] ἐν Βρεττανίᾳ τῇ ἄνω χειμάζον· καὶ τὰ [169] τρία τὰ τρίτα, τό, τε ἐν Φοινίκῃ τὸ [u] Γαλατικὸν καὶ τὸ ἐν Ἀραβίᾳ, τὸ Κυρηναϊκόν· τό, τε ἐν Νουμιδίᾳ, τὸ Αὐγούστειον· [170] τέταρτον, Σκυθικὸν, ἐν Συρίᾳ· [171] πέμπτον, Μακεδονικὸν, ἐν Δακίᾳ· ἕκτα δύο, ὧν τὸ μὲν, ἐν Βρεττανίᾳ τῇ κάτω, 564

τὸ

r πολιτικά. πολεμιστικὰ nunc legitur in Xiph. ſed πολιτικὰ exhibent codd. Coisl. & Br. nihilque verius. vid. p. 90 §. §196. Lipſius ad Tac. An. I. not. 58 quondam ſibi in alio Dionis loco, pro πολιτικῷ πλήθει, placuiſſe dicit ὁπλιτικῷ, ſed ipſe damnat. s ἐννεακαίδεκα. ἑπτακαίδεκα, Cl. Breitingerus. vide annotationem noſtram ad § 166. t δεύτερον. ſic & Xiph. πρῶτον Robortelli refellit F. § 167. u Γαλατικόν. Γαλλικὸν vocant Exc. Urſ. p. 445.

ſtertium, pro commodis miſſionum data emeritis prætorianis, ceteris militibus duodecim millia, quorum dimidiam partem tantummodo deinde iiſdem, ſive *ſex millia*, numerari juſſit Caligula, teſte Suetonio, c. 44. ubi perperam *ſexcenta millia* legi notavit Lipſius Excurſu G. ad Taciti I. Annal. & lib. V. de militia Rom. Dialogo XIX. & Erycius Puteanus de ſtipendio militari T. X. theſauri Græviani, p. 1509. Ceterum ad hanc Auguſti conſtitutionem reſpexit idem Suetonius c. 49. *Quicquid ubique militum eſſet, ad certam ſtipendiorum præmiorumque formulam adſtrinxit, definitis pro gradu cujusque & temporibus militiæ & commodis miſſionum, ne aut ætate, aut inopia poſt miſſionem ſollicitari ad res novas poſſent.*

§ 165. (l. 50.) στρατόπεδα πολιτικὰ] Florente Repb. legiones Romanæ (quas a cohortibus urbanis & prætorianis auxiliariisque Dio p. 565. A. diſerte diſtinguit.) a numeris nomen habebant, ut dicerentur *prima, ſecunda*, atque ita porro, usque ad *trigeſimam ſeptimam*, de quibus copioſe Wolfgangus Lazius, libro integro V. commentariorum de Republ. Romana. Triumvirorum tempore XLIII. legiones numeratas, teſtatur Appianus, & quadrageſimæ mentio apud Fabrettum p. 619. 662. Deinde appellatæ ſunt a locis, in quibus recens (prioribus diminutis) conſtitutæ ſunt, & in quibus rem geſſerunt, ut legio *Prima Italica, Gallica, Hiſpanica, Africana, Pannonica, Mœſica, Claſſica, Italica Voluntariorum, Meſopotamica, Armeniaca, Iſaurica Sagittaria, & Parthica prima.* Præterea ab eventu aliquo fuerunt nominatæ, ut legio *prima Adjutrix, prima Minervia, prima Minervia reſtituta, prima Antiqua*, prima *Martia* ſive *Martiorum*, prima *gemina* ſive *gemella*, in veteribus inſcriptionibus apud illuſtriſſimum Comitem Marſilium T. II. Danubii p. 94. & 101. Ut autem a Ducibus nuncuparentur, nunquam ſtante repb. factum eſt, Valerianis fortaſſe, de quibus infra C. exceptis; ſed primum in Principum honorem cœpit fieri, poſtquam ſumma rerum ad Cæſarem pervenit. Sic *Antoniana, Auguſta prima, Tiberiaca, Trajana, Macriniana, Flavia Conſtantia, Maximiniana Thebæorum prima*, de quibus omnibus, atque ſic item de aliis, laudatum Lazium conſulere juvabit, nec non Joannem Valentem ad numos Gallieni, Anſelmum Bandurium ad numos Imperatorum T. I. p. 166. ſq. & Hub. Goltzii theſaurum rei antiquariæ p. 152. ſq. Onufrium Panvinium in Imperio Rom. c. 18. ſq. T. I. theſauri Græviani, & qui XXIII. legionum nomina obſervat ex numis, Fulvium Urſinum famil. p. 24. ſq. Ezech. Spanhemium T. II. p. 231.

§ 166. (l. 51) νῦν γὰρ ἐννεακαίδεκα] Cum deinceps tantum XVII. Legiones patet recenſeri V. C. Jo. Jac. Breitingerus, legit ἑπτακαίδεκα, T. VII. Amœnitatum literariar. p. 40. In numo Gallieni apud Pedruſium T. IV. p. 212. LEGIO XXII. *ſextum Pia, ſextum Fidelis.* Deinde etiam aliæ vel ſub aliis nominibus acceſſerunt, ut priſci lapides in Lancaſtria memorant, *primam legionem Gordianam.* vide Alexii Gordoni Itinerarium Septentrionale. Quando autem de legionum numero, & de ſtativis atque hibernis legionum Dio teſtimonium perhibet, eorumque loca definit, non de Auguſti eum temporibus loqui, ut Baronio viſum, ſed de ſua, hoc eſt, Alexandri Severi ætate, recte a Caſaubono XIV. 10. & Scaligero ad Euſeb. & noviſſime a laudato Breitingero Diſſ. de nonnullis lapidibus litteratis, animadverſum eſt T. X. amœnitatum litterar. Georgii Schelhornii p. 1220. & T. VII. p. 37. ſq. quibus jungenda D. Muſgravii Diſſ. in Transactionibus Philoſophicis Anglicanis V. 337. & in Epitoma Benjamini Motte T. II. P. II. p. 18. ſq. etiam in legionum ſtationibus atque hibernis frequenter variatum fuiſſe, recte notavit V. C. P. Weſſelingius ad itinerar. Antonini, p. 225.

Doctiſſimus Lipſius, ut XIX. Legiones conficiat, in Annotatis ad milit. Rom. lib. II. Dial. V. T. III. Opp. p. 237. b. ſqq. ubi hunc Dionis locum fuſe perſequitur, duas facit Decimas, ſic vertens: *Decima in Pannonia — atque altera Decima in Judæa:* facit item duas Viceſimas, cauſatus corruptionem Græci textus, ubi pro ἣν τινας αὐτοὺς, *eandem legionem*, inſerta negatione legendum putat μὴ αὐτοὺς, *non eandem*. Probe autem monuit Eruditiſſimus Breitingerus l. c. textum Dionis in poſteriori loco fruſtra ſollicitari, cum negationi Lipſianæ repugnent ſequentia: εἰ καὶ τὰ μάλιστα μηδ' ὑφ' ... τῶν Οὐαλερίανοι ἐπεκλήθησαν, μήτε &c. quæ recte cohærent, ſi Dio putavit *eandem* eſſe, ſed neutiquam cohærent, ſi *non eandem* opinatus eſt. Circa Decimam Legionem monet idem Vir Præſtantiſſimus (nimirum diſputans ex lectione recepta jam ab Henrico & Leunclavio, οἱ δέκατοι οἵ τε — καὶ οἱ) vanum eſſe Lipſium cum illa ſua tranſlatione Græcorum verborum, quæ nihil de binis Legionibus contineant, & ſic verti debeant: *Decimæ legionis — milites agunt & in Pannonia ſuperiore & in Judæa:* neque eſſe contra Romanorum morem tantis intervallis diviſam unam legionem: clariusque locuturum fuiſſe Dionem, ſi duas dicere voluiſſet, ſicut in ſuperioribus τρία τὰ τρίτα, ἕκτα δύο. Affirmat igitur XVII. tantum legiones recenſeri, & erratum eſſe in numeris, quod frequens eſſe vel inter pueros notum, ſcribendumque ἑπτακαίδεκα pro ἐννεακαίδεκα. Etiam hæc ex hypotheſi lectionis ſuæ erudite & ingenioſe Breitingerus. Sed non habebat forte, cum hæc ſcriberet, Robertinam editionem ad manus, quæ dubitationem poſſet injicere: nec crediderim eum illico rejecturum fuiſſe δεκάτεροι, quod ex codice MS. exhibet Robertus, cum δέκατοι ſit ex conjectura Xylandri. Satis manifeſte enim confuſum eſt ex δέκατοι ἑκάτεροι, quanquam non omnino repugnat compoſitum dicere ex δέκα & ἕτερος, ut *decimos diverſos* indicet. Nam ἕτερος pro *diverſo* accipitur, οἱ ἕτεροι & οἱ αὐτοὶ, *diverſi* & *iidem* opponuntur, & ἕτερος numeris hoc ſenſu jungitur, ut ἕτερος δεύτερος apud Dionem p. 3. A. τρίτον ἕτερον apud Demoſthenem, τοσοῦτον ἕτερον, ἕτερ' αὖτα apud alios. Sed prius præfero; ſequens autem οἵ τε — καὶ οἱ pariter diverſitatem duplicis legionis notat, ut in triplici tertia legione τό τε — καὶ τό, & infra E. ſæpius. Re ipſa Decimas duas diverſas legiones, non partes unius legionis, exhibent nobis veteres, alteram Ptolemæus in Germania, λεγεὼν δεκάτη Γερμανική, alteram Tacitus, *decimam in Judæa* § 176. ſq. Neque mihi hic opponet quis Xiphilinum, δέκατοι legentem; quoniam is breviator, ſæpius intempeſtivus, illam decimam in Judæa plane omittit, perinde ut Viceſimam Germanicam. Qua tamen in re male ſibi conſtat, quem non dubium eſt XIX. Legiones recenſere voluiſſe, ſiquidem in omnibus quos videre contigit codicibus ejus ἐννεακαίδεκα conſtanter legitur, quod & argumento eſt, ſic eum, ut hodie omnes codices habent, apud Dionem reperiſſe: unde & mihi religio fuit quicquam mutare. Verum, inquis, ſint duæ decimæ diverſæ legiones, tamen XVIII. tantum conficies, quia Viceſimam Britannicam & Germanicam *eandem* Dio dicit. Dicit, ſed ex ſua tantum opinione, ἐμοὶ δοκεῖ, quo ipſo aliis plerisque pro duabus numerari indicat; ad quorum etiam diſcrepantes calculos, in numero legionum conſtituendo, ſe Dio accomodavit, ut ſupra A. τρία δὲ δὴ τότε καὶ εἴκοσι στρατόπεδα, ἢ ὥς γε ἕτεροι λέγουσι, πέντε καὶ εἴκοσι. & p. 565. A. ἄτ' οὖν τρία, ἄτε πέντε καὶ εἴκοσι ὄντα. REIM.

§ 167. (l. 52.) τό, τε δεύτερον τὸ Αὐγούστειον] Franciſcus Robortellus in diatriba de legionibus Romanorum, T. X. theſauri Græviani, p. 1470. in hoc Dionis loco legit *primam Auguſtam*. Ac ſane *primæ Auguſtæ* legionis mentio in numis Gallieni, ſed lectio codicum Dionis tamen, ut ex Tacito

B [172] τὸ τῶν x Νικηφόρων, τὸ δὲ ἐν Ἰουδαίᾳ, [173] τὸ Σιδηροῦν, τέτακται. καὶ [174] οἱ ἕβδομοι οἱ ἐν τῇ Μυσίᾳ τῇ ἄνω, οἱ καὶ τὰ μάλιστα Κλαυδίειοι ὠνομάδαται. [175] οἱ δὲ ὄγδοοι, Αὐγούστειοι, ἐν τῇ Γερμανίᾳ τῇ ἄνω ὄντες. [176] καὶ οἱ y δεκάτεροι, οἵ τε ἐν τῇ z Παννονίᾳ τῇ ἄνω, οἱ Δίδυμοι, a καὶ [177] οἱ ἐν Ἰουδαίᾳ. [178] τό, τε ἑνδέκατον τὸ b ἐν τῇ Μυσίᾳ τῇ κάτω, τὸ Κλαυδίειον. οὕτω γὰρ τὰ δύο στρατόπεδα c ἀπὸ τοῦ Κλαυδίου ἐπεκλήθη, ὅτι αὐτῷ [179] ἐν τῇ τοῦ Καμίλλου ἐπαναστάσει μὴ ἀντεπολέμησε. καὶ τὸ δωδέκατον τὸ ἐν Καππαδοκίᾳ, [180] τὸ Κεραυνοφόρον. [181] τό, τε τρίτον

una in inferiori Britannia, Victrix.; altera in Judæa, Ferrata: Septima in Myſia ſuperiore, Claudiana præcipue nuncupata: Octava, Auguſta, in Germania ſuperiore: Decima utraque Gemina, cum quæ in Pannonia ſuperiore, tum quæ in Judæa poſita eſt: Undecima in Myſia inferiore, Claudiana cognomento: (hæ duæ legiones a Claudio ſunt nominatæ, quod adverſus eum in ſeditione Camilli non rebellaſſent:) Duodecima in Cappadocia, Fulminifera: Decimatertia Gemina,

A.U.C. 758
Cn. Corn. Cinna & Val. Meſſala COSS.

x Νικηφόρων. Νικηφορίων, Xiph. vide § 172. y δεκάτεροι. revocavi ex RS. licet Xiph. & hic X. HS. L. δεκάτοι habeant. vide § 166. mox οἵ τε τῇ ἐν Παν. RS. z Παννονίᾳ. Παιονίᾳ nunc Xiph. ſed Παννονίᾳ Coisl. & Br. a καὶ οἱ ἐν Ἰουδαίᾳ. deſunt apud Xiph. b ἐν τῇ Μυσίᾳ. ſic Xiph. vulgo hic τῇ omittitur. c ἀπὸ τοῦ Κλαυδίου. male exciderunt ex Xiph.

to aliisque mox videbimus, recte ſe habet, & *legionem ſecundam Auguſtam* diſerte memorant inſcriptiones veteres in Transactionibus Philoſoph. n. 359. T. XXX. (Biblioth. Angloiſe T. VI. p. 276.) & apud Onufrium p. 420. & Gruterum p. CCCXLVIII, 1. CCCLIV, 5. & aliis pluribus in locis quæ magnus Scaliger in indice VI. ad Gruterum annotavit.

§ 168. (l. 53.) *ἐν Βρεττανίᾳ τῇ ἄνω*] Secundæ legioni in Britannia locus jam ſub Claudio, ut teſtatur Tacitus III. Hiſt. c. 22. & 44. etiam qui Antoninorum tempore floruit Ptolemæus in deſcriptione Britanniæ, Domnoniorum oppida Volibam, Uxelam, Tamaren & Iſcam memorans lib. II. c. 3. p. 37. diſerte teſtatur, quod ibi ſtationem ſuam habuerit legio II. Auguſta, λεγεὼν δευτέρα Σεβαστή. Etiam in Itinerario Antonini, *Iſca legio II. Auguſti* (Caerleon ad Oſcam fluvium) vid. Guil. Cambdeni Britanniam p. 420. ſq. De diviſione porro, qua Romani partem Britanniæ, quam tenebant, in *ſuperiorem* diviſerunt, adverſam Hiberniæ, & *inferiorem*, vicinam Eboraco, verſus orientem, conſulendus præclarus noſter Cellarius notitia Vet. Orbis II. 4. p. 405. ſq.

§ 169. (l. 54.) *τρία τὰ τρίτα*] Legionis tertiæ *Gallicæ*, itemque *Cyrenaicæ*, nec non *Auguſtæ* tertiæ, mentio in antiquis inſcriptionibus apud Lazium Onufriumque, & apud Gruterum quam plurimis. Quoniam autem tertiam Auguſtam in Numidia Dio collocat, hinc viri docti putant eam memorari a Claudiano, de bello Gildonico v. 422., ubi Gildonem in Africa victum a Stilicone duce Honorii refert, *dictaque ab Auguſto legio*. Neſcio autem unde hauſerit Lazius, quod Legionem tertiam Phoeniciam a tertia Gallica diverſam facit, atque cognomento tergeminam a Dione recitari, ſic denominatam quod ter ex incompletis legionibus integrata eſſet.

§ 170. (l. 56.) *τέταρτον Σκυθικόν*] Hujus Scythicæ legionis quartæ, quæ etiam dicta eſt Macedonica, itidem mentio occurrit in antiquis inſcriptionibus, vide Danubium illuſtris Comitis Marſilii T. II. p. 95. 123. & 127. & apud Tacitum XV. 7. & 26. Annal. & Hiſt. III. 22. Apud Spartianum vero in Severi vita c. 3. pro verbis, *Legioni IV. Scythicæ deinde præpoſitus eſt circa Maſſiliam*, Caſaubonus ex veſtigiis regii codicis legit *circa Moeſiam*; Salmaſius Dionis nixus auctoritate, de ſuis temporibus loquentis, *circa Syriam*. Fortaſſe autem ſanum eſt, *circa Maſſiliam*, quod antiquiſſimi Palatini MS. fide etiam defendi Gruterus teſtatur. Nam dixiſſet potius in *Moeſia*, vel in *Syria*, ſi non de civitate ſed de provincia ſermo illi fuiſſet. Atque notum eſt, legiones, pro temporum & occaſionum vel periculorum varietate, easdem jam his jam illis locis aſſignatas fuiſſe.

§ 171. (l. 57.) *πέμπτον Μακεδονικόν*] Etiam quintam Macedonicam legionem in priſcis inſcriptionibus memorari, laudatus Marſilius p. 127. & 129. aliique viri docti annotarunt. Sed non omittendum, quod ab auctore notitiæ utriusque imperii, inter legiones Comitatenſes Orientis, Quinta Macedonica nominatur, & ſub diſpoſitione viri ſpectabilis Ducis Daciæ Ripenſis, præfecturæ legionis quintæ Macedonicæ, T. VII. theſauri Græviani p. 1471. 1683. & 1757.

§ 172. (l. 59.) *τὸ τῶν Νικηφόρων*] Apud Ptolemæum lib. II. c. 3. in *Britanniæ* deſcriptione p. 37. poſt Eboraci mentionem λεγεὼν ϛ´ Νικηφόριος. Similiter in itinerario, quod Antonini nomen præfert, *Eboracum leg. VI. Victrix*. Omitto mentionem ejus in lapidibus antiquis obviam compluribus adhuc in Anglia, neque alia videtur, quæ in quibusdam deinde *Gordiana* appellatur.

§ 173. (l. 59.) *τὸ Σιδηροῦν*] Legio hæc, *Ferratenſis* ſive *Ferrata* dicitur in antiquis inſcriptionibus, & in Catalogo legionum quem exhibet priſcum marmor apud Gruterum p. DXIII. Lipſium ad Taciti II. 43. Hiſt. Boiſſardum T. III. 102. Pancirollum ad notitiam dignitatum illuſtrium T. VII. theſauri Græviani p. 1423. Carolum Patinum ad Vitellium Suetonii p. 62. &c.

§ 174. (l. 60.) *οἱ ἕβδομοι Κλαυδίειοι*] Vide infra ad p. 674. E. & Philippum a Turre ad monumenta veteris Antii P. I. c. 10. Chriſtiani Sigismundi Liebe Gotham numariam p. 344. *Legionis VII. Claudianæ, Piæ, Felicis, Fidelis*, & in numis & in inſcriptionibus mentio, & apud Tacitum II. Hiſt. c. 85. Diu autem illa non tantum ante Claudii, ſed etiam ante Auguſti tempora nobilis fuit, ut ex Cæſare IV. 32. de bello Gallico, aliisque cognoſcitur. In veteri ſaxo, cujus ectypon exhibet Diarium eruditorum Italiæ T. XXXV. p. 259. *Aponio Firmo tribuno militum legionis ſeptimæ, Geminæ, Felicis*. Ab auctore notitiæ dignitatum Imperii p. 1752. T. II. theſauri Græviani, ubi Moeſiam primam appellat, quæ Dioni eſt Μυσία ἡ ἄνω, ad Cuppas & Viminacium legio ſeptima Claudia ponitur.

§ 175. (l. 62.) *οἱ δὲ ὄγδοοι Αὐγούστειοι*] De hac ſupra p. 528. D. Etiam hujus mentio in vetuſtis inſcriptionibus, ut apud Fabrettum, p. 665. & Heilbrunnenſi, de qua Amœnitates litterariæ C. V. Joh. Georgii Schelhornii T. X. p. 1208. 1222. & in numis Gallieni apud Anſelmum Bandurium T. I. p. 168. vide & Reineſii epiſt. ad Rupertum p. 163. De diviſione Germaniæ in ſuperiorem & inferiorem, dictum eſt p. 503. E. Meſſala libello de progenie Auguſti: *Duæ Germaniæ, inferior ac ſuperior tibi unico ceſſere.*

§ 176. (l. 63.) *οἱ δέκατοι οἱ Δίδυμοι*] De decimæ legionis virtute & fide ſupra p. 89. E. *Decimæ Geminæ, Piæ, Fidelis*, & *Decimæ Geminæ, Antoninianæ, Adjutricis*, mentio in vetuſtis inſcriptionibus. Etiam in numo Gallieni *Legio Auguſta Decima Gemina, Pia, Victrix, Fidelis*. Hanc in confinio Norici & Pannoniæ ſuperioris, Iſtrique ripæ, ſtationem ſuam habuiſſe, præter monumenta vetera, in illuſtriſſ. Comitis Marſilii Danubio T. II. p. 94. docet Ptolemæus lib. II. c. 15. cui civitates ad Danubium memoranti nominatur λεγεὼν δεκάτη Γερμανική. Conf. Lambecium lib. II. de Bibliotheca Vindobonenſi p. 1001. & Lazium lib. V. de Republ. Romana c. 17. p. 668. ſq. Diviſionem Pannoniæ in ſuperiorem & inferiorem, cujus quoque ſupra p. 413. C. fuit mentio, ante Antoninum jam Auguſti temporibus factam, non adeo certum videtur, ut oſtendit Cellarius II. 8. Geographiæ antiquæ p. 548.

§ 177. (l. 64.) *οἱ ἐν Ἰουδαίᾳ*] Tacitus V. Hiſtoriarum c. 1. *tres eum* (Titum) *in Judæa legiones, quinta, & decima, & quinta decima, vetus Veſpaſiani miles, excepere.* vide ſis iterum Lazium p. 671. ſq.

§ 178. (l. 65.) *τὸ ἑνδέκατον τὸ ἐν Μυσίᾳ τῇ κάτω*] Auctor notitiæ dignitatum illuſtrium p. 1746. & Itinerarii Antonini p. 223. edit. luculentæ Weſſelingianæ, *legionem Claudiam undecimam* ponit in Moeſia ſecunda ad Doroſtorum & Transmariſcam. Mentio hujus legionis in antiquis lapidibus T. VII. Amœnitatum litterariarum p. 45. ſq.

§ 179. (l. 67.) *ἐν τῇ τοῦ Καμίλλου ἐπαναστάσει*] Infra p. 674. D. E.

§ 180. (l. 69.) *τὸ Κεραυνοφόρον*] Xiphilinus infra p. 805. E. κεραυνοβόλον appellat cum Apollinari apud Euſebium V. 5. Hiſt. Eccleſ. reprehenditque Dionem, quod legionis hujus mentionem in rebus Auguſti faciat, cum hoc nomen demum ſub Antonino acceperit. Sed *legionis XII. fulminatricis* mentio ante Antoninum jam occurrit in veteri inſcriptione Tergeſtina ſub Trajano, apud Scaligerum p. 223. ad Euſebii Chron. & apud Gruterum p. CXCIII. 3. Eadem legio quoniam in Cappadocia ſolebat caſtra metari, dicta etiam *Legio Melitena*, λεγεὼν Μελιτηνή, a Melitene Cappadociæ regione. vide Valeſium ad Euſeb. p. 92. Auctor notitiæ dignitatum

A.U.C. 758 Cn. Corn. Cinna & Val. Meſſala COSS.

mina, in Dacia: Decimaquarta Gemina, in Pannonia ſuperiore: Decimaquinta Apollinaris, in Cappadocia: Viceſima Valeria & Victrix, in Britannia ſuperiore verſantes: quam Viceſimam, ut mihi videtur, eandem cum ea legione, cui pariter nomen eſt Viceſimæ, & cui hiberna in ſuperiore ſunt Germania, (quamvis non ab omnibus Valeria dicatur, neque hodie id nomen retineat,) Auguſtus acceptam ſervavit. Hæ itaque legiones Auguſti ſuperſunt, reliquis aut omnino diſſipatis, aut ab ipſo Auguſto, & aliis imperatoribus, inter cæteras legiones admixtis, unde Geminarum appellatio tracta putatur.

24. Ac quoniam quidem ſemel de legionibus dicere cœpi, lubet reliquas etiam ſuperſtites, ab aliis imperatoribus deinceps lectas, hoc loco referre, ut qui de his cognoſcere cupit, uno omnia loco facilius percipiat. Nero legionem Primam, Italicam nuncupatam, inſtituit, in inferiori Myſia hiemantem: Galba Primam Adjutricem, in inferiori Pannonia, Septimam in Hiſpania: Veſpaſianus Secundam Adjutricem in Pannonia inferiori, Quartam in Syria Flaviam: Domitianus

τρίτον καὶ δέκατον, τὸ ἐν Δακίᾳ, τὸ Δίδυμον· καὶ [181] τὸ τέταρτον καὶ δέκατον, τὸ ἐν τῇ Παννονίᾳ [d] τῇ ἄνω, τὸ Δίδυμον· τό, τε πεντεκαιδέκατον, [182] τὸ Ἀπολλώνειον, τὸ ἐν Καππαδοκίᾳ. καὶ οἱ εἰκοσιοὶ [183] οἱ καὶ [e] Οὐαλέρειοι [184] καὶ Νικήτορες ὠνομασμένοι, καὶ ἐν Βρεττανίᾳ τῇ ἄνω ὄντες· οὕς τινας [f] αὐτούς, ἐμοὶ δοκεῖν, μετὰ τῶν τήν τε τοῦ εἰκοστοῦ ἐπωνυμίαν ἐχόντων, καὶ [g] ἐν τῇ Γερμανίᾳ τῇ ἄνω χειμαζόντων, (εἰ καὶ τὰ μάλιστα μήθ᾽ ὑφ᾽ ἁπάντων Οὐαλέρειοι ἐπεκλήθησαν, μήτε νῦν ἔτι τῇ προσηγορίᾳ ταύτῃ χρῶνται,) [h] παραλαβὼν ἐτήρησε. ταῦτ᾽ ἐκ τῶν Αὐγουστείων στρατοπέδων σώζεται. τὰ γὰρ δὴ λοιπά, τὰ μὲν παντελῶς διελύθη, τὰ δὲ καὶ ἑτέροις τισὶν ὑπό τε αὐτοῦ ἐκείνου καὶ ὑπ᾽ ἄλλων αὐτοκρατόρων ἀνεμίχθη, [186] ἀφ᾽ οὗπερ καὶ Δίδυμα ὠνομασμένα νενόμισται. C D

Ἐπειδὴ δὲ ἅπαξ ἐς τὸν περὶ τῶν στρατοπέδων λόγον προήχθην, καὶ τἆλλα τὰ νῦν ὄντα, ὥς που πρὸς τῶν μετὰ ταῦτα αὐταρχησάντων κατελέχθη, φράσω· ἵν᾽ ἐν χωρίῳ πάντα γεγραμμένα, ῥᾳδίως τὸν βουλόμενόν τι περὶ αὐτῶν μαθεῖν διδάσκῃ. ὅ, τε γὰρ Νέρων [187] τὸ πρῶτόν τε καὶ Ἰταλικὸν ὀνομαζόμενον καὶ ἐν τῇ κάτω Μυσίᾳ χειμάζον· καὶ ὁ Γάλβας [188] τό, τε πρῶτον τὸ Ἐπικουρικὸν τὸ ἐν τῇ Παννονίᾳ τῇ κάτω, [189] καὶ τὸ ἕβδομον τὸ ἐν Ἰβηρίᾳ, συνέταξαν· Οὐεσπασιανὸς [190] τό, τε δεύτερον τὸ Ἐπικουρικὸν τὸ ἐν Παννονίᾳ E

d τῇ ἄνω. τῇ κάτω, L. ad marg. omittit Leon. ſed vid. §182. τὸ Δίδυμον, quod ſequitur, deſideratur in Xiph. e Οὐαλέρειοι. ſic ſcripſi pro Οὐαλέριοι, quod eſt apud RS. & in Xiph. vide ad p. 6. C. u. p. 7. A. r. & p. 22. D. ſed Οὐαλέριοι hic ediderunt HS. & L. & ſic Coiſl. & Br. Νικήτορες, pro Νικήτορες, Coiſl. Br. f αὐτούς. ἀνθ᾽ αὐτοὺς, vult Lipſ. T. III. Opp. p. 239. a. ſed vide Breitinger. T. VII. Amœn. Schelh. p. 40. ſq. g ἐν. additum a X. exhibent HS. L. omiſſum a RS. ſequens τῇ ἄνω, præter rem uncis incluſerat, velut ſuperfluum L. h παραλαβὼν ἐτήρησε. παραλαβὼν ἐτήρησα, neſcio an conſulto, excuſum eſt in Cel. Breitingeri Diſſ. apud Schelhornium p. 38. quaſi Dio de ſe loquatur. equidem in ἐτήρησε Auguſtum intelligo, qui & p. 565. B. Evocatos dicitur ſervaſſe, ἐτήρησε δέ. Viceſimam legionem habuit Antonius, ut eſt in numo apud Morellum in Antonia Tab. X. n. 1. cui Hiſpanicæ cognomen tribuitur in alio numo Arſchotano Tab. VIII. 22. qui inter ſuſpectos refertur apud Morellum Tab. VII. n. 20. Hanc Viceſimam ergo, ſeu ante, ſeu poſt extremam Actiacam pugnam, Auguſtus acceptam ſervavit.

tatum utriusque imperii p. 1735. ſub diſpoſitione Viri ſpectabilis Ducis Armeniæ, *præfecturæ legionis duodecimæ fulmineæ Melitenæ.* Reineſius honoris cauſa putabat dictam eſſe, velut belli quoddam fulmen, ob ſtrenuam virtutem. Reineſii vero amicus Chriſtophorus Adamus Rupertus p. 343. ad Florum, a fulminibus, ſcutorum inſignibus: *Habeo enim quatuor tabulas, in quibus unius legionis munia ære Cyprio expreſſa ſunt, & omnium ſcutorum inſigne fulmen: ut ad hanc ipſam legionem fulminatricem eas tabulas pertinere putem.* Legiones duodecima & decima quinta additæ ſunt Cappadociæ a Veſpaſiano, ut teſtatur Suetonius c. 8. & reſpicit Tacitus II. 81. Hiſt.

§ 181. (l. 69.) τό, τε τρίτον καὶ δέκατον ἐν Δακίᾳ τὸ Δίδυμον] *Legione XIII. Gemina* uſus in bello Dacico Trajanus, ut ex inſcriptionibus conſtat, quas attulit Leunclavius in notis ad Dionem p. 1040. & Lazius p. 678. ſq. de Repb. Rom. Eadem *Pia, Fidelis,* in aliis priſcis lapidibus, & in numo Gallieni.

§ 182. (l. 71.) τὸ τέταρτον καὶ δέκατον] Hæc eſt *Legio XIV. Gemina,* quæ etiam *Martiæ* nomine venit in lapidibus priſcis, quod cognomen illi datum ἐπὶ τιμῇ τῆς ἀλκῆς, ſive ob virtutem, ut docet Appianus IV. de bello Civili p. 656. Apud Ptolemæum lib. II. c. 15. poſt memoratam Phlexum, quam Presburgum Pannoniæ interpretantur, λεγεὼν ιδ´ Γερμανική. *Legio XIV. Gemina Provinciæ Pannoniæ ſuperioris,* in veteri inſcriptione apud Gruterum p. MXXVIII. 2. Conferendus Lambecius lib. II. de Bibliotheca Vindobonenſi p. 1001. & Petr. Weſſelingius ad Itin. Antonini p. 219.

§ 183. (l. 72.) τὸ Ἀπολλώνειον] *Legio XV. Apollinaris,* in quamplurimis priſcis inſcriptionibus memoratur. vide laudati Comitis Marſilii Danubium p. 93.

§ 184. (l. 74.) οἱ καὶ Οὐαλέρειοι] Vide Dionyſium Voſſium ad hæc Cæſaris III. 48. de bello Civili, *eſt genus radicis inventum ab iis qui fuerant cum Valerio,* & quæ ſupra ad p. 6. C.

Jo. Vaillant in Numiſmatibus Imperatorum Romanorum T. II. p. 375. ſic dictam cenſet, quod in Valeria Latii regione fuerit conſcripta, cujus urbes erant Marſi, Carſeoli, Amiternum, Furconium, & Reate; eamque ab Auguſto in Germania inferiore conſtitutam. Reim.

§ 185. (l. 74.) καὶ Νικήτορες ὠνομασμένοι] Apud Ptolemæum lib. II. c. 3. inter Deunanam, quam Aberdoniam, & Viroconium, quam Workceſtriam interpretantur, λεγεὼν κ´ Νικηφόρος. Eadem Legio XX. Britannica in veteri inſcriptione apud Gruterum p. DXLVIII. 4. *Etiam legionis XX. Victricis* plus ſimplici vice in priſcis lapidibus mentio, & *legionis XX. Valeriæ, Victricis,* apud Goltzium. Nota autem, in veteri lapide apud Gruterum p. DXIII. 2. jungi tres legiones præſidiales Britanniæ, ſecundam Auguſtam, ſextam Victricem, & *Victricem vigeſimam. Vexillarios viceſimarios,* vocat Tacitus XIV. 34.

§ 186. (l. 84.) ἀφ᾽ οὗπερ καὶ Δίδυμα] Julius Cæſar lib. III. de Bello civili c. 4. *legionem veteranam factam ex duabus, gemellam appellabat.*

§ 187. (l. 90.) τὸ πρῶτον Ἰταλικόν] *Legionis primæ Italicæ* non modo in inſcriptionibus antiquis fit mentio, ſed & in numis, & apud Tacitum III. 14. Hiſt. qui ſæpius alibi ſimpliciter Italicam appellat.

§ 188. (l. 91.) τὸ πρῶτον τὸ Ἐπικουρικόν] *Legio prima Adjutrix* ab Othone primum in aciem deducta, teſte Tacito II. 43. Hiſt. Ejusdem mentio in lege ult. Codicis de caſtrenſi peculio, & leg. ultima de apparitoribus præfectorum prætor.

§ 189. (l. 93.) καὶ τὸ ἕβδομον τὸ ἐν Ἰβηρίᾳ] Hi ſunt *Septimani,* a Galba conſcripti, apud Tacitum III. 25. Hiſt. qui ſeptimam legionem Galbianam Veſpaſiano in Pannonia acceſſiſſe ſcribit II. 86. Mentio *legionis ſeptimæ Galbianæ* etiam in veteribus Inſcriptionibus, *& leg. VII. Galbianæ Pannonicæ.*

§ 190. (l. 94.) τὸ δεύτερον τὸ Ἐπικουρικόν] Hæc eſt legio ſecunda e recens conſcriptis apud Tacitum IV. 68. Hiſt. *legio ſecunda Adjutrix,* cujus tribunum Hadrianum egiſſe refert Spartianus in ejus vita c. 2. Ejusdem mentionem fieri etiam in Codice Juſtinianeo, lege prima de Profeſſoribus & Medicis, Caſaubonus annotavit.

§ 191. (l. 95.) τὸ τέταρτον τὸ Φλαουΐειον] *Legionis quartæ, Flaviæ, Felicis, Judaicæ,* mentio in vetuſtis inſcriptionibus. Secundæ Flaviæ, ſecundæ Armeniacæ, & Parthicæ ſecundæ, apud Ammianum XX. 7.

§ 192. (l. 96.) τὸ πρῶτον τὸ Ἀθηναῖον] *Legio prima Minervia* priſcis lapidibus, & numis celebrata.

νίᾳ τῇ κάτω, καὶ [191] τὸ τέταρτον τὸ Φλαουΐειον,
τὸ ἐν Συρίᾳ· Δομιτιανὸς [192] τὸ πρῶτον τὸ Ἀθηναϊκὸν,
τὸ ἐν Γερμανίᾳ τῇ κάτω· Τραϊανὸς τὸ δεύτερον τὸ Αἰ-
γύπτιον, καὶ τὸ τριακοστὸν τὸ Γερμανικόν· ἃ [193] καὶ
ἀφ᾽ ἑαυτοῦ [i] ἐπωνόμασεν. Ἀντωνῖνος ὁ Μάρκος τὸ
[δὲ] δεύτερον τὸ ἐν Νωρικῷ, καὶ τὸ τρίτον τὸ ἐν Ῥαι-
τίᾳ, [194] ἃ καὶ Ἰταλικὰ κέκληται. [195] Σεουῆρος τὰ
Παρθικά, τό, τε πρῶτον καὶ τὸ τρίτον τὸ ἐν Μεσοπο-
ταμίᾳ, καὶ τὸ διὰ μέσου τὸ δεύτερον τὸ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ.
565 νῦν μὲν δὴ τοσαῦτα [k] τείχη τῶν ἐκ τοῦ καταλόγου
στρατευομένων, ἔξω τοῦ τε ἀστικοῦ καὶ τοῦ δορυφορικοῦ,
ἐστί. τότε δὲ ἐπὶ τοῦ Αὐγούστου ταῦτά τε, [196] εἴτ᾽ οὖν
τρία εἴτε πέντε καὶ εἴκοσιν ὄντα, ἐτρέφετο, καὶ συμμα-
χικὰ καὶ πεζῶν καὶ ἱππέων, καὶ ναυτῶν ὁσαδήποτε ἦν.
οὐ γὰρ ἔχω τὸ ἀκριβὲς εἰπεῖν. [197] οἵ τε σωματοφύ-
λακες, μύριοι ὄντες, καὶ δεκαχῇ τεταγμένοι, καὶ οἱ
τῆς πόλεως φρουροὶ ἑξακισχίλιοί τε ὄντες, καὶ τετραχῇ
B νενεμημένοι, ξένοι τε ἱππεῖς ἐπίλεκτοι, [198] οἷς τὸ τῶν
Βατασύων ἀπὸ τῆς [l] Βατασύας τῆς ἐν τῷ Ῥήνῳ νήσου
ὄνομα, ὅτι δὴ κράτιστοι ἱππεύειν εἰσὶ, κεῖται. οὐ
μέντοι ἀριθμὸν αὐτῶν ἀκριβῆ, [199] ὥσπερ οὐδὲ τῶν ἀνα-
κλήτων, εἰπεῖν δύναμαι. καὶ γὰρ τούτοις ἤρξατο μὲν
νομίζειν ἀφ᾽ οὗ τοὺς συστρατευσαμένους τῷ πατρὶ πρὸς
τὰ ὅπλα αὖθις ἐπὶ τὸν Ἀντώνιον ἀνεκάλεσεν, ἐτήρησε
δέ· καὶ εἰσὶ καὶ νῦν σύστημα ἴδιον, [200] ῥάβδους φέρον-
τες,

A.U.C.758
Cn. Corn. Cinna & Val. Meſſa. COSS.

mitianus Primam Minerviam, in Germania inferiori: Trajanus Secundam Ægyptiam: & Trigeſimam Germanicam, quibus a ſuo nomine nomen impoſuit. Marcus Antoninus Secundam in Norico, Tertiam in Rhætia: quæ etiam Italicæ vocantur. Severus Parthicas Primam & Tertiam in Meſopotamia, Secundamque mediam in Italia. Noſtro itaque tempore tot ſunt legiones civium, præter urbanos & prætorianos: ſub Auguſto autem ſeu XXIII. ſeu XXV. iſtæ alebantur, ac multæ etiam aliæ auxiliariæ, equitum peditumque & claſſiariorum, quorum certus numerus mihi non conſtat. Decies item mille prætoriani milites, in decem diviſi cohortes: urbis præſidiarii, ad ſex millia, in quatuor cohortes diſtributi: tum equites peregrini allecti, Batavi appellati a Batavia, quæ eſt in Rheno inſula, cujus incolæ arte equitandi pollent: eorum autem non magis quam Evocatorum ſummam dicere accurate poſſum. His Auguſtus uti cœpit, ex quo veteranos patris, ad arma adverſus Antonium, rurſus evocarat, eosdemque deinceps retinuit. Ac ſunt etiam nunc peculiare corpus, & vites geſtant inſtar centurionum. His de cauſis quum indigeret pecunia, ſenatum conſuluit

i ἐπωνόμασεν Ἀντωνῖνος ὁ Μάρκος. ſic perperam conjungunt priores editiones. ſed punctum ponendum erat poſt ἐπωνόμασεν. omittendum vero ſequens δὲ. Ἀντωνῖνος jam monitu Xyl. pro corrupto Ἀντώνιος, ediderant HS. & L.
k τείχη. reſtituo ex RS. & Leon. imperite *ineptum* vocat X. τέλη ſubſtituens, quod temere receperunt HS. L. τεῖχος appellatur legio apud Dionem, ut Latinis *Murus*, quod jam notaverat Lipſius T. III. Opp. p. 237. a. ſimili modo interpretor p. 566. *D.* τείχη ἐν τῇ πόλει ἔχοντι, de agminibus vel cohortibus; quo ſenſu occurrit apud Thucydidem. *l* Βατασύας. ſic & Xiph. Βαταούας, L. marg.

§ 193. (l. 98.) ἃ καὶ ἀφ᾽ ἑαυτοῦ ἐπωνόμασεν] Ut ſecunda legio *Trajana*, trigeſima *Ulpia* diceretur, ſicut in antiquis inſcriptionibus licet animadvertere, ut apud Gruterum p. DXIII. 2. conf. Reineſii epiſt. ad Rupert. p. 164. ſq.

§ 194. (l. 1.) ἃ καὶ Ἰταλικὰ] Secundæ & tertiæ Italicæ legionis memoria in eodem antiquo lapide apud Gruterum ſervata.

§ 195. (l. 1.) Σεουῆρος τὰ Παρθικά] Ad haſce tres *Parthicas legiones*, quæ vetuſtis numis, inſcriptionibus ac monumentis memorantur, (vide Gotham numariam p. 343. ſq.) poſtea etiam *quarta* acceſſit, quæ Theophylacto Simocattæ lib. II. Hiſt. cap. 6. καταλόγους τῶν κουαρτοπάρθων, τῶν ἐν Βεροίᾳ τῇ πόλει τῆς Συρίας τὰς διατριβὰς ποιουμένων. Eandem ex Photii Cod. 62. obſervavit Reineſius p. 153. Var. lect. Denique *quintæ* legionis Parthicæ meminit Ammianus XVIII. 9.

§ 196. (l. 6.) εἴτ᾽ οὖν τρία εἴτε πέντε καὶ εἴκοσιν ὄντα] Appianus lib. V. de bello civili p. 674. ait, ante bellum civile quadraginta tres fuiſſe legiones, & jam ad octo & viginti redactas fuiſſe prælio Philippenſi, quo Brutus Caſſiusque conciderunt. Tacitus IV. 5. Annal. ſimiliter ut Dio legiones XXV. ab Auguſto diſpoſitas refert Imperio tutando, VIII. ad Rhenum, commune in Germanos Gallosque ſubſidium, III. in Hiſpania, in Africa II. in Ægypto II. ab Syria usque ad Euphraten IV. in Pannonia II. in Moeſia II. & in Dalmatia II. In numis quoque non ultra XXIII. legionum numerum deprehenderunt viri doctiſſimi, Fulvius Urſinus in familiis Romanis, in Antonia p. 24. ſq. & Johannes Vaillant T. I. p. 118. & Ez. Spanhemius T. II. de uſu numiſmatum p. 231. ubi nummum a Carolo Patino prolatum in quo XXIV. legio memoratur, in dubium revocat. Inſcriptiones plures veteres, in quibus legionis trigeſimæ Ulpiæ fit mentio, videſis apud Menſonem Altingium T. I. deſcriptionis agri Batavi & Friſii p. 37. ſq. Probe autem notandum venit, hoc loco a Dione τέλη ſive στρατόπεδα πολιτικὰ τὰ ἐκ τοῦ καταλόγου p. 339. D, *Legiones imperii Romani* ex civibus Romanis, τὸ πολιτικὸν πλῆθος infra p. 591. A. accurate & diſerte diſtingui ab ἀστικοῦ & δορυφορικοῦ & συμμαχικοῦ, *urbanicianis* ſive *urbanis, prætorianis* & *auxiliariis* cohortibus. Similiter Tacitus loco laudato. His addunt νυκτοφύλακας ſive cohortes vigilum ſparteolorum, de quibus infra p. 566. C.

§ 197. (l. 9.) οἵ τε σωματοφύλακες καὶ οἱ τῆς πόλεως φρουροὶ] Vide quæ viri docti ad hæc Suetonii in Auguſto c. 49. *Certum numerum partim in Urbis, partim in ſui cuſtodiam allegit, — — neque unquam plures quam tres cohortes in urbe eſſe paſſus eſt, eosque ſine caſtris.* & ad hæc Taciti IV. Annal. c. 5. *quanquam inſideret urbem proprius miles, tres urbanæ, novem prætoriæ cohortes, Etruria ferme Umbriaque delectæ, aut vetere Latio, aut coloniis antiquitus Romanis.* Adi quoque Lipſium lib. I. de magnitudine Romana c. 4. (ubi & de diſſenſu Dionis, qui X. a Tacito, qui IX. tantum cohortes prætorias numerat.) Fabretti inſcriptiones p. 127. 130. De his ἀστικοῖς iterum mentio p. 641. A. ubi a Prætorianis, & vigilibus nocturnis diſtinguuntur. Præerat illis præfectus urbis, cujus proprium militem cohortium urbanarum memorat Tacitus III. Hiſt. c. 64.

§ 198. (l. 12.) οἷς τὸ τῶν Βατασύων] Lipſius non pauciores millibus putat fuiſſe, ſuperioresque Batavos intelligit, qui Geldriæ nunc accenſentur: *nam inferi*, inquit, *& ad mare, nec ipſi nec regio eorum equis ſatis facti aut apti.* Laudat tamen Tacitus IV. 12. Hiſt. Batavum delectum equitem, præcipuo nandi ſtudio arma equosque retinentem, integrisque edoctum turmis Rhenum perrumpere. In notitia dignitatum utriusque imperii T. VII. theſauri Græviani p. 1413. inter auxilia Palatina, *Batavi ſeniores* & p. 1444. *Batavi equites juniores* memorantur, ad quæ loca vide ſi placet Guidonem Pancirollum; ſed & de equitibus Prætorianis Ratbodum Hermannum Schelium notis ad Hyginum T. X. theſauri Græviani p. 1058. Ab his Batavis diverſa Germanorum manus, quam usque ad cladem Varianam inter armigeros circa ſe habuit Auguſtus, teſte Suetonio. c. 49.

§ 199. (l. 15.) ὥσπερ οὐδὲ τῶν ἀνακλήτων] De hisce *Evocatis* dixi ad p. 276. B. Commode autem veterani veniunt nomine τῶν ἀνακλήτων velut iterum ad militiam vocati, cum ſtipendia ſua jam feciſſent. Recentius inſtitutum eſt, de quo Suetonius in Galba c. 10. *delegit & equeſtris ordinis juvenes, qui manente annulorum aureorum uſu* Evocati *appellarentur excubiasque circa cubiculum ſuum vice militum agerent.* Hujusmodi Evocatum Auguſti, virum militaris diſciplinæ, tempore Trajani Imp. memorant Hyginus de limitibus conſtituendis p. 209. ut Pitiſco etiam probe obſervatum. Juvabit præterea adire nobiliſſimi viri Juſti Fontanini Commentarium de Horta colonia lib. I. c. 8.

§ 200. (l. 19.) ῥάβδους φέροντες] Perperam *faſces* eruditus interpres Xylander: rectius *vites* reddunt magnus Cujacius, & nobiliſſimus Schelius loco laudato: quod etiam Jac. Scheg-

A.U.C.758 Cn. Corn. Cinna & Val. Meſſa-la COSS.

luit de reditu quodam conſtanti & perpetuo conſtituendo, ex quo ordinato milites, citra ullius externam injuriam, commeatum præmiaque acciperent. In eo reditu quærendo quum verſarentur, ac quum nemo ſua ſponte ædilitatem peteret, quidam ſorte lecti ex iis, qui quæſtores aut tribuni plebis fuiſſent, ad eam gerendam adacti ſunt: quod ſæpius etiam alias factum.

A.U.C.759 Aem. Lepido & L. Arruntio COSS.

25. M. deinde Æmilio Lepido, & L. Arruntio conſulibus, quum nullus adhuc reditus excogitari poſſet, qui ſe cuiquam probaret, omnesque vel hoc ipſum, quod talis quæreretur, graviter ferrent, Auguſtus pro ſe & Tiberio pecuniam in ærarium, quod militare vocabat, intulit; ejusque adminiſtrationem prætoriis quibusdam ſorte lectis ad triennium mandavit, qui binis lictoribus, ac miniſtris aliis, quos conveniebat, uterentur. Id per ſucceſſionem in multos annos productum: nunc ab imperatore eliguntur, & ſine lictoribus circumeunt. Itaque intulit ipſe pecuniam, interpoſito promiſſo, id ſe quotannis facturum: a regibus etiam, & populis promiſſa admiſit. Nam a privatis, quamvis multi ſe libenter collaturos eo pecuniam dicerent, nihil omnino accepit. Verum quum hæc pecunia ſumptuum magnitudinem minima parte attingeret, ac perenni opum copia eſſet opus: ſenatoribus negotium dedit, ut pro ſe quisque aliquam rationem inveniret, eamque in libello conſcriptam ipſi traderet expendendam. Id non eo fiebat, quod ipſe nihil reperiret; ſed ut eis per-

τες, ὥσπερ οἱ ἑκατόνταρχοι. δι᾽ οὖν ταῦτα ἀπορῶν χρημάτων, γνώμην ἐς τὴν βουλὴν ἐσήνεγκε, πόρον τινὰ διαρκῆ καὶ ἀέναον ἀποδειχθῆναι, ὅπως μηδενὸς ἔξωθεν μηδὲν λυπουμένου, ἀφθόνως ἐκ τῶν τεταγμένων καὶ τὴν τροφὴν καὶ τὰ γέρα λαμβάνωσι. καὶ ὁ μὲν ἐζητεῖτο· ἐπειδή τε [201] μηδεὶς ἀγορανομῆσαι ἑκὼν ἤθελεν, ἠναγκάσθησαν ἔκ τε τῶν τεταμιευκότων καὶ ἐκ τῶν δεδημαρχηκότων κλήρῳ τινὲς αὐτὸ ποιῆσαι. καὶ τοῦτο καὶ ἄλλοτε πολλάκις ἐγένετο. C

Μετὰ δὲ ταῦτα ἐπί τε Αἰμιλίου Λεπίδου καὶ ἐπὶ Λουκίου Ἀῤῥουντίου ὑπάτων, ἐπεὶ μηδεὶς πόρος ἀρέσκων τισὶν εὑρίσκετο, ἀλλὰ καὶ πάνυ πάντες, ὅτι καὶ ἐζητεῖτο, ἐβαρύνοντο, ἐσήνεγκεν ὁ Αὔγουστος χρήματα καὶ ὑπὲρ ἑαυτοῦ καὶ ὑπὲρ τοῦ Τιβερίου [202] ἐς [m] τὸ ταμιεῖον, ὃ καὶ στρατιωτικὸν ἐπωνόμασε. [n] καί τισι τῶν ἐστρατηγηκότων, τοῖς λαχοῦσιν, ἐπὶ τρία ἔτη [203] διοικεῖν προσέταξε, ῥαβδούχοις τε ἀνὰ δύο καὶ τῇ ἄλλῃ ὑπηρεσίᾳ τῇ προσηκούσῃ χρωμένοις. καὶ τοῦτο καὶ ἐπὶ πλείω ἔτη κατὰ διαδοχὴν ἐγένετο. νῦν γὰρ αἱροῦνται πρὸς τοῦ ἀεὶ αὐτοκράτορος, καὶ χωρὶς ῥαβδούχων [o] περιΐασιν. D αὐτός τε οὖν συνεσήνεγκέ τινα, καὶ τοῦτο κατ᾽ ἔτος πράξειν ὑπέσχετο· καὶ παρὰ βασιλέων, δήμων τέ τινων ἐπαγγελίας ἐδέξατο. παρὰ γὰρ τῶν ἰδιωτῶν, καίπερ συχνῶν ἐθελοντὶ (ὥς γε ἔλεγον) ἐπιδιδόντων, οὐδὲν ἔλαβεν. ὡς δ᾽ οὖν ταῦτά τε ἐλάχιστα πρὸς τὸ πλῆθος τῶν ἀναλισκομένων ἦν, καὶ ἀθανάτου τινὸς εὐπορίας ἐδεῖτο, προσέταξε τοῖς βουλευταῖς ζητῆσαι πόρους ἰδίᾳ καὶ καθ᾽ ἑαυτὸν ἕκαστον, καὶ τούτους ἐς βιβλία γράψαντας, δοῦναί οἱ διασκέψασθαι· οὐχ ὅτι οὐκ ἐπενόει E

m ἐς τὸ ταμιεῖον. forte accuratius ταμιεῖον. vide Cl. Dukerum ad Thucyd. p.63, 64. n καὶ τισι τῶν ἐστρ. prætoriis tribus X. tacente L. quaſi ſcriptum eſſet, aut ſcribi deberet τρισί. equidem non habeo contrarium demonſtrare; ſed fingere tamen in antiquitatibus non licet. *alcuni*, Leon. Balduinum tres præfectos ærarii prætorios, quaſi teſte Dione, ſtatuentem, reprehendit Cl. Burmannus de Vectigal. P.R. c. 11. p. 192. incertum, an numerum, an dignitatem, an utrumque neget apud Dionem reperiri. ſaltem Balduinum non ſequenti loco, *de tribus conſularibus ad ſumtus minuendos* p. 566. A. deceptum putarim cum Burmanno, ſed hoc ipſo loco, ſicut Xylander in verſione, inductum, hactenus autem recte ſtatuiſſe, quod ærario militari initio plures viri prætorii præfecti fuerint. o περίιασιν. ſic HS. L. περιιᾶσιν, RS.

kius pulchre annotavit ad Velleji lib. II. c. 2. evocatum appellantis Titinnium, quem Valerius Maximus IX. 9. *Centurionem.* Quanquam evocati a centurionibus diverſi erant, ſed cum præliandum eſſet & ad manus veniendum, cum acies ordinabatur, ordines ducendos inſtar centurionum accipiebant, ut docet Salmaſius ad Proculum Vopiſci p. 473. Porro vite cædebantur milites a centurionibus, non fuſte, de quo viri docti ad Taciti I. Annal. c. 23. Plinii XIV. 1. Martial. X. 26. & Cujacius lib. XXI. Obſervatt. c. 10. Quod ῥάβδον Dio, *Latiam vitem* Lucanus VI. 146. Euſebius VII. 15. Hiſt. Eccleſ. κλῆμα appellat, τιμή τίς ἐστι παρὰ Ῥωμαίοις κλῆμα, ὧν τοὺς τυχόντας φασὶν ἑκατοντάρχους γίνεσθαι. Conf. Caſaubonum ac Salmaſium ad hæc Spartiani in Adriano c. 10. *nulli vitem niſi robuſto ac bonæ famæ daret.* Baronium ad A. C. 298. n. 3. Acta Sanctorum T. I. Martii p. 225. Suicerum in κλῆμα, Pitiſcum in *vitis.* Gabrielem Biſciolam lib. III. horar. ſubſeciv. c. 15. In Actis S. Marcelli Centurionis & Martyris, apud Ruinartum p. 303. *quid tibi viſum eſt, ut contra diſciplinam militarem te diſcingeres, & balteum ac vitem projiceres?* Vetus Scholiaſt. Juvenal. XIV. 193. aut vitem poſce libello, *ut centurio fias da libellos, id eſt, milita. Vitis nam inſigne Centurionum eſt, a Libero Patre inventum, qui primus triumphavit, & inventor vitis eſt.*

§ 201. (l. 25.) μηδεὶς ἀγορανομῆσαι] Ob ſumtuum magnitudinem ædilitas paucis exoptata, ut dictum ad p. 390. A. 401. E. 497. A. 528. B.

§ 202. (l. 34.) ἐς τὸ ταμιεῖον] Sueton. c. 49. *ut perpetuo ac ſine difficultate ſumtus ad tuendos,* (milites) *proſequendosque ſuppeteret, ærarium militare cum vectigalibus novis inſtituit.* Illi illatas Agrippæ abdicati facultates, dicet Dio p. 570. A.

§ 203. (l. 37.) διοικεῖν προσέταξε] Hi *præfecti ærarii militaris,* quorum ſæpius in antiquis lapidibus mentio. Tacitus V. Annal. 8. *P. Vitellium indices arguebant, clauſtra ærarii, cui præfectus erat, & militarem pecuniam rebus novis obtuliſſe.*

§ 204. (l. 54.) τὴν εἰκοστὴν τῶν κλήρων] Viceſima hæreditatum extranearum & legatorum (hæ enim δωρεαί, ut p. 258. A.) tributi genus etiam noſtris temporibus imitabile, nec grave pendentibus. Conf. Lipſium lib. II. c. 4. de magnitudine Romana, & Franciſcum Balduinum ad legem Juliam de viceſima hereditatum. Noſtrum infra p. 588. D.

§ 205. (l. 56.) πλὴν τῶν πάνυ συγγενῶν] Οἱ πάνυ συγγενεῖς ſunt heredes ab inteſtato, ut liberi, parentes, fratres, ſorores, conſobrini. Plinius c. 37. Panegyrici: *viceſima hereditatum, tributum tolerabile & facile heredibus duntaxat extraneis, domeſticis grave.* Ubi domeſtici heredes, qui Dioni οἱ πάνυ συγγενεῖς. Adde, ſi lubet, Petri Burmanni Diſſ. eruditam de vectigalibus populi Rom. capite undecimo. De aliis vectigalibus in ærarium militare redactis, ut centeſima rerum venalium, Lipſius loco laudato, & viri docti ad Taciti I. Annal. c. 78. De quinquageſima mancipiorum venditorum, infra p. 569. E. de bonis damnatorum p. 570. A.

§ 206. (l. 57.) καὶ πενήτων] Idem vir egregius p. 199. pauperem hereditatem, quam Plinius c. 40. Panegyrici *parvam & exilem* vocat, intelligit eam quæ non excederet ſummam *centum aureorum,* ſive decem millium HS. (Drachmarum 2500.) hoc eſt mille marcarum Lubecenſium ſive thalerorum trecentorum & tredecim *circiter,* ſi aureum XXV. denariis ſive drachmis computemus ex Dionis calculo, ſupra p. 556. D. Id vero conjicit Burmannus ex eo, quod l. 23. Cod. de Teſtamentis Juſtinianus prohibet aliquid mercedis & ſumtuum accipi a Cenſum adminiſtrantibus ex hereditate cujus ſumma centum aureorum pretium non ſuperaret. Sed fortaſſe verius eſt, pro paupere hereditate habitam lege Julia eam, quæ minor eſſet aureis quinquaginta. Nam illi proprie pauperes, & propter paupertatem etiam accuſare prohibiti,

ἐπενόει τινά, ἀλλ' ὅπως ὅτι μάλιστα αὐτοὺς πείσῃ ὃν ἐβούλετο ἑλέσθαι. ἀμέλει ἄλλων ἄλλα ἐσηγησαμένων, ἐκείνων μὲν [oo] οὐδένα ἐδοκίμασε, [204] τὴν δ' εἰκοστὴν τῶν τε κλήρων καὶ τῶν δωρεῶν, ἃς ἂν οἱ τελευτῶντές τισι ([205] πλὴν τῶν πάνυ συγγενῶν, ἢ
566 [206] καὶ πενήτων) καταλείπωσι, κατεστήσατο· ὡς καὶ [207] ἐν τοῖς τοῦ Καίσαρος ὑπομνήμασι τὸ τέλος τοῦτο γεγραμμένον εὑρών. ἐστήκει μὲν γὰρ καὶ πρότερόν ποτε, καταλυθὲν δὲ μετὰ ταῦτα, αὖθις [p] τότε ἐπανήχθη. τὰς μὲν οὖν προσόδους οὕτως ἐπηύξησε· τὰ δ' ἀναλώματα [208] διὰ τριῶν ἀνδρῶν ὑπατευκότων, οὓς ὁ κλῆρος ἀπέφηνε, τὰ μὲν συνέστειλε, τὰ δὲ καὶ παντάπασι διέγραψε.

Ταῦτά τε οὖν τοὺς Ῥωμαίους ἐλύπει, καὶ προσέτι καὶ λιμὸς ἰσχυρός· ὥσθ' ὑπ' αὐτοῦ [209] τούς τε μονομα-
B χοῦντας, καὶ τὰ ἀνδράποδα τὰ ὤνια, ὑπὲρ πεντήκοντα καὶ [q] ἑπτακοσίους σταδίους ἐξωσθῆναι· ἔκ τε τῆς θεραπείας καὶ τὸν Αὔγουστον καὶ τοὺς ἄλλους τὸ πλεῖον ἀποπέμψασθαι· καὶ δικῶν ἀνοχὰς γενέσθαι· [210] ἐκδημεῖν τε τοῖς βουλευταῖς ἔνθα ἂν ἐθελήσωσιν ἐπιτραπῆναι. καὶ ὅπως γ' ἂν μηδὲν ἐκ τούτου τὰ δόγματα ἐμποδίζηται, κύρια πάντα τὰ γιγνωσκόμενα [211] ὑπὸ τῶν ἀεὶ παρόντων εἶναι ἐκελεύσθη. καὶ προσέτι καὶ ἄνδρες ὑπατευκότες ἐπί τε τοῦ σίτου καὶ ἐπὶ τοῦ ἄρτου κατέστη-
C σαν, ὥστε τακτὸν ἑκάστῳ πιπράσκεσθαι. ἐπέδωκε μὲν γὰρ καὶ προῖκα ὁ Αὔγουστος τοῖς [212] σιτοδοτουμένοις τοσοῦτον ἕτερον ὅσον ἀεὶ ἐλάμβανον. ὡς δ' οὐδ' ἐκεῖνο σφίσιν ἐξήρκεσεν, οὐδὲ [213] ἐς τὰ ἑαυτοῦ γενέθλια ἑστιαθῆναι δημοσίᾳ αὐτοὺς εἴασεν. ἐπειδή τε ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ πολλὰ τῆς πόλεως πυρὶ διεφθάρη, [214] ἄνδρας τε ἐξελευθέρους ἑπταχῇ πρὸς τὰς ἐπικουρίας αὐτῆς κατελέξατο, καὶ [215] ἄρχοντα ἱππέα αὐτοῖς προσέταξεν,

perſuaderet, ut hanc maxime viam, quam ipſe probabat, eligerent. Certe aliis alia proponentibus, nihil eorum probavit; inſtituit autem, ut vicesſima pars hæreditatum ac legatorum, exceptis iis quæ a maxime propinquis, ac pauperibus, morte relinquebantur, in ærarium militare inferrentur; quaſi ſcriptum in Cæſaris commentariis id penſionis genus reperiſſet. Fuerat enim jam ante aliquando introductum, ſed omiſſum rurſus, tunc renovatum eſt. Ita auctis reditibus, tres ex conſularibus viros Auguſtus, quibus ſors id officii obtuliſſet, ad ſumptus partim contrahendos, partim tollendos adhibuit.

A.U.C.759 Aem. Lepido & L. Arruntio COSS.

26. Hæc Romanis moleſta fuerunt, ac fames præterea ingens, adeo ut gladiatores propterea, mancipiaque venalia, ultra centeſimum lapidem ſint ab urbe rejecta: multosque ex ſuis famulis cum alii, tum ipſe Auguſtus, ablegaverint: juſtitium indictum: & ſenatoribus, ut quo vellent proficiſcerentur, permiſſum fuerit: ac, ne ſenatusconſultis inde vis aliqua decederet, omnia, quæ Romæ præſentes decreviſſent, rata eſſe juſſa. Viri etiam conſulares frumento & pani præfecti fuerunt, ut certa quantitas cuique venderetur. Dedit gratis etiam Auguſtus frumentum iis, qui ex publico id alioquin accipiebant, & alterum quidem tantum, quantum iis alias dabatur: quod quum non magis ſufficeret, non paſſus eſt eos epulari publice natalibus ſuis. Quumque eo tempore multa in urbe incendiis eſſent vaſtata, libertos ſeptem locis ad ea curanda conſtituit, & equitem eis præfecit: quos etſi poſt exiguum

[oo] οὐδένα. tolerari poteſt, ſed præſtaret οὐδέν. [p] τότε. ſic melius RS. quam τοτέ, quod HS. & L.
[q] ἑξακοσίους, vulgo. ἑπτακοσίους repoſui ex Xiph. ſimilis error p. 478. B. hoc loco eum tollendum ſuaſit Caſaubonus ad Suet. Aug. c. 27. ſeptem ſtadia cum dimidio faciebant miliare unum.

hibiti, qui minus quam quinquaginta aureos haberent, ut eſt lege X. Digeſtis de accuſationibus. Conf. Salmaſium de fœnore trapezitico p. 640. & 643. ſq.

§ 207. (l. 58.) ἐν τοῖς τοῦ Καίσαρος ὑπομνήμασι.] Hæc ſunt chirographa Julii Cæſaris, in quibus memoriæ cauſa, quæ vellet conſtitui, annotaverat. Ex iisdem multa tanquam Cæſaris, quæ illi nunquam in mentem veniſſent, jactaſſe lucri ſui cauſa Antonium, arguit Cicero Philippica ſecunda, c. 39.

§ 208. (l. 62.) διὰ τριῶν ἀνδρῶν ὑπατευκότων] Diverſi hi a præfectis ærarii militaris, quos prætorios fuiſſe Dio p. 565. D. diſerte affirmat. Hi triumviri conſulares quoque ſoli, per tempus rei pecuniariæ ſemel conſtituendæ neceſſarium, munere illo perfuncti eſſe, neque deinde ut præfecti ærarii militaris ſucceſſores habuiſſe videntur. Idem dicendum de Conſularibus, quos pani ac frumento emendo ac vendendo, in caritate annonæ, Auguſtus præfecit. infra C.

§ 209. (l. 66.) τούς τε μονομαχοῦντας] Sueton. c. 42. *Magna quondam ſterilitate, ac difficili remedio, venalitias & laniſtarum familias, peregrinosque omnes, exceptis medicis & præceptoribus, partemque ſervitiorum, urbe expulit.* Idem, Suetonio teſte laudato, tradit Oroſius VII. 3.

§ 210. (l. 70.) ἐκδημεῖν τε] Alioqui ſenatoribus interdictum, extra Italiam injuſſu Auguſti proficiſci. p. 494. D.

§ 211. (l. 73.) ὑπὸ τῶν ἀεὶ παρόντων] SCtum ratum eſſe debere hoc tempore Auguſtus voluit; licet præſentium in ſenatu minor eſſet numerus quam lege antea definiri placuerat. p. 550. A. 545. E.

§ 212. (l. 77.) σιτοδοτουμένοις τοσοῦτον ἕτερον] Tantum abeſt, ut cujus rei impetum cepiſſe Suetonius c. 42. teſtatur, frumentationes publicæ ab Auguſto abolitæ fuerint, ut ducentis millibus, qui frumentum ex publico accipiebant, (vide p. 554. E.) alterum etiam tantum in hac annonæ caritate, ad ſublevandam illorum inopiam, juſſerit præberi.

§ 213. (l. 79.) ἐς τὰ ἑαυτοῦ γενέθλια] De epulo, quo in natalitiis Auguſti exceptus fuit in Capitolio Senatus, dictum eſt ad p. 539. E. Ex præſenti autem loco conſtat, populo etiam epulum publice illa die præberi ſolitum.

§ 214. (l. 81.) ἄνδρας ἐξελευθέρους] Sueton. c. 25. *Libertino milite, præterquam Romæ incendiorum cauſa, &, ſi tumultus in graviore annona metueretur, bis uſus eſt.* & c. 30. *adverſus incendia excubias nocturnas vigilesque commentus eſt.* ad quem locum adeundus Caſaubonus, & Lipſius ad Taciti Hiſtoriarum III. 64. Scholiaſtes vetus ad hæc Juvenalis XIV. 305. [Diſpoſitis prædives hamis vigilare cohortem ſervorum noctu Licinus jubet] *per translationem diſciplinæ militaris ſparteoli Romæ, quorum cohortes in tutelam urbis cum hamis & cum aqua vigilias conſuerunt curare vicibus.* Facile apparet, *cohortem ſervorum*, niſi de privatis familiis malis accipere, a Juvenale dici pro cohorte libertorum, ut libertinum militem a Suetonio, pro libertis. Fallitur autem præclarus vir Petrus Pithœus, qui Sparteolos hos, quorum etiam c. 39. Apologetici apud Tertullianum mentio, confundit cum στενωπάρχοις & vicorum magiſtris, de quibus Dio ſupra p. 554. A. vide Cangium in *Sparteoli* & *Matricarii*, quos ſcholiaſtes Juſtiniani Anteceſſoris Conſtit. 23. c. 88. interpretatur *illos, quos videmus ad incendia currentes & portantes ſpongias* (an *ſparteas*, ſive vaſa ſpartea pice illita?) *cum ferramentis, per quæ poſſint de pariete in parietem tranſire & ita incendium exſtinguere.* Adde Alemannum ad Procopii anecdota c. 20. p. 157. His nocturnis cuſtodibus alendis Auguſtus quinquageſimam de pretio mancipiorum venditorum conſtituit. infra p. 569. E. Mentio iterum p. 597. B.

§ 215. (l. 83.) ἄρχοντα ἱππέα] Paulus JCtus, cujus olim ſingularis liber de officio præfecti vigilum exſtabat, hæc nos docet illuſtrando Dioni mire facientia: *apud vetuſtiores incendiis arcendis triumviri præerant, qui ob eo quod excubias agebant, nocturni dicti ſunt.* (Liv. IX. 46.) *Interveniebant nonnunquam & ædiles* (ſupra p. 513. D. 522. A.) *& tribuni plebis. Erat autem familia publica circa portam & muros diſpoſita, unde ſi opus eſſet evocabatur. Fuerant & privatæ familiæ, qui incendia vel mercede vel gratia exſtinguerent. Deinde divus Auguſtus maluit per ſe huic rei conſuli* — — *itaque ſeptem cohortes* (huc refer Dionis ἑπταχῇ) *opportunis locis conſtituit, ut binas regiones urbis una quæque cohors tueatur, præpoſitis*

A.U.C.759 Aem. Lepido & L. Arruntio

guum intervallum diſſolvere ſtatuerat, tamen re ipſa expertus, utiliſſimum ac maxime neceſſarium eſſe eorum auxilium, retinuit. Et ſunt nunc quoque vigiles hi nocturni, peculiari quodam modo, non jam amplius ex libertis tantummodo, ſed ex aliis etiam militibus; ac in urbe cohortes ſuas habent, & mercedem publice accipiunt.

27. At plebs fame, tributo, & jactura incendiorum preſſa indignari, multa palam ad res novas ſpectantia diſſerere, plures noctu libellos proponere: quæ omnia P. cujuſdam Rufi inſtinctu fieri ferebantur, ſuſpicio autem ad alios inclinabat. Ipſe enim Rufus nec in animum inducere, nec agere quid horum poterat, ſed alii ſub ejus nomine credebantur novandis rebus ſtudere. Itaque decretum eſt, ut in eos inquireretur, indicibusque præmia conſtituta, nonnullique delati ſunt: qua ipſa pariter re civitas conturbata eſt, donec annonæ difficultas ceſſaret, & Germanicus Cæſar, atque Tib. Claudius Nero, in honorem patris Druſi munus gladiatorium præberent: [in quo & elephas rhinocerotem pugna ſuperavit, & ordinis equeſtris vir, quondam opibus excellens, gladiatorio more dimicavit.] Plebem igitur memoria Druſi ſolata eſt, idque etiam, quod Tiberius, in dedicatione ædis Caſtoris & Pollucis, non ſuum modo nomen Claudiani, (adoptatus enim in familiam Auguſti, Claudianum ſe pro Claudio nuncupabat) ſed illius quoque nomen ei inſcripſit; frequenter ſolitus ab adminiſtratione bellorum, quoties liceret, in urbem commeare, partim ob negotia quædam, potiſſimum vero metuens, ne quem ſibi abſenti alium Auguſtus præferret. Eodem anno, quum Achajæ Proconſul, medio adminiſtrationis exacto tempore, diem obiiſſet ſupremum; quæſtori ejus, itemque adſeſſori, quem legatum Græce vocamus, ut dixi, alteri provincia intra Iſthmum, alteri reliqua mandata eſt.

Herodes

ταξεν, ὡς καὶ δι᾽ ὀλίγου σφᾶς διαλύσων. οὐ μέντοι καὶ ἐποίησε τοῦτο. καταμαθὼν γὰρ ἐκ τῆς πείρας D
καὶ χρησιμωτάτην καὶ ἀναγκαιοτάτην τὴν παρ᾽ αὐτῶν βοήθειαν οὖσαν, ἐτήρησεν αὐτούς. καὶ εἰσὶ καὶ νῦν οἱ νυκτοφύλακες οὗτοι ἴδιόν τινα τρόπον οὐκ ἐκ τῶν ἀπελευθέρων ἔτι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἄλλων στρατευόμενοι· καὶ τείχη τε ἐν τῇ πόλει ἔχουσι, καὶ μισθὸν ἐκ τοῦ δημοσίου φέρουσιν.

Ὁ δ᾽ οὖν ὅμιλος, οἷα ὑπό τε τοῦ λιμοῦ καὶ ὑπὸ τοῦ τέλους, τοῖς θ᾽ ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἀπολωλέσι κεκακωμένος, ἤχαλλε· καὶ πολλὰ μὲν καὶ φανερῶς [r] νεωτεροποιία διελάλουν, πλείω δὲ δὴ βιβλία νύκτωρ ἐξετίθεσαν, καὶ ταῦτ᾽ ἐλέγετο μὲν ἐκ παρασκευῆς [216] Πουπλίου τινὸς Ῥούφου γίγνεσθαι, ὑπωπτεύετο δὲ ἐς ἄλλους. ὁ μὲν γὰρ Ῥοῦφος οὔτε ἐνθυμηθῆναί τι αὐτῶν, οὔτε πρᾶξαι ἐδύνατο· ἕτεροι δὲ τῷ ἐκείνου ὀνόματι καταχρώμενοι, καινοτομεῖν ἐπιστεύοντο. καὶ διὰ τοῦτο ζήτησίς τε αὐτῶν ἐψηφίσθη, καὶ μήνυτρα προετέθη· μηνύσεις τε ἐγίγνοντο, καὶ ἡ πόλις καὶ ἐκ τούτων ἐταράττετο· μέχρι οὗ ἥ τε σιτοδεία ἐπαύσατο, καὶ [s] μονομαχίας ἀγῶνες ἐπὶ τῷ Δρούσῳ, πρός τε τοῦ Γερμανικοῦ τοῦ Καίσαρος, καὶ πρὸς [217] Τιβερίου Κλαυδίου Νέρωνος, τῶν υἱέων αὐτοῦ, ἐγένοντο. [[t] καὶ ἐν αὐταῖς 567
ἐλέφας τε ῥινοκέρωτα κατεμαχήσατο, καὶ ἀνὴρ ἱππεὺς πλούτῳ προσενεγκὼν ἐμονομάχησε.] τοῦτό τε γὰρ αὐτοὺς ἐπὶ τῇ τοῦ Δρούσου μνήμῃ παρεμυθήσατο, καὶ ὅτι [218] τὸ Διοσκούρειον ὁ Τιβέριος καθιερώσας, οὐ τὸ ἑαυτοῦ μόνον ὄνομα αὐτῷ, ([219] Κλαυδιανὸν ἑαυτὸν ἀντὶ τοῦ Κλαυδίου, διὰ τὴν ἐς τὸ τοῦ Αὐγούστου γένος ἐκποίησιν, ὀνομάσας) ἀλλὰ καὶ τὸ ἐκείνου ἐπέγραψε. τά τε γὰρ τῶν πολέμων ἅμα διῴκει, καὶ ἐς τὴν πόλιν, ὁπότε παρείχοι, συνεχῶς ἐπεφοίτα, τὸ μέν τι, πραγμάτων τινῶν ἕνεκα, τὸ δὲ δὴ πλεῖστον, φοβούμενος μὴ ὁ Αὔγουστος ἄλλον τινὰ παρὰ τὴν ἀπουσίαν αὐτοῦ προτιμήσῃ. ταῦτά τε ἐν τῷ ἔτει τούτῳ ἐγένετο, καὶ ἐπειδὴ [220] ὁ τῆς Ἀχαΐας ἄρχων μέσης που τῆς ἡγεμονείας ἀπέθανε, τῷ τε ταμιείᾳ καὶ τῷ παρέδρῳ αὐτοῦ (ὃν πρεσβευτὴν, [221] ὥσπερ εἶπον, καλοῦμεν) τῷ μὲν τὰ ἐντὸς τοῦ Ἰσθμοῦ, τῷ δὲ τὰ λοιπὰ διοικῆσαι προσετάχθη.

[r] νεωτεροποιία. νεωτεροποιά, L. περὶ νεωτεροποιίας, vel νεωτεροποιίαν, Od. malim ἐπὶ νεωτεροποιίᾳ. [s] μονομαχίας ἀγῶνες. ἱπποδρομίας, Xiph. ſed id per oſcitantiam ſuppoſitum, ſiquidem in Circenſibus elephantum cum rhinocerote commiſſum, vel equitem cum gladiatoribus congreſſum eſſe, (quod ſubjungit Xiph.) dici nequit. L. [t] καὶ ἐν αὐταῖς &c. hæc ſervavit Xiph. detracta Dioni; inſerenda, etiam judice Leunclavio.

præpoſitis eis tribunis, & ſuper omnes ſpectabili viro, qui præfectus vigilum appellatur. Plura de hujus officio lib. I. Digeſtorum tit. 15. & lib. I. Codicis Juſtinianei tit. 43. νυκτοφυλάκων horum iterum mentio p. 616. C. ubi dicuntur variis locis per urbem diſperſi hoſpitia habuiſſe, unde quod mox ſequitur, καὶ τείχη ἐν τῇ πόλει ἔχουσι, nihil aliud notat, quam locum eis & habitationem fuiſſe intra mœnia. Eorum ἄρχων p. 626. D. vide & p. 628. E.

§ 216. (l. 97.) Πουπλίου τινὸς Ῥούφου] Hunc puto eſſe qui in Suetonii codicibus c. 19. ubi conjurationes adverſus Auguſtum refert, *Plautius Rufus* appellatur.

§ 217. (l. 6.) Τιβερίου Κλαυδίου Νέρωνος] Hic eſt qui poſtea *Claudius* Imperator, apud Suetonium *Tiberius Claudius Druſus.* De more munus gladiatorium in memoriam defunctorum edendi, ſæpius dictum vide ad p. 53. C. ubi notabis epulum quoque præbitum populo eodem tempore. De Druſi patris morte p. 549. A.

§ 218. (l. 11.) τὸ Διοσκούρειον ὁ Τιβέριος] Hoc de altero Tiberio, Druſi non filio ſed fratre, intelligendum, privigno & adoptato Auguſti, cui deinde ſucceſſit. Suetonius Tiberio c. 20. *dedicavit ædem Pollucis & Caſtoris ſuo fratriſque* (Druſi) *nomine* (velut novorum fraterno amore Caſtorum) *de manubiis.* Ejuſdem templi τῶν Διοσκούρων, poſt incendium a Claudio reſtituti, mentio infra p. 669. C. vide etiam p. 662. A.

§ 219. (l. 12.) Κλαυδιανὸν ἑαυτὸν ἀντὶ τοῦ Κλαυδίου] Hoc eſt quod p. 322. A. notavit Dio, adoptatos nomen quidem adoptantis adſciſcere, ſervare tamen avitum nomen ſuum σχηματισθέν πως, aliquo modo transformatum, ut *Octavius* adoptatus a Cæſare vocabat ſe *Octavianum*: ſimiliter Tiberius pro Claudio, quod erat gentile ejus nomen, *Claudianum* ſe Cæſarem appellavit. Quanquam in numis ejus ſemel tantum TI. CLAUD. nunquam *Claudianus* reperitur. De adoptione dictum p. 556. E.

§ 220. (l. 20.) ὁ τῆς Ἀχαΐας ἄρχων] Hanc inter provincias ſenatui populoque ab Auguſto relictas Dio p. 503. D. vocat Ἑλλάδα μετὰ τῆς Ἠπείρου. Univerſam enim Græciam in duas provincias Romani diſtinxerant, Macedoniam & Achajam. Nunc Achajam duobus adminiſtrandam Auguſtus attribuit, quod ad tempus tantummodo intelligere par eſt. vide ad p. 637. D.

§ 221. (l. 22.) ὥσπερ εἶπον] De legatis Præſidum in provinciis dictum p. 505. E.

§ 222. (l. 24.) Ἡρώδης ὁ Παλαιστῖνος] Archelaum intellige, filium Herodis magni, Philippi & Antipæ fratrem, de cujus exilio Joſephus XVII. ult. vide Noriſium, & Scipionis Maffei antiquitates Galliæ p. 105.

§ 223. (l. 40.) τὴν Σαρδὼ] Sardinia erat inter provincias ſenatui & populo relictas ab Auguſto, quibus non valde opus militari imperio. Nunc autem, tumultibus oborientibus, neceſſe erat a Principe illi proſpici, atque præfectum mitti cum exercitu, qui hoſtium incurſiones coerceret.

χθη. ὅ, τε [222] Ἡρώδης ὁ [u] Παλαιστῖνος, αἰτίαν τινὰ ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν λαβὼν, ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ὑπερωρίσθη, καὶ τὸ μέρος τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ ἐδημοσιώθη. [[x] ἐπειδὴ δὲ ὁ Αὔγουστος καὶ τῷ γήρᾳ καὶ τῇ [y] τοῦ σώματος ἀσθενείᾳ ἔκαμνεν, ὥστε μὴ δύνασθαι πᾶσι τοῖς δεομένοις τι αὐτοῦ χρηματίζειν, τὰ μὲν ἄλλα αὐτὸς μετὰ τῶν συνέδρων [z] καὶ διεσκέψατο καὶ ἐδίκαζεν, ἐν τῷ Παλατίῳ ἐπὶ βήματος προκαθήμενος· τὰς δὲ πρεσβείας, τάς τε παρὰ τῶν δήμων, καὶ τὰς παρὰ τῶν βασιλέων ἀφικνουμένας, τρισὶ τῶν ὑπατευκότων ἐπέτρεψεν, ὥστ' αὐτοὺς χωρὶς ἕκαστον καὶ διακούειν τινῶν, καὶ ἀπόκρισιν αὐτοῖς διδόναι, πλὴν τῶν ὅσα ἀναγκαῖον ἦν τήν τε βουλὴν καὶ ἐκεῖνον ἐπιδιακρίνειν.]

Κἀν τοῖς αὐτοῖς τούτοις χρόνοις καὶ πόλεμοι πολλοὶ
C ἐγένοντο. καὶ γὰρ λῃσταὶ συχνὰ κατέτρεχον, ὥστε [223] τὴν Σαρδὼ μήτ' ἄρχοντα βουλευτὴν ἔτεσί τισι σχεῖν, ἀλλὰ στρατιώταις τε καὶ στρατιάρχαις ἱππεῦσιν ἐπιτραπῆναι. καὶ πόλεις οὐκ ὀλίγαι ἐνεωτέριζον, ὥστε καὶ ἐπὶ δύο ἔτη τοὺς αὐτοὺς ἐν τοῖς τοῦ δήμου ἔθνεσι καὶ [224] αἱρετούς γε ἀντὶ τῶν κληρωτῶν ἄρξαι. τὰ γὰρ τοῦ Καίσαρος καὶ ἄλλως ἐπὶ πλείω χρόνον [a] ἐν τοῖς αὐτοῖς προσετάττετο· οὐ μέντοι καὶ περὶ πάντων αὐτῶν ἀκριβῶς ἐπεξήξω. πολλά τε γὰρ ὡς ἑκάστοις καὶ οὐκ ἀξιόλο-
D γα συνηνέχθη, καὶ οὐδένα λεπτολογηθέντα ὠφελήσειε. τά γε μὴν μνήμης τινὸς ἄξια, κεφαλαιώσας, πλὴν τῶν μεγίστων, ἐρῶ. Ἴσαυροί τε γὰρ, [225] ἐκ λῃστείας ἀρξάμενοι, καὶ ἐς πολέμου δεινότητα προήχθησαν, μέχρι οὗ κατεδαμάσθησαν. [226] καὶ Γαιτοῦλοι, τῷ τε Ἰούβᾳ τῷ βασιλεῖ ἀχθόμενοι, καὶ ἅμα ἀπαξιοῦντες μὴ οὐ καὶ αὐτοὶ ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἄρχεσθαι, ἐπανέστησαν αὐτῷ· καὶ τήν τε πρόσχωρον ἐπόρθησαν, καὶ συχνοὺς καὶ τῶν Ῥωμαίων ἐπιστρατεύσαντας σφίσιν ἀπέκτειναν. τό, τε σύμπαν, ἐπὶ τοσοῦτον ἐπηυξήθησαν, ὥστε Κορνήλιον Κόσσον, τὸν κατεργασά-
E μενον σφᾶς, [227] τιμάς τε ἐπινικίους καὶ ἐπωνυμίαν ἀπ' αὐτοῦ λαβεῖν. ταῦτά τε ἅμα ἐγίγνετο, καὶ ἐπὶ τοὺς Κελτοὺς ἐστράτευσαν μὲν [228] καὶ ἄλλοι τινὲς, ἐστράτευσε δὲ [229] καὶ ὁ Τιβέριος· καὶ μέχρι γε τοῦ ποταμοῦ, [230] πρότερον μὲν τοῦ [b] Οὐισούργου, [231] μετὰ δὲ

A.U.C.759 Aem. Lepido & L. Arruntio COSS.

Herodes Palæſtinus, accuſatus a fratribus, trans Alpes eſt relegatus, ac pars ditionis ejus in publicum redacta. [Quoniam vero Auguſtus, partim ſenio, partim infirmitate corporis laborans, omnibus aliquid flagitantibus reſpondere haud poterat; de cæteris quidem ipſe, cum adſeſſoribus in Palatio pro tribunali ſedens, & cognoſcere ſolebat & judicare; legationes autem, cum a populis, tum a regibus venientes, tribus viris Conſularibus commiſerat, qui ſeorſim ſinguli quoſdam legatos audirent, & auditis reſponſa darent; exceptis iis cauſis, de quibus poſt horum cognitionem totum ſenatum & ipſum Auguſtum decernere erat neceſſe.]

28. Eodem tempore multa bella extiterunt. In multas regiones a prædonibus incurſiones factæ ſunt, ita ut Sardinia per aliquot annos nullum ſenatorem præfectum, ſed milites & duces equites habuerit: urbes haud paucæ defectionem molitæ, ita ut populi provincias iidem præfecti, non ſorte ducti ſed electi, per biennium rexerint: nam & alioquin Cæſaris provincias iidem multos per annos ſoliti erant regere. Sed hæc ego ſingula non putavi accurate perſequenda, quia multa ſingulis locis, nec ea memoratu digna, acta ſunt, quæ curioſe expoſita nihil utilitatis adferrent. At quæ memoria digna ſunt, paucis ſaltem, niſi res ſint maximæ, perſtringam. Iſauri, facto a prædationibus initio, ad graviſſimum tandem bellum deſcenderunt, donec perdomarentur. Gætuli Jubæ regi infeſti, ſimul Romanorum imperium dedignati, contra eum inſurrexerunt, finitimiſque vaſtatis, multos Romanos cum exercitu contra ſe profectos interfecerunt: denique adeo crevere viribus, ut propter ipſos ſubactos Cornelius Coſſus triumphalibus honoribus & cognomento Gætulici ornatus fuerit. In Germanos eodem tempore expeditionem præter alios Tiberius fecit; progreſſuſque eſt primo ad Viſurgim, deinde ad Albim,

u ὁ Παλαιστῖνος. vulgo Παλαιστηνός. ſed conſtanter alias Dio Παλαιστίνη, Παλαιστῖνος. x ἐπειδὴ δὲ &c. ſupplementum mutilati jam Dionis ex Xiph. quod huc pertinere vidit & L. ad hunc locum reſpicit ipſe Dio infra p. 586. E. ταῖς τε πρεσβείαις τρεῖς καὶ τότε βουλευταὶ ἐχρημάτισαν. y τοῦ. deeſt vulgo. petitum ex Pal. Mer. Coisl. Br. & Sylb z καί. eſt ex Pal. Coisl. Br. Sylb. a ἐν. delendum puto. ita poſtulat conſtructio verbi προστάσσειν. b Οὐισούργου ſic ſcripſimus pro corrupto Ἐρύγγου. conf. dicta ad p. 544. C. 548. B. nam quod Ῥήνου ex Vellejo hic ſcribendum ſuſpicatur Xylander, nihil eſt. vide L. & Lipſium ad Vellej. II. not. 192. ridicule Leonicenus: *fiume prima nominato Erigio, ma hora Albis.*

§ 224. (l. 44.) αἱρετούς γε ἀντὶ κληρωτῶν] Delectos a Cæſare, non, ut in provinciis populi fieri conſueverat, ſortito eas adeuntes. Conf. dicta ad p. 505. D. 543. A.

§ 225. (l. 50.) ἐκ λῃστείας ἀρξάμενοι] Iſaurorum κώμας ac receptacula, λῃστῶν ἁπάσας κατοικίας, fuiſſe, teſtatur Strabo VIII. p. 568. ubi de P. Servilio, qui Iſauriam pridem Romanis ſubjecerat, & cognomen Iſaurici inde retulerat, ut bellum piraticum enarrans tangit quoque Florus III. 6. 5. Conf. Pagium ad A. C. 404. n. 26. ſq.

§ 226. (l. 52.) καὶ Γαιτοῦλοι] Idem Florus IV. 12. 40. *Muſulanios atque Gætulos, accolas Syrtium, Coſſo duce compeſcuit, unde illi Gætulici nomen.* Gætulia interioris Africæ regio, vicina Mauritaniæ, pars regni Jubæ, ſupra p. 215. A.

§ 227. (l. 59.) τιμάς τε ἐπινικίους] Ornamenta triumphalia meruiſſe Coſſum in Africa, teſtatur etiam Vellejus II. 116. addens, victoriæ teſtimonium quoque in cognomen filii contuliſſe, adoleſcentis in omnium virtutum exempla geniti, ut nimirum Gætulicus appellaretur. Coſſus hic Conſul fuit A. U. C. 753. filius A. 778.

§ 228. (l. 61.) καὶ ἄλλοι τινές] Ut Sentius Saturninus, & Valerius Meſſalinus, de quibus Dio infra E. & p. 568. B.

§ 229. (l. 62.) καὶ ὁ Τιβέριος] Huc refer, quod Vellejus II. 122. ait, Tiberium, poſt adoptionem, continua triennii militia fregiſſe Germaniæ vires. Falli autem Ægidium Bucherium, qui in Belgio Romano lib. II. c. 10. *biennii* apud Vellejum jubet legere, oſtendit Joannes Maſſonus libro de Jano, Chriſto naſcente, reſerato p. 364. ſq.

§ 230. (l. 63.) πρότερον μὲν Ἐρύγγου] Corruptum & hic ut ſupra p. 548 emendandum nomen Οὐισούργου. Fuit quidem Auſonio Idyll. 9. memoratus *marmore clarus Erubrus*, fluvius Galliæ Belgicæ, ad vicum ſui nominis Rover, in Moſellam præcipitans. Sed eum hoc loco nominare Dioni non fuit in animo, ut recte Reineſius in variis lectionibus lib. I. c. 25. p. 118. annotavit. Nam Viſurgim notare voluiſſe, teſtatur etiam Vellejus II. 104. ubi de hac expeditione, cui ipſe præfectus equitum interfuit: *intrata protinus* (a Tiberio poſt adoptionem) *Germania, ſubacti Caninefates, Attuarii, Bructeri, recepti Cheruſci, gentes, & amnis mox noſtra clade nobilis tranſitus Viſurgis.*

§ 231. (l. 63.) μετὰ δὲ τοῦτο καὶ τοῦ Ἄλβιος] Idem Vellejus c. 106. *Pro Dii boni, quanti voluminis opera inſequenti æſtate, ſub duce Tiberio Cæſare, geſſimus! perluſtrata armis tota Germania eſt: victæ gentes pæne nominibus incognitæ: receptæ Cauchorum nationes — — fracti Longobardi, gens etiam Germana feritate ferocior. Denique quod nunquam antea ſpe conceptum, nedum opere tentatum erat, ad quadringenteſimum*

A.U.C. 759. Aem. Lepido & L. Arruntio COSS.

Albim, fluvios: nihil tamen magnopere memorandum actum eſt: quanquam de Germanis nomen imperatoris non Auguſtus modo, ſed Tiberius etiam, honoresque triumphales C. Sentius, Germaniæ præfectus, acceperit, quod horum metu non antea modo, ſed nunc iterum Germani pacem petiiſſent. Ea cur denuo iis, quum fidem paulo ante datam violaſſent, daretur; res Dalmaticæ ac Pannonicæ, majoribus motibus concitatæ, celerisque correctionis indigentes, in cauſa fuerunt.

29. Dalmatæ pecuniarum exactionibus gravati, jam ſuperiori tempore inviti quieverant. Nunc, cum Tiberius ſecundam in Germanos expeditionem faceret, ac cum eo Valerius Meſſalinus, Dalmatiæ Pannoniæque præfectus, & proficiſceretur ipſe, & magnam ſimul abduceret partem exercitus, copiasque nonnullas ſubmittendas Dalmatis imperaret: eam ob rem convenerunt, & juventutem ſuam florentem conſpicati, cunctatione abrupta, primo pauci quidam rebellavere, a Batone potiſſimum Dyſidiato concitati; Romanosque obviam profectos ſibi fuderunt: inde reliqui quoque Dalmatæ defecerunt. Hinc Breuci, Pannonica gens, alio ſibi quodam Batone duce ſumpto, ad Sirmium, & Romanorum in eo præſidium oppugnandum acceſſerunt. Fruſtra id quidem. Nam Cæcina Severus, propinquæ Myſiæ præſes, rebellione eorum intellecta, celeriter eos ad Dravum flumen adortus, prælio vicit. Sed quoniam multi etiam Romanorum in ea pugna ceciderant, ſperantes barbari, ſarcire ſe brevi acceptum damnum poſſe, ad auxilia ſociorum paranda ſe contulerunt, ac quos potuere ſibi conjunxerunt. Interim Bato Dalmata ad Salonas agmine ducto, cum graviter

δὲ τοῦτο καὶ τοῦ [c] Ἀλβίου προεχώρησεν, οὐ μέντοι καὶ ἀξιομνημόνευτόν τι τότε γε ἐπράχθη· καίτοι [232] καὶ αὐτοκράτορος μὴ ὅτι τοῦ Αὐγούστου, ἀλλὰ καὶ τοῦ Τιβερίου ἐπ' αὐτοῖς κληθέντος, καὶ τιμὰς ἐπινικίους [233] Γαΐου Σεντίου τοῦ τῆς Γερμανίας ἄρχοντος λαβόντος· ἐπειδὴ μὴ μόνον ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ δεύτερον, φοβηθέντες αὐτούς, ἐσπείσαντο. αἴτια δὲ τοῦ, καίπερ παρασπονδήσασι σφίσι δι' ὀλίγου, αὖθις τὴν εἰρήνην δοθῆναι, τά τε τῶν Δαλματῶν καὶ τὰ τῶν Παννονίων, μειζόνως τε ταραχθέντα, καὶ ὀξείας ἐπιστροφῆς δεηθέντα, ἐγένετο. 568

Ταῖς γὰρ εἰσφοραῖς τῶν χρημάτων [234] οἱ Δαλμάται βαρυνόμενοι, τὸν μὲν ἔμπροσθεν χρόνον καὶ ἄκοντες ἡσύχαζον· ὡς δ' ὅ, τε Τιβέριος ἐπὶ τοὺς Κελτοὺς [235] τὸ δεύτερον ἐστράτευσε, καὶ [236] Οὐαλέριος Μεσσαλῖνος, ὁ τότε καὶ τῆς Δαλματίας καὶ τῆς Παννονίας ἄρχων, αὐτὸς σὺν ἐκείνῳ ἐστάλη, καὶ τὸ πολὺ τοῦ στρατοῦ συνεξήγαγε, καί τινα καὶ σφεῖς δύναμιν πέμψαι κελευσθέντες, συνῆλθόν τε ἐπὶ τούτῳ, καὶ τὴν ἡλικίαν σφῶν ἀνθοῦσαν [d] εἶδον· οὐκέτι διεμέλλησαν, ἀλλ' ἐνάγοντος αὐτοὺς ὅτι μάλιστα [237] Βάτωνός τινος Δυσιδιάτου, τὸ μὲν πρῶτον ὀλίγοι τινὲς ἐνεωτέρισαν, καὶ τοὺς Ῥωμαίους ἐπελθόντας σφίσιν ἔσφηλαν· ἔπειτα δὲ ἐκ τούτου καὶ οἱ ἄλλοι προσαπέστησαν. B καὶ μετὰ τοῦτο καὶ [238] Βρεῦκοι Παννονικὸν ἔθνος, Βάτωνα καὶ αὐτοὶ ἕτερον προστησάμενοι, ἐπί τε τὸ [239] Σίρμιον καὶ ἐπὶ τοὺς ἐν αὐτῷ Ῥωμαίους ὥρμησαν. C καὶ ἐκεῖνο μὲν οὐκ ἐξεῖλον. αἰσθόμενος γὰρ τῆς ἐπαναστάσεως αὐτῶν [240] Καικίνας Σεουῆρος, ὁ τῆς [241] πλησιοχώρου Μυσίας ἄρχων, ἐπῆλθέ τε αὐτοῖς διαταχέων περὶ τὸν Δράουον ποταμὸν οὖσι, καὶ συμβαλὼν, ἐνίκησεν. ἀναμαχέσασθαι δέ πη διὰ βραχέος, ἐπειδὴ καὶ τῶν Ῥωμαίων συχνοὶ ἐπεπτώκεσαν, ἐλπίσαντες, πρὸς παράκλησιν συμμάχων ἐτράποντο. καὶ οἱ μὲν συνίστων ὅσους ἐδύναντο, D ἐν δὲ τούτῳ [242] ὁ Βάτων ὁ Δαλμάτης, [243] ἐπὶ Σάλωνα στρατεύσας, αὐτὸς μὲν [244] λίθῳ χαλεπῶς

[c] Ἀλβίου. ſecutus ſum ſcriptionem veriorem, pro qua hic legebatur Ἀλουΐου, ſupra p. 548. B. Ἀλβιΐου, qualia ab inconſtantia librariorum proficiſcuntur. [d] εἶδον, ſcribe ἰδόντες, ut conſtet oratio, L. feſtinanter hæc ſcripſit vir præclarus. ſatis cohærent ὡς — σφῶν — εἶδον. mox διεμέλλησαν, male, RS.

gentesimum miliarium, a Rheno usque ad flumen Albim, qui Senonum Hermundorumque fines præfluit, Romanus cum ſignis perductus exercitus. De Druſo, qui & ipſe ad Albim usque penetravit, dictum p. 548.

§ 232. (l. 66.) καὶ αὐτοκράτορος] Tiberius Imperator tertium, Auguſtus undevigeſimum, a quo etiam aliis conceſſam Imperatoris nuncupationem, *priſco erga duces honore, qui bene geſta re, gaudio & impetu victoris exercitus, Imperatores conclamabantur*, notat Tacitus III. Annal. c. 74. Tiberius iterum Imperator p. 552. B. quartum p. 582. A.

§ 233. (l. 68.) Γαΐου Σεντίου] Hic eſt C. Sentius Saturninus, cujus virtutem & de Germanis victorias celebrat Vellejus, II. 105. 109. Idem eſt, qui A. U. C. 757. cum Sexto Ælio Cato conſul fuit, cum eodem auctor legis Æliæ Sentiæ de manumiſſionibus.

§ 234. (l. 75.) οἱ Δαλμάται βαρυνόμενοι] Poſt victoriam, de qua p. 545. B.

§ 235. (l. 78.) τὸ δεύτερον] De priore Tiberii in Germanos expeditione p. 553. C.

§ 236. (l. 78.) Οὐαλέριος Μεσσαλῖνος] Conferendus Janus Brouckhuſius ad Tibulli lib. II. Elegiam quintam, hujus Meſſalini dicatam laudibus. Vellejus lib. II. c. 112. *Felix eventu, forte conatu, prima æſtate belli, Meſſalini opus mandandum eſt memoriæ, qui vir animo etiam quam gente nobilior, digniſſimus qui & patrem Corvinum habuiſſet, & cognomen ſuum Cottæ fratri relinqueret, præpoſitus Illyrico, ſubita rebellione, cum ſemi plena legione viceſima, circumdatus hoſtili exercitu, amplius viginti millia hoſtium fudit fugavitque, & ob id ornamentis triumphalibus honoratus eſt.* Nota præpoſitum Illyrico hic dici, quem Dio Dalmatiæ ait præfectum fuiſſe, & Pannoniæ. Triumphalium ornamentorum meminit etiam Ovidius II. 2. ex Ponto, ad Meſſalinum, celebrans

—— diem, per quem decreta merenti
Venit honoratis laurea digna comis.

§ 237. (l. 84.) Βάτωνος Δυσιδιάτου] Deſitiates ſive Deſitiates, gens Dalmatica (licet Pannonicam Strabo faciat) quorum Bato dux. Strabo VII. p. 314. ἔθνη τῶν Παννονίων Βρεῦκοι, καὶ Ἀνδιζῆτιοι, καὶ Διταίωνες, καὶ Πειροῦσται, καὶ Μαζαῖοι, καὶ Δαισιτιᾶται, ὧν Βάτων ἡγεμὼν ἦν. Idem, quem Batonem Dalmatam Dio mox infra appellat. Vellej. II. 115. *Perusiæ & Deſitiates Dalmatæ, ſitu locorum ac montium inexpugnabiles*, ad quem locum vide quæ notarunt viri docti, & Jac. Sponii Miſcellanea eruditæ antiquitatis p. 179.

§ 238. (l. 88.) Βρεῦκοι Παννονικὸν ἔθνος] Horum meminit, præter Strabonem, Plinium, Ptolemæum, Suetonius Tiberio c. 9. quem ait *bello Pannonico Breucos & Dalmatas ſubegiſſe.*

§ 239. (l. 89.) Σίρμιον] Hodie *Sirmich*, inter Savum, Dravumque amnes. vide Harduinum in numis urbium illuſtratis p. 457. Oppidum celebre vel propter Concilia Sirmitana adverſus Photinum habita, A. C. 350. & 357.

§ 240. (l. 92.) Καικίνας Σεουῆρος] Hujus A. Cæcinæ, conſularis viri, meminit Vellejus lib. II. c. 112. referens, eum cum Silvano Plautio adverſus Pannonios ex tranſmarinis provinciis exercitum adduxiſſe, ſed male exceptum ab hoſtibus, & clade propemodum affectum exitiabili. Atque eo pertinet, quod multos etiam e Romanis illo in prælio cecidiſſe Dio ſcribit, quanquam Cæcinæ victoriam tribuit, & mox infra de Batone: μάχην, καίπερ ἡττηθεὶς, ἀντεπεκράτησε.

§ 241. (l. 92.) πλησιοχώρου Μυσίας] Eadem Moeſia alias, quam Pannoniæ jungi ſcribit quoque Plinius III. 26. Μυσίαν & Μυσίδα dixerat Dio ſupra p. 461. A. B.

πῶς πληγεὶς, οὐδὲν ἔπραξεν, ἑτέρους δέ τινας πέμψας, πάντα τὰ παραθαλάσσια [245] μέχρι τῆς Ἀπολλωνίας ἐλυμήνατο· καί τινα ἐνταῦθα μάχην δι' αὐτῶν [e] τοὺς προσμίξαντας σφίσι Ῥωμαίους, καίπερ ἡττηθεὶς, ἀντεπεκράτησε.

Πυθόμενος οὖν ταῦτα ὁ Τιβέριος, καὶ φοβηθεὶς μὴ καὶ ἐς τὴν Ἰταλίαν ἐσβάλωσιν, ἔκ τε τῆς Κελτικῆς ἀνέστρεψε, καὶ τὸν Μεσσαλῖνον προπέμψας, αὐτὸς τῷ
E πλείονι τοῦ στρατοῦ ἐφείπετο. αἰσθόμενος δὲ τῆς προσόδου αὐτῶν ὁ [f] Βάτων, ἀπήντησε τῷ Μεσσαλίνῳ, καίπερ μηδέπω καλῶς ἔχων· καὶ ἐπικρατέστερος αὐτοῦ ἐν παρατάξει γενόμενος, ἔπειτα ἐξ ἐνέδρας ἐνικήθη. κἀκ τούτου πρός τε τὸν Βάτωνα τὸν Βρεῦκον ἦλθε, καὶ κοινωσάμενος αὐτῷ τὸν πόλεμον, [246] ὄρος τι Ἀλμὰν κατέλαβε. κἀνταῦθα πρὸς μὲν [247] τοῦ [g] Ῥυμητάλκου τοῦ Θρᾳκὸς, [h] προπεμφθέντος ἐπ' αὐτοὺς [248] ὑπὸ τοῦ Σεουήρου, βραχείᾳ τινὶ μάχῃ ἡττήθησαν, πρὸς δ'
569 αὐτὸν ἐκεῖνον ἰσχυρῶς ἀντέσχον. καὶ μετὰ ταῦτα τοῦ Σεουήρου ἐς τὴν Μυσίαν, διά τε τοὺς Δακοὺς, καὶ διὰ τοὺς Σαυρομάτας, πορθοῦντας αὐτὴν, ἀπάραντος, καὶ τοῦ Τιβερίου τοῦ τε Μεσσαλίνου [249] ἐν [i] Σισκίᾳ ἐγχρονισάντων, τήν τε συμμαχίδα σφῶν ἐπέδραμον, καὶ συχνοὺς προσαπέστησαν· καὶ ἐς μὲν χεῖρας, καίπερ τοῦ Τιβερίου πλησιάσαντος σφίσιν, οὐκ ἦλθον αὐτῷ, ἄλλοσε δὲ καὶ ἄλλοσε μεθιστάμενοι, πολλὰ ἐπόρθησαν. τῆς τε γὰρ χώρας ἐμπείρως ἔχοντες, καὶ
B κούφως ἐσκευασμένοι, ῥᾳδίως ὅπη ποτὲ ἐβούλοντο ἐχώρουν. καὶ ἐπειδή γε ὁ χειμὼν ἐνέστη, πολὺ πλείω ἐκακούργησαν. καὶ γὰρ καὶ ἐς τὴν Μακεδονίαν αὖθις ἐνέβαλον. καὶ τούτους μὲν ὅ, τε Ῥυμητάλκης καὶ [250] ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ [k] Ῥασκύπορις μάχῃ κατέλαβον· οἱ δὲ δὴ ἄλλοι τῇ μὲν χώρᾳ σφῶν, πορθουμένῃ μετὰ τοῦτο ἐπί τε Καικιλίου Μετέλλου καὶ ἐπὶ Λικιννίου Σιλανοῦ ὑπάτων, οὐκ ἐπέμειναν, ἐς δὲ τὰ ἐρυμνὰ ἀναφυγόντες, ἐκεῖθεν ὅπη παρείκοι καταδρομὰς ἐποιοῦντο.

Μαθὼν

graviter ſaxo ictus eſſet, ipſe quidem nihil pro- A.U.C.759
fecit, ſed alios tamen emiſit, qui maritimis omni- Aem. Lepido & L.
bus usque ad Apolloniam vaſtatis, ibi cum Ro- Arruntio
manis prælio congreſſi, victique primum, dein- COSS.
de eos ipſi viciſſim ſuperavere.

30. Hæc quum cognoviſſet Tiberius, metueretque, ne in Italiam quoque irruerent; ex Germania reverſus, Meſſalino præmiſſo, ipſe cum majoribus copiis ſubſecutus eſt. Bato eorum adventu accepto, etſi nondum ex vulnere revaluerat, tamen obviam Meſſalino profectus, collatis ſignis ſuperior diſceſſit: hinc inſidiis circumventus victusque, ad Breucum Batonem abiit: junctaque belli ſocietate, montem Almam occupavit: ibi utrique a Rhymetalce Thrace, præmiſſo adverſum eos a Severo, parvo conflictu ſuperati, Severum ipſum fortiter ſuſtinuerunt. Qui quum in Myſiam propter Dacos Sauromatasque, eam infeſtantes, rediiſſet; Tiberius autem ac Meſſalinus Siſciæ morarentur: ipſi incurſionibus in ſociorum Romanorum agros factis, multos ad rebellionis ſocietatem pertraxerunt; at cum Tiberio, quanquam jam appropinquante, manum conſerere detrectarunt, alio autem atque alio vagati, multa loca vaſtarunt. Nam ob regionum peritiam, & levem armaturam, facile, quo vellent, evadere poterant, & hyeme jam imminente, tanto plus maleficii edebant. Cæterum hos jam in Macedoniam rurſus invadentes Rhymetalces, fraterque ejus Raſcyporis pugna fuderunt: reliqui cum agri
deinde ipſorum, Q. Cæcilio Metello Cretico & A.U.C.760
A. Licinio Nerva Silano conſulibus, vaſtati eſ- Q. Metello
ſent, iis relictis, in loca natura munita confugere, & Nerva Silano COSS.
atque inde opportunis temporibus decurſiones
fecerunt.

31. Qua

[e] τοὺς προσμίξαντας. πρὸς τοὺς προσμίξαντας, L. melius pro præcedenti τινὰ μάχην, τινὶ μάχῃ ſubſtituit Od.
[f] Βάτων. ſic HS. & L. ex emendatione Xyl. pro Κάτων, quod eſt apud RS. [g] Ῥυμητάλκου. de ſcriptione nominis vide p. 534. E. 545. C. [h] προπεμφθέντος. προσπεμφθέντος, V. b. perperam. [i] Σισκίᾳ. ſic ſcribendum eſſe pro Συσκίᾳ, vidit X. nobis recipiendi hanc lectionem auctor eſt codex V. a. ad. p. 413. D. vide & F.
[k] Ῥασκύπορις μάχῃ κατέλαβον. ſic RS. HS. Ῥασκούπολις, L. ſed debebat ſibi conſtare Dio, qui Ῥασκύποριs habet p. 341. E. 355. C. 545. C. conf. ad primum locum notam Fabricii. eſt vero & aliud mendum in hoc loco. nam pro κατέλαβον omnino ſcribendum videtur κατέβαλον. neque neceſſe eſt de frequenti horum verborum permutatione lectorem admonere. mox Κεκιλίου, male, RS.

§ 242. (l. 98.) ὁ Βάτων ὁ Δαλμάτης] Idem cum eo quem Δυσιδιάτην ſupra dixerat.

§ 243. (l. 99.) ἐπὶ Σάλωνα] De hac munita Dalmatiæ urbe dixi ad p. 190. B.

§ 244. (l. 99.) λίθῳ πληγεὶς] Frequens olim in bello uſus lapidum in hoſtes: non modo mediocrium e fundis inflictorum, ſed majorum etiam jactorum vibratorumque e tormentis λιθοβόλοις. ut infra p. 570. D. de quibus inſignis exſtat locus Joſephi libro ſexto de bello Judaico c. 7. (κεφ. ιϛ') ubi ne miretur aliquis, quod videntes tormentum explodi Judaei exclamaverint patria lingua, ὁ υἱὸς ἔρχεται, *filius venit*, notum eſt, apud Ebræos vicina eſſe vocabula בן quod filium, & אבן quod lapidem ſignificat. Itaque unum pro altero de induſtria uſurpaſſe videntur, ex more & uſu gentis, quam alluſionibus ejuſmodi uti, in rebus etiam maxime ſeriis ac triſtibus, delectari, multis exemplis conſtat.

§ 245. (l. 1.) μέχρι τῆς Ἀπολλωνίας] Inter XXV. civitates hoc nomine, de quibus Steph. Byzantinus, prima hoc loco Apollonia intelligitur, non procul Epidamno, πρώτη πόλις Ἰλλυρίας, eadem de qua ſupra p. 174. a mari Adriatico, per quod facilis in Italiam trajectus, non diſtans amplius ſeptem millibus paſſuum. vide quæ ad Stephanum viri docti, & Chriſtophorum Cellarium lib. II. antiqui Orbis c. 13. p. 1025. ſq.

§ 246. (l. 13.) ὄρος τι Ἀλμὰν] *Alma* mons juxta Sirmium, cujus meminit etiam Flavius Vopiſcus in Probo c. 18. & ex eo Victor in Epitoma, atque Eutropius IX. 11. cui *Almus* eſt, & Græco interpreti Ἄλμος. Falluntur, qui Dionem putant loqui de monte eodem, qui Vellejo II. 112. Claudius appellatur. Nam & aliam rem narrat, montem nimirum non ab hoſtibus ſed a Romanis occupatum, itaque & de alio monte loquitur.

§ 247. (l. 14.) τοῦ Ῥυμητάλκου τοῦ Θρᾳκὸς] In numis hic Thraciæ rex Ῥοιμητάλκης, ut dixi ad p. 545. C. & notant viri docti ad hæc Velleji II. 112. *magnam Thracum manum, junctus Romanis ducibus A. Cæcinæ & Silvano Plautio, Rhœmetalces Thraciæ rex in adjutorium ejus belli ſecum trahebat.*

§ 248. (l. 15.) ὑπὸ τοῦ Σεουήρου] A. Cæcinam, eundem de quo Vellejus, & Dio ſupra, C.

§ 249. (l. 20.) ἐν Σισκίᾳ] Ita, non Συσκίᾳ, in numis ſcribitur. vide Harduinum in numis urbium, p. 457. Vellejus II. 113. *& ipſe* (Tiberius) *aſperrimæ hiemis initio regreſſus Siſciam, legatos, inter quos ipſi fuimus, partitis præfecit hibernis.* Fallitur autem Palmerius in Exercitationibus ad Scriptores Græcos, p. 263. qui Siſciam habet pro corrupto nomine regionis, & ab omnibus Geographis ignorari affirmat. vide quæ de hoc Pannoniæ ſuperioris caſtello ſupra p. 413. E. hodie *Viſsuck, Siſeck*, vel *Siſſeck*. Palmerii errorem notavit & Cl. Weſſelingius ad Antonini Itinerar. p. 260.

§ 250. (l. 30.) ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ῥασκύπορις] Al. Ῥασκούπολις. De hoc dicere me memini ad p. 341. E. In numis eſt,

Τιβέριος

A.U.C. 760 Q. Metello & Nerva Silano COSS.

31. Qua de re Auguſtus certior factus, cum Tiberium in ſuſpicione haberet, quaſi is, quum poſſet hoſtem parvo temporis ſpatio in poteſtatem redigere, bellum conſulto traheret, quo diutius ejus ſpecie in armis eſſet: Germanicum eo miſit, etſi quæſturam tunc gerentem, additis ei militibus, non ingenuis modo, ſed libertis etiam, quum aliis, tum quotquot a viris & mulieribus, pro ratione cenſus, ſervos, cum ſex menſium cibariis, acceperat, ac manumiſerat. Neque hoc ſolum ad uſum hujus belli fecit, ſed equitum quoque recognitionem, quæ in foro fieri ſolet, diſtulit: ludoſque magnos vovit, quum mulier quædam, literis aliquibus in brachium ſuum inciſis, quaſi divino afflatu quædam vaticinata eſſet. Quam quum ſatis ipſe ſciret non divinitus correptam, ſed ex inſtituto id agere; tamen, perturbato vehementer ob bella, ac famem, quæ rurſum ingruerat, populo, ſe quoque fidem ejus dictis habere ſimulavit, omniaque quæ ad conſolandam plebem facerent, velut neceſſaria peregit. Annonæ procurationem rurſus, ob penuriam, duobus conſularibus mandavit, additis lictoribus. Sed cum pecunia ad belli uſum & nocturnos vigiles alendos indigeret, tributum inſtituit, ut de pretio mancipiorum venditorum quinquageſima daretur: & quam pecuniam prætores ex ærario acceptam gladiatoriis ſpectaculis inſumere ſolebant, eam expendi vetuit.

32. Quod autem Germanicum, non Agrippam,

Μαθὼν οὖν τοῦτο ὁ Αὔγουστος, καὶ ὑποπτεύσας
ἐς τὸν Τιβέριον, ὡς δυνηθέντα μὲν ἂν διαταχέων C
αὐτοὺς κρατῆσαι, τρίβοντα δὲ ἐξεπίτηδες, ἵν' ὡς
ἐπὶ πλεῖστον ἐν τοῖς ὅπλοις ἐπὶ τῇ τοῦ πολέμου
προφάσει ᾖ· πέμπει [251] τὸν Γερμανικὸν, [252] καίτοι
ταμιεύοντα, στρατιώτας οἱ οὐκ εὐγενεῖς μόνον ἀλλὰ
καὶ [253] ἐξελευθέρους δοὺς, ἄλλους τε, καὶ ὅσους
παρά τε τῶν ἀνδρῶν καὶ παρὰ τῶν γυναικῶν δού-
λους, [254] πρὸς τὰ τιμήματα αὐτῶν, σὺν τροφῇ
[l] ἑκμήνῳ λαβὼν ἠλευθέρωσεν. οὐ μόνον δὲ τοῦτο
πρὸς τὴν τοῦ πολέμου χρείαν ἔπραξεν, ἀλλὰ καὶ
[255] τὴν ἐξέτασιν τῶν ἱππέων τὴν ἐν τῇ ἀγορᾷ γι- D
γνομένην ἀνεβάλετο· [m] κατά τε [256] τῆς πανηγύ-
ρεως τῆς μεγάλης ηὔξατο, ὅτι γυνή τις ἐς τὸν
βραχίονα [257] γράμματα ἄττα ἐντεμοῦσα, ἐθείασέ
τινα. ᾔδετο μὲν γὰρ ὅτι οὐκ ἐκ θεοῦ κατέσχητο,
ἀλλ' ἐκ παρασκευῆς αὐτὸ ἐπεποιήκει. ἐπειδὴ δὲ
τὸ πλῆθος ἄλλως τε καὶ διὰ τοὺς πολέμους, τόν
τε λιμὸν, ὃς καὶ τότε αὖθις συνέβη, δεινῶς ἐτα-
ράττετο, πιστεύειν τε καὶ αὐτὸς τοῖς λεχθεῖσιν
ἐπλάττετο, καὶ πάνθ' ὅσα παραμυθήσεσθαι τὸν
ὅμιλον ἤμελλεν, ὡς καὶ ἀναγκαῖα ἔπραττε. καὶ
ἐπί γε τῇ σιτοδείᾳ [258] δύο αὖθις ἐκ τῶν ὑπατευκό- E
των ἐπιμελητὰς τοῦ σίτου σὺν ῥαβδούχοις ἀπέδειξε.
προσδεόμενος δὲ δὴ χρημάτων, ἔς τε τοὺς πολέμους
καὶ ἐς τὴν [259] τῶν νυκτοφυλάκων τροφὴν, τό, τε
[260] τέλος τὸ τῆς [n] πεντηκοστῆς ἐπὶ τῇ τῶν ἀνδρα-
πόδων πράσει ἐσήγαγε, καὶ τὸ ἀργύριον, τὸ τοῖς
στρατηγοῖς τοῖς τὰς ὁπλομαχίας ποιοῦσιν [261] ἐκ τοῦ
δημοσίου διδόμενον, ἐκέλευσε μηκέτ' ἀναλίσκεσθαι.

Τὸν δὲ δὴ Γερμανικὸν, ἀλλ' οὐ τὸν Ἀγρίππαν, ἐπὶ

l ἑκμήνῳ. ἑξαμήνῳ, L. ad marg. ſed nec illud Dioni inſolens. *m* κατά τε τῆς πανηγύρεως τῆς μεγάλης ηὔξατο. locum corruptum putat X. eique medelam jam paraverat L. hanc ſcilicet: καὶ τὰ τῆς πανηγ. &c. ſed ſanam eſſe lectionem ex Caſaubono docebit F. *n* πεντηκοστῆς. πεντακοστῆς, Lipſius. *della vigeſima*, Leon. ſed vide F.

Τιβέριος Ἰούλιος βασιλεὺς Ῥησκούπορις. vide Illuſtris Scipionis Maffei antiquitates Galliæ p. 105. ſq.

§ 251. (l. 40.) τὸν Γερμανικὸν] Magna in bello Dalmatico experimenta virtutis, in incultos ac difficiles locos præmiſſum Germanicum dediſſe, refert Vellejus II. 116. Tiberii revocati meminit Suetonius c. 16. ſed in Dalmatiam poſtea remiſſum dicet Dio p. 579. C. & in Germaniam p. 586. C. ubi proconſulare imperium Germanico conceſſum legitur.

§ 252. (l. 40.) καίτοι ταμιεύοντα] Admodum juvenem tunc oportet fuiſſe Germanicum, quoniam quinquennio ante quam per leges liceret quæſturam geſſiſſe conſtat ex Suetonii Caligula c. 1. hoc eſt anno undeviceſimo ætatis.

§ 253. (l. 42.) ἐξελευθέρους δοὺς] Idem Suetonius Auguſto c. 25. *libertino milite bis uſus eſt, ſemel ad præſidium Coloniarum Illyricum contingentium*, quod ipſum eſt de quo hic Dio loquitur. De altera enim vice infra p. 585. D. Vocat autem libertinum militem Suetonius, quos Dio ἐξελευθέρους, hoc eſt libertos ſive ſervos ad hoc manumiſſos, cum ſervis nullus inter milites locus eſſet.

§ 254. (l. 44.) πρὸς τὰ τιμήματα αὐτῶν] Vellej. lib. II. cap. 111. *viri fœminæque ex cenſu* (hoc eſt, quo opulentiores eſſent, eo plures ſervos manu mittere jubebantur) *libertinum coactæ dare militem.* vide Caſaubonum ad hæc Suetonii Aug. c. 25. *eos ſervos adhuc viris fœminiſque pecunioſioribus indictos, & ſine mora manumiſſos, ſub priore vexillo habuit.*

§ 255. (l. 47.) τὴν ἐξέτασιν τῶν ἱππέων] Cum nulli eſſent Cenſores, Auguſto tanquam præfecto morum p. 542. D. etiam equitum recognitio competebat, quam frequenter feciſſe teſtis Sueton. c. 38. & alii deinde Imperatores exercuere, ſive ut cenſores olim, ſingulis luſtris, ſive quando ipſis viſum eſſet. vide quæ viri docti ad hæc Suetonii Caligula c. 16. *Equites Romanos ſevere, curioſeque, nec ſine moderatione recognovit, palam ademto equo, quibus aut probri aliquid, aut ignominiæ ineſſet: eorum, qui minore culpa tenerentur, nominibus modo in recitatione præteritis*, Aliquando hanc ἐξέτασιν videntur permiſiſſe Conſulibus: unde Scholiaſtes Perſii III. 9. *Cognitio equitum Romanorum cenſoribus erat ſubjecta, quæ nunc Conſulum eſt officii.* Ex hoc autem Dionis loco diſcimus, recognitionem illam fieri ſolitam Romæ in foro.

§ 256. (l. 48.) κατά τε τῆς πανηγύρεως τῆς μεγάλης ηὔξατο] Mos erat Romanis, tetrorum prodigiorum cauſa, ludos magnos ſive Circenſes vovere Jovi, ut notum ex Livii XXII. 9. Hos poſt cladem Varianam voviſſe Auguſtum ſcribit Suetonius c. 23. ad quem locum notat Caſaubonus, quod ad illuſtrandum Dionem apprime facit, eleganter cum εὔχεσθαι, κατὰ jungi, pro *vovere*, exemplo Demoſthenis, Dionyſii Halicarnaſſei aliorumque.

§ 257. (l. 50.) γράμματα ἄττα ἐντεμοῦσα] Plura exempla ſimilis fraudis dabit Theophilus Raynaudus S. J. libro de Stigmatiſmo ſacro & profano, quem in tomo tertio decimo ejus Operum recenſum licet evolvere.

§ 258. (l. 58.) δύο ἐκ τῶν ὑπατευκότων] Hactenus annonæ procuratio duumviris prætoriis erat demandata, ex conſtitutione Auguſti, de qua p. 521. C. 532. D. nunc eadem commiſſa Conſularibus, majoris auctoritatis cauſa, & quo magis hanc rem cordi eſſe ſibi Auguſtus omnibus teſtaretur.

§ 259. (l. 61.) τῶν νυκτοφυλάκων] De his vide ſi lubet p. 566. C.

§ 260 (l. 62.) τέλος τὸ τῆς πεντηκοστῆς] Inter ea, quibus ærarium militare, de quo ſupra p. 565. D. nitebatur, erat etiam *centeſima auctionum*, ſive *rerum venalium*, teſte Tacito lib. I. Annal. c. 78. qui ejus loco *ducenteſimam* conſtitutam a Tiberio teſtatur lib. II. c. 42. Hæc quoque ſublata a Caligula, ut docent numi, & Suetonius c. 16. Singulatim autem præſenti loco Dio commemorat tributum, quo de ſervis, qui venirent, emtor *quinquageſimam* penderet. Tacitus XIII. 31. vocat *vectigal quintæ & viceſimæ venalium mancipiorum*, quia fortaſſe poſt Auguſti tempora ita excreverat ejus quantitas, ut loco *quinquageſimæ* ab Auguſto inſtitutæ, *quinta* jam & *viceſima* Neronis tempore exacta fuerit, ut ſuſpicatur V. C. Petrus Burmannus de vectigalibus populi Rom. p. 69. Ita non ſit neceſſe, vel cum Cujacio VI. 28. Obſ. & Lipſio ad Taciti lib. XIII. excuſu C. *quinquageſimæ* apud illum ſcriptorem reponere, neque apud Dionem pro πεντηκοστῆς legere πεντακοστῆς, ut idem Lipſius lib. II.

ἐπὶ τὸν πόλεμον ἐξέπεμψεν, ὅτι [262] δουλοπρεπής τε ἐκεῖνος ἦν, καὶ τὰ πλεῖστα ἡλιεύετο· ὅθενπερ καὶ [263] Ποσειδῶνα ἑαυτὸν ἐπωνόμαζε. τῇ τε ὀργῇ προπετεῖ ἐχρῆτο, καὶ [o] τὴν Ἰουλίαν ὡς μητρυιὰν διέβαλλεν, αὐτῷ τε τῷ Αὐγούστῳ πολλάκις ὑπὲρ τῶν πατρῴων ἐπεκάλει· καὶ (οὐ γὰρ ἐσωφρονίζετο) [264] ἀπεκηρύχθη, καὶ ἥ τε οὐσία αὐτοῦ [265] τῷ στρατιωτικῷ ταμιείῳ ἐδόθη, καὶ αὐτὸς [266] ἐς [p] Πλανασίαν τὴν πρὸς Κύρνῳ νῆσον ἐνεβλήθη. ταῦτα μὲν ἐν τῇ πόλει ἐγένετο. τοῦ δὲ δὴ Γερμανικοῦ ἐς τὴν Παννονίαν ἐλθόντος, καὶ στρατευμάτων πολλαχόθεν ἐκεῖσε συνιόντων, τηρήσαντες [267] οἱ Βάτωνες [268] τὸν Σεουῆρον ἐκ τῆς Μυσίας προσιόντα, ἐπέπεσον αὐτῷ

B ἀπροσδόκητοι, στρατοπεδευομένῳ [269] πρὸς τοῖς Οὐολκαίοις ἕλεσι· καὶ τοὺς μὲν ἔξω τοῦ ταφρεύματος [pp] ἐφόβησαν, καὶ κατήρραξαν ἐς αὐτό· δεξαμένων δὲ σφᾶς τῶν ἔνδον, ἡττήθησαν. καὶ μετὰ τοῦθ' οἱ Ῥωμαῖοι νεμηθέντες, ὅπως πολλαχῇ ἅμα τῆς χώρας κατατρέχωσιν, οἱ μὲν ἄλλοι οὐδὲν ἄξιον λόγου τότε γε ἔδρασαν· ὁ δὲ δὴ Γερμανικὸς [270] Μαζαίους, Δαλματικὸν ἔθνος, μάχῃ νικήσας ἐκάκωσεν. ἐν μὲν δὴ τῷ ἔτει ἐκείνῳ ταῦτα ἐπράχθη.

pam, ad bellum miſit; Agrippæ ſerviles mores effecerant. Solebat enim fere piſcari, unde ſibi ipſe Neptuni nomen ſumpſerat; ſolebat ira eſſe præcipiti; Liviamque, quaſi novercam, conviciis proſcindere, ipſumque ſæpius Auguſtum propter patris bona inſimulare. Itaque, quum non rediret ad meliorem mentem, abdicatus ab Auguſto, & facultates ejus in ærarium militare relatæ, ipſe in Planaſiam, Corſicæ propinquam inſulam, eſt deportatus. Quum Germanicus in Pannoniam veniſſet, eoque undique exercitus confluerent; Batones, obſervato tempore, quo ex Myſia Severus accederet, improviſo adorti ſunt caſtra ad Volcæas paludes ponentem: eos, qui extra vallum erant, territos intra id compulerunt: ſed excipientibus ſuos iis, qui intus erant, victi ſunt. Inde Romani in multas partes ſunt diviſi, ut hoſtium agros ſimul multis locis invaderent: ſed a reliquis nihil memorabile actum; unus Germanicus Macæos, gentem Dalmaticam, pugna victam, damnis affecit. Hæc eo anno geſta.

A.U.C.760 Q. Metello & Nerva Silano COSS.

Μάρκου δὲ δὴ [q] Φουρίου μετὰ Σέξτου Νωνίου

C ὑπατεύσαντος, ἐπεθύμησαν μὲν καὶ οἱ Δαλμάται καὶ οἱ Παννόνιοι συμβῆναι, διὰ τὸ τὸ μὲν πρῶτον λιμῷ, εἶτα καὶ νόσῳ ἀπ' αὐτοῦ, πόαις τέ τισιν ἀλλοκότοις καὶ ῥίζαις [r] χρώμενοι, πονηθῆναι· οὐκ ἐπεκηρυκεύσαντο δὲ, κωλυσάντων τῶν μηδεμίαν παρὰ τῶν Ῥωμαίων ἐλπίδα σωτηρίας ἐχόντων· ἀλλὰ καὶ ὡς ἀντεῖχον. τοῦ δέ γε Γερμανικοῦ τοῦ υἱέος Δρούσου, ὡς εἴρηται, κατ' αὐτῶν ἐστρατευμένου, καὶ [271] πόλει τινὶ ὀχυρᾷ

33. Marco deinde Furio Camillo, Sexto Nonio Quintiliano conſulibus, pacificationem Pannonii ac Dalmatæ expetivere, fame primum, inde eam ſecuto morbo confecti, ex quarundam inſolitarum, quibus veſci opus habuerant, herbarum ac radicum eſu: quominus tamen eam per legatos peterent, ſed etiamnum reſiſterent, per eos effectum eſt, qui nullam ſalutis ſpem apud Romanos reliquam habebant. Germanico Druſi

A.U.C.761 Furio Camillo & Sex. Nonio Coſſ.

o τὴν Ἰουλίαν. τὴν Λιουΐαν, mallet Lipſius ad Taciti Annal. I. 3. not. 27. non matrem, inquit, ſuam inſectatur, ſed Liviam Auguſtæ ſtirpi nunquam æquam. at Liviam, quanquam ex teſtamento demum Auguſti in familiam Juliorum translatam, per anticipationem vocari *Juliam*, cenſet eruditiſſimus Weſſelingius Obſſ. Var. I. 26. p. 106. non diffiteor tamen, Lipſii emendationem mihi ſimpliciorem videri, quia Juliæ & Liviæ nomina permutari & confundi a librariis & Epitomatoribus, vel ex Zonaræ loco conſtat, quem ſupra adduxi ad. p. 556. & quia Dio Liviam ne poſt mortem quidem Auguſti Juliam vocare ſolet. ceterum de Livia Victor Epit. *Agrippam quem novercali odio in inſulam relegaverat.* p Πλανασίαν. ita X. HS. L. Παλνασίαν, RS. pp ἐφόβησαν. ſic auſus ſum mutare vulgatum ἐφοβήθησαν. q Φουρίου. ſic ex emendatione Xyl. HS. & L. Φουρνίου, RS. Φρουρίου, V. b. r χρώμενοι. χρωμένους, ad marg. L. ſed Græci loco accuſativi ſæpe nominativum infinitivo jungunt. vide T. I. hujus edit. p. 228, 84 ſq. 233, 73. 248, 100. ſq. χρώμενοι etiam Suidas in ἀλλόκοτον, ſed oratione directa cum verbo ἐπεκηρύκευσαν, extra contextum. locum Suidæ laudatum Dionis eſſe, nemo adhuc obſervaverat.

lib. II. admirandorum c. 4. adſentiente ad Tacitum Theodoro Ryckio, poſtea veriſimilius eſſe exiſtimavit.

§ 261. (l. 64.) ἐκ τοῦ δημοσίου διδόμενον] Hoc prætoribus pridem ab Auguſto conceſſum. vide ſupra p. 522. A.

§ 262. (l. 67.) δουλοπρεπής] Id eſt quod *ingenium ſordidum* vocat Suetonius Auguſto c. 65. pro quo *ſcordalum* reponit elegantiſſimus Grævius, de quo vocabulo conſulendus Celeberr. Burmannus ad Petronium p. 299. & 456. Tacitus hunc Agrippam lib. I. Annal. c. 3. *robore corporis ſtolide ferocem* appellat, quod a ſervili ingenio non longe abeſt.

§ 263. (l. 69.) Ποσειδῶνα ἑαυτὸν] Sic Neptuno timorem ſe incuſſiſſe jactabat Caligula p. 653. E. cum conchas legere ſuos juberet. Sueton. c. 46. Ob paulo magis ſeriam cauſam, Neptuni ſe filium ferebat Sextus Pompejus. ſupra p. 368. B.

§ 264. (l. 73.) ἀπεκηρύχθη] Eadem Zonaras p. 541. C. Suetonius c. 65. *Agrippam, brevi ob ingenium ſcordalum* (*ſtolidum*, vel *ſordidum* alii) *& ferox abdicavit, ſepoſuitque Surrentum* —— *nihilo tractabiliorem, imo indies amentiorem in inſulam transportavit, ſepſitque inſuper cuſtodia militum.* Vellejus II. 112. *Agrippa, qui eodem die quo Tiberius* (ſupra p. 556. E.) *adoptatus ab avo ſuo naturali* (Auguſto) *erat, etiam ante biennium qualis eſſet apparere cœperat, mira pravitate animi atque ingenii in præcipitia converſus,* (trucem Agrippam, & rudem bonarum artium vocat Tacitus loco laudato,) *patris* (Auguſti) *& ejuſdem avi ſui animum alienavit ſibi,* (ut abdicatus relegaretur) *moxque creſcentibus indies vitiis, dignum furore ſuo habuit exitum.* (Tiberii juſſu poſt Auguſti obitum interfectus. infra p. 604. A.)

§ 265. (l. 73.) τῷ στρατιωτικῷ ταμιείῳ] De ærario militari, quod Auguſtus non diu ante inſtituerat, vide ſis p. 565. D. Nimirum inter reditus illi aſſignatos bona damnatorum fuiſſe, hoc illuſtri exemplo cognoſcitur, quod ex Dione ut ſolet Zonaras quoque annotavit.

§ 266. (l. 74) ἐς Πλανασίαν] *Surrentum* prius, Campaniæ oppidum, fuiſſe ſepoſitum Agrippam, ex Suetonii c. 65. conſtat. De Planaſia firmat Tacitus lib. I. Annalium c. 3. ubi de Livia: *ſenem Auguſtum devinxerat adeo, ut nepotem unicum Agrippam poſtumum in inſulam Planaſiam projiceret, rudem ſane bonarum artium & robore corporis ſtolide ferocem, nullius tamen flagitii compertum.* Planaſia inſula Plinio III. 6. *Planaria, ſexaginta millia paſſuum a Corſica,* (ſive Cyrno in Liguſtico mari) *a ſpecie ſic dicta,* (quod plana ſit) *æqualis freto, ideoque navigiis fallax.* Hodie *Pianoſa.* vide Salmaſium ad Solinum p. 96. Fallitur Scholiaſtes Juvenalis VI. 158. qui Agrippam, *propter morum feritatem in Siciliam ab Auguſto relegatum* ſcribit. Exilium ejus SCto decretum docet idem Tacitus lib. I. Annalium c. 56. *Multa ſine dubio ſævaque Auguſtus, de moribus adoleſcentis queſtus, ut exilium ejus SCto ſanciretur, perfecerat.*

§ 267. (l. 78.) οἱ Βάτωνες] Unus Deſitiatarum in Dalmatia, alter Breucorum in Pannonia dux, p. 568. B. E.

§ 268. (l. 78.) τὸν Σεουῆρον] A. Cæcinam Severum, præſidem Myſiæ p. 568. C.

§ 269. (l. 80) πρὸς τοῖς Οὐολκαίοις ἕλεσι] Harum paludum, quæ in Myſia fuere, vel Pannonia, vix quisquam veterum præter Dionem meminit. Abrahamo Ortelio in theſauro Geographico videntur quæ hodie Balaton & Platſee in Hungaria inferiore, lacus inter Kaniſcham & Albam Regalem.

§ 270. (l. 86.) Μαζαίους] Hanc gentem Pannonicis accenſet Strabo VII. p. 314.

§ 271. (l. 97.) πόλει τινὶ ὀχυρᾷ] De Arduba, munita Dalmatiæ

A.U.C.761 Furio Camillo & Sex. Nonio Coſſ.

Druſi filio, bellum, ut demonſtravimus, iis facientе, urbemque validam obſidente, cum eam expugnare non poſſet, Pulio eques, Germanus natione, ſaxo in murum conjecto, ita propugnaculum concuſſit, ut ſtatim id cum viro ei incumbente corruerit. Id ſic perterruit reliquos, ut muris præ metu relictis in arcem confugerint, eamque poſtea & ſe ipſos dediderint. Quum Bato, qui concitatis ad rebellionem Dalmatis, multum incommodi Romanis intulerat, tandem ad colloquium de pace cum Tiberio congreſſus, poſtridie eum in tribunali ſedentem acceſſiſſet; percontatus eſt Tiberius, quid ita deficere, ac tantum temporis rebellare Romanis ſtatuiſſent? " Vos, „ inquit Bato, " in culpa eſtis ipſi, qui ad veſtros greges cuſtodiendos, non canes paſtoresve, ſed lupos mittitis. „ Ita Dalmatia partim bello, partim pacificatione ad Romanos rediit.

34. Auguſtus tunc ſenatui poteſtatem dedit, ut ſe abſente etiam, de pleriſque cauſis cognoſcerent, & ad comitia non amplius venit: utque priori anno, quum turbæ eſſent, ipſe omnes magiſtratum aliquem obituros deſignaverat, ita hoc, & ſequentibus, litteris tantum quibuſdam propoſitis eos, quibus cupiebat, plebi ac populo commendabat. Ad bellorum vero adminiſtrationem ita valide intentus fuit, ut quo propius, quicquid in Pannonia ac Dalmatia conſilii eſſet capiendum, monere poſſet, Ariminum ſe contulerit. In ejus ab urbe exitu vota nuncupata, ac redeunte ſacrificatum, tanquam ſi ex hoſtico rediiſſet. Sub idem tempus Bato Breucus, qui prodito Pinne mercedis loco regnum Breucorum receperat, captus ab altero Batone, occiſusque eſt. Suſpectam enim Breucus fidem ſubditorum habens, caſtella obibat, obſides poſtulans: eumque alter, re cognita, inſidiis interceptum, prælioque ſuperatum, in arcem quandam compulit: traditumque poſtea ab iis, qui arcem tenebant, ad exercitum adduxit, & damnatum mori ſtatim coegit. Quo facto, quum iterum permulti Pannonii

ὀχυρῷ προσκαθημένου, καὶ μὴ οἵου τε γιγνομένου ταύτην ἑλεῖν, Πουλίων ἱππεὺς Κελτός, [272] λίθον ἐς τὸ τεῖχος ἀφεὶς, οὕτω τὴν ἔπαλξιν διέσεισεν, ὥστε αὐτὴν αὐτίκα πεσεῖν, καὶ τὸν ἄνδρα τὸν ἐπικεκλιμένον οἱ συγκαταπασπάσαι. γενομένου δὲ τούτου, ἐκπλαγέντες οἱ ἄλλοι καὶ φοβηθέντες, τό, τε τεῖχος ἐκεῖνο ἐξέλιπον, καὶ ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἀνέδραμον· καὶ μετὰ τοῦτο καὶ ταύτην καὶ ἑαυτοὺς παρέδοσαν. τοῦ δὲ δὴ Βάτωνος, ὃς πολλὰ τοὺς Ῥωμαίους, ἀποστήσας τοὺς [s] Δαλμάτας, ἐκάκωσε, [273] καθ' ὁμολογίαν ποτὲ τῷ Τιβερίῳ προσκεχωρηκότος, καὶ τῇ ὑστεραίᾳ ἐπὶ βήματος αὐτῷ καθημένῳ προσενεχθέντος, ὁ μὲν Τιβέριος ἠρώτησεν αὐτὸν, τί ὑμῖν ἔδοξε καὶ ἀποστῆναι, καὶ [t] τοσοῦτον ἡμῖν χρόνον ἀντιπολεμῆσαι; ὁ δ' ἔφη, ὅτι " ὑμεῖς τούτων " αἴτιοι ἐστέ. ἐπὶ γὰρ τὰς ἀγέλας ὑμῶν [274] φύλακας, " οὐ κύνας, οὐδὲ νομέας, ἀλλὰ λύκους πέμπετε. „ ἡ μὲν οὖν Δαλματία, τοῦτο μὲν πολέμῳ, τοῦτο δὲ καὶ ὁμολογίᾳ, πάλιν προσεχώρησε τοῖς Ῥωμαίοις. D E

Τότε δὲ καὶ ὁ Αὔγουστος τῇ μὲν γερουσίᾳ [275] καὶ ἄνευ ἑαυτοῦ τὰ πολλὰ δικάζειν ἐπέτρεπε, ἐς δὲ τὸν δῆμον οὐκέτι παρῄει· ἀλλὰ τῷ μὲν προτέρῳ ἔτει πάντας τοὺς ἄρξοντας αὐτὸς, [276] ἐπειδήπερ ἐστασιάζετο, ἀπέδειξε· τούτῳ δὲ, καὶ τοῖς ἔπειτα, [277] γράμματά τινα ἐκτιθεὶς, συνίστη τῷ τε πλήθει καὶ τῷ δήμῳ ὅσους ἐσπούδαζε. πρὸς μέντοι τὰς τῶν πολέμων διαχειρίσεις οὕτως ἔρρωτο, ὥσθ' ἵν' ἐγγύθεν καὶ ἐπὶ τοῖς Δαλμάταις καὶ ἐπὶ τοῖς Παννονίοις πᾶν ὅ, τι χρὴ συμβουλεύειν ἔχῃ, πρὸς [278] Ἀρίμινον ἐξώρμησε· καὶ ἐπί τε τῇ ἐξόδῳ αὐτοῦ [279] εὐχαὶ ἐγένοντο, καὶ ἐπὶ τῇ ἐπανόδῳ αἱ θυσίαι, ὥσπερ ἐκ πολεμίας τινὸς ἀνακομισθέντος, ἐτελέσθησαν. ταῦτα μὲν ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπράχθη. ἐν δὲ τούτῳ ὁ Βάτων ὁ Βρεῦκος, ὁ [280] τόν τε Πίννην προδοὺς, καὶ μισθὸν τούτου τὴν ἀρχὴν τῶν Βρεύκων λαβὼν, ἑάλω τε ὑπὸ τοῦ ἑτέρου Βάτωνος, καὶ διεφθάρη. ἐπειδὴ γὰρ ὑποπτεύσας τι ἐς τὸ ὑπήκοον, ὁμήρους καθ' ἕκαστον τῶν φρουρίων περιϊὼν ᾔτει, μαθὼν τοῦτ' ἐκεῖνος ἐνήδρευσέ που αὐτὸν, καὶ μάχῃ κρατήσας, κατέκλεισεν ἐς τεῖχος· καὶ μετὰ τοῦτ' ἐκδοθέντα ὑπὸ τῶν ἔνδον λαβὼν, παρήγαγέ τε ἐς τὸ στράτευμα, καὶ καταψηφισθέντα ἀποθανεῖν ἐν χερσὶν ἐποίησε. γενομένου δὲ τούτου, συχνοὶ τῶν Παννονίων ἐπανέστησαν· καὶ αὐτοὺς [281] ὁ Σιλουανὸς 571 B C

s Δαλμάτας. ſic Dio alias p. 414. D. 417. E. 436. C. rectius quam hoc loco Xiph. Δαλμάτους.
t τοσοῦτον ἡμῖν χρόνον. ἐπὶ τοσοῦτον ἡμῖν χρόνον, Xiph.

Dalmatiæ civitate per Germanicum expugnata, infra p. 581. C. de Seretio p. 579. C.

§ 272. (l. 99.) λίθον ἐς τὸ τεῖχος] De majoribus tormentis ac baliſtis λιθοβόλοις dictum ad p. 568. D. Ex his emitti potuere lapides centenarii & ducentenarii vel etiam trecentenarii. vide Lipſium lib. III. Poliorceticon Dialogo 3.

§ 273 (l. 8.) καθ' ὁμολογίαν ποτὲ τῷ Τιβερίῳ] Diverſa hæc de pace conſultatio, a Batonis ejuſdem deditione quæ poſtea contigit, & de qua Dio infra p. 581. ſq.

§ 274. (l. 13.) φύλακας, οὐ κύνας, οὐδὲ νομέας, ἀλλὰ λύκους] Idem reſponſum ad ſimilem quæſtionem Tiberii a Batone redditum refertur p. 582. A. tangitque inſolentem præfectorum Romanorum in provinciis rapacitatem & avaritiam, vigilantia ſagaci & cura æqua dignaque pro ſubjectis deſtitutam.

§ 275. (l. 17.) καὶ ἄνευ ἑαυτοῦ] Ut ſolius ſenatus valerent decreta, licet non confirmata ab Auguſto, vel injuſſu ejus facta.

§ 276. (l. 20.) ἐπειδήπερ ἐστασιάζετο] Ut p. 524. C. 527. C.

§ 277. (l. 21.) γράμματά τινα] In hoc ſecutus exemplum Julii Cæſaris, quem Suetonius c. 41. ait candidatorum partem dimidiam (dimidia populo relicta) edidiſſe per libellos, circum tribus miſſos ſcriptura brevi: *Cæſar dictator illi tribui. Commendo vobis illum & illum, ut veſtro ſuffragio ſuam dignitatem teneat.*

§ 278. (l. 26.) Ἀρίμινον ἐξώρμησε] Umbriæ hæc civitas, Iſtriæ oppoſita, quo celerrime nuncii ex Pannonia & Illyrico appellere potuerunt. Huc pertinet quod Suetonius c. 20. ſcribit, Auguſtum quibuſdam Pannonicis atque Germanicis bellis, aut interveniſſe, aut non longe abfuiſſe.

§ 279. (l. 27.) εὐχαὶ] De votis pro reditu Auguſti nuncupatis, & de ſupplicationibus poſt reditum, vide ſi placet dicta ad p. 534. C. & 527. D.

§ 280. (l. 30.) τόν τε Πίννην] Vellejus lib. II. c. 114. hunc *Pinnetem* appellat, (quem Viennæ Auſtriæ conditorem nonnulli incerta fide hariolantur:) innuitque captum a Romanis, Batone nimirum Breuco eum prodente. Hunc Breucum qui interfecit, Bato alter Dalmata, poſtea ſe Romanis dedidit, ut p. 582. A. dicetur. Hinc igitur Pinnis ſive Pinneti jungens Vellejus, *ferocem illam,* inquit, *tot millium juventutem, paulo ante ſervitutem minatam Italiæ, conferentem arma, quibus uſa erat apud flumen nomine Bathinum, proſternentemque ſe univerſam genibus Imperatoris,* (Tiberii) *Batonemque & Pinnetem, excelſiſſimos duces, captum alterum, alterum deditum, juſtis voluminibus ordine narrabimus, ut ſpero.*

§ 281. (l. 39.) ὁ Σιλουανὸς] Silvanus Plautius, de quo Vellejus II. 112. Silanus infra. p. 579. D.

Σιλουανὸς ἐπιςρατεύσας, τούς τε [282] Βρεύκους ἐνίκησε, καὶ τῶν ἄλλων τινὰς ἀμαχεὶ προσεποιήσατο. ἰδὼν οὖν ταῦτα ὁ Βάτων, τῆς μὲν Παννονίας ἐνδεμίαν ἔτ' ἐλπίδα ἔχε, τὰς δὲ ἐς τὴν Δαλματίαν ἐξ αὐτῆς ἐσόδους
D φρουραῖς διαλαβὼν, ἐκείνην ἐπόρθει. καὶ οὕτω καὶ οἱ λοιποὶ τῶν Παννονίων, ἄλλως τε καὶ τῆς χώρας σφῶν ὑπὸ τοῦ Σιλουανοῦ κακουμένης, ὡμολόγησαν, πλὴν καθ' ὅσον [283] λῃςρικά τινα, οἷα ἐκ ταραχῆς τοσαύτης ἐπὶ πλεῖον κακουργοῦντα, διεγένοντο· (ὅπερ που καὶ ἀεὶ, ὡς εἰπεῖν, παρά τε τοῖς ἄλλοις, καὶ παρ' ἐκείνοις μάλιςα συμβαίνει) καὶ ταῦτα μὲν ἄλλοι καθῄρουν.

Pannonii rebellaſſent; Silvanus ipſe in eos exercitu ducto, Breucos vicit, reliquorum nonnullos absque prælio recepit. Igitur Bato in Pannonia nihil ſpei reliquum videns, aditus ex ea in Dalmatiam pertinentes præſidiis munivit, Pannoniamque vaſtavit. Sic reliqui etiam Pannonii, quum ager etiam eorum a Silvano maleficiis infeſtaretur, pacis conditiones acceperunt; niſi quod latrocinia quædam, ut quæ ex tanto tumultu hoc magis invaluerant, ſuperfuere: quæ tamen, etſi nunquam non, apud iſtos præſertim populos, uſitata, ab aliis deinde exciſa ſunt.

A.U.C. 761 Furio Camillo & Sex. Nonio Coſſ.

§ 282. (l. 40.) Βρεύκους] Pannonico bello ſubactos a Tiberio Breucos, notatum a Suetonio c. 9. Pannoniæ quoque populis Breucos accenſet Plinius lib. III. c. 25. Saum per Colapianos Breucosque defluere teſtatus.

§ 283. (l. 47.) λῃςρικά τινα] Mos hic Dacorum, quoties concretus gelu Danubius junxiſſet ripas, decurrere & vicina populari, ut eſt apud Florum IV. 12. 18.

ΤΩΝ

ΤΩΝ ΔΙΩΝΟΣ ΡΩΜΑΙΚΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΟ ΠΕΝΤΗΚΟΣΤΟΝ ΕΚΤΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ.

DIONIS HISTORIÆ ROMANÆ LIBER QUINQUAGESIMUS SEXTUS.

Hæc inſunt Libro LVI. Romanæ Hiſtoriæ Dionis.

Quemadmodum ad eos, quibus liberi eſſent, ac deinde ad eos, quibus liberi conjugesque non eſſent, Auguſtus verba fecerit: ac quæ de iis conſtituerit. c. 1 — 10.

Ut Quintilius Varus a Germanis victus occubuerit. c. 18 — 24.

Quomodo templum Concordiæ fuerit dedicatum, ac Liviæ porticus. c. 25 — 27.

De morte Auguſti. c. 29 — 47.

Τάδε ἔνεστιν ἐν τῷ πεντηκοστῷ ἕκτῳ τῶν Δίωνος Ῥωμαϊκῶν ἱστοριῶν.

Ὡς τοῖς τὰ τέκνα ἔχουσι, καὶ μετὰ ταῦτα τοῖς ἀτέκνοις καὶ ἀγάμοις, ὁ Αὔγουστος διελέχθη· καὶ ἃ ἐπ' αὐτοῖς ἔπραξε.

Ὡς Κυϊντίλλιος Οὔαρος ἡττηθεὶς ὑπὸ Κελτῶν ἀπώλετο.

Ὡς τὸ Ὁμονόειον καθιερώθη.

Ὡς ἡ Λιουΐας στοὰ καθιερώθη.

Ὡς Αὔγουστος μετήλλαξεν.

Χρόνου πλῆθος, ἔτη ἕξ, ἐν οἷς ἄρχοντες οἱ ἀριθμούμενοι, οἵδε ἐγένοντο.

Κ. Σουλπίκιος Κ. υἱ. Καμερῖνος,	καὶ Γ. [a] Ποππαῖος Κ. υἱ. Σαβῖνος.
Π. Κορνήλιος Π. υἱ. Δολοβέλλας,	καὶ Γ. Ἰούνιος Σιλανός.
[b] Μ. Αἰμίλιος Κ. υἱ. Λέπιδος,	καὶ Τ. Στατίλιος Τ. υἱ. Ταῦρος.
Γερμανικὸς Καίσαρος υἱ. Καῖσαρ,	καὶ Γ. [c] Φοντήϊος Γ. υἱ. Καπίτων.
Λ. Μουνάτιος Λ. υἱ. Πλάγκος,	καὶ Γ. Σίλιος. Γ. υἱ. [d] Καικίνας.
Σέξτος Πομπήϊος Σέξτου υἱ.	καὶ Σέξτος [e] Ἀπουλήϊος Σέξτου υἱ.

Annis Acta hæc VI. in quibus conſules,

poſt C.N.	U.C.		
9.	762.	Q. Sulpicius Q. F. Camerinus,	& C. Poppæus Q. F. Sabinus.
10.	763.	P. Cornelius P. F. Dolobella,	& C. Junius Silanus.
11.	764.	M'. Æmilius Q. F. Lepidus,	& T. Statilius T. F. Taurus.
12.	765.	Germanicus Cæſaris F. Cæſar,	& C. Fontejus C. F. Capito.
13.	766.	L. Munatius L. F. Plancus,	& C. Silius C. F. Cæcina.
14.	767.	Sex. Pompejus Sex. F.	& Sex. Apulejus Sex. F.

A.U.C. 762 Q. Camerino & C. Sabino COSS.

I. Cæterum Tiberius Romam rediit poſt eam hyemem, qua Q. Sulpicius Camerinus & C. Poppæus Sabinus conſules fuerunt. Ei in ſuburbana obviam progreſſus Auguſtus, cum eo in Septa venit, ibique de tribunali populum ſalutavit. Poſt hæc alia, quæ victoria impetrata fieri receptum erat, peregit, ac ſpectacula eo pertinentia conſulum opera præbuit. Quoniam vero inter hæc ſpectacula equites magno ſtudio eam

Ὁ δὲ δὴ Τιβέριος ἐς τὴν Ῥώμην, μετὰ τὸν χειμῶνα, ἐν ᾧ Κύϊντος Σουλπίκιος καὶ Γάϊος Σαβῖνος ὑπάτευσαν, ἀνεκομίσθη. καὶ αὐτῷ καὶ ὁ Αὔγουστος ἐς τὸ προάστειον [f] ἀπαντήσας, ἦλθέ τε μετ' αὐτοῦ [1] ἐς τὰ Σέπτα, κἀνταῦθα ἀπὸ βήματος τὸν δῆμον ἠσπάσατο· καὶ μετὰ τοῦτο τά τε ἄλλα τὰ προσήκοντα ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἐποίησε, καὶ [2] θέας ἐπινικίους διὰ τῶν ὑπάτων. ἐπειδή τε οἱ ἱππεῖς πολλῇ ἐν αὐταῖς σπουδῇ [3] τὸν 573 νόμον

a Ποππαῖος. Πομπαῖος corrupte legitur in editione RS. quod ipſe corrigendum monuit, unde & rectius ſequentes editiones. *b* Μάρκος. Μάνιος potius dicendus videtur Ryckio ad Tac. Ann. III. 22, 2. & ſic in Faſtis. *c* Φοντήϊος. ſic HS. & L. ex emendatione Xyl. Φόντιος, RS. *d* Καικίνας. Καικιναλάριος, corrupte, RS. *e* Ἀπουλήϊος, ſic L. ad marg. pro Ἀπούλιος. recte, & ſic infra legitur p. 589. A. ibique apud Xiph. *f* ἀπαντήσας. ἀπήντησε, mavult Caſaub. ad Sueton. in Tib. c. 17. credo, ut ſequentia Tiberio tribuat, non Auguſto.

§ 1. (l. 5.) ἐς τὰ Σέπτα] Suetonius de Tibero c. 17. poſt commemoratum Pannonicum bellum: *Urbem prætextatus & laurea coronatus intravit, poſitumque in ſeptis tribunal ſenatu adſtante conſcendit: ac medius inter duos Conſules cum Auguſto ſimul ſedit: unde populo conſalutato circum templa deductus eſt.* De conſalutatione populi dictum ad p. 539. C. De Septis, qui erat locus circumſeptus campi Martii, in quo populus conveniebat, vide ad p. 512.

§ 2. (l. 8.) θέας ἐπινικίους] Venationes, ludos Circenſes, & gladiatorios, ſcenicosque. Horum ſpectaculorum curam etiam mandatam quandoque conſulibus, notat Lipſius, lib. I. Saturnalium c. 9. De triumpho decreto infra p. 582. B.

§ 3. (l. 9.) τὸν νόμον περὶ τῶν μὴ γαμούντων] De hac lege Julia de maritandis ordinibus, dictum ad p. 531. E. & 549. D.

νόμον, τὸν περὶ τῶν μὴ γαμούντων μήτε τεκνούντων, καταλυθῆναι ἠξίουν, ἤθροισεν ἐς τὴν ἀγορὰν χωρὶς μὲν τοὺς ἀγυναίους σφῶν, χωρὶς δὲ τοὺς γεγαμηκότας, ἢ καὶ τέκνα ἔχοντας· καὶ ἰδὼν πολὺ τούτους ἐκείνων ἐλάττους, ἤλγησέ τε, καὶ [4] διελέξατο αὐτοῖς τοιάδε.

“ Εἰ καὶ ὀλίγοι παντάπασιν, ὥς γε πρὸς τοσοῦτον ὄγκον πόλεως εἰπεῖν, καὶ πολλῷ καταδεέστεροι τῶν ἑτέρων τῶν μηδὲν τῶν δεόντων πράττειν ἐθελόντων ἐστὲ, ἀλλ' ἔγωγε καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτο μᾶλλον ὑμᾶς ἐπαινῶ, καὶ πολλὴν χάριν ὑμῖν ἔχω, ὅτι καὶ ἐπείσθητε, καὶ τὴν πατρίδα συμπληθύετε. ἐκ γὰρ τῶν οὕτω βιούντων παμπληθεῖς οἱ μετὰ ταῦτα Ῥωμαῖοι γενήσονται. καὶ γὰρ τὸ κατ' ἀρχὰς καὶ πάνυ βραχεῖς ὄντες, ἔπειτα γάμων ἐπιμεληθέντες, καὶ τέκνα ποιησάμενοι, πάντας ἀνθρώπους, οὐκ εὐανδρίᾳ μόνον, ἀλλὰ καὶ [5] πολυανθρωπίᾳ, ὑπερέφυμεν. ὧν χρὴ μεμνημένους, τὸ θνητὸν τῆς φύσεως ἡμῶν ἀϊδίῳ διαδοχῇ γενῶν, [6] ὥσπερ τινῶν λαμπαδίων, παραμυθεῖσθαι· ἵν' ἐν ᾧ μόνῳ τῆς θείας εὐδαιμονίας ἡττώμεθα, τοῦτ' ἐξ ἀλλήλων ἀθάνατον καθιστώμεθα. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τὰ μάλιστα ὁ πρῶτος καὶ μέγιστος ἐκεῖνος θεὸς, ὁ τεκτηνάμενος ἡμᾶς, διχῇ τε διεῖλε τὸ θνητὸν γένος, καὶ [7] τὸ μὲν ἄρρεν αὐτοῦ, τὸ δὲ θῆλυ ἀποδείξας, [8] ἔρωτα καὶ ἀνάγκην σφίσι τῆς πρὸς ἀλλήλους συνουσίας ἐνέβαλε, καὶ γόνιμον τὴν ὁμιλίαν αὐτῶν ἐποίησεν, ὅπως ἐκ τῶν ἀεὶ γιγνομένων ἀΐδιον τρόπον τινὰ καὶ τὸ θνητὸν ἀπεργάσηται. καίτοι καὶ αὐτῶν τῶν θεῶν [9] οἱ μὲν, ἄρρενες, αἱ δὲ, θήλειαι νομίζονται. καὶ οἱ μὲν γεγεννηκέναι τινὰς, οἱ δὲ ἐκ τινῶν γεγεννῆσθαι παραδέδονται. οὕτω παρ' ἐκείνοις τοῖς μηδὲν τούτων δεομένοις καλὸν εἶναι δέδοκται καὶ γάμος καὶ τέκνωσις.

“ Ὥστε ὀρθῶς μὲν ἐποιήσατε, τοὺς θεοὺς μιμησάμενοι, ὀρθῶς δὲ, καὶ τοὺς πατέρας ζηλώσαντες· ἵν' ὥσπερ ὑμᾶς ἐκεῖνοι ἐγέννησαν, οὕτω καὶ ὑμεῖς ἄλλους τεκνώσητε· καὶ καθάπερ ἐκείνους ὑμεῖς προγόνους καὶ ἡγεῖσθε καὶ ὀνομάζετε, οὕτω καὶ ὑμᾶς ἕτεροι καὶ νομίσωσι καὶ προσείπωσι· τά τε ἔργα ὅσα ἐκεῖνοι καλῶς πράξαντες ὑμῖν μετ' εὐκλείας παρέδοσαν, καὶ ὑμεῖς ἄλλοις παραδῶτε· καὶ τὰ κτήματα ὅσα αὐτοὶ κτησάμενοι κατέλιπον ὑμῖν, καὶ ὑμεῖς ἑτέροις ἐξ ὑμῶν αὐτῶν γεγονόσι καταλίπητε. πῶς μὲν γὰρ

eam legem, quæ de conjugii liberorumque expertibus lata fuerat, abrogari poſtulabant; eorum cœlibes ſeorſum, ſeorſum nuptos, aut quibus eſſet proles, in forum convocavit: ac ubi hos numero illis longe inferiores vidit, dolore commotus, hanc ad eos habuit orationem. A.U.C.762 Q. Camerino & C. Sabino COSS.

2. “ Etſi vos, pro tanta hujus urbis mole, perpauci eſtis, & longe aliis, qui officium ſuum detrectant, numero inferiores; tamen ego vel propter hoc ipſum vos eo magis laudo, ac gratias majores habeo, quod & audientes dicto fuiſtis, & patriam civibus impletis. Qui enim veſtro more vivunt, multos poſteritati Romanos relinquent. Ita ab initio, quum Romanorum eſſet perquam exiguus numerus, nuptiis ſtudentes, liberosque procreantes, non virtute modo, ſed etiam multitudine hominum, omnes mortales ſuperavimus. Quorum memores nos mortalitatem naturæ convenit perpetua ſtirpis ſucceſſione, quaſi facem aliis ſubinde aliis porrigentibus, compenſare: ut mortalem naturam, qua ſola a divina felicitate abſumus, immortalem mutua ſucceſſione efficiamus. Quam potiſſimum ob cauſam, primus iſte ac maximus, qui nos condidit, deus, quum humanum genus in duas ſecreviſſet partes, ac maſculam unam, alteram muliebrem feciſſet; amorem eis ac neceſſitatem coitus inter ſe indidit, fœcundamque eorum conſuetudinem eſſe voluit: ut ex his, qui ex aliis alii naſcerentur, ſempiternum quoque aliquo modo genus mortale redderet. Quin ipſorum quoque deorum, mares quidam, aliæ feminæ putantur eſſe, genuiſſe alii, alii geniti eſſe traduntur. Adeo etiam iis, quibus nihil harum rerum opus eſt, nuptiæ & procreatio liberum pulchra viſa ſunt. „

3. “ Proinde recte vos deos imitati, ac parentum veſtrorum exempla ſecuti eſtis; ut quo modo vos ii progenerarunt, ita vos aliam ſobolem ſufficiatis: & ſicut iſtos majores veſtros ducitis ac vocatis, ita vos alii ſuos & habeant & appellent: ut quas res præclare geſtas illi vobis cum gloria tradiderunt, eas vos aliis tranſmittatis: quæ bona ii parta vobis reliquerunt, eadem vos aliis ex vobis ortis relinquatis. Quid enim? nonne optima res eſt uxor pudica, cuſtos

§ 4. (l. 14.) διελέξατο τοιάδε] Credibile eſt, ad Dionem perveniſſe has orationes, quales de ſcripto Auguſtus recitavit. Nam ut a Suetonio c. 84. obſervatum, *neque in ſenatu, neque apud populum, neque apud milites locutus eſt unquam, niſi meditata & compoſita oratione, quamvis non deficeretur ad ſubita extemporali facultate. Ac ne periculum memoriæ adiret, aut in ediſcendo tempus abſumeret, inſtituit recitare omnia*, hoc eſt de ſcripto legere.

§ 5. (l. 27.) πολυανθρωπίᾳ] De multitudine aucta populi Romani, conſtat vel ex cenſibus diverſo tempore inſtitutis: cum enim ſub rege Servio Tullio cenſa primum eſſent civium millia LXXX. vel LXXXIV. deinde etiamnum ante bella civilia A. U. C. 667. jam cenſeri contigit millia CCCCLXXX vel CCCCLXXXIII. vide Iſaaci Voſſii Obſervationes p. 26. ſq.

§ 6. (l. 29.) ὥσπερ τινῶν λαμπαδίων] Ex illo Lucretii lib. II. v. 78. *Et quaſi curſores, vitai lampada tradunt.*
De anniverſario lampadum curſu ac certamine, quod triplex Athenis in Ceramico fuit, Minervæ, Vulcani, & Promethei, videndus Joh. Meurſius de populis Atticæ in Κεραμεικός, T. IV. theſauri Gronoviani, p. 727. ſq. & in Græcia feriata lib. V. in voce Λαμπάς. id. T. VII. p. 811. ſq. Solebat autem e juvenibus ludum hunc curſu celebrantibus qui victor eſſet primus, facem tollere, deinde ſequenti ſe tradere, ut ſecundus tertio, atque ita ſimiliter omnes, donec currentium numerus impleretur, ut præter Pauſaniam in Atticis c. 30. aliosque, notat Scholiaſtes Perſii VI. 61. & Juvenalis XV. 141.

§ 7. (l. 35.) τὸ μὲν ἄρρεν, τὸ δὲ θῆλυ] Veriſſimum hoc, etiam ex ſacri ſcriptoris teſtimonio Moſis, Gen. I. 27. ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς, ut non neceſſe ſit cum Juliano p. 191. πολλοὺς ἅμα καὶ πολλὰς a Deo conditos comminiſci.

§ 8. (l. 36.) ἔρωτα καὶ ἀνάγκην] Etiam hoc ex Dei conditoris benedictione ac mandato repetit idem divinus ſcriptor, addens eodem loco: καὶ εὐλόγησεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς, λέγων, αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε καὶ πληρώσατε τὴν γῆν. Lactantius lib. VI. c. 23. *Cum excogitaſſet Deus duorum ſexuum rationem, attribuit iis, ut ſe invicem appeterent, & conjunctione gauderent. — — Quæ cupiditas & appetentia in homine vehementior & acrior invenitur, vel quia hominum multitudinem voluit eſſe majorem, vel quoniam virtutem ſoli homini dedit.*

§ 9. (l. 40.) οἱ μὲν ἄρρενες, αἱ δὲ θήλειαι] Ut Saturnus & Rhea, Jupiter & Juno, Vulcanus & Proſerpina, Mars & Venus, ne de aliis jam dicam, aut repetam, quæ de ſexu & generatione, quam Diis ſuis γεννητοῦ & Deabus Græci & Latini ſcriptores tribuerunt, dixi in Bibliographia antiquaria c. 8. §. 7. & de Theogonia veterum in lib. I. Bibliothecæ Græcæ c. 19. § 3. p. 123. & lib. II. c. 8. § 14.

A.U.C.762 Q. Camerino & C. Sabino COSS.

cuſtos adminiſtratrixque domus, liberorum nutrix; quæ & ſanum exhilarare, & ægrum curare, quæ lætis rebus ſocia eſſe, adverſis conſolari, quæ juventutis furentem impetum coercere, effœtam ſenectæ auſteritatem temperare poſſit? nonne ſuave eſt, ex utriſque natum infantem alere ac educare, imaginem corporis animique ſui, ut in eo adoleſcente alter tute naſcaris? nonne beatiſſimum, vita abeuntem relinquere proprium ac ex te ipſo editum hæredem, qui in facultates ac ſtirpem tuam ſuccedat: cujus ſucceſſione, quando natura tibi humana diſſolvitur, vivas: ne, quod in bello fit, in poteſtate ſis aliena, funditusque velut bello pereas? Hæc commoda privatim eos ſequuntur, qui rei uxoriæ & liberis ſtudent. At vero reipublicæ, cujus cauſa etiam contra animi noſtri ſententiam multa nobis ſunt facienda, qui non ſit & utile & neceſſarium, (ſiquidem urbes & populi debent perſiſtere, ac vos imperare aliis, parere vobis alios, neceſſe eſt) multitudinem eſſe hominum, quæ pacis tempore terram colat, quæ navigationes opportune exerceat, quæ artes & opera tractet: quæ in bello promptior ſit, generis ſui cauſa, ad res tuendas, & ex qua in amiſſorum locum alii poſſint ſubſtitui? Vos itaque ego, o viri, (ſoli enim vos hoc nomen meremini) atque o patres, (hæc enim vobis merito communis eſt mecum appellatio) hac de cauſa & amo, & laudo; præmiisque, quæ conſtitui, orno; ac aliis præterea honoribus etiam, magiſtratibusque decorabo: ut & vos magnos inde fructus percipiatis, & non minores liberis veſtris relinquatis. Nunc vero ad reliquos deſcendam, qui ut omnia veſtris factis diſſimilia egere, ita diverſa quoque omnia habebunt: ut non ex verbis modo, ſed & re ipſa magis adhuc intelligatis, quanto iis vosmet antecellatis. „

4. Hæc locutus, poſtquam nonnullis eorum certa præmia repræſentaſſet, reliqua pollicitus eſſet; digreſſus ad alteros, in hanc eos ſententiam appellavit.

“ Mira quadam ratione me affeciſtis, o vos! ſed quo nomine vos compellabo? virorumne? at virile nihil exhibetis: civium? at quantum in vobis eſt, civitas pereat neceſſe eſt: Romanorum? atqui hoc nomen delere contenditis. Quicunque vero tandem eſtis, aut quocunque nomine vos appellari avetis; inuſitato, inquam, modo a vobis affectus ſum. Solitus enim nihil non ſemper agere, quo magnam veſtrum efficerem multitudinem, nunc vos, cum reprehendendi mihi eſtis, invitus video tam numeroſos:

“ γὰρ οὐκ [10] ἄριστον γυνὴ σώφρων, οἰκουρός, οἰκονό-
“ μος, παιδοτρόφος; ὑγιαίνοντά τε εὐφρᾶναι, καὶ
tuiſſet, cum & arte munitiſſimum caſtellum eſſet, & radices ejus, toto fere circuitu, flumine rapido alluerentur: niſi perfugæ cum eorum locorum incolis, qui pacem expetebant, a ſeditione ad conflictum deſcendiſſent; perfugas etiam mulieribus, quæ Ardubæ erant, adjuvantibus; quæ libertatis contra virorum ſententiam cupidæ, quidvis potius, quam ſervitutem, pati ſtatuerant. Acriter primo dimicatum inter ipſos eſt, ſed tandem inferiores facti perfugæ ceſſerunt, ac quidam eorum effugerunt: mulieres vero, arreptis liberis, aliæ in ignem, aliæ in flumen præcipitavere. Arduba expugnata, cætera quoque huic vicina loca ultro ſe Germanico dediderunt: isque his rebus actis, ad Tiberium rediit; Poſtumius reliqua ſubegit.

16. Sub idem tempus Bato, miſſo ad Tiberium Sceva filio, ſi impunitas ſibi daretur, traditurum ſe ſuosque ei pollicitus eſt: fideque accepta, noctu in caſtra venit, adductusque poſtridie ad Tiberium pro tribunali ſedentem, nullum ſuum periculum deprecatus, caputque etiam tanquam abſcindendum protendens, multa pro reliquis purgandis verba fecit: iterumque a Tiberio, ut ante, interrogatus, qua de cauſa rebellaſſent, bellumque tam diu protuliſſent; eandem, quam prius cauſam eſſe, reſpondit: Romanos in culpa eſſe, qui ad ſuos greges cuſtodiendos, non canes, neque paſtores, ſed lupos mitterent. Hoc modo bellum id iterum confectum eſt, quod Romanis magna hominum, maxima pecuniæ jactura ſtetit: multis ad id legionibus ſtipendio conductis, præda minima capta.

17. Victoriæ nuntium tunc quoque attulit Germanicus, ejusque ergo Auguſto & Tiberio nomen imperatorium denuo datum, ac triumphus decretus, atque inter alios honores, arcus duo triumphales in Pannonia conceſſi. Hæc enim ex multis utrique decretis Auguſtus admiſit. Germanico inſignia triumphalia, (quod aliis etiam ducibus tributum) ac prætorii honores;

μὸς ἐρυμνὸς τοὺς πρόποδας αὐτοῦ κύκλῳ, πλὴν βραχέος, περιέῤῥει. ἀλλ' οἱ αὐτόμολοι, στασιάσαντες πρὸς τοὺς ἐπιχωρίους, ἐπειδὴ τῶν σπονδῶν ὠρέγοντο, ἐς χεῖρας αὐτοῖς ἦλθον καὶ συλλαβομένων σφίσι τῶν γυναικῶν τῶν ἐν τῷ τείχει ὄντων, (τῆς τε γὰρ ἐλευθερίας καὶ παρὰ τὴν τῶν ἀνδρῶν γνώμην ἐφίεντο, καὶ πᾶν ὁτιοῦν πρὸ τοῦ δουλεῦσαι παθεῖν ᾑροῦντο) μάχη τε ἰσχυρὰ ἐγένετο, καὶ κρατηθέντες, αὐτοὶ μὲν ἐνέδοσαν, καί τινες αὐτῶν καὶ διέφυγον. αἱ δὲ δὴ γυναῖκες τὰ παιδία ἁρπάσασαι, αἱ μὲν ἐς τὸ πῦρ ἑαυτὰς ἐνέβαλον, αἱ δὲ ἐς ποταμὸν κατεκρήμνισαν. καὶ οὕτω καὶ ἐκείνου τοῦ φρουρίου ἁλόντος, καὶ τὰ ἄλλα τὰ πλησία αὐτῷ ἐθελοντὶ τῷ Γερμανικῷ ὡμολόγησε. καὶ ὁ μὲν, ταῦτα πράξας, πρὸς τὸν Τιβέριον ἀνεχώρησεν [47] ὁ δὲ δὴ Ποσούμιος τὰ λοιπὰ προσκατειργάσατο. D

Κἂν τούτῳ καὶ ὁ Βάτων, Σκευᾶν τὸν υἱὸν πρὸς Τιβέριον πέμψας, παραδώσειν οἱ καὶ ἑαυτὸν καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ πάντας ὑπέσχετο, ἂν τῆς ἀδείας τύχῃ. καὶ μετὰ τοῦτο πίστιν λαβὼν, νυκτός τε ἐς τὸ στρατόπεδον αὐτοῦ ἐσῆλθε, καὶ τῇ ὑστεραίᾳ ἐπὶ βήματος αὐτῷ καθημένῳ [e] προαχθεὶς, ὑπὲρ μὲν ἑαυτοῦ οὐδὲν ἐδεήθη, ἀλλὰ καὶ τὴν κεφαλὴν προέτεινεν, ὡς ἀποκοπῆναι· ὑπὲρ δὲ τῶν ἄλλων πολλὰ ἀπελογήσατο. [48] πάλιν δ' ἐρωτηθεὶς ὑπὸ τοῦ Τιβερίου, τί ὑμῖν ἔδοξε καὶ ἀποστῆναι, καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ἡμῖν χρόνον ἀντιπολεμῆσαι; τοῦτ' ἔφη ὅπερ καὶ πρότερον, ὅτι "Ὑμεῖς τούτων αἴτιοι ἐστέ· ἐπὶ γὰρ τὰς ἀγέλας ὑμῶν φύλακας, οὐ κύνας οὐδὲ νομέας, ἀλλὰ λύκους "πέμπετε." ὁ μὲν οὖν πόλεμος αὖθις τοῦτο τὸ τέλος ἔσχε, πολλῶν μὲν καὶ ἀνδρῶν, πλείστων δὲ δὴ καὶ χρημάτων ἀπολομένων. [49] πάμπολλά τε γὰρ ἐς αὐτὸν στρατόπεδα ἐτράφη, καὶ λεία ἐλαχίστη ἑάλω. E 582

Ἀνήγγειλε δὲ καὶ τότε τὴν νίκην ὁ Γερμανικὸς, καὶ ἐπ' αὐτῇ τῷ μὲν Αὐγούστῳ καὶ τῷ Τιβερίῳ, [50] τό, τε τοῦ αὐτοκράτορος ὄνομα προσθέσθαι, καὶ τὸ [51] τὰ ἐπινίκια πέμψαι, ἄλλαι τέ τινες τιμαὶ, καὶ [52] ἀψῖδες ἐν τῇ Παννονίᾳ τροπαιοφόροι δύο ἐδόθησαν. ταῦτα γὰρ ἀπὸ πολλῶν τῶν ψηφισθέντων σφίσιν ὁ Αὔγουστος ἐδέξατο. τῷ δὲ δὴ Γερμανικῷ αἵ τε [53] νικητήριοι τιμαὶ, (ὅπερ που καὶ τοῖς ἄλλοις στρατηγοῖς ὑπῆρξε) καὶ B

e προαχθείς. ſcribendum προσαχθεὶς, L. mox προέτεινεν, HS. L. προσέτεινεν, RS.

§ 47. (l. 60.) ὁ δὲ δὴ Ποσούμιος] Hic eſt Vibius Poſtumius, Vir Conſularis, quem præpoſitum Dalmatiæ, ornamenta meruiſſe triumphalia teſtatur Vellejus lib II. c. 116. Et Vibio perdomandos ab Auguſto datos Dalmatas, ſcribit Florus IV. 12. 11. teſtatus eum, efferum genus fodere terras coegiſſe, aurumque venis repurgare.

§ 48. (l. 70.) πάλιν ἐρωτηθεὶς] Videatur Dio p. 570. E.

§ 49. (l. 77.) πάμπολλά τε στρατόπεδα] Suetonius in Tiberio c. 16. Illyricum hoc bellum notat *graviſſimum omnium bellorum poſt Punica, per XV. legiones, paremque auxiliorum copiam, triennio geſtum, in magnis omnium rerum difficultatibus, ſummaque frugum inopia.*

§ 50. (l. 80.) τό, τε τοῦ αὐτοκράτορος ὄνομα] Auguſtus Imperator viceſimum, Tiberius quartum. vide ad p. 567. E.

§ 51. (l. 81.) τὰ ἐπινίκια πέμψαι] Suetonius Tiberio c. 17. res ejus in Pannonia & Illyrico geſtas celebrans: *quas ob res triumphus ei decretus eſt, multique & magni honores. Cenſuerunt etiam quidam, ut Pannonicus, alii ut invictus, nonnulli ut Pius cognominaretur. Sed de cognomine interceſſit Auguſtus, eo contentum repromittens quod ſe defuncto ſuſcepturus eſſet. Triumphum ipſe diſtulit, mœſta civitate clade Variana.* De triumpho Tiberii poſt biennium celebrato, infra.

§ 52. (l. 82.) ἀψῖδες τροπαιοφόροι] Sic Druſo, *arcum marmoreum in via Appia cum tropæis* decretus a ſenatu; teſte Suetonio in Claudio c. 1. & Dione ſupra p. 549. B. Similiter in Cenotaphio Piſano Caji Cæſaris: *Utique arcus celeberrimo Coloniæ noſtræ loco conſtituatur, ornatus ſpoliis devictarum aut in fidem receptarum ab eo gentium.* Unius ex arcubus hiſce triumphalibus, Dioni in præſenti loco memoratis, pars adhuc ſupereſt Carnunti in Pannonia ſuperiore, ubi nunc eſt vicus S. Petronillæ in ſuperiore Auſtria. vide Lambecium lib. II. de Bibliotheca Vindobonenſi p. 999. ſq.

§ 53. (l. 85.) νικητήριοι τιμαί] Triumphalia ornamenta, poſt Agrippam, de quo p. 538. D. pluribus tributa ab Auguſto teſtatur Suetonius c. 38. & multis locis ipſe Dio annotavit. Erant autem in triumphalibus ornamentis ſcipio eburneus cum aquila, ſella curulis, corona aurea, laurea corona, prætexta ſive trabea triumphalis, toga picta, ſtatua laureata, ſacrificia, ſupplicationes decretæ, appellatio imperatoris. vide Onufrium Panvinium de Triumpho c. 6. T. IX. theſauri Græviani p. 1392. Ad triumphalia ornamenta refer, quod Germanicum etiam triumphalem cauſas oraſſe ſcribit Suetonius Caligula c. 3.

§ 54. (l. 87.) καὶ αἱ στρατηγικαὶ] Sic Tiberio prætorios honores tributos, antequam Prætor fieret, dictum eſt p. 527. E. 534. B. & Druſo p. 536. D. 544. B. Marcello quoque p. 516. C. Hæc ſunt *Ornamenta prætoria*, quæ Pallanti a Senatu decreta indignatur Plinius VII. 29. Epiſt. Ælio Sejano refert Dio p. 616. D. Macroni p. 629. D. Herodi p. 670. B. Erant autem latus clavus, toga prætexta, paludamentum & curulis ſella, ut notant viri docti ad Taciti XII. 21.

§ 55. (l. 87.) τὴν γνώμην πρώτῳ] Primum Conſulares rogati in ſenatu ſententiam dicebant, deinde prætorii, hinc ædilitii, ut notant viri docti ad Ciceronis XII. 21. ad Atticum. infra p. 646. B.

[54] καὶ αἱ στρατηγικαί, τό, τε [55] τὴν γνώμην πρώτῳ μετὰ τοὺς ὑπατευκότας ἀποφαίνεσθαι, καὶ τὸ [56] τὴν ὑπατείαν θᾶσσον παρὰ τὸ νενομισμένον λαβεῖν· καὶ τῷ
C Δρούσῳ δὲ, τῷ Τιβερίου υἱεῖ, καίτοι μὴ μετασχόντι τοῦ πολέμου, καὶ [57] ἐς τὸ συνέδριον συμφοιτᾷν, πρὶν βουλεῦσαι, καὶ ἐπειδὰν ταμιεύσῃ, γνώμην [58] πρὸ τῶν ἐστρατηγηκότων ποιεῖσθαι, ἐψηφίσθη.

[59] Ἄρτι δὲ ταῦτα ἐδέδοκτο, καὶ ἀγγελία δεινὴ ἐκ τῆς Γερμανίας ἐλθοῦσα ἐκώλυσε σφᾶς διεορτάσαι. ἐν γὰρ τῷ αὐτῷ ἐκείνῳ χρόνῳ, καὶ ἐν τῇ Κελτικῇ τάδε συνηνέχθη. εἶχόν τινα οἱ Ῥωμαῖοι αὐτῆς, οὐκ ἀθρόα, ἀλλ' ὥς που καὶ ἔτυχε χειρωθέντα, (διὸ οὐδὲ ἐς ἱστορίας μνήμην ἀφίκετο) καὶ στρατιῶταί τε
D αὐτῶν ἐκεῖ ἐχείμαζον, καὶ πόλεις ᾠκίζοντο· ἔς τε τὸν κόσμον σφῶν οἱ βάρβαροι μετερρυθμίζοντο, καὶ ἀγορὰς ἐνόμιζον, συνόδους τε εἰρηνικὰς ἐποιοῦντο. οὐ μέντοι καὶ τῶν πατρίων ἐθῶν, τῶν τε συμφύτων τρόπων, καὶ τῆς αὐτονόμου διαίτης, τῆς τε ἐκ τῶν ὅπλων ἐξουσίας, ἐκλελησμένοι ἦσαν. καὶ διὰ τοῦτο, [f] τέως μὲν κατὰ βραχὺ καὶ ὁδῷ τινι μετὰ φυλακῆς μετεμάνθανον αὐτὰ, οὔτε ἐβαρύνοντο τῇ τοῦ βίου μεταβολῇ, καὶ ἐλάνθανον σφᾶς ἀλλοιούμενοι. ἐπεὶ δὲ ὁ Οὔαρος ὁ Κυντίλιος, [g] μετὰ
E [60] τὴν τῶν Σύρων ἀρχὴν, τήν τε ἡγεμονείαν τῆς Γερμανίας λαβὼν, καὶ τὰ παρ' ἐκείνοις ἐκ τῆς ἀρχῆς διοικῶν, ἔσπευσεν αὐτοὺς ἀθροώτερον [h] μεταστῆσαι, καὶ τά τε ἄλλα ὡς καὶ δουλεύουσι σφίσιν ἐπέταττε, καὶ χρήματα ὡς καὶ παρ' ὑπηκόων [i] ἔπρασσεν· [61] οὐκ ἠνέσχοντο, ἀλλ' οἵ τε πρῶτοι, τῆς πρόσθεν δυναστείας ἐφιέμενοι, καὶ τὰ πλήθη τὴν συνήθη κατάστασιν πρὸ τῆς ἀλλοφύλου δεσποτείας προτιμῶντες, ἐκ μὲν τοῦ φανεροῦ οὐκ ἀπέστησαν, πολλοὺς μὲν πρὸς τῷ Ῥήνῳ, πολλοὺς δὲ καὶ ἐν τῇ σφετέρᾳ τῶν Ῥω-
583 μαίων ὁρῶντες ὄντας· δεξάμενοι δὲ τὸν Οὔαρον, ὡς καὶ πάντα τὰ προσταττόμενα σφίσι ποιήσοντες, προήγαγον αὐτὸν πόῤῥω που ἀπὸ τοῦ Ῥήνου, [62] ἔς τε τὴν Χερουσκίδα καὶ πρὸς τὸν [k] Οὐίσουργον. κἀνταῦθ' εἰρηνικώτατα καὶ φιλικώτατα διαγαγόντες,

res; utque primus ſecundum conſulares diceret ſententiam, & legibus in petendo conſulatu ſolutus, eum citius peteret: Druſo, Tiberii filio, etſi is in belli nulla parte fuerat, ut in ſenatum, priusquam allectus in eum ordinem eſſet, veniret; ac quæſtura acta, ante prætorios ſententiam diceret, decretum fuit.

A.U.C. 763 Corn. Dolabella & Jun. Silano COSS.

18. His ſenatusconſultis recens factis, adverſus ex Germania allatus nuntius triumphos eorum impediit. Nam eodem tempore in Germania hæc quæ nunc dicam acciderunt. Loca ejus quædam Romani tenebant, non vicina invicem, ſed ut forte ſubacta fuerant, ſparſa: quam ob cauſam nec in hiſtoriis ulla fit eorum mentio. Iis in locis hyberna Romani milites habebant, colonias condebant; mores eorum jam barbari accipere, ad nundinas ſtatas convenire, congreſſusque cum iis pacatos habere. Neque tamen patriarum conſuetudinum, morum innatorum, libertatis, armorumque potentiæ obliti penitus fuerant. Itaque dum paulatim, & pedetentim quodammodo, cautione adhibita, ea dediſcerent; mutationem vitæ ſuæ adeo non gravate ferebant, ut eam ne ſentirent quidem. Ubi vero Quintilius Varus, Germaniæ poſt adminiſtratam Syriam præfectus, rebus ibi gubernandis ſuſceptis, inſtituit eam gentem ſubito ſimulque transformare, & cum cætera ipſis tanquam ſervituti ſubjectis imperare, tum pecunias ut a ſubditis exigere: Germani ejus inceptum non tulerunt, primoribus ipſorum amiſſum principatum deſiderantibus, vulgo conſuetam rerum conſtitutionem peregrinæ dominationi anteferente. Quia autem Romanos multos apud Rhenum, multos apud ſe verſari videntes, rebellionem palam tentare non audebant; Varum ita acceperunt, ut omnibus ejus juſſis obtemperaturi viderentur: proculque eum a Rheno in Cheruſcorum fines, & ad flumen Viſurgim abduxerunt. Ibi ſumma in pace ac amicitia erga eum viventes, in hanc eum opinionem adduxere,

f τέως. ἕως Xiph. recte, L. ſed neque τέως reprehendendum exiſtimo. *g* μετὰ τὴν τῶν Σύρων ἀρχήν. hæc verba deſunt in edit. RS. & Leon. inſerenda ex Xiph. duxit X. exhibentque HS. & L. *h* μεταστῆσαι. ſic & Z. & editones Xiph. ſed μεθιστᾶναι, ibi habent Coisl. & Br. *i* ἔπρασσεν. ita & Z. ἐξέπρασσεν, Xiph. utrumque recte dicitur. *k* Οὐίσουργον. Οὐσίσουργον, RS. quod emendatum a X. receperunt ſequentes.

§ 56. (l. 88.) τὴν ὑπατείαν θᾶσσον] Ex lege veteri annali conſulatum non licebat ambire niſi nato annos XLIII. ſed illa, ut ipſe Auguſtus pridem ſolutus eſt p. 320. E. ſic ipſe ſolvit alios, ut Marcellum ac Tiberium p. 516. A. B. & Druſum p. 527. E. De Conſulatu Germanici dicetur p. 587. A. de Druſi p. 588. B. cujus etiam Quæſturæ mentio p. 586. D.

§ 57. (l. 91.) ἐς τὸ συνέδριον συμφοιτᾷν] Ita Cajo Cæſari conceſſam τὴν ἐς τὸ συνέδριον συμφοίτησιν, notavit Dio p. 554. C. In lapide Ancyrano: *Cajus & Lucius, filii mei, ex eo die quo deducti erunt in forum, ut intereſſent conſiliis meis, decrevit Senatus.* Sicuti olim ſenatoribus Romæ mos fuit, in curiam ſecum prætextatos filios adducere, ut notum vel ex narratione de Papyrio prætextato apud Gellium lib. I. c. 23. Suetonius c. 38. *Liberis ſenatorum, quo celerius reipb. adſueſcerent, protinus virilem togam, latum clavum induere, & curiæ intereſſe permiſit.* Nam id alioqui poſt Papyrii factum Romæ prætextatis non licebat. vide p. 640. C.

§ 58. (l. 92.) πρὸ τῶν ἐστρατηγηκότων] Idem plane hoc, quod modo dixit tributum eſſe Germanico, ut ſtatim poſt conſulares in ſenatu ſententiam diceret.

§ 59. (l. 94.) Ἄρτι δὲ ταῦτα ἐδέδοκτο] Vellejus II. 117. *Tantum quod ultimam impoſuerat Pannonico ac Dalmatico bello Cæſar manum, cum intra quinque conſummati tanti operis dies funeſtæ ex Germania epiſtolæ, cæſi Vari, trucidatarumque legionum trium, totidemque alarum & ſex cohortium.*

§ 60. (l. 12.) μετὰ τὴν τῶν Σύρων ἀρχήν] P. Quintilius Sexti F. Varus, qui Conſul cum Tiberio fuerat, A. U. C. 741. ſupra p. 539. A. & Syriæ præfecturam, C. Sentii Saturnini ſucceſſor gerere cœpit A. 747. quod & numi ejus apud illuſtriſſimum Noriſium Diſſ. III. de Epochis Syromacedonum c. 7. confirmant. Certe inter Conſulatum ejus & præfecturam, quinque annos intercedere oportet, ex conſtitutione Auguſti, de qua ad p. 505. C. Qualem vero in Syria ſe geſſerit, idem Vellejus c. 118. oſtendit: *pecuniæ quam non contemtor, Syria cui præfuerat declaravit, quam pauper divitem ingreſſus, dives pauperem reliquit.* In Germaniam veniſſe circa A. U. C. 760. contendit V. C. Nic. Hieron. Gundlingius Diſſ. erudita de hoc Varo, inſerta Gundlingianis XXIV. 1. p. 328.

§ 61. (l. 17.) οὐκ ἠνέσχοντο] Florus IV. 12. 30. *Germani victi magis quam domiti erant, moresque noſtros magis quam arma ſub imperatore Druſo ſuſpiciebant: poſtquam vero ille defunctus, Vari Quinctilii libidinem ac ſuperbiam haud ſecus quam ſævitiam odiſſe cœperunt.*

§ 62. (l. 25.) ἐς τὴν Χερουσκίδα] Sic vocat etiam p. 544. C. alibi ut p. 548. Χερουσκίαν, ubi etiam de Viſurgi flumine, Arminium & Segeſtem Cheruſcorum fuiſſe principes, innuit Strabo VII. p. 291.

A.U.C. 763 Corn. Dolabella & Jun. Silano COSS.

adduxere, quaſi poſſent abſque militum opera in ſervitute contineri.

19. Igitur Varus neque milites, quod in hoſtico fieri debet, uno loco continuit; & multos ex ſuis hinc inde dedit petentibus infirmioribus, quaſi ad præſidia locorum quorundam, vel ad comprehendendos latrones, vel ad commeatuum ſubvectiones. Erant præcipui inter eos, qui conſpiraverant, ducesque inſidiarum & belli, quod tum conflabatur, Arminius & Segimerus, ſemper cum Varo verſati, ſæpiusque convivantes. Fidente jam rebus Varo, & nihil mali exſpectante, ac non modo fidem omnem derogante iis, qui rem ut erat ſuſpicati, eum ut ſibi caveret monebant; ſed objurgante etiam eos, quod fruſtra ſibi timerent, ac illos calumniarentur: repente ex compoſito quidam longius remoti Germani inſurgunt, nimirum ut contra eos proficiſcens Varus, in itinere opportunior cladi eſſet, quum ſe per amicorum regionem ire arbitraretur; neve, ſimul omnibus bellum ſubito moventibus, ſibi caveret. Id conſilium eventu comprobatum fuit. Nam & exercitum abducentem deduxerunt, & ipſi, velut auxilia paraturi, ac celeriter ſubſidio venturi, domi remanſerunt. Mox acceptis copiis ſuis, quæ jam in promptu certo quodam loco erant, & occiſis, quos ante ab eo impetratos quisque ſecum habebat, militibus; in ſilvis eum jam inviis hærentem aſſecuti, repente pro ſubditis hoſtes ſe eſſe oſtenderunt, ac mala Romano exercitui multa ac gravia intulerunt.

20. Erant enim montes, convallibus crebris intercepti, ac inæquales; arbores autem denſæ, ac immodicæ proceritatis, quibus Romani etiam ante hoſtis adventum cædendis, viaque patefacienda, & pontibus ubi opus erat faciundis, defatigati fuerant. Currus autem, & jumenta impedimentis ferendis agebant ſecum plurima, ut in pace: ſequebantur etiam non pauci pueri ac mulieres, calonesque magno numero: qua de cauſa etiam diſſipato agmine iter faciebant. Interim pluvia cum magno vento ſuperveniens, magis adhuc eos diſperſit: ſolumque lubricum ad radices & truncos arborum redditum, greſſus quam maxime lapſui obnoxios efficiebat: tum arborum ſumma confracta, ac dejecta, eos perturbabant. His difficultatibus Romanos tum impeditos, Germani undiquaque ſimul per ipſas denſiſſimas

γεγονότες, πίστιν αὐτῷ παρέχειν ὡς καὶ ἄνευ στρατιωτῶν δουλεύειν δυνάμενοι.

Οὔτ' οὖν τὰ στρατεύματα, ὥσπερ εἰκὸς ἦν ἐν πολεμίᾳ, συνεῖχε, καὶ ἀπ' αὐτῶν συχνοὺς αἰτοῦσι τοῖς ἀδυνάτοις, ὡς καὶ ἐπὶ φυλακῇ χωρίων τινῶν, ἢ καὶ λῃστῶν συλλήψεσι, παραπομπαῖς τέ τισι τῶν ἐπιτηδείων, διέδωκεν. ἦσαν δὲ οἱ μάλιστα συνομόσαντες, καὶ ἀρχηγοὶ τῆς τε ἐπιβουλῆς καὶ τοῦ πολέμου γενόμενοι, ἄλλοι τε, [63] καὶ [l] Ἀρμένιος καὶ Σηγίμερος, συνόντες τε αὐτῷ ἀεὶ, καὶ συνεστιώμενοι πολλάκις. Θαρσοῦντος οὖν αὐτοῦ, καὶ μήτε τι δεινὸν προσδεχομένου, καὶ πᾶσι τοῖς [m] τό, τε γιγνόμενον ὑποτοποῦσι, καὶ φυλάττεσθαι οἱ παραινοῦσιν, [64] οὐχ ὅπως ἀπιστοῦντος, ἀλλὰ καὶ ἐπιτιμῶντος, ὡς μάτην αὐτοῖς τε ταραττομένοις, καὶ ἐκείνους διαβάλλουσιν· ἐπανίστανταί τινες πρῶτοι τῶν ἄπωθεν αὐτοῦ οἰκούντων ἐκ παρασκευῆς, ὅπως ἐπ' αὐτοὺς ὁ Οὔαρος ὁρμήσας, εὐαλωτότερος σφίσιν ἐν τῇ πορείᾳ, ὡς καὶ διὰ φιλίας ἰὼν, γένηται, μηδὲ ἐξαίφνης πάντων ἅμα πολεμωθέντων αὐτῷ, φυλακήν τινα ποιήσηται. καὶ ἔσχεν οὕτω· [n] προεπέτρεψάν τε γὰρ ἐξορμῶντα, καὶ παρέμενον ὡς καὶ τὰ συμμαχικὰ παρασκευάσοντες, καὶ διὰ ταχέων οἱ προσβοηθήσοντες. τάς τε δυνάμεις ἐν ἑτοίμῳ [o] πη οὔσας παρέλαβον, καὶ ἀποκτείναντες τοὺς παρὰ σφίσιν ἕκαστοι στρατιώτας, οὓς πρότερον ᾐτήκεσαν, ἐπῆλθον αὐτῷ ἐν ὕλαις ἤδη δυσεκβάτοις ὄντι. κἀνταῦθα ἅμα τε ἀνεφάνησαν πολέμιοι ἀνθ' ὑπηκόων ὄντες, καὶ πολλὰ καὶ δεινὰ εἰργάσαντο.

Τά τε γὰρ ὄρη, καὶ φαραγγώδη καὶ ἀνώμαλα, καὶ τὰ δένδρα καὶ πυκνὰ καὶ ὑπερμήκη ἦν ὥστε τοὺς Ῥωμαίους καὶ πρὶν τοὺς πολεμίους σφίσι προσπεσεῖν, ἐκεῖνά τε τέμνοντας καὶ ὁδοποιοῦντας, γεφυροῦντάς τε τὰ τούτου δεόμενα, πονηθῆναι. ἦγον δὲ καὶ ἁμάξας πολλὰς, καὶ [p] νωτοφόρα πολλὰ, ὡς καὶ ἐν εἰρήνῃ· παῖδές τε οὐκ ὀλίγοι καὶ γυναῖκες, ἥ τε ἄλλη θεραπεία συχνὴ αὐτοῖς συνείπετο· ὥστε καὶ κατὰ τοῦτο ἐσκεδασμένῃ τῇ ὁδοιπορίᾳ χρῆσθαι. κἀν τούτῳ καὶ ὑετὸς καὶ ἄνεμος πολὺς ἐπιγενόμενοι ἔτι καὶ μᾶλλον σφᾶς διέσπειραν· τό, τε ἔδαφος ὀλισθηρὸν περί τε ταῖς ῥίζαις 58 καὶ περὶ τοῖς στελέχεσι γενόμενον, σφαλερώτατα αὐτοὺς βαδίζειν ἐποίει, καὶ τὰ ἄκρα τῶν δένδρων καταθραυόμενα καὶ καταπίπτοντα διετάρασσεν. ἐν τοιαύτῃ οὖν δή τινι ἀμηχανίᾳ τότε τῶν Ῥωμαίων ὄντων, οἱ βάρβαροι πανταχόθεν ἅμα αὐτοὺς ἐξαπιναίως

l Ἀρμίνιοι. ſic HS. L. Ἀρμίνιος, RS. Ἀρμένιος, L. marg. & Leon. vide F. *m* τό, τε γιγνόμενον. alia, eaque corrupta lectio, τῷ τότε γιγνομένῳ, eſt apud RS. quam ſic corrigendam eſſe oſtendit X. nec erat ratio cur retinerent ceteri. *n* προεπέτρεψαν. *cohortati ſunt*, reddit X. ſenſus tolerabilis; at ſupponens non hanc vocem corruptam, ſed προέπεμψαν. ſi modo & hoc genuinum eſt: nam προέπεμψαν habet V. b. quod in verſione expreſſi. *o* ἐν ἑτοίμῳ πη οὔσας. ſic ex emendatione Xyl. ſcribunt HS. & L. ἐν ἑτοίμῳ ποιοῦσας, RS. *p* νωτοφόρα. ſic Xyl. pro Roberti νωτοφόρα. Xylandrum ſequuntur HS, & L.

§ 63. (l. 37.) καὶ Ἀρμένιος καὶ Σηγίμερος] *Armenium* appellant etiam Flori codices & Strabonis: Alii *Arminium*, de quo elaboratum ingenio & diſertum opus habemus illuſtris Lohenſteinii, Germanico conditum ſtylo. Quem *Segimerum* Dio, Velleji codices *Sigimerum* vocant, qui Arminium ejus filium fuiſſe teſtatur. Præterea Tacitus lib. I. c. 68. Annal. *Inguiomerum*. Idem c. 55. ſq. Florus & alii, *Segeſtem* memorant, cujus filiam (Thusneldam Strabo appellat) alteri pactam Arminius rapuerat & uxorem habebat.

§ 64. (l. 42.) οὐχ ὅπως ἀπιστοῦντος] Florus IV. 12. 33. *Tanta erat Varo pacis fiducia, ut ne prædicta quidem, & prodita per Segeſtem, unum principum, conjuratione commoveretur.* Vellej. II. 118. *Negat ſe credere, ſpemque in ſe benivolentiæ ex merito æſtimare profitetur. Nec diutius poſt primum indicem ſecundo relictus locus.* Quod apud Dionem ſequitur, ἀλλὰ καὶ ἐπιτιμῶντος, eo pertinet quod eſt apud eundem Vellejum c. 119 *Cum ne pugnandi quidem egregie occaſio, in quantum voluerant, data eſſet miſeris, caſtigatis etiam quibusdam gravi pœna, quia Romanis & armis & animis uſi fuiſſent.*

§ 65. (l. 93.) ἔς τε ὕλας ἄνδρες] Locum cladis Varianæ, ex Tacito, illuſtriſſimus Furſtenbergius in monumentis Paderbornenſibus p. 20. definit ultimam Bructerorum ſedem inter Amiſiam

ναίως δι' αὐτῶν τῶν λοχμωδεστάτων, ἅτε καὶ ἔμπειροι τῶν [q] τριμμῶν ὄντες, περιεστοιχίσαντο· καὶ τὸ μὲν πρῶτον πόῤῥωθεν ἔβαλον, ἔπειτα δὲ, ὡς ἠμύνετο μὲν οὐδεὶς, ἐτιτρώσκοντο δὲ πολλοὶ, ὁμόσε αὐτοῖς ἐχώρησαν. οἷα γὰρ οὔτε ἐν τάξει τινὶ, B ἀλλ' ἀναμὶξ ταῖς τε ἁμάξαις καὶ τοῖς ἀόπλοις πορευόμενοι, οὔτε συστραφῆναί πῃ ῥᾳδίως δυνάμενοι, ἐλάττους τε καθ' ἑκάστους τῶν ἀεὶ προσμιγνύντων σφίσιν ὄντες, ἔπασχον μὲν πολλὰ, ἀντέδρων δὲ οὐδέν.

Αὐτοῦ τε οὖν ἐστρατοπεδεύσαντο, χωρίου τινὸς ἐπιτηδείου (ὥς γε ἐν ὄρει ὑλώδει ἐνεδέχετο) λαβόμενοι, καὶ μετὰ τοῦτο τάς τε πλείους ἁμάξας καὶ τἆλλα τὰ μὴ πάνυ σφίσιν ἀναγκαῖα, τὰ μὲν κατακαύσαντες, τὰ δὲ καὶ καταλιπόντες, συντεταγμένοι μέν πῃ μᾶλλον τῇ ὑστεραίᾳ ἐπορεύθησαν, ὥστε καὶ C ἐς ψιλόν τι χωρίον προχωρῆσαι· οὐ μέντοι καὶ ἀναιμωτὶ ἀπήλλαξαν. ἐντεῦθεν δὲ ἄραντες, [65] ἔς τε ὕλας αὖθις ἐσέπεσον, καὶ ἠμύνοντο μὲν πρὸς τοὺς προσπίπτοντας σφίσιν, οὐκ ἐλάχιστα δὲ δὴ καὶ κατὰ τοῦτο αὐτὸ ἔπταιον. συστρεφόμενοι γὰρ ἐν στενοχωρίᾳ, ὅπως ἀθρόοι ἱππεῖς τε ὁμοῦ καὶ ὁπλῖται ἐπιτρέχωσιν αὐτοῖς, πολλὰ μὲν περὶ ἀλλήλοις, πολλὰ δὲ καὶ περὶ τοῖς δένδροις ἐσφάλλοντο. τότε γὰρ [r] ἡμέρα πορευομένοις σφίσιν ἐγένετο, καὶ αὐτοῖς ὑετός τε αὖθις λάβρος καὶ ἄνεμος μέγας προσπεσὼν, οὔτε ποι D προϊέναι, οὔθ' ἵστασθαι παγίως ἐπέτρεπεν, ἀλλὰ καὶ τὴν χρῆσιν σφᾶς τῶν ὅπλων ἀφείλετο. οὔτε γὰρ τοῖς τοξεύμασιν, οὔτε τοῖς ἀκοντίοις, ἢ ταῖς γε ἀσπίσιν (ἅτε καὶ διαβρόχοις οὔσαις) καλῶς χρῆσθαι ἐδύναντο. τοῖς γὰρ πολεμίοις, ψιλοῖς τε τὸ πλεῖστον οὖσι, καὶ τὴν ἐξουσίαν καὶ τῆς ἐφόδου καὶ τῆς ἀναχωρήσεως ἀδεᾶ ἔχουσιν, ἧττόν που ταῦτα συνέβαινε. πρὸς δ' ἔτι, αὐτοί τε πολὺ πλείους γεγονότες, (καὶ γὰρ τῶν ἄλλων τῶν πρότερον περισκοπούντων συχνοὶ ἄλλως τε καὶ ἐπὶ τῇ λείᾳ συνῆλθον) καὶ ἐκείνους ἐλάττους E ἤδη ὄντας (πολλοὶ γὰρ ἐν ταῖς πρὶν μάχαις ἀπολώλεσαν) καὶ ἐκύκλουν τε ῥᾷον καὶ κατεφόνευον· ὥστε καὶ τὸν Οὔαρον καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς [s] λογιμωτάτους, φοβηθέντας μὴ ἤτοι ζωγρηθῶσιν, ἢ καὶ πρὸς τῶν ἐχθίστων ἀποθάνωσι, (καὶ γὰρ τετρωμένοι ἦσαν) ἔργον δεινὸν μὲν, ἀναγκαῖον δὲ, τολμῆσαι· [66] αὐτοὶ γὰρ ἑαυτοὺς ἀπέκτειναν.

Ὡς δὲ τοῦτο διηγγέλθη, οὐδὲ τῶν ἄλλων οὐδεὶς ἔτι, εἰ καὶ ἐῤῥωτό τις, ἠμύνατο· ἀλλ' οἱ μὲν τὸν ἄρχοντα σφῶν ἐμιμήσαντο, οἱ δὲ, καὶ τὰ ὅπλα παρέντες, ἐπέτρεπον σφᾶς τῷ βουλομένῳ φονεύειν. φυγεῖν γὰρ οὐδ' εἰ τὰ μάλιστά τις ἤθελεν, ἐδύνατο. [67] ἐκόπτετό τε οὖν ἀδεῶς πᾶς καὶ ἀνὴρ καὶ ἵππος. κἂν πάν-

τες

denſiſſimas ſilvas, quippe callium periti, ſubito A.U.C. 763 Corn. Dolabella & Jun. Silano COSS. conſectati circumvenere, ac initio eminus tantum impetiere: poſt, quum nemo ſe defenderet, multi vulnerarentur, comminus congreſſi ſunt. Nempe nullo ordine, promiſcuo agmine inter currus & inermes proficiſcentes Romani, neque coire inter ſe facile poterant, ac pauciores ubique a pluribus quum invaderentur, multa incommoda paſſi ſunt, reddiderunt nullum.

21. Quare locum ibi, ut in monte ſilvis obſito, opportunum nacti, caſtra fecerunt; hinc majori curruum, & quibus carere poſſent, impedimentorum parte combuſta, aut relicta, magis compoſito agmine poſtridie progreſſi ſunt in locum nemore vacuum, neque hoc quidem ſine ſuorum cæde. Inde profecti iterum in ſilvas inciderunt: & quum ab invadentibus hoſtibus ſe conarentur defendere, haud parum hoc ipſis ad cladem contulit. Nam in arctum contracto exercitu, ut confertim equites ſimul peditesque in hoſtem incurrerent, multa ſibi invicem ipſi damna dederunt, multa ab arboribus paſſi ſunt. Illuxerat jam dies, ipſique in itinere verſabantur, cum rurſum effuſus imber, ventusque vehemens eos adortus eſt, ſic ut neque procedere, neque conſiſtere firmiter poſſent: quin & uſus armorum ipſis ademptus eſt, ut neque ſagittas, neque pila, neque ſcuta, quippe madentia, commode tractare poſſent. Ea hoſti, quod plerique levis erant armaturæ, ac aggredi regredique tuto poterant, minus eveniebant. Jam & numero aucti Germani erant, quum permulti ante ambigui, nunc vel prædæ cauſa ſe eis adjungerent: quo facilius Romanos, qui multos jam prioribus cladibus ſuorum amiſerant, & circumdabant, & trucidabant. Ideo Varus, aliique primores, acceptis jam vulneribus, quum metuerent, ne vel in hoſtium poteſtatem vivi venirent, vel ab infenſiſſimo hoſte interficerentur, ſibi manus ipſi attulerunt, rem duram quidem, neceſſariam tamen auſi.

22. Horum audita morte, nemo jam etiam eorum, quibus robur ſuppetebat, ſe defendit; ſed alii ducis ſui exemplum imitati ſunt, alii armis abjectis cædere volentibus ſe præbuerunt. Nam fugere quidem, etiamſi maxime vellet, nemo poterat. Itaque jam nullo impediente metu, viri omnes equique cædebantur: omnesque

Romani

q τριμμῶν. τρίβων, V. b. minus recte. r ἡμέρα πορευομένοις σφίσιν ἐγένετο. vix dubitem reponere: ἡ ἡμέρα πορευομένοις σφίσιν ἐξεγένετο, L. opponens huic pag. 585. A. νὺξ ἐπεγένετο. s λογιμωτάτους. ita & Z. ſed ἐλλογιμωτάτους, Xiph. quod præfert L. & N.

ſiam & Luppiam amnes, haud procul Teutoburgenſi ſaltu: & memoriam ejus in pluribus etiamnum locorum nominibus obſervat ſupereſſe, p. 24. qualia ſunt, *Varisberga*, *Variburgum*, *Varenholtum*, in comitatu Lippienſi, in Diœceſi Monaſterienſi *Varendorpium*, *Winnfelt*, quaſi victoriæ campum dixeris, aliaque.

§ 66. (l. 18.) αὐτοὶ ἑαυτοὺς ἀπέκτειναν] Vellejus II. 119. Du[illegible] *ad moriendum quam ad pugnandum animi fuit, quippe paterni avitique exempli ſucceſſor, ſe ipſe transfixit.* Inde cladem hanc breviter traditurus, *juſtis* inquit *voluminibus, ut alii, ita nos conabimur exponere. Nunc ſumma deflenda eſt.* Suo ictu mortem inveniſſe Varum, teſtatur etiam Tacitus lib. I. Annal. c. 61. Atrocitatem ejus, & Germanorum in captivos crudelitatem, paucis ſed graviter perſtringit etiam Florus loco laudato.

§ 67. (l. 24.) ἐκόπτετό τε οὖν ἀδεῶς] Zonaras, p. 542. B. Dionem hactenus ſecutus, docet nos hic a breviatore libri omiſſa quædam eſſe. Nam poſt verba ἐκόπτοντο οὖν ἀδεῶς, ſic pergit: καὶ τὰ ἐρύματα πάντα κατέσχον οἱ βάρβαροι, πλὴν ἑνός· περὶ ὃ ἀσχοληθέντες, οὔτε τὸν Ῥῆνον διέβησαν, οὔτ' ἐς τὴν Γαλατίαν ἐσέβαλον. ἀλλ' οὐδ' ἐκεῖνο χειρώσασθαι ἠδυνήθησαν, ἐπεὶ μήτε πολιορκεῖν ἠπίσταντο, καὶ τοξόταις οἱ Ῥωμαῖοι συχνοῖς ἐχρῶντο, ἐξ ὧν καὶ ἀνεκόπτοντο, καὶ πλεῖστοι ἀπώλλυντο. μετὰ δὲ τοῦτο πυθόμενοι, φυλακὴν τοῦ Ῥήνου τοὺς Ῥωμαίους πεποιῆσθαι, καὶ τὸν Τιβέριον σὺν βαρεῖ προσελαύνειν στρατεύματι, οἱ μὲν πολλοὶ ἀπανέστησαν τοῦ ἐρύματος· οἱ δ' ὑπολειφθέντες ἀποστάντες αὐτοῦ, ὥστε μὴ αἰφνιδίοις ἐπεξελεύσεσι τῶν ἔνδον κακοῦσθαι, τὰς ὁδοὺς ἐτήρουν, σπάνει σιτίων αἱρήσειν ἐλπίσαντες αὐτούς. οἱ δ' ἔνδον ὄντες Ῥωμαῖοι, ἕως μὲν εὐπόρουν τροφῆς, κατὰ χώραν

ἔμενον,

A.U.C.763 Corn. Dolabella & Jun. Silano COSS.

Romani ea die internecione deleti, aut capti fuiſſent, ni Germani diripienda præda occupari cœpiſſent. Sic enim factum eſt, ut robuſtiſſimus quisque auffugeret: ac tubicines, qui cum iis erant, ſignum curſus concinentes, opinionem hoſtibus injecerunt, adeſſe miſſa ab Aſprenate auxilia: jam enim nox ſupervenerat, ut cerni non poſſent. Ea res inhibuit ab inſequendo Germanos: & Aſprenas, cognita re, vere auxilium ſuis tulit. Poſtea temporis nonnulli quoque captorum domum redierunt, redempti a neceſſariis, quibus id conceſſum ea conditione, ut illi extra Italiam manerent.

23. Auguſtus, Variana clade audita, veſtem, ut quidam memorant, laceravit, inque magno luctu fuit propter amiſſum exercitum, metumque de Germaniis Galliisque: maxime, quod eas gentes jam ipſam Italiam ac Romam petituras verebatur, ac neque civium Romanorum juventus magni momenti ſupererat, & ſociorum auxilia, quæ alicujus eſſent pretii, afflicta erant. Nihilominus tamen ad omnia ſe, quantum præſens rerum conditio ferebat, comparavit: & quoniam ii, qui militari eſſent ætate, dare nomina nolebant; ex iis, qui nondum annum quintum & trigeſimum attigiſſent, quintum quemque, ex natu majoribus, decimum quemque, ut ſors in quemvis incidiſſet, bonis privatum, infamia notavit: poſtremo, quum multi ne ſic quidem obedirent, quosdam morte multavit. Igitur collecta, quantam maximam potuit, ex veteranis & libertis per ſortem multitudine, eam manum ſtatim Tiberio celeriter in Germaniam ducendam dedit. Et quia complures Galli ac Germani Romæ verſabantur, partim alia de cauſa

τες ἀπώλοντο, ἢ καὶ ἑάλωσαν, εἰ μὴ οἱ βάρβαροι περὶ τὴν τῆς λείας ἁρπαγὴν ἄσχολοι ἐγένοντο. 585
οὕτω γὰρ οἵ τε ἐῤῥωμενέστατοι πολλοὶ [t] ἀπέσπασαν, καὶ οἱ σαλπιγκταὶ οἱ σὺν αὐτοῖς ὄντες, τροχαῖόν τι συμβοήσαντες, δόξαν τοῖς ἐναντίοις (νὺξ γὰρ ἐγένετο, καὶ οὐχ ἑωρῶντο) ὡς καὶ [68] παρὰ τοῦ Ἀσπρήνου πεπεμμένοι παρέσχον. κἀκ τούτου ἐκεῖνοί τε ἐπέσχον τῆς διώξεως, καὶ ὁ Ἀσπρήνας, μαθὼν τὸ γιγνόμενον, ὄντως σφίσιν ἐπεκούρησε. καὶ τινες μετὰ τοῦτο καὶ τῶν ἑαλωκότων [69] ἀνεκομίσθησαν, λυτρωθέντες ὑπὸ τῶν οἰκείων. ἐπετράπη γὰρ σφίσι B
τοῦτο ποιῆσαι, ἐφ᾽ ᾧ τε ἔξω τῆς Ἰταλίας αὐτοὺς εἶναι. τοῦτο μὲν ὕστερον ἐγένετο.

Τότε δὲ μαθὼν ὁ Αὔγουστος τὰ τῷ Οὐάρῳ συμβεβηκότα, [70] τήν τε ἐσθῆτα (ὥς τινές φασι) περιεῤῥήξατο, καὶ πένθος μέγα ἐπί τε τοῖς ἀπολωλόσι, καὶ ἐπὶ τῷ [71] περί τε τῶν [u] Γερμανιῶν καὶ περὶ τῶν Γαλατιῶν δέει, ἐποιήσατο· τό, τε μέγιστον, ὅτι καὶ [72] ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν τήν τε Ῥώμην αὐτὴν ὁρμήσειν σφᾶς προσεδόκησε. καὶ οὔτε [x] πολιτικὴ οἱ ἡλικία ἀξιόλογος ὑπελέλειπτο, καὶ C
τὰ συμμαχικά, ὧν τι καὶ ὄφελος ἦν, ἐκεκάκωτο. ὅμως δ᾽ οὖν τά τε ἄλλα ὡς ἐκ τῶν παρόντων παρεσκευάσατο· καὶ ἐπειδὴ [y] μηδεὶς τῶν τὴν στρατεύσιμον ἡλικίαν ἐχόντων καταλεχθῆναι ἠθέλησεν, [73] ἐκλήρωσεν αὐτούς, καὶ τῶν μὲν μηδέπω [74] πέντε καὶ τριάκοντα ἔτη γεγονότων, τὸν πέμπτον, τῶν δὲ πρεσβυτέρων τὸν δέκατον ἀεὶ λαχόντα, τήν τε οὐσίαν ἀφείλετο καὶ ἠτίμωσε. καὶ τέλος, ὡς καὶ πάνυ πολλοὶ οὐδ᾽ οὕτω τι αὐτοῦ προετίμων, ἀπέκτεινέ τινας. ἀποκληρώσας δὲ ἔκ τε τῶν ἐστρατευμένων ἤδη, καὶ [75] ἐκ τῶν ἐξελευθέρων, ὅσους D
ἠδυνήθη, κατέλεξε, καὶ εὐθὺς σπουδῇ μετὰ τοῦ Τιβερίου ἐς τὴν Γερμανίαν ἔπεμψεν. ἐπειδή τε συχνοὶ ἐν τῇ Ῥώμῃ καὶ Γαλάται καὶ Κελτοί, οἱ μὲν ἄλλως

t ἀπέσπασαν. non ſatisfacit Xyl. pro hac voce reponens διέσπευσαν, quod aliam habet ſignificationem. vide an magis placeat ἀπέδρασαν. u Γερμανιῶν, & Γαλατιῶν. ſic ediderunt RS. HS. it. Leon. Γαλατιῶν etiam Xiph. non nominata Germania. ſed Γερμανῶν, Γαλατῶν L. altera lectione ad marginem rejecta. nec tamen cauſa erat mutandi: quod intelligitur ex ratione ceſſantis timoris Auguſti: ὅτι αἱ Γερμανίαι ἐφρουρήθησαν, τό τε πολέμιον οὐδὲ ἐπὶ τὸν Ῥῆνον ἐλθεῖν ἐτόλμησε, ut ait Dio infra E. vide & locum Zonaræ § 67. Γερμανικῶν, V. b. x πολιτικὴ οἱ ἡλικία. hinc corrigendus Xiph. qui pro his ſcribit πόλις τίς οἱ. y μηδεὶς vocabulum, omiſſum a RS. ex Xiph. monitu Xylandri, exhibent HS. & L. mox pro πέντε καὶ τριάκοντα, *venticinque anni*, Leon.

ἔμενον, βοήθειαν προσδεχόμενοι· ὡς δὲ οὔτε τις ἐπεκούρει αὐτοῖς, καὶ λιμῷ συνείχοντο, ἐξῆλθον, νύκτα τηρήσαντες χειμέριον (ἦσαν δὲ στρατιῶται μὲν ὀλίγοι, ἄοπλοι δὲ πολλοί) καὶ τὸ μὲν πρῶτον καὶ δεύτερον φυλακτήριον τῶν βαρβάρων παρῆλθον, πρὸς δὲ τῷ τρίτῳ γενόμενοι ἐφωράθησαν, καὶ πάντες ἂν ἀπώλοντο, ἢ καὶ ἑάλωσαν, εἰ μὴ οἱ βάρβαροι περὶ τὴν ἁρπαγὴν τῆς λείας ἐτράποντο, καὶ οἱ σαλπιγκταὶ &c. *& munitis locis omnibus, uno excepto, Barbari potiti ſunt. Ad quod dum adhæreſcunt, neque Rhenum trajecerunt, neque in Galliam impreſſionem fecerunt. Sed neque caſtellum illud potuerunt expugnare, quod ipſi oppugnandi rationem neſcirent, Romani autem magnam vim ſagittariorum haberent, a quibus repellebantur, & plurimi occidebantur. Deinde, cum Rhenum præſidiis teneri a Romanis, & Tiberium cum magnis copiis adventare audiſſent, plerique a caſtello receſſerunt; reliqui, ne ſubitis obſeſſorum excurſionibus infeſtarentur, longius digreſſi, vias occuparunt, ſperantes penuria commeatus eos expugnatum iri. Obſeſſi, dum ſuppetebant cibaria, auxilium exſpectantes, loco ſe continuerunt; ſed cum nemo opem ferret, & fame urgerentur, tempeſtuoſa nocte obſervata egreſſi, (erant autem pauci milites, multi inermes) primas & ſecundas barbarorum excubias fefellerunt; apud tertias demum deprehenſi, omnes aut cæſi aut capti eſſent, niſi barbari ad diripiendam prædam converſi eſſent, & tubicines &c.* Caſtella, quibus barbaros dicit potitos, intelligenda ſunt circa locum Varianæ cladis ſita. REIM.

§ 68. (l. 31.) παρὰ τοῦ Ἀσπρήνου] Idem Vellejus II. 120. *Reddatur verum L. Aſprenati teſtimonium, qui legatus ſub avunculo ſuo Varo militans, nava virilique opera duarum legionum, quibus præerat, exercitum immunem tanta calamitate ſervavit, matureque ad inferiora hiberna deſcendendo, vacillantium etiam cis Rhenum ſitarum gentium animos confirmavit. &c.*

§ 69. (l. 35.) ἀνεκομίσθησαν λυτρωθέντες] Præter morem fere Romanum fuit, milites bello captos redimere, ſicut in bello Punico ſecundo, poſt graviſſimas clades, etiam in ſumma militum paucitate, ſervi armati potius, quam captivi redemti, cum poteſtas parvo illos ære redimendi eſſet, ut narrat *Livius* XXII. c. 58. 59. 60. 61. De oſſibus læſorum, lectis poſtea a Germanico ac conditis, & de aquilis ab eodem & Galba recuperatis, dicetur infra p. 614. E. 670. C.

§ 70. (l. 40.) τήν τε ἐσθῆτα] De hoc more veſtem in luctu lacerandi, dictum ad p. 150. D. Auguſti autem dolorem ſuper clade Variana his verbis deſcribit Suetonius c. 22. *Hac nunciata, excubias per urbem indixit, ne quis tumultus exiſteret: & præſidibus Provinciarum propagavit imperium, ut & a peritis & aſſuetis ſocii continerentur. Vovit & magnos ludos Jovi Optimo Maximo* (ut ſupra p. 569. D.) *ſi Reſpubl. in meliorem ſtatum vertiſſet: quod factum Cimbrico Marſicoque bello erat. Adeo denique conſternatum ferunt, ut per continuos menſes barba capilloque ſubmiſſo caput interdum foribus illideret, vociferans: Quintili Vare, legiones redde: diemque cladis quotannis mæſtum habuerit ac lugubrem.*

§ 71. (l. 42.) περὶ τῶν Γερμανιῶν καὶ Γαλατιῶν] Hinc de Tiberio Vellej. II. 120. *Mittitur ad Germaniam, Gallias confirmat, diſponit exercitus, præſidia munit.* & c. 121. *cum res Galliarum maximæ molis accenſasque plebis Viennenſium diſſenſiones, coercitione magis quam pœna molliſſet.*

§ 72. (l. 44.) καὶ ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν] Sequitur c. 120. apud eundem Vellejum de Tiberio: *ſe magnitudine ſua, non fiducia hoſtium metiens, qui Cimbricam Teutonicamque militiam Italiæ minabantur.* Etiam nemine dubitante, victores Germanos juncturos ſe Pannoniis fuiſſe, ſcribit Suetonius c. 17. Tiber. niſi debellatum prius Illyricum fuiſſet.

ἄλλως ἐπιδημοῦντες, οἱ δὲ καὶ [76] ἐν τῷ δορυφορικῷ στρατευόμενοι ἦσαν, ἐφοβήθη μή τι νεοχμώσωσι· καὶ τούτους μὲν ἐς νήσους τινὰς ἀπέστειλε, τοῖς δ' ἀόπλοις ἐκχωρῆσαι τῆς πόλεως προσέταξε.

Τότε μὲν ταῦτα ἔπραξε, καὶ οὔτ' ἄλλο τι τῶν νομιζομένων ἐγένετο, [77] οὔθ' αἱ πανηγύρεις ἑωρτάσθησαν. μετὰ δὲ τοῦτο ἀκούσας, ὅτι τῶν τε στρατιωτῶν τινες ἐσώθησαν, καὶ αἱ Γερμανίαι ἐφρουρήθησαν, τό, τε πο- E λέμιον οὐδὲ ἐπὶ τὸν Ῥῆνον ἐλθεῖν ἐτόλμησε, τῆς τε ταραχῆς ἀπηλλάγη, καὶ διαγνώμην ἐποιήσατο. τό, τε γὰρ πάθος οὐκ ἄνευ δαιμονίου τινὸς ὀργῆς καὶ μέγα οὕτω καὶ ἀθρόον ἐδόκει οἱ γεγονέναι· καὶ προσέτι καὶ ὑπὸ τῶν τεράτων τῶν πρό τε τῆς ἥττης καὶ μετὰ ταῦτα συμβάντων δεινὴν ὑποψίαν ἐς τὸ θεῖον ἔσχεν. [78] ὅ, τε 586 γὰρ τοῦ Ἄρεως ναός, ὁ ἐν τῷ πεδίῳ αὐτοῦ ὤν, ἐκεραυνώθη, [79] καὶ [a] ἀττέλεβοι πολλοὶ ἐς αὐτὸ τὸ ἄστυ πετόμενοι ὑπὸ χελιδόνων ἀνηλώθησαν· αἵ τε κορυφαὶ τῶν Ἄλπεων συμπεπτωκέναι τε ἐς ἀλλήλας, καὶ [80] κίονας τρεῖς πυροειδεῖς ἀνηκέναι ἔδοξαν· καὶ ὁ οὐρανὸς φλεγομένῳ πολλαχῇ ἐῴκει, [81] ἀστέρες τε κομῆται συχνοὶ ἅμα καταφαινόμενοι· [82] καὶ δόρατα ἀπ' ἄρκτου φερόμενα, πρὸς τὰ τῶν Ῥωμαίων στρατόπεδα προσπίπτειν ἐδόκει· μέλισσαί τε περὶ τοὺς βωμοὺς αὐτῶν κηρία [b] ἀνέ- B πλασσον· καὶ Νίκης τι ἄγαλμα ἔν τε τῇ Γερμανίᾳ ὄν, καὶ πρὸς τὴν πολεμίαν βλέπον, πρὸς τὴν Ἰταλίαν [83] μετεστράφη· καί ποτε καὶ περὶ τοὺς ἀετοὺς τοὺς ἐν τοῖς στρατοπέδοις, ὡς καὶ τῶν βαρβάρων ἐπ' αὐτοὺς ἐσπεπτωκότων, [84] μάχη καὶ ἀγωνισμὸς τῶν στρατιωτῶν διακενῆς ἐγένετο. καὶ ταῦτα μὲν οὕτω τότε συνέβη.

Τῷ δὲ ἑξῆς ἔτει [85] τό, τε Ὁμονόειον ὑπὸ τοῦ Τιβερίου καθιερώθη, καὶ αὐτῷ τό, τε ἐκείνου ὄνομα, καὶ τὸ τοῦ Δρούσου τοῦ ἀδελφοῦ καὶ τεθνηκότος ἐπεγράφη. Μάρκου δὲ Αἰμιλίου μετὰ Σταλιλίου Ταύ- C ρου ὑπατευόντων, [86] Τιβέριος μέν, καὶ Γερμανικὸς ἀντὶ ὑπάτου ἄρχων, ἔς τε τὴν Κελτικὴν ἐσέβαλον, καὶ κατ-

ſa peregre agentes, partim inter prætorianos militantes; veritus, ne quid novi molirentur, hos quidem in inſulas quaſdam amandavit, illos inermes urbe exire juſſit. A.U.C.763 Corn. Dolabella & Jun. Silano COSS.

24. Hæc tum ab Auguſto acta: nec ex more vel cætera, vel ipſi ludi celebrati. Secundum hæc, ubi accepit, nonnullos milites ſuperfuiſſe cladi, Germanias præſidio contineri, hoſtem ne ad Rhenum quidem accedere auſum; terrore liberatus, rem in deliberationem vocavit. Videbatur enim ei hoc tantum ac multiplex malum non ſine divina quadam ira accidiſſe, ſuſpectamque deum voluntatem præterea, propter prodigia, quæ ante, ac poſt eam cladem evenerant, magnopere habebat. Etenim templum Martis, in campo Martio, fulmine tactum fuerat: & locuſtæ multæ in ipſam urbem devolantes, ab hirundinibus conſumptæ: Alpium vertices in ſe invicem corruere, tresque columnas igneas emiſiſſe viſi: cœlum ſæpius ardentis præbuerat ſpeciem: multi ſimul cometæ effulſerant: haſtæ a ſeptentrione latæ, in Romanorum caſtra decidere exiſtimatæ: circa aras eorum apes favos finxerant: quædam Victoriæ ſtatua in Germania, ad hoſtium regionem ſpectans, ad Italiam obverſa: etiam aliquando circa aquilas in exercitu inane militum certamen fuerat, quaſi barbari irrupiſſent.

25. Anno ſequenti Tiberius ædem Concordiæ ſacravit, inſcripto ſuo & fratris Druſi, quamvis vita functi, nominibus. M. autem Æmilio Lepido, & Statilio Tauro conſulibus, Tiberius, & Germanicus, cui proconſulare erat imperium, impreſſionem in Germaniam fecerunt: ac A.U.C.762 M. Lepido & Stat. Tauro COSS.

a ἀττέλεβοι. ἀττέλαβοι, L. ad marg. ſed utrumque reperitur, illud quidem etiam apud Suidam & Heſychium.
b ἀνέπλασσον. ſcribendum ἐνέπλασσον, ut alibi Dio loquitur in Macrino, L. probante F. & N.

§ 73. (l. 51.) *ἐκλήρωσεν αὐτούς*] De delectu & ſortitione militum apud Romanos, & de poenis militiam detrectantium, videndus Lipſius lib. I. de militia, dialogo III. & IV. Ad hunc autem Dionis locum facit, quod de Auguſto Suetonius c. 24. *Equitem Rom. quod duobus filiis adoleſcentibus, cauſa detrectandi ſacramenti, pollices amputaſſet, ipſum bonaque ſubjecit haſtæ: quem tamen, quod imminere emtioni publicanos videbat, liberto ſuo addixit, ut relegatum in agros pro libero eſſe ſineret.*

§ 74. (l. 51.) *πέντε καὶ τριάκοντα*] Ex Dionyſii Halicarnaſſei lib. IV. p. 221. Gellii X. 28. conſtat, ætatem militarem computatam fuiſſe ab anno decimo ſeptimo ad quadrageſimum ſextum, intra quos ſi quis in equitatu annos decem, vel inter pedites ſtipendia viginti meruiſſet, honeſtam vacationem petere potuit. vide ſi placet, quæ idem Lipſius lib. I. Dialogo II.

§ 75. (l. 57.) *ἐκ τῶν ἐξελευθέρων*] Suetonius Auguſto c. 25. ſupra p. 569. C. Vernaculæ multitudinis ex urbe poſt Varianam cladem collectæ, mentio infra p. 605. B.

§ 76. (l. 61.) *ἐν τῷ δορυφορικῷ*] Huc refer, quod idem Suetonius c. 49. notat, *Germanorum manum,* quam huc usque *inter armigeros circa ſe* Auguſtus *habuerat, dimiſſam* ab eo poſt auditam cladem Varianam.

§ 77. (l. 66.) *οὔθ' αἱ πανηγύρεις*] Quæ ob victoriam Pannonicam & Dalmaticam decreta fuerant. ſupra p. 582. B.

§ 78. (l. 74.) *ὅ, τε γὰρ τοῦ Ἄρεως ναός*] Antiquiſſimum hoc templum: nam Martis aram in campo Martio jam memorat lex Numæ Pompilii Regis apud Feſtum in *opimo*. In eodem deinde templo pulvinar Auguſti inter Deos relati dedicatum, referet Dio infra p. 600. B.

§ 79. (l. 76.) *καὶ ἀττέλεβοι*] Locuſtarum, ut mox apum, & p. 534. C. formicarum agmina, dirum omen, hoſtium imminentem multitudinem ſignificare creditum. vide Obſequentem c. 90.

§ 80. (l. 78.) *κίονας τρεῖς πυροειδεῖς*] Alpibus per terræ motum concuſſis, ignes prodierunt, non continui ſed ex intervallis emicantes, ut apud Senecam lib. II. naturalium quæſtionum. c. 26.

§ 81. (l. 80.) *ἀστέρες κομῆται συχνοὶ ἅμα*] Inſolens hoc Aſtrophilis videbitur, multos ſimul Cometas in cœlo conſpiciendos ſe præbuiſſe, cum hodie etiam tuborum adminiculo adhibito, ſæpius quidem quam ſine hoc antea, non niſi ſinguli tamen quovis tempore obſerventur. Sed fortaſſe meteora ignea inter cometas Dio numeravit, qui Auguſti quoque mortem prænunciaſſe ait, *ἀστέρας κομήτας καὶ λαμπάδας*, p. 589. B.

§ 82. (l. 81.) *καὶ δόρατα ἀπ' ἄρκτου φερόμενα*] Sic *ἀστέρων διαδρομὰς* Dio ſupra p. 548. E. & *λαμπάδας*, p. 423. B. 534. C. *ξύλα διάπυρα.* p. 589. B. memoravit. Hoc loco autem meteorum intelligitur igneum, quod a figura, haſtæ vel trabis nomine ſolet venire. Etiam inter cometas alii numerant, quos a figura lonchitas, ſive haſtiformes, vel quos Xiphios, enſiformes vocant.

§ 83. (l. 86.) *μετεστράφη*] De ſimili portentoſa ſimulacrorum converſione dictum ad p. 313. A. 525. D. Nec deſunt alia, quæ incerta fide jactari apud veteres videas, hujus rei exempla, quæ congerere inſtituit Chriſtianus Flemigius, Gubena Luſatus, in Diſſ. de motu imaginum memorabili, edita Lipſiæ 1705. Sic ſigna ſua ſponte converſa memorat Obſequens c. 125. ut apud Valerium Max. lib. I. c. 6. *in delubris Deum, ſua ſponte ſigna converſa.* De imagine Fortunæ Sejano ſacrificanti tergum obvertente, infra p. 625. C.

§ 84. (l. 88.) *μάχη καὶ ἀγωνισμὸς*] Apud eundem Obſequentem ſimiliter, *nocturni terrores in exercitu*; & apud Valerium, *militaris clamor ſtrepituque armorum.* De aquilis exercituum Romanorum dictum ſupra ad p. 128. D.

§ 85. (l. 90.) *τό, τε Ὁμονόειον*] Sueton. Tib. c. 20. *Dedicavit & Concordiæ ædem, item Pollucis & Caſtoris, ſuo fratrisque nomine, de manubiis.* vide ſupra p. 553. C.

§ 86. (l. 94.) *Τιβέριος μὲν*] Et hic paucula ex Zonara p. 542.

A.U.C. 764 M. Lepido & Stat. Tauro COSS.

ac populati nonnullas partes, nullo tamen proelio hoſtem vicerunt, quum nemo manum conſereret, neque ullum populum ſubegerunt. Veriti enim, ne rurſus cladem acciperent, non longe a Rheno progreſſi ſunt; ſed illic alicubi usque ad autumnum morati, natalitiis Auguſti actis, ac ludis tum equeſtribus per centuriones editis, in Italiam reverſi ſunt. Romæ Druſus Cæſar, Tiberii F. quæſtor erat; prætores ſedecim: tot enim eum magiſtratum petierant, quorum offendere nullum Auguſtus, quippe ea rerum conditione conſtitutus, volebat: ſequentibus autem deinceps multis annis tantum XII. fuere. Vatibus interdictum ab Auguſto eſt, ne vel remotis arbitris, vel coram aliis, de morte cujusquam prædicerent: quanquam ipſe pro ſe adeo nihil eſſet ſollicitus, ut publice ſtellarum conſtitutionem, ſub qua in lucem erat editus, propoſuerit. Provinciis quoque imperio ſubjectis edixit, ne cui præfectorum, ſeu tempore magiſtratus ejus, ſeu intra ſexageſimum diem poſt ejus diſceſſum, ullum honorem offerrent: quod nonnulli, cum teſtimonia ſibi & laudes in provincia paraiſſent, multa per hæc maleficia patraverant. Legatis tunc etiam tres ſenatores reſponſa dederunt, & equitibus (quod mirum videri poſſit) dimicandi ludis gladiatoriis licentia data. In cauſa fuit, quod nonnulli ignominiam ei rei propoſitam pro nihilo ducebant. Nam quia nec edicto quicquam proficiebatur, & pœna majore digni videbantur, aut futurum exiſtimabatur, ut ipſi deſiſterent: permiſſum eſt ut id facerent, & ita mortem pro infamia referebant. Nihilo enim minus dimicarunt, præcipue quum eorum certamina magno ſtudio ſpectarentur; ita ut Auguſtus quoque prætoribus, qui eos his ludis, pro cura ludorum ſibi mandata, producebant, conniveret.

26. Poſt

καθέδραμόν τινα αὐτῆς· οὐ μέντοι οὔτε [illegible]
ἐνίκησαν, (ἐς γὰρ χεῖρας οὐδεὶς αὐτοῖς [illegible]
θνος τι ὑπηγάγοντο. δεδιότες γὰρ, μὴ καὶ [illegible]
ρᾷ αὖθις περιπέσωσιν, οὐ πάνυ πόῤῥω τοῦ Ῥήνου
προῆλθον, ἀλλ' αὐτοῦ που μέχρι τοῦ μετοπώρου μεί-
ναντες, καὶ [87] τὰ τοῦ Αὐγούστου γενέθλια ἑορτά[illegible]
τες, καὶ τινα ἱπποδρομίαν ἐν αὐτοῖς διὰ [illegible]
τοντάρχων ποιήσαντες, ἐπανῆλθον. [illegible] Ῥώ-
μῃ [88] Δροῦσός τε Καῖσαρ, ὁ τοῦ Τ[illegible]
μίευσε, καὶ [89] στρατηγοὶ ἑκκαίδεκα ἦρξ[illegible] το-
σοῦτοί τε τῆς ἀρχῆς ἀντεποιήσαντο, καὶ [illegible] αὐ-
τῶν λυπῆσαι ὁ Αὔγουστος, οἷα ἐν τοιούτοις ὤν, ἠθέ-
λησεν. οὐ μὴν καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐφεξῆς ἔτεσι ταυ-
τὸ ἐγένετο, ἀλλ' οἱ δώδεκα ἐπὶ πολὺ κατέστησαν.
τότε δ' οὖν ταῦτά τε οὕτως ἐπράχθη, [90] καὶ τοῖς
μάντεσιν ἀπηγορεύθη μήτε καταμόνας τινὶ [b], μήτε πε-
ρὶ θανάτου, μηδ' ἂν ἄλλοι συμπαρῶσίν οἱ, χρᾶν.
καίτοι οὕτως οὐδὲν τῷ Αὐγούστῳ τῶν καθ' ἑαυτὸν ἔμε-
λεν, [c] ὥστε καὶ ἐκ προγραφῆς πᾶσι [91] τὴν τῶν ἀστέ- E
ρων διάταξιν, [d] ὑφ' ὧν ἐγεγέννητο, φανερῶσαι. οὐ μὴν
ἀλλ' [e] ἐκεῖνό τε ἀπεῖπε, καὶ τῷ ὑπηκόῳ προσπαρήγ-
γειλε, [92] μηδενὶ τῶν προστασσομένων αὐτοῖς ἀρχόντων
μήτε τῆς ἀρχῆς χρόνῳ, μήτε ἐντὸς ἑξήκοντα ἡμερῶν
μετὰ τὸ ἀπαλλαγῆναι σφᾶς, τιμήν τινα διδόναι. ὅτι
τινὲς μαρτυρίας παρ' αὐτῶν καὶ ἐπαίνους προπαρα-
σκευαζόμενοι, πολλὰ διὰ τούτου ἐκακούργουν. ταῖς
τε πρεσβείαις [f] τρεῖς καὶ τότε βουλευταὶ ἐχρημάτι-
σαν, καὶ [93] τοῖς ἱππεῦσιν (ὃ καὶ θαυμάσειεν ἄν τις)
μονομαχεῖν ἐπετράπη. αἴτιον δὲ, ὅτι ἐν ὀλιγωρίᾳ τι-
νὲς τὴν ἀτιμίαν τὴν ἐπ' αὐτῷ ἐπικειμένην ἐποιοῦντο.
ἐπεὶ γὰρ μήτ' ὄφελός τι τῆς ἀποῤῥήσεως ἐγίγνετο, 587
καὶ τιμωρίας μείζονος ἄξιοι εἶναι ἐδόκουν, ἢ καὶ ἀπο-
τραπήσεσθαι ἐνομίσθησαν συνεχωρήθη τοῦτο σφίσι
ποιεῖν. καὶ οὕτως ἀντὶ τῆς ἀτιμίας θάνατον C
ὠφλίσκανον. οὐδὲν γὰρ ἧττον ἐμονομάχουν, καὶ
μάλισθ' ὅτι δεινῶς οἱ ἀγῶνες αὐτῶν ἐσπουδάζοντο,
ὥστε καὶ τὸν Αὔγουστον [94] τοῖς στρατηγοῖς τοῖς
ἀγωνοθετοῦσι σφᾶς συνθεᾶσθαι.

Γερμανικὸς

b τινὶ. forte τινὰς, Od. c ὥστε καὶ. addidi καὶ ex Xiph. d ὑφ' ὧν. ita & Xiph. ubi & reperitur in vita Severi; alioqui mallet quis ὑφ' ὧν. Sylb. e ἐκεῖνο, HS. L. ἐκεῖνος, RS. f τρεῖς καὶ τότε βουλευταί. reſpicit locum, quem ex Xiphilino inſeruimus p. 567. B. ubi id jam A. U. C. 759. factum narratur. ſuſpicor autem ex eo loco, huc quoque a Dione ſcriptum fuiſſe τρεῖς καὶ τότε βουλευταὶ τῶν ὑπατευκότων.

p. 542. D. ſunt addenda: ὁ δὲ Τιβέριος διαβῆναι τὸν Ῥῆνον οὐκ ἔχρῃζεν, ἀλλ' ἠτρέμιζεν, ἐπιτηρῶν, μὴ οἱ βάρβαροι τοῦτο ποιήσωσιν. ἀλλ' οὐδ' ἐκεῖνοι διαβῆναι ἐτόλμησαν, γνόντες αὐτὸν παρόντα. μετὰ ταῦτα δὲ αὐτὸς καὶ ὁ Γερμανικὸς ἐσέβαλον ἐς τὴν Κελτικὴν &c. *Tiberius quidem, Rhenum ſibi tranſeundum haud ratus, quietum ſe tenuit, obſervans an id barbari facturi eſſent. Sed nec ii, præſentia ejus cognita, tranſire auſi ſunt. Poſtea autem ipſe & Germanicus in Celticam irruperunt &c.* De Germanici proconſulari Imperio dictum p. 569. C. REIM.

§ 87. (l. 1.) τὰ τοῦ Αὐγούστου γενέθλια] Die XXIII. Sept. vide dicta ad p. 545. A.

§ 88. (l. 4.) Δροῦσος] Etiam hic ante legitimam ætatem, uti conſulatu, p. 588. B. ſic quæſtura ornatus fuit, perinde ut Druſus patruus, Tiberius pater, & alii ex Auguſti ſtemmate. vide ad p. 582. B.

§ 89. (l. 5.) στρατηγοὶ ἑκκαίδεκα] De vario, qui Romæ diverſis temporibus obtinuit, Prætorum numero, dictum ad p. 209. B. Duodecim prætores, numerum ab Auguſto traditum vocat Tacitus I. Annal. c. 14.

§ 90. (l. 10.) καὶ τοῖς μάντεσι] Aſtrologos ſpeciatim intelligit, quos urbe jam ejecerat Agrippa p. 417. C. ubi dicta ſi placet vide. Eos ſpeciatim, qui de principis ſalute prædicerent, capite punitos, vel qua alia graviore poena adfectos, hoc eſt aqua & igni illis interdictum, omniaque bona eorum publicata, docet Ulpianus apud auctorem collationis legum Moſaicarum & Romanarum tit. XV. de Mathematicis & Manichæis.

§ 91. (l. 14.) τὴν τῶν ἀστέρων διάταξιν] Sueton. c. 94. ubi Aſtrologum Theogenem ab Auguſto & Agrippa conſultos memoraverat, ſubjungit: *tantam mox fiduciam fati Auguſtus habuit, ut thema ſuum vulgaverit, nummumque argenteum nota ſideris Capricorni, quo natus eſt, percuſſerit.* Capricorni imago in pluribus Auguſti numis, quos Carolus Patinus ad Suetonium, & Albertus Rubenius in numis Arſchot. p. X. n. 2. XI. n. 15. 16. XIV. n. 20. 23. publicavit, & in veteri achate, victoriam Auguſti de Dalmatis celebrante, apud Lambecium T. II. de Bibl. Vindob. p. 1000. & 1001. nec non Auguſti icon laureata inter duos capricornos apud eundem T. VII. p. 74. Germanicus Capricorno in Arateis v. 554.

Hic, Auguſte, tuum genitali corpore Numen,
Attonitas inter gentes patriamque paventem,
In cælum tulit, & maternis reddidit aſtris.

Genituram nocturnam his verbis poſtremis notari, monuit Scaliger p. 443. lib. V. eruditiſſimi operis de emendatione temporum.

§ 92. (l. 17.) μηδενὶ τῶν προστασσομένων] Simile [illegible] quod deinde Neronis temporibus ſuaſit Pætus Thraſea [illegible] tum XV. 20. adverſus provincialium ſuperbiam, [illegible] *ſu & precibus expreſſa perinde cohiberetur, quam* [illegible] *crudelitas:* ſiquidem, ut demererentur præfecti [illegible] gratias & teſtimonium, *multa peccabant.* [illegible] auctore principe ſancitum, *ne quis ad concili*[illegible] *ferret, agendas apud Senatum Proprætoribus* [illegible] *grates, neu quis ea legatione fungeretur.* id. 22. Plur[illegible] ſius ad Ammiani XXX. 5. *acturos ſibi gratias a præfecto com*[illegible] *pulſi mittere legatos.*

Γερμανικὸς δὲ μετὰ τοῦτο τὴν ὕπατον ἀρχὴν [95] μηδὲ στρατηγήσας ἐδέξατο, καὶ δι' ὅλου αὐ-
B τοῦ τοῦ ἔτους, οὐ πρὸς τὴν ἀξίωσιν, ἀλλ' ὥς που καὶ ἄλλοι τινὲς [96] ἔτι καὶ τότε ἦρχον, ἔσχε. [g καὶ γὰρ ἐν πολλῶν ᾠκειοῦτο τῷ πλήθει, καὶ ὅτι [97] ὑπερεδίκει τινῶν, οὐχ οὕτως ἐπὶ τῶν ἄλλων δικαστῶν, ἀλλὰ καὶ ἐπ' αὐτοῦ τοῦ Αὐγούστου. διὸ καὶ ταμίᾳ τινὶ φόνου αἰτίαν ἔχοντι ἐδίκασε, τοῦ Γερμανικοῦ συναγορεύειν οἱ μέλλοντος, δείσεν ὁ κατήγορος αὐτοῦ, μὴ ἐλαττωθῇ διὰ τοῦτο παρὰ τοῖς δικασταῖς, ἐφ' οἷσπερ εἰώθει τὰ τοιαῦτα κρίνεσθαι· καὶ παρὰ τῷ Αὐγούστῳ δικασθῆναι μάτην ἠθέλησε. οὐ γὰρ ἐκράτησε.] καὶ αὐτὸς μὲν οὐδὲν ἄξιον μνήμης ἔπραξε, πλὴν ὅτι καὶ τότε ὑπερεδίκησεν, ἐπεί γε ὁ συνάρχων αὐτοῦ Γάϊος
588 [98] Καπίτων καὶ πάνυ τημάλλως ἠριθμεῖτο. ὁ δὲ δὴ Αὔγουστος ἐκεῖνόν τε, ὡς καὶ ἐπὶ γήρως ὤν, τῇ βουλῇ, καὶ ταύτην τῷ Τιβερίῳ [99] παρακατέθετο· ἀνέγνω δὲ τὸ βιβλίον οὐκ αὐτὸς, (οὐ γὰρ οἷός τε ἦν γεγωνίσκειν) [100] ἀλλ' ὁ Γερμανικὸς, ὥσπερ εἰώθει. καὶ μετὰ τοῦτο ᾐτήσατο παρ' αὐτῶν, ἐπὶ τῇ τοῦ Κελτικοῦ πολέμου προφάσει, μήτε οἴκοι αὐ-
C τὸν ἀσπάζεσθαι, μήτ' ἀγανακτεῖν [101] εἰ μηκέτι συσσιτοίη σφίσι. τὸ μὲν γὰρ πλεῖστον, ἄλλως τε καὶ ὁσάκις ἕδρα αὐτῶν ἐγίγνετο, ἔν τε τῇ ἀγορᾷ, καὶ ἐν αὐτῷ γε ἔστιν ὅτε τῷ συνεδρίῳ, καὶ ἐσιόντα αὐτὸν καὶ ἀπιόντα αὖθις ἠσπάζοντο· ἤδη δὲ καὶ ἐν τῷ παλατίῳ, καὶ καθήμενόν γε, ἔστι δ' ὅτε καὶ κατακείμενον, οὐχ ὅτι ἡ γερουσία, ἀλλὰ καὶ οἱ ἱππεῖς, [102] τοῦ τε δήμου πολλοί.

Οὐ μέντοι καὶ τἆλλα ἧττόν τι παρὰ τοῦτο διῴκει, ἀλλὰ καὶ [103] τοῖς ἱππεῦσι δημαρχίαν αἰτῆσαι ἐπέτρεψε· καὶ μαθὼν ὅτι [104] βιβλία ἄττα
D ὑφ' ὕβρει τινῶν συγγράφοιτο, ζήτησιν αὐτῶν ἐποιήσατο· καὶ ἐκεῖνά τε τὰ μὲν ἐν τῇ πόλει εὑρεθέντα

26. Poſt hæc conſulatum Germanicus, nondum prætura functus, accepit; eumque per integrum iſtum annum, non quidem dignitatis cauſa, ſed quod id tum temporis adhuc etiam ab aliis fieret, geſſit. [Erat enim cum multis ex cauſis cariſſimus plebi, tum eo maxime quod cauſas actitaret, non modo coram aliis judicibus, ſed & Auguſto ipſo judice. Unde cum aliquando dicturus eſſet pro quæſtore, neſcio quo, qui cædis reus agebatur, veritus accuſator, ne apud eos judices, qui quæſtionem de ſicariis exercere conſueverant, auctoritate Germanici premeretur, ad Auguſti judicium provocavit; fruſtra tamen, neque enim cauſam obtinuit.] Geſſit vero conſulatum Germanicus, nulla re memorabili peracta, niſi quod & tunc cauſas aliorum egit; quum ipſius collega C. Capito vix aliquo in numero haberetur. At vero Auguſtus, ſenectute jam gravis, Germanicum ſenatui, ſenatum Tiberio, ſcripto commendavit: quod ipſe quidem, cum vocem ita intendere non poſſet, non recitavit, ſed Germanicus, ut conſueverat. Petiit deinde a ſenatu, excuſationem belli Germanici præ ſe ferens, ne ipſum poſthac domi ſuæ ſalutarent, neve in malam partem acciperent, ſi deinceps cum eis non convivaretur. Nam frequenter eum ſalutare, præſertim quoties ſenatus ageretur, in foro, in curia, intrantem, abeuntemque, ac jam in ipſo etiam palatio, ſedentem, cubantemque, moris erat, non ſenatoribus modo, ſed equitibus quoque, & plebejis nonnullis.

A.U.C.765 Germanico Cæſ. & Fontejo Capitone COSS.

27. Neque vero a cura reipublicæ Auguſtus ideo animum avertit; quin equitibus jus petendi tribunatus plebis conceſſit: famoſorum libellorum, quos ad traducendos homines a quibusdam conſcribi acceperat, conquiſitionem fieri juſſit, eosque ſi

g καὶ γὰρ ἐν πολλῶν &c. fragmentum Dionis ex Excerptis Peir. p. 665. quod collocandum putavi ante verba ὅτι καὶ τότε ὑπερεδίκησεν. mox l. 41. legendum videtur: ἐδίκασε. τοῦ γὰρ Γερμ. &c.

§ 93. (l. 23.) τοῖς ἱππεῦσι μονομαχεῖν] Ad gladiatorias operas aliquo tempore equitibus uſum Auguſtum, notat etiam Suetonius c. 43. fallit autem, quando id narrat modo factum eſſe priusquam SCto interdiceretur. Nam quod *præſenti loco* Dio narrat, longo tempore poſt illud interdictum, quod p. 522. B. memoravit, factum intelligitur. Equites gladiatores habes iterum p. 611. B. 669 D.

§ 94. (l. 32.) τῶν στρατηγῶν] De cura ludorum prætoribus mandata ab Auguſto, dictum p. 522. A. Horum igitur conſilio, equites etiam inter gladiatores adſcribentium, jam συνέθετο, nec voluit refragari, quo alacrius ſumtus, quos accipere Prætores voluit, illis tribuerentur a populo, cupide & miro ſtudio ſpectante equites digladiantes.

§ 95. (l. 34.) μηδὲ στρατηγήσας] Simile de Druſo, Tiberii filio, infra, p. 588. B. Prætorii tamen honores jam tributi Germanico fuerant, & ut ſtatim poſt conſulares in ſenatu diceret ſententiam: legibus etiam annalibus idem in petendo conſulatu ſolutus, ut dictum p. 582. B. Natus Germanicus, quando Conſulatum iniit, annos XXVI.

§ 96. (l. 36.) ἔτι καὶ τότε] De ſua ætate Dio ſupra p. 236. D. adde p. 378. B.

§ 97. (l. 38.) ὑπερεδίκει τινῶν] Suetonius in Cajo c. 3. de Germanico: *Oravit cauſas etiam triumphalis*. Ovidius in lib. I. Faſtorum ℣. 21. ad Germanicum loquens:

Quæ ſit enim culti facundia ſenſimus oris,
Civica pro trepidis cum tulit arma reis. VALES.

§ 98. (l. 49.) Καπίτων καὶ πάνυ τημάλλως] Idem Capitoni accidit, quod Bibulo, Julii Cæſaris in conſulatu auctoritate prævalentis Collegæ, de quo vide ſi placet Suetonii Cæſarem c. 10. & 20. Interim miror viros doctos, qui Capitoni Calendis Juliis ſuffectum ſcribunt C. Viſellium Varronem. Nam idem Suetonius Caligulam c. 8. diſerte teſtatur natum eſſe pridie Cal. Sept. patre ſuo Germanico & Cajo Fontejo Capitone Coſſ. Tamen verba καὶ τότε ὑπερεδίκησεν apud Dionem, non ſunt ut Xylandro placet vertenda: *potiores tulit partes*, ſed *etiam tunc cauſas actitavit.*

§ 99. (l. 52.) παρακατέθετο] Solenne Imperatoribus, Auguſti exemplo, filios vel in ſucceſſionem imperii adſcitos ſenatui commendare; ut Germanici filios Tiberius, teſte Suetonio c. 54. & Tacito IV. 8. *Hi vobis, Nero & Druſe, parentum loco. Ita nati eſtis, ut bona malaque veſtra ad rempb. pertineant.*

§ 100. (l. 54.) ἀλλ' ὁ Γερμανικὸς] Solebat alioqui Auguſtus, quæ per ſe ipſe nollet, in ſenatu recitare per quæſtorem, ut dictum ad p. 539. C. & notavit Barnabas Briſſonius lib. I. Antiquitatum Juris c. 17.

§ 101. (l. 57.) εἰ μηκέτι συσσιτοίη σφίσι] Suetonius c. 44. *Officia cum multis mutua exercuit, nec prius dies cujusque ſolennes frequentare deſiit, quam grandi jam natu, & in turba quondam ſponſaliorum die vexatus.* Simile de Claudio infra p. 672. E.

§ 102. (l. 64.) τοῦ τε δήμου πολλοί] Idem Sueton. *promiſcuis ſalutationibus admittebat & plebem.* vide Tiberii orationem in Auguſti funere, infra p. 597. C.

§ 103. (l. 66.) τοῖς ἱππεῦσι δημαρχίαν] Vide p. 542. E. & quæ ibi dicta, & p. 672. D. ubi hoc idem Claudius imitatus traditur.

§ 104. (l. 67.) βιβλία ἄττα ὑφ' ὕβρει τινῶν] Tacitus lib. I. Annal. c. 72. *Primus Auguſtus cognitionem de famoſis libellis ſpecie legis ejus tractavit, commotus Caſſii Severi libidine, qua* viros

A.U.C.765 Germanico Cæſ. & Fontejo Capitone COSS.

ſi reperti eſſent in urbe, ab ædilibus, ſin extra urbem, a ſingulorum locorum præfectis comburi mandavit, inque autores eorum nonnullos animadvertit. Quoniam & permulti in exilium miſſi, alii extra loca, in quæ deportati fuerant, commorabantur; alii in iis ipſis delicatius vivebant: edixit, ne quis eorum, quibus aqua & igni eſſet interdictum, in continenti degeret, aut in inſula ulla, niſi quæ ultra quinquaginta millia paſſuum ab continente diſtaret; ſolis tamen inſulis Co, Rhodo, Sardinia, & Leſbo, neſcio ſane qua de cauſa, exceptis: neve exul aliquo trajiceret, aut plures naves, quam unam onerariam, mille amphoras capientem, & duas actuarias, neve ſervos aut libertos ſuper viginti haberet: ne plus quingentis millibus nummum poſſideret: minatus pœnam & ipſis exulibus, & iis, qui contra has leges in ulla re ipſis auxilio fuiſſent. Hæ tum leges ab eo (quæ quidem in hiſtoria referri mereantur) latæ ſunt, ludique extra ordinem ab hiſtrionibus & equitibus acti, Martiſque ludi in foro Auguſti, (quia Circum Tiberis, reſtagnans occupaverat) cum equorum decurſu quodam, & venatione celebrati. Hi pro more iterum facti ſunt ludi, iiſque Germanicus in Circo ducentos leones occidendos dedit: porticuſque Liviæ, in honorem C. & L. Cæſarum ædificata, tum dedicata fuit.

εὑρεθέντα [105] πρὸς τῶν ἀγορανόμων, τὰ δὲ ἔξω πρὸς τῶν ἑκασταχόθι ἀρχόντων, κατέφλεξε, καὶ τῶν συνθέντων αὐτὰ ἐκόλασε τινάς. ἐπειδή τε συχνοὶ φυγάδες, οἱ μὲν [106] ἔξω τῶν τόπων, ἐς οὓς ἐξωρίσθησαν, τὰς διατριβὰς ἐποιοῦντο, οἱ δὲ καὶ ἐν αὐτοῖς ἐκείνοις ἁβρότερον διῆγον, ἀπηγόρευσε, μηδένα [107] πυρὸς καὶ ὕδατος εἰρχθέντα, μήτε ἐν ἠπείρῳ διατρίβειν, μήτε ἐν νήσων ὅσαι ἔλαττον τετρακοσίων ἀπὸ τῆς ἠπείρου σταδίων ἀπέχουσι [108] πλὴν Κῶ τε καὶ Ῥόδου, Σαρδοῦς τε καὶ Λέσβου· ταύτας γὰρ οὐκ οἶδ᾽ ὅπως μόνας ὑπεξείλετο. E ἐκεῖνά τε οὖν αὐτοῖς προσέταξε, καὶ τὸ μήτε περαιοῦσθαί πῃ ἄλλοσε, [109] μήτε πλοῖα πλείω φορτικοῦ τε ἑνὸς χιλιοφόρου, καὶ κωπήρων δύο κεκτῆσθαι· μήτε δούλοις, ἢ καὶ ἀπελευθέροις, ὑπὲρ εἴκοσι χρῆσθαι· [110] μήτ᾽ οὐσίαν ὑπὲρ δώδεκα καὶ ἡμίσειαν μυριάδα ἔχειν· τιμωρήσεσθαι καὶ αὐτοὺς ἐκείνους, καὶ τοὺς ἄλλους τούς τι παρὰ ταῦτα συμπράξαντας σφίσιν, ἐπαπειλήσας. 588 ταῦτά τε οὕτως, ὅσα γε καὶ ἐς ἱστορίαν ἀναγκαῖά ἐστι, διενομοθετήθη· καὶ πανήγυρις, ἔξω τῶν νενομισμένων, ὑπό τε τῶν ὀρχηστῶν καὶ ὑπὸ τῶν ἱππέων ἐποιήθη. [111] τά τε Ἄρεια τότε μὲν, ἐπειδὴ ὁ Τίβερις τὸν ἱππόδρομον προκατέσχεν, [112] ἐν τῇ τοῦ Αὐγούστου ἀγορᾷ, καὶ ἵππων δρόμῳ τρόπον τινὰ, καὶ θηρίων σφαγῇ ἐτιμήθη· [113] αὖθις δὲ, ὥσπερ εἴθιστο, ἐγένετο, καὶ [114] λέοντάς γε ἐς αὐτὰ ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ διακοσίους ὅ, τε Γερμανικὸς ἀπέκτεινεν. B ἥ τε [115] στοὰ ἡ Λιουΐα καλουμένη ᾠκοδομήθη τε, ἐς τιμὴν τοῦ τε Γαΐου καὶ τοῦ Λουκίου τῶν Καισάρων, καὶ τότε καθιερώθη.

A.U.C.766 L. Munatio & C. Silio COSS.

28. L. Munatio, & C. Silio conſulibus deſignatis, Auguſtus quintum in decennium gubernationem reipublicæ, invitus ſcilicet, accepit: Tiberio iterum tribunitiam poteſtatem dedit: Druſo Tiberii F. facultatem conſulatus tertio anno, etiam ante geſtam præturam, petendi conceſſit: ſibi autem propter ſenectutem, cujus cauſa rariſſime in ſenatum veniebat, conſiliarios annuos viginti petiit: quum ante in ſenos menſes quindenos accepiſſet. Decretum porro eſt, ut quæcunque Auguſtus cum Tiberio, & his conſiliariis,

Λουκίου δὲ δὴ Μουνατίου καὶ Γαΐου Σιλίου ἐς τοὺς ὑπατεύσοντας ἐσγραφέντων, τήν τε προστασίαν τῶν κοινῶν [116] τὴν δεκέτιν [b] τὴν πέμπτην ἄκων δὴ ὁ Αὔγουστος ἔλαβε, καὶ τῷ Τιβερίῳ τὴν ἐξουσίαν τὴν δημαρχικὴν [117] αὖθις ἔδωκε· C τῷ τε Δρούσῳ τῷ υἱεῖ αὐτοῦ ὑπατείαν ἐς ἔτος τρίτον, [118] καὶ πρὶν στρατηγῆσαι, αἰτῆσαι ἐπέτρεψε· καὶ συμβούλους, ὑπὸ τοῦ γήρως, (ὑφ᾽ οὗπερ οὐδὲ ἐς τὸ βουλευτήριον [i] ἔτι, πλὴν σπανιώτατα, συνεφοίτα) εἴκοσιν ἐτησίους ᾐτήσατο. [119] πρότερον γὰρ [k] καθ᾽ ἕκτον μῆνα πεντεκαίδεκα προσετίθετο. καὶ προσεψηφίσθη,

b τὴν πέμπτην ἄκων δή. τὴν πέμπτην ἄκων ἤδη, Xiph. ubi τὸ πέμπτον ex Pal. edidit Sylb. & HS. edit. maj. ceteræ τὴν πέμπτην, niſi quod τὴν omittunt Coiſl. & Br. τὸ πέμπτον probant etiam L. & N. δεκαέτη cod. Mer. i ἔτι. ἤδη, Xiph. in vulgatis editionibus. ſed ἔτι, melius, etiam Pal. Coiſl. Br. k καθ᾽ ἕκτον μῆνα. καθ᾽ ἕκαστον μῆνα, RS. V.b. Leon. pro quo HS. & L. editiones, & Xiphilinus, ἑκάμηνον. ita & Xylandro viſum, aut ἑξάμηνον (probante Sylb.) ſcribi debere, ſed utique propius ad voces ἕκαστον μῆνα accedit emendatio Leunclavii, quam recepimus.

viros fœminaſque illuſtres procacibus dictis diffamaverat. Sueton. c. 55. *Etiam ſparſos de ſe in curia famoſos libellos, nec expavit nec magna cura redarguit. Ac ne requiſitis quidem autoribus, id modo cenſuit, cognoſcendum poſt hac de iis, qui libellos aut carmina ad infamiam cujuſpiam ſub alieno nomine edant.* Etiam ex veteri lege XII. tabularum, teſte Cicerone IV. de Rep. apud S. Auguſtinum II. de Civitate Dei c. 9. & 12. *ſi quis occentaſſit malum carmen, ſive condidiſſet, quod infamiam faxit flagitiumque alteri, capitale eſto.* vide quæ viri docti ad Horatium lib. II Satyr. I. & ad lib. II. Epiſt. I. v. 153. & Antonius Schultingius ad Julium Paulum lib. V. ſententiarum tit. 4. de injuriis p. 439.

§ 105 (l. 70.) πρὸς τῶν ἀγορανόμων] Ædiles plebis intellige: horum enim officium erat, corruptis moribus ire obviam, illiſque frenos injicere, ſicut curare, ut cœno viæ & angiportus in urbe purgarentur; infra p. 649. B. Sic vocibus petulantioribus ab ædilibus plebis multam indictam, refert Gellius X. 10.

§ 106. (l. 73.) ἔξω τῶν τόπων] Quidam exules non modo urbe & Italia exceſſe jubebantur, ſed etiam erat illis aſſignatus certus locus, in terra continente, vel inſula, ubi commorari eos oportebat, qui deportari proprie dicebantur, vide Nic. Antonium de jure exulum lib. I. c. 14. & Ulr. Huberum Digreſſionum Parte I. lib. III. c. 9.

§ 107. (l. 75.) πυρὸς καὶ ὕδατος εἰρχθέντα] De hac aqua & ignis interdictione, qua damnati togæ jure carebant, nec poterant a cive Romano recipi tecto, conſulendus idem Antonius lib. I. c. 7.

§ 108. (l. 78.) πλὴν Κῶ τε καὶ Ῥόδου Σαρδοῦς τε καὶ Λέσβου] Has inſulas exceptas eſſe ſuſpicor, Sardiniam quidem, quoniam ob inſalubre cœlum ſatis pœnarum ferre videbatur illuc deportatus, licet Italiæ eſſet propior: cæteras tres autem, quoniam mitiore exilio affecti videbantur, quos illuc relegari placuit.

§ 109. (l. 81.) μήτε πλοῖα] Etiam hoc ad magnitudinem Romanam pertinet, tantas fuiſſe exulum opes, ut eo usque coercendus fuerit illarum uſus, reſtringendaque poſſeſſio, ut non liceret uni habere plus, quam unam navem onerariam, actuariaſque duas, & ſervos aut libertos viginti, & quingenta numorum millia. Seneca ad Helviam conſolatione c. 12. *Eo temporum prolapſa eſt luxuria, ut majus viaticum exulum ſit, quam olim patrimonium divitum.* De ſervorum numero exuli a principe definito, infra p. 646. C. De navium differentia, quarum actuariæ hominibus transferendis, onerariæ mercibus vectandis adhibebantur, res nota ex illis quæ viri docti, Lazarus Bayfius, Joh. Schefferus & [illegible] ticum c. 28. &c.

§ 110. (l. 83.) μήτ᾽ οὐσίαν ὑπὲρ δώδεκα καὶ ἡμίσειαν μυριάδα] Subintellige δραχμῶν, ut in aliis Dionis locis. Quam ob rem recte vir Clariſſimus Jac. Perizonius in Triad. Diſſ. II. p. 172. refellit magnum Cujacium, qui lib. XIX. Obſervatt. c. 31. non cum Xylandro hæc quingenta millia, ſed centum

ἐψηφίσθη, πάνθ᾽ ὅσα ἂν αὐτῷ μετά τε τοῦ Τι-
βερίου καὶ μετ᾽ ἐκείνων, τῶν τε ἀεὶ ὑπατευόντων,
καὶ τῶν ἐς τοῦτο ἀποδεδειγμένων, τῶν τε ἐγγόνων
D αὐτοῦ τῶν ποιητῶν δηλονότι, τῶν τε ἄλλων ὅσους
ἂν ἑκάστοτε προσπαραλάβῃ, βουλευομένῳ δόξῃ, κύ-
ρια, ὡς καὶ πάσῃ τῇ γερουσίᾳ ἀρέσαντα, εἶναι.
ταῦτ᾽ οὖν ἐκ τοῦ δόγματος, ὅπερ που καὶ ἄλλως
τῷ γε ἔργῳ εἶχε, προσθέμενος, οὕτω τὰ πλείω
καὶ κατακείμενος ἔστιν ὅτε ἐχρημάτιζεν. ἔπειτ᾽ ἐπεὶ
[l] τῇ [120] εἰκοστῇ πάντες, ὡς εἰπεῖν, ἐβαρύνοντο, καὶ
ἐδόκει τι νεώτερον ἔσεσθαι, ἔπεμψε βιβλίον ἐς τὴν
βουλήν, κελεύων ἄλλους τινὰς [m] αὐτὴν πόρους ἐπι-
ζητῆσαι. τοῦτο δὲ οὐχ ὡς καὶ ἐκεῖνο τὸ τέλος κα-
ταλύσων ἐποίησεν, ἀλλ᾽ ἵνα μηδενὸς ἄλλου αἱρετωτέ-
ρου σφίσι φανέντος, καὶ ἄκοντες αὐτὸ ἄνευ τῆς ἑαυ-
E τοῦ διαβολῆς βεβαιώσωσι. καὶ ὅπως γε μὴ τοῦ Γερ-
μανικοῦ τοῦ τε Δρούσου γνώμην τινὰ εἰπόντων, ὑπο-
τοπήσωσί τε ἐκ τῆς αὐτοῦ ἐντολῆς τοῦτο γεγονέναι,
καὶ ἀνεξέτασον αὐτὴν ἕλωνται, προσέταξε [n] μηδέτερον
αὐτῶν μηδὲν εἰπεῖν. καὶ ἐλέχθη μὲν πολλά, καί τι-
να καὶ διὰ βιβλίων τῷ Αὐγούστῳ ἐδηλώθη. καταμα-
θὼν δὲ ἐξ αὐτῶν, πάντα μᾶλλον ἢ ἐκεῖνο ἑτοίμους σφᾶς
ὑπομεῖναι ὄντας, ἐπί τε τοὺς ἀγροὺς καὶ ἐπὶ τὰς οἰ-
κίας τὴν συντέλειαν [o] ἤγαγε καὶ παραχρῆμα, μη-
δὲν εἰπών, μήθ᾽ ὅσον μήθ᾽ ὅπως [p] αὐτὸ δώσουσιν,
ἔπεμψεν ἄλλους ἄλλῃ, τά τε τῶν ἰδιωτῶν καὶ τὰ τῶν
πόλεων κτήματα ἀπογραψομένους· ἵν᾽ ὡς καὶ μειζό-
589 νως ζημιωθησόμενοι δείσωσι, καὶ τὴν εἰκοστὴν τελεῖν
ἀνθέλωνται. ὃ καὶ ἐγένετο. καὶ ταῦτα μὲν ὧδέ
πῃ τῷ Αὐγούστῳ διῳκεῖτο.

Ἐν δὲ τῇ [121] τῶν Αὐγουσταλίων θέᾳ, ἥτις ἐπὶ
τοῖς αὐτοῦ γενεθλίοις ἐγίγνετο, ἀνήρ τις ἐμμανὴς
ἔς τε [122] τὸν δίφρον, τὸν τῷ Καίσαρι τῷ Ἰουλίῳ
κείμενον, ἐνιδρύνθη, καὶ τὸν στέφανον αὐτοῦ λαβὼν
περιέθετο. καὶ ἐδόκει ἐς τὸν Αὔγουστόν τι σημαί-
νεσθαι. ὅπερ καὶ ἀληθὲς ἦν· τῷ γὰρ [q] ἐχομένῳ
ἔτει, ἐν ᾧ Σέξτος τε Ἀπουλήϊος καὶ Σέξτος Πομ-
πήϊος ὑπάτευσαν, ἐξωρμήθη τε [123] ἐς τὴν Καμπα-
B νίαν ὁ Αὔγουστος, [124] καὶ τὸν ἀγῶνα τὸν ἐν τῇ
Νεαπόλει

ſiliariis, conſulibusque cujusvis anni, & deſignatis conſulibus, cum adoptitiis ſuis nepotibus, ac reliquis, quos quoque tempore aſſumeret, deliberans ſtatuiſſet; rata non minus, quam ſi integro ſenatui placuiſſent, haberentur. Hæc ex ſenatusconſulto, quamvis eadem ante re ipſa haberet, adeptus; domi ad eos, interdum etiam decumbens, de rebus decernendis retulit. Quia vero viceſimæ penſio omnibus fere adeo moleſta erat, ut videretur aliquid novi motus excitatura; miſſo in ſenatum libello, aliorum redituum excogitandorum negotium eis dedit: non ut abrogaret id tributi genus, ſed ut nullum aliud eo probabilius ipſis invenientibus, id ipſum vel ab invitis, absque ſua invidia, confirmaretur. Ne vero, ſi Germanicus Druſusque ſententiam dixiſſent, eam ſuo juſſu pronuntiatam ſenatus ſuſpicaretur, ac ſine diſceptatione approbaret; vetuit, ne quam ii ſententiam ferrent. Multis ea res in ſenatu ſermonibus agitata eſt, nonnulla etiam Auguſto per tabellas indicata. Unde, quum quidvis eos facilius quam viceſimam toleraturos intelligeret; in agros & domos penſionem tranſtulit, ac nullo indicio facto, quantum aut quo pendendum cuilibet modo foret, confeſtim alios alio dimiſit, qui privatorum ac civitatum poſſeſſiones deſcriberent: ut quum ſinguli majorem jacturam vererentur, mallent viceſimam pendere: idque ejus conſilium res ipſa probavit.

A.U.C.766 L. Munatio & C. Silio COSS.

29. His rebus ita ab Auguſto conſtitutis, accidit, ut ludis Auguſtalibus, quibus natalis Auguſti celebrabatur, quidam vir mente captus in ſella Julio Cæſari poſita conſideret, coronamque ejus arreptam ſuo capiti imponeret. Quo facto videbatur Auguſto aliquid portendi; ſicut & eventus verum eſſe docuit. Namque anno inſequenti, Sex. Apulejo, & Sex. Pompejo conſulibus, in Campaniam profectus Auguſtus, ordinato

A.U.C 767 Sex. Apulejo & Sex. Pompejo COSS.

l τῇ εἰκοστῇ. ἐπὶ τῇ εἰκοστῇ, Xiph. *m* αὐτήν. ſcil. βουλήν. ita Xiph. rectius quam vulgo αὐτῶν. *n* μηδέτερον. melius quam μηδέ τι in Pal. Coisl. & Br. *o* ἤγαγε. ſic & Xiph. ἀνήγαγε, V. b. *p* αὐτό. ſcil. τὸ τέλος. αὐτῷ, Xiph. *q* ἐχομένῳ. ἐρχομένῳ, V. b. inepte.

centum & viginti quinque millia ſeſtertium interpretatur. Non autem ſemper obſervatam deinceps hanc Auguſti legem, conſtat exemplo Lolliæ Paulinæ, cui non quinquies, ſed decimum tantum, hoc eſt quinquagies ſeſtertium, ex opibus immenſis exuli relictum teſtatur Tacitus XII. 22.

§ 111. (l. 89.) τά, τε Ἄρεια] Ludi Martiales, Calendis Auguſti, de quibus infra p. 667. E. & viri docti ad Sueton. in Claudio, qui eadem die natus eſt, c. 2. Mentio iterum p. 600. C. ubi editiones habebant Ἀρεῖα.

§ 112. (l. 91.) ἐν τῇ τοῦ Αὐγούστου ἀγορᾷ] De foro Auguſti Pitiſcus ad Sueton. c. 29.

§ 113. (l. 93.) αὖθις ὥσπερ ἤθισο] Vide infra p. 668. E. 669. A.

§ 114. (l. 93.) λέοντας διακοσίους] Etiam hoc ad magnitudinem Romanam, non dicam ad laudem, pertinet, tot nobiliſſimarum ferarum uno ſpectaculo confectio, quot tota vix hodie ſuppeditet Europa. Sic centum leones & centum leænas ab Hadriano interfectas una miſſione, leges infra p. 791. C. De eodem Hadriano Spartianus c. 19. *In Circo multas feras, & ſæpe centum leones interfecit.* Et de Marco Antonino c. 17. *in munere publico tam magnanimus fuit, ut una miſſione centum leones ſimul exhiberet ſagittis interfectos.* Bene Cicero lib. VII. Epiſt. 1. de ejusmodi ſpectaculis: *quæ poteſt eſſe homini polito delectatio, quum aut homo imbecillus a valentiſſima beſtia laniatur, aut præclara beſtia venabulo transverberatur.*

§ 115. (l. 95.) τοῦ ἐ Λιουΐας] De hac porticu Livia dictum ad p. 537. C.

§ 116. (l. 100.) τὴν δεκάτην τὴν πέμπτην] Initium quinti decennii in imperio Auguſteo, exeunte A. 766. Quartum fuit, p. 556. C. tertium p. 551. E. ſecundum p. 506. E. 529. E. & primum p. 504. B. Conf. p. 595. D. 619. A.

§ 117. (l. 2.) αὖθις ἔδωκε] Decennium Tiberii, in quod tribunitia poteſtas illi data fuit ab Auguſto p. 556. E. jam exſpiraverat. Tribunitiæ poteſtatis Tiberio rurſus a patribus poſtulatæ, mentio apud Tacitum I. Annal. c. 10. ab Auguſto conſtitutam tribunitiæ poteſtatis conſortionem vocat Vellej. II. 103.

§ 118. (l. 3.) καὶ πρὶν στρατηγῆσαι] Idem conceſſum Germanico, ut conſulatum ei petere liceret antequam præturam geſſiſſet, p. 587. A. De conſulatu Druſi infra p. 611. A.

§ 119. (l. 7.) πρότερον γὰρ καθ᾽ ἕκαστον μῆνα πεντεκαίδεκα] de his conſiliariis ſortito lectis ſemeſtribus, quorum etiam Suetonius c. 35. meminit, dictum p. 511. A.

§ 120. (l. 18.) τῇ εἰκοστῇ] Viceſima hereditatum in ærarium militare referenda, de qua ad p. 565. E.

§ 121. (l. 39.) τῶν Αὐγουσταλίων] Videtur hoc loco confundere Dio Auguſtalia, quibus dies reditus ejus in urbem quotannis celebrabatur. IV. Id. Octob. p. 527. D. cum die natali Auguſti, 23. Sept. p. 545. A. [niſi forte utraque celebritas Auguſtalium nomine venit.]

§ 122. (l. 41.) τὸν δίφρον] De hac ſella aurea Julii Cæſaris, & corona gemmis inſigni, vide p. 243. B.

§ 123. (l. 46.) ἐς τὴν Καμπανίαν] Rem uberius narrat Suetonius, c. 98.

§ 124. (l. 47.) καὶ τὸν ἀγῶνα] Idem Suetonius: *Mox Neapolin trajecit, quanquam & tum infirmis inteſtinis morbo variante:*

A.U.C.767 Sex. Apulejo & Sex. Pompejo COSS.

to Neapoli ſpectaculo, Nolæ morti conceſſit. Prodigia, quæ id ei prædicerent, neque minima, neque obſcura evenerant. Sol totus defecerat: magna pars cœli ardere viſa fuerat: ignitæ trabes, de cœlo cadentes apparuerant: crinitæ & ſanguinolentæ ſtellæ fulſerant: quum ſenatus indictus eſſet, ut vota conciperentur, curia clauſa inventa erat, eique inſidens bubo cecinerat: fulmen in ſtatuam ejus, in Capitolio poſitam, delatum primam nominis Cæſaris literam deleverat; atque ideo vates eum centeſima poſt die divinæ cujusdam ſortis participem fore dixerant: eo id conjectati, quod litera C. apud Latinos centenarium numerum, reliqua nominis pars AESAR Hetruſcorum lingua deum ſignificat. Hæc oſtenta Auguſto adhuc vivo acciderunt. Poſteris autem, conſulum quoque, & Servii Sulpicii Galbæ eventus in omen tractus eſt: quorum illi tum Auguſto genere juncti magiſtratum geſſerunt, quum fato is fungeretur: Galba autem, qui imperio deinde potitus eſt, ipſis kalendis ejus anni Januariis virilem togam ſumpſit: isque quia primus, poſt Auguſti exſtinctum genus, ex reliquis Romanis ſummam rerum obtinuit; data eſt occaſio ſermoni quorundam, quaſi tum ea non caſu, ſed divino quodam conſilio eveniſſent. 30. Cæ-

Νεαπόλει διαθεὶς, [125] ἔπειτα ἐν Νώλῃ μετήλλαξε. τέρατα δὲ ἄρα ἐς τοῦτο αὐτῷ φέροντα, οὔτε ὀλίγα, οὔτε δυσξύμβλητα ἐγεγένητο· [illegible] ὅ, τε γὰρ ἥλιος πᾶς ἐξέλιπε, καὶ τοῦ οὐρανοῦ τὸ πολὺ καίεσθαι ἔδοξε· [127] ξύλα τε διάπυρα ἀπ' αὐτοῦ πίπτοντα ἐφαντάσθη, καὶ ἀστέρες κομῆται καὶ [128] αἱματώδεις ὤφθησαν. βουλῆς τε ἐπὶ τῇ νόσῳ αὐτοῦ ἐπαγγελθείσης, [129] ἵν' εὐχὰς ποιήσωνται, τό, τε συνέδριον κεκλεισμένον εὑρέθη, καὶ βύας ὑπὲρ αὐτοῦ καθήμενος ἔβυξε· καὶ κεραυνὸς ἐς [r] εἰκόνα αὐτοῦ ἐν τῷ Καπιτωλίῳ ἑστῶσαν ἐμπεσὼν, τὸ γράμμα [130] τὸ πρῶτον τοῦ ὀνόματος τοῦ Καίσαρος ἠφάνισεν. ὅθεν C οἱ μάντεις τῇ [s] ἑκατοστῇ μετὰ τοῦτο αὐτὸν ἡμέρᾳ θείας τινὸς μοίρας μεταλήψεσθαι ἔφασαν τεκμαιρόμενοι ὅτι τό, τε στοιχεῖον [s] ἐκεῖνο τὸν τῶν ἑκατὸν ἀριθμὸν παρὰ τοῖς Λατίνοις, καὶ τὸ λοιπὸν πᾶν ὄνομα [131] θεὸν παρὰ τοῖς Τυρσηνοῖς νοεῖ. ταῦτα μὲν ζῶντος ἔτ' αὐτοῦ προεφάνη. τοῖς δὲ δὴ ἔπειτα ἀνθρώποις καὶ τὸ τῶν ὑπάτων τοῦ τε [t] Σερουΐου Σουλπικίου Γάλβου ἐνθύμιον ἐγένετο. [132] ἐκεῖνοί τε γὰρ D συγγενεῖς πῃ τοῦ Καίσαρος Αὐγούστου ὄντες ἦρχον· καὶ ὁ Γάλβας, ὁ τὸ κράτος ὕστερον λαβὼν, τότε ἐν αὐτῇ τῇ νουμηνίᾳ ἐς τοὺς ἐφήβους ἐνεγράφη. ἐπεὶ οὖν [133] πρῶτος μετὰ τὸ Αὐγούστου γένος ἐκ τῶν ἄλλων Ῥωμαίων ἐμονάρχησε, λόγον τισὶ παρέσχεν, ὡς οὐκ ἀπὸ ταὐτομάτου τότε ταῦτα, ἀλλ' ἐκ δαιμονίου προβουλῆς ἐγένετο. Ὁ δ'

r εἰκόνα αὐτοῦ. vocab. αὐτοῦ ſupplendum apud Xiph. eſt etiam in Br. & Z. s ἑκατοστῇ. hæc vox ex Dione non ſolum, ſed & Xiph. exciderat; nec legitur apud RS. qui ſic habet: τῇ μετὰ τοῦτο αὐτὸν ἡμέρᾳ. eam vero inſerendam oſtendit X. unde receperunt HS. & L. qui neſcio cur ordinem verborum mutarint ſcribentes αὐτὸν τῇ μετὰ τοῦτο ἑκατοστῇ ἡμέρᾳ. puto autem cum Sylb. ſcriptum fuiſſe ρ' ἡμέρᾳ, quo facilius poterat negligi numerus. pro ſequentibus, στοιχεῖον ἐκεῖνο τὸ τὸν ἑκατὸν ἀριθμὸν, omiſſo τὸ, Leunclavius ſcribi volebat τὸν ἑκατοστὸν ἀριθμὸν. mihi præferenda viſa eſt lectio Xiphilini; niſi forte poſt τὸ excidiſſe putes literam K. τὸ στοιχεῖον ἐκεῖνο τὸ K. τὸν ἑκατὸν &c. ſic Leon. ſed Xiphilini lectio ſimplicior. t Σεργίου, HS. & L. ex monitu Xyl. pro Σερουΐου, quod rectius habet RS. & infra p. 634. B. nam *Servius* integre ſcriptum reperitur in numis gentis Sulpiciæ.

variante: tamen & quinquennale certamen Gymnicum honori ſuo inſtitutum (ſupra p. 442. E.) *perſpectavit, & cum Tiberio ad deſtinatum locum contendit.* Vellejus II. 123. de Auguſto: *Tiberium miſſurus in Illyricum, proſequens eum, ſimulque interfuturus athletarum certaminis ludicro, quod ejus honori ſacratum a Neapolitanis eſt, proceſſit in Campaniam.*

§ 125. (l.48.) ἔπειτα ἐν Νώλῃ μετήλλαξε] Idem Vellejus: *Proſecutus filium, digreſſusque ab eo Beneventi, ipſe Nolam petiit*, ubi morbo poſt paucos dies conſumtum obiiſſe, teſtantur præter Dionem, Vellejum, Suetonium, Tacitus, Aurelius Victor, itemque alii. Pro Nola, *Atellam* (oppidum & ipſum Campaniæ) nominant Eutropius VII. 8. & Euſebius in Chronico. Nolanam domum, in qua Auguſtus deceſſit, mutatam in templum, dicet Dio p. 600. B.

§ 126. (l. 50.) ὅ, τε γὰρ ἥλιος] Euſebius Chron. Olymp. CXCVII. *Defectio Solis facta, & Auguſtus LXXVII. ætatis ſuæ anno Atellæ in Campania moritur, ſepeliturque Romæ in campo Martio.* Ex aſtronomicis rationibus difficile eſt hoc anno Eclipſin ſolis invenire. vide Petavium doctrinæ temporum lib. XI. c. 6. de Lunæ defectione infra p. 604. D.

§ 127. (l. 52.) ξύλα διάπυρα καὶ ἀστέρες κομῆται] De ſimilibus dictum, p. 586. A.

§ 128. (l. 53.) αἱματώδεις] Ut apud Ovidium Metamorph. XV. 790. *ſparſi Lunares ſanguine currus.* Conf. quæ viri docti ad Joëlis II. 31.

§ 129. (l. 55.) ἵνα εὐχὰς ποιήσωνται] Sic votorum pro ægro Claudio Imp. ſuſceptorum mentio apud Suetonium Claud. c. 45. [deſunt hæc in Leoniceni verſione]

§ 130. (l. 58) τὸ πρῶτον τοῦ ὀνόματος τοῦ Καίσαρος] Sueton. c. 97. *ſub idem tempus ictu fulminis, ex inſcriptione ſtatuæ ejus, prima nominis littera effluxit. Reſponſum eſt, centum ſolos dies poſt hac victurum, quem numerum C. littera notaret: futurumque ut inter Deos referretur, quod Æſar, id eſt reliqua pars e Cæſaris nomine Etruſca lingua* Deus *vocaretur.*

§ 131. (l. 64.) θεὸν παρὰ τοῖς Τυρσηνοῖς] Heſychius Αἰσοὶ θεοὶ ὑπὸ Τυῤῥηνῶν. In commentitiis antiquitatibus Hetruſcis Curtii Inghirami. *Vos igitur maximo* Eſari *non ingrati, ipſum tenete ſolum & ſervite ei ex mentibus veſtris, quia dignus eſt, & quia multa bona fecit vobis, & quia Deus eſt. Si maximus* Eſar *fuerit ſemper vobis Deus, nihil vobis deerit.* Caſaubonus Græcam vocem repetit ab αἶσα, quam μοῖραν ſive fatum idem Heſychius interpretatur. At Edmundo Dickinſono in Delphis Phœnicizantibus c. 11. Hebraicæ potius videtur originis, & denotare creatorem, quoniam *aſara* etiamnum Arabibus *creare* denotat. Erudita hæc ſunt & ingenioſa, tamen valde incertum, a litterarum qualicunque vel ſoni convenientia ad originem ex diverſis gentibus ac linguis argumentari, ſicut eruditus ſcriptor operis Gallica lingua editi, de veteri Gallorum religione lib. II. hariolatur, eadem eſſe vocabula Αἰσος Gallorum & Græcorum Ζεὺς.

§ 132. (l. 67.) ἐκεῖνοι τε γὰρ συγγενεῖς] Conſules Sextus Pompejus & Sextus Apulejus ambo cognatione Auguſtum attingebant, Apulejus quidem, ut dictum, p. 543. A. qui nepos ſororis ejus fuit, & Pompejus ob Julium Cæſarem, cujus filia magno Pompejo hujus avo nubſerat. Pompeji hujus conſulis iterum mentio p. 599. D. & una cum Apulejo apud Tacitum I. Annal. c. 7.

§ 133. (l. 71.) πρῶτος μετὰ τὸ Αὐγούστου γένος] Poſtremus ex Cæſaris familia inter Imperatores Nero: unde Suetonius vitam Galbæ his verbis orditur: *Progenies Cæſarum in Nerone defecit*, quod idem notatum etiam a Tacito, Eutropio, Euſebio, Auſonio, Oroſio aliisque, & a Dione infra p. 727. E. Tamen uſus obtinuit, ut Galba etiam ac cæteri, licet ex alia ſtirpe Imperatores, honoris cauſa Cæſares & Auguſti appellarentur. Conf. illuſtrem Spanhemium T. II. de uſu numiſmatum p. 346.

§ 134. (l. 76.) ἡ Λιουΐα] Aurelius Victor epitome: *Annos ſeptem & ſeptuaginta ingreſſus, Nolæ morbo periit. Quanquam alii ſcribant, dolo Liviæ exſtinctum, metuentis, ne quia privignæ* (Juliæ) *filium Agrippam, quem odio novercali in inſulam* (Planaſiam) *relegaverat, reduci comperat, eo ſummam adepto pœnas daret.* Tangit & Dio ſupra p. 567. C. & Solinus c. 3. uxoris Auguſti cogitationes parum fidas perſtringens.

§ 135. (l. 77.) πρὸς τὸν Ἀγρίππαν] Tacitus lib. I. Annal. c. 5. *Quidam ſcelus uxoris ſuſpectabant. Quippe rumor inceſſerat paucos ante menſes, Auguſtum electis conſciis, & comite uno Fabio Maximo, Planaſiam vectum ad viſendum Agrippam: multas illic utrimque lacrymas, & ſigna caritatis, [illegible] que ex eo fore, ut Juvenis penatibus avi redderetur.* Conf. Plinium VII. 45. & Plutarchum de garrulitate p. 508.

Ὁ δ᾽ οὖν Αὔγουστος, νοσήσας μετήλλαξε· καί τινα [n] ὑποψίαν τοῦ θανάτου αὐτοῦ [134] ἡ Λιουία ἔλαβεν,
E ἐπειδὴ [135] πρὸς τὸν Ἀγρίππαν κρύφα ἐς τὴν νῆσον διέπλευσε, καὶ ἐδόκει οἱ καὶ [x] πᾶσι πάντα καταλλαγήσεσθαι. δείσασα γάρ, ὥς φασι, μὴ καὶ ἐπὶ τῇ μοναρχίᾳ αὐτὸν καταγάγῃ, [136] σῦκα τινὰ ἐπὶ δένδροις ἔτ᾽ ἐπόντα, ἀφ᾽ ὧν ὁ Αὔγουστος αὐτοχειρίᾳ συνάζειν εἰώθει, φαρμάκῳ ἔχρισε. καὶ αὐτή τε ἅμα τὰ [y] ἀνήλειφα ἤσθιε, κἀκείνῳ τὰ πεφαρμαγμένα προσέβαλλεν. εἴτ᾽ οὖν ἐκ τούτου, εἴτε καὶ ἄλλως ἀῤῥωστήσας, τούς τε ἑταίρους συνεκάλεσε, καὶ εἰπὼν [z] αὐτοῖς ὅσα ἔχρῃζε, τέλος ἔφη ὅτι, [137] "Τὴν Ῥώμην γηΐνην
590 παραλαβών, λιθίνην ὑμῖν καταλείπω." τοῦτο μὲν οὖν [138] οὐ πρὸς τὸ τῶν οἰκοδομημάτων αὐτῆς ἀκριβές, ἀλλὰ πρὸς τὸ τῆς ἀρχῆς ἰσχυρὸν ἐνεδείξατο. [139] κρότον δὲ δή τινα παρ᾽ αὐτῶν ὁμοίως τοῖς [140] γελωτοποιοῖς, ὡς καὶ ἐπὶ μίμου τινὸς [a] τελευτῇ, αἰτήσας, καὶ πάμπανυ πάντα τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον διέσκωψε. καὶ ὁ μὲν οὕτω τῇ ἐννεακαιδεκάτῃ τοῦ Αὐγούστου, [141] ἐν ᾗ ποτε τὸ πρῶτον ὑπάτευσε, μετήλλαξε· [142] ζήσας μὲν πέντε καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη, καὶ μῆνας δέκα, καὶ ἡμέρας ἓξ καὶ εἴκοσι (τῇ γὰρ τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ τοῦ Σεπτεμβρίου
B [143] ἐγεγέννητο·) μοναρχήσας δέ, [144] ἀφ᾽ οὗ πρὸς τῷ Ἀκτίῳ ἐνίκησε, τέσσαρα καὶ τεσσαράκοντα ἔτη, δεκατριῶν ἡμερῶν δέοντα.

30. Cæterum Auguſtus ex morbo deceſſit, A.U.C. 767 Sex. Apuleio & Sex. Pompejo COSS. ſuſpecta nonnihil Livia, quaſi ejus fraude obiiſſet. Etenim ad Agrippam Auguſtus clam uxore in inſulam transmiſerat, credebaturque cum eo omnino in gratiam rediturus. Veritam itaque Liviam, ne imperium adeo ei traderet, ficus quasdam in arboribus adhuc pendentes, ex quibus Auguſtus ſua manu fructus decerpere conſueviſſet, veneno inunxiſſe; eique medicatas ficus carpendas obtuliſſe, ipſam non unctas ediſſe ferunt. Sive ea cauſa morbi, ſive alia fuit, id ſane conſtat, Auguſtum, convocatis amicis, ac quæ opus eſſent dictis, tandem hæc verba protuliſſe, Romam ſe lateritiam accepiſſe, marmoream relinquere: quo non ædificiorum ſtabilitatem, ſed firmitatem imperii innuere voluit. Applauſum quoque ab iis, veluti mimo aliquo finito ludiones ſolebant, popoſcit; omnem omnino vitam humanam eo ſubſannans. Vita exceſſit XIV. kal. Septembris, qua die quondam primum conſulatum inierat. Vixit annos LXXV, menſes X, dies XXVI: ſiquidem natus eſt IX. kal. Octobris. Solus ſummum imperium geſſit a victoria apud Actium, annos XLIV. demtis XIII. diebus.

Ὀυ

31. Mors

[n] ὑποψίαν τοῦ θανάτου αὐτοῦ. addit Xiph. ἔμοιγε οὐ πιστόν, dubito an a Dione. [x] πᾶσι πάντα. πᾶσι πάντη, L. non ſatisfacit. dixerim potius transpoſita eſſe πᾶσι πάντα, ſcribendumque παντάπασιν. [y] ἀνήλειφα ſic & Xiph. ἀνάλειφα mavult Sylb. in Indice. [z] αὐτοῖς. vocabulum a me additum ex Xiph. τούτοις, Z. qui mox pro γηΐνην, habet πηλίνην. [a] τελευτῇ ſcripſi pro vulgato τελευτῆς. cum Sylb. qui id habebat ex Pal. acceſſit nobis Coisl. & Br. mox pro πάμπανυ, apud Xiph. eſt πάνυ.

§ 136. (l. 80.) σῦκα τινά] Ficubus viridibus biferis, valde pro cibo delectatum Auguſtum, teſtatur Suetonius c. 76.

§ 137. (l. 86.) τὴν Ῥώμην γηΐνην] Conferendus Caſaubonus ad Sueton. c. 28. & Sylburgius ad Xiphilinum, conferens cum Auguſti dicto illud quod de Themiſtocle eſt apud Ariſtophanem Equitibus v. 811. ὃς ἐποίησε τὴν πόλιν ἡμῶν μεστήν, εὑρὼν ἐπιχειλῆ, *qui quam vacuam reperit, plenam reddidit urbem*. Hadr. Junius Centuria V. Adag. 76. illud apud Eſaiam IX. 10. πλίνθοι πεπτώκασιν, ἀλλὰ λίθους λαξεύσωμεν. Pro γηΐνην, quod eſt etiam apud Xiphilinum, Zonaras hoc idem ex Dione referens, habet πηλίνην, quod propius accedit ad *lateritiam* Suetonii & Victoris. Pro λιθίνην, Libanius ſimile Juliani de Antiochia dictum laudans T. II. p. 163. μαρμαρίνην, cui reſpondet Suetonii & Victoris *Marmorea*. Julianus ipſe in Cæſaribus (ubi de Auguſto ἀδαμαντίνην, quod illuſtri viro Ez. Spanhemio in verſione Gallica p. 224. redditur, *invincible*, ut in numis *invicta Roma*.

§ 138. (l. 88.) οὐ πρὸς τὸ τῶν οἰκοδομημάτων ἀκριβές] Eo tamen Auguſti dictum retulit, præter Suetonium, Aurelius Victor in Cæſaribus, ubi de Auguſto: *auxit ornavitque Romam ædificiis multis, iſto glorians dicto: Urbem lateritiam reperi, relinquo marmoream.* At quanquam Auguſtum ex conſilio Mæcenatis (ſupra p. 484. D) Romam pulchris ac ſumtuoſis ædibus, baſilicis, porticibus, & ſtructuris aliis ornandam per ſe atque amicos curaſſe, Dio ipſe non neglexit annotare, p. 515. ac Suetonius c. 3. tamen eidem libenter aſſentior, Auguſtum hoc dicto non ſolum ad magnificentiam urbis & ſplendorem ædificiorum, ſed maxime ſimul ad majeſtatem firmitatemque Imperii, cujus erat auctor, reſpexiſſe.

§ 139. (l. 89) κρότον δὲ δή τινα] Vide iterum Caſaubonum ad hæc Suetonii c. 99. *Amicos admiſſos percunctatus, ecquid iis videretur mimum vitæ commode transegiſſe, adjecit & clauſulam,* δότε κρότον, καὶ πάντες ὑμεῖς μετὰ χαρᾶς κτυπήσατε. Simile Rabelæſii morientis dictum ad famulum, miſſum ad ſe a Cardinali Bellajo: *tirez le rideau, la farce eſt jouée.*

§ 140. (l. 90.) γελωτοποιοῖς] Mimos planipedes intellige, ad fruſtrationem compoſitos & riſum, de quibus erudita ſcripta Octavii Ferrarii & Nicolai Calliachii exſtant, recuſa nuper in T. II. theſauri antiquitatum Romanarum novi Sallengriani. De formula, qua tragoedias, comœdias & mimos claudebant, *valete & plaudite*, vide Franciſ. Bernardinum Ferrarium, lib. II. de veterum acclamationibus c. 3. T. VI. theſauri Græviani p. 58. Antiquum Bionis dictum apud Senecam de tranquillitate animi c. 15. *omnia hominum negotia ſimilia mimicis eſſe*, cui gemina multa apud veteres leguntur, quæ congeſſit Thomas Gatakerus in præclaris ſuis ad Marcum Antoninum Commentariis ad lib. XI. § 6. & lib. XII. § 36.

§ 141. (l. 93.) ἐν ᾗ ποτε τὸ πρῶτον ὑπάτευσε] De hoc etiam intelligendus Tacitus lib. I. Annal. c. 9. *Multus hinc ipſo de Auguſto ſermo, plerisque vana mirantibus, quod idem dies accepti quondam imperii princeps & vitæ ſupremus.* De conſulatu Auguſti primo, qui A. U. C. 710. die 19. Auguſti, abſenti datus fuit, dictum eſt p. 320. E.

§ 142. (l. 94.) ζήσας μέν] Suetonius c. 100. *Obiit* (Nolæ) *in cubiculo eodem, quo pater Octavius, duobus Sextis, Pompejo & Apulejo Coſſ. XIV. Kal. Septembr. hora diei nona, ſeptuageſimo & ſexto ætatis anno, diebus quinque & triginta minus.* Sic etiam Zonaras: ζήσας ἓξ ἔτη καὶ ἑβδομήκοντα, τριάκοντα καὶ τεσσάρων ἐνδεουσῶν ἡμερῶν. Differentia unius diei provenit a diverſa menſis cavi plenive computatione. Aurelium Victorem autem, qui in Epitome ſcribit annos LXXVII. ingreſſum, & Euſebium in Chron. qui ſeptuageſimo ſeptimo anno eum tradit obiiſſe, ita tuentur Scaliger V. de emendatione tempor. p. 464. ſq. & ad Euſebium p. 181. & Petavius doctrinæ temporum lib. XI. cap. 6. ut Dionem tamen & Suetonium non erraſſe fateantur, ſi illo jam tempore, quo Auguſtus natus eſt, eadem Juliani anni forma valuiſſet, quæ tempore mortis ejus obtinuit. LXXVI. annos Auguſto etiam tribuit Vellejus II. 123. & Dio p. 534. A. Templum Quirini totidem columnis ab eo inſtructum referens.

§ 143. (l. 97.) ἐγεγέννητο] Natus Auguſtus XXIII. Sept. A. U. C. 691. Cicerone & C. Antonio Coſſ. confer quæ viri docti ad Suetonium, c. 5. Obiit XIX. Auguſti A. U. C. 767.

§ 144. (l. 97.) ἀφ᾽ οὗ ἐνίκησε] *Victoria Actiaca* contigit die ſecundo Septembris, A. U. C. 723. Auguſto tertium, & M. Meſſala Corvino Coſſ. ſupra p. 442. *Auguſtus* primum appellatus eſt, A. U. C. 727. menſe Januario, Auguſto ſeptimum & Agrippa tertium Coſſ. ſupra p. 507. Flavius Joſephus, qui imperio Auguſti annos LVII. tribuit, illos computat non a tempore, quo ſolus regnavit, neque a *triumviratu*, cujus initium incidit in A. U. C. 711. poſtremos menſes, ſupra p. 325. ſq. ſed a tempore *Julii Cæſaris* interfecti, Idibus Martiis A. U. C. 710. ipſo quintum Dictatore, & M. Antonio Coſſ. ſupra p. 249. vide Scaligeri notas ad Chron. Euſebii, p. 181.

A.U.C. 767
Sex. Apuleio & Sex. Pompejo COSS.

31. Mors ejus non ſtatim innotuit. Nam Livia metuens, ne Tiberio in Dalmatia adhuc verſante, aliqui novi motus exiſterent; usque ad ejus adventum eam clam habuit, ut quidem plerique, & fide digniores autores tradunt: neque enim deſunt, qui adfuiſſe ægrotanti Auguſto Tiberium, ab eoque mandata quædam accepiſſe perhibeant. Corpus Auguſti Nola elatum primores ſingularum ordine civitatum geſtaverunt: ubi Romam propius perveniſſet, ab equitibus exceptum, noctu urbi illatum eſt. Poſtridie ſenatus eſt habitus: in eum reliqui ſenatores equeſtri habitu, magiſtratus ſenatorio, prætextis demptis, venerunt; Tiberius filiusque ejus Druſus veſtem pullam, forenſi more paratam, amicti, thure ipſi quoque rem ſacram fecerunt, tibicine omiſſo. Conſedit vero ſenatorum multitudo, ſolito quisque loco; conſules autem inferius, alter in prætoriis, alter in tribunorum plebis ſubſelliis. Tum Tiberio venia data, quod cadaver (prohibitum enim hoc erat) tetigiſſet, ac comitatus fuiſſet.

32. Poſt, teſtamentum Auguſti Polybius quidam, ex Cæſaris libertis, recitavit; quaſi non conveniret, id a ſenatore legi. In teſtamento (ſicuti

Οὐ μέντοι καὶ ἐκφανὴς εὐθὺς ὁ θάνατος αὐτοῦ ἐγένετο. ἡ γὰρ Λιουία, φοβηθεῖσα μὴ [145] τοῦ Τιβερίου ἐν τῇ Δαλματίᾳ ἔτ' ὄντος νεωτερισθῇ τι, συνέκρυψεν αὐτὸν μέχρις οὗ ἐκεῖνος ἀφίκετο. ταῦτα γὰρ οὕτω τοῖς τε πλείοσι καὶ ἀξιοπιστοτέροις γέγραπται. εἰσὶ γάρ τινες οἳ καὶ παραγενέσθαι τὸν Τιβέριον τῇ νόσῳ αὐτοῦ, καὶ [b] ἐπισκήψεις τινὰς παρ' αὐτοῦ λαβεῖν ἔφασαν. [146] τὸ δ' οὖν σῶμα τὸ τοῦ Αὐγούστου ἐκ μὲν τῆς Νώλης οἱ πρῶτοι καθ' ἑκάστην πόλιν ἐκ διαδοχῆς ἐβάσταζον, πρὸς δὲ δὴ τῇ Ῥώμῃ γενόμενον οἱ ἱππῆς παρέλαβον, καὶ νυκτὸς ἐς τὸ ἄστυ ἐσεκόμισαν. τῇ τε ὑστεραίᾳ βουλὴ ἐγένετο, καὶ ἐς αὐτὴν [147] οἱ μὲν ἄλλοι τὴν ἱππάδα στολὴν ἐνδεδυκότες συνῆλθον, οἱ δ' ἄρχοντες τὴν βουλευτικήν, πλὴν τῶν ἱματίων τῶν περιπορφύρων. ὁ δὲ δὴ Τιβέριος καὶ ὁ Δροῦσος ὁ υἱὸς αὐτοῦ φαιάν, τὸν ἀγοραῖον τρόπον πεποιημένην, εἶχον. καὶ [148] τοῦ μὲν λιβανωτοῦ καὶ αὐτοὶ ἔθυσαν, [149] τῷ δ' αὐλητῇ οὐκ ἐχρήσαντο. ἐκαθέζοντο δὲ οἱ μὲν πολλοὶ ὥς που ἑκάστοις εἰώθει, οἱ δ' ὕπατοι [150] κάτω ἐν τοῖς βάθροις, ὁ μὲν τῷ τῶν στρατηγῶν, ὁ δὲ τῷ τῶν δημάρχων. καὶ τοῦτο τῷ Τιβερίῳ ἄδεια ἐδόθη, [151] ὅτι τοῦ νεκροῦ, ὅσον οὐκ ἐξὸν δή, ἥψατο, καὶ συμπαρέπεμψεν αὐτόν.

Καὶ μετὰ τοῦτο [152] τὰς διαθήκας αὐτοῦ [153] Πολύβιός τις Καισάρειος ἀνέγνω, ὡς μὴ πρέπον βουλευτῇ τοιοῦτόν τι ἀναλέγεσθαι. κατελέλειπτο δὲ

b ἐπισκήψεις, HS. L. ſic p. 591. C. ἐπισκήψεις, RS. eſſerne ſtato in parte ſoſpetto, Leon.

§ 145. (l. 1.) τοῦ Τιβερίου ἐν τῇ Δαλματίᾳ] In hoc omnes conveniunt, Tiberium ex itinere in Illyricum revocatum; ſed ſi Suetonium Tib. c. 22. audimus, *jam quidem affectum, ſed tamen ſpirantem adhuc Auguſtum reperit, fuitque una ſecreto per totum diem*, & in Auguſto c. 98. *revocatum ex itinere Tiberium diu ſecreto ſermone detinuit, neque poſt ulli majori negotio animum accommodavit*. Atque licet Dio alteram ſententiam præferat eorum, qui non ab Auguſto, ſed properis Liviæ litteris arceſſitum, & mortuo demum Auguſto adveniſſe Tiberium tradidere, tamen mihi credibilior altera videtur, quia minus tribuit ſuſpicioni in Liviam, deinde nec ipſi Tacito explorata viſa eſt, qui lib. I. Annal. c. 5. *non ſatis compertum*, profitetur, *ſpirantem adhuc Auguſtum apud urbem Nolam, an exanimem repererit*. Denique Vellejus II. 123. de Auguſto: *ingraveſcente indies valetudine, cum ſciret, quis, volenti omnia poſt ſe ſalva remanere, arceſſendus foret, feſtinanter revocavit filium. Ille ad patrem expectato revolavit maturius. Tum ſecurum ſe Auguſtus prædicans, circumfuſusque amplexibus Tiberii ſui, commendans illi ſua, atque ipſius opera, nec quicquam de fine, ſi fata poſcerent, recuſans, ſubrefectus primo conſpectu adloquioque cariſſimi ſibi ſpiritus.*

§ 146. (l. 7.) τὸ δ' οὖν σῶμα] Suetonius c. 100. *Corpus Decuriones municipiorum & coloniarum a Nola Bovillas usque deportarunt: noctibus propter anni tempus, cum interdiu in baſilica cujusque oppidi, vel in ædium ſacrarum maxima reponeretur. A Bovillis, equeſter ordo ſuſcepit, urbique intulit, atque in veſtibulo domus collocavit.* Conſulem Pompejum corpus Auguſti apportantibus obviam ex urbe proceſſiſſe, dicit Dio infra p. 599. D.

§ 147. (l. 11.) οἱ μὲν ἄλλοι τὴν ἱππάδα] Inſignis hic locus de ratione luctum teſtandi per veſtium mutationem, ut ſenatores depoſito ſenatorio, habitum equeſtrem ſumerent, ut p. 142. B. 68. A. 827. D. magiſtratus pro prætexta ſua togam ſenatoriam, ut p. 546. B. Tiberius & Druſus pullam *pænulam forenſem*. Ita enim vocatur in veteri inſcriptione apud Gruterum p. DCCV. 10.

§ 148. (l. 15.) τοῦ μὲν λιβανωτοῦ] Non immolabant hoſtias, ſed tantum thura adolebant, ut in ſacris privatis conſuetum fieri Laribus, quos thure minuto colere mos, ut notum ex Juvenalis IX. 137. & Prudentii περὶ στεφ. X. 261. Idem Juvenalis XII. 89. *Laribusque paternis thura dabo.* Conf. Joannem Saubertum de Sacrificiis veterum, c. 24. p. 640.

§ 149. (l. 16.) τῷ δ' αὐλητῇ οὐκ ἐχρήσαντο] Suetonius Tiberio c. 70. *Quo primum die poſt exceſſum Auguſti curiam intravit, quaſi pietati ſimul ac religioni ſatis facturus, Minois exemplo, thure quidem ac vino, verum ſine tibicine ſupplicavit, ut ille olim in morte filii.* In ſacrificiis frequens uſus tibiarum, tum ob alias cauſas, tum ne quid aliud audiretur, vel diræ volucres obſtrepentes nocerent, ut notat Plinius XXVIII. 2. vide Caſparem Bartholinum lib. II. de tibiis veterum, capite ſeptimo. Singulare autem, tibiarum uſum luctus cauſa omiſſum, cum in ipſis funeribus tibicines adhibiti fuerint, & næniæ ad tibias decantatæ, ut præter eundem Bartholinum lib. II. c. 15. docet Joannes Kirchmannus lib. II. de Funeribus Romanorum c. 5.

§ 150. (l. 18.) κάτω ἐν τοῖς βάθροις] Non in ſellis curulibus, ut ſolebant alias, conſularibus, ſed in depreſſioribus ſubſelliis judicum tribunorumque. Conf. Valerium Chimentellum de honore biſellii T. VII. theſauri Græviani p. 2099. & quæ viri docti ad hæc Taciti IV. 8. Annal. *Conſulesque ſede vulgari per ſpeciem mæſtitiæ ſedentes honoris locique admonuit.*

§ 151. (l. 20.) ὅτι τοῦ νεκροῦ ἥψατο] Non tetigiſſe, ſcribit vetus auctor apud Suidam in Αὔγουστος. Αὐγούστου ἀποθανόντος, Τιβέριος καὶ Δροῦσος προηγοῦντο τοῦ σώματος, τοῦ νεκροῦ παντελῶς μὴ ἁπτόμενοι, οὐ γὰρ ἐξῆν τοῖς ἀρχιερεῦσι. Nec licuiſſe principi pontificatum maximum gerenti tangere mortuum, nec oculis quidem, jam dixi ad p. 541. D. 546. B.

§ 152. (l. 22.) τὰς διαθήκας αὐτοῦ] Teſtamenti jam ante XXXVII. annos ab Auguſto conditi mentio ſupra p. 517. ſq. verum hoc ſi non plane ab illo diverſum, certe varie mutatum & interpolatum fuiſſe neceſſe eſt, pluribus illum neceſſitudinibus interim vel defunctis vel exoſis ſibi redditis. Et hocce ante annum & quatuor menſes factum demum ab illo, diſerte Suetonius c. 101. teſtatur. Idem in Tiberio c. 23. *Illatum deinde Auguſti teſtamentum, non admiſſis ſignatoribus niſi ſenatorii ordinis, cæteris extra curiam ſignum agnoſcentibus, recitavit per libertum.*

Zonaras p. 543. D. ſq. τὰς διαθήκας αὐτοῦ ὁ Δροῦσος, ἐκ τῶν ἀειπαρθένων τῶν τῆς Ἑστίας ἱερειῶν, αἷς παρέθετο, κομίσας, ἐς τὸ συνέδριον εἰσήνεγκε, καὶ τὰς σφραγῖδας οἱ καταμνυάμενοι ἐπεσκέψαντο, καὶ ἀνεγνώσθησαν ἐν ἀκροάσει τοῦ συνεδρίου. *Teſtamentum ejus a virginibus Veſtalibus, apud quas depoſitum fuerat, receptum Druſus in curiam attulit: quod ubi ſigilla, qui obſignaverant, inſpexiſſent, audiente Senatu recitatum eſt.* Videtur ergo idem ex Suetonio tradidiſſe Dio, cum quo ad verbum ſæpe convenit. REIM.

§ 153. (l. 23.) Πολύβιός τις Καισάρειος] Non inuſitatum Dioni, libertos Cæſaris, τῶν Καισαρείων nomine appellare. vide p. 609. B. 633. D. 720. C. 673. E. 675. C. & Petrum Fabrum lib. III. Semeſtrium p. 364. De Polybio Suetonius c. 101. *Teſtamentum L. Planco, C. Silio Coſſ. III. Non. Apriles ante annum & quatuor menſes, quam deceſſit, factum ab eo, ac duobus codicibus, partim ipſius, partim libertorum Polybii & Hilarionis manu ſcriptum, depoſitumque apud ſe, virgines*

A.U.C.767 Sex. Apuleio & Sex. Pompejo COSS.

δὲ ἐν αὐταῖς [154] τὰ μὲν δύο μέρη τοῦ κλήρου τῷ Τιβερίῳ, τὸ δὲ λοιπὸν τῇ Λιουΐᾳ, ὥς τινες λέγουσι. ἵνα γάρ τι καὶ ἐκείνη τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἀπόνηται, [155] παρὰ τῆς βουλῆς ᾐτήσατο, τοσοῦτον αὐτῇ καὶ παρὰ τὸν νόμον καταλιπεῖν δυνηθῆναι. [156] κληρονόμοι μὲν δὴ οὗτοι ἐγεγράφατο· κτήματα δὲ καὶ χρήματα πολλὰ πολλοῖς, καὶ τῶν προσηκόντων δὲ καὶ τῶν ἀλλοτρίων, οὐχ ὅπως βουλευταῖς καὶ ἱππεῦσιν, ἀλλὰ καὶ βασιλεῦσι, τῷ τε δήμῳ [157] χιλίας μυριάδας, καὶ τοῖς στρατιώταις, [158] τοῖς μὲν δορυφόροις κατὰ πεντήκοντα καὶ δια-
591 κοσίας δραχμὰς, τοῖς δ' ἀστικοῖς τὴν ἡμίσειαν, τῷ τε λοιπῷ [159] τῷ [c] πολιτικῷ πλήθει πέντε καὶ ἑβδομήκοντα δοθῆναι ἐκέλευσε· καὶ προσέτι [160] καὶ τοῖς παισὶν, ὧν μικρῶν ἔτι ὄντων τοὺς πατέρας τῶν οὐσιῶν ἐκεκληρονομήκει, προσέταξε πάντα μετὰ τῶν προσόδων, ἐπειδὰν ἀνδρωθῶσιν, ἀποδοθῆναι· ὅπερ που καὶ ζῶν ἐποίει. εἰ γάρ τινα τέκνα ἔχοντα διεδέξατο, τοῖς παισὶν αὐτοῦ πάντως, εἰ μὲν ἤδη τότε τέλειοι ἦσαν, εὐθὺς· εἰ δὲ μὴ, μετὰ τοῦτο πάντα ἀπεδίδου. τοιοῦτος [d] μέντοι περὶ τοὺς ἀλλοτρίους παῖδας ὢν, τὴν θυγατέρα
B οὔτε κατήγαγε, καίπερ καὶ δωρεῶν ἀξιώσας, [161] καὶ ταφῆναι ἐν τῷ αὐτοῦ μνημείῳ ἀπηγόρευσε. τοσαῦτα μὲν αἱ διαθῆκαι ἐδήλουν.

Ἐσεκομίσθη

(ſicuti quidam memoriæ tradiderunt) ex beſſe Tiberius, ex triente Livia, hæredes inſtituebantur. Nam Auguſtus, quo illa quoque patrimonii ſui parte aliqua frueretur, a ſenatu petierat, ut tantum etiam præter legum præſcripta legare ei poſſet. Prædia autem, & pecunias, multa multis, non propinquis modo ſuis, ſed nihil ad ſe pertinentibus etiam, neque ſenatoribus tantum, equitibusque, ſed regibus etiam, legavit; populo quadringenties ſeſtertium, militibus prætorianis ſingulis millia nummum, urbanis quingenos ſeſtertios, reliquis legionariis civium Romanorum viritim trecenos: pueris etiam, quorum, dum ipſi adhuc teneram ætatem agerent, paternas hæreditates adierat, patrimonia integra cum reditibus juſſit reddi, ſimul ac virilem ætatem attigiſſent; quod idem vivus etiam obſervaverat, ut, ſi cujus hæres fieret, cui liberi eſſent, omnino his paterna bona vel ſtatim, ſi adulti eſſent, vel ſi minus, poſt hæc omnia reſtitueret. At vero qui ea bonitate erga aliorum liberos utebatur, tamen filiam ſuam ab exilio non revocavit, quamvis eam legatis dignatus; inque ſuo ſepulcro humari prohibuit. Hæc teſtamento continebantur.

33. Illati

c πολιτικῷ πλήθει. Lipſius ad Tacit. Ann. I. not. 58. *fuit cum placeret* ἰδιωτικῷ πλήθει. ſed ipſe damnat.
d μέντοι. μὲν δὴ, Xiph. ſed ibi Coiſl. quoque & Br. μέντοι.

nes Veſtales, cum tribus ſignatis æque voluminibus protulerunt. Quæ omnia in ſenatu aperta atque recitata ſunt. Ejusdem Polybii mentio in veteribus inſcriptionibus apud Gruterum p. LXXV. 9. & MCXI. 2. Alius Polybius libertus Claudii, infra p. 684. E. Libertus ex ſecretioribus miniſteriis, qualem memorat Tacitus in Agricola c. 40. ubi ſi placet vide notas Mich. Virdungi p. 214. ſq.

§ 154. (l. 25.) τὰ μὲν δύο μέρη] Sueton. Aug. c. 101. *Heredes inſtituit primos, Tiberium ex parte dimidia & ſextante, Liviam ex parte tertia, quos & ferre nomen ſuum juſſit.* Et in Tib. c. 23. *Illatum deinde Auguſti teſtamentum, non admiſſis ſignatoribus, niſi ſenatorii ordinis, cæteris extra curiam ſigna agnoſcentibus, recitavit per libertum. Teſtamenti initium fuit:* Quoniam ſiniſtra fortuna Cajum & Lucium filios mihi eripuit, Tiberius Cæſar mihi ex parte dimidia & ſextante heres eſto. Non igitur Tiberius duas partes de duodecim, ſeu *ſextantem*, ut Leunclavius reddi volebat, ſed duas de tribus, ſeu *beſſem*, ut recte Xylander verterat, tulit.

§ 155. (l. 28.) παρὰ τῆς βουλῆς ᾐτήσατο] Per legem Voconiam, de qua ad p. 578. D. dictum eſt, vetabatur femina ex hereditate amplius accipere quam quadrantem, nec majorem ſummam quam centum millia ſeſtertium. Heredem igitur ex triente facturus Liviam Auguſtus, qui præcipere poterat, a ſenatu rogavit, ut hujus legis gratiam illi faceret.

Voconiam legem obſtitiſſe, Cujacii, Torrentii, Caſauboni, eſt ſententia. Verum ut non dicam, hanc legem ſæpe eluſam, vel potius *obliteratam civitatis opulentia* fuiſſe, quod de ſuis temporibus Sex. Cæcilius ait apud Gellium XX. 1. & de temporibus ante Auguſtum probat Cl. Perizonius in Triade Diſſ. II. p. 189. ſqq. valuerit ſane plus ſub Auguſto, qui ideo primum feminas quasdam, ex gratia, lege Voconia ſolvit, teſte Dione p. 578. D. tamen nunc Voconiæ legi derogatum jam erat lege Papia Poppæa, de qua ibid. Unde hanc potius legato Liviæ obfuiſſe, verior eſt Gothofredi, Schultingii, Heineccii ſententia, quia ſecundum illam duas tantum decimas, unam matrimonii, alteram filii Tiberii nomine, capere poterat; quare ut trientem caperet, lege Papia Poppæa erat ſolvenda. vide Heineccium ad hanc legem p. 264. Movent dubium, quod Livia dudum habuerit jus trium liberorum, referente Dione noſtro p. 549. D. Atqui hoc jus ſic deſcribitur, ἵνα ἄν τις τι τελευτῶν καταλίπῃ, λαμβάνωσι. ibid. E. ut eo jam jure Livia videatur majorem partem hereditatis capere potuiſſe, nec indiguiſſe, ut hunc in finem lege Papia Poppæa denuo ſolveretur. Non video hunc nodum ſolvi ab Heineccio, nec mihi liquet, quomodo ex ipſa lege decimaria *liquere* dicat Cl. Schultingius ad Ulpianum tit. XV. § 1. not. 6. *quare Livia, utcunque trium liberorum jure honorata, non potuerit ſine ſpeciali Senatus permiſſu trientem percipere.* Verum ex nexu legis colligitur, *jus trium liberorum* ingenuis ſolidi capionem indulſiſſe, non reſpectu mariti, ſed reſpectu aliorum tantum; ut vero ex mariti teſtamento, præter duas decimas, aliquid amplius Livia caperet, vel *jus communium liberorum* habere debebat, vel certe lege Papia Poppæa erat ſolvenda. REIM.

§ 156. (l. 30.) κληρονόμοι μὲν δὴ οὗτοι] Heredes *primi*, Tiberius & Livia: *ſecundi* Druſus Tiberii filius ex triente, & ex partibus reliquis Germanicus, liberique ejus tres ſexus virilis: *tertio gradu*, propinqui amicique complures. Sueton. c. 101. Tacitus lib. I. Annal. c. 8. *Tiberium & Liviam heredes habuit. Livia in familiam Juliam nomenque Auguſtæ adſumebatur. In ſpem ſecundam nepotes pronepotesque,* (ut Claudium de quo Sueton. c. 4.) *tertio gradu primores civitatis ſcripſerat, pleroſque inviſos ſibi, ſed jactantia gloriaque ad poſteros.*

§ 157. (l. 34.) χιλίας μυριάδας] Sueton. *Legavit populo Rom. quadringenties, tribubus* (plebis) *tricies quinquies ſeſtertium.* Tacitus: *Legata non ultra civilem modum, niſi quod populo & plebi quadringenties & tricies quinquies.* Populo nimirum quadringenties, & plebi, quod Dio annotare prætermiſit, tricies quinquies. De hoc legato perſoluto infra p. 611. A.

§ 158. (l. 35.) τοῖς δορυφόροις] Tacitus: *Prætorianarum cohortium militibus ſingula nummum millia, legionariis autem cohortibus civium Romanorum trecenos nummos viritim dedit.* Sueton. *Prætorianis militibus ſingula millia nummum, cohortibus urbanis quingentos, legionariis trecentos nummos: quam ſummam repræſentari juſſit, nam & confiſcatam ſemper repoſitamque habuit.* vides quod de cohortibus urbanis Suetonius annotat, & Dio, a Tacito prætermiſſum. Singula millia nummum prætorianis numerata etiam ex teſtamento Tiberii, infra p. 640. E.

§ 159. (l. 37.) τῷ πολιτικῷ πλήθει] Hæ ſunt cohortes legionariæ civium Romanorum, qui Dioni τὰ πολιτικὰ στρατόπεδα alibi dicuntur, ut p. 564. A. 481. C. 506. A. vel οἱ ἐκ τοῦ καταλόγου p. 128. D. diſtincti a ſociali & auxiliari militia τῶν συμμαχικῶν. Hujus δωρεᾶς Auguſti duplum Germanicianis militibus tumultuantibus exſolvit Germanicus. infra p. 605. A.

§ 160. (l. 39.) καὶ τοῖς παισὶν] Infra p. 597. D. Sueton. c. 66. *Legata vel partes hereditatum a quibuscunque parentibus relicta ſibi, aut ſtatim liberis eorum concedere, aut ſi pupillari ætate eſſent, die virilis togæ vel nuptiarum, cum incremento reſtituere conſueverat.* Idem c. 101. Auguſtum viginti proximis annis quaterdecies millies ex teſtamentis amicorum percepiſſe teſtatur.

§ 161. (l. 47.) καὶ ταφῆναι] Idem Sueton. *Julias filiam neptemque, ſi quid his accidiſſet, vetuit ſepulchro ſuo inferri.*

A.U.C. 767 Sex. Apuleio & Sex. Pompeio COSS.

33. Illati ſunt præterea in ſenatum libri quatuor, quos Druſus recitavit. Primo ſcripſerat de funere ſuo mandata: altero enumerationem rerum a ſe geſtarum, quas incidi in columnas æneas, ac ſtatui ante ſuum ſacrarium jubebat: tertio ſummam militum, redituum, impendiorum publicorum, pecuniæ in ærario & fiſcis, aliaque id genus ad imperium pertinentia indicabat: quarto libello mandata & conſilia Tiberio ac reipublicæ data, interque alia, ne multos manumitterent, ne varia turba urbs impleretur: neve multos jure civitatis donarent, quo plus ipſi ſuis ſubditis antecellerent: ut rempublicam omnibus, qui prudentia ac rerum gerendarum peritia eſſent præditi, committerent; neque uni alicui eam totam crederent: ne vel tyrannidem is affectaret, vel eo pereunte, reſpublica corrueret: ſimul conſilium iis dedit, ut contenti præſente fortuna, fines imperii proferre ulterius non cuperent: quippe, quum difficulter imperium tantum ſervari poſſit, periculum fore, ne plura appetendo, parta quoque amitterent. Hoc cum non verbis modo, ſed re etiam ſervaſſe conſtat: namque etſi plurima barbarorum ſui juris poterat efficere, nunquam tamen voluit. Hæc quidem mandatis ejus continebantur.

34. Se-

Ἐσεκομίσθη δὲ καὶ [162] βιβλία τέσσαρα· καὶ αὐτὰ ὁ Δροῦσος ἀνέγνω. ἐγέγραπτο δὲ ἐν μὲν τῷ πρώτῳ [163] ὅσα τῆς ταφῆς εἴχετο· ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ, [164] τὰ ἔργα ἃ ἔπραξε πάντα, ἃ καὶ [165] ἐς χαλκᾶς στήλας πρὸς τῷ ἡρῴῳ αὐτοῦ σταθείσας ἀναγραφῆναι ἐκέλευσε· τὸ τρίτον, [166] τά τε τῶν στρατιωτῶν, καὶ τὰ τῶν προσόδων, τῶν τε ἀναλωμάτων τῶν δημοσίων, τό τε πλῆθος [167] τῶν ἐν τοῖς θησαυροῖς χρημάτων, καὶ ὅσα ἄλλα τοιουτότροπα ἐς τὴν ἡγεμονίαν φέροντα ἦν, εἶχε· C καὶ [168] τὸ τέταρτον ἐντολὰς καὶ ἐπισκήψεις τῷ Τιβερίῳ καὶ τῷ κοινῷ, ἄλλας τε, καὶ ὅπως [169] μήτ' ἀπελευθερῶσι πολλούς, ἵνα μὴ παντοδαποῦ ὄχλου τὴν πόλιν πληρώσωσι· μήτ' αὖ [170] ἐς τὴν πολιτείαν συχνοὺς ἐσγράφωσιν, ἵνα [171] πολὺ τὸ διάφορον αὐτοῖς [e] πρὸς τοὺς ὑπηκόους ᾖ· τά τε κοινὰ [172] πᾶσι τοῖς δυναμένοις καὶ εἰδέναι καὶ πράττειν ἐπιτρέπειν, [f] καὶ ἐς μηδένα ἀναρτᾶν αὐτὰ παρῄνεσε σφίσιν· ὅπως μήτε [g] τυραννίδος τις ἐπιθυμήσῃ, μήτ' αὖ πταίσαντος ἐκείνου, τὸ δημόσιον σφαλῇ. γνώμην τε αὐτοῖς ἔδωκε, τοῖς τε παροῦσιν ἀρκεσθῆναι, [173] καὶ [h] μηδαμῶς ἐπὶ πλεῖον τὴν ἀρχὴν ἐπαυξῆσαι ἐθελῆσαι. D δυσφύλακτόν τε γὰρ αὐτὴν ἔσεσθαι, καὶ κινδυνεύσειν ἐκ τούτου καὶ τὰ ὄντα ἀπολέσαι, ἔφη. τοῦτο γὰρ καὶ αὐτὸς ὄντως ἀεὶ οὐκ ἐν λόγῳ μόνον ἀλλὰ καὶ ἔργῳ ἐτήρησε· παρὸν γοῦν αὐτῷ [174] πολλὰ ἐκ τοῦ βαρβαρικοῦ προσκτήσασθαι, οὐκ ἠθέλησε. ταῦτα μὲν αἱ ἐντολαὶ εἶχον.

Μετὰ

e πρὸς τὸ ὑπήκοον ᾖ· τά τε κοινὰ πᾶσι τοῖς. hæc omiſſa in editione RS. ex Xiph. monitu Xyl. addiderunt HS. & L. ego vero in omnibus Xiphilini editionibus, non πρὸς τὸ ὑπήκοον, ſed πρὸς τοὺς ὑπηκόους lego: quod cur refingerem cum Xylandro eumque ſequentibus, ſatis cauſæ non vidi. f καὶ ἐς μηδένα. ſic & Xiph. & Leon. mendum eſt. ſcripſiſſe Dionem non dubito: καὶ μὴ ἐς ἕνα, L. μηδ' ἐς ἕνα, Od. ſcrib. ἐς μηδένα ἕνα, ſic ἕνα οὐδένα T. I. p. 126, 51. g τυραννίδος τις ἐπιθυμήσῃ. ſic & ap. Xiph. in nonnullis editt. ſed in Robertina, in MS. Pal. Coisl. & ſic. legitur: τυραννίδα τις ἐπιθεὶς ἄν, tyrannidem imponeret. h μηδαμῶς. μηδὲν μηδ', V. b.

§ 162. (l. 50.) βιβλία τέσσαρα] Trium tantum meminit Sueton. c. 102. quartum cum tertio (perinde ut Tacitus lib. I. Annal. c. 11.) conjungens & pro uno computans: *De tribus voluminibus, uno mandata de funere ſuo complexus eſt: altero indicem rerum a ſe geſtarum, quem vellet incidi in aneis tabulis, quæ ante Manſoleum ſtatuerentur: tertio breviarium totius imperii, quantum militum ſub ſignis ubique eſſet, quantum pecuniæ in ærario & fiſcis, & vectigaliorum reſiduis. Adjecit & libertorum ſervorumque nomina, a quibus ratio exigi poſſet.* Hæc tria æque ſignata volumina cum teſtamento Auguſti depoſita apud ſe, virgines Veſtales protulerunt, teſte eodem Suetonio, c. 101.

§ 163. (l. 52.) ὅσα τῆς ταφῆς] Plura exempla mandatorum ejuſcemodi, quæ morituri ab heredibus legatariisve, aut iis quorum fidem ſpectatam habebant, curari voluere, collegit Barnabas Briſſonius lib. VII. de formulis p. 670. ſq.

§ 164. (l. 52.) τὰ ἔργα] Hujus magna pars adhuc ſupereſt in monumento Ancyrano, quod V. C. Jacobus Gronovius, collato Danielis Coſſonii apographo, integrius quam Aug. Busbequius pridem, & Andreas Schottus, hosque ſecuti tot alii, vulgavit Lugduni Batav. 1695. 4to.

§ 165. (l. 53.) ἐς χαλκᾶς στήλας πρὸς τῷ ἡρῴῳ αὐτοῦ] Suetonius: in *aneis tabulis quæ ante Manſoleum ſtatuerentur.* In monumento Ancyrano: *duabus aheneis pilis.* De columnis ejusmodi ſive pilis, quibus στῆλαι ac tabulæ legibus vel aliis rebus memorabilibus inſcriptæ proponebantur, conſules Thomam Gatakerum in Cinno lib. I. c. ult.

§ 166. (l. 55.) τά τε τῶν στρατιωτῶν] *Breviarium imperii* Suetonius c. ult. appellat. Similem librum Auguſtus, in morbo, a quo per Muſam levatus eſt, cum morti ſe vicinum exiſtimaret, Piſoni tradidit, τάς δὲ δυνάμεις καὶ τὰς προσόδους κοινὰς ἐς βιβλίον γράψας ἔδωκε, ſupra p. 517. C. *Rationarium* hoc *imperii*, eidem Suetonio c. 28. & in Caligula c. 16. *Rationes Imperii ab Auguſto proponi ſolitas, ſed a Tiberio intermiſſas publicavit.* λογισμοὺς τῶν δημοσίων χρημάτων vocat Dio infra p. 646. E. Longe junioris ætatis eſt λογαρικὸν, ſive Rationarium, quod ſub Auguſti nomine exſtat Græce ac Latine in Analectis Græcis Monachorum Benedictinorum, quæ pro Tomo quarto monumentorum Eccleſiæ Græcæ Cotelerii ſunt publici juris facta Pariſiis A. 1692. 4to. & ad calcem Joh. Frid. Gronovii de pecunia veteri. Lugd. Batav. 1691. 4. ſub titulo λογαρικῆς παλαιᾶς.

§ 167. (l. 57.) τῶν ἐν τοῖς θησαυροῖς χρημάτων] Etiam ἀπογραφὴν τῶν ὑπαρχόντων οἱ compoſuiſſe ſibi Auguſtum notavit Dio p. 545. E.

§ 168. (l. 59.) τὸ τέταρτον] Hujus quarti voluminis, ſed quod cum tertio conjunctum, atque adeo pro eodem habetur, & ipſe & Suetonius, his verbis meminit Tacitus lib. I. Annal. c. 11. *proferri Tiberius libellum recitarique juſſit. Opes publicæ continebantur: quantum civium ſociorumque in armis, quot claſſes, regna, provinciæ, tributa aut vectigalia & neceſſitates ac largitiones. Quæ cuncta ſua manu perſcripſerat Auguſtus: addideratque conſilium coercendi intra terminos imperii, incertum metu an per invidiam.* Meminerat Vellejus quoque argumentum, quod non Tacitus tantum & Suetonius, ſed Dio etiam præteriit. Ita enim ille lib. II. c. 124. *Primum principalium Tiberii operum fuit ordinatio comitiorum, quam manu ſua ſcriptam D. Auguſtus reliquerat.* Sed diſerte Dio innuit plura præcepta & conſilia in illo volumine comprehenſa fuiſſe.

§ 169. (l. 60.) μήτ' ἀπελευθερῶσι πολλούς] Huic rei jam lege caverat Auguſtus, qua manumiſſionibus modum ſtatuiſſe teſtatur Suetonius c. 40. & Dio ſupra p. 557. C. Maximumque illius rei tunc invaluiſſe abuſum, longa & gravis querela exſtat Dionyſii Halicarnaſſei lib. IV. Antiq. p. 127. 128. qui ſuadet, eos qui manumitterentur ſingulis annis examinari a Cenſore vel Conſule, qui ſint, qua de cauſa & quomodo libertatem aſſecuti ſint: deinde qui digni civitate comperti fuerint; in tribus adſcriptis, permitti urbem incolere, ſceleſtam vero & impuram multitudinem, τὸ μιαρὸν καὶ ἀκάθαρτον φῦλον, honeſta ſpecie ablegari aliquo in coloniam. Iſtos enim, inquit, impuros urbis pileos plerique cum ſtomacho adſpectant, ὡς τούτους [illegible] τοὺς πίλους ἐκ τῆς πόλεως ἀποβλέπουσι [illegible] καὶ προβέβληνται τὸ ἔθος, ὡς ἂν [illegible] καὶ παντὸς ἄρχειν ἀξιοῦσι τόπον, τούτους [illegible]

§ 170. (l. 62.) ἐς τὴν πολιτείαν] Licet Mæcenas ſuaſerat, omnes ſubjectos imperio, etiam civitate Romana donare, p. 477. B. tamen Auguſto alia mens fuit: ut c. 40. notat Suetonius, magni exiſtimans, ſincerum atque ab omni colluvione peregrini ac ſervilis ſanguinis incorruptum ſervare populum, civitatem Romanam parciſſime dedit, & Liviæ pro Gallo quodam roganti, civitatem negavit, immunitatem obtulit, affirmans ſe facilius paſſurum fiſco detrahi aliquid, quam civitatis Romanæ vulgari honorem.

Μετὰ δὲ τοῦτο ἡ ἐκφορὰ αὐτοῦ ἐγένετο. [175] κλίνη
E ἦν ἔκ τε ἐλέφαντος καὶ χρυσοῦ πεποιημένη, καὶ στρώμασιν ἁλουργοῖς διαχρύσοις κεκοσμημένη· καὶ ἐν αὐτῇ τὸ μὲν σῶμα κάτω που ἐν θήκῃ συνεκέκρυπτο· εἰκὼν δὲ δή τις αὐτοῦ κηρίνη ἐν ἐπινικίῳ στολῇ ἐξεφαίνετο. καὶ αὕτη μὲν ἐκ τοῦ παλατίου πρὸς τῶν ἐς νέωτα ἀρχόντων, ἑτέρα δὲ ἐκ τοῦ βουλευτηρίου χρυσῆ, καὶ ἑτέρα αὖ ἐφ' ἅρματος πομπικοῦ ἤγετο. καὶ μετὰ ταύτας αἵ τε τῶν προπατόρων αὐτοῦ, καὶ αἱ τῶν ἄλλων συγγενῶν τῶν τεθνηκότων, ([176] πλὴν τῆς τοῦ Καίσαρος, ὅτι ἐς τοὺς
592 ἥρωας ἐσεγέγραπτο) αἵ τε τῶν ἄλλων Ῥωμαίων, τῶν καὶ καθ' ὁτιοῦν πρωτευσάντων, [177] ἀπ' αὐτοῦ τοῦ Ῥωμύλου ἀρξάμεναι, ἐφέροντο. [i] καί τις καὶ τοῦ Πομπηίου τοῦ Μεγάλου εἰκὼν ὤφθη, [178] τά τε ἔθνη πάνθ' ὅσα προσεκτήσατο, ἐπιχωρίως σφίσιν ὡς ἕκαστα ἀπεικασμένα ἐπέμφθη. κἀκ τούτου καὶ τἆλλα αὐτοῖς, ὅσα ἐν τοῖς ἄνω λόγοις εἴρηται, ἐφέσπετο. προτεθείσης δὲ τῆς κλίνης ἐπὶ τοῦ δημηγορικοῦ βήματος, ἀπὸ μὲν ἐκείνου [179] ὁ Δροῦσός τι ἀνέγνω· ἀπὸ δὲ τῶν
B ἑτέρων ἐμβόλων [k] τῶν Ἰουλίων ὁ Τιβέριος δημόσιον δή τινα κατὰ δόγμα λόγον ἐπ' αὐτῷ τοιόνδε ἐπελέξατο.

« Ὅσα μὲν ἰδίᾳ καὶ [l] παρὰ τῶν συγγενῶν « [m] ἐπὶ τῷ θείῳ ἐκείνῳ Αὐγούστῳ λεχθῆναι ἔδει, « Δροῦσος εἴρηκεν· ἐπειδὴ δὲ καὶ δημοσίας τρόπον « τινὰ φωνῆς ἡ γερουσία καλῶς ποιοῦσα ἠξίωσεν αὐτόν,

34. Secundum hæc funus ejus elatum eſt. Lectus erat ex auro & ebore conſtructus, purpureis ſtragulis, auroque intertextis, ornatus: in ejus infima parte cadaver, arcæ cuidam incluſum, latebat. Imago autem ejus cerea, habitu triumphali, oſtentabatur, quam a palatio ducebant conſules deſignati: altera aurea ex curia, tertia in curru pompali ducebatur. Poſt has, avorum ipſius, ac cognatorum vita functorum, (excepta Julii Cæſaris, qui inter ſemideos erat relatus) aliorumque Romanorum, qui quacunque re geſta excelluiſſent, imagines, inde a Romulo ipſo, ferebantur: inter quas Pompeji quoque Magni imago quædam, omnesque nationes, quas ſubegiſſet, cum ſuo ipſarum cultu effictæ cernebantur. Has reliqua omnia, quæ ſupra commemoravimus, ſubſecuta ſunt. Quum lectus pro roſtris publice poſitus fuiſſet, Druſus ex eodem tribunali aliquid de ſcripto recitavit. Tiberius autem pro aliis illis roſtris Juliis, ex S. C. & publico nomine, in hæc propemodum verba de eo peroravit.

A.U.C 767 Sex. Apulejo & Sex. Pompejo COSS.

35. " Quæ privatim, & ab hominibus cognatis, de divo Auguſto dicenda fuerunt, a Druſo dicta ſunt. Quoniam autem eum, idque merito, publica etiam aliqua voce ſenatus dignatus eſt;

[i] καί τις. ita & Xiph. malim ἐν οἷς καί, Od. [k] τῶν Ἰουλίων. τῶν Ἰουλιείων, Xiph. [l] παρά sic probe HS. & qui inſcius eum ſequitur L. περί, RS. [m] ἐπὶ τῷ θείῳ. præmittebat particulam καὶ RS. quam delendam ſuaſit X. ideoque omiſerunt HS. & L.

§ 171. (l. 63.) πολὺ διάφορον πρὸς τὸ ὑπήκοον] Qui cives Romani non erant & Romanis parebant, dicti *ſubjecti*, οἱ ἀρχόμενοι, δουλεύοντες, ὑπήκοοι, infra p. 603. A. Ita in cives & ſubjectos provinciales totum imperium diſtinguebatur, atque ut Ariſtides Oratione in Romam T. I. p. 373. τὸ μὲν χαριέστερον μέρος καὶ γενναιότερον καὶ δυνατώτερον πανταχοῦ, πολίτικον καὶ ὁμόφυλον ἀπεδείξατε, τὸ δὲ λοιπὸν ὑπήκοον καὶ ἀρχόμενον. Ab his diſtinctum tertium genus τὸ ἔνσπονδον fœderatorum & ſociorum, qui ſuis legibus patriisque inſtitutis vivere permittebantur. Itaque τοὺς συμμάχους ab ὑπηκόοις diſtinguit Auguſtus, ſupra p. 502. B. & τὸ ἔνσπονδον p. 526. C.

§ 172. (l. 64.) πᾶσι τοῖς δυναμένοις] Toti Senatui, quod initio etiam ſibi probatum videri voluit Tiberius, ſuadens *in civitate tot illuſtribus viris ſubnixa, non ad unum omnia deferrent, plures facilius munia Reipb. ſociatis laboribus exſecuturos*, apud Tacitum I. Annalium c. 11. verum non ipſe ſolus modo imperium cupide (licet diſſimulanter) capeſſivit, ſed etiam deinde contra id quod Auguſtus commendaverat permiſit, conculcata ſenatus auctoritate, omnia ab uno Sejano dependere: hunc enim ſibi *ſatellitem* delegit magno ſuo malo & publico, *in quo totius dominationis ſumma quaſi quodam cardine verſaretur*, ut verbis utar Valerii Maximi lib. III. c. 3. extern. 5. Aliter longe Auguſtus, de quo vide p. 511. A.

§ 173. (l. 69.) καὶ μηδαμῶς ἐπὶ πλεῖον] Vide p. 502. B. & quæ notavi ad p. 526. C. Laudat hoc Auguſti conſilium Tiberius infra p. 597. D. eodem pertinet quod Tacitus in Agricolæ vita c. 13. ubi de Britanniæ longa oblivione: *conſilium id divus Auguſtus vocabat, Tiberius præceptum.*

§ 174. (l. 74.) πολλὰ ἐκ τοῦ βαρβαρικοῦ] Appianus in Præfat. prudentiæ hoc tribuit Imperatorum, quod nolint imperium in infinitum proferre ad gentes barbaras, ἐπὶ βάρβαρα ἔθνη πενιχρὰ καὶ ἀκερδῆ, *inopes nec quicquam lucri afferentes. Quarum aliquot*, inquit, *ego vidi in urbem legatos veniſſe, ut ſe ſuosque populares dederent*: καὶ οὐ δεξάμενον βασιλέα ἄνδρας οὐδὲν αὐτῷ χρησίμους ἐσομένους, *nec receptas ab Imperatore, ut ipſi inutiles.* Neque tantum juſtus metus eſt, quem Auguſtus ſtudio tantum imperium in majus amplificandi non ſine cauſa oppoſuit, ne ſcilicet, plura quæ non habent injuſte concupiſcendo, etiam parta nequeant tueri, & eorum quæ habent jacturam faciant: ſed audire etiam debebant tam immanium regnorum conquæſtores inſatiabiles, quibus regendis impares ſunt, quod apud Antonium Hudartum de la Motte lib. III. Fab. 16. ad Regem oppreſſa in regni extremis limitibus mulier de injuriis conquerens, & fruſtra implorans opem a tam longe remoto Principe, *quem in finem*, inquit, *bello nos acquiſiviſti, quos regere propter longinquitatem non vales?*

§ 175. (l. 76.) κλίνη] De lectis quibus funera efferebantur, videndus Kirchmannus de funeribus Rom. lib. II. c. 9. & Jo. Alſtorphius de lectis vet. c. 19. Nota autem, corpus Auguſti non oculis expoſitum fuiſſe hominum, cum efferretur, ſed ἐν θήκῃ in arca reconditum, quæ eodem lecto ferebatur, latuiſſe: conſpicuam autem fuiſſe ejus loco Auguſti imaginem ceream habitu triumphali, toga purpurea, aureis picta laureis, & aureos clavos habente.

§ 176. (l. 85) πλὴν τῆς τοῦ Καίσαρος] In pompis exequialibus illuſtrium virorum ſolebant in totidem lectis præferri imagines majorum, de quo more laudatus Kirchmannus conſuli poteſt lib. II. c. 7. Nec tantum humerorum tenus, ſed integræ & togis ac prætextis, dignitates amplas, quas vivi geſſerant, indicantibus, inſignes, ut ex Polybii lib. VI. 51. notavit Nicolaus Abramus ad Orationem Ciceronis pro Milone c. 13. Neque tantum in deductione funeris, ſed etiam funere jam ſuper rogo collocato, imagines illæ vel homines perſonati eosdem referentes, in curribus circa eundem ducebantur, vide Herodianum IV. 2. Deorum autem & τῶν ἀποθεωθέντων ſive heroum imagines, in pompa Circenſi quidem circumducebantur in thenſis, p. 337. D. ſed in funebri pompa omittebantur, ut dictum ad p. 338. A. itaque & Auguſto Diis jam adſcripto decretum, μηδ' εἰκὼν αὐτοῦ ἐν ἐκφορᾷ τινος πομπεύῃ, *ne imago ejus in ulla pompa funebri exequias comitaretur.* p. 606. C.

§ 177. (l. 87.) ἀπ' αὐτοῦ τοῦ Ῥωμύλου] In Druſi quoque funere, Tiberii fil. imaginum pompam Æneæ & Romuli effigiebus illuſtrem fuiſſe, teſtatur Tacitus IV. Annal. c. 9. Hos cum & ipſos Heroibus adſcriptos conſtet, credibile eſt, Romanis majore religione colendos viſos, quos recens Diis accenſuerant.

§ 178. (l. 89.) τά τε ἔθνη] Sic in triumphis mos vehi ſimulacra gentium captivarum, montium, fluminum, præliorum, ut in triumpho Germanici apud Tacitum II. 41. Annal.

§ 179. (l. 94.) ὁ Δροῦσος] Sueton. c. 100. *biſariam laudatus eſt, pro æde D. Julii a Tiberio, & pro Roſtris ſub veteribus a Druſo, Tiberii filio.* Officium laudandi defunctum pro funere, proprium filio vel proximo cognato. vide quæ Pitiſcus ad Suetonii Auguſt. c. 8. Sic Tiberium laudavit nepos Cajus, infra p. 639. B. Druſillam maritus Lepidus p. 648. B.

A.U.C.767 Sex. Apuleio & Sex. Pompeio COSS.

eſt; id muneris jure mihi demandatum eſſe, ſatis ſcio. Cui enim laudatio hæc rectius, quam mihi, filio ejus & heredi, mandata fuiſſet? Verumtamen metuo, ne oratio mea longe, & veſtra in Auguſtum voluntate, & ipſius meritis, ſit inferior. Et ſane, ſi illa mihi apud peregrinos eſſet habenda, vehementer utique timuiſſem, ne meis ii verbis intenti, ex his res quoque illius geſtas metiendas arbitrarentur. Nunc id me conſolatur, quod apud vos dicendum eſt, qui eas omnes probe cognitas habetis, qui ipſi eas univerſas experti eſtis, qui propter eas hac eum laudatione dignum cenſuiſtis. Non enim meis ex dictis de virtute ejus judicium facietis, ſed ex his, quorum ipſi eſtis conſcii, meum quidem ſermonem adjuvabitis, ſupplendo quæ ei deerunt, ex memoria rerum geſtarum. Ita communi omnium noſtrum collaudatione ornabitur Auguſtus, me veluti in choro quodam primas quaſi voces præcinente, vobis reliqua uno ore ſuccinentibus. Neque vereor, ne vel tenuitatem virium mearum damnaturi ſitis, quia cupiditati veſtræ ſatisfacere nequeo; vel virtuti ejus inviſuri, quod veſtram excedat. Quis enim eſt qui neſciat, ne ſi omnes quidem homines in unum conveniant, dignis eum laudibus exornaturos; vos autem palmam libenter ei omnes concedere, nec invidere ei hoc, quod nemo veſtrum cum eo conferri poſſit, ſed ipſa etiam ejus præſtantia maxime gaudere. Quanto enim major vobis Auguſtus appareat, tanto plura vos ab eo accepiſſe beneficia videbimini: ut non excellentia ejus, livorem, ſed merita, reverentiam apud vos pariant."

36. "Ordiar autem ab ea ætate ejus, qua & ipſe primum ad rempublicam gerendam acceſſit, hoc eſt, a prima ejus adoleſcentia. Id enim ex maximis Auguſti factis eſt, quod primum pueritiam egreſſus, initio adoleſcentiæ, quum reliquum tempus, quo feliciter reſpublica a divo Julio adminiſtrabatur, diſciplinæ capiendæ intentus vixiſſet; ſimul hic inſidiis circumventus, & reſpublica conturbata fuit, & ultus eſt patris necem abunde, & vobis opem maxime neceſſariam tulit: non multitudinem extimeſcens inimicorum, non magnitudinem rerum veritus, non gravatus annorum ſuorum paucitate. Quid horum ſimile Alexander ille Macedo, quid Romulus noſter, egerunt, qui vel maxime juvenes præclaras res geſſiſſe cenſentur? Quanquam hos quidem omitto, ne ipſa comparatione

" αὐτὸν, οἶδα μὲν προσήκοντα ἐ[illegible] τὸν λόγον " τόνδε ἐπιτραπείς. τίς γὰρ ἂν [illegible] ἐμοῦ, " τοῦ καὶ παιδὸς [illegible], καὶ [illegible], τὸν ἐπ' " αὐτῷ ἔπαιν[illegible]; οὐ μ[illegible] καὶ θαρσῶ C " ἔχω, ὡς οὐ [illegible]έστερος [illegible] τῆς ὑμετέρας " περὶ αὐτοῦ βο[illegible] τῆς [illegible] ἀξιώσεως " ὤν. ἀλλ' εἰ με[illegible]οις [illegible] " λον, σφόδρα ἂν [illegible] τῷ ἐμῷ λό- " γῳ προσέχοντες, τ[illegible] τὰ ἔργα αὐτοῦ νο- " μίσωσιν εἶναι· νῦν [illegible] παρ[illegible] μοι, ὅτι " παρ' ὑμῖν τοῖς πάντα τε ἀκρ[illegible] εἰδόσι, " καὶ πάντων αὐτῶν πεπειραμένο[illegible], καὶ διὰ ταῦτα " καὶ τῶν ἐπαίνων τῶνδε αὐτὸ[illegible] ἀξιώσασι, τοὺς " λόγους ποιήσομαι. οὐ γὰρ ἐξ [illegible] ἂν ἐγὼ εἴ- D " πω, καὶ τὴν ἐκείνου ἀρετὴν κρ[illegible], ἀλλ' ἐξ ὧν " αὐτοὶ σύνιστε, καὶ τοῖς ἐμοῖς [illegible] βοηθοῦντες, " ἀναπληροῦντες τὸ ἐλλεῖπον τῇ [illegible] τῶν γεγονό- " των ὥστε κοινὸν καὶ τοῦτο πα[illegible] τὸν ἔ- " παινον γενέσθαι, ἐμοῦ τε, ὥσπ[illegible] χορῷ τινι, " τὰ κεφάλαια ἀποσημαίνοντος, [illegible] τὰ λοι- " πὰ συνεπηχούντων. οὐ γὰρ δ[illegible] ἐκεῖνο δέδοι- " κα, μὴ ἤτοι [n] ἐμοὶ ἀσθένειάν [illegible] καταγνῶτε, " ὅτι μὴ δύναμαι τῆς ἐπιθυμίας [illegible] τυχεῖν, ἢ αὐ- " τοὶ τῷ ὑπερβάλλοντι ὑμᾶς τῆς [illegible] φθο- " νήσητε. τίς γὰρ οὐκ ἐπίσταται [illegible] ὅτι οὐδ' ἂν E " πάντες ἄνθρωποι συνελθόντες ἀ[illegible] αὐτοῦ ἐπαί- " νους εἴποιεν; καὶ πάντες ἐθελο[illegible] τῶν νικητηρίων " αὐτῷ παραχωρεῖτε, οὐχ ὅτι [illegible] ἂν ὑμῶν ἐξι- " σωθείη οἱ, [o] φθονοῦντες, ἀλλ[illegible] αὐτῷ τῷ ὑ- " περέχοντι αὐτοῦ ἀγαλλόμενοι. [illegible] ἂν οὗτος " μείζων ὑμῶν φανῇ, τοσούτῳ [illegible] ὑμεῖς εὐερ- " γετῆσθαι δόξετε, ὥστε μὴ ἀφ[illegible] ἐλαττοῦσθε αὐ- " τοῦ, βασκανίαν ὑμῖν, ἀλλ' ἀ[illegible] εὖ πεπόνθατε " ὑπ' αὐτοῦ, σεμνότητα ἐγγενέ[illegible].

" Ἄρξομαι δὲ ἐντεῦθεν, ὅθεν[illegible] καὶ ἐκεῖνος τὰ " κοινὰ πράττειν ἤρξατο· τουτέ[illegible] τῆς πρώτης 593 " ἡλικίας αὐτοῦ. καὶ γὰρ τοῦτο [illegible] τῶν μεγίστων " τοῦ Αὐγούστου ἔργων ἐστὶν, ὅτι [illegible] ἔκ τε τῶν " παίδων ἐξεληλυθὼς, καὶ μ[illegible] ἀρχόμε- " νος, τὸν μὲν ἄλλον χρόνον, [illegible] καλῶς τὰ " δημόσια πρὸς τοῦ ἡμιθέο[illegible] Καίσαρος " διῳκεῖτο, [180] παιδείᾳ προσ[illegible] ἐπεὶ δὲ ἐπι- " βουλευθέντος αὐτοῦ πάντα τ[illegible] ἐταράχθη, " τῷ τε πατρὶ ἅμα ἱκανῶς [illegible], καὶ ὑμῖν " ἀναγκαίως ἐπεκούρησε, μήτ[illegible] πλῆθος τῶν " ἐχθρῶν φοβηθεὶς, μήτε τὸ [illegible] τῶν πραγ- " μάτων δείσας, μήτε τὴν ὀ[illegible] αὐτοῦ B " ὀκνήσας. καίτοι τί τοιοῦτ[illegible] Ἀλέξανδρος ὁ " Μακεδὼν, ἢ Ῥωμύλος ὁ [illegible] (ἐπεὶ που " μάλιστα νεαροὶ ὄντες, ἐλλόγιμ[illegible] δοκοῦ- " σιν) ἔπραξαν; ἀλλὰ τούτου[illegible], ἵνα μὴ καὶ

n ἐμοὶ ἀσθένειάν τινα καταγνῶτε. puto ſcribendum eſſe ἐμοῦ. hæc enim eſt trita & conſtans verbi [illegible] conſtructio.
o φθονοῦντες. φρονοῦντες, V.b. male.

§ 180. (l.43.) παιδείᾳ προσεῖχεν] Miſſus a Julio Cæſare Apolloniam, ibi ſtudiis vacavit, ut notatum Suetonio, c. 8. Dio ſupra p. 271. B.

§ 181. (l.60.) ἔν τε παισὶν, ὕφαι] Nota fabella de Hercule puero, ſive ut Theocritus appellat Herculiſco Ἡρακλίσκῳ, ut octo menſes natus, in cunis jam, *prima novercæ* (Junonis) *monſtra manu geminosque premens eliſerit angues*, de quo Apollodorus lib. II. Bibl. c. 8. & viri docti ad Virgil. Æneid. VIII. 289. & ad Statii lib. III. Silv. l. 47.

§ 182. (l. 61.) ἔλαφόν τέ τινα καὶ κάπρον] Hercules cervum per cornua apprehendens conſpicitur in numis Severi, Caracallæ, Macrini, Diadumeniani & Elagabali Imperatorum. Hyginus fab. 30. inter labores Her[illegible] *Arcadia cum cornibus aureis vivum in conſpectum Euryſthei regis adduxit.* Similiter Hercules ap[illegible] humeris, vel trahens (vide Albricum [illegible]) in numis Marci Antonini, Elagabali & Gordia[illegible], ut habet idem Hyginus, *aprum* in [illegible] Erymanthium occidit. Auſonius Idyll. 17.

Mox Erymantheum vis tertia [illegible],
Aeripedis quarto tulit aurea c[illegible].

§ 183. (l. 62.) λέοντα ἄκων καὶ [illegible]] [illegible] duodecimum Hercules, juſſu Theſtii [illegible] Regis leonem ingentem interfeciſſe, & exuvi[illegible] ejus ſibi aptatis [illegible] traditur,

“ καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ παραβάλλειν οἱ καὶ παρα-
“ δεικνύναι σφᾶς, καὶ ταῦτα ἐν ὑμῖν μηδὲν ἧττον
“ ἐμοῦ αὐτοὺς εἰδόσι, σμικροτέραν τὴν τοῦ Αὐγού-
“ στου ἀρετὴν ποιεῖν νομισθῶ· πρὸς μόνον δὲ δὴ
C “ τὸν Ἡρακλέα, καὶ τὰ ἐκείνου ἔργα, παραθεω-
“ ρῶν αὐτὸν, ὀρθῶς μὲν ἂν κατ᾽ αὐτὸ τοῦτο ποιεῖν
“ δόξαιμι· τοσοῦτον δ᾽ ἂν τῆς προαιρέσεως διαμάρ-
“ τοιμι, ὅσον ἐκεῖνος μὲν [181] ἔν τε παισὶν ὄφεις,
“ καὶ ἐν ἀνδράσιν [182] ἔλαφόν τέ τινα καὶ κάπρον, καὶ νὴ
“ Δία καὶ [183] λέοντα ἄκων καὶ ἐξ ἐπιτάξεως ἀπέκτεινεν·
“ οὗτος δὲ οὐκ ἐν θηρίοις, ἀλλ᾽ ἐν ἀνδράσιν, ἐθελοντὴς
“ καὶ πολεμῶν καὶ νομοθετῶν, τό, τε κοινὸν ἀκριβῶς
“ ἔσωσε, καὶ αὐτὸς ἐλαμπρύνθη. τοιγάρτοι διὰ ταῦ-
D “ τα καὶ [184] στρατηγὸν αὐτὸν εἵλεσθε, [185] καὶ ὕπατον
“ ἀπεδείξατε, ἐκεῖνο τῆς ἡλικίας ἔχοντα, ἐν ᾧ μηδὲ στρα-
“ τεύεσθαί τινες ἐθέλουσιν.
“ Αὕτη μὲν δὴ καὶ Αὐγούστῳ τοῦ πολιτικοῦ βίου
“ ἀρχὴ, καὶ ἐμοὶ τοῦ περὶ αὐτοῦ λόγου γέγονε.
“ μετὰ δὲ δὴ τοῦτο, ὁρῶν τὸ μὲν πλεῖστον καὶ κρά-
“ τιστον καὶ τοῦ δήμου καὶ τῆς βουλῆς ἑαυτῷ συμ-
“ φρονοῦν, στασιώταις δέ τισι τόν τε Λέπιδον καὶ τὸν
“ Ἀντώνιον, τόν τε Σέξτον, καὶ τὸν Βροῦτον τόν τε
“ Κάσσιον, χρωμένους· [p] καὶ φοβηθεὶς, μὴ πολλοῖς ἅ-
“ μα πολέμοις, καὶ τούτοις ἐμφυλίοις, ἡ πόλις συνε-
“ νεχθεῖσα, καὶ διασπασθῇ καὶ ἐκτρυχωθῇ, ὥστε μηδένα
“ ἔτι τρόπον ἀνενεγκεῖν δυνηθῆναι· φρονιμώτατα καὶ
E “ [q] δημωφελέστατα αὐτοὺς διέθηκε. τούς τε γὰρ ἰσχύ-
“ οντας, καὶ αὐτῷ τῷ ἄστει ἐπικειμένους, προσλα-
“ βὼν, κατεπολέμησε μετ᾽ αὐτῶν τοὺς ἑτέρους· καὶ
“ τούτων ὑπεξαιρεθέντων, αὖθις ἀπ᾽ ἐκείνων ἠλευθέρω-
“ σεν ἡμᾶς· ἑλόμενος μὲν ὀλίγους τινὰς [186] καὶ ἄκων
“ σφίσι προέσθαι, ὥστε τοὺς πλείους διασῶσαι, ἑλόμε-
“ νος δὲ καθ᾽ ἑκάστους αὐτοῖς ἐπιτηδείως πως προσε-
“ νεχθῆναι, ὥστε μὴ πᾶσιν ἅμα πολεμῆσαι. ἐξ ὧν
“ ἐκεῖνος μὲν οὐδὲν ἰδίᾳ ἐκέρδανεν, ἡμᾶς δὲ δὴ πάντας
“ περιφανῶς ὠφέλησε. καὶ τὰ μὲν κατὰ τοὺς πο-
“ λέμους τούς τε ἐμφυλίους καὶ τοὺς ὀθνείους ἔρ-
594 “ γα αὐτοῦ, τί ἄν τις μακρηγοροίη; ἄλλως τε καὶ
“ διότι τὰ μὲν ὤφελε μηδ᾽ ἀρχὴν γεγονέναι, τὰ δὲ
“ ἐκ τῶν ἐπικτηθέντων πολὺ ἐναργεστέραν τὴν ὠφέ-
“ λειαν παντὸς λόγου παρέχεται, καὶ προσέτι [187] καὶ
“ τῆς τύχης τὸ πλεῖστον ὄντα, καὶ μετὰ πολλῶν μὲν
“ πολιτῶν, πολλῶν δὲ καὶ συμμάχων κατορθωθέντα,
“ καὶ κοινὴν πρὸς ἐκείνους τὴν αἰτίαν αὐτῷ ἔχει, καὶ
“ τάχα ἂν καὶ ἑτέρων τινῶν πράξεσι παραβληθείη.
“ ταῦτα μὲν οὖν παραλείψω. καὶ γάρ που πολλα-
“ χῆ αὐτὰ καὶ γεγραμμένα καὶ τετυπωμένα καὶ ὁρᾶν
B “ καὶ ἀναγινώσκειν δύνασθε. ἃ δὲ δὴ μάλιστα αὐτοῦ
“ τε τοῦ Αὐγούστου ἔργα ἐστὶ, καὶ μήτ᾽ ἄλλῳ τινὶ ἀν-
“ θρώπων πέπρακται, καὶ τὴν πόλιν ἡμῶν οὐ μόνον ἐκ
“ πολλῶν καὶ παντοδαπῶν κινδύνων περιπεποίηκεν,
ἀλλὰ

ne & oſtentatione horum virorum, præſertim apud vos, qui mecum ex æquo cognitos illos habetis, detrahere aliquid virtuti Auguſti exiſtimer. Uni Herculi, ejusque operibus, fortaſſis recte eum componere poſſe videar: enimvero hic quoque tantum ab inſtituto meo aberrarem, quantum diſcriminis intereſt, quod Hercules angues puer eliſit, quod vir cervum quendam, & aprum, vel medius fidius etiam leonem, invitus hoc, & imperio adactus, interfecit: noſter non inter feras, ſed viros, ſponte ſua belligerando, & leges ſanciendo, reipublicæ ſtabilem ſalutem, ſibique ſplendorem peperit. Ob hæc etenim eum & belli ducem & conſulem feciſtis ea ætate, qua multi militiam adhuc recuſant. „

A.U.C.767 Sex. Apuleio & Sex. Pompeio COSS.

37. “ Hoc fuit Auguſto vitæ in republica agendæ, ac proinde & meæ de eo orationis principium. Poſt hæc, quum videret, ſecum maximam ac potiſſimam S. P. Q. R. partem conſentire, eſſe tamen quosdam factioſos, quorum opera Lepidus, Antonius, Sex. Pompejus, Brutus, Caſſiusque abuterentur; metuens, ne multis ſimul civilibus bellis urbs agitata divelleretur ac exhauriretur, ita ut nullo eam pacto deinde rurſus poſſet ſublevare; prudentiſſime, ac ſumma cum populi Romani utilitate, ea confecit. Junctis enim ſibi potentiſſimis, ac ipſi Romæ imminentibus, eorum auxilio reliquos debellavit: quibus de medio ſublatis, ab iſtis quoque nos liberavit; quum & invitus paucos quosdam illis concedendos, propter majoris partis ſalutem; & ita opportune cum ſingulis agendum ſtatuiſſet, ne ſimul contra univerſos eſſet bellandum; unde ſibi ipſe quidem privatim nullum commodum, nobis omnibus aperte maximum conciliavit. Verum quid multis ejus in civilibus ac externis bellis facta commemorare juvat? quorum altera utinam nunquam omnino accidiſſent; altera ex partis regionibus utilitatem evidentius, quam ullo poſſim ſermone aſſequi, demonſtrant; præterea, quum pleraque fortunæ accepta ferantur, ac multorum civium ſociorumque auxilio ſint confecta, his juxta ac Auguſto tribuenda fuerint, poſſintque fortaſſis etiam cum aliorum rebus geſtis comparari. Igitur iis præteritis, quæ varie ſcripta, ac expreſſa, legere, & videre poteſtis: hæc, quæ ipſius maxime Auguſti ſunt opera, a nullo unquam hominum edita, quibusque civitatem noſtram non tantum ex multis ac variis periculis ſervavit,

p καὶ φοβηθείς. καὶ μὴ φοβηθείς, RS. ubi μὴ expungendum eſſe monuit X. itaque & rejecerunt HS. & L.
q δημωφελέστατα. correctior hæc ſcriptio vocis, quam RS. δημοφελέστατα expreſſerat, debetur attentioni Xyl.

traditur, ut præter Apollodorum & alios innuunt numiſmata Maximiani Herculei, in quibus cum leone vel cum clava & leonis pelle Hercules exſtat apud Jac. Oiſelium LXIV. 11. 12. ut frequentes cum ſimili imagine aliorum imperatorum numos, Antonini Pii, Severi, Caracallæ, Septimii Getæ, Gordiani Pii, Trajani Decii, Gallieni & aliorum omittam. Extenuat autem Herculis labores conferendo cum Auguſti geſtis, perinde ut Lucretius lib. V. v. 22.

Herculis antiſtare autem ſi facta putabis,
Longius a vera multo ratione ferere.

§ 184. (l. 66.) στρατηγὸν] Prætor Auguſtus, annum agens XVIII. ſupra p. 311. B.

§ 185. (l. 66.) καὶ ὕπατον] Conſul, annos natus XIX. p. 320. E.

§ 186. (l. 83.) καὶ ἄκων σφίσι προέσθαι] Innuit eos, quos in proſcriptione Auguſtus M. Antonii maxime iræ ac vindictæ permiſit. vide Suetonium, c. 27. & Dionem p. 330. ſq.

§ 187. (l. 93.) καὶ τῆς τύχης τὸ πλεῖστον ὄντα] Cicero pro Marcello, c. 2. *Bellicas laudes ſolent quidam extenuare verbis, easque detrahere ducibus, communicare cum multis, ne propriæ ſint Imperatorum. Et certe in armis militum virtus, locorum oportunitas, auxilia ſociorum, claſſes, commeatus, multum juvant. Maximam vero partem quaſi ſuo jure fortuna ſibi vindicat, & quicquid eſt proſpere geſtum, id pæne omne ducit ſuum.*

A.U.C. 767 Sex Apuleio & Sex. Pompeio COSS.

ſervavit, verum opulentiorem etiam, potentioremque effecit, duntaxat exponam: quæ enarrata & gloriam ipſi eximiam, & ſenioribus veſtrum voluptatem reprehenſionis vacuam, & junioribus documentum accuratum formæ ac conſtitutionis reipublicæ ſunt allatura. „

38. “ Proinde Auguſtus, quem has ipſas ob cauſas hoc cognomento dignati eſtis, ubi primum civilibus bellis defunctus fuit; quum & egiſſet & tuliſſet omnia, non qualia volebat ipſe, ſed ut numini divino viſum fuerat: principio plerosque eorum, qui contra ipſum arma tuliſſent, præliisque ſuperfuiſſent, ſalute donavit, nihil imitatus Syllam, qui Felicis cognomen tulit. Ne ſingulos recenſeam, Soſſium, Scaurum Sexti Pompeji fratrem, ipſumque adeo Lepidum quis neſcit, qui tantum temporis cladi ſuæ ſupervixit, ac per omnem vitam ſuam pontifex maximus permanſit? Deinde eos, qui ſuas partes fuiſſent ſecuti, multis ac ingentibus donis ornatos, nihil per ſuperbiam aut libidinem agere paſſus eſt. Quo nomine præter alios Mæcenas & Agrippa probe cogniti vobis ſunt, ut de iis referre neutiquam ſit neceſſe. His duabus rebus ita excelluit, ut nemo alius. Equidem novi quosdam fuiſſe, qui inimicis parcerent; alios, qui libidinem amicorum ſuorum coercerent: at qui idem ſimul utramque virtutem in omnibus æque exerceret, repertus eſt nemo. Sylla quidem, & Marius, etiam in liberos adverſariorum ſuorum ſævierunt, ut mentionem virorum his inferiorum nullam faciam. Pompejus & Cæſar ab eo quidem ſe continuerunt fere, verum amicos multa ab ipſorum moribus aliena agere paſſi ſunt. Auguſtus ita utrumque miſcuit & temperavit, ut & inimicis victis cladem in victoriam converterit: & ſuis felicem eſſe virtutem demonſtrarit. „

39. “ His actis, omnibusque factioſorum reliquiis ſua humanitate pacatis, milites victores per beneficia ad moderationem adduxit, & quum poſſet, horum ipſorum militum, armorum, pecuniæque auxilio, ſolus absque dubio dominus eſſe omnium, quos re ipſa in poteſtate jam habebat, noluit: ſed boni medici exemplo, quum corpus, quod ægrotum acceperat, ad meliorem valetudinem reduxiſſet, omnia ſanitati

“ ἀλλὰ καὶ εὐπορωτέραν καὶ δυνατωτέραν ἐξειργάσατο, ταῦτα ἐρῶ μόνα. ἐκεῖνά τε γὰρ εὔκλειαν ἐξαίρετον λεχθέντα οἴσει, καὶ ὑμῖν τοῖς μὲν πρεσβυτέροις ἡδονὴν [illegible] ποιήσει, τοῖς δὲ νεωτέροις διδασκαλίαν [illegible] τοῦ τε τρόπου καὶ τῆς καταστάσεως τῆς [illegible] παρέξει.

“ [188] Ὁ τοίνυν [illegible] οὗτος, ὃν δι' αὐτὰ ταῦτα καὶ τῆς ἐπωνυμ[illegible]ώσατε, ἐπειδὴ τάχιστα τῶν ἐμφυλίων [illegible]άγη, καὶ πράξας καὶ παθὼν οὐχ ὅσα αὐτὸς ἤθελεν, ἀλλ' ὅσα τῷ δαιμονίῳ ἔδοξε, πρῶτον μὲν τοὺς πλείους τῶν ἀντιστάντων οἱ, καὶ περιγενομένων ἐκ τῆς παρατάξεως, [189] ἔσωσεν, ἐν μηδενὶ [190] τὸν Σύλλαν μιμησάμενος, [191] τὸν Εὐτυχῆ ὀνομαζόμενον. καὶ ἵνα μὴ πάντας αὐτοὺς καταλέγω, τίς οὐκ οἶδε [192] τὸν Σόσσιον, τίς τὸν Σκαῦρον τὸν ἀδελφὸν τοῦ Σέξτου, τίς [193] τὸν Λέπιδον αὐτὸν, ὃς καὶ ἐπεβίω τοσοῦτον τῇ ἥττῃ χρόνον, καὶ r ἀρχιέρεως διὰ πάσης τοῦ βίου αὐτοῦ ὢν διετέλεσεν; ἔπειτα δὲ τοὺς συνεπιθεμένους οἱ πολλαῖς καὶ μεγάλαις δωρεαῖς τιμήσας, [194] οὐθ' ὑπερήφανόν τι πράττειν, οὐθ' ὑβρίζειν εἴασεν. ἀλλ' ἴστε γὰρ ἀκριβῶς καὶ ἐν τούτῳ τούς τε ἄλλους, καὶ τὸν Μαικήναν, καὶ τὸν Ἀγρίππαν, ὥστε με μηδὲν μηδὲ τούτους ἐξαριθμήσασθαι δεῖσθαι. s δύο μὲν οὖν ταῦτ' ἔχεν, οἷα ἐν οὐδενὶ ἄλλῳ ἐγένετο. τὸν γὰρ οἶδ' ὅτι καὶ ἐχθρῶν τινες ἐφείσαντο, καὶ ἕτεροι τοῖς ἑταίροις ἀσελγαίνειν οὐκ ἐπέτρεψαν· ἀλλ' ἀμφότερα τῷ αὐτῷ ἅμα διὰ πάντων ὁμοίως οὐκ ἔστιν ὅτῳ ποτὲ ἄλλῳ ὑπῆρξε. τεκμήριον δέ· Σύλλας μὲν καὶ Μάριος [195] καὶ τοὺς παῖδας τῶν ἀντιπολεμησάντων σφίσιν ἤχθηραν. τί γὰρ δεῖ τῶν ἄλλων ἀνδρῶν τῶν μικροτέρων μνημονεύειν; Πομπήιος δὲ καὶ Καῖσαρ τούτου μὲν ἀπέσχοντο, ὥς γε ἐπὶ πλεῖστον, τοῖς δὲ δὴ φίλοις οὐκ ὀλίγα παρὰ τὰ ἑαυτῶν ἤθη ποιεῖν ἐφῆκαν. ἀλλ' οὗτος οὕτως ἑκάτερον αὐτῶν ἔμιξε καὶ ἐκέρασεν, ὥστε τοῖς ἐναντιωθεῖσίν οἱ νίκην τὴν ἧτταν ἀποφῆναι, καὶ τοῖς συναγωνισαμένοις εὐτυχῆ τὴν ἀρετὴν ἀποδεῖξαι.

“ Ποιήσας δὲ ταῦτα, καὶ τὸ μὲν στασιωτικὸν 595
πᾶν τὸ περιλειφθὲν φιλανθρωπίᾳ καταστήσας, τὸ δὲ στρατιωτικὸν τὸ κρατῆσαν ἐν γνώμῃ μετριάσας, καὶ δυνηθεὶς ἂν ἐκ τούτων, καὶ ἐκ τῶν ὅπλων τῶν τε χρημάτων, μόνος ἀναμφιλόγως κύριος ἁπάντων, ὧν γε καὶ ἐπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἐγεγόνει, εἶναι, οὐκ ἠθέλησεν· ἀλλ' ὥσπερ τις ἀγαθὸς ἰατρὸς, σῶμα νενοσηκὸς παραλαβὼν καὶ ἐξιασάμενος, ἀπέδωκε πάντα ὑμῖν ὑγιᾶ

C D E

r ἀρχιέρεως. en iterum corruptam vocem, in ἀρχιερεὺς commutandam, ut oſtenſum aliquoties, L. non eſt probabile, librarium tam frequenter lapſum, & in errore ſibi conſtare. ſunt quædam inſolentia vocabula apud Dionem, quo & hoc referas.

s δύο μὲν δύο ταῦτ' ἔχεν. δύο μὲν δὴ ταῦτ' ἔχεν, F. ad marg.

§ 188. (l. 10.) ὁ τοίνυν Αὔγουστος] De Auguſti appellatione in Cæſarem juniorem collata, dictum p. 507. C. quod autem Tiberius ait, δι' αὐτὰ ταῦτα, propter hoc ipſum, quod Romam opulentiorem & potentiorem effeciſſet, hoc nomine nuncupatum eſſe, poſſit videri ab augendo Auguſti cognomen deductum non abnuere, licet & altera ſancti & venerabilis religioſique notio illi vocabulo ſit conjuncta.

§ 189. (l. 16.) ἔσωσεν] Conferendus de hac Auguſti manſuetudine Sueton. c. 51. Seneca de clementia lib. I. c. 10. Dio p. 443. ſq.

§ 190. (l. 16.) τὸν Σύλλαν] De hujus crudelitate p. 253. C. & viri docti ad Flori III. 21. 24. ſq.

§ 191. (l. 17.) τὸν Εὐτυχῆ ὀνομαζόμενον] Vellejus de Sylla lib. II. c. 27. *Occiſo demum eo* (Cajo Mario, ſepties Conſulis filio) *Felicis nomen adſumſit*. Plinius lib. VII. c. 43. *Unus hominum ad hoc ævi felicis ſibi cognomen aſſeruit L. Sylla, civili nempe ſanguine ac patriæ oppugnatione adoptatum. Et quibus felicitatis inductus argumentis? quod proſcribere tot millia civium ac trucidare potuiſſet? O prava interpretatio, & futuro tempore infelix.*

§ 192. (l. 18.) τὸν Σόσσιον, τὸν Σκαῦρον] De his p. 445. E.

§ 193. (l. 20.) τὸν Λέπιδον αὐτὸν] Seneca de clementia lib. I. c. 10. de Auguſto, Neronis Imp. abavo: *Ipſum Lepidum quam diu mori paſſus eſt? Per multos annos tulit ornamenta Principis* (triumviri) *retinentem, & pontificatum non niſi mortuo illo transferri in ſe paſſus eſt: maluit enim illum honorem vocari, quam ſpolium.* vide ſupra ad p. 399. C. 401. D. 531. C.

§ 194. (l. 23.) οὐθ' ὑπερήφανόν τι πράττειν, οὐθ' ὑβρίζειν] Ita non minus ſeverum, quam facilem & clementem fuiſſe in ſuos gratioſos, docet aliquot exemplis Suetonius, c. 67. Adde quæ infra p. 596. C.

« ὑγιᾶ ποιήσας. καὶ τοσοῦτον ἡλίκον ἐστὶ, μάλιστα
B « ἂν ἐξ ἐκείνου [t] τεκμήραισθε, ὅτι καὶ τὸν
« [196] Πομπήϊον καὶ τὸν Μέτελλον τὸν τότε ἀνθή-
« σαντα ἐπῄνεσαν οἱ πατέρες ἡμῶν, ἐπειδὴ τὰς
« δυνάμεις, μεθ' ὧν ἐπολέμησαν, ἐθελονταὶ διαφῆ-
« καν. εἰ γὰρ ἐκεῖνοι μικράν τινα ἰσχὺν, καὶ
« ταύτην πρόσκαιρον ἔχοντες, καὶ προσέτι καὶ
« ἀντιπάλους τοὺς οὐκ ἐπιτρέψοντας σφίσιν ἄλλο
« τι ποιῆσαι, κ[...]μένοι, τοῦτό γε ἔπραξαν,
« καὶ ἐπ' αὐτῷ ἔπαινον ἔχον· ποῦ δὴ δύναιτ'
C « ἄν τις τῆς Αὐγούστου μεγαλοφροσύνης ἐφικέσθαι,
« ὅστις πάσας μὲν τὰς δυνάμεις ὑμῶν τηλικαύ-
« τας οὔσας ἔχων, πάντων δὲ τῶν χρημάτων
« πλείστων ὄντων κρατῶν, καὶ μήτε φοβούμενός
« τινα, μήθ' ὑποπτεύων, ἀλλ' ἐξὸν αὐτῷ
« πάντων συνεπαινούντων μόνῳ ἄρχειν οὐκ ἠξίω-
« σεν, ἀλλὰ καὶ [197] τὰ ὅπλα καὶ τὰ ἔθνη καὶ
« τὰ χρήματα ἐς τὸ μέσον ὑμῖν κατέθηκεν; ὅ-
« θενπερ καὶ ὑμεῖς, καλῶς ποιοῦντες καὶ ὀρ-
« θῶς φρονοῦντες, οὐκ ἠνέσχεσθε, οὔτε ἐπιτρέ-
« ψατε αὐτῷ ἰδιωτεῦσαι, ἀλλ' ἅτε εὖ εἰδότες,
« [198] ὅτι δημοκρατία μὲν οὔποτ' ἂν τηλικούτοις
D « πράγμασιν ἁρμόσειε, προστασία δὲ ἑνὸς ἀν-
« δρὸς μάλιστ' ἂν αὐτὰ σώσειε, λόγῳ μὲν οὔτε
« ἐπανελθεῖν ἐς τὴν αὐτονομίαν, ἔργῳ δὲ ἐς
« τοὺς στασιασμοὺς, ἠθελήσατε· καὶ ἐκεῖνον
« μὲν, ὃν αὐτοῖς τοῖς ἔργοις ἐδεδοκιμάκειτε,
« προκρίναντες, ἠναγκάσατε [199] χρόνον γέ τινα
« ὑμῶν προστῆναι. ἐξ οὗ δὴ πολὺ μᾶλλον αὐτοῦ
« πειραθέντες, καὶ δεύτερον αὖθις καὶ τρίτον,
« τέταρτόν τε καὶ πέμπτον, ἐξεβιάσασθε αὐτὸν ἐν
« τῇ τῶν κοινῶν διαχειρίσει ἐμμεῖναι.

« Καὶ μάλα εἰκότως. τίς μὲν γὰρ οὐκ ἂν
E « ἕλοιτο ἀπραγμόνως σώζεσθαι, καὶ ἀκινδύνως εὐ-
« δαιμονεῖν, καὶ τῶν μὲν ἀγαθῶν τῶν τῆς πολι-
« τείας ἀφθόνως ἀπολαύειν, ταῖς δὲ δὴ φροντίσι
ταῖς ὑπὲρ αὐτῆς μὴ συνεῖναι; τίς δ' ἂν ἄμεινον
« τοῦ Αὐγούστου [u] τῆς [200] ἰδίας μόνης, μήτοι γε
« καὶ ἄλλων ἀνθρώπων [u] τοσούτων, ἦρξεν; ὅστις
« τὰ μὲν ἐπίπονα καὶ [201] ἐμπολέμια ἔθνη αὐτὸς
« καὶ φρουρήσειν καὶ σώσειν ὑπεδέξατο, τὰ δ' ἄλ-
« λα τὰ εἰρηναῖα καὶ ἀκίνδυνα ὑμῖν ἀπέδωκε;
« [202] στρατιώτας τε τοσούτους ἀθανάτους πρὸς τὸ
« προπολεμεῖν ὑμῶν τρέφων, οὐδενὶ τῶν σφετέρων
596 « λυπηροὺς αὐτοὺς ἐποίησεν, ἀλλ' ἐπὶ μὲν τὸ ὀθνεῖ-
« ον φύλακας φοβερωτάτους, πρὸς δὲ τὸ οἰκεῖον
« ἀόπλους, ἀπολέμους εἶναι παρεσκεύασε. καὶ
« μέντοι καὶ τῶν βουλευτῶν οὔτε ἐν ταῖς ἡγεμο-
νείαις

nitati reſtituta vobis reddidit. Id quantum ſit, A.U.C. 767 Sex. Apuleio & Sex. Pompeio COSS.
inde poteſtis conjicere, quod a majoribus noſtris Pompejus, & Metellus, qui eodem tempore floruit, laudati ſint; quia exercitus, quibus bella geſſerant, ſponte ſua dimiſerunt. Quibus ſi laudi fuit, copiis haud magnis, & ad certum tempus commiſſis, ceſſiſſe, quum haberent etiam adverſarios, qui aliter eos agere paſſuri non fuiſſent; quis jam Auguſti magnitudinem animi verbis exæquet, qui quum omnes veſtros tot tantosque exercitus, omnem vim pecuniæ, eamque longe maximam, in ſua poteſtate teneret, ac neque metueret quenquam, neque ſuſpectum haberet, quum liceret ei, omnibus collaudantibus, ſoli imperare, tamen noluit; ſed arma, provincias, pecuniam, in medio apud vos depoſuit? Qua propter recte prudenterque vos haud permiſiſtis ei, aut paſſi eſtis, privatam vitam ducere; ſed ſatis intelligentes, popularem reipublicæ formam tantis jam rebus nequaquam aptam, quæ ſub unius demum viri principatu poſſint incolumes manere: dixiſtis quidem, nolle vos ad liberum legum uſum reverti, quum re ipſa nolletis in ſeditiones recidere: ideoque Auguſtum, cujus jam ex ipſis rebus periculum ceperatis, prælatum, ad tempus utique aliquod vobis ut præesſet, coegiſtis. In quo quum magis etiam, quam ante, virtutem ejus experti eſſetis; iterum, ac tertium inde, quartumque & quintum, vi eum compuliſtis, ut in adminiſtratione reipublicæ perſeveraret. „

40. " Neque id quidem immerito. Quis enim non cupiat citra ullum ſuum laborem ſalvus eſſe, abſque periculo felicitate potiri, & bonis reipublicæ abunde perfrui, a curis, quæ pro ea ſuſcipiuntur, vacuus eſſe? Quis autem fuit, qui ſuam unam domum melius rexerit, nedum tot aliis hominibus æque præfuerit, quam Auguſtus? Hic quum difficiles, & bellicoſas provincias, ipſe cuſtodiendas ſervandasque in ſe recepiſſet; pacatas, & periculi vacuas, vobis reſtituit: hic tot perpetuos milites ad defendendum vos alens, nihilominus cavit, ne cui veſtrum moleſtiam afferrent; ſed ut contra externos eſſent cuſtodes quam maxime terribiles, erga ſuos autem pacati & inermes, effecit. Præterea neque ſenatoribus, quas fortuna ipſis ſorte tribuerat

t τεκμήραισθε, HS. L. τεκμήραισθε, RS. u τῆς ἰδίας μόνης. τῆς ἰδίας μονῆς ſcribendum RS. ſi legas μόνης, ellipſis erit Græcis familiariſſima. μόνης in μονῆς convertit Robertus, non inepte quidem, nec tamen neceſſario, X. ego μόνης ajo reſpicere ad vocem πολλάκις quæ præceſſit, & pro ἄλλων ἀνθρώπων τοσοῦτον dico reponendum ἄλλων ἀνθρώπων τοσούτων, L. vide F.

§ 195. (l. 33.) καὶ τοὺς παῖδας] Huc refer, quod proſcriptorum etiam liberos Sylla ab honoribus excluſit. ſupra p. 161. E. Marius Craſſum filium in conſpectu patris juſſit interfici, teſte Floro III. 21. 14.

§ 196. (l. 53.) Πομπήϊον καὶ τὸν Μέτελλον] De Pompejo maximas copias ſponte dimittente, dictum p. 39. A. Metellus idem fecit victor Creta rediens, quem ex illa magna victoria nihil quam cognomen Cretici reportaſſe ſcribit Florus III. 7. ult.

§ 197. (l. 67.) τὰ ὅπλα, τὰ ἔθνη καὶ τὰ χρήματα] Conf. dicta ad p. 499. A.

§ 198. (l. 72.) ὅτι δημοκρατία] Conf. dicta ad p. 241. B. 472. E.

§ 199. (l. 78.) χρόνον γέ τινα] Ad decennium p. 504. B. Deinde in alterum decennium 506. E. 509. E. & in tertium p. 551. E. quartumque p. 556. C. ac denique quintum p. 588. B.

§ 200. (l. 88.) τῆς ἰδίας μόνης] Scilicet οἰκίας, ut apud ſacros ſcriptores, εἰς τὰ ἴδια, ſcilicet οἰκήματα. Quod Paulus 1 Tim. III, 5. dixit τοῦ ἰδίου οἴκου προστῆναι. Aeſchines contra Timarchum: τὸν γὰρ τὴν ἰδίαν κακῶς οἰκήσαντα, καὶ τὰ κοινὰ τῆς πόλεως παραπλησίως ἡγήσατο διαθήσειν. Chilo, τῆς αὐτοῦ οἰκίας προστατεῖν. Haud placet quod non οἰκίας ſed πολλάκις ſubintelligit Leunclavius. [Recepi tamen τοσούτων.]

§ 201. (l. 90.) ἐμπολέμια ἔθνη αὐτὸς] Vide dicta ad p. 503. D. E.

§ 202. (l. 93.) στρατιώτας ἀθανάτους] Legiones tot perpetuas, de quibus p. 564. ſq. Sic apud Perſas delecta decem millia equitum, ἀθάνατοι, *Immortales* dicti, de quibus Herodotus VII. 83. Athenæus p. 514. 566. Procopius I. de bello Perſico c. 14. Heſychius, Curtius III. 3. 13. &c. quia ſemper in defunctorum locum alii adſciſcebantur.

A.U.C. 767 Sex. Apulejo & Sex. Pompejo COSS.

buerat provincias, ademit, & præmia inſuper virtutis addidit: neque in deliberationibus ſuffragii poteſtatem abſtulit, & ſecuritatem liberæ vocis adjecit: a populo quidem, cauſas difficiliores judicatu, ad accuratam judiciorum diligentiam tranſtulit, comitiorum autem majeſtatem ei conſervavit, in iisque docuit, pro contentione, honoris ſtudio uti: ac ex ipſa petitione magiſtratuum ambitum tollens, in ejus locum veram honeſtatem induxit. Jam ſuas facultates frugaliter amplificans, in communem omnium utilitatem eas impendit; publicorum bonorum cum non aliam ac propriorum curam haberet, iisdem veluti alienis abſtinuit: inſtauratis omnibus, quæ jam ruinam minabantur, operibus; nullum eorum, qui ea exſtruxerant, ſua gloria ſpoliavit: multa nova non ſuo tantum, ſed & aliorum nomine, aut ædificavit ipſe, aut aliis ædificanda mandavit; in omnibus ut ad publicum reſpiciens commodum, ita honorem inde redundantem nulli privatim invidens. Suorum amiciſſimorum facinora inexorabili vindicta perſecutus, clementer aliorum peccata tractavit: eos qui virtute aliqua eſſent præditi, haud gravatim ſibi paſſus æquari, ſecus viventes non reprehendit; imo ex iis, quorum inſidiis eſſet impetitus, in eos tantum animadvertit, quorum vita ne ipſis quidem utilis erat: reliquos ita reddidit erga ſe affectos, ut multo tempore nemo ſtructarum inſidiarum, neque vere, neque falſo, inſimularetur. Inſidias ſane aliquando ei fuiſſe paratas, mirum minime eſt; quum ne dii quidem ipſi omnibus ex æquo placeant. At boni principis virtus non ex aliorum flagitiis, ſed ex ipſius factis judicari debet. „

41. “ Dixi, Quirites, maxima ac pulcherrima, idque ſummatim: quum ad enumeranda exacte ſingula permulti dies requirantur. Ac mihi quidem conſtat, quum hæc tantum ex me audieritis, vos ipſos reliquorum hinc omnium apud animum veſtrum recordaturos, ut ea quoque dixiſſe quodammodo videar: quum alias nec ipſe recenſendis cæteris ejus factis ex oſtentatione quadam hanc orationem inſtituerim, nec vos audire volueritis; ſed ut res ab eo geſtæ, quæ multæ ſunt & egregiæ, perpetuam apud vos

“ νέσιν [203] τὴν τοῦ κλήρου τύχην ἀφείλετο, ἀλλὰ καὶ τὰ ἄλλα σφίσι τῆς αὐτῆς προσπαρέσχεν· [204] οὔτε ἐν ταῖς διαγνώμαις τὴν ἐξουσίαν τῆς διαψηφίσεως ἀφείλετο, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀσφάλειαν τῆς παρρησίας [x] προσέθηκεν. ἔκ τε τοῦ δήμου τὸ δύσκριτον ἐν ταῖς διαγνώσεσιν ἐς τὴν τῶν δικαστηρίων ἀκρίβειαν μετέστησε, τό, τε [205] ἀξίωμα τῶν ἀρχαιρεσιῶν αὐτῷ ἐτήρησε, καὶ ταύταις τὸ φιλότιμον ἀντὶ τοῦ φιλονείκου σφᾶς ἐξεπαίδευσε, καὶ τῶν σπουδαρχιῶν αὐτῶν τὸ πλεονεκτικὸν ἐκκόψας, τὸ ἔνδοξον αὐτοῖς ἀντέδωκε. τά τε ἑαυτοῦ χρήματα σωφρόνως ἐπαύξων, ἐς τὴν δημοσίαν χρείαν ἀνήλισκε· καὶ τῶν κοινῶν, ὡς ἰδίων, κηδόμενος, ὡς ἀλλοτρίων ἀπείχετο. καὶ πάντα μὲν τὰ ἔργα τὰ πεπονηκότα ἐπισκευάσας, [y] οὐδενὸς [206] τῶν ποιησάντων αὐτὰ τὴν δόξαν ἀπεστέρησε· πολλὰ δὲ καὶ ἐκ καινῆς, τὰ μὲν ἐπὶ τῷ ἑαυτοῦ ὀνόματι, τὰ δὲ καὶ ἐφ᾽ ἑτέρων, τὰ μὲν αὐτὸς κατεσκεύασε, τὰ δὲ ἐκείνοις οἰκοδομῆσαι ἐπέτρεψε· τὸ τῷ κοινῷ χρήσιμον διὰ πάντων ἰδών, ἀλλ᾽ οὐ τῆς ἐπ᾽ αὐτοῖς εὐκλείας ἰδίᾳ τισὶ φθονήσας. [207] τοῖς τε τῶν οἰκειοτάτων ὑβρίσμασιν ἀπαραιτήτως ἐπεξιών, τὰ τῶν ἄλλων ἁμαρτήματα ἀνθρωπίνως μετεχειρίζετο· καὶ τοὺς μὲν ἀρετήν τινα ἔχοντας, ἀφθόνως εἴα [208] οἱ παρισοῦσθαι, τοὺς δ᾽ ἄλλως πως βιοῦντας οὐκ ἤλεγχεν. ἀλλὰ καὶ [209] τῶν ἐπιβουλευσάντων αὐτῷ μόνους τοὺς [z] μηδὲν ἑαυτοῖς λυσιτελοῦντας ζήσαντας ἐδικαίωσε· τοὺς δὲ δὴ λοιποὺς οὕτω διέθηκεν, ὥστε παμπληθῆ χρόνον μηδένα μήτ᾽ οὖν ἀληθῆ μήτε ψευδῆ αἰτίαν ἐπιθέσεως λαβεῖν. θαυμαστὸν μὲν γὰρ οὐδέν, εἰ καὶ ἐπεβουλεύθη ποτέ· οὐδὲ γὰρ οὐδ᾽ οἱ θεοὶ πᾶσιν ὁμοίως ἀρέσκουσιν. ἡ δὲ δὴ τῶν καλῶς ἀρχόντων ἀρετή, οὐκ ἐξ ὧν ἕτεροι [a] κακουργήσουσιν, ἀλλ᾽ ἐξ ὧν ἂν αὐτοὶ ποιήσωσι, φαίνεται.

“ Εἴρηκα, ὦ Κυιρῖται, τὰ μέγιστα καὶ ἐκπρεπέστατα, ὥς γε ἐν κεφαλαίοις διελθεῖν. ἐπεὶ ἄν γέ τις πάντα ἀκριβῶς καθ᾽ ἕκαστον ἀναριθμήσασθαι ἐθελήσῃ, παμπόλλων ἂν ἡμερῶν δεηθείη. [b] πρὸς δὲ καὶ εὖ οἶδ᾽, ὅτι παρ᾽ ἐμοῦ μὲν μόνα ταῦτα ἀκηκοότες ἔσεσθε, παρ᾽ ἑαυτῶν δὲ δὴ καὶ τἄλλα ἐξ αὐτῶν πάντα ἀναμνησθήσεσθε· ὥστε τρόπον τινὰ καὶ ἐκεῖνα ἐμὲ δοκεῖν εἰρηκέναι. [c] οὐδὲ γὰρ ἄλλως κόμπου τινὸς ἐν ἑτέροις τοῖς περὶ αὐτοῦ λόγον, οὔθ᾽ ὑμεῖς τὴν ἀκρόασιν πεποίησθε· ἀλλ᾽ ὅπως τὰ πεπραγμένα αὐτῷ πολλὰ καὶ ἀγαθὰ ὄντα

B

C

D

E

x προσέθηκεν. eſt emendatio HS. quam exprimit & L. προέθηκεν, RS. quod neſcio an non tolerari potuerit.
y οὐδενὸς τῶν ποιησάντων αὐτὰ τὴν δόξαν ἀπεστέρησε. videtur dicendum fuiſſe: οὐδένα (cum interjectis) τῆς δόξης ἀπεστέρησε.
z μηδὲν ἑαυτοῖς λυσιτελοῦντας. magis arrideret μηδὲ ἑαυτοῖς λυσ. a κακουργήσουσιν. κακουργήσωσιν, L. ad marg. ſequitur enim, ποιήσωσι. b πρὸς δὲ καὶ εὖ οἶδ᾽. πρὸς δὲ τούτοις εὖ οἶδ᾽. V. b. c οὐδὲ γὰρ ἄλλως. neceſſario ſcribendum eſſe, οὐδὲ γὰρ ἐγὼ ἄλλως, colligitur ex ſequenti ὑμεῖς, quod illi ἐγὼ reſpondet, L. forte: οὐδὲ γὰρ ἄλλως κόμπου τινὸς ἕνεκα οὔθ᾽ ἡμεῖς τὸν περὶ αὐτοῦ λόγον ἀπηνέγκαμεν, οὔθ᾽ ὑμεῖς &c. Od.

§ 203. (l. 99.) τὴν τοῦ κλήρου τύχην] De provinciis quas ſortito permiſit Auguſtus, dictum ad p. 503. D. Meminit & Suetonius c. 47.

§ 204. (l. 1.) οὔτε ἐν ταῖς διαγνώμαις] Vide eundem Suetonium c. 54. ubi de libertate ſenatoribus conceſſa dicendi de Repb. & ſuffragium ferendi ex animi ſententia.

§ 205. (l. 6.) ἀξίωμα τῶν ἀρχαιρεσιῶν] Comitiorum jus, partem ſaltem ejus non contemnendam, & ſpeciem integram populo Auguſtus reliquit, p. 511. C. licet Mecænas aliud ſuaſerat p. 484. E. ſed Tiberio principatum obtinente, *tum primum*, inquit Tacitus lib. I. Annal. c. 15. *e campo comitia ad patres translata ſunt. Nam ad eum diem, etſi potiſſima arbitrio principis, quædam tamen ſtudio tribuum fiebant.* Vide Lipſium excurſu ad h. l. & quæ ad Sueton. c. 40.

§ 206. (l. 14.) οὐδενὸς τὴν δόξαν] Sic non permiſit, ut Pantheo ſuo Agrippa nomen Auguſti inſcriberet. ſupra p. 515. C. idem potius opera magnifica ſub nomine alieno fecit, ut porticum baſilicamque Lucii & Caji, item porticus Liviæ & Octaviæ, theatrumque Marcelli. Sueton. c. 29. & opera veterum illuſtrium virorum, cujusque manentibus titulis, reſtituit, id. c. 31.

§ 207. (l. 20.) τοῖς τῶν οἰκειοτάτων ὑβρίσμασιν] Vide dicta ad p. 594. D.

§ 208. (l. 23.) οἱ παρισοῦσθαι] Ut Agrippam, Mæcenatem.

§ 209. (l. 25.) τῶν ἐπιβουλευσάντων] Conjurationum in Auguſtum auctores præcipuos nominat Suetonius c. 19. Ex his quosdam non modo non affecit ſuppliciis, ſed nonnullos, ut Cinnam p. 563. C. etiam magnis honoribus auxit.

§ 210. (l. 47.) ἐν τὸ φυλῶν] De indignis e ſenatu motis, qui tempore bellorum civilium e militibus, p. 370. B. e peregrinis, Sueton. Cæſ. c. 80. imo e ſervis, p. 377. C. in ampliſſimum ordinem irrepſerant, vide p. 494. 529. ſq. 557.

A.U.C. 767 Sex. Apuleio & Sex. Pompejo COSS.

“ τῆ ἀειμνήστου παρὰ ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν εὐκλείας τύχῃ. τίς μὲν γὰρ οὐκ ἂν τῶν βουλευτῶν αὐτοῦ μνημονεύσειεν; [210] ὧν τὸ φαῦλον τὸ ἐκ τῶν στάσεων ἐπιπολάσαν ἀλύπως ἀφελὼν, τὸ λοιπὸν 597 αὐτῷ τε τούτῳ ἐσέμνυνε, καὶ [211] τῇ αὐξήσει τοῦ τιμήματος ἐμεγάλυνε, τῇ τε δόσει τῶν χρημάτων ἐπλούτισεν· οἷς ἐξ ἴσου καὶ αὐτὸς τὴν γνώμην ἐδίδου, καὶ μεθ' ὧν συμμεθίστατο· οἷς πάντα τὰ μέγιστα καὶ ἀναγκαιότατα [d] ἀεί ποτε ἢ ἐν τῷ συνεδρίῳ, [212] ἢ καὶ οἴκοι, διά τε τὴν ἡλικίαν καὶ διὰ τὴν ἀσθένειαν τοῦ σώματος, [e] παραλαμβάνων ἄλλοτε ἄλλους, ἐπεκοίνου. τίς δ' οὐκ ἂν τῶν λοιπῶν Ῥωμαίων; οἷς ἔργα, χρήματα, ἀγῶνας, πανηγύρεις, B ἄδειαν, ἀφθονίαν τῶν ἐπιτηδείων, ἀσφάλειαν, οὐκ ἀπὸ τῶν πολεμίων, οὐδ' ἀπὸ τῶν κακούργων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν ἐκ τοῦ δαιμονίου, οὐχ ὅτι μεθ' ἡμέραν [213] ἀλλὰ καὶ νύκτωρ συμπιπτόντων, παρεσκεύασε. τίς τῶν συμμάχων; οἷς ἀκίνδυνον τὴν ἐλευθερίαν, οἷς ἀζήμιον τὴν συμμαχίαν ἐποίησε. τίς τῶν ὑπηκόων; ὧν οὐδεὶς οὔθ' ὑβρίσθη ποτὲ, οὔτ' ἐπηρεάσθη. πῶς δ' ἄν τις ἐπιλάθοιτο ἀνδρὸς, ἰδίᾳ μὲν πένητος, δημοσίᾳ δὲ πλουσίου, καὶ πρὸς ἑαυτὸν μὲν οἰκονομικοῦ, πρὸς δὲ τοὺς ἄλλους ἀνα- C λωτικοῦ γενομένου; καὶ αὐτοῦ μὲν πάντα ἀεὶ καὶ πόνον καὶ κίνδυνον ὑπὲρ ὑμῶν ὑπομείναντος, ὑμᾶς δὲ δὴ μηδ' ὅσον [214] προπέμψαι ποι αὐτὸν ἀπιόντα, ἢ καὶ ἀπαντῆσαι οἱ ἐπανιόντι ταλαιπωρήσαντος; καὶ [215] ἐν μὲν ταῖς ἑορταῖς καὶ τὸν δῆμον οἴκαδε προσδεξαμένου, ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις ἡμέραις καὶ τὴν γερουσίαν ἐν αὐτῷ τῷ βουλευτηρίῳ ἀσπασαμένου; πῶς τοῦ τε πλήθους καὶ τῆς ἀκριβείας [216] ἅμα τῶν νόμων, τῶν τοῖς μὲν ἀδικουμένοις αὐτάρκες παραμύθιον, τοῖς δ' ἀδικοῦσιν οὐκ ἀπάνθρωπον τι- D μωρίαν ἐχόντων; πῶς τῶν γερῶν, τῶν [217] τοῖς γαμοῦσι καὶ τεκνοῦσι προκειμένων; πῶς [218] τῶν ἄθλων, τῶν τοῖς στρατιώταις ἄνευ τινὸς ἑτέρου βλάβης διδομένων; τί δὲ τὸ τοῖς ἅπαξ ἀναγκαίως [f] κτηθεῖσιν [219] ἀρκεσθῆναι αὐτὸν, καὶ μηδὲν ἕτερον προσκατεργάσασθαι ἐθελῆσαι; ἐξ ὧν πλειόνων ἂν δόξαντες ἄρχειν, καὶ τὰ ὄντα [g] ἀπολέσαιμεν. ἢ τὸ τοῖς μὲν πάνυ φίλοις καὶ συνησθῆναι ἀεί ποτε αὐτὸν καὶ συλλυπηθῆναι, καὶ συμπαῖξαι καὶ συσπουδάσαι, E πᾶσι δ' ἁπλῶς τοῖς ὠφέλιμόν τι ἐπινοῆσαι δυνηθεῖσι, [220] παῤῥησιάσασθαι ἐπιτρέψαι; καὶ τοὺς μὲν ἀληθιζομένους τινὰ ἐπαινέσαι, τοὺς δὲ κολακεύοντας μισῆσαι; καὶ πολλὰ μὲν καὶ ἐκ τῶν οἰκείων πολλοῖς

vos gloriam inveniant. Quis enim ſenatorum memoriam ejus non retineat? quibus quum peſſimos quosque, reſiduos ex ſeditionibus, absque cujusquam injuria detraxiſſet, reliquos hoc ipſo reddidit honeſtiores, aucto cenſu amplificavit, pecuniis donatos ditavit? Eosdem in dicendis ſententiis ſibi æquavit, eorum ſententiis acceſſit, cum iis ſemper, de rebus maximis ac apprime neceſſariis, vel in curia, vel domi ſuæ, ubi ſenectus & valetudo flagitabant, alias aliis adhibitis communicavit? Quis ejus ex reliquis Romanis obliviſcatur? quibus ædificia, pecunias, ludos gladiatorios, ſpectacula, immunitatem, abundantiam rerum ad uſum vitæ facientium, ſecuritatem non tantum ab hoſtibus, aut maleficis hominibus, ſed ab his quoque, quæ fortuito noctu aut interdiu accidere poſſunt, paravit? Quis ſociorum? quibus periculi expertem libertatem, indemnem ſocietatem præſtitit? Quis ſubditorum? quorum nemo neque injuria, neque damno eſt affectus? Quis denique effluere ex animo ſuo patiatur eum virum, qui ſibi pauper, reipublicæ dives, parcus in re ſua familiari, erga alios liberalis fuit? qui ipſe pro vobis ſemper omnes labores & pericula ſuſtinuit, vos ne quidem ea moleſtia, ut abeuntem deduceretis, aut redeunti obviam iretis, gravare voluit? qui feſtis diebus domum ſuam etiam populum admiſit, reliquis diebus in ipſa curia ſenatum ſalutavit? Quis memoriam abjiciat multarum ejus & accuratarum legum? quæ injuria affectis ſufficientem conſolationem, afficientibus pœnam ab humana natura haud alienam afferunt? Quis munerum, maritis, ac liberos habentibus, propoſitorum? Quis præmiorum, militibus citra aliorum detrimentum conceſſorum? Quis, quod contentus his, quæ ſemel neceſſitate ita poſtulante adepti fuiſſemus, noluit præterea alia a nobis quæri, ne dum amplificare imperium cuperemus, etiam ante parta amitteremus? Quis, quod amicorum gaudia doloresque, feriaque & jocos, cum iis nunquam non communia habuit? Quod omnibus, quicunque utile aliquid excogitare poſſent, libere id ediſſerendi licentiam fecit? Quod vera loquentes laudavit, adulantes odio habuit? quod multis multa

d ἀεί ποτε. emendatio Xyl. recepta jam ab HS. & L. pro ἄ ποτε, quod eſt apud RS. *e* παραλαμβάνων ἄλλοτε ἄλλους. revocandam judicavi hanc lectionem Roberti, pro qua, lapſu librarii ut arbitror, παραλαμβάνων ἄλλοτε ἄλλοις, ἐπεκοίνου, legitur apud HS. non animadvertit Leunclavius, per errorem ita excuſum eſſe, adeoque retinuit, poſito commate poſt παραλαμβάνων. ſed difficultatem hoc pacto non ſuſtulit, quia ſic nemo indicatur quem Auguſtus adhibuerit in conſilium; verbum autem ἐπεκοίνου non indiget alio ſubjecto quam quod præceſſit, οἷς. *f* κτηθεῖσιν. ſic HS. & L. ex Xyl. emendatione, pro κρατηθεῖσιν, quod legitur apud RS. *g* ἀπολέσαιμεν. recepi emendationem Leuncl. pro vulgato ἀπωλέσαμεν.

§ 211. (l. 49.) τῇ αὐξήσει τοῦ τιμήματος] Sueton. c. 41. *Senatorum cenſum ampliavit, ac pro octingentorum millium ſumma duodecies HS. taxavit, ſupplevitque non habentibus.* Conf. dicta ad p. 557. C.

§ 212. (l. 54.) ἢ καὶ οἴκοι] Vide p. 588. C.

§ 213. (l. 61.) ἀλλὰ καὶ νύκτωρ] Reſpicit nocturnos cuſtodes ab Auguſto inſtitutos, de quibus ad p. 566. C.

§ 214. (l. 70.) προπέμψαι ἢ ἀπαντῆσαι] Supra p. 539. B. 527. D.

§ 215. (l. 72.) ἐν ταῖς ἑορταῖς] Vide p. 587. C. De populi conſalutatione ab Auguſto facta etiam mentio p. 539. C. 572. A. De ſenatu ſalutato in Curia, Sueton. c. 54.

§ 216. (l. 75.) ἅμα τῶν νόμων] Pleraſque harum legum Auguſti (νόμων Αὐγούστων p. 528. A.) quarum ſupereſt memoria, refert & illuſtrat Antonius Auguſtinus libro de legibus Romanorum, ubi de legibus Juliis, T. II. theſauri Græviani p. 1207. ſqq. Nonnullas etiam memoravit Dio ſupra p. 531. ſq. 549. ſq. 557. C. &c. atque Suetonius c. 34.

§ 217. (l. 78.) τοῖς γαμοῦσι καὶ τεκνοῦσι] Vide ad p. 531. E. 576. D. 549. D.

§ 218. (l. 79.) τῶν ἄθλων τῶν τοῖς στρατιώταις] Sueton. c. 49. *Quicquid ubique militum eſſet, ad certam ſtipendiorum præmiorumque formulam adſtrinxit, definitis pro gradu cujusque & temporibus militiæ & commodis miſſionum: ne aut ætate aut inopia poſt miſſionem ſollicitari ad res novas poſſent. Utque perpetuo ac ſine difficultate ſumtus ad tuendos eos proſequendosque ſuppeteret, ærarium militare cum vectigalibus novis inſtituit.* De hoc ſupra p. 565. C.

§ 219. (l. 82.) ἀρκεσθῆναι αὐτὸν] Vide dicta ad p. 591. C.

§ 220. (l. 88.) παῤῥησιάσασθαι ἐπιτρέψαι] p. 552. E. ſq. 598. D.

A.U.C.767 Sex. Apuleio & Sex. Pompejo COSS.

multa ex ſuis facultatibus largitus; omnia ſibi ab iis, quibus eſſet proles, legata, liberis eorum reſtituit? qua tandem hæc oblivione abolenda ſunt? Itaque ob hæc merito ipſum & patronum & patrem patriæ feciſtis, multis honoribus, multis conſulatibus extuliſtis, ac poſtremo ſemideum, ac immortalem eſſe ſtatuiſtis. Proinde neque lugere eum nobis convenit, ſed corpus ejus naturæ nunc reddere, animum autem, ut dei, perpetuo colere. „

42. Hæc quum recitaſſet de ſcripto Tiberius, feretrum iidem, qui ante, ſublatum triumphali porta ex ſenatusconſulto extulerunt. Aderant ducendo funeri ſenatus, equiteſque, cum conjugibus, prætorianique milites, ac fere omnes, qui tum Romæ agebant, homines. Poſtquam cadaver rogo in campo Martio impoſitum fuit, primum omnes pontifices rogum circumierunt; deinde equites, tam qui militabant, quam alii, & ex urbano præſidio legionarii, circa eundem rogum in orbem curſitarunt, omnia præmia victoriæ, quæ ob ſua quondam egregia in bello facta ab ipſo accepiſſent, ſuper eum conjicientes. Poſt hæc centuriones, ſicut viſum erat ſenatui, acceptis facibus, rogum ſuccenderunt: qui dum abſumeretur, aquila ex eo emiſſa ſurſum evolavit, quaſi animum Auguſti in cœlum ferens. His peractis, reliqui diſceſſerunt: Livia autem cum equitum primis eo in loco quinque dies morata, oſſa ejus legit, ac in monumento condidit.

43. Luxere viri eum ex more haud multos dies, mulieres autem integrum annum, ſicut decretum erat. Cæterum re ipſa tum quidem ipſum pauci luxerunt, poſtea temporis omnes.

Fuerat

“ πολλοῖς χαρίσασθαι, πάντα δὲ τὰ καταλειφθέντα “ αὐτῷ ὑπὸ τινῶν παῖδας ἐχόντων, [221] αὐτοῖς ἐκείνοις “ ἀποδοῦναι, ποίᾳ ἂν ἐπιλησμοσύνῃ θάψειεν; τοιγαροῦν διὰ ταῦτα [illegible] καὶ προστάτην αὐτὸν καὶ “ [222] πατέρα δημόσιον [illegible], καὶ ἄλλοις τε πολλοῖς καὶ [223] ὑπατείαις [illegible] ἐπεγαυρώσατε, καὶ “ τὸ τελευταῖον [224] [illegible]σατε, καὶ ἀθάνατον “ ἀπεφήνατε. [illegible] αὐτὸν ἡμῖν πρέ- 598
“ πει, ἀλλὰ τὸ μὲν σῶμα [illegible] ἤδη ἀπο“ δοῦναι, τὴν δὲ ψυχὴν [illegible] ἀγάλλειν. „

Τιβέριος μὲν ταῦτα ἀνέγνω. μετὰ δὲ τοῦτο τήν τε κλίνην οἱ αὐτοὶ οἵπερ καὶ πρότερον ἀράμενοι, [225] διὰ τῶν ἐπινικίων πυλῶν, κατὰ τὰ τῇ βουλῇ δόξαντα, διεκόμισαν. παρῆν δὲ, καὶ συνεξέφερεν αὐτὸν, ἥ τε γερουσία καὶ ἡ ἱππὰς, αἵ τε γυναῖκες αὐτῶν, καὶ τὸ δορυφορικὸν οἵ τε λοιποὶ πάντες, ὡς εἰπεῖν, οἱ ἐν τῇ πόλει τότε ὄντες. ἐπεὶ δὲ ἐς τὴν πυρὰν τὴν ἐν τῷ Ἀρείῳ πεδίῳ ἐνετέθη, πρῶτοι μὲν ἱερῆς πάντες περιῆλ- B
θον αὐτὴν, ἔπειτα δὲ οἵ τε ἱππεῖς, [226] οἵ τε ἐκ τοῦ τέλους καὶ οἱ ἄλλοι, καὶ τὸ ὁπλιτικὸν τὸ φρουρικὸν, [227] περιέδραμον, [228] πάντα τὰ νικητήρια, ὅσα τινὲς αὐτῶν ἐπ᾽ ἀριστείᾳ ποτὲ παρ᾽ αὐτοῦ εἰλήφεσαν, ἐπιβάλλοντες [b] αὐτῷ. κἀκ τούτου [229] δᾳδας ἑκατόνταρχοι, [i] ὥς που τῇ βουλῇ ἐδεδώκει, λαβόντες, ὑφῆψαν αὐτήν. καὶ ἡ μὲν ἀνηλίσκετο, [230] αἰετὸς δέ τις ἐξ αὐτῆς ἀφεθεὶς, ἀνίπτατο, ὡς καὶ δὴ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐς τὸν οὐρανὸν ἀναφέρων. πραχθέντων δὲ τούτων, οἱ μὲν ἄλλοι ἀπηλλάγησαν· [231] ἡ δὲ δὴ Λιουία κατὰ C
χώραν πέντε ἡμέραις μετὰ τῶν πρώτων ἱππέων μείνασα, τά τε ὀστᾶ αὐτοῦ συνελέξατο, καὶ ἐς τὸ μνημεῖον κατέθετο.

Τό, τε δὴ πένθος, τὸ μὲν ἐκ τοῦ νόμου, οἱ μὲν ἄνδρες οὐ [k] πολλὰς ἡμέρας, αἱ δὲ [232] γυναῖκες ἐνιαυτῷ ὅλῳ κατὰ ψήφισμα ἐποιήσαντο· τὸ δ᾽ ἀληθὲς, ἐν μὲν τῷ παραχρῆμα οὐ πολλοί, ὕστερον δὲ

b αὐτῷ. forte αὐτῇ, Od. *i* ὥς που τῇ βουλῇ ἐδεδώκει. hæc verba non intelligere me libere confiteor, niſi forte ἡ βουλὴ legas, aut τῇ βουλῇ ἐδόκει, X. adde, ſcribendum fuiſſe ὥς που, ut Kirchmanno placuit, cujus ſententiam probo. nec enim poſſum mihi perſuadere, faces, rem vilem & parabilem, diu ante ab Auguſto proviſam eſſe, aut apud ſenatum depoſitam; contra rogi incendendi honos, ne controverſiis locum faceret, decreto ſenatus certis erat perſonis mandandus, & in tota hac funeris ſolennitate ſæpius ſingula ex SCto facta dicuntur. Xiphilinus hoc comma omittit. *k* πολλὰς ἡμέρας. πολλαῖς ἡμέραις, Xiph.

§ 221. (l. 92.) αὐτοῖς ἐκείνοις ἀποδοῦναι] Supra ad p. 591. A.

§ 222. (l. 95.) πατέρα δημόσιον] Patris patriæ nomen a Senatu Auguſto tributum vide ad p. 578. C.

§ 223. (l. 96.) ὑπατείαις πλείσταις] De tredecim Conſulatibus Auguſti adeundus Suetonius c. 26. Tacitus lib. I. Annal. c. 9. de Auguſto: *Numerus etiam conſulatuum celebrabatur, quo Valerium Corvinum* (qui ſexies) *& C. Marium* (qui ſepties Conſul) *ſimul æquaverat: continuata per ſeptem & triginta annos tribunitia poteſtas, nomen imperatoris ſemel atque vicies partum, aliaque honorum multiplicata aut nova.* Statius lib. IV. Silv. I. v. 31. *Ter Latio deciesque tulit labentibus annis Auguſtus faſces.*

§ 224. (l. 97.) ἥρωα ἀπεδείξατε] Decretum Senatus de Auguſto conſecrando ac referendo inter Deos, & divinis afficiendo honoribus. Nam ut Tertullianus lib. I. ad nationes c. 10. *Deus* apud Romanos *non erat, niſi cui eſſe permiſiſſet Senatus.* οὓς ἂν αὐτοὶ βούλωνται καὶ κρίνωσι, δογματίζουσιν ἐν θεοῖς εἶναι, καὶ θρησκεύεσθαι θεοὺς γράφουσιν. Athanaſ. l. adverſus Gentes p. 11.

§ 225. (l. 3.) διὰ τῶν ἐπινικίων πυλῶν] Teſtatur idem Suetonius, Senatum in funere ornando, & in memoria honoranda, eo ſtudio certatim progreſſum, ut inter alia complura *cenſuerint quidam triumphali porta ducendum,* præcedente victoria quæ erat in curia, canentibus næniam principum liberis utriusque ſexus. Dio autem hoc non tantum cenſuiſſe quosdam, ſed totum decreviſſe ſenatum, & ex decreto ſenatus ita etiam factum eſſe affirmat. Porta triumphalis fuit Romæ, quæ clauſa alias, ſolis triumphum ducentibus a via Flaminia patebat. vide Pitiſcum ad Sueton. & T. II. Lexici antiquitatum, p. 484.

§ 226. (l. 9.) οἵ τε ἐκ τοῦ τέλους] τέλος pro ſumtu ac ſtipendio ponitur, inde legiones etiam τέλη, quia ſtipendium faciunt. Apud Homerum Iliad. κ′ 380 [illegible], ubi Euſtath. ὅτι τέλη τὰ στρατιωτικὰ λέγει τάγματα.

§ 227 (l. 11.) περιέδραμον] Herodianus IV. 2. rogum conſecrandi Severi deſcribens: πᾶν τε τὸ ἱππικὸν [illegible] περιθεῖ κύκλῳ, μετά τινος εὐταξίας καὶ ἀνακυκλήσεως [illegible] ῥυθμῷ. vide & infra in funere Pertinacis p. 841. & plura de decurſione circa rogum funebri apud Kirchmannum III. 3.

§ 228. (l. 11.) πάντα τὰ νικητήρια] Præmia militum, coronas, phaleras, torques &c. ut in funere Severi [illegible] στρατιωτικά, infra p. 868. E. Sic in Cæſaris rogum veteranorum militum legionarii arma ſua, quibus exculti funus celebrabant, & matronæ pleræque ornamenta ſua, quæ gerebant, & liberorum bullas ac prætextas: tibicines & ſcenici artifices veſtem, quam ex inſtrumento triumphorum ad præſentem uſum induerant, detractam ſibi ac diſciſſam, injecere flammæ, teſte Suetonio c. 84. Adeundus iterum Kirchmannus lib. III. de funeribus Rom. c. 6.

§ 229 (l. 13) δᾳδας ἑκατόνταρχοι] Faces averſis vultibus rogo admoverunt centuriones ex SCto, ut idem Kirchmannus tradit, III. 2. qui apud Dionem itaque [illegible] legit, ὥς που τῇ βουλῇ ἐδόκει, licet & ipſe verba illius [illegible] ſicut Rob. Stephanus e MS. ediderat, ὥς που τῇ βουλῇ ἐδεδώκει. *quas ſenatui* hunc in uſum Auguſtus *pridem dederat.* Alio tempore obtinuit, ut Conſules, infra p. 842. B. vel filii p. 868. E. vel ut apud Herodianum IV. 2. defuncti in imperio ſucceſſor, pyram accenderet.

§ 230. (l. 15.) αἰετὸς δέ τις] Solenne hoc ex rogis conſecrandorum. Herodianus IV. 2. ἐκ δὲ τοῦ [illegible] καὶ βραχυτάτου κατεσκευάσματος, ὥσπερ ἀπό τινος ἐπάλξεως, ἀετὸς ἀφίεται, σὺν τῷ πυρὶ ἀνελευσόμενος εἰς τὸν αἰθέρα, ὃς φέρειν ἀπὸ γῆς

D δὲ πάντες ἔχον. εὐπρόσοδός τε γὰρ πᾶσιν ὁ-
μοίως ἦν, καὶ ἐς χρήματα πολλοῖς ἐπήρκει·
τούς τε φίλους ἰσχυρῶς ἐτίμα, [233] καὶ ταῖς παῤ-
ῥησίαις αὐτῶν ὑπερέχαιρε. τεκμήριον δὲ πρὸς
τοῖς εἰρημένοις, ὅτι τοῦ [234] Ἀθηνοδώρου ἐν
δίφρῳ ποτὲ καταστέγῳ ἐς τὸ δωμάτιον αὐτοῦ,
ὡς καὶ γυναικός τινος, ἐσκομισθέντος, καὶ ἐξ
αὐτοῦ ξιφήρους ἐκπηδήσαντος, καὶ προσεπειπόν-
τος, " σὺ φοβῇ, μή τις σὲ οὕτως ἐσελθὼν
" ἀποκτείνῃ; " οὐχ ὅπως ὠργίσθη, ἀλλὰ καὶ
χάριν αὐτῷ ἔγνω. ταῦτά τε οὖν αὐτοῦ ἀνεμι-
μνήσκοντο, καὶ [235] ὅτι καὶ τοῖς λυπήσασί τι
αὐτὸν οὐκ ἀκράτως ὠργίζετο, τήν τε πί-
στιν καὶ πρὸς τοὺς [l] οὐκ ἀξίους αὐτῆς ἐτήρει.
E [m] Κοροκότταν [236] γοῦν τινα λῃστὴν, ἐν Ἰβηρίᾳ ἀκ-
μάσαντα, τὸ μὲν πρῶτον οὕτω δι' ὀργῆς ἔσχεν,
ὥστε [n] καὶ τῷ ζωγρήσαντι αὐτὸν πέντε καὶ εἴκο-
σι μυριάδας ἐπικηρῦξαι· ἔπειτ' ἐπειδὴ ἑκών οἱ προσ-
ῆλθεν, οὔτε τι κακὸν εἰργάσατο, καὶ προσέτι
καὶ τῷ ἀργυρίῳ [o] ἐκείνῳ ἐπλούτισε. διά τε οὖν
ταῦτα, καὶ ὅτι τὴν [237] μοναρχίαν τῇ δημοκρατίᾳ
μίξας, τό, τε ἐλεύθερον σφίσιν ἐτήρησε, καὶ τὸ
599 κόσμιον τό, τε ἀσφαλὲς προσπαρεσκεύασεν, ὥστ'
ἔξω μὲν τοῦ δημοκρατικοῦ θράσους, ἔξω δὲ καὶ
τῶν τυραννικῶν ὕβρεων ὄντας, ἔν τε ἐλευθερίᾳ
σώφρονι, καὶ ἐν μοναρχίᾳ ἀδεεῖ ζῆν, βασιλευο-
μένους τε ἄνευ δουλείας, καὶ δημοκρατουμένους
ἄνευ διχοστασίας· δεινῶς αὐτὸν [p] ἐπένθουν.

Εἰ γάρ τινες καὶ τῶν προτέρων, τῶν ἐν τοῖς
[q] ἐμφυλίοις πολέμοις γενομένων, ἐμνημόνευον,
ἐκεῖνα μὲν τῇ τῶν πραγμάτων ἀνάγκῃ ἀνετί-
θεσαν· τὴν δὲ δὴ γνώμην αὐτοῦ, [238] ἐξ οὗ
B τὸ κράτος [r] ἀναμφίλογον ἔσχεν, ἐξετάζειν ἠξί-
ουν. πλεῖστον γὰρ δὴ τὸ διάφορον ὡς ἀλη-
θῶς παρέσχετο. καὶ τοῦτο μὲν καθ' ἕκαστον
ἄν

Fuerat quippe omnibus acceſſu facilis, multos pecunia juverat, ſummo in honore amicos habuerat, & ex libertate ipſorum in dicendo maximam capiebat voluptatem. Cujus documentum eſt id, quod quum Athenodorus aliquando in lectica operta pro muliere quadam in cubiculum ejus adductus, ex ea cum ſtricto gladio proſiluiſſet, dixiſſetque ei: « Non ergo metuis, ne quis hoc modo veniens « te interficiat? „ tantum ab ira abfuit Auguſtus, ut gratias potius ei egerit. Neque id modo memoria repetebant, ſed & quod injurias quoque acceptas non immodica ira proſecutus fuerit, fidemque etiam indignis ſervarit. Corocottam ſcilicet quendam, latrociniis in Hiſpania nobilem, primum in tanta ira habuit, ut præmium ei, qui vivum iſtum ſibi adduxiſſet, decies ſeſtertium promiſerit: deinde ultro ad ſe venientem neque pœna affecit, & ea, quam promiſerat, pecunia ditavit. Luctum quoque id auxit, quod unius principatum populari imperio ita temperaverat, ut & libertatem Romanis ſuam ſervaverit, & ornatum ſecuritatemque addiderit: ut abſque populi dominantis ferocia, abſque tyrannorum injuriis, in modeſta libertate, & ſub unius innoxia poteſtate, in regno ſine ſervitute, & in populari reipublicæ ſtatu ſine ſeditionibus vixerint. A.U.C.767 Sex. Apuleio & Sex. Pompeio COSS.

44. Quod ſi qui eorum, quæ prius bellis civilibus acciderant, reminiſcerentur: ea neceſſitati rerum adſignabant, omnemque ejus animum ex eo tempore, quo ſolus haud dubie rerum fuit potitus, ſpectandum arbitrabantur. Et magnum ſane in his diſcrimen oſtenderat: quod ipſum in omnibus ejus actionibus aperte depre-

[l] οὐκ omittunt Coisl. & Br. [m] Κοροκότταν. Καρακότταν, Xiph. [n] καὶ additum ex Xiph. [o] ἐκείνῳ. ἐκείνου, Xiph. ſed & ibi cod. Coisl. & Br. cum Dione facit. [p] ἐπένθουν. ſic & Xiph. ἐπόθουν. Peir. probante Valeſ. & ſic Z. uterque ſenſus commodus. ſed quoniam a p. 598. C. voluit demonſtrare πένθος ἀληθὲς ὃ ὕστερον ἔσχον, illud prætuleram. [q] ἐμφυλίοις πολέμοις. ἐμφύλοις νόμοις, V. b. [r] ἀναμφίλογον. ἀναμφίβολον, Xiph.

γῆς ἐς οὐρανὸν τὴν τοῦ βασιλέως ψυχὴν πιστεύεται ὑπὸ Ῥωμαίων. Hinc aquila in numis, non Auguſti tantum, ſed & aliorum Imperatorum adſcriptorum Diis. De Numerio Attico, qui evolantem in cœlum Auguſti animam ſuis ſe oculis vidiſſe juravit, infra p. 600. A.

§ 231. (l. 18.) ἥ τε Λιουΐα] Oſſa crematorum legi mos a proximis, ut uxore, parentibus, liberis, fratribus, ſororibus, ut ad Tibulli III. 2. & Propertii IV. 1. docent viri docti, & Kirchmannus laudati operis lib. III. 6. Suetonius tamen neque Liviæ, neque quinque dierum meminit, ſed tantum τῶν πρώτων ἱππέων. Ita enim habet c. 101. *Reliquias legerunt primores equeſtris ordinis, tunicati & diſcincti, pedibusque nudis, ac* (inditas in urnam) *Mauſoleo condiderunt.* Mauſoleum Auguſti in campo Martio, de quo dicere me memini p. 541. C.

§ 232. (l. 23.) γυναῖκες ἐνιαυτῷ ὅλῳ] Quando de luctu matronarum agitur, per annuum tempus decem menſes intelligi, probat Kirchmannus, IV. 10. quem conſulere juvabit. Tantum nimirum temporis ſpatium eſt, quo lugeri proprium maritum a femina fas erat, nec prius alteri nubere. De Livia annuo luctu honorata, Dio infra p. 621. D.

§ 233. (l. 28.) καὶ ταῖς παῤῥησίαις] p. 552. E. ſq. 597. D.

§ 234. (l. 30.) Ἀθηνοδώρου] Quantum hic apud Auguſtum gratioſus fuerit, dixi ad p. 491. A.

Sed hæc forte de Athenodoro non tam abrupte narraverit Dio. Quo autem pacto tradiderit, quodammodo colligimus ex Zonara p. 544. B. ἤδη ἐτίμα τοὺς φίλους, καὶ χάριτας ὡμολόγει τοῖς αὐτῶν ἐπανορθουμένοις ἐφ' οἷς ἐσφάλλετο· ὥσπερ καὶ τῷ Ἀθηνοδώρῳ ἀνδρὶ σοφῷ ἐπὶ τοιᾷδε αἰτίᾳ. ἐπικατάφορος πρὸς τὰ ἀφροδίσια ἦν, καὶ αἱ γυναῖκες ἐκομίζοντο ἃς ἐβούλετο ἐν καλυπτοῖς φορείοις, καὶ οὕτως εἰς τὸν αὐτοῦ εἰσήγοντο θάλαμον. ἐκεῖνος δὲ ταύτας ἐξῄει τε καὶ ἐκέχρητο. ἠράσθη γοῦν ποτε γυναικός, καὶ ἔπεμψε λαβεῖν αὐτήν. ἐν τούτῳ δὲ ὁ Ἀθηνόδωρος, τῷ τῆς γυναικὸς ἐκείνης ἀνδρὶ συνήθης ὤν, ἔτυχεν ἀπελθὼν τὸν φίλον ὀψόμενος, καὶ ἀσχάλλοντα εὑρὼν κἀκεῖνον καὶ τὴν γυναῖκα, (οὐ γὰρ ἐδύναντο ἀντιτεῖναι) τὴν αἰτίαν τῆς λύπης ἐπύθετο. καὶ μαθὼν, ἠρεμεῖν αὐτοὺς ἐκέλευσεν. αὐτὸς γὰρ ἀπελθεῖν ἔφη πρὸς τὸν Αὔγουστον, καὶ τὴν αὐτοῦ ἀποστρέψαι ὁρμήν. καὶ κομισθέντος τοῦ καταστέγου δίφρου, ὡς τῆς γυναικὸς ἐν αὐτῷ ἀπελευσομένης, ἀντεισῆλθεν ὁ Ἀθηνόδωρος, καὶ ξίφος λαβὼν, καὶ κατακαλυφθῆναι τὸν δίφρον ἀκριβῶς ἐπιτάξας, οὕτω πρὸς τὸν τοῦ Αὐγούστου κεκόμιστο θάλαμον. ἐκείνου δὲ τὸν δίφρον ἀποκαλύψαντος, ξιφήρης ἐξεπήδησεν, εἰπὼν &c. *Amicos ſummo habebat in honore, gratiasque agebat iis, qui ipſius errata reprehenderent: ſicut fecit etiam Athenodoro, viro ſapienti, tali de cauſa. Pronus erat in Venerem, & mulieres ad ſe, quas volebat, in opertis lecticis allatas, in thalamum ſuum adduci jubebat, iisque protractis abutebatur ad libidinem. Igitur aliquando mulieris amore captus, miſit eam arceſſitum. Forte tum Athenodorus, pro familiaritate cum marito ejus, videndi ejus cauſa venerat; is ubi & hunc & uxorem indignantes inveniſſet, (nec enim reſiſtere poterant) cauſam mœroris quærit; diſcit, jubet quietos eſſe; ſemet enim abiturum ad Auguſtum, ejusque impetum repreſſurum. Allata lectica, in quam ſe conjicere mulier debebat, Athenodorus arrepto gladio, inſcendit, jubet diligenter operiri, atque ita in Auguſti thalamum defertur. Qui cum lecticam retexiſſet, ille ſtricto gladio proſilit &c.* REIM.

§ 235. (l. 37.) ὅτι καὶ τοῖς λυπήσασί τι] Exempla hujus rei exſtant apud Sueton. c. 54. 55. 56.

§ 236. (l. 40.) Κοροκότταν γοῦν λῃστὴν] Nomen ductum a fera beſtia, de qua infra p. 860. A.

§ 237. (l. 46.) μοναρχίαν τῇ δημοκρατίᾳ μίξας] Hoc pluribus expoſuit Tiberius ſupra, p. 596. ſq.

§ 238. (l. 57.) ἐξ οὗ τὸ κράτος] Supra p. 594. C.

A.U.C. 767 Sex. Apuleio & Sex. Pompejo COSS.

deprehendi, ſi quis eas diligentius perſequeretur, poſſet. Quarum omnium hanc quaſi ſummam ſcribendam duxi: omnes eum ſeditiones coercuiſſe, rempublicam in optimam formam convertiſſe, eamque vehementer roboraſſe; ut ſi quid etiam violentius (quod fieri plerumque in mutationibus repentinis ſolet) actum ſit, culpam majori jure quis rebus, quam ipſi impingat. Ad gloriam vero Auguſto haud minimum momenti etiam diuturnitas principatus attulit. Nam plerique, & potentiſſimi popularis quondam reipublicæ cives perierant: poſteriores autem veteris reipubl. ignari, ac in præſenti tantum, vel ut plurimum educati, non modo non indigne ferebant hanc conditionem, cui adſueti nimirum eſſent, ſed ea lætabantur adeo: quam videlicet meliorem ac tutiorem illa videbant, de qua auditu accepiſſent.

45. Hæc etſi ſuperſtite adhuc Auguſto non ignorabant, tamen certius adhuc poſt ejus exceſſum cognovere. Nam omnes mortales non tam rebus ſecundis ſuam felicitatem ſentiunt, quam adverſis præteritam deſiderant. Quod idem circa Auguſtum evenit, quem deinde, cum Tiberium haud ipſius ſimilem experti eſſent, requiſiverunt. Poterat jam tum unusquisque prudens mutationem præſentis ſtatus conjectari. Etenim Pompejus conſul, quum Auguſti corpus apportantibus obviam ex urbe contenderet, offenſo crure, cum eo in urbem geſtatus fuit. Bubo iterum, prima ea die, qua ſenatus a morte Auguſti habitus fuit, curiæ inſidens, cantum feralem multum ediderat. Tanta profecto fuit inter Auguſtum & Tiberium diſſimilitudo, ut ſuſpicio quosdam tenuerit, conſulto Tiberium ab Auguſto, ſatis eum, qualis

ἄν τις τῶν πραχθέντων ἐπεξιὼν ἀκριβῶς εὑρήσει· κεφάλαιον δὲ ἐφ' ἅπασιν αὐτοῖς γράφω, ὅτι τό, τε στασιάζον πᾶν ἔπαυσε, καὶ τὸ πολίτευμα πρός τε τὸ κράτιστον μετεκόσμησε, καὶ ἰσχυρῶς ἐκράτυνεν· ὥστε εἰ καὶ βιαιότερόν τι (οἷα ἐ[illegible] ταῖς παραλόγοις φιλεῖ συμβαίνειν) ἐπράχθη, [illegible]ότερον ἄν τινα αὐτὰ τὰ πράγματα [illegible]σθαι. οὐκ [C] ἐλάχιστον δ' οὖν αὐ[illegible] καὶ [239] τὸ πολυχρόνιον τῆς [illegible] τῶν μὲν γὰρ ἐκ τῆς δημοκρ[illegible] καὶ οἱ πλείους καὶ οἱ δυνατώτεροι [illegible]λώλεσαν· οἱ δ' ὕστεροι, ἐκείνης μὲν οὐδὲν εἰδότ[illegible] τοῖς δὲ παροῦσι [r] μόνοις ἢ καὶ μάλιστα ἐντραφέντες, οὐ μόνον οὐκ ἤχθοντο αὐτοῖς, (ἅτε καὶ συνήθεσιν οὖσιν) ἀλλὰ καὶ ἔχαιρον, [s] καὶ βελτίω καὶ ἀδεέστερα αὐτὰ ὧν ἤκουον, ὁρῶντες ὄντα.

Ταῦτα δὲ ἠπίσταντο μὲν καὶ ζῶντος αὐτοῦ, ἐπὶ πλεῖον δ' ὅμως μεταλλάξαντος, ἔγνωσαν. [D] καὶ γὰρ φιλεῖ πως [u] τὸ ἀνθρώπειον οὐχ οὕτω τι εὐπαθοῦν τῆς εὐδαιμονίας αἰσθάνεσθαι, ὡς καὶ δυστυχῆσαν ποθεῖν αὐτήν. ὅπερ που καὶ τότε περὶ τὸν Αὔγουστον συνέβη. τοῦ γὰρ Τιβερίου μετ' αὐτὸν οὐχ ὁμοίου πειραθέντες, ἐκεῖνον ἐζήτουν. καὶ ἦν μὲν καὶ παραχρῆμα τὴν μεταβολὴν τῆς καταστάσεως τοῖς ἔμφροσι τεκμήρασθαι. ὅ, τε γὰρ ὕπατος [240] ὁ Πομπήϊος ἐξορμήσας, ὡς καὶ τοῖς τὸ τοῦ Αὐγούστου σῶμα ἄγουσιν ἀπαντήσων, τό, τε σκέλος ἐπλήγη, καὶ [E] μετ' αὐτοῦ φοράδην ἀνεκομίσθη· καὶ βύας αὖθις ὑπὲρ τοῦ συνεδρίου ἐν αὐτῇ τῇ πρώτῃ τῆς βουλῆς μετὰ τὸν θάνατον ἕδρᾳ ἱδρύθη, καὶ πολλὰ καὶ οὐκ αἴσια ἐπεφθέγξατο. τοσοῦτον δ' οὖν τὸ σύμπαν ἀλλήλων διήνεγκαν, ὥστε τινὰς καὶ ἐς τὸν Αὔγουστον ὑποπτεῦσαι, [241] ὅτι ἐξεπίτηδες τὸν

r μόνοις ἢ καὶ μάλιστα. hanc lectionem ex Xiph. & Peir. Dioni reſtitui: manca enim procul dubio eſt vulgaris, μόνοις μάλιστα. s καὶ βελτίω καὶ ἀδεέστερα. καὶ μάλιστα καὶ ἀδεέστερα, Peir. minus recte. u τὸ ἀνθρώπειον. τὸ ἀνθρώπινον, Xiph.

§ 239. (l. 69.) τὸ πολυχρόνιον τῆς ἡγεμονίας] Infra p. 754. A.

§ 240. (l. 88.) ὁ Πομπήϊος] Sextus Pompejus Conſul, Auguſti propinquus, ſupra p. 589. A. D.

§ 241. (l. 96.) ὅτι ἐξεπίτηδες] Non præterit hanc ſiniſtram ſuſpicionem Tacitus lib. I. Annal. c. 10. *ne Tiberium quidem charitate aut reipb. cura, ſucceſſorem adſcitum, ſed quoniam arrogantiam ſævitiamque ejus introſpexerit, comparatione teterrima ſibi gloriam quæſiviſſe.* Sed refellens eam Suetonius Tib. c. 21. negat adduci ſe poſſe, ut exiſtimet ambitione tractum illud feciſſe Auguſtum, ut hoc ſucceſſore deſiderabilior ipſe quandoque fieret, ſed vitiis virtutibusque Tiberii perpenſis, potiores duxiſſe virtutes. Similis ſiniſtra ſuſpicio de Tiberio Cajum ſibi ſucceſſorem deſtinante. p. 636. cum tantum præſtaret Tiberius Cajo, quantum Tiberio Auguſtus. p. 643. B.

§ 242. (l. 1.) τότε δὲ ἀθανατίσαντες αὐτὸν] Conſecrare, & inter Deos referre, Græci dicunt ἀθανατίζειν, ut Dio infra p. 667. E. 648. C. frequentius ἀπαθανατίζειν, idem Dio alibi, ne de aliis ſcriptoribus dicam, quorum loca notavit Jac. Gronovius ad Arrianum p. 8. unde ἀπαθανατισμὸς conſecratio p. 689. A. Vocant & ἐκθειάζειν, ἀποθεοῦν, θεοποιεῖν, vel ut Athanaſius, δογματίζειν ἐν Θεοῖς εἶναι. Fiebat enim δόγματι, ſive decreto ſenatus, jubente vel non intercedente Imperatore. Conſecrationis Auguſti monumentum pulcherrimum in veteri gemma, quæ ſervatur in gazophylacio ſacelli baſilicæ ſive ſanctæ capellæ Pariſienſis, quamque certatim illuſtravere viri docti, Peireſcius apud Gaſſendum ad A. C. 1620. Triſtanus T. I. p. 100. ſq. Albertus Rubenius Diſſ. de Gemma Tiberiana, ad calcem libri de re veſtiaria veterum, Antwerp. 1665. 4. & illuſtris Baro Jacobus le Roy in Achate Tiberiano notis hiſtoricis illuſtrato, Amſt. 1683. fol.

§ 243. (l. 2.) θιασώτας δὲ καὶ ἱερὰ] Sodales ſacerdotes, ἱερεῖς Αὐγουσταλεῖς, infra p. 645. A. θιασώτας p. 629. flamines & flaminicas, ſacra item, templaque. De Flaminibus Flaminicisque Auguſtalibus mentio in antiquis inſcriptionibus. Templorum Auguſti memoria non infrequens in numis apud Goltzium, & Mediobarbum. De ſacris, hoc eſt, ſacrificiis ſolennibus & ludis, Auguſti honori deſtinatis, infra dicetur.

§ 244. (l. 2.) ἱέρειάν τε τὴν Λιουίαν Ἰουλίαν τε] Livia in familiam *Juliam* nomenque *Auguſtæ* aſſumta, ſtatim poſt lectas tabulas teſtamenti. Inde *Julia Auguſta* in numo apud Triſtanum I. p. 123. Sacerdotem Auguſti fecerant poſt mariti conſecrationem: *transgreſſi ad Deos ſacerdotalem* vocat Vellejus II. 75. *Sacerdos divi Auguſti* Livia etiam in numis, & apud Ovidium de Ponto IV. 9. 107. *Stant pariter natusque pius, conjuxque ſacerdos.*

§ 245. (l. 4.) ῥαβδούχῳ ἐν ἱερουργίαις] Sic Agrippinæ, Claudii conjugis conſecrati ſacerdoti, duos lictores decretos narrat Tacitus XIII. 2. Virginibus Veſtalibus conceſſum lictore ſingulis uti, ſed ſecuritatis cauſa, ut dictum p. 338. C.

§ 246. (l. 6.) ἐστρατηγηκότι] Sueton. c. 101. *Nec defuit vir prætorius, qui ſe effigiem cremati euntem in cœlum vidiſſe juraret.*

§ 247. (l. 7.) πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας] Subintellige δραχμῶν, ut infra p. 648. D. ubi eandem ſummam *decies ſeſtertium* ſive thalerorum 25000. dicitur accepiſſe Livius Geminius ſenator, quod Druſillæ effigiem in cœlum aſcendentem vidiſſet.

§ 248. (l. 8.) τὰ περὶ τοῦ Πρόκλου] Res nota ex Livii lib. I. c. 16. Flori lib. I. c. 1. & Lactantii lib. I. c. 15. qui referunt, conſecrationi Romuli mox fidem factam a *Julio Proculo*, ſubornato a patribus, affirmanteque viſum a ſe Romulum, auguſtiore forma quam fuiſſet, mandantem præterea, ut ſe pro numine acciperent, delubrumque facerent, Quirinum in cœlo vocari.

τὸν Τιβέριον, καίπερ εὖ εἰδὼς ὁποῖος ἦν, διάδοχον ἀπέδειξεν, ἵνα αὐτὸς εὐδοξήσῃ. ταῦτα μὲν δὴ οὖν ὕστερον διαθροεῖν ἤρξαντο.

600 [242] Τότε δὲ [x] ἀθανατίσαντες αὐτὸν, καὶ [243] θιασώτας οἱ καὶ ἱερά, [244] ἱέρειάν τε τὴν Λιουΐαν, [y] Ἰουλίαν τε, τὴν καὶ Αὐγοῦσταν ἤδη καλουμένην, ἀπέδειξαν. καὶ οἱ μὲν καὶ [245] ῥαβδούχῳ χρῆσθαι ἐν ταῖς ἱερουργίαις αὐτῇ ἐπέτρεψαν· ἐκείνη δὲ δὴ Νουμερίῳ τινὶ Ἀττικῷ, βουλευτῇ [246] ἐστρατηγηκότι, [247] πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας ἐχαρίσατο, ὅτι τὸν Αὔγουστον ἐς τὸν οὐρανὸν, κατὰ [248] τὰ περί τε τοῦ Πρόκλου καὶ περὶ τοῦ Ῥωμύλου λεγόμενα, ἀνιόντα ἑωρακέναι ὤμοσε. καὶ αὐτῷ ἔν τε τῇ
B Ῥώμῃ [249] ἡρῷον, [z] ψηφισθὲν μὲν ὑπὸ τῆς γερουσίας, οἰκοδομηθὲν δὲ ὑπό τε τῆς Λιουΐας καὶ ὑπὸ τοῦ Τιβερίου, ἐποιήθη, καὶ ἄλλοθι πολλαχόθι, τὰ μὲν, ἑκόντων δὴ τῶν δήμων, [a] τὰ δὲ καὶ ἀκόντων, οἰκοδομουμένων. καὶ οἱ καὶ [250] ἡ ἐν τῇ Νώλῃ οἰκία, ἐν ᾗ μετήλλαξεν, ἐτεμενίσθη. ἐν ᾧ δ' οὖν τὸ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἡρῷον ἐγίγνετο, [251] εἰκόνα αὐτοῦ χρυσῆν ἐπὶ κλίνης [252] ἐς τὸν τοῦ Ἄρεως ναὸν ἔθεσαν· καὶ ἐκείνῃ πάντα, ὅσα τῷ ἀγάλματι αὐτοῦ μετὰ τοῦτο χρῆσθαι ἔμελλον, ἐνόμισαν. ταῦτά τε αὐτῷ ἐψηφίσθη,
C καὶ ὅπως [253] μήτ' εἰκὼν αὐτοῦ ἐν ἐκφορᾷ τινος πομπεύῃ, καὶ τὰ γενέσια οἱ ὕπατοι ἐξ ἴσου τοῖς Ἀρείοις [254] ἀγωνοθετῶσι· [255] τά τε Αὐγουστάλια οἱ δήμαρχοι, ὡς καὶ [256] ἱεροπρεπεῖς ὄντες, διατιθῶσι. καὶ οἱ μὲν τὰ ἄλλα, ὥσπερ εἰώθει γίγνεσθαι, ἔπραξαν· καὶ γὰρ τῇ ἐσθῆτι τῇ ἐπινικίῳ ἐν τῇ ἱπποδρομίᾳ ἐχρήσαντο· οὐ μέντοι καὶ τοῦ ἅρματος ἐπέβησαν. χωρὶς δὲ τούτων καὶ ἡ Λιουΐα [257] ἰδίαν δή τινα αὐτῷ πανήγυριν ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἐν τῷ παλατίῳ ἐποίησεν, ἢ καὶ [b] δεῦρο ἀεὶ [258] ὑπ' αὐτῶν ἀεὶ αὐτοκρατόρων τελεῖται.

Ἐπὶ

lis eſſet, noſcente, ſucceſſorem deſignatum, quo magis ipſe gloria floreret. Verum hi rumores poſtea demum in vulgus ſpargi cœperunt.

A.U.C. 767 Sex. Apuleio & Sex. Pompeio COSS.

46. Tum vero conſecrantes Auguſtum, flamines ei cum ſacris, & ſacerdotem Liviam (quæ jam Juliæ & Auguſtæ cognomenta acceperat) conſtituerunt, lictoreque uti eam in ſacrificiis permiſerunt. Cæterum Livia Numerio cuidam Attico, ſenatori & prætorio, decies ſeſtertium dono dedit; quod juraverat, vidiſſe ſe Auguſtum in cœlum adſcendentem, quemadmodum antiquitus Romulum Proculus vidiſſe perhibetur. Decretum quoque Romæ Auguſto ſacrarium a ſenatu, a Livia autem, & Tiberio exædificatum: alibi quoque multis locis ei fana exſtructa ſunt a populis, partim volentibus, partim invitis: Nolæque domus, in qua deceſſiſſet, in templum mutata. Dum ei Romæ ſacrarium parabatur, auream ipſius imaginem in æde Martis, lecto impoſitam, collocaverunt, eique tribuerunt omnia, quæ deinceps ſimulacro delubri ejus erant exhibituri. Decretum porro eſt, ne imago ejus ullo in funere cujusquam ferretur: ut natalitiis ejus ludis conſules, quemadmodum Martis fieri ſolitum, præmia certaminum proponerent: Auguſtalia tribuni plebis, tanquam ſacroſancti, celebrarent: iique omnia reliqua eo, quo conſueverant fieri, more peregerunt, veſte triumphali ludis Circenſibus uſi; currum tamen non conſcenderunt. Præter hæc, in palatio Livia peculiares per triduum ludos in honorem Auguſti fecit, qui etiam in præſens usque tempus ab imperatoribus ipſis continuo exhibentur.

47. Hæc

[x] ἀθανατίσαντες. ſic & Xiph. forte ἀπαθανατίσαντες, Od. L. ad marg. ſed vide ex Spanhemio F. & Xiph. [y] Ἰουλίαν τε τὴν καὶ Αὐγοῦσταν. Ἰουλίαν τε νῦν καὶ &c. voce νῦν non opus eſſe, cum ſequatur ἤδη, largior Spanhemio. mihi tamen ordo verborum perturbatus omnino videtur, qui ſic reſtitui poſſit: τὴν Λιουΐαν, τὴν Ἰουλίαν τε καὶ Αὐγοῦσταν ἤδη καλουμένην. [z] ψηφισθὲν. ἐψηφίσθη, Xiph. [a] τὰ δὲ καὶ ἀκόντων. inſerui καὶ ex Xiph. ſtilo Dionis & aliorum Græcorum congruens. [b] ἢ καὶ δεῦρο ἀεί. ita emendandum ſuaſit vulgatum δεύτερα, Caſaub. ad Suet. Calig. 56.

§ 249. (l. 11.) ἡρῷον] Sic Julio Cæſari heroum ſive delubrum dicatum Romæ in foro, ut dictum p. 337. D. De Auguſto Tacitus lib. I. Annal. c. 1. *ſepultura more perfecta, templum & cæleſtes religiones decernuntur.* Plura ibi Lipſius. Αὐγουστεῖον hujus mentio p. 667. E.

§ 250. (l. 15.) ἡ ἐν τῇ Νώλῃ οἰκία] Nolæ mortem obiiſſe Auguſtum, notaverat Dio p. 589. Sicut autem locus, in quo diſceſſit e vita, dedicatus & in ſacrarium mutatus eſt, ita etiam partem domus in regione Palatii Romæ ad Capita bubula, aliquanto poſt quam exceſſit, conſecratam, ibique ſacrarium ei conſtitutum fuiſſe, teſtatur Suetonius c. 5. Templi apud Nolam Auguſto dedicati mentio in lib. IV. Annal. Tacit. c. 57.

§ 251. (l. 17.) εἰκόνα χρυσῆν ἐπὶ κλίνης] *Habent enim Dii lectos, atque ut ſtratis poſſint mollioribus incubare, pulvinorum tollitur atque excitatur impreſſio,* ut ridens ait Arnobius VII. p. 238. Ad hujusmodi Deorum pulvinaria ſive imagines in lectis recubantes, ſacra celebrabantur convivia, ſacræque ſupplicationes, quem cultum lectiſternii etiam Auguſto exhibitum Dio innuit.

§ 252. (l. 18.) ἐς τὸν τοῦ Ἄρεως ναὸν] Martis templum in campo Martio intellige, de quo p. 586. A.

§ 253. (l. 21.) μήτ' εἰκὼν αὐτοῦ] Vide, ſi placet, dicta ad p. 338. A. ubi idem leges decretum honori Julii Cæſaris, relati inter Deos, adeoque jam majoris, quam ut ejus imago in pompa funebri inter gentilitias mortalium traduceretur.

Lipſius Epiſtol. Quæſt. IV. 3. T. I. Opp. p. 189. dubitat, ne vanius hoc adfirmet Dio, quoniam ſilent ceteri, & quoniam Aeneas & Romulus in pompa funebri ducti ſunt. Verum difficile eſt fidem hac in re Dioni detrahere, qui plura Imperatorum funera ipſemet elata vidit. REIM.

§ 254. (l. 23.) ἀγωνοθετῶσι] Corollariorum ac præmiorum in muneribus & ludis proponi ſolitorum iis qui certando vincerent, mentio apud Suetonium Auguſto c. 45. De Martis ludis equeſtribus & theatralibus, quos Calendis Auguſti conſtat celebratos fuiſſe, dictum ad p. 588. A. in quibus Agonothetas fuiſſe conſules, ſive curam ludorum illorum quotannis habuiſſe, præſenti ex loco diſcimus. De natalitiis Auguſti ſolenniter obiri ſolitis die XXIII. Septembris, dictum p. 545. A.

§ 255. (l. 23.) τά τε Αὐγουστάλια] In memoriam reditus Auguſti, Octob. XII. p. 527. D.

§ 256. (l. 24.) ἱεροπρεπεῖς] Vide dicta ad pag. 401. D. Quod de veſte triumphali addit Dio, & de curru, illuſtrant viri docti ad hæc Taciti lib. I. Annal. c. 15. *inter quæ tribuni plebei petivere, ut proprio ſumtu ederent ludos, qui de nomine Auguſti faſtis additi Auguſtales vocarentur. Sed decreta pecunia ex ærario, utque per Circum triumphali veſte uterentur: curru vehi haud permiſſum.*

§ 257. (l. 28.) ἰδίαν πανήγυριν] Hi ſunt ludi Palatini, ſive θεωρίας, quas in honorem Auguſti ſolitas celebrari, exſtructa ante regiam ſcena, refert Joſeph. XIX. 1. p. 658. ubi tertia & ultima illarum die occiſum Caligulam memorat.

§ 258. (l. 30.) ὑπ' αὐτῶν ἀεὶ αὐτοκρατόρων] Imperatores ſuo quemque tempore ludorum illorum curam habuiſſe, vel Caligulæ exemplum evincit, de quo Dio infra p. 663. A. ac præter Suetonium Joſephus, p. 659. teſtatus in illis ludis rem quoque divinam Auguſto factam a Caligula. Γαΐου δὲ, προσόδων αὐτῷ γενομένων, θύοντι τῷ Σεβαστῷ Καίσαρι, ᾧ δὴ καὶ τὰ τῆς θεωρίας ἤγετο.

A.U.C.767 Sex. Apuleјo & Sex. Pompejo COSS.

47. Hæc ergo ſunt, quæ in honorem Auguſti, ut videbatur, ſenatus, re ipſa Tiberius ac Livia ſtatuerunt. Aliis enim alia referentibus, placuit, hæc in libellos inſcripta Tiberio offerre, ut eligeret quæ vellet. Liviæ porro nomen addidi, quod ipſa etiam, quaſi imperium tenens, rebus ſeſe ingeſſit. Eo tempore plebs tumultuata eſt, quum Auguſtalibus quidam hiſtrio nollet pro conſtituta mercede in theatrum prodire: nec finis ante turbarum fuit, quam ea ipſa die tribuni plebis, coacto ſenatu, precibus impetrarunt, ut ſibi liceret majores aliquanto, quam legibus permitteretur, ſumptus facere. Hactenus de iis quæ Auguſti tempore evenerunt.

Ἐπὶ μὲν οὖν τῷ Αὐγούστῳ τοσαῦτα, λόγῳ μὲν ὑπὸ τῆς γερουσίας, ἔργῳ δὲ ὑπὸ τοῦ Τιβερίου καὶ ὑπὸ τῆς Λιουΐας, ἐνομίσθη. D ἄλλων γὰρ ἄλλα ἐσηγουμένων, ἔδοξε σφίσι, βιβλία παρ' αὐτῶν τὸν Τιβέριον λαβόντα ἐκλέξασθαι ὅσα ἐβούλετο. προσέθηκα δὲ τὸ τῆς Λιουΐας ὄνομα, [illegible] καὶ αὐτὴ τῶν πραγμάτων, [259] ὡς καὶ αὐτα[illegible]ποιεῖτο. κἀν τούτῳ τὸ πλῆθος, τῶν [illegible]θελήσαντος ἐπὶ τῷ τεταγμένῳ μισ[illegible] [260] ἐν τοῖς Αὐγουσταλίοις ἐσελθεῖν, ἐστασίασε καὶ οὐ πρότερον ἐπαύσαντο ταραττόμενοι, πρὶν τοὺς δημάρχους [261] τήν τε βουλὴν αὐθημερὸν συναγαγεῖν, καὶ δεηθῆναι αὐτῆς, ἐπιτρέψαι σφίσι πλεῖόν τι τοῦ νενομισμένου ἀναλῶσαι. E ταῦτα μὲν κατὰ Αὔγουστον ἐγένετο.

§ 259. (l. 38.) ὡς καὶ αὐταρχοῦσα] Vide infra p. 609. E. Mature quidem Tiberius, anxius invidia, & muliebre faſtigium in deminutionem ſui accipiens, poteſtati Liviæ conatus eſt *intercedere*, ut notat Suetonius c. 50. & excedere & procul urbe degere poſtea maluit. Tac. lib. IV. c. 57. *Traditur etiam, matris impotentia extruſum, quam dominationis ſociam aſpernabatur, nec depellere poterat, cum dominationem ipſam donum ejus accepiſſet.* Inde querela lib. I. c. 4. indignantium, *accedere matrem muliebri impotentia: ſerviendum fœminæ.*

§ 260. (l. 40.) ἐν τοῖς Αὐγουσταλίοις] ἐν τῇ τῶν Αὐγουσταλίων θέᾳ p. 589. A. Paulo ante dixit Dio, tribunis plebis commiſſam fuiſſe curam Auguſtalium ludorum; atque decretam ad illorum ſumptus ſuſtinendos pecuniam ex ærario, teſtis eſt Tacitus lib. I. Annal. c. 15. Hæc igitur cum minor eſſet ſpe ac cupiditate hiſtrionum, eorum aliquis, populo præ ceteris probatus, abnuendo operam ſuam, locum tumultui dedit, & στάσει, ſicut Pylades, p. 533. B. Itaque Tiberius deinde hiſtriones urbe expulit, inter alia cauſatus, quod στάσεις ἦγαγον, quod turbarum ac tumultuum cauſa in urbe eſſent, infra, p. 617. C. ludorum quoque ac munerum corripuit impenſas, mercedibus ſcenicorum reciſis, teſte Suetonio c. 33.

§ 261. (l. 43.) τὴν βουλὴν αὐθημερὸν συναγαγεῖν] Notum eſt, quod Conſulum antea & curulium magiſtratuum modo fuerat, jus habendi ſenatus, id tribunos plebis etiam ſibi vindicaſſe auctore Icilio, ab A. U. C. 298. Dionyſius Halic. X. p. 657. οἱ τότε δήμαρχοι πρῶτοι συγκαλεῖν ἐπεβάλοντο τὴν βουλὴν, Ἰκιλίου τὴν πεῖραν εἰσηγησαμένου. Igitur cum antea tantum liceret illis habere comitia, exinde etiam Senatum ab illis convocatum legimus, ut ſupra p. 160. C. & 676. A. atque apud Suetonium Tiberio c. 23. *jure tribunitiæ poteſtatis coacto ſenatu.* Itaque infra p. 759 A. notat Dio tanquam ſingulare, quod nullus tribunorum abſente Conſule Cajo ſenatum convocare ſit auſus. Varro apud Gellium XIV. 8. *Nam & tribunis plebis, ſenatus habendi jus erat, quanquam ſenatores non eſſent ante Atinium plebiſcitum,* A. U. C. 623. Similiter diſſolvendi ac dimittendi Senatus poteſtatem apud eosdem tribunos fuiſſe, conſtat exemplo Curionis tribuni apud Appianum II. Civil. p. 445. ὁ δ' ἐπείθετο δὲ, διέλυε τὴν βουλὴν ἐπὶ ἀτελέσι πᾶσι. δύναται δὲ ταῦθ' ὁ δήμαρχος.

ΤΩΝ ΔΙΩΝΟΣ ΡΩΜΑΙΚΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ

[a]ΤΟ ΠΕΝΤΗΚΟΣΤΟΝ ΕΒΔΟΜΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ.

DIONIS HISTORIÆ ROMANÆ

LIBER QUINQUAGESIMUS SEPTIMUS.

Τάδε ἔνεστιν ἐν τῷ πεντηκοστῷ ἑβδόμῳ τῶν Δίωνος Ῥωμαϊκῶν ἱστοριῶν.

Περὶ Τιβερίου.
Ὡς Καππαδοκία ὑπὸ Ῥωμαίων ἄρχεσθαι ἤρξατο.
Ὡς Γερμανικὸς Καῖσαρ ἀπέθανεν.
Ὡς Δροῦσος Καῖσαρ ἀπέθανεν.

Hæc inſunt Libro LVII. Romanæ Hiſtoriæ Dionis.

De Tiberio. c. 1. ſqq.
Ut Cappadocia Romanos præſides habere cœperit. c. 17.
De morte Germanici, & Druſi Cæſ. c. 18.

Χρόνου πλῆθος, ἔτη ια, ἐν οἷς ἄρχοντες οἱ ἀριθμούμενοι, οἵδε ἐγένοντο.

Δροῦσος Καῖσαρ Τιβερίου υἱ.	καὶ [b] Γ. Νωρβανὸς Γ. υἱ. Φλάκκος.
Τ. Στατίλιος Τ. υἱ. Σισέννας Ταῦρος,	καὶ Λ. Σκριβώνιος Λ. υἱ. Λίβων.
Γ. [c] Καικίλιος Γ. υἱ. Νέπως, ἢ Ῥοῦφος,	καὶ Λ. [c] Πομπωνιανὸς Λ. υἱ. Φλάκκος.
Τιβέριος Καῖσαρ Αὐγούστου υἱός, τὸ γ´,	καὶ Γερμανικὸς Καῖσαρ Τιβ. υἱ. τὸ β´.
Μ. Ἰούνιος Μ. υἱ. Σιλανός,	καὶ [d] Λ. Νωρβανὸς Γ. υἱ. Φλάκκος, ἢ Βάλβος.
Μ. Οὐαλέριος Μ. υἱ. Μεσσάλας,	καὶ [e] Μ. Αὐρήλιος Μ. υἱ. Κότλας.
Τιβ. Καῖσαρ Αὐγούστου υἱ. τὸ δ´.	καὶ Δροῦσος Ἰούλιος Τιβ. υἱ. τὸ β´.
Δέκιμος Ἀλέριος Κ. υἱός, Ἀγρίππας.	καὶ [f] Γ. Σουλπίκιος Γάλβας.
Γ. Ἀσίνιος Γ. υἱ. Πωλίων,	καὶ Γ. Ἀντίστιος Γ. υἱ. [g] Οὐέτερ,
[h] Σεργ. Κορνήλιος Σεργ. υἱ. Κέθηγος,	καὶ [i] Λ. Οὐιτέλλιος Λ. υἱ. Οὐάῤῥων.
Μ. Ἀσίνιος Μ. υἱ. Ἀγρίππας,	καὶ Κόσσος Κορνήλιος Κόσσου υἱ. Λεντοῦλος.

Undecim hæc Annis geſta ſunt: conſulibus,

poſt C.N.	U.C.			TIBERII.
14.	767.	Sex. Apulejo.	& Sex. Pompejo.	I. 19 Aug.
15.	768.	Druſo Cæſare Tib. F.	& C. Norbano C. F. Flacco.	II.
16.	769.	T. Statilio T. F. Siſenna Tauro,	& L. Scribonio L. F. Libone.	III.
17.	770.	C. Cæcilio C. F. Nepote, vel Rufo,	& L. Pomponio L. F. Flacco.	IV.
18.	771.	Tib. Cæſare Auguſti F. III,	& Germanico Cæſare, Tib. F. II.	V.
19.	772.	M. Junio M. F. Silano,	& L. Norbano C. F. Flacco, vel Balbo.	VI.
20.	773.	M. Valerio M. F. Meſſala,	& M. Aurelio M. F. Cotta.	VII.
21.	774.	Tib. Cæſare Auguſti F. IV,	& Julio Druſo Tib. F. II.	VIII.
22.	775.	D. Haterio Q. F. Agrippa,	& C. Sulpicio Galba.	IX.
23.	776.	C. Aſinio C. F. Pollione,	& C. Antiſtio C. F. Vetere.	X.
24.	777.	Sex. Cornelio Sex. F. Cethego,	& L. Viſellio C. F. Varrone.	XI.
25.	778.	M. Aſinio M. F. Agrippa,	& Coſſo Cornelio Coſſi F. Lentulo.	XII.

Τιβέριος δέ, [1] εὐπατρίδης μὲν ἦν, καὶ [2] ἐπεπαίδευτο, φύσει δὲ [k] ἰδιωτάτῃ ἐκέχρητο.
ὄντε

1. Tiberius patricio quidem fuit natus genere, & liberalibus artibus innutritus, ſed A.U.C. 767 Sex. Apulejo & Sex. Pompejo COSS.

a τὸ πεντηκοστὸν ἕβδομον. Hic liber in Roberti editione duodecim amplius annorum, quam titulus promittit, hiſtoriam continet, a morte Druſi ad mortem Tiberii. ſequens autem liber, qui ibi eſt LVIII. quatuordecim amplius, quam in titulo eſt, annos, ſeu integram Claudii vitam perſequitur. Hinc manifeſtum fit, omiſſis in MS. duorum librorum (LVIII. & LX.) titulis, male in unum LVII. librum coiiſſe duos LVII. & LVIII. itemque in unum LVIII. duos ſequentes LIX. & LX. ſicut & in titulo libri LVIII. apud Robertum diſerte, reliqua libro ſexageſimo tradi, dicuntur, uti jam Xylandro obſervatum. *b* Γ. ſic RS. & Dio p. 611. A. ſed Λ. male, HS. L. *c* Καικίλιος. ſic & Dio p. 613. D. ſequens Πομπωνιανὸς omittitur in Dione. corrige utrumque ex Grutero CCCCXLVIII. 8. C. CÆLIO RUFO ET L. POMPONIO FLACCO COSS. conſentit Tacitus II. 41. *d* Λ. ſic & Dio recte p. 61 . A. probat ex marmore Pighius. male hic vulgo Γ. *e* M. Tacitus III. 2. Cajum nominat, X. certe non in omnibus editt. *f* Γ. prænomen hoc addidit X. receperunt ceteri. *g* Οὐέτερ. Ἰούνιος, RS. correxit X. *h* Σεργ. *Servio*, apud Frontinum Doctiſſ. Poleni, artic. 102. *Sextum Sexti F.* facit cum Glandorpio Xyl. *i* Λ. Οὐιτέλλιος. ſic ſcribere juſſit Xyl. pro corrupto Κελλουίτλιος apud RS. verum non Λ. υἱ. ſed Γ. υἱ. ſcribendum monet Ryckius ad Tac. p. 73. & 88. ex Inſcr. apud Onuphr. & Tacito IV. 19, & III. 43, 5. *k* ἰδιωτάτῃ. ſic & Xiph. & Jo. Antiochenus in Exc. Peir. p. 801. ἀιδιωτάτῃ, Suidas in Τιβέριος.

§ 1. (l. 1.) εὐπατρίδης] Tiberius ex patricia gente Claudia genus utrumque traxit, ut multis docet Suetonius, c. 1. 2. 3.

§ 2. (l. 1.) ἐπεπαίδευτο] Teſte Vellejo II. 94. Tiberius *innutritus cæleſtium præceptorum diſciplinis, juvenis genere, forma,*

A.U.C. 767 Sex. Apuleio & Sex. Pompeio COSS.

ſed naturæ prorſus ſingularis. Nam neque præ ſe ferebat quicquam eorum quæ cuperet, neque cupiebat quæ diceret, ſed ſermone ab animi ſui ſententia diverſiſſimo utebatur; negando, quæcunque deſideraret; offerendo ea, quæ odio haberet: iratum ſe, quum minime ſuccenſeret; æquo animo eſſe, quum maxime indignaretur, ſimulabat: nimirum quos gravi ſupplicio afficeret, iis miſericordiam oſtentabat; infenſum ſe iis, quos venia proſequeretur, exhibebat; inimiciſſimos fere vultu quam maxime benevolo, amiciſſimos ſumme abalienato intuebatur: denique principis animum nemini cognitum eſſe debere cenſebat, dicere ſolitus, eo patefacto, multas magnasque res male, contra diſſimulato, plurimas & maximas bene geri. Ac ſi quidem hæc tantum in Tiberio fuiſſent, nemini eorum, quibus cum ipſo negotium erat, difficile fuiſſet ſibi ab eo cavere; quum omnia contrario modo accipientes, ea quæ is nolebat, admodum velle; & non cupere ipſum, quæ maxime appetebat, judicarent: nunc autem ita commovebatur animo, ſi quis ejus ſententiam aſſecutus deprehenderetur, ut multos haud aliam ullam ob culpam necaverit, quam quod mentem ipſius perſpexiſſent; utque periculoſum eſſet, non intelligere, qui ipſius eſſet animus; (quod multi dictis ejus, non voluntati aſſenſi, infortunium invenerant) periculoſius etiam, intelligere. Hi enim quaſi inſtitutum ejus exploraſſent, idque odio haberent, ſuſpecti erant. Itaque is fere ſolus (quanquam hoc rariſſimum) tutus erat, qui neque ignoraret ingenium ejus, neque argueret. Is enim neque fide ei habita decipiebatur, neque in odium ejus incurrebat, oſtendendo, ſe quo ipſe tenderet ſentire. Magnam omnino moleſtiam faceſſebat

οὔτε γὰρ ὧν ἐπεθύμει προσεποιεῖτό τι, καὶ ὧν ἔλεγεν, οὐδὲν [l] ὡς εἰπεῖν ἐβούλετο· ἀλλ᾽ [3] ἐναντιωτάτους τῇ προαιρέσει τοὺς λόγους ποιούμενος, πᾶν τε ὃ ἐπόθει ἠρνεῖτο, καὶ πᾶν ὃ ἐμίσει [m] προετείνετο· ὠργίζετό τε ἐν οἷς ἥκιστα ἐθυμοῦτο, καὶ ἐπιεικὴς [illegible] οἷς μάλιστα ἠγανάκτει, ἐδόκει εἶναι· [illegible]θεν οὓς 602 σφόδρα ἐκόλαζεν, ἐχαλ[illegible] συνεγίγνωσκε· τόν τε ἔχθιστον ὡ[illegible]ἐστιν ὅτε ἑώρα, καὶ τῷ φιλτάτῳ ὡς [illegible]τάτῳ προσεφέρετο. τό, τε σύμπαν, οὐκ ἠξίου τὸν αὐταρχοῦντα καταδηλον ὧν φρονεῖ εἶναι. ἔκ τε γὰρ τούτου πολλὰ καὶ μεγάλα πταίεσθαι, καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου πολλῷ πλείω καὶ μείζω κατορθοῦσθαι ἔλεγε. καὶ εἰ μὲν [n] μόνα ταῦτα ἔχειν ἐδόκει, [o] ἀφύλακτος [4] ἂν τοῖς ἐς πεῖραν αὐτοῦ ἐλθοῦσιν ἦν· (πρὸς γάρ τοι τὸ ἐναντιώτατον πάντα [p] ἂν λαμβάνοντες, ἐκ τοῦ ἴσου, B τό, τε μὴ βούλεσθαι δή τι αὐτόν, [q] τῷ πάνυ ποθεῖν, καὶ τὸ ὀρέγεσθαί τινος, [q] τῷ μὴ ἐφίεσθαι ἐνόμιζον) νῦν δὲ [5] ὠργίζετο εἴ τις αὐτοῦ συνεὶς φανερὸς ἐγένετο· καὶ πολλούς, οὐδὲν ἄλλο σφίσιν ἢ ὅτι συνενόησαν αὐτόν, ἐγκαλέσαι ἔχων, ἀπέκτεινεν. ὥστε χαλεπὸν μὲν ἦν, μηδεμίαν αὐτοῦ σύνεσιν ποιεῖσθαι, ([r] πολλὰ γάρ, ἅτε πρὸς τὸ λεγόμενον, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὸ βουλόμενον συναινοῦντές οἱ, [rr] ἐσφάλλοντο) χαλεπώτερον δέ, συνιέναι. τήν τε γὰρ ἐπιτήδευσιν αὐτοῦ καταφωρᾶν, κἀκ τούτου καὶ ἄχθεσθαι αὐτῇ ὑπωπτεύοντο. μόνος οὖν, ὡς C εἰπεῖν, (ὅπερ που σπανιώτατόν ἐστι) διεγένετο, ὃς οὔτ᾽ ἠγνόησε τὴν φύσιν αὐτοῦ, οὔτ᾽ ἤλεγξεν. οὕτω γὰρ [s] οὔτε πιστεύσαντές οἱ ἠπατήθησαν, οὔτε ἐνδειξάμενοι νοεῖν ἃ ἔπραττεν, ἐμισήθησαν. πάνυ γὰρ πολὺν ὄχλον παρεῖχεν, εἴτε τις [t] ἐναντιοῖτο οἷς ἔλεγεν, εἴτε καὶ

συ-

l ὡς εἰπεῖν. ita & Xiph. & Jo. Antioch. male, ποιῶν, Suidas. m προετείνετο. ita & Xiph. ſenſus commodus *offerendi*, Heſychio, Suidæ, & Stephano notatus, & *negationi* præcedenti oppoſitus. idem verbum p. 603. B. προσετείνετο, V. b. προσετίθετο, Jo. Antioch. τούτῳ προσετίθετο, Suidas. n μόνα ταῦτα ἔχειν ἐδόκει. μόνον ταῦτ᾽ ἔχειν, Xiph. o ἀφύλακτος. ſic & Xiph. ubi εὐφύλακτος, H. Wolfius ſcribendum judicavit, probante Sylb. & Oddeyo. οὐκ ἀφύλακτος, N. vulgatam lectionem defendit F. quæ tamen eo ſenſu caret exemplo, certe ambigui quid & coacti habet. Dionis ſtilo convenientiſſimum eſt οὐκ ἀφύλακτος. p ἀναλαμβάνοντες. ſic vulgo. ἂν λαμβάνοντες, cod. Pal. Coiſl. Br. Xiph. quam lectionem & recepit Sylb. q τῷ — τῷ. τὸ — τό, Pal. Br. quod cur receperit Sylb. cauſam nullam video. r πολλά. πολλοί, L. ad marg. rr ἐσφάλλοντο. ἐσφάλοντο, RS. s οὔτε. εἴ τε, Wolfius. minus recte. t ἐναντιοῖτο. ſic HS. L. ἐναντιοῦτο, RS.

forma, celſitudine corporis, optimis ſtudiis maximoque ingenio inſtructiſſimus. Eodem ſpectat, quod novem natus annos defunctum patrem pro roſtris laudavit, teſte Suetonio, c. 6. & Rhodi deinde auditor Theodori Gadareni, Rhetoricæ præceptoris, id. c. 57. & circa ſcholas & auditoria Profeſſorum aſſiduus, id c. 11. *prima ab infantia eductus in domo regnatrice,* Tacit. I. Annal. c. 4. *artes liberales utriusque generis* (Græcæ & Latinæ eloquentiæ, carmine & proſa) *ſtudioſiſſime coluit.* Sueton. c. 70. ubi plura in eam ſententiam.

§ 3. (l. 4.) ἐναντιωτάτους τῇ προαιρέσει] De ſimulatorio hoc Tiberii ingenio, Aurelius Victor, & multis Tacitus, qui tamen IV. 1. eundem *obſcurum* adverſus alios, Sejano uni *incautum incertumque* fuiſſe annotat. vide & Suetonium c. 24. & de ſæva ejus ac lenta natura c. 57.

§ 4. (l. 18.) ἀφύλακτος] Non opus eſt legere, Xiphilino & ſcriptis libris repugnantibus, εὐφύλακτος, ſed nec Xylandri poteſt ferri interpretatio, ſenſui ſcopoque Dionis contraria, *nemo certe eorum cavere ſibi ab eo potuiſſet:* itaque hoc loco vera ſententia vocis ἀφύλακτος eſt, *nemini cautione opus fuiſſe;* ut Plinius *inobſervatum* dixit & *inobſervabilem,* hoc eſt nulla indigentem diligentiore cautela atque obſervatione.

§ 5. (l. 23.) ὠργίζετο εἴ τις αὐτοῦ συνεὶς] Idem Tacitus lib. I. c. 11. *At patres, quibus unus metus ſi intelligere viderentur.* & IV. c. 71. *Nullam æque Tiberius, ut rebatur, ex virtutibus ſuis, quam diſſimulationem diligebat: eo ægrius accepit recludi quæ premeret.* Omitto quæ hanc in rem viri docti ad Tacitum, Cyriacus Lentulus, Aulæ Tiberianæ ſcriptor, de arcanis regnorum c. 5. p. 150. ſq. & Joh. Conrad. Dietericus in Tiberii vita p. 23. ſq.

§ 6. (l. 45.) ὡς αὐτοκράτωρ] Statim *defuncto Auguſto, ſignum prætoriis cohortibus ut imperator dederat: excubiæ, arma, cætera, aulæ. Miles in forum, miles in curiam comitabatur. Litteras ad exercitus, tanquam adepto principatu, miſit, nuſquam cunctabundus, niſi cum in ſenatu loqueretur.* Tacit. lib. I. c. 7. Sueton. c. 24. *Principatum, quamvis neque occupare confeſtim, neque agere dubitaſſet, & ſtatione militum, hoc eſt, vi & ſpecie dominationis aſſumta, diu tamen recuſavit impudentiſſimo animo.*

§ 7. (l. 46.) ἀπὸ τῆς Νώλης] Nolæ in Campania defunctus Auguſtus, p. 589. B. ubi morienti Tiberius præſens adfuit, p. 590. B.

§ 8. (l. 46.) μὴ λέγων αὐτοκράτωρ εἶναι] Sueton. c. 26. *Prænomen Imperatoris, cognomenque Patris Patriæ, & civicam in veſtibulo coronam recuſavit.* infra p. 607. A. Similiter prænomine Imperatoris initio abſtinuit Claudius, teſte Suetonio, c. 12. & Dione p. 641. C.

§ 9. (l. 49.) τὴν ἐπίκλησιν αὐτοῦ ταύτην] Idem Suetonius: *Ac ne Auguſti quidem nomen, quanquam hereditarium, ullis niſi ad reges ac dynaſtas epiſtolis addidit.* vide infra p. 607. A. De hereditate dictum p. 590. E.

§ 10. (l. 50.) τούς τε σωματοφύλακας] Tacitus lib. I. c. 7. Sueton. c. 24.

συναίροιτο. τὸ μὲν γὰρ, ἀληθῶς γενέσθαι, τὸ δὲ δοκεῖν βούλεσθαι θέλων, πάντως τέ τινας πρὸς ἑκάτερον ἐναντιουμένους εἶχε, καὶ διὰ τοῦτο τοὺς μὲν τῆς ἀληθείας, τοὺς δὲ τῆς δοκήσεως ἕνεκα ἤχθαιρε.

D Τοιοῦτος οὖν δή τις ὤν, ἔς τε τὰ στρατόπεδα καὶ ἐς τὰ ἔθνη πάντα, [6] ὡς αὐτοκράτωρ, εὐθὺς [7] ἀπὸ τῆς [u] Νώλης ἐπέστειλε, [8] μὴ λέγων αὐτοκράτωρ εἶναι. ψηφισθὲν γὰρ αὐτῷ καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων ὀνομάτων, οὐκ ἐδέξατο· καὶ τὸν κλῆρον τοῦ Αὐγούστου λαβὼν, [9] τὴν ἐπίκλησιν αὐτοῦ ταύτην οὐκ ἔθετο. [10] τούς τε σωματοφύλακας ἀμφ' αὐτὸν ἤδη ἔχων, [11] ἐδεῖτο δὴ τῆς γερουσίας συναίρεσθαί οἱ, ὥστε μηδὲν βίαιον ἐν τῇ τοῦ σώματος αὐτοῦ ταφῇ παθεῖν. ἐδεδίει γὰρ δῆθεν, μή τινες αὐτὸ ἁρπάσαντες, ἐν τῇ ἀγορᾷ, ὥσπερ τὸ τοῦ Καίσαρος, καύσωσι.

E καὶ ἐπειδή γε κομψευσάμενός τις ἐπὶ τούτῳ φρουρὰν αὐτῷ, ὡς οὐκ ἔχοντι, δοθῆναι ἐσηγήσατο, τόν τε χλευασμὸν αὐτοῦ συνῆκε, καὶ ἔφη, ὅτι καὶ οἱ στρατιῶται οὐκ ἐμοὶ, ἀλλὰ δημόσιοί εἰσι. ταῦτα μὲν οὖν οὕτως ἔπραττε, καὶ τὰ τῆς ἀρχῆς ἔργῳ πάντα διοικῶν, ἠρνεῖτο μηδὲν αὐτῆς δεῖσθαι· καὶ τὸ μὲν πρῶτον καὶ πᾶσαν αὐτὴν [12] διά τε τὴν ἡλικίαν ([13] ἓξ
603 γὰρ καὶ πεντήκοντα ἔτη ἐγεγόνει) καὶ [14] δι' ἀμβλυωπίαν (πλεῖστον γὰρ τοῦ σκότους βλέπων, ἐλάχιστα τῆς ἡμέρας ἑώρα) ἐξίστασθαι ἔλεγεν. ἔπειτα δὲ κοινωνούς τέ τινας καὶ [15] συνάρχοντας, οὔτι γε καὶ πάντων καθάπαξ, ὥσπερ ἐν ὀλιγαρχίᾳ, ἀλλ' ἐς τρία μέρη [x] νέμων αὐτὴν, ᾔτει· καὶ τὸ μὲν αὐτὸς ἔχειν ἠξίου, τῶν δὲ ἑτέρων ἄλλοις παρεχώρει. ἦν δὲ ταῦτα ἓν μὲν, ἥ τε Ῥώμη καὶ ἡ ἄλλη Ἰταλία· ἕτερον δὲ, τὰ στρατόπεδα· καὶ ἕτερον, οἱ λοιποὶ ὑπήκοοι. ὡς οὖν [y] πολὺς ἐνέκειτο, οἱ μὲν ἄλλοι καὶ ὡς ἀντέλεγον

ſebat iis, qui dictis ejus vel refragabantur, vel adſtipulabantur. Quippe quum aliud re vera fieri, aliud velle, videri cuperet: ſemper ſibi quoſdam in utramque partem habebat adverſantes, quorum his veritatis, illis opinionis cauſa iraſceretur. A.U.C.767 Sex. Apuleio & Sex. Pompejo COSS.

2. His itaque artibus inſtructus Tiberius, ſtatim ad exercitus & provincias, ex urbe Nola, tanquam imperator, literas dedit, imperatorem quidem ſe non appellans: nam id nomen, cum aliis appellationibus ſibi decretum, non adſumpſerat: ut neque cognomentum Auguſti, cujus tamen hæreditatem acceperat. Jam vero ſtipatores circum ſe habens, auxilium a ſenatu petiit, ne quam vim in corpore Auguſti humando pateretur: ſcilicet veritus, ne qui id raptum, in foro, ut Julii Cæſaris pridem, cremarent. Ibi quum quidam, hanc ejus petitionem facete notans, retuliſſet, ut ei præſidium, quaſi nondum haberet, daretur; intellecta ſanna, non ſuos, ſed reipublicæ milites eſſe, reſpondit. Porro autem, quum re ipſa jam imperium omne adminiſtraret, negavit eo opus ſibi eſſe; primumque totum id, partim propter ætatem (annos jam LVI. natus) & propter viſus imbecillitatem, (quippe in tenebris plurimum, minimum interdiu videbat) verbis recuſavit: poſt ſocios imperii ac collegas petiit, non quidem cum quibus omnia regeret, quod fit ubi rerum poteſtas in manus paucorum devenit; ſed diviſo imperio in tres partes, unam ſibi ſumere volebat, reliquas aliis relinquebat. Cæterum partium iſtarum prima Romam & Italiam complectebatur, altera exercitus, tertia cæteros ſubditos. Hanc ſententiam quum vehementer urgeret, nihilominus tamen reliqui ad ſpeciem contradicebant, & ut ſolus univerſum imperium ſuſciperet orabant

[u] Νώλης. Ῥώμης, Xiph. [x] νέμων. ita placuit ſcribere cum Xiph. potius quam νεμῶν, quod vulgatæ editiones habent. [y] πολλοῖς ἐνέκειτο. ſic vulgo, etiam apud Xiph. verior lectio in Coisliniano & Br. πολύς. ſic Dio p. 52. A. 69. B. &c.

§ 11. (l. 51.) ἐδεῖτο τῆς γερουσίας] Idem Tacitus lib. I. c. 8. *Populum edicto monuit, ne ut quondam nimiis ſtudiis funus divi Julii turbaſſent,* (ſupra p. 264. A.) *ita Auguſtum in foro potius, quam in campo Martis, ſede deſtinata, cremari vellent. Die funeris, milites velut præſidio ſtetere &c.*

§ 12. (l. 63.) διὰ τὴν ἡλικίαν] Nullam aliam rationem quam magnitudinem Imperii obtendiſſe Tiberium, ſolam divi Auguſti mentem tantæ molis capacem, narrat Tacitus lib. I. c. 11.

§ 13. (l. 63.) ἓξ καὶ πεντήκοντα] Natus Tiberius A. U. C. 712. die 16. Nov. Auguſto ſucceſſit A. 767. d. 19. Aug. Non igitur annum ætatis quinquageſimum ſextum, ſed quintum tunc agebat, ad quem complendum integri fere tres menſes adhuc deerant.

§ 14. (l. 64.) δι' ἀμβλυωπίαν] Naturale eſt, eos qui in tenebris vident, clariore luce offendi, ut in noctuis, gliribus, ac veſpertilionibus videmus, minus in felibus ac muribus. vide Plutarchum Arato p. 1031. E. Tiberius quoque vidit in tenebris, ſed ad breve, & cum primum oculi a ſomno patuiſſent, deinde iterum hebeſcebant, ut teſtantur quoque Suetonius c. 68. Plinius XI. 37. Sextus Empiricus lib. I. Pyrrhon. c. 14. p. 23. editionis a me curatæ, Zonaras, & in Opticis Heliodorus Lariſſæus. Idem de M. Antonio Sabellico legere me memini apud Pierium XXXIII. 5. Hieroglyph. nec non de Cœlio Rhodigino XV. 2. antiq. Lectionum, & de Cardano VIII. 43. de rerum varietate. Et Athanaſius Kircherus de ſe lib. II. artis magnæ lucis & umbræ p. 118. *in memet ipſo haud infrequenter comperi, noctu ſubinde e ſomno excitato omnia cubiculi objecta ita clare ac diſtincte, ac ſi candela illuminaretur, repræſentata fuiſſe.* Nec dubium eſt, longe pluribus idem contigiſſe, ut Aſclepiodoto Philoſopho apud Damaſcium in Photii Bibliotheca cod. 242. Scaligero utrique, Iſaaco Caſaubono, Joanni Baptiſtæ Portæ, & Brigantino cuipiam apud Conringium de calido innato p. 153. virgini item Parmenſi, de qua Diarium eruditorum Parmæ editum A. 1687. p. 216. & Hiſtoria operum eruditorum Gallice vulgata A. 1689. menſe Novem. p. 127. Plura etiam Plutarchus I. Convivalium quæſtionum c. 8. & Alexander Problem. lib. I. c. 69. & 78. Omitto quæ de Albanis quibusdam noctu plus quam interdiu cernentibus, Plinius VII. 2. Gellius IX. 4. & Solinus, atque de Leucæthiopibus Jobus Ludolfus ad Hiſt. Æthiopicam, p. 167. & Iſaacus Voſſius de Originibus Nili p. 69. De Chacrelatibus in nova Batavia Franciſcus Legatus in itinere Gallice edito T. II. p. 136. *ils ſont blancs & blonds, mais ce qu'il y a de plus particulier en eux, c'eſt que leurs yeux ne peuvent pas ſupporter le grand jour, & qu' au contraire ils voyent fort bien la nuit.* Memorat νυκτάλωπας etiam Hippocrates II. προῤῥητικῷ, c. 40. T. I. p. 517. & VI. epidemic. T. I. p. 814. In Miſcellaneis naturæ curioſorum Decade I. Anno I. Obſ. XCII. p. 222. mentio fit Theologi, cui oculus dexter, chorda inſtrumenti Muſici diſrupta forte afflictus, cœpit in tenebris videre. Hæc annotare placuit, ut conſtaret, præter rem ſcriptum a Plinio, *nulli alii genitorum mortalium,* quam Tiberio hanc fuiſſe naturam, *ut expergefactus noctu, paulisper haud alio modo quam luce clara contueretur omnia, paulatim tenebris ſeſe obducentibus.* Minus etiam audiendus Thomas Fienus, qui hoc ipſum de Tiberio totum fabulis adſcripſit.

§ 15. (l. 67.) συνάρχοντας] Tiberii vox apud Tacitum lib. I. c. 11. *in civitate tot illuſtribus viris ſubnixa, non ad unum omnia deferrent, plures facilius munia Reipb. ſociatis laboribus exſecuturos - - - ſe ut non toti Reipb. parem, ita quæcunque pars ſibi mandaretur, ejus tutelam ſuſcepturum.* Suetonius c. 25. Germanicum

A.U.C. 767. Sex. Apuleio & Sex. Pompeio COSS.

bant: at Aſinius Gallus, qui paternam ſemper in dicendo libertatem plus etiam, quam ſibi expediret, uſurpabat: “ Elige, „ inquit, “ quam velis partem. „ Ad ea Tiberius: “ Qui fieri poſſit, ut idem & divideret eandem rem, & partem ſibi ejus eligeret? „ Ibi Gallus ſentiens quo mali deveniſſet, & demulcere eum verbis cupiens, non eo id a ſe oblatum fuiſſe dixit, quo tertiam aliquam partem Tiberius haberet; ſed ut oſtenderet, rempublicam dividi non poſſe. Non tamen vere lenivit hominem, quin multa ac gravia ab eo perpeſſus, tandem jugularetur: jam pridem inviſus, quod priorem ejus conjugem in matrimonium duxiſſet, Druſumque quaſi filium ſibi vindicaret.

3. Neque natura tantum ſua ac voluntate hæc Tiberius egit, quanquam ob hæc maxime; ſed quod legiones etiam Pannonicas Germanicaſque ſuſpectas haberet, Germanicumque iis charum, qui tum Germaniæ præerat, metueret. Nam Italicas quidem juramento ab Auguſto demonſtrato ſibi mature obſtrinxerat. Illas vero metuens, in utramque partem cunctabatur, ut ſi quid illæ turbantes prævalerent, privatim victurus utique incolumis eſſet: quam ob rem ſæpenumero morbum ſimulans, domi ſe continuit, ne quid definite agere aut dicere opus haberet. Sane accepi eum, quia Livia invito Auguſto ipſi imperium paraſſe ferebatur, hæc ita finxiſſe; ne a Livia (cui erat admodum infenſus) ſed a ſenatu coactus, quia omnibus virtute anteiret, id accepiſſe videretur. Id quoque traditum eſt, quod hominum animos a ſe alienos videret, cunctatum tempus traxiſſe, ut quum ſpem feciſſet ultro ſe imperio ceſſurum, nemo quidquam rerum novarum moliretur antequam imperio ipſe prorſus eſſet potitus. Nec tamen ego

λεγον δῆθεν, καὶ ἐδέοντο αὐτοῦ πάντων ἄρχειν. Ἀσίνιος δὲ δὴ Γάλλος, [16] παῤῥησίᾳ ἀεί ποτε πατρῴᾳ καὶ ὑπὲρ τὸ συμφέρον [z] αὐτῷ χρώμενος, B “ [17] ἑλοῦ (ἔφη) ἣν ἂν ἐθελήσῃς μοῖραν. „ καὶ Τιβέριος, “ καὶ πῶς οἷόν τέ ἐστιν (εἶπε) [18] τὸν αὐτὸν καὶ νέμειν τι καὶ αἱρεῖσθαι; „ Συνεὶς οὖν ὁ Γάλλος ἐν ᾧ κακοῦ ἐγεγόνει, τῷ μὲν λόγῳ ἐθεράπευσεν αὐτὸν, ὑπολαβὼν [illegible] καὶ τὸ τρίτον ἕξοντός σου, [19] ἀλ[illegible] ὂν τὴν ἀρχὴν διαιρεθῆναι, τοῦτό σο[illegible] μέντοι καὶ τῷ ἔργῳ ἐτιθάσευσεν, [illegible] δεινὰ προπαθὼν, μετὰ ταῦτα [20] [illegible] καὶ γὰρ [a] καὶ [21] τὴν γυναῖκα αὐτοῦ τὴν προτέραν ἐγεγαμήκει, τόν τε [22] Δροῦσον ὡς υἱὸν προσεποιεῖτο· ὅθεν C περ καὶ πρότερον διὰ μίσους αὐτῷ ἦν.

Ὁ δ' οὖν Τιβέριος ταῦτα τότε ἐποίει, τὸ μὲν πλεῖστον, ὅτι οὕτω τε ἐπεφύκει, καὶ οὕτω προῄρητο, ἤδη δὲ καὶ ὅτι τά τε [23] στρατεύματα καὶ τὰ Παννονικὰ, καὶ [24] τὰ Γερμανικὰ ὑπετόπει, καὶ τὸν Γερμανικὸν, [b] τῆς τότε [25] Γερμανίας ἄρχοντα καὶ φιλούμενον ὑπ' αὐτῶν, ἐδεδίει. τοὺς μὲν γὰρ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ ὄντας τοῖς ὅρκοις [26] τοῖς ὑπὸ τοῦ Αὐγούστου καταδειχθεῖσι προκατέλαβεν· ἐς δ' ἐκείνους ὑποπτεύων, ἐπ' ἀμ- D φότερα ἀνεῖχεν, ὅπως ἄν τι νεωτερίσαντες ἐπικρατήσωσιν, ὡς καὶ ἰδιωτεύσων σωθῇ. καὶ πολλάκις γε διὰ τοῦτο καὶ ἀῤῥωστεῖν ὑπεκρίνετο, καὶ οἴκοι [c] κατέμενεν, ἵνα μὴ ἀναγκασθῇ ἀποκεκριμένον τι εἰπεῖν ἢ πρᾶξαι. ἤδη μὲν γὰρ ἤκουσα, ὅτι, ἐπειδὴ ἡ Λιουΐα, [27] ἄκοντος τοῦ Αὐγούστου, τὴν ἀρχὴν αὐτῷ [d] περιπεποιηκέναι ἐλέγετο, ἔπλαττεν, ὅπως [28] μὴ παρ' ἐκείνης (καὶ γὰρ [29] πάνυ αὐτῇ ἤχθετο) ἀλλὰ παρὰ τῆς βουλῆς ἀναγκαστὸς, ὡς καὶ κατὰ ἀρετὴν σφῶν προήκων, δόξειεν αὐτὴν εἰληφέναι καὶ προσέτι καὶ ἐκεῖνο, ὅτι E τοὺς ἀνθρώπους ὁρῶν ἀλλοτρίως ἑαυτῷ ἔχοντας, διέμελλε καὶ διῆγεν, ὅπως μὴ φθάσαντές τινες νεοχμώσωσιν, ἐλπίδι τοῦ καὶ ἐθελούσιον αὐτὴν τὴν ἀρχὴν ἀφήσειν αὐτὸν μέχρι οὗ ἐγκρατὴς αὐτῆς διὰ πάντων

z αὐτῷ. αὐτῷ, Xiph. a καὶ. additum ex Xiph. b τῆς τότε Γερμ. trajectæ voces ſunt, ſic reponendæ: τότε τῆς Γερμ. L. ſic & Xyl. in verſione, & Z. p. 546. A. τῆς Γερμανίας ἄρχοντα τότε. c κατέμενεν. ſic HS. La κατέμενεν, RS. d περιπεποιηκέναι. περιπεποιηκέναι, RS. ipſe tamen emendat.

manicum maxime timens, *partes ſibi, quas ſenatui liberet, tuendas in reph. depopoſcit, quando univerſæ ſufficere ſolus nemo poſſet, niſi cum altero, vel etiam cum pluribus.*

§ 16. (l. 76.) παῤῥησίᾳ πατρῴᾳ] Aſinius Gallus, filius Aſinii Pollionis, de cujus patris aſperitate ingenii & libertate, æquales ſuos, Julium Cæſarem, Ciceronem, Catonem, Livium reprehendendi, conſules Morhofium libro de Patavinitate Liviana capite 4. Tacitus lib. I. c. 12. vocat *ferociam*, teſtatus inviſum Tiberio Gallum, *tanquam plus quam civilia agitaret, Pollioniſque Aſinii, patris, ferociam retineret.* Siniſtra Galli de Cicerone cenſura reprehenditur a Gellio XVII. 1. repetita e libro, quo Pollionem patrem Ciceroni prætulerat, adverſus quem defenſionem Ciceronis ſcriptam ab Imperatore Claudio memorat Suetonius c. 41.

§ 17. (l. 78.) ἑλοῦ ἣν ἂν ἐθελήσῃς μοῖραν] Aſinii Galli verba apud Tacitum: *interrogo Cæſar, quam partem Reipb. mandari tibi velis.*

§ 18. (l. 79.) τὸν αὐτὸν καὶ νέμειν καὶ αἱρεῖσθαι] Paulo aliter apud eundem Tacitum Tiberius: *Nequaquam decorum pudori, legere aliquid, aut evitare ex eo, cui in univerſum excuſari mallet.*

§ 19. (l. 83.) ἀλλ' ὡς ἀδύνατον ὄν] *Non idcirco interrogatum ait, ut divideret quæ ſeparari nequirent: ſed ut ſua confeſſione argueretur, unum eſſe Reipb. corpus, atque unius animo regendum. Addidit laudem de Auguſto, Tiberiumque ipſum victoriarum ſuarum, quæque in toga per tot annos egregie feciſſet, admonuit.* Ita Tacitus.

§ 20. (l. 86.) ἀποσφάγῃ] Vide infra p. 622. C. 634. B.

§ 21. (l. 87.) τὴν γυναῖκα τὴν προτέραν] Idem Tacitus de Gallo: *Nec ideo iram ejus lenivit, pridem inviſus, tanquam ducta in matrimonium Vipſania M. Agrippæ filia, quæ quondam Tiberii uxor fuerat.* De illa dictum p. 543. C.

§ 22. (l. 88.) Δροῦσον ὡς υἱὸν προσεποιεῖτο] Druſus, Vipſaniæ Agrippinæ e Tiberio filius. Vitricus igitur Druſi Aſinius Gallus erat; ſed hoc verbo ſignificatur etiam, illum a Gallo adoptatum. [At hoc eſt [illegible].]

§ 23. (l. 92.) στρατεύματα τὰ Παννονικὰ] Tres legiones in Illyrico, octava, nona, & quintadecuma, ut conſtat e Taciti lib. I. c. 16 & 24. De illarum ſeditione adverſus præſidentem Junium Blæſum, face ſeditionis Percennio, ibid. & c. 52. & ap. Suet. c. 25. Dionem infra p. 604. B.

§ 24. (l. 93.) τὰ Γερμανικὰ] Plures legiones fuiſſe, ex eodem Tacito conſtat lib. I. c. 31. e quibus primam, ſecundam, quintam, tertiam decimam, quartam decimam, viceſimam, unetviceſimam ſive undevigeſimam memorat c. 37. ſq. De harum motibus infra p. 604. E. ſq.

§ 25. (l. 94.) Γερμανίας ἄρχοντα] Tacitus lib. I. c. 31. *Duo apud ripam Rheni exercitus erant: cui nomen ſuperiori, ſub C. Silio legato; inferiorem A. Cæcina curabat: regimen ſummæ rei penes Germanicum, agendo Galliarum cenſui tum intentum.*

§ 26. (l. 96.) τοῖς ὑπὸ τοῦ Αὐγούστου καταδειχθεῖσι] Formula ſacramenti militaris, quo adſtringi legiones atque in verba Auguſti jurare conſueverant: *Jurant autem milites,* inquit Vegetius II. 5. *omnia ſe ſtrenue facturos quæ præceperit imperator, nunquam deſerturos, nec mortem recuſaturos pro Romana Repb.*

§ 27. (l. 2.) ἄκοντος τοῦ Αὐγούστου] Cum Auguſtus vellet Agrippam ab exilio ad penates ſuos & in ſpem imperii revocare. vide Tacitum Annal. I. c. 5. ſupra p. 589. E.

§ 28. (l. 4.) μὴ παρ' ἐκείνης] Idem Tacitus c. 7. de Tiberio: *Dabat & famæ, ut vocatus & electus potius a repb. videretur, quam per uxorium ambitum, & ſenili adoptione irrepſiſſe.*

A.U.C.767 Sex. Apuleio & Sex. Pompejo COSS.

των ἐγένετο. οὐ μέντοι καὶ ταῦθ᾽ οὕτως αἴτια τῆς διαγωγῆς ταύτης γράφω, ὡς [e] τήν τε ἐπιτήδευσιν
604 τῆς γνώμης αὐτοῦ δεῖξαι καὶ τὴν ταραχὴν τῶν στρατιωτῶν. [30] τὸν μὲν γὰρ Ἀγρίππαν παραχρῆμα, ἀπὸ τῆς Νώλης πέμψας τινὰ, ἀπέκτεινε· καὶ ἔλεγε μὲν, [31] μὴ ἐκ τῆς αὐτοῦ προστάξεως τοῦτο γεγονέναι, ἐπηπείλει τε τῷ δράσαντι· οὐ μὴν καὶ τιμωρίαν τινὰ αὐτοῦ ἐποιήσατο, ἀλλ᾽ εἴα τοὺς ἀνθρώπους λογοποιεῖν, τοὺς μὲν, [32] ὅτι ὁ Αὔγουστος αὐτὸν ὑπὸ τὴν τελευτὴν ἀπεχρήσατο, τοὺς δ᾽, ὅτι ὁ ἑκατόνταρχος, ὁ τὴν φρουρὰν αὐτοῦ ἔχων, καινοτομοῦντά τι ἀπέσφαξεν αὐτογνωμονήσας· ἄλλους, [33] ὡς ἡ Λιουία, ἀλλ᾽ οὐκ ἐκεῖνος, [f] ἀποθανεῖν ἐκέλευσε.

B Τοῦτον μὲν οὖν αὐτίκα ὑπεξείλετο. [34] τὸν δὲ δὴ Γερμανικὸν δεινῶς ἐφοβεῖτο. ἐθορύβησαν μὲν γὰρ καὶ [35] οἱ ἐν τῇ Παννονίᾳ στρατιῶται, ἐπειδὴ τάχιστα τῆς τοῦ Αὐγούστου μεταλλαγῆς ᾔσθοντο· καὶ συνελθόντες ἐς [36] ἓν τεῖχος, καὶ ἐκεῖνο κρατυνάμενοι, πολλὰ καὶ [g] στασιαστικὰ ἔπραξαν. τά τε γὰρ ἄλλα καὶ τὸν ἄρχοντα σφῶν Ἰούνιον Βλαῖσον ἀποκτεῖναι ἐπεχείρησαν, τούς τε δούλους [h] αὐτοῦ συλλαβόντες
C ἐβασάνισαν. τό, τε σύμπαν, [37] οὔθ᾽ ὑπὲρ ἑκκαίδεκα ἔτη στρατεύεσθαι ἤθελον, καὶ [38] δραχμὴν ἡμερησίαν φέρειν, τά τε ἆθλα εὐθὺς αὐτοῦ ἐν τῷ στρατοπέδῳ λαμβάνειν ἠξίουν· ἀπειλοῦντες, ἂν μὴ τύχωσιν [i] αὐτῶν, τό, τε ἔθνος ἀποστήσειν, καὶ ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἐλάσειν. οὐ μὴν ἀλλ᾽ ἐκεῖνοι μὲν τότε μόλις ποτὲ ὑπὸ τοῦ Βλαίσου πεισθέντες, [39] πρέσβεις πρὸς τὸν Τιβέριον ὑπὲρ αὐτῶν ἔπεμψαν. ἐν γὰρ τῇ μεταβολῇ τῆς ἀρχῆς, πάνθ᾽ ὅσα ἐπεθύμουν, ἢ αὐτὸν
D ἐκφοβήσαντες, ἢ καὶ ἄλλῳ τινὶ τὸ κράτος δόντες, καταπράξειν ἤλπιζον. καὶ μετὰ ταῦτα [40] τοῦ Δρούσου σὺν τοῖς δορυφόροις ἐπελθόντος σφίσιν, ἐταράχθησαν μὲν, ἐπειδὴ μηδὲν αὐτοῖς βέβαιον ἐλέγετο· καὶ τῶν τε συνόντων αὐτῷ [41] κατέτρωσάν τινας, καὶ αὐτὸν τῆς νυκτὸς περιεφρούρησαν, μὴ διαφύγῃ· [42] τῆς δὲ δὴ σελήνης ἐκλιπούσης ἐνθυμηθέντες, ἀπημβλύνθησαν,

ego hæc adeo in cauſa fuiſſe ſcribo, cur ita ſe gereret; quin potius quid in animo habuerit, militum quoque motu fuiſſe declaratum. Enim Agrippam, ſtatim a Nola miſſo percuſſore, necavit, quod injuſſu quidem ſuo patratum dicens, cædem tamen, licet minatus ei, qui feciſſet, neutiquam ultus eſt; ſed ſermonibus hominum variis locum fecit: aliis eum ab Auguſto ſub mortem interfectum, aliis centurionem, cujus cuſtodiæ mandatus fuerat, novas res agitanti ſuopte conſilio necem attuliſſe, aliis, Liviæ, non Tiberii mandato, cæſum comminiſcentibus.

4. Hunc ergo ſtatim e medio ſuſtulit: at Germanicum vehementer metuebat. In Pannonia quidem etiam militum tumultus coortus fuerat. Hi enim ſimulatque de obitu Auguſti cognovere, in unum oppidum convenerunt, eoque communito, multa ſeditioſe egerunt: ac inter alia, præfectum quoque ſibi Junium Blæſum trucidare conati ſunt, ſervosque ejus comprehenſos ſubjecere tormentis. Summa fuit, ut miſſionem militiæ poſt ſedecim annos, & pro ſtipendio in ſingulos dies denarium, præmiaque ſtatim in ipſis caſtris perſolvi ſibi poſcerent; minantes, niſi impetraſſent, ſollicitata ad defectionem provincia, Romam petituros. Ægre tandem eis a Blæſo perſuaſum eſt, ut legatos ea de re ad Tiberium mitterent, quia ſpem conceperant, ſe omnia quæ cuperent, in hac mutatione imperii, aut territo Tiberio, aut alii ſumma rerum tradita, obtenturos. Inde ubi Druſus, cum prætorianis militibus ad eos profectus, nihil ipſis certi reſpondiſſet, rurſus tumultu concitato, quosdam, qui cum eo erant, conſauciaverunt; ipſum ea nocte, ne effugere poſſet, armati circumſederunt. Cæterum deliquio lunæ in prodigium

e τήν τε. τήν γε, L. ad marg. f ἀποθανεῖν. addit αὐτὸν, V. b. g στασιαστικά. στρατιωτικά, V. b. ſed illud magis ad rem. h αὐτοῦ. ſic rectius HS. L. αὐτοὺς, RS. i αὐτῶν. αὐτοῦ, V. b.

§ 29. (l. 5.) πάνυ αὐτῇ ἤχθετο] Sueton. c. 50. *Matrem Liviam gravatus, velut partes ſibi æquas potentiæ vindicantem, & congreſſum ejus aſſiduum vitavit, & longiores ſecretioresque ſermones, ne ejus conſiliis, quibus tamen interdum & egere & uti ſolebat, regi videretur.* Conf. dicta ad p. 600. D. & 610. A.

§ 30. (l. 15.) τὸν μὲν γὰρ Ἀγρίππαν] Sueton. c. 22. *Exceſſum Auguſti non prius palam fecit, quam Agrippa juvene interemto.* Tacitus lib. I. c. 6. *Primum facinus novi principatus fuit, Poſtumi Agrippæ cædes.*

§ 31. (l. 17) μὴ ἐκ τῆς αὐτοῦ προστάξεως] Idem Tacitus: *nuncianti centurioni, ut mos militiæ, factum eſſe quod imperaſſet, neque imperaſſe ſeſe, & rationem facti reddendam apud ſenatum, reſpondit.* Suetonius, renuncianti tribuno hoc idem a Tiberio reſponſum referens, addit, invidiam ſcilicet in præſentia vitaſſe, nam mox ſilentio rem ab eo obliteratam.

§ 32. (l. 20.) ὅτι ὁ Αὔγουστος] Tribuno militum, qui cuſtos Agrippæ appoſitus fuit, oblati codicilli, velut ſcripti ab Auguſto, quo materiam tumultus poſt ſe ſubduceret; *ne cunctaretur Agrippam morte afficere, quandocunque ipſe ſupremum diem expleviſſet.* ita idem Tacitus.

§ 33. (l. 23.) ὡς ἡ Λιουία, ἀλλ᾽ οὐκ ἐκεῖνος] Suetonius ait, dubium fuiſſe, *an nomine Auguſti Livia, & ea conſcio Tiberio an ignaro,* codicillos illos *dictaſſet.* Tacitus: *Propius vero, Tiberium ac Liviam, illum metu, hanc novercalibus odiis, ſuſpecti & inviſi juvenis cædem feſtinaſſe.*

§ 34. (l. 25.) τὸν δὲ δὴ Γερμανικὸν] Idem Tacitus lib. I. c. 7. *Cauſa præcipua ex formidine, ne Germanicus, in cujus manu tot legiones, immenſa ſociorum auxilia, mirus apud populum favor, habere imperium quam expectare mallet.*

§ 35. (l. 27.) οἱ ἐν τῇ Παννονίᾳ στρατιῶται] Vide ſupra § 23.

§ 36. (l. 29.) ἓν τεῖχος] Nauportum, teſte Tacito lib. I. c. 20. quod oppidum adſitum fluvio cognomini, qui hodie Labacus.

§ 37. (l. 33.) οὔθ᾽ ὑπὲρ ἑκκαίδεκα ἔτη] Milites apud eundem Tacitum c. 17. *an prætorias cohortes, quæ binos denarios* (pro diurno ſtipendio) *acciperent, quæ poſt ſexdecim annos* (miſſione honeſta & cum præmiis veteranorum) *penatibus ſuis reddantur, plus periculorum ſuſcipere?* vide & c. 19. & c. 26. Conf. dicta ad p. 539. D. & 563. F.

§ 38. (l. 34.) δραχμὴν ἡμερησίαν] Apud Tacitum lib. I. c. 17. *ut ſingulos denarios mererent,* quod etiam a Tiberio conceſſum, *ut denarius diurnum ſtipendium foret.* c. 26. Valebat autem tunc denarius ſive drachma non denos aſſes, quibus in diem animam & corpus æſtimari conqueruntur, c. 17. ſed aſſes ſedecim. vide Gronovium de pecunia veteri lib. III. c. 2. & Antonium Auguſtinum dialogo primo de numiſmatibus, p. 9. ubi denarios exhibet, ideo numerum XVI. inſcriptum habentes, & lib. II. emendationum cap. ſeptimo.

§ 39. (l. 39.) πρέσβεις] Filium Blæſi, tribunum, Tacit. lib. I. c. 19.

§ 40. (l. 43.) τοῦ Δρούσου σὺν τοῖς δορυφόροις] Druſus filius miſſus a Tiberio, cum primoribus civitatis, duabusque prætoriis cohortibus, & cohortes delecto milite ſupra ſolitum firmatæ. Addita magna pars prætoriani equitis, & robora Germanorum qui tum cuſtodes Imperatori aderant: ſimul prætorii præfectus Ælius Sejanus. id. c. 24.

§ 41. (l. 46.) κατέτρωσάν τινας] In his Cn. Lentulus, lapidis ictu cruentus, teſte Tacito c. 27.

§ 42. (l. 47.) τῆς δὲ δὴ σελήνης ἐκλιπούσης] Idem cap. 28. *Luna claro repente cælo viſa langueſcere. Id miles rationis ignarus omen præſentium accepit, ac ſuis laboribus defectionem ſideris aſſimilans, proſpereque ceſſura quæ pergerent, ſi fulgor & claritudo Deæ redderetur. Igitur æris ſono, tubarum cornuumque*

A.U.C. 767 Sex. Apuleio & Sex. Pompeio COSS.

prodigium tracto conſternati, vi omiſſa, alios ad Tiberium legatos miſere. Interim tempeſtate ingenti coorta, ejusque cauſa ſingulis in hiberna ſua redeuntibus, ferociſſimi quique a Druſo tanquam alius rei cauſa acciti, in ipſo tabernaculo ejus ab iis, quos ſecum Druſus adduxerat, vario modo necati ſunt: reliqui ita pacati, ut ſeditionis adeo autores quosdam ad ſupplicium tradiderint. Hic finis Pannonicæ ſeditionis fuit.

5. At in Germania milites, quorum ad id bellum eo ingens copia convenerat, quum Germanicum & ipſum quoque Cæſarem eſſe, & longe Tiberio præſtantiorem viderent, nihil moderate egerunt; ſed eadem obtendentes, jactatis in Tiberium maledictis, Germanico nomen imperatoris obtulerunt. Quumque is multis verbis factis non potuiſſet eos ſedare, ac tandem gladium, quaſi manus ſibi ipſi illaturus, ſtrinxiſſet, lugubrem clamorem ſuſtulerunt: at quidam eorum ſuum porrigens gladium, “ Hunc ergo, „ inquit, “ accipe, acutior tuo eſt. „ Ita Germanicus, quo res rediiſſet videns, ſe ipſum interficere non auſus eſt, quia præſertim finem ſeditioni nihilo magis futurum metueret: literis autem compoſitis, quaſi Tiberius eas miſiſſet, legatum, quod eis Auguſtus reliquerat, duplicatum exſolvit, quaſi Tiberii juſſu, & veteranos dimiſit: quorum maxima pars ex urbana multitudine conſtabat, quam Auguſtus poſt Varianam cladem conſcripſerat. Ad hunc modum ea tunc ſeditio reſedit. Poſtea vero miſſi a Tiberio legati ſenatores advenerunt, quibus clam Tiberius ea modo, quæ vellet Germanicum ſcire, dixerat: quod ſatis compertum habebat, eos omnia Germanico ipſius conſilia indicaturos, ideoque nihil præter iſta, (quaſi ſola hæc mente agitaret,) neque ipſos, neque Germanicum ſcrutari volebat. Milites intellecta arte, qua uſus fuerat Germanicus, exiſtimantes ideo ſenatores miſſos, ut ejus acta reſcinderent, ita rurſum tumultuati ſunt, ut parum a cæde quorundam e legatis abfuerint:

σαν, ὥστε κακὸν μὲν μηδὲν ἔτ᾽ αὐτοὺς ποιῆσαι, [43] πρέσβεις [k] δ᾽ αὖθις πρὸς τὸν Τιβέριον ἀποστεῖλαι. κἀν τούτῳ χειμῶνος μεγάλου γενομένου, καὶ δι᾽ αὐτὸν ἐς τὰ οἰκεῖα [l] ἑκάστων ἀναχωρησάντων, [44] οἵ τε θρασύτατοι ὑπό τε τοῦ Δρούσου καὶ ἐν αὐτῇ γε τῇ σκηνῇ αὐτοῦ, (μεταπεμφθέντες ὡς καὶ ἐπ᾽ ἄλλο τι) καὶ ὑπὸ τῶν συνακολουθησάντων αὐτῷ, ἄλλοι κατ᾽ ἄλλον τρόπον ἐφθάρησαν· καὶ οἱ λοιποὶ κατέστησαν, ὥστε καὶ πρὸς τιμωρίαν τινάς, ὡς καὶ αἰτίους τῆς στάσεως γεγονότας, ἐκδοῦναι. καὶ οὗτοι μὲν οὕτως ἡσύχασαν.

[45] Οἱ δὲ ἐν τῇ Γερμανίᾳ, καὶ πολλοὶ διὰ τὸν πόλεμον ἠθροισμένοι, καὶ τὸν Γερμανικὸν καὶ Καίσαρα καὶ πολὺ τοῦ Τιβερίου κρείττω ὁρῶντες ὄντα, οὐδὲν ἐμετρίαζον· ἀλλὰ τὰ αὐτὰ προτεινόμενοι, [46] τόν τε Τιβέριον [m] ἐκακηγόρησαν, καὶ τὸν Γερμανικὸν αὐτοκράτορα ἐπεκάλεσαν. ἐπειδή τε ἐκεῖνος, πολλὰ εἰπών, καὶ μὴ δυνηθεὶς αὐτοὺς καταστῆσαι, [47] τέλος τὸ ξίφος, ὡς καὶ ἑαυτὸν καταχρησόμενος, [n] ἐπεσπάσατο, [48] ἐπεβόησάν οἱ αἰάζοντες· 605 καί τις αὐτῶν τὸ ἑαυτοῦ ξίφος ἀνατείνας, “ Τοῦτο “ (ἔφη) λάβε· [49] τοῦτο γὰρ ὀξύτερόν ἐστι. „ ὁ οὖν Γερμανικός, ἰδὼν ὅπῃ τὸ πρᾶγμα προελήλυθεν, ἀποκτεῖναι μὲν ἑαυτὸν οὐκ ἐτόλμησε, διά τε τἆλλα, καὶ ὅτι στασιάσειν αὐτοὺς οὐδὲν ἧττον ἤλπισε· γράμματα δὲ δή τινα, ὡς καὶ παρὰ τοῦ Τιβερίου πεμφθέντα συνθείς, τήν τε δωρεὰν τὴν [50] ὑπὸ τοῦ Αὐγούστου καταλειφθεῖσαν σφίσι διπλῆν, ὡς καὶ παρ᾽ ἐκείνου δέδωκε, καὶ τοὺς ἔξω τῆς ἡλικίας ἀφῆκε. καὶ γὰρ ἐκ τοῦ ἀστικοῦ ὄχ- B λου, οὓς ὁ Αὔγουστος μετὰ τὴν τοῦ Οὐάρου συμφορὰν προσκατέλεξεν, οἱ πλείους αὐτῶν ἦσαν. τότε μὲν οὖν οὕτω στασιάζοντες ἐπαύσαντο. ὕστερον δέ, [51] πρεσβευτῶν παρὰ τοῦ Τιβερίου βουλευτῶν ἐλθόντων, οἷς ἐκεῖνος ἐν ἀποῤῥήτῳ μόνα εἶπεν, ὅσα τὸν Γερμανικὸν μαθεῖν ἠθέλησεν (εὖ τε γὰρ ἠπίστατο πάντως σφᾶς ἐρουντάς οἱ τὰ ἑαυτοῦ διανοήματα, καὶ οὐκ ἠβουλήθη παρὰ ταῦτα οὐδέν, ὡς καὶ μόνα ὄντα, οὔτε ἐκείνους οὔτε τὸν Γερμανικὸν πολυπραγμονῆσαι·) τούτων οὖν ἀφικομένων, οἱ στρατιῶται τό, τε τοῦ Γερμανικοῦ στρατήγημα μαθόν- C τες, καὶ τοὺς [o] βουλευτὰς ὡς καὶ ἐπὶ τῇ τῶν πεπραγμένων ὑπ᾽ αὐτοῦ καταλύσει παρόντας ὑποπτεύσαντες, [p] ἐθορύβησαν αὖθις· καὶ τῶν τε πρέσβεων ὀλίγου

[k] πρέσβεις δ᾽ αὖθις. πρέσβεις δ᾽ εὐθύς, L. ad marg. minime vero, nam primæ legationis ad Tiberium paulo ante mentio.
[l] οἰκεῖα. ſic RS. & HS. at ἑκάστῳ, L. edidit. quod parum abeſt quin ſtudio factum dicam, quaſi cohæreant οἰκεῖα ἑκάστῳ.
[m] ἐκακηγόρησαν. ſic & Xiph. κατηγόρησαν, Z. abſurde.
[n] ἐπεσπάσατο. ἐσπάσατο, Xiph. quod præferendum.
[o] βουλευτάς. πρεσβευτάς, L. ad marg. quaſi ex mente interpretis, qui *legatos* verterat.
[p] ἐθορύβησαν. ἐθορυβήθησαν, V. b.

numque concentu ſtrepere: prout ſplendidior, obſcuriorve lætari aut mœrere; & poſtquam ortæ nubes offecere viſui, creditumque conditam tenebris, ut ſunt mobiles ad ſuperſtitionem perculſæ ſemel mentes, ſibi æternum laborem portendi, ſua facinora averſari Deos lamentantur. Accidit hæc eclipſis ſexta poſt Auguſti mortem hebdomada, die XXVII. Septembris, duobus Sextis Coſſ. vide Dionyſium Petavium lib. XI. de doctrina temporum capite ſexto.

§ 43. (l. 50.) πρέσβεις δ᾽ αὖθις] Tacitus lib. I. c. 29. *orantibus, rurſus idem Blæſus, & L. Apronius eques Romanus e cohorte Druſi, Juſtusque Catonius primi ordinis Centurio, ad Tiberium mittuntur.*

§ 44. (l. 52.) οἵ τε θρασύτατοι] Vibulenus & Percennius: tum ut quisque præcipuus turbator, conquiſiti. id. c. 30.

§ 45. (l. 59.) οἱ ἐν τῇ Γερμανίᾳ καὶ πολλοί] V. ſupra § 24. ſq.

§ 46. (l. 63.) τόν τε Τιβέριον ἐκακηγόρησαν] Sueton. c. 25. *Germaniciani quidam etiam Principem detrectabant non a ſe datum: ſummaque vi Germanicum, qui tum his præerat, ad capeſſendam rempb. perurgebant, quanquam obfirmate reſiſtentem.* De ſeditione hac mentio etiam apud eundem Suetonium in Caligula c. 1. & 48. De Germanico Imperium reſpuente, impenſeque nitente pro Tiberio, Tacitus c. 33.

§ 47. (l. 66.) τέλος τὸ ξίφος] Idem c. 35. *Germanicus moriturum potius, quam fidem exueret, clamitans, ferrum a latere deripuit, elatumque deferebat in pectus, ni proximi prenſam dextram vi attinuiſſent.*

§ 48. (l. 67.) ἐπεβόησάν οἱ αἰάζοντες] Tacitus: *atrociſſimus veteranorum clamor oriebatur, qui tricena aut ſupra ſtipendia numerantes, mederetur feſſis &c.*

§ 49. (l. 69.) τοῦτο γὰρ ὀξύτερόν ἐστι] Idem Tacitus: *Extrema & conglobata inter ſe pars concionis, ac vix credibile dictu, quidam ſinguli propius incedentes,* feriret, *hortabantur: & miles nomine Caluſidius ſtrictum obtulit gladium, addito, acutiorem eſſe.*

§ 50. (l. 75.) ὑπὸ τοῦ Αὐγούστου καταλειφθεῖσαν] Vide dicta ad p. 590. E. ſq. Hæc ſunt *duplicata ex Auguſti teſtamento legata,* quorum mentio apud Suetonium, c. 48. & in epiſtola nomine Tiberii, quam refert Tacitus lib. I. c. 36 *miſſionem dari vicena ſtipendia meritis: exauctorari qui ſena dena feciſſent, ac retineri ſub vexillo, ceterorum immunes, niſi propulſandi hoſtis. Legata quæ petiverant exſolvi duplicarique.* Pannonicis etiam tantundem datum a Tiberio, notat Dio infra p. 606. A.

[52] ὀλίγου τινὰς ἀπέσφαξαν, καὶ ἐνέκειντο, τήν τε γυ-
ναῖκα αὐτοῦ [53] Ἀγριππῖναν, τοῦ τε Ἀγρίππου καὶ
τῆς Ἰουλίας τῆς Αὐγούστου θυγατέρα οὖσαν, καὶ τὸν
υἱὸν (ὃν [54] Γάϊον [q] Καλιγόλαν, ὅτι ἐν τῷ στρατοπέδῳ
τὸ πλεῖστον τραφεὶς, τοῖς στρατιωτικοῖς ὑποδήμασιν ἀντὶ
τῶν ἀστικῶν ἐχρῆτο, προσωνόμαζον) [r] ὑπεκπεμφθέν-
D τας ποι ὑπὸ τοῦ Γερμανικοῦ, συνέλαβον. καὶ τὴν μὲν
Ἀγριππῖναν ἐγκύμονα οὖσαν ἀφῆκαν αὐτῷ δεηθέντι,
[55] τὸν δὲ δὴ Γάϊον κατέσχον. χρόνῳ δ' οὖν ποτε καὶ
τότε, ὡς οὐδὲν ἐπέραινον, ἡσύχασαν καὶ ἐς τοσαύ-
την γε μεταβολὴν ἦλθον, [56] ὥστε καὶ αὐτοὶ τοὺς
θρασυτάτους σφῶν αὐτοκέλευστοι συλλαβεῖν· καὶ τοὺς
μὲν ἰδίᾳ ἀποκτεῖναι, τοὺς δὲ καὶ ἐς τὸ μέσον ἀγαγόν-
τες, ἔπειτα πρὸς τὸ τῶν πλειόνων βούλημα τοὺς μὲν
ἀποσφάξαι, τοὺς δ' ἀπολῦσαι.

Φοβηθεὶς οὖν καὶ ὣς ὁ Γερμανικὸς μὴ καὶ αὖ-
θις στασιάσωσιν, [57] ἐς τὴν πολεμίαν ἐνέβαλε, καὶ
ἐν αὐτῇ ἀσχολίαν τε ἅμα αὐτοῖς καὶ τροφὴν ἄφθο-
νον ἐκ τῶν ἀλλοτρίων παρέχων ἐνεχρόνισε. καὶ
E ὁ μὲν, δυνηθεὶς ἂν τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν λαβεῖν,
(ἡ γὰρ εὔνοια πάντων ἁπλῶς τῶν τε Ῥωμαίων καὶ
τῶν ὑπηκόων σφῶν ἐς αὐτὸν ἐπῄει) οὐκ ἠθέλησε.
[58] Τιβέριος δὲ ἐπῄνεσε μὲν αὐτὸν ἐπὶ τούτῳ, καὶ
πολλὰ καὶ κεχαρισμένα καὶ ἐκείνῳ καὶ τῇ Ἀγριππίνῃ
ἐπέστειλεν, οὐ μέντοι καὶ ἥσθη οἷς ἔπραξεν, ἀλλὰ
καὶ ἐπὶ πλεῖον αὐτὸν, ὡς καὶ τὰ στρατεύματα
ἀνηρτημένον, ἔδεισεν. οὐ γάρ που καὶ [s] φρονεῖν
οὕτως ἐδόκει, ἐξ ὧν ἑαυτῷ συνῄδει, ἄλλα μὲν λέ-
γοντι, ἄλλα δὲ ποιοῦντι, ὑπελάμβανεν. ὥσθ' ὑπε-
606 τόπει μὲν καὶ ἐκεῖνον, [59] ὑπετόπει δὲ καὶ τὴν γυ-
ναῖκα αὐτοῦ· (ἦν γὰρ ἀντίπαλον τὸ φρόνημα τῷ τοῦ
γένους ὄγκῳ ἔχουσα) οὐ μὴν καὶ προσεποιεῖτο ἄ-
χθεσθαι σφίσιν, ἀλλὰ καὶ ἐπαίνους ἐν τῇ βουλῇ τοῦ
Γερμανικοῦ πολλοὺς ἐποιήσατο, καὶ θυσίας ἐπὶ τοῖς
πραχθεῖσιν ὑπ' αὐτοῦ, ὥσπερ ἐπὶ τοῖς ὑπὸ τοῦ
Δρούσου, γενέσθαι ἐσηγήσατο. τοῖς τε στρατιώταις
[60] τοῖς ἐν τῇ Παννονίᾳ, τὰ αὐτὰ τοῖς ὑπ' ἐκείνου
δοθεῖσιν ἐδωρήσατο. ἐς μέντοι τὸ ἔπειτα οὐ πρότε-
ρον τοὺς ἔξω τῆς Ἰταλίας στρατευομένους ἀπέλυε,
B [61] πρὶν τὰ εἴκοσιν ἔτη στρατεύσασθαι.

Ὡς δ' οὖν οὐδὲν ἔτι νεώτερον ἠγγέλλετο, ἀλλὰ
ἀσφαλῶς πάντα τὰ τῶν Ῥωμαίων ἐς τὴν ἡγεμο-
νίαν αὐτοῦ συνεφρόνησε· τήν τε ἀρχὴν οὐδὲν ἔτι
εἰρω-

fuerint: Germanicoque inſtantes, uxorem ejus Agrippinam, filiam Agrippæ & Juliæ, Auguſti filiæ, ac filium Cajum (cui Caligulæ cognomen dederant, quod plerumque in exercitu educatus, caligis militaribus pro urbico pedum tegmine uteretur) clam ab eo emiſſos aliquo, comprehenderunt: Agrippinaque, quæ tum uterum ferebat, ei precanti reddita, Cajum detinuerunt. Poſt aliquantum temporis, quum nihil conſequerentur, ultro finem turbarum fecerunt: adeoque immutati ſunt, ut ſponte ſua turbulentiſſimum quemque ſuorum corripuerint, ac alios ipſi necaverint, alios in medium productos, ut majori parti placuiſſet, vel interfecerint, vel dimiſerint.

A.U.C. 767 Sex. Apuleio & Sex. Pompejo COSS.

6. Germanicus nihilo minus veritus, ne denuo turbas darent, in hoſtium terram duxit; ibique diutius hærens, & negotium eis & victum abundantem ex alieno præbuit. Hic cum poſſet ſummo imperio potiri, quod omnis Romanorum ſubditorumque benevolentia in eum inclinabat, noluit. Ejus rei cauſa Tiberius ipſum laudavit quidem, multaque ad eum & Agrippinam amice ſcripſit: at vero actionibus ejus nequaquam delectatus eſt, magis jam eum metuens, ut qui militum animos ſibi devinciret. Ut enim ſibi ipſe conſcius erat, aliter ſe agere atque ſentire; ita Germanico quoque diverſum ab eo quod videbatur, conſilium ſubeſſe ſuſpicabatur. Neque minus Agrippinam uxorem ejus ſuſpectam habebat; mulierem eam, cujus ſpiritus generis excellentiæ reſponderent. Enimvero omnino diſſimulans omnem in eos ſimultatem, laudato in ſenatu multis verbis Germanico, ſacrificia propter ejus acta, pariter uti ob res a Druſo geſtas, faciunda cenſuit: militibus in Pannonia tantundem, quantum ille Germanicis dederat, donavit: in poſterum autem, niſi viginti annis militaſſent, miſſionem iis, qui extra Italiam merebant, non conceſſit.

7. Poſtquam nulli jam motus annuntiabantur, omniſque haud dubitanter res Romana in principatum ipſius conſentiebat: ita demum miſſa

q Καλιγόλαν. Καλλιγόλαν, Coisl. & Br. perpetuo. *r* ὑπεκπεμφθέντα, vulgo. ὑπεκπεμφθέντας, L. quod recepi. ſenſus ſic exponitur ap. Z. p. 546. C. & convenit hiſtoria etiam apud Tacitum. *s* φρονεῖν οὕτως ἐδόκει. poſterius vocabulum omittendum eſt, cum mox ſequatur ὑπελάμβανεν. X. ego tam facile nihil auſim explodere, ſed potius exiſtimem abeſſe copulam: ἐδόκει, καὶ ἐξ ὧν &c. L. vel ſic corrigas licet: οὐ γάρ που καὶ φρονεῖν οὕτως ὡς ἐδόκει, ἐξ ὧν ἑαυτῷ συνῄδει, (cum interjectis) ὑπελάμβανεν.

§ 51. (l. 81.) πρεσβευτῶν παρὰ τοῦ Τιβερίου βουλευτῶν] Apud Tacitum c. 39. *legati ab ſenatu & patrum juſſu*, nulla Tiberii facta mentione.

§ 52. (l. 92.) ὀλίγου τινὰς ἀπέσφαξαν] Munatium Plancum maxime, conſulatu functum, principem legationis, quem auctorem ſenatusconſulti incuſabant.

§ 53. (l. 93.) Ἀγριππῖναν] De hujus invitæ fuga, Tacitus c. 40.

§ 54. (l. 95.) Γάϊον Καλιγόλαν] Idem, c. 41. *Jam infans in caſtris genitus, in contubernio legionum eductus, quem militari vocabulo* Caligulam *appellabant, quia plerumque ad concilianda vulgi ſtudia eo tegmine pedum induebatur.* Adde Suetonium Caligula c. 9. Aurelium Victorem &c. Notum eſt, caligas militaria fuiſſe calceamenta, quibus ſoleæ erant ſine obſtragulo, clavis inferius ſuffixæ, quæ ad tibias uſque habenis pedibus alligabantur. vide Julium Nigronum de caliga c. 4. & B. Balduini calceum antiquum c. 13.

§ 55. (l. 100.) τὸν δὲ δὴ Γάϊον κατέσχον] Suetonius Dioni ſuccinens: *tunc demum ad poenitentiam verſi, repreſſo ac retento vehiculo, invidiam quæ ſibi fieret deprecati ſunt.* Tacitus autem c. 41. jam profectum in Treviros innuit, & invidiam hanc maxime milites tumultuantes moviſſe: *ſed nihil æque flexit, quam invidia in Treviros: orant, ſubſiſtunt, rediret, maneret.* & c. 44. *Reditum Agrippinæ excuſavit ob imminentem partum & hiemem: venturum filium.*

§ 56. (l. 2.) ὥστε καὶ αὐτοὶ] Idem Tacitus c. 44.

§ 57. (l. 8.) ἐς τὴν πολεμίαν ἐνέβαλε] Tacitus l. c.

§ 58. (l. 14.) Τιβέριος δὲ] Tacitus c. 52. *Nunciata ea Tiberium lætitia curaque adfecere: gaudebat oppreſſam ſeditionem; ſed quod largiendis pecuniis & miſſione feſtinata favorem militum quæſiviſſet, bellica quoque Germanici gloria, angebatur. Rettulit tamen ad Senatum de rebus geſtis, multaque de virtute ejus memoravit &c.*

§ 59. (l. 21.) ὑπετόπει καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ] De Agrippina, femina ingentis animi, & munia ducis ad compeſcendam ſeditionem induente, altiusque hinc penetrantibus Tiberii animum ſuſpicionibus, a Sejano etiam accenſis magis atque oneratis, adeundus Tacitus lib. I. c. 69.

§ 60. (l. 28.) τοῖς ἐν τῇ Παννονίᾳ τὰ αὐτὰ] Tacitus: *Paucioribus Druſum & finem Illyrici motus laudavit, ſed intentior & fida oratione: cunctaque quæ Germanicus indulſerat, ſervavit etiam apud Pannonicos exercitus.* Illa expoſuit Dio p. 605. A.

§ 61. (l. 31.) πρὶν τὰ εἴκοσιν ἔτη] Vide ad p. 604. B. § 37.

A.U.C.767 Sex. Apuleio & Sex. Pompejo COSS.

miſſa diſſimulatione imperium occepit, idque ad hunc modum, quamdiu vixit Germanicus, adminiſtravit. Suo quidem arbitrio nihil, aut perpauca agebat, de rebus etiam minutiſſimis ad ſenatum referens: poſito etiam in foro tribunali, in quo præſidens jus diceret, ſemper conſiliarios Auguſti exemplo aſſumebat; neque tamen, niſi communicata prius re etiam cum cæteris, quicquam peragebat majoris momenti: propoſita ſua in medium ſententia, non tantum omnibus contradicendi libertatem relinquebat, ſed ferebat etiam aliquando, contraria ſuæ ſententiæ decreta fieri. Nam & ipſe quoque ſæpenumero ſuffragium dare conſueverat. Etenim Druſus itidem, ut reliqui, modo primus, modo poſt alios ferebat ſententiam: Tiberius autem aliquando ſilentium tenebat: aliquando primus, aut poſt alios, vel ultimus etiam omnium, quædam aperte pronuntiabat: plerumque ne videretur libertatem dicendi aliis adimere, ajebat, ſe, ſi ſententiam fuiſſet laturus, hoc vel illo modo dicturum fuiſſe. Id etſi eandem cum altero vim habebat, nihil tamen impediebantur reliqui, quo minus & ipſi, quid ſibi videretur, exponerent. Quin ſæpius diverſum ab ipſius ſententia poſteriores probaverunt, ac interdum, nihil cuiquam ſuccenſente ipſo, obtinuerunt. Jus igitur, eo quo demonſtravimus modo dicebat ipſe; ſed & aliorum magiſtratuum judicia, vel vocatus ab iis, vel ultro obibat: & ſuo quemque loco ſedere ſinens, ipſe in ſubſellio e regione poſito conſidens, quid ſentiret, velut præſes dicebat.

8. Eodem modo in aliis quoque ſe rebus geſſit. Nam neque dominum ſe ab homine libero, nec imperatorem, niſi a militibus, vocari

εἰρωνευόμενος ὑπεδέξατο, καὶ ἐν τοιῷδε αὐτὴν τρόπῳ, [62] ἐφ' ὅσον ὁ Γερμανικὸς ἔζη, διήγαγεν. αὐτὸς μὲν καθ' ἑαυτὸν [t] ἤ τι ἢ οὐδὲν ἔπραττε, πάντα δὲ δὴ [63] καὶ τὰ σμικρότατα ἔς τε τὴν γερουσίαν ἐσέφερε, καὶ [u] ἐκείνῃ ἐκοίνου. ἐπεποίητο μὲν γὰρ βῆμα ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἐφ' οὗ [64] προκαθίζων ἐχρημάτιζε, καὶ συμβούλους ἀεὶ, κατὰ τὸν Αὔγουστον, παρελάμβανεν· οὐ μέντοι καὶ διῴκει λόγου τι ἄξιον, ὃ μὴ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπεκοίνου· καὶ ἔς γε τὸ μέσον τὴν ἑαυτοῦ γνώμην τιθεὶς, [65] οὐχ ὅπως ἀντειπεῖν αὐτῇ παντί τῳ παῤῥησίαν ἔνεμεν· ἀλλὰ καὶ τἀναντία οἱ ἔστιν ὅτε ψηφιζομένων τινῶν ἔφερε. καὶ γὰρ αὐτὸς ψῆφον πολλάκις ἐδίδου. ὁ μὲν γὰρ Δροῦσος ἐξ ἴσου τοῖς ἄλλοις τοτὲ μὲν πρῶτος, τοτὲ δὲ μεθ' ἑτέρους τοῦτ' ἐποίει. ἐκεῖνος δὲ ἔστι μὲν ὅτε ἐσιώπα, ἔστι δ' ὅτε καὶ πρῶτος, ἢ καὶ μετ' ἄλλους τινὰς, [66] ἢ καὶ τελευταῖος, τὰ μὲν ἄντικρυς ἀπεφαίνετο, τὰ δὲ δὴ πλείω (ἵνα [x] δὴ μὴ δοκῇ τὴν παῤῥησίαν αὐτῶν ἀφαιρεῖσθαι) ἔλεγεν ὅτι, "Εἰ γνώμην ἐποιούμην, τὰ καὶ τὰ ἂν ἐπεδειξάμην." καὶ ἦν μὲν καὶ τοῦτο τὴν ἴσην τῷ ἑτέρῳ ἰσχὺν ἔχον, οὐ μέντοι καὶ ἐκωλύοντο οἱ λοιποὶ ὑπ' αὐτοῦ τὰ δοκοῦντα σφίσι λέγειν. ἀλλὰ καὶ πολλάκις ὁ μὲν τὸ ἐγίνωσκεν, οἱ δὲ μετ' αὐτὸν ἕτερόν τι ἀνθῃροῦντο· καὶ ἔστιν ὅτε καὶ ἐπεκράτουν. καὶ οὐδενὶ μέντοι παρὰ τοῦτο ὀργὴν εἶχεν. ἐδίκαζε μὲν οὖν, ὥσπερ εἶπον· ἐπεφοίτα δὲ καὶ ἐπὶ τὰ τῶν ἀρχόντων δικαστήρια, καὶ παρακαλούμενος ὑπ' αὐτῶν καὶ ἀπαράκλητος. καὶ ἐκείνους μὲν ἐν τῇ ἑαυτῶν χώρᾳ καθῆσθαι εἴα, αὐτὸς δὲ [67] ἐπὶ τοῦ βάθρου τοῦ καταντικρὺ σφῶν κειμένου καθίζων, ἔλεγεν ὅσα ἐδόκει αὐτῷ, ὡς [xx] πρόεδρος.

Καὶ τἆλλα δὲ πάντα κατὰ τὸν αὐτὸν τοῦτον τρόπον ἐποίει. [68] οὔτε γὰρ δεσπότην ἑαυτὸν τοῖς ἐλευθέροις, οὔτε αὐτοκράτορα, [69] πλὴν τοῖς στρατιώταις, καλεῖν 607

ἐφίει

t ἤ τι ἢ οὐδὲν. ſic & Xiph. ἢ ὀλίγον τι ἢ οὐδὲν, Sylb. ad Xiph. ſed nihil opus eſt hac emendatione. vide Indicem.
u ἐκείνῃ ἐκοίνου. ἐκείνου αὐτῇ, Xiph. quod mollius eſt. x δὴ. rectius abeſt a Xiph. xx πρόεδρος. an προσεδρος?

§ 62. (l. 36.) ἐφ' ὅσον ὁ Γερμανικὸς ἔζη] p. 610. C. ſq. 615. D. Hæc ſunt apud Aurelium Victorem *bona* Tiberii *initia*, Sueton. c. 26. *civilem ſe admodum inter initia, ac paulo minus quam privatum egit.*

§ 63. (l. 38.) καὶ τὰ σμικρότατα] Suetonius c. 30 Tacitus III. 60.

§ 64. (l. 40.) προκαθίζων ἐχρημάτιζε] De Auguſto vide p. 511. A. 588. D. de quo & Suetonius c. 35. *ſibi inſtituit conſilia ſortiri ſemeſtria, cum quibus de negotiis ad frequentem ſenatum referendis ante tractaret.* Similiter de Tiberio idem Suetonius c. 55. *ſuper veteres amicos ac familiares, viginti ſibi e numero principum civitatis depopoſcerat, velut conſiliarios in negotiis publicis.* vide infra p. 614. E. idem imitatus Claudius. p. 667. B.

§ 65. (l. 45.) οὐχ ὅπως ἀντειπεῖν] Sueton. c. 31. *quædam adverſus ſententiam ſuam decerni, ne queſtus quidem eſt. — — Cum SCtum per diſceſſionem forte fieret, tranſeuntem eum in alteram partem, in qua pauciores erant, ſecutus eſt nemo.*

§ 66. (l. 51.) ἢ καὶ τελευταῖος] Tacitus lib. I. c. 74. *Manebant etiam tum veſtigia morientis libertatis. Igitur Cn. Piſo, quo, inquit, loco cenſebis, Cæſar? Si primus, habeo quod ſequar; ſi poſt omnes, vereor ne imprudens diſſentiam*

§ 67. (l. 65) ἐπὶ τοῦ βάθρου τοῦ καταντικρὺ σφῶν κειμένου] Sueton. c. 33. *Magiſtratibus pro tribunali cognoſcentibus plerumque ſe offerebat conſiliarium, aſſidebatque miſtim, vel ex adverſo in parte primori.* Tacitus lib. I. c. 75. *Nec patrum cognitionibus ſatiatus, judiciis adſidebat in cornu tribunalis, ne prætorem curuli depelleret; multaque eo coram, adverſus ambitum & potentium preces, conſtituta.* De Tiberio Vellejus, II. 129. *cum quanta gravitate, ut ſenator & judex, non ut princeps, & cauſas preſſius audit,* βάθρον apud Dionem de ſubſellio tribunitio intellige. vide Valerium Chimentellum de honore biſellii, c. 22. T. VII. Theſauri Græviani.

§ 68. (l. 69.) οὔτε γὰρ δεσπότην] Sueton. c. 27. *Dominus appellatus a quodam, denunciavit, ne ſe amplius contumeliæ cauſa nominaret.* Similiter domini appellationem reſpuit Auguſtus, teſte eodem Sueton. c. 53. & Philone, legatione ad Cajum p. 1014. Poſtea domini titulum *a Caligula*, teſte Aurelio Victore, & *Domitiano*, ut c. 13. notat Suetonius, affectatum, ſecuti principes retinuere: quapropter Trajanum ipſum Plinius lib. X. Epiſtol. non aliter nuncupat; licet in Panegyrico c. 45. *diverſa* ait eſſe *natura dominationem & principatum: & non aliis eſſe gratiorem principem, quam qui maxime dominum gravantur.* In numos Imperatorum Domini appellatio non irrepſit ante ætatem Caracallæ, ut notavit V. C. Anſelmus Bandurius T. II. Numiſmatum p. 93.

§ 69. (l. 70.) πλὴν τοῖς στρατιώταις] De Imperatoris appellatione militari dictum ad p. 235. D. prænomen autem Imperatoris a Tiberio recuſatum jam ſupra Dio monuit p. 602. D. § 8.

§ 70 (l. 71.) τοῦ πατρὸς τῆς πατρίδος] Tacit. lib. I. c. 72. *Nomen patris patriæ Tiberius a populo ſæpius ingeſtum repudiavit.* Idem teſtatur Suetonius c. 26. *Cognomen patris patriæ, & civicam in veſtibulo coronam recuſavit*; idque obſtinatiſſime, ut c. 67. annotat: unde nec in priſcis marmoribus, ejus honori dicatis, nec in numis, quantum memini, occurrit. Iterum repudiatum memorat Dio p. 629. D.

§ 71. (l. 72.) τὸ τοῦ Αὐγούστου] Vide ſupra § 9. Paſſim tamen hoc Tiberio in numis atque inſcriptionibus tribuitur, ut in marmorea baſi coloſſi, quam erudite illuſtravit Laur. Theodor. Gronovius, T. VII. theſauri Gronov. p. 433. 460. TI. CÆSARI. DIVI. AUGUSTI. F. DIVI. JULI. N. AUGUSTO. De nomine Auguſti ſatis dictum ad p. 507.

§ 72. (l. 77.) ὅτε καὶ Γερμανικὸς] Tiberius etiam ipſe in Germanos ſemel iterumque expeditionem fecit Auguſti auſpiciis, nomenque ibi tulit Imperatoris, ut dictum eſt p. 567. E. unde de illo Crinagoras in Epigrammate IV. antholog. p. 436. Γερμανίην δ' ἄχι κατερχόμενος.

A.U.C.767 Sex. Apuleio & Sex. Pompejo COSS.

ἐφίει· τό, τε [70] τοῦ [y] πατρὸς τῆς πατρίδος πρόσρημα παντελῶς διεώσατο, καὶ [71] τὸ τοῦ Αὐγούστου οὐκ ἐπέθετο μὲν, (οὐδὲ γὰρ ψηφισθῆναί ποτε εἴασε) λεγόμενον δ' ἀκούων, καὶ γραφόμενον ἀναγινώσκων, ἔφερε· καὶ ὁσάκις γε βασιλεῦσί τισιν ἐπέστελλε, καὶ ἐκεῖνο προσενέγραφε. τὸ δ' ὅλον Καῖσαρ, ἔστι δ' [72] ὅτε καὶ Γερμανικὸς, ἐκ τῶν ὑπὸ τοῦ Γερμανικοῦ πραχθέντων, [73] Πρόκριτός τε τῆς Γερουσίας, κατὰ τὸ ἀρχαῖον, καὶ ὑφ' ἑαυτοῦ ὠνομάζετο. καὶ πολλάκις γε ἔλεγεν ὅτι, "Δεσπότης μὲν τῶν δούλων, αὐτοκράτωρ

B

δὲ τῶν στρατιωτῶν, τῶν δὲ δὴ λοιπῶν πρόκριτός εἰμι." [z] εὔχετό τε, ὁσάκις τοιοῦτόν τι ἄρα πέσοι, [74] τοσοῦτον καὶ ζῆσαι καὶ ἄρξαι χρόνον, ὅσον ἂν τῷ δημοσίῳ συμφέρῃ. καὶ οὕτω γε διὰ πάντων ὁμοίως δημοτικὸς ἦν, ὥστε οὔτε [75] ἐν τοῖς γενεθλίοις [a] αὐτοῦ γίγνεσθαί τι παρὰ τὸ καθεστηκὸς ἐπέτρεπεν, οὔτε [76] ὀμνύναι τοῖς ἀνθρώποις τὴν αὐτοῦ τύχην συνεχώρει, [b] οὔτ', εἰ καὶ ὀμόσας τις αὐτὴν, [77] αἰτίαν ὡς καὶ ἐπιωρκηκὼς ἔλαβεν, [c] ἐπεξῄει. συνελόντι τε εἰπεῖν,

C

οὐδ' ὅπερ ἐπί τε τῷ Αὐγούστῳ δεῦρο ἀεὶ [78] ἐν τῇ πρώτῃ τοῦ ἔτους ἡμέρᾳ, καὶ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς μετ' ἐκεῖνον ἄρξασιν, ([79] ὧν γε καὶ λόγον τινὰ ποιούμεθα) ἐπί τε τοῖς τὸ κράτος ἀεὶ ἔχουσιν, ἐξ ἀνάγκης γίγνεται, τά τε πραχθέντα ὑπ' αὐτῶν καὶ τὰ πραχθησόμενα ὑπὸ τῶν ἀεὶ ζώντων ὅρκοις τισὶ βεβαιοῦσθαι· [80] οὐδὲ τοῦτο τά γε πρῶτα ἐφ' ἑαυτῷ περιεῖδε γενόμενον. καίτοι ἐπὶ ταῖς τοῦ Αὐγούστου πράξεσι τούς τε ἄλλους πάντας ὥρκου, [81] καὶ αὐτὸς ὤμνυε. καὶ ὅπως γε ἐκδηλότερον

D

αὐτὸ ποιοίη, [d] παρεὶς ἂν τὴν νουμηνίαν, καὶ οὔτε ἐς τὸ βουλευτήριον ἐσελθὼν, μήθ' ὅλως ἐν τῇ πόλει τὴν ἡμέραν ἐκείνην ὀφθεὶς, ἀλλ' ἐν προαστείῳ τινὶ διατρίψας, ἐσῄει τε μετὰ ταῦτα, [82] καὶ καταμόνας ἐπιστοῦτο. τούτου τε οὖν ἕνεκα ἔξω που ταῖς νουμηνίαις διῆγε, καὶ ἵνα μηδένα τῶν ἀνθρώπων ἄσχολον, περί τε τὰς νέας ἀρχὰς καὶ περὶ τὴν ἑορτὴν ἔχοντα, ποιῇ, [83] ἢ καὶ ἀργύριον παρ' αὐτῶν λαμβάνῃ. οὐδὲ γὰρ [84] οὐδὲ τὸν Αὔγουστον

ri paſſus eſt: patris patriæ nomen plane recuſavit: Auguſti nomen non quidem uſurpabat, (neque enim id ſibi unquam decerni conceſſit) audiens tamen, aut ſcriptum legens, ferebat: idque etiam, quoties ad regem aliquem literas daret, adſcribebat. Omnino autem Cæſaris, & quandoque Germanici, propter res a Germanico geſtas, Principiſque Senatus, more antiquo, nomen ipſe ſibi tribuit; ſæpius dicens, dominum ſe ſervorum, imperatorem militum, principem cæterorum eſſe. Et quoties caſus ita tuliſſet, precari ſolitus eſt tantum ſibi vitæ & imperii tempus, quantum reipublicæ conduceret. Denique adeo popularis erat in omni re, ut neque præter conſuetudinem quicquam fieri natali ſuo, neque per ſuam fortunam jurare cuiquam permiſerit: neque ſi quis eam juraſſet, ac perjurii reus ageretur, id punivit. Utque brevi dicam, ne hoc quidem, quod de Auguſto in hunc usque diem ſemper kal. Januarii, ac de omnibus, qui poſt eum fuerunt nobis probati imperatores, deque illis qui ſingulis temporibus præſunt, neceſſario fieri conſuevit, ut acta eorum, & quæ acturi ſint, ab his qui tunc in vivis ſunt, omnia jurejurando firmentur; de ſe fieri Tiberius permiſit, quamvis in Auguſti acta & ipſe juraverit, & ſacramento reliquos adegerit. Quod ut manifeſtius faceret, prætermiſſis kalendis, & in ſuburbano quodam exactis, ac neque in curia, neque omnino in urbe viſus ea die, deinde ingreſſus, ipſe ſolus juravit. Fuit & alia cauſa, cur kalendis Januar. extra urbem eſſet: nempe ne hominibus, ob magiſtratus novos & ferias occupatis, negotium præberet, neve ſtrenas ab iis acciperet:

y πατρὸς τῆς πατρίδος. ſic & Xiph. male vero exemplum RS. πατρὸς καὶ τῆς πατρίδος. ubi καὶ elidendum eſſe, ipſe animadvertit. z εὔχετο. ηὔχετο, Xiph. & Z. quod magis atticum. a αὐτοῦ γίγνεσθαι. αὐτοῦ γενέσθαι, Xiph. minus bene. b οὔτ' εἰ καὶ ὀμόσας. ſic Xiph. it. HS. & L. ex emendatione Xyl. εἰ, omittit editio Roberti; quod ille ſic corrigendum putat: οὔτε κἂν ὀμόσας, improbante Xyl. c ἐπεξῄει. vulgo οὐκ ἐπεξῄει. ſed οὐκ rectius exulat apud Xiph. d παρεὶς ἂν τὴν νουμηνίαν. ita emendavit RS. idque receperunt HS. & L. pro παρῆσαν τὴν νουμ. quod legitur in editione Roberti. παρούσης τῆς νουμηνίας, οὔτε &c. T. ſed prior emendatio propius accedit ad ſcriptionem, quam apud RS. habemus.

§ 73. (l. 78.) πρόκριτος τῆς γερουσίας] Vide dicta ad p. 496. C. ubi Dio refert, Auguſtum ex veteri more principem ſenatus appellatum fuiſſe.

§ 74. (l. 83.) τοσοῦτον χρόνον] Refer huc Tiberii vocem apud Suetonium c. 24. recipientis Imperium: *Dum veniam ad id tempus, quo vobis poſſit æquum videri dare vos aliquam ſenectuti meæ requiem.*

§ 75. (l. 85) ἐν τοῖς γενεθλίοις αὐτοῦ] Sueton. c. 26. *Natalem ſuum* (XVI. Nov.) *plebejis incurrentem Circenſibus, vix unius bigæ adjectione honorari paſſus eſt.*

§ 76. (l. 87.) ὀμνύναι τὴν αὐτοῦ τύχην] Julii Cæſaris honori hoc datum, ut fas eſſet τὴν τύχην αὐτοῦ ὀμνύναι, p. 243. B. ubi dicta ſi placet vide. Quod autem hoc loco dicitur recuſaſſe Tiberius, mox admiſit, ita ut hunc honorem divinum paſſus ſit etiam communicari cum Sejano. p. 622. B. 624. D.

§ 77. (l. 88.) αἰτίαν ὡς ἐπιωρκηκὼς] Infra p. 608. A. legas, ab eodem Tiberio abſolutos quosdam a perjurii crimine, ἐγκληθέντας ὡς καὶ ἐπιωρκηκότας τὴν Αὐγούστου τύχην, accuſatos ut qui per fortunam ac ſalutem Auguſti pejeraſſent.

§ 78. (l. 90.) ἐν τῇ πρώτῃ τοῦ ἔτους ἡμέρᾳ] De hoc more, in acta Cæſaris jurandi Calendis cujusque anni Januariis, quem in Julio Cæſare jam defuncto coeptum p. 327. D. ſub Auguſto aliisque continuatum conſtat p. 457. C. 632. A. 646. C. 670. C. vide ſis Joh. Baptiſt. Hanſenium de jurejurando veterum c. 17. T. V. Theſauri Græviani p. 843. ſq. & Petr. Fabrum T. I. Semeſtrium p. 200. ſq.

§ 79. (l. 92.) ὧν γε καὶ λόγον τινὰ ποιούμεθα] Hoc dicit propter nonnullos ex Imperatoribus, ut Tiberium ipſum p. 646. C. & Cajum 667. D. in quorum veluti tyrannorum acta poſt mortem neutiquam juratum, ſed ipſa reſciſſa, & memoria eorum abolita. Hos ἀτιμωθέντας, ſive *infamia notatos*, vocat p. 337. D.

§ 80. (l. 95.) οὐδὲ τοῦτο τά γε πρῶτα] Suetonius c. 26. *Interceſſit &, quo minus in acta ſua juraretur.* Idem c. 67. ait, quosdam exiſtimaſſe, Tiberium proſpicientem futuram vitæ ſuæ infamiam, *ideo & patris patriæ appellationem, & ne in acta ſua juraretur, obſtinatiſſime, recuſaſſe, ne mox majore dedecore impar tantis honoribus inveniretur. — — Exempli cauſa cavendum, ne ſe Senatus in acta cujusquam obligaret, qui aliquo caſu mutari poſſet.* Meminit & Tacitus lib. I. c. 72. *Neque in acta ſua jurari, quanquam cenſente Senatu, permiſit: cuncta mortalium incerta, quantoque plus adeptus foret, tanto ſe magis in lubrico dictans.* Dio infra p. 632. A. Similiter de Nerone Tacitus XIII. 11. *Cum in acta principum jurarent Magiſtratus, in ſua acta collegam* conſulem *Antiſtium prohibuit.*

§ 81. (l. 98.) καὶ αὐτὸς ὤμνυε] Sic in acta Julii Cæſaris jam defuncti juraverant Triumviri, & jurare coegerant ſenatum, populum, milites. ſupra p. 337. D.

§ 82. (l. 2.) καταμόνας ἐπιστοῦτο] Subintellige ὅρκοις, ut p. 76. D. πιστωσάμενοι ὅρκοις τὴν φιλίαν. Eodem ſenſu ἐπιστώθη, infra p. 671. C. de Claudio ſub initium anni jurante, p. 681. D.

§ 83. (l. 5.) ἢ καὶ ἀργύριον] De ſtrenis a Tiberio recuſatis, vide ad p. 613. D.

§ 84. (l. 6.) οὐδὲ τὸν Αὔγουστον] De hoc ad p. 546. A.

A.U.C. 767 Sex. Apuleio & Sex. Pompeio COSS.

ret: quod Auguſtum feciſſe improbabat, quia ea res multæ moleſtiæ, multique in rependendo ſumptus eſſet.

9. Cum hæc igitur ab eo geſta populariter, tum quod id ſane temporis nullum ei templum, nec alio quidem quovis modo, nedum de ipſius ſententia conditum fuerit. Non etiam licebat ulli, ſtatuam ei ponere. Nam id ne civitas ulla neve privatus quis faceret, ab initio ſtatim expreſſe prohibuit. Et interdicto quidem adſcripſit, "niſi permiſero; verbis autem adjecit," non permittam." Injurias aliorum, impietatemve in ſe (jam enim impietatis nomen id generis peccatis tribuebatur, multisque ob eam dies dicebatur) penitus diſſimulabat: neque ullam accuſationem hujusmodi propter ſe factam admittebat, quamvis ea in re honori Auguſti ſtuderet. Initio quidem neminem Auguſti cauſa in judicium tractum punivit, multosque accuſatos, quod per ipſius fortunam pejeraſſent, abſolvit; ſed poſterioribus temporibus admodum multos morte affecit.

10. Præter hæc Auguſtum eo etiam coluit, quod ædificia ab eo inchoata, necdum abſoluta, perfecit, Auguſtique nomen iis inſcripſit: ſtatuas & fana, ei a populis aut privatis facta, partim ipſe dedicavit, partim ſacranda alicui pontificum injunxit. Quem inſcribendi morem non in Auguſti tantum operibus, ſed & in aliis obſervavit, quæ refectione indigebant. Nam quum omnia ruinoſa inſtauraret, (nihil enim de novo ædificavit, præter Auguſti templum) nullum iſtorum ſibi tribuit, omnibus potius eorum, qui primum ea exſtruxiſſent, nomina reddidit. Minimos enim ſumptus pro ſe, plurimos

σον ἐπὶ τούτῳ ἐπῄνει, διὰ τὸ πολλὴν μὲν δυσχέρειαν ἐν αὐτῷ, πολλὴν δὲ καὶ ἀνάλωσιν ἐκ τῆς ἀντιδόσεως γίγνεσθαι.

Ταῦτά τε οὖν δημοτικῶς διῴκει· καὶ ὅτι [85] οὔτε τεμένισμα αὐτῷ οὐχ ὅπως αὐθαίρετον, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἄλλως τότε γε ἐτεμενίσθη· [86] οὔτε εἰκόνα ἐξῆν αὐτοῦ οὐδενὶ στῆσαι. ἄντικρυς γὰρ παραχρῆμα ἀπηγόρευσε, μήτε πόλει μήτ᾽ ἰδιώτῃ τοῦτο ποιεῖν. προσέθηκε μὲν γὰρ τῇ ἀπορρήσει ὅτι, "ἂν μὴ ἐγὼ ἐπιτρέψω," προσεπεῖπε δὲ ὅτι, "οὐκ ἐπιτρέψω." ἐπεί τό γε ὑβρίσθαι πρός τινος, [e] καὶ [87] τὸ ἠσεβῆσθαι πρός τινος, (ἀσέβειάν τε γὰρ ἤδη καὶ τὸ τοιοῦτον ὠνόμαζον, καὶ δίκας ἐπ᾽ αὐτῷ πολλὰς ἐσῆγον) ἥκιστα προσεποιεῖτο. οὐδέ ἐστιν ἥν τινα τοιαύ- 608
την ἐφ᾽ ἑαυτῷ γραφὴν προσεδέξατο, καίπερ τὸν Αὔγουστον καὶ ἐν τούτῳ σεμνύνων. τὸ μὲν γὰρ πρῶτον οὐδένα οὐδὲ τῶν ἐπ᾽ ἐκείνῳ τινὰ αἰτίαν λαβόντων ἐκόλασεν, ἀλλὰ καὶ ἐγκληθέντας τινάς, [88] ὡς καὶ ἐπιωρκηκότας τὴν τύχην αὐτοῦ, ἀπέλυσε· προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, [89] καὶ πάνυ πολλοὺς ἐθανάτωσε.

Καὶ ἔν τε τούτῳ τὸν Αὔγουστον [f] ἤγαλλε, καὶ ὅτι τά τε οἰκοδομήματα, ἃ προκατεβάλετο μέν, οὐκ ἐξετέλεσε δέ, [g] ἐκποιῶν, [90] τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπέγρα-
φε σφίσι· [91] τά τε ἀγάλματα καὶ τὰ ἡρῷα αὐτοῦ, B
καὶ ὅσα οἱ δῆμοι καὶ ὅσα οἱ ἰδιῶται ἐποίουν, τὰ μὲν [92] αὐτὸς καθιέρου, τὰ δὲ τῶν ποντιφίκων [h] τινὶ προσέτασσε. τοῦτο δὲ τὸ κατὰ τὰς ἐπιγραφάς, οὐκ ἐπ᾽ ἐκείνοις μόνοις τοῖς τοῦ Αὐγούστου ἔργοις, ἀλλ᾽ ἐπὶ πᾶσιν ὁμοίως τοῖς ἐπισκευῆς τινος δεηθεῖσιν ἐποίησε. πάντα γὰρ τὰ [i] πεπονηκότα ἀνακτησάμενος, (αὐτὸς γὰρ οὐδὲν τὸ παράπαν ἐκ καινῆς, [93] πλὴν τοῦ Αὐγουστείου, κατεσκευάσατο) οὐδὲν αὐτῶν ἰδιώσατο, ἀλλὰ τὰ τῶν πρώτων οἰκοδομησάντων αὐτὰ ὀνόματα πᾶσι σφίσιν

e καί. ἢ καί, Xiph. *f* ἤγαλλε, L. ἤγαλε habet RS. & HS. *g* ἐκποιῶν. ſic Xiph. quod judice etiam L. præferendum vulgato ποιῶν. unde illud recipere non dubitavi. *h* τινί. τισί, Xiph. *i* πεπονηκότα. addit Xiph. τῇ Ῥώμῃ, quod non Dionis videtur eſſe, ſed epitomatoris, generalius dicta reſtringentis.

§ 85. (l. 11.) οὔτε τεμένισμα] Suetonius c. 26. *Templa, flamines, ſacerdotes, decerni ſibi prohibuit.*

§ 86. (l. 12.) οὔτε εἰκόνα] Idem Sueton. *etiam ſtatuas atque imagines* prohibuit, *niſi permittente ſe, poni: permiſitque ea ſola conditione, ne inter ſimulacra Deorum, ſed inter ornamenta ædium ponerentur.*

§ 87. (l. 18.) καὶ τὸ ἠσεβῆσθαι] *ἀσεβείας ἔγκλημα*, p. 642. D. 644. A. 652. C. 618. D. 617. B. 623. D. 648. E. Legem tamen majeſtatis reductam a Tiberio, teſtatur Tacitus lib. I. Annal. c. 72. Quod ἠσεβῆσθαι Dio dixit, ut crimen læſæ majeſtatis innueret, eodem ſenſu etiam *impie loqui* dicunt Latini ſcriptores, ut Sueton. Domitiano, c. 10. *impie locutus parmularius*, & apud Tacitum VI. 47. Albucilla *defertur impietatis in Principem.*

§ 88 (l. 26.) ὡς καὶ ἐπιωρκηκότας τὴν τύχην αὐτοῦ] Ita Rubrium Tiberius abſolvit, *cui crimini dabatur violatum perjurio nomen Auguſti*, ut refertur a Tacito I. 73. Ceterum de animadverſione in pejerantes per venerationem principis, adeundus Dionyſius Gothofredus ad lib. IV. Codicis Juſtinianei tit. I. leg. 2. & quæ viri docti ad hæc Minutii Felicis in Octavio c. 29. *eſt eis tutius per Jovis genium pejerare quam Regis*, vide ſis etiam lib. II. Codicis tit. 4. leg. 41. lib. IX. tit. 8. leg. 2. & Digeſta lib. XII. tit. 2. lege 13.

§ 89. (l. 28.) καὶ πάνυ πολλοὺς] De multis a Tiberio propter objectum majeſtatis crimen occiſis, Sueton. c. 58. infra p. 615. E.

§ 90. (l. 31.) τὸ ὄνομα αὐτοῦ] Huc facit, quod Vellejus II. 30. de Tiberio: *Quanta ſuo ſuorumque nomine exſtruxit opera?* Sic de Auguſto, opera quædam ſub nomine alieno dedicante, Suetonius c. 29.

§ 91. (l. 32.) τά τε ἀγάλματα καὶ τὰ ἡρῷα αὐτοῦ] Ex quo templum & cœleſtes religiones Auguſto decretæ, ut eſt apud Tacitum I. Annal. c. 11. certatim eidem in urbe & in Italia ac provinciis ſtatuæ inter divinas poſitæ, cultæque, & publice & in privatis ædibus atque hortis, cujus rei exemplum habes apud Tacitum primo Annali, c. 73. Templorum quoque ejusdem plurium apud Tacitum mentio, & apud alios ſcriptores, & in numis, ſicut Dio πολλαχόθι conſecrata Auguſto templa a populis, jam volentibus, jam invitis, dixit, p. 600. B. Effigiem a Livia dicatam memorat Tacitus IV. 64.

§ 92. (l. 34.) αὐτὸς καθιέρου] De Templo Auguſti apud Nolam, cujus ſpecie dedicandi Tiberius in Campaniam profectus fuit, mentio apud Tacitum IV. 57. & Sueton. c. 40. qui dedicatum ab illo etiam teſtatur, antequam Capreas ſe conferret.

§ 93. (l. 39.) πλὴν τοῦ Αὐγουστείου] Auguſti templo Romano ſcenam Pompejani theatri addunt Tacitus VI. 45. Vellejus II. 130. Sueton. Tiber. c. 47. & Calig. c. 21. qui imperfecta a Tiberio poſt tot annos relicta, abſoluta deinde a Caligula tradit. Tacitus perfecta, ſed non dedicata a Tiberio, contemtu ambitionis, an per ſenectutem.

§ 94. (l. 42.) ὀλίγιστα ἐς αὐτὸν δαπανῶν] Eo ſenſu pecuniæ parcum ac tenacem deſcribit Suetonius c. 46. & Dio infra p. 631. B.

§ 95. (l. 43.) πλεῖστα ἐς τὸ κοινὸν] *Erogandæ per honeſta pecuniæ cupidus*, teſte Tacito, lib. I. c. 75. *qui magnificam ejus in publicum largitionem* celebrat lib. II. c. 48. & *ſatis firmum adverſum pecuniam*, lib. III. c. 18. Vellej. II. 130. *Qua liberalitate, cum alias, tum proxime incenſo monte Cœlio, omnis ordinis hominum jacturæ patrimonio ſuccurrit ſuo?*

§ 96. (l. 45.) πολλὰ δὲ καὶ πόλεσι] Vide ad p. 614. D.

§ 97. (l. 46.) τῶν τε βουλευτῶν] Idem Vellejus II. 129. *Quoties populum congiariis honoravit, Senatorumque cenſum, cum id ſenatu auctore facere potuit, quam libenter explevit, ut neque luxuriam invitaret, neque honeſtam paupertatem pateretur dignitate deſtitui.* Tacitus II. 37. *Cenſumque quorundam ſenatorum juvit, quo magis mirum fuit, quod preces M. Hortali,*

C σφίσιν ἀπέδωκεν. [94] ἐλάχιστα γὰρ ἐς αὐτὸν δαπανῶν, [95] πλεῖστα ἐς τὸ κοινὸν ἀνήλισκε· πάντα μὲν ὡς εἰπεῖν τὰ δημόσια ἔργα, τὰ μὲν ἀνοικοδομῶν, τὰ δὲ ἐπικοσμῶν· [96] πολλὰ δὲ καὶ πόλεσι καὶ ἰδιώταις ἐπαρκῶν, [97] τῶν τε βουλευτῶν συχνοὺς πενομένους, καὶ μηκέτι μηδὲ [k] βουλεύειν διὰ τοῦτ' ἐθέλοντας, ἐπλούτισεν. οὐ μέντοι καὶ ἀκρίτως αὐτὸ ἐποίει, ἀλλὰ καὶ διέγραψε τοὺς μὲν ὑπὸ ἀσελγείας, τοὺς δὲ καὶ ὑπὸ πτωχείας, ὅσοι μηδένα αὐτῆς λογισμὸν εἰκότα ἀποδοῦναι ἐδύναντο. πᾶν τε ὃ ἐδωρεῖτό τισιν, εὐθὺς καὶ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ ἠριθμεῖτο. D ἐπειδὴ γὰρ ἐπὶ τοῦ Αὐγούστου μεγάλα ἐκ τῶν τοιούτων οἱ δοτῆρες αὐτῶν ἀπετέμνοντο, δεινῶς ἐφυλάττετο μὴ καὶ ἐφ' ἑαυτοῦ τοῦτο γίγνεσθαι. καὶ ταῦτα μέντοι πάντα ἐκ τῶν νενομισμένων προσόδων ἐδαπάνα. οὔτε γὰρ ἀπέκτεινε χρημάτων ἕνεκα οὐδένα, οὔτε οὐσίαν τινὸς τότε γε ἐδήμευσεν, [98] ἀλλ' οὐδ' ἐξ ἐπηρείας τι ἠργυρολόγησεν. [99] Αἰμιλίῳ γοῦν Ῥήκτῳ, χρήματά ποτε αὐτῷ πλείω παρὰ τὸ τεταγμένον ἐκ τῆς Αἰγύπτου ἧς ἦρχε πέμψαντι, [l] ἀντεπέστειλεν ὅτι, "Κείρεσθαί μου τὰ πρόβατα, ἀλλ' οὐκ
E [m] ἀποξύρεσθαι βούλομαι."

Καὶ μέντοι καὶ εὐπρόσοδος καὶ εὐπροσήγορος ἰσχυρῶς ἦν. τοὺς γοῦν [100] βουλευτὰς ἀθρόους ἀσπάζεσθαι αὐτὸν ἐκέλευσεν, ἵνα μὴ [n] ὠστίζωνται. τό, τε σύμπαν, τοσαύτην ἐπιείκειαν ἤσκει, ὥστε ἐπειδή ποτε [101] οἱ Ῥοδίων ἄρχοντες ἐπιστείλαντές τι αὐτῷ, οὐχ ὑπέγραψαν τῇ ἐπιστολῇ [102] τοῦτο δὴ τὸ νομιζόμενον, εὐχὰς αὐτῷ [o] ποιούμενοι μετεπέμψατο μὲν [p] σφᾶς σπουδῇ, ὡς καὶ κακόν τι δράσων,
609 ἐλθόντας δὲ οὐδὲν δεινὸν εἰργάσατο, ἀλλ' ὑπογράψαντας τὸ ἐνδέον ἀπέπεμψε. [103] τούς τε ἀεὶ ἄρχοντας ὡς ἐν δημοκρατίᾳ ἐτίμα, καὶ τοῖς ὑπάτοις καὶ ὑπανίστατο· ὁπότε τε αὐτοὺς δειπνίζοι, τοῦτο μὲν, ἐσιόντας σφᾶς πρὸς ταῖς θύραις ἐξεδέχετο,

rimos pro republica faciebat; omnia propemodum publica opera aut reficiendo, aut exornando. Multa quoque civitatibus & privatis hominibus ſuppeditavit: ſenatores multos ad egeſtatem redactos, ac ob id eo ordine cedere volentes, locupletavit; non tamen, niſi adhibito examine: multis ſenatu propter luxuriam aut paupertatem, cujus rationem edere probabilem nullam poſſent, motis. Si quid alicui largiebatur, id confeſtim numerari ſe inſpiciente jubebat, magna adhibita cura, ne idem ſibi, quod Auguſto, eveniret; cujus muneribus permagnam partem diſpenſatores detrahere conſueverant. Hæc autem omnia non aliunde, quam ex conſtitutis reditibus inſumebantur. Nam neque pecuniæ cauſa quemquam necavit, nec bona cujuſquam, eo ſaltem tempore, publicavit, neque per injuriam pecunias ullas extorſit. Æmilio certe Recto, quum is pecuniæ majorem conſtituta ſummam ex Ægypto, cui præerat, miſiſſet, reſcripſit; ſe tonderi ſuas oves, non deglubi velle.

A.U.C.767 Sex. Apuleio & Sex. Pompejo COSS.

11. Præbebat ſe etiam ad congreſſus & alloquia valde benignum. Inde ſenatores ſimul omnes ſe ſalutare juſſit, ne in turba truderentur. Denique tanta utebatur moderatione, ut quum aliquando Rhodiorum magiſtratus, data ad eum epiſtola, non ſubſcripſiſſent formulam conſuetam, quæ vota pro ipſo contineret; celeriter eos excitos, quaſi male multaturus, quum id quod deerat adjeciſſent, indemnes dimiſerit. Quaſi in populari reipublicæ ſi viveret imperio, ita magiſtratus quovis tempore honorabat, etiam conſulibus aſſurgens: quumque eos ad convivium vocaſſet, ingredientes apud januam exci-

[k] βουλείαν. ſic HS. L. δουλείαν, ridicule, RS. [l] ἀντεπέσταλεν. ἀντεπέστειλεν, Xiph. magis grammatice. [m] ἀποξύρεσθαι. rectius fortaſſis ἀποξύεσθαι, ut apud Homer. γῆρας ἀποξύσας, deſtricta ſenectute, more ſerpentum. deglubere ſane in vet. Gloſſ. exponitur ἐκδέρειν. ita Sylb. in Indice. improbat ἀποξύρεσθαι etiam HS. in Lexico. ſed vid. §99. [n] ὠστίζωνται, ὠθίζωνται, uſitatius, L. habet vero illud etiam Xiph. ut Ariſtophanem, Lucianum, optimosque auctores Græcos taceam. paulo ante ἀσπάζεσθαι αὐτὸν, ex Xiph. αὐτῶν, vulgo. [o] ποιούμενοι. forte ποιεῖσθαι, Od. ſed ita etiam Xiph. [p] σφᾶς. additum a me ex Xiph. quod videretur commode abeſſe non poſſe.

li, nobilis juvenis in paupertate manifeſta, ſuperbius accepiſſet. Sueton. c. 47. *Paucorum ſenatorum inopia ſuſtentata, ne pluribus opem ferret, negavit ſe aliis ſubventurum, niſi ſenatui juſtas neceſſitatum cauſas probaſſent.* Idem de probanda ſenatui cauſa & Vellejus innuit, & teſtatur Tacitus Annal. I. c. 87. ubi Tiberium Propertio Celeri, prætorio viro, decies Seſtertium largitum refert. De alio prætorio viro, creditoribus per Tiberium liberato, Seneca II. 7. de beneficiis; ubi etiam de pluribus qui juſſi reddere in ſenatu æris alieni cauſas, certis ſummis a Tiberio donati ſunt.

§ 98. (l. 58.) ἀλλ' οὐδ' ἐξ ἐπηρείας] Itaque *alieni abſtinentiſſimum*, ἀλλοτρίων ἰσχυρῶς ἀπεχόμενον Tiberium, Dio vocat infra p. 614 D. in candem rem Tacitus II. 48. ἐξ ἐπηρείας, eſt per calumniam, atque ψευδέσιν ἐγκλήμασι, injuriam inferre, ut notavi ad Sextum Empiricum p. 338. Prima Tiberio erga pecuniam alienam diligentia eſſe cœpit, anno imperii undecimo, in cauſa Silii & Soſiæ, ut narrat Tacitus IV. 20.

§ 99. (l. 59.) Αἰμιλίῳ Ῥήκτῳ] Suetonius, c. 32. & ex eo Oroſius VII. 4. *Præſidibus onerandas tributo provincias ſuadentibus reſcripſit: Boni paſtoris eſſe, tondere pecus non deglubere.* Joh. Antiochenus in excerptis Peireſc. p. 801. & Suid. in Τιβ. κείρεσθαί μου τὰ πρόβατα ἀλλ' οὐ ξυρᾶσθαι βούλομαι. Nimirum deglubere, ἀποξύρεσθαι, tondendo ad vivum, nihil reliqui facere, non paſtorum eſt ſed luporum, de quibus ad ſe miſſis conqueſti Dalmatæ, ſupra, p. 570. E. 582. A. Itaque κείρεσθαι pro ἀποξύρεσθαι, poſuit Maximus Tyrius Diſſ. 40. qui cum dixiſſet, Cyrum fuiſſe Perſis ὡς ποιμένα θρεμμάτων, ſubjungit, Cambyſen Xerxemque ex bonis paſtoribus factos πονηροὺς λύκους, malos lupos, κείροντας τὴν ἀγέλην hoc eſt ἀποξύροντας. Geminum dictum Alexandri M. ajentis, *odiſſe ſe olitorem qui herbas radicitus exſcinderet*, καὶ κηπουρὸν μισῶ, τὸν ἐκ ῥιζῶν ἐκτέμνοντα τὰ λάχανα. Cum igitur regem ποιμένα

λαῶν nuncupet Homerus, recte Dio Chryſoſtomus Orat. 4. de regno f. 66. τοῦ γὰρ ποιμένος οὐκ ἄλλο τι ἔργον ἢ πρόνοια καὶ σωτηρία καὶ φυλακὴ προβάτων, οὐ μὰ Δία κατακόπτειν καὶ σφάττειν καὶ δέρειν. De Tiberio etiam Tacitus IV. 6. *ne provinciæ novis oneribus turbarentur, utque vetera ſine avaritia aut crudelitate magiſtratuum tolerarent, providebat.*

§ 100. (l. 65.) βουλευτὰς ἀθρόους] Hoc ita intellige, ut Tiberius ſenatores a cetera ſalutatorum turba ſecreverit, officiumque ſalutationis ab illis ſimul voluerit obiri, non inter plures aut univerſos. Hoc Seneca vocat *diſponere ſalutationem*, ut *Ave*, matutina ſalutantium vox, *non niſi ſuo ordine emittatur*, lib. VI. c. 34. de beneficiis.

§ 101. (l. 68.) οἱ Ῥοδίων ἄρχοντες] Sueton. c. 32. *Cum Rhodiorum magiſtratus, quod litteras publicas ſine ſubſcriptione ad ſe dederant, evocaſſet, ne verbo quidem inſectatus, ac tantummodo juſſos ſubſcribere, remiſit.*

§ 102. (l. 69.) τοῦτο δὴ τὸ νομιζόμενον, εὐχὰς αὐτῷ ποιούμενοι] Uti in litteris ad privatos ſolenne erat, clauſulæ loco ſubſcribere ἔῤῥωσο, *vale & rem gere feliciter*: ita litteræ ad imperatorem, publicæ præſertim magiſtratuum, deſinebant in voto quod nuncupabatur pro ejus ſalute, ut Plinii lib. X. Epiſt. 1. ad Trajan. *Fortem te, & hilarem, Imperator Optime, & privatim & publice opto.* Quod licet omiſſum in ceteris ad eundem epiſtolis, in omnibus debet velut repetitum intelligi. Sic & Imperatores, ut notatum Briſſonio III. de formulis p. 324. ſq. cum ad ſenatum vel magiſtratus literas darent, ſubſcribebant votum in hanc ſententiam: *optamus vos feliciſſimos ac florentiſſimos per multos annos bene valere. Divinitas te ſervet per multos annos.*

§ 103. (l. 73.) τοὺς ἀεὶ ἄρχοντας ἐτίμα] Sueton. c. 31. non modo *aſſurrexiſſe Conſulibus* Tiberium, ſed etiam *decedere de via* ſolitum, teſtatur.

A.U.C. 767 Sex. Apuleio & Sex. Pompejo COSS.

excipiebat, abeuntes proſequebatur. Si quando lectica geſtaretur, comitari ſe non modo ſenatorem, ſed ne primariorum quidem equitum ullum ſinebat. Quoties ludi agendi eſſent, aut aliquid ſimile, quo multitudo occupata eſſet futura, veſperi veniens ad aliquem libertorum Cæſaris, qui eo loci, ubi conventus populi eſſet futurus, habitaret; noctem ibi exegit, ut expeditiſſime, & quam minimo labore homines ad ipſum accedere poſſent. Sæpenumero etiam equeſtres ludos de liberti domo ſpectavit. Frequenter enim ad ſpectacula veniebat, cum in honorem eorum, qui hæc edebant, tum ut multitudinem intra fines modeſtiæ contineret, & una cum eadem ſpectacula celebrare videretur. Nec enim unquam ſtudio ullo in hujusmodi res ferebatur, nec in iis contendere voluiſſe cum quoquam viſus eſt: atque adeo æqualis & ſui ſimilis in omnibus rebus exſtitit, ut quum populus hiſtrionem quendam manumitti cuperet, non prius adſenſus ſit, quam dominus ejus perſuaſus adnuiſſet, ac ſervi pretium accepiſſet. Cum amicis haud aliter, ac ſi privatus eſſet, verſabatur: in judiciis eos defendebat, epulis eorum, poſt rem ſacram peractam, aderat, ad ægrotantes nullo ſecum adducto præſidio inviſebat, etiam in funere unius cujusdam funebrem orationem habuit.

12. Matrem quoque juſſit eadem hæc, quantum ejus decorum pateretur, facere, partim ut ipſum imitaretur, partim ne immodico faſtu ſeſe efferret: quippe faſtu omnes ea priores fœminas longo intervallo poſt ſe reliquerat: quæ adeo ſenatum, ac de populo, qui vellent, domum ſui ſalutandi cauſa ſemper admitteret, idque

το, τοῦτο δὲ, καὶ ἀπιόντας προέπεμπεν. [104] εἴ τέ ποτε ἐπὶ τοῦ δίφρου [q] ἐκομίζετο, οὐδένα οἱ παρακολουθεῖν, οὐχ ὅπως βουλευτὴν, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἱππέα τῶν πρώτων, εἴα. ἔν τε ταῖς πανηγύρεσι, καὶ εἰ δή τι καὶ ἄλλο τοιουτότροπον ἀσχολίαν τοῖς πολλοῖς παρέξειν ἔμελλεν, ἐλθὼν ἂν ἀφ᾽ ἑσπέρας πρός τινα τῶν Καισαρείων, τῶν πρὸς τοῖς χωρίοις ἐκείνοις, ἐς ἃ συμφοιτῆσαι ἔδει, οἰκούντων, ἐνταῦθα τὰς νύκτας ἐνηυλίζετο· ὅπως ἐξ ἑτοιμοτάτου καὶ [r] ἀπονωτάτου τοῖς ἀνθρώποις [105] ἐντυγχάνειν αὐτῷ γίγνοιτο. καὶ τούς γε τῶν ἵππων ἀγῶνας [106] ἐξ οἰκίας καὶ αὐτὸς [s] τῶν ἀπελευθέρων τινὸς πολλάκις ἑώρα. συνεχέστατα γὰρ ἐπὶ τὰς [t] θέας ἀπήντα, τῆς τε τιμῆς τῶν ἐπιτελούντων αὐτὰς ἕνεκα, καὶ [107] τῆς τοῦ πλήθους εὐκοσμίας, τοῦ τε συνεορτάζειν σφίσι δοκεῖν. οὐ γὰρ οὔτε ἐσπούδασέ ποτε τοπαράπαν τῶν τοιούτων οὐδὲν, οὔτε δόξαν τινὰ, ὡς καὶ συσπεύδων τινὶ, ἔσχεν. οὕτω τε ἐς πάντα ἴσος καὶ ὅμοιος ἦν, ὥστ᾽ [108] ὀρχηστήν τινα τοῦ δήμου ἐλευθερωθῆναί ποτε βουληθέντος, [109] μὴ πρότερον συνεπαινέσαι, πρὶν τὸν δεσπότην αὐτοῦ καὶ πεισθῆναι καὶ τὴν τιμὴν λαβεῖν. τοῖς τε ἑταίροις, ὡς καὶ ἐν ἰδιωτείᾳ, συνῆν. καὶ γὰρ [110] δικαζομένοις σφίσι συνηγωνίζετο, [111] καὶ [u] θύουσι συνεώρταζε· νοσοῦντάς τε ἐπεσκέπτετο, μηδεμίαν φρουρὰν ἐπεισαγόμενος· καὶ ἐφ᾽ ἑνί γέ τινι αὐτῶν τελευτήσαντι [112] τὸν ἐπιτάφιον αὐτὸς εἶπε. C D

Καὶ μέντοι καὶ τὴν μητέρα πάνθ᾽ ὅσα πρέποντα αὐτῇ τῶν τοιούτων ποιεῖν ἦν, τὸ μέν τι τῆς ἑαυτοῦ ζηλώσεως ἕνεκα, τὸ δὲ, ἵνα μὴ ὑπεραυχῇ, πράττειν ἐκέλευσε. πάνυ γὰρ μέγα καὶ ὑπὲρ πάσας τὰς πρόσθεν γυναῖκας [x] ὤγκωτο, ὥστε καὶ τὴν βουλὴν, καὶ τοῦ δήμου τοὺς ἐθέλοντας, οἴκαδε [113] ἀσπασομένους ἀεί ποτε ἐσδέχεσθαι· καὶ τοῦτο καὶ

q ἐκομίζετο. κομίζοιτο, Coisl. Br. r ἀπονωτάτου. ἀποῤῥυτάτου, Xiph. pro quo εὐπορωτάτου maluit Wolf. ἀπορωτάτου, Coisl. & Br. ſed bene habent Dionis editiones. s τῶν ἀπελ. τῶν Καισαρείων ἢ τῶν ἐξελευθέρων, Xiph. quæ videtur eſſe gloſſa. vide p. 590, D. t θέας. hoc omnino rectius quam quod Xiph. habet, θυσίας. vel ut Pal. Br. θύσεις. u θύουσι ſic ſcripſi ex Xiph. probante L. pro vulgato θυσιοῦσι, pro quo θυσιάζουσι legendum cenſet T. x ὤγκωτο. ſic & Z. ὠγκοῦτο, male, Xiph. pro quo ὠγκοῦτο. ſubſtitui voluit Hier. Wolf.

§ 104. (l. 77.) εἴ τέ ποτε ἐπὶ τοῦ δίφρου] Idem Sueton. c. 27. *Adulationes adeo averſatus eſt, ut neminem ſenatorum aut officii aut negotii cauſa ad lecticam admiſerit.* Interdum δίφρον pro σκιμποδίῳ ponunt ſcriptores.

§ 105. (l. 86.) ἐντυγχάνειν αὐτῷ γίγνοιτο] Diebus feſtis, ad promiſcuam ſalutationem Imperatoris, plebs quoque admiſſa, ut ab Auguſto ſupra p. 597. C.

§ 106. (l. 88.) ἐξ οἰκίας τῶν ἀπελευθέρων τινός] Similiter de Auguſto Suetonius c. 45. *Ipſe Circenſes ex amicorum fere libertorumque cœnaculis ſpectabat.* Profeſſus autem eſt Tiberius, omnia ſe facta dictaque Auguſti vice legis obſervare velle, apud Tacitum IV. 37.

§ 107. (l. 91. τῆς τοῦ πλήθους εὐκοσμίας] Ut præſentia Principis populum contineret in officio. 1 Maccab. VIII 15. βουλευόμενοι διὰ παντὸς περὶ τοῦ πλήθους, τοῦ εὐκοσμεῖν αὐτούς. Quod autem Dio ait, Tiberium συνεχέστατα, *frequentiſſime*, Sueton. c. 47. *rariſſime* ſpectaculis interfuiſſe, ita conciliabis, ut Dionem accipias de priori tempore, de poſteriore Suetonium intelligas.

§ 108. (l. 96.) ὀρχηστήν τινα] Hic eſt Accius ille hiſtrio, de quo idem Suetonius: *neque ſpectacula omnino edidit, & iis quæ ab aliquo ederentur, rariſſime interfuit, ne quid expoſceretur: utique poſtquam comœdum Accium coactus eſt manu mittere.*

§ 109. (l. 97.) μὴ πρότερον] Meminit & Suidas in Τιβέριος. Juſtam Dominorum in ſervos poteſtatem labefactare, vel ſua illi auctoritate officere, noluerunt etiam Imperatores. *Alienos ſervos ne Galba quidem manumiſit, facilius liberos ſoluturus*, inquit Tertullianus V. 4. contra Marcionem.

§ 110. (l. 100.) δικαζομένοις σφίσι συνηγωνίζετο] In hoc Auguſtum imitatus, de quo Suetonius c. 56. Dio ſupra p. 550. ſq. Suidas in Τιβέριος.

§ 111. (l. 1.) καὶ θύουσι συνεώρταζε] Peractis ſacrificiis epulæ concelebrabantur, quibus interfuiſſe Tiberium Dio innuit, (illud enim eſt συνεορτάζειν) non ut Xylander, rem ſacram una feciſſe.

§ 112. (l. 4.) τὸν ἐπιτάφιον αὐτὸς εἶπε] Tacet hoc Suetonius, tantummodo *quorundam illuſtrium exſequias usque ad rogum frequentaſſe*, teſtatus c. 32.

§ 113. (l. 11.) ἀσπασομένους] Ita cœtum ſalutantium Agrippinam, Neronis matrem, memorat Tacitus XIII. 18. & Dio in Excerptis Peireſcianis p. 678.

§ 114. (l. 12.) ἐς τὰ δημόσια ὑπομνήματα] Diurna urbis acta intellige, quæ Plinio VIII. 4. acta populi Romani, acta publica vocantur a Suetonio in Tiberio c. 5 δημόσια γράμματα, infra p. 613. B. ὑπομνήματα iterum p. 617. D. τὰ κοινὰ ὑπομνήματα. p. 618. D. conf. Lipſium Exc. A. ad lib. V. Annal. Taciti. In hæc referri dignum viſum Liviæ, ampliſſimum ordinem, populumque frequentem in ædes ſuas ad ſalutationis officium, quale principi debebant, præſtandum, concurriſſe. Idem Agrippina in Exc. Peireſc.

§ 115. (l. 13.) καὶ τὸ ἐκείνης ὄνομα] Ita ut Tiberii nomini nomen Juliæ Auguſtæ apponeretur, ita enim jam Livia appellabatur, in Julii familiam adoptata p. 600. A. *Similiter* infra de Tiberio ac Sejano p. 623. καὶ ταῖς γραφαῖς συνεγράφων.

§ 116. (l. 20.) αὐτοκράτορα πεποιηκυῖα] De Liviæ ſub Auguſto potentia, vide infra p. 621. ſq. Tacitus IV. 57. *Dubitaverat Auguſtus, Germanicum ſororis nepotem & cunctis laudatum, rei Romanæ imponere: ſed precibus uxoris evictus, Tiberio Germanicum, ſibi Tiberium adſcivit: idque Auguſta exprobrabat, repoſcebat.* Tiberius inde, *indulgere matri civile ratus*. id. II. 34. vide Dionem p. 589. E.

§ 117. (l. 21.) ἀλλὰ καὶ πρεσβεύειν αὐτοῦ] Non modo *partes*

E καὶ [114] ἐς τὰ δημόσια ὑπομνήματα ἐσγράφεσθαι. αἵ τε ἐπιστολαὶ αἱ τοῦ Τιβερίου [115] καὶ τὸ ἐκείνης ὄνομα χρόνον τινὰ εἶχεν καὶ ἐγράφετο ἀμφοῖν ὁμοίως. [y] πλήν τε ὅτι οὔτε ἐς τὸ συνέδριον, οὔτε ἐς τὰ στρατόπεδα, οὔτε ἐς τὰς ἐκκλησίας ἐτόλμησέ ποτε ἐσελθεῖν, [z] τά γε ἄλλα πάντα ὡς καὶ αὐταρχοῦσα διοικεῖν ἐπεχείρει. ἐπί τε γὰρ τοῦ Αὐγούστου μέγιστον ἠδυνήθη, καὶ τὸν Τιβέριον αὐτὴ [116] αὐτοκράτορα πεποιηκέναι ἔλεγε· καὶ διὰ τοῦτο οὐχ ὅσον ἐξ ἴσου οἱ ἄρχειν, [117] ἀλλὰ καὶ πρεσβεύειν αὐτοῦ ἤθελεν· ὅθεν ἄλλα τε [118] ἔξω τοῦ νενομισμένου ἐσεφέρετο, καὶ [119] πολλοὶ μὲν μη-
610 τέρα αὐτὴν τῆς πατρίδος, πολλοὶ δὲ καὶ γονέα προσαγορεύεσθαι γνώμην ἔδωκαν. ἄλλοι καὶ τὸν [120] Τιβέριον ἀπ' αὐτῆς ἐπικαλεῖσθαι ἐσηγήσαντο, ὅπως [121] ὥσπερ [a] οἱ Ἕλληνες πατρόθεν, οὕτω καὶ ἐκεῖνος μητρόθεν ὀνομάζηται. ἀγανακτῶν οὖν ἐπὶ τούτοις, οὔτε τὰ ψηφιζόμενα αὐτῇ, [122] πλὴν ἐλαχίστων, ἐπεκύρου, οὔτ' ἄλλο τι ὑπέρογκον ποιεῖν ἐπέτρεπεν. [123] εἰκόνα γοῦν ποτε αὐτῆς [124] οἴκοι τῷ Αὐγούστῳ ὁσιωσάσης, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὴν βουλὴν καὶ τοὺς ἱππέας μετὰ τῶν γυναικῶν ἑστιᾶσαι ἐθελησάσης, οὔτ' ἄλλως συνεχώρησέν οἱ τοῦτο
B πρᾶξαι, πρὶν τὴν γερουσίαν ψηφίσασθαι, [b] οὔτε τοὺς τότε ἄνδρας δειπνίσαι· ἀλλ' αὐτὸς μὲν τούτους, ἐκείνη δὲ τὰς γυναῖκας εἱστίασε. καὶ τέλος [125] τῶν μὲν δημοσίων παντάπασιν αὐτὴν [c] ἀπήλλαξε, τὰ δ' οἴκοι διοικεῖν οἱ ἐφεὶς, εἶθ' ὡς καὶ ἐν τούτοις ἐπαχθὴς ἦν, ἀποδημίας τε ἐστέλλετο, καὶ πάντα τρόπον αὐτὴν ἐξίστατο· ὥστε καὶ [126] ἐς τὴν Καπρίαν δι' ἐκείνην οὐχ ἥκιστα μεταστῆναι. ταῦτα μὲν περὶ τῆς Λιουίας παραδέδοται.

Ὁ δὲ δὴ Τιβέριος, αὐτὸς μὲν τραχύτερον τοὺς αἰτιαζομένους τι μετεχειρίζετο,
C τῷ δὲ δὴ Δρούσῳ τῷ υἱεῖ, καὶ ἀσελγεστάτῳ [127] καὶ ὠμοτά-

que ipſum in publicos commentarios referri curaret. Quin etiam epiſtolis Tiberii, nomen matris aliquamdiu adſcriptum fuit, literæque ad Tiberium datæ, Liviæ etiam inſcribebantur: ac, niſi quod in ſenatum, ad exercitum, inque conciones, unquam venire non fuit auſa; cætera omnia quaſi ipſa imperium teneret, agere conabatur. Etenim Auguſto incolumi plurimum potuerat, ipſaque ſe Tiberio imperium dediſſe ferebat: ideoque non æquata modo poteſtate cum eo regere, ſed & præferri eidem auctoritate volebat. Hinc multa extra conſuetudinem populi Rom. introducta, inventique haud pauci, qui Matrem eam Patriæ, ac Genitricem appellandam cenſerent: actum ab aliis, ut Tiberio ab ipſa nomen daretur, nimirum ut a matre vocaretur, ſicut a patre Græci. Quæ indigne ferens Tiberius, neque decretos illi honores, minimis exceptis, probavit, neque inſolens quicquam agere permiſit. Statuam quandam Auguſto Livia ſuis ſumtibus dedicare, ac propterea ſenatum & equites cum eorum uxoribus convivio accipere ſtatuerat. Tiberius neque dedicationem ei, niſi ſenatusconſulto conceſſam, neque epulum viris dandum, permiſit; & viris ipſe epulum, illa tantum mulieribus præbuit. Poſtremo ab omnibus actionibus publicis eam removit, & curationem rei ſuæ familiaris ei mandavit: in qua ipſa quum moleſta ipſi eſſet, peregrinationes inſtituit, omnique modo ſe illi ſubtraxit: neque minima Capreas ſecedendi cauſa mater ipſi fuit. Hæc de Livia traduntur.

13. Cæterum Tiberius, & ſeverum ſe cæteris, quibus aliquod crimen objiceretur, præbuit, & Druſum quoque filium ſuum, hominem impuriſſi-

A.U.C.767
Sex. Apuleio & Sex. Pompejo COSS.

y πλήν τε. πλήν γε, T. z τά γε. ſic HS. L. τά τε, RS. & Xiph. ſed alio nexu. a οἱ Ἕλληνες. ſic & Xiph. οἱ ἄλλοι, T. ſed vide F. b οὔτε τοὺς τότε ἄνδρας. vocum hic trajectio eſt. legendum: οὔτε τότε τοὺς ἄνδρας, L. pro δειπνίσαι, male δειπνῆσαι, RS. c ἀπήλλαξε. ita & Xiph. ἀπέλυσε, Sylb. ſed illud honeſtius.

tes ſibi æquas potentiæ vindicare auſa eſt, ut notat Suetonius c. 50. ſed etiam matris auctoritate, & imperii auctoris præcipere, filioque ſe præferre. Sic effigiem divo Auguſto haud procul theatro Marcelli dicans, *Tiberii nomen ſuo poſtſcripſerat, idque ille credebatur, ut inferius majeſtate principis, gravi & diſſimulata offenſione abdidiſſe.* Tacitus III. 64.

§ 118. (l. 22.) ἔξω τοῦ νενομισμένου] Talia ſunt, ut delubrum Tiberio matrique ejus in Aſia dicaretur, teſte eodem Tacito IV. 15. & 37. ut equites Romani votum pro valetudine Auguſtæ ſuſciperent, Equeſtri Fortunæ perſolvendum: id. III. 71. ut quoties theatrum introiiſſet Livia, ſedes inter Veſtalium conſideret. IV. 16.

§ 119. (l. 23.) πολλοὶ μὲν μητέρα, πολλοὶ δὲ καὶ γονέα] Idem Tacitus lib. I. c. 14. *Multa patrum & in Auguſtam adulatio: alii Parentem, alii Matrem Patriæ appellandam cenſebant.* μητέρα τῆς πατρίδος dictam ab aliquibus, quod multos in educandis, multos in elocandis filiabus adjuviſſet, dicet Dio p. 621. D. Quanquam Suetonio c. 50, teſte, Tiberius, *non Parentem Patriæ appellari, non ullum inſignem honorem recipere publice paſſus eſt.* In nummo Auguſti apud Triſtanum T. I. p. 123. *Julia Auguſta Genitrix Orbis.*

§ 120. (l. 26.) Τιβέριον ἀπ' αὐτῆς] Idem Suetonius: *Tulit etiam periniquæ, actum a ſenatu, ut titulis ſuis, quaſi Auguſti, ita & Liviæ filius adjiceretur.* Tacitus: *Plerique, ut nomini Cæſaris adſcriberetur, Juliæ filius, cenſebant.* Viciſſim Liviæ titulis adjectum, quod Tiberii mater eſſet, in veteri lapide apud Gruterum p. CCXXXIV. 2. *Juliæ Aug. Divi. F. Matri Ti. Cæſaris Aug. Principis & Conſervatoris, & Druſi Germanici, M. Cornelius Proculus Pontifex Cæſarum.*

§ 121. (l. 27.) ὥσπερ οἱ Ἕλληνες πατρόθεν] Commune hoc quodammodo habebant Græci cum Romanis, ut filii a patribus nominarentur, nec modo naturalibus, ſed etiam adoptivis, ut *Tiberius Cæſar, Divi Aug. F. Divi Julii N. Auguſtus,* apud Gruterum CCXXXV. 8. Apud Dionem tamen nihil eſſe mutandum, neque ut viro docto placet, pro Ἕλληνες legendum ἄλλοι, ſatis oſtendunt hæc Pauſaniæ in Achaicis c. 7. ἐπεὶ καλοῦνταί γε ἀπὸ πατρόθεν οἱ Ῥωμαῖοι κατὰ ταυτὰ Ἕλλησιν, ἀλλὰ καὶ τρία, ὁπότε ἢ ὀλίγιστα, καὶ ἐπὶ πλέονα ὀνόματα ἑκάστῳ τίθενται.

§ 122. (l. 29.) πλὴν ἐλαχίστων] Apud Tacitum lib. I. c. 14. Tiberius *moderandos fœminarum honores dictitans, anxiusque invidia, & muliebre faſtigium in deminutionem ſui accipiens, ne lictorem quidem ei decerni paſſus eſt, aramque adoptionis & alia hujuſcemodi prohibuit.* Sueton. c. 50. *non ullum inſignem honorem recipere publice paſſus eſt.*

§ 123. (l. 31.) εἰκόνα ποτε] Hæc eſt effigies Auguſti a Livia dicata, de qua Tacitus III. 64.

§ 124. (l. 31.) οἴκοι, ὁσιωσάσης] Suſpectum eſt οἴκοι. Nam effigies publice, *haud procul theatro Marcelli dicata,* teſte Tacito. Neque, ob ſtatuam domi dedicatam, publicum ſenatui & equitibus epulum præbendum videbatur. Puto igitur οἴκοθεν, vel οἰκείᾳ δαπάνῃ Dionem ſcripſiſſe. REIM.

§ 125. (l. 38.) τῶν δημοσίων παντάπασιν ἀπήλλαξε] Sueton. c. 50. *Sed & frequenter admonuit, majoribus nec fœminæ convenientibus negotiis abſtineret.*

§ 126. (l. 41.) ἐς τὴν Καπρίαν δι' ἐκείνην] Eandem cauſam obtendit Tacitus IV. 57. *Traditur etiam, matris impotentia extruſum, quam dominationis ſociam aſpernabatur, nec depellere poterat, cum dominationem ipſam donum ejus accepiſſet.* De ſeceſſu Tiberii in inſulam Campaniæ Capream, dicetur infra p. 620. E. 623. E.

§ 127. (l. 46.) καὶ ὠμοτάτῳ] *Tacitus* lib. I. c. 29. *promtum ad aſperiora ingenium Druſo erat.* & c. 76. *Edendis gladiatoribus, quos Germanici fratris ac ſuo nomine obtulerat, Druſus præſedit, quanquam vili ſanguine nimis gaudens: quod vulgus formidoloſum & pater arguiſſe dicebatur.* infra p. 612. A.

A.U.C. 767 Sex. Apulejo & Sex. Pompejo COSS.

puriſſimum, & extremæ ſævitiæ, ſic ut gladiis quoque acutiſſimis ab eo nomen Druſianorum inderetur, non tantum odio habuit, ſed & privatim publiceque ſæpenumero objurgavit. Etiam aliquando multis præſentibus ei dixit, non illum ſe vivo quicquam per vim aut libidinem perpetraturum: ſin conatus fuiſſet, effecturum ſe, ut ne ſe defuncto quidem. Nimirum aliquamdiu moderatiſſime Tiberius vixit, ac ne reliquos quidem libidinibus obſequi paſſus eſt, multis ob id ſupplicio coercitis: licet aliquando, quum ſenatores pœnam perdite viventibus irrogandam lege lata cenſerent, nec ipſe ſtatuerit quidquam, & ſubjecerit, præſtare eos quodammodo privatim ad frugalitatem reduci, quam pœna publica multari. Nunc enim dedecoris metu quoſdam ad tempus operam daturos, ut modeſte ſe gerendo vitia ſua tegerent: ubi vero ſemel legem natura viciſſet, nemini id curæ amplius futurum. Geſtabant eo tempore permulti etiam viri veſtem purpuream, quanquam vetitum eſſet jam pridem: id neque reprehendit in quoquam Tiberius, neque multavit: tantum ludis, quum plueret, pulla ipſe pænula indutus effecit, ne quis etiam alius veſtem ſibi non conceſſam uſurparet. Hæc ita ab eo acta ſunt, quamdiu in vivis manſit Germanicus: eo autem defuncto plurimum immutatus eſt, ſive quod eum animum ab initio gerens, qualem poſtea oſtendit, ita ſe compoſuerit, dum Germanicus vita frueretur, quem principatui imminentem ante oculos habebat: ſive quod adverſario ſublato, ab egregia natura in vitia curſum deflexerit.

ὠμοτάτῳ (ὥστε καὶ τὰ [128] ὀξύτατα τῶν ξιφῶν Δρουσιανὰ ἀπ᾽ αὐτοῦ κληθῆναι) ὄντι, καὶ ἤχθετο, καὶ ἐπετίμα καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ πολλάκις. καί ποτε αὐτῷ καὶ ἄντικρυς πολλῶν παρόντων εἶπεν ὅτι, « Ζῶντος μὲν μοῦ, οὐδὲν οὔτε βίαιον οὔθ᾽ ὑβριστικὸν πράξεις· ἂν δέ τι καὶ τολμήσῃς, οὐδὲ τελευτήσαντος. » χρόνον γάρ τινα σωφρονέστατα διεγένετο, καὶ οὐδὲ τῶν ἄλλων οὐδενὶ ἀσελγαίνειν [d] ἠφίει, ἀλλὰ καὶ συχνοὺς ἐπὶ τούτῳ ἐκόλαζε· καίτοι τῶν βουλευτῶν ποτε ἐπιτίμιόν τι κατὰ τῶν D ἀσώτως ζώντων νομοθετηθῆναι ἐθελησάντων, μήτε τι τάξας, καὶ προσεπειπὼν, ὅτι ἄμεινόν ἐστιν ἰδίᾳ τρόπον τινὰ αὐτοὺς σωφρονίζειν, ἢ κοινὴν σφίσι τιμωρίαν ἐπιθεῖναι. νῦν μὲν γὰρ ἂν τῷ φόβῳ τῆς αἰσχύνης καὶ μετριάσαι τινὰ αὐτῶν, ὥστε καὶ λαθεῖν ἐπιχειρῆσαι· ἂν δ᾽ ἅπαξ ὁ νόμος ὑπὸ τῆς φύσεως ἐκνικηθῇ, μηδένα αὐτοῦ προτιμήσειν. καὶ ἐπειδή γε [e] πολλῇ ἐσθῆτι ἁλουργεῖ καὶ ἄνδρες συχνοὶ ([129] καίπερ ἀπαγορευθὲν πρότερον) ἐχρῶντο, διεμέμψατο μὲν οὐδένα, οὐδὲ ἐζημίωσεν· ὑε- E τοῦ δὲ ἐν πανηγύρει τινὶ γενομένου, [130] φαιὰν [f] μανδύην ἐπενέδυ. κἀκ τούτου οὐκέτ᾽ οὐδεὶς αὐτῶν ἀλλοῖον ἔσθημα λαβεῖν ἐτόλμησε. ταῦθ᾽ οὕτω πάντα, μέχρι γε καὶ ὁ Γερμανικὸς ἔζη, ἐποίει· μετὰ γὰρ τοῦτο συχνὰ αὐτῶν [g] μετέβαλλεν, εἴτ᾽ οὖν φρονῶν μὲν οὕτως ἀπὸ πρώτης, ὡς ὕστερον διέδειξε, πλασάμενος δὲ ἐς ὅσον ἐκεῖνος ἐβίω, ἐπειδήπερ ἐφεδρεύοντα αὐτὸν τῇ ἡγεμονείᾳ ἑώρα· εἴτε καὶ 611 πεφυκὼς μὲν εὖ, ἐξοκείλας δ᾽ ὅτε τοῦ ἀνταγωνιστοῦ ἐστερήθη.

A.U.C. 768 Druſo Cæſ. & C. Norbano COSS.

14. Ego vero nunc, quæ uno quoque tempore memoratu digna evenerint, exponam. Druſo Tiberii F. & C. Norbano conſulibus, quod legatum populo erat ab Auguſto, perſolvit, ob hujusmodi factum. Nempe quum funus quoddam

Λέξω δὲ καὶ κατὰ τοὺς καιροὺς ὡς ἕκαστα ἐγένετο, ὅσα γε καὶ μνήμης ἄξιά ἐστιν. ἐπὶ μὲν τοῦ [131] Δρούσου τοῦ υἱέος αὐτοῦ Γαΐου τε Νωρβανοῦ ὑπάτων, [h] τῷ δήμῳ [132] τὰ καταλειφθέντα ὑπὸ τοῦ Αὐγούστου ἀπέδωκεν, ἐπειδὴ [133] προσελθών τις πρὸς

d ἐφίει, HS. L. ἠφίει, RS. & Xiph. *e* πολλῇ. πολλοὶ, Xiph. ſed hic ſequitur συχνοὶ, quod Xiph. omittit. *f* μανδύην. ita ex Xiph. monitu Xyl. HS. & L. ſed μανδύαν, RS. *g* μετέβαλλεν. μετέβαλεν, Xiph. quanquam & ibi cum Dione conſentit Br. *h* τῷ δήμῳ τὰ καταλειφθέντα. paulo plenius Xiph. τὰ δὲ καταλειφθέντα τῷ δήμῳ ὑπὸ τοῦ Αὐγούστου μὴ εὐθὺς ἀποδοὺς, ἀπέδωκεν ὕστερον ἐκ τοιᾶσδέ τινος ἀφορμῆς, ἐπειδὴ προσελθὼν &c. vide & Z. p. 547. D.

§ 128. (l. 47.) ὀξύτατα τῶν ξιφῶν Δρουσιανὰ] Vide Lipſii excurſ. G. ad Tacit. III. Annal.

§ 129. (l. 67.) καίπερ ἀπαγορευθὲν πρότερον] Purpuræ uſum, niſi magiſtratibus, interdixerat Julius Cæſar, teſte Suetonio, c. 43. & Auguſtus ſupra p. 401. D.

§ 130. (l. 69.) φαιὰν μανδύην] Procopius Gazæus in 1 Sam. 17. μανδύη, εἶδος ἐφεστρίδος, οἶμαι δὲ Ἀρκαδικὴν εἶναι, ἢ τὸ παρὰ τῶν πολλῶν μαντίον λεγόμενον. Pollux: ἡ μανδύη ὅμοιόν τι τῇ καλουμένῃ φαινόλῃ. Idem confirmant Artemidorus II. 3. aliique laudati ab Hadriano Relando parte II. Diſſ. Miſcell. p. 192. & Salmaſio ad Trebellium Pollionem f. 343. Fuſco autem & φαιῷ pænularum colore delectatos Romanos, obſervat Bartholus Bartholinus Diſſ. de pænula c. 5. T. 6. Theſauri Græviani p. 1173.

§ 131. (l. 82.) Δρούσου τοῦ υἱέος αὐτοῦ] Huic Druſo ante triennium permiſſa facultas, illo elapſo Conſulatum petendi. vide p. 588. C. Druſi hujus Conſulis etiam mentio in nobili inſcriptione Græca, quam poſt Sponium emendatius edidit illuſtravitque Cel. Montfauconus Palæographiæ Græcæ p. 146. ſq. Res Druſo Cæſare & C. Norbano Coſſ. geſtas deſcribit Tacitus lib. I. Annal. c. 55. uſque ad extremum libri.

§ 132. (l. 83.) τὰ καταλειφθέντα ὑπὸ τοῦ Αὐγούστου] Quadringenties ſeſtertium. ſupra p. 590. E.

§ 133. (l. 84.) προσελθών τις] Sueton. c. 57. *Scurram, qui prætereunte funere, elato mortuo mandarat, ut nunciaret Auguſto, nondum reddi legata quæ plebi reliquiſſet; attractum ad ſe, recipere debitum, ducique ad ſupplicium imperavit, & patri ſuo verum referre.* Poſt verba ἐντείλασθαι ἔφη τῷ Αὐγούστῳ, deſideratur λέγειν vel ſimile aliquid.

§ 134. (l. 91.) κατὰ πέντε καὶ ἑξήκοντα δραχμὰς] Xylander non dubitat pro ἑξήκοντα legere ἑβδομήκοντα. Reſpondent autem LXXV. drachmæ trecentis ſeſtertiis, quos populo diſtribuendos viritim legaverat etiam Julius Cæſar, teſte Plutarcho in Bruto p. 993. & Sueton. c. 83. Xylandrum porro potiſſimum permovit, quod ſupra p. 591. A. diſerte Auguſtus quoque traditur legaſſe LXXV. drachmas τῷ λοιπῷ τῷ πολιτικῷ πλήθει. Sed illo in loco τὸ πολιτικὸν πλῆθος neutiquam denotat plebem, τὸν δῆμον, qui ab illo πλήθει diſerte p. 590. E. diſtinguitur, ſed legionarios milites, ut ad illum locum notare me memini. Quoniam igitur ἑξήκοντα habent etiam Xiphilini codices, nolui illud mutare.

§ 135. (l. 94.) ἐν τοῖς ἀγῶσιν] Vide ſupra § 127. Tacitus lib. I. c. 76. *Cur abſtinuerit ſpectaculo Tiberius ipſe, varie trahebant: alii tædio cœtus, quidam triſtitia ingenii, & metu comparationis, quia Auguſtus comiter interfuiſſet.* Equitibus permiſſum etiam ab Auguſto ludis gladiatoriis dimicare, ut dictum p. 586. E.

§ 136. (l. 99.) τῶν Αὐγούστου γενεθλίων] [illegible] Sept. vide ad p. 545. A.

§ 137. (l. 2.) ἡ Κρήτη] Hactenus [illegible] incias erat, quas ſenatui populoque Auguſt[illegible] gendas a Proconſule p. 502. D. Poſtremus Cretæ [illegible] ſub Tiberio Cælius Cordus memoratur Tacito III. 38. [illegible] eo tempore Quæſtorum Cretæ mentio, non ſemper tamen; ſed Proconſulum iterum ſub Hadriano; atque rurſus Quæſtorum, denique Conſularium. vide Joannis Meurſii Cretam. III. 6. p. 153. ſq.

πρὸς νεκρὸν διὰ τῆς ἀγορᾶς ἐκφερόμενον, καὶ πρὸς τὸ οὖς αὐτοῦ προσκύψας ἐψιθύρισέ τι· καὶ ἐρομένων τῶν ἰδόντων ὅ, τι εἰρήκει, ἐντετάλθαι ἔφη [i] τῷ
B Αὐγούστῳ, ὅτι οὐδέπω οὐδὲν ἐκομίσαντο. ἐκεῖνον μὲν γὰρ αὐτίκα ἀπέκτεινεν, ἵνα [k] αὐτάγγελος αὐτῷ (ὥς που καὶ ἐπισκώπτων εἶπε) γένηται· τοὺς δ' ἄλλους οὐκ ἐς μακρὰν ἀπήλλαξε, [134] καττὰ πέντε καὶ [l] ἑξήκοντα δραχμὰς διανείμας. καὶ τοῦτο μὲν τῷ προτέρῳ ἔτει γενέσθαι τινὲς λέγουσι. τότε δὲ ἱππέων τινῶν [135] ἐν τοῖς ἀγῶσιν, οὓς ὁ Δροῦσος ὑπέρ τε ἑαυτοῦ καὶ ὑπὲρ τοῦ Γερμανικοῦ δὴ διέθηκε, μονομαχῆσαι ἐθελησάντων, τὸν μὲν ἀγῶνα αὐτῶν οὐκ εἶδε, [m] σφαγέντος δὲ τοῦ ἑτέρου, τὸν ἕτερον οὐκέτ' εἴασεν ὁπλομαχῆσαι. ἐγένοντο δὲ
C καὶ ἄλλαι ἐν τῇ [136] τῶν Αὐγούστου γενεθλίων ἱπποδρομίᾳ μάχαι, καὶ τινα καὶ θηρία ἐσφάγη. καὶ τοῦτο μὲν καὶ ἐπὶ πολλὰ ἔτη οὕτως ἐποιήθη· τότε δὲ [137] ἡ Κρήτη, τοῦ ἄρχοντος αὐτῆς ἀποθανόντος, τῷ τε ταμιείᾳ [138] καὶ τῷ παρέδρῳ αὐτοῦ τὸν λοιπὸν χρόνον προσετάχθη. ἐπειδή τε συχνοὶ τῶν τὰ ἔθνη κληρουμένων ἐπὶ πολὺ ἔν τε τῇ Ῥώμῃ καὶ ἐν τῇ λοιπῇ Ἰταλίᾳ ἐνδιέτριβον, ὥστε τοὺς προάρξαντας αὐτῶν παρὰ τὸ καθεστηκὸς χρονίζειν, ἐκέλευσε σφίσιν ἐντὸς τῆς τοῦ [n] Ἰουνίου νουμηνίας ἀφορμᾶσθαι. [139] κἂν τούτῳ τοῦ ἐκγόνου αὐτοῦ,
D ὃν ἐκ τοῦ Δρούσου εἶχε, τελευτήσαντος, οὐδὲν ὅ, τι τῶν συνήθων οὐκ ἔπραξε· [140] μήτ' ἄλλως ἀξιῶν τὸν ἄρχοντά τινων πρὸς τὰς ἰδίας συμφορὰς τῆς τῶν κοινῶν ἐπιμελείας ἐξίστασθαι, καὶ [141] τοὺς λοιποὺς [o] καθίζων, μὴ διὰ τοὺς οἰχομένους καὶ τὰ τῶν ζώντων προΐεσθαι. τοῦ τε ποταμοῦ [142] τοῦ Τιβέριδος πολλὰ τῆς πόλεως κατασχόντος, ὥστε πλευσθῆναι, οἱ μὲν ἄλλοι ἐν τέρατος λόγῳ καὶ τοῦτο, ὥσπερ που τό, τε μέγεθος τῶν σεισμῶν, (ὑφ' ὧν καὶ μέρος τι τοῦ τείχους ἔπεσε) καὶ τὸ πλῆθος τῶν κεραυνῶν, (ὑφ' ὧν καὶ [143] οἶνος ἐξ ἀγ-
E γείων ἀθραύστων ἐξετάκη) ἐλάμβανον· ἐκεῖνος δὲ δὴ νομίσας ἐκ πολυπληθίας ναμάτων αὐτὸ γεγονέναι, πέντε

quoddam per forum efferretur, acceſſerat quidam, & mortuo in aurem quiddam inſuſurraverat; qui interrogatus ab his, qui viderant, quidnam dixiſſet; indicare eum Auguſto juſſiſſe reſpondit, nihil dum ejus nomine quemquam accepiſſe. Hunc, quo ipſe eum nuntium perferret, (id enim illudens dicebat) ſtatim interfecit Tiberius; cæteris mox ſatisfecit, viritim diviſis ſexagenis quinis denariis. Quidam hoc priore anno actum affirmant. Anno autem indicato, quum duo quidam equites in gladiatorio ſpectaculo, quod Druſus ſuo & Germanici nomine dabat, congredi vellent, ipſe pugnam non inſpexit: atque altero cæſo, alterum dimicare amplius vetuit. Aliæ item pugnæ ludis equeſtribus in honorem natalis Auguſti editæ, ac nonnullæ feræ occiſæ ſunt: idemque per multos etiam annos ita factum. Tunc vero Cretæ præfecto vita functo, quæſtori & aſſeſſori ejus inſula in reliquum tempus mandata. Quum multi, quibus ſorte provinciæ obtigiſſent, diutius Romæ, & in Italia commorarentur, ita ut eorum anteceſſores ultra quam conveniebat, in provincia manerent; ante kalendas Junias illos diſcedere in provincias juſſit. Hinc nepote ejus, quem ex Druſo habebat, mortuo, nihil non eorum, quæ curare ſolitus erat, egit: quod nec alioqui principem decere duceret, ut propter adverſos caſus privatos, publicorum negotiorum curam negligeret; ac reliquos condocefacere vellet, ne propter extinctos, etiam de vivorum rebus ſollicitudinem abjicerent. Quum Tiberis multas urbis partes corripuiſſet, adeo ut in urbe navigaretur; hoc quoque in prodigium ab aliis tractum eſt, ut cætera, quæ tum acciderunt: magni terræ motus, quibus pars quoque muri corruit: multa fulmina, quibus vinum etiam vaſis illæſis abſumptum eſt: ipſe

A U.C.768 Druſo Cæſ. & C. Norbano COSS.

i τῷ Αὐγούστῳ. adde λέγων, T. & F. & ſane εἰπὼν addit Z. forte tamen poſt verbum ἐντέλλεσθαι *mandandi*, carere poſſumus illo *dicendi*; ſicut apud Latinos ſæpiſſime omittitur. *k* αὐτάγγελος αὐτῷ (cum interjectis) γένηται. plenius apud Xiph. αὐτάγγελος ἐκεῖ αὐτῷ γένηται, *cum nuntium illuc perferret*, L. meæ editiones Xiph. ſic habent: αὐτάγγελος ἐκεῖ τῶν αὐτῶν ἄν, καὶ ἐπισκώπτων εἶπε, καὶ γένηται. quæ poſtrema corrupta ſunt: nec ſuccurrunt Coisl. & Br. omittentens αὐτῶν ἄν, & καὶ ante γένηται. vide tamen Sylb. priora autem ſic ſonant: *ut ipſe eundem nuntium illuc perferret*. ſed ſenſus Dionis ſatis perſpicuus eſt, & verba ejus retinuit Z. *l* ἑξήκοντα. ſcribendum ἑξδομήκοντα ex libro præcedenti, X. probante Od. vide autem quæ in contrarium F. ἑξήκοντα etiam Xiph. *m* σφαγέντος. σφαλέντος, V. b. minus bene. *n* Ἰουνίου. malim Ἰανουαρίου, F. *o* καθίζων. hoc participium hic locum non habet, X. reſtituendum ἐθίζων, quod *condocefaciendi* ſignificationem habet, L. καὶ ἐθίζων, Od. vel κατεθίζων, ut ex Cantero F.

§ 138. (l. 3.) καὶ τῷ παρέδρῳ αὐτοῦ] Confer quæ de legatis hiſce præſidum in Provinciis ſive παρεδρεύουσι, ſupra p. 505. D.

§ 139. (l. 9.) κἂν τούτῳ] Sæpe hoc oportet lectorem Dionis obſervare, junctim ab illo narrari, quæ minime eodem tempore nec eodem anno geſta ſunt. Certe anno imperii Tiberii ſecundo, cujus res præſenti loco noſter perſequitur, nepos ille Tiberii ne natus quidem erat, defunctus autem demum quadrimus. Ita enim Tacitus ad annum Tiberii ſextum lib. II. c. 84. *Soror Germanici Livia nupta Druſo, duos virilis ſexus ſimul enixa eſt.* De horum altero, Tiberio gemello, dicetur infra p. 640. B. Alterius, cujus nomen ignoratur, mortem, de qua Dio hoc loco, idem Tacitus ad annum decimum Tiberii refert his verbis lib. IV. c. 15. *Idem annus alio quoque luctu Cæſarem afficit, alterum ex geminis Druſi liberis exſtinguendo.* Vellej. lib. II. c. 130. *Quid? ut juvenes amitteret filios? quid ut nepotem ex Druſo ſuo?*

§ 140. (l. 11.) μήτ' ἄλλως] Similiter Druſo filio extincto p. 618. B. tantum non ſtatim a funere ad negotiorum conſuetudinem rediit, ut notat etiam Sueton. c. 52. Et poſt necem Germanici, exacto juſtitio, reditum ad munia. Tacit. III. 7. Similiter poſt mortem Liviæ matris, infra p. 621. D. De Claudio in die deſponſationis filiæ nihil a negotiorum publicorum actu remittente p. 668. B.

§ 141. (l. 13.) καὶ τοὺς λοιποὺς κατεθίζων] Ita ſcribendum eſſe pro καθίζων, recte monuit Guilelmus Canterus lib. III. novarum lectionum c. 21.

§ 142. (l. 15.) τοῦ Τιβέριδος] Tacitus lib. I. c. 76. *Eodem anno continuis imbribus auctus Tiberis plana urbis ſtagnaverat: relabentem ſecuta eſt ædificiorum & hominum ſtrages. Igitur cenſuit Aſinius Gallus, ut libri Sibyllini adirentur. Renuit Tiberius, perinde divina humanaque obtegens.*

§ 143. (l. 20.) οἶνος ἐξ ἀγγείων ἀθραύστων] De mira hac fulminis vi & efficacia Lucretius VII. 230. Plinius II. 51. Hiſt. *Fulminum ipſorum plura genera traduntur. Quæ ſicca veniunt, non adurunt ſed diſſipant: Quæ humida, non urunt ſed infuſcant. Tertium eſt quod clarum vocant, mirificæ maxime naturæ, quo dolia exhauriuntur intactis operimentis, nulloque alio veſtigio relicto.* Inſolentius etiam eſt, quod inter mira fulminis refert Seneca II. Nat. Quæſt. c. 31. *ſtat fracto dolio vinum, nec ultra triduum rigor ille durat.* Alios admirandos fulminis effectus exponunt Phyſici ad III. meteorolog. Ariſtotelis, Petrus Borellus Centuria II. Obſ. 37. & auctor Diſſ. in Muſeo Minervæ Venetæ, Italica lingua edito (la Galleria di Minerva) T. III. p. 346. ſq. &c.

A.U.C.768 Druſo Cæſ. & C. Norbano COSS.

ipſe vero exiſtimans ex abundantia hoc aquarum fieri, mandavit, ut quovis tempore quinque ſenatores, quos ſors ei officio deſtinaſſet, curarent, ne vel æſtate deficeret, vel hieme abundaret Tiberis, ſed quam maxime æqualis ſemper flueret. Hæc tum a Tiberio acta ſunt. At Druſus, quæ conſulatus ei cum collega erant communia munera, privati inſtar obivit: hæresque a quodam dictus, exequias ejus frequentavit. Ira tamen adeo gravi erat, ut verbera etiam illuſtri cuidam equiti inflixerit, indeque ſit Caſtor cognominatus: adeo in temulentiam effuſus, ut quum aliquando noctu quibusdam incendium paſſis opem ferre cum ſtipatoribus cogeretur, eis aquam poſcentibus, calidam infundi juſſerit: in tantum deditus hiſtrionibus, ut eos ad tumultuandum concitarit, nec legibus Tiberii, quas de iis tuliſſet, conquieverit.

A.U.C.769 Stat. Tauro & L.Libone COSS.

15. Statilio Siſenna Tauro, L. Libone conſulibus, Tiberius edixit, ne quis vir ſerica veſte uteretur, neve quis aurea vaſa, niſi ad rem ſacram, adhiberet. Dubitantibus nonnullis, an argenteis etiam, quæ aureis emblematis cælata eſſent, interdixiſſet: facturus hac quoque de re edictum, emblematum vocabulum in eo poni, quia Græcum eſſet, prohibuit: quanquam Latinum, quo id interpretaretur, nullum eſſet. Idem centurionem in ſenatu teſtimonium Græce dicturum non tulit, quamvis eo ipſo in loco multas

[144] πέντε ἀεὶ βουλευτὰς κληρωτοὺς ἐπιμελεῖσθαι τοῦ ποταμοῦ προσέταξεν, ἵνα μήτε τοῦ θέρους ἐλλείπῃ, μήτε τοῦ χειμῶνος πλεονάζῃ, ἀλλ' ἴσος ὅτι μάλιστα ἀεὶ ῥέῃ. Τιβέριος μὲν ταῦτα ἔπραττεν. ὁ δὲ δὴ Δροῦσος τὰ μὲν τῇ ὑπατείᾳ προσήκοντα, ἐξ ἴσου τῷ συνάρχοντι, ὥσπερ τις ἰδιώτης [p] ἐξετέλεσε καὶ κληρονόμος γε ὑπό τινος καταλειφθεὶς, [145] τὸ σῶμα αὐτοῦ συνεξήνεγκε. τῇ μέντοι ὀργῇ [q] οὕτω χαλεπῇ ἐχρῆτο, ὥστε καὶ πληγὰς ἱππεῖ ἐπιφανεῖ δοῦναι, καὶ [146] διὰ τοῦτο [r] καὶ Κάστωρ παρωνύμιον λαβεῖν. [147] τῇ τε μέθῃ κατακορὴς οὕτως ἐγίγνετο, ὥστε ποτὲ νυκτὸς ἐμπρησθεῖσί τισιν ἐπικουρῆσαι μετὰ τῶν δορυφόρων ἀναγκασθεὶς, ὕδωρ αὐτῶν αἰτούντων, [148] θερμὸν σφίσιν ἐγχέαι κελεῦσαι. τοῖς τε ὀρχησταῖς οὕτω προσέκειτο, ὥστε καὶ [149] στασιάζειν αὐτοὺς, καὶ μηδ' [150] ὑπὸ τῶν νόμων, οὓς ὁ Τιβέριος ἐπ' αὐτοῖς ἐσενηνόχει, καθίστασθαι. B τότε μὲν ταῦτα ἐγένετο.

Στατιλίου δὲ Ταύρου μετὰ Λουκίου Λίβωνος ὑπατευσάντος, ὁ Τιβέριος ἀπεῖπε μὲν [151] ἐσθῆτι σηρικῇ [rr] μηδένα ἄνδρα χρῆσθαι, ἀπεῖπε δὲ καὶ χρυσῷ σκεύει μηδένα, πλὴν πρὸς τὰ ἱερὰ, [s] νομίζειν. ἐπεί τε διηπόρησάν τινες, εἰ καὶ τὰ ἀργυρᾶ, τὰ χρυσοῦν τι ἔμβλημα ἔχοντα, ἀπηγορευμένον σφίσιν εἴη κεκτῆσθαι, βουληθεὶς καὶ περὶ τούτου τι δόγμα ποιῆσαι, ἐκώλυσεν ἐς αὐτὸ [152] τὸ ὄνομα τὸ τοῦ ἐμβλήματος, ὡς καὶ Ἑλληνικὸν, ἐμβληθῆναι· καίτοι μὴ ἔχων ὅπως ἐπιχωρίως αὐτὸ ὀνομάσῃ. C ἐκεῖνό τε οὖν οὕτως ἐποίησε, καὶ [153] ἑκατοντάρχου Ἑλληνιστὶ ἐν τῷ συνεδρίῳ μαρτυρῆσαί τι ἐθελήσαντος,

p ἐξετέλεσε. διετέλεσε, Xiph. q οὕτω. præmiſerat ἴσω editio HS. neſcio unde. ſequitur tamen L. licet hæc particula abſit apud Xiph. & RS. r καὶ Κάστωρ. ita edidit RS. HS. & Xiph. deſideratur καὶ in Wecheliana, unde illud ex Exc. Peir. addidiſſe ſibi viſus eſt Valeſius, non conſultis prioribus editionibus. rr μηδένα ἄνδρα χρῆσθαι. omittit ἄνδρα Xiph. ſed dein verſu ſequenti præter rem addit μηδένα ἄνδρα χρῆσθαι. attamen conſentit cum Dione correctior cod. Coisl. & Br. s νομίζειν. κομίζειν, Xiph. ſed & ibi νομίζειν, rectius, Pal. Br.

§ 144. (l. 23.) πέντε ἀεὶ βουλευτὰς] Tacito teſte, lib. I. c. 76. remedium coercendi fluminis tunc Atejo Capitoni & L. Arruntio mandatum fuit. Quod itaque de quinque ſenatoribus curatoribus Tiberis ſorte cooptatis Dio notat, videtur deinceps eſſe conſtitutum.

§ 145. (l. 29) τὸ σῶμα αὐτοῦ συνεξήνεγκε] Exequias usque ad rogum frequentavit, quod a Tiberio ipſo etiam factum memorat Suetonius, c. 32. ubi vide, ſi placet, Caſaubonum.

§ 146. (l. 32.) διὰ τοῦτο καὶ Κάστωρ] Caſtor celebris tunc gladiatoris nomen, ut docet vetus ſcholiaſtes ad Horatii lib. I. Epiſt. 18. ſicut & Caſtor & Pollux, teſte Homero, fuerunt πὺξ ἀγαθοί. De Druſi ὠμοτάτῳ & ἀσελγεστάτῳ ingenio, dictum ſupra p. 610. C.

§ 147. (l. 33.) τῇ τε μέθῃ] Apud Suetonium c. 52. *nam Druſus animi fluxioris remiſſiorisque vitæ erat*, fluxum ad libidinem, remiſſum ad vinoſitatem refer. Nec alia magis re patrem Tiberium regeneraſſe Druſus viſus eſt, teſte Plinio XIV. 21. uti pater, quod ad merum pronior fuit, noto ſcommate *Caldius Biberius Mero*, pro Claudio Tiberio Nerone, fuit dictus. Medicum Druſi compotatorem, qui ne inebriaretur quinque vel ſex amygdalis amaris veſci ſolebat, meminit Plutarchus lib. I. Convival. Quæſt. c. 6.

§ 148. (l. 36.) θερμὸν ἐγχέαι] Perinde ac ſi in convivio aqua ad bibendum poſceretur. Vide Vincentium Butium, de calido, frigido ac temperato antiquorum potu. Rom. 1653. & Tomo duodecimo Theſauri Græviani, atque eruditam Johannis Freinshemii diatribam de calidæ potu, Argentorati 1636. 8vo. editam, recuſamque T. IX. Theſauri Gronoviani: nec non Georgii Chriſtiani Gebaueri librum de eodem argumento Lipſ. 1721. 8vo.

§ 149. (l. 37.) στασιάζειν αὐτοὺς] Videtur reſpici illa theatri diſcordia, de qua Suetonius c. 37. vide & infra p. 617. C.

§ 150. (l. 38.) μηδ' ὑπὸ τῶν νόμων] Tiberius, ſicut Auguſtus quoque, legibus mercedes hiſtrionibus pendendas definiverat. vide p. 600. D.

§ 151. (l. 42.) ἐσθῆτι σηρικῇ] Tacit. lib. II. c. 33. decretum hoc ſenatus refert: *ne vaſa auro ſolida miniſtrandis cibis fierent, ne feſtis ſerica viros fœdaret.* Suidas in Τιβέριος. καὶ παρήγγειλε σηρικῇ ἐσθῆτι μὴ χρῆσθαί τινα. Sericam ex arborum lana, ut byſſinam e lino, a bombycina quæ a bombycibus texitur, diſtingendam docet Lipſius ad illum Taciti locum.

§ 152. (l. 48.) τὸ ὄνομα τοῦ ἐμβλήματος] Suetonius c. 71. *in quodam decreto patrum, cum* emblema *recitaretur, commutandam cenſuit vocem, & pro peregrina noſtratem requirendam: aut ſi non reperiretur, vel pluribus & per ambitum verborum rem ennutiandam.* Non erat quod adeo refugeret emblematis vocem Tiberius, qua plus uno loco uſus Cicero, afferens etiam identidem illud Lucilii:

Quam lepide lexeis compoſtæ, ut teſſerulæ omnes
Arte pavimento atque emblemate vermiculato.

Quod autem pro emblemate, *inſertam* a Publio Syro dictam, & a Tertulliano, voluit Joſephus Scaliger ad Manilii V. 503. non probatur Voſſio in Etymologico, quem vide in voce *emblema*, nec Salmaſio ad Vopiſci Aurelianum c. 46. p. 574. qui *inſertam* ἐπίβλημα eſſe docet, non ἔμβλημα. Argenteorum autem vaſorum cum aureis emblematis meminit etiam JCtus Celſus D. XXXIV. 2. de auro & argento legato, l. 19. *Simili modo quæritur, ſi cui argentum legetur, an emblemata aurea, quæ in eo ſunt, eum ſequantur.* & Ulpianus l. 17. ibid. *Si gemma ex annulo legetur, vel aliæ materia junctæ, vel emblemata: recte legantur, & ſeparantur, & præſtanda ſunt.* Paulus III. 6. ſententiarum § 89. *Vaſis argenteis legatis, emblemata quoque ex auro infixa legato cedunt.*

§ 153. (l. 51.) ἑκατοντάρχου] Suetonius c. 71. *Militem quoque Græce teſtimonium interrogatum, niſi Latine reſpondere vetuit.*

§ 154. (l. 55.) αὐτὸς ἐπερωτῶν] Idem Suetonius: *Sermone Græco quanquam alioqui promtus & facilis, non tamen usquequaque uſus eſt.* Uſus igitur non raro.

§ 155. (l. 57.) Λίβωνα νεανίσκον ἐπιτρ...] E familia Scriboniorum Libo Druſus, qui proavum Pompejum habebat, amitam Scriboniam, nuptam quondam Auguſto, conſobrinos Cæſares, plenam imaginibus domum. vide Tacitum lib. II. c. 27. ubi videbis, eum præterea accenſum fuiſſe, vanis licet, Chaldæorum promiſſis, Magorum ſacris, & ſomniorum interpretationibus. Qui Dioni νεανίσκος, Suetonio c. 25. *vir nobilis L. Scribonius Libo, res novas clam moliebatur.* Tacito *juvenis*

τος, οὐκ ἠνέχετο· καίπερ πολλὰς μὲν δίκας ἐν τῇ διαλέκτῳ ταύτῃ καὶ ἐκεῖ λεγομένας ἀκούων, [t] πολλὰς δὲ καὶ [154] αὐτὸς ἐπερωτῶν. τοῦτό τε οὖν οὐχ ὁμολογούμενον ἔπραξε, καὶ Λούκιον Σκριβώνιον [155] Λίβωνα, νεανίσκον εὐπατρίδην, δόξαντά τι νεωτερίζειν, [156] τέως μὲν ἔῤῥωτο, οὐκ ἔκρινε, [157] νοσήσαντα δὲ ἐπὶ θάνατον, ἔν τε [158] σκιμποδίῳ κατασέγῳ (ὁποίῳ αἱ τῶν βουλευτῶν γυναῖκες χρῶνται) ἐς τὴν γερουσίαν ἐσεκόμισε· καὶ, ἐπειδὴ ἀναβολῆς τινος γενομένης [159] ἑαυτὸν προαπεχρήσατο, καὶ [160] τελευτήσαντα εὔθυνε, τά τε χρήματα αὐτοῦ τοῖς κατηγόροις [u] ἐδεδώκει, [161] καὶ θυσίας ἐπ' αὐτῷ οὐχ ἑαυτοῦ μόνον ἕνεκα, ἀλλὰ καὶ τοῦ Αὐγούστου, τοῦ τε πατρὸς αὐτοῦ τοῦ Ἰουλίου, καθάπερ ποτὲ ἐδέδοκτο, ψηφισθῆναι ἐποίησε. ταῦτα δὲ περὶ τούτων πράξας, Οὐιβίῳ Ῥούφῳ οὔτε ἐνεκάλεσέ τι ἀρχὴν, ὅτι τῷ [162] τοῦ Καίσαρος δίφρῳ (ἐφ' οὗ ἀεί ποτε ἐκαθέζετο, καὶ ἐφ' οὗ καὶ ἐσφάγη) ἐχρῆτο. τοῦτό τε γὰρ ὁ Ῥοῦφος ἐπιτηδεύσας ἔπραττε, καὶ [163] τῇ τοῦ Κικέρωνος γυναικὶ συνῴκει· σεμνυνόμενος ἐφ' ἑκατέρῳ, ὥσπερ ἢ διὰ τὴν γυναῖκα ῥήτωρ, ἢ διὰ τὸν δίφρον Καῖσαρ ἐσόμενος. οὐ μὴν οὔτε αἰτίαν τινὰ ἐπὶ τούτῳ ἔσχε, καὶ προσέτι [164] καὶ ὑπάτευσε. καὶ μέντοι τῷ τε [165] Θρασύλλῳ ἀεὶ συνὼν, καὶ μαντείᾳ τινὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν χρώμενος, αὐτός τε ἀκριβῶν οὕτω τὸ πρᾶγμα, ὥστε ποτὲ ὄναρ δοῦναι τινὶ ἀργύριον κελευσθεὶς, συνεῖναί τε [166] ὅτι δαίμων τις ἐκ γοητείας οἱ ἐπιπέμπεται, καὶ τὸν ἄνθρωπον ἀποκτεῖναι· [x] καὶ πάντας τοὺς ἄλλους, τούς τε ἀστρολόγους, [167] καὶ τοὺς γόητας,

εἰ

D

E

multas cauſas Græca lingua dictas ipſe audiviſſet, multas ipſe interrogaſſet. Itaque non conſentaneum erat id ejus factum. L. Scribonium Libonem, patricium adoleſcentem, novarum rerum inſimulatum, quamdiu is firma fuit valetudine, non vocavit in jus: at morbo lethali correptum, in lectica operta, cujusmodi ſenatorum uxoribus in uſu ſunt, in ſenatum inferri juſſit: quumque is dilato judicio, conſcita ſibi morte, damnationem prævertiſſet, etiam defunctum reum peregit: ejus opes accuſatoribus dedit, ſupplicationes ea re, non ſua modo cauſa, ſed Auguſti etiam & Julii, ut olim ſtatutum fuerat, decerni juſſit. At Vibio Rufo prorſus crimini datum ab eo non eſt, quod Cæſaris ſellam haberet, in qua is ſemper ſederat, atque etiam occiſus fuerat. Id vero conſulto Vibius faciebat, ac Ciceronis uxorem in matrimonio habebat: utroque gloriabundus, quaſi aut orator propter conjugem, aut Cæſar propter ſellam futurus: quod adeo inculpatum tulit, ut conſulatum etiam ſit adeptus. Cæterum etſi cum Thraſyllo Tiberius adſidue verſaretur, & quotidie quadam uteretur divinatione, atque etiam ipſe tam exacte hanc artem teneret, ut aliquando per quietem alicui pecuniam dare juſſus, & immitti ſibi dæmonem quendam arte magica intellexerit, & hominem illum occiderit: tamen omnes alios, tam aſtrologos, quam magos, aut alio quovis modo divinantes, peregrinos

A.U.C.769 Stat. Tauro & L.Libone COSS.

t πολλάς. ſcribendum πολλοὺς vel πολλά. imperitus librarius accommodavit πολλάς ad præcedens δίκας. ſed moris haud eſt, τὰς δίκας ἐπερωτᾷν. non *cauſæ* ſed *rei* interrogantur. L. πολλά etiam Sylb. mihi nihil mutandum videtur. nam πολλὰς μὲν — πολλὰς δὲ, invicem reſpondent, & δίκην εἰπεῖν uſitatum, quidni & δίκην ἐπερωτᾷν, ſcil. τινά, dici poſſit? habet πολλάς etiam Xiph. u ἐδεδώκει. puto legendum ἔδωκε, vel δέδωκε, tempore ceteris verbis, ἐσεκόμισε, εὔθυνε, ἐποίησε, conſimili: neque enim hic plusquamperfecto locus eſt. x καί. deeſt apud RS. additum ab HS. & L. monitu Xyl.

juvenis improvidus & facilis inanibus. Diverſus utique a Conſule hujus anni, cognomine.

§ 156. (l. 58.) τέως μὲν ἔῤῥωτο] Idem Sueton. *Libonem, ne quid in novitate acerbius fieret, ſecundo demum anno in ſenatu coarguit, medio temporis ſpatio tantum cavere contentus.* Tacit. lib. II. c. 28. *cuncta ejus dicta factaque cum prohibere poſſet, ſcire malebat.*

§ 157. (l. 58.) νοσήσαντα δὲ ἐπὶ θάνατον] Tacitus c. 29. cauſam accuſati denique Libonis proximam refert, quod Junius quidam per eum tentatus eſſet, ut in caput Tiberii infernas umbras carminibus eliceret. Inde Libo, cum fruſtra amicorum & propinquorum opem imploraſſet, *die Senatus, metu & ægritudine feſſus, ſive ut tradidere quidam, ſimulato morbo, lectica delatus ad fores curiæ, innixusque fratri, & manus ac ſupplices voces ad Tiberium tendens, immoto ejus vultu excipitur.*

§ 158. (l. 59.) σκιμποδίῳ κατασέγῳ] De lecticæ opertæ uſu multa Juſtus Lipſius lib. I. electorum c. 19. Joh. Schefferus lib. II. de re vehiculari c. 5. & eorum legens veſtigia Joannes Alſtorphius diatribe de lecticis veterum. Mulieribus in primis frequentatam fuiſſe docent viri docti ad hæc Suetonii, Othone c. 6. *tunc abditus propere muliebri ſella, in caſtra contendit.* & Juvenalis Satyra IV. 21. *quæ vehitur clauſo latis ſpecularibus antro.* Satyr. I. v. 124. *oſtendens vacuam & clauſam pro conjuge ſellam.* Quamvis enim δίφρος a σκιμποδίῳ, & ſella a lectica alias diſtinguuntur, ut infra p. 665. C. tamen Juvenali ſellam pro lectica poni, ſatis conſtat, quoniam ibidem præcedit: *Quadrantes lectica petit.* Conceſſum autem fuiſſe etiam viris, ut infirmitate laborantes σκιμποδίῳ κατασέγῳ in curiam ferrentur, notat Dio infra p. 614. C.

§ 159. (l. 62.) ἑαυτὸν προαπεχρήσατο] Tacitus lib. II. c. 30. *Libo ipſis quas in noviſſimam voluptatem adhibuerat, epulis excruciatus, vocare percuſſorem, prenſare ſervorum dextras, inſerere gladium: atque illis, dum trepidant, dum refugiunt, evertentibus adpoſitum menſa lumen, feralibus jam ſibi tenebris duos ictus in viſcera direxit.*

§ 160. (l. 62.) τελευτήσαντα εὔθυνε, τά τε χρήματα] Idem Tacitus confirmat l. c.

§ 161. (l. 64.) καὶ θυσίας] Idem c. 32. *ſupplicationum dies Pomponii Flacci ſententia conſtituti.*

§ 162. (l. 69.) τοῦ Καίσαρος δίφρῳ] Sellam curulem auream intellige, ἀρχικὸν δίφρον ἐπίχρυσον, quo uti Cæſarem ſenatus decreverat. p. 243. A. *Vibium* vero *Rufum* illum, cujus multa apud Senecam Rhetorem referuntur.

§ 163. (l. 72.) τῇ τοῦ Κικέρωνος γυναικί] Terentia hæc videtur fuiſſe, cum qua divortium fecit Cicero, ut Publiliam duceret. Terentiam autem centeſimum ac tertium expleviſſe annum, teſtatur Valerius Max. VIII. 13. 6.

§ 164. (l. 75.) καὶ ὑπάτευσε] In faſtis nullum Vibii Rufi nomen inter Conſules occurrit; neque Rufus conſul Tiberii ætate, niſi anno proximo U. C. 770. at is non Vibius, verum Cœlius aut Cæcilius appellatur. Oportet igitur e ſuffectis fuiſſe, quorum plurium nomina deſiderantur.

§ 165. (l. 76.) Θρασύλλῳ] Thraſyllum hunc, *Tiberii comitem* vocat Suetonius Auguſto c. 98. Hic deinceps per omnem vitam *inter intimos amicorum*, teſte Tacito VI. 21. vide quæ de eo annotavi ad p. 555. E. ſq. non diu ante Tiberium defunctus, infra p. 638. B. Etiam filii Thraſylli, qui Neroni imperium prædixit, mentio apud Tacitum VI. 22.

§ 166. (l. 80.) ὅτι δαίμων τις] Dæmon oniropompus. In Evangelio Nicodemi commentitio c. 2. Judæi ad Pilatum: *Numquid non diximus tibi, quoniam maleficus eſt? ecce ſomnium immiſit ad uxorem tuam.* Æſculapii ὀνειροπομποῦ templum apud Ægeates, memorat Sozomenus lib. II. c. 5. vide & Tertullianum c. 23. Apologetici. Nicetam Choniatem lib. XIII. p. 441. Salmaſium ad Solinum p. 258. ſq. & Cotelerium ad Patres Apoſtolicos T. I. p. 629.

§ 167. (l. 82.) καὶ τοὺς γόητας] *Magos* intelligere docet Tacitus II. 32. *Facta & de Mathematicis Magisque Italia pellendis ſenatus conſulta, quorum e numero L. Pituanius ſaxo dejectus eſt: In P. Marcium, Conſules extra portam Exquilinam, cum claſſicum canere juſſiſſent, more priſco advertere.* De Mathematicis ſive Aſtrologis, teſtis etiam Suetonius Tib. c. 36. *Expulit & Mathematicos: ſed deprecantibus, ac ſe artem deſituros promittentibus, veniam dedit.* De ſimili Auguſti lege dictum ad p. 417. C. 586. D.

A.U.C.769 Stat. Tauro & L. Libone COSS.

grinos necavit: cives, quotquot etiamnum neglecto priori edicto, quo prohibitus fuerat uſus harum artium omnibus, qui in urbe eſſent, tractare hujusmodi res deferrentur, extorres egit: qui vero deſtitiſſent, impunitatem conſequebantur. Quod niſi tribunus plebis interceſſiſſet, etiam contra quam cenſuerat Tiberius, omnes cives impunitatem tuliſſent. Unde præcipue reipublicæ popularis imago videri potuit. Nam ſenatus, ſententiæ Cn. Calpurnii Piſonis adſenſus, Druſum Tiberiumque vicit: at tribuni plebis interceſſio ſenatus auctoritate potior fuit.

16. Quia vero ii, qui hoc anno quæſtores fuere, ad provincias non ſufficiebant; emiſſi ſunt etiam in eas quidam ex prioris anni quæſtoribus. Idem deinde etiam, quoties opus eſſet, factum. Quum publicorum commentariorum quidam omnino periiſſent, quidam vetuſtate jam evanidi fierent, tribus ſenatoribus negotium, eos, qui extarent, deſcribendi, reliquosque conquirendi, mandatum eſt. Incendio correptis quibusdam non Tiberius modo, ſed Livia etiam ſuccurrit. Eodem anno Clemens quidam, ſervus quondam Agrippæ, nec prorſus abſimilis ei, Agrippam ipſum ſe eſſe finxit; & in Galliam profectus, multos ibi, multos etiam deinde in Italia ſibi adjunxit: denique Romam quoque, quaſi ad avitum imperium recuperandum, contendit. Itaque tumultu propterea in urbe coorto, multisque ei accedentibus, callide eum Tiberius per quosdam, qui ſe quoque ejus eſſe factionis ſocios ſimularent, in ſuam poteſtatem redegit. Deinde quum quæſtioni eum ſubjeciſſet, ut conſcios facinoris ederet, neque is quenquam nominaret; interrogavit, quonam modo Agrippa eſſet factus? eodem, inquit ille, quo tu Cæſar.

A.U.C.770 C. Cæcilio & L. Flacco COSS.

17. Sequenti anno C. Cæcilius Rufus, L. Pomponius Flaccus, conſulum nomen geſſerunt. Tiberius ſtrenam, a quibusdam adeo poſt Kal. Jan. oblatam, non accepit: eaque de re

εἴ τέ τινα ἕτερον καὶ ὁποιονοῦν τρόπον ἐμαντεύετό τις, τοὺς μὲν ξένους ἐθανάτωσε, τοὺς δὲ πολίτας, ὅσοι 613 καὶ τότε ἔτι, μετὰ τὸ πρότερον δόγμα, δι' ὃν ἀπηγόρευτο μηδὲν τοιοῦτον ἐν τῇ πόλει μεταχειρίζεσθαι, ἐσηγγέλθησαν τῇ τέχνῃ χρώμενοι, ὑπερώρισε. τοῖς γὰρ πειθαρχήσασιν αὐτῶν ἄδεια ἐδόθη. καὶ σύμπαντες δ' ἂν οἱ πολῖται καὶ παρὰ γνώμην αὐτοῦ ἀφείθησαν, εἰ μὴ δήμαρχός τις ἐκώλυσεν. ἔνθα δὴ καὶ μάλιστα ἄν τις τὸ τῆς δημοκρατίας σχῆμα κατενόησεν, ὅτι ἡ βουλὴ, τοῦ τε Δρούσου καὶ τοῦ Τιβερίου, συνέπαινος Γναίῳ Καλπουρνίῳ Πείσωνι γενομένη, κατεκράτησε, καὶ αὐτὴ ὑπὸ τοῦ δημάρχου ἡττήθη. B

Ταῦτά τε οὖν οὕτως ἐπράχθη, καὶ [168] ἐκ τῶν πέρυσι τεταμιευκότων ἐς τὰ ἔθνη τινὲς ἐξεπέμφθησαν, ἐπειδήπερ οἱ τότε ταμιεύοντες, ἐλάττους αὐτῶν ἦσαν. καὶ τοῦτο καὶ αὖθις, [y] ὁσάκις ἐδέησεν, ἐγένετο. ἐπεί τε πολλὰ τῶν [169] δημοσίων γραμμάτων, τὰ μὲν καὶ παντελῶς ἀπολώλει, τὰ δὲ ἐξίτηλα γοῦν ὑπὸ τοῦ χρόνου ἐγεγόνει, τρεῖς βουλευταὶ προεχειρίσθησαν, ὥστε τά τε ὄντα ἐκγράψασθαι, καὶ τὰ λοιπὰ ἀναζητῆσαι. [170] ἐμπρησθεῖσί τέ τισιν οὐχ' ὅπως ὁ Τιβέριος, ἀλλὰ C καὶ ἡ Λιουία ἤμυνε. κἀν τῷ αὐτῷ ἔτει [171] Κλήμης τις, δοῦλός τε τοῦ Ἀγρίππου γεγονὼς, καὶ πῃ καὶ προσεοικὼς αὐτῷ, ἐπλάσατο αὐτὸς ἐκεῖνος εἶναι, καὶ ἐς τὴν Γαλατίαν ἐλθὼν, πολλοὺς μὲν ἐνταῦθα, πολλοὺς δὲ καὶ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ ὕστερον προσεποιήσατο· καὶ τέλος καὶ ἐπὶ τὴν Ῥώμην ὥρμησε, ὡς καὶ τὴν παππῴαν μοναρχίαν ἀποληψόμενος. ταραττομένων τε οὖν ἐπὶ τούτῳ τῶν ἐν τῷ ἄστει, καὶ συχνῶν αὐτῷ προστιθεμένων, ὁ Τι- D βέριος σοφίᾳ αὐτὸν διά τινων, ὡς καὶ τὰ ἐκείνου φρονούντων, ἐχειρώσατο, καὶ μετὰ τοῦτο βασανίσας, ἵνα τι περὶ τῶν συνεγνωκότων αὐτῷ μάθῃ, ἔπειτ' ἐπειδὴ μηδὲν ἐξελάλησεν, ἐπύθετο αὐτοῦ, Πῶς Ἀγρίππας ἐγένου; καὶ ὃς ἀπεκρίνατο ὅτι, [172] Οὕτως ὡς καὶ σὺ Καῖσαρ.

Τῷ δ' ἐχομένῳ ἔτει, τὸ μὲν τῶν ὑπάτων ὄνομα [173] Γάϊός τε Καικίλιος καὶ Λούκιος Φλάκκος ἔλαβον· ὁ δὲ δὴ Τιβέριος, ἐπειδὴ καὶ [174] μετὰ τὴν νουμηνίαν τινὲς ἀργύριον αὐτῷ προσήνεγκαν, οὔτε ἐδέξατο,

y ὁσάκις ἐδέησεν, ἐγένετο. ordo verborum turbatus erat ap. RS. hoc modo: ὁσάκις ἐγένετο, ἐδέησεν, quem reſtitutum a Xyl. jam exhibent HS. & L.

§ 168. (l. 95.) ἐκ τῶν πέρυσι τεταμιευκότων] De Quæſtoribus provinciarum dictum ad p. 611. C. Numerus vero legitimus Quæſtorum nunc minor quam pro uſu ac neceſſitate, ut neceſſe eſſet Exquæſtorum habere rationem. Neque enim ſemper tanta illorum multitudo, quæ p. 237. B. ubi quadraginta fuiſſe traduntur.

§ 169. (l. 99.) δημοσίων γραμμάτων] De his diurnis urbis actis dictum ad p. 609. E. Mentio iterum p. 617. D.

§ 170. (l. 3.) ἐμπρησθεῖσί τέ τισιν] Huc refer liberalitatem, dominis inſularum, quæ in monte Cælio deflagrarant, præſtitam a Tiberio, quam prædicant Tacitus IV. 64. Suetonius c. 48. Vellejus II. 130.

§ 171. (l. 5.) Κλήμης τις] Hæc de Pſeudo-Agrippa, Agrippæ poſtumi ſervo, Zonaras & Xiphilinus e Dione, & fuſius atque diſertius Tacitus, quem vide ſis II. 39. ſq. & quæ de Pſeudo-Druſo infra p. 637. A. Suetonius c. 25. nihil aliud de hoc Clemente retulit, quam non contemnendam manum in ultionem Domini comparaſſe.

§ 172. (l. 18.) οὕτως ὡς καὶ σὺ Καῖσαρ] Tacitus II. 40. *Percunctanti Tiberio, quomodo Agrippa factus eſſet? reſpondiſſe fertur: Quomodo tu Cæſar.* Tiberius Liviæ dolo Cæſar, Clemens ſuo factus Agrippa. Plura exempla miræ impoſturæ hujusmodi eorum, qui cum eſſent homines nihili, prioris principibus ſeſe venditarunt per mendacium, vel in alienas ſe familias inſeruere, collecta videre licet apud Valerium Maximum IX. 15. & e recentioribus apud Georgium Richterum Axiomat. Oeconomic. CCXIII. p. 328—343. Jo. Baptiſtam Rocoleſium libro Gallice edito, cui titulus: *les impoſteurs inſignes, ou hiſtoires de plusieurs hommes de neant de toutes nations, qui ont uſurpé la qualité des Empereurs, Roys & Princes, & des guerres qu'ils ont cauſés*, Amſt. 1682 12. Johannem Schmidium, doctorem olim meum, Diſſ. de Pſeudoprincipibus, Lipſ. 1695. Joannem Upmarkium Diatriba de perſonatis regibus, Upſ. 1703. 8vo. D. Erneſtum Salomonem Cyprianum de Regibus ſubdititiis, inter programmata ejus ſelecta, Coburg. 1708. 8vo. (Journal des Savans 1709. III. p. 269.) Chriſtianum Flottwell Diſſertatione duplici hiſtoricopolitica de pſeudoprincipibus. Regiom. 1706. 4vo. Chriſt. Junckerum Diſſ. de conatibus Pſeudoprincipum in Repb. ad Velleji lib. I. c. 11. Iſenaci 1708. fol. Henric. Stephanum præfat. ad apologiam Herodoti, Gallice ſcriptam editamque, Adrianum Bailletum libro de perſonatis ſcriptoribus (des auteurs deguiſez) item Gallice vulgato. P. IV. c. 2. Præ ceteris diligenter hoc argumentum expoſitum atque illuſtratum memini a Viro Clariſſ. Martino Lippenio, cujus librum ineditum de Pſeudo-principibus manu ejus exaratum Lubecæ aſſervant ipſius heredes.

His ſtatim ſubjungit Zonaras p. 548. B. petita procul dubio ex Dione, ſed hodie deſiderata: τὴν δὲ γυναῖκα Ἰουλίαν οὔτε ἐπανήγαγεν ἐκ τῆς ὑπερορίας, ἣν παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτῆς τοῦ Αὐγούστου κατεδικάσθη δι' ἀσέλγειαν, ἀλλὰ καὶ κατέκλεισεν αὐτὴν, ὥσθ' ὑπὸ κακουχίας καὶ λιμοῦ φθαρῆναι. *Uxorem Juliam, a patre Auguſto relegatam laſciviæ cauſa, non revocavit, ſed ita potius incluſit, ut præ ærumna & fame perierit.* Sequitur de Novembri a Tiberio appellando, quod Dio habet p. 614. E.

REIM-

A.U.C.770 C. Cæcilio & L. Flacco COSS.

E ἐδέξατο, καί τι καὶ γράμμα περὶ αὐτοῦ τούτου ἐξέθετο, ῥήματί τινι μὴ Λατίνῳ χρησάμενος. ἐνθυμηθεὶς οὖν νυκτὸς περὶ αὐτοῦ, πάντας τοὺς τὰ τοιαῦτα ἀκριβοῦντας μετεπέμψατο· πάνυ γὰρ δὴ ἔμελεν αὐτῷ τοῦ καλῶς διαλέγεσθαι. καί τινος [175] Ἀτείου Καπίτωνος εἰπόντος, ὅτι "Εἰ καὶ μηδεὶς πρόσθεν [z] τοῦτ' ἐφθέγξατο, ἀλλὰ νῦν γε [a] πάντες διὰ σὲ ἐς τὰ ἀρχαῖα αὐτὸ καταριθμήσομεν," [b] Μάρκελλός [176] τις ὑπολαβὼν ἔφη, "Σὺ Καῖσαρ ἀνθρώποις μὲν πολιτείαν Ῥωμαίων δύνασαι δοῦναι, ῥήμασι δὲ οὔ." Ἐκεῖνον μὲν οὖν οὐδὲν
614 ἐπὶ τούτῳ κακὸν, καίπερ ἀκράτως παῤῥησιασάμενον, ἔδρασε. [177] τὸν δὲ δὴ Ἀρχέλαον τὸν τῆς Καππαδοκίας βασιλέα δι' ὀργῆς σχὼν, ὅτι πρότερόν οἱ ὑποπεπτωκὼς, [178] ὥστε καὶ συνηγόρῳ, ὅτε ἐπὶ τοῦ Αὐγούστου ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων κατηγορήθη, χρήσασθαι, μετὰ τοῦτο αὐτοῦ μὲν ἐς τὴν Ῥόδον ἐλθόντος ἠμέλησε, τὸν δὲ δὴ Γάϊον ἐς τὴν Ἀσίαν ἐλθόντα ἐθεράπευσε· μετεπέμψατο, [179] ὡς καὶ νεωτερίζοντά τι, καὶ τῇ τῆς γερουσίας ψήφῳ παρέδωκεν, οὐ μόνον ὑπέργηρων ὄντα, ἀλλὰ καὶ δεινῶς ποδαγρῶντα, καὶ προσ-
B έτι καὶ παραφρονεῖν δοκοῦντα. ἔπαθε μὲν γὰρ ποτὲ τοῦτο ὄντως, ὥστε καὶ ἐπίτροπον παρὰ τοῦ Αὐγούστου τῆς ἀρχῆς λαβεῖν· οὐ μέντοι καὶ τότε ἔτι παρελήρει, ἀλλ' ἐπλάσσετο, εἴ πως ἔκ γε τούτου σωθείη. κἂν ἐθανατώθη, εἰ μὴ καταμαρτυρῶν τις αὐτοῦ, ἔφη ποτὲ αὐτὸν εἰρηκέναι ὅτι, "Ἐπειδὰν οἴκαδε ἐπανέλθω, δείξω αὐτῷ οἷα νεῦρα ἔχω." Γέλωτος γὰρ ἐπὶ τούτῳ, διὰ τὸ τὸν ἄνθρωπον μὴ ὅτι στῆναι, ἀλλὰ μηδὲ καθίζεσθαι δύνασθαι, πολλοῦ γενομένου, οὐκ-
C ἔτ' αὐτὸν ὁ Τιβέριος ἀπέκτεινεν. οὕτω γάρ τοι κακῶς διέκειτο, ὥστε [180] ἐν σκιμποδίῳ κατακείμενος ἐς τὸ συνέδριον ἐσκομισθῆναι. νομιζόμενον γάρ που καὶ τοῖς ἀνδράσιν, [c] ἦν ποτέ τις αὐτῶν ἀσθενῶς ἔχων ἐκεῖσε ἐσίοι, κατακείμενον αὐτὸν ἐσφέρεσθαι, καὶ τοῦτο καὶ ὁ Τιβέριος τότε ἐποίησε· καὶ διελέχθη γέ τινα ἐκ τοῦ σκιμποδίου προκύψας. τότε μὲν οὕτως ὁ Ἀρχέλαος ἐσώθη, [d] ἄλλως δ' [181] οὐ πολλῷ ὕστερον ἀπέθανε. καὶ τούτου

re edictum propoſuit, in quo voce minus Latina uſus eſt. Ejus quum in mentem ipſi noctu veniſſet, ut erat elegantiæ in loquendo perquam deditus, omnes qui hoc ſtudium diligenter tractaſſent, ad ſe vocavit. Ibi Atejo quodam Capitone dicente, tametſi nemo ante ipſum eo vocabulo uſus fuiſſet, nunc nihilominus omnes id in Tiberii gratiam inter antiqua relaturos: Marcellus quidam ſubdidit, Cæſarem hominibus civitatem Romanam dare poſſe, verbis non poſſe. Eum ejus immoderatam libertatem nullo Tiberius ſupplicio vindicavit. Cæterum Cappadociæ regem Archelaum odio proſecutus eſt, quia quum olim ſibi is ſupplicaſſet, ſuoque patrocinio fuiſſet uſus, quum ab incolis apud Auguſtum accuſaretur, Rhodi opoſtea ſe agentem neglexiſſet, Cajum vero in Aſiam venientem officioſe coluiſſet. Igitur Tiberius eum inſimulatum, quaſi novis rebus ſtuderet, evocavit Romam, ac ſenatus judicio tradidit: hominem non ſenectute modo extrema, ſed podagra etiam confectum vehementi, ac delirare creditum. Et quidem aliquando vere mente alienatus fuerat, ita ut tutor regno ejus ab Auguſto tum datus fuerit: tunc vero ſatis ſanus, impotem ſe animi ſimulabat, num forte hoc opacto præſidium ſalutis inveniret. Neque evitasſet mortem, niſi quis mendax de ipſo teſtimonium tuliſſet, dixiſſe aliquando Archelaum, ubi domum rediiſſet, oſtenſurum ſe Tiberio, quos habeat nervos. Eo dicto quum ingens riſus excitatus eſſet, propterea, quod Archelaus non modo pedibus inſiſtere, ſed etiam ſedere nequiret, non amplius eum Tiberius necandum cenſuit, qui & tunc adeo male affecto corpore erat, ut in lectica contecta in curiam illatus fuerit. Jam enim & viris erat in uſu, ut qui per valetudinem aliter non poſſent, eo modo decumbentes in ſenatum deportarentur: idque tum Tiberius etiam juſſit fieri, & proſpectans ex lectica Archelaus nonnulla verba fecit: verum

z. τοῦτ' ἐφθέγξατο. præter neceſſitatem Xiph. τὸ ὄνομα τοῦτ' ἐφθέγξατο. a πάντες. πάντως, Xiph. ſed oppoſitum eſt μηδεὶς. b Μάρκελλος. ſic ſcribendum eſſe pro vulgato Πόρκελλος, ex Xiph. monuit X. & Pet. Faber Semeſtr. II. 16. p. 269. quanquam & ibi Πόρκελλος habent Coisl. & Br. ſervarunt & in Dione adhuc veterem ſcriptionem HS. & L. conf. F. c ἦν ποτέ τις, forte ἢ, ἄν ποτέ τις, Od. d ἄλλως. ſic recte excudit HS. ſequente L. ſed ἀλλ' ὡς, RS.

§ 173. (l. 21.) Γαΐου τε Καικιλίου] Tacitus lib. II. c. 41. incipit narrare res geſtas, C. *Cælio & L. Pomponio* Coſſ. Caſſiodorus tamen perinde ut Dio *C. Cæcilium* habet, qui in indice ante Dionis librum LVII. præfixo Rufus, ſicut etiam appellatur in faſtis, quos e MSto. Cod. Bibl. Cæſareæ illuſtriſſ. Noriſius publicavit, & quos V. C. Joh. Georg. Eccartus: licet apud alios, Joh. Cuſpiniano teſte, *Rufium*.

§ 174. (l. 22.) μηδὲ τὴν νουμηνίαν] De ſtrenis a Tiberio recuſatis mentio jam fuit, p. 607. D. Mos autem ſtrenas Cæſari offerendi, notus vel ex Suetonii Auguſto, c. 57. De Tiberio Suetonius c. 34. *Strenarum commercium prohibuit edicto, ne ultra Kalendas Januarias exerceretur. Conſueverat quadruplam ſtrenam & de manu reddere. Sed offenſus interpellari ſe toto menſe ab iis, qui poteſtatem ſui die feſto non habuiſſent, ultra non reddidit.* De ſtrenis Cajo datis, vide p. 759. B. de recuſatis a Claudio p. 668. E.

§ 175. (l. 29.) Ἀτείου Καπίτωνος] Hic eſt quem Atejum Philologum vocat Suetonius lib. de Grammaticis c. 7.

§ 176. (l. 32.) Μάρκελλός τις] Idem Suetonius ejuſdem libri c. 22. *Marcus Pomponius Marcellus, cum ex oratione Tiberium reprehendiſſet, affirmante Ateio Capitone,* (ad aulicam auram captandam magis comparato) *& eſſe illud Latinum, & ſi non eſſet, futurum certe jam inde: Mentitur, inquit, Capito: tu enim, Cæſar, civitatem dare potes hominibus, verbis non potes.* Vocabulum hoc quale fuerit, puto hodie ignorari, nam *ſtrenam* eſſe cave credas doctiſſimo Pitiſco ad Suetonii Auguſtum c. 57. quam a Dea Strenua & Tatii Regis uſque temporibus repetunt Auguſtinus IV. 16. de Civit. Dei & Symmachus X. 28. Epiſt.

§ 177. (l. 36.) τὸν δὲ δὴ Ἀρχέλαον] Tacitus II. 42. *Rex Archelaus, quinquageſimum annum Cappadocia potiebatur,* (ſupra p. 411. A.) *inviſus Tiberio, quod eum Rhodi agentem nullo officio coluiſſet. Nec id Archelaus per ſuperbiam omiſerat, ſed ab intimis Auguſti monitus, quia florente C. Cæſare, miſſoque ad res orientis,* (ſupra p. 555. D.) *intuta Tiberii amicitia credebatur.*

§ 178. (l. 38.) ὥστε καὶ συνηγόρῳ] Archelaum Regem a Tiberio defenſum, inter civilium officiorum rudimenta refert Suetonius, c. 8.

§ 179. (l. 43.) ὡς καὶ νεωτερίζοντά τι] Cum Archelao etiam Ciliciæ præſidem, Tiberii juſſu, rerum novarum reum, pœnas dediſſe, narrat Philoſtratus lib. I. de vita Apollonii c. 12. ὡς ξὺν Ἀρχελάῳ τῷ Καππαδοκίας βασιλεῖ νεώτερα ἐπὶ Ῥωμαίους πράττοντα. vide ſi placet quæ ad hunc locum p. 14. eruditiſſimus Philoſtrati editor Godfridus Olearius.

§ 180. (l. 57.) ἐν σκιμποδίῳ κατακείμενος] Vide dicta ad p. 612. D. Suetonius in Tiberio c. 30. *Lectica quondam introlatus æger, comites a ſe removit.*

§ 181. (l. 64.) οὐ πολλῷ ὕστερον ἀπέθανε] Tacitus II. 42. *Elicit Archelaum matris litteris, quæ non diſſimulatis filii offenſionibus,*

A.U.C. 770 C. Cæcilio & L. Flacco COSS.

rum evitato tum periculo, nihilominus paulo poſt obiit. Inde Cappadocia quoque Romanorum juris facta eſt, equitique regenda data. Urbibus Aſiæ, terræ tremore concuſſis, prætorius vir cum quinque lictoribus præfectus; iisdem multa de tributis pecunia remiſſa, multa a Tiberio donata: qui dum cæteris etiam virtutibus deditus eſſet, alieni abſtinentiſſimus, ne hæreditates quidem adiit, ab iis ſibi relictas, quibus cognati non deeſſent; in urbes vero & privatos homines magnam vim pecuniæ impendit, neque ob id factum, aut honorem ullum aut laudem admiſit: nunquam legatis urbium, aut provinciarum ſolus reſponſum dedit, ſed multos, præcipue qui iis aliquando præfecti fuiſſent, ſocios cognitionis adhibuit.

18. At Germanicus, expeditione in Germanos proſpera, ad Oceanum usque proceſſit: barbarisque vi devictis, oſſa eorum, qui cum Varo ceciderant, lecta humavit, ſignaque militaria recepit. Quum inſtaret Tiberio ſenatus, ac menſem Novembrem (nam XVI. kalend. Decembris natus fuit) cuperet ab eo Tiberium nominare: "Quid, inquit, facietis, ſi tredecim Cæſares fiant?" * * Marco Junio Silano, Lucio Norbano conſulibus, ipſa prima anni die, prodigium

τούτου καὶ [182] ἡ Καππαδοκία τῶν τε Ῥωμαίων ἐγένετο, [183] καὶ ἱππεῖ ἐπετράπη. [184] ταῖς τε ἐν τῇ Ἀσίᾳ πόλεσι ταῖς ὑπὸ τοῦ σεισμοῦ κακωθείσαις [185] ἀνὴρ ἐστρατηγηκὼς [186] σὺν πέντε ῥαβδούχοις προσετάχθη· καὶ χρήματα πολλὰ μὲν ἐκ τῶν φόρων ἀνείθη, πολλὰ δὲ καὶ παρὰ τοῦ Τιβερίου ἐδόθη. τῶν γὰρ ἀλλοτρίων ἰσχυρῶς, μέχρι γε καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν [e] ἐπετήδευσεν, ἀπεχόμενος, [187] μήτε τὰς κληρονομίας, ἅς τινες αὐτῷ συγγενεῖς ἔχοντες κατέλιπον, προσιέμενος, πάμπολλα εἴς τε τὰς πόλεις καὶ τοὺς ἰδιώτας ἀνήλισκε. καὶ οὔτε τιμὴν, οὔτε ἔπαινον οὐδένα ἐπ' αὐτοῖς προσεδέχετο. [188] ταῖς τε πρεσβείαις ταῖς παρὰ τῶν πόλεων ἢ καὶ τῶν ἐθνῶν οὐδέποτε μόνος ἐχρημάτιζεν, ἀλλὰ πολλοὺς, καὶ μάλιστα τοὺς ἄρξαντάς ποτε αὐτῶν, κοινωνοὺς τῆς [f] διαγνώμης ἐποιεῖτο. D E

Γερμανικὸς δὲ τῇ ἐπὶ τοὺς Κελτοὺς στρατείᾳ φερόμενος εὖ, [189] μέχρι τε τοῦ Ὠκεανοῦ [g] προεχώρησε, καὶ τοὺς βαρβάρους κατὰ τὸ καρτερὸν νικήσας, [190] τά τε ὀστᾶ τῶν σὺν τῷ Οὐάρῳ πεσόντων συνέλεξέ τε καὶ ἔθαψε, καὶ [191] τὰ σημεῖα τὰ στρατιωτικὰ ἀνεκτήσατο. τῷ δέ γε Τιβερίῳ τῆς βουλῆς ἐγκειμένης, καὶ τὸν γοῦν [192] μῆνα τὸν Νοέμβριον, ἐν ᾧ τῇ ἕκτῃ ἐπὶ δέκα ἐγεγέννητο, Τιβέριον καλεῖσθαι ἀξιούσης, "Καὶ τί (ἔφη) ποιήσετε, ἂν δεκατρεῖς Καίσαρες γένωνται;" * * [193] Μάρκου δὲ δὴ Ἰου- 615

[e] ἐπετήδευσεν, ἐπετήδευεν, Xiph. quod magis placet. [f] διαγνώμης. ſic & Coiſl. & Br. ſed vulgatæ editiones Xiph. habent ἰδίας γνώμης, quod commutandum cum altero non arbitror. [g] προεχώρησε. προσεχώρησε, Xiph. cui conſtructio præpoſitionis μέχρι minus favet.

ſenſionibus, clementiam offerebat, ſi ad precandum veniret. Ille ignarus doli, vel ſi intelligere crederetur, vim metuens, in urbem properat, exceptusque immiti a Principe, & mox accuſatus in ſenatu, non ob crimina, quæ fingebantur, ſed angore: ſimul feſſus ſenio, & quia Regibus æqua, nedum infima inſolita ſunt, finem vitæ ſponte an fato implevit.

§ 182. (l. 65.) ἡ Καππαδοκία] Vide Lipſium ad hæc Taciti: *Regnum in provinciam redactum eſt, fructibusque ejus levari poſſe centeſimæ vectigal profeſſus Cæſar, ducenteſimam in poſterum ſtatuit.* Meminit & Suetonius Tib. c. 38. & Calig. c. 1. & Strabo XII. p. 534. atque ex Eutropii VII. 11. Suidas in Τιβέριος. De Cappadocia poſtea tentata ab Artabano Parthorum rege, infra p. 627 E.

§ 183. (l. 66.) καὶ ἱππεῖ ἐπετράπη] Q. Veranio. Idem Tacitus II. 56. *Cappadoces in formam provinciæ redacti, Q. Veranium legatum accepere: & quædam ex regiis tributis deminuta, quo mitius Romanum imperium ſperaretur.* Quam porro equiti præfecturam Cappadociæ Tiberius impoſuit, eam poſtea Conſulari rectori commiſit Veſpaſianus, additis etiam duodecima & decimaquinta legionibus, propter aſſiduas incurſiones Barbarorum vide Suetonii Veſpaſianum c. 8. Tacitum II. 81. Hiſt. & Dionem p. 564. B.

§ 184. (l. 66.) ταῖς τε ἐν τῇ Ἀσίᾳ πόλεσι] Plinius lib. II. c. 84. *Maximus terræ, memoria mortalium, extitit motus, Tiberii Cæſaris principatu, XII. urbibus Aſiæ una nocte proſtratis.* Idem Seneca VI. 1. Nat. Quæſt. & Solinus c. 43. Nomina urbium ſervavit Tacitus lib. II. Annal. c. 47. *Aſperrima in Sardianos lues plurimum in eosdem miſericordiæ traxit: nam centies ſeſtertium pollicitus Cæſar: & quantum ærario aut fiſco pendebant, in quinquennium remiſit. Magnetes a Sipylo, proximi damno ac remedio habiti. Temnios, Philadelphenos, Ægeatas, Apollonienſes, quique Moſteni aut Macedones Hyrcani vocantur, & Hierocæſaream, Myrinam, Cymen, Tmolum levari idem in tempus tributis placuit.* Quod vero Euſebius in Chron. Epheſum tertiam decimam addit, eam anno poſt terra movente afflictam, notarunt viri docti; ſicut quartam decimam *Cibyram* ſive *Cibyraticam civitatem*, quam addit Nicephorus lib. I. Hiſt. Eccleſ. c. 17. ſexto demum anno interjecto, C. Aſinio & C. Antiſtio Coſſ. Tac. IV. 13. Sardium & Magneſiæ & beneficentiæ Tiberii meminit & Strabo XII. p. 579. XIII. p. 621. Narrat quoque Apollonius Grammaticus apud Phlegontem c. 13. mirabil. Tiberium αὐτὸς δαπάνῃ *ſuo ſumtu* collapſas urbes inſtauraſſe, ἀνθ' ὧν Κολοσσόν τε αὐτῷ κατασκευάσαντες, ἀνέθεσαν παρὰ τῷ τῆς Ἀφροδίτης ἱερῷ, ὅ ἐστιν ἐν τῇ Ῥωμαίων ἀγορᾷ, καὶ τῶν πόλεων ἑκάστης ἐφεξῆς ἀνδριάντας παρέστησαν. *Propter quod beneficium Aſiani Coloſſum ei confecerunt, ac poſuerunt in foro Romano, pone fanum Veneris, & ſingularum deinceps urbium ſtatuas ſubjunxerunt.* Hujusmodi Coloſſi baſis adhuc exſtat, referens imaginem quatuordecim urbium cum hac inſcriptione: TI. CÆSARI. DIVI. AUGUSTI. F. DIVI JULI N. AUGUSTO PONTIF. MAXIMO COS. IIII. IMP. VIII. TRIB. POTESTAT. XXXII. AUGUSTALES RESPUBLICA RESTITUIT. Hanc baſin ſingulari diatriba Italice edita illuſtravit *Antonius Bulifonius*, Neapoli 1694. 12. ſed longe diligentius & acutius *Laurent. Theodor. Gronovius* Lugd. Batav. 1697. & 1720. 8vo. & Tomo ſeptimo Theſauri antiquitatum Græcarum, quem Frater Jacobus Gronovius publici juris fecit. Baſi impoſita fuit imago Tiberii cum capite laureato, ſedentis in ſella curuli, & altera manu pateram, ſceptrum altera tenentis, qualis in nummis conſpicitur, cuſis ex SCto, cum inſcriptione CIVITATIBUS ASIÆ RESTITUTIS, apud Triſtanum T. I. p. 162. Albertum Rubenium tab. XVII. 2. & Carolum Patinum p. 140. Theſauri, aliosque. De ſimili liberalitate civitatibus Aſiæ terræ motu affectis præſtita ab Auguſto, dictum ſupra ad p. 543. A. De Tiberiana meminit etiam Suetonius c. 48. Atque in Rhodum terræ motu σειομένην, ſed Ti. Neronis inſtauratam liberalitate, exſtat epigramma Antiphili lib. I. Antholog. p. 119.

§ 185. (l. 68.) ἀνὴρ ἐστρατηγηκώς] Tacitus II. 47. *Mitti ex ſenatu placuit, qui præſentia ſpectaret, refoveretque. Delectus eſt M. Aletus e Prætoriis, ne Conſulari obtinente Aſiam, æmulatio inter pares, & ex eo impedimentum oriretur.*

§ 186. (l. 68.) σὺν πέντε ῥαβδούχοις] Ut oſtenderetur, hunc Aletum præfecto Provinciæ cedere dignitate, tantum quinque ipſi dati ſunt lictores: præfectus enim proconſularis provinciæ, qualis erat Aſia, duodecim lictoribus utebatur, cæterorum provinciarum præfecti, lictoribus ſex. vide ſupra ad p. 550. B.

§ 187. (l. 73.) μήτε τὰς κληρονομίας] Conferendus Tacitus lib. II. c. 48. Dio p. 608. D. Sed poſt Sejani mortem, quantum mutatus ab illo, infra p. 631. B.

§ 188. (l. 77.) ταῖς πρεσβείαις οὐδέποτε μόνος ἐχρημάτιζεν] Confer dicta ad p. 606. C. & p. 586. & de Agrippina p. 690. E.

§ 189. (l. 82.) μέχρι τε τοῦ Ὠκεανοῦ] De expeditione proſpera Germanici in Germanos & Arminium illorum ducem, multa Tacitus primo Annali, qui c. 63. equitatum Romanorum & legiones, littus Oceani, Rheni oſtiis vicinum, tenuiſſe commemorat.

§ 190. (l. 84.) τά τε ὀστᾶ τῶν σὺν τῷ Οὐάρῳ πεσόντων] De Vari clade ſupra p. 584. ſq. Tacitus lib. I. c. 61. *Medio campi albentia oſſa, ut fugerant, ut reſtiterant, disjecta vel aggerata. Adjacebant fragmina telorum, equorumque artus, ſimul*

νίου, Λουκίου τε Νωρβανοῦ μετὰ ταῦτα ἀρξάντων, τέρας ἐν αὐτῇ τῇ νουμηνίᾳ οὐ σμικρὸν ἐγένετο, ὅπερ που ἐς τὸ [b] Γερμανικοῦ πάθος ἀπεσήμαινεν. ὁ γὰρ Νωρβανὸς ὁ ὕπατος σάλπιγγι ἀεὶ προσκείμενος, καὶ ἐρρωμένως τὸ πρᾶγμα ἀσκῶν, ἠθέλησε καὶ τότε ὑπὸ τὸν ὄρθρον, πολλῶν ἤδη πρὸς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ παρόντων, σαλπίσαι· καὶ τοῦτό τε πάντας ὁμοίως [i] ἐτάραξε, καθάπερ [194] ἐμπολέμιόν τι σύνθημα τοῦ ὑπάτου παραγγείλαντος σφίσι, [k] καὶ ὅτι [195] τὸ τοῦ Ἰανοῦ ἄγαλμα κατέπεσε. λόγιόν τέ τι ὡς καὶ [196] Σιβύλλειον, ἄλλως μὲν [197] οὐδὲν τῷ τῆς πόλεως χρόνῳ προσῆκον, πρὸς δὲ τὰ παρόντα ᾀδόμενον, οὐχ ἡσυχῇ σφᾶς ἐκίνει. ἔλεγε γὰρ ὅτι,

B

Τρὶς δὲ τριηκοσίων περιτελλομένων ἐνιαυτῶν,
Ῥωμαίους [198] ἔμφυλος [l] ὀλεῖ στάσις ἁ Συβαρῖτις
[199] Ἀφροσύνα.

Ὁ οὖν Τιβέριος ταῦτά τε τὰ ἔπη, ὡς καὶ ψευδῆ ὄντα, διέβαλε, [200] καὶ τὰ βιβλία πάντα τὰ μαντείαν τινὰ ἔχοντα ἐπεσκέψατο· καὶ τὰ μὲν ὡς οὐδενὸς ἄξια ἀπέκρινε, τὰ δὲ ἐνέκρινε. τοῦ δὲ δὴ Γερμανικοῦ τελευτήσαντος, ὁ μὲν Τιβέριος καὶ ἡ Λιουία πάνυ ἥσθησαν, οἱ δὲ δὴ ἄλλοι πάντες [201] δεινῶς ἐλυπήθησαν. κάλλιστος μὲν γὰρ τὸ σῶμα, ἄριστος δὲ καὶ τὴν ψυχὴν ἔφυ· παιδείᾳ τε ἅμα καὶ ῥώμῃ διέπρεπε, [[m] καὶ ἔς τε τὸ πολέμιον ἀνδρειότατος ὤν, ἡμερώτατα τῷ οἰκείῳ προσεφέρετο

C

prodigium haud exiguum evenit, quo ſcilicet Germanici caſus prædicebatur. Norbanus enim conſul tuba canere ſedulus, ac gnaviter hanc artem exercens, quum tunc quoque diluculo, multis ad domum ejus jam confluentibus, eam inflaret; omnium animos perturbavit, quaſi ſignum belli conſul incinuiſſet. Jani quoque ſtatua corruit. Neque parum movit animos hominum oraculum quoddam pro Sibyllino habitum, nihil quidem annum urbis qui tunc agebatur ſpectans, quod tamen, velut ad tempora iſta pertinens, hominum ore ferebatur, in hanc ſententiam:

A.U.C.772 M.Silano & L.Norbano COSS.

Aſt ter tercentum revolutis protinus annis,
Roma inteſtina perdetur ſeditione,
Et furor exitium Sybariticus afferet urbi.

Hoc carmen Tiberius ut falſum cavillatus, omnes libros, qui vaticiniorum aliquid continerent, inſpexit; & ex iis alios, ceu nullius momenti, reprobavit; alios in probatorum numerum recepit. Germanici mors, ſummæ delectationi Tiberio ac Liviæ fuit, ſummo omnibus aliis dolori. Fuit enim & corporis forma, & animi indole, per naturam, optimis; ſimulque inſtitutione & robore ſpectatus. [Idem adverſus hoſtes fortiſſimus, in ſubditos clementiſſimus

[b] Γερμανικοῦ πάθος. Γερμανικὸν πάθος, V.b. [i] ἐτάραξε. ἐξετάραξε, Xiph. [k] καὶ ὅτι τὸ. καὶ ὅτε καὶ τὸ, Xiph. quod præferendum. [l] ὀλεῖ. ἐλᾷ, RS. ὀλεῖ maluit Xyl. ex Xiph. addo, infra quoque apud Dionem p 709.D. & apud Xiph. loco huic reſpondente, ὀλεῖ legi. itaque recte hoc loco etiam ſic editum legitur apud HS. & L. mox καὶ ἁ Συβαρῖτις, Xiph. contra metrum. pro quo ἁ Συβαρῖτις τ' HS. edit. maj. & Sylb. pro vulgato ἀφροσύνη, ἀφροσύνα, Xiph. pro quo ἀβροσύνα ſubſtitui voluit Hier. Wolfius. quaſi de luxu Sibylla loqueretur. quod refellit F. [m] καὶ ἔς τε τὸ πολέμιον &c. hæc & ſequentia uncis incluſa, ex Exc. Peir. p. 665. ſq. petita ſunt, pleniora omnino, quam vulgo: διέπρεπε· πρωτεῖός τε καὶ συμφορώτατος ἦν. οὐδὲν δὲ οὔτε πρὸς τὸν Δροῦσον &c. & deinde: ἔπραξε, δυνηθεὶς γοῦν πολλάκις τὴν αὐτοκράτορα &c. priora Excerptorum leguntur etiam ap. Z. p. 548. C.

ſimul truncis arborum antefixa ora, lucis propinquis barbaræ aræ, apud quas tribunos ac primorum ordinum centuriones mactaverant. - - Igitur Romanus qui aderat exercitus, ſextum poſt cladis annum, trium legionum oſſa, nullo noſcente, alienas reliquias an ſuorum humo tegeret, omnes ut conjunctos, ut conſanguineos, aucta in hoſtem ira, mæſti ſimul & infenſi condebant. Primum exſtruendo tumulo ceſpitem Germanicus poſuit, gratiſſimo munere in defunctos, & præſentibus doloris ſocius.

§ 191. (l. 85.) τὰ σημεῖα τὰ στρατιωτικὰ] De duabus receptis aquilis meminit Tacitus lib. I. c. 60. & lib. II. c. 25. Tertiam aquilam demum recuperatam conſtat ſub Claudio infra p. 670. C. Confer quæ viri docti ad Florum IV. 12. 38. & illuſtriſſimus Furſtenbergius, in monumentis Paderbornenſibus, p. 27. ſq. Idem Tacitus lib. II. c. 41. *Fine anni arcus propter ædem Saturni, ob recepta ſigna cum Varo amiſſa, ductu Germanici, auſpiciis Tiberii.* Numus apud Triſtanum T. I. p. 153. cujus altera facie Germanicus Cæſar in curru triumphali quadrijugo, altera facie, Imperator paludatus cum aquila, adſcripto lemmate: SIGNIS RECEPT. DEVICTIS GERM. S. C.

§ 192. (l. 87.) μηνὶ Νοέμβρει] De Novembri conſentiunt etiam Zonaræ & Xiphilini codices, & menſe Novembri natum eſſe Tiberium XVI. Cal. Dec. Suetonius quoque confirmat, c. 5. Idem tamen c. 26. *interceſſit &c. quo minus in acta ſua juraretur, & ne menſis September Tiberius, October Livius* (a Livia matre) *vocarentur.* Etiam natalitia ſua ſolennibus ſpectaculis epuliſque celebrari noluiſſe, dicet Dio, p. 629. D.

§ 193. (l. 90.) Μάρκου δὲ δὴ Ἰουνίου] Cum non integrum Dionem habeamus in poſterioribus hiſce libris, ſed tantum ex illo excerpta, non mirum eſt omitti integrum annum, Tiberio III. & Germanico iterum Coſſ. de quo Tacitus II. 53. ſq. qui Marci Junii cognomen Silanum adjungit II. 59.

§ 194. (l. 98.) ἐμπολέμιόν τι σύνθημα] Notum eſt, tuba bellicum ſive claſſicum cani ſolitum juſſu Conſulis, ſive ad concionem claſſico milites vocarentur, ut apud Livium VII. 36. ſive ad pugnam *ineundam* excitarentur.

§ 195. (l. 99.) τὸ τοῦ Ἰανοῦ ἄγαλμα] Licet plures Jani ſtatuæ in urbe Roma fuerint, quia tamen nihil, quo eam diſtinguat, addit Dio, puto celebriorem illum Janum geminum ab eo intelligi, a Numa rege dicatum, qui pacis bellique argumento colebatur in urbis regione octava, digitis ita figuratis, ut trecentorum numerum manu dextra, ſiniſtra ſexaginta quinque ſignando, anni, temporis, & ævi ſe Deum ſignaret. vide Harduinum ad Plinii XXXIV. 7.

§ 196. (l. 100.) Σιβύλλειον] Mentio hujus iterum infra p. 709. D. atque in libro VIII. Sibyllinorum p. 715. leguntur verſus hiſce ſimiles, quibus poſt annos 948. quem numerum ex vocabulo Græco Ῥώμη colliges, exitium Romæ prædicitur:

Τρὶς δὲ τριηκοσίους καὶ τεσσαράκοντα καὶ ὀκτὼ
Πληρώσεις λυκάβαντας, ὅταν σοι δύσμορος ἥξῃ
Μοῖρα, βιαζομένη, τεὸν οὔνομα πληρώσασα &c.
Ἔσται καὶ Ῥώμη ῥύμη — —

§ 197. (l. 1.) οὐδὲν τῷ τῆς πόλεως χρόνῳ] Non enim nongenteſimus tunc urbis annus agebatur, ſed ſeptingenteſimus ſeptuageſimus ſecundus. Quod autem Dio ſubjicit, πρὸς δὲ τὰ παρόντα ᾀδόμενον, non poteſt de ipſius Dionis ætate dictum intelligi: cum enim Dio ſcriberet, jam ſeptuaginta vel octoginta poſt annum urbis nongenteſimum effluxerant: ſed ſenſus eſt, Sibyllina illa velut in illam Tiberii tempeſtatem pulchre quadrantia in hominum ore verſari cœpiſſe.

§ 198. (l. 5.) ἔμφυλος στάσις] Tiberii, Germanicum ferre non valentis, dantiſque adeo anſam bello civili.

§ 199. (l. 6.) ἀφροσύνα] Ita etiam Xiphilini codices, & cave aſſentiaris viro doctiſſimo Hieron. Wolfio, legenti ἀβροσύνα. Nam licet proverbio etiam famoſa ſit Sybaritarum luxurioſa τρυφή, τρυφή, μαλακία, de qua Angelus Politianus c. 15. Miſcellan. & A. Dounæus ad Chryſoſtomum T. VIII. Savil. p. 342. tamen itidem decantata proverbio Sybaritarum vecordia Deos contemnentium, quam bello civili puniendam cecinit oraculum apud Stephanum Byz. in Σύβαρις.

Εὐδαίμων Συβαρῖτα, πανευδαίμων, σὺ μὲν αἰεὶ
Ἐν θαλίῃσι θεοὺς τιμῶν γένος αἰὲν ἐόντας,
Εὖτ' ἂν δὴ πρότερον θνητὸν θεοῦ ἄνδρα σεβίζῃς,
Τηνίκα σοι πόλεμός τε καὶ ἐμφύλιος στάσις ἥξει.

Ecce vecordiam Sybariticam, cujus fructus στάσις ἐμφύλιος, de qua jam dictum.

§ 200. (l. 8.) καὶ τὰ βιβλία πάντα] Tiberii curam, Sibyllinis, qualia vulgo jactabantur, auctoritatem detrahere cupientis, exponit Tacitus lib. I. c. 76. & pluribus lib. VI. c. 12. In delectu autem Sibyllinorum habito Tiberius imitatus eſt Auguſtum, de quo Suetonius, c. 31.

§ 201. (l. 13.) δεινῶς ἐλυπήθησαν] Nemo diſertius hoc exponit quam Tacitus, quem ſi placet vide lib. II. c. 82. ſq.

A.U.C. 772
M. Silano & L. Norbano COSS.

tiſſimus erat: cumque, ut Cæſar, plurimum poſſet, velut ex tenuiſſimis unus ſe moderate gerebat; neque quidquam vel grave in ſubditos,] vel ad Druſi ſpectans invidiam, vel quod Tiberius culpare poſſet, agebat; [ſed, ut ſummatim dicam, quod paucis ex omni memoria contigit, neque contra fortunam, qua utebatur, peccavit quicquam, neque ipſe eſt ab ea corruptus: certe imperium, quod poterat ſæpius, non a militibus modo, ſed etiam a Senatu Populoque Romano, ſumma omnium voluntate adipiſci, aſpernatus eſt.] Obiit autem Antiochiæ, Cn. Piſonis & Plancinæ fraude. Etenim vivo adhuc ipſo, in ea, quam inhabitabat, domo, oſſa hominum defoſſa, laminæque plumbeæ, quasdam exſecrationes cum nomine ejus continentes, repertæ fuerant. Piſo ob necem Germanici ab ipſo Tiberio in ſenatum deductus, dilatione impetrata, ſibi ipſi manus intulit. [Tum vero & alias cædium occaſiones nactus eſt Tiberius: ſiquidem ob Germanici mortem, plurimi velut ea lætati perierunt.]

19. Enimvero Tiberius, ubi jam nemo eſſet, qui cum eo de principatu poſſet contendere, quum ante hac plurima egregie feciſſet, tum in contraria omnia mutatus eſt. Imperavit enim & in cæteris crudeliter, & majeſtatis poſtulari juſſit ſeverius, non modo qui contra Auguſtum, ſed jam etiam, qui contra ipſum, aut matrem quicquam egiſſent, locutive eſſent incommodius. Neque quæſtiones modo tum ſervorum in capita dominorum habebantur, ſed liberi etiam,

ἐφέρετο· καὶ πλεῖστον ἰσχύων, ἅτε Καῖσαρ ὤν, ἐξ ἴσου τοῖς ἀσθενεστέροις ἐσωφρόνει· καὶ οὐδὲν οὐδὲ πρὸς τοὺς ἀρχομένους ἐπαχθὲς,] οὔτε πρὸς τὸν Δροῦσον ἐπίφθονον, οὔτε πρὸς τὸν Τιβέριον ἐπαίτιον ἔπραττεν. [ἀλλὰ συνελόντι εἰπεῖν, ἐν ὀλίγοις τῶν πώποτε, οὔτε ἐξήμαρτέ τι ἐς τὴν ὑπάρξασαν αὐτῷ τύχην, οὔτ᾽ αὐτὸς ὑπ᾽ ἐκείνης διεφθάρη.] δυνηθεὶς οὖν πολλάκις [καὶ παρ᾽ ἑκόντων, οὐχ ὅτι τῶν στρατιωτῶν, ἀλλὰ καὶ τοῦ δήμου τῆς τε βουλῆς] τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν λαβεῖν, [202] οὐκ ἠθέλησεν. ἀπέθανε δὲ ἐν Ἀντιοχείᾳ, ὑπό τε [203] τοῦ Πείσωνος καὶ ὑπὸ τῆς Πλαγκίνης ἐπιβουλευθείς. D
[204] ὀστᾶ γὰρ ἀνθρώπων ἐν τῇ οἰκίᾳ ἐν ᾗ ᾤκει κατορωρυγμένα, καὶ ἐλασμοὶ μολίβδινοι ἀράς τινας μετὰ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ ἔχοντες, [205] ζῶντος ἔθ᾽ εὑρέθη. [n] ὁ δὲ [206] Πείσων ἐς τὸ βουλευτήριον ἐπὶ τῷ φόνῳ ὑπ᾽ αὐτοῦ τοῦ Τιβερίου εἰσαχθεὶς, ἀναβολήν τέ τινα [o] ἐποιήσατο, καὶ [207] ἑαυτὸν κατεχρήσατο. [καὶ ἀφορμάς τινας φόνων ὁ Τιβέριος ἔσχε. διὰ γὰρ τὸν τοῦ Γερμανικοῦ θάνατον, πολλοὶ ὡς καὶ ἐφησθέντες αὐτῷ ἀπώλοντο.]

Τιβέριος δὲ, ἐπεὶ [208] τὸ ἐφεδρεῦον οὐκέτ᾽ εἶχεν, ἐς πᾶν τοὐναντίον τῶν πρόσθεν εἰργασμένων αὐτῷ, πολλῶν ὄντων καὶ καλῶν, περιέστη. τά τε γὰρ ἄλλα ἀγρίως ἦρξε, καὶ E
[209] ταῖς τῆς ἀσεβείας δίκαις, [p] εἴ τις [210] οὐχ ὅσον ἐς τὸν Αὔγουστον, ἀλλὰ καὶ ἐς αὐτὸν ἐκεῖνον τήν τε μητέρα αὐτοῦ, [q] πράξας τι ἢ καὶ εἰπὼν ἀνεπιτήδειον ἐπεκλήθη, [211] δεινῶς ἐπεξῄει. ἐβασανίζοντο δὲ [212] οὐχὶ οἰκέται μόνοι κατὰ τῶν ἰδίων δεσποτῶν, ἀλλὰ καὶ ἐλεύθεροι καὶ πολῖται.

n ὁ δὲ Πείσων. adde ex Z: χρόνῳ ὕστερον εἰς τὴν Ῥώμην ἀνακομισθεὶς. & poſt Τιβερίου ex eodem: διακονουμένου τὴν ὑποψίαν τὴν ἐπὶ τῇ φθορᾷ τοῦ Γερμανικοῦ. o ἐποιήσατο. hoc de ἀναβολῇ locum habere non poteſt. germanam ajo Dionis ſcripturam eſſe, ἀναβολήν τινα ᾐτήσατο, L. poterat hoc confirmare ex Zonara, ἀναβολὴν αἰτήσας ἑαυτὸν κατεχρήσατο. p εἴ τις. deeſt apud RS. ex Xiph. autem inferendum ſuaſit ipſe RS. & X. quod fecerunt HS. & L. q πράξας τι ἢ καὶ εἰπών. πρᾶξαί τι ἢ καὶ εἰπεῖν, T.

§ 202. (l. 26.) οὐκ ἠθέλησεν] Supra p. 604. ſq.

§ 203. (l. 27.) ὑπὸ τοῦ Πείσωνος καὶ Πλαγκίνης] Germanicus morti proximus apud Tacitum lib. II. c. 71. ad amicos: *nunc ſcelere Piſonis & Plancinæ interceptus, ultimas preces pectoribus veſtris relinquo.* Plancina Piſonis uxor, Cn. Piſo Syriæ præfectus a Tiberio, qui illius in gratiam mortem Germanici maturavit, Antiochiæ obiiſſe Germanicum, corpusque ejus crematum in foro Antiochenſium, teſtatur Tacitus lib. II. c. 69. & 73.

§ 204. (l. 29.) ὀστᾶ γὰρ ἀνθρώπων] Idem Tacitus c. 69.

§ 205. (l. 31.) ζῶντος ἔτ᾽ εὑρέθη] Adde ex Zonara p. 548. C. ὅτι δὲ καὶ φαρμάκῳ ἐφθάρη, τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐξέφηνεν εἰς τὴν ἀγορὰν κομισθὲν, καὶ τοῖς παροῦσι δειχθέν. *Sed & veneno ſublatum fuiſſe, corpus ejus demonſtravit, perlatum in forum, & præſentibus oſtenſum.* Forum intellige Antiochiæ, § 203 Reim.

§ 206. (l. 32.) ὁ δὲ Πείσων] De Piſone apud Conſules accuſato, ac ne litteras Tiberii & mandata in Germanicum promeret, per vana Sejani promiſſa eluſo, accurate Tacitus lib. III. c. 10. usque ad 18. Conf. Sueton. c. 52.

§ 207. (l. 35.) ἑαυτὸν κατεχρήσατο] Idem Tacitus c. 16. teſtatur, ſe ex ſenioribus audiviſſe, quod non ſponte exſtinctus, hoc eſt, non ipſe ſibi necem conſciverit Piſo, ut fama fuit divulgatum, ſed immiſſo percuſſore perierit, exemplum illuſtre, quam infelix ſit illorum ſtultitia, qui miniſtros ſe ſceleris præbent hominibus, Dei & virtutis rectique negligentes.

Porro his Zonaras ſubjungit: ἐπὶ τρισὶ δὲ υἱέσιν ὁ Γερμανικὸς ἐτελεύτησεν, οὓς ὁ Αὔγουστος ἐν ταῖς διαθήκαις αὐτοῦ ὠνόμασε Καίσαρας. τούτων ὁ πρεσβύτατος Νέρων κατὰ τὸν χρόνον ἐκεῖνον [ἐν] τοῖς ἐφήβοις κατηριθμήθη. *Germanicus tres reliquit filios, quos Auguſtus in teſtamento ſuo Cæſares appellavit. Eorum natu maximus Nero, tum virilem togam ſumſit.* Ceteri filii, Druſus & C. Caligula. Mirum ni Dio, ubi Druſum Tiberii filium a Sejano interemtum dicit, p. 617. E. ſq. etiam de Nerone per eundem necato, Druſoque per ejusdem artes hoſte judicato, retulit. ſed vide p. 623. A. ex Exc. Peir. & p. 635. B. Reim.

§ 208. (l. 39.) τὸ ἐφεδρεῦον οὐκέτ᾽ εἶχεν] Secreti licentiam nactus, ut ait Suetonius c. 42. mortuo videlicet Germanico, quem unice verebatur, ut dictum p. 606. B. 610. E. Tacitus VI. ult. de Tiberio: *Egregius vita famaque, quoad privatus, vel in imperiis ſub Auguſto fuit: occultus ac ſubdolus, fingendis virtutibus, donec Germanicus ac Druſus ſuperfuere. Idem inter bona malaque mixtus, incolumi matre: inteſtabilis ſævitia, ſed obtectis libidinibus, dum Sejanum dilexit timuitve: poſtremo in ſcelera ſimul ac dedecora prorupit, poſtquam remoto pudore & metu, ſuo tantum ingenio utebatur.*

§ 209. (l. 43.) ταῖς τῆς ἀσεβείας δίκαις] *Legem Majeſtatis reduxerat*, inquit Tacitus lib. I. c. 72. *Adoleſcebat interea lex Majeſtatis.* id. lib. II. c. 50. Hanc antea exerceri noluit, vide p. 607. E.

§ 210. (l. 43.) οὐχ ὅσον ἐς τὸν Αὔγουστον] Initio ne in Auguſtum quidem crimini impietatis locum dederat, ut dictum p. 608. A. poſtea, teſte Tacito lib. II. c. 50. damnari voluit, ſi qua de Auguſto irreligioſe quis dixiſſet. In ſe vero & in matrem jacta noluit in cognitionem vocari. At deinde quam ſævus idem & iniquus hujus criminis non exactor modo ſed fictor quoque. vide Sueton. c. 58.

§ 211. (l. 46.) δεινῶς ἐπεξῄει] Amplius Zonaras p. 549. A. καὶ εἰς τοὺς ὑποπτευθέντας ἐπιβουλεύειν αὐτῷ ἀπαραίτητος ἦν. ἤδη δὲ καὶ ἐνδεικνύμενός τισιν ὅτι βούλεται τεθνάναι τινὰς, δι᾽ ἐκείνων σφᾶς ἀπεκτίννυε, καὶ οὐκ ἐλάνθανε ταῦτα ποιῶν. *contra eos vero, qui in inſidiarum ipſi ſtructarum ſuſpicionem venerant, inexorabilis fuit. Jam &, quos mori vellet, ubi indicaſſet nonnullis, horum illos opera, idque non diſſimulanter, de medio ſuſtulit.* Reim.

§ 212. (l. 47.) οὐχὶ οἰκέται μόνοι] Idem Tacitus lib. II. c. 30. novi juris repertorem Tiberium vocat, quod is ſervos, ut ſalvo SCto in caput Domini torqueri poſſent, mancipari ſingulos actori publico juſſit, ut ab Auguſto etiam ante factum notavit Dio p. 551. D. & a Tiberio iterum Tacitus III. 67. adde Sueton. c. 62.

λῖται. [213] οἵ τε κατηγορήσαντες ἢ καὶ καταμαρτυρήσαντές τινων, τὰς οὐσίας τῶν ἁλισκομένων διελάγχανον, καὶ προσέτι καὶ ἀρχὰς καὶ τιμὰς προσελάμβανον. πολλοὺς δὲ, καὶ τὴν ἡμέραν καὶ ὥραν ἐν ᾗ ἐγεγέννητο ἐξετάζων, καὶ ἐκεῖθεν καὶ τὸν τρόπον καὶ [214] τὴν τύχην αὐ-
616 τῶν διασκοπῶν, ἀπεκτίννυεν. εἰ γάρ τῳ ὑπέρογκόν τι καὶ εὔελπι πρὸς δυναστείαν ἐνεῖδε, πάντως ἀπώλλυεν. οὕτω δ᾽ οὖν [215] τὸ πεπρωμένον ἑκάστῳ τῶν πρώτων καὶ ἐξήταζε καὶ ἠπίστατο, [216] ὥστε καὶ τῷ Γάλβᾳ τῷ μετὰ ταῦτα αὐταρχήσαντι ἀπαντήσας, γυναῖκα ἐγγεγυημένῳ, εἰπεῖν ὅτι, [217] « Καὶ σύ ποτε τῆς ἡγε« μονίας γεύσῃ. » ἐφείσατο γὰρ αὐτοῦ, ὡς μὲν ἐγὼ δοκῶ, ὅτι καὶ τοῦτ᾽ αὐτῷ εἱμαρμένον ἦν· ὡς δ᾽ αὐτὸς ἔλεγεν, ὅτι καὶ ἐν γήρᾳ καὶ με-
B τὰ πολὺ τῆς τελευτῆς αὐτοῦ ἄρξοι. συνήρατο δὲ [r] αὐτῷ καὶ συγκατειργάσατο πάντα προθυμότατα Λούκιος Αἴλιος [s] Σηϊανὸς, [218] υἱὸς μὲν τοῦ [ss] Στράβωνος ὤν, παιδικὰ δέ ποτε [219] Μάρκου [t] Γαβίου Ἀπικίου γενόμενος, Ἀπικίου ἐκείνου, ὃς πάντας ἀνθρώπους [220] ἀσωτίᾳ ὑπερεβάλετο οὕτως, ὥστε ἐπειδὴ μαθεῖν ποτε ἐθελήσας, ὅσα τε ἤδη κατηναλώκει, καὶ ὅσα ἔτ᾽ εἶχεν, ἔγνω ὅτι [u] διακόσιαι [221] καὶ πεν-
C τήκοντα αὐτῷ μυριάδες ἔτι περιεῖεν, ἐλυπήθη τε ὡς καὶ λιμῷ τελευτήσειν μέλλων, καὶ ἑαυτὸν διέφθειρεν. οὗτος οὖν ὁ Σηϊανὸς χρόνῳ μέν τινι [222] μετὰ τοῦ πατρὸς τῶν δορυφόρων ἦρ-
617 ξεν· ἐπεὶ δὲ ἐκείνου [223] ἐς τὴν Αἴγυπτον πεμφθέντος, μόνος τὴν προστασίαν αὐτῶν ἔσχε, τά τε ἄλλα [x] συνέστησεν αὐτὴν, καὶ τοὺς λόχους ἰδίᾳ

etiam, civesque tormentis ſubdebantur: accuſatores, & qui falſo teſtimonio reos preſſiſſent, facultates damnatorum ſortiebantur, augebanturque inſuper magiſtratibus & honoribus. Multos etiam, indagato eorum nativitatis die ac hora, mores inde & fortunam eorum ſcrutatus, ſi quid adeſſe excellens, aut quod imperium ſperare juberet, deprehenderetur, protinus interficiebat. Adeo ſane fatum uniuſcujusque præſtantiſſimorum virorum exquiſitum cognoverat, ut Galbæ etiam, qui poſterioribus temporibus imperavit, & qui tum forte uxorem duxerat, obviam factus, dixerit: eum quoque aliquando imperium guſtaturum. Pepercit ei tamen, quia hoc quoque in fatis Galbæ erat, ut quidem ego ſentio: uti autem ipſe Tiberius dicebat, quod ſe jam defuncto, multo poſt tempore, ſenex eſſet imperio potiturus Galba. Ad hæc omnia adjutorem adminiſtrumque habuit promptiſſimum, L. Ælium, Seji Strabonis filium, Sejanum, qui pueritiam ſuam M. Gabio Apicio proſtituerat; ei, qui luxuria adeo omnes ſuperavit homines, ut quum aliquando inire rationem vellet, quantum jam pecuniæ profudiſſet, quantumque reſtaret, quum ſupereſſe adhuc centies ſeſtertium reperiſſet, magno mœrore correptus, quaſi fame ſibi pereundum foret, mortem ſibi conſciverit. Hic Sejanus aliquamdiu cum patre ſuo militibus prætorianis præfuit: poſtquam eo in Ægyptum miſſo, ſolus eos gubernavit; cum cætera redegit in ordinem, tum quia ante per cohortes diviſi, quemadmodum

A.U.C.772
M.Silano & L.Norbano COSS.

[r] αὐτῷ. poſt συγκατειργάσατο demum ponunt Exc. Peir. & Xiph. hoc ordine: συνήρατο δὲ καὶ συγκατειργάσατο αὐτῷ. [s] Σειανός. ſic & in Exc. Peir. Σιανὸς, RS Xiph. Σαιανὸς, Z. [ss] Στράβωνος, nomen appoſui Seji, quod & hic ſcripſiſſe Dionem exiſtimo, X. [t] Γαβίου. Σαβίου, Xiph. utrum rectius judicare non poſſum, X. ſed Γαβίου etiam codd. MSS. Xiph. Coisl. Br. [u] διακόσιαι. διακόσιαι, Xiph. [x] συνέστησεν αὐτὴν. non ad προστασίαν referri poteſt; nemo ſic loquitur. legendum igitur συνέστησεν αὐτοὺς, ſcil. δορυφόρους, L. αὐτὴν etiam Xiph.

§ 213. (l. 49.) οἵ τε κατηγορήσαντες] Decreta accuſatoribus præcipua præmia, nonnunquam & teſtibus, refert idem Suetonius c. 61.

§ 214. (l. 54.) τὴν τύχην διασκοπῶν, ἀπεκτίννυεν] Duplici nomine pugnans ſecum, crudele & ſtolidum conſilium: interficere homines, & tamen fatum credere & divinationem, qua non mors illis ſed imperium tribuatur: deinde non videre, quod Seneca Neronem p. 698. monuit, quicquid agas, quam multos etiam occidas, ſucceſſorem tuum occidi a te non poſſe.

§ 215. (l. 57.) τὸ πεπρωμένον] *Addictus Mathematicæ, perſuaſionisque plenus, cuncta fato agi.* Sueton. c. 69. Ad ſcrutanda hominum themata natalitia, uſus opera Thraſylli, de quo p. 612. E. atque ipſe ἐμπειρότατος τῆς διὰ τῶν ἄστρων μαντικῆς, ſupra p. 555. E. Joſephus XVIII. 8. ἦν δὲ καὶ γενεθλιαλογίᾳ Τιβέριος τὰ μάλιστα προσκείμενος.

§ 216. (l. 59.) ὥστε καὶ τῷ Γάλβᾳ] Infra p. 728. C. Suetonius Galba c. 4. Tacitus VI. 20. Joſephus XVIII. 8. Zonaras &c.

§ 217. (l. 61.) καὶ σύ ποτε τῆς ἡγεμονίας γεύσῃ] Apud Suetonium Auguſti hæc vox ad Galbam adhuc puerum: καὶ σὺ, τέκνον, τῆς ἀρχῆς ἡμῶν παρατρώξῃ. Similiter Tacitus, perinde ut Dio, Tiberio tribuit, quod Græcis verbis Galbam ſit in hanc ſententiam allocutus: *Et tu, Galba, quandoque degustabis Imperium,* ſeram & brevem potentiam ſignificans. Apud Joſephum, Tiberius, conſpecto Galba: ὡς παραγίνεται ἀνὴρ τῇ Ῥωμαίων ποτὲ τιμησόμενος ἡγεμονίᾳ.

§ 218. (l. 67.) υἱὸς μὲν τοῦ Στράβωνος] Seji Strabonis, quem principem equeſtris ordinis vocat Vellejus II. 127. Prætoriarum cohortium præfectum Tacitus lib. I. Annal. c. 7. ubi inter primos eum juraſſe in verba Tiberii refert.

§ 219. (l. 69.) Μάρκου Γαβίου Ἀπικίου] Idem Tacitus IV. 1. *Ælius Sejanus genitus Vulſiniis, patre Sejo Strabone, equite Romano, & prima juventa C. Cæſarem divi Auguſti nepotem ſectatus, non ſine rumore, Apicio diviti & prodigo ſtuprum venum dediſſe.*

§ 220. (l. 70.) ἀσωτίᾳ] Prodigalitate, nepotatu & luxus profuſione contra pudorem & ſupra modum. Eſt enim ἄσωτος, ὁ δι᾽ αὑτὸν ἀπολλύμενος, Ariſtoteli IV. 1. Nicomach. quem quia nihil σώζειν ſive ſervare didicit, nec ſalus ipſa ſervare poſſit ſi velit. vide quæ viri docti ad Luc. XV. 13. & quæ notavi ad Sextum Empiricum p. 496. & de Apicii hujus ſtupenda ac ſumtuoſa luxuria Senecam Epiſt. 95. & 120. lib. de vita beata c. 11. & conſolat. ad Helviam c. 10. unde conſtabit, quod non ſine cauſſa idem ab Eunapio ἀσωτίας πέρας appelletur, & a Plinio *ad omne luxus ingenium mirus, & nepotum omnium altiſſimus gurges,* lib. IX. c. 17. & lib. X. c. 48. Si vero Athenæum audimus, præter noſtrum πλουσιώτατον τρυφητὴν eidem lib. I. p. 7. memoratum, duo fuere ſimili profuſione & gula Apicii alii, unus qui illum ætate anteceſſit, æqualis Nicomedis regis, περὶ ἀσωτίᾳ πάντας ἀνθρώπους ὑπερακοντίσας, lib. IV. p. 168. teſte citato Poſidonio: alter junior, a quo miſſa Trajano apud Parthos verſanti oſtrea, narrat lib. I. c. 7. atque ex eo Suidas in Ὄστρεα.

§ 221. (l. 73.) διακόσιαι καὶ πεντήκοντα μυριάδες] Summam 250000 thalerorum. Seneca conſolat. ad Helviam c. 10. *Apicius cum Seſtertium millies in culinam congeſſiſſet, cum tot congiaria principum & ingens Capitolii vectigal ſingulis comeſſationibus exſorpſiſſet, ære alieno oppreſſus, rationes ſuas tunc primum coactus inſpexit. Superfuturum ſibi ſeſtertium centies computavit, & velut in ultima fame victurus, ſi in ſeſtertio centies vixiſſet, veneno vitam finivit.*

§ 222. (l. 77.) μετὰ τοῦ πατρὸς] Tacitus lib. I. c. 24. *Simul prætorii præfectus Ælius Sejanus, collega Straboni patri ſuo datus, magna apud Tiberium auctoritate, rector juveni,* (Druſo Tiberii F.) *& cæteris periculorum præmiorumque oſtentator.*

§ 223. (l. 78.) ἐς τὴν Αἴγυπτον] Ex lege Auguſti, eques Ægypto præſidebat: itaque Sejus Strabo ex equeſtri ordine datus a Tiberio præfectus Ægyptiis.

A.U.C.772 M.Silano & L.Norbano COSS.

admodum noctumi cuſtodes, alii alio in loco morabantur, intra una omnes caſtra conduxit; ut ſimul celeriter omnes mandata accipere poſſent, omnibusque inde terrori, velut intra unum degentes vallum, eſſent. Igitur eum Tiberius propter morum ſimilitudinem adſumptum, prætoriis honoribus (qui nemini antehac ejus conditionis hominum obtigerant) ornavit, conſilioque & miniſtro in omnibus rebus uſus eſt. [Generatim igitur Tiberius poſt Germanici obitum ſic immutatus eſt, ut hic, qui jam ante maxima laude celebrabatur, nunc multo etiam magis admiratione hominum efferretur.] * *

A.U.C.774 Tiberio IV. & Druſo Cæſ. COSS.

20. Quum autem Tiberius in quarto ſuo conſulatu Druſum collegam haberet, ſtatim ex hoc ipſo homines Druſo perniciem vaticinati ſunt. Neque enim ullus eorum, qui conſulatu una cum eo functi fuerant, niſi violenta morte, obierat; ſed & Quintilius Varus, Cn. Piſo, ipſeque Germanicus per vim & male perierant. Talem Tiberius quendam tota vita genium ſortitus erat, uti quidem videtur: proinde tunc Druſus quoque, & Sejanus poſtea, collegæ ejus, ad eundem modum perierunt. Tiberio ab urbe profecto, C. Lutorius Priſcus, eques, magni alioquin nominis poeta, qui in Germanici mortem inſigne carmen compoſuerat, ac magnam pro eo pecuniam acceperat, accuſatus eſt, quod per morbum Druſi, carmen in mortem ejus ſcripſiſſet, ejusque rei cauſa ſenatus judicio condemnatus obiit. Ægre id tulit Tiberius, non quod is ſupplicio eſſet affectus, ſed quod ſenatus aliquem ſine ſua ſententia damnaſſet: ideoque patres increpavit, & ſenatusconſultum fieri juſſit, ne quis a ſenatu damnatus intra diem decimum necaretur, neve decretum, hanc in rem latum, ante id tempus in ærarium deferretur, quo videlicet abſens etiam de eorum ſententia cognoſcere, & judicium ferre poſſet.

21. Finito deinde ſuo conſulatu, Romam rediit

ἰδίᾳ καὶ χωρὶς ἀλλήλων, ὥσπερ τοὺς [224] τῶν
νυκτοφυλάκων, ὄντας, [225] ἐς ἓν τεῖχος συνήγαγεν
ὥστε τὰ παραγγέλματα [226] καὶ ἀθρόους καὶ
διὰ ταχέων λαμβάνειν, καὶ φοβεροὺς πᾶσιν, ἅτε
καὶ ἐν ἑνὶ τείχει ὄντας, εἶναι. τοῦτον οὖν ὁ Τι-
βέριος ἐκ τῆς τῶν τρόπων ὁμοιότητος προσλαβὼν, D
ταῖς τε στρατηγικαῖς τιμαῖς ἐκόσμησεν, (ὃ μήπω
πρότερον μηδενὶ τῶν ὁμοίων [y] αὐτῷ ἐγεγόνει) καὶ
σύμβουλον καὶ ὑπηρέτην πρὸς πάντα ἐποιεῖτο.
[[z] τὸ μὲν οὖν σύμπαν οὕτω μετὰ τὸν τοῦ Γερμα-
νικοῦ θάνατον μετεβάλετο, ὥστε αὐτὸν, μεγάλως
καὶ πρότερον ἐπαινούμενον, πολλῷ δὴ τότε μᾶλ-
λον θαυμασθῆναι.] * *

Ἐπεὶ δὲ ὁ Τιβέριος [227] τὴν ὕπατον ἀρχὴν ἦρξε
μετὰ τοῦ Δρούσου, εὐθὺς οἱ ἄνθρωποι τὸν ὄλεθρον
τῷ Δρούσῳ ἐξ αὐτοῦ τούτου προεμαντεύσαντο. οὐ
γάρ ἐστιν ὅστις [228] τῶν ὑπατευσάντων ποτὲ μετ'
αὐτοῦ οὐ βιαίως ἀπέθανεν, ἀλλὰ τοῦτο μὲν,
[a] Οὔαρος ὁ Κυντίλιος, τοῦτο δὲ, Πείσων ὁ Γναῖος,
ὅ, τε Γερμανικὸς αὐτὸς, βιαίως καὶ κακῶς ἀπώλον- E
το. τοιούτῳ τινὶ, ὡς ἔοικε, διὰ βίου δαίμονι συγ-
κεκλήρωτο. ἀμέλει καὶ ὁ Δροῦσος τότε, καὶ ὁ
Σηιανὸς μετὰ ταῦτα, συνάρξαντές οἱ διεφθάρησαν.
ἐκδημοῦντος δὲ τοῦ Τιβερίου, [229] Γάϊος Λουτώριος
Πρίσκος, ἱππεὺς, ἄλλως τε μέγα ἐπὶ ποιήσει φρο-
νῶν, καὶ ἐπιτάφιον ἐπὶ τῷ Γερμανικῷ ἐπιφανῆ
συγγράψας, ὥστε καὶ χρήματα δι' αὐτὸν πολλὰ λα-
βεῖν, αἰτίαν ἔσχεν ὡς καὶ ἐπὶ τῷ Δρούσῳ ποίημα
παρὰ τὴν νόσον αὐτοῦ συντεθεικώς· καὶ ἐκρίθη τε
διὰ τοῦτο ἐν τῇ βουλῇ, καὶ [230] κατεδικάσθη, καὶ 617
ἀπέθανεν. ὁ οὖν Τιβέριος, ἀγανακτήσας, οὐχ ὅτι
ἐκεῖνος ἐκολάσθη, ἀλλ' ὅτι τις ὑπὸ τῶν βουλευτῶν
ἄνευ τῆς ἑαυτοῦ γνώμης ἐθανατώθη, ἐπετίμησέ τε
αὐτοῖς, καὶ δόγμα τι παραδοθῆναι ἐκέλευσε, μήτ'
ἀποθνήσκειν [231] ἐντὸς δέκα ἡμερῶν τὸν καταψη-
φισθέντα ὑπ' αὐτῶν, μήτε τὸ γράμμα, τὸ ἐπ' αὐ-
τῷ γενόμενον, ἐς τὸ δημόσιον ἐντὸς τοῦ αὐτοῦ χρό-
νου ἀποτίθεσθαι· ὅπως καὶ ἀποδημῶν προπυνθάνη-
ται τὰ δόξαντα σφίσι, καὶ ἐπιδιακρίνῃ. B

Καὶ μετὰ τοῦτο, ἐξελθούσης αὐτῷ τῆς ὑπατείας,
ἐς

y αὐτῷ. ſic & Xiph. οἱ, Exc. Peir. z τὸ μὲν οὖν σύμπαν &c. ex Exc. Peireſc. l. c. a Οὔαρος. ὁ Οὔαρος, & ſic ὁ Πείσων, Xiph.

§ 224. (l. 81.) τῶν νυκτοφυλάκων] De his ſupra ad p. 566. D. Ab his diverſæ urbanæ cohortes, οἱ τῆς πόλεως φρουροὶ, præſidio urbis ſex millia p. 565. A. in urbis cuſtodiam, Sueton. Auguſt. c. 49.

§ 225. (l. 82.) ἐς ἓν τεῖχος συνήγαγεν] Tacitus de Ælio Sejano lib. IV. c. 2. *Vim præfecturæ* (prætorianarum cohortium) *modicam antea, intendit, diſperſas per urbem cohortes una in caſtra conducendo, ut ſimul imperia acciperent, numeroque & robore* (erant enim decies mille p. 565. A.) *& viſu inter ſe, fiducia ipſis, in cæteros metus crearetur.* Sueton. c. 37. *Romæ caſtra conſtituit, quibus prætorianæ cohortes, vagæ ante id tempus, & per hoſpitia diſperſæ, continerentur.* De caſtris hiſce prætoriis adeundus Alexander Donatus lib. I. de urbe Roma cap. 15. T. III. Theſauri Græviani p. 510. ſq. Etiam Tiberium multitudine & virtute δορυφορικοῦ, ſive prætoriani militis, terrorem voluiſſe ſenatui incutere, notat Dio infra, p. 619. D.

§ 226. (l. 83.) καὶ ἀθρόους] Tacitus: *Prætendebat, laſcivire militem diductum: ſi quid ſubitum ingruat, majore auxilio pariter ſubveniri, & ſeverius acturos, ſi vallum ſtatuatur, procul urbis illecebris.*

§ 227. (l. 94.) τὴν ὕπατον ἀρχὴν] Nihil in his, quæ ex Dione nobis ſuperſunt, de ſuperiore anno, Valerio Meſſala & M. Aurelio Cotta Coſſ. de quibus Tacitus III. 1. ſq. Idem de hocce Tiberii quarto, Druſi ſecundo conſulatu, III. 31. ſq.

§ 228. (l. 97.) τῶν ὑπατευσάντων μετ' αὐτοῦ] Primo Tiberii Conſulatu A. U. C. 741. Collega *Quintilius Varus* cæſus a Germanis p. 584. D. Conſulatu ſecundo A. U. C. 747. Collega *Cn. Calpurnius Piſo*, poſt peremtum veneno Germanicum, ſibi ipſi conſcivit necem, p. 615. D. *Germanicus* tertio conſulatu Tiberii Collega A. U. C. 771. veneno Antiochiæ interiit, ibid. C. De *Druſi* nece in conſulatu hocce Tiberii quarto A. U. C. 774. dicetur p. 617. E. ſq. & de Collegæ *Sejani* in quinto A. U. C. 783. p. 628. C.

§ 229 (l. 4.) Γάϊος Λουτώριος Πρίσκος] Tacitus III. 49. *Fine anni, C. Lutorium Priſcum equitem Romanum, poſt celebre carmen, quo Germanici ſuprema defleverat, pecunia donatum a Cæſare, corripuit delator, objectans ægro Druſo compoſuiſſe, quod ſi extinctus foret, majore præmio vulgaretur.* Hic eſt a quo Pæzontem e ſpadonibus Sejani, pretio immani quingenties ſeſtertium emtum narrat Plinius VII. 39.

§ 230. (l. 10.) κατεδικάσθη καὶ ἀπέθανεν] Exilium aliis irrogare ſatis habentibus, prævaluit ſententia, qua ductus in carcerem & ſtatim exanimatus, ut fuſius narrat Tacitus III. 49. 50. & 51.

§ 231 (l. 15.) ἐντὸς δέκα ἡμερῶν] Idem Tacitus c. 51. *ſtatim exanimatum Lutorium Tiberius ſolitis ſibi ambagibus apud ſenatum incuſavit. - - Igitur factum SCtum, ne decreta patrum ante diem decimum ad ærarium deferrentur, idque vitæ ſpatium damnatis prorogaretur.* Huc ſpectat quod ait Dio infra p. 638. E. ὅτι γε οὐκ ἐξῆν αὐτοῖς πρὸ τῶν δέκα ἡμερῶν ἀποθανεῖν. Meminit & hujus ſenatusconſulti Suetonius c. 75. reſpicitque Seneca, decem medios usque ad ſupplicium dies memorans c. 14. de tranquillitate animi. Factum deinde, ut triginta dierum vitam poſt ſententiam trahere damnatis liceret, ut oſtendit Jo. Savaro ad Sidonium p. 56. qui tamen Sidonius lib. I. epiſt. 7. præter rem ſcripſit hoc fieri ex vetere SCto Tiberiano.

ἔς τε τὴν Ῥώμην ἦλθε, καὶ τοὺς ὑπάτους [232] συναγορεύειν τισὶν ἐκώλυσεν, εἰπὼν ὅτι, "Εἰ ὑπάτευον, οὐκ ἂν ἐποίησα τοῦτο." ἐπειδή τε τῶν στρατηγούντων τις αἰτίαν, [233] ὡς καὶ [b] ἀσεβές τι ἐς αὐτὸν εἰρηκὼς, ἢ καὶ πεποιηκὼς, λαβὼν, ἐξῆλθέ τε ἐκ τοῦ συνεδρίου, καὶ [234] τὴν ἀρχικὴν στολὴν ἐκδὺς, ἐπανῆλθέ τε, καὶ κατηγορηθῆναι παραχρῆμα, ὡς καὶ ἰδιωτεύων, ἠξίωσε· δεινῶς τε ἤλγησε, καὶ οὐκέτ' αὐτοῦ ἥψατο.

C [235] τοὺς δὲ ὀρχηστὰς τῆς τε Ῥώμης ἐξήλασε, καὶ μηδαμόθι τῇ τέχνῃ χρῆσθαι προσέταξεν, ὅτι τάς τε γυναῖκας ᾔσχυνον, καὶ στάσεις ἤγειρον. ἄλλους μὲν δὴ οὖν, καὶ πολλούς γε τῶν τελευτώντων, καὶ ἀνδριᾶσι καὶ [236] δημοσίαις ταφαῖς ἐτίμα· τὸν δὲ δὴ Σηϊανὸν ζῶντα [237] ἐν τῷ θεάτρῳ χαλκοῦν ἔστησε. κἀκ τούτου πολλαὶ μὲν ὑπὸ πολλῶν εἰκόνες [c] αὐτοῦ ἐποιήθησαν, πολλοὶ δὲ καὶ ἔπαινοι καὶ παρὰ τῷ δήμῳ καὶ παρὰ τῇ βουλῇ ἐγίγνοντο. ἔς τε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ οἵ τε ἄλλοι οἱ ἐλλόγιμοι, καὶ οἱ ὕπατοι αὐτοὶ, [238] ὑπὸ τὸν

D ὄρθρον συνεχῶς ἐφοίτων, καὶ τά τε ἴδια αὐτῷ πάντα, ὅσα τινὲς ἀξιώσειν παρὰ τοῦ Τιβερίου ἔμελλον, καὶ τὰ κοινὰ, ὑπὲρ ὧν χρηματισθῆναι ἔδει, ἐπεκοίνουν. καὶ συνελόντι εἰπεῖν, οὐδὲν ἔτι χωρὶς αὐτοῦ τῶν τοιούτων ἐπράττετο. κατὰ δὲ τὸν χρόνον τοῦτον καὶ στοὰ μεγίστη ἐν τῇ Ῥώμῃ, ἐπειδὴ ἑτεροκλινὴς ἐγένετο, θαυμαστὸν [d] δή τινα τρόπον ὠρθώθη. ἀρχιτέκτων γάρ τις, οὗ τὸ ὄνομα οὐδεὶς οἶδε, (τῇ γὰρ θαυματοποιΐᾳ αὐτοῦ φθονήσας ὁ Τιβέριος, οὐκ ἐπέτρεψεν αὐτὸ [239] ἐς τὰ ὑπο-

E μνήματα ἐσγραφῆναι) οὗτος οὖν ὅστις ποτὲ ὠνομάζετο, τούς τε θεμελίους αὐτῆς πέριξ κρατύνας, ὥστε μὴ συγκινηθῆναι, καὶ τὸ λοιπὸν πᾶν πόκοις τε καὶ ἱματίοις παχέσι περιλαβὼν, σχοίνοις τε πανταχόθεν αὐτὴν διέδησε, καὶ ἐς τὴν ἀρχαίαν ἕδραν, ἀνθρώποις τε πολλοῖς καὶ μηχανήμασιν ὠσάμενος, ἐπανήγαγε. τότε μὲν ὁ Τιβέριος καὶ ἐθαύμασεν αὐτὸν καὶ ἐζηλοτύπησε· καὶ διὰ μὲν ἐκεῖνο, χρήμασιν ἐτίμησε, διὰ δὲ τοῦτο, ἐκ τῆς πόλεως ἐξήλασε. μετὰ δὲ ταῦτα προσελθόντος οἱ αὐτοῦ, καὶ ἱκετείαν ποιουμένου, κἀν τούτῳ ποτήριόν τι ὑαλοῦν καταβαλόντος τε ἐξεπίτηδες, καὶ [240] θλασθέν πως, ἢ συντριβὲν, ταῖς τε χερσὶ διατρίψαντος, καὶ ἄθραυστον παραχρῆ-

diit, conſuleſque patrocinari aliquibus cupientes hoc dicto prohibuit, ſe, ſi conſul eſſet, id neutiquam facturum. Quum prætor quiſpiam, reus Majeſtatis in Tiberium facto aut verbo fuiſſe, accuſaretur, & egreſſus curia, veſtem magiſtratui propriam depoſuiſſet, reverſuſque privatum ſe ſtatim accuſari juſſiſſet: magno dolore Tiberius motus, in poſterum eum miſſum fecit. Hiſtriones Roma Tiberius exturbavit, utque arte illa nuſquam uterentur, interdixit: quod & ſtupri conſuetudinem cum feminis haberent, & turbas darent. Quum multos alios poſt mortem ſtatuis & publico funere cohoneſtaſſet, Sejani etiam vivi ſtatuam æneam in theatro poſuit. Inde multæ ejuſdem imagines a multis factæ: frequenter ad ſenatum ac populum laudatus: mane ad domum ejus cum cæteri illuſtres viri, tum conſules ipſi adſidue ventitare, cum eo & quæ privatim a Tiberio quiſque petiturus erat, & negotia publica, de quibus ad ſenatum referendum eſſet, communicare: in ſumma, nihil horum amplius ſine Sejano agi. Eodem tempore, quum porticus maxima Romæ in alterum latus inclinaſſet, miro quodam modo erecta eſt. Architectus quidam, (cujus ne nomen quidem notum eſt, quod invidens miro artificio Tiberius in commentarios id referri prohibuit) is, quocunque tandem nomine appellatus ſit, firmatis undiquaque fundamentis ejus, ne moveri poſſent, reliqua omnia velleribus & centonibus circumdedit, ac porticum funibus ab omni parte ligatam, multorum hominum ac machinarum impulſu in priſtinum poſitum reſtituit; Tum vero Tiberius & miratus eſt hominem, & eidem invidit: ac admirationis quidem cauſa pecunia donatum ornavit: ob invidiam vero, urbe expulit. Atque is rurſus ad principem accedens, ſupplexque factus, vitreum poculum conſulto abjecit, contuſumque aut contritum manibus ſubegit, ac

A.U.C. 775
Hater. Agrippa & Sulp. Galba COSS.

[b] ἀσεβές τι. ſic ſcripſi ex Xiph. nam τι, quod vulgo omittitur, abeſſe vix poterit. [c] αὐτοῦ. ſic RS. HS. Xiph. at αὐτῷ editio L. mutatione minus neceſſaria. [d] δὴ. ita ex Xiph. ſcribi juſſit X. quod & fecerunt HS. & L. pro δὲ, quod eſt apud RS.

§ 232. (l. 21.) συναγορεύειν τισὶν] Solitus & Tiberius ipſe amicis δικαζομένοις συναγωνίζεσθαι, p. 609. D. ſed Conſul id facere noluit, cujus erat judicem gerere, non patronum.

§ 233. (l. 24.) ὡς καὶ ἀσεβές] Tanquam reus majeſtatis in Cæſarem p. 607. E.

§ 234. (l. 26.) τὴν ἀρχικὴν στολὴν] Sicut in luctu veſtem mutabant, ut dictum ad p. 45. A. ſic idem mos reis.

§ 235. (l. 29.) τοὺς ὀρχηστὰς ἐξήλασε] Sueton. c. 37. *Cæde in theatro per diſcordiam admiſſa, capita factionum, & hiſtriones propter quos diſſidebatur, relegavit, nec ut revocaret, unquam ullis populi precibus potuit evinci.* Tacitus IV. 14. *Cæſar de immodeſtia hiſtrionum retulit, multa ab iis in publicum ſeditioſe, fœda per domos tentari: Oſcum quondam ludicrum, leviſſimæ apud vulgum oblectationis, eo flagitiorum & virium veniſſe, ut auctoritate patrum coërcendum ſit. Pulſi tum hiſtriones Italia.*

§ 236. (l. 33.) δημοσίαις ταφαῖς] De honore publici ac cenſorii funeris, vide ſis ad p. 529. A. Illum L. Piſoni & pluribus *aliis* a Tiberio conceſſum dicet Dio p. 633. D. Cenſorium funus vocat Tacitus IV. 15. ubi etiam effigiem defuncto Lucilio Longo apud forum Auguſti a patribus decretam memorat.

§ 237. (l. 34.) ἐν τῷ θεάτρῳ χαλκοῦν] Tacitus lib. IV. c. 2. Tiberium ita facilem ac pronum teſtatur fuiſſe ad honores Sejani extollendos, ut *ſocium laborum, non modo in ſermonibus, ſed apud Patres & populum celebraret, colique per theatra & fora effigies ejus, interque principia legionum ſineret.* Idem lib. III. c. 72. *& cenſuere patres effigiem Sejano, quæ apud theatrum Pompeji locaretur,* & lib. IV. c. 7. *cerni effigiem ejus in monumentis Cn. Pompeji.* Seneca conſolatione ad Marciam c. 22. *Decernebatur Sejano ſtatua in Pompeji theatro ponenda, quod exuſtum Tiberius reficiebat. Exclamavit Cremutius Cordus, tunc vere theatrum perire.* De aliis Sejani ſtatuis infra p. 622. B.

§ 238 (l. 38.) ὑπὸ τὸν ὄρθρον συνεχῶς] Ad ſalutationis officium, ad quod mane & ſub auroram concurrebatur, tanta Sejani ambitione, ut paucos conſpectu & alloquio dignaretur ipſe, *libertis quoque ac janitoribus ejus innoteſcere, pro magnifico acciperetur,* ut ait Tacitus VI. 8.

§ 239. (l. 47.) ἐς τὰ ὑπομνήματα] δημόσια intellige, de quibus p. 609. E.

§ 240 (l. 59.) καὶ θλασθὲν πως ἢ συντριβὲν] Non fractum vitrum hoc puto, ut ſibi perſuaſere viri doctiſſimi in actis Naturæ Curioſor. Decad. II. anni 3. p. 509. ſed læſum quodammodo, ac ſicut in vaſis ex metallo ſolet accidere, quando prolabuntur vel ad terram alliduntur, ut ſinus accipiant, colliſum fuit ac complicatum. Hoc igitur deinde artifex ille, ſive manibus ſuis, ſive adhibito malleo, apte iterum correxit. Celebrant tenacis hocce vitri ac flexibilis temperamentum, Tiberio principe excogitatum, etiam Plinius XXXVI. 26. Petronius c. 51. Iſidorus XVI. 15. Originum, & Joh. Sariſberienſis lib. IV. c. 5. Policratici; quorum loca produxit Janus Douſa Præcidan. ad Petronium c. 9. Ex Iſidoro habet Vincentius Bellovacenſis lib. VI. ſpeculi naturalis c. 77. & ex Iſidoro ac

A.U.C 775 Hater. Agrippa & Sulp. Galba COSS.

ſubito refecit, ſperans eo ſe veniam impetraturum: verum necari ob id juſſus eſt.

22. At filius Tiberii Druſus veneno extinctus eſt. Nam Sejanus potentia ac autoritate exturgeſcens, homo alioquin faſtuoſus, etiam Druſum aggreſſus eſt, eique pugnum aliquando intendit. Hinc Druſum juxta ac Tiberium timens, ſimulque exiſtimans, ſi juvenem ſuſtuliſſet, facile in ſua ſenem poteſtate habiturum; venenum Druſo per famulos uxoremque ejus, cum qua conſuetudinem ipſe adulterii habebat, (Livillam nonnulli autores nominant) exhibuit. Nec vacavit ſuſpicione Tiberius, quia neque ægrotante, neque mortuo filio, quicquam præter conſueta egiſſet, aut alios facere ſiviſſet; cui ſuſpicioni fidem id derogat, quod ita conſulto in omnibus hujusmodi caſibus ageret: quod filium unicum, ac ſibi natum, maxime diligeret: quod mortis ejus autoribus aut ſtatim, aut poſt ea ſupplicium irrogarit. Tum quidem in ſenatum venit Tiberius, filioque ut par erat laudato, domum ſe recepit. Eos etiam, quibus aqua & igni eſſet interdictum, teſtamenti factione prohibuit, quod interdictum hodie valet. Ælium Saturninum, quod is de ipſo carmina quædam famoſa compegiſſet, ſenatui reum tradidit, damnatumque de Capitolio præcipitavit.

23. Multa id genus alia ſcribere haberem, ſi omnia proſequi inſtituiſſem. Hoc ſummatim dictum eſto, multos ob hujusmodi cauſas ab eo neci

μα ἀποφήναντος, ὡς καὶ συγγνώμης διὰ τοῦτο τευξομένου, καὶ [241] ἀπέκτεινεν αὐτόν.

Δροῦσος δὲ ὁ παῖς αὐτοῦ φαρμάκῳ διώλετο. ὁ
γὰρ Σηϊανὸς ἐπί τε τῇ ἰσχύϊ καὶ ἐπὶ τῷ ἀξιώμα-
τι ὑπερμαζήσας, τά τε ἄλλα ὑπέρογκος ἦν, καὶ τέ- 618
λος καὶ ἐπὶ τὸν Δροῦσον ἐτράπετο, καί ποτε [242] πὺξ
αὐτῷ ἐνέτεινε. Φοβηθείς τε ἐκ τούτου καὶ ἐκεῖνον
καὶ τὸν Τιβέριον, καὶ ἅμα [e] καὶ προσδοκήσας, ἂν
τὸν νεανίσκον ἐκποδὼν ποιήσηται, καὶ τὸν γέροντα ῥᾷ-
στα μεταχειριεῖσθαι, φάρμακόν τι αὐτῷ [243] διά τε τῶν
ἐν τῇ θεραπείᾳ αὐτοῦ ὄντων, καὶ διὰ τῆς γυναικὸς
αὐτοῦ, [244] ἥν τινες [f] Λιουίλλαν ὀνομάζουσιν, ἔδωκε·
καὶ γὰρ καὶ ἐμοίχευεν αὐτήν. αἰτίαν μὲν γὰρ [245] ὁ Τι-
βέριος ἔλαβεν, ὅτι μήτε νοσοῦντος τοῦ Δρούσου, μήτ' B
ἀποθανόντος, ἔξω τι τῶν συνήθων ἔπραξε, μήτε τοῖς
ἄλλοις ποιῆσαι ἐπέτρεψεν. [246] οὐ μέντοι καὶ πιστὸς
ὁ λόγος. τοῦτό τε γὰρ ἀπὸ γνώμης [247] ἐπὶ πάν-
των ὁμοίως ἔπραττε, καὶ τῷ υἱεῖ, ἅτε καὶ μόνῳ καὶ D
γνησίῳ ὄντι, προσέκειτο· τούς τε χειρουργήσαντας τὸν
ὄλεθρον αὐτοῦ, τοὺς μὲν εὐθύς, τοὺς δὲ μετὰ ταῦτα
ἐκόλασε. τότε δ' οὖν ἐσῆλθέ τε ἐς τὸ συνέδριον, καὶ
[248] τὸν προσήκοντα ἐπὶ τῷ παιδὶ ἔπαινον ποιησάμε-
νος, [g] οἴκαδε ἐκομίσθη. ἀπεῖπε δὲ ὁ Τιβέριος
[249] τοῖς πυρὸς καὶ ὕδατος εἰρχθεῖσι, μὴ διατίθεσθαι· καὶ C
τοῦτο καὶ νῦν φυλάττεται. [250] Αἴλιον δὲ Σατορνῖνον,
ὡς καὶ ἔπη τινὰ ἐς αὐτὸν [251] οὐκ ἐπιτήδεια [i] ἀπορ-
ῥάψαντα, ὑπό τε τὴν βουλὴν ὑπήγαγε, καὶ ἁλόν- E
τα ἀπὸ τοῦ Καπιτωλίου κατεκρήμνισε.

Πολλὰ δ' ἂν καὶ ἄλλα τοιουτότροπα γράφειν ἔχοιμι, εἰ πάντα ἐπεξίοιμι. τοῦτό τε οὖν ἐν κεφαλαίῳ εἰρήσθω, ὅτι συχνοὶ διὰ τὰ τοιαῦτα ὑπ'

e καὶ. addidi ex Xiph. f Λιουίλλαν. Λιούλλαν, Xiph. Λιουίλλαν, RS. quod monitu Xyl. in Λιουίλλαν mutarunt HS. & L. vide F. ex Zonara ſuſpicor Dionem ſcripſiſſe: ἥν τινες Ἰουλίαν, ἕτεροι δὲ Λιουΐαν, (vel Λιουίλλαν) ὀνομάζουσιν. g οἴκαδε ἐκομίσθη. ita ſcripſi ex Xiph. pro vulgato, οἴκοι διεκομίσθη. præferendam Xiphilini lectionem eſſe, judicaverat etiam L. ſed non receperat. i ἀπορράψαντα. ſparſiſſet vertit X. quaſi legi deberet ἀπορρίψαντα. & ſic Sylb. Indice. contra F. fateor tamen & mihi ἀπορρίψαντα magis placere, ex p. 522. C.

Plinio Petrus Crinitus lib. XXIII. de honeſta diſciplina c. 4. alios recenti ætate ſimile aliquid tentaſſe refert præclarus Morhofius c. 2. Diſſ. de Scypho vitreo voce humana fracto.

§ 241. (l. 62.) ἀπέκτεινεν αὐτόν] *Decollari eum juſſit*, ut teſtantur Petronius, Iſidorus, Joannes Sariſberienſis: totamque, ut notat Plinius, *officinam ejus aboleri, ne æris, argenti, auri metallis pretia detraherentur.* Addit tamen, totius hujus rei famam crebriorem diu quam certiorem fuiſſe.

§ 242. (l. 66.) πὺξ αὐτῷ ἐνέτεινε] Tacitus IV. 3. notans Sejani faſtum Imperio ipſi inhiantem, cui obſtabat *plena Cæſarum domus, juvenis filius* (Druſus, Dioni mox νεανίσκος) *nepotes adulti* (ex Germanici liberis, Druſus & Nero,) *moram cupitis adferebant. Et quia vi tot ſimul corripere intutum, dolus intervalla ſcelerum poſcebat. Placuit tamen occultior via, & a Druſo incipere, in quem recenti ira ferebatur. Nam Druſus impatiens æmuli, & animo commotior, orto forte jurgio, intenderat Sejano manus, & contra tendentis os verberaverat.* Quod Sejani *contra tendentis* Tacitus meminit, eo pertinet ut removere Druſi vim a ſe voluerit, & manus intentaverit illi, non colaphum intulerit, ſicut accepit Lipſius. Rectius exponit Jac. Palmerius exercitt. ad auctores græcos, p. 264. atque ita etiam capiendum apud Zonaram, πὺξ αὐτῷ ποτε ἐνέτεινε. Si plagam Druſo inflixiſſet Sejanus, pugnumque impegiſſet filio imperatoris, tribunitiæque poteſtatis conſorti, crimine ſe Majeſtatis haud dubie obligaſſet. [Pro pugno vere impacto iſti Caſtori a Sejano diſputat Sylburgius.]

§ 243. (l. 70.) διά τε τῶν ἐν θεραπείᾳ αὐτοῦ ὄντων] Tacitus IV. 3. *Sumitur in conſcientiam* (dandi Druſo veneni) *Eudemus amicus, ac medicus Liviæ* (ſive Livillæ, Druſi uxoris) *ſpecie artis frequens ſecretis.* Meminit & Plinius XXIX. 1. Idem Tacitus IV. 8. *Sejanus maturandum ratus, deligit venenum, quo paullatim irrepente fortuitus morbus adſimularetur. Id Druſo datum per Lygdum ſpadonem, ut octo poſt annos cognitum eſt.* Plura c. 10. & 11.

§ 244. (l. 72.) ἥν τινες Λιουίλλαν] Taciti codices, itemque Plinii, *Liviam* vocant. Suetonii, cum Dione & Xiphilino conſpirantes, identidem *Livillam*. Zonaras: ἣν Ἰουλίαν, ἕτεροι δὲ Λιβίαν γράφουσιν. Λιουίλλης nomen occurrit infra p. 628. D. *Livillæ* nomen frequens in antiquis inſcriptionibus. Hæc autem Druſi uxor, ſoror Germanici, filiaque Druſi qui Tiberio frater erat, Tiberii nurus, nomen videtur accepiſſe a Livia Auguſti, quod ὑποκοριστικῶς effertur Livilla, ut pro Claudia, Claudilla; pro Junia, Junilla, pro Gracili, Gracilla, pro Fadia Fadilla, Lucia Lucilla, Maxima Maximilla, Fuſcinia Fuſcinilla, pro Fulcina Fulcinilla, pro Fulvia Fulvianilla &c. Ad Sejani porro adulterium cum Livilla pertinet, quod Tiberium gemellum ipſius filium non ex Druſi ſanguine conceptum ſuſpicio fuit. p. 635. D.

§ 245 (l. 73.) ὁ Τιβέριος] Tacitus IV. 8. *Ceterum Tiberius per omnes valetudinis ejus dies nullo metu, (an ut firmitudinem animi oſtentaret) etiam defuncto, nec dum ſepulto, curiam ingreſſus eſt. - - Non quidem ſibi ignarum poſſe argui, quod tam recenti dolore ſubierit oculos ſenatus: vix propinquorum alloquia tolerari, vix diem adſpici a plerisque lugentium: neque illos imbecillitatis damnandos, ſe tamen fortiora ſolatia e complexu reipubl. petiviſſe.*

§ 246. (l. 76.) οὐ πιστὸς ὁ λόγος] Phraſis, πιστὸς ὁ λόγος, frequens Paulo Apoſtolo 1 Tim. I, 15. III, 1. IV, 9. & 2 Tim. II, 2. Tit. III, 8.

§ 247. (l. 77.) ἐπὶ πάντων ὁμοίως] Vide p. 611. D. 621. D.

§ 248. (l. 82.) τὸν προσήκοντα ἔπαινον] Seneca conſolat. ad Marciam c. 15. *Tiberius Cæſar & quem genuerat,* (Druſum) *& quem adoptaverat* (Germanicum) *amiſit: ipſe tamen pro roſtris laudavit filium, ſtetitque in conſpectu poſito corpore, interjecto tantummodo velamento,* (ut ſupra p. 541. D.) *quod Pontificis oculos a funere arceret: & flente Populo Rom. non flexit vultum, experiendum ſe dedit Sejano ad latus ſtanti, quam patienter poſſet ſuos perdere.* Tacitus IV. 12. *Ceterum laudante filium pro roſtris Tiberio, Senatus Populusque habitum ac voces dolentum ſimulatione magis quam libens induebat, domumque Germanici reviviſcere occulti lætabantur.* Ex Dione videtur

ὑπ' αὐτοῦ ἀπώλοντο· καὶ ἐκεῖνο, ὅτι ζητῶν [k] καθ' ἕκαστον ἀκριβῶς [252] ὅσα τινὲς ᾐτιάζοντο φλαύρως περὶ αὐτοῦ εἰρηκέναι, [253] αὐτὸς ἑαυτὸν πάντα τὰ ἐξ ἀνθρώπων κακὰ ἔλεγε. καὶ γὰρ
D εἰ ἐν ἀποῤῥήτῳ τις καὶ πρὸς ἕνα διελέχθη τι, καὶ τοῦτο ἐδημοσίευεν, ὥστε καὶ [254] ἐς τὰ κοινὰ ὑπομνήματα ἐγγράφεσθαι. καὶ πολλάκις ἃ μηδ' εἶπέ τις, ὡς εἰρημένα, ἐξ ὧν ἑαυτῷ συνῄδει, προσκατεψεύδετο, ὅπως ὡς δικαιότατα ὀργίζεσθαι νομισθείη. [l] κἀκ τούτου συνέβαινεν αὐτῷ, πάντα τε ἐκεῖνα, ἐφ' οἷς τοὺς ἄλλους [255] ὡς καὶ ἀσεβοῦντας ἐκόλαζεν, αὐτὸς ἐς ἑαυτὸν πλημμελεῖν, καὶ προσέτι καὶ χλευασμὸν ὀφλισκάνειν. ἃ γὰρ ἀπηρνοῦντό τινες μὴ λελαληκέναι, ταῦτα αὐτὸς διισχυριζόμενος εἰρῆσθαι, καὶ κατομνύων, ἀληθέστερον ἑαυτὸν
E ἠδίκει. ἀφ' οὗ δὴ καὶ ἐξεστηκέναι τινὲς αὐτὸν τῶν φρενῶν ὑπώπτευσαν. οὐ μέντοι καὶ ὄντως παραφρονεῖν ἐκ τούτου ἐπιστεύετο. τὰ γὰρ ἄλλα καὶ πάνυ πάντα δεόντως διῴκει. τοῦτο μὲν γὰρ, βουλευτῇ τινι [256] ἀσελγῶς ζῶντι ἐπίτροπον, ὥσπερ τινὶ ὀρφανῷ, προσέταξε· τοῦτο δὲ, [257] τὸν Καπίτωνα, τὸν τὴν Ἀσίαν ἐπιτροπεύσαντα, ἐς τὸ συνέδριον ἐσήγαγε, καὶ ἐγκαλέσας αὐτῷ ὅτι [m] στρατιώταις ἐχρήσατο, καὶ ἄλλα τινὰ, ὡς καὶ ἀρχὴν
619 ἔχων, ἔπραξεν, ἐφυγάδευσεν. οὐ γὰρ ἐξῆν τότε τοῖς τὰ αὐτοκρατορικὰ χρήματα διοικοῦσι [258] πλέον οὐδὲν ποιεῖν, ἢ τὰς νενομισμένας προσόδους ἐκλέγειν, καὶ περὶ τῶν διαφορῶν ἔν τε τῇ ἀγορᾷ καὶ κατὰ τοὺς νόμους ἐξ ἴσου τοῖς ἰδιώταις δικάζεσθαι. τοσοῦτον μὲν δὴ τὸ διαλλάττον ἐν ταῖς Τιβερίου πράξεσιν ἦν.

neci datos; & illud præterea, quod dum de ſingulis accurate inquireret, quidquid ſiniſtre de ſe locuti quidam accuſarentur, ipſe deinceps omnia, quæ cadere in homines poſſunt, de ſe ipſo flagitia proferret. Etenim ſi quis ſecreto cum uno aliquo collocutus, in Tiberium quicquam dixiſſet, id vulgatum ab ipſo eſt, ac in publicos adeo commentarios relatum. Sæpius quoque ipſe mendaciter affinxit, nunquam a quoquam dicta, ſed quorum ipſe ſibi conſcius eſſet, quo juſtius iraſci putaretur. Inde evenit, ut propter quæ alios quaſi reos majeſtatis puniret, eorum omnium culpam in ſe admitteret, riſuique præterea ſe exponeret; dum quæ inficias ibant alii ſe protuliſſe, ea affirmando ipſe, adjurandoque, verius ſe ipſum lædebat. Quapropter fuere, qui eum inſanire ſuſpicarentur: verum reliquarum omnium rerum optima adminiſtratio ejus, eam alienatæ mentis opinionem diluit. Nam ſenatori cuidam luxurioſe viventi, tutorem, quaſi pupillo, dedit: Capitonem Aſiæ procuratorem in ſenatum introduxit, & objiciens ei, quod militibus uſus fuiſſet, quodque alia nonnulla, velut in provincia imperium tenens, geſſiſſet; hominem in exilium miſit. Neque enim iis, qui id temporis imperatoris pecunias adminiſtrabant, agere quicquam aliud licebat, quam ut reditus uſitatos exigerent, & de litibus in foro atque ex legibus, inſtar privatorum, diſceptarent. Tanta in actionibus Tiberii diſſimilitudo fuit.

A.U.C.775 Hater. Agrippa & Sulp. Galba Coss.

Διελθόντων

24. Decem

k καθ' ἕκαστον. καθ' ἓν ἕκαστον, Xiph. *l* κἀκ τούτου. id melius, quam καὶ τοῦτο, quod eſt apud Xiph. ſed & ibi cum Dione facit Mer. & Br. *m* ὅτι στρατιώταις. ὅτι καὶ στρατιώταις, Xiph.

videtur hauſiſſe quæ ſubjungit hoc loco Zonaras: ὁ δέ γε Τιβέριος εἰς τὸ συνέδριον ἀφικόμενος, ἐκεῖνόν τε ἀπωδύρατο, καὶ τὸν Νέρωνα τόν τε Δροῦσον, τοὺς τοῦ Γερμανικοῦ παῖδας τῇ γερουσίᾳ παρακατέθετο, καὶ τὸ σῶμα τοῦ Δρούσου προυτέθη ἐπὶ τοῦ βήματος, καὶ ὁ Νέρων γαμβρὸς αὐτοῦ ὢν ἐπαίνους ἐπ' αὐτῷ εἶπεν. ὁ δὲ δὴ θάνατος αὐτοῦ πολλοῖς αἴτιος θανάτου ἐγένετο, ὡς ἐφησθεῖσι τῇ ἀπωλείᾳ αὐτοῦ.

Addi poterant & ſequentia apud Zonaram: πολλοί τε γὰρ καὶ ἄλλοι ἀπώλοντο, καὶ Ἀγριππῖνα μετὰ τῶν παίδων αὐτῆς, τοῦ νεωτάτου χωρίς. πολλὰ γὰρ κατ' αὐτῆς ὁ Σεϊανὸς παρώξυνε τὸν Τιβέριον, προσδοκήσας, ἐκείνης μετὰ τῶν τέκνων ἀπολομένης, τῇ τε Λιβίᾳ συνοικήσειν τῇ τοῦ Δρούσου γυναικὶ, ἧς ἤρα, καὶ τὸ κράτος ἕξειν, μηδενὸς τῷ Τιβερίῳ τυγχάνοντος διαδόχου. τὸν γὰρ υἱωνὸν ἐμίσει ὡς καὶ μοιχίδιον, καὶ ἄλλους δὲ πολλοὺς ἐπὶ ἄλλαις αἰτίαις, ταῖς δέ γε πλείοσι πεπλασμέναις, καὶ ἐφυγάδευσε καὶ διέφθειρε. *Nam præter alios multos, Agrippina cum liberis, minimo natu excepto, periit: contra quam Tiberium vehementer incitaverat Sejanus, qui illa cum liberis ſublata, ſpem conjugii cum Livia, Druſi vidua, quam amabat, ipſiusque adeo imperii conceperat, quod nullum Tiberius ſucceſſorem haberet. Nam nepotem ex filio, ut adulterinum, oderat; idemque alios multos, aliis atque aliis de cauſis, ſed plerisque confictis, vel in exilium mittebat, vel occidebat.* Confer hanc Agrippinæ, Liviæ, liberorum Germanici, & Sejani hiſtoriam pluribus narratam a Glandorpio Onomaſt. p. 444. ſq. 452. ſq. & p. 461. ſq.
Reim.

§ 249 (l. 84.) τοῦ πυρὸς καὶ ὕδατος εἰρχθῶσι] Ex Tiberii igitur lege eſt, quod habes lib. XXVIII. Digeſtorum, tit. I. leg. 8. de his qui teſtamentum facere poſſunt. Cajus lib. 17. ad edictum provinciale: *ſi cui aqua & igne interdictum ſit, ejus nec illud teſtamentum valet, quod ante fecit, nec id quod poſtea fecerit. - - In inſulam deportati, in eadem cauſſa ſunt; ſed relegati in inſulam, & quibus terra Italica & ſua provincia interdicitur* (quia jus civitatis, etiam) *teſtamenti faciendi jus retinent.* Aquæ & ignis interdictio, graviſſimum exilii genus, adimebat civitatem, libertate tamen permiſſa, ut conſtat ex lib. II. Inſtitutt. tit. 16. de capitis deminutione. vide ſis etiam lib. XLVIII. Digeſt. Tit. 22. de interdictis & relegatis, & Julium Paulum lib. III. Sententiarum, tit. 4.

§ 250. (l. 85.) Ἄλλων Σατορνῖνον] Hujus infelicis poetæ, nec apud Tacitum, nec Suetonium occurrit memoria, nec apud alium veterem quod meminerim ſcriptorem.

§ 251. (l. 86.) οὐκ ἐπιτήδεια ἀποῤῥάψαντα] Sic & Xiphilini codices. Nec adſpernanda hæc lectio, cum ῥάπται dicantur qui carmina componunt: unde notum nomen ῥαψῳδῶν. Non igitur neceſſe cum Xylandro ἀποῤῥίψαντα legere.

§ 252. (l. 93.) ὅσα τινὲς ᾐτιάζοντο] Confer p. 637. C.

§ 253. (l. 94.) αὐτὸς ἑαυτὸν] Suetonius c. 66. non modo contempſiſſe interdum Tiberium convicia & criminationes in ſe conjectas, ſed & protuliſſe ultro atque vulgaſſe teſtatur, licet alio tempore ignota præ pudore & celata cuncta cuperet.

§ 254. (l. 97.) ἐς τὰ κοινὰ ὑπομνήματα] De his dictum ad p. 609. E.

§ 255. (l. 2.) ὡς καὶ ἀσεβοῦντας] Tanquam reos majeſtatis. vide ad p. 607. E.

§ 256. (l. 11.) ἀσελγῶς ζῶντι ἐπίτροπον] Apud Romanos prodigo ſua diſſipanti, perinde ut furioſo, bonis patris interdicebatur, ut prætore jubente ſub agnatorum curatione ac tutela eſſet. Vide quæ viri docti ad Ciceronem de ſenectute c. 7. & ad Horatii lib. II. *Satyr.* III. 217. ſq.

§ 257. (l. 12.) τὸν Καπίτωνα] Tacitus IV. 15. *Procurator Aſiæ Lucilius Capito, accuſante provincia cauſſam dixit, magna cum adſeveratione principis, non ſe jus niſi in ſervitia & pecunias familiares dediſſe: quod ſi vim prætoris uſurpaſſet, manibusque militum uſus foret, ſpreta in eo mandata ſua: audirent ſocios. Ita reus, cognito negotio, damnatur.* Alius Fonteius Capito, proconſul Aſiæ, qui eodem Tacito IV. 36. teſte, circa idem tempus *abſolvitur, comperto, ficta in eum crimina per Vibium Serenum. Neque tamen id Sereno noxæ fuit, quem odium publicum tutiorem faciebat.* (Vibium enim ut delatorem omnes oderant.) *Nam ut quis diſtrictior accuſator, velut ſacroſanctus erat: leves, ignobiles, pœnis adficiebantur.*

§ 258. (l. 18.) πλέον οὐδὲν ποιεῖν] De limitata hac procuratorum ſive rationalium Cæſaris poteſtate, vide Barnabam Briſſonium, lib. III. antiquitatum juris c. 18. & M. Auguſtinum Campianum, libro de officio poteſtate & jurisdictione Magiſtratuum Romanorum p. 418. ſq. Genev. 1725. 4to.

A.U.C.777 Corn. Cethego & L. Varrone COSS.

24. Decem annis imperii ejus exactis, ad reſumendum id, nihil decreto opus habuit: neque enim in decennia interciſum, quod Auguſtus fecerat, id gerebat neceſſario. Ludi tamen decennales facti. Cremutius Cordus manus ſibi ipſi inferre propter offenſum Sejanum coactus fuit. Adeo nihil in eo viro, jam ingraveſcentis ætatis, vitæque honeſtiſſime actæ, criminationi obvium fuit; ut hiſtoriæ cauſa, quam de rebus ab Auguſto geſtis quondam compoſuerat, ac ipſe Auguſtus legerat, poſtulatus ſit; quia Caſſium & Brutum laudaſſet, populum ac ſenatum perſtrinxiſſet, Cæſarem & Auguſtum, etſi nullo maledicto, non tamen immodicis laudibus affeciſſet. Hæc enim vitio dabantur, atque ob hæc mortem oppetiit, librique ejus tunc in urbe inventi, per ædiles, qui foris erant, per ſingulorum locorum præfectos, cremati ſunt; poſtea tamen iterum editi, (nam eos cum alii, tum Marcia filia ejus occultaverat) majori ſtudio ob Cordi caſum ſunt excepti. Eo tempore Tiberius exercitia cohortium prætorianarum ſenatoribus, tanquam vires earum ignorantibus, oſtentavit; ut robore earum ac multitudine cognita, eo magis ipſum metuerent. Hæc tum, quæ in hiſtoria mentione digna ſint, acta. Cyzicenis præterea libertas iterum adempta, quod Romanos quosdam in vincula duxiſſent, inchoatumque Auguſti velut herois fanum non perfeciſſent. Erat animus

Διελθόντων δὲ [259] τῶν δέκα ἐτῶν τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ, ψηφίσματος μὲν ἐς τὴν ἀνάληψιν αὐτῆς οὐδενὸς ἐδεήθη· οὐδὲ γὰρ ἐδεῖτο κατατέμνων αὐτὴν, ὥσπερ ὁ Αὔγουστος, ἄρχειν. ἡ μέντοι πανήγυρις ἡ δεκαετηρὶς ἐποιήθη. [260] [n] Κρεμούτιος δὲ δὴ Κόρδος αὐτόχειρ ἑαυτοῦ γενέσθαι, ὅτι [261] τῷ Σηϊανῷ προσέκρουσεν, ἠναγκάσθη. οὕτω γὰρ οὐδὲν ἔγκλημα ἐπαίτιον λαβεῖν ἠδυνήθη, (καὶ γὰρ [262] ἐν πύλαις ἤδη γήρως ἦν, καὶ ἐπιεικέστατα ἐβεβιώκει) ὥστε [263] ἐπὶ τῇ ἱστορίᾳ, ἣν πάλαι ποτὲ περὶ τῶν τῷ Αὐγούστῳ πραχθέντων [o] συνετεθείκει, καὶ [264] ἣν αὐτὸς ἐκεῖνος ἀνεγνώκει, κριθῆναι, ὅτι τόν τε Κάσσιον καὶ τὸν Βροῦτον ἐπῄνεσε, καὶ τοῦ δήμου τῆς τε βουλῆς [265] καθήψατο· τόν τε Καίσαρα καὶ τὸν Αὔγουστον εἶπε μὲν κακὸν οὐδὲν, οὐ μέντοι καὶ ὑπερεσέμνυνε. ταῦτά τε γὰρ ᾐτιάθη, καὶ διὰ ταῦτα [266] αὐτός τε ἀπέθανε, καὶ [267] τὰ συγγράμματα αὐτοῦ, τότε μὲν ἐν τῇ πόλει εὑρεθέντα, πρὸς τῶν ἀγορανόμων, καὶ τὰ ἔξω πρὸς τῶν ἑκασταχόθι ἀρχόντων ἐκαύθη· [268] ὕστερον δὲ ἐξεδόθη τε αὖθις, (ἄλλοι τε γὰρ καὶ μάλιστα ἡ θυγάτηρ αὐτοῦ [269] Μαρκία συνέκρυψεν αὐτὰ) καὶ πολὺ ἀξιοσπουδαστότερα [p] ὑπὸ τῆς τοῦ Κόρδου συμφορᾶς ἐγένετο. ἐν δ' οὖν τῷ τότε ὁ Τιβέριος τὴν τοῦ δορυφορικοῦ γυμνασίαν τοῖς βουλευταῖς, ὥσπερ ἀγνοοῦσι τὴν δύναμιν αὐτῶν, ἐπέδειξεν ὅπως καὶ πολλοὺς σφᾶς καὶ ἐῤῥωμένους ἰδόντες, μᾶλλον αὐτὸν φοβῶνται. τὸν μὲν οὖν χρόνον ἐκεῖνον ταῦτά τε ἐς ἱστορίας ἀπόδειξιν ἐγένετο, καὶ [270] Κυζικηνῶν ἡ ἐλευθερία αὖθις, ὅτι τε Ῥωμαίους τινὰς ἔδησαν, καὶ ὅτι καὶ τὸ ἡρῷον, ὃ τῷ Αὐγούστῳ ποιεῖν ἤρξαντο,

B C D

[n] Κλεμούλλιος, vulgo. Κρεμούλλιος, Xiph. Κρεμούτιος, X. ex Tacito. quod recepi. [o] συνετεθείκει. συνετεθήκει, Xiph. [p] ὑπὸ τῆς. ὑπ' αὐτῆς τῆς, Xiph. quod magis placet.

§ 259. (l. 23.) τῶν δέκα ἐτῶν] Mos decennalia celebrandi, ab Auguſto tractus, licet ſequentes Imperatores, non ut Auguſtus in decennium tantum, ſed ſimul ſemelque imperium ſuſcepiſſent, ut monuit Dio p. 507. A. Initium imperii Tiberiani numerandum, haud ab eo tempore, quo conſors ab Auguſto adſcitus eſt, proconſulari imperio, A.U.C. 763. ut viſum Jo. Georg. Herwarto novæ chronologiæ c. 248. & Antonio Pagi Diſſ. Hypatic. p. 19. ſq. 151. ſq. ſed a tempore quo ſucceſſit Auguſto jam defuncto, duobus Sextis Coſſ. A. U. C. 766. Igitur decennalia celebrata A. U.C. 777. Conſulibus Cethego & Varrone: nam & vicennalia celebrata eſſe A. U.C. 787. L. Vitellio & Fabio Perſico Coſſ. Dio auctor eſt infra, p. 636. C. vide omnino illuſtriſſimum Noriſium Diſſ. de votis decennalibus Imperatorum c. 2. qui edita illa eſſe notat die natali Tiberii XIV. Kalend. Sept.

§ 260. (l. 27.) Κρεμούτιος δὲ δὴ Κόρδος] De hoc A. Cremutio Cordo ejusque ſcriptis, nihil habeo quod addam induſtriæ præclari Voſſii, quem ſi placet vide lib. I. de hiſtoricis latinis c. 22.

§ 261. (l. 29.) τῷ Σηϊανῷ προσέκρουσεν] Cauſſas offenſi Sejani refert Seneca, conſolat. ad Marciam Cremutii filiam, c. 22. *Iraſcebatur illi ob unum aut alterum liberius dictum, quod tacitus ferre non potuerat, Sejanum in cervices noſtras nec imponi quidem ſed eſcendere. Decernebatur illi ſtatua in Pompeji theatro ponenda* - (ſupra p. 617.) *quod exuſtum Cæſar reficiebat. Exclamavit Cordus, tunc vere theatrum perire.*

§ 262. (l. 31.) ἐν πύλαις ἤδη γήρως] ὀλοῷ ἐπὶ γήραος οὐδῷ dixit Poëta, Iliad ω. 487. Videtur tunc egiſſe Cordus annum circiter ſexageſimum ætatis.

§ 263. (l. 32.) ἐπὶ τῇ ἱστορίᾳ] *Poſtulatus, quod editis annalibus, laudatoque M. Bruto, C. Caſſium Romanorum ultimum dixiſſet.* Tacit. IV. 34. Suetonius c. 61. *Objectum hiſtorico, quod Brutum Caſſiumque ultimos Romanorum dixiſſet.* Sic jam ante Brutus Caſſium ἔσχατον ἄνδρα Ῥωμαίων dixerat apud Plutarchum in Bruto p. 1005.

§ 264. (l. 34.) ἣν αὐτὸς ἐκεῖνος ἀνεγνώκει] Suetonius c. 61. *aliquot ante annos etiam Auguſto audiente recitata* innuit.

§ 265. (l. 37.) καθήψατο] Heſychius: *καθάπτεσθαι, λοιδορῆσαι, ὀνειδίζειν.* ſic *καθαπτόμενος, perſtringens,* apud Laërtium II. 105. & V. 11. καὶ Τίμων αὐτοῦ καθήψατο. Eodem ſenſu Latini utuntur voce *tangere*, & Galli *toucher*. Vide Jac. Kockerti indicem ad Terentium, voce *tangere*.

§ 266. (l. 40.) αὐτός τε ἀπέθανε] *Vitam abſtinentia finivit.* Tacit. IV. 35. & pluribus Seneca conſolatione ad Marciam. c. 22. Factum hoc Cornelio Coſſo & Aſinio Agrippa Coſſ. A. U. C. 778.

§ 267. (l. 40.) τὰ συγγράμματα αὐτοῦ] Idem Tacitus: *libros per ædiles cremandos cenſuere Patres.* Suet. c. 61. *ſcripta abolita.*

§ 268. (l. 43.) ὕστερον δὲ ἐξεδόθη αὖθις] Suetonius Caligula c. 16. *Titi Labieni, Cordi Cremutii, Caſſii Severi ſcripta, Senatusconſultis abolita, requiri, & eſſe in manibus, lectitarique permiſit: quando maxime ſua intereſſet, ut facta quæque poſteris tradantur.* Tacitus IV. 35. de iisdem Cremutii libris, quos cremandos patres cenſuerant, *ſed manſerunt*, inquit, *occultati & editi.*

§ 269. (l. 45.) Μαρκία] Hanc Cremutii filiam Marciam eo nomine, quod Patris libros reſtituit, celebrat Seneca, conſolatione ad eam ſcripta c. 1. *Ingenium patris tui, de quo ſumtum erat ſupplicium, in uſum hominum reduxiſti, & a vera illum vindicaſti morte, ac reſtituiſti in publica monumenta libros, quos vir ille fortiſſimus ſanguine ſuo ſcripſerat.*

§ 270. (l. 52.) Κυζικηνῶν] Jam ademerat Cyzicenis libertatem Auguſtus, p. 525. E. eamque illis iterum reddiderat p. 537. D. Cauſſam vel obtentum utrumque, ademtæ iterum a Tiberio, anno duodecimo ejus imperii, tangit etiam Tacitus IV. 36. *Objecta publice Cyzicenis incuria cærimoniarum divi Auguſti, additis violentiæ criminibus adverſum cives Romanos. Et amiſere libertatem, quam bello Mithridatis meruerant circumſeſſi, nec minus ſua conſtantia, quam præſidio Luculli pulſo Rege.* Poſteriorem ſolummodo Suetonius c. 37. *Cyzicenis in cives Romanos violentius quædam auſis publice libertatem ademit, quam bello Mithridatico meruerant.* Cyzicus, civitatis & inſulæ nomen in Propontide.

E ἤρξαντο, οὐκ ἐξετέλεσαν, ἀφῃρέθη. πάντως δ' ἂν καὶ [271] τὸν συμπωλήσαντα τῇ οἰκίᾳ τὸν ἀνδριάντα αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τούτῳ κριθέντα, ἀπεκτόνει, εἰ μὴ ὁ ὕπατος αὐτὸν ἐκεῖνον τὴν γνώμην πρῶτον ἀνήρετο. αἰδεσθεὶς γὰρ μὴ καὶ ἑαυτῷ τι χαρίζεσθαι δόξῃ, τὴν ἀπολύουσαν ἔθετο. [272] Λεντούλου δέ τινος βουλευτοῦ φύσει τε ἐπιεικοῦς, καὶ τότε ἐν γήρᾳ πολλῷ ὄντος, κατηγόρησέ τις ὡς ἐπιβεβουλευκότος τῷ αὐτοκράτορι. καὶ ὁ μὲν [q] Λεντοῦλος (παρῆν γὰρ) ἀνεκάγχασεν· ὁ δὲ Τιβέριος, ἐπιθορυβησάσης τι πρὸς τοῦτο τῆς γερουσίας, [273] « Οὐδὲ ζῆν ἔτι (ἔφη) ἄξιός εἰμι, εἴγε καὶ Λεντοῦλός με μισεῖ. »

mus Tiberio, eum quoque necare, qui cum domo ſua ſtatuam ſimul ipſius vendiderat, (nam eo crimine poſtulatus quidam erat) niſi conſul ipſum primum omnium ſententiam rogando effeciſſet, ut quum puderet ipſum in ſui gratiam quippiam cenſere, ſuo ſuffragio eum abſolveret. Lentulum, unum ex ſenatoribus, hominem natura manſuetum, ac tum magno admodum natu, accuſavit quidam, quod inſidias imperatori tetendiſſet. Ad id Lentulus (aderat enim) cachinnum ſuſtulit. Tiberius autem, admurmurante nonnihil ad hoc ſenatu, vita ſe jam dignum amplius negavit, ſi & Lentulus ipſi infeſtus eſſet.

A.U.C. 777 Corn. Cethego & L. Varrone COSS.

q Λεντοῦλος. Λέντουλος. Xiph.

§ 271. (l. 56.) *τὸν συμπωλήσαντα*] Refert quidem Tacitus lib. I. c. 73. quum Falanio objeciſſet accuſator, *quod venditis hortis, ſtatuam Auguſti ſimul mancipaſſet*; Tiberium ſcripſiſſe Conſulibus, *non contra religiones fieri, quod effigies ejus, ut alia numinum ſimulacra venditionibus hortorum accedant*. Sed quod narratur a Dione, longe ſerius geſtum. De religione ſtatuarum imperatoriarum adeundus Edmundus Figrelius, libro de ſtatuis illuſtrium Romanorum c. 36.

§ 272. (l. 61.) *Λεντούλου τινὸς βουλευτοῦ*] Idem Tacitus lib. IV. c. 29. *Tum accuſator Cn. Lentulum & Sejum Tuberonem nominat, magno pudore Cæſaris, cum primores civitatis, intimi ipſius amici, Lentulus ſenectutis extremæ, Tubero defecto corpore, tumultus hoſtilis & turbandæ reipb. arceſſerentur. Sed hi quidem ſtatim exemti.* Diverſus hic Lentulus a Lentulo augure, de quo Sueton. Tib. c. 49. & Seneca II. 27. de benefic. ut recte notatum a Lipſio ad Taciti IV. 44.

§ 273. (l. 67.) *οὔτε ζῆν ἔτι ἄξιός εἰμι*] Similis vox Tiberii apud Tacitum VI. 2. *neque ſibi vitam tanti, ſi armis* (in Senatu) *tegenda foret*, & Caligulæ apud Sueton. c. 56. diſtricto gladio affirmantis, *ſponte ſe periturum, ſi & illis* (præfectis prætorii) *morte dignus videretur*.

ΤΩΝ

ΤΩΝ ΔΙΩΝΟΣ ΡΩΜΑΙΚΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΟ ΠΕΝΤΗΚΟΣΤΟΝ ΟΓΔΟΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ.

DIONIS HISTORIÆ ROMANÆ LIBER QUINQUAGESIMUS OCTAVUS.

Hæc inſunt Libro LVIII. Romanæ Hiſtoriæ Dionis. [a]

Tiberius in Capream ſecedit: Sabinus perfidia Latiaris interimitur. c. 1.
De morte Liviæ. c. 2.
Gallus damnatur, lenta morte conficiendus. c. 3.
Sejanus nimiis honoribus elatus, arte Tiberii, cum familia & amicis, interficitur. c. 4—19.
Ratio eligendorum magiſtratuum & comitiorum. c. 20.
Tiberii libido, crudelitas in domum ſuam & alios, itemque avaritia. c. 21—25.
De Artabano rege Parthorum, & de Armenia. c. 26.
De morte Thraſylli. c. 27.
De morte Tiberii. c. 28.

Annis hæc geſta XII, quibus hi fuere conſules,

poſt C.N.	U.C.			TIBERII.
26.	779.	Cn. Lentulus Gætulicus,	& C. Calviſius Sabinus.	XIII. 19 Aug.
27.	780.	M. Licinius Craſſus,	& L. Calpurnius Piſo.	XIV.
28.	781.	Ap. Junius Silanus,	& P. Silius Nerva.	XV.
29.	782.	L. Rubellius Geminus,	& C. Fufius Geminus.	XVI.
30.	783.	M. Vinicius Quartinus,	& L. Caſſius Longinus.	XVII.
31.	784.	Tiberius Aug. V.	& L. Ælius Sejanus. (p. 623. B.)	XVIII.
32.	785.	Cn. Domitius Aenobarbus,	& Furius Camill. Scribonianus. (p. 631. E.)	XIX.
33.	786.	Serv. Sulpicius Galba,	& L. Cornelius Sulla. (p. 634. B.)	XX.
34.	787.	L. Vitellius,	& Paulus Fabius Perſicus. (p. 636. C.)	XXI.
35.	788.	C. Ceſtius Gallus,	& M. Servilius Nonianus. (p. 637. B.)	XXII.
36.	789.	Sex Papinius,	& Q. Plautius. (p. 638. A.)	XXIII.
37.	790.	Cn. Acerronius Proculus.	& C. Pontius Nigrinus. (p. 638. B.)	† 26 Mart.

A.U.C 779 Cn. Lentulo & Calviſ. Sabino COSS.

I. Sub id tempus Roma diſceſſit, neque unquam in urbem rediit, quanquam ſubinde venire vellet, venturumque ſe polliceretur. Hinc Latiaris quidam, Sabini, viri inter Romanos præcipui, familiaris, in gratiam Sejani, in culmen ſuæ domus, occultatis ibi prius quibusdam ſenatoribus, Sabinum ad colloquium ſubduxit;

I Ἀπεδήμησε δὲ [1] κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἐκ τῆς Ῥώμης, καὶ οὐκέτι τὸ παράπαν ἐς τὴν πόλιν ἀνεκομίσθη, [b] καίτοι [2] μέλλων τε ἀεὶ καὶ ἐπαγγελλόμενος. ὅτε δὴ καὶ [3] [c] Λατιάριός τις, [4] ἑταῖρος Σαβίνου, ἀνδρὸς τῶν πρώτων ἐν 621
Ῥώμῃ, τῷ Σεϊανῷ χαριζόμενος, ἐς τὴν τοῦ οἰκήματος, ἐν ᾧ διῃτᾶτο, ὀροφὴν [5] βουλευτὰς καταχρύψας, ὑπηγά-

a Totum hunc librum, ſine titulo, ſine ſummis capitibus, ſine conſulibus præmiſſis, cum ſuperiori quaſi unum connectebat codex Roberti. vide ſub init. libri præc. dicta. Delevi ergo Græca, quæ Leunclavius ad ſimilitudinem ceterorum librorum huic præmiſerat; nam conſulum maxime nomina fraudi fuiſſe videbam viris doctiſſimis (etiam Ryckio ad Tacitum) qui hæc a Leunclavio eſſe neſcientes, ad ea velut Dionis ipſius, aut certe manus antiquæ, in conſtituendis veris conſulum nominibus provocant. adjeci tamen loca Dionis, ubi conſules nominantur. *b* καίτοι μέλλων τε ἀεὶ καὶ ἐπαγγελλόμενος. hæc omiſit RS. inſerta ab HS & L. monitu Xyl. ex Xiph. *c* Λατιάριος. vulgo: Ῥατιάριος, & ſic quoque Xiph. ſed Λατιάριος ſcribendum eſſe ex Tacito, jam docuit X. quod recepi. nec enim audiendus Leunclavius, qui Λατιάλιος ſcribendum ait, ſicut λατιάλιον & παλλίλιον, non λατιάριον & παρίλιον. tu vide ſis dicta ad p. 351.

§ 1. (l. 1.) κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον] Tiberius Druſi filii amiſſione afflictus, diſceſſit Roma, anno imperii decimo tertio, Lentulo Gætulico & C. Calviſio Coſſ. in urbem regreſſurus nunquam. Vide ſi placet Tacitum IV. 57. ſq. qui cauſſas abſceſſus faſtidium matris, artes Sejani, & Tiberii flagitiis ſuis & turpitudini latebras quærentis ingenium, memorat: Suetonium quoque c. 39.

§ 2. (l. 3.) καίτοι μέλλων τε ἀεὶ καὶ ἐπαγγελλόμενος] Undecim per annos inſecutos, non modo ex inſula Caprea, cujus ſeceſſu delectabatur, tranſiit ſubinde in continentem, poteſtatemque omnibus adeundi ſui fecit, ſed & propinquo rure aut littore ſæpe verſatus, & ad mœnia urbis aſſidens. Sueton. c. 40. & 72. Tacit. IV. 58. VI. 15. &c. Dio infra p. 634. B. 636. C. 637. B.

§ 3. (l. 4.) Λατιάριός τις] Hæc poſt annum a Tiberii profectione interjectum ſunt geſta, initio anni decimi quinti Imperii, Junio Silano & Silio Nerva Coſſ. Totam ſcenam uberius exponit Tacitus IV. 68. ſq. cui perfidus hic homo *Latinius Latiaris* appellatur, etiam VI. 4. ubi gratiſſimo ſpectaculo ipſum pœnas dediſſe refert.

§ 4. (l. 5.) ἑταῖρος Σαβίνου] Titii Sabini, equitis Romani, quem amicitia Germanici jam pridem inviſum Sejano fecerat. Tacit. IV 18. Hunc modico uſu attingens Latiaris dolo aggreſſus eſt, gratiam initurus apud Sejanum, & conſulatui inhians id. 68.

§ 5. (l. 7.) βουλευτὰς καταχρύψας] Nominantur a Tacito tres, c. 69. Porcius Cato, Petilius Rufus, M. Opſius, prætura functi omnes, perinde ut architectus fraudis Latinius. *Illi tectum inter Latinii & laquearia, haud minus turpi latebra quam deteſtanda fraude, ſeſe abſtrudunt, foraminibus & rimis aurem admovent.*

ὑπηγάγετο τὸν Σαβῖνον ἐς λόγους· [6] καί τι εἰπὼν
ὧν εἰώθει, ἐπεσπάσατο καὶ ἐκεῖνον πάνθ' ὅσα
ἐφρόνει ἐκλαλῆσαι. τῶν γάρτοι συκοφαντεῖν ἐθε-
λόντων ἔργον ἐστὶ, λοιδορίας τέ τινος προκατάρχε-
σθαι, καὶ ἀπόῤῥητόν τι ἐκφαίνειν· ἵνα ἀκούσας τι
[d] αὐτὸς, ἢ καὶ ὅμοιόν τι εἰπὼν, αἰτιαθῇ. τοῖς
μὲν γὰρ, ἅτε ἐκ παρασκευῆς τοῦτο δρῶσιν, ἀκίν-
δυνός ἐστιν ἡ παῤῥησία· (οὐ γὰρ ὡς καὶ φρο-
B νοῦντές τινα, ἀλλ' ὡς ἑτέρους [e] ἐλέγξαι βουλόμε-
νοι, λέγειν αὐτὰ πιστεύονται) οἱ δ', ὅ,τι ἂν καὶ τὸ
βραχύτατον ἔξω τοῦ καθεστηκότος εἴπωσι, κολάζον-
ται· ὅπερ καὶ τότε ἐγένετο. [7] ἔς τε γὰρ τὸ δεσμω-
τήριον ὁ Σαβῖνος αὐθημερὸν κατετέθη, καὶ μετὰ τοῦ-
το ἀκρίτως ἐφθάρη· τό, τε σῶμα αὐτοῦ [8] κατὰ τῶν
[f] ἀναβασμῶν ἐῤῥίφη, καὶ ἐς τὸν ποταμὸν ἐνεβλήθη.
ἐδείνωσε δ' ἐπὶ πλέον τὸ πάθος αὐτοῦ [9] κύων τις τοῦ
Σαβίνου, [g] συνεισελθών τε αὐτῷ ἐς τὸ οἴκημα, καὶ
ἀποθανόντι παραμείνας, καὶ τέλος καὶ ἐς τὸν ποτα-
C μὸν συνεισπεσών. τοῦτο μὲν τοιοῦτον ἐγένετο.

[10] Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ τούτῳ χρόνῳ καὶ ἡ Λιουία μετήλ-
λαξεν, ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη ζήσασα. καὶ αὐτὴν ὁ
Τιβέριος [11] οὔτε νοσοῦσαν ἐπεσκέψατο, [12] οὔτ' ἀπο-
θανοῦσαν αὐτὸς [h] προέθετο· οὐ μὴν οὐδὲ ἐς τιμὴν
ἄλλο τι αὐτῇ, πλὴν τῆς [13] δημοσίας ἐκφορᾶς καὶ εἰκό-
νων, ἑτέρων τέ τινων οὐδενὸς ἀξίων, ἔνειμεν. [14] ἀθα-
νατισθῆναι δὲ αὐτὴν ἄντικρυς ἀπηγόρευσεν. οὐ μέντοι
καὶ μόνα οἱ ἡ βουλὴ, ὅσα ἐκεῖνος ἐπέστειλεν, ἐψηφίσα-
D το, ἀλλὰ [15] πένθος αὐτῇ παρ' ὅλον τὸν ἐνιαυτὸν ταῖς
γυναιξὶν

duxit; & poſt nonnulla ex more dicta, eo ho- A.U.C.781
minem pertraxit, ut omnia, quæ ſentiret, libe- Jun. Silano
re eloqueretur. Hic enim ſycophantis mos, & Sil. Nerva
ut conviciis proſcindere aliquem, & arcani COSS.
quippiam efferre ipſi incipiant; ut audiens al-
ter, ipſe quoque ſimile aliquid proferat & cri-
mini obnoxius fiat. Nam illis quidem hoc
absque periculo licet, nimirum ex compacto id
facientibus; quia non quod ita ſentiant, ſed ut
coarguant alios, ita loqui creduntur. At hi ſi
vel minimum, prætor quam licitum eſt, ver-
bulum emittant, ſupplicium merent: quod
tunc etiam factum. Nam ea ipſa die in carce-
rem conjectus eſt Sabinus, deinde indicta cauſa
necatus, tum corpus ejus ad ſcalas Gemonias
projectum, & in flumen miſſum. Ejus caſus
atrocitatem adauxit canis Sabini, qui cum eo in
carcerem ivit, morienti affuit, denique cum eo
in Tiberim ſe præcipitavit.

2. Eodem tempore Livia quoque morti con- A.U.C.782
ceſſit, quum vixiſſet annos octoginta ſex. L. Rubellio
Eam neque decumbentem inviſit Tiberius, ne- & C. Fuſio
que mortuam ipſe in publico propoſuit, neque COSS.
præter funus publicum, imaginesque, & alia
levia, ullum ei honorem tribuit; inter divas
referri, palam prohibuit. Cæterum ſenatus
non contentus iis, quæ Tiberius ei decernenda
ſcripſiſſet, luctum mulieribus in totum annum
indixit,

d αὐτὸς. forte ἄλλος, Od. *e* ἐλέγξαι. ἐξελέγξαι, Xiph. attamen cod. Coiſl. & Br. cum Dione conſentiunt. *f* ἀναβασμῶν. ſic & alias Dio, vide p. 61. E. 624. C. nec omnino male: quanquam pro vitiato habet L. ἀναβαθμῶν, Xiph. ſed iterum Dioni hic adſentiuntur Coiſl. & Br. *g* συνεισελθών. συνελθών, Xiph. atqui & hic non abeunt a Dione Coiſl. & Br. & ſic edidit Sylb. *h* προέθετο. ſic ſcribendum eſſe, pro vulgato προσέθετο, monuit ad Xiph. Wolfius, Lipſius Elect. l. 6. L. vide F. adhuc tamen illud corruptum vocabulum fœdabat editiones, niſi quod correxit Sylb. mox τῇ vulgo deeſt apud Xiph. habent tamen Coiſl. & Br.

§ 6. (l. 8.) καί τι εἰπὼν ὧν εἰώθει] Tacit. *Latiaris jacere fortuitos primum ſermones, mox laudare conſtantiam, quod non ut cæteri, florentis domus amicus, adflictam* Germanici domum *deſeruiſſet: ſimul honora de Germanico, Agrippinam miſerans, diſſerebat. Et poſtquam Sabinus, ut ſunt molles in calamitate mortalium animi, effudit lacrymas, junxit queſtus: audentius jam* Latiaris *onerat Sejanum, ſævitiam, ſuperbiam, ſpes ejus: ne in Tiberium quidem convitio abſtinet.*

§ 7. (l. 19.) ἔς τε γὰρ τὸ δεσμωτήριον] Tacitus II. 70. *trahebatur damnatus, quantum obducta veſte & adſtrictis faucibus niti poterat, clamitans: ſic incohari annum, has Sejano victimas cadere.* Solebant autem in carcere, laqueo fracta gula, ſtrangulari, ut eidem Sabino contigit.

§ 8. (l. 21.) κατὰ τῶν ἀναβασμῶν] Notum eſt, *ſcalas Gemonias*, ſive ut Plinius appellat *gradus gemitorios*, fuiſſe locum, quo corpora noxiorum, in carcere necatorum, tracta unco per dedecus in Tiberim abjiciebantur. P. Victor: *dicti Gemonii gradus, quod locus eſſet gemitus & calamitatum. Nam quod aliqui augurantur de Gemonio auctore, vel qui primus ſit exturbatus, parum comperi. Gradus vel ſcalæ dicebantur, quod ſurrectus foret locus & gradibus quibusdam conſcenderetur.* Mentio apud Dionem ſæpius, & p. 630. E.

§ 9. (l. 23.) κύων τις τοῦ Σαβίνου] Fidei canum erga dominos exempla referens Plinius VIII. 40. *Sed ſuper omnia in noſtro ævo actis populi Romani* (δημοσίοις ὑπομνήμασι, de quibus ſupra p. 609. E.) *teſtatum, Appio Junio & P. Silio Coſſ. cum animadverteretur ex cauſſa Neronis, Germanici filii, in Titium Sabinum & ſervitia ejus, unius ex his canem nec a carcere abigi potuiſſe, nec a corpore receſſiſſe abjecti in gradibus Gemitoriis, mæſtos edentem ululatus, magna populi Romani corona, ex quaecum quidam ei cibum objeciſſet, ad os defuncti tuliſſe. Innatavit idem, cadaver in Tiberim abjecti ſuſtentare conatus, effuſa multitudine ad ſpectandam animalis fidem.* Eadem ex Plinio ut ſolet Solinus c. 15. (al. 20.) Meminit & ex Dione Zonaras.

§ 10. (l. 27.) ἐν δὲ αὐτῷ τούτῳ χρόνῳ] Anno decimo ſexto Tiberii, *Rubellio & Fuſio Coſſ. Julia Auguſta mortem obiit ætate extrema.* Tacitus V. 1. Octoginta duos annos ei tribuit Plinius XIV. 6. quos ait eam vino Pucino acceptos retuliſſe.

§ 11. (l. 29.) οὔτε νοσοῦσαν ἐπεσκέψατο] *Neque ægræ adeſſe curavit*, Sueton. c. 51. Supremis in matrem officiis defuiſſe, teſtatur etiam Tacitus V. 2.

§ 12. (l. 29.) οὔτ' ἀποθανοῦσαν αὐτὸς προέθετο] Ita legendum eſſe, ut p. 546. B. & 642. C. non προσέθετο, recte viri docti annotarunt, & ante alios Scaliger ad Feſtum in *collocare*. Erat autem *collocationem* funeris ſive πρόθεσιν curare, parentum, filiorum, fratrum, proximorumque & heredum, ſicut περιστολὴν quoque ſive *compoſitionem*. Prius enim cadaver probe lotum atque unctum, ſive ut Perſius III. 104. craſſis lutatum amomis, involutumque linteis, ornabatur, feralique lecto aptabatur, deinde ita *compoſitum*, *collocabatur* per plures dies inſpiciendum in atrio domus, ut docent viri eruditiſſimi, Lipſius lib. I. c. 6. Electorum & Caſaubonus ad Perſium, & Taubmannus ad Plauti Aulular. III. 6. 31. & Virgil. XI. 21. ſq. Æneidos, Kirchmannus lib. I. c. 12. Samuel Pitiſcus ad Suetonii Auguſt. c. 101.

§ 13. (l. 31.) δημοσίας ἐκφορᾶς] Funeris publici honor multis etiam conceſſus privatis. vide ad p. 529. A. ſicut imaginum quoque, quæ in funeris pompa ducebantur, de quibus p. 338. B. Laudatam pro roſtris Liviam a Cajo Caligula nepote, adhuc prætextato, teſtes Suetonius in Caligul. c. 10. & Tacitus V. 1.

§ 14. (l. 32.) ἀθανατισθῆναι] Sueton. c. 51. *Defunctam, & dum adventus ſui ſpem facit, complurium dierum mora, corrupto demum & tabido corpore funeratam, prohibuit conſecrari, quaſi id ipſa mandaſſet.* Tacitus V. 2. *Honores memoriæ ejus ab ſenatu large decretos, quaſi per modeſtiam imminuit, paucis admodum receptis, & addito, ne cæleſtis religio decerneretur: ſic ipſam maluiſſe.* Conſecrari tamen deinde juſſit nepos Claudius Imp. infra p. 667. D. quem autem numum conſecrationis *Divæ Juliæ* teſtem citat Jacobus Gutherius lib. II. de jure manium c. 6. & 35. hunc ad Juliam Auguſtæ filiam ſpectare docet Thomas Reineſius lib. I. Var. Lect. c. 21. p. 86. ſq. Exſtat tamen alius numus Julienſium & Laodicenſium, in quo Auguſti & Liviæ capita, cum inſcriptione Θεοῦ Καίσαρος Σεβαστοῦ Θεᾶς Ἰουλίας Σεβαστῆς, ſed hunc Auguſto adhuc ſpirante percuſſum ſuſpicatur Triſtanus T. I. p. 127. Vocabulo ἀθανατίζεσθαι utitur eodem ſenſu Dio p. 648. B. ἀπαθανατίζειν, p. 667. E. ubi de Livia.

§ 15. (l. 35.) πένθος παρ' ὅλον τὸν ἐνιαυτὸν] Ita Auguſtum per

A.U.C. 782 C. Rubellio & C. Fufio COSS.

indixit, (laudato tamen Tiberio, quod ne tum quidem a reipublicæ adminiſtratione ſe abſtineret) arcum quoque ei, nulli unquam mulieri datum, decreverunt: ſcilicet quod multis ipſorum ſalutem attuliſſet, quod multorum liberos educaſſet, multos in elocandis filiabus adjuviſſet: unde nonnulli matrem patriæ eam cognominaverunt. Condita eſt in mauſoleo Auguſti: feruntur que cum alia ejus ſapienter dicta, tum quod obviam ſibi factos quondam viros nudos, quum ea de cauſa jam eſſent necandi, ita eripuerit morti; ut diceret, pudicis mulieribus hos nihil a ſtatuis differre. Interroganti cuidam, quanam ratione Auguſtum ita ſibi obſequentem reddidiſſet, reſpondit: exquiſita pudicitia, omnia ejus mandata lubenter exſequendo, nullas ejus res ſcrutando, luſus ejus Venereos non tantum non perſequendo, ſed & diſſimulando. Tali ingenio fuit Livia. Arcus vero ei non eſt exſtructus: nam Tiberius, quem pudebat, diſertis verbis ſenatusconſultum irritum facere, pollicitus ſe eum ſuis ſumptibus ædificaturum, eo modo reſcidit: quia neque publicis impenſis fieri paſſus eſt, neque ſuis ipſe fecit. Porro Sejanus magis etiam elatus eſt, decretumque fuit, ut publice ejus natalis celebraretur: (nam numerum quidem ſtatuarum, quas ei ſenatus, equites, tribus, ac primarii viri poſuerunt, inire nemo poſſit:) legatosque ad ipſum perinde ac Tiberium ſeorſum ſenatus, ſeorſum equites, ac plebs ex tribunis & ædilibus ſuis miſerunt: pro ambobus ad eundem modum vota & rem divinam fecerunt, ac per amborum fortunam ſacramenta conceperunt.

γυναιξὶν ἐπήγγειλαν· καίπερ τὸν Τιβέριον ἐπαινέσαντες, ὅτι [16] τῆς τῶν κοινῶν διοικήσεως οὐδὲ τότε ἀπέσχετο· καὶ προσέτι [17] καὶ ἁψῖδα αὐτῇ (ὃ μηδεμιᾷ ἄλλῃ γυναικὶ) ἐψηφίσαντο, ὅτι τε οὐκ ὀλίγους σφῶν ἐσεσώκει, καὶ ὅτι παῖδας πολλῶν ἐτετρόφει, κόρας τε πολλοῖς [i] συνεξεδεδώκει· ἀφ᾽ οὗ γε καὶ [18] μητέρα αὐτὴν τῆς πατρίδος τινὲς ἐπωνόμαζον. [19] ἐν δὲ τῷ μνημείῳ ἐτάφη τῷ τοῦ Αὐγούστου. καὶ αὐτῆς ἄλλα τε καλῶς εἰρημένα ἀποφθέγματα φέρεται, καὶ ὅτι [20] γυμνούς ποτε ἄνδρας ἀπαντήσαντας αὐτῇ, καὶ μέλλοντας διὰ τοῦτο θανατωθήσεσθαι, ἔσωσεν, εἰποῦσα ὅτι οὐδὲν ἀνδριάντων ταῖς σωφρονούσαις οἱ τοιοῦτοι διαφέρουσι. E πυθομένου τέ τινος αὐτῆς, πῶς καὶ τί δρῶσα οὕτω τοῦ Αὐγούστου κατεκράτησεν, ἀπεκρίνατο, ὅτι [21] αὐτή τε ἀκριβῶς σωφρονοῦσα, καὶ πάντα τὰ δοκοῦντα αὐτῷ ἡδέως ποιοῦσα, καὶ μήτε ἄλλο τι τῶν ἐκείνου πολυπραγμονοῦσα, καὶ [22] τὰ ἀφροδίσια αὐτοῦ [k] ἀθύρματα μήτε διώκουσα, μήτε αἰσθάνεσθαι προσποιουμένη. 622 τοιαύτη οὖν ἡ Λιουία ἐγένετο. ἡ μέντοι ἁψὶς ἡ ψηφισθεῖσα αὐτῇ ἁψὶς οὐκ ᾠκοδομήθη, διὰ τὸ τὸν Τιβέριον τοῖς ἑαυτοῦ τέλεσι [l] κατασκευάσειν αὐτὴν ὑποσχέσθαι. κατοκνήσας γὰρ τῷ λόγῳ τὸ δόγμα λῦσαι, τούτῳ τὸν τρόπον ἀνέτρεψεν αὐτό, μήτ᾽ ἐκ τῶν δημοσίων χρημάτων τὸ ἔργον ἐπιτρέψας γενέσθαι, μήτ᾽ αὐτὸς ποιήσας. ὁ δὲ δὴ Σηϊανὸς ἔτι καὶ μᾶλλον [m] ἤρετο, καὶ ἐψηφίσθη, ὅπως [23] τὰ γενέθλια αὐτοῦ δημοσίᾳ ἑορτάζηται. τὸ γάρτοι πλῆθος [24] τῶν ἀνδριάντων, ὧν ἥ τε βουλὴ καὶ ἡ ἱππὰς, αἵ τε φυλαὶ καὶ οἱ ἄνδρες οἱ πρῶτοι ἔστησαν B [n] αὐτοῦ, οὐδὲ ἐξηρίθμησεν ἄν τις. πρέσβεις τε, ἰδίᾳ μὲν ἡ γερουσία, ἰδίᾳ δὲ οἱ ἱππεῖς, τό, τε πλῆθος ἔκ τε τῶν δημάρχων καὶ ἐκ τῶν ἀγορανόμων τῶν σφετέρων πρὸς [o] ἀμφοτέρους αὐτοὺς ἔπεμπον, καὶ [25] ηὔχοντο ὑπὲρ ἀμφοῖν ὁμοίως, [26] καὶ ἔθυον, καὶ [27] τὴν τύχην αὐτῶν ὤμνυσαν.

A.U.C. 783 M. Vinicio & Caſſ. Longino COSS.

3. Cæterum Aſinium Gallum Tiberius, qui uxorem ſuam duxerat, propter libertatem dicendi de imperio uſurpatam, capto tempore,

Τῷ δὲ δὴ Γάλλῳ ὁ Τιβέριος, τῷ [28] τήν τε γυναῖκα αὐτοῦ ἀγομένῳ, καὶ [29] τῇ περὶ τῆς ἀρχῆς χρησαμένῳ παρρησίᾳ, καιρὸν λαβὼν, ἐπέθετο. C [ἐπειδὴ

[i] συνεξεδεδώκει. addit Zonaras p. 550. B. καὶ ἄλλας τιμὰς ἐκείνῃ ἀπένειμαν. οὐδὲν δὲ τῶν τισι καταλειφθέντων ὑπ᾽ ἐκείνης ἀπέδωκεν ὁ Τιβέριος. quæ ex Dione petita eſſe vix dubitandum, ex p. 640. D. & p. 641 A. [k] ἀθύρματα. pro hac voce, quam & habet Z. ἐπὶ θύματα legitur apud Xiph. quod nihili eſt. omittitur etiam apud eundem ſequens μήτε διώκουσα, pro quo μήτε ἀκούειν legitur apud Z. [l] κατασκευάσειν. ſic & Coisl. Br. vulgo κατασκευάζειν apud Xiph. [m] ἤρετο. Zonaras p. 550. C. τὸν δὲ Σηϊανὸν ἐπὶ μέγα δόξης ἐπάρας, καὶ κηδεστὴν ἐπὶ Ἰουλίᾳ τῇ τοῦ Δρούσου θυγατρὶ ποιησάμενος, ὕστερον ἔκτεινε. [n] αὐτοῦ. forte αὐτῷ. Od. [o] ἀμφοτέρους. vocabulum hoc ad perſpicuitatem neceſſarium adjeci ex Xiph.

per anni ſpatium ex SCto luxerant matronæ, p. 598. C. ubi dicta, ſi placet, vide.

§ 16. (l. 37.) τῆς τῶν κοινῶν διοικήσεως] Tacitus V. 2. *Tiberius, quod ſupremis in matrem officiis defuiſſet, nihil mutata amœnitate vitæ, magnitudinem negotiorum per litteras excuſavit.* Idem ſolitus etiam in aliis ſuorum funeribus facere. p. 611. D. 618. B.

§ 17. (l. 38.) καὶ ἁψῖδα αὐτῇ] Quo minus conderetur, fecit idem Tiberius, ejus exſtruendi curam ſibi vindicans infra p. 622. A. Sic Tiberio deinde marmoreum arcum decretum quidem a ſenatu, verum omiſſum memorat Suetonius, donec Claudius denique eum peregit, c. 11. Claud.

§ 18. (l. 41.) μητέρα τῆς πατρίδος] Etiam huic titulo interceſſit Tiberius, vide ad p. 609. E. quemadmodum & irritum reddidit Liviæ teſtamentum, denique ratum eſſe juſſum a Cajo pronepote. infra p. 640. ſq. Ceterum conſtat, poſtea in veteribus inſcriptionibus & numis inter titulos & elogia Auguſtarum inveniri, ut conjux imperatoris dicatur *Mater Aug.* vel *Augg. Mater Patriæ, Mater Caſtrorum, Mater Senatus.*

§ 19. (l. 42.) ἐν μνημείῳ τοῦ Αὐγούστου] De hoc monumento Auguſti dictum ad p. 541. C. βασιλικὸν μνημεῖον dicitur p. 635. C.

§ 20. (l. 44.) γυμνούς ποτε ἄνδρας] Ennius apud Ciceronem Tuſculanarum IV. 33.

Flagitii principium eſt, nudare inter cives corpora.

Igitur Romanis hoc moribus ſub pœna capitali conſtitutum, præſente femina abſtinere obſcœnis dictis, & μηδένα ὀφθῆναι γυμνόν, nudum neminem conſpiciendum ſe dare, teſte Plutarcho in Romulo p. 30. licet *Græca res* eſſet *nihil velare*, ut ait Plinius XXXIV. 5. ad *Gymnaſia* & ludos Laconicos reſpiciens. vide Illuſtriſſimi Viri Hieronymi Columnæ notas ad Ennii Fragmenta p. 300. ſq. Apud Romanos quoque Luperci, licet cetero corpore nudi, tamen præcincti ſubligaculis diſcurrebant, ἐν περιζώμασι, ut teſtatur Plutarchus Quæſt. Rom. 67. & in Romulo p. 31.

§ 21. (l. 49.) αὐτή τε ἀκριβῶς σωφρονοῦσα] Teſtatum hoc de Liviæ pudicitia etiam præclaris ſcriptoribus, Horatio III. 14. Ovidio de Ponto IV. 13. 29. Albinovano Pedoni Elegia I. v. 41. ſq. & Valerio Maximo VI. 1. præf. quorum loca congeſſit Triſtanus T. I. Numiſm. Imperatorum p. 121.

§ 22. (l. 52.) τὰ ἀφροδίσια ἀθύρματα] Heſychius: ἀθύρματα, παίγνια. Sic *luſus*, & verba *ludere* atque *illudere*, de amoribus rebusque Venereis, ponuntur etiam apud Latinos ſcriptores, ut præter Lexicographos notant Caſpar Barthius ad ſcriptores venaticos p. 183. & Grævius epiſtola ad Nic. Heinſium T. IV. Sylloges Burmannianæ, p. 77.

§ 23. (l. 61.) τὰ γενέθλια αὐτοῦ] Nunquam ante hoc privati cujusquam natalem publice celebrari contigerat. quod Sejano datum notat etiam Suetonius Tib. c. 65. ſed principibus tantum is honor tributus, ut votorum nuncupatione, ſacrificiis, epulis, juſtitio, & ludis, dies, quibus nati eſſent, ſolenniter obirentur, de quibus V. C. Joh. Henric. Schmincke in Diatriba edita Marpurgi Cattorum A. 1717. Tiberius etiam ſibi hunc honorem fieri renuit. p. 629. D.

§ 24. (l. 62.) τῶν ἀνδριάντων] Præter ſtatuam in theatro Pompeji, de qua ad p. 617. C. & junctim ſimul Tiberii Sejanique effigies ſive ſtatuas poſitas fuiſſe, dicit Dio infra p. 623. C.

[p ἐπειδὴ γὰρ τόν τε Σηϊανὸν, ἤτοι καὶ ἀληθῶς ὡς αὐταρχήσοντα, ἢ καὶ τῷ τοῦ Τιβερίου δέει θεραπεύων, ἢ καὶ ἐξ ἐπιβουλῆς, ἵνα καὶ αὐτῷ ἐκείνῳ διὰ κόρου γενόμενος φθαρῇ, τά τε πλείω οἱ καὶ τὰ μείζω ἐσηγήσατο, καὶ ἐν τοῖς πρεσβευταῖς γενέσθαι ἐσπούδασεν· ἐπέστειλε περὶ αὐτοῦ τῇ βουλῇ τά τε ἄλλα, καὶ ὅτι τῷ Σηϊανῷ τῆς πρὸς ἑαυτὸν φιλίας φθονοίη, καίπερ [30] αὐτὸς Συριακῷ φίλῳ χρώμενος. καὶ ταῦτα οὐκ ἐξέφηνε τῷ Γάλλῳ, ἀλλὰ καὶ πάνυ αὐτὸν ἐδεξιώσατο·] ὥστε συμβῆναι αὐτῷ πρᾶγμα παραδοξότατον, καὶ ὃ μηδενὶ ἄλλῳ συνηνέχθη. ἐν γὰρ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ παρά τε τῷ Τιβερίῳ εἱστιάθη, καὶ [31] φιλοτησίας ἔπιε, καὶ ἐν τῷ βουλευτηρίῳ κατεψηφίσθη· ὥστε καὶ q στρατηγὸν, τὸν δήσοντά τε αὐτὸν, καὶ πρὸς τὴν τιμωρίαν ἀπάξοντα, πεμφθῆναι. καὶ μέντοι τοῦθ' οὕτως ὁ Τιβέριος πράξας, οὐκ [32] ἀποθανεῖν αὐτῷ ἐθελήσαντι, ἐπει-
D δὴ τάχιστα τῶν δεδογμένων ᾔσθετο, ἐπέτρεψεν· ἀλλ' ἐκείνῳ τε (ἵνα r ἐπὶ πλεῖστον κακωθείη) θαρσεῖν ἐνετείλατο, ὅπως ἐν φυλακῇ ἀδέσμῳ ᾖ, μέχρι ἂν αὐτὸς ἐς τὴν πόλιν ἀφίκηται, ἵν' (ὅπερ εἶπον) ἐπὶ μακρότατον καὶ τῇ ἀτιμίᾳ ἅμα καὶ τῷ φόβῳ ταλαιπωρήσειε. καὶ ἔσχεν οὕτω. πρός τε γὰρ [33] τῶν ἀεὶ ὑπάτων ἐτηρεῖτο, ἔξω τῆς τοῦ Τιβερίου ἀρχῆς. τότε γὰρ πρὸς τῶν στρατηγῶν ἐφυλάχθη, s οὐχ ἵνα μὴ φύγῃ, οὐ μὰ Δί', ἀλλ' ἵνα μὴ τελευτήσῃ. καὶ οὔτε t ἑταῖρός τις οὔτ' οἰκέτης αὐτῷ συνεγίγνετο, οὔτ' ἐλάλει τινὶ, οὐχ
E ἑώρα τινὰ, πλὴν ὁπόταν τροφὴν λαβεῖν ἠναγκάζετο. καὶ ἦν αὕτη τοιαύτη καὶ τοσαύτη, ὥστε μήτε τινὰ ἡδονὴν u καὶ ῥώμην αὐτῷ παρασχεῖν, μήτ' ἀποθανεῖν αὐτὸν ἐᾶν. τοῦτο γὰρ ἦν τὸ δεινότατον· ὃ καὶ ἐπ' ἄλλων συχνῶν ὁ Τιβέριος ἐποίει. δήσας γοῦν τινα τῶν ἑταίρων, ἔπειτα λόγου περὶ τῆς θανατώσεως αὐτοῦ γενομένου

pore, adortus eſt. [Namque Gallus, cum aſſentaretur Sejano, ſive ſincere, tanquam olim imperaturo, ſive Tiberii metu, ſeu inſidioſe, quo is Tiberio gravis ac moleſtus tandem everteretur: de plurimis & maximis in honorem Sejani retulerat, utque ipſe inter legatos ad Tiberium eſſet, ambierat. At Tiberius literas ad Senatum dedit, quibus præter alia Gallum incuſabat, quod amicitiam ſuam Sejano invideret, tametſi Syriaci amicitia ipſe uteretur. Interim eam rem tegens, Gallum humaniſſime excepit.] Ita res maxime inexſpectata ac inuſitata Gallo accidit, ut eadem die & Tiberii conviva eſſet, poculumque cum eo amicitiæ biberet, & in ſenatu damnaretur: miſſo etiam ad hoc prætore, qui eum vinctum ad ſupplicium duceret. Ac Tiberius, his actis, ne mortis quidem copiam Gallo, eam appetenti poſt cognitum decretum, permiſit: ſed, quo diutius cruciaretur, ac longiori tempore ignominia ſimul & metu conflictaretur, bono animo ut eſſet hortatus, in libera cuſtodia usque ad ſuum in urbem adventum haberi juſſit. Ita Gallus a cujusque temporis conſulibus, aut ſi Tiberius conſulatum gereret, a prætoribus adſervabatur: non profecto ne effugeret, ſed ne mori poſſet. Neque ei aut amicus aut ſervus ullus aderat, neque colloquebatur aut in conſpectum veniebat quiſquam, niſi quum ad ſumendum cibum cogebatur. Qui ſane ejusmodi & tantillus erat, ut neque voluptatem ullam roburve adferret, neque mori eum ſineret: quæ erat extrema miſeria, qua alios quoque permultos Tiberius afflixit. Ad hunc modum, poſtquam familiarium quendam in vincula condidiſſet, deinde illata de eo necando mentione, renuit, quod nondum ſe cum eo

A.U.C. 783 M. Vinicio & Caſſ. Longino COSS.

p ἐπειδὴ γὰρ &c. hæc pleniora ſunt ex Excerpt. Peir. p. 666. pro his vulgatis: προσιόντα γάρ οἱ κατὰ πρόσβασιν ἑστιάσας τε καὶ φιλοφρόνως δεξιωσάμενος ἔγραψε κατ' αὐτοῦ τῇ βουλῇ. q στρατηγὸν τὸν δήσοντα. στρατηγήσοντα, Xiph. mox pro τιμωρίαν ἀπάξοντα, idem ἐξωρίαν ἄξοντα. ἄξοντα alii. pro ᾔσθετο, idem καθ' ἕν. corrupte omnia. r ἐπὶ πλεῖστον. ἐπὶ πλεῖον mavult Sylb. qui & ſtatim deeſſe quædam putat ſic ſupplenda: θαρσεῖν ἐκέλευσε, καὶ τῇ βουλῇ ἐνετείλατο &c. idem mox pro ἀτιμίᾳ convenientius putat ἀθυμίᾳ. s οὐχ ἵνα μὴ φύγῃ. ſic ſcribendum ex Xiph. eſſe, monuit X. idque receperunt editio Sylb. & cod. Coiſl. Pal. atque Br. HS. & L. nam οὐχ omiſſum erat apud RS. t ἑταῖρος. ſic pro vulgato ἕτερος, illud ἑταῖρος præferendum quoque cenſuit L. in notis, ſed in textum non recepit. u καὶ ῥώμην. ἢ ῥώμην, Xiph. ἢ καὶ ῥώμην, Coiſl. Br.

623. C. Imagines Sejani etiam aureas coli paſſim, vidiſſe & indignatum Tiberium, Suetonius c. 65. & munera quædam largitum Syriacis legionibus, quod ſolæ nullam Sejani imaginem inter ſigna coluiſſent. c. 48.

§ 25. (l. 67.) εὔχοντο ὑπὲρ ἀμφοῖν ὁμοίως] Graviſſime tulit Tiberius, cum pro incolumitate principis vota ſuſciperent Pontifices, eorumque exemplo cæteri ſacerdotes, Neronem quoque & Druſum, Germanici liberos, iisdem diis commendari, teſte Tacito IV. 17.

§ 26. (l. 68.) καὶ ἔθυον] Hoc reſpicit non ritum ſacra faciendi pro hominis ſalute, ſed ſacrificandi homini tanquam Deo, quod ſtatuis Sejani factum p. 623. D. 628. B. ἔν τε προσκυνοῦντι, καὶ ὡς θεῷ ἔθυον.

§ 27. (l. 68.) τὴν τύχην αὐτοῦ ὤμνυσαν] Frequentiſſime hoc factum, iterum tradit Dio p. 624. D. Etiam hoc vetitum poſtea p. 629. C. a Tiberio, qui ne per ſuum quidem genium ſive ſuam fortunam jurare permiſerat, p. 607. B.

§ 28. (l. 70.) τήν τε γυναῖκα αὐτοῦ] Vipſaniam Agrippinam, neptem Pomponii Attici, M. Agrippæ filiam, quam dimittere Tiberius juſſus fuerat ab Auguſto, ut Juliam pro ea ducere poſſet. vide Sueton. c. 7.

§ 29. (l. 71.) τῇ περὶ τῆς ἀρχῆς παῤῥησίᾳ] Vide ad p. 603. B.

§ 30. (l. 80.) αὐτὸς Συριακῷ φίλῳ χρώμενος] Horum Tiberii verborum is eſſe ſenſus videtur; injuſte agere Gallum, qui cum Syriaci amicitia libenter utatur, Sejano amicitiam Principis invideat. Idem enim juris ſibi eſſe, quod Gallo: quare ſi Gallus Syriacum in amicitiam admiſerit, ſibi quoque Sejanum adſciſcere amicum licere. Porro Syriacus ob hæc Principis verba paulo poſtea eſt occiſus, ut teſtatur Dio p. 623. A. quæ manifeſte pendent ex iis quæ nos edidimus. Hic eſt Vallius Syriacus, quem hominem diſertum vocat Seneca lib. II. controverſ. 27. ejusque declamationes laudat paſſim. Dio ἐπὶ παιδείᾳ ἐλλόγιμον dicit fuiſſe. VALES.

§ 31. (l. 85.) φιλοτησίας ἔπιε] Pocula amicitiæ bibit, quibus mos cœnam claudere, ut notatum Joanni Frontoni eruditiſſimo Kuſtero primum editus e codice Iſaaci Voſſii. ta de philoteſiis veterum epiſtola, quam inter ejus opuſcula nuper recudendam dedi. vide & Suidam in φιλοτησία & προπίνειν. Apud Philoſtratum Apollon. III. 32. νῦν μὲν ἡμῖν ἡ Τανταλου φιάλη ſive ἡ κύλιξ, Subintelligitur autem ἡ φιάλη ſive ἡ κύλιξ, φιλοτησία πινέσθω. ut apud Ariſtophanem Lyſiſtrata v. 203. Δέσποινα Πειθοῖ, καὶ κύλιξ φιλοτησία, ubi conſulendus Græcus Scholiaſtes a clariſſimo Kuſtero primum editus e codice Iſaaci Voſſii.

§ 32. (l. 90.) ἀποθανεῖν ἐθελήσαντι] Aſinii Galli mors ſecuta demum triennio poſt, anno Tiberii XX. infra p. 636. B. Egeſtate cibi peremtum, haud dubium; ſponte vel neceſſitate, incertum habebatur, teſte Tacito VI. 23. qui adulterium Agrippinæ eidem quoque objectum a Tiberio refert c. 25. Diris ſuppliciis enecatum a Tiberio legas in Chronico Euſebii, longe citius quam e Tacito ac Dione conſtat rem geſtam fuiſſe.

§ 33. (l. 97.) τῶν ἀεὶ ὑπάτων] De Junio Gallione ſimiliter ad Galli exemplum in domibus Magiſtratuum cuſtodito, infra p. 632. D.

[A.U.C. 783 M. Vinicio & Caſſ. Longino COSS.] eo in gratiam rediiſſe diceret. Alium quendam quum graviſſimis tormentis excruciaſſet, deinde cognito, eum injuſte accuſatum, ſumma celeritate occidit; graviore injuria affectum perhibens, quam ut honeſte vivere poſſet. Syriacus nullius criminis neque auctor, neque accuſatus, doctrinaque inſignis, unam hanc cauſam habuit, cur jugularetur; quod eum Galli amicitia uſum Tiberius diceret. [Sejanus vero & Druſum per uxorem ejus apud Tiberium calumniatus eſt. Omnes enim propemodum matronas illuſtrium virorum ſtupro cognitas habebat, quarum ope, quæ ab iis dicerentur aut agerentur reſciſceret: quin etiam ad miniſterium ſuorum conſiliorum, velut nupturas ſibi, pellexerat. Sed poſtquam Tiberius Druſum ſimpliciter Romam miſit, veritus Sejanus, ne ſententiam mutaret, Caſſio Longino Cos. perſuaſit, ut de Druſo ad Senatum referret.] *

4. At Sejanus magis ſemper ingraveſcere, ac majorem terrorem ſui offerre; jamque & ſenatus & reliqui, Tiberio ſpreto, ei tanquam imperatori animum advertere. De quo ubi reſcivit Tiberius, veritus, ne imperium palam ei deferretur, rem neque parvi faciendam, neque negligendam duxit. Quia vero omnes prætorianos milites Sejanus ſibi ſumme devinxerat, ſenatorum alios beneficiis, nonnullos ſpe, quosdam metu ſibi adjunxerat, & in omnium, qui cum Tiberio erant, ita ſe inſinuaverat amicitiam, ut de omnibus ejus actis ſtatim reſciret, nihil eorum, quæ ipſe egiſſet, quisquam ad Tiberium deferret, ideo palam nihil conatus eſt. [A.U.C. 784 Tiberio V. & Sejano COSS.] Alia igitur via eum aggreſſus, ſtatim conſulem deſignavit, curarumque ſuarum ſocium nominavit; Sejanumque ſuum vocans, ſæpe id repetiit, idem hoc etiam ad S. P. Q. R. ſcribens. Quo credito decepti Romani, omnibus locis æreas eis ſtatuas conjunctim poſuerunt, in tabulis pinxerunt ambos, amborum ſellas inauratas in theatrum invexerunt: denique decretum eſt, ut ad quinquennium coſſ. ſimul conſtituerentur: utrique, quum Romam intrarent, obviam

μένου ἔφη ὅτι, [34] « Οὐδέπω αὐτῷ διήλλαγμαι. » ἕτερον μέντοι τινὰ καὶ [35] πάνυ ἰσχυρῶς βασανίσας, ἔπειτα γνοὺς ὅτι ἀδίκως κατηγορήθη, καὶ πάνυ σπουδῇ ἀπέκτεινεν, εἰπὼν ὅτι χαλεπωτέρως ὕβρισται, ἢ ὥστε καλῶς δύνασθαι ζῆν. 623 Συριακὸς δ' οὔτ' ἀδικήσας τι, οὔτ' αἰτιαθείς, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ παιδείᾳ ἐλλόγιμος ὤν, ἐσφάγη διὰ τοῦτο μόνον, ὅτι φίλον αὐτὸν τοῦ Γάλλου ὁ Τιβέριος εἶπεν εἶναι. [x ὁ δὲ Σηϊανὸς καὶ τὸν [36] Δροῦσον διέβαλλε διὰ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ. πάσας γάρ, ὡς εἰπεῖν, τὰς τῶν ἐπιφανῶν ἀνδρῶν γαμετὰς μοιχεύων, τά τε λεγόμενα ἢ καὶ πραττόμενα ὑπ' ἐκείνων ἐμάνθανε, καὶ προσέτι καὶ συνεργοὺς σφᾶς ὡς καὶ γαμηθησομένας οἱ ἐποιεῖτο. ἐπεὶ δὲ ὁ Τιβέριος ἁπλῶς τὸν Δροῦσον ἐς τὴν Ῥώμην ἔπεμψεν, ὁ Σηϊανὸς δείσας μὴ μεταβάληται, ἔπεισε [37] τὸν Κάσσιον χρηματίσαι τι κατ' αὐτοῦ.] *

Ὁ δὲ δὴ Σηϊανὸς καὶ μείζων καὶ φοβερώτερος ἀεὶ ἐγίγνετο· ὥστε καὶ τοὺς βουλευτὰς καὶ τοὺς ἄλλους ἐκείνῳ μὲν ὡς καὶ αὐτοκράτορι προσέχειν, [38] τὸν δὲ Τιβέριον ἐν ὀλιγωρίᾳ ποιεῖσθαι. μαθὼν οὖν ταῦτα ὁ Τιβέριος οὔτε ἐν ἐλαφρῷ τὸ πρᾶγμα ἐποιήσατο, (φοβηθεὶς μὴ καὶ αὐτοκράτορα ἄντικρυς αὐτὸν ἀποδείξωσιν) οὔτε ἠμέλησεν. B ἐκ μὲν δὴ οὖν τοῦ προφανοῦς οὐδὲν ἔδρασε. [39] τό, τε γὰρ δορυφορικὸν πᾶν ἰσχυρῶς ᾠκείωτο, καὶ τῶν βουλευτῶν τὸ μὲν εὐεργεσίαις, τὸ δὲ ἐλπίσι, τὸ δὲ καὶ φόβῳ προσπεποίητο. τούς τε περὶ τὸν Τιβέριον ὄντας οὕτω πάντας προσηταιρίσατο, ὥστε τὰ μὲν ἐκείνου πάντα αὐτίκα y ἃ ἔπραττε παραυτίκα οἱ ἀγγέλλεσθαι, τὰ δ' ὑπ' αὐτοῦ δρώμενα μηδένα τῷ Τιβερίῳ δηλοῦν. ἄλλως οὖν αὐτὸν μετεπορεύετο, καὶ [40] ὕπατόν τε αὐτὸν ἀπέδειξε, καὶ [41] κοινωνὸν τῶν φροντίδων ὠνόμαζε· Σηϊανός τε ὁ ἐμός, C πολλάκις ἐπαναλαμβάνων ἔλεγε· καὶ τοῦτο καὶ γράφων πρός τε τὴν βουλὴν καὶ πρὸς τὸν δῆμον ἐδήλου. τούτοις οὖν οἱ ἄνθρωποι ἀπατώμενοι καὶ πιστεύοντες, [42] χαλκοῦς τε αὐτοὺς ἁπανταχοῦ ἐκ τοῦ ἴσου ἵστασαν, [43] κἀν ταῖς γραφαῖς συνέγραφον, [44] δίφρους τε ἐπιχρύσους ἐς τὰ θέατρα ἀμφοῖν ἐσέφερον· καὶ τέλος ἐψηφίσθη, ὑπάτους τε σφᾶς διὰ πέντε ἐτῶν ἅμα ἀποδείκνυσθαι, [45] καὶ ἀπάντησιν, ὁπότε

x ὁ δὲ Σηϊανὸς &c. inſerta ex Excerpt. Peireſc. p. 669. ſed de Sejano tantum: τὰ δ' ὑπ' αὐτοῦ δρώμενα.

y ἃ ἔπραττε. plenius Xiph. καὶ ὅσα ἔλεγε καὶ ὅσα ἔπραττε.

§ 34. (l. 10.) οὐδέπω αὐτῷ διήλλαγμαι] Suetonius c. 61. *Mortem adeo leve ſupplicium putabat, ut cum audiſſet unum ex reis, Carnulium nomine, anticipaſſe eam, exclamaverit: Carnulius me evaſit.* idem alii: *Nondum tecum in gratiam redii.*

§ 35. (l. 11.) πάνυ ἰσχυρῶς βασανίσας] Hic eſt, de quo idem Suetonius, c. 62. *Rhodienſem hoſpitem, quem familiaribus litteris Romam evocarat, adveniſſe ſibi nunciatum, torqueri ſine mora juſſit, quaſi aliquis ex neceſſariis quæſtioni adeſſet: deinde errore detecto, & occidi, ne divulgaret injuriam.*

§ 36. (l. 19.) Δροῦσον διὰ τῆς γυναικὸς] Druſum Germanici filium intellige, cujus uxorem Æmiliam Lepidam corruperat Sejanus, eoque induxerat, ut maritum crebris apud Principem criminationibus urgeret. Tacitus lib. VI. Annal. c. 40. *Et Æmilia Lepida, quam juveni Druſo nuptam retuli, crebris criminationibus maritum inſecuta, quanquam inteſtabilis, tamen impunita manebat, dum ſuperfuit pater Lepidus.* Vales.

§ 37. (l. 26.) τὸν Κάσσιον] L. Caſſium Longinum ſine dubio intelligit, qui Conſul fuit cum M. Vinucio A. U. C. 783. Hic cum ad ſenatum retuliſſet de Druſo, ſenatus Druſum hoſtem publicum cenſuit: quo facto Druſus in cuſtodiam conditus eſt intra Palatium Romæ, L. Caſſio M. Vinucio Coſſ. Vales.

§ 38. (l. 30.) τὸν Τιβέριον ἐν ὀλιγωρίᾳ ποιεῖσθαι] Hujus rei cauſſæ, quod Tiberius ipſe ita, ut c. 55. ait Suetonius, *ad ſummam potentiam provexerat*, ut nec ad Tiberium, nec ad dignitates, *niſi per Sejanum aditus*, ut verbis utar Taciti IV. 68. *cui ex Tiberio opes, honores, quibus plurima juvandi nocendive potentia.* id. VI. 8.

§ 39. (l. 35.) τό, τε γὰρ δορυφορικὸν] Idem Tacitus IV. 2. *Ut perfecta ſunt* (prætoriana) *caſtra, inrepere paulatim militares animos, adeundo, appellando, ſimul centuriones ac tribunos ipſe deligere. Neque ſenatorio ambitu abſtinebat, clientes ſuos honoribus aut provinciis ornando; facili Tiberio, atque ita prono, ut ſocium laborum non modo in ſermonibus, ſed apud patres & populum celebraret.*

§ 40. (l. 42.) ὕπατον ἀπέδειξε] Sueton. c. 65. *Sejanum res novas molientem, vix tandem, & aſtu magis ac dolo, quam principali auctoritate ſubvertit. Nam primo ut a ſe per ſpeciem honoris dimitteret, collegam ſibi aſſumſit in quinto Conſulatu* (A. U. C. 784. Imperii Tib. XVIII.) *quem longo intervallo* (decem annorum) *abſens ob id ipſum ſuſceperat.* Dolendum eſt, acta anni XVII. & XVIII. Tiberii apud Tacitum in extremo libri quinti Annalium deſiderari. Finxit autem Sejanus quoque exemplo ſuo, quod p. 616 D. Dio [illegible] Tiberii in Conſulatu Collegas infelici exitu periiſſe ac perditos fuiſſe.

§ 41. (l. 43.) κοινωνὸν τῶν φροντίδων] *Socium laborum.* Tacit. IV. 2. *ad juvanda onera principis.* Vellej. II. c. 128. *officia Tiberii in Repb. capeſſens.* Tacit. VI. 8.

§ 42. (l. 47.) χαλκοῦς αὐτοὺς] Statuas Tiberii ac Sejani juxta excitatas, quas circum etiam aram Clementiæ atque Amicitiæ ponendas cenſuere, Tacit. IV. 74.

τε ἐς τὴν Ῥώμην ἐσίοιεν, ἀμφοτέροις ὁμοίως γίγνε-
D σθαι. καὶ τέλος [46] καὶ ταῖς εἰκόσιν αὐτοῦ, ὥσπερ
καὶ ταῖς τοῦ Τιβερίου ἔθυον. καὶ τὰ μὲν [*] περὶ τὸν
Σηϊανὸν τοιαῦτα ἦν. τῶν δ' ἄλλων πολλοὶ καὶ ὀνο-
μαστοὶ ἐφθάρησαν, [a] ὧν καὶ [47] Γάϊος Ῥοῦφος Γεμί-
νιος. [48] ἀσεβείας γὰρ ἐς τὸν Τιβέριον ἐγκληθεὶς,
τὰς διαθήκας ἔς τε τὸ συνέδριον ἐσεκόμισε καὶ ἀνέγνω,
δηλῶν ὅτι τὸν κλῆρον ἐξ ἴσου τοῖς τέκνοις καὶ ἐκείνῳ κα-
ταλελοιπὼς ἦν. καὶ μαλακίας αἰτιαθεὶς, ἀπῆλθεν
οἴκαδε, πρὶν ψηφισθῆναί τι· καὶ μαθὼν [49] τὸν ταμίαν
ἐπὶ δικαιώσει αὐτοῦ παρόντα, αὐτός τε ἑαυτὸν ἔτρωσε,
καὶ ἐκείνῳ τὸ τραῦμα δείξας, « Ἀπάγγειλον (ἔφη) τῇ
« γερουσίᾳ, ὅτι ἀνὴρ οὕτως ἀποθνήσκει. » καὶ ἡ γυνὴ
E δὲ αὐτοῦ [b] Πουπλία Πρίσκα, ἔγκλημά τι λαβοῦσα,
ἐσῆλθέ τε ἐς τὸ βουλευτήριον, κἀνταῦθα ἑαυτὴν ἐγχειρι-
δίῳ τινὶ, ὃ λάθρᾳ [c] ἐσεκεκομίκει, ἔσφαξεν.

Ὁ δὲ Σηϊανὸς τοσοῦτος ἦν τῇ τε ὑπεροχῇ τοῦ
φρονήματος, καὶ τῷ μεγέθει τῆς ἐξουσίας,
ὥστε [συν]ελόντι εἰπεῖν, αὐτὸν μὲν, αὐτοκράτο-
ρα, τὸν δὲ Τιβέριον, νησίαρχόν τινα εἶ-
ναι δοκεῖν διὰ τὸ [d] ἐν νήσῳ τῇ λεγομένῃ [50] Κα-
πρίᾳ τὰς διατριβὰς ποιεῖσθαι. σπουδαί τε καὶ
[51] ὠθισμοὶ περὶ τὰς θύρας αὐτοῦ ἐγίγνοντο,
624 ἐκ τοῦ δεδιέναι, μὴ μόνον μὴ οὐκ ὀφθῇ τις αὐ-
τῷ, ἀλλὰ μὴ καὶ ἐν τοῖς ὑστάτοις φανῇ.
πάντα γὰρ ἀκριβῶς, καὶ μάλιστα τὰ τῶν πρώ-
των, ἐτηρεῖτο καὶ τὰ ῥήματα καὶ τὰ νεύμα-
τα. οἱ μὲν γὰρ οἰκείᾳ ἀξιώσει προὔχοντες,
οὔτε τὰ δεξιώματα παρά τινων πάνυ ἀπαιτοῦσι·
κἂν ἄρα καὶ ἐκλειφθῇ τι αὐτῶν, οὐκ ἐγκα-
λοῦσι σφίσιν, ἅτε καὶ ἑαυτοῖς συνειδότες ὅτι
μὴ καταφρονοῦνται· οἱ δ' ἐπακτῷ καλλωπίσματι
B χρώμενοι, πάντα ἰσχυρῶς τὰ τοιαῦτα, ὡς
καὶ ἐς τὴν τοῦ ἀξιώματος σφῶν πλήρωσιν ἀναγ-
καῖα, ἐπιζητοῦσι. κἂν μὴ τύχωσιν αὐτῶν,
ἄχθονταί τε ὡς διαβαλλόμενοι, καὶ ὀργίζονται
ὡς ὑβριζόμενοι. καὶ διὰ τοῦτο μᾶλλον περὶ
τοὺς τοιούτους, ἢ περὶ αὐτοὺς (ὡς εἰπεῖν)
[e] αὐτοκράτορας, σπουδάζουσιν· ὅτι τοῖς μὲν
κἂν πλημμεληθῇ τι, ἀρετὴν τὸ συγγνῶναί τῳ
φέρει· τοῖς δὲ τοῦτο μὲν τὴν ἀσθένειαν σφῶν
ἐλέγχειν δοκεῖ, τὸ δὲ ἐπεξελθεῖν καὶ τιμωρήσα-
σθαι,

obviam ſimiliter procederetur: denique ad ſtatuas etiam Sejani, tanquam ad Tiberii ſolebant, ſacrificarunt. Eo tunc loco res Sejani fuerunt. A.U.C.784 Tiberio V. & Sejano COSS. Interim multi illuſtres viri perierunt: inter quos unus fuit C. Geminius Rufus. Is majeſtatis in Tiberium reus factus, teſtamentum ſuum in ſenatum intulit, recitavitque, oſtendens ſe hæreditatem ei cum liberis ſuis communem reliquiſſe. Tum mollitiei culpatus, antequam ſententiæ ferrentur, domum diſceſſit: audiensque, quæſtorem ad ſupplicium ſumendum veniſſe, vulnus ſibi ingeſſit ipſe, eoque oſtenſo quæſtori; Refer, inquit, ſenatui: ſic viros ſolere mori. Uxor etiam ejus Publia Priſca in jus vocata, in curiam venit; ibique ſe pugione, quem occultum attulerat, interfecit.

5. Enimvero Sejanus faſtu animi potentiaque adeo efferebatur jam, ut (quo paucis rem expediam) ipſe imperator, Tiberius inſulæ quidam rector eſſe videretur; quod in inſula, cui Capreæ nomen, Tiberius agebat. Hinc ſtudia erga eum, & trudentium ſe certamina propter januam ejus: quum metuerent ſinguli, non modo ne non viderentur ab eo, ſed etiam ne poſtremi omnium: quod accurate omnia, præſertim procerum, tam verba, quam nutus obſervaret. Nam qui propria dignitate aliqua eminent, neque ſalutationes iſtas ab aliis valde requirunt, neque omiſſum aliquid ex illis vitio vertunt, conſcii nimirum ſibi, non hoc contemptu ſui fieri: at qui adſcititiis ornamentis utuntur, ſummopere omnia hujus generis, tanquam ad perfectionem ſuæ dignitatis neceſſaria, deſiderant: ac, niſi conſequantur, moleſte ferunt, quaſi calumniis infamentur; & iraſcuntur, veluti ſi adficiantur injuriis. Solent ergo viros hujuſmodi magis fere quam imperatores ipſos, obſervare homines: quod horum virtutis eſt, ſi quid delictum ſit, ejus gratiam facere: illis hoc ipſum imbecillitatem ſuam arguere creditur, facereque ad firmandam magnæ potentiæ opinionem, ut ea perſequantur ulciſcanturque. Kalendis quibusdam,

* περί. πρὸς, Xiph. minus bene. *a* ὧν. ὧν ἦν, Xiph. *b* Πουπλία Πρίσκα. Μουτιλίαν legi volebat Freinshemius, ex Tac. An. IV. 12. 6. quod ex *diverſitate morum* refellit ibi Ryckius, felicius dicens a Reineſio Priſcam Dionis Πουπλίαν vocatam exiſtimari. Vide ejus *Inſcriptt.* p. 147. *c* ἐσεκεκομίκει. ſic rectius Xiph. pro vulgato ἐσκεκομίκει. quanquam & augmentum interdum deeſſe ſatis conſtat. *d* ἐν νήσῳ. ἐν τῇ νήσῳ, Xiph. *e* αὐτοκράτορας. τοὺς αὐτοκράτορας, Xiph. quod magis græcum.

§ 43. (l. 48.) κἀν ταῖς γραφαῖς συνεγράφοντο] Sic de Tiberio & Livia ſupra p. 609. E. αἵ τε ἐπιστολαὶ αἱ τοῦ Τιβερίου καὶ τὸ ἐκείνης ὄνομα χρόνον τινὰ εἶχον, καὶ ἐγράφετο ἀμφοῖν ὁμοίως. Leunclavius hunc locum ita accepit, ac ſi Dio doceret, imaginibus pictis perinde ut in ſtatuis junctas Tiberii ac Sejani effigies. Sed præplacet mihi Xylandri interpretatio.

Quoniam cum ſtatuis amborum hæc conjunguntur, recte videtur Leunclavius a Xylandro diſceſſiſſe. Sic Antonius cum Cleopatra συνεγράφετο αὐτῇ καὶ συνεπλάττετο, p. 421. D. Alter ſenſus, ni me fallunt omnia, ſic Græce expreſſus non fuiſſet. Nec erat cauſſa ad ambos ſcribendi, cum Sejanus præſens, Tiberius abſens eſſet; certe in Conſulatu. REIM.

§ 44. (l. 47.) δίφρους ἐπιχρύσους] Peculiaris hic honos Imperatoris, Julio Cæſari primum decretus, ut in theatro ſella aurea uteretur, ſicut dictum ad p. 243. B.

§ 45. (l. 51.) καὶ ἀπάντησιν] Etiam hoc ſolis datum Imperatoribus, ut urbe egredientes deducerent, vel intrantibus urbem obviam ſe darent cum virginibus Veſtalibus conſules ceterique magiſtratus, & ſacra fierent pro illorum ſalute. Cujus officii neceſſitate, ut eos ſæpius levaret Auguſtus, *non temere urbe oppidove ullo egreſſus, aut quoquam ingreſſus eſt, niſi veſpere aut noctu, ne quem officii cauſſa inquietaret.* Sueton. c. 53. Dio ſupra p. 456. D. 527. D.

§ 46. (l. 53.) καὶ ταῖς εἰκόσιν αὐτοῦ ἔθυον] Vide § 26. Hoc ne Sejano fieret, etiam ſibi fieri Tiberius prohibuit, p. 626. B. De Sejano ſibi ipſi θύοντι, infra p. 625. B. Juvenalis X. 62. de ſtatuis illius poſt damnationem conflatis: *Ardet adoratum populo caput.*

§ 47. (l. 56.) Γάϊος Ῥοῦφος Γεμίνιος] Tacitus VI. 14. *Fine anni,* (Tiberii XIX. U. C. 785.) *Geminius, Celſus, Pompejus, equites Romani, cecidere conjurationis crimine. Ex quis Geminium prodigentia opum ac mollitia vitæ amicum Sejano, nihil ad ſerium.* Geminii nomen gentilitium, ut recte vidit Xylander. Confer Gotham numariam V. C. Chriſtiani Sigiſmundi Liebe, p. 300.

§ 48. (l. 57.) ἀσεβείας] Criminis Majeſtatis accuſatus, in principem commiſſi. vide ad p. 607. E. *Conjurationem* dixit Tacitus, de hoc Geminio verba faciens.

§ 49. (l. 61.) τὸν ταμίαν] Damnatorum a Senatu ſuppliciis curandis Quæſtor a conſule mittebatur, ut notavit Lipſius ad Taciti XVI. 34.

§ 50. (l. 72.) Καπρίᾳ] De hac Campaniæ inſula dictum p. 465. A. De Tiberii in eam ſeceſſu, Suetonius c. 40. & 60. & Tacitus IV. 67.

§ 51. (l. 74.) ὠθισμοὶ περὶ τὰς θύρας] Huc refer quod apud eundem Tacitum VI. 8. legas, pro magnifico habitum, in ſalutantium frequentia libertis quoque ac janitoribus Sejani innoteſcere. Adde ſupra p. 617. C.

A.U.C.784 Tiberio V. & Sejano COSS.

dam, frequentibus omnibus in domum Sejani convenientibus, lectus in aula, in quam ſalutantes admittebat, multitudine inſidentium totus confractus eſt: progredienteque ipſo ex domo, felis per medios diſcurrit: quumque in Capitolio ſacrificaſſet, ac inde in forum deſcenderet, ſervi ejus ſtipatores, quod propter turbam eum ſequi non poſſent, in viam, quæ ad carcerem ducit, diverterunt; ac per ſcalas Gemonias, in quas eos, de quibus ſumtum eſt ſupplicium, mos eſt abjicere, deſcendentes, fallente veſtigio deciderunt. Augurium deinde captanti nulla avis ſecunda apparuit; corvi autem volitantes circa eum & crocitantes, confertim ad carcerem devolarunt, ac ſuper eum conſederunt.

θαι, βεβαίωσιν τοῦ μέγα δύνασθαι ἔχειν νομίζειν. ἐν δέ τινι νουμηνίᾳ πάντων [f] συνιόντων ἐς τὴν οἰκίαν τοῦ Σηϊανοῦ, ἥ τε κλίνη ἡ ἐν τῷ δωματίῳ, ἐν ᾧ ἠσπάζετο, κειμένη, πᾶσα ὑπὸ τοῦ ὄχλου τῶν ἑζησάντων συνετρίβη· καὶ προϊόντος αὐτοῦ ἐκ τῆς οἰκίας, [52] γαλῆ διὰ μέσων σφῶν διῇξεν. ἐπειδή τε καὶ ἐν τῷ Καπιτωλίῳ θύσας, ἐς τὴν ἀγορὰν κατῄει, οἱ οἰκέται αὐτοῦ οἱ δορυφόροι, διά τε τῆς ὁδοῦ τῆς ἐς τὸ δεσμωτήριον ἀγούσης ἐξετράποντο, μὴ δυνηθέντες αὐτῷ ὑπὸ τοῦ ὄχλου ἐπακολουθῆσαι, καὶ [53] κατὰ τῶν ἀναβασμῶν, καθ' ὧν οἱ δικαιούμενοι ἐῤῥιπτοῦντο, κατιόντες, ὤλισθον καὶ κατέπεσον. οἰωνιζομένου τε μετὰ τοῦτο αὐτοῦ, τῶν μὲν αἰσίων ὀρνίθων ἐπεφάνη οὐδείς, [54] κόρακες [g] δὲ δὴ περιπτάμενοι καὶ περικρώξαντες αὐτὸν, ἀπέπταντο ἀθρόοι πρὸς τὸ οἴκημα, καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ ἐκαθέζοντο. C D

6. Hæc neque a Sejano, neque ab alio ullo pro prodigiis ſunt habita. Videlicet præſentium intuitu, nemo, ne ſi deus quidem futuram tantam brevi mutationem liquido prædixiſſet, perſuaderi ſibi eſſet paſſus. Itaque frequentes ejus fortunam jurabant, collegamque eum Tiberii, non ad conſulatum, ſed ad ſummam rerum reſpicientes, appellabant. Quorum etſi nihil jam fugiebat Tiberium, id tamen agitabat adhuc, qua ratione eum e medio tolleret: ac non inveniens, quomodo id aperte juxta ac tuto poſſet peragere; mirabili uſus eſt conſilio, non adverſus Sejanum modo, ſed & reliquos omnes, ut eorum ſententiam accurate cognoſceret. Continenter multa ac varia de ſe ad ſenatum ac Sejanum ſcribebat: modo ſe male affectum, ac tantum non moribundum; modo præclara valetudine uti, proximeque Romam venturum: Sejanum alias laudibus extollere, interdum deprimere: amicorum Sejani alios honore propter eum, alios ignominia afficere. Itaque Sejanus inter maximam ſuperbiam, ſummumque metum medius, ſemper animi pendere; neque ita ſibi metuere, ut ideo ad novas res conſurgeret, quum adhuc in honore haberetur: neque rurſus ex confidentia quicquam audere, quia diminutio erat de ipſius potentia facta. Reliqui

Τούτων οὖν τῶν τεράτων οὔθ' ὁ Σηϊανὸς, οὔτ' ἄλλος τις ἐνθύμιον ἐποιήσατο. πρὸς γὰρ τὴν τῶν παρόντων ὄψιν, οὐδ' εἰ θεός τις προέλεγεν ὅτι τοσαύτη δι' ὀλίγου μεταβολὴ γενήσοιτο, ἐπίστευσεν ἄν τις. [55] τήν τε οὖν τύχην αὐτοῦ κατακορῶς ὤμνυσαν, καὶ συνάρχοντα τοῦ Τιβερίου, οὐκ ἐς τὴν ὑπατείαν ἀλλ' ἐς τὸ κράτος ὑποσημαίνοντες, [h] ἐκάλουν. Τιβέριος δὲ ἠγνόει μὲν οὐδὲν ἔτι τῶν κατ' αὐτὸν, [i] βουλευόμενος δὲ ὅν τινα τρόπον αὐτὸν ἀποκτείνῃ, καὶ οὐχ εὑρίσκων ὅπως ἀσφαλῶς ἐκ τοῦ φανεροῦ τοῦτο ποιήσει, [56] θαυμαστὸν δή τινα τρόπον καὶ αὐτῷ ἐκείνῳ καὶ τοῖς ἄλλοις, ὥστε τὴν γνώμην αὐτῶν ἀκριβῶς μαθεῖν, ἐχρήσατο. περί τε γὰρ ἑαυτοῦ πολλὰ καὶ ποικίλα καὶ τῷ Σηϊανῷ καὶ τῇ βουλῇ συνεχῶς ἐπέστελλε· νῦν μὲν λέγων [k] φλαύρως ἔχειν, καὶ ὅσον οὐκ ἤδη τελευτήσειν, νῦν δὲ, καὶ σφόδρα ὑγιαίνειν, καὶ αὐτίκα δὴ μάλα ἐς τὴν Ῥώμην ἀφίξεσθαι. καὶ τὸν Σηϊανὸν τοτὲ μὲν πάνυ [l] ἐπῄνει, τοτὲ δὲ πάνυ καθῄρει, τῶν τε ἑταίρων αὐτοῦ τοὺς μὲν ἐτίμα δι' ἐκεῖνον, τοὺς δ' ἠτίμαζεν. ὥστε ὁ Σηϊανὸς, ἐν τῷ μέρει καὶ τοῦ ὑπερόγκου καὶ τοῦ ὑπερφόβου πληρούμενος, ἀεὶ μετέωρος ἦν. οὔτε γὰρ δεδιὼς αὐτῷ, καὶ διὰ τοῦτο καὶ νεοχμῶσαί τι ἐπεχείρει, ([m] καὶ γὰρ ἐτιμᾶτο) οὔτ' ἂν θαῤῥεῖν, καὶ κατ' αὐτοῦ καὶ ἐπιτολμῆσαί τι, (καὶ γὰρ ἐκολούετο) καὶ μέντοι E 625

f συνιόντων. συνόντων, Xiph. in vulgatis. ſed cum Dione rectius conſentit Coisl. & Br. *g* κόρακες δὲ δὴ. κόρακες δὲ δὴ πολλοί, Xiph. mox pro περιπτάμενοι, rectius περιπτάμενοι. Sylb. Ind. *h* ἐδήλουν. ἐπεκάλουν, Xiph. quod præfert L. & Od. nec immerito. *i* βουλευόμενος. ſic ex Xiph. monitu Xyl. ſcripſerunt HS. & L. pro βουλόμενος, quod eſt apud RS. qui & ſtatim vitioſe habet ἀποκτείνειν, pro ἀποκτείνῃ, in quo iterum Xylandrum vel Xiph. auctorem ſecuti ſunt HS. & L. *k* φλαύρως ἔχειν — τελευτήσειν. ſic & Coisl. & Br. ὅτι φλαύρως ἔχει, RS. ὅτι φλαύρως ἔχοι vulgo Xiph. T. & ſic in ſequentibus, τελευτήσοι, ὑγιαίνοι. niſi quod Xiph. his parum conſentaneum ἀφίξεσθαι, aliæ editiones etiam τελευτήσειν, & ὑγιαίνειν, habeant. *l* ἐπῄνει. melius quadraret ἐπῇρε, in antitheſi καθῄρει. Sylb. *m* καὶ γὰρ ἐτιμᾶτο. non dubitavi hæc verba, quæ vulgo in Dione deſiderantur, ex Xiphilino adjicere, quia alteri orationis membro pariter ratio ſubjungitur: καὶ γὰρ ἐκολούετο. ſuaſit idem X. ſequenti οὔτ' ἂν θαῤ. ut recte eſt in RS. imperite καὶ præmittunt editt. HS. & L.

§ 52. (l. 99.) γαλῆ] Mali ominis,

Furto & rapina victitans noctu vagans
Infauſta felis beſtia:
Animal malignum, fœtidum, fœdum, ſalax,
Torvum, nocivum, ſubdolum:
Eoque pejus, quo propinquius malum:
Fur & latro domeſticus.

Joh. Duportus p. 154. Poëm.

§ 53. (l. 4.) κατὰ τῶν ἀναβασμῶν] Per ſcalas Gemonias, de quibus p. 621. B. Ex hoc loco patet, ſitas illas fuiſſe non procul a radicibus Capitolii, ubi carcer Tullianus, in media urbe in ipſo fori flexu. Vide Alexandrum Donatum de urbe Roma lib. II. c. 29. T. III. Theſauri Græviani, p. 625. Videant igitur qui cum P. Victore in regione urbis decima tertia collocant.

§ 54. (l. 7.) κόρακες] Inter aves inauſpicatas atque οὐκ αἰσίας corvus, propter colorem & vocem minus jucundam, atque imprimis quod gaudent morticinis, & nec ipſi parentum carne abſtinent, ut notavit Ælianus III. 43. de animalibus.

§ 55. (l. 14.) τὴν τύχην αὐτοῦ κατακορῶς ὤμνυσαν] Conf. § 27. Vox κατακορῶς frequentiam denotat, ſæpiusque id factum & a multis, neque hic locum habere poteſt, vel quod Xylandro placuit, *pleni adulationis*, neque quod Leunclavio, *ſaturati*.

§ 56. (l. 21.) θαυμαστὸν δή τινα τρόπον] *Aſtu magis & dolo uſus, quam principali auctoritate.* Seneca X. 65. Hinc ἀεὶ μετέωρος ἦν infra lin. 33. dicitur: ſuſpenſus inſtar nubium, inter ſpem metumque. Uti ψυχὴν αἴρειν eſt dubium ſic ſuſpenſum reddere animum. Joh. X. 24. vide quæ nos ad Sextum Empiricum p. 221. & Corderius ad Dorothei inſtitutiones p. 204. & ad Lucæ XII. 29. laudatiſſimus Wolfius noſter in Curis philologicis ad novum Teſtam.

A.U.C. 784 Tiberio V. & Sejano COSS.

μέντοι καὶ οἱ λοιποὶ πάντες ἐναλλὰξ καὶ δι' ὀλίγου τὰ ἐναντιώτατα ἀκούοντες, καὶ μήτε τὸν Σηϊανὸν θαυμάζειν ἔτι ἢ καὶ καταφρονεῖν ἔχοντες, ἔς τε τὸν Τιβέριον, ὡς καὶ τεθνήξοντα, ἢ καὶ ἥξοντα,
B ὑποπτεύοντες, ἐν ἀμφιβόλῳ ἐγίγνοντο.

Σηϊανὸν μὲν οὖν ταῦτά τε ἐτάραττε, καὶ πολλῷ μᾶλλον ὅτι ἐξ ἀνδριάντος τινὸς αὐτοῦ τὰ μὲν πρῶτα καπνὸς πολὺς ἀνέθορεν, ἔπειτα [n] δὲ ἀφαιρεθείσης τῆς κεφαλῆς, ὅπως τὸ γιγνόμενον ἴδωσιν, ὄφις μέγας ἀνεπήδησεν· ἑτέρας τε εὐθὺς ἀντεπιτεθείσης αὐτῷ, καὶ διὰ τοῦτ' ἐκείνου τε θύσειν ἑαυτῷ μέλλοντος, (τά τε γὰρ ἄλλα, καὶ ἑαυτῷ ἔθυε) σχοινίον περὶ τὸν αὐχένα αὐτοῦ περικείμενον εὑρέθη.
C Τύχης τέ τι ἄγαλμα, ὃ ἐγεγόνει μὲν (ὥς φασι) [o] Τουλλίου [57] τοῦ βασιλεύσαντός ποτε ἐν τῇ Ῥώμῃ, τότε δὲ ὁ Σηϊανὸς οἴκοι τε εἶχε καὶ μεγάλως ἤγαλλεν, αὐτός τε θύων [58] εἶδεν ἀποστρεφόμενον, *** καὶ μετὰ τοῦθ' [59] ἕτεροι συνεξιόντες σφίσιν. οἱ δὲ δὴ ἄλλοι ὑπώπτευον μέν που ταῦτα, ἀγνοοῦντες δὴ τὴν διάνοιαν τοῦ Τιβερίου, καὶ προσεκλογιζόμενοι τό, τε ἐκείνου ἔμπληκτον, καὶ τὸ τῶν πραγμάτων ἀστάθμητον, ἐπημφοτέριζον· καὶ ἰδίᾳ μὲν τῆς ἑαυτῶν ἀσφαλείας διεσκόπουν, κοινῇ δὲ δὴ ἐθε-
D ράπευον αὐτόν, διά τε τἆλλα, καὶ ὅτι καὶ ὁ Τιβέριος [60] ἱερέας [p] μετ' αὐτοῦ τε καὶ ἐκεῖνον καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐποίησε· καὶ [61] τήν τε ἀνθυπατικὴν ἐξουσίαν αὐτῷ ἔδωκαν, καὶ προσεψηφίσαντο πᾶσιν ἀεὶ τοῖς ὑπατεύουσι παραγγέλλεσθαι, κατὰ τὸ ἐκείνου ζήλωμα ἄρξαι. ὁ δ' οὖν Τιβέριος ταῖς μὲν ἱερωσύναις ἐτίμησεν αὐτόν, οὐ μὴν καὶ μετεπέμψατο, ἀλλὰ καὶ αἰτησαμένῳ οἱ ὅπως ἐς τὴν Καμπανίαν, ἐπὶ προφάσει [62] τῆς μελλονύμφου νοσησάσης, ἔλθῃ, κατὰ χώραν μεῖναι προσέταξεν, ὡς καὶ αὐτὸς ὅσον οὔπω
E ἐς τὴν Ῥώμην ἀφιξόμενος.

Reliqui itidem omnes, quum per vices brevi temporis ſpatio diverſiſſimos nuntios acciperent, ac neque ſuſpicere jam Sejanum, neque contemnere certi eſſent, Tiberiique mortem juxta adventumque exſpectarent; ancipites hærebant.

7. Non ea modo Sejanum turbabant, ſed longe magis, quod ex ipſius ſtatua quadam fumus initio copioſus emerſerat, deinde capite ejus ſtatuæ ſublato, ut poſſet inſpici quidnam rei eſſet, ſerpens magnus exſiluerat: rurſusque alio capite impoſito, quum propter hæc rem ſacram facere ſibi vellet Sejanus, (nam inter alia, ſibi quoque ſacrificabat) inventus erat funis capiti ſtatuæ circumjectus: & ipſe ſimulacrum Fortunæ (quod Tullii quondam Romanorum regis fuiſſe ferebatur, ipſe domi ſuæ magno honore cultum habebat) inter rem ſacram viderat ſeſe avertere *** ac deinde alii etiam una egreſſi. Reliqui etſi hæc ſuſpicabantur, tamen quia animum Tiberii ignorabant, ejus intricatum ingenium rerumque inconſtantiam expendentes, in utramque partem propendebant; privatimque ſuæ incolumitatis rationes ineuntes, palam Sejanum colebant, eo magis, quod cum Cajo Tiberius & ipſum, & filium ejus ſacerdotes fecerat: ideo proconſulare imperium ei dederunt, id etiam decreto adjicientes, præcipiendum ſemper conſulibus, ut ejus ad imitationem magiſtratum gererent. Tiberius vero quum ſacerdotiis Sejanum exornaſſet, ad ſe tamen non vocavit; quin etiam petenti, ut ſibi liceret in Campaniam venire, quia ſponſa ſibi pacta ægrotaret, domi manere juſſit, quod ipſe etiam ſtatim Romam eſſet venturus.

Ἔκ τε οὖν τούτων ὁ Σηϊανὸς αὖθις ἠλλοιοῦτο, καὶ διότι καὶ τὸν Γάϊον ὁ Τιβέριος ἱερέα ἀποδείξας ἐπῄνεσε, καί τι [63] καὶ ὡς διάδοχον αὐτὸν τῆς μοναρχίας ἕξων ἐνεδείκνυτο. κἂν ἐνεόχμωσέ τι, ἄλλως τε καὶ τῶν στρατιωτῶν πρὸς πάντα ἑτοίμως ὑπακοῦσαι αὐτῷ ἐχόντων, εἰ μὴ τὸν δῆμον ἰσχυρῶς τοῖς περὶ τοῦ Γαΐου λεχθεῖσι, πρὸς τὴν τοῦ Γερμανικοῦ τοῦ πατρὸς

8. Hæc Sejanum denuo abalienaverunt, & quod Tiberius Cajum, quum ſacerdotem feciſſet, collaudaverat, ac nonnihil præ ſe ferebat, quaſi eum eſſet imperii ſucceſſorem relicturus. Neque ſe a moliendis novis rebus continuiſſet, præſertim tam promptis ad exſequenda, quæcunque mandaſſet, militibus: niſi maxima populum voluptate affectum ex his, quæ de Cajo dicta eſſent, memoria patris ejus Germanici, intel-

n. δὲ ἀφαιρεθείσης. διαφαιρεθείσης, Xiph. *** aſteriſcis oſtendi, locum mutilum eſſe. ſane apud Tacitum quoque tota hæc hiſtoria deſideratur, X. etiam Xiph. hæc omittit inde a περικείμενον εὑρέθη, usque ad ἐπ' οὖν τούτοις ἔτι καὶ μᾶλλον αὐτοῦ κατεφρόνησαν, p. 626. B. o Τούλλου, HS. L. Τουλλίου, melius RS. p μετ' αὐτοῦ. niſi Caji Caligulæ mentio fuerit in verbis quæ deſiderantur, mutanda hæc cenſuerim, ut Cajum indicari intelligatur.

§ 57. (l. 51.) Τουλλίου τοῦ βασιλεύσαντος] Servii Tullii Regis Rom. qui Fortunam unice coluit, pluresque ejus imagines conſecravit, plura dedicavit templa, de quibus Plutarchus Quæſt. Rom. p. 281. & libro de Fortuna Romanorum p. 322. ſq. Vide etiam Quæſtiones Romanas p. 273. ubi fabula de conſuetudine Fortunæ per feneſtram ad ipſum commeantis.

§ 58. (l. 53.) εἶδεν ἀποστρεφόμενον] De ſimili imaginum ſe convertere viſarum prodigio, p. 313. A. 525. D. 586. B.

§ 59. (l. 54.) ἕτεροι συνεξιόντες σφίσι] Cum Tacitus quoque in horum temporum narratione laterus ſit ac deficiat, lacunæ hujus ſententiam ſupplere vel aſſequi non eſt adeo in promptu. Videntur autem συνεξιόντες intelligi, qui ex ſenatu egreſſi ſunt, odium Sejani præ ſe ferentes, poſtquam Tiberii frigus & ſuſpiciones viſi ſunt ex litteris ejus perſentiſcere. Sic infra p. 627. B. ἐξανίστασθαι τῶν συγκαθημένων αὐτῷ.

§ 60. (l. 61.) ἱερέας μετ' αὐτοῦ τε] Cum Cajo Caligula, quem augurem in locum fratris Druſi deſtinatum, priusquam inauguraretur, ad Pontificatum Tiberius traduxit, teſte Suetonio c. 12. Caligul. Eodem igitur tempore Sejanum quoque ejusque filium ſacerdotii honore, incertum an pontificatu, auguratuve, an vero ſeptemviri dignitate vel quindecimviri auctum eſſe, Dio innuit. Filii Sejani etiam mentio apud Tacitum V. 9.

§ 61. (l. 62.) τήν τε ἀνθυπατικὴν ἐξουσίαν] Proconſulare imperium, ut Druſo p. 544. E. vel Germanico apud Tacitum lib. I. c. 76. Aut plane, ut oblatum Auguſto & Tiberio Imperatoribus, ut quoties extra pomœrium eſſent, ſummo illo imperio, & majore quam ordinariorum præſidum in provinciis uterentur, ut dictum p. 508. A. 519. A.

§ 62. (l. 68.) τῆς μελλονύμφου νοσησάσης] De nuptiis Caji infra p. 637. B. jam nuptam ei tunc fuiſſe, Suetonius teſtatur, Juniam Claudillam, M. Silani filiam. vide & Tacitum VI. 20. De Caji nuptiis exponunt & priores interpretes; ſed nullo nexu cum ſequentibus; ego de Sejani cum Julia, de quibus dicam infra ad § 88. REIM,

§ 63. (l. 73.) καὶ ὡς διάδοχον] Sueton. c. 12. Sacerdotiis auctum Cajum referens, addit, hoc factum *inſigni teſtimonio pietatis atque indolis, cum deſerta deſolataque reliquis ſubſidiis aula, Sejano vero tunc ſuſpecto, mox & oppreſſo, ad ſpem ſucceſſionis paullatim admoveretur.*

A.U.C.784 Tiberio V. & Sejano COSS.

intellexiſſet. Nam prius opinatus, populum quoque ſuis rebus favere, poſtquam tum ſenſit eos Caji ſtudioſos, animum deſpondit, pœnitentiaque correptus eſt, quod non in conſulatu aliquid conatus eſſet. Reliquos & hæc movere, & quod Tiberius inimicum quendam Sejani, ante decennium ad regendam Hiſpaniam electum, ac tum certas ob cauſas reum peractum, ex eo tempore abſolviſſet; propter hunc aliis quoque, qui provincias adminiſtraturi, aut aliud quodcunque publicum officium obituri eſſent, impunitatem ſimilium criminum eo tempore tribuens: quodque datis ad ſenatum de morte Neronis literis, Sejanum nude, nullo addito eorum, quos moris habebat, titulo, nominaviſſet: edixiſſet etiam, ne cui homini ſacrificaretur, (quod Sejano res ſacra fieri ſolebat) neve de ſui honore quicquam referretur, (quippe multa Tiberio decernebantur) quod jam ante interdictum, tum propter Sejanum repetebatur. Neque enim id conceſſurus alteri erat Tiberius, quod ſibi ipſi non permiſiſſet.

9. His de cauſis contemptus Sejani adeo auctus eſt, ut jam non occulte ei ſe ſubtraherent, eumque dererent. Quæ ubi cognovit Tiberius, ſumpto animo, ratus ſe auxiliariis etiam populo ac ſenatu uſurum, Sejanum aggreditur; & quo magis improviſo hominem opprimeret, rumore prius ſparſo, quaſi tribunitiam poteſtatem Sejano eſſet daturus; per literas eum apud ſenatum accuſat, easque perferendas dat Nævio Sertorio Macroni, quem jam ante occulte cohortibus prætoriis præfecerat, & quæ agenda eſſent docuerat. Is noctu Romam venit, tanquam aliud ob negotium: mandata cum Memmio Regulo tum conſule, (nam collega ejus Sejano favebat) & cum Græcino Lacone, nocturnorum vigilum præfecto, communicat. Sub auroram in palatium adſcendit, (ſenatus enim in Apollinis templo indictus erat) quumque in Sejanum nondum eo ingreſſum incidiſſet, triſtemque ob non datas ad ſe a Tiberio literas inveniſſet, conſolatur remotis arbitris, ac dicit, ferre ſe ei tribunitiam poteſtatem. Eo magna lætitia perfuſus Sejanus, in curiam inſiluit. At Macro militibus prætorianis, qui cir-

cum

πατρὸς αὐτοῦ μνήμην, ἡσθέντα εἶδε. πρότερον γὰρ νομίζων καὶ ἐκείνους πρὸς ἑαυτοῦ εἶναι, τότε ὡς ἤσθετο τὰ τοῦ Γαΐου σπουδάζοντας, ἠθύμησε. καὶ ὁ μὲν μετεγίνωσκεν, ὅτι μηδὲν ἐν τῇ ὑπατείᾳ ἐνεωχμώσεν· οἱ δὲ δὴ ἄλλοι διά τε ταῦτα, καὶ ὅτι ὁ Τιβέριος [64] ἐχθρόν τινα αὐτοῦ, ἡρημένον μὲν πρὸ δέκα ἐτῶν Ἰβηρίας ἄρξαι, κρινόμενον δὲ ἐπί τισιν, ἐξ ἐκείνου ἀφῆκε, καὶ δι' αὐτὸν καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἡγεμονεύσειν τινῶν, ἢ καὶ ἄλλο τι δημόσιον πράξειν μέλλουσιν, ἄδειαν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ τῶν τοιούτων δικῶν ἔδωκε· τῇ τε γερουσίᾳ [65] περὶ τοῦ Νέρωνος ἀποθανόντος γράφων, Σηιανὸν ἁπλῶς αὐτὸν ὠνόμασε, μηδὲν (ὥσπερ εἰώθει) προσθείς· καὶ προσέτι καὶ ἀπεῖπε, μήτ' ἀνθρώπων τινὶ θύεσθαι, ([66] διότι καὶ ἐκείνῳ τοῦτ' ἐγίγνετο) μήτε ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ τιμῇ τι χρηματίζεσθαι, διότι πολλὰ ἐκείνῳ ἐψηφίζετο. τοῦτο γὰρ [67] ἀπηγορεύκει μὲν καὶ πρότερον, τότε δὲ διὰ τὸν Σηιανὸν ἀνενεώσατο. ὅπου γὰρ ὁ μηδὲν ἑαυτῷ τοιοῦτον γίγνεσθαι ἐπιτρέπων, ἄλλῳ γε ἐφίει.

Ἐπ' οὖν τούτοις ἔτι καὶ μᾶλλον αὐτοῦ κατεφρόνησαν, ὥστε καὶ φανερώτερον ἢ λανθάνειν, καὶ ἐξίστασθαι αὐτὸν καὶ ἐγκαταλιπεῖν. μαθὼν οὖν ταῦτα ὁ Τιβέριος, καὶ θαρσήσας, ὡς καὶ τὸν δῆμον καὶ τὴν βουλὴν συμμάχους ἕξων, ἐπεχείρησεν αὐτῷ· καὶ [q] προκαθεὶς τὸν λόγον, ὅτι τήν γε [68] ἐξουσίαν οἱ τὴν δημαρχικὴν δώσει, ὅπως ἀπροσδόκητον αὐτὸν συλλάβῃ, [r] λάθῃ ἐπέστειλε κατ' αὐτοῦ τῷ συνεδρίῳ [69] διὰ [s] Νεουίου Σερτωρίου Μάκρωνος· ἄρχειν τε αὐτὸν τῶν σωματοφυλάκων, κρύφα προκαταστήσας, καὶ πάνθ' ὅσα ἐχρῆν πραχθῆναι προδιδάξας. καὶ ὃς νύκτωρ ἐς τὴν Ῥώμην, ὡς καὶ κατ' ἄλλο τι ἐλθὼν, τά τε ἐπεσταλμένα οἱ [70] Μεμμίῳ Ῥηγούλῳ, τότε ὑπατεύοντι, ([71] ὁ γὰρ συνάρχων αὐτοῦ τὰ τοῦ Σηιανοῦ ἐφρόνει) καὶ [t] Γραικίνῳ [72] Λάκωνι, τῷ τῶν νυκτοφυλάκων ἄρχοντι, ἐπεκοίνωσε. καὶ ἀναβὰς ἅμα τῇ ἕῳ ἐς τὸ παλάτιον, (τῆς γὰρ βουλῆς ἕδρα [73] ἐν τῷ [u] Ἀπολλωνείῳ γενήσεσθαι ἔμελλε) τῷ τε Σηιανῷ μηδέπω ἐς αὐτὸ ἐσεληλυθότι περιέπεσε, καὶ ἰδὼν αὐτὸν ταραττόμενον, ὅτι μηδέν οἱ ὁ Τιβέριος ἐπεστάλκει, παρεμυθήσατο, εἰπὼν ἰδίᾳ καὶ ἐν ἀπορρήτῳ, ὅτι τὴν ἐξουσίαν αὐτῷ τὴν δημαρχικὴν φέρει. καὶ ὁ μὲν, περιχαρὴς ἐπὶ τούτῳ γενόμενος, ἐς τὸ βουλευτήριον ἐσεπήδησε· Μάκρων δὲ τοὺς μὲν δορυφόρους τοὺς περί τε ἐκεῖνον καὶ τὸ συνέδριον ὄντας ἐς τὸ στρα-

26 B C D

q προκαθεὶς. ita HS. & L. ex emendatione Xyl. ſic & Pal. Coiſl. & Br. codd. MSS. Xiphilini. & quidam editi, alii προκαθεὶς, quod & RS. τὸν ante λόγον omittit Xiph. r λάθῃ. λάθοι, Xiph. s Νεουίου. Ναιβίου, Xiph. t Γραικίλῳ, vulgo. Γρακίνῳ, Xiph. quod propius ad verum. Inſcriptio apud Torellum Saraynam in Veronæ origine T. IX. P. VII. Theſ. Ital. p. 46. & Gruter. CCCCXVII. 2 P. GRAECINIO. P. F. POB. LACONI. ORNAMENTIS. CONSULARIBUS. unde Γραικίνῳ ſcribendum mox τῷ τῶν ex eodem Xiph. τῶν vulgo deeſt. u Ἀπολλωνείῳ. ſic HS. & L. poſt Xylandrum. Ἀπολλωνίῳ, Xiph. & RS.

§ 64. (l. 85.) ἐχθρόν τινα αὐτοῦ] Puto Vibium Serenum intelligi, proconſulem ulterioris Hiſpaniæ, de vi publica damnatum, quem anno decimo Tiberii in inſulam Amorgum deportatum narrat Tacitus IV. 13.

§ 65. (l. 91.) περὶ τοῦ Νέρωνος ἀποθανόντος] Neronem Germanici F. denotat, fratrem Druſi, Cajique qui poſt imperitavit. De Neronis Druſique nece vide Sueton. Tiber. c. 54. & Calig. c. 7.

§ 66. (l. 95.) διότι καὶ ἐκείνῳ] Vide p. 622. B. 625. B.

§ 67. (l. 98.) ἀπηγορεύκει καὶ πρότερον] Vide p. 607. D. Idem facere non dubitavit adhuc poſtea, Sejano jam dato ſuppliciis p. 629. D.

§ 68. (l. 7.) ἐξουσίαν δημαρχικὴν] Spe tribunitiæ poteſtatis (de cujus momento dictum ad p. 508. D.) deceptum a Tiberio Sejanum, notat etiam Suetonius c. 65. qua ad ſucceſſionem imperii ſe non minus quam affinitate ſperata, de qua Theodorus Ryckius ad Taciti V. 6. & Dio p. 628. C. admoveri ſibi videbatur. infra hac ipſa pagina D. & p. 627. B. [De affinitate ſperata, vide ad §. 88.]

§ 69. (l. 9.) διὰ Νεουίου Σερτωρίου Μάκρωνος] Hic eſt Macro in Sejani vicem præfectus prætorianarum cohortium, de quo Sueton. Caligula c. 12. quemque, *ut deteriorem*, delectum ad Sejanum opprimendum, ait Arruntius apud Tacitum VI. 48.

§ 70. (l. 14.) Μεμμίῳ Ῥηγούλῳ] Hic Conſul fuit cum Fulcinio Trione, Sejani amico, ex Calendis Octobris, anni imperii Tiberii XVIII. A. U. C. 784. Eodem enim anno VII. Iduum Maj. ſuffecti Tiberio & Sejano *Fauſtus Cornelius Sulla & Sexteidius Catullinus*. Calendis Julii *L. Fulcinius Trio* ſucceſſor Catullino datus. Calendis Octobris *P. Memmius Regulus*

E στρατόπεδον ἀπέπεμψε· τήν τε ἡγεμονείαν σφίσι τὴν ἑαυτοῦ ἐκφήνας, καὶ γράμματα παρὰ τοῦ Τιβερίου γέρα τινὰ αὐτοῖς διδόντα φέρειν φήσας. τοὺς δὲ δὴ νυκτοφύλακας ἀντ' αὐτῶν περὶ τὸν ναὸν περιστήσας, ἐσῆλθέ τε ἐς αὐτὸν, καὶ τὴν ἐπιστολὴν τοῖς ὑπάτοις δοὺς, ἐξῆλθε πρὶν καὶ ὁτιοῦν ἀναγνωσθῆναι· καὶ αὐτῷ τε τῷ Λάκωνι ταὐταῦθα φυλάττειν προστά-
627 ξας, αὐτὸς ἐς τὸ στρατόπεδον, μὴ καὶ νεωτερισθείη τι, ὥρμησε.

Κἀν τούτῳ ἡ ἐπιστολὴ ἀνεγνώσθη. ἦν δὲ μακρὰ, καὶ οὐδὲν ἀθρόον κατὰ τοῦ Σηϊανοῦ εἶχεν, ἀλλὰ τὰ μὲν πρῶτα ἄλλο τι, εἶτα μέμψιν κατ' αὐτοῦ βραχεῖαν· καὶ μετ' αὐτὴν ἕτερόν τι, καὶ κατ' ἐκείνου ἄλλο· καὶ ἐπὶ τελευτῆς, δύο τε βουλευτὰς τῶν ᾠκειωμένων οἱ κολασθῆναι, καὶ αὐτὸν ἐν φρουρᾷ γενέσθαι δεῖν ἔλεγεν. ἄντικρυς γὰρ ἀποθανεῖν αὐτὸν ὁ Τιβέριος οὐ προσέταξεν· οὐχ ὅτι οὐκ ἐβούλετο, ἀλλ' ὅτι ἐφοβήθη μὴ ταραχή τις ἐκ τούτου γένηται. ὡς γοῦν οὐδὲ τὴν ὁδὸν ἀσφαλῶς ποιήσασθαι δυνάμενος, [74] τὸν ἕτερον τῶν ὑπάτων μετεπέμψατο. τοσαῦτα μὲν ἡ γρα-
B φὴ ἐδήλου· παρῆν δὲ καὶ ἀκοῦσαι ἐπ' αὐτῇ καὶ ἰδεῖν πολλὰ καὶ ποικίλα. πρότερον μὲν γὰρ, πρὶν ἀναγινώσκεσθαι αὐτὴν, ἐπαίνους τε αὐτοῦ, ὡς καὶ τὴν δημαρχικὴν ἐξουσίαν ληψομένου, ἐποιοῦντο, καὶ ἐπιβοήμασιν ἐχρῶντο, προλαμβάνοντες ὅσα ἤλπιζον, καὶ [x] προσενδεικνύμενοί οἱ ὡς καὶ αὐτὰ δώσοντες. ἐπεὶ δ' οὐδὲν τοιοῦτον εὑρίσκετο, ἀλλὰ καὶ πᾶν τοὐναντίον ἢ προσεδόκων ἤκουον, ἔν τε ἀπορίᾳ, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ ἐν κατηφείᾳ πολλῇ ἐγίγνοντο. καί τινες καὶ ἐξανέστησαν τῶν συγκαθημένων αὐτῷ. [75] ὃν γὰρ πρόσθεν περὶ πολλοῦ φίλον ἔχειν ἐποι-
C οῦντο, τούτῳ τότε οὐδὲ τῆς αὐτῆς [y] συνεδρείας κοινωνεῖν ἤθελον. κἀκ τούτου καὶ στρατηγοὶ καὶ δήμαρχοι περιέσχον αὐτὸν, ὅπως μὴ συνταράξῃ τι ἐκπηδήσας· ὅπερ πάντως ἂν ἐπεποιήκει, εἰ κατ' ἀρχὰς ἀθρόῳ τινὶ ἀκούσματι ἐπέπληκτο. νῦν δὲ, τό, τε ἀεὶ ἀναγινωσκόμενον, [z] ὡς καὶ κοῦφον καὶ μόνον ὄν, παρορῶν, καὶ μάλιστα μὲν μηδὲν ἄλλο, εἰ δὲ μὴ, μήτοιγε καὶ ἀνήκεστόν τι ἐπεστάλθαι περὶ αὐτοῦ ἐλπίζων, διετρίβη, καὶ κατὰ χώραν ἔμεινε. κἀν τούτῳ προσκαλεσαμένου αὐτὸν τοῦ Ῥηγούλου,
D οὐχ ὑπήκουσεν· οὐχ ὅτι ὑπερεφρόνησεν, (ἤδη γὰρ ἐτεταπείνωτο) ἀλλ' ὅτι ἀήθης τοῦ [a] προστάττεσθαί τι ἦν. ὡς δὲ καὶ δεύτερον καὶ τρίτον γε ἐκεῖνος ἐμβοήσας οἱ, καὶ τὴν χεῖρα ἅμα ἐκτείνας εἶπε, Σηϊανὲ

cum Sejanum & curiam erant, in caſtra ablegatis, quum prius ſe eis a Tiberio præfectum eſſe oſtendiſſet, ſeque literas ferre ab eo, quibus præmia ipſis quædam darentur; in eorum locum nocturnos cuſtodes templo circumfudit: ipſe tum ingreſſus, literisque conſulibus exhibitis, egreſſus inde, antequam eæ recitarentur, cuſtodiam ejus loci Laconi mandavit; ipſe in caſtra, ne quid ibi turbaretur, contendit. A.U.C. 784 Tiberio V. & Sejano COSS.

10. Interim epiſtola recitatur bene longa, quæ nihil confertim contra Sejanum habebat, ſed alias principio res, deinde brevem ejus inſectationem, tum rurſus aliud quiddam, iterumque aliud contra Sejanum: in extrema, duos ſenatores Sejani familiares plectendos, Sejanum in cuſtodia habendum dicebat. Neque enim palam eum necari jubebat Tiberius: non quod hoc nollet, ſed quia verebatur, ne quis inde tumultus oriretur. Quinetiam ad ſe alterum conſulum vocabat, quaſi ne tuto quidem ipſe iter facere poſſet. Hæc literis illis continebantur. Videre vero erat, audireque multa ac varia, occaſione harum literarum. Nam antequam eæ recitarentur, laudare Sejanum ſenatus, ut tribunitiam poteſtatem accepturum; acclamare, ſpes quisque ſuas præcipere, oſtentare etiam ſe illa Sejano daturos eſſe. Poſtquam nihil eorum, quæ ſperaverant, ſed contraria omnia inventa ſunt: ibi vero hæſitatio, & ſecundum eam mœſtitia cooriri, ac quidam eorum, qui Sejano aſſidebant, conſurgere: (quem enim paulo ante amicum habere magni duxerant, cum eo ne ſedem quidem jam communem habere dignabantur:) deinde prætores ac tribuni plebis eum circumdare, ne foras proſiliens aliquid turbarum daret. Et dediſſet haud dubie, ſi initio gravi aliqua ſubito oratione perculſus fuiſſet: nunc ſingula, quæ recitabantur, quaſi ſola & levia inſuper habens, ac omnino vel nihil aliud de ſe, vel certe non extrema perſcripta eſſe ſperans, commoratus loco ſuo eſt. Tum Regulo eum ad ſe vocante, non audiens dicto fuit, neque id quidem faſtu, (jam enim animo dejectus erat) ſed quod juberi aliquid ſibi, inſolens ipſi eſſet. Iterum ac tertium inclamanti manu protenta, Sejane ades huc, id modo

x προσενδεικνύμενοι. ſic ſcripſi pro προσενδεικνύμενος, monente L. pro præcedente προλαμβάνοντες, legitur in Vb. ſed male, παραλαμβάνοντες. y συνεδρείας, HS. L. συνεδρίας, RS. z ὡς καὶ κοῦφον, ſic cum Xiphilino legere juſſit X. idque ſecuti ſunt HS. & L. at ὅπως καὶ κοῦφον, RS. pro ſequenti μήτοιγε, quod iisdem auctoribus reſtitutum eſt, μήτιγε legitur apud RS. a προστάττεσθαι. corrige hinc Xiph. ubi πράττεσθαι legitur.

Regulus Sullæ, ut ex lapide Nolano probat illuſtriſſimus Noriſius in epiſtola conſulari T. XI. Theſauri Græviani p. 404. De hoc Regulo accipienda Tiberii petitio ad Patres conſcriptos memorata Suetonio cap. 65. infra p. 627. A.

§ 71. (l. 14.) ὁ συνάρχων αὐτοῦ] Mirum poſſit videri, Dionem tradere, quod Reguli collega, Fulcinius Trio, Sejani amicus fuerit, cum Tacitus in extremo libri quinti Trionem quidem Collegæ inimicum inducat, ſed qui Regulum *ut ſegnem ad opprimendos Sejani miniſtros*, oblique perſtrinxerit. At facilis reſponſio ex iis quæ apud Tacitum ſequuntur: ait enim, a Regulo non modo retuſum Collegam, ſed etiam ad diſquiſitionem tractum, *ut noxium conjurationis*, ex quo Sejani partes Trionem ſecutum clariſſime apparet, quod & Dio confirmat infra p. 637. B.

§ 72. (l. 16.) Γρακίνῳ Λάκωνι τῷ νυκτοφυλάκων ἄρχοντι] Xiphilini codices Γραικίνῳ. Græcini & Graciles plures in veterum monumentis reperiuntur. De cohortibus vigilum ſive νυκτοφυλάκων dictum ad p. 566. C. vide & p. 628. E. Idem Laco præfectus deinde Galliarum, & magnis honoribus a Claudio affectus, ut dicet Dio p. 680. C.

§ 73. (l. 18.) ἐν τῷ Ἀπολλωνίῳ] In Palatio p. 496. D. quod poſtea βουλευτήριον Dioni.

§ 74. (l. 45.) τὸν ἕτερον τῶν ὑπάτων] Sueton. c. 65. *Mitterent alterum e Conſulibus*, (Memmium Regulum p. 626. C.) *qui ſenem ſe & ſolum, in conſpectum eorum cum aliquo militari præſidio perduceret.* Hæc Tiberius in literis ad ſenatum, de quibus Juvenalis X. 71. *verboſa & grandis epiſtola venit a Capreis.* In hac Sejanum, ut ait Suetonius, *inopinantem criminatus eſt pudenda miſerandaque oratione.* Meminit & Tacitus VI. 2. ubi de Togonio Gallo: *crediderat nimirum epiſtolæ, ſubſidio ſibi alterum e conſulibus poſcentis, ut tutus a Capreis urbem peteret.* Sed Tiberius venientem deinde Regulum, ipſi licet fidelem ac devotum, non admiſit. infra p. 630. A.

§ 75. (l. 57.) ὃν γὰρ πρόσθεν] Inſigne fidei & amicitiæ obſervantiæque aulicæ ſpecimen. Conf. Theodorum Ryckium de vita & morte Sejani, Lugd. Batav. 1697. 4to.

A.U.C. 784. Tiberio V. & Sejano COSS.

do interrogavit, an ipſe vocaretur? Demum quum ſurgeret, etiam Laco ingreſſus illi adſtitit. Perlecta tandem epiſtola, uno ore omnes clamore & maledictis Sejanum inceſſere, pars injuriam ab eo paſſi, alii quibus terrorem obtulerat, nonnulli eo amicitiam, quam cum eo habuiſſent, obliterantes; quidam mutatione fortunæ ejus læti. At vero Regulus neque omnes ſententiam dicere juſſit, neque capitis anquiſivit; veritus, ne qui obſtarent, ac inde tumultus exiſteret, quod complures Sejanus & cognatos & amicos haberet: ſed uno tantum quodam interrogato, quum is vinciendum, conſuli adſenſus, dixiſſet; Sejanum ſenatu eductum, comitantibus magiſtratibus reliquis, & Lacone, in carcerem deduxit.

Σηιανὲ δεῦρο ἐλθὲ, ἐπηρώτησεν αὐτὸν αὖθις τοῦτο, Ἐμὲ καλεῖς; ὀψὲ δ' οὖν ποτε ἀναστάντι αὐτῷ καὶ [76] ὁ Λάκων ἐπεισελθὼν [b] προσέστη, καὶ τέλος διαναγνωσθείσης τῆς ἐπιστολῆς, πάντες [77] ἀπὸ μιᾶς γλώσσης καὶ κατεβόων αὐτοῦ, καὶ δεινὰ [c] ἐπέλεγον οἱ μὲν, ἠδικημένοι, οἱ δὲ, πεφοβημένοι, ἄλλοι τὴν φιλίαν τὴν πρὸς αὐτὸν [78] ἐπηλυγαζόμενοι, ἄλλοι τῇ μεταβολῇ αὐτοῦ ἐπιχαίροντες. καὶ τὸν μὲν οὔτε πάντας αὐτοὺς, οὔτε περὶ τοῦ θανάτου τινὰ αὐτοῦ ὁ Ῥηγοῦλος ἐπεψήφισε, φοβηθεὶς μή τις ἐναντιωθῇ, κἀκ τούτου ταραχθῇ τι (συχνοὺς γὰρ δὴ καὶ συγγενεῖς καὶ φίλους εἶχεν) ἀλλ' ἕνα τινὰ ἐπανερόμενος, καὶ σύμψηφον ὅπως δεθῇ λαβὼν, ἐξήγαγέ τε αὐτὸν ἐκ τοῦ συνεδρίου, καὶ ἐς τὸ δεσμωτήριον μετά τε τῶν ἄλλων ἀρχόντων καὶ μετὰ τοῦ Λάκωνος κατήγαγεν.

11. Is vero vel maxime caſus humanam imbecillitatem ob oculos ponit, quo minus quis uſquam inflate ſe gerat. Quem enim mane, ut præſtantiorem ſe, univerſi ad curiam comitati fuerant, eum tunc, quaſi nullo mortalium meliorem, in carcerem rapuerunt: quem coronis ante dignati fuerant, ei tum vincula injecerunt: quem tanquam dominum ſtipaverant, eum fugitivi inſtar cuſtodierunt, tegimenque obvelanti ſeſe detraxerunt: quem ante prætexta decoraverant, ei ingeſſere alapas: cui genua flexerant, ac ut deo ſacrificaverant, eum tum ad mortem duxerunt. Populus quoque irruens, multo clamore eos, quibus mortem intulerat, exprobravit: ſpes, quas ſibi propoſitas habuerat, ludibrio jactavit: omnes ejus ſtatuas dejecit, confregit, raptavit, quaſi in ipſum ſævirent. Ita ſpectator eorum, quæ paſſurus eſſet, Sejanus fuit, dum in carcerem conjicitur. Nulla interjecta

Ἔνθα δὴ καὶ μάλιστα [d] ἄν τις τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν κατεῖδεν, ὥστε μηδαμῇ μηδαμῶς φυσᾶσθαι. ὃν γὰρ τῇ ἕῳ πάντες, ὡς καὶ κρείττω σφῶν ὄντα, ἐς τὸ βουλευτήριον παρέπεμψαν, τοῦτον τότε ἐς τὸ οἴκημα ὡς μηδενὸς βελτίω κατέσυρον· καὶ ὃν [79] στεφάνων πρότερον ἠξίουν, τούτῳ τότε δεσμὰ περιέθεσαν· ὃν δὲ ἐδορυφόρουν ὡς δεσπότην, τοῦτον ἐφρούρουν ὡς δραπέτην, καὶ [80] ἀπεκάλυπτον ἐπικαλυπτόμενον· καὶ ὃν τῷ περιπορφύρῳ ἱματίῳ ἐκεκοσμήκεσαν, [81] ἐπὶ κόρρης ἔπαιον· ὅν τε προσεκύνουν καὶ [82] ὡς θεῷ ἔθυον, τοῦτον θανατώσοντες ἦγον. [83] καὶ αὐτῷ καὶ ὁ δῆμος προσπίπτων, πολλὰ μὲν ἐπὶ τοῖς ἀπολωλόσιν ὑπ' αὐτοῦ ἐπεβόα, πολλὰ δὲ καὶ ἐπὶ τοῖς ἐλπισθεῖσιν ἐπέσκωπτε. τάς τε εἰκόνας αὐτοῦ πάσας [e] κατέβαλον, καὶ κατέκοπτον, [84] καὶ κατέσυρον, ὡς καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον αἰκιζόμενοι· καὶ οὕτω θεατὴς ὧν πείσεσθαι ἔμελλεν, ἐγίγνετο. τότε μὲν γὰρ ἐς τὸ δεσμωτήριον ἐνεβλήθη· ὕστερον δ' οὐ πολλῷ, ἀλλ' αὐθημερὸν, 628

E

B

b προσέστη. παρέστη, Xiph. quod prætuli. c ἐπέλεγον. ἔλεγον, Xiph. d ἄν τις. hæc omittit RS. habet Xiph. & ex eo reſtituenda ſuaſit X. exhibent HS. & L. e κατέβαλον καὶ κατέκοψαν. κατέβαλλον καὶ κατέκοπτον, Xiph. quod præfero.

§ 76. (l. 74.) ὁ Λάκων] Nocturnorum vigilum præfectus. p. 626. D.

§ 77. (l. 75.) ἀπὸ μιᾶς γλώσσης] Sic p. 258. C. & ἀπὸ μιᾶς ὁρμῆς, p. 398. B. ubi dicta, ſi placet, vide.

§ 78. (l. 78.) ἐπηλυγαζόμενοι] Heſychius: ἐπηλυγίζοντας, ἐπισκιάζοντας, ἐπικρύπτοντας. Leg. ἐπηλυγάζοντας. Eſt enim a λυγαῖος, unde λυγαῖον, quod idem Heſychius interpretatur ἀφανῶς, σκοτεινῶς, λεληθότως.

§ 79. (l. 93.) στεφάνων ἠξίουν] Statuas Sejani, quæ ubique colebantur, inter alia venerationis ſigna etiam coronis ornare, & ſerta jaciendo ingerendoque imaginem ejus honorare conſueverant. Etiam triumphalia Sejano tribuerat Tiberius, teſte Tacito IV. 26. in quibus coronæ jus.

§ 80. (l. 95.) ἀπεκάλυπτον ἐπικαλυπτόμενον] Noxii, cum in carcerem vel ad ſupplicium ducebantur, ſupino ore, reducta coma, retorta cervice, remoto omni velamento cogebantur ἀκατακάλυπτοι, ut ab omnibus conſpici poſſent, incedere. Vide Caſaubonum ad hæc Suetonii Vitellio c. 17. *religatis poſt terga manibus, injecto cervicibus laqueo, veſte diſciſſa, ſeminudus in forum tractus eſt, inter magna rerum verborumque ludibria, per totum viæ ſacræ ſpatium, reducto coma capite, ceu noxii ſolent, atque etiam mento mucrone gladii ſubjecto, ut viſendam præberet faciem, neve ſubmitteret.*

§ 81. (l. 97.) ἐπὶ κόρρης ἔπαιον] Palmas in faciem dederunt, ut mos alapis excipere & verberibus damnatos. Vide quæ viri docti ad Matth. XXVI. 67.

§ 82. (l. 98.) ὡς θεῷ ἔθυον] Supra p. 622. B. 623. D.

§ 83. (l. 99.) καὶ αὐτῷ καὶ ὁ δῆμος] Juvenalis X. 72.

— — — — Sed quid
Turba Remi? ſequitur fortunam, ut ſemper, & odit
Damnatos. Idem populus ſi Nurtia Tuſco
Faviſſet, ſi oppreſſa foret ſecura ſenectus
Principis, hac ipſa Sejanum diceret hora
Auguſtum. — — —

§ 84. (l. 3.) καὶ κατέσυρον] Traxerunt reſtibus per colla ſtatuarum innexis. Juvenal. X. 58.

— deſcendunt ſtatuæ, reſtemque ſequuntur.
Ipſas deinde rotas bigarum impacta ſecuris
Cædit, & immeritis franguntur crura caballis.
Jam ſtrident ignes, jam follibus atque caminis
Ardet adoratum populo caput, & crepat ingens
Sejanus: deinde ex facie toto orbe ſecunda
Fiunt urceoli, pelves, ſartago, patellæ.

§ 85. (l. 7.) ἐν τῷ Ὁμονοίῳ] De hoc templo Concordiæ dictum ad p. 242. D. 586. B.

§ 86. (l. 11.) κατὰ τῶν ἀναβασμῶν] Per ſcalas Gemonias, ut p. 621. B. Juvenalis X. 66.

— — Sejanus ducitur unco
Spectandus. Gaudent omnes. Quæ labra? quis illi
Vultus erat? Nunquam, ſi mihi credis, amavi
Hunc hominem — —

§ 87. (l. 13.) τά τε παιδία αὐτοῦ] Tacitus V. 9. *Placitum poſthac, ut in reliquos Sejani liberos adverteretur, vaneſcente quanquam plebis ira, ac plerisque per priora* (Sejani) *ſupplicia lenitis. Igitur portantur in carcerem, filius imminentium intelligens,* (quem ſacerdotio Tiberius honoraverat, ſupra p. 625. D.) *puella adeo neſcia, ut crebro interrogaret, quod ob delictum, & quo traheretur? neque facturam ultra, & poſſe ſe puerili verbere moneri.* [Ryckius ex h. l. recte conficit, bis ſumtum de Sejani liberis ſupplicium; de filio natu maximo ſtatim, de duobus minoribus poſtea; (tres enim fuerunt. Tac. IV. 3.) Dionem vero, hoc intervallum non annotantem, facile eſt in re levicula excuſare, niſi etiam epitomator hic nobis quædam ſubtraxit.]

§ 88. (l. 15.) τῷ Κλαυδίου υἱῷ ἐγγεγυημένη] Hæc eſt affinitatis ſpes, quam Sejano injectam a Tiberio memorat Suetonius c. 65. Claudii filius *Druſus*, paucos dies poſt, quam filia Sejani deſponſa illi ab avi fratre Tiberio fuiſſet, pyro per luſum in ſublime jacto & hiatu oris excepto ſtrangulatus: ut eidem Tranquillo traditum in Claudio c. 27.

Filia

θημερὸν, ἡ γερουσία πλησίον τοῦ οἰκήματος [85] ἐν τῷ Ὁμονοείῳ, ἐπειδὴ τά τε τοῦ δήμου τοιαῦτα ὄντα ᾔσθετο, καὶ τῶν δορυφόρων οὐδένα ἑώρα, ἀθροισθεῖσα, θάνατον αὐτοῦ κατεψηφίσατο. C καὶ οὕτω δικαιωθεὶς, [86] κατά τε τῶν [f] ἀναβασμῶν ἐῤῥίφη, καὶ αὐτὸν ὁ ὅμιλος τρισὶν ὅλαις ἡμέραις ἐλυμήνατο, καὶ μετὰ τοῦτο ἐς τὸν ποταμὸν ἐνέβαλε. [87] τά τε παιδία αὐτοῦ κατὰ δόγμα ἀπέθανε, τῆς κόρης, ἣν [88] τῷ τοῦ Κλαυδίου υἱεῖ ἐγγεγυήκει, προδιαφθαρείσης ὑπὸ τοῦ [g] δημίου· [89] ὡς οὐχ ὅσιον ὂν παρθενευομένην τινὰ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ἀπολέσθαι. [90] καὶ ἡ γυνὴ Ἀπεικάτα οὐ κατεψηφίσθη μὲν, μαθοῦσα δὲ ὅτι τὰ τέκνα αὐτῆς τέθνηκε, καὶ D σφῶν τὰ σώματα ἐν τοῖς ἀναβασμοῖς ἰδοῦσα, ἀνεχώρησε, [91] καὶ ἐς βιβλίον γράψασα περὶ τοῦ θανάτου τοῦ Δρούσου, κατά τε τῆς Λιουίλλης τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, δι' ἥνπερ που καὶ αὐτὴ τῷ ἀνδρὶ προσεκεκρούκει, ὥστε μηκέτι συνοικεῖν, τὸ μὲν τῷ Τιβερίῳ ἔπεμψεν, αὐτὴ δ' ἑαυτὴν διεχρήσατο. καὶ οὕτως ὁ Τιβέριος ἐντυχὼν τῷ βιβλίῳ, καὶ διελέγξας τὰ γεγραμμένα, τούς τε ἄλλους πάντας καὶ τὴν [h] Λιουίλλαν ἀπέκτεινεν. ἤδη δὲ ἤκουσα, ὅτι ἐκεῖνος μὲν αὐτῆς [92] διὰ τὴν μητέρα τὴν Ἀν- E τωνίαν ἐφείσατο, αὐτὴ δὲ ἡ Ἀντωνία ἑκοῦσα [93] λιμῷ τὴν θυγατέρα ἐξώλεσε. τοῦτο μὲν οὖν ὕστερον ἐγένετο.

Τότε δὲ θόρυβος πολὺς ἐν τῇ πόλει συνηνέχθη. ὅ, τε γὰρ δῆμος, εἴ πού τινα τῶν μέγα παρὰ τῷ Σηϊανῷ δυνηθέντων, καὶ δι' αὐτὸν ὑβρισάντων τι, [i] ἴδεν, ἐφόνευε. καὶ οἱ στρατιῶται, ἀγανακτοῦντες [k] ὅτι αὐτοί τε ἐς τὴν τοῦ Σηϊανοῦ εὔνοιαν ὑπωπτεύθησαν, καὶ [94] οἱ νυκτοφύλακες σφῶν ἐς τὴν τοῦ αὐτοκράτορος πίστιν προετιμήθησαν, ἐμπρήσεις τε καὶ ἁρπαγὰς ἐποιοῦντο, καίτοι πάντων τῶν ἐν ταῖς ἀρχαῖς ὄντων
629 τὸ ἄστυ πᾶν ἐκ τῆς τοῦ Τιβερίου ἐντολῆς φυλαττόντων.

A.U.C. 784 Tiberio V. & Sejano COSS.

jecta mora, eadem die prope carcerem in ædem Concordiæ convenit ſenatus, quumque hunc ſenſum populi, prætorios milites nullos adeſſe viderent, capitis eum damnarunt. Itaque affectus ſupplicio, in Gemonias projectus eſt, eumque per totum triduum populus ludibrio habitum in Tiberim miſit. Liberi ejus ex ſenatusconſulto necati ſunt: filia, quam deſponderat Claudii filio, conſtuprata prius a carnifice, quaſi impium eſſet virginem in carcere perire. Verum Apicata uxor Sejani damnata non fuit. Hæc liberorum ſuorum morte audita, eorumque corpora in ſcalis intuita, digreſſa inde, libello quædam inſcripſit de morte Druſi, & contra Livillam uxorem ejus, propter quam extiterant inter Sejanum & ipſam tantæ ſimultates, ut ex eo tempore non amplius tanquam conjuges una degerent. Hunc libellum Tiberio miſit, & ipſa mortem ſibimet intulit. Quo Tiberius lecto, reque ut acta eſſet perſpecta, reliquos omnes Druſianæ cædis reos, & ipſam Livillam interfecit. Accepi tamen hoc etiam, ipſum Liviliæ propter ejus matrem Antoniam peperciſſe: ab Antonia vero ſponte filiam inedia necatam. Sed hæc poſt ea evenerunt.

12. Tum vero ingens in urbe tumultus extitit. Nam quoscunque plurimum apud Sejanum valentes populus, ideoque injurios aliis, conſpicatus eſt, eos trucidavit. Milites quoque indignantes, ſe propter ſtudium erga Sejanum ſuſpectos eſſe, ſibique nocturnos cuſtodes antehaberi propter fidem adverſum imperatorem, incendia & direptiones fecerunt: quanquam omnes, qui cum magiſtratu eſſent, urbis cuſtodiam

f ἀναβασμῶν. ἀναβαθμῶν, Xiph. ſed ibi quoque cum Dione conſentit cod. Coisl. & Br. vide quæ diximus ad p. 621. B. *g* δημίου. δήμου, Xiph. male. correxit tamen Sylb. *h* Λιουίλλαν. ſic ex mente Xyl. ſcribunt HS. & L. ſed Λιουίλαν habet RS. ſupra erat Λιουίλλης apud RS. pro Λιουίλλης. *i* ἴδεν. pro eo κατεφώρα habet Xiph. *k* ὅτι αὐτοί τε. hæc verba omittit RS. reſtituit ex Xiph. X. Idem Xyl. pro Roberti νυκφύλακες ſcribendum νυκτοφύλακες monuit, quod ſecuti ſunt HS. & L.

Filio Claudii ſocerum Sejanum deſtinatum fuiſſe, teſtatur etiam Tacitus III. 29. Ceterum propioris adeo affinitatis ſpes Sejano facta erat a Tiberio. Nam ſic M. Terentius, excuſans amicitiam Sejani: *tuum Cæſar generum, tui conſulatus ſocium - colebamus*, ibid. VI. 8. quo & referendum fragmentum in lacero ejusdem Taciti libro V. c. 6. *verſa eſt fortuna, & ille quidem, qui collegam & generum adſciverat, ſibi ignoſcit.* Ad quem locum acutiſſimus interpres Theod. Ryckius, recte quidem contra Freinshemium (adde Glandorp. p. 452.) diſputat, hæc non ſic intelligenda eſſe, quaſi Tiberius filii ſui Druſi viduam, Sejano primum negatam, tandem conceſſerit, quod nunquam factum. Etiam propius abeſt a vero, quando verba iſta de ſpe matrimonii cum aliqua ex neptibus Tiberii interpretatur; neptes credo dicens etiam filias Germanici, quem Tiberius juſſu Auguſti olim adoptaverat: nam ex filio per naturam Druſo, unica tantum neptis erat Julia, quæ deinde C. Rubellio nupſit. Certe quænam fuerit non auſus eſt definire Ryckius. Oſtendam ex loco in hac hiſtoria unico, & nemini obſervato, ſed ſupra jam in variis lect. p. 622. *m.* a me laudato, quem ex Dione nobis ſervavit Zonaras p. 550. C. τὸν δὲ Σηϊανὸν ἐπὶ μέγα δόξης ἐπῆρε, καὶ κηδεστὴν ἐπὶ Ἰουλίᾳ τῇ τοῦ Δρούσου θυγατρὶ ποιησάμενος, ὕστερον ἔκτεινε. Juliam ergo neptem ſuam Sejano deſponderat; qui inde gener Tiberii: nam *progeneros* etiam *generos* dici, jam occupavit vir doctiſſimus. REIM.

§ 89. (l. 16.) ὡς οὐχ ὅσιον ὂν] Tacitus V. 9. *Tradunt temporis ejus auctores, quia triumvirali ſupplicio affici* (immaturam, ſupra p. 330. D.) *virginem inauditum habebatur, a carnifice laqueum juxta compreſſam, exin oblifis faucibus, id ætatis corpora in Gemonias abjecta.* Sueton. c. 61. *Immaturæ puellæ, quia more tradito nefas eſſet virgines ſtrangulari, vitiatæ prius a carnifice, deinde ſtrangulatæ.*

§ 90. (l. 18.) καὶ ἡ γυνὴ Ἀπεικάτα] Apicata Sejani pridem uxor, ſed cum qua jam ante octo annos divortium fecerat. Tacit. IV. 3. ad annum Tiberii X. *Pellit domo Sejanus uxorem Apicatam, ex qua tres liberos genuerat: ne pellici* (Livillæ Druſi conjugi & parricidæ, ſupra p. 618. A.) *ſuſpectaretur.*

§ 91. (l. 21.) καὶ ἐς βιβλίον γράψασα] Idem Tacit. IV. c. 11. *Ordo ſceleris* (commiſſi in Druſo, per Sejani dolum a Livilla veneno perempto) *per Apicatam Sejani proditus, tormentis Eudemi ac Lygdi patefactus eſt.* Sueton. c. 62. *Auxit intenditque ſævitiam, exacerbatus indicio de morte filii ſui Druſi: quem cum morbo & intemperantia periiſſe exiſtimaret, ut tandem veneno interemtum fraude Livillæ uxoris atque Sejani cognovit, neque tormentis, neque ſupplicio cujusquam pepercit, ſoli huic cognitioni per totos dies deditus & intentus.*

§ 92. (l. 29.) διὰ τὴν μητέρα τὴν Ἀντωνίαν] Livillæ mater Antonia minor, M. Antonii triumviri filia, quæ uxor fuerat Neroni Claudio Druſo, Tiberii fratri. Eadem mater Germanici, Claudiique qui poſtea imperitavit: avia Caji Caligulæ, infra p. 641. E. Ab hac Antonia primum proditam Tiberio Sejani conjurationem, notat Flavius Joſephus, quem vide ſis lib. XVIII. c. 8. Antoniæ indicium feciſſe videtur Satrius Secundus, quem *conjurationis indicem* vocat Tacitus VI. 47.

§ 93. (l. 30.) λιμῷ τὴν θυγατέρα ἐξώλεσε] Adjungit præterea Tacitus VI. 2. *Romæ principio anni* (XIX. Tiberii) *quaſi recens cognitis Liviæ* (ita ſemper pro Livilla Druſi conjugem vocat) *flagitiis, ac non pridem etiam punitis, atroces ſententiæ dicebantur in effigies quoque ac memoriam ejus.*

§ 94. (l. 38.) οἱ νυκτοφύλακες] Conf. p. 626. D. E.

A.U.C. 784 Tiberio V. & Sejano COSS.

diam mandato Tiberii ſuſcepiſſent. Ne ſenatus quidem quietus fuit, ſed qui Sejano ſtuduerant, vehementer metu pœnæ turbabantur: & qui alios ante detulerant, aut falſis teſtimoniis oppreſſerant, metuebant ſibi, ne in Sejani, non Tiberii gratiam, illos perdidiſſe cenſerentur. Pauci animo ſecuro erant, qui horum numero non continebantur, & fore clementiorem Tiberium ſperabant. Quippe, ut adſolet fieri, ea quæ ipſis acciderant, in Sejanum jam ſublatum conferebant: nihil, aut perpauca Tiberio adſignabant, pleraque aut ignaro eo, aut ab invito & coacto facta dicentes. Ita privatim ſinguli erant affecti. Publice autem decreverunt, quaſi dominatu liberati, ut nemo Sejanum lugeret, ut Libertatis effigies in foro poneretur, ut feſtus dies per cunctos magiſtratus & ſacerdotes (quod nunquam ante factum) celebraretur: ut dies, quo is morte affectus eſſet, annuis Circenſibus ludis & venationibus per quatuor collegia ſacerdotum, & Auguſtales ſodales, ornandus indiceretur, quod ne ipſum quidem prius uſitatum. Ita quem immodicis ac novis honoribus ad perniciem provexerant, in eum diis quoque novos cultus ſtatuerunt: ſatis quidem gnari, ipſos Sejano præſertim furoris cauſam præbuiſſe. Itaque ſtatim diſerte edicto prohibuerunt, ne quis nimiis honoribus in poſterum afficeretur, neve per quenquam alium, quam per imperatorem, jus jurandum fieret. Quæ etſi divino quodam conſilio tum decreverunt, tamen haud ita multo poſt Macronem & Laconem adulari cœperunt, magnas illis pecunias & honores, huic quæſtorios, illi prætorios, tribuentes: permiſeruntque Macroni, ut in ſpectaculis ſibi aſſideret, ludiſque votivis prætexta uteretur. Verum hi territi recentis exempli fide, eos honores repudiarunt. Tiberio quoque decreta multa: ut Patris Patriæ nomen ex eo tempore ferre inciperet, ut natalis ejus decem equorum certaminibus, & epulo ſenatus honoraretur. Horum vero nihil admiſit, quin iterum prohibuit, ne quis de ulla re tali referret. Hæc Romæ acta.

13. Tiberius interim in magna ſollicitudine verſatus, ne Roma occupata Sejanus contra ſe quoque navigaret, navigia paraverat, ut ſi quid hujuſmodi

των. οὐ μὴν οὐδ' ἡ βουλὴ ἡσύχαζεν, ἀλλ' οἱ τε τὸν Σηϊανὸν τεθεραπευκότες, δεινῶς δέει τῆς τιμωρίας ἐταράσσοντο, καὶ οἱ κατηγορηκότες, ἢ καὶ καταμεμαρτυρηκότες τινῶν, [l] διὰ φόβου, ὑποψίαν, τοῦ καὶ δι' ἐκεῖνον, ἀλλ' οὐ διὰ Τιβέριον, αὐτοὺς διεφθάρθαι, ἐγίγνετο. ὀλίγον τε πάνυ τὸ θαρσοῦν ἦν, ὅσον ἔξω τε τούτων καθειστήκει, καὶ τὸν Τιβέριον ἠπιώτερον γενήσεσθαι προσεδόκα. τά τε γὰρ συμβεβηκότα σφίσιν ἐς τὸν ἀπολωλότα (ὥσπερ που φιλεῖ γίγνεσθαι) ἔτρεπον, καὶ ἐκεῖνον ἢ οὐδενὸς ἢ ὀλίγων αἴτιον ἐποιοῦντο· τὰ γὰρ B πλείονα, τὰ μὲν ἠγνοηκέναι, τὰ δὲ καὶ ἄκοντα κατηναγκάσθαι πρᾶξαι, ἔλεγον. ἰδίᾳ μὲν δὴ ὡς ἕκαστοι οὕτω διετέθειντο· κοινῇ δὲ δὴ ἐψηφίσαντο, ὡς καὶ δεσποτείας τινὸς ἀπηλλαγμένοι, μήτε πένθος τινὰ ἐπ' αὐτῷ ποιήσασθαι, καὶ [95] Ἐλευθερίας ἄγαλμα ἐς τὴν ἀγορὰν ἀνατεθῆναι· [96] ἑορτήν τε διά τε τῶν ἀρχόντων καὶ διὰ τῶν ἱερέων ἁπάντων (ὃ μὴ πώποτε ἐγεγόνει) ἀχθῆναι· καὶ τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ ἐτελεύτησε, καὶ ἵππων ἀγῶσι, καὶ θηρίων σφαγαῖς ἐτησίοις, διά τε C τῶν ἐς τὰς [97] τέσσαρας ἱερωσύνας τελούντων, καὶ διὰ [98] τῶν τοῦ Αὐγούστου θιασωτῶν [m] ἀγάλλεσθαι· ὃ οὐδέποτε ἐπεποίητο. ὃν γὰρ αὐτοὶ ταῖς τε ὑπερβολαῖς καὶ ταῖς καινότησι τῶν τιμῶν πρὸς τὸν ὄλεθρον προήγαγον, κατὰ τούτου καὶ τοῖς θεοῖς ξένα τινὰ ἐψηφίζοντο. οὕτω γάρτοι σαφῶς ἠπίσταντο ὅτι ὑπ' ἐκείνων μάλιστα ἐξεφρόνησεν· ὥστ' ἀπαγορεῦσαι παραχρῆμα διαῤῥήδην, μήτε τιμὰς μηδενὶ ὑπερόγκους δίδοσθαι, μήτε τοὺς ὅρκους ἐπ' ἄλλου τινὸς, πλὴν τοῦ αὐτοκράτορος, ποιεῖσθαι. καὶ μέντοι ταῦθ' οὕτω, καθάπερ ἐκ θείας τινὸς ἐπινοίας, ψηφισάμενοι, καὶ [99] τὸν Μάκρωνα καὶ D τὸν Λάκωνα κολακεύειν οὐ πολλῷ ὕστερον ἤρξαντο. χρήματά τε γὰρ αὐτοῖς πολλὰ καὶ τιμὰς, Λάκωνι μὲν, [100] τὰς τῶν τεταμιευκότων, Μάκρωνι δὲ, τὰς τῶν ἐστρατηγηκότων, ἔδωκαν. καὶ [n] αὐτῷ καὶ [101] συνθεᾶσθαι σφίσι καὶ ἱματίῳ περιπορφύρῳ ἐν ταῖς εὐκταίαις πανηγύρεσι χρῆσθαι ἐπέτρεψαν. οὐ μέντοι καὶ ἐκεῖνοι ἐδέξαντο αὐτά· τὸ γὰρ παράδειγμα σφᾶς [o] ὑπόγυον ὂν ἐθορύβει. οὐ μὴν οὐδ' ὁ Τιβέριος προσήκατό τι, ἄλλων αὐτῷ πολλῶν ψηφισθέντων, καὶ ὅπως αὐτός τε [102] πατὴρ τῆς πατρίδος τότε γε ἀρξηται ὀνομάζεσθαι, [103] καὶ E τὰ γενέθλια [p] αὐτοῦ δέκα τε τῶν ἵππων ἁμίλλαις καὶ ἑστιάσει τῆς γερουσίας τιμῷτο. ἀλλὰ καὶ [104] προηγόρευσεν αὖθις, μηδένα μηδὲν τοιοῦτον ἐσηγεῖσθαι. ταῦτα μὲν ἐν τῇ πόλει ἐγίγνετο.

Ὁ δὲ δὴ Τιβέριος, τέως μὲν ἐν δέει μεγάλῳ καθειστήκει, μὴ ὁ Σηϊανὸς καταχὼν αὐτὴν, ἐπ' αὐτὸν ἐπιπλεύσῃ, [105] καὶ πλοῖα παρεσκευάσατο, ἵνα, ἄν τι τοιοῦτον

l διὰ φόβου ὑποψίαν. deeſt aliquid, niſi legas, διὰ φόβου καὶ ὑποψίας, X. mihi inſolens illud dicendi genus videtur. ſcripſiſſe Dionem arbitror: διὰ φόβου δι' ὑποψίαν, L. non probo equidem Xylandri emendationem; ſed tamen διὰ φόβου γίγνεσθαι æque dici poſſe videtur ac δι' ὀργῆς γίγνεσθαι, p. 633. B. forte διὰ φόβου, πρὸς ὑποψίαν &c. ſcribendum. *m* ἀγγέλλεσθαι vulgo. ἀγάλλεσθαι, Xiph. hoc verbum aptum huic loco, ſæpius cum ἀγγέλλεσθαι permutatur, L. ergo & recipiendum duxi. *n* αὐτῷ. reponendum αὐτοῖς, ut de utroque, Macrone & Lacone intelligatur, L. *o* ὑπόγυον. ὑπόγυιον accuratius ſcribitur apud Xiph. *p* αὐτῷ δέκα. an αὐτοῦ δώδεκα?

§ 95. (l. 56.) Ἐλευθερίας ἄγαλμα] Imago Libertatis in nummis exhibetur, pileum dextra, haſtam ſiniſtra tenens. De templo Libertatis dictum p. 235. B. Ad Sejanum vero ſublatum refertur a Pighio III. Annal. p. 559. etiam inſcriptio vetus Interamnenſis, dicata *Saluti perpetuæ Auguſtæ, Libertatique perpetuæ populi Rom. Providentiæ Ti. Cæſaris Auguſti, nati ad æternitatem Romani nominis, ſublato hoſte pernicioſiſſimo.*

§ 96. (l. 57.) ἑορτήν δέ τινα] Juvenal. X. 65.

Pone domi Lauros, duc in Capitolia magnum
Cretatumque bovem: Sejanus ducitur unco.

§ 97. (l. 61.) τέσσαρας ἱερωσύνας] De hoc quadruplici ſacerdotum collegio, qui Romæ fuerunt, Pontificum, Augurum, Septemvirorum, Quindecimvirorumque, vide p. 496. D. [Quod autem Dio paulo ſuperius addit, ὃ μὴ πώποτε ἐγεγόνει, id a Lipſio ad ſola Sacerdotum collegia relatum, reprehenſionem meruit, cum jam ante factum ſit ſub Tiberio, teſte Tacito Ann. III. 64. ubi vide Lipſ. not. 151. Sed conjunctim forte ſpectanda ſunt διά τε τῶν ἀρχόντων καὶ διὰ τῶν ἱερέων ἁπάντων, idque novum.]

§ 98. (l. 62.) τῶν τοῦ Αὐγούστου] Collegium flaminum Auguſtalium, collegiis quatuor recens a morte Auguſti additum, de quibus p. 609. A. & ad Taciti III. 64. Annal. vide Laurentium Theodorum Gronovium ad marmoream baſin Tiberianam c. XI.

§ 99. (l. 71.) τὸν Μάκρωνα καὶ τὸν Λάκωνα] Hunc præfectum vigilum, illum prætoriis cohortibus in Sejani locum recens præpoſitum. p. 626. C.

§ 100. (l. 74.) τὰς τῶν τεταμιευκότων — τῶν ἐστρατηγηκότων] Quæſtoria prætoriaque inſignia & ornamenta. vide ad p. 582. B. & 616. D. ubi prætorii honores Sejano a ſenatu decreti memorantur.

τοιοῦτον συμβῇ, διαφύγῃ· τῷ τε Μάκρωνι, ὥς τινές φασιν, ἐνετείλατο, ὅπως ἄν τι παρακινήσῃ, [106] τὸν Δροῦσον ἔς τε τὴν βουλὴν καὶ ἐς τὸν δῆμον ἐσαγά-
630 γῃ καὶ αὐτοκράτορα ἀποδείξῃ. ἐπεὶ δὲ ἔμαθεν αὐτὸν ἀπολωλότα, ἔχαιρεν, (ὥσπερ εἰκὸς ἦν) οὐ μέντοι καὶ τὴν πρεσβείαν τὴν πεμφθεῖσαν ἐπὶ τούτῳ προσεδέξατο, καίπερ πολλῶν μὲν παρὰ τῆς βουλῆς, πολλῶν δὲ καὶ παρὰ τῶν ἱππέων, τοῦ τε πλήθους, ([107] ὥσπερ καὶ πρὶν) σταλέντων· ἀλλὰ καὶ τὸν ὕπατον [108] τὸν Ῥηγοῦλον, τά τε αὐτοῦ ἀεὶ φρονήσαντα, καὶ πρὸς τὴν ἀσφάλειαν τῆς ἐς τὴν πόλιν αὐτοῦ κομιδῆς, ὥσπερ ἐπεστάλκει, ἐλθόντα, ἀπεώσατο.

Σηϊανὸς μὲν δὴ, μέγιστον, τῶν τε πρὸ αὐτοῦ καὶ
B τῶν μετ᾽ αὐτὸν ([109] πλὴν Πλαυτιανοῦ) τὴν ἡγεμονείαν ταύτην λαβόντων, ἰσχύσας, οὕτως ἀπήλλαξεν. οἱ δὲ δὴ συγγενεῖς οἵ τε ἑταῖροι αὐτοῦ, καὶ οἱ λοιποὶ πάντες [p] οἵ τινες αὐτὸν κολακεύσαντες, καὶ οἱ τὰς τιμὰς αὐτῷ ἐσηγησάμενοι, ἐκρίνοντο. καὶ ἐκείνων τε οἱ πλείους ἡλίσκοντο ἐφ᾽ οἷς πρότερον ἐφθονοῦντο, καὶ οἱ ἄλλοι κατεδίκαζον σφῶν ἐφ᾽ οἷς πρότερον ἐψηφίσαντο· καὶ συχνοὶ καὶ τῶν κεκριμένων τε ἐπί τισι καὶ ἀφειμένων, κατηγορήθησαν αὖθις καὶ ἑάλωσαν, ὡς καὶ τὴν ἐκείνου χάριν τότε σωθέντες. οὕτως, εἰ καὶ
C μηδὲν ἄλλο ἔγκλημά τῳ ἐπεφέρετο, ἀλλ᾽ [q] αὐτό γε τότε ἐξήρκει οἱ πρὸς τὴν τιμωρίαν, ὅτι φίλος τοῦ Σηϊανοῦ ἐγεγόνει· καθάπερ οὐ καὶ αὐτοῦ τοῦ Τιβερίου φιλήσαντος αὐτὸν, καὶ δι᾽ ἐκεῖνον καὶ τῶν ἄλλων οὕτω σπουδασάντων. ἐμήνυον δὲ δὴ ταῦτα ἄλλοι τε, καὶ αὐτοὶ οἱ μάλιστα τὸν Σηϊανὸν θεραπεύσαντες. οἷα γὰρ ἀκριβῶς τοὺς ὁμοίους σφίσιν εἰδότες, οὐδὲν πρᾶγμα εἶχον οὔτ᾽ ἀναζητοῦντες αὐτοὺς, οὔτ᾽ ἐξελέγχοντες. καὶ οἱ μὲν, ὡς σωθησόμενοί τε διὰ τοῦτο, καὶ τιμὰς καὶ χρήματα προσλη-
D ψόμενοι, οἱ μὲν κατηγόρουν τινῶν, οἱ δὲ κατεμαρτύρουν. [[r] καὶ γὰρ ἐπὶ Τιβερίου πάντες, οἱ κατηγοροῦντές τινων [110] χρήματα καὶ πολλά γε ἔκ τε τῶν οὐσιῶν αὐτῶν καὶ ἐκ τοῦ δημοσίου, καὶ προσέτι καὶ τιμάς τινας ἐλάμβανον. ἤδη δὲ καὶ ἕτεροι προχείρως τινὰς θορυβοῦντες, ἢ καὶ ἑτοίμως τινῶν καταψηφιζόμενοι, οἱ μὲν εἰκόνας, οἱ δὲ καὶ τιμὰς ἐπινικίους ἐκτῶντο. ὥστε τινὰς τῶν ἄλλων ἐλλογίμων, ἀξιωθέντας τοιούτου τινὸς, μὴ θελῆσαι αὐτὸ προσθέσθαι, ἵνα μὴ καὶ αὐτοὶ δόξωσί ποτε ὅμοιοι ἐκείνοις γεγονέναι.] συνέβη δὲ αὐτοῖς μηδενὸς

hujusmodi eveniſſet, effugere poſſet: mandaveratque, ut quidam referunt, Macroni, ſi quis gravior motus incidiſſet, ut Druſum ad populum & ſenatum produceret, imperatoremque conſtitueret. Audito interitu Sejani, ut par fuit, gaudio affectus, tamen legationem ea de re miſſam non admiſit, quamvis multi ſenatores, multi equites, ac de plebe, ut ante quoque, legati eſſent. Quin etiam conſulem Regulum, ſemper ipſius ſtudioſum, eoque profectum, ut tuto ipſum Romam, ſicut per literas petierat, adduceret, repulit. A.U.C. 784 Tiberio V. & Sejano COSS.

14. Ad hunc modum Sejanus obiit; ſi a Plautiano diſceſſeris, facile omnium, qui ante aut poſt ætatem ejus præfecturam iſtam conſecuti fuiſſent, potentiſſimus. Cæterum propinqui ejus & amici, ac reliqui omnes, qui ei ante adulati fuerant, & de honoribus ei decernendis retulerant, poſtulati ſunt: ac plerique condemnati propter ea, ob quæ prius in aliorum invidia fuerant; damnantibus eos cæteris ob ea, quæ ipſi ante ſtatuiſſent: permulti etiam eorum, qui ſuperioribus temporibus cauſa dicta abſoluti fuerant, tunc in judicium retracti, reique peracti ſunt, quaſi tum in Sejani gratiam ſalutem impetraſſent. Atque adeo ſi cui nullum aliud objici poterat crimen, unum hoc ſatis erat ad irrogandam pœnam, quod amicus Sejani fuiſſet: quaſi vero non Tiberius quoque eum amaviſſet, ac propter hunc reliqui ſic ei ſtuduiſſent. Inter alios delatores hujuſmodi criminum ii quoque erant, qui maxime prius Sejanum coluerant. Hi enim quum ſui ſimiles certo noſſent, neque in inquirendo, neque in convincendo quicquam laboris habebant, ipſique ſalutem inde ſuam, inſuperque pecuniam ac honores ſperantes, eos aut accuſabant, aut teſtimonio urgebant. [Nam Tiberio imperante, cunctis delatoribus non modo ingens pecunia, cum ex bonis damnatorum, tum ex ærario, ſed etiam honores decernebantur: verum & ii, qui alios promte vexaverant, aut iniquam de iis ferre ſententiam non recuſaverant, alii ſtatuas, alii ornamenta triumphalia accipiebant; adeo ut multi ſpectabiles viri, qui horum aliquo honorum digni erant judicati, illos uſurpare nollent, ne illorum hominum ſimiles fuiſſe olim viderentur.]

p οἵ τινες. neceſſario ſcribendum οἵ τε, quia ſtatim ſubjicitur, καὶ οἱ λοιποὶ πάντες, L. *q* αὐτό γε τότε. αὐτό τε τότε, RS. videtur legendum: αὐτό γε τοῦτο. *r* καὶ γὰρ ἐπὶ &c. ſunt hæc ex Excerptis Peireſc. p. 669.

§ 101. (l. 75.) συνθεᾶσθαι σφίσι] Senatoribus ſingularis locus in orcheſtra aſſignatus ab Auguſto, e quo ludos ſpectarent. Inde locutio *ſedere in ſenatu*, apud Sueton. Claud. c. 25. *in Orcheſtram ſenatumque deſcendere*, Nerone cap. 12. Nimirum ex Auguſti lege, *quoties quid ſpectandum uſquam publice ederetur, primus ſubſelliorum ordo vacabat Senatoribus.* id. Aug. c. 44.

§ 102. (l. 80.) πατὴρ τῆς πατρίδος] De nomine Patris Patriæ jam antea repudiato a Tiberio, dictum p. 607. A.

§ 103. (l. 81.) καὶ τὰ γενέθλια] Natus Tiberius 16. Novemb. ſupra p. 614. E. Tanto majorem pudorem impoſuit Tiberius iis, qui Sejani natalem celebraverant, p. 622. A. cum ne ipſe ſuum ſolennibus ſpectaculis & ludis obiri permiſiſſet.

§ 104. (l. 83.) προηγόρευσεν αὖθις] Ut jam ante fecerat p. 626. B. 607. D. vide & p. 635. A.

§ 105. (l. 88.) καὶ πλοῖα παρεσκευάσατο] Sueton. c. 65. *Aptatis etiam navibus, ad quaſcunque legiones meditabatur fugam, ſpeculabundus ex altiſſima rupe identidem ſigna, quæ, ne nuncii morarentur, tolli procul, ut quidque foret actum, mandaverat.*

§ 106. (l. 90.) τὸν Δροῦσον] Druſum Germanici filium. Id. Suetonius: *Sic quoque diffidens, tumultumque metuens, Druſum nepotem, quem vinculis adhuc Romæ continebat, ſolvi, ſi res poſceret, ducemque conſtitui præceperat.* Tacit. VI. 23. *Tradidere quidam, deſcriptum fuiſſe Macroni, ſi arma ab Sejano tentarentur, extractum cuſtodia juvenem, nam in palatio attinebatur, ducem populo imponere.* De hujus Druſi interitu infra ad p. 635. B.

§ 107. (l. 97.) ὥσπερ καὶ πρίν] De ſimili legatione ſupra, p. 622. B.

§ 108. (l. 98.) τὸν Ῥηγοῦλον] De Memmio hoc Regulo, Conſule, Tiberiique petitione, ut ad ſe tuto Romam deducendum cum exercitu veniret, vide p. 626. D. & 627. A.

§ 109. (l. 2.) πλὴν Πλαυτιανοῦ] L. Fulvium ſignat Plautianum, præfectum prætorio ſub L. Septimio Severo, de cujus potentia infra p. 856. ſq.

§ 110. (l. 26.) χρήματα] Quartam partem bonorum. Tacit. IV. 20. 30. Delatoribus non modo, ſed & nonnunquam teſtibus, præcipua decreta eſſe præmia, confirmat Suetonius c. 61.

A.U.C. 784 Tiberio V. & Sejano COSS.

tur.] Atqui eorum ſpes irritæ omnino fuerunt: iisdem nimirum, quæ aliis objiciebant, criminibus obnoxii, partim ob hæc, partim ob proditos amicos, pœnas luebant.

15. Eorum qui rei erant facti, quidam præſentes accuſati ſunt, & ſe defenderunt, nonnulli magna in eo dicendi libertate uſi: plerique damnationem voluntaria morte præverterunt, hac potiſſimum de cauſa, ne contumeliam & cruciatus pati cogerentur: (omnes enim, qui hujuſmodi criminis rei erant, non equites modo, ſed ſenatores etiam, non viri tantum, ſed & mulieres, in carcerem una contruſi damnatique, aut ibi poenas luebant, aut de rupe Tarpeja per tribunos plebis, vel ipſos etiam conſules præcipitabantur: corporibus omnium in forum projectis, atque inde in profluentem immiſſis:) tum ob hoc etiam, ut ad liberos ſuos hæreditas perveniret. Paucorum enim, qui ſe ante diem judicii ipſi interfeciſſent, bona publicata ſunt; quod Tiberius homines ad conſciſcendam ſibi ipſis mortem alliciebat, ne ipſe eos necaſſe videretur: quaſi vero non longe gravius ſit, adigere aliquem ad manus ſibi ipſi inferendas, quam carnifici eum tradere.

16. At qui non de ſe ipſis ſtatuiſſent, eorum bona ut plurimum in fiſcum redigebantur; exigua plane, aut nulla parte, accuſatoribus data. Erat enim jam ad pecuniam multo attentior Tiberius: qui etiam deinceps pro ducenteſimæ vectigali centeſimam inſtituit, & quidquid ſibi relictum in teſtamentis eſſet, adiit. Legabant autem ei propemodum omnes, etiam illi, qui ſibi manus inferebant; ſicut & Sejano, dum viveret. Eodem conſilio, quo mortem ultro eligentium bonis Tiberius abſtinuit, etiam omnia crimina ad ſenatum deferri juſſit, ut ipſe omni culpa vacare videretur, ſenatus autem ſe ipſum, quaſi flagitii reum, damnaret. Unde quum ipſi ſibimet exitii cauſa eſſent, ſatis intellexerunt, priora quoque iſta non tam Sejani, quam Tiberii potius culpa accidiſſe. Quippe non modo ii, qui alios reos fecerant, ipſi in judicium vocabantur: ſed ii quoque, qui ſuis ſententiis alios

damna-

δενὸς ὧν ἤλπιζον τυχεῖν. τοῖς γὰρ αὐτοῖς ἐγκλήμασιν, οἷς τοὺς ἄλλους μετῄεσαν, ἐνεχόμενοι, τὸ μέν τι δι' ἐκεῖνα, τὸ δὲ καὶ ὡς προδωσεταῖροι, προσαπώλλυντο.

Τῶν γοῦν αἰτιαθέντων συχνοὶ μὲν καὶ κατηγορήθησαν παρόντες, καὶ ἀπελογήσαντο, καὶ παῤῥησίᾳ γέ εἰσιν οἳ μεγάλῃ ἐχρήσαντο· [111] οἱ δὲ δὴ πλείους αὐτοὶ ἑαυτοὺς πρὶν ἁλῶναι διέφθειραν. ἐποίουν δὲ τοῦτο μάλιστα μέν, τοῦ μήτε τὴν ὕβριν, μήτε τὴν αἰκίαν φέρειν· (πάντες γὰρ οἱ τινα τοιαύτην αἰτίαν λαβόντες, οὐχ ὅπως ἱππεῖς, ἀλλὰ E καὶ βουλευταί, οὐδ' ὅπως ἄνδρες, ἀλλὰ καὶ γυναῖκες, ἐς τὸ δεσμωτήριον συνεωθοῦντο· καὶ καταψηφισθέντες, οἱ μὲν ἐκεῖ ἐκολάζοντο, οἱ δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ Καπιτωλίου [112] ὑπὸ τῶν δημάρχων ἢ καὶ τῶν ὑπάτων κατεκρημνίζοντο· καὶ ἔς τε τὴν ἀγορὰν τὰ σώματα αὐτῶν ἁπάντων ἐῤῥίπτετο, καὶ μετὰ τοῦτο [113] ἐς τὸν ποταμὸν ἐνεβάλλετο·) ἤδη δέ, καὶ [s] ὅπως [114] οἱ παῖδες τῶν οὐσιῶν αὐτῶν [t] κληρονομῶσιν. 631 ὀλίγοι γὰρ πάνυ τῶν ἐθελοντηδὸν πρὸ τῆς δίκης τελευτώντων ἐδημεύοντο· προκαλουμένου διὰ τούτου τοὺς ἀνθρώπους τοῦ Τιβερίου [tt] αὐτοέντας [115] γενέσθαι, ἵνα μὴ αὐτὸς σφᾶς ἀποκτείνειν δοκῇ· ὥσπερ οὐ πολλῷ δεινότερον ὄν, αὐτοχειρίᾳ τινὰ ἀποθανεῖν ἀναγκάσαι, τοῦ τῷ δημίῳ αὐτὸν παραδοῦναι.

Αἱ δ' οὖν πλεῖσται τῶν οὐχ οὕτως ἀποθανόντων οὐσίαι ἐδημοσιοῦντο, βραχέος τινὸς ἢ καὶ μηδενὸς τοῖς κατηγορήσασιν αὐτῶν διδομένου. καὶ γὰρ τὰ B χρήματα δι' ἀκριβείας [u] ἢ δεῖπνα μᾶλλον ἐποιεῖτο. καὶ μετὰ τοῦτο καὶ [x] τέλος τι διακοσιοστὴν ἔχον, [116] ἑκατοστὴν ἤγαγε, καὶ [117] ἐκληρονόμει παντὸς τοῦ καταλειφθέντος αὐτῷ. κατέλιπον δὲ δὴ πάντες ὀλίγου καὶ οἱ ἑαυτοὺς ἀναχρώμενοι, ὥσπερ καὶ τῷ Σηιανῷ ὅτε ἔζη. τῇ δ' αὐτῇ ἐκείνῃ διανοίᾳ, ᾗ τὰ τῶν ἑκόντως ἀποθνησκόντων χρήματα οὐκ ἀφῃρεῖτο, καὶ τὰς ἐσαγγελίας πάσας ἐς τὴν γερουσίαν ἐσῆγεν, ὅπως αὐτός τε ἔξω αἰτίας (ὥς γε καὶ ἐδόκει) ᾖ, καὶ ἡ βουλὴ αὐτὴ ἑαυτῆς, ὡς καὶ διαδικούσης τι, καταψηφίζηται. C ὅθεν καὶ πάνυ ἀκριβῶς ἔμαθον, αὐτοὶ δι' ἑαυτῶν ἀπολλύμενοι, ὅτι καὶ τὰ πρότερον ἐκεῖνα οὐ τοῦ Σηιανοῦ μᾶλλον ἢ τοῦ Τιβερίου ἔργα ἦν. οὐ γὰρ μόνον οἱ κατηγορήσαντές τινων ἐκρίνοντο, ἀλλὰ καὶ οἱ καταψηφισάμενοι τινῶν ἀνθ-

ηλ-

s ὅπως. ὄντως, V. b. t κληρονομῶσι. *puero mendum clarum,* inquit Lipſius ad Tac. Ann. VI. 29. not. 79. *ſcribendumque* μὴ κληρονομῶσι. ſed fallitur. vide not. § 114. tt αὐτοέντας. αὐθέντας, uſitatius, L. ad marg. ſed vid. not. § 115. u ἢ δεῖπνα. alienum hoc. ἢ δαπάνας, N. neque hoc commodum. corruptum puto ἢ δεῖπνα, ex ἤδη που. x τέλος τι διακοσιοστὴν ἔχον. aliter dixit pag. 647. τέλος τῆς ἑκατοστῆς κατέλυσε, RS. ſed qui aboleviſſet Caligula centeſimas, niſi ante Tiberius conſtituiſſet? X. conf. § 116. ceterum pro ἑκατοστὴν ἤγαγε, ſcribendum potius eſſe ἐς ἑκατοστὴν ἤγαγε, cenſet L.

§ 111. (l. 42.) οἱ πλείους αὐτοὶ ἑαυτοὺς] Suetonius: *Citati ad cauſſam dicendam, partim ſe domi vulneraverunt, certi damnationis, ſed ad vexationem ignominiamque vitandam: partim in media curia venenum hauſerunt:* (infra p. 634. D.) *& tamen colligatis vulneribus ac ſemianimes palpitantesque in carcerem rapti.* Vide etiam p. 636. D.

§ 112. (l. 50.) ὑπὸ τῶν δημάρχων ἢ καὶ τῶν ὑπάτων] Tribunorum juſſu hoc factum ex veteri more, ut apud Livium VI. 20. *Manlium damnatum tribuni de ſaxo Tarpejo dejecerunt.* Conſulum vero hanc quoque fuiſſe poteſtatem, conſtat ex Dione p. 267. B,

§ 113. (l. 53.) ἐς τὸν ποταμὸν] Suetonius c. 61. *Nemo punitorum non & in Gemonias abjectus uncoque tractus. Viginti uno die abjecti, tractique, interque eos pueri & fœminæ.* Quod vero ait Dio, in forum prius fuiſſe abjecta, eo pertinet quod ſupra p. 628. C. notaverat, per tres integros dies Sejani cadaver, antequam per Gemonias traheretur, paſcendis populi oculis, & ejus ludibrio expoſitum jacuiſſe. De multitudine autem damnatorum, locuples quoque teſtimonium Taciti VI. 19. *Jacuit immenſa ſtrages, omnis ſexus, omnis ætas, illuſtres, ignobiles, diſperſi aut aggregati.*

§ 114. (l. 54.) οἱ παῖδες τῶν οὐσιῶν] Eorum bona, qui necem ſibi ipſis conſcivere, non heredibus ſed fiſco addicenda, leges quædam olim ſanciverunt, quo magis homines ab hac immanitate averterent. vide Annæum Robertum Aurelium, rerum judicatarum libro I. c. 12. & Pet. Royzii Maurei deciſiones Lithuanicas, editas Cracoviæ 1563. 4to. deciſione prima, qua diſquirit de teſtamento ejus qui propricidium commiſit. Sed Dioni ſuffragatur Tacitus VI. 29. *Promtas ejuſmodi mortes* (ſibi manus inferentium) *metus carnificis faciebat: & quia damnati, publicatis bonis, ſepultura prohibebantur: eorum qui de ſe ſtatuebant, humabantur corpora, manebant teſtamenta, pretium feſtinandi.*

§ 115. (l. 58.) αὐτοέντας] Utrumque dicitur, αὐθέντης, ut p. 35. D. & αὐτοέντης, ut Sophocles Oedipo Tyranno v. 106. Unde Dioni alibi uſurpatum αὐτοεντεῖ ἀπολέσθαι, p. 637. A. ſe ipſum interficere. Vide Valeſium ad Harpocrationem in αὐθέντης.

ἠλίσκοντο. οὕτως οὐδ' ὁ Τιβέριός τινων ἐφείδε-
το, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν αὐτοῖς κατ' ἀλλήλων ἀπε-
χρῆτο, οὔτ' ἄλλον βέβαιον φίλον οὐδένα [y] εἶ-
χεν, ἀλλ' ἐν τῷ ἴσῳ καὶ τὸ ἀδικοῦν καὶ τὸ
ἀναμάρτητον, τό, τε ὑποπτεῦόν τι καὶ τὸ ἀδεὲς,
πρὸς τὴν τῶν Σηϊανῶν ἐγκλημάτων ἀνάκρισιν
D ἐγίγνετο. ἔδοξε μὲν γάρ τινα [z] ἀμνηστίαν αὐτῶν
ὀψέ ποτε ἐσηγήσασθαι. καὶ γὰρ πενθεῖν τοῖς
βουλομένοις αὐτὸν ἐπέτρεψε, [a] προσαπειπὼν, μη-
δενὶ ἐφ' ἑτέρου τινὸς κωλύεσθαί τινα τοῦτο ποιεῖν·
ὃ πολλάκις ἐψηφίζετο. οὐ μὴν καὶ τῷ ἔργῳ
ἐβεβαίωσεν αὐτὴν, ἀλλ' ὀλίγον διαλιπὼν, ἔπει-
τα καὶ ἐπὶ τῷ Σηϊανῷ καὶ ἐφ' ἑτέροις ἐγκλή-
μασι συχνοὺς ἐκόλασεν, ᾐσχυγκέναι τε καὶ
ἀπεκτονέναι καὶ τὰς συγγενεστάτας σφίσιν αἰτια-
θέντας.

E Τοιαύτης δ' οὖν τότε τῆς καταστάσεως οὔσης,
καὶ μηδ' ἀπαρνήσασθαί τινος δυναμένου τὸ μὴ
οὐ καὶ τῶν σαρκῶν αὐτοῦ ἡδέως ἐμφαγεῖν
γελοιότατον πρᾶγμα τῷ ἑξῆς ἔτει, ᾧ Γναῖος
Δομίτιος καὶ [b] Κάμιλλος Σκριβωνιανὸς ὑπάτευ-
σαν, ἐγένετο. νομιζομένου γὰρ συχνὸν χρόνον
632 ἤδη, μηκέτι κατ' ἄνδρα τὴν βουλὴν [118] ἐν
τῇ νουμηνίᾳ ὀμνύναι, ἀλλ' ἑνὸς (ὥσπερ εἴρη-
ταί μοι) [c] προομνύντος, καὶ τοὺς λοιποὺς συν-
επαινεῖν· οὐκ ἐποίησαν αὐτὸ, ἀλλ' αὐτεπάγ-
γελτοι, μηδενὸς σφᾶς ἀναγκάσαντος, ἰδίᾳ καὶ
καθ' ἑαυτὸν ἕκαστος ἐπιστώθησαν, ὥσπερ τι πα-
ρὰ τοῦτο μᾶλλον εὐορκήσοντες. πρότερον μὲν
γὰρ καὶ ἐπὶ πολλὰ ἔτη οὐδ' ὀμνύντα τινὰ τὰ
πρὸς τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ φέροντα (ὥσπερ εἶπον)
ἠνέχετο. τότε δὲ καὶ ἕτερόν τι γελοιότερον ἐγέ-
νετο. προχειρίσασθαί τε γὰρ αὐτὸν ὅσους ἂν
ἐθελήσῃ σφῶν, [119] καὶ ἐξ αὐτῶν εἴκοσιν, οὓς
B ἂν ὁ κλῆρος ἀποφήνῃ, φρουροῖς (ὁσάκις ἂν ἐς
τὸ βουλευτήριον [d] ἐσίῃ) ξιφίδια ἔχουσι, χρῆ-
σθαι ἐψηφίσαντο. τῶν τε γὰρ ἔξω πρὸς τῶν
στρατιωτῶν τηρουμένων, καὶ εἴσω μηδενὸς ἰδιώ-
του ἐσιόντος, δι' οὐδένα δηλονότι ἄλλον, ἀλ-
λὰ δι' ἑαυτοὺς μόνους, ὡς καὶ πολεμίους [e] οἱ
ὄντας, τὴν φρουρὰν αὐτῷ δοθῆναι ἔγνωσαν.

Ὁ δ' οὖν Τιβέριος ἐπῄνεσε μὲν αὐτοὺς, καὶ χά-
ριν δῆθεν τῆς εὐνοίας σφίσιν ἔγνω, τὸ δὲ δὴ πρᾶγ-
μα ὡς καὶ ἄηθες διεκρούσατο. οὐ γὰρ οὕτως εὐή-
θης

damnaverant, viciſſim ipſi damnabantur. Ita Tiberius nemini parcens, omnibus ad mutuam perniciem utebatur, neminemque amicum conſtanter habebat; ſed ad Sejanorum criminum inſectationem, nullo diſcrimine, noxii & innocentes, metuentes ſibi & ſecuri, habebantur. Viſus eſt tandem velle iſtorum oblivionem ſancire, quum & lugere Sejanum iis, qui vellent, permitteret; & præterea interdiceret, ne quis luctu quenquam etiam de alio quocunque prohiberet; quod & ſæpenumero fuerat decretum. Non tamen eam oblivionem re quoque confirmavit, ſed interjecto exiguo tempore, & propter Sejanum, & propter alia crimina, in multos animadvertit; inceſti crimine, & parricidiis propinquarum objectis.

A.U.C.784 Tiberio V. & Sejano COSS.

17. Eo denique deductis rebus, ut nemo jam inficias ire poſſet, quin carnem adeo Tiberii vorare libenter cuperet, tamen anno ſequenti, Cn. Domitio, & Camillo Scriboniano conſulibus, res apprime ridicula accidit. Quum enim jam per multos annos more receptum fuiſſet, ne viritim ſenatus Kalendis Januariis in acta imperatoris juraret, ſed uno, ut diximus, ante alios jurante, reliqui ſacramentum adprobarent: tunc id non factum, & ſua omnes ſponte, nemine cogente, ſeorſum unusquisque jure jurando fidem obſtrinxerunt: quaſi hoc ipſo ſanctius præſtituri ſacramentum eſſent. Initio enim, ut demonſtravimus, ac per complures annos, neminem omnino paſſus erat in ea quæ ad imperium ſuum facerent jurare. Tum vero adhuc alia riſu dignior res evenit. Decrevere enim, ut Tiberius ex ſuo ordine deligeret, quotquot vellet; ac viginti ex iis, quos ſors tuliſſet, quoties in curiam intraret, cuſtodes ſui haberet, gladiis armatos. Nimirum quum extra curiam omnia militari præſidio eſſent munita, privatus autem homo nemo curiam iniret: propter alium neminem, quam propter ſe ipſos, velut hoſtes Tiberii, præſidium ei dandum ſtatuerunt.

A.U.C.785 Cn. Domitio & Scriboniano COSS.

18. Tiberius, laudato ſenatu, benevolentiæque hujus ergo gratiis actis, rem ipſam ut inſolentem averſatus eſt. Neque enim eo ſtoliditatis

y εἶχεν. hoc verbum non agnoſcit editio Roberti; ſed ipſe in notis ſupplendum judicavit; quod amplexi ſunt ſequentes, probatque X. *z* ἀμνηστίαν αὐτῶν. ἀμνηστίαν τῶν ἀνακρινομένων ſcribitur in Exc. Peir. p. 669. *a* προσαπειπὼν &c. προσαπειπὼν μηδενὶ ἐφ' ἑτέρου τινὸς κωλύεσθαι τοῦτο ποιεῖν, (omiſſo τινά) Peir. pro ἐφ' ἑτέρου, ὑφ' ἑτέρου ſubſtituit T. ſed neuter rem expedit. vulgata lectio cum levicula correctione retinenda, ſcribendumque προσαπειπὼν, μηδὲ ἐφ' ἑτέρου τινὸς κωλύεσθαί τινα τοῦτο ποιεῖν. *b* Κάμιλλος. ſic ex emendatione Xyl. ſcribunt HS. & L. pro Καμίλλιος, quod eſt apud RS. *c* προομνύντος, HS. & L. recte. προτομνῦντος, RS. *d* ἐσίῃ, HS. L. ἐσήῃ, RS. *e* οἱ ὄντας, ſic Peir. quod probat F. vulgo ἐσιόντας.

§ 116. (l. 66.) ἑκατοστὴν ἤγαγε] Pro vectigali *centeſimæ auctionum*, ſive *rerum venalium*, quod pro ærario militari Auguſtus inſtituerat, & per tempus etiam retinuerat Tiberius, teſte Tacito I. Annal. c. 78. idem Tiberius poſt Archelai mortem, *ducenteſima* fuit contentus. Lib. II. Annal. c. 42. *fructibus Cappadociæ levari poſſe centeſimæ vectigal profeſſus Cæſar, ducenteſimam in poſterum ſtatuit.* Nunc iterum poſt mortem Sejani, omiſſa illa liberalitate, ut docet Dio, *centeſimam* reduxit. Hanc tempore interjecto, A. U. C. 791. abrogavit Caligula, infra p. 647. A. *ducenteſima* iterum valere juſſa, ſed quam ipſam deinde etiam remiſit, ut præter Sueton. c. 16. teſtantur numi A. 792. 793. 794. cuſi, in quibus R. CC. ſive *remiſſæ ducenteſimæ* diſerta mentio. Vide Theodorum Ryckium notis ad Taciti II. 42. 7. & Petrum Burmannum de vectigalibus Romanorum, p. 96. ſq. ex quibus conſtabit, neque Dionem erroris arguendum, ut placuit illuſtri Spanhemio T. II. operis de numiſmatum uſu, p. 545. neque apud Suetonium in vita Caligulæ c. 16. pro ducenteſima auctionum, legendum centeſimam, ut voluerant viri magni Andr. Turnebus XXVII. 20. Adverſariorum, & Iſaacus Caſaubonus ad Suetonium. Confer, ſi placet, in utramque partem diſputata in memoriis Trevoltinis A. 1728. Novemb. n. 117. & A. 1729. menſe Martio p. 557. ſq.

§ 117. (l. 66.) ἐκληρονόμησε παῖδας] Olim longe alius Tiberius. vide p. 614. D.

§ 118. (l. 2.) ἐν τῇ νουμηνίᾳ ὀμνύναι] p. 337. D. 607. C.

§ 119. (l. 13.) καὶ ἐξ αὐτῶν εἴκοσιν] Tacitus VI. 2. hanc Togonii Galli vocem per deridiculum auditam refert, qua Tiberium oraverit, *deligere Senatores, ex quis viginti ſorte ducti & ferro accincti, quotiens curiam iniſſet, ſalutem ejus defenderent.* Tiberium egiſſe gratias benevolentiæ Patrum, *ſed quos omitti poſſe? quos deligi? ſemperne eosdem, an ſubinde alios? & honoribus perfunctos, an juvenes? privatos, an e magiſtratibus? quam deinde ſpeciem fore ſumentium in limine curiæ gladios? neque ſibi vitam tanti, ſi armis* (in ſenatu) *tegenda foret.*

A.U.C. 785 Cn. Domitio & Scriboniano COSS.

tis devenerat, ut iis ipſis, quos odiſſet, & a quibus maxime odio haberetur, gladios daret. Sane ex his ipſis rebus ſuſpectans eos, (omne enim id, quod præter veritatem adulandi cauſa fit, in ſuſpicionem incurrit) multum valere juſſis eorum decretis, prætorianos milites ipſe, quanquam Sejano faviſſe ſciret, oratione & pecunia honoravit, quibus promptioribus contra ſenatum uti poſſet. Laudavit tamen iterum ſenatum, quum decreviſſet, ut militibus iſtis pecunia ex ærario daretur. Tam vero callidus erat in decipiendis viciſſim ſuo ſermone ſenatoribus, ac re ipſa ſibi conciliandis militibus, ut Junium Gallionem, qui in ſenatu retuliſſet, ut milites Tiberii, exactis ſtipendiis, in ſubſelliis equitum ſpectacula viderent, in exilium miſerit: hoc crimine, quod is militibus perſuadere voluiſſe videbatur, ut reip. potius, quam Tiberio ſtuderent: quin ubi Leſbum ire eum accepiſſet, tutæ ibi vitæ amœnitati eum ſubtraxit, & magiſtratibus, ut Aſinium pridem Gallum, cuſtodiendum dedit. Utque & ſenatui & militibus evidentius oſtenderet, quid de utriſque ſentiret, a ſenatu paulo poſt petiit, ſatis haberent, ut Macronem ſecum, & tribunos militum in curiam introduceret. At vero ne his quidem indigebat, certus nunquam in urbem reverti; ſed & odium illorum & militum benevolentiam volebat in aprico ponere. Confeſſi ſunt hoc ipſi ſenatores. Nam ſenatusconſulto addiderunt, excutiendos eſſe, qui in ſenatum venirent, ne quis eorum pugionem ſub ala haberet. Id ſenatusconſultum anno inſequenti factum.

θης ἦν, ὥστ᾽ αὐτοῖς γε ἐκείνοις, οὓς τε ἐμίσει, καὶ ὑφ᾽ ὧν μάλιστα ἐμισεῖτο, ξίφη δοῦναι. ἀμέλει καὶ C
ἐξ αὐτῶν τούτων προσυποτοπήσας σφᾶς, (πᾶν γὰρ ὃ ἄν τις παρὰ τὴν ἀλήθειαν ἐπὶ κολακείᾳ ποιῇ, ὑποπτεύεται) τοῖς μὲν ἐκείνων ψηφίσμασι [f] μακρὰ χαίρειν ἔφρασε, τοὺς δὲ δορυφόρους καὶ λόγοις καὶ χρήμασι, καίπερ τὰ τοῦ Σηϊανοῦ φρονήσαντας εἰδὼς, ἐτίμησεν, ἵν᾽ αὐτοῖς προθυμοτέροις κατ᾽ αὐτῶν χρῆσθαι ἔχῃ. ἔστι μὲν γὰρ ὅτε καὶ τοὺς βουλευτὰς αὖθις ἐπῄνεσεν, ἐπεὶ σφίσιν ἐκ τοῦ δημοσίου τὸ ἀργύριον δοθῆναι ἐψηφίσαντο. οὕτω δὲ δὴ ἀκριβῶς τοὺς μὲν λόγῳ ἀντεξηπάτα, τοὺς δὲ τῷ ἔργῳ προσηταιρίζετο· ὥστε καὶ [120] Ἰούνιον [g] Γαλλίωνα, D
θέαν τοῖς διαστρατευσαμένοις [h] αὐτῶν ἐν τῇ τῶν ἱππέων ἕδρᾳ δίδοσθαι ἐσηγησάμενον, μὴ μόνον φυγαδεῦσαι, αὐτὸ τοῦτο ἐπικληθέντα, ὅτι σφᾶς ἀναπείθειν ἐδόκει τῷ κοινῷ μᾶλλον ἢ ἑαυτῷ εὐνοεῖν· ἀλλὰ καὶ ἐπειδὴ ἔγνω αὐτὸν [121] ἐς Λέσβον ἀπαίρειν, τῆς τε ἐκεῖ ἀσφαλοῦς εὐδαιμονίας ἀφελέσθαι, καὶ ἐς φυλακὴν τοῖς ἄρχουσιν, [122] ὥσπερ ποτὲ τὸν Γάλλον, παραδοῦναι. καὶ ἵνα γε [i] ἔτι E
μᾶλλον ἑκατέρους πείσῃ, ὅπως περὶ ἀμφοτέρων αὐτῶν φρονείη, ἠτήσατο παρὰ τῆς βουλῆς οὐ πολλῷ ὕστερον, ἀρκεῖν οἱ [123] τόν τε Μάκρωνα καὶ χιλιάρχους ἐς τὸ συνέδριον ἐσάγεσθαι. οὐ γάρ που καὶ ἐδέετό τι αὐτῶν, (ὅς γε οὐδὲ ἐς τὴν πόλιν ἔτι ἐσελθεῖν ἐνενόει) ἀλλὰ τό, τε ἐκείνων μῖσος, καὶ τὴν τῶν στρατιωτῶν εὔνοιαν ἐνδείξασθαι σφίσιν ἠθέλησε· καὶ τοῦτο καὶ αὐτοὶ οἱ βουλευταὶ ὡμολόγησαν. τῷ δ᾽ οὖν δόγματι προσενέγραψαν, ὥσ- 633
τε ἔρευναν σφῶν ἐσιόντων, μὴ καὶ ξιφίδιόν τις ὑπὸ μάλης ἔχῃ, γίγνεσθαι. τοῦτο μὲν δὴ τῷ ἐχομένῳ ἔτει ἐγνώσθη.

19. Tum vero & aliis familiaribus Sejani pepercit, & L. Sejano prætori, Marcoque Terentio

Τότε δὲ ἐφείσατο μὲν καὶ ἄλλων τινῶν, καίτοι τῷ Σηϊανῷ ᾠκειωμένων, ἐφείσατο δὲ καὶ [k] Λουκίου Σηϊ-

[f] μακρὰ χαίρειν. hæc lectio petita ex Peir. uſitatior & certior eſt, quam vulgata μακρὸν χαίρειν. nam & apud Lucianum I. p. 727. μακρὰν χαίρειν φράσας, dubiæ lectionis eſt, plerique μακρὰ χαίρειν exhibent. & ſic alias ſemper apud Lucianum, ſimiliter apud Ariſtophanem μακρὰ κλαίειν, μακρὰ οἰμώζειν, apud Euripidem πολλὰ χαίρειν &c. [g] Ἰούνιον Γαλλίωνα Γαλλίωνα, vulgo. haud ſcio an Γαλλίωνα vitio librarii irrepſerit. Tacitus certe lib. VI. 3. *Junium Gallionem* ſimpliciter nominavit. X. alterum ſane Γαλλίωνα corruptum videtur emendaſſe aliquis, & adſcripſiſſe Γαλλίωνα, unde utrumque manſit. [h] αὐτῶν, HS L. αὐτὸν, male, RS. [i] ἐπὶ μᾶλλον, vulgo. ſcripſi ἔτι μᾶλλον, cum X. [k] Λουκίου καὶ Σηϊανοῦ, vulgo. tolle καὶ, Od. ἔτι Κασσιανοῦ ἐφείσατο, Λουκίου τε Σειανοῦ, Xiph. nihil autem de Caſſiano deinde additur: unde is per errorem irrepſit, undecunque natum. ſcribendum forte Λουκίου τοῦ Σηϊανοῦ.

§ 120. (l. 36.) Ἰούνιον Γαλλίωνα] Tacitus VI. 3. *Junium Gallionem, qui cenſuerat, ut Prætoriani, actis ſtipendiis, jus apiſcerentur in quatuordecim ordinibus ſedendi, violenter increpuit, velut coram rogitans, quid illi cum militibus? — — Hoc pretium Gallio meditatæ adulationis tulit, ſtatim curia, deinde Italia exactus.* Diverſus hic Junius Gallio a Senecæ fratre, de quo idem Tacitus XV. 73. & cujus mentio in ſacro Actorum Apoſtolicorum libro XVIII. 12.

§ 121. (l. 41.) ἐς Λέσβον] Idem Tacitus VI. 3. *Et quia incuſabatur facile toleraturus exilium, delecta Lesbo, inſula nobili & amœna, retrahitur in urbem, cuſtoditurque domibus magiſtratuum.* De Lesbi inſulæ amœnitatibus, fœcunditate ſoli, civitatibus frequentibus, fluminibus piſcoſis, vino, feminis forma præſtantibus, luxu, ac deliciis, frequens apud veteres ſcriptores mentio. Vide Balthaſarem Bonifacium lib. XV. hiſtoriæ ludicræ, c. 1. Lesbiorum καλλιστεῖα, ſive ἀγῶνα κάλλους γυναικῶν, memorat Scholiaſtes Homeri Iliad. *I.* v. 130. Apud Photium epiſt. 185. Λεσβίαν δεξιὰν προτείνειν *Lesbiam manum porrigere*, hoc eſt, opem ferre laborantibus, proverbium de Lesbiorum animo ad ſuccurrendum afflictis ac peregrinis prono teſtari poteſt.

§ 122. (l. 43.) ὥσπερ ποτὲ τὸν Γάλλον] p. 622. D.

§ 123. (l. 47.) τόν τε Μάκρωνα] Macronem præfectum prætorianarum cohortium, una cum earundem chiliarchis ſive tribunis. Tacitus VI. 15. *ut Macro præfectus, tribunorumque & centurionum pauci ſecum introirent, quotiens curiam ingrederetur.*

§ 124. (l. 61.) ἐν τοῖς Φλωραλίοις] Florales ludi, pro anni ubertate in honorem Floræ Deæ, IV. Cal. Maj. quotannis celebrati cum magna licentia. Horum committendorum curam, ſicut aliorum ſolennium p. 569. quoque geſſiſſe Prætorem Urbanum, ex hoc Dionis loco patet, & ex Suetonii Galba c. 6.

§ 125. (l. 62.) ὅτι καὶ αὐτὸς φαλακρὸς ἦν] Tacito etiam teſte IV. 57. *nudus capillo vertex*: licet Suetonius c. 68. ait Tiberium fuiſſe *capillo pone occipitium ſubmiſſiore, ut cervicem etiam obtegeret.*

§ 126. (l. 69.) τοῦ δὲ δὴ Τερεντίου] M. Terentii hujus equitis felicem conſtantiam in agnoſcenda minimeque abnuenda Sejani amicitia, quam ceteri falſo exuerant, pluribus celebrat Tacitus VI. 8. orationem ejus referens, qua tantum ait *effeciſſe, ut accuſatores ejus*, non modo verbis ut ait Dio increparentur a ſenatu, *ſed additis quæ ante deliquerant, morte aut exilio multarentur.*

§ 127. (l. 75.) εἰ δ᾽ ὁ αὐτοκράτωρ] M. Terentius apud Tacitum: *Non Sejanum Vulſinienſem, ſed Claudiæ & Juliæ domus partem, quas adfinitate occupaverat; tuum Cæſar generum, tui conſulatus ſocium, tua officia in repb. capeſſentem, colebamus. Non eſt noſtrum æſtimare, quem ſupra ceteros, & quibus de cauſſis extollas. Tibi ſummum rerum judicium dii dedere, nobis obſequii gloria relicta eſt.*

§ 128. (l. 83.) τόν τε Πίσωνα τὸν πολίαρχον] Ide[illegible]citus VI. 10. *Per idem tempus* (anno Tiberii XIX. [illegible] *Pontifex, rarum in tanta claritudine, fato obiit,* [illegible]

A.U.C. 785 Cn. Domitio & Scriboniano COSS.

Σηϊανοῦ στρατηγοῦ, Μάρκου τε Τερεντίου ἱπ-
πέως· ἐκείνου μὲν ὑπερφρονήσας, τά τε ἄλλα πάν-
τα διὰ φαλακρῶν [124] ἐν τοῖς Φλωραλίοις [l] μέχρι
B νυκτὸς ἐπὶ τῇ τοῦ Τιβερίου χλευασίᾳ ([125] ὅτι καὶ
αὐτὸς φαλακρὸς ἦν) ποιήσαντος, καὶ φῶς τοῖς ἀπι-
οῦσιν ἐκ τοῦ θεάτρου διὰ πεντακισχιλίων παίδων
ἀπεξυρημένων παρασχόντος. τοσοῦτον γὰρ ἐδέησε
δι' ὀργῆς αὐτῷ γενέσθαι, ὥστ' οὐδὲ προσεποιήσατο
ἀρχὴν ὅτι περὶ αὐτῶν ἠκηκόει· [m] καίπερ καὶ Σηϊα-
νῶν ἐξ ἐκείνου τῶν φαλακρῶν πάντων ὀνομασθέντων.
[126] τοῦ δὲ δὴ Τερεντίου, ὅτι ἐπὶ τῇ τοῦ Σηϊανοῦ
φιλίᾳ κρινόμενος, οὐχ ὅσον οὐκ ἠρνήσατο, [n] ἀλλὰ
καὶ ἔφη, καὶ σπουδάσαι μάλιστα αὐτὸν καὶ θερα-
πεῦσαι, ἐπειδὴ καὶ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Τιβερίου οὕτως
C ἐτιμᾶτο. "ὥστε εἰ μὲν ἐκεῖνος ὀρθῶς (εἶπεν) ἐποίει
"τοιούτῳ φίλῳ χρώμενος, οὐδὲ ἐγώ τι ἠδίκηκα·
"[127] εἰ δ' ὁ αὐτοκράτωρ ὁ πάντα ἀκριβῶς εἰδὼς
"ἐπλανήθη, τί θαυμαστὸν εἰ καὶ ἐγὼ οἱ συνεξηπα-
"τήθην; καὶ γάρτοι προσήκει ἡμῖν, πάντας τοὺς ὑπ'
"αὐτοῦ τιμωμένους ἀγαπᾶν, μὴ [o] πολυπραγμονοῦ-
"σιν ὁποῖοί τινες εἰσίν, ἀλλ' ἕνα ὅρον τῆς φιλίας
"σφῶν ποιουμένοις, τὸ τῷ αὐτοκράτορι αὐτοὺς ἀρέ-
"σκειν." ἥ τε γὰρ βουλὴ διὰ ταῦτα αὐτὸν ἀφῆ-
κε, καὶ προσέτι καὶ τοῖς κατηγορήσασιν αὐτοῦ [p] προσε-
D πετίμησε· καὶ ὁ Τιβέριος συγκατέθετο σφίσι. [128] τόν
τε [q] Πείσωνα τὸν πολίαρχον τελευτήσαντα [129] δημο-
σίᾳ ταφῇ ἐτίμησεν, ὅπερ που καὶ ἄλλοις ἐχαρίζετο·
καὶ [r] Λούκιον ἀντ' αὐτοῦ Λαμίαν ἀνθείλετο, ὃν πρό-
παλαι τῇ στρατιᾷ προστάξας [130] κατεῖχεν ἐν τῇ Ῥώ-
μῃ. τοῦτο δὲ καὶ ἐφ' ἑτέρων πολλῶν ἐποίει, ἔργῳ
μὲν, μηδενὸς αὐτῶν δεόμενος, λόγῳ δὲ δὴ, τιμᾶν αὐ-
τοὺς προσποιούμενος. κἀν τούτῳ, [131] Οὐιτρασίου Πω-
λίωνος τοῦ τῆς Αἰγύπτου ἄρχοντος τελευτήσαντος, [s] Ἴβη-
ρῳ [132] τινὶ Καισαρείῳ χρόνον τινὰ τὸ ἔθνος ἐπέτρεψε.

E Τῶν δ' οὖν ὑπάτων ὁ μὲν Δομίτιος δι' ἔτους ἦρξε

tio equiti. Sejanus, Floralibus, ad ridendum Tiberium, (calvus enim erat) omnia calvorum miniſterio ad noctem usque peregerat: lumen quoque diſcedentibus a theatro per puerorum raſis capitibus quinque millia præbuerat. Id Tiberius, contemto Sejano, adeo nulla ira perſecutus eſt, ut omnino ſe ea de re aliquid audiviſſe diſſimulaverit: quanquam inde tractum fuit, ut omnes calvi Sejani dicerentur. Terentio autem gratiam fecit, cum is in jus vocatus propter amicitiam Sejani, tantum abeſſet a negando, ut oſtenderit, maximo ſe eum ſtudio coluiſſe, quem ipſe Tiberius in tanto habuerit honore. Qui ſi recte (inquit) fecit, quod ejus ſit amicitia uſus, neque ego quidem quicquam peccavi: ſin imperator, qui omnia explorata habet, deceptus fuit, quid mirum me quoque in errorem una tractum, quum deceat nos, omnes eos, quos is honore dignatur, amare, nihil anxios, quales ii ſint; unumque hunc amicitiæ eorum ponere modum, quod imperatori probentur. Hanc ob excuſationem abſolutus eſt ſenatorum ſuffragiis, accuſatoresque ejus verbis increpati, adſtipulante etiam Tiberio. Idem L. Piſonem, præfectum urbis, defunctum publico funere decoravit, quod aliis quoque largiebatur; & Lucium ei Lamiam ſuffecit, quem dudum exercitui præfectum a ſe, Romæ detinuerat: eademque ratione cum multis aliis egit, nihil quidem iis opus habens, tantum ut honores eis tribuere videretur. Interim Vetraſio Pollione Ægypti præfecto vita functo, ex Cæſarianis libertis cuidam Ibero ad certum tempus provinciam mandavit.

20. Ex conſulibus alter Domitius, toto anno

l μέχρι. ἕωθεν μέχρι, Xiph. *m* καίπερ καὶ Σηϊανῶν. καίπερ Σηϊανῶν, cum Xiph. mavult Xyl. omiſſo καὶ, quod mihi tamen Dionis ſtilo conveniens non videtur rejiciendum. *n* ἀλλὰ. addidit HS. eumque ſecutus L. deſideratur apud RS. *o* πολυπραγμονοῦσιν. hanc lectionem ex codd. Pal. Coisl. & Br. Xiphilini, & editionibus HS. & Sylb. revocavi, tanquam veriorem, & præcedenti ἡμῖν reſpondentem. vulgo in Dione & ceteris Xiph. editionibus legitur πολυπραγμονοῦντας. inde autem mihi fluxit quoque ſequens ποιουμένοις, pro ποιουμένους. *p* προσετίμησε, vulgo. προσετίμησε, Xiph. προσεπετίμησε rectius Camerar. *q* Πείσωνα τὸν πολίαρχον τελευτήσαντα. eſt hæc emendatio Xyl. quam non dubitavi velut manifeſtam recipere, pro lectione vulgata Πείσωνα καὶ τὸν πολίαρχον τελευτήσαντας. poſſes forte & aliam lectionem exculpere ex V. b. qui ſic habet: Πείσωνα αὐτὸν πολίαρχον, quæ corrupta puto ex Πείσωνα ὄν τὸν πολ. *r* Λούκιον ἀντ' αὐτοῦ Λαμίαν, ſic ſcripſi pro ταμίαν, ut me monuit T. & Lipſius Epiſtolic. Qu. III. 11. T. I. Opp. p. 178. & ad Tacitum VI. 10. not. 35. itemque Caſaubonus ad Suet. Tib. 63. qui & Συρίᾳ legi vult pro στρατιᾷ, recte ut puto. ſic enim de Aelio Lamia, (ſeu Lucio Aelio Lamia) Tacitus, Annal. VI. 27. *s* Ἴβηρῳ. forte Σεβήρῳ, F. præivit Lipſ. ad Sen. conſol. ad Helv. c. 17. not. 232. pro Καισαρείῳ, Καισαρείῳ, RS.

vilis ſententiæ ſponte auctor, & quotiens neceſſitas ingrueret, ſapienter moderans. Patrem ei cenſorium fuiſſe memoravi, ætas ad octogeſimum annum proceſſit: decus triumphale in Thracia meruerat. Sed præcipua ex eo gloria, quod præfectus urbi recens, continuam poteſtatem, & inſolentia parendi graviorem, mire temperavit. De hoc Piſone Sueton. c. 42. Plinius XIV. 22. & Seneca epiſt. 83. ubi ait, eum licet ebrietati deditum, tamen *officium ſuum, quo tutela urbis continebatur, diligentiſſime adminiſtraſſe.* Idem Calpurnius Piſo, Valerio Maximo, VII. 7. 5. ubi Caji prænomen in melioribus codicibus deſideratur, qui etiam præfectum urbis vocant non prætorem. Et præfectum urbis quoque de teſtamentis cognoviſſe, adverſus Cujacium obſervat Scipio Gentilis, ad Apuleji Apologiam p. 22. ſq.

§ 129. (l. 84.) δημοσίᾳ ταφῇ] Piſo in præfectura urbis Tauri Satilii ſucceſſor, *viginti per annos pariter probatus, publico funere ex decreto ſenatus celebratus eſt.* De publici funeris honore dixi p. 529. A. quo plures a Tiberio ornatos monuit Dio etiam p. 617. C. Sic Ælium Lamiam, Piſonis in præfectura urbica ſucceſſorem, funere cenſorio elatum refert Tacitus VI. 27.

§ 130. (l. 87.) κατεῖχεν ἐν τῇ Ῥώμῃ] Morem hunc Tiberii, viros nobiles, quibus imperia vel provincias committebat, tamen in urbe detinendi, tangunt Sueton. c. 63. & Tacitus VI. 27. adminiſtrandæ provinciæ imaginem & non permiſſam provinciam memorans, & Arruntium ne in Hiſpaniam pergeret decimum jam annum retentum.

§ 131. (l. 90.) Οὐιτρασίου Πωλλίωνος] Gens Vitraſia celebris vel ex Vitraſiano SCto, cujus mentio in Digeſtis lib. XL. tit. 5. de fideicommiſſariis libertatibus leg. 30. §. *Si plures.* Idque SCtum non abſurde factum eſſe ſuſpiceris a Vitraſio Pollione, noſtri fortaſſe abnepote, qui Conſul fuit A. U. C. 919. & 929. Filius, Vitraſius Pollio, procurator Cæſaris in Ægypto tempore Claudii Imperatoris memoratur Plinio XXXVI. 7. Nepos fortaſſe Vitraſius Pollio, legatus Lugdunenſis, ad quem Hadrianus Imperator in Digeſt. lib. XXVII. tit. 1. de excuſationibus, lege 15. §. ult. Mentio & Vitraſii Pollionis in priſcis lapidibus apud Gruterum p. CXCII. 10. & CCCII. 2. ut alios Vitraſios in aliis inſcriptionibus & apud Capitolinum in M. Antonino c. 12. obvios prætercam.

§ 132. (l. 91.) Ἴβηρῳ τινὶ Καισαρείῳ] Ægyptus hactenus procuranda data equitibus, ut dictum ad p. 504. C. Nunc liberto Cæſaris commiſſa, nec ad annum ſolum, ſed in longius vel brevius tempus, ut Tiberio viſum fuit, ſicut Flacco Avillio in ſexennium, ut teſtatur Philo lib. in Flaccum p. 764. qui etiam Σεβήρου Ægypti præſidis ante Flaccum p. 747. meminit, quod fortaſſe nomen Dioni pro Ibero reſtituendum.

A.U.C. 785 Cn. Domitio & Scriboniano COSS.

no geſſit magiſtratum: habebat enim in matrimonio Agrippinam, Germanici filiam: cæteri vero, quam diu Tiberio viſum. Nam alios in longius, alios in brevius tempus legebat, quorum nonnullos citius ſtatuto juſſit abire magiſtratu, quoſdam & diutius eo fungi voluit. Nam etiamſi quem ad totum annum conſulem creaſſet, mox eo depoſito, alium, iterumque alium ſubinde ſubrogabat: & ubi quem tertio loco ſufficiendum deſignaſſet, deinde tamen alium adhuc ante ipſum conſtituebat ſuffectum. Sic in conſulibus creandis, toto fere imperii ſui tempore, verſatus eſt: ex cæterorum magiſtratuum candidatis, quot vellet, electos ſolebat in ſenatum mittere, alios ei commendans, (qui tum omnium ſuffragia auferebant) alios ſuffragiis, comparationi, & ſorti permittens. Poſtea illi ad comitia eligendorum magiſtratuum, quo quisque pertineret, hinc centuriata, hinc tributa, progreſſi, deſignabantur; ſicut nunc quoque fit, ſaltem ut per ſimulationem haberi comitia videantur. Quod ſi qui aliquando deficerent, aut immodica contentione efferrentur, etiam pauciores conſtituebantur.

A.U.C. 786 Serv. Galba & Corn. Sulla COSS.

Anno inſequenti, quum Servius Galba, is qui deinde imperator factus eſt, & L. Cornelius Sylla, conſulum nomen haberent, XV. prætores fuerunt: idque multis annis accidit, ut nonnunquam XVI. nonnunquam uno aut duobus pauciores fierent.

ἦρξε, ([133] τῆς γὰρ Ἀγριππίνης τῆς τοῦ Γερμανικοῦ θυγατρὸς ἀνὴρ ἦν) οἱ δ' ἄλλοι, ὡς [illegible] τῷ Τιβερίῳ ἔδοξε. [134] τοὺς μὲν γὰρ ἐπὶ μακρότερον, τοὺς δὲ ἐπὶ βραχύτερον ἀνῃρεῖτο, καὶ τοὺς μὲν ἔτι καὶ θᾶσσον τοῦ τεταγμένου ἀπήλλασσε, τοῖς δὲ καὶ ἐπὶ πλεῖον ἄρχειν ἐδίδου. ἤδη δὲ καὶ ἐς ὅλον τὸν ἐνιαυτὸν ἀποδείξας ἄν τινα, ἐκεῖνον μὲν κατέλυεν, ἕτερον δὲ, καὶ αὖθις ἕτερον ἀντικαθίστη. καὶ τινας καὶ ἐς τρίτον ἑτέρους προχειριζόμενος, εἶτα ἄλλους ὑπατεύειν πρὸ αὐτῶν ἀνθ' ἑτέρων ἐποίει. καὶ περὶ μὲν τοὺς ὑπάτους ταῦτα διὰ πάσης, ὡς 634 εἰπεῖν, τῆς ἡγεμονείας αὐτοῦ ἐγίγνετο. τῶν δὲ δὴ καὶ τὰς ἄλλας ἀρχὰς αἰτούντων ἐξελέγετο ὅσους ἤθελε, καὶ σφᾶς ἐς τὸ συνέδριον ἐσέπεμπε, τοὺς μὲν συνιστὰς αὐτῷ, (οἵπερ ὑπὸ πάντων ᾑροῦντο) τοὺς δὲ ἐπί τε τοῖς δικαιώμασι, καὶ ἐπὶ τῇ ὁμολογίᾳ, τῷ τε κλήρῳ ποιούμενος. καὶ μετὰ τοῦτο ἔς τε τὸν δῆμον καὶ ἐς τὸ πλῆθος [v] οἱ [135] προσήκοντες ἑκατέρῳ, τῆς ἀρχαίας ὁσίας ἕνεκα, καθάπερ καὶ νῦν, ὥστε ἐν εἰκόνι δοκεῖν γίγνεσθαι, ἐσιόντες ἀπεδείκνυντο. εἰ δ' οὖν ποτε ἐνέλιπόν τινες, ἢ καὶ φιλονεικίᾳ ἀκράτῳ ἐχρήσαντο, καὶ ἐλάττους B [w] προεχειρίζοντο. τῷ γοῦν ἐπιόντι ἔτει ἐν ᾧ ὅ, τε Γάλβας [x] ὁ Σερούϊος, ὁ μετὰ ταῦτα αὐταρχήσας, καὶ Λούκιος Κορνήλιος, τὸ τῶν ὑπάτων ὄνομα ἔσχον, πεντεκαίδεκα στρατηγοὶ ἐγένοντο· καὶ τοῦτο ἐπὶ πολλὰ ἔτη συνέβη· ὥστε ἔστι μὲν ὅτε ἑκκαίδεκα, ἔστι δ' ὅτε καὶ παρ' ἕνα ἢ καὶ δύο χειροτονεῖσθαι.

21. Cæterum Tiberius venit quidem prope urbem, & in locis circumjacentibus verſatus eſt; ipſam tamen non intravit, licet vix quatuor

Τιβέριος δὲ δὴ ἦλθε μὲν πρὸς τὸ ἄστυ, καὶ διέτριψεν ἐν τοῖς πέριξ αὐτοῦ τόποις, οὐ μέντοι καὶ ἐσεφοίτησεν εἴσω, καίτοι καὶ τριάκοντα σταδίους ἀποχών,

[v] οἱ προσήκοντες ἑκατέρῳ. vitioſa ſunt hæc, quibus ſic conſulemus: αὐτοὶ καὶ οἱ προσήκοντες ἑκάστῳ, L. non ſollicitanda hæc eſſe oſtendo § 135. potius pro τῆς ἀρχαίας ὁσίας ἕνεκα, ſcripſiſſe Dionem puto τῆς ἀρχαιρεσίας ἕνεκα. nam ad ὁσίας ἕνεκα non ſolet addere ἀρχαίας, neque ὁσία dicitur γίγνεσθαι, ſed γίνεται τὶ ὁσίας ἕνεκα. apparet ergo, verba ὥστε ἐν εἰκόνι δοκεῖν γίγνεσθαι ſupponere ἀρχαιρεσίαν, quæ fiebat vel fieri videbatur ἐν εἰκόνι, *ad ſpeciem*, quod idem eſt ac ὁσίας ἕνεκα. quo minus hac phraſi abundanter uſum hic Dionem dixeris. [w] προεχειρίζοντο. mutandum in προεχειρίζετο, intellige Tiberium, de quo ſupra ἑτέρους προχειριζόμενος, L. [x] ὁ Σέργιος, X. & ſupra p. 589. C. hic Σερούϊος excuſum erat.

§ 133. (l. 94.) τῆς γὰρ Ἀγριππίνης] Hæc eſt Agrippina, quæ deinde Claudio Imperat. nupſit, poſt mortem Domitii, ex quo genuerat Neronem, qui itidem exſtincto Claudio imperitavit. De Cn. Domitii & Camilli Scriboniani Conſulatu Tacitus VI. 1. ſq. de Macronis in Domitium inſidiis, infra p. 638. B.

§ 134. (l. 96.) τοὺς μὲν ἐπὶ μακρότερον] Plerique conſules, non ultra duorum menſium ſpatium. adde p. 236. D. Quoniam autem in faſtis, in inſcriptionibus & nummis, conſuevit Conſulum ordinariorum maxime haberi ratio, qui annum aperiebant, hinc plerorumque ſuffectorum Conſulum nomina, Dioni etiam prœterita, nos fugiunt. Conſules ſufficiendos cujusque anni deſignare mos ſenatu legitimo, quinto Idus Januarii, ut notavit Antonius Pagi ad A. C. 212. n. 2.

§ 135. (l. 11.) οἱ προσήκοντες ἑκατέρῳ] Nemo alius tam diſtincte Magiſtratuum creandorum & Comitiorum rationem ſub Tiberio explicat. Conſules ipſe ſolus pro lubitu conſtituebat: ceteri candidati profitebantur apud Principem, ex quibus lecti a Tiberio Senatui ſe ſiſtebant, alii cum commendatione (qui tum omnium ſenatorum ſuffragia ferebant) vel ſine commendatione, relicti τοῖς δικαιώμασι, ſuis juribus petendi magiſtratus, ut pro horum ratione digniſſimi a ſenatu eligerentur, verbo, *ſuffragiis*, & τῇ ὁμολογίᾳ, ut electi *compararent* inter ſe, (vid. p. 655. D.) τῷ τε κλήρῳ, aut *ſortirentur*. Atque ita, ſi rem ſpectes, *comitia* a Tiberio *e campo ad Patres translata* fuiſſe, vere Tacitus l. 15. Annal. ſcribit, non fingit, ut Robortellus putabat, hoc nomine jam notatus Ill. Spanhemio Orb. Rom. c. 20. p. 488. nam & Dio alio loco p. 655. E. αἱ ἀρχαιρεσίαι καταλύθησαν, conf. & p. 647. A. & inde Comitia Senatui, candidatos ſuffragiis per tabellas legenti, diſerte tribuit Plinius Epiſt. III. 20, 2. & 5. Re vera igitur Princeps Conſules ſolus, alios commendatione ſua per Senatum, reliquos Senatus, populus nullos in Comitiis conſtituebat. Erraveris tamen, ſi comitia nulla ſub Tiberio & ſequentibus habita putes. Nam poſtea ut Dio ait prodibant vel ad τὸν δῆμον, vel ad τὸ πλῆθος, οἱ προσήκοντες ἑκατέρῳ Xylander: *qui utroque modo candidati erant*. Leunclavius: *ſuis quisque cum neceſſariis*; ſcilicet legendum putans, αὐτοὶ καὶ οἱ προσήκοντες ἑκάστῳ. ad cujus mentem Spanhemius quoque & ex eo Heineccius hunc locum laudant. Nemo vidit ἑκατέρῳ referendum eſſe ad δῆμον & πλῆθος *populum*, & *plebem*, h. e. ad *comitia* hinc *centuriata*, quibus majores magiſtratus creabantur a nobiliore populo, hinc *tributa*, quibus minores magiſtratus a plebe, cujus potiores in his comitiis partes erant. Sic vocabula δῆμος & πλῆθος adhibet Dio p. 647. A. 511. B. Igitur lectio, neutiquam ſollicitanda, denotat, candidatos majorum minorumve magiſtratuum prodiiſſe, quo quisque pertinebat, partim in comitia populi centuriata, partim in comitia plebis tributa. cur autem? τῆς ἀρχαίας ὁσίας ἕνεκα? imo ſcrib. τῆς ἀρχαιρεσίας ἕνεκα — ὥστε ἐν εἰκόνι δοκεῖν γίγνεσθαι, *ad electionem magiſtratuum in comitiis, ut illa ad ſpeciem fieri videretur*. Non ergo ſuſtulit Tiberius ſpeciem electionis. & ſuffragiorum in Comitiis, ſed tantum libertatem ſuffragiorum. Confirmat Tacitus l. 81. ubi de Comitiis Conſularibus quæ anno II. Tiberii *& deinceps* fuere: *Modo ſubtractis candidatorum nominibus originem cujusque & vitam & ſtipendia deſcripſit, ut qui forent intelligeretur: aliquando ea quoque ſignificatione ſubtracta, candidatos hortatus, ne ambitu comitia turbarent, ſuam ad id curam pollicitus eſt: plerumque eos tantum apud ſe profeſſos diſſeruit, quorum nomina Conſulibus edidiſſet; poſſe & alios profiteri, ſi gratiæ aut meritis confiderent: ſpecioſa verbis, re inania, aut ſubdola; quantoque majore libertatis imagine tegebantur, tanto eruptura ad infenſius ſervitium.* Petebant igitur candidati ſuffragia populi & plebis, ſed *petebant, ut candidati Principis*, quod L. Galba ait apud Quintilianum, Inſtit. VI. 3, 62. hoc eſt, negligenter. Apparet hinc, ſublata ab Imperatoribus Comitia apud veteres dici, quando non omnis ſpecies quidem

C ἀποχῶν, καὶ τὰς θυγατέρας [136] τάς τε τοῦ Γερμανικοῦ τὰς λοιπὰς, καὶ τὴν τοῦ Δρούσου τὴν Ἰουλίαν ἐκδούς. καὶ διὰ τοῦτο οὐδ᾽ ἡ πόλις τοὺς γάμους αὐτῶν ἑώρτασεν, ἀλλὰ τά τε ἄλλα καὶ ἡ βουλὴ καὶ τότε καὶ συνήχθη καὶ ἐδίκασε. σφόδρα γὰρ ἐπιμελὲς ἐποιεῖτο, ἀεὶ σφᾶς ὁσάκις ἂν [y] κεκαθίκει συνιέναι· καὶ μήτ᾽ ὀψιαίτερον ἀπαντᾷν τοῦ τεταγμένου, μήτε πρωϊαίτερον ἀπαλλάττεσθαι. καὶ πολλὰ περὶ τούτου καὶ τοῖς ὑπάτοις ἐπέστελλε· καί ποτέ τινα ὑπ᾽ αὐτῶν καὶ ἀναγνωσθῆναι ἐκέλευσεν. ὃ καὶ ἐπ᾽ ἄλλων πραγμάτων ἐποίει, καθάπερ μὴ δυνάμενος αὐτὰ ἄντικρυς τῇ βουλῇ γράψαι.
D ἐσέπεμπε δὲ ἐς αὐτὴν οὐ μόνον τὰ βιβλία τὰ διδόμενά οἱ παρὰ τῶν μηνυόντων τι, ἀλλὰ καὶ τὰς βασάνους ἃς ὁ Μάκρων ἐποιεῖτο· ὥστε [z] μηδὲν ἐπ᾽ αὐτοῖς πλὴν τῆς καταψηφίσεως γίγνεσθαι. ἐπεὶ μέντοι [a] Ὠυϊουΐλιός τις [137] Ἀγρίππας ἱππεὺς φάρμακον ἐν αὐτῷ τῷ βουλευτηρίῳ [138] ἐκ δακτυλίου ῥοφήσας ἀπέθανε, [139] καὶ ὁ Νερούας μηκέτι τὴν συνουσίαν αὐτοῦ φέρων ἀπεκαρτέρησε, διά τε τἆλλα, καὶ μάλισθ᾽ ὅτι [140] τοὺς νόμους τοὺς περὶ τῶν συμβολαίων ὑπὸ τοῦ Καίσαρος τεθέντας, ἐξ
E ὧν καὶ ἀπιστία καὶ ταραχὴ πολλὴ γενήσεσθαι ἔμελλεν, ἀνενεώσατο· καὶ πολλά γε αὐτοῦ παρακαλοῦντος ὅπως τι ἂν φαίη, οὐδ᾽ ἀποκρίνασθαί τι ἠθέλησε· τό, τε πρᾶγμα [141] τὸ κατὰ τὰ δανείσματα ἐμετρίασε, καὶ δισχιλίας καὶ πεντακοσίας μυριάδας τῷ δημοσίῳ ἔδωκεν, ὥστ᾽ αὐτὰς ὑπ᾽ ἀνδρῶν βουλευτῶν ἀτοκεὶ τοῖς δεομένοις ἐς τρία ἔτη ἐκδανεισθῆναι. [142] τούς τε ἐπιβοητάτους τῶν τὰς κατηγορίας ποιουμένων ἀποθανεῖν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἐκέλευσε. καὶ ἐνδεῖξαί
635 τινα [143] ἀνδρὸς ἐν τοῖς ἑκατοντάρχοις ἐξητασμένου

tuor M. paſſuum ab urbe abeſſet, & filias Germanici reliquas, filiamque Druſi Juliam nuptum daret. Quare nec civitas eas nuptias celebravit feſto die, ſed ſenatus quoque eo die, ac judicia habita ſunt. Summopere autem curare ſolebat, ut ſemper ſenatus, quoties eos ſedere juſſerat, conveniret; ac ne vel tardius, quam conſtitutum eſſet, accederet; vel maturius dimitteretur. Eaque de re multa ipſis quoque conſulibus ſcripſit, recitare interdum literas juſſis; ut in reliquis etiam negotiis ſolebat, quaſi non poſſet recta ad ipſum ſenatum literas dare. Mittebat autem in ſenatum non modo libellos ſibi a delatoribus exhibitos, ſed & ea, quæ erant quæſtionibus a Macrone cognita; ita ut præter condemnationem, nihil ſenatui relinqueretur. At poſtquam Vibulenus Agrippa eques, in ipſa curia, hauſto, quod ex annulo depromſerat, veneno, mortuus eſt, Nervaque conſuetudinem Tiberii amplius non ferens, (præſertim quod latas a Cæſare leges de contractibus is renovaturus erat, velut occaſionem anguſtæ fidei & multorum tumultuum præbituras) multum hortante Tiberio, ut animum ſuum explicaret, nullo dato reſponſo, abſtinentia vitam finivit: ibi demum motus Tiberius rem fœnerariam temperavit, milliesque ſeſtertium reipublicæ largitus eſt: quam pecuniam ſenatorii ordinis viri indigentibus ſine uſura ad tres annos mutuo darent. Una item die eos, qui inter delatores præcipui erant, omnes occidi juſſit: ac quum unus, qui aliquando centurio fuerat, indicium de

A.U.C.786
Serv. Galba & Corn. Sulla COSS.

y κεκαθίκει. reſtituendum ἐκεκαθήκει, ut officii ratio, τὸ καθῆκον, denotetur L. forte ἄν γε καθήκοι. z μηδὲν. emendatio Xyl. recepta ab HS. & L. pro μηδενὶ, quod habet RS. a Ουιουΐλιος. ſcribo, Οὐιβουλῆνος, X. aut Οὐιβουλήϊος, L. ad marg.

dem ſuffragiorum, ſed tamen ſuffragiorum libertas populo ademta eſt: reſtituta dici, quando major libertas in ſuffragiis populo conceſſa. Ita Plinius Paneg. c. 63. quando alios ante Trajanum Principes *abſentes tantum comitiorum ſuorum nuncios operiri* conſueviſſe, Trajanum ſuis *comitiis interfuiſſe candidatum*, dixerat; *Averſeris tu* inquit *honori tuo ſperata ſuffragia, renunciarique te conſulem juſſiſſe contentus liberæ civitatis ne ſimulationem quidem ſerves?* REIM.

§ 136. (l. 26.) τὰς τοῦ Γερμανικοῦ] Præter Agrippinam, Cn. Domitio Conſuli nuptam, (de qua p. 633. E.) duas reliquit filias Germanicus, *Druſillam*, quæ collocata eſt *L. Caſſio Longino Conſulari*, teſte Suetonio Caligula, c. 24. & *Juliam Livillam*, quam *M. Vinicio* Tiberius deſpondit, ut cognoſces ex Taciti VI. 15. *Juliam* vero Druſi conjunxit Neroni Germanici filio; id. III. 29. & poſt ipſum fame peremtum, *Rubellio Planco* ſive *Blando* id. VI. 27. quem idem Tacitus quartum Tiberii progenerum nuncupat, VI. 45.

§ 137. (l. 42.) Οὐιουΐλιος Ἀγρίππας] Idem Tacitus VI. 40. *Eo anno* (Tiberii XXIII.) *neque quod L. Aruſejus morte adfectus foret, adſuetudine malorum, ut atrox advertebatur: ſed exterruit, quod Vibulenus Agrippa eques Romanus, cum peroraſſent accuſatores, in ipſa curia depromtum ſinu venenum hauſit: prolapſusque ac moribundus, feſtinatis lictorum manibus in carcerem raptus eſt, faucesque jam exanimis laqueo vexatæ.* Sueton. c. 61. *partim in media curia venenum hauſerunt, & tamen colligatis vulneribus ac ſemianimes palpitantesque in carcerem rapti.*

§ 138. (l. 43.) ἐκ δακτυλίου] Adde hoc exemplis veneni annulo incluſi, quæ collegere Joannes Kirchmannus lib. de annulis p. 255. & Fortunius Licetus c. 20. Plinius XXXIII 1. *Alii ſub gemmis venena claudunt, ſicut Demoſthenes ſummus Græciæ orator, annulosque mortis gratia habent.* Idem de Demoſthene tradunt Plutarchus p. 860. Lucianus in encomio Demoſthenis, Suidas & Tzetzes. Nam Pauſanias in Atticis p. 19. venenum quidem hauſtum a Demoſthene memorat, ſed de anulo tacet.

§ 139. (l. 44.) καὶ ὁ Νερούας] Coccejus Nerva, Conſularis, Tiberium ante octo annos Capreas comitatus, & a legum peritia laudatus Tacito IV. 58. Idem VI. 26. ad annum Tiberii XXI. *Haud multo poſt Coccejus Nerva, continuus principis, omnis divini humanique juris ſciens, integro ſtatu, corpore illæſo, moriendi conſilium cœpit. Quod ut Tiberio cognitum, adſidere, cauſas requirere, addere preces: fateri poſtremo grave conſcientiæ, grave famæ ſuæ, ſi proximus amicorum nullis moriendi rationibus vitam fugeret. Averſatus ſermonem Nerva, abſtinentiam cibi conjunxit. Ferebant gnari cogitationum ejus, quanto propius mala Reipb. viſeret, ira & metu, dum integer, dum intentatus, honeſtum finem voluiſſe.*

§ 140. (l. 46.) τοὺς νόμους τοὺς περὶ τῶν συμβολαίων] Refert Tacitus VI. 16. ſq. grave fœnebre malum & inopiam rei nummariæ, commoto ſimul omni ære alieno: & quia tot damnatis, bonisque eorum divenditis, ſignatum argentum fiſco vel ærario attinebatur. Ad hoc, ſenatus præſcripſerat, *duas quisque fœnoris partes in agris per Italiam conlocaret.* adde Sueton. Tiber. c. 48.

§ 141. (l. 51.) τὸ κατὰ τὰ δανείσματα ἐμετρίασε] Idem Tacitus: *Tulit opem Cæſar, diſpoſito per menſas millies ſeſtertio, factaque mutuandi copia ſine uſuris per triennium, ſi debitor populo in duplum prædiis caviſſet. Sic refecta fides, & paulatim privati quoque creditores reperti: neque emtio agrorum exercita ad formam ſenatusconſulti.* Adde Tacit. IV. 64. Vellej. II. 130. Suet. c. 48. qui videtur hanc munificentiam confudiſſe cum altera, de qua p. 638. A.

§ 142. (l. 54.) τοὺς ἐπιβοητάτους τῶν τὰς κατηγορίας ποιουμένων] Idem Tacitus IV. 71. de Tiberio: *ſcelerum miniſtros ut perverti ab aliis nolebat, ita plerumque ſatiatus, & oblatis in eandem operam recentibus, veteres & prægraves adflixit.* Et VI. 30. *Ac tamen accuſatores, ſi facultas incideret, pœnis afficiebantur, ut Servilius, Corneliusque, perdito Scauro famoſi, &c.*

§ 143. (l. 57.) ἀνδρὸς ἐν τοῖς ἑκατοντάρχοις] Videtur intelligi Abudius Ruſo, quem Tacitus refert periculum faceſſiviſſe Getulico, ſub quo legioni præfuerat, atque inde ultro damnatum, urbeque exactum Abudium, Getulicum vero incolumem multaque gratia manſiſſe.

A.U.C.786 Serv. Galba & Corn. Sulla COSS.

de aliquo vellet deferre; omnibus emeritis ea re interdixit, quum equitibus & ſenatoribus eam conceſſiſſet.

22. Hæc laudi Tiberio fuerunt juxta, ac ſpreti qui propterea decernebantur honores. Cæterum ob libidines, quibus promiſcue in nobiliſſimos utriusque ſexus effuſus erat, male audiebat. Unum exemplum referam. Fuit inter amicos Tiberii Sex. Marius, tantis inde divitiis ac potentia auctus, ut iratus cuidam vicinorum, biduo eum convivam habuerit, ac priori die domum illius penitus ſubverterit, poſtridie ampliorem ac ſplendidiorem refecerit: ignaroque, a quo id factum eſſet, utrumque confeſſus, ſimul exemplo oſtenderit, eam ſibi & ulciſcendi & gratias referendi adeſſe ſcientiam & facultatem. Is Marius quum formoſam filiam aliquo ablegaſſet, ne Tiberius eam pollueret; inceſti cum ea commiſſi accuſatus eſt, ac cum filia periit. Ob hujusmodi igitur flagitia turpitudinis incuſabatur: at ob Druſum & Agrippinam necatos, crudelitatis. Etenim quum quæ prius id genus perpetrata erant, omnia homines Sejano accepta referrent, eoque ſublato ſalvas res fore ſperarent; poſtquam de eorum quoque cæde reſciverunt, quodque non modo in Mauſoleo condi eorum reliquias prohibuiſſet, ſed occultari etiam in terram alicubi defoſſas juſſiſſet, ne unquam inveniri poſſent: ſummo dolore icti fuerunt. At Agrippinæ obitus, Munatiæ Plancinæ necem traxit: quamvis ei jam ante Tiberius infenſus, non Germanici, ſed alia de cauſa, tamen uſura vitæ eam frui paſſus fuerat, ne ejus mors Agrippinæ gaudio eſſet.

23. Cajum

νου βουληθέντος, ἀπεῖπε [144] μηδένα ἐστρατευμένον τοῦτο ποιεῖν· καίπερ καὶ ἱππεῦσι καὶ βουλευταῖς [b] ἐπιτρέπων αὐτὸ πράττειν.

Ου μὴν ἀλλ᾽ ἐν μὲν τούτῳ ἐπῃνεῖτο, καὶ μάλιϑ᾽ ὅτι ψηφιϑέντα οἱ ἐπ᾽ αὐτοῖς πολλὰ οὐκ ἐδέξατο· [145] ἐκ δὲ δὴ τῶν ἐρώτων, οἷς [c] ἀναίδην καὶ τῶν εὐγενεστάτων καὶ ἀῤῥένων καὶ ϑηλειῶν ὁμοίως ἐχρῆτο, [d] διεβάλλετο. ὁ γοῦν [146] Μάριος ὁ Σέξτος ἐκεῖνος, ὁ φίλος αὐτοῦ, (καὶ διὰ τοῦτο καὶ πλουτήσας καὶ δυνηϑεὶς τοσοῦτον, ὥς᾽ ἐπειδὴ γείτονί τινι ὠργίσϑη, [e] δειπνίσαι τε αὐτὸν ἐπὶ δύο ἡμέρας, καὶ τῇ μὲν προτεραίᾳ τὴν ἔπαυλιν αὐτοῦ πᾶσαν καταςκάψαι, τῇ δ᾽ ὑςεραίᾳ ἐπί τε τὸ μεῖζον καὶ ἐπὶ τὸ λαμπρότερον αὐτὴν ἀνοικοδομῆσαι· ἀγνοοῦντί τε αὐτῷ τοὺς ταῦτα πεποιηκότας, ἑκάτερον ὁμολογῆσαι, καὶ παραδείξαντα εἰπεῖν ὅτι, Ουτω καὶ ἀμύνεσϑαί τινα καὶ ἀμείβεσϑαι, καὶ οἶδα καὶ δύναμαι) τὴν ϑυγατέρα ἐκπρεπῆ ὄυσαν ὑπεκπέμψας ποι, ἵνα μὴ ὁ Τιβέριος αὐτὴν αἰσχύνῃ, αἰτίαν ἔχεν ὡς συνὼν οἱ, καὶ διὰ τοῦτο καὶ συναπώλετο. ἐπὶ μὲν ὄυν τούτοις αἰσχύνην ὠφλίσκανεν, ἐπὶ δὲ τῷ τε [147] τοῦ Δρούσου καὶ [148] τῆς Ἀγριππίνης ϑανάτῳ, ὠμότητα. δοκοῦντες γὰρ οἱ ἄνϑρωποι [149] ὑπὸ τοῦ Σηϊανοῦ πάντα τὰ κατ᾽ αὐτοὺς πρότερον [f] γενόμενα, καὶ ἐλπίσαντες σφᾶς σωϑήσεσϑαι τότε, ὡς καὶ ἐκείνους πεφονεῦσϑαι ἔμαϑον, ὑπερήλγησαν διά τε τοῦτο, καὶ ὅτι καὶ τὰ ὀςᾶ αὐτῶν [g] οὐ μόνον οὐκ ἐς τὸ βασιλικὸν μνημεῖον κατέϑετο, ἀλλὰ καὶ [150] κρυφϑῆναί που κατὰ γῆς ἐκέλευσεν, ὥστε μηδέποτε εὑρεϑῆναι. τῇ δ᾽ ὄυν Ἀγριππίνῃ καὶ [151] ἡ Πλαγκίνα ἡ Μουνατία ἐπεσφάγη. πρότερον γὰρ, καίπερ μισῶν αὐτὴν, οὐ διὰ τὸν Γερμανικὸν, ἀλλὰ δι᾽ ἄλλο τι, ὅμως ἵνα μὴ καὶ ἐκείνη τῷ ϑανάτῳ αὐτῆς ἐφηϑῇ, ζῆν εἴα. B C D

Ταῦτά

b ἐπιτρέπων. ita HS. & L. ex emendatione Xyl. ἐπιτρέπειν, apud RS. *c* ἀναίδην. non ignoro poſſe defendi; ſcripſiſſe tamen puto Dionem ἀνέδην, cum ſignificatione *profuſæ libidinis.* L. poterat laudare auctoritatem Xiphilini, qui pariter ἀνέδην habet. ſed ἀναιδῶς Z. *d* διεβάλλετο. addit Xiph. ἓν ἐνὸς δεῖγμα ἐρῶ. & ſtatim: Μάριον Σέξτος ἦν φίλος. ſed Μάριος pro Μάριον, male apud Xiph. X. orationis ſtructuram mutavit Xiph. quod haud ſcio an ſatis attenderit Leuncl. quando illud poſt parentheſin ἔπεμψεν ὄυν τὴν ϑυγ. apud Xiphilinum plenius & integrius vocat quam Dionis. *e* δειπνίσαι. emendatio HS. ex Xiph. quam ſequitur L. δειπνίσας, male, RS. *f* γενόμενα. an γεγονέναι? an deeſt verbum καταγγέλϑαι, aut ſimile? *g* οὐ μόνον οὐκ. ſecutus ſum emendationem Leunclavii manifeſtam. nam quod vulgo legitur μόνον οὐκ, tolerari non poteſt.

§ 144. (l. 58.) μηδένα ἐστρατευμένον] Ne eſſet neceſſe militares animos metu frequentiorum accuſationum ſollicitare, aut irritare conſuetudine: ac ne Senatui multus in delictis militum cognoſcendis locus eſſet ad gratiam formidinemve: ac ne ipſi Tiberio major inde invidia majusve periculum ſuccreſceret.

§ 145. (l. 63.) ἐκ δὲ τῶν ἐρώτων] De libidinibus Tiberii multa ac fœda Suetonius c. 43. 44. 45.

§ 146. (l. 65.) Μάριος ὁ Σέξτος] Non adeo quod filiam Marii appeteret, quam quod opibus ejusdem Tiberius inhiaret, exitium illi paratum tradit Tacitus VI. 19. ad annum Tiberii XX. *Sextus Marius, Hiſpaniarum ditiſſimus, defertur inceſtaſſe filiam, & ſaxo Tarpejo dejicitur. Ac ne dubium haberetur, magnitudinem pecuniæ malo vertiſſe, aurariasque ejus, quanquam publicarentur, ſibimet Tiberius ſepoſuit.*

§ 147. (l. 79.) τοῦ Δρούσου] Druſum & Neronem, Germanici filios, varia fraude inductos, ut & concitarentur ad convicia, & concitati perderentur, accuſavit per litteras, amariſſime congeſtis etiam probris, & Druſum in ima detentum parte palatii necavit adeo alimentis ſubductis nonum in diem, ut tomentum e culcita tentaverit mandere. vide Suetonium c. 54. Tacit VI. 23. ad annum Tiberii XX.

§ 148. (l. 79.) τῆς Ἀγριππίνης] Agrippinam a Germanico relictam viduam, neptem Auguſti, Agrippæ Juliæque filiam, nurum ſuam, poſt multas injurias, conjugisque veneno per Piſonem ſublati necem, teſte Suetonio c. 53. *in Pandatariam inſulam relegavit: convitiantique oculum per centurionem verberibus excuſſit. Rurſus mori inedia deſtinanti, per vim ore diducto, infulciri cibum juſſit. Sed & perſeverantem atque ita abſumtam, crimino ſiſſime inſectatus eſt, cum diem quoque natalem ejus inter nefaſtos referendum ſuaſiſſet.* Ex Taciti VI. 25. conſtat, exſtinctam XV. Kal. Nov. anni Tiberii XXI. eadem die qua ante biennium Sejanus perierat, actæque Tiberio grates, quod non laqueo ſtrangulata, neque in Gemonias projecta foret: decretumque ut illa die per omnes annos donum Jovi ſacraretur.

§ 149. (l. 81.) ὑπὸ τοῦ Σηϊανοῦ πάντα] Imo *poſt Sejani interitum vel ſæviſſimus extitit, quo maxime apparuit, non tam ipſum a Sejano concitari ſolitum, quam Sejanum quærenti occaſiones ſubminiſtraſſe.* Sueton. c. 61.

§ 150. (l. 86.) κρυφϑῆναί που] Non ſub terra occultatas Druſi ac Neronis reliquias, ſed ita diſperſas, ut vix quandoque colligi poſſent, traditum Suetonio, c. 54.

§ 151. (l. 88.) ἡ Πλαγκίνα ἡ Μουνατία] Hæc Munatii Planci Conſularis filia, uxor Cn. Piſonis, cujus communi ſcelere peremtus Germanicus fuerat. De ea Tacitus VI. 26. *Cæterum Agrippinæ pernicies, quod vix credibile, Plancinam traxit. Nupta olim Cn. Piſoni, & palam læta morte Germanici: cum Piſo caderet, precibus Auguſtæ, nec minus inimicitiis Agrippinæ defenſa erat. Ut odium & gratia deſiere, jus valuit, petitaque criminibus haud ignotis, ſua manu, ſera magis quam immerita ſupplicia perſolvit.*

§ 152. (l. 92.) ταμίας ὄυκ ἐν τοῖς πρώτοις] Ita ut aliquot annos Tiberius paſſus eſſet effluere ad Quæſturam, ab tempore, quo viginti jam natus annos, in avi contubernio, Capreis Cajus, Germanici filius, togam ſumſiſſet, barbamque poſuiſſet, quod eadem die factum, & ſine ullo honore a Tiberio tranſmiſſum notat Suetonius Caligula c. 10.

§ 153. (l. 94.) πέντε ἔτεσι ϑᾶσσον] Vide ad p. 516. B. & ad p. 477. D.

§ 154. (l. 98.) Τιβέριον τὸν ἔκγονον] Tiberium gemellum, Druſi & Liviliæ filium; de quo infra p. 640. B.

Ταῦτά τε ἅμα ἔπραττε, καὶ τὸν Γάϊον [152] ταμίαν οὐκ ἐν τοῖς πρώτοις ἀπέδειξεν, ἐς δὲ δὴ τὰς ἄλλας ἀρχὰς [153] πέντε ἔτεσι θᾶσσον τοῦ καθήκοντος προβιβάσειν ὑπέσχετο· καίτοι καὶ τῆς γερου- 95 σίας δεηθεὶς, ὅπως μήτε πολλαῖς μήτ' ἀκαίροις τιμαῖς αὐτὸν, μὴ καὶ ἐξοκείλῃ ποι, ἐπαίρειν. εἶχε μὲν γὰρ καὶ τὸν [154] Τιβέριον τὸν ἔκγονον· ἀλλ' ἐκεῖνον μὲν διά τε τὴν ἡλικίαν, (ἔτι γὰρ παιδίον E ἦν) καὶ διὰ τὴν ὑποψίαν, ([155] οὐ γὰρ ἐπιστεύετο τοῦ Δρούσου παῖς εἶναι) παρεώρα· τῷ δὲ δὴ Γαΐῳ [156] ὡς καὶ μοναρχήσοντι προσεῖχε, καὶ μάλισθ' ὅτι τὸν Τιβέριον καὶ ὀλίγον χρόνον βιώσεσθαι, καὶ ὑπ' αὐτοῦ ἐκείνου φονευθήσεσθαι [157] σαφῶς ἠπίστατο. ἠγνόει μὲν γὰρ οὐδὲν οὐδὲ τῶν κατὰ τὸν Γάϊον· ἀλλὰ καὶ εἶπέ ποτε αὐτῷ, διαφερομένῳ 636 πρὸς τὸν Τιβέριον, ὅτι, [158] Σύ τε τοῦτον ἀποκτενεῖς, καὶ σὲ ἄλλοι. οὔτε δὲ ἕτερόν τινα ὁμοίως πάνυ προσήκοντα ἑαυτῷ ἔχων, καὶ ἐκεῖνον [159] κάκιστον εἰδὼς ἐσόμενον, ἀσμένως (ὥς φασι) τὴν ἀρχὴν αὐτῷ ἔδωκεν [160] ὅπως τά τε ἑαυτοῦ τῇ τοῦ Γαΐου ὑπερβολῇ συγκρυφθῇ, καὶ τὸ πλεῖον τό, τε εὐγενέστατον τῆς λοιπῆς βουλῆς καὶ μετ' αὐτὸν φθαρῇ. λέγεται γοῦν πολλάκις ἀναφθέγξασθαι τοῦτο δὴ [161] τὸ ἀρχαῖον,

Ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί.

πολλάκις δὲ [162] καὶ τὸν Πρίαμον μακαρίσαι, ὅτι ἄρδην [b] μετὰ τῆς πατρίδος καὶ μετὰ τῆς βασιλείας ἀπώλετο. καὶ τεκμαίρονταί γε ἀληθῆ ταῦτα B περὶ αὐτοῦ γεγράφθαι τοῖς τότε γενομένοις. τοσοῦτον γὰρ πλῆθος τῶν τε ἄλλων καὶ τῶν βουλευτῶν ἀπώλετο, ὥστε τοὺς ἄρχοντας τοὺς κληρωτούς, τοὺς μὲν ἐστρατηγηκότας, ἐπὶ τρία, τοὺς δ' ὑπατευκότας, ἐπὶ ἓξ ἔτη τὰς ἡγεμονίας τῶν ἐθνῶν, [163] ἀπορίᾳ τῶν διαδεξομένων αὐτούς, σχεῖν. τί γὰρ

23. Cajum quoque Cæſarem non inter primos quæſtorem fecit, ad reliquos magiſtratus quinquennio, quam leges ferrent, maturius ſe eum evecturum pollicitus. Interim orabat ſenatum, ne eum multis ac intempeſtivis honoribus extollerent, velut a recto vitæ curſu deflexurum. Erat quidem ipſi nepos etiam nomine Tiberius, verum eo & propter ætatem, quod puer erat adhuc, & propter ſuſpicionem, quod non credebatur eſſe Druſi filius, neglecto; Cajo tanquam imperii ſucceſſori, deditus erat, eo magis, quod Tiberium haud diu victurum, ac ab ipſo Cajo interemtum iri compertum habebat. Nihil enim eorum, quæ etiam Cajo eſſent eventura, ignorabat: & quodam tempore ei cum Tiberio litiganti, Tu quidem, inquit, hunc occides, te vero alii. Enimvero neque alium quenquam ſanguine ſibi conjunctiorem habebat, & ſciens Cajum peſſime victurum, haud illibenter imperium ei fertur tradidiſſe; ut & ſua facinora Caji gravioribus flagitiis occultarentur, & maxima ac nobiliſſima ſenatus pars, quæ reliqua eſſet, poſt ſuam mortem interficeretur. Sæpe vero recitaſſe memoratur antiquum hoc, A.U.C.786 Serv. Galba & Corn. Sulla COSS.

Deflagret omnis terra memet mortuo.

Priamum quoque crebro beatum dixiſſe, cujus interitus cum exitio patriæ & regni totius fuiſſet conjunctus. Quæ quidem vere de eo ſcripta eſſe, oſtendunt illa quæ eo tempore evenerunt. Tantus enim ſub Tiberio ſenatorum (ne reliquos dicam) numerus periit, ut ſorte ducti provinciarum præſides, prætorii quidem per triennium, conſulares per ſexennium præfuerint, quum non ſuppeterent ſucceſſores: ne jam electos ab ipſo referam, quibus

b μετὰ τῆς πατρίδος. magis emphatice Xiph. καὶ μετὰ τῆς πατρίδος.

§ 155. (l. 100.) οὐ γὰρ ἐπιστεύετο Δρούσου παῖς εἶναι] Propter adulterium Sejani cum Livilla, Druſi perfida conjuge, p. 618. A. Sueton. c. 62. *ne nepotibus quidem parſurus creditur, cum & Cajum ſuſpectum haberet, & Tiberium, ut ex adulterio conceptum, aſpernaretur.*

§ 156. (l. 2.) ὡς καὶ μοναρχήσοντι] Confer Sueton. Caligula c. 12.

§ 157. (l. 4.) σαφῶς ἠπίστατο] Conf. p. 555. E. & 616. A. Quam certa & explorata hæc fuerit in illo ſcientia, ſatis conſtat ex iis, quod in teſtamento Cajum & Tiberium ſibi invicem ſubſtituit, teſte Suetonio c. 76. quod extrema ſua ipſe ſtrenue ignoravit. vide p. 638. C. Et quoniam ipſe ſe Tiberius credidit decem annis diutius victurum quam vixit, quomodo Cajo vel Tiberio nepoti eventura prævidere perſpicue potuit, cum alter ne annum quidem, Cajus non quadriennium integrum ipſi fuerit ſuperſtes?

§ 158. (l. 7.) σύ τε τοῦτον ἀποκτενεῖς] Refert & Tacitus VI. 46.

§ 159. (l. 10.) κάκιστον εἰδὼς] Suetonius Caligula c. 11. *Ferum Caji ingenium ſagaciſſimus ſenex ita prorſus perſpexerat, ut aliquoties prædicaret, exitio ſuo omniumque Cajum vivere: & ſe natricem* (ſerpentis id genus) *populo Romano, Phaëtontem orbi terrarum educare.*

§ 160. (l. 11.) ὅπως τά τε ἑαυτοῦ] Similis ſuſpicio, quam de Auguſto Tiberium ſibi legente ſucceſſorem expoſuit Dio ſupra p. 599. E. ſed ſimiliter fere incredibilis. Propius enim vero eſt, neminem alium, quem præferret, Tiberium habuiſſe, qui fortaſſe, ſi diutius vixiſſet, Cajum etiam fuiſſet interfecturus. Sueton. c. 62. atque ita etiam illud facere habuit in animo, non obſtante miro obſequio Caji, de quo Sueton. Caligula c. 10. ut Philo teſtetur, ter eum exitio ereptum a Macrone, legat. ad Cajum p. 774. anxioque de ſucceſſore Tiberio, & in verum nepotem (ex Druſo filio) proniori, dixiſſe Thraſyllum mathematicum, *non magis Cajum imperaturum, quam per Bajanum ſinum equis diſcurſurum.* Sueton. c. 19.

§ 161. (l. 15.) τὸ ἀρχαῖον] Suſpicor eſſe Euripidei Siſyphi vel Bellerophontis. Reſpicit Cicero III. de finibus c. 19. *illa vox inhumana & ſcelerata ducitur eorum, qui negant ſe recuſare, quo minus ipſis mortuis terrarum omnium deflagratio conſequatur, quod vulgari quodam verſu Græco pronunciari ſolet.* Seneca II. 2. de clementia ad Neronem: *Illud mecum conſidero, multas voces magnas ſed deteſtabiles in vitam humanam perveniſſe, celebresque vulgo ferri, ut illam, oderint dum metuant. Cui Græcus verſus ſimilis eſt, qui ſe mortuo terram miſceri ignibus jubet.* Ex his Ciceronis ac Senecæ teſtimoniis patet, non eſſe, quod Eraſmum reprehendat Jo. Brodæus lib. VI. Miſcell. c. 15. quia in adagiis πυρὶ non *ætheri* vertit, ac ſi ſenſus ſit, *me miſceantur ſumma mortuo infimis:* ſed tranſtulit, ut voces ſonant, *me mortuo conflagret humus incendiis,* ſive, *deflagret omnis terra me morti dato.* Immanius autem eſt, quod de Nerone Suetonius c. 38. *Dicente quodam in ſermone communi,* ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί, *imo inquit,* ἐμοῦ ζῶντος, perinde ut Rufinus apud Claudianum lib. II. 19. *Everſo juvat orbe mori, ſolatia letho exitium commune dabit.* Paullo humanior vox Hiskiæ 2 Reg. XX. 19. *Sit pax & veritas in diebus meis.* Verſus ἐμοῦ θανόντος exſtat etiam apud Stobæum eclog. p. 186. cum hoc epiphonemate: οὐδέν μέλει μοι, τἀμὰ γὰρ καλῶς ἔχει.

§ 162. (l. 17.) καὶ τὸν Πρίαμον μακαρίσαι] Idem ex Dione repetunt non modo Zonaras & Xiphilinus, ſed Suidas quoque in Τιβέριος. Idem a Sueton. traditum c. 62. *Identidem felicem Priamum vocabat, quod ſuperſtes omnium ſuorum extitiſſet.* Priamus quinquaginta habuit filios, quos omnes in bello Trojano amiſit, undeviginti ex Hecuba conjuge, ceteros ex pellicibus genitos. Homerus Iliad. ω. 495. Cic. lib. I. Tuſculanarum c. 35. *Priamum tanta progenie orbatum, cum in aram fugiſſet, hoſtilis manus interemit.* Inde deſperabundorum votum apud Senecam Troadibus v. 152. *Felix Priamus! dicimus omnes: ſecum excedens ſua regna tulit. — Felix Priamus! felix quisquis bello moriens omnia ſecum conſumta videt.*

§ 163. (l. 25.) ἀπορίᾳ τῶν διαδεξομένων αὐτούς] Continuata per plures annos præfectis provinciarum imperia tangunt etiam

A.U.C.786 Serv. Galba & Corn. Sulla COSS.

bus ſtatim ab initio ad plurimos annos imperium dabat. Inter eos, qui tum necati ſunt, etiam Gallus fuit, cum quo vix tandem ſe Tiberius dicebat in gratiam rediiſſe. Ita modo quodam inuſitato efficiebat, ut vita nonnullis ſupplicium, mors beneficium eſſet.

A.U.C.787 L. Vitellio & Fab. Perſico COSS.

24. Viceſimo deinde anno imperii inſtante, licet ipſe frequens in Albano & Tuſculi eſſet, tamen in urbem non venit. Sed conſules L. Vitellius, & Fabius Perſicus, decennium nuncupavere, tanquam ei, ut Auguſto uſitatum, tunc imperium prorogarent. Verum hi ludos decennales ſimul & celebrarunt, & pœnas dederunt. Nam reorum jam nullus abſolvebatur, omnes damnabantur, plerique ex literis Tiberii, & quæ quæſtionibus actis Macro comperiſſe ferebat: reliqui ex iis, quæ de conſiliis ipſorum Tiberius & Macro ſuſpicabantur. Rumorque vagabatur, ideo ipſum Romam non ingredi, ne præſenti damnationes pudori eſſent. Alii igitur a carnificibus necabantur, alii ſibi mortem ipſi conſciſcebant: inter quos Pomponius Labeo, qui a prætura, Myſiæ octo annos præfuerat, quum una cum uxore, quod ſe pecunia corrumpi paſſus eſſet, arceſſeretur, voluntariæ mortis eam ſociam habuit. At Mamercus Æmilius Scaurus, cum neque provinciam adminiſtraſſet, neque donorum acceptorum reus eſſet, ob tragœdiam a ſe ſcriptam damnatus, graviora iis, quæ compoſuerat, mala perpeſſus eſt. Atreus carmini titulus erat. Et monebat in eo Atreus quendam e ſuis ſubditis, ſecundum Euripidem, ut imperantis ſtultitiam ferret. Quo cognito Tiberius, in ſe tunc dictum illud flexum eſſe ajebat, Atreique ſe propter patrata parricidia nomine notatum, ſed Ajacem ſe de Scauro

γὰρ ἄν τις ἔχοι τοὺς αἱρέτους ὀνομάζειν, [illegible] ἀπὸ πρώτης ἐπὶ πλεῖστον ἄρχειν ἐδίδου; ἐν [illegible] τοῖς τότε ἀποθανοῦσι [164] καὶ Γάλλος ἐγένετο. τότε γὰρ αὐτῷ μόλις (ὡς αὐτὸς εἶπε) [165] κατηλλάγη. οὕτω που, παρὰ τὸ νομιζόμενον, καὶ τὴν ζωὴν τιμωρίαν τισὶ, καὶ τὸν θάνατον, εὐεργεσίαν ἐποίει. C

Μετὰ δὲ ταῦτα εἰκοστοῦ ἔτους τῆς ἀρχῆς ἐπιστάντος, αὐτὸς μὲν, καίτοι περί τε τὸ Ἀλβανὸν καὶ περὶ τὸ Τούσκουλον διατρίβων, οὐκ ἐσῆλθεν ἐς τὴν πόλιν, οἱ δ᾽ ὕπατοι Λούκιός τε Οὐιτέλλιος καὶ Φάβιος [i] Περσικὸς τὴν [166] δεκετηρίδα ὠνόμαζον, ὡς καὶ τὴν ἡγεμονίαν αὖθις αὐτῷ κατὰ τὸν Αὔγουστον διδόντες. τήν τε οὖν ἑορτὴν ἅμα ἐποίουν καὶ ἐκολάζοντο. ἀφείθη μὲν γὰρ τῶν αἰτιαθέντων τότε οὐδεὶς, [167] πάντες δ᾽ ἡλίσκοντο, οἱ μὲν πλείους, ἐκ τῶν τοῦ Τιβερίου [k] γραμμάτων, καὶ [168] ἐκ τῶν τοῦ Μάκρωνος βασάνων, οἱ δὲ δὴ λοιποὶ, ἐξ ὧν βουλεύεσθαι σφᾶς ὑπώπτευσι. καὶ ἐθρυλλεῖτό γε ὅτι δι᾽ αὐτὸ τοῦτο οὐδ᾽ ἐς τὴν Ῥώμην ἀφικνεῖτο, ἵνα μὴ, παρὼν, ταῖς καταδίκαις αἰσχύνοιτο. ἄλλοι τε οὖν, οἱ μὲν ὑπὸ τῶν δημίων, [169] οἱ δὲ ὑφ᾽ ἑαυτῶν ἀπέθανον, καὶ [170] Πομπώνιος Λαβεών. καὶ οὗτος μὲν τῆς ποτε Μυσίας ὀκτὼ ἔτεσι μετὰ τὴν στρατηγίαν ἄρξας, καὶ δώρων μετὰ τῆς γυναικὸς γραφεὶς, ἐθελοντὴς σὺν αὐτῇ διεφθάρη. [l] Μαμέρκος δὲ δὴ [171] Αἰμίλιος Σκαῦρος, μήτ᾽ ἄρξας τινῶν, μήτε δωροδοκήσας, ἑάλω τε [172] διὰ τραγῳδίαν, καὶ παθήματι δεινοτέρῳ ὧν συνέγραψε περιέπεσεν. [173] Ἀτρεὺς μὲν τὸ ποίημα ἦν· παρῄνει δὲ τῶν ἀρχομένων τινὶ ὑπ᾽ αὐτοῦ, [174] κατὰ τὸν Εὐριπίδην, ἵνα τὴν τοῦ κρατοῦντος ἀβουλίαν φέρῃ. μαθὼν οὖν τοῦτο ὁ Τιβέριος, ἐφ᾽ ἑαυτῷ τότε τὸ ἔπος εἰρῆσθαι ἔφη, Ἀτρεὺς διὰ τὴν μιαιφονίαν εἶναι προσποιησάμενος· 637

D E

i Περσικὸς. hoc verum nomen Conſulis revocavimus ex editione Roberti, cum ſequentes nimis faciles ſe præbuerint Xylandro, qui Πρίσκος ſcribendum eſſe cenſuerat. vide F. & Pighii Annales ad A. U. C. 786. Fabii cognomento Perſici dicebantur, uti poſt Perizonium notavit Cl. Heineccius ad leg. Jul. & Pap. Pop. p. 159. pro ſequenti δεκετηρίδα, ad marginem δεκαετηρίδα poſuit L. ſed ſine neceſſitate, ut ſæpius jam monuimus, & hoc loco pariter docet F. k γραμμάτων. debetur hoc emendationi Xyl. & receptum jam fuit ab HS. & L. at πραγμάτων RS, & V. b. l Μαμέρκος. pro vulgato Μάρκος, quod & Xiph. habet. vide F.

etiam Tacitus lib. I. Annal. c. 80 & lib. IV. c. 6. et Suetonius c. 41. ſed potius tribuunt ſocordiæ Tiberii, & quod noluit per ſingulos annos deſignandis novis anxium invidumque animum intendere. Addit & aliam rationem Joſephus XVIII. 4 quod provinciis minus graves eſſe duceret præſides & procuratores, qui per longius tempus præeſſent, velut muſcis identidem novis avidius ſanguinem corporum quæ involant exſugentibus.

§ 164. (l. 28.) καὶ Γάλλος] Aſinius Gallus, de quo pag. 622. B,

§ 165. (l. 29.) κατηλλάγη] Supra p. 622 E.

§ 166. (l. 36.) δεκετηρίδα] Utrumque in veterum ſcriptis reperimus, δεκετηρίδα & δεκαετηρίδα, ſicut δεκέτης & δεκαετής, πεντετής & πενταέτης, πενταετηρικὸς & πεντετηρικὸς. De prioribus Tiberiani imperii decennalibus mentio p. 619. A. Mirum porro videri poteſt, nec vicennalium a Conſulibus hujus anni celebratorum, neque damnationis Conſulum mentionem a Tacito fieri. Pro Priſci Conſulis nomine reponendum *Perſici*, ut notarunt eminentiſſimus Noriſius in epiſtola conſulari & Chriſtianus Sigiſmundus Liebe in Gotha nummaria p. 276.

§ 167. (l. 40.) πάντες δ᾽ ἡλίσκοντο] Eodem Tacito VI. 19. teſte, Tiberius *irritatus ſuppliciis, cunctos, qui carcere attinebantur accuſati ſocietatis cum Sejano, necari juſſit.* Suetonius c. 61. *Nemini delatorum fides abrogata: omne crimen pro capitali receptum.*

§ 168. (l. 42.) ἐκ τῶν τοῦ Μάκρωνος βασάνων] Haud minus validum ad exitia Macronis odium, quam amicitiam Sejani, Macronemque eaſdem artes occultius exercuiſſe, Tacitus VI. 29. ſcribit.

§ 169. (l. 48.) οἱ δὲ ὑφ᾽ ἑαυτῶν] Conf. p. 630. D.

§ 170. (l. 49.) Πομπώνιος Λαβεών] Pomponii hujus, ex Mœſia cum legione ad compeſcendum Thracum tumultum venientis, meminit Tacitus IV. 47. ad annum XIII. Tiberii. Idem VI. 29. ad annum XXI. *At Romæ cæde continua, Pomponius Labeo, quem præfuiſſe Mœſiæ retuli, per abruptas venas ſanguinem effudit, æmulataque eſt conjux Praxea.*

§ 171. (l. 53.) Μαμέρκος δὲ δὴ Αἰμίλιος Σκαῦρος] Sic omnino legendum, pro Μάρκος, ut recte Lipſius ad Tacitum annotavit An. VI. 29. nota 80. Atque ita pro Maximo Scauro apud Tacitum XV. 50. Mamerci Scauri nomen reponendum conjicit Ezech. Spanhemius T. II. operis de uſu numiſmatum p. 37. quod frequens in Æmilia familia Mamerci prænomen vel cognomen, Maximi minime.

§ 172. (l. 54.) διὰ τραγῳδίαν] Tacitus VI. 29. *Mamercus dein Scaurus rurſum poſtulatur, inſignis nobilitate & orandis cauſſis, vita probroſus. - - Macro detulerat argumentum tragœdiæ a Scauro ſcriptæ, additis verſibus qui in Tiberium flecterentur.* Idem, quem oratorem ſua ætate uberrimum vocat III. 31. & cujus dicta varia refert Seneca pater, diſertiſſimumque & venuſtiſſimum vocat controverſia 4. non minus negligentiam accuſans Præf. lib. V. Controverſ. ubi orationes ejus ſeptem SCto combuſtas memorat.

§ 173. (l. 56.) Ἀτρεὺς μὲν τὸ ποίημα ἦν] Notum eſt, a Tragicis induci Atreum hoſtiles inimicitias exercentem cum fratre Thyeſte, ejusque interfectorum liberorum carnes apponentem ei in convivio. Euripidis Atreus memoratur ab Arriano lib. I. Epictetearum c. 28. Scripſerat Atreum quoque Sophocles, & e Latinis L. Accius.

ως καὶ ὑπειπὼν ὅτι, Καὶ [175] ἐγὼ οὖν Αἴαντα αὐτὸν ποιήσω, ἀνάγκην οἱ προσήγαγεν αὐτοχειρὶ ἀπολέσθαι. οὐ μὴν καὶ ἐπὶ τούτῳ κατηγορήθη, ἀλλ' [176] ὡς τὴν Λιουίλλαν μεμοιχευκώς. πολλοὶ γὰρ δὴ καὶ ἄλλοι δι' αὐτὴν οἱ μὲν ἐπ' ἀληθείας, οἱ δὲ ἐκ συκοφαντίας, ἐκολάσθησαν.

Τούτων δ' οὕτως ἐν τῇ Ῥώμῃ γιγνομένων, οὐδὲ τὸ ὑπήκοον ἡσύχαζεν· ἀλλ' ἐπειδὴ τάχιστα νεανίσκος τις, [177] Δροῦσος λέγων εἶναι, περί τε τὴν B Ἑλλάδα καὶ περὶ τὴν Ἰωνίαν ὤφθη, καὶ ἐδέξαντο αὐτὸν ἀσμένως αἱ πόλεις καὶ συνῄροντο. κἂν ἐς τὴν Συρίαν *προχωρήσας τὰ στρατόπεδα κατέσχεν, [178] εἰ μὴ γνωρίσας τις αὐτὸν κατέσχε, καὶ πρὸς τὸν Τιβέριον ἀνήγαγεν. ἐκ δὲ τούτου Γάιος μὲν Γάλλος καὶ Μάρκος Σερουίλιος ὑπάτευσαν. Τιβέριος δὲ ἐν Ἀντίῳ [179] τοὺς τοῦ Γαΐου γάμους ἑώρταζεν. ἐς γὰρ τὴν Ῥώμην οὐδὲ δι' ἐκείνους ἐσελθεῖν ἠθέλησεν, ἐπειδὴ [180] Φουλκίνιός τις Τρίων, φίλος μὲν τοῦ Σεϊανοῦ γεγονώς, σφόδρα δ' αὐτῷ διὰ τὰς συκοφαντίας κεχαρισμένος, κατηγορηθείς C τε παρεδόθη, καὶ δείσας ἑαυτὸν προαπέκτεινε, πολλὰ μὲν ἐκεῖνον, πολλὰ δὲ καὶ τὸν Μάκρωνα ἐν ταῖς διαθήκαις λοιδορήσας. καὶ οἱ μὲν παῖδες αὐτοῦ οὐκ ἐτόλμησαν αὐτὰς δημοσιεῦσαι· ὁ δὲ δὴ Τιβέριος, μαθὼν τὰ γεγραμμένα, ἐς τὸ βουλευτήριον σφᾶς [181] ἐσκομισθῆναι ἐκέλευσεν. ἥκιστά τε γὰρ αὐτῷ τῶν τοιούτων ἔμελε, καὶ τὰς κατηγορίας καὶ λανθανούσας ἔσθ' ὅτε ἐς τοὺς πολλοὺς ἑκὼν, ὥσπερ τινὰς ἐπαίνους, ἐξέφαινεν. ἀμέλει καὶ ὅσα [182] ὁ Δροῦσος, οἷα ἔν τε ταλαιπωρίᾳ ὢν καὶ κακοπαθῶν, ἐξελάλησε, καὶ ταῦτα ἐς τὴν βουλὴν ἐσέπεμD ψε. Τρίων μὲν οὖν οὕτως ἀπέθανε. Ποππαῖος δὲ Σαβῖνος, τῆς τε Μυσίας ἑκατέρας, καὶ προσέτι καὶ τῆς Μακεδονίας, ἐς ἐκεῖνο τοῦ χρόνου παρὰ πᾶσαν (ὡς εἰπεῖν) τὴν τοῦ Τιβερίου ἀρχὴν ἡγεμονεύσας, [183] ἥδιστα προαπηλλάγη, πρὶν τινα αἰτίαν λαβεῖν. καὶ αὐτὸν [184] ὁ Ῥηγοῦλος ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς διεδέξατο. καὶ γὰρ [185] ἡ Μακε-

Scauro facturum: compuliſque hominem ad inferendas ſibi ipſi manus. Non tamen hoc accuſatus fuit nomine, ſed ob adulterii cum Livilla conſuetudinem. Quippe complures etiam alii propter hanc, partim merito ſupplicio, partim per calumniam fuere puniti. A.U.C.787 L. Vitellio & Fab. Perſico COSS.

25. Eo Romæ rerum ſtatu, ne ſubditi quidem quieverunt. Druſum ſe adoleſcens quidam eſſe jactabat. Is per Græciam & Ioniam viſus, atque ab urbibus ultro acceptus, & auxilio firmatus, haud dubie veniſſet in Syriam, exercitusque occupaſſet, niſi quis eum agnitum detinuiſſet, & ad Tiberium miſiſſet. Secuti conſules C. Gallus, M. Servilius. Tiberius Antii nuptias Caji Caligulæ celebravit. Nam ne harum quidem nuptiarum cauſa Romam venire volebat, quia Fulcinius Trio, qui amicus quondam Sejani, ipſi propter quadruplationes gratiſſimus, accuſatus fuerat, ac datus in cuſtodiam, præque metu ſe ipſum ante diem occiderat, multis in teſtamento ſuo in ipſum Tiberium, multis in Macronem conviciis relictis. Id teſtamentum quum liberi ejus non auderent publicare, ipſe, ubi quid ſcriptum in eo eſſet cognovit, in ſenatum afferri juſſit: minime convicia iſta curans, qui occultas etiam de ſe querelas ſæpius in vulgus edi, tanquam laudes ſuas, volebat. Illa certe ipſa quoque, quæ Druſus in tantis miſeriis & malis verba protuliſſet, ad ſenatum ſcripta miſit. Trio quidem ita periit. Poppæus autem Sabinus, qui ad id usque temporis per omnem fere Tiberii principatum Myſiæ utrique & Macedoniæ præfuerat, jucundiſſime vita deceſſit ante quam aliquod ei crimen impingeretur. Ei in præfectura Regulus ſucceſſit: cui Macedonia, &, ſi quibusdam cre- A.U.C.788 C. Gallo & M. Servilio COSS.

§ 174. (l. 58.) κατὰ τὸν Εὐριπίδην] Verſus Tragici: τὰς τοῦ κρατοῦντος χρὴ ἀβουλίας φέρειν, cui geminum illud in Phœniſſis v. 396. τὰς τῶν κρατούντων ἀμαθίας φέρειν χρεών, ad quod reſpicit Cicero lib. II. ad Atticum epiſt. 25. *Sed nos tenemus præceptum illud: τὰς τῶν κρατούντων.*

§ 175. (l. 62.) ἐγὼ οὖν Αἴαντα αὐτὸν ποιήσω] Ut Atreus, ita Ajax quoque multarum materia tragœdiarum, ut vel ex Augusti notum Ajace, apud Suetonium c. 85. quem in ſpongiam incubuiſſe dixit, ut Ajax Homericus in ferrum, ſe ipſum interimens gladio quem ab Hectore donum tulerat.

§ 176. (l. 65.) ὡς τὴν Λιουίλλαν] Livillam ſive Liviam conjugem Druſi. Tacitus VI. 29. *Verum ab Servilio & Cornelio accuſatoribus, adulterium Liviæ, magorum ſacra* (veneficia quibus tentatus ſit Druſus) *objectabantur.* Majeſtatis reum factum Scaurum Mamercum, in quo Scaurorum familia extincta eſt, notat Seneca pater in extremo ſuaſoriæ ſecundæ.

§ 177. (l. 70.) Δροῦσος λέγων εἶναι] De tumultu ſimili, quem movit quidam Pſeud-Agrippa, vide dicta p. 613. C. De hoc Pſeudo-Druſo autem, qui Druſum Germanici filium (de cujus nece p. 635. B.) ſe ſimulavit, Tacitus lib. V. c. 10.

§ 178. (l. 74.) εἰ μὴ γνωρίσας τις] Fuit hic Poppæus Sabinus Macedoniæ præfectus & Mœſiæ Achajæque. Hic Pſeudo-Druſum cognovit Nicopoli, ſollertiusque interrogatum quisnam foret, comperit M. Silano genitum (ſocero Caligulæ) & multis ſectatorum dilapſis aſcendiſſe navem, tanquam Italiam peteret. Hæc Sabinus ſcripſit Tiberio: *Neque nos*, inquit Tacitus, *originem finemque ejus rei ultra comperimus.*

§ 179. (l. 77.) τοὺς τοῦ Γαΐου γάμους] Caji Caligulæ nuptias cum Claudia ſive Claudilla, M. Silani, nobiliſſimi viri filia. Sueton. Caligula c. 12. & Tacitus VI. 20. ad annum Tiberii, non 22. ut Dio, ſed 20. Servio Galba & L. Sulla Coſſ. Antium maritimum oppidulum Romæ vicinum.

§ 180. (l. 79.) Φουλκίνιός τις Τρίων] Memmii Reguli in conſulatu collega, illo anno quo Sejanus pœnas luit. ſupra p. 626. C. Tacitus VI. 38. *Non Tiberium, quanquam triennio poſt cædem Sejani, quæ cæteros mollire ſolent, tempus, preces, ſatias, mitigabant, quin incerta vel abolita pro graviſſimis & recentibus puniret. Eo metu Fulcinius Trio, ingruentes accuſatores haud perpeſſus, ſupremis tabulis multa & atrocia in Macronem ac præcipuos libertorum Cæſaris compoſuit: ipſi fluxam ſenio mentem, & continuo abſceſſu velut exilium objectando.* De teſtamentorum licentia vide quæ viri docti ad Sueton. Auguſt. c. 56.

§ 181. (l. 86.) ἐσκομισθῆναι ἐκέλευσεν] Idem Tacitus: *Quæ ab heredibus occultata, recitari Tiberius juſſit, patientiam libertatis alienæ oſtentans, & contemtor ſuæ infamiæ.* (vide ſupra p. 618. C.) *an ſcelerum Sejani diu neſcius, mox quoquo modo dicta vulgari malebat, veritatisque, cui adulatio officit, per probra ſaltim gnarus fieri.* Verum diverſimode illa accepit, teſte Suetonio c. 66. *modo ut præ pudore ignota & celata cuncta cuperet, nonnunquam eadem contemneret & proferret ultro atque vulgaret.*

§ 182. (l. 90.) ὁ Δροῦσος] Per novem dies, quibus inedia confectus eſt, p. 635. B.

§ 183. (l. 95.) ἥδιστα προαπηλλάγη] Tacitus VI. 39. ad annum Tiberii XXII. *Fine anni Poppæus Sabinus conceſſit vita,* (naturali morte extinctus, non ut Xylander, nece ultro ſibi conſcita) *modicus originis, principum amicitia conſulatum ac triumphale decus adeptus, maximisque provinciis per quatuor & viginti annos impoſitus, nullam ob eximiam artem, ſed quod par negotiis, neque ſupra erat.* Idem hic eſt Sabinus, a quo Pſeudo-Druſum Tiberio indicatum paullo ante retuli.

§ 184. (l. 96.) ὁ Ῥηγοῦλος] Memmius Regulus, cujus conſulis opera ad evertendum Sejanum Tiberius uſus fuerat, p. 626. C.

§ 185. (l. 97.) ἡ Μακεδονία καὶ ἡ Ἀχαΐα] Utraque hæc provincia, inter eas quas populo Auguſtus reliquerat p. 503. D. antea regebatur a Proconſulibus, qui eam quotannis ſortiebantur. Sed lib. I. Annal. c. 76. ad annum ſecundum Tiberii, Tacitus: *Achajam & Macedoniam onera deprecantes, levari in præſens proconſulari imperio, tradique Cæſari placuit.* Utramque curatam a Poppæo Sabino, cui Regulus ſucceſſit, docemur ab eodem Tacito V. 10. Poſtea has populo reddidit Claudius, infra p. 680. E.

A.U.C.788 C. Gallo & M. Servilio COSS.

credimus, Achaja quoque, extra ſortem provinciæ dabantur.

26. Sub idem tempus Artabanus Parthiæ rex, mortuo Artaxa, filio ſuo Arſaci Armeniam dedit: idque quum a Tiberio impune tuliſſet, Cappadociam quoque attentavit, & ſuperbius Parthos tractavit. Itaque nonnulli defecerunt ab eo, & miſſis ad Tiberium legatis, regem ſibi unum ex obſidibus petierunt. Iis ſtatim Tiberius Phraatem Phraatis filium, atque hoc in itinere mortuo, Teridatem, regii & ipſum generis, miſit: cui ut expeditius regnum adire liceret, Mithridati Ibero ſcripſit, Armeniam invaderet; ut Artabanus, dum filio opem ferret, domo abſtraheretur. Atque ita factum eſt. Neque tamen diu Teridates regnum tenuit: etenim Scytharum auxilio eum Artabanus non magno labore expulit. Armenia autem Mithridati data eſt, filio, ut videtur, Mithridatis Iberi, fratri Pharasmanis, qui ei in regno Iberiæ ſucceſſit.

A.U.C.789 Sex. Papinio & Q. Plautio COSS.

Sex. Papinio, & Q. Plautio conſulibus, Tiberis multas urbis partes aqua replevit, ita ut navibus perviæ eſſent: incendio longe plura propter Circum & Aventinum perierunt. Itaque Tiberius millies ſeſtertium iis, qui damnum inde tuliſſent, levandis impendit.

27. Quod ſi Ægyptiæ etiam res ad Romanos attinent,

Μακεδονία, ὡς δέ τινές φασι, καὶ ἡ Ἀχαΐα, ἀκληρωτεὶ προσετετάχατο.

Ὑπὸ δὲ δὴ τοὺς αὐτοὺς χρόνους [186] ὁ Ἀρτάβανος ὁ Πάρθος, τελευτήσαντος [187] τοῦ Ἀρτάξου, τὴν Ἀρμενίαν [188] Ἀρσάκῃ τῷ ἑαυτοῦ υἱεῖ ἔδωκε· καὶ ἐπεὶ μηδεμία ἐπὶ τούτῳ τιμωρία παρὰ τοῦ Τιβερίου ἐγένετο, [189] τῆς τε Καππαδοκίας ἐπείρα, καὶ ὑπερηφανώτερον καὶ τοῖς Πάρθοις ἐχρῆτο. ἀποστάντες οὖν τινες αὐτοῦ, [190] ἐπρεσβεύσαντο πρὸς τὸν Τιβέριον, βασιλέα σφίσιν ἐκ τῶν ὁμηρευόντων αἰτοῦντες· καὶ αὐτοῖς τότε μὲν [m] Φραάτην τὸν τοῦ Φραάτου, [191] τελευτήσαντος δὲ ἐκείνου κατὰ τὴν ὁδὸν, [192] Τηριδάτην, ἐκ τοῦ βασιλικοῦ καὶ αὐτὸν γένους ὄντα, ἔπεμψε. καὶ ὅπως [n] γε ὡς ῥᾷστα τὴν βασιλείαν παραλάβῃ, ἔγραψε [o] Μιθριδάτῃ [193] τῷ Ἴβηρι, ἐς τὴν Ἀρμενίαν ἐσβαλεῖν· ἵνα ὁ Ἀρτάβανος τῷ υἱεῖ βοηθῶν, ἀπὸ τῆς [p] οἰκίας ἀπάρῃ. καὶ ἔσχεν οὕτως· οὐ μέντοι καὶ ἐπὶ πολὺ ὁ Τηριδάτης ἐβασίλευσεν. ὁ γὰρ Ἀρτάβανος [194] Σκύθας προσλαβὼν, οὐ χαλεπῶς αὐτὸν ἐξήλασε. τὰ μὲν οὖν τῶν 638 Πάρθων οὕτως ἔσχε. τὴν δ' Ἀρμενίαν ὁ Μιθριδάτης, ὁ Μιθριδάτου μὲν τοῦ Ἴβηρος, ὡς ἔοικε, παῖς, Φαρασμάνου δὲ τοῦ μετ' αὐτὸν τῶν Ἰβήρων βασιλεύσαντος ἀδελφὸς, ἔλαβε. Σέξτου δὲ δὴ [q] Παπινίου μετὰ Κυΐντου Πλαυτίου ὑπατεύσαντος, ὅ, τε Τίβερις πολλὰ τῆς πόλεως ἐπέκλυσεν, ὥστε πλευσθῆναι, καὶ [r] πυρὶ πολὺ πλείω περί τε τὸν ἱππόδρομον καὶ περὶ τὸν Ἀουεντῖνον ἐφθάρη· ὥστε τὸν Τιβέριον [195] δισχιλίας καὶ πεντακοσίας μυριάδας τοῖς ζημιωθεῖσί τι ἀπ' αὐτοῦ δοῦναι. B

Εἰ δέ τι καὶ τὰ Αἰγύπτια πρὸς τοὺς Ῥωμαίους προσήκει,

m Φραάτην, ita emendavit X. idque receperunt ceteri. Φράτην, RS. n γε, HS. L. τε, RS. o Μιθριδάτῃ. Μιθραδάτῃ, L. ad marg. de qua ſcriptione dictum ſub initium librorum Dionis qui exſtant integri. p οἰκίας, melius reponetur οἰκοῖας, ſcil. χώρας, ellipſi Græcis familiari, L. q Παπινίου. Παπιρίου, L. ad marg. ſicut & ad tit. libri, ibidemque X. ſed vide interpretes ad Tacit. VI. 40. Πλαυτίου habent HS. & L. ex emendatione Xyl. pro Πλαύτου, quod RS. r πυρὶ. emendatio eſt Xyl. recepta ab HS. & L. quam confirmat Z. pro περὶ, quod vitioſe exhibet RS.

§ 186. (l. 100.) ὁ Ἀρτάβανος ὁ Πάρθος] Artabanus ſecundus hic eſt, eductus inter Scythas, Mediæ primum, deinde victo Vonone Phraatis filio, etiam Parthorum rex, de quo Joſephus XVIII. c. 2. § 4. & c. 4. § 4. ſq. Hic cum Romanis amicitiam & fœdus pepigerat, auctore Germanico, ut refert Tacitus lib. II. c. 58. De ejus in Tiberium inimicitiis, Sueton. c. 66.

§ 187. (l. 1.) τοῦ Ἀρτάξου] Zenonem, Polemonis regis Pontici filium, intellige, quem ante quatuordecim annos regno magnæ Armeniæ donavit Germanicus, Armenii venerantes regem, Artaxiam conſalutavere, quod illi vocabulum indiderant ex nomine urbis regiæ Artaxata, ut ex eodem Tacito conſtat. c. 57.

§ 188. (l. 2.) Ἀρσάκῃ] Idem Tacitus VI. 31. Artabanus metu Germanici fidus Romanis, æquabilis in ſuos, mox ſuperbiam in nos, ſæviciam in populares ſumpſit, fretus bellis quæ ſecunda adverſus circumjectas nationes exercuerat, & ſenectutem Tiberii ut inermem deſpiciens, *avidusque Armeniæ, cui, defuncto rege Artaxia, Arſacem liberorum ſuorum veterrimum impoſuit*, addita contumelia, & miſſis qui gazam a Vonone relictam in Syria Ciliciaque repoſcerent, ſimul veteres Perſarum ac Macedonum terminos, ſeque invaſurum poſſeſſa Cyro, & poſt Alexandro, per vaniloquentiam ac minas jaciebat. Hic Arſaces a Joſepho XVIII. 3. *Orodes* appellatur, cognomine proprio ſcilicet, cum *Arſaces* eſſet commune nomen omnibus ex ſtirpe regum Parthicorum. Itaque & apud Tacitum VI. 33 idem Arſaces atque Orodes.

§ 189. (l. 4.) τῆς τε Καππαδοκίας ἐπείρα] Cappadociam, poſt Archelai regis mortem, in provinciam Tiberius redegerat, ut dictum p. 613. D.

§ 190. (l. 6.) ἐπρεσβεύσαντο πρὸς Τιβέριον] De hac legatione Tacitus VI. 31. Phrahatem, regis Phrahatis filium, ſibi Regem dari popoſcit. *Cupitum id Tiberio, ornat Phrahatem accingitque paternum ad faſtigium, deſtinata retinens, conſiliis & aſtu res externas moliri, arma procul habere.*

§ 191. (l. 8.) τελευτήσαντος δὲ ἐκείνου] *Phrahates apud Syriam, dum omiſſo cultu Romano, cui per tot annos inſueverat, inſtituta Parthorum reſumit, patriis moribus impar, morbo abſumtus eſt.* Tacitus VI. 32.

§ 192. (l. 9.) Τηριδάτην] Idem Tacitus: *Sed non Tiberius omiſit incepta: Tiridaten ſanguinis ejusdem, æmulum Artabano, reciperandæque Armeniæ Iberum Mithridatem deligit, conciliatque fratri Pharaſmani, qui gentile imperium obtinebat, & cunctis quæ apud Orientem parabantur, L. Vitellium præfecit.* De L. Vitellio Conſulari, Syriæ tunc præfecto, infra p. 661. B. Hic eſt, qui Artabanum ſummis artibus non modo ad colloquium ſuum, ſed etiam ad veneranda legionum Romanarum ſigna pellexit, teſte Suetonio in A. Vitellio c. 2. & in Caligula c. 14. De Tiridatis ſucceſſibus & ſiniſtro tandem per ignaviam exitu, Tacitus VI. 37. 41. 42. 44.

§ 193. (l. 12.) Μιθριδάτῃ τῷ Ἴβηρι] Flavius Joſephus XVIII. 6. tradit, ſimul Hiberorum & Alanorum reges magnis præmiis ſollicitatos a Tiberio, ad inferendum quam primum Artabano bellum. Et Iberos ipſos quidem quieviſſe, ſed Alanis, ſive Maſſagetis, qui Tacito Albani, tranſitum dediſſe per ſuam regionem, & per portas Caſpias immiſiſſe eos in regnum Artabani. Ita Armeniam amiſſam a Parthis, & regionem illorum totam hac incurſione miſere afflictam, multaque millia cum ipſo regis filio (Arſace) cæſa. Tacitus VI. 33. ſq. Iberos primum, deinde Albanos, adſumtis etiam Sarmatis, rem bene geſſiſſe, filium autem regis Artabani graviter vulneratum quidem, falſo tamen pro mortuo habitum, memoriæ prodidit. De hoc eodem Mithridate infra p. 670. A.

§ 194. (l. 15.) Σκύθας προσλαβὼν] Apud eundem Joſephum populi Scytharum, quorum ope pulſi hoſtes, & Artabanus in regnum reſtitutus eſt, *Dahæ* & *Sacæ* appellabantur. Sunt autem inter Scytharum Aſiaticorum populos, teſte Plinio VI. 17. *celeberrimi Sacæ, Maſſagetæ, Dahæ*, De pulſo in fugam, per Artabani ſollertiam & Scytharum auxilia, Tiridate, Tacitus VI. 44.

§ 195. (l. 24.) δισχιλίας πεντακοσίας μυριάδας] Vide ad p. 634. E. ubi de ſimili Tiberii beneficentia. Tacitus VI. 45. *Idem annus gravi igne urbem adficit, deuſta parte Circi, quæ Aventino contigua, ipſoque Aventino. Quod damnum Cæſar ad gloriam vertit, exſolutis domuum & inſularum pretiis. Millies ſeſtertium ea munificentia collocatum, tanto acceptius in vulgum, quanto modicus privatis ædificationibus.*

§ 196. (l. 27.) ὁ φοῖνιξ] Non ad annum Tiberii XXIII. ut Dio, ſed ad annum XXI. hoc refert Tacitus VI. 28. *Paulo Fabio & L. Vitellio Coſſ. poſt longum ſæculorum ambitum, avis phœnix*

προσήκει, [196] ὁ Φοίνιξ ἐκείνῳ τῷ ἔτει ὤφθη· καὶ ἔδοξε πάντα ταῦτα τὸν θάνατον τῷ Τιβερίῳ [s] προσημᾶναι. τότε μὲν γὰρ [197] ὁ Θράσυλλος, [198] τῷ δ' ἐπιόντι ἦρι ἐκεῖνος ἐπὶ [199] Γναίου Πρόκλου καὶ ἐπὶ Ποντίου Νιγρίνου ὑπάτων ἐτελεύτησεν. ἐτύγχανε δὲ [200] ὁ Μάκρων ἄλλοις τε συχνοῖς καὶ τῷ Δομιτίῳ ἐπιβεβουλευκὼς, καὶ ἐγκλήματα καὶ βασάνους κατ' αὐ-
C τῶν ἐσκευωρημένος. οὐ μὴν καὶ πάντες οἱ αἰτιαθέντες ἀπέθανον, διὰ [201] τὸν Θράσυλλον σοφώτατα τὸν Τιβέριον μεταχειρισάμενον. [t] περὶ μὲν γὰρ αὑτοῦ καὶ πάνυ ἀκριβῶς καὶ τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ὥραν, ἐν ᾗ τεθνήξοιτο, εἶπεν· ἐκεῖνον δὲ δὴ δέκα ἄλλα ἔτη ψευδῶς βιώσεσθαι ἔφη, ὅπως ὡς καὶ ἐπὶ μακρότερον ζήσων, μὴ ἐπειχθῇ σφᾶς ἀποκτεῖναι· ὃ καὶ ἐγένετο. νομίσας γὰρ καὶ μετὰ τοῦτο ἐξεῖναί οἱ πάνθ' ὅσα ἐβούλετο κατὰ σχολὴν πρᾶξαι, οὔτ' ἄλλως ἔσπευσε, καὶ τῆς βουλῆς, ἀντειπόντων τι πρὸς τὰς
D βασάνους τῶν ὑπευθύνων, ἀναβαλομένης τὴν καταδίκην σφῶν, [202] οὐκ ὠργίσθη. [203] γυνὴ μὲν γάρ τις ἑαυτὴν τρώσασα, ἐσεκομίσθη τε ἐς τὸ συνέδριον, καὶ ἐκεῖθεν ἐς τὸ δεσμωτήριον ἀπαχθεῖσα, ἀπέθανε. καὶ [204] Λούκιος [u] Ἀρρούντιος, καὶ ἡλικίᾳ καὶ παιδείᾳ προήκων, ἑκούσιος (καίπερ νοσοῦντος ἤδη τοῦ Τιβερίου καὶ νομιζομένου μὴ ῥαΐσειν) ἐφθάρη. [205] τὴν γὰρ τοῦ Γαΐου κακίαν συνιδὼν, ἐπεθύμησε, πρὶν πειραθῆναι αὐτοῦ, προαπαλλαγῆναι, εἰπὼν ὅτι, Οὐ δύναμαι ἐπὶ γήρως δεσπότῃ καινῷ καὶ τοιούτῳ δουλεῦσαι.
E Οἱ δὲ δὴ ἄλλοι, οἱ μὲν καταψηφισθέντες, ἀλλ' ὅτι γε οὐκ ἐξῆν αὐτοὺς [206] πρὸ τῶν δέκα ἡμερῶν ἀποθανεῖν,

attinent, eo anno ibi phœnix apparuit. Hæc omnia viſa ſunt mortem Tiberii prænuntiare. Nam tunc Thraſyllus, Tiberius autem anno inſequenti, Cn. Proculo, Pontio Nigrino conſulibus, mortem obiit. Cæterum Macro permultis, ac inter eos Domitio, inſidias tetenderat, criminibus & quæſtionibus falſo paratis: nec tamen omnes hi ſic inſimulati perierunt, idque propter Thraſyllum, qui Tiberium callidiſſime circumvenit. Quippe quum diem & horam ſuæ mortis præciſe indicaſſet, Tiberium decem adhuc annos victurum falſo affirmavit; ut ſpe longioris vitæ necem eorum non maturaret. Neque id conſilium irritum fuit. Nam Tiberius exiſtimans fore, ut poſt hæc per otium poſſet omnia quæ ſtatuiſſet perficere, nihil feſtinavit: neque offenſus eſt, quum ſenatus judicium diſtuliſſet, quia rei quæſtionibus contradixiſſent. Sane mulier quædam quum ſe ipſam ſauciaſſet, in curiam illata eſt, atque inde in carcerem abducta, obiit. L. etiam Arruntius, ætate & doctrina præcellens, mortem ſibi ultro conſcivit, quanquam jam ægrotante Tiberio, ita ut ſpes eſſet nulla, eum morbo levatum iri: tamen quia Caji malitiam norat, maluit antequam eum experiretur, vita concedere; non poſſe ſe in ſenectute ſua domino novo, ac tali quidem, ſervire, dicens. Reliqui partim jam damnati, quia tamen intra decimum diem morte afficere eos prohibitum erat,

A.U.C. 790 Cn. Proculo & Pontio Nigrino COSS.

[s] προσημᾶναι. προσημαίνει, Xiph. [t] περὶ μὲν γὰρ αὑτοῦ. hæc ita refert Z. quaſi ad Tiberium, non Thraſyllum pertinentia; ὃς πάνυ μὲν ἀκριβῶς ἤδη καὶ τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ὥραν, καθ' ἣν τεθνήξεσθαι ἔμελλεν ὁ Τιβέριος, ἐκείνῳ δὲ δέκα &c.
[u] Ἀρρούντιος. Ἀρβῆλος male apud RS. quod emendavit X.

phœnix in Ægyptum venit. Cum Dione autem conſentit Plinius X. 2. *Cornelius Valerianus, phœnicem devolaviſſe in Ægyptum tradidit, Q. Plautio, Sexto Papinio Coſſ.* Plinium Solinus c. 36. ſequitur. Addit Tacitus: *ſacrum ſoli id animal, & ore ac diſtinctu pinnarum a ceteris avibus diverſum* (magnitudine aquilæ vel majori etiam) *conſentiunt qui formam ejus definiere. De numero annorum varia traduntur;* (quæ diligenter expoſita a Jac. Thomaſio τῷ μακαρίτῃ, lib. de Stoica mundi exuſtione Diſſ. de anno magno & de Phœnice) *maxime vulgatum quingentorum ſpatium. Sunt qui adſeverent, mille quadringentos ſexaginta unum* (quibus annus magnus Ægyptius conſtat, ex annis 365 quater computatis, ut notavi ad Chalcidium pag. 325.) *interjici; prioresque alites Seſoſtride primum, poſt Amaſide dominantibus, dein Ptolemæo, qui ex Macedonibus tertius regnavit, in civitatem, cui Heliopolis nomen, advolaviſſe, multo ceterarum volucrum comitatu, novam faciem mirantium. Sed antiquitas quidem obſcura: inter Ptolemæum ac Tiberium minus ducenti quinquaginta anni fuerunt. Unde nonnulli falſum hunc phœnicem, neque Arabum e terris credidere, nihilque uſurpaviſſe ex his, quæ vetus memoria firmavit.* Similiter de phœnice, quem Claudii Imp. tempore viſum apud Ægyptum Aurel. Victor & Suidas referunt, anno urbis octingenteſimo, ex actis publicis mentionem faciens Plinius X. 2. addit, falſum eum eſſe, nemini dubium fuiſſe. Ceteris veterum locis, qui de phœnice agunt, congerendis vel excutiendis libenter ſuperſedeo, cum id abunde factum ſit virorum doctorum ſtudio, qui de phœnice, præter laudatum Thomaſium poſſunt conſuli. in his Sam. Bochartus T. II. Hierozoici lib. VI. c. 5. Patricius Junius & Joh. Baptiſta Cotelerius ad Clementis Rom. epiſt. I. c. 25. Thom. Gatakerus lib. I. Cinni c. 2. Ulyſſes Aldrovandus lib. XII. Ornithologiæ c 28. Petrus Texelius in Phœnice viſo & audito, quem librum edidit Roterodami 1703. 4to. Ignatius Braccius in Phœnicis avis vindiciis, vulgatis Romæ 1637. 4to. quibus & nummi atque gemmæ Phœnicem ſpectandam offerentes illuſtrantur, ſicut etiam ab illuſtri viro Ezech. Spanhemio T. II. de uſu numiſmatum p. 285. ſq. & ab erudita filia patris eruditi, Gabrielide Carola Patina in Diſſ. de Phœnice in numiſmate Antonini Caracallæ expreſſo, Rom. 1683. 4to.

§ 197. (l. 29.) ὁ Θράσυλλος] De Thraſyllo hoc dictum ad p. 555. E. & p. 616. A. Tiberium ipſum τῇ γενεθλιαλογίᾳ τὰ μάλιστα προσκείμενον notavit Joſephus XVIII. 8. (6. § 9.)

§ 198. (l. 29.) τῷ ἐπιόντι ἦρι] Die XXVI. Martii. infra p. 639. B.

§ 199. (l. 30.) Γναίου Πρόκλου καὶ Ποντίου Νιγρίνου] Cn. Acerronio Proclo, & C. Pontio Nigrino Coſſ. obiiſſe Tiberium, confirmant etiam Suetonius c. 73. cui pro Nigrino Niger alter conſulum dicitur, & Tacitus VI. 45. ſq. Poſtea Calendis Juliis Cajus cum Claudio conſulatum ſuſcepit, p. 644. C. Nigrini nomen, præter ſcriptorum faſtorumque teſtimonia, lapides etiam confirmant.

§ 200. (l. 32.) ὁ Μάκρων — τῷ Δομιτίῳ] Cn. Domitium Tiberii progenerum intellige, de quo dictum p. 633. E. De periculo autem, quod a Macrone Sejani ſucceſſore illi ſtructum eſt, videndus Tacitus VI. 47. qui nimiam jam hominis potentiam fuiſſe, & Caligulæ gratiam acrius indies foviſſe c. 45. annotat. De ſtudio ejusdem Macronis erga Caligulam, plura Philo lib. de legatione ad Cajum, itemque altero quem in Flaccum ſcripſit.

§ 201. (l. 35.) τὸν Θράσυλλον σοφώτατα] Sueton. c. 62. *Quod niſi Tiberium mors prævertiſſet, & Thraſyllus conſulto, ut ajunt, differre quædam ſpe longioris vitæ compuliſſet, plures aliquanto necaturus, ac ne reliquis quidem nepotibus* (Cajo ac Tiberio gemello) *parſurus creditur.*

§ 202. (l. 45.) οὐκ ὠργίσθη] Teſtatur tamen Suetonius c. 73. indigne tuliſſe, frementem, pro contemto ſe habitum, cum in actis ſenatus legiſſet, dimiſſos ac ne auditos quidem quosdam reos, de quibus ſtrictim & nihil aliud quam nominatos in indice ſcripſerat.

§ 203. (l. 45.) γυνή τις] *Multorum amoribus famoſa Albucilla, cui matrimonium cum Satrio Secundo conjurationis indice fuerat, delata impietatis in principem - - irrito ictu a ſemet vulnerata, juſſu ſenatus in carcerem fertur.* Tacit. VI. 47. 48.

§ 204. (l. 48.) Λούκιος Ἀρρούντιος] Idem c. 48. *Arruntius cunctationem & moras ſuadentibus amicis, venas reſolvit.* Hic eſt quem Silius apud Tacitum XI. 36. laudat inter viros ad ſumma provectos incorrupta vita & facundia.

§ 205. (l. 50.) τὴν γὰρ τοῦ Γαΐου κακίαν] Audi ipſum Arruntium apud Tacitum VI. 48.

§ 206. (l. 55.) πρὸ τῶν δέκα ἡμερῶν] Conf. dicta ad p. 617. A. At Suetonius c. 75. hos ipſos non ſervatos, ſed a cuſtodibus in carcere ſtrangulatos dicit.

A.U.C.790 Cn.Proculo & Pontio Nigrino COSS.

erat, partim quum gravi morbo Tiberium conflictari nuntiatum eſſet, dilato judicio evaſerunt.

28. Miſeni mortuus eſt Tiberius, antequam de iis cauſis reſciret; quum diu jam ægrotus, tamen ad id tempus, quod Thraſyllus prædixerat, victurum ſe ſperans, neque medicos conſuluiſſet, neque victus rationem mutaſſet; ſed ſæpenumero, velut ſenectute & morbo haud acri ſenſim tabeſcens, per vices tantum non exanimaretur, rurſusque convaleſceret. Eo multis aliis, Cajo autem in primis, magnam voluptatem, ceu moriturus, modo metum, ceu victurus, injecerat. Ideo Cajus metuens, ne vere valetudinem recuperaret, cibum petenti negavit; quaſi damnum, ſi obtuliſſet, laturus: eumque injectis multis ac denſis veſtimentis, tanquam calefactione egentem, ſuffocavit: nonnihil etiam Macronis auxilio uſus, qui adoleſcenti jam obſequebatur, male tum affecto Tiberio: maxime quod Cajum ante in amorem uxoris ſuæ Enniæ Thraſyllæ pellexerat. Quod ipſum aliquando ſuſpicatus ita eſſe Tiberius; Recte quidem tu, inquit, ſole occidente relicto, ad orientem properas. Ita Tiberius, homo multis virtutibus, multis vitiis præditus, & utrisque ſic uſus, quaſi vel illæ, vel hæc, ſola in eo fuiſſent, mortuus eſt VII. Kal. Aprilis. Vixit annos LXXVII, menſes quatuor, dies novem. Imperavit annos XXII, menſes VII, ac dies totidem. Publico funere elatus eſt, oratione in laudem ipſius a Cajo habita.

θανεῖν, οἱ δὲ καὶ τῆς δίκης αὖθις (ἐπειδὴ τὸν Τιβέριον κακῶς ἀῤῥωστοῦντα ᾔσθοντο) ἀναβληθείσης, ἐσώθησαν.

Ἔφθασε γὰρ [207] ἐν [x] Μισηνῷ μεταλλάξας πρίν τι αὐτῶν μαθεῖν. ἐνόσει μὲν γὰρ ἐκ πλείονος χρόνου· προσδοκῶν δὲ δὴ [y] τὴν Θρασύλλου πρόῤῥησιν βιώσεσθαι, [208] οὔτε τοῖς ἰατροῖς ἐκοινοῦτό τι, οὔτε τῆς διαίτης μετέβαλλεν, ἀλλὰ πολλάκις (οἷα ἐν γήρᾳ, καὶ νόσῳ μὴ ὀξείᾳ, κατὰ βραχὺ μαραινόμενος) τοτὲ μὲν ὅσον οὐκ ἀπεψύχετο, τοτὲ δὲ ἀνεῤῥώννυτο· κἀκ τούτου πολλὴν μὲν ἡδονὴν τοῖς τε ἄλλοις καὶ τῷ Γαΐῳ, ὡς καὶ τελευτήσων, πολὺν δὲ καὶ φόβον, ὡς καὶ ζήσων, ἐνεποίει. δείσας οὖν ἐκεῖνος, μὴ καὶ ἀλη- 639
θῶς ἀναστῇ, [209] οὔτε ἐμφαγεῖν τι αἰτήσαντι αὐτῷ, ὡς καὶ βλαβησομένῳ, ἔδωκε, καὶ [210] ἱμάτια πολλὰ καὶ παχέα, ὡς καὶ θερμασίας τινὸς δεομένῳ, προσέβαλε· καὶ οὕτως ἀπέπνιξεν αὐτὸν, συναραμένου ποι αὐτῷ καὶ τοῦ Μάκρωνος. ἅτε γὰρ κακῶς ἤδη τοῦ Τιβερίου νοσοῦντος, τὸν νεανίσκον ἐθεράπευε· καὶ μάλισθ' ὅτι ἐς ἔρωτα αὐτὸν τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς [211] Ἐννίας Θρασύλλης προυπῆκτο. ὅπερ καὶ ὁ Τιβέριος ὑποπτεύσας ποτὲ, Εὖ γε (ἔφη) [212] τὸν δυόμενον ἐγκαταλιπὼν, πρὸς τὸν ἀνατέλλοντα B
ἐπείγῃ. Τιβέριος μὲν δὴ, [213] πλείστας μὲν ἀρετὰς, πλείστας δὲ κακίας ἔχων, καὶ ἑκατέραις αὐταῖς, ὡς καὶ μόναις, κεχρημένος, οὕτω δὴ μετήλλαξε [214] [z] τῇ ἕκτῃ καὶ εἰκοστῇ τοῦ Μαρτίου ἡμέρᾳ. [215] ἐβίω δὲ ἑπτὰ καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη, καὶ μῆνας τέσσαρας, καὶ ἡμέρας ἐννέα· [zz] ἀφ' ὧν ἔτη μὲν δύο καὶ εἴκοσι, μῆνας δὲ ἑπτὰ καὶ ἡμέρας ἑπτὰ [216] ἐμονάρχησε. καὶ [217] δημοσίας τε ταφῆς ἔτυχε καὶ [218] ἐπῃνέθη ὑπὸ τοῦ Γαΐου.

x Μισηνῷ. ſic HS. & L. duce Xyl. Μισηνῷ, RS. mox idem αὐτὸν, pro αὐτῶν. y τὴν. κατὰ τὴν, Od.
z ἕκτῃ καὶ. omittit Z. p. 552. A. zz ἀφ' ὧν. his ſtatim ſubjungit verbum ἐμονάρχησε, Xiph.

§ 207. (l. 58.) ἐν Μισηνῷ] Apud promontorium Miſeni, in villa cui L. Lucullus quondam dominus. Tacitus VI. 50. Sueton. c. 72. 73. Miſenum in Campania nobile portu, navali, opidoque & pulcherrimis villis, vide Chriſtophori Cellarii notitiam orbis antiqui T. I. p. 834. Miſenenſem villam Tiberii, monte ſummo poſitam Luculli manu, deſcribit Phædrus lib. II. Fab. V.

§ 208. (l. 61.) οὔτε τοῖς ἰατροῖς — οὔτε τῆς διαίτης] Idem Sueton. c. 72. & Tacitus VI. 50. tradunt.

§ 209. (l. 68.) οὔτε ἐμφαγεῖν] Sueton. c. 73. *ſunt qui putent, venenum ei a Cajo datum lentum atque tabificum. Alii in remiſſione fortuitæ febris cibum deſideranti negatum.*

§ 210. (l. 69.) ἱμάτια πολλὰ καὶ παχέα] Tacitus VI. 50. *Macro intrepidus, opprimi ſenem injectu multæ veſtis jubet, diſcedique a limine.* Sueton. c. 73. *nonnulli pulvinum injectum, cum extractum ſibi deficienti anulum mox reſipiſcens requiſiſſet.* vide eund. in Caligula c. 12.

§ 211. (l. 75.) Ἐννίας Θρασύλλης] *Enniam* Tacitus VI. 45. *Enniam Næviam* Sueton. Caligula c. 12. appellat, Thraſulli filiam ut videtur vel propinquam, cui deinde malam gratiam retulit Cajus, ipſamque & maritum ejus Macronem ad mortem adegit p. 647. E.

§ 212. (l. 77.) τὸν δυόμενον ἐγκαταλιπὼν] Simile infra pag. 815. A. Notum eſt Pompeji ætate florentis dictum ad Syllam jam provectiorem annis, quod refert Plutarchus in Apopthegmatis p. 203. ἀγνοεῖν τὸν Σύλλαν, ὅτι καὶ τὸν ἥλιον ἀνατέλλοντα πλείονες ἢ δύνοντα προσκυνοῦσι. Tiberius apud Tacitum VI. 46. *Macroni non abdita ambage, occidentem ab eo deſeri, orientem ſpectari, exprobravit.*

§ 213. (l. 78.) πλείστας ἀρετὰς, πλείστας κακίας] Intervalla quædam & ſpecies virtutum, modeſtiæ, fortitudinis, munificentiæ, perſpicaciæ, induſtriæ, cum maximis & conſtantibus vitiis, ſimulatione, perfidia, ſuperbia, crudelitate, libidine, impietate. Virtutum ſimulacra magis privatus & initio imperii præ ſe tuliſſe viſus eſt, & quamdiu adhuc vel metuebat Germanicum, vel Liviam matrem verebatur. vide Tacitum VI. 51. & Dionem ſupra p. 606. B, 610. E. &c.

§ 214. (l. 81.) τῇ ἕκτῃ καὶ εἰκοστῇ τοῦ Μαρτίου ἡμέρᾳ] Septimo Kal. Aprilis A. U. C. 790. Sed apud Suetonium c. 73. & Tacitum VI. 50. decimo ſeptimo. Apud Zonaram δεκάτῃ τοῦ Μαρτίου.

§ 215. (l. 82.) ἐβίω] Dio ait vixiſſe annos LXXVII menſes IV. dies IX. ita ex Dione etiam Zonaras & Xiphilinus; Suetonius, obiiſſe octavo & ſeptuageſimo ætatis anno. Ita & Tacitus VI. 50. Aurelius Victor, poſt annum LXXVIII. & menſem IV.

§ 216. (l. 85.) ἐμονάρχησε] Imperavit ſecundum *Dionem*, Zonaram, Xiphilinum, annos XXII. menſes VII. dies VII. ſecundum Tertull. contra Judæos c. 8. annos XXII. menſes VII. dies XX. ſecundum Joſephum, annos XXII. menſes V. dies III. lib. XVIII. c. 8. (6. § 10.) idem tribuit menſes VI. lib. II. de bello Judaico c. 8. ſecundum Suetonium tertio & vigeſimo deceſſit imperii anno. Philo legat. ad Cajum p. 783. τρία πρὸς τοῖς εἴκοσιν ἔτη γῆς καὶ θαλάττης ἀναδησάμενος τὸ κράτος. Quintilianus c. 17. de Cauſſis corruptæ eloquentiæ. XXIII. annos computant etiam Euſebius Chron. & Epiphanius Ancorato c. 60. & de ponderibus & menſuris c. 12.

§ 217. (l. 85.) δημοσίας ταφῆς ἔτυχε] Sueton. c. 75. *Corpus ut moveri a Miſeno cœpit, conclamantibus pleriſque, Atellam potius deferendum & in amphitheatro ſemiuſtulandum, Romam per milites deportatum eſt, crematumque publico funere.* Infra p. 642. C. οὐδενὶ ἄλλῳ ἢ δημοσίᾳ ταφῇ ἐγαλλ. De publico ſive cenſorio funere dictum ad p. 529. A.

§ 218. (l. 86.) ἐπῃνέθη ὑπὸ τοῦ Γαΐου] Ut Auguſtum pro funere Tiberius laudaverat, p. 592. B. Funus Tiberii proſecutum Cajum, & more patrio ταφὰς πολυτελεῖς, ſive ſumtuoſiſſimas exequias celebraſſe, teſtantur Sueton. Caligula c. 13. & Joſephus XVIII. 8. Idem Sueton. c. 15. Tiberium ab eo *cum plurimis lacrymis pro concione laudatum funeratumque ampliſſime*, commemorat. Parum tamen tributum Tiberii laudibus, ſed majorem orationis partem in celebrando Auguſto ac Germanico conſumtam, dicet Dio p. 642. C.

ΤΩΝ
ΔΙΩΝΟΣ
ΡΩΜΑΙΚΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ
ΤΟ
ΠΕΝΤΗΚΟΣΤΟΝ [a] ΕΝΝΑΤΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ.

DIONIS
HISTORIÆ ROMANÆ
LIBER QUINQUAGESIMUS NONUS.

Τάδε ἔνεστιν ἐν τῷ πεντηκοστῷ [a] ἐννάτῳ τῶν Δίωνος Ῥωμαϊκῶν ἱστοριῶν.

Περὶ Γαΐου Καίσαρος τοῦ Καλιγόλου.
Ὡς τὸ τοῦ Αὐγούστου ἡρῷον ὡσιώθη.
Ὡς οἱ Μαυρίτανοὶ ὑπὸ Ῥωμαίων ἄρχεσθαι ἤρξαντο.
Ὡς Γάϊος Καῖσαρ ἀπέθανεν.

Hæc inſunt Libro LIX. Romanæ Hiſtoriæ Dionis.

De Cajo Cæſare Caligula. c. 1—6.
Ut templum Auguſti dedicatum fuerit. c. 7.
Quomodo Mauritaniæ a Romanis regi cœperint. c. 20.
De Caji Cæſaris morte. c. 29. 30.

Χρόνου πλῆθος, τὰ λοιπὰ τῆς [b] Γναίου Ἀκεῤῥωνίου καὶ Ποντίου Νιγρίνου ὑπατείας· καὶ ἄλλα ἔτη τρία, ἐν οἷς ἄρχοντες οἱ ἀριθμούμενοι οἵδε ἐγένοντο.

Μ. [c] Ἀκύλας Γ. υἱ. Ἰουλιανός,	καὶ Πόπλιος Νώνιος, Μ. υἱ. Ἀσπρήνας.
Γ. Καῖσαρ Γερμανικός, τὸ β΄,	καὶ Λ. [cc] Ἀπρώνιος Λ. υἱ. Κελιανός, ἢ Κεστιανός.
Γ. Καῖσαρ, τὸ γ΄, [d] μόνος.	
Γ. Καῖσαρ, τὸ δ΄,	καὶ Γν. Σέντιος, Γναίου υἱ. Σατορνῖνος.

Οὗτος ὁ ἐνιαυτὸς οὐ συναριθμεῖται, διὰ τὸ τὰ πλείω αὐτοῦ ἐν τῷ ἑξηκοστῷ γεγράφθαι.

640 *Anni reliqua parte hæc geſta, Cn. Acerronio & Pontio Nigrino coſſ. tum tribus aliis, quibus conſulatum geſſere,*

poſt C.N.	U.C.			CAJI.
37.	790.	Cn. Acerronius Proculus,	& C. Pontius Nigrinus.	I. 26 Mart.
38.	791.	M. Aquilius C. F. Iulianus,	& P. Nonius M. F. Aſprenas.	II.
39.	792.	C. Cæſar Germanicus, II,	& L. Apronius L. F. Celianus, ſive Ceſtianus.	III.
40.	793.	C. Cæſar, III, ſolus.		IV.
41.	794.	C. Cæſar, IV,	& Cn. Sentius Cn. F. Saturnius.	† 24 Jan.

Hic annus non connumeratur, quia pleraque ejus acta in libro LX. referuntur.

B Περὶ μὲν τοῦ Τιβερίου ταῦτα παραδέδοται. διεδέξατο δὲ αὐτὸν ὁ Γάϊος, τοῦ Γερμανικοῦ καὶ τῆς Ἀγριππίνης παῖς· ὃν καὶ [c] Γερμανικὸν καὶ [e] Καλιγόλαν, ὥσπερ εἶπον, ἐπωνόμαζον. ἐκεῖνος μὲν γὰρ καὶ τῷ Τιβερίῳ τῷ ἐγγόνῳ τὴν [2] αὐταρχίαν κατέλιπεν· ὁ δὲ δὴ Γάϊος [3] τὰς διαθήκας αὐτοῦ ἐς τὸ συνέδριον διὰ τοῦ Μάκρωνος ἐσπέμψας,

1. Hæc de Tiberio memoriæ prodita fuerunt. Illi ſucceſſit Cajus, Germanici & Agrippinæ filius, quem & Germanicum & Caligulam, ut dictum, cognominabant. Reliquerat ſane Tiberius & nepoti ſuo Tiberio principatum; ſed Cajus teſtamentum per Macronem in ſenatum miſit, idque conſulum, reliquorumque ad hoc præ- A.U.C. 790 Cn. Proculo & Pont. Nigrino COSS.

a ἐννάτῳ. ἐνάτῳ, RS. qua de re vide ad principium libri LVIII. & LVII. *b* Γαίου, vulgo. Γναίου Dio p. 638. B. *c* Ἀκύλας, al. Ἀκουίλας, L. ad marg. *cc* Ἀπρώνιος. ſic emendavit X. lectionem Roberti, Ἀγρίππας. *d* μόνος. addidit X. *e* Καλιγόλαν, ſic HS. L. Καλιγούλαν, ſemper, RS.

§ 1. (l. 3.) Γερμανικὸν καὶ Καλιγόλαν] Germanicum a patre, Caligulam a caſtrenſi joco, caligisque militaribus, ut dictum ad p. 605. C. In nummis apud Ezech. Spanhemium ad Cæſares Juliani p. 53. Triſtanum T. I. p. 176. 177. 178. *C. Cæſar Aug. Germanicus.* Caligulæ nomen deinde pro convicio & probro judicavit, ut notat Seneca de conſtantia ſapientis, c. 18.

§ 2. (l. 6.) αὐταρχίαν κατέλιπεν] Tiberium Gemellum Druſi, Tiberii imperatoris filii, ex Livilla, p. 611. Tiberium Cajo prætuliſſet avus, nepotem naturalem adoptitio, niſi interceſſiſſet ætas, vix enim ſeptendecim annos natus erat, & niſi ſuſpicio fuiſſet ex adulterio conceptum, p. 635. E. atque Macro nihil intermiſiſſet flectendo imperatoris ad benivolentiam in Cajum animo, ut pluribus tradit Philo legatione ad Cajum p. 772. Acceſſit etiam augurium, quod Imperatori placuit concipere, ſtatuereque eum ſibi ſucceſſurum, qui proximo mane prior ad ſalutandum ſe veniſſet. Nam præmonito licet Evodo pædagogo, ut Tiberium Gemellum prima ſtatim hora adduceret, tamen accidit, ut hic jentaculo detineri ſe ſineret, & Cajus ab Evodo primus ad avum induceretur. Hæc narrans Joſephus XVIII. 8. ſubjungit, imperatorem Cajo imperium tradidiſſe, Tiberiumque ut commendatum ſibi haberet, conſortemque imperii (κοινωνὸν τῆς ἀρχῆς Philoni p. 771) aſſumeret, rogaſſe, ſancteque hoc Cajum pollicitum.

§ 3. (l. 6.) τὰς διαθήκας αὐτοῦ] Conſortem imperii illum cum Cajo eſſe voluit, & κοινοπραγεῖσθαι τῆς αὐτοκρατοῦς ἐξουσίας, ut verbis utar Philonis p. 771. Apud Suetonium Tiberio c. 76. mentio teſtamenti his verbis: *Heredes æquis partibus reliquit Cajum ex Germanico* (adoptivo) *& Tiberium ex Druſo* (naturali filio) *nepotes, ſubſtituitque invicem.*

79844

A.U.C.790 Cn. Proculo & Pont. Nigrino COSS.

præparatorum ſententiis irritum judicari curavit, tanquam ab homine mentis impote conditum; qui imperium in ipſos puero, cui ne in curiam quidem eſſet per ætatem aditus, commiſiſſet. Ita Tiberium, imperio tunc ſtatim exutum, poſt adoptatum ſibi, occidit; quanquam Tiberius eandem ſententiam ſuam multis modis perſcriptam reliquerat, quaſi vires ita habituram: & omnia illa ſcripta in ſenatu tunc erant a Macrone recitata. Sed nullum conſilium neque adverſus ingratum animum, neque adverſus vim ſucceſſorum valet. Ita Tiberio ea evenerunt, quæ ipſe matri ſuæ fecerat: niſi quod is nemini quicquam legatorum matris teſtamento dedit, at quæ ipſe aliis legaſſet, excepto nepote, perſoluta ſunt omnibus: evidenti indicio, omnem adverſus teſtamentum incuſationem nepotis ejus cauſa adornatam fuiſſe. Licuiſſet ei ſane teſtamenti tabulas non edere, quod in illis perſcripta Cajus haud ignoraret: ſed quia pluribus de iiſdem conſtabat, videbaturque ex illa ratione Cajus ipſe, ex hac ſenatus ſubiturus eſſe invidiam, per ſenatum eas evertere maluit, quam ſupprimere.

2. Cæterum legata omnia, quaſi ex ſuo, & alia aliis perſolvens, munificentiæ ſingularis opinionem ſibi apud multitudinem paravit. Namque ſtatim exercitia prætoriarum cohortium cum ſenatu ſpectans, legatum iis diſtribuit, millenos ſingulis ſeſtertios, additis totidem a ſe: populo quadringenties quinquagies ſeſtertium (id enim legatum erat) ac viritim ſexagenos illos denarios, quos quum ipſe virilem togam ſumeret, promiſſos non acceperant, cum additis fœnoris cauſa quindenis denariis numeravit: urbanis militibus, & nocturnis cuſtodibus, tum relatis in numeros qui extra Italiam degebant, & legionariis aliis

παρέμψας, [4] ἀκύρους ὑπό τε τῶν ὑπάτων καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων τῶν προπαρεσκευασμένων οἱ, ὡς καὶ παραφρονήσαντος, ἐποίησεν· [5] ὅτι παιδίῳ, ᾧ μηδὲ ἐσελθεῖν [6] ἐς τὸ βουλευτήριον ἐξῆν, [f] ἄρχειν σφᾶς ἐπέτρεψε. τότε τε οὖν παραχρῆμα οὕτως αὐτὸν τῆς ἀρχῆς παρέλυσε, καὶ [7] μετὰ τοῦτο ποιησάμενος ἀπέκτεινε· καίπερ ὁ Τιβέριος πολλαχῇ τὰ αὐτὰ γράψας, ὡς καὶ ἰσχύν τινα παρὰ τοῦτο ἕξοντα, κατέλιπε, καὶ πάντα τότε ἐκεῖνα ὑπὸ τοῦ Μάκρωνος ἐν τῇ γερουσίᾳ ἀνεγνώσθη. ἀλλ᾽ οὐδὲν γὰρ οὔτε πρὸς τὴν ἀγνωμοσύνην, οὔτε πρὸς τὴν δύναμιν τῶν διαδεχομένων τινά, ἐπίσκηψίς τις D
ἰσχύει. ταῦτ᾽ οὖν ὁ Τιβέριος ἔπαθεν, [8] ὅπερ τὴν μητέρα ἐπεποιήκει· πλὴν καθόσον αὐτὸς μὲν οὐδὲν οὐδενὶ ἐκ τῶν ἐκείνης διαθηκῶν ἀπήλλαξε, τὰ δ᾽ ὑπ᾽ αὐτοῦ καταλειφθέντα, πᾶσι, πλὴν τοῦ ἐγγόνου αὐτοῦ, ἀπεδόθη. ἀφ᾽ οὗπερ κατάδηλον οὐχ ἥκιστα ἐγένετο, ὅτι διὰ τὸ παιδίον πᾶν τὸ κατὰ τὰς διαθήκας αἰτίαμα συνεσκευάσθη. ἐξῆν μὲν γὰρ μὴ ἐκφῆναι σφᾶς; (οὐ γάρ που τὰ γεγραμμένα ἠγνόησεν) ἐπεὶ δὲ πολλοί τε αὐτὰ ᾔδεσαν, καὶ ἔμελλεν ἐκ μὲν τοῦ, [g] ὁ E
Αὔγουστος, ἐκ δὲ τοῦ, ἡ βουλὴ τὴν αἰτίαν (ὥς γε καὶ ἐδόκει) λήψεσθαι, ἀνατρέψαι μᾶλλον αὐτὰς δι᾽ ἐκείνης, ἢ συγκρύψαι, ἠθέλησε.

Πρὸς δέ, [9] τὰ καταλειφθέντα [h] ἀπ᾽ αὐτοῦ πάντα, ὡς καὶ παρ᾽ ἑαυτοῦ δή, τοῖς τε ἄλλοις, ἀποδούς, μεγαλοψυχίας τινὰ δόξαν παρὰ τοῖς πολλοῖς ἐκτήσατο. [10] τούς τε οὖν δορυφόρους εὐθὺς γυμνασίαν ποιουμένους θεασάμενος μετὰ τῆς γερουσίας, τάς τε καταλειφθείσας σφίσι κατὰ [11] πεντήκοντα καὶ διακοσίας δραχμὰς διένειμε, καὶ ἑτέρας τοσαύτας προσεπέδωκε· 640
καὶ τῷ δήμῳ τάς τε πέντε καὶ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν καὶ χιλίας μυριάδας (τοσαῦτα γὰρ αὐτῷ κατελείφθησαν) καὶ προσέτι τὰς ἑξήκοντα κατ᾽ ἄνδρα δραχμάς, ἃς [12] ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ ἐς τοὺς ἐφήβους ἐσγραφῇ οὐκ εἰλήφεσαν, μετὰ τόκου πεντεκαίδεκα ἄλλων δραχμῶν ἀπέδωκε. 641
[13] τοῖς τε γὰρ ἀστικοῖς καὶ τοῖς νυκτοφύλαξι, τοῖς τε

f ἄρχειν σφᾶς ἐπέτρεψε. horum loco Xiph. τὸν Τιβέριον — αὐτοκράτορα σὺν αὐτῷ ἀπέδειξε. quæ conſentiunt iis, quæ ex Joſepho, Philone & Suetonio adducta ſunt in notis. unde quis Xiphilini lectionem veriorem forte putet. ſed retinet me Z. qui hæc ſimiliter effert: ἄρχειν τῶν Ῥωμαίων ἐπιτρέψαντος. huic vero congruenter, pro σφᾶς, ſcribit σφῶν, T. ſed illud conjungas licet cum ἐπέτρεψεν. mox pro μετὰ τοῦτο, Xiph. habet μετ᾽ ὀλίγον. *g* ὁ Αὔγουστος. forte ὁ αὐτός, Od. *b* ἀπ᾽ αὐτοῦ. melius ὑπ᾽ αὐτοῦ.

§ 4. (l. 8.) ἀκύρους ἐποίησεν] Idem Calig. c. 14. *Ingreſſoque urbem, ſtatim conſenſu ſenatus & irrumpentis in curiam turbæ, irrita Tiberii voluntate, qui teſtamento alterum nepotem ſuum prætextatum adhuc, coheredem ei dederat, jus arbitriumque omnium rerum illi permiſſum eſt.* Arguit igitur Tiberium Cajus, ut Micipſam Jugurtha apud Saluſtium, veluti qui teſtamentum cum conderet, *confectus annis parum animo valuiſſet.* Conf. Theodorum Marcilium ad lib. II. Inſtitutionum, tit. 18. *de inofficioſo teſtamento.*

§ 5. (l. 10.) ὅτι παιδίῳ] Philo p. 771. *συναγαγὼν ὁ Γάϊος τοὺς ἐν τέλει, βούλομαι μέν, ἔφη, τὸν γένει μὲν ἀνεψιόν, εὐνοίᾳ δὲ ἀδελφόν, ἑπόμενος καὶ τῇ τοῦ τελευτήσαντος Τιβερίου γνώμῃ, κοινοπραγεῖν τῆς αὐτοκράτορος ἐξουσίας. ὁρᾶτε δὲ καὶ αὐτοὶ νήπιον ἔτι ὄντα κομιδῇ, καὶ χρῄζοντα ἐπιτρόπων καὶ διδασκάλων καὶ παιδαγωγῶν.*

§ 6. (l. 11.) ἐς τὸ βουλευτήριον] Prætextatis in curiam introire vetitum, conſtat vel ex Gellii lib. I. c. 23. vide dicta ad p. 582. C. 554. C.

§ 7. (l. 13.) μετὰ τοῦτο ποιησάμενος ἀπέκτεινε] Infra pag. 645. C. Adoptatum Philo quoque tradit, itaque filius potius appellandus, quam frater, quo nomine Tiberius Gemellus venit apud Suetonium Caligula c. 23. & 29.

§ 8. (l. 20.) ὅπερ τὴν μητέρα ἐπεποιήκει] Vide locum Zonaræ ex Dione p. 621. *i.* in variis lectionibus. REIM.

§ 9. (l. 32.) τὰ καταλειφθέντα ἀπ᾽ αὐτοῦ πάντα] Sueton. c. ult. Tiber. *Dedit & legata plerisque, inter quos virginibus Veſtalibus, ac militibus univerſis, plebique Romanæ viritim, atque etiam ſeparatim vicorum magiſtris.*

§ 10. (l. 35.) τοὺς δορυφόρους γυμνασίαν ποιουμένους] Ut in terrorem ſenatus fecerat Tiberius. p. 619. D.

§ 11. (l. 37.) πεντήκοντα καὶ διακοσίας δραχμάς] Totidem numerata ex teſtamento Auguſti p. 590.

§ 12. (l. 42.) ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ ἐς τοὺς ἐφήβους ἐσγραφῇ] Dies tirocinii principum juventutis congiario plebi dato celebrari ſolitos, conſtat ex Suetonii Tiberio, c. 54. Sed Caligula togam ſumſit barbamque poſuit Capreis, *ſine ullo honore qualis contigerat tirocinio fratrum ejus,* Neronis ac Druſi, teſte eodem Suetonio Caligula c. 10. hoc eſt, nullo dato plebi congiario. Illud igitur a Tiberio tunc omiſſum jam Cajus de ſuo repræſentavit.

§ 13. (l. 44.) τοῖς τε γὰρ ἀστικοῖς] De his ut & reliquis militibus p. 565. A. 566. C. 539. D.

§ 14. (l. 46.) ἐν τοῖς μικροτέροις τείχεσι] Ex hoc loco colligit vir clariſſ. Petr. Burmannus lib. de vectigalibus populi Rom. c. 9. p. 181. in minoribus civitatibus & oppidis ad exemplum urbanorum militum Romæ, quosdam milites in perpetuo præſidio fuiſſe, qui ſimul publicanos in exigendis vectigalibus adjuvarent. Confer dicta ad p. 383. A.

§ 15. (l. 50.) περὶ τὰς τῆς Λιουίας διαθήκας] Quas Tiberius irritas fecerat p. 640. C. Suetonius c. 16. *Legata ex teſtamento Tiberii, quanquam abolito, ſed & Liviæ Auguſtæ quod Tiberius ſuppreſſerat, cum fide ac ſine calumnia perſolvit.*

§ 16. (l. 57.) τῆς προγόνου] Livia mater Tiberii, Tiberius Germanici vitricus, & per adoptionem pater. Germanici filius Cajus. Similiter uxor Germanici Agrippina, Caji mater, eadem filia Juliæ, quam Auguſto Scribonia peperit, Livia noverca educavit. Sic ex utroque parente proavia Caji Livia, Auguſti conjux.

τε ἔξω τῆς Ἰταλίας ἐκ τοῦ καταλόγου ὄυσιν, εἴ τέ τι ἄλλο ϛράτευμα πολιτικὸν [14] ἐν τοῖς μικροτέροις τείχεσιν ἦν, τὰ καταλειφθέντα διέλυσε· τουτέστι, τοῖς μὲν ἀϛικοῖς, ἀνὰ πέντε καὶ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν δραχμὰς, τοῖς δ᾽ ἄλλοις ἅπασι, πέντε καὶ ἑβδομήκοντα. τὸ δ᾽ αὐτὸ τοῦτο καὶ [15] περὶ τὰς τῆς Λιουίας διαθήκας ἔπραξε. καὶ γὰρ ἐκεῖνα πάντα ἀπήλλαξε· καὶ, εἴπερ καὶ τὰ λοιπὰ χρήματα δεόντως ἀναλώκει, μεγαλόνους τε ἂν καὶ μεγαλοπρεπὴς εἶναι ἔδοξεν. ἔϛι γὰρ ὅτε φοβηθεὶς καὶ τὸν δῆμον καὶ τοὺς ϛρατιώτας, ταῦτ᾽ ἐποίησε, τὸ δὲ δὴ πλεῖστον ἀπὸ γνώμης. οὐ γὰρ ὅτι τοῖς ἄλλοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἰδιώταις, οὐχ ὅπως τὰ παρὰ τοῦ Τιβερίου, ἀλλὰ καὶ τὰ παρὰ [16] τῆς προτήθης δωρηθέντα διέλυσε. νῦν δὲ, [17] καὶ ἐς ὀρχηϛὰς (αὐτίκα γὰρ αὐτοὺς ἐπανήγαγε) καὶ ἐς ἵππους, τούς τε μονομάχους, καὶ τἆλλα τὰ τοιουτότροπα, ἀπλήϛως [i] δαπανήσας, τούς τε θησαυροὺς, μεγάλους γενομένους, διὰ βραχυτάτου ἐξεκένωσε, καὶ ἑαυτὸν προσεξήλεγξεν ὅτι [k] εὐχερείᾳ τέ τινι καὶ ἀκρισίᾳ καὶ ἐκεῖνα ἐπεποιήκει. πέντε γοῦν μυριάδας μυριάδων, καὶ [l] πεντακοσίας καὶ ἑπτακισχιλίας, ὡς δ᾽ ἕτεροι, ἐννέα τε καὶ δισχιλίας καὶ πεντακοσίας, τεθησαυρισμένας εὑρὼν, [18] οὐδὲ ἐς τὸ [m] τρίτον ἔτος μέρος ἀπ᾽ αὐτῶν τι διέσωσεν, ἀλλ᾽ [n] εὐθὺς τῷ ἑτέρῳ παμπόλλων προσεδεήθη.

B

C

Τῷ δ᾽ αὐτῷ τούτῳ τρόπῳ καὶ ἐς τἆλλα πάντα ὡς εἰπεῖν ἐχρῆτο. [19] δημοκρατικώτατος γὰρ εἶναι τὰ πρῶτα δόξας, (ὥστε [20] μήτε τῷ δήμῳ ἢ τῇ γε βουλῇ γράψαι τι, [21] μήτε τῶν ὀνομάτων τῶν ἀρχικῶν προσθέσθαι τι) μοναρχικώτατος ἐγένετο· ὥστε [22] πάντα ὅσα ὁ Αὔγουϛος ἐν τοσούτῳ τῆς ἀρχῆς χρόνῳ μόλις καὶ καθ᾽ ἓν ἕκαστον ψηφισθέντα οἱ ἐδέξατο, (ὧν [23] ἕνια ὁ Τιβέριος οὐδ᾽ ὅλως προσήκατο) ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ λαβεῖν. πλὴν γὰρ τῆς [o] τοῦ πατρὸς ἐπικλήσεως, οὐδὲν ἄλλο ἀνεβάλετο· καὶ ἐκείνην δὲ οὐκ ἐς μακρὰν προσεκτήσατο. [24] μοιχικώτατός τε ἀνδρῶν [p] γεγενημένος, καὶ γυναῖκα μίαν μὲν [25] ἐκδιδομένην ἀνδρὶ ἁρπάσας, [26] ἄλλας δὲ συνοικούσας τισὶν ἀποσπάσας,

D

aliis qui in oppidis minoribus erant, ſimiliter legatum repræſentavit: urbanis ſcilicet viritim quingenos ſeſtertios, reliquis trecenos. Liviæ quoque teſtamento legata non minus exſolvit: potuiſſetque magnificus & ſplendidus haberi, ſi reliquas etiam pecunias convenientibus impendiis abſumpſiſſet. Nam etſi metu populi & militum nonnihil ad hæc facienda eſſet compulſus, tamen magis ea ex animi ſententia fecit; quum non his modo, ſed privatis etiam, nec a Tiberio tantum, ſed a proavia quoque ſua legata perſolveret. Nunc ſtatim revocatis hiſtrionibus; equis, gladiatoribusque, & aliis hujuſmodi rebus, immodice pecuniam impendens; & theſauros maximos breviſſimo tempore exhauſit, & demonſtravit, priora quoque iſta non judicio, ſed levitate animi a ſe facta fuiſſe. Quippe vicies ter millies ſeſtertium (alii tradunt tricies ter millies ſeſtertium) quum accepiſſet aſſervata in theſauris, nullam ejus ſummæ partem in tertium anni quadrantem ſervavit, quin altero ſtatim anno pecuniis aliis pluribus habuit opus.

A.U.C. 790 Cn. Proculo & Pont. Nigrino COSS.

3. Eodem modo aliis omnibus in rebus verſatus eſt. Nam quum initio ſe maxime popularem oſtentaſſet, adeo ut nihil per edictum ſenatui aut populo præceperit, neque ullos titulos principibus tribui ſolitos uſurpaverit; mox ita regios mores ſumſit, ut omnia, quæ tanto imperii ſui tempore Auguſtus, & ea quidem ſingulatim ſibi decreta, vix accepit, quorum etiam nonnulla Tiberius omnino recuſavit, hic uno die arripuerit, tantum Patris Patriæ nomine, neque eo quidem in longum tempus, dilato. Adulteriis fuit, ſi quis unquam, inquinatiſſimus. Uxorem unam pactam alii rapuit, reliquas

i δαπανήσας. δαπανῶν, Xiph. Z. *k* εὐχερείᾳ, HS. L. εὐχερίᾳ, RS. *l* πεντακοσίας καὶ ἑπτακισχιλίας. ἑπτακοσίας καὶ ἑπτακισχιλίας, Xiph. vulgatam ſecutus X. *vicies ter.* Suetonius: *vicies ac ſepties*, quæ ſumma græce fuiſſet ἓξ μυριάδες μυριάδων καὶ πεντακοσίας καὶ ἑπτακισχιλίας μυριάδας δραχμῶν. unde non πέντε, ſed ἓξ ſcripſiſſe Dionem, conjectari ſubit. mutare tamen nolui, ſed annotare, X. vide & Gronov. pec. vet. IV. 6. altera ſumma minus recte ab interpretibus expreſſa erat: *vicies ſemel millies ſeſtertium ac CCCXX. inſuper ſeſtertia.* *m* τρίτον ἔτος μέρος. ſic & Xiph. & Z. niſi quod τι deeſt apud Xiph. τρίτου ἔτους μέρος, Lipſ. vide F. mihi ſatis placet Lipſii conjectura: quod ſtatim ſequenti anno egentem Dio vocat, & quarto jam imperii anno mortuum dicit, atque ἀργυρολόγον fere per omne imperii tempus facit. a Martio, quo deceſſit Tiberius, ſupererant tres anni quadrantes, μέρη Dioni. *n* εὐθὺς τῷ ἑτέρῳ. εὐθέως τῷ ἑτέρῳ, Peir. *o* τοῦ πατρός. τῆς πατρίδος addit L. ad marg. *p* γεγενημένος, ſic & Xiph. γενόμενος Peir. & Z.

§ 17. (l. 58.) καὶ ἐς ὀρχηϛὰς] Confer Suetonii c. 55. Idem adeundus c. 18. ſqq. & Dio infra p. 643. C.

§ 18. (l. 66.) οὐδὲ ἐς τὸ τρίτον ἔτος] Lipſius lib. II. de magnitudine Rom. c. 14. malit legere: οὐδὲ ἐς τὸ τρίτου ἔτους μέρος ἀπ᾽ αὐτῶν τι διέσωσεν. Quo magis congruat Suetonio c. 37. *immenſas opes, totumque illud Tiberii Cæſaris, vicies ac ſepties millies ſeſtertium, non toto vertente anno abſumſit.* Sed vulgatam & codicum MSS. Dionis lectionem Xiphilinus quoque & Zonaras confirmant. Itaque non auſim illam ſollicitare, cum Philo etiam p. 769. teſtetur, per primos ſeptem menſes Cajum a profuſione & cetera immanitate alienum fuiſſe. Si quis autem miretur, tantam vim pecuniæ dilapidatam intra tam breve tempus, is deſinet, ſi ex Senecæ conſolatione ad Helviam c. 9. cognoſcet, *centies ſeſtertio*, ſive ducentis & quinquaginta millibus philippeorum, *cœnaſſe uno die.*

§ 19. (l. 70.) δημοκρατικώτατος εἶναι τὰ πρῶτα] Per ſeptem primores menſes imperii, ut ex Philonis p. 769. jam obſervavi. *Exoptatiſſimus princeps maximæ parti provincialium ac militum, quod infantem plerique cognoverant: ſed & univerſæ plebi urbanæ, ob memoriam patris Germanici, miſerationemque prope afflictæ domus.* Suet. c. 13. ſeq. & c. 15. *Incendebat & ipſe ſtudia hominum omni genere popularitatis*, ubi longe plura in hanc rem, & c. 16. Sic Tiberius p. 607. B. initio δημοτικώτατος.

§ 20. (l. 71.) μήτε γράψαι τι] Ut nec ſenatus auctoritati, nec populi juribus, per edicta ſua aut juſſa intercederet. Nam ut idem Suetonius c. 16. *Magiſtratibus liberam juriſdictionem & ſine ſui appellatione conceſſit - - tentavit & comitiorum more revocato ſuffragia populo reddere.*

§ 21. (l. 72.) μήτε τῶν ὀνομάτων τῶν ἀρχικῶν] Sic Imperatoris & Auguſti nomine abſtinuiſſe per aliquod temporis Tiberium, notavit Dio ſupra p. 602. 607. A.

§ 22. (l. 73.) πάντα ὅσα ὁ Αὔγουϛος] Nomen Imperatoris p. 493. E. & nomen Auguſti p. 507. C. Compluribus præterea cognominibus Caligulam ſuperbiiſſe, auctor eſt Suetonius c. 22. *nam & Pius & Caſtrorum filius, & Pater exercituum, & Opt. Max. Cæſar vocabatur.*

§ 23. (l. 76.) ὧν ἕνια ὁ Τιβέριος] Vide ad p. 607. A. Sic Patris Patriæ nomen Julio Cæſari tributum p. 242. C. atque Auguſto p. 578. C. Tiberius nunquam admiſit, p. 607. A. 629. D.

§ 24. (l. 79.) μοιχικώτατος] De fœdis Caligulæ libidinibus multa Suetonius c. 23. ſq.

§ 25. (l. 80.) ἐκδιδομένην ἀνδρὶ ἁρπάσας] *Liviam Oreſtillam nubentem C. Piſoni*, ut eſt apud eundem Suetonium c. 25. hoc eſt nuptias cum eo ſponſo ſuo celebrantem, quibus ipſe Caligula interfuit, infra p. 646. B.

§ 26. (l. 81.) ἄλλας συνοικούσας τισὶν ἀποσπάσας] *Lolliam Paulinam* p. 648. E. & *Miloniam Cæſoniam*, p. 658. D.

A.U.C. 790 Cn. Proculo & Pont. Nigrino COSS.

quas ab aliorum conjugio avulſit: easque deinde omnes, unica excepta, odio perſecutus eſt: hanc ipſam quoque, ſi diutius vixiſſet, oſurus. In matrem, ſorores, aviamque Antoniam permulta pietate uſus eſt. Nam hanc Auguſtam ſtatim, & ſacerdotem Auguſti fecit, omnesque Veſtalium honores ei ſimul tribuit: eosdem Veſtalium ſororibus quoque ſuis dedit, utque ſibi in ludis equeſtribus ſpectandis loco primo aſſiderent; ut vota, quæ quotannis magiſtratus & pontifices pro ipſius & publica ſalute nuncupabant, ac jus jurandum, quod in ejus imperium præſtabatur, pro ipſis pariter fierent: oſſa matris & fratrum defunctorum, ipſe eo nave advectus, ſua manu legit, & Romam allata in Auguſti ſepulcro condidit, prætextam amictus, ac lictoribus ornatus, tanquam in triumpho quodam: omnia contra eos decreta, abolevit, omnes, qui eis inſidiati fuiſſent, ſupplicio adfecit; in exilium eorum cauſa pulſos revocavit. Hæc licet erga ſuos egerit, tamen & in aviam, & ſorores, omnium mortalium ſe deinceps impiiſſimum geſſit. Aviam enim, quod eſſet ab ea verbis correptus, ad mortem voluntariam compulit: ſorores ſuas omnes vitiavit, ac duas earum in inſulam quandam relegavit, cum tertiam mors prius abſtuliſſet. Ipſum Tiberium, quem avum ſuum appellabat, & cui a ſenatu omnes Auguſto tributos honores decerni petierat, quum hi non ſtatim eſſent decreti, (nam ad ipſius adventum patres eam rem extraxerant, nondum ſatis perſpecta juvenis ſententia, neque dare honores, neque adimere Tiberio auſi) nulla alia re, quam publica ſepultura decoravit; noctu ejus corpore in urbem allato, & mane propoſito. Quam enim funebrem habuit orationem, ea non tam Tiberii laudes, quam Auguſti & Germanici memoriæ apud populum renova-

E σπάσας, ἔπειτα [27] αὐτὰς πλὴν μιᾶς q ἐμίσησε. πάντως δ' ἂν καὶ ἐκείνην ἤχθηρεν, εἰ ἐπὶ πλεῖον ἐβεβιώκει. [28] ἔς τε τὴν μητέρα, καὶ r ἐς τὰς ἀδελφὰς, τήν τε τήθην τὴν Ἀντωνίαν πλεῖστα ὅσα εὐσεβῶς ποιήσας ([29] ταύτην τε γὰρ Αὔγουσταν τε εὐθὺς καὶ [30] ἱέρειαν τοῦ Αὐγούστου ἀποδείξας, πάντα αὐτῇ καθάπαξ, [31] ὅσα ταῖς ἀειπαρθένοις ὑπάρχει, ἔδωκε, [32] καὶ ταῖς ἀδελφαῖς s ταῦτά τε τὰ τῶν ἀειπαρθένων, καὶ τὸ τὰς ἱπποδρομίας οἱ ἐν τῇ αὐτῇ t προεδρίᾳ συνθεᾶσθαι, τό, τε [33] τάς τε εὐχὰς τὰς κατ' ἔτος ὑπὸ τῶν ἀρχόντων καὶ ὑπὸ τῶν ἱερέων ὑπέρ τε ἑαυτοῦ καὶ ὑπὲρ τοῦ δημοσίου ποιουμένας, καὶ τοὺς ὅρκους τοὺς ἐς τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ, u φέρεσθαι καὶ ὑπὲρ 642
ἐκείνων ὁμοίως, ἔνειμε. τά τε ὀστᾶ τά τε [34] τῆς μητρὸς καὶ τῶν ἀδελφῶν τῶν ἀποθανόντων, αὐτός τε πλεύσας, καὶ αὐτὸς αὐτοχειρίᾳ ἀνελόμενος ἐκόμισε, καὶ ἐς τὸ τοῦ Αὐγούστου μνῆμα κατέθετο, τὸ ἱμάτιον τὸ περιπόρφυρον ἐνδὺς, καὶ ῥαβδούχοις τισὶν, ὥσπερ ἐν ἐπινικίοις, κοσμηθείς. τά τε ψηφισθέντα κατ' αὐτῶν πάντα ἀπήλειψε, καὶ τοὺς ἐπιβουλεύσαντας σφίσι πάντας ἐκόλασε, τούς τε x φεύγοντας δι' αὐτοὺς, κατήγαγε.) ταῦτ' οὖν ποιήσας, ἀνοσιώτατος ἀνθρώπων καὶ περὶ τὴν τήθην καὶ περὶ τὰς ἀδελφὰς ἐγένετο. B
[35] ἐκείνην τε γὰρ, ἐπιτιμήσασάν τι αὐτῷ, ἐς ἀνάγκην ἑκουσίου θανάτου κατέστησε, καὶ [36] τὰς ἀδελφὰς πάσας διαφθείρας, [37] ἐς νῆσον τὰς δύο κατέκλεισεν [38] ἡ γὰρ τρίτη προαπέθανε. τόν τε Τιβέριον αὐτὸν, ὃν καὶ πάππον προσωνόμαζε, τῶν αὐτῶν τῷ Αὐγούστῳ τιμῶν παρὰ τῆς βουλῆς τυχεῖν ἀξιώσας, ἔπειτα, ἐπειδὴ μὴ παραχρῆμα ἐψηφίσθησαν, (οὔτε γὰρ τιμῆσαι αὐτὸν ὑπομένοντες, οὔτ' ἀτιμάσαι θαρσοῦντες, ἅτε μηδέπω τὴν τοῦ νεανίσκου γνώμην σαφῶς εἰδότες, ἐς τὴν παρουσίαν αὐτοῦ πάντα ἀνεβάλλοντο) οὐδενὶ ἄλλῳ, πλὴν [39] τῇ δημοσίᾳ ταφῇ ἤγαλε· νυκτός τε ἐς τὴν πόλιν τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐσαγαγὼν, καὶ ἅμα τῇ ἕῳ [40] προθέμενος. ἐποιήσατο μὲν γὰρ καὶ λόγους ἐπ' αὐτῷ, ἀλλ' οὔτιγε καὶ ἐκεῖνον οὕτως ἐπαινῶν, ὡς τοῦ τε Αὐγούστου καὶ τοῦ Γερ- C

q ἐμίσησε. ἀπάσας ἐμίσησε. Xiph. r ἐς τοὺς ἀδελφοὺς, vulgo. ἐς τὰς ἀδελφὰς, Xiph. Z. quod præfert L. ſane has deinde diſtincte nominat. niſi malis utrumque conjungere. vid. l. 95. ſq. s ταῦτα. ταῦτά, L. ſine neceſſitate. t προεδρίᾳ. προεδρίας, L. marg. u φέρεσθαι. rectius φέροντας, καὶ ὑπὲρ ἐκείνων ὁμοίως γίγνεσθαι ἔνειμε. x Φεύγοντας. φυγόντας, L.

§ 27. (l. 82.) αὐτὰς πλὴν μιᾶς ἐμίσησε] Etiam primam uxorem *Juniam Claudillam* M. Silani filiam dimiſit, infra pag. 646. B. mox ex partu mortuam. Sueton. c. 12. De divortio cum *Lollia Paulina*, infra p. 658. C. De *Livia Oreſtilla* intra paucos dies (ante duorum menſium exitum p. 646. B) repudiata, Sueton. c. 25. Sola *Cæſonia* conſtantius ab eo amata, quæ ſtatim poſt Caligulam interfectum, & ipſa gladio a centurione Julio Lupo confoſſa periit. id. c. 59. & Joſephus XIX. 2.

§ 28. (l. 84.) ἔς τε τὴν μητέρα καὶ τοὺς ἀδελφοὺς] Mater Caji *Agrippina*, quam in inſulam Pandatariam Tiberius relegavit, ubi inedia voluntaria extinctam narrat Suetonius Tib. c. 53. Fratres *Druſus* & *Nero*, ille Romæ in ima parte palatii, Nero in inſulam relegatus Pontiam, fame enecatus. id. c. 54. Tiberio igitur funerato, Cajus *confeſtim Pandatariam & Pontias ad transferendos matris fratrisque* (Neronis) *cineres feſtinavit, tempeſtate turbida, quo magis pietas emineret: aditque venerabundus, ac per ſemet in urnas condidit: nec minore ſcena Oſtiam, præfixo in biremis puppe vexillo, & inde Romam Tiberi ſubvectos, per ſplendidiſſimum quemque equeſtris ordinis, medio ac frequenti die, duobus ferculis Mauſoleo intulit, inferiasque his annua religione publice inſtituit, & eo amplius matri Circenſes, carpentumque quo in pompa traduceretur.* id. Caligula, c. 15. Nec dubium, eſt cineres Druſi fratris Romæ a Cajo additos, & licet taceat Suetonius, Mauſoleo itidem illatos fuiſſe. infra p. 642. A.

§ 29. (l. 86.) ταύτην τε γὰρ Αὔγουσταν εὐθὺς] Sueton. c. 15. *Antoniæ* (minori) *aviæ, quicquid unquam Livia Auguſta honorum cepiſſet, uno Senatusconſulto congeſſit.* Etiam patri Germanico ἀποθέωσιν, cujus memoria in priſco Achate, apud celeberr. Montfauconum T. V. ſupplementi antiquitatis explanatæ tab. LIX.

§ 30. (l. 87.) ἱέρειαν τοῦ Αὐγούστου] Exemplo Liviæ, de qua ſupra p. 600. A. In nummis Antonia conſpicitur laureata, & duas faces, vel facem cum cornu copiæ tenens, addito lemmate: SACERDOS AUGUSTI. vide nummos Arſchotanos Rubenii, tabula XVII. 21. 22. 23. 24. In veteri inſcriptione apud Gruterum p. CCXXXVI. 9. *Antoniai Auguſtai Druſi, Sacerdoti divi Auguſti, matri Ti. Claudii Cæſaris Aug. P. P.*

§ 31. (l. 88.) ὅσα ταῖς ἀειπαρθένοις] Sic Liviæ decretum, *quoties theatrum Auguſta introiiſſet, ut ſedes inter Veſtalium conſideret*, teſte Tacito IV. 16. Annal. Eodem pertinet quod lictore eam uti permiſſum p. 600. A. nam & hoc datum Veſtalibus p. 338. B.

§ 32. (l. 89.) καὶ ταῖς ἀδελφαῖς] Druſillæ, Agrippinæ, & Juliæ Livillæ, infra p. 657. D. quas etiam pleno convivio ſingulas infra ſe viciſſim collocavit, uxore ſupra cubante, teſte Suetonio c. 24.

§ 33. (l. 91.) τάς τε εὐχὰς] Idem c. 15. *De ſororibus auctor fuit, ut omnibus ſacramentis adjiceretur: neque me liberosque meos chariores habeo quam Cajum habeo & ſorores ejus. Item relationibus Conſulum: Quod bonum felixque ſit C. Cæſari ſororibusque ejus.* Infra p. 646. D.

§ 34. (l. 95.) τῆς μητρὸς καὶ τῶν ἀδελφῶν] Vide ad p. 641. D. § 28.

§ 35. (l. 5.) ἐκείνην τε γὰρ] Sueton. c. 23. *Aviæ Antoniæ ſecretum petenti denegavit, niſi ut interveniret Macro præfectus. Ac per iſtiusmodi indignitates & tædia, cauſa extitit mortis: dato tamen, ut quidam putant, & veneno.*

§ 36. (l. 6.) τὰς ἀδελφὰς πάσας] Id. c. 24. infra p. 657.

Γερμανικοῦ τὸν δῆμον [y] ἀναμιμνήσκων, καὶ ἑαυτὸν αὐτῷ παρακαταλιθέμενος.

Οὕτω γὰρ καὶ πρὸς πάντα ἐναντίος ἐπεφύκει, ὥστε τὴν μὲν ἀσέλγειαν καὶ τὴν μιαιφονίαν αὐτοῦ (ἐφ' [41] οἷσπερ καὶ διέβαλλεν αὐτὸν) οὐ μόνον ἐζήλωσεν, ἀλλὰ καὶ [z] ὑπερέβαλεν·
D ὧν δὲ δὴ ἐπῄνει, οὐδὲν ἐμιμήσατο. πρῶτός τε ὑβρίσας αὐτὸν, καὶ πρῶτος [a] λοιδορήσας, ὥστε καὶ τοὺς ἄλλους, ἐκ τούτου χαριεῖσθαί οἱ νομίσαντας, προπετεστέρᾳ παῤῥησίᾳ χρήσασθαι· ἔπειτα καὶ ἐνεγκωμίαζε καὶ ἐσέμνυνεν, ὥστε καὶ κολάσαι τινὰς ἐφ' οἷς εἰρήκεσαν. [42] καὶ ἐκείνους τε ἅμα, ὡς ἐχθροὺς τοῦ Τιβερίου διὰ τὰς βλασφημίας, καὶ τοὺς ἐπαινοῦντάς πη αὐτὸν, ὡς καὶ φίλους, ἐμίσει. [43] τά τε τῆς ἀσεβείας ἐγκλήματα παύσας, [44] πλείστους ὅσους ἐπ' αὐτοῖς ἀπώλεσε. καὶ τοῖς [b] συστᾶσιν ἐπί τε
E τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα, τούς τε ἀδελφοὺς αὐτοῦ, τήν τε ὀργὴν ἀφεὶς (ὡς ἔλεγε) [45] καὶ τὰ γράμματα αὐτῶν καταφλέξας, παμπληθεῖς ἐξ αὐτῶν ἀπέκτεινε. διέφθειρε μὲν γὰρ ὡς ἀληθῶς γράμματά τινα, [46] οὐ μέντοι κἀκεῖνα τὰ αὐτόχειρα τὸν ἀκριβῆ ἔλεγχον ἔχοντα, ἀλλὰ ἀντίγραφα αὐτῶν ποιήσας. πρὸς δὲ τούτοις, [47] καὶ εἰκόνας τε ἀπαγορεύσας κατ' ἀρχὰς μηδένα αὐτοῦ ἱστάναι, καὶ ἐς ἀγαλμάτων ποίησιν προεχώρησε. καὶ ψηφισθέν ποτε τῇ τύχῃ αὐτοῦ θύεσθαι παρέμενος, [48] ὥστε καὶ ἐς στήλην αὐτὸ
643 τοῦτ' ἐγγραφῆναι, καὶ [49] ναοὺς ἑαυτῷ καὶ θυσίας, ὡς καὶ θεῷ, γίγνεσθαι ἐκέλευσε. πλήθει τε ἀνθρώπων, καὶ ἐρημίᾳ αὖ ἔχαιρεν· αἰτούμενός τέ τι, καὶ μὴ αἰτούμενος αὖ, ὠργίζετο. ὀξύτατά τε πρὸς πράξεις τινὰς ἐφέρετο, καὶ νωθέστατα ἔστιν ἃ αὐτῶν μετεχειρίζετο. τά τε χρήματα καὶ ἀφειδέστατα ἀνήλισκε, καὶ [50] ῥυπαρώτατα ἠργυρολόγει. τοῖς τε θωπεύουσιν [c] αὐτὸν, καὶ τοῖς παῤῥησιαζομένοις τι, καὶ ἤχθετο ὁμοίως καὶ ἥδετο· καὶ πολλοὺς μὲν μεγάλα [d] ἀδικήσαντας οὐκ ἐκόλασε, πολλοὺς δὲ καὶ μηδὲν

novationem, ſuique commendationem continuit. A.U.C.790 Cn. Proculo & Pont. Nigrino Coss.

4. Adeo autem contrarius ſibi ipſi in omni re fuit, ut quum libidines Tiberii, & parricidia conviciis agitaſſet, non imitatus modo ea fuerit, ſed exceſſerit: & quæ in eo laudabat, nequaquam ſecutus ſit. Primus omnium contumeliis & probris Tiberium proſcidit, unde alii rem gratam ſe Cajo facturos rati, libertate dicendi magis temeraria uſi ſunt. Deinde ita laudibus eum extulit coluitque, ut nonnullos dictorum cauſa multaverit. Verum & hos, propter maledicta, tanquam inimicos Tiberii, & qui eum laudaſſent, quaſi amicos, juxta odio habuit. Impietatis in Principem actiones ſuſtulit, & tamen permultos ob id crimen necavit. Quum iis, qui contra patrem, matrem, fratresque ſuos conſpiraſſent, iram (ut ipſe quidem ajebat) remiſiſſet, & literas eorum cremaſſet; complures tamen ipſorum occidit. Aboleverat ſane literas quaſdam, non tamen illorum manu exaratas, quibus liquido convinci poterant; ſed quas ex illis ipſis exſcribi curaverat. Idem quum initio prohibuiſſet, ne qua ſibi ſtatua poneretur, etiam ad ſimulacra ſibi conſecranda progreſſus eſt: quumque decretum aliquando factum, de ſacris fortunæ ejus faciundis, recuſaſſet, ſic ut hoc ipſum in columnam incidi juberetur, etiam templa ſibi & ſacrificia, tanquam deo, fieri præcepit. Modo frequentia hominum, modo ſolitudine gaudebat: ſive rogaretur aliquid, ſive minus, ſtomachabatur: res quaſdam celeritate ſumma aggreſſus, aliquoties ignaviſſime tractavit: pecuniam ut profuſiſſime dilapidavit, ita turpiſſimis rationibus confecit: adulatoribus juxta, & libere loquentibus, ſuccenſebat, multorum gravia delicta nulla pœna ultus eſt, alios cum nihil admiſiſſent, ſupplicio affecit: ami-

y ἀναμιμνήσκων. HS. L. ἀναμνήσκων, vitioſe RS. mox pro αὐτῷ, αὐτοῦ, V.b. z ὑπερέβαλεν, HS. L. ὑπερέβαλλεν, RS.
a λοιδορήσας. addit iterum αὐτὸν, V.b. quod ſupervacaneum. b συστᾶσιν. elegans & vera emendatio Xyl. recepta jam ab HS. & L. pro οὖσιν, quod eſt apud RS. cui Robertus ita ſubveniendum putabat, ut adderetur ποιησαμένοις.
c αὐτὸν. αὐτῶν, Xiph. perperam. rectius Z. d ἀδικήσαντας οὐκ ἐκόλασε, πολλοὺς δὲ καὶ μηδὲν hæc Dionis librarii tranſilierant, ab uno ἀδικήσαντας ad alterum ἀδικήσαντας oculo præcipiti aberrantes. conſervavit ea Xiph. & Z. niſi quod ap. hunc pro οὐκ ἐκόλασε male legitur ἐκόλασε. recipere ergo in textum non dubitavi, quæ jam margini a Leunclavio adjecta erant.

§ 37. (l. 7.) ἐς νῆσον] *Agrippinam* uxorem Cn. Domitii, quæ Claudio Imperatori deinde nupſit, & *Juliam Livillam*, nuptam M. Vinicio Minuciano, quas in cauſſa Æmilii Lepidi condemnavit Cajus quaſi adulteras, & inſidiarum adverſus ſe conſcias. Sueton. c. 24. & c. 29. *relegatis ſororibus non ſolum inſulas habere ſe, ſed etiam gladios minabatur.* Philo p. 777. τὰς ἀδελφὰς ἐφυγάδευσε, μὴ καὶ αὗται τὸν περὶ ἀφαιρέσεως ἀρχῆς φόβον ἀγωνίζωνταί σοι: utraque ab exilio revocata a Claudio p. 667. A.

§ 38. (l. 8.) ἡ γὰρ τρίτη] Druſilla, de cujus obitu p. 648.

§ 39. (l. 15.) τῇ δημοσίᾳ ταφῇ ἤγαλε] Conf. quæ ad p. 639. B. ubi etiam de oratione, quam in funere Tiberii Cajus dixit.

§ 40. (l. 17.) προθέμενος] De προθέσει ſive collocatione funeris dictum ad p. 621. C.

§ 41. (l. 24.) οἷσπερ καὶ διέβαλλεν αὐτὸν] In oratione ad ſenatum, de qua p. 644. C. & quacunque alia occaſione. p. 651. D.

§ 42. (l. 31.) καὶ ἐκείνους τε ἅμα] Spectat huc quod narrat Suetonius c. 28. *Revocatum quendam a vetere exilio ſciſcitatus, quidnam ibi facere conſueſſet, reſpondente eo per adulationem, Deos ſemper oravi, ut quod evenit periret Tiberius, & tu imperares, opinans ſibi quoque exules ſuos mortem imprecari, miſit circum inſulas, qui univerſos contrucidarent.* Et cap. 30. *Sæpe in cunctos pariter ſenatores, ut Sejani clientes, aut matris ac fratrum ſuorum delatores, invectus eſt, prolatis libellis, quos crematos ſimulaverat, defenſaque Tiberii ſævitia quaſi neceſſaria, cum tot criminantibus credendum eſſet.*

§ 43. (l. 34.) τά τε ἀσεβείας ἐγκλήματα παύσας] Actiones in reos majeſtatis, ut p. 607. E. 652. C. *Sed & damnatos relegatosque reſtituit, criminumque ſi qua reſidua ex priore tempore manebant, omnium gratiam fecit*, negans ſe delatoribus aures habere. Sueton. c. 15. infra p. 644. A.

§ 44. (l. 35.) πλείστους ὅσους] Vide p. 652. C.

§ 45. (l. 38.) καὶ τὰ γράμματα καταφλέξας] Suetonius c. 15. *Commentarios ad matris Agrippinæ* (Dio addit etiam Germanici patris) *fratrumque ſuorum* (Druſi ac Neronis) *cauſſas pertinentes, ne cui poſtmodum delatori aut teſti maneret ullus metus, convectos in forum, & ante clare obteſtatus Deos, neque legiſſe, neque attigiſſe quicquam, concremavit.* Simile factum a Pompejo, Cæſare & aliis notavi alias. Sed Cajus hoc tantum ſimulavit. vide p. 644. A. 648. A. 667. C. ita ut Auguſtus olim. p. 494. E.

§ 46. (l. 41.) οὐ μέντοι κἀκεῖνα] Vide p. 648. A. 651. E. *prolatis libellis, quos crematos ſimulaverat*, inquit Suetonius, c. 30.

§ 47. (l. 44.) καὶ εἰκόνας] Ut Tiberius pridem. p. 607. E.

§ 48. (l. 47.) ὥστε καὶ ἐς στήλην τοῦτο ἐγγραφῆναι] Vide dicta ad p. 100. C. 652. C.

§ 49. (l. 48.) ναοὺς ἑαυτῷ καὶ θυσίας ὡς θεῷ] De hoc multa Philo, legatione ad Cajum p. 776 ſqq. Sueton. c. 22. Dio infra p. 661. ſq.

§ 50. (l. 54) ῥυπαρώτατα ἠργυρολόγει] Sueton. c. 38. poſt nepotinos Caji ſumtus memoratos, quibus omnium prodigorum

A.U.C. 790 Cn. Proculo & Pont. Nigrino COSS.

amicorum alios nimia adulatione, alios immodicis injuriis affecit. Ita nemo erat, qui ſciret, quo pacto cum eo loqui aut agere deberet: ac ſi qui recte aliquid fecerant, magis fortuna, quam conſilio hoc aſſecuti fuere.

5. Tali ergo Romani tunc traditi ſunt imperatori, ut Tiberii acta, quanquam viſa eſſent moleſtiſſima, tantum a vitiis Caji abfuerint, quantum ab Augusti virtutibus acta Tiberii. Nam Tiberius ipſe imperium gerebat, aliisque ad ſuam voluntatem exſequendam miniſtris utebatur: Cajus ab aurigis gladiatoribusque regebatur, ſervus hiſtrionum & ſcenicorum hominum. Apellem quidem, tragœdorum ea ætate principem, ſemper, & in publico, ſecum habuit: deinde ſeorſum ipſe, ſeorſum hiſtriones omnia ea, quæ hujusmodi homines potentiam nacti agere auſint, ſumma cum licentia peregerunt. Quæ ad artem hujus generis hominum pertinebant, ipſe ſumtuoſiſſime quacunque occaſione ſuppeditavit ac conſtituit, coegitque etiam prætores ac conſules, ut ea pararent. Itaque fere quotidie aliquid hujusmodi actum eſt: ac principio ipſe ſpectatorem tantum ſe, ac auditorem præbuit; ac ſtudio ſuo, quaſi unus e turba hominum, aut favit cuidam, aut reſtitit; ita ut aliquando adverſariis iratus, ad ſpectaculum non venerit. Procedente tempore multos adeo æmulatus eſt, cum multis certavit. Nam & aurigavit, & pugnavit ut gladiator, & ſaltavit, & tragœdiam egit. Quibus in ſtudiis cum ſe continuo jactaret, ſemel noctu, primoribus patrum quaſi ad neceſſariam deliberationem celeriter ad ſe vocatis, coram ſaltavit.

6. Eo anno, quo Tiberius obiit, & ipſe principatum occepit, primum ſenatores, præſentibus in curia equitibus etiam, ac nonnullis de plebe, multis verbis adulatus eſt; communicaturum ſe cum eis imperium, omniaque ad placitum

μηδὲν ἀδικήσαντας ἀπέσφαξε· τῶν τε ἑταίρων τοὺς μὲν ὑπερεκολάκευε, τοὺς δὲ ὑπερύβριζεν. B ὥστε μηδένα μήθ' ὅ, τι εἰπεῖν, μήθ' ὅ, τι ποιῆσαι χρὴ πρὸς αὐτὸν, εἰδέναι, ἀλλ' ὅσοι τι καὶ κατώρθωσαν, ἐκ συντυχίας μᾶλλον ἢ γνώμης τυχεῖν αὐτοῦ.

Τοιούτῳ μὲν τότε αὐτοκράτορι οἱ Ῥωμαῖοι παρεδόθησαν· ὥστε τὰ Τιβερίου ἔργα, καίπερ χαλεπώτατα δόξαντα γεγονέναι, τοσοῦτον παρὰ τὰ τοῦ Γαΐου, ὅσον τὰ τοῦ Αὐγούστου παρ' ἐκεῖνα, παρενεγκεῖν. Τιβέριος μὲν γὰρ, αὐτός τε ἦρχε, καὶ ὑπηρέταις τοῖς ἄλλοις πρός γε τὸ αὐτοῦ βούλημα ἐχρῆτο· C Γάϊος δὲ ἤρχετο μὲν καὶ ὑπὸ τῶν ἁρματηλατούντων καὶ ὑπὸ τῶν ὁπλομαχούντων· ἐδούλευε δὲ καὶ τοῖς ὀρχησταῖς καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς περὶ τὴν σκηνὴν ἔχουσι. [51] τὸν γοῦν [e] Ἀπελλῆν, τὸν εὐδοκιμώτατον τῶν τότε τραγῳδῶν, καὶ [f] ἐν τῷ δημοσίῳ συνόντα οἱ ἀεὶ εἶχε. κἀκ τούτου χωρὶς μὲν αὐτὸς, χωρὶς δὲ ἐκεῖνοι, πάνθ' ὅσα ἄνθρωποι τοιοῦτοι δυνηθέντες τι τολμήσειαν, ἐπ' ἐξουσίας ἐποίουν. καὶ γὰρ τἄλλα ἐς τὴν ἐπιτήδευσιν αὐτῶν φέροντα, αὐτός τε πολυτελέστατα ἐπὶ πάσῃ προφάσει καὶ διετίθει καὶ καθίστατο, D καὶ τοὺς στρατηγοὺς τούς τε ὑπάτους ποιεῖν ἠνάγκαζεν· ὥστε καθ' ἑκάστην ὀλίγου ἡμέραν πάντως τι τοιοῦτον ἄγεσθαι. καὶ αὐτῶν τὰ μὲν πρῶτα θεατὴς καὶ ἀκροατὴς ἐγίγνετο, συνεσπούδαζέ τέ τισι καὶ ἀντεσπούδαζεν, ὥσπερ τις ἐκ τοῦ ὁμίλου ὢν καί ποτε δυσκολάνας τι τοῖς ἀντικαθεστηκόσιν, οὐκ ἀπήντησεν ἐπὶ τὴν θέαν. προϊόντος δὲ δὴ τοῦ χρόνου, καὶ ἐς ζήλωμα καὶ ἐς ἀγώνισμα πολλῶν προῆλθεν. E [52] ἁρματά τε γὰρ ἤλασε, καὶ ἐμονομάχησεν· ὀρχήσει τε ἐχρήσατο, καὶ τραγῳδίαν ὑπεκρίνατο. καὶ ταῦτα μέν που ἀεὶ ἐποίει. ἅπαξ δέ ποτε τοὺς πρώτους τῆς γερουσίας [53] σπουδῇ νυκτὸς, ὡς καὶ ἐπ' ἀναγκαῖόν τι βούλευμα μεταπεμψάμενος, ὠρχήσατο.

Ἐν μὲν οὖν τῷ ἔτει ἐκείνῳ, ἐν ᾧ ὅ, τε Τιβέριος ἐτελεύτησε, καὶ αὐτὸς ἐς τὴν ἡγεμονείαν ἀντικατέστη, πρῶτον μὲν τοὺς βουλευτὰς, παρόντων ἐν τῷ συνεδρίῳ καὶ ἱππέων, τοῦ τε δήμου τινῶν, [54] πολλὰ ἐκολάκευσε· τήν τε ἀρχὴν κοινώσειν σφίσι, καὶ πάνθ' ὅσα

e Ἀπελλῆν. ſic HS. & L. præeunte Xyl. vel potius Xiph. & Z. Ἀπελλῆν RS. *f* ἐν τῷ δημοσίῳ. rectius δημοσίᾳ apud Xiph. L.

rum ingenia ſuperavit: *exhauſtus igitur atque egens ad rapinas convertit animum, vario & exquiſitiſſimo calumniarum & auctionum & vectigalium genere.* infra p. 656 ſq. 652. ſq.

§ 51. (l. 71.) τὸν γοῦν Ἀπελλῆν] Philo legatione ad Cajum p. 790. συμβούλοις χρώμενος τοῖς ἀρίστοις καὶ σοφωτάτοις, Ἑλικῶνι τῷ Ἐυπατρίδῃ, δούλῳ σπερμολόγῳ, καὶ Ἀπελλῇ τινι τραγῳδῷ. De hoc Apelle Aſcalonita ibi plura, & Sueton. c. 33.

§ 52. (l. 86.) ἁρματά τε γὰρ ἤλασε] Idem Sueton. c. 54. *Threx & auriga, idem cantor atque ſaltator. Batuebat pugnatoriis armis, aurigabat exſtructo plurifariam Circo. Canendi ac ſaltandi voluptate ita efferebatur, ut ne publicis quidem ſpectaculis temperaret &c.* De frequentia ludorum, munerum ac ſpectaculorum, a Cajo Romæ atque aliis in locis editorum, eorumque varietate, id. c. 18. 19. 20. & quantum tribuerit ὀρχησταῖς, infra p. 661. B.

§ 53. (l. 89.) σπουδῇ νυκτὸς] De hac ballatione, ſive ſaltatione nocturna, infra p. 649. E.

§ 54. (l. 95.) πολλὰ ἐκολάκευσε] Huc pertinet etiam, quod magiſtratibus liberam juriſdictionem, & ſine ſui appellatione conceſſit, equites Romanos ſevere curioſeque, nec ſine moderatione, recognovit, tentavit & comitiorum more revocato, ſuffragia populo reddere. id. c. 16. infra p. 646. E. ſq.

§ 55. (l. 97.) καὶ υἱὸς καὶ τρόφιμος] Suetonius c. 13. hæc nomina non Cajum ſibi tribuiſſe, ſed illi gratulantis populi vocibus ingeſta refert. *Ut a Miſeno movit, quamvis lugentis habitu, & funus Tiberii proſequens, tamen inter altaria & victimas, ardentesque tædas, denſiſſimo & lætiſſimo obviorum agmine inceſſit, ſuper fauſta nomina,* ſidus, & pullum, & puppum, & alumnum *appellantium.* Indignatus autem vehementer, acclamatum ſibi νεανίσκε Αὔγουστε, infra p. 650. A.

§ 56. (l. 1.) Κόϊντος Πομπώνιος] Hic eſt Pomponius Secundus, de quo propter Sejani amicitiam delato Tacitus ad annum Tiberii XVI. libro V. Annal. c. 8. *At Pomponius multa morum elegantia, & ingenio illuſtri, dum adverſam fortunam æquius tolerat, Tiberio ſuperſtes fuit.* Conſulem non vocat Tacitus, tamen ex hoc Dionis loco conſulem ſuffectum A. 782. fuiſſe colligunt Onufrius lib. II. Faſtorum, & Pighius T. III. Annalium p. 557. quod ſi verum eſt, oportet faſces illi datos Kalendis Martii, vel Maji, ante A. Plautium & L. Nonium, quos illo anno ſuffectos conſules memorat priſcus lapis apud Gruterum p. MLXXXVII. 1. quosque Kalendis Juliis iniiſſe magiſtratum, ex teſſera veteri gladiatoria probat illuſtris Noriſius in epiſtola conſulari T. XI. Theſauri Græviani pag. 402. ſq. Certe falluntur qui in hoc Dionis loco cogitant de L. Pomponio, qui conſul fuit anno Tiberii quarto, ſupra pag. 613. D. Ille enim non Secundus cognomento, ſed Græcinus, Julii Pomponii Græcini frater.

Tempus captivitatis VII. annorum cum Tacito conciliari non poſſe, notat Ryckius XII. 27. 3. qui Pomponium Secundum poſt Sejani caſum A. 784. (unde ad Caji initium nondum ſex anni) accuſatum ſcribit V. 8. 1. REIM.

§ 57. (l. 3.) ἐγκλήματα ἀσεβείας] Supra p. 642. D. § 43.

§ 58. (l. 4.) τὰ γράμματα κατέκαυσεν] p. 642. E. 667 C.

§ 59. (l. 13.) Κρόνια ἐπὶ πέντε ἡμέρας] Suetonius c. 17. *ut lætitiam publicam in perpetuum quoque augeret, adjecit diem Saturnalibus, appellavitque Juvenalem.* Hunc diem exemtum iterum, reſtituit deinde Claudius, ut dicet Dio p. 682. C. Ex iis quæ erudite Lipſius lib. I. Saturnalium c. 3. ſq. conſtat, illa per unum primo diem celebrata fuiſſe, medio menſe Decembri XIV.

A.U.C. 790. Cn. Proculo & Pont. Nigrino Coss.

ὅσα ἂν καὶ ἐκείνοις ἀρέσῃ ποιήσειν ὑπέσχετο, [55] καὶ 644 υἱὸς καὶ τρόφιμος αὐτῶν λέγων εἶναι. ἦγε δὲ πέμπτον καὶ εἰκοστὸν ἔτος, ἡμερῶν τεσσάρων καὶ μηνῶν πέντε [g] ἐπιδέων. ἔπειτα τοὺς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ὄντας ἀπέλυσεν· ὧν εἷς ἦν [h] Κύϊντος [56] Πομπώνιος, ἑπτὰ ὅλοις ἔτεσιν ἐν τῷ οἰκήματι μεθ᾽ ὑπατείαν κακωθείς· τά τε [57] ἐγκλήματα τῆς ἀσεβείας (οἷσπερ καὶ τὰ μάλιστα πονουμένους σφᾶς ἑώρα) κατέλυσε, καὶ [58] τὰ γράμματα τὰ περὶ αὐτῶν, ὅσα ὁ Τιβέριος καταλελοίπει, [i] συννήσας (ὥς γε ἐσκήπτετο) κατέκαυσεν εἰπὼν ὅτι, Τοῦτ᾽ ἐποίησα, ἵνα μηδ᾽ ἂν πάνυ ἐθελήσω B ποτὲ διά τε τὴν μητέρα καὶ διὰ τοὺς ἀδελφοὺς μνησικακῆσαί τινι, δυνηθῶ αὐτὸν τιμωρήσασθαι. ἐπαινούμενός τε ἐπὶ τούτοις, ἐπειδὴ ἠλπίζετο παντὸς μᾶλλον ἀληθεύσειν, ἅτε μηδὲν διπλοῦν ὑπὸ τῆς νεότητος ἢ φρονεῖν ἢ λέγειν δύνασθαι νομιζόμενος, προσεπηύξησε τὰς ἐλπίδας αὐτῶν, τά τε [59] Κρόνια ἐπὶ πέντε ἡμέρας ἑορτάζεσθαι κελεύσας, καὶ ὀβολὸν παρ᾽ ἑκάστου [60] τῶν τὸ σιτηρέσιον φερόντων, ἀντὶ τῆς δραχμῆς, ἣν [61] ἐς εἰκόνων ποίησιν ἐδίδοσαν αὐτῷ, λαβών. ἐψηφίσθη μὲν οὖν, καὶ παραχρῆμα [62] αὐτὸν ὑπατεῦσαι, C καταλυθέντων τοῦ τε Πρόκλου καὶ τοῦ Νιγρίνου τῶν τότε ἀρχόντων· καὶ μετὰ τοῦτο κατ᾽ ἔτος ὑπατεύειν. οὐ μὴν καὶ προσεδέξατο αὐτά, ἀλλ᾽ ἐπειδὴ ἐκεῖνοι τὸν [k] ἔκμηνον, ἐς ὃν ἀπεδεδείχατο, διῆρξαν, οὕτω δὴ καὶ αὐτὸς ὑπάτευσε, τὸν Κλαύδιον τὸν θεῖον προσλαβών. οὗτος γὰρ ἔν τε τοῖς ἱππεῦσι μέχρι τότε ἐξεταζόμενος, [63] καὶ πρεσβευτὴς πρὸς τὸν Γάϊον, μετὰ τὸν τοῦ Τιβερίου θάνατον, ὑπὲρ τῆς ἱππάδος πεμφθείς, τότε πρῶτον, καίπερ [64] ἓξ καὶ τεσσαράκοντα ἔτη βεβιωκώς, καὶ ὑπάτευσεν ἅμα καὶ [l] ἐβού- D λευσεν. ὁ δ᾽ οὖν Γάϊος ταῦτά τε ἐπιεικῶς ποιῆσαι ἔδοξε, καὶ τοιαῦτα, ἐπιβὰς τῆς ὑπατείας, ἐν τῷ βουλευτηρίῳ ἐδημηγόρησε, τοῦ τε Τιβερίου καθ᾽ ἕκαστον ὧν ᾐτιάζετο κατατρέχων, καὶ περὶ ἑαυτοῦ πολλὰ ἐπαγγελλόμενος· ὥστε τὴν γερουσίαν, φοβηθεῖσαν μὴ μεταβάληται, δόγμα ποιῆσαι, [65] κατ᾽ ἔτος αὐτὰ ἀναγινώσκεσθαι.

Ἐκ δὲ τούτου [66] τὸ ἡρῷον τὸ τοῦ Αὐγούστου ὡσίωσε,

placitum eorum acturum, filiumque ſe, & alumnum eorum dictitans. Agebat tum ætatis annum viceſimum quintum, quinque adhuc ad eum explendum menſibus, & diebus quatuor indigens. Deinde eos, qui in carcere erant, dimiſit, inter quos fuit Q. Pomponius, ſeptem totos annos a conſulatu ſuo ibi miſere habitus: actiones læſæ majeſtatis, quibus urbem maxime vexari videbat, ſuſtulit: libelloſque de iis, quos Tiberius reliquerat, congeſtos exuſſit, ut quidem præ ſe ferebat: addens eo id a ſe factum, ut ne ſi omnino quidem vellet memor eſſe injuriæ propter matrem aut fratres, quenquam ulciſci poſſet. Ob hæc laudatus, quia ſpes erat, vera eum ſupra cæteros omnes promittere, neque poſſe per juvenilem ætatem ſuam aliud ſentire, ac dicere, auxit ſpes hominum, juſſitque Saturnalia per quinque dies agi: accepitque ab omnibus iis, quibus frumentum ex publico dabatur, obolum pro eo denario, quem ad ſigillaria ei conferebant. Confeſtim quidem conſulatus ei, exauctoratis qui tum conſules erant, Proclo & Nigrino, decretus eſt, utque eum deinceps quotannis gereret. Neque tamen ea recepit, ſed quum illi ſex menſibus, in quos conſulatum acceperant, perfuncti fuiſſent magiſtratu, ipſe demum conſulatum iniit, collega adſumpto Claudio patruo. Is Claudius ad id usque tempus equeſtri ordini accenſitus vixerat, & pro eo miſſus legatus ad Cajum, poſt mortem Tiberii, tunc primum, annos jam natus quadraginta ſex, ſenator una conſulque factus eſt. Benigne hæc egiſſe Cajus eſt creditus, eamque initio conſulatus in ſenatu habuit orationem, ſingula Tiberii vitia perſtringendo, & multa de ſe pollicendo, ut ſenatus veritus, ne mutaretur, ſenatusconſulto facto juſſerit quotannis eam recitari.

7. Deinde Cajus, ſtola indutus triumphali, templum

g ἐπιδέων. ἀποδέον, Xiph. ad ἔτος referens, quod & Dio alias. *h* Κύϊντος. Κυΐντιος, Xiph. ſed Κύϊντος Coiſl. Br. Λούκιος, L. ad marg. quod falſum eſſe, oſtendit F. *i* συννήσας. ita recte X. & HS. atque L. pro συνήσας, apud RS. quæ verba jam ſæpius permutata vidimus. *k* ἔκμηνον. ἑξάμηνον, L. ad marg. ſed & illud Dioni familiare. *l* ἐβούλευσεν. ita recte X. pro ἐβασίλευσε, apud RS. poterat ſuam emendationem firmare ex Z. nam Xiph. cum Robertina lectione conſentit. recte igitur jam HS, & L. illam lectionem meliorem Zonaræ & Xylandri expreſſerunt.

XIV. Kal. Januar. Duos dies Julius Cæſar addidit, ut inciperet a XVI Kalend. Jan. Quartum quis ſacraverit primus, nemini veterum traditum: & tamen cum unus adhuc tantummodo feſtus eſſet, plures jam dies hilaritati publicæ tributi, ita ut diu ante Julium Cæſarem, veteres poetæ Novius & Mummius apud Macrobium lib. I. Saturnalium c. 10. ſeptem Saturnalia celebraverint. Martialis vero, qui poſt Caji Claudiique tempora ſcripſit, jam *quinque dies Saturni* XIV. 79. jam ſimul computatis binis qui Saturnalibus ſuccedebant diebus, celebritatis ſigillariorum, *dies ſeptem* XIV. 27. memorat.

§ 60. (l. 15) τῶν τὸ σιτηρέσιον φερόντων] Vide ad p. 224. D.

§ 61. (l. 16.) ἐς εἰκόνων ποίησιν] In ſigillaria, quibus donabant pueros, amicos, clientes, vide Pitiſcum ad Sueton. Claudio c. 5.

§ 62. (l. 17.) αὐτὸν ὑπατεῦσαι] Per duos menſes & dies duodecim Cajus primum conſulatum geſſit. infra p. 645. C.

§ 63. (l. 24) καὶ πρεσβευτὴς] Tertia hæc legatio addenda duabus, quas memorat Suetonius in Claudio c. 6. *Equeſter ordo bis patronum eum perferendæ pro ſe legationis elegit, ſemel cum deportandum Romam corpus Auguſti humeris ſuis a Conſulibus expoſceretur, iterum cum oppreſſum Sejanum apud eosdem gratularetur.*

§ 64. (l. 26.) ἓξ καὶ τεσσαράκοντα] Natus Claudius Antonio & Africano Coſſ. hoc eſt A. U. C. 744. teſte Suetonio c. 2. Conſulatum primum cum Cajo demum geſſit hoc A. U. C. 790. Tiberius enim conſularia ornamenta deferre ei contentus, a legitimis honoribus eum removerat, ut ex eodem Suetonio conſtat c. 5. Idem c. 7. *ſub Cajo demum, fratris* (Germanici) *filio, ſecundam exiſtimationem, circa initia imperii, omnibus lenociniis colligente, honores auſpicatus, conſulatum geſſit una per duos menſes, evenitque ut primitus ingredienti cum faſcibus forum, prætervolans aquila dexteriore humero inſideret.* Et in Caligula c. 15. *Patruum Claudium, equitem Romanum ad id tempus, collegam ſibi in conſulatu aſſumſit.* Idem in Claudio c. 9. *Ne diſcriminibus quidem caruit; primum in ipſo conſulatu, quod Neronis & Druſi fratrum Cæſaris ſtatuas ſegnius locandas ponendasque curaſſet, pæne honore ſummotus eſt.*

§ 65. (l. 33.) κατ᾽ ἔτος αὐτὰ ἀναγινώσκεσθαι] Conſulibus magiſtratum ingredientibus, ut de oratione Neronis poſtea decretum, infra p. 690. D. & de Auguſti ac Tiberii, mos obtinuit, quem Claudius abrogavit. p. 671. C.

§ 66. (l. 35.) τὸ ἡρῷον τοῦ Αὐγούστου] Templum Auguſti, quod Tiberius imperfectum reliquerat, & Cajus abſolvit. Sueton. Tiberio c. 47. & Caligula c. 21. Memoria hujus rei in numis tertio imperii Caji anno cuſis, in quorum altera facie templum & Cajus in eo ſacrificans, in altera Pietas velato capite ſedens cum patera in manu dextera, adſcriptisque verbis C. CÆSAR DIVI. AUG. PRON. AUG. P. M. TR. P. III. P. P. vide Jac. Oiſelii theſaurum LXXVII. 7. Albertum Rubenium tab. XVIII

A.U.C. 790 Cn. Proculo & Pont. Nigrino COSS.

templum Auguſto ut heroi dedicavit, nobiliſſimis pueris & puellis, patrimis & matrimis, hymnum canentibus: epulumque ſenatoribus, & earum uxoribus, ac populo datum, variaque ſpectacula edita. Nam & omnis generis muſica introducta, & equi certaverunt duobus diebus, priore vicies, poſteriore (natalis enim erat Caji) vicies quater. Ea fuit dies pridie Kal. Septembris. Idque poſthac etiam alia multiplici occaſione, ut viſum fuerat, Cajus fecit, quum ante tantum duodecies certaretur. Urſæ quoque tunc ab eo CCCC, ac totidem aliæ feræ Africanæ ſunt interfectæ: patricii pueri Trojam luſerunt: currus in pompa, quo Cajus vehebatur, ſex equis tractus eſt, quod nunquam ante uſitatum. Ipſe autem ſignum aurigantibus non dedit, ſed præſidens cum ſororibus & collegis Auguſtalibus ſpectavit. Ac ne qua ulli excuſatio eſſet non veniendi in theatrum, (nam ægerrime ferebat, ſi quis abeſſet, aut ſpectaculo nondum finito diſcederet) judicia diſtulit omnia, luctum omnem inhibuit, ita ut liceret viduis etiam nubere intra conſtitutum quondam tempus, ſiquidem non eſſent prægnantes. Etiam id, quod alias receptum erat, ut obvii in via imperatorem ſalutarent, interdixit, quo nimirum otioſe ad theatrum iri ſine moleſtia ſalutandi poſſet. Permiſit quoque, ut qui vellent, diſcalceati ſpectarent; quod deductum ab antiquiſſimo more,

ὥσπερ, τὴν ἐπινίκιον στολὴν ἐνδύς· καὶ οἵ τε εὐγενέστατοι παῖδες, ὅσοι [m] γε καὶ [67] ἀμφιθαλεῖς ἦσαν, μετὰ παρθένων ὁμοίων τὸν ὕμνον ᾖσαν, καὶ ἡ βουλὴ [68] σὺν ταῖς γαμεταῖς σφῶν, ὅ, τε δῆμος εἱστιάθη· E
θέαι τε παντοδαπαὶ ἐγένοντο. τά τε γὰρ τῆς μουσικῆς ἐχόμενα ἐσήχθη, καὶ ἵπποι δύο ἡμέραις ἠγωνίσαντο, τῇ μὲν προτέρᾳ εἰκοσάκις, τῇ δ' ὑστέρᾳ [n] καὶ τετράκις, [69] διὰ τὸ τὰ γενέθλια αὐτοῦ τὴν ἡμέραν ἐκείνην εἶναι. ἦν γὰρ ἡ τελευταία τοῦ Αὐγούστου. καὶ τοῦτο μὲν καὶ ἐπ' ἄλλων πολλῶν, ὥς που καὶ ἔδοξεν αὐτῷ, ἐποίησε. πρότερον γὰρ [70] οὐ πλείω τῶν [o] δώδεκα ἄθλων ἐτίθετο· τότε δὲ καὶ ἄρκτους τετρακοσίας μεθ' ἑτέρων Λιβυκῶν θηρίων ἴσων ἀπέκτεινε. καὶ οἵ τε εὐγενεῖς παῖδες τὴν Τροίαν ἵππευσαν, καὶ [71] τὸ ἅρμα τὸ πομπικὸν ἐφ' οὗ ἤχθη, ἓξ ἵπποι εἵλκυσαν· ὃ μὴ πώποτε ἐγεγόνει. οὐ μέντοι καὶ [p] αὐτὸς τοῖς ἡνιόχοις [72] ἀπεσήμηνεν, ἀλλ' ἐκ προέδρας μετά 645
τε τῶν ἀδελφῶν καὶ μετὰ τῶν [73] συνιερέων τῶν Αὐγουστείων συνεθεάσατο. ὅπως τε μηδεμία τινὶ τοῦ μὴ συμφοιτᾷν ἐς τὰ θέατρα πρόφασις εἴη, (καὶ γὰρ ἤχθετο δεινῶς εἴ τις αὐτῶν ἀπελείπετο, ἢ καὶ μεσούσης τῆς θέας ἐξανίστατο) τάς τε δίκας ἁπάσας ἀνεβάλετο, καὶ τὰ πένθη πάντα ἐπέσχεν· ὥστε καὶ ταῖς γυναιξὶ ταῖς τῶν ἀνδρῶν ἐστερημέναις γαμεῖσθαι, καὶ [74] πρὸ τοῦ καθήκοντος χρόνου, (ἄν γε μὴ ἐν γαστρὶ ἔχωσιν) ἐξεῖναι. καὶ ἵνα μετὰ ῥᾳστώνης βαδίζοιεν, καὶ μὴ πράγματα ἔχοιεν ἀσπαζόμενοί τινες αὐτὸν, (πρότερον γὰρ καὶ ἐν B
ταῖς ὁδοῖς τὸν αὐτοκράτορα οἱ συντυγχάνοντές οἱ προσηγόρευον) ἀπεῖπε μηδένα ἔτι τοῦτο ποιεῖν. καὶ ἐξῆν [75] καὶ ἀνυποδήτοις βουλομένοις θεᾶσθαι νομιζόμενον

[m] γε. ſic HS. L. τε, RS. [n] καὶ τετράκις. aut *quater* reddendum, aut excidit καὶ εἰκοσάκις. durius enim fuerit, illa ex antecedentibus ſubaudienda dicere. [o] δώδεκα. δέκα, V. b. ſed vide F. [p] αὐτός. αὐτοῖς, V. b.

§ 67. (l. 37.) ἀμφιθαλεῖς] Boni ominis cauſſa, ſimiliter ut in ſacris ſæcularibus, præcipiente Sibylla apud Phlegontem de longævis c. ult. & Zoſimum lib. II. c. 6. παίδων, οἷς ἀμφιθαλὴς ἔτι φύτλη. Sunt igitur ἀμφιθαλεῖς, patrimi & matrimi. Heſychius: ἀμφιθαλὴς, ἐπ' ἀμφοτέροις τοῖς γονεῦσι θάλλων, ἢ ἐφ' ᾧ ἀμφότεροι θάλλουσιν οἱ γονεῖς. Similiter Scholia Græca & Euſtathius ad Iliad χ. 496. p. 1389. Scholiaſt. Ariſtophanis ad aves, v. 1735. ὁ ἀμφιθαλὴς ἔρως, ἀμφοτέροις τοῖς γονεῦσι θάλλων, καὶ μηδενὸς ὠρφανισμένος. vide Petri Pithœi opera. p. 177. Turnebi Adverſaria XXVIII. 20. Neque alio ſenſu apud Themiſtium orat. XIX. p. 231 A. τοῦ παιδὸς τοῦ ἀγαπητοῦ ἀμφιθαλοῦς ἀτεχνῶς καὶ ἀμφιδεξίου. Et Heliodorum lib. I. p. 42. Ἐφεσίων τὰ πρῶτα γεγονότες καὶ ἀμφιθαλεῖς ὄντες, licet Bourdelotio placeat hoc opponi adoptivis, qui ei ἑτεροθαλεῖς, neſcio quo auctore. Etiam apud Joannem Malalam lib. XII. p. 377 Caſſium illuſtrem ἀμφιθαλῆ, quem pro Mercurio coluere Antiocheni, patrimum ac matrimum interpretor. De hymno ſimili, quem dedicandæ aureæ Caji imagini etiam οἱ εὐγενέστατοι παῖδες concinuere, mentio infra p. 652. C.

§ 68. (l. 39.) σὺν ταῖς γαμεταῖς σφῶν] Suetonius cap. 17. *abundantiſſimum epulum ſenatui equeſtrique ordini etiam conjugibus ac liberis utrorumque.* Similiter de Claudio infra p. 670. A.

§ 69. (l. 43.) διὰ τὸ τὰ γενέθλια] Natum Cajum pridie Kal. Sept. patre ſuo Germanico & C. Fontejo Capitone Coſſ. A. U. C. 765. teſtatur etiam Suetonius c. 8. Solebant autem ſpectaculis, ſi in natalem principis inciderent, aurigationes quædam in illius honorem adjungi. Ita de Tiberio idem Suetonius c. 26. *Natalem ſuum plebejis incurrentem Circenſibus, vix unius bigæ adjectione honorari paſſus eſt.* Igitur natali Caji quatuor agitationes adjectæ, ut cum priore die XX. poſteriore XXIV. aurigationibus certaretur. Hoc deinceps alii ſunt imitati; unde ſumtus non mediocriter augeri contigit. vide infra p. 683. C.

§ 70. (l. 46.) οὐ πλείω τῶν δώδεκα ἄθλων] More a Græcis accepto, qui ad duodecim periodos, quas luna per annum conficit, reſpicientes, in agonibus ſuis duodecim miſſus frequentabant, ut notarunt viri docti ex Schol. Pindari ad Olymp. II. 93. δωδεκάκις γὰρ περιήρχετο τὸν δρόμον τὰ τέλεια ἅρματα. vide Onufrium lib. I. de ludis Circenſibus T. IX. Theſauri Græviani p. 160. ſq. Poſtea XXIV. miſſus in certaminibus ejuſmodi expediti, qui horis diei & noctis reſponderent, ut notavit Caſſiodorus III. variarum Epiſt. 51.

§ 71. (l. 49.) τὸ ἅρμα τὸ πομπικόν] Currum non triumphalem, quales frequenter in numis conſpiciuntur ab equis quatuor ducti; vide Onufrium de triumpho T. IX. Theſauri Græviani p. 1360. ſq. ſed qualis in Circenſi pompa, in qua currus tantum Jovis ſejugus ante conſpectus fuerat. Conf. Joh. Schefferum lib. II. de re vehiculari c. 14. p. 180. ſq.

§ 72. (l. 52.) ἀπεσήμηνεν] Ad commiſſionem certaminum ſignum dedit non ipſe Cajus, quod ſolebat conſul facere, ſed magiſtratuum alicui dandum permiſit, vel Claudio, qui nonnunquam ſpectaculis in Caji vicem præſedit, teſte Suetonio, Claud. c. 7. Pro ἀποσημαίνειν, *mittere ſignum* dixit Ennius apud Tullium I. de divinatione c. 48. Nero plane ab aliquo liberto juſſit mappam mitti, unde magiſtratus eam mittere ſigno dando conſueverant, teſte Suetonio c. 22. Xylander verbum ἀπεσήμηνεν male reddit, *metas aurigis conſtituit.*

§ 73. (l. 53.) συνιερέων τῶν Αὐγουστείων] De ſacerdotibus ac flaminibus Auguſti dictum ad p. 600. A ex quibus Cajum quoque fuiſſe ex hoc loco conſtat. Erant autem tota hæc ſpectacula Auguſti dicata honoribus, cujus templum Cajus jam abſolutum dedicaverat.

§ 74. (l. 59.) καὶ πρὸ τοῦ καθήκοντος χρόνου] Ante menſes decem, quibus luctus religionem priori viro præſtare debebat, ne gravida ex illo mulier, nuptaque alteri, præparatis nuptiis turbationem ſanguinis inferret. vide quæ viri docti ad Digeſta lib. III. tit. 2. de his qui notantur infamia, leg. 11. & codicis lib. V. tit. 9. de ſecundis nuptiis leg. 1. Alphonſum Carranzam de partu naturali ac legitimo c. XIII. p. 572. ſqq.

§ 75. (l. 65.) καὶ ἀνυποδήτοις] Contentos ſoleis, ſive crepidis: quod *pedibus intectis* vocat Tacitus II. 59. Annal. *pari cum Græcis amictu.* vide Benedicti Balduini calceum antiquum c. XI. Lipſium Exc. K. ad lib. II. Ann. Taciti, & quæ de Commodo Imp. infra p. 825. D.

§ 76. (l. 67.) καὶ ὑπὸ τοῦ Αὐγούστου] Mirum hoc de Auguſto, quem forenſia veſtimenta & calceos altiuſculos (ut procerior quam erat videretur) nunquam non intra cubiculum ad ſubitos caſus habuiſſe paratos, teſtatur Suetonius c. 73. Cajum autem modo in crepidis vel cothurnis, modo in ſpeculatoria

νον μέν που ἀπὸ τοῦ πάνυ ἀρχαίου, καὶ δικάζειν τινὰς ἐν τῷ θέρει οὕτως, καὶ πολλάκις [76] καὶ ὑπὸ τοῦ Αὐγούστου ἐν ταῖς θεριναῖς πανηγύρεσι γενόμενον, ἐκλειφθὲν δὲ ὑπὸ τοῦ Τιβερίου. [77] τά τε προσκεφάλαια τοῖς βουλευταῖς, ὅπως μὴ ἐπὶ γυμνῶν τῶν σανίδων καθίζωνται, πρῶτον τότε ὑπετέθη· καὶ [78] πίλους σφίσι C τὸν Θετταλικὸν τρόπον ἐς τὰ θέατρα φορεῖν, ἵνα μὴ τῇ ἡλιώσει ταλαιπωρῶνται, ἐπετράπη. καὶ εἴ γέ ποτε ἐς ὑπερβολὴν ἐπέφλεξε, [79] τῷ Δειριβιτωρίῳ ἀντὶ τοῦ θεάτρου ἰκριωμένῳ ἐχρῶντο. ταῦθ᾽ οὕτως ἐν τῇ ὑπατείᾳ ἔπραξε, [80] δύο τε μησὶ καὶ ἡμέραις δώδεκα αὐτὴν σχών. τὸν γὰρ λοιπὸν τῆς ἑξαμήνου χρόνον [81] τοῖς προαποδεδειγμένοις ἐς αὐτὴν ἀπέδωκε.

Μετὰ δὲ τοῦτο [82] νοσήσας, αὐτὸς μὲν οὐκ ἀπέθανε, τὸν δὲ δὴ [q] Τιβέριον, καίπερ ἐς τοὺς ἐφήβους ἐγγραφέντα, καὶ τῆς νεότητος D [83] προκριθέντα, καὶ τέλος ἐσποιηθέντα, [84] ἀνεχρήσατο· ἔγκλημα αὐτῷ ἐπαγαγὼν, ὡς καὶ τελευτῆσαι αὐτὸν καὶ εὐξαμένῳ καὶ προσδοκήσαντι. ἀφ᾽ οὗ καὶ ἄλλους γε συχνοὺς ἐφόνευσεν. ὁ γὰρ [85] Ἀντιόχῳ τε τοῦ Ἀντιόχου τὴν Κομμαγηνὴν, ἣν ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἔσχε, καὶ προσέτι καὶ τὰ παραθαλάσσια τῆς Κιλικίας δοὺς, [86] καὶ Ἀγρίππαν τὸν τοῦ Ἡρώδου ἔγγονον λύσας τε ([87] ὑπὸ γὰρ τοῦ Τιβερίου ἐδέδετο) καὶ τῇ τοῦ πάππου ἀρχῇ προστάξας, τὸν ἀδελφὸν ἢ καὶ τὸν υἱὸν οὐχ ὅτι τῶν πατρῴων ἀπεστέρησεν, ἀλλὰ καὶ κατέσφαξε· καὶ οὐδὲ ἐπέστειλέ τι περὶ E αὐτοῦ τῇ βουλῇ. ὅπερ που καὶ ἐπ᾽ ἄλλων μετὰ τοῦτο πολλῶν ἐποίησεν. ἐκεῖνος μὲν οὖν, [88] ὡς

καὶ

re, quo judicia etiam ita æſtate obire dabatur; atque ipſe etiam Auguſtus ſæpe ludis æſtivis ita interfuerat, quod tamen a Tiberio omiſſum. Tunc etiam primum ſenatoribus, ne nudis aſſeribus inſiderent, pulvinaria ſubdita; uſusque pileorum Theſſalicorum conceſſus in theatris, ne ſolis ardore laborarent: qui ſicubi eſſet vehementior, Diribitorio tabulatis inſtructo, pro theatro utebantur. Hæc in conſulatu egit Cajus, quem geſſit duos menſes, ac dies XII. reliquam ſemeſtris temporis partem iis, qui jam ante ad id deſignati fuerant, tradidit.

A.U.C. 790 Cn. Proculo & Pont. Nigrino COSS.

8. Poſt morbo conflictatus, mortem evaſit: at Tiberium, qui jam ex ephebis exceſſerat, ac princeps juventutis creatus fuerat, quem denique adoptaverat, interfecit eo crimine oneratum, quod mortem ipſius optaſſet ac ſperaſſet: ex quo tempore multos etiam alios vita ſpoliavit. Qui enim Antiocho Antiochi filio, Commagenen, paternum regnum, adjectis Ciliciæ maritimis dabat; qui Agrippam Herodis nepotem vinculis, quæ ei a Tiberio fuerant indita, liberabat, & avi principatum ei reddebat; iidem fratrem, imo vero filium ſuum, non modo paternis bonis, ſed vita etiam privavit, ne literis quidem ea de re ad ſenatum ſcriptis: quod & deinde in aliorum multorum nece neglexit. Atque ita Tiberius, quod inſidiatus eſſet Cajo

per

q Τιβέριον. addit Xiph. τὸν τοῦ Τιβερίου ἔγγονον.

culatoria caliga, nonnunquam in ſocco muliebri in publicum proceſſiſſe. id. c. 52.

§ 77. (l. 69.) τά τε προσκεφάλαια] Pulvinos ſive culcitas, quarum tralatitius jam pridem uſus erat in tricliniis atque ædibus privatis. Pulvinar ad Circum maximum conditum ab Auguſto, conſtat ex marmore Ancyrano, quod cujusmodi fuerit, cum voluptate lector videbit apud eruditiſſimum Montfauconum T. II. Supplementi antiquitatis illuſtratæ p. 98. Suetonius de Auguſto c. 45. *Ipſe Circenſes ſpectabat interdum e pulvinari, & quidem cum conjuge ac liberis ſedens.*

§ 78. (l. 71.) πίλους τὸν Θετταλικὸν τρόπον] *Pilei Theſſalici* cum lato margine, ad arcendum ſolem aptiſſimi, de quibus Theophraſti & aliorum veterum loca vide ſis apud Adrianum Junium II. 6. animadverſionum, & Rich. Bentlejum ad fragmentum Callimachi CXXIV. Non diſſimiles *Petaſi* Romanorum, de quibus Anſelmus Solerius, ſive Theoph. Raynaudus lib. de pileo ſect. 8. & viri docti ad hæc Suetonii de Auguſto c. 82. *domi quoque non niſi petaſatus ſub divo ſpatiabatur.* vide & celeberrimi Montfauconi Antiquitatem explanatam T. III. tabula XV. & Tom. III. ſupplementi tab. XXIX.

§ 79. (l. 74.) τῷ Διριβιτωρίῳ] Vide ad p. 553. D. Non autem ſemper tam humanus Cajus. Nam ut tradit Suetonius, c. 26. deinde *gladiatorio munere, reductis interdum flagrantiſſimo ſole velis, emitti quenquam vetuit.*

§ 80. (l. 76) δύο μησὶ καὶ ἡμέραις δώδεκα] Suetonius duobus locis hunc primum Caji conſulatum memorans in Caligula, c. 17. & in Claudio c. 7. duos tantum menſes a Calendis Julii memorat, dies duodecim negligit.

§ 81. (l. 77.) τοῖς προαποδεδειγμένοις ἐς αὐτὴν] Non Proclo & Nigrino, qui primos ſex menſes hujus anni conſulatum geſſerant, p. 644. C. ſed aliis duobus ſuffectis, quorum nomina ignorantur. Conſtat autem deſignatos priore anno conſules, non modo primos duos qui annum aperirent, ſed etiam qui per totum annum eſſent ſemeſtribus ſufficiendi.

§ 82. (l. 79.) νοσήσας] Morbum hunc octavo imperii menſe contractum per intemperantiam, notavit Philo legatione ad Cajum p. 769. ſq. Meminit & Suetonius c. 14.

§ 83. (l. 82.) προκριθέντα καὶ ἐσποιηθέντα] Eadem die hæc facta teſtatur idem Suetonius, c. 15. *Tiberium* (Gemellum Druſi F. Tiberii N.) *die virilis togæ adoptavit, appellavitque Principem Juventutis.* De honore hujus appellationis erudite, ut ſolet, illuſtris vir Ezech. Spanhemius, opere de uſu numiſmatum T. II. p. 359. De adoptione hujus Tiberii, quam & Philo pluribus exponit, jam dixerat Dio p. 640. C.

§ 84. (l. 82.) ἀνεχρήσατο] Sueton. c. 23. *Fratrem Tiberium* (rectius fratruelem, vel propter adoptionem filium) *inopinantem, repente immiſſo tribuno militum, interemit.* imo ut p. 771. narrat Philo, coëgit ſua manu ſe interficere, adſtantibus centurionibus & tribunis, vetitis adjuvare ſceleſtum facinus, quaſi nefas eſſet imperatorum cretos ſanguine alienis manibus occidi. Tantum ſciſcitantem docuerunt quo loco ſicam in ſe dirigere & καιρίαν ſibi infligere deberet.

§ 85. (l. 86.) Ἀντιόχῳ] Commagenem partem Syriæ, & regnum non adeo amplum, Antiochus Antiochi hujus pater, obtinuerat, quem Auguſtus Romam accitum interfecit, pag. 495. A. Filio reſtitutam Commagenem Cajus deinde iterum ademit, quam mox rurſus recuperavit a Claudio, ut dicet Dio p. 670. A. Hic eſt Antiochus Commagenes, de quo Tacitus XII. 55. quemque una cum Agrippa τυραννοδιδασκάλων perverſas imperitandi artes Cajo tradidiſſe Dio teſtatur, p. 658. & ſeſtertium millies confiſcatum illi in regnum reſtituto donata a Cajo, notat Suetonius c. 16. De hujus Antiochi Epiphanis Commageni filio, Joſephus lib. V. de bello Judaico c. XI. §. 3.

§ 86. (l. 88.) καὶ Ἀγρίππαν] Philo in Flaccum p. 750. Γάϊος Καῖσαρ, Ἀγρίππᾳ τῷ Ἡρώδου βασιλέως ὑιωνῷ δίδωσι βασιλείαν τῆς πατρῴας λήξεως, τρίτην μοῖραν ἣν Φίλιππος τετράρχης θεῖος ὢν αὐτῷ πρὸς πατρὸς ἐκαρποῦτο. Hæc uberius narrantem operæ pretium eſt conſulere Joſephum lib. XVIII. c. 8. & 9. qui patruo Herode tetrarcha in exilium pulſo, hujus tetrarchiam Galilææ ac Petrææ additam regno Agrippæ, Herodis magni nepoti a Cajo refert, & confirmatam deinde potentiam a Claudio auctamque XIX. 5. infra p. 670. B. Agrippa hoc mortuo, Judæam Syriæ additam notat Tacitus ad annum Claudii decimum lib. XII. annal. c. 23. & Philo p. 751. Agrippam illum vocat γένει Σύρον καὶ Συρίας μεγάλην ἀποδομὴν ἔχοντα ἧς ἐβασίλευε.

§ 87. (l. 90.) ὑπὸ τοῦ Τιβερίου ἐδέδετο] Idem Joſephus XVIII. 8. narrat cauſſam odii Tiberii in Agrippam, & vinculorum ejus, quem antea charum habuerat, quod incautus audiente Eutycho prodidiſſet, ſe Cajum malle Imperatoris quam Tiberium Gemellum ſucceſſorem.

§ 88. (l. 95.) ὡς τῇ ὑβρίσει αὐτοῦ ἐφεδρεύσας] Vitio illi

datum,

A.U.C.790 Cn. Proculo & Pont. Nigrino COSS.

per occaſionem morbi, cæſus fuit. Sed P. Afranius Potitus, plebejus homo, qui ſtulta adulatione inductus, non modo volens, ſed jurejurando etiam, ſeſe obſtrinxerat vita ceſſurum, ſi Cajus revaluiſſet: Ataniusque Secundus eques, qui promiſerat ſe depugnaturum gladiatoriis ludis, ſalute Cajo reddita: non modo nihil acceperunt pecuniæ, quam a Cajo ſperaverant, velut qui vitam ſuam pro ejus anima dare voluiſſent, ſed & coacti ſunt promiſſum perſolvere, ne perjurii ſe alligarent. Itaque hæc res illis mortem attulit. At ſocer Caji M. Silanus, cum neque recepiſſet quicquam in ſe, neque juraviſſet, tamen moleſtus ei propter virtutem & adfinitatem, ideoque ludibrio habitus, manus ſibi intulit. Hunc in tanto honore Tiberius habuerat, ut nunquam ferre ſententiam de cauſa, in qua facta ab eo fuiſſet provocatio, voluerit; verum ei omnes hujusmodi cauſas remiſerit. Cajus vero cum aliis magnis eum contumeliis affecerat, (quanquam tam bene de eo ſentiens, ut ovem auream vocaret) tum ne primus ſententiam diceret, (qui ei honos ab omnibus conſulibus propter ætatem & dignationem habebatur) antiquavit eam conſuetudinem, qua primus aliquis e conſularibus aut ſecundus, prout ſententiam roganti libitum fuisſet, cenſebat: & inſtituit, ut & ipſi perinde atque alii, ſententiam ſuam ferrent eo magiſtratus

καὶ τῇ ἀῤῥωστίᾳ αὐτοῦ ἐφεδρεύσας, ἀπώλετο· [r] Πούπλιος δὲ Ἀφράνιος [89] Πότιτος, δημότης τε ὤν, καὶ ὑπὸ μωρᾶς κολακείας οὐ μόνον ἐθελοντὴς, ἀλλὰ καὶ ἔνορκος, ἄν γε ὁ Γάϊος σωθῇ, τελευτήσειν ὑποσχόμενος· [s] Ἀτάνιός τέ τις [90] Σεκοῦνδος, ἱππεύς τε ὤν, καὶ μονομαχήσειν ἐπαγγειλάμενος· ἀντὶ τῶν χρημάτων ἃ ἤλπιζον παρ᾽ αὐτοῦ, ὡς καὶ [91] ἀντίψυχοί οἱ ἀποθανεῖν ἐθελήσαντες, λήψεσθαι, ἀποδοῦναι τὴν ὑπόσχεσιν ἠναγκάσθησαν, ἵνα μὴ ἐπιορκήσωσι, καὶ τούτοις μὲν αὕτη [92] αἰτία τοῦ θανάτου ἐγένετο. ὁ δὲ δὴ πενθερὸς αὐτοῦ [93] Μάρκος Σιλανὸς, οὔθ᾽ ὑποσχόμενός τι, οὔτε καταμόσας, ὅμως ἐπειδὴ [94] βαρὺς αὐτῷ ὑπό τε τῆς ἀρετῆς καὶ 646 [95] ὑπὸ [t] τῆς συγγενείας ἦν, καὶ διὰ τοῦτο περιυβρίζετο, ἑαυτὸν κατεχρήσατο. ὁ μὲν γὰρ Τιβέριος οὕτως αὐτὸν ἐτίμησεν, ὥστε [96] μήτε ἔκκλητόν ποτε ἀπ᾽ αὐτοῦ [u] δικάσαι ἐθελῆσαι, ἀλλ᾽ ἐκείνῳ πάντα αὖθις τὰ τοιαῦτα ἐγχειρίσαι. ὁ δὲ δὴ Γάϊος τά τε ἄλλα [97] ἰσχυρῶς προεπηλάκιζε, καίτοι οὕτω καλῶς περὶ αὐτοῦ φρονῶν, ὥστε καὶ [98] χρυσοῦν αὐτὸν πρόβατον ὀνομάζειν· καὶ ὅπως μηκέτι πρῶτος ἐπιψηφίζηται, (ἐν ᾧ που καὶ [99] διὰ τὴν ἡλικίαν καὶ διὰ τὸ ἀξίωμα ὑφ᾽ ἁπάντων τῶν ὑπάτων ἐτιμᾶτο) κατέλυσε τὸ πρῶτόν τινα τῶν ὑπατευκότων, ἢ δεύτερον, πρὸς τὸ τοῖς τὴν γνώμην ἐπάγουσι δοκοῦν, ψηφίζεσθαι· καὶ κατεστήσατο ἐκ τοῦ ἴσου τοῖς ἄλλοις [100] καὶ ἐκείνους ἐν τῇ τάξει τῆς ἀρχῆς, ἣν ἦρξαν, ἀποφαίνεσθαι. B τὴν

r Πεύπλιος. Πούπλιος, RS. quod correxit X. & poſt eum HS. & L. Πόπλιος hic ſcriptum erat. ſed Πότιτος bis p. 458. C.
s Ἀλάνιος. ſic & Xiph. forte Ἀτάνιος, Od. ſic & Glandorpius Onomaſt. p. 137. *Athanius* & *Atthanius* ap. Gruter.
t τῆς συγγενείας. ſic & Xiph. & Z. τῆς εὐγενείας L. ad marg. quod merito rejicit F.
u δικάσαι. δικάσασθαι, Xiph.

datum, *quod antidotum oboluiſſet, quaſi ad præcavenda venena ſua ſumtum — cum ille propter aſſiduam & ingraveſcentem tuſſim medicamento uſus eſſet.* Sueton. c. 23.

§ 89. (l. 97.) Πότιτος] Idem c. 27. *Alterum qui ſe periturum ſalutis ejus cauſſa voverat, cunctantem pueris tradidit verbenatum inſulatumque, qui votum repoſcentes per vicos agerent, quoad præcipitaretur ex aggere.* Plura devotorum exempla vide ſi placet ad p. 510. C. & de perſuaſione veterum, poſſe alicujus produci vitam, ſi ejus vicem ſubiret ultro alius velut hoſtia ſuccedanea, Claudium Nicaſium Diſſ. de numo Pantheo Hadriani. p. 45.

§ 90. (l. 1.) Σεκοῦνδος] Ad hunc ſpectat quod apud eundem Suetonium præcedit: *votum exegit ab eo, qui pro ſalute ſua gladiatoriam operam promiſerat, ſpectavitque ferro dimicantem, nec dimiſit niſi victorem, & poſt multas preces.* Id. c. 14. *Non defuerunt qui depugnaturos ſe armis pro ſalute ægri, quique capita ſua titulo propoſito voverent.*

§ 91. (l. 3.) ἀντίψυχοί οἱ] Voce ἀντιψύχου delectatus S. Ignatius, in cujus epiſtolis ſæpius occurrit, ſicut etiam in aliorum ſcriptorum inſignium veteris eccleſiæ monumentis, qui Chriſtum Servatorem ἀντίψυχον ἡμῶν καὶ ἀντίλυτρον γεγενημένον, & Dei benignitatem ἀντίψυχον ὑπὲρ πάντων ἡμῶν προϊέμενον αὐτὸν læti celebrant. vide Theſaurum clariſſimi Suiceri, & virorum ſupra laudes Joannis Pearſonii Vindicias Ignatianas Parte II. c. 15. & Henrici Valeſii notas ad Euſebii oration. de laudibus Conſtantini p. 286.

§ 92. (l. 6.) αἰτία τοῦ θανάτου] Si Suetonium audimus, Atanius Secundus tamen necem evaſit.

§ 93. (l. 7.) Μάρκος Σιλανὸς] Sueton. c. 23. *Silanum ſocerum ad necem ſecandasque novacula fauces compulit, cauſatus quod hic ingreſſum ſe turbatius mare non eſſet ſecutus, ac ſpe occupandi urbem, ſi quid ſibi per tempeſtates accideret, remanſiſſet — cum ille impatientiam nauſeæ vitaſſet, & moleſtiam navigandi.* M. hic Junius Silanus, vir conſularis, pater Juniæ Claudillæ, primæ Caji uxoris, ſed dimiſſæ ab eo, ut mox dicet Dio, aut amiſſæ ex partu, ut Sueton. c. 12. ὠκυμόρου ἀποθανούσης, Philo p. 774.

§ 94. (l. 9.) ἐπειδὴ βαρὺς αὐτῷ] Silanus Cajo gravis propter frequentes admonitiones, bonas quidem & ex paterno profectas animo, ſed inſolenti & tyrannico genero intolerabiles ridiculasque, ut pluribus exponit Philo p. 775. Itaque & Julius Græcinus Silanum juſſus accuſare, & quia abnuit, interfectus eſt, teſte Tacito Agricola c. 4.

§ 95. (l. 10.) ὑπὸ τῆς συγγενείας] Ita non Dionis tantum, ſed etiam Xiphilini & Zonaræ codices: itaque non aſſentior viris doctis, qui εὐγενείας legunt; licet novi, e nobiliſſimis Silanum & conſularibus fuiſſe, τῷ γένει, ut notat quoque Philo, λαμπρόν. Sed Cajum male habuit, quod συγγενείας fiducia Silanus, ſocerique anctoritate, non deſineret ipſum identidem monere, & actiones ejus reprehendere, μὴ συνιεὶς, ὅτι τῷ θανάτῳ τῆς θυγατρὸς συναπεθνήκει καὶ ἡ κατ᾽ ἐπιγαμίαν οἰκειότης, *non intelligens, affinitatem morte filiæ exſtinctam.* Philo pag. 775. ſq.

§ 96. (l. 12.) μήτε ἔκκλητον] De ſenatu infra p. 654. A. οὐ μέντοι ἀνέκκλητος ἦν ἀλλ᾽ ἐφέσιμοι δίκαι ἀπ᾽ αὐτῆς ἐγίγνοντο συχναί. Fuit autem conſul Silanus ſub Tiberio A. U. C. 772. ſupra p. 615. potentia per inſignem nobilitatem & eloquentiam præcellens, ut notat Tacitus III. 24. Annal. Fortaſſe etiam per adulationem, cujus ſpecimen ab eodem refertur III. 57. quod pro ſententia dixit, honorem Principi ex ipſius contumelia conſulatus petens, *ut publicis privatisque monumentis non Conſulum nomina præſcriberentur, ſed eorum qui tribunitiam poteſtatem gererent;* quod tamen minime obſervatum.

§ 97. (l. 15.) ἰσχυρῶς προεπηλάκιζε] Ad has Caji injurias merito retuleris, quod Silano Africam obtinenti, legionem, miſſo in eam rem legato abſtulerat, ut ex eodem Tacito diſcimus IV. 44. Hiſt.

§ 98. (l. 17.) χρυσοῦν πρόβατον] Hoc non ita accipiendum, uti Diogenes Cynicus, divitem ſtultum videns, appellavit πρόβατον χρυσόμαλλον, *ovem aureo vellere*, ut refert Galenus Exhortat. ad artes, & Laërtius VI. 47. Minime enim ſtultus Silanus, quem μεστὸν φρονήματος Philo p. 774. celebrat. Sed ita ut Q. Fabius Maximus Cunctator olim dictus fuit *ovicula*, πρὸς τὴν πρᾳότητα τοῦ ἤθους, ut eſt apud Plutarchum in ejus vita p. 174. ſive ut Aurelius Victor de viris illuſtr. c. 43. *a clementia morum.* Sic & Silanum ab ingenii violentia alienum Cajus *pecudem auream* non dubitavit appellare, ut meminit etiam Tacitus XIII. 1. ubi tamen cum noſtro confundit alterum Silanum juniorem interfectum a Nerone.

§ 99. (l. 19.) διὰ τὴν ἡλικίαν καὶ διὰ τὸ ἀξίωμα] Solebant, ut eſt apud Dionyſium Halic. VII. p. 453. ſententiam in ſenatu a conſule rogari πρῶτοι οἱ πρεσβύτατοι τῶν ὑπατικῶν. vide ſupra ad p. 582. B. Claudio hoc datum a Cajo, ut

[101] τήν τε θυγατέρα αὐτοῦ ἐκβαλών, [102] ἔγημε [x] Κορνηλίαν Ὀρεστίναν, ἣν ἥρπασεν ἐν αὐτοῖς τοῖς γάμοις, οὓς τῷ ἠγγεγυημένῳ αὐτὴν Γαΐῳ Καλπουρνίῳ Πείσωνι συνεώρταζε. πρὶν δὲ δύο μῆνας ἐξελθεῖν, ἀμφοτέρους σφᾶς, ὡς καὶ συγγιγνομένους C ἀλλήλοις, ἐξώρισε· καὶ [103] τῷ γε Πείσωνι δέκα δούλους [y] ἐπάγεσθαι ἐπιτρέψας, εἶτ' ἐπειδὴ πλείονας ἠτήσατο, ἀφῆκεν ὅσοις ἂν ἐθελήσῃ χρήσασθαι, εἰπὼν ὅτι, Καὶ στρατιῶται τοσοῦτοι σοὶ συνέσονται.

Τῷ δ' ἑξῆς ἔτει, ὕπατοι [104] Μάρκος τε Ἰουλιανὸς καὶ Πούπλιος Νώνιος ἐκ τῶν προαποδεδειγμένων ἐγένοντο· [105] καὶ [z] οἱ ὅρκοι περὶ μὲν τῶν ὑπὸ τοῦ Τιβερίου πραχθέντων οὐκ ἐπήχθησαν, καὶ διὰ τοῦτο [a] οὐδενὶ γίγνονται. οὐ γάρ ἐστιν [b] ὅστις αὐ- D τὸν ἐν τοῖς αὐταρχήσασιν [106] ἐς τὴν τῆς οἰκίας νόμισιν καταλέγει. περὶ δὲ δὴ τοῦ Αὐγούστου τοῦ τε Γαΐου τά τε ἄλλα ὥσπερ εἴθιστο, καὶ ὅτι καὶ σφῶν αὐτῶν καὶ τῶν τέκνων καὶ ἐκεῖνον [107] καὶ τὰς ἀδελφὰς αὐτοῦ προτιμήσουσιν, ὤμοσαν, καὶ τάς τε εὐχὰς ὑπὲρ πάντων αὐτῶν ὁμοίως ἐποιήσαντο. ἐν δ' οὖν τῇ νουμηνίᾳ αὐτῇ [c] Μαχάων τις δοῦλος ἐπί τε τὴν [108] κλίνην τοῦ Διὸς τοῦ [d] Καπιτωλίνου ἐπανέβη, κἀντεῦθεν πολλὰ ἀπομαντευσάμενος καὶ δεινά, κυνίδιόν τέ τι ὃ ἐσεκεκομίκει E ἀπέκτεινε, καὶ ἑαυτὸν [e] ἔσφαξε. Γάϊος δὲ καλὰ μὲν ἐπαίνου τε ἄξια τάδε ἔπραξε. [109] τούς τε λογισμοὺς τῶν δημοσίων χρημάτων μὴ ἐκτεθειμένους ἐν τῷ χρόνῳ, ἐν ᾧ ὁ Τιβέριος ἐξεδήμησε, πάντας

A.U.C.790 Cn. Proculo & Pont. Nigrino COSS.

tus ordine, quem geſſiſſent. Filia quoque ejus ejecta, Corneliam Oreſtinam, ſponſo C. Calpurnio Piſoni ex ipſis nuptiis, quibus intererat Cajus, ereptam duxit: verum ante exitum ſecundi menſis, Piſonem & Oreſtinam, velut inter ſe coëuntes relegavit. Piſoni conceſſit, ut ſecum decem ſervos abduceret: quumque is plures peteret, liberum fecit ut haberet quot vellet; addito, totidem ei milites adfuturos.

A.U.C.791 M. Juliano & P. Nonio COSS.

9. Anno inſequenti conſules ex his, qui dudum deſignati fuerant, facti ſunt M. Aquilius Julianus, & P. Nonius Aſprenas. Atque hi quidem in acta Tiberii non juravere, ideoque ab omnibus ea negliguntur: neque quiſquam eſt hodie, qui Tiberium inter cæteros Imperatores in conſueta jurandi formula recenſeat. Verum de Auguſto & Cajo reliqua pro more facta, juratumque ab omnibus, Cajum ſe, ejuſque ſorores, ſibi ipſis & liberis ſuis antehabituros, votaque pro iis omnibus concepta. Prima anni die Machaon quidam ſervus in lectum Jovis Capitolini adſcendit, multaque & dira vaticinatus, catellum, quem ſecum intulerat, ac poſt ſe ipſum, jugulavit. Cajus autem hæc egregie & laude digna fecit. Rationes publicarum pecuniarum, jam inde a ſeceſſu Tiberii non vulgatas, exemplo Auguſti omnes conſcripſit

x Κορνηλίαν Ὀρεστίναν. non aliter Xiph. & Z. at Λιουΐαν Ὀρεστίλλαν Suetonio vocari, annotavit X. vide F. y ἐπάγεσθαι. ſic Xiph. quod prætuli vulgato ἐπαγαγέσθαι. mox pro ἀφῆκε, idem ἐφῆκε, quod perinde eſt. z οἱ ὅρκοι, ita poſt Xyl. edidere HS. & L. οἱ ὅρμοι, RS. quod forte corruptum ex οἱ μὲν ὅρκοι. a οὐδενὶ γίγνονται. ἐν οὐδενὶ γίγνονται. X. præter rem. οὐδενί, pro ὑπ' οὐδενός, ut recte Pet. Faber de Orig. Juris p. 72. b ὅστις αὐτῶν &c. ὅστις αὐτῶν τι ἐν τοῖς αὐταρχήσασιν ἐς τὴν οἰκείαν νόμισιν καταλέγῃ, *qui ſuis in ſtatutis quidquam eorum recenſeat*. L. marg. infeliciter. melius, ὅστις αὐτόν, Pet. Faber. l. c. probante Od. quod haud cunctanter recepi. nam ut infra Dio p. 667. D. τὸ μὲν ὄνομα αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἐν τῷ καταλόγῳ τῶν αὐτοκρατόρων &c. [*] ita hic eodem ſenſu ſcripſerat οὐκ ἔστιν ὅστις αὐτὸν ἐν τοῖς αὐταρχήσασιν καταλέγει. aliena autem eſt Fabri explicatio: *in cujus familiam genusque nemo ſe poſteriorum imperatorum inſerebat*. nam & τῆς οἰκίας νόμισιν mendoſa ſunt. non poſſum tamen Leunclavii οἰκείαν νόμισιν, nec Fabricii noſtri αἰκίας νέμεσιν probare. ſuſpicor ſcripſiſſe Dionem ἐς τὴν τῆς ὁρκίας νόμισιν. pro ὁρκωμοσίας, ut explicat Heſychius. ſenſus idem qui infra l. c. ἐν μνήμῃ ἐπὶ τοῖς ὅρκοις ποιούμεθα. c Μαχάων. Μάχων, Xiph. ſed ibi quoque Dionis lectionem firmat Mer. Coisl. Br. d Καπιτωλίνου. ſic HS. L. Καπιτωλίου, RS. Xiph. e ἔσφαξε. ita & Xiph. ἐπέσφαξε, Od.

ut ignominiæ cauſſa poſt omnes conſulares interrogaretur. Sueton. Claud. c. 9.

§ 100. (l. 23.) καὶ ἐκείνους ἐν τῇ τάξει τῆς ἀρχῆς ἣν ἦρξαν] Ut illius anni conſules primi ſententiam dicerent, adeoque nec primæ nec ſecundæ ſententiæ jus apud conſulares eſſet. Itaque ἐκείνους referendum ad ὑπάτων τῶν ὑπάτων, quod præceſſit, & τοῖς ὑπατευκόσι opponitur. Neque inſolitum, referente Imperatore, primos non conſulares ſed conſules rogatos fuiſſe, ut notum ex Taciti III. 17. Annal. *Primus ſententiam rogatus Aurelius Cotta conſul: nam referente Cæſare, magiſtratus etiam eo munere* (cenſendi, ſive ſententiam dicendi) *fungebantur*.

§ 101. (l. 25.) τὴν θυγατέρα αὐτοῦ ἐκβαλών] Juniam Claudillam Suetonius appellat, Tacitus Claudiam. Repudii neuter meminit, mortuam ſimpliciter refert Tacitus VI. 45. Suetonius amiſſam ex partu c. 12. ἀπόμοιρον ἀποθανούσης Philo legat. ad Cajum p. 774. Fortaſſe repudiata gravida, deinde in partu animam efflavit.

§ 102. (l. 25.) ἔγημε Κορνηλίαν Ὀρεστίναν] Ita & Xiphilini ac Zonaræ codices. Sed Sueton. c. 25. *Liviam Oreſtillam C. Piſoni nubentem, cum ad officium & ipſe veniſſet*, (nuptiali pompæ ac convivio ipſe intereſſet Cajus) *ad ſe deduci imperavit, intraque paucos dies repudiatam, biennio poſt relegavit, quod repetiſſe uſum prioris mariti tempore medio videbatur. Alii tradunt adhibitum cœnæ nuptiali mandaſſe ad Piſonem, contra accumbentem, noli uxorem meam premere, ſtatimque e convivio abduxiſſe eam ſecum, & proximo die edixiſſe, matrimonium ſibi repertum exemplo Romuli & Auguſti*.

§ 103. (l. 30.) τῷ γε Πείσωνι δέκα δούλους] Tempus non repugnat quo minus idem hic ſit C. Piſo, qui deinde in Neronem conjuravit, & de quo Tacitus XIII. 48. Lege Auguſti exulibus ſervi permiſſi viginti. p. 587. E.

§ 104. (l. 35.) Μάρκος Ἰουλιανὸς καὶ Πούπλιος Νώνιος] Horum conſulum, præter faſtorum ſcriptores, meminit etiam Frontinus de aquæductibus c. 13. *C. Cæſar qui Tiberio ſucceſſit, altero Imperii ſui anno, M. Aquilio Juliano, P. Nonio Aſprenate Coſſ. anno urbis conditæ MDCCLXXXX. duos ductus inchoavit*. c. 102. p. 183. edit. Poleni. Inde viri docti, Antonius Pagi prolegom. ad Diſſ. Hypatic. § 15. & Henricus Noris epiſtola conſulari T. XI. Theſauri Græv. p. 412. apud Sueton. c. 17. legunt *ex omnibus* (quatuor quos geſſit conſulatibus) *tres* (non duos) *noviſſimos conjunxit*. Inter primum enim atque ſecundum, de quo infra p. 649. B. Caji conſulatum, conſtat anni ſpatium interceſſiſſe.

§ 105. (l. 37.) καὶ οἱ ὅρκοι] Vide ſis dicta ad p. 607. C. Tiberii omiſſi iterum mentio infra p. 667. D. ubi idem Cajo etiam eveniſſe Dio tradit.

§ 106. (l. 40.) ἐς τὴν τῆς οἰκίας νόμισιν] Obſcurum eſt quid hæc verba ſibi velint, itaque in mentem venit legere, ἐς τὴν τῆς αἰκίας νέμεσιν, veluti *in ultionem injuriæ*, ut conſules Cajo non invito omiſerint jurare in acta Tiberii, ad injuriam ab eo illatam Germanici conjugi ac liberis, Germanicoque ipſi Caji parenti, hoc pacto vindicandam.

§ 107. (l. 43.) καὶ τὰς ἀδελφὰς αὐτοῦ] Supra p. 641. E. § 32. ſq.

§ 108. (l. 47.) κλίνην τοῦ Διὸς τοῦ Καπιτωλίνου] Notum eſt, Diis apud Græcos & Romanos, itaque Jovi etiam Capitolino, fuiſſe lectos ſuos & κλίνας ac pulvinaria, ſicut & Jovis epulo ipſe in lectulo, Juno & Minerva in ſellis, ad cœnam invitabantur, ut notavit Valerius Maximus II. 1. 2. Vide Joannem Alſtorphium de lectis veterum, capite ultimo.

§ 109. (l. 51.) τούς τε λογισμούς] Sueton. c. 16. *Rationes imperii ab Auguſto proponi ſolitas, ſed a Tiberio intermiſſas, publicavit*. De Auguſti Breviario imperii dictum ad p. 591. B.

A.U.C. 791 M. Juliano & P. Nonio COSS.

ſcripſit & edidit: incendium auxilio militum reſtinxit, damnumque paſſos pecunia juvit: quum ordo equeſtris diminutus eſſet, ex omni adeo extra Italiam imperio viros affinitatibus & opibus præpollentes in eum allegit, & quibusdam eorum in ſpem ſenatoriæ dignitatis uſum nonnullum veſtis ſenatoriæ conceſſit, antequam magiſtratum ullum geſſiſſent ejusmodi, quo alias in ſenatum aditus paratur. Ante enim ſolis fere, ut videtur, genere natis ſenatorio id permiſſum fuerat. Et hæc quidem probata ſunt omnibus. Quod vero comitia populo plebique reddidit, abrogatis Tiberii ea de re conſtitutionibus; & vectigal centeſimæ ſuſtulit: quod ludis gymnicis teſſeras projecit in vulgus, & rapientibus plurima quæ in iis perſcripta erant tribuit: id hominibus quidem deterioribus gratum fuit, at prudentibus dolorem attulit, cogitantibus, ſi rurſus in multitudinis poteſtatem magiſtratus redirent, abſumptisque iis, quæ eſſent in ærario, pecuniis, reditus a ſingulis ceſſarent, multa mala eventura.

πάντας κατὰ τὸν Αὔγουστον [f] προέγραψε[illegible] ἐμπρησίν τινα μετὰ τῶν στρατιωτῶν κατασβέσα[illegible] κεσε τοῖς ζημιωθεῖσι. [111] τοῦ τε τέλους τοῦ [illegible]πέων ὀλιγανδροῦντος, τοὺς πρώτους ἐξ ἁπάσης καὶ τῆς ἔξω ἀρχῆς τοῖς τε συγγενέσι καὶ ταῖς περιουσίαις μεταπεμψάμενος [112] κατελέξατο· καί τισιν αὐτῶν καὶ τῇ ἐσθῆτι τῇ βουλευτικῇ, καὶ πρὶν ἄρξαι τινὰ ἀρχὴν, [113] δι᾽ ἧς ἐς τὴν γερουσίαν ἐσερχόμεθα, [g] χρῆσθαί τι ἐπὶ τῇ τῆς βουλῆς ἐλπίδι ἔδωκε. πρότερον γὰρ μόνοις (ὡς ἔοικε) πως τοῖς [114] ἐκ τοῦ βουλευτικοῦ φύλου γεγεννημένοις τοῦτο ποιεῖν ἐξῆν. [h] ταῦτα μὲν δὴ πᾶσιν ἤρεσεν. ὅτι [115] τὰς ἀρχαιρεσίας τῷ τε δήμῳ καὶ τῷ πλήθει ἀποδέδωκε, λύσας ὅσα περὶ αὐτῶν ὁ Τιβέριος ὡρίκει· [116] καὶ τὸ τέλος τῆς ἑκατοστῆς κατέλυσε· γυμνικόν τέ τινα ἀγῶνα ποιήσας, [117] διέῤῥιψε σύμβολα, καὶ ἐξ αὐτῶν πλεῖστα τοῖς ἁρπάσασιν αὐτὰ διέδωκε· καὶ τῷ μὲν φαύλῳ ἐχαρίσατο, τοὺς δὲ ἔμφρονας ἐλύπησε, λογισαμένους ὅτι κἂν ἐπὶ τοῖς πολλοῖς αἱ ἀρχαὶ αὖθις γένωνται, καὶ τὰ ὄντα ἐξαναλωθῇ, αἵ τε ἰδικαὶ πρόσοδοι παυθῶσι, πολλὰ καὶ δεινὰ συμβήσεται. 647 B

10. Contra vero hæc ejus facta ab omnibus juxta culpabantur. Gladiatoriam operam a plurimis poſcebat, & non modo virum cum viro, ſed quaſi acie quoque eos confertim pugnare cogebat, ſenatu ſcilicet ut id decerneret rogato: re vera præter jus & fas ipſe omnia agens ex animo ſuo, necansque cum alios multos, tum viginti ſex equites, qui partim ſuas facultates decoxerant, partim & alias gladiatoriis certaminibus dimicarant. Neque tam atrox viſum id facinus propter occiſorum numerum, licet eſſet ſævum, quam quod ſummam ex iſtis cædibus voluptatem cepit, ſanguinis effuſi ſpectaculo citra ſatietatem intentus. Eadem a crudelitate profectum eſt, quod aliquando deficientibus iis, qui ad belluas damnati eſſent, juſſit ex turba, quæ tabulatis theatri adſtabat, quosdam abripi, &

[i] Ἐπαίτια δὲ δὴ πρὸς πάντων ὁμοίως τάδε ἐξειργάσατο. πλείστους ὅσους ὁπλομαχῆσαι ἐποίησε. καὶ γὰρ καὶ καθ᾽ ἕνα καὶ ἀθρόους, [k] ἐν παρατάξει καθάπερ τινὶ, ἀγωνίσασθαι σφᾶς ἠνάγκασε, παρὰ τῆς βουλῆς δὴ τοῦτο αἰτήσας· τὸ δὲ καὶ ἔξω τοῦ νενομοθετημένου, πάνθ᾽ ὅσα βούλοιτο [l] δρᾶσαι, καὶ ἀποκτεῖναι τῶν τε ἄλλων πολλοὺς, καὶ τῶν ἱππέων [m] ἓξ καὶ εἴκοσι, τοὺς μὲν τὰς οὐσίας κατεδηδοκότας, τοὺς δὲ, καὶ ἄλλως ὁπλομαχίαν ἠσκηκότας. ἦν δὲ οὐ τὸ πλῆθος τῶν ἀπολλυμένων οὕτω τι δεινὸν, (καίπερ δεινὸν ὂν) ἀλλ᾽ ὅτι τοῖς τε [118] φόνοις αὐτῶν ὑπερέχαιρε καὶ τῆς τοῦ αἵματος θέας ἀπλήστως εἶχεν. ὑπὸ δὲ δὴ τῆς αὐτῆς ὠμότητος, ἐπιλειπόντων ποτὲ τῶν τοῖς θηρίοις ἐκ καταδίκης διδομένων, ἐκέλευσεν ἐκ τοῦ ὄχλου τοῦ [119] τοῖς ἰκρίοις προσεστηκότος συναρπασθῆναί τέ τινας καὶ παραβληθῆναι σφίσι. καὶ ὅπως C

[f] προέγραψε. ſic procul dubio legendum, pro vulgato προσέγραψε, quod & vidit Caſaub. ad Suet. Calig. 16. προγράφειν, eſt ἐκ προγραφῆς φανερῶσαι, ut Dio alias. *edicere* Plin. Pan. 20, 5. [g] χρῆσθαί τι. χρῆσθαί γε, L. marg. perperam. τι reſtringit uſum ad certos caſus. [h] ταῦτα μὲν δὴ πᾶσιν ἤρεσεν, ὅτι τὰς &c. ſi ita ſcripſit Dio, diceres ad ſequentia referri debere, quaſi comitia populo reddita, & abrogatio centeſimæ omnibus placuiſſent. verum id repugnat ſequentibus, τοὺς δὲ ἔμφρονας ἐλύπησε. ergo refer ad antecedentia, addito puncto poſt ἤρεσεν. & perge, ὅτι δὲ &c. [i] ἐπ᾽ αἰτίᾳ, vulgo. quod nec Dionium nec tolerandum. hinc levicula mutatione ſcripſi ἐπαίτια. [k] ἐν παρατάξει καθάπερ. ordo perverſus. ſcribendum καθάπερ ἐν παρατάξει τινί. ὥσπερ ἐν π. τ. Xiph. [l] δρᾶσαι καὶ ἀποκτεῖναι. hi infinitivi non cohærent. ſcrib. δράσας καὶ ἀποκτείνας, quæ connectuntur cum præcedenti αἰτήσας. forte & poſt δὴ, ſimulationem notans, Dio ſcripſit τὸ δὲ ἀληθὲς, καὶ — δράσας &c. [m] ἓξ καὶ εἴκοσιν. ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ, addit Xiph. mox καταδεδαπανηκότας, vulgo. male.

§ 110. (l. 54.) καὶ ἐμπρησίν τινα] Idem Sueton. *multis incendiorum damna ſupplevit.*

§ 111. (l. 56.) τοῦ τέλους τῶν ἱππέων ὀλιγανδροῦντος] Pauciores in equitum ordine erant, non tantum propter defectum cenſus equeſtris (de quo p. 542. E.) ſed quoniam Cajus *equites Romanos ſevere curioſeque recognoverat, palam ademto equo, quibus aut ignominiæ aliquid ineſſet, eorum qui minore culpa tenerentur, nominibus modo in recitatione* (cenſoria) *præteritis.* Sueton. c. 16.

§ 112. (l. 59.) κατελέξατο] Major tamen exiſtimatio eorum, qui usque a proavis equites nati, & veteres ordinis heredes, quam qui recens creati & fortunæ munere facti erant, ut ex pluribus Ovidii locis docet V. C. Joannes Maſſon in vita Horatii p. 114.

§ 113. (l. 61.) δι᾽ ἧς ἐς τὴν γερουσίαν ἐσερχόμεθα] Tales erant magiſtratus curules, quos gerere poterant etiam nondum ſenatores, ut dixi ad p. 550. D.

§ 114. (l. 63.) ἐκ τοῦ βουλευτικοῦ φύλου] Iſidorus lib. IX. Origg. c. 4. de patriciis loquens: *Quamvis ſenatoria quis origine eſſet, usque ad legitimos annos eques Romanus erat, deinde accipiebat honorem ſenatoriæ dignitatis.* Hoc igitur diſcrimen inter equites patricios & alios ex equeſtri ordine, quod illis permiſſum, etiam toga laticlavia, his minime, niſi quibus jam a Cajo conceſſum, uti. Cæterum antiqua & inſigniori familia equeſtri editos & cenſu ſenatorio pollentes, etiam lato purpura clavo indui per indulgentiam Auguſti aliorum[illegible] pum licuit, ut Ovidii aliorumque exemplis docet A[illegible] benius lib. I. de re veſtiaria c. 14. p. 84. ſq.

§ 115. (l. 65.) τὰς ἀρχαιρεσίας] Tacitus lib. I[illegible] anni primi Tiberiani referens: *Tum primum e ca*[illegible] *ad patres translata ſunt.* (ſupra p. 633. E. ſq.) [illegible] *eam diem, etſi potiſſima arbitrio principis,* (Auguſti [illegible] 511. C.) *quædam tamen ſtudiis tribuum fiebant.* [illegible] jo Suetonius c. 16. *tentavit & comitiorum more*[illegible] *ſuffragia populo reddere.* Non diu poſt, Cajus hoc [illegible] vocavit, ut dicetur p. 655. E.

§ 116. (l. 67.) καὶ τὸ τέλος τῆς ἑκατοστῆς] Ide[illegible] *Ducenteſimam auctionum Italiæ remiſit.* vide notat[illegible] 631. B.

§ 117. (l. 69.) διέῤῥιψε σύμβολα] Teſſeras quibus eſſet inſcriptum, quid quisque doni loco ferre deberet. vide ad pag. 417. C. 698. A. 757. D. ſic δωρεὰ ἐδόθη, infra p. 650. C.

§ 118. (l. 85.) φόνοις ὑπερέχαιρε] Immanem hanc quam vocabat inflexibilitatem ſive ἀδιατρεψίαν, graves multiplicesque cruciatus & neces hominum ſpectandi, vultu non conſtanti modo, ſed etiam hilari ac lætabundo, ipſe Cajus in ſe tanquam maximam in natura ſua virtutem non erubeſcebat laudare, ut eſt apud Sueton. c. 29.

D ὅπως γε μήτε ἐπιβοήσασθαι μήτε αἰτιάσασθαί τι δυνηθῶσι, [120] τὰς γλώσσας αὐτῶν προαπέτεμε. τῶν τε ἱππέων τινὰ τῶν ἐπιφανῶν μονομαχῆσαί τε, ὡς καὶ ὑβρίσαντα τὴν μητέρα αὐτοῦ τὴν Ἀγριππίναν, ἠνάγκασε, καὶ νικήσαντα κατηγόροις παρέδωκε, καὶ ἀπέσφαξε. [121] τόν τε πατέρα αὐτοῦ, μηδὲν ἀδικήσαντα, [122] ἔς τε γαλεάγραν, ὥσπερ καὶ ἄλλους συχνοὺς, καθεῖρξε, κἀνταῦθα διέφθειρεν. ἐποίησε δὲ τοὺς ἀγῶνας τούτους τὰ μὲν πρῶτα [123] ἐν τοῖς Σεπτοῖς, πᾶν τὸ χωρίον ἐκεῖνο διορύξας καὶ ὕδατος
E πληρώσας, ἵνα μίαν ναῦν ἐσαγάγῃ· ἔπειτα δὲ καὶ ἑτέρωθι, πλεῖστά τε καὶ μέγιστα οἰκοδομήματα [n] καθελὼν, καὶ ἰκρία πηξάμενος. τὸ γὰρ τοῦ Ταύρου θέατρον ὑπερεφρόνησε. τούτων τε οὖν ἕνεκα, καὶ διὰ τὰς δαπάνας καὶ διὰ τοὺς φόνους, [o] αἰτίαν εἶχε, καὶ ὅτι [124] τὸν Μάκρωνα μετὰ τῆς Ἐννίας, μήτε τοῦ ταύτης ἔρωτος, μήτε τῶν ἐκείνου εὐεργετημάτων, δι' ὧν τά τε ἄλλα καὶ τὴν ἀρχὴν αὐτῷ μόνῳ συγκατέπραξε, μνησθεὶς, [p] ἔς τε ἑκούσιον δὴ θανάτου ἀνάγκην, καίπερ καὶ τὴν Αἴγυπτόν οἱ προστάξας, καὶ ἐς αἰσχύνην, ἧς αὐτὸς τὸ πλεῖστον μετεῖχε, κατέστησε. προαγωγείας γὰρ ἔγκλημα αὐτῷ πρὸς τοῖς ἄλλοις ἐπήγαγε. κἀκ τούτου καὶ ἕτεροι πολλοὶ μὲν, καταψηφισθέντες, οἱ δὲ καὶ πρὶν ἁλῶναι ἐφονεύθη-
648 σαν· πρόφασιν μὲν, [125] διά τε τοὺς γονέας καὶ διὰ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, τούς τε ἄλλους τοὺς δι' ἐκείνους ἀπολομένους, τὸ δ' ἀληθὲς, διὰ τὰς οὐσίας. οἵ τε γὰρ θησαυροὶ ἐξανάλωντο, καὶ οὐδὲν αὐτῷ ἐξήρκει. ἠλέγχοντο δὲ καὶ ἐκ τῶν καταμαρτυρούντων σφῶν, καὶ ἐκ τῶν γραμμάτων [126] ἃ κατακεκαυκέναι ποτὲ ἔφη. καὶ ἑτέρους ἥ τε νόσος ἡ τῷ προτέρῳ ἔτει οἱ συμβᾶσα, καὶ [127] ὁ τῆς Δρουσίλλης τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ θάνατος ἔφθειρε. τά τε γὰρ ἄλλα, καὶ εἴ τις εἱστίασεν, ἢ ἠσπάσατό τινα, ἢ καὶ
B ἐλούσατο [q] ἐν ταῖς ἡμέραις, ἐκολάζετο.

Τῇ δὲ Δρουσίλλῃ συνῴκει μὲν [r] Μάρκος [128] Λέπιδος, παιδικά τε ἅμα αὐτοῦ καὶ ἐραστὴς ὢν, [129] συνῆν δὲ καὶ ὁ Γάϊος· καὶ αὐτὴν ἀποθανοῦσαν τότε ἐπῄνεσε μὲν ὁ ἀνὴρ, [130] δημοσίας δὲ ταφῆς

& feris projici; præciſis ante linguis, ne clamare aut accuſare quicquam poſſent. Quendam illuſtrem equitem digladiari coegit, quaſi in matrem ſuam Agrippinam ejus injuria extante, victoremque accuſatoribus tradidit, & interfecit: patrem ejus innoxium, in cavea incluſum, ut permultos alios, interemit. Exhibuit autem ſpectacula iſta primum in Septis, effoſſo omni eo loco, & aqua repleto, ut unam navim introducere poſſet: poſt alibi etiam, maxima ædificia non pauca demolitus, tabulata fixit, contempto Tauri theatro. Hæc igitur ei, & ſumptus, cædesque factæ, vitio data ſunt: idque præterea, quod Macronem ac Enniam, neque amoris hujus, neque illius beneficiorum memor, quibus cum alia, tum ipſum imperium ſolus conſecutus fuerat, ad mortem voluntariam adegit, (quanquam Ægyptum Macroni mandaſſet) & ea infamia oneravit, cujus ipſe maxima in parte futurus eſſet; objecto nimirum præter cætera eo crimine, quod ſtuprorum conciliator fuiſſet. Multi deinde alii, pars damnati, pars ante judicium occidebantur: ad ſpeciem quidem propter parentes & fratres Caji, ac cæteros qui propter hos periiſſent; re ipſa, propter divitias. Erant enim exhauſti jam theſauri, neque ei quicquam ſatis. Hi vero vel falſis arguebantur teſtibus, vel literis, quas ſe cremaſſe Cajus antea dixerat. Aliis mortis cauſam morbus, quo ſuperiore anno Cajus laborarat, ſororisve Druſillæ obitus, afferebat: nam præter alia, ſi quis iis diebus convivio quenquam accepiſſet, aut ſalutaſſet, aut laviſſet, poenas dabat. A.U.C.791 M. Juliano & P. Nonio COSS.

11. Druſillæ maritus fuit M. Lepidus, cum quo mutui ſtupri conſuetudo erat Cajo, ſed rem quoque frater cum ea habebat. Tunc mortuam maritus laudavit, publica ſepultura frater

n καθελὼν, ex Xiph. addendum ſuaſerat X. addiderunt HS. L. deeſt apud RS. o αἰτίαν εἶχε. horum loco Xiph. συγηθὸς ὤν. p ἔς τε ἑκούσιον &c. ſic legendum, pro ὥστε ἑκούσιον, quia ſequitur καὶ ἐς αἰσχύνην, L. recepi lectionem confirmatam a Xiph. q ἐν ταῖς ἡμέραις. ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις, Od. r Μάρκος. Γράκος, corrupte, V. b.

§ 119. (l. 89.) τοῖς ἰκρίοις] De hiſce venatorii theatri in Campo Martio ſublicis ac tabulatis, quibus ſpectatores a beſtiarum impetu tuti præſtabantur, dixi ad p. 225. A. Mox infra, ad ſpectaculum in Septis, ἰκρία πηξάμενος. Adi Caſaubonum ad Sueton. c. 26.

§ 120. (l. 93.) τὰς γλώσσας] Sic idem Cajus *equitem Romanum objectum feris, cum ſe innocentem proclamaſſet, reduxit, abſciſſaque lingua rurſum induxit*, Sueton. c. 27.

§ 121. (l. 96.) τόν τε πατέρα αὐτοῦ] Huc ſpectat quod eſt apud eundem Suetonium ibid. *parentes ſupplicio filiorum intereſſe cogebat*. Aliud exemplum hujus ſævitiæ infra p. 660. B.

§ 122. (l. 97.) ἔς τε γαλεάγραν] *Beſtiarum more, quadrupedes cavea coercuit*. id.

§ 123. (l. 99.) ἐν τοῖς Σεπτοῖς] Suetonius c. 18. *Munera gladiatorum partim in amphitheatro Tauri, partim in Septis, aliquot edidit*. De Septis dixi p. 512. B. de Tauri theatro 460.

§ 124. (l. 6.) τὸν Μάκρωνα μετὰ τῆς Ἐννίας] Macronem præfectum prætorianarum cohortium, de cujus in Cajum ſtudio & uxore ejus Ennia Thraſylla dictum p. 639. A. Sueton. c. 26. *inprimis ipſum Macronem, ipſam Enniam, adjutores imperii: quibus pro meritorum gratia cruenta mors perſoluta eſt*. Intolerabile tyrannis, vivos ac ſpirantes videre, quibus res maximas & regnum ipſum in acceptis referre debent: intolerandum quoque viſum Cajo, quod a Macrone ſubinde moneretur, ut magis ſobrie rem gereret. Addit Philo p. 774. inviſas inprimis voces: ἐμὸν ἐστι τοῦ Μάκρωνος ἔργον Γάϊος. μᾶλλον αὐτὸν ἢ οὐχ ἧττον τῶν γονέων γεγέννηκα. τρὶς, οὐχ ἅπαξ, ἀνήρπαστο ἂν ἐπ' αὐτῷ Τιβερίου φονῶντος, εἰ μὴ δι' ἐμὰ καὶ τὰς ἐμὰς παραγορίας. *Meum, Macronis, Cajus opus eſt: a me magis, aut certe non minus, quam a ſuis parentibus eſt genitus. Ter, non ſemel, cum Tiberio ſævienti & ad necem poſcenti eripui meis deprecationibus*. Ab eodem Philone refertur, ambos & Macronem & Enniam coactos ſibi ipſis necem conſciſcere.

§ 125. (l. 15.) διὰ τοὺς γονέας, διὰ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ] Vide Suetonium Tiberio c. 61. Idem c. 30. Caligul. *Sæpe in cunctos pariter ſenatores, ut Sejani clientes, aut matris ac fratrum ſuorum delatores, invectus eſt*.

§ 126. (l. 20.) ἃ κατακεκαυκέναι] Sueton. c. 30. vide pag. 642. E. 651. E.

§ 127. (l. 22.) ὁ τῆς Δρουσίλλης] Sueton. c. 24. *Druſilla ſorore defuncta, juſtitium indixit, in quo riſiſſe, laviſſe, cœnaſſe cum parentibus aut conjuge liberisve, capitale fuit*. infra D E.

§ 128. (l. 27.) Μάρκος Λέπιδος] Hunc commercio mutui ſtupri dilexiſſe, tradit etiam Suetonius c. 36. & Dio infra pag. 657. C. ubi de ipſo trucidato.

§ 129. (l. 28.) συνῆν δὲ καὶ ὁ Γάϊος] Suetonius c. 24. ait, Cajum Druſillam L. Caſſio Longino conſulari collocatam abduxiſſe, & in modum juſtæ uxoris propalam habuiſſe. Mirum eſt, quod hinc Lepido nuptam tacet; licet mox facit mentionem Æmilii Lepidi cum ceteris Caji ſororibus condemnati.

§ 130. (l. 29.) δημοσίας τε ταφῆς] De publici funeris honore ad p. 529. A. Cajus teſte Seneca c. 36. conſolationis ad Polybium: *exequiis ſororis ſuæ non interfuit, juſta ſorori non præſtitit, ſed in Albano ſuo teſſeris ac foro & provocatis hujusmodi aliis occupationibus acerbiſſimi funeris levabat mala*.

A.U.C.791 M. Juliano & P.Nonio COSS.

frater dignatus eſt: & prætoriani milites cum ſuo præfecto, ac ſeorſum equites militantes, ſeorſum patricii pueri, Trojæ decurſione circum tumulum ejus obequitarunt. Decreta ei omnia, quæ Liviæ, ut diva haberetur, ut aurea effigies ejus in curia poneretur, ut in æde Veneris in foro ſimulacrum Druſillæ, paris cum ſimulacro deæ magnitudinis, & iisdem colendum honoribus, conſecraretur: ut peculiare fanum ei ædificaretur, eamque ſtatuis ſacris non modo viri, ſed mulieres etiam venerarentur: ut mulieres per eam jurarent, quoties aliquid ſacramento vellent confirmare: ut natali ejus die ludi Megalenſium ſimiles fierent, epulumque ſenatui & equitibus daretur. Itaque tunc Panthea vocata eſt, & divinis honoribus per omnes urbes culta: & Livius quidam Geminius ſenator, vidiſſe ſe eam in cœlum adſcendentem, ac cum diis verſantem, juravit; perniciem ſibi liberisque, ſi vanum id aſſeruiſſet, imprecatus; dejeransque cum per alia Numina, tum per ipſam Druſillam. Ob id donatus eſt decies ſeſtertium. Hos ſorori Cajus honores habuit, eique præterea tribuit, ut ludi, qui tunc edendi erant, neque tempore conſueto, niſi dicis cauſa, neque poſtea iterum exhiberentur. Omnes autem homines in culpam incurrebant, ſive mœſtitiam ſive lætitiam de aliqua re præ ſe ferrent: nam & lugere eam, quippe deam, & non lugere, nimirum

φῆς ὁ ἀδελφὸς ἠξίωσε· καὶ οἵ τε δορυφό[illegible] τοῦ ἄρχοντος σφῶν, καὶ χωρὶς [s] οἱ ἱπ[illegible] τέλος, οἵ τε εὐγενεῖς παῖδες, τὴν [131] [illegible] περὶ τὸν τάφον αὐτῆς περιίππευσαν, [illegible] τά τε ἄλλα, ὅσα τῇ τε Λιουίᾳ ἐδέδοτο, [illegible] ψηφίσθη, καὶ [132] ἵνα ἀθανατισθῇ, καὶ [illegible] βουλευτήριον χρυσῆ ἀνατεθῇ, καὶ ἐς τὸ [illegible] ἀγορᾷ Ἀφροδίσιον ἄγαλμα αὐτῆς ἰσομέτρητ[illegible] τῆς θεοῦ ἐπὶ ταῖς ὁμοίαις τιμαῖς ἱερωθῇ [illegible] τε ἴδιος οἰκοδομηθῇ, καὶ ἱερεῖς εἴκοσιν οὐχ [illegible] ἄνδρες, ἀλλὰ καὶ γυναῖκες [t] γεραίρωνται· [illegible] τε [133] γυναῖκες αὐτὴν, ὁσάκις ἂν μαρτυρῶσι [illegible] ὀμνύωσι, καὶ [134] ἐν τοῖς γενεσίοις αὐτῆς ἑορτή τε ὁμοία τοῖς Μεγαλησίοις ἄγηται, καὶ ἡ γερουσία ἥ τε ἱππὰς ἑστιᾶται. τότε οὖν [135] Πάνθεά τε ὠνομάζετο, καὶ τιμῶν δαιμονίων ἐν πάσαις ταῖς πόλεσιν ἠξιοῦτο. [u] Λιούϊός τέ τις Γεμίνιος βουλευτὴς ἔς τε τὸν οὐρανὸν αὐτὴν ἀναβαίνουσαν καὶ τοῖς θεοῖς συγγιγνομένην [136] ἑωρακέναι ὤμοσεν, ἐξώλειαν ἑαυτῷ καὶ τοῖς παισὶν, εἰ ψεύδοιτο, ἐπαρασάμενος, τῇ τε τῶν ἄλλων θεῶν ἐπιμαρτυρίᾳ, καὶ τῇ [x] αὐτῆς ἐκείνης· ἐφ' ᾧ πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας ἔλαβε. τούτοις τε οὖν αὐτὴν ὁ Γάϊος ἐτίμησε, καὶ τῷ τὰς πανηγύρεις τὰς τότε ὀφειλούσας γενέσθαι, μήτε ἐν τῷ νενομισμένῳ χρόνῳ, πλὴν τῆς ὁσίας ἕνεκα, μήτ' αὖθίς ποτε ποιηθῆναι. αἰτίαν τε πάντες ὁμοίως εἶχον, [y] εἴθ' ἤχθησαν ἐπί τινι, ὡς λυπούμενοι, εἴτε καὶ ὡς χαίροντες ἔπραξαν. ἢ γὰρ D E

[s] οἱ ἱππᾶς τὸ τέλος. credo ἐκ τοῦ τέλους, *militantes.* ſic in funere Auguſti p. 598. B. [t] γεραίρωνται. eſt emendatio Roberti, probata Xylandro, & recepta ab HS. & L. pro γίνωνται, quod apud RS. & in V. b. reperitur. [u] Λιούϊος. Λούκιος, L. ad marg. Livius Gemellus eſt apud Gruter. CMLIII. 1. [x] αὐτῆς, HS. L. ἑαυτῆς, RS. [y] εἴθ' ἤχθησαν ἐπί τινι, ὡς λυπούμενοι, εἴτε καὶ ὡς χαίροντες &c. ἅτ' αὐθησαν (cum interjectis) ἔπραξαν, [illegible] εἴτε μὴ ἤχθησαν ἐπί τινι, ὡς λυπούμενοι, εἴτε τι καὶ ὡς χαίροντες ἔπραξαν, L. εἴθ' ἤχθησαν ἐπί τινι, ὡς χαίροντες, εἴτε κ[illegible] ὡς λυπούμενοί τι ἔπραξαν. Od. ſi Leunclavii veſtigiis inſiſtamus, plenius efferenda forte antitheſis fuerit: εἴτε μὴ ἤχθησαν ἐπί τινι, ὡς λυπούμενοι, εἴτε καὶ μὴ ἐλυποῦντο (ſcil. ἐπί τινι) ὡς χαίροντες ἔπραξαν. ſane ſtatim Dio geminat accuſandi occaſionem, θρηνεῖν, & μὴ πενθεῖν. ſed in hujusmodi lacunis nihil tuto ſine codd. MSS. affirmare licet.

§ 131. (l. 32.) Τροίαν περὶ τὸν τάφον] Sicut in illuſtrium feminarum quoque funere dati gladiatores, de quo more Lipſius lib. I. Saturnalium c. 8. ſic etiam certamen equeſtre Trojæ, de quo ad p. 225. E.

§ 132. (l. 35.) ἵνα ἀθανατισθῇ] Conſecrationis hujus monumentum in numo Mileſiorum apud Ezech. Spanhemium ad Cæſares Juliani p. 55. & de U. N. Diſſ. XI. p. 279. item Joannem Vaillant in numis Græcis Imperatorum p. 12. in quo ΘΕΑ ΔΡΟΥΣΙΛΛΑ.

§ 133. (l. 41.) γυναῖκες αὐτὴν ὀμνύωσι] Quinimo ipſe Cajus *nunquam poſtea quantiscunque de rebus, ne pro concione quidem populi aut apud milites, niſi per numen Druſillæ dejeravit.* Sueton. c. 24. Idem honor Liviæ poſtea tributus a Claudio p. 667. E.

§ 134. (l. 42.) ἐν τοῖς γενεσίοις] De natalitiis Druſillæ celebratis iterum p. 650. B. 659. C.

§ 135. (l. 44.) Πάνθεά τε] Velut Iſis altera, quæ cum inſcriptione Πανὸς Θεοῦ obvia in numo apud C. V. Claudium Nicaſium in Diſſ. de numo pantheo Hadriani p. 57.

§ 136. (l. 48.) ἑωρακέναι ὤμοσεν] De Numerio Attico ſenatore ac prætorio, qui effigiem cremati Auguſti in cœlum euntem vidiſſe ſe juravit, pretiumque eandem ſummam, decies ſeſtertium tulit, vide p. 600. A. De Livio autem Geminio, deridens eundem Seneca, in limine Apocolocyntoſeos: *Si neceſſe fuerit auctorem producere, quærite ab eo qui Druſillam euntem in cœlum vidit. Idem Claudium vidiſſe ſe dicet iter facientem non paſſibus æquis. Velit, nolit, neceſſe eſt illi omnia videre quæ in cœlo agantur. Appiæ viæ curator eſt, qua ſcis & divum Auguſtum & Tiberium Cæſarem ad Deos iſſe. Hunc ſi interrogaveris, ſoli narrabit: coram pluribus nunquam verbum faciet. Nam ex quo in ſenatu juravit, ſe Druſillam vidiſſe cœlum aſcendentem, & illi pro tam bono nuncio nemo credidit quid viderit, verbis conceptis adfirmavit ſe non indicaturum, etiamſi in medio foro hominem vidiſſet occiſum.* Ex hoc loco patet, quam fidem juratis illis mendaciis etiam inter ipſos ethnicos homines mentis bene ſanæ habuerint.

§ 137. (l. 60.) θρηνεῖν ὡς θεόν] Seneca conſolatione ad Polybium c. 36. de Cajo: *nunquam ſatis certus, utrum lugeri vellet an coli ſororem. Eodem enim tempore, quo templa illi conſtituebat ac pulvinaria, eos qui parum mæſti fuerant, crudeliſſima afficiebat animadverſione.* Minucius Felix in Octavio c. 21. *nonne ridiculum eſt, vel lugere quod colas, vel colere quod lugeas?* ex ſententia Xenophanis Colophonii apud Plutarchum de ſuperſtitione p. 171. & de Iſide atque Oſiride p. 379. monentis Ægyptios, εἰ θεοὺς νομίζουσι, μὴ θρηνεῖν, εἰ δὲ θρηνοῦσι, θεοὺς μὴ νομίζειν. Reſpiciunt & Clem. Alexandrinus Protreptico p. 21. edit. Oxon. Athenagoras Apologia p. 110. ſq. & 260. edit. Rechenbergianæ, Julius Firmicus p. 424. edit. Jac. Gronovii, & Heraclitum auctorem laudans Ephiphanius in Ancorato T. II. p. 106.

§ 138. (l. 62.) πωλήσαντα θερμὸν ὕδωρ] Calidæ potus in deliciis fuit. vide ad p. 612. A. & p. 669. C. Id [illegible] venire viſum luctui publico, in quo fas eſſet omni vol[illegible] irritamento gulæ homines ſe abſtinere. Sed & alias [illegible] tunc & tabernas occludi juſſas credibile eſt, quoniam [illegible] in Flaccum p. 753. memorat, τὰ ἐργαστήρια τῶν Ἰου[illegible] κλεισμένα διὰ τὸ ἐπὶ Δρουσίλλῃ πένθος.

§ 139. (l. 64.) Λολλίαν Παυλῖναν] Hæc M. Lolli[illegible] ris filia, quæ Claudii Imper. poſtea connubium fruſtra [illegible] citer ambiit, Tacit. XII 1. & 22. neptis M. Lollii, [illegible] jo Cæſari, filio ſuo, rectorem dederat Auguſtus, ex[illegible] provinciarum, atque inde ad venenum bibendum [illegible] Cæſare, immenſis relictis opibus, de quibus Plinius I[illegible] & Paulinæ meminit his verbis: *Lolliam Paulinam, [illegible] Caji principis matrona, ne ſerio quidem aut ſolenni c[illegible] rum aliquo apparatu, ſed mediocrium etiam ſponſal[illegible] vidi ſmaragdis margaritisque opertam, alterno textu fulgentibus toto capite, crinibus, ſpira, auribus, collo, monilibus, digitisque, quæ ſumma quadringenties ſeſtertium* (millies millena thalerorum millia) *colligebat: ipſa confeſtim parata mancupationem tabulis probare.* Hujus Paulinæ numus apud Æneam Vicum, & qui pro ſuſpecto habet celeberrimum Montfauconum T. V. Supplementi antiquitatis illuſtratæ, tabula II. LOLLIA PAULINA M. LOL. F. C. CÆS. AUG.

A.U.C.792 Cajo II. & L. Apronio COSS.

γὰρ μὴ πενθεῖν αὐτὴν, ὡς ἄνθρωπον, ἢ [137] θρηνεῖν, ὡς θεὸν, ἐνεκαλοῦντο. πάρεστι δὲ ἐξ ἑνὸς πάντα τὰ τότε γενόμενα τεκμήρασθαι. τὸν γὰρ [138] πωλήσαντα θερμὸν ὕδωρ ἀπέκτεινεν, ὡς ἀσεβήσαντα.

Διαλιπὼν οὖν ὀλίγας ἡμέρας, ἔγημε [139] Λολλίαν Παυλίναν, αὐτὸν τὸν ἄνδρα αὐτῆς [140] Μέμμιον Ῥηγοῦλον ἐγγυῆσαί οἱ τὴν γυναῖκα ἀναγκάσας, μὴ καὶ ἀνέγγυον αὐτὴν παρὰ τοὺς νόμους λάβῃ. [141] καὶ εὐθύς
649 γε καὶ ἐκείνην ἐξήλασεν. ἐν δὲ τούτῳ, [142] Σοαίμῳ [z] μὲν τὴν τῶν Ἰτυραίων τῶν Ἀράβων, [143] Κότυϊ δὲ τήν τε Ἀρμενίαν τὴν σμικροτέραν, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ τῆς Ἀραβίας τινὰ, [144] τῷ τε [a] Ῥυμητάλκῃ τὰ τοῦ Κότυος, καὶ Πολέμωνι τῷ τοῦ Πολέμωνος υἱεῖ [145] τὴν πατρῴαν ἀρχὴν, ψηφισαμένης δὴ τῆς βουλῆς, ἐχαρίσατο· ἔν τε τῇ ἀγορᾷ καὶ ἐπὶ τοῦ βήματος, [146] ἐν δίφρῳ μεταξὺ τῶν ὑπάτων καθεζόμενος, καὶ [147] παραπετάσμασι σηρικοῖς, ὥς γέ τινές φασι, χρησάμενος. καὶ μετὰ τοῦτο πηλὸν πολὺν ἐν στενωπῷ τινι ἰδὼν,
B ἐκέλευσεν αὐτὸν ἐς τὸ τοῦ [b] Οὐεσπασιανοῦ τοῦ Φλαβίου ἱμάτιον, [148] ἀγορανομοῦντός τε τότε καὶ τῆς τῶν στενωπῶν καθαριότητος ἐπιμελουμένου, ἐμβληθῆναι. καὶ τοῦτο οὕτω πραχθὲν, παραχρῆμα μὲν ἐν οὐδενὶ λόγῳ ὤφθη· ὕστερον δὲ, τοῦ Οὐεσπασιανοῦ τὰ πράγματα τεταραγμένα καὶ πεφυρμένα παραλαβόντος τε καὶ καταστησαμένου, ἔδοξεν οὐκ ἀθεεὶ γεγονέναι, ἀλλ᾽ ἄντικρυς αὐτῷ τὴν πόλιν ὁ Γάϊος πρὸς ἐπανόρθωσιν ἐγκεχειρικέναι.

C Μετὰ δὲ τοῦτο ὑπατεύσας αὖθις, [149] τὸν μὲν τοῦ Διὸς

nimirum hominem, vitio dabatur. Cætera quæ tum evenerint, ex hoc uno omnia colligi poſſunt, quod quidam ob aquam calidam venditam impietatis reus factus, & a Cajo trucidatus fuit.

12. Paucis interpoſitis diebus, Cajus Lolliam Paulinam duxit, coacto ejus marito Memmio Regulo, ut eam ſibi deſponderet, ne præter leges videlicet non deſponſam duceret: atque hanc quoque brevi miſſam fecit. Interim Soæmo Arabum Ituræorum regnum, Cotyi Armeniam minorem, ac deinde nonnullas Arabiæ partes, Rhymetalci Cotyis ditionem, Polemoni Polemonis filio paternum imperium, ex ſenatusconſulto videlicet, tribuit: ſedens ipſe in foro pro tribunali in ſella inter conſules, & cortinis ſericis, ut quidam prodidere, uſus. Interjecto tempore, quum forte multum cœni in angiportu quodam vidiſſet, juſſit id in veſtem Flavii Veſpaſiani, qui tum ædilis munere & purgandorum angiportuum cura fungebatur, conjici. Ejus tum rei geſtæ nulla ſtatim habita eſt ratio; ſed poſt, quum Veſpaſianus res perturbatas confuſasque ſuſcepiſſet ac conſtituiſſet, viſum id fuit haud ſine deorum numine actum fuiſſe, ſed Cajus ei propalam urbem corrigendam tradidiſſe.

13. Poſt hæc iterum conſul, flaminem dialem

[z] Σοαίμῳ μὲν &c. contendo legendum: Σοαίμῳ μὲν τὴν τῶν Ἰτυραίων τῶν Ἀράβων (γῆν vel βασιλείαν) καὶ μετὰ τοῦτο καὶ τῆς Ἀραβίας ἄλλα τινά, Κότυϊ δὲ τήν τε Ἀρμενίαν τὴν σμικροτέραν, τῷ τε Ῥυμ. &c. Od. [a] Ῥυμητάλκῃ. Ἰνινθιμήνῳ ſubſtituendum cenſebat Vaillantius ad Seguini ſelecta num. p. 395. quem refellit Spanhemius de U. N. Diſſ. VIII. p. 501.
[b] Οὐεσπασιανοῦ. ſic ſcripſi ex Xiph. Zon. & ipſo Dione. p. 685. C. ut ſibi & ceteris ſcriptoribus conſtaret. hic enim & p. 678. C. Οὐεσπεσιανοῦ legebatur.

§ 140. (l. 65.) *Μέμμιον Ῥηγοῦλον ἐγγυῆσαί οἱ*] Hic eſt Regulus, qui conſul fuit, ſupra p. 620. C. Sueton. c. 25. *Lolliam Paulinam C. Memmio conſulari, exercitus regenti, nuptam, facta mentione aviæ ejus, ut quondam pulcherrimæ, ſubito ex provincia evocavit, ac perductam a marito conjunxit ſibi.* Quod Dio dixit *ἐγγυῆσαι*, Suetonius *perducere*, hoc eſt, dote dicta deſpondere, ut pater filiam. ſupra p. 383. E. ubi de Nerone conjugem ſuam Liviam perducente ad Auguſtum: *ἐξέδωκε δὲ αὐτὴν αὐτὸς ὁ ἀνὴρ ὥσπερ τις πατήρ.* vide Joſephum Scaligerum p. 188. ad hæc Euſebii in Chron. *Cajus Memmii Reguli uxorem duxit, impellens eum ut uxoris ſuæ patrem eſſe ſe ſcriberet.*

§ 141. (l. 67.) *καὶ εὐθύς γε*] Sueton. *brevique miſſam fecit, interdicto cujusquam in perpetuum coitu.* Hujus repudii mentionem iterum injicit Dio, p. 658. C. unde patet, Paulinam a Cajo dimiſſam poſt anni majus a nuptiis ſpatium.

§ 142. (l. 68.) *Σοαίμῳ*] Hic eſt, de quo Tacitus XII. 23. ad annum Claudii decimum: *Ituræique & Judæi, defunctis regibus Sohemo atque Agrippa, provinciæ Syriæ additi.* & XIII. 7. *minorem Armeniam Ariſtobulo, regionem Sophenen Sohemo,* Nero Imp. *cum inſignibus regiis mandat.* De regno Arabico Ituræo & de familia Soæmi ſive Sohemi, adeundus Reineccius, T. III Hiſtoriæ Juliæ p. 305. ſq. Ituræa antea pars tetrarchiæ Philippi fuerat, teſte ſacro ſcriptore Luca III. 1. atque eandem eſſe quæ Fl. Joſepho dicitur Auranitis, probant Chriſtophorus Cellarius lib. III. Orbis antiqui c. 13. p. 623. ſq. & Hadrianus Relandus Palæſtinæ lib. I. c. 22. p. 106. ſq. Ex hujus Soæmi familia videtur fuiſſe Σοαιμίς, cujus mentio infra p. 889. A.

§ 143. (l. 69.) *Κότυϊ*] Hic rex Armeniæ minoris, Cotys, Joſepho quoque memoratus XIX. 8. p. 871. edit. Oxon. nec non Tacito XI. 9. & alibi, Rhœmetalcis Thraciæ regis, de quo ſupra p. 568. E. nepos fuit, filius Cotyis, partis Thraciæ regis, a Rheſcupori patruo interfecti, de quo idem lib. II. cap. 66. ſq. ad annum ſextum Tiberii: ubi refert, Thraciam in Rhœmetalcem filium & liberos Cotyis diviſam, his vero nondum adultis Trebellienum Rufum prætura functum a ſenatu datum, qui regnum interim tractaret.

§ 144. (l. 71.) *τῷ τε Ῥυμητάλκῃ*] Rhœmetalci Rheſcuporidis filio, quem paternis conſiliis adverſatum, conſtabat. Tacit. II. Annal. 67. Rheſcuporis ille Dioni ſupra p. 569. B. & alibi Ῥασκύπολις.

§ 145. (l. 72.) *τὴν πατρῴαν ἀρχὴν*] Pontum, qui ab Polemone patre Polemoniacus dictus eſt, & poſtea defuncto Polemone filio, ſicut etiam Alpium Cottiarum regnum defuncto Cotye, in provinciæ formam redigi contigit a Nerone. vide quæ viri docti ad Sueton. Nerone c. 18. De Polemone patre dictum p. 407. C. 418. A.

§ 146. (l. 74.) *ἐν δίφρῳ μεταξὺ ὑπάτων*] In ſella curuli inaurata. Conf. Valerium Chimentellum de honore biſellii c. 13. T. VII. Theſauri Græviani p. 2066. ſq. Ut autem Auguſta media ſedebat inter Veſtales, ita imperator inter conſules, ut p. 220. B. vel inter tribunos plebis p. 242. B. vide dicta ad p. 675. C.

§ 147. (l. 75.) *παραπετάσμασι σηρικοῖς*] Notum eſt, judices turbam excluſiſſe velo, eoque obducto de cauſſis gravioribus, de levioribus levato velo cognoviſſe. Conſtitutiones Apoſtolicæ lib. II. c. 52. *παραπετάσματος μέσου.* Baſilius epiſt. 79. *ἐφέλκοντας τὰ παραπετάσματα.* vide Hieron. Magium lib. II. Miſcell. c. 13. p. 1338. ſq. Tomi ſecundi lampadis artium Gruterianæ. Jo. Kirchmannum de annulis c. 9. Cangii Gloſſaria in *Velum* & *βῆλον* & *κριτὴς τοῦ βήλου.* Famian. Nardinum in Roma vetere V. 8. T. IV. Theſauri Græviani p. 1182. Jac. Gothofredum ad codicem Theodoſ. lib. I. tit. 7.

Intelligo *παραπετάσματα διὰ τοῦ ἀέρος διαταθέντα, ὅπως τὸν ἥλιον ἀπείργωσι.* p. 718. B. qualia in ſpectaculis etiam *σηρικὰ* p. 226. A. multitudinem; hic Cajum, regna publice diſtribuentem, a ſole tuebantur. Reim.

§ 148. (l. 79.) *Οὐεσπασιανοῦ ἀγορανομοῦντος*] Licet viis urbanis curatores quatuor Auguſtus conſtituerat, ſupra p. 540. C. tamen cura angiportuum ædilibus relicta fuiſſe videtur. Atque de angiportibus intelligendum, quod de viis Suetonius in Veſpaſiano c. 5. *Cum ædilem eum C. Cæſar, ſuccenſens propter curam verrendis viis non adhibitam, luto juſſiſſet oppleri, congeſto per milites in prætextæ ſinum: non defuerunt qui interpretarentur, quandoque proculcatam deſertamque Rempb. civili aliqua perturbatione, in tutelam ejus ac velut in gremium deventuram.* Eandem rem Dionis ut ſolet verbis narrat Zonaras.

§ 149. (l. 87.) *τὸν μὲν τοῦ Διὸς ἱερέα*] Jurare Dialem flaminem fas nunquam erat, ut notum ex Fabio Pictore apud Gellium X. 15. Livio XXXI. 15. & Plutarcho Quæſt. Rom 44. a ceteris vero juratum Calendis Januariis, ex more, in acta imperatoris.

A.U.C.792 Cajo II. & L. Apronio COSS.

lem vetuit in curia jurare: (tum enim, ut ſub Tiberio etiam, ſeorſum jurabant) ipſe & occipiens magiſtratum, & deponens, itidem ut reliqui de tribunali, quod priore majus erat factum, jusjurandum fecit: geſſit autem per triginta dies magiſtratum, licet ſex menſibus L. Apronio collegæ conceſſis: ſucceſſorem habuit Sanquinium Maximum, tum præfectum urbis. His ipſis autem, ſequentibusque diebus, complures e proceribus damnati, (multi enim etiam e carcere dimiſſi, ob hæc ipſa, propter quæ a Tiberio in vincula conjecti fuerant, pœnas dederunt) multi alii gladiatoria dimicatione perierunt, neque præter cædes quicquam erat. Neque enim jam multitudini Cajus quicquam gratificabatur, ſed omni ejus voluntati reſiſtebat, atque illa viciſſim omnibus ejus deſideriis refragabatur; eratque tum videre & audire ea, quæ ſolent iratus alter alteri, repugnantes, loqui ac facere, quanquam diſpari conditione. Nam præter verba, & geſtus, quibus animum ſuum exprimeret, populus nihil poterat; quum Cajus multos inter ſpectandum abreptos, multos a theatro domum revertentes comprehendens, obtruncaret. Cauſa iræ potiſſima illi fuit, quod negligentius ad ſpectacula conveniebant, ſcilicet vexati tædioque affecti, quod alias alio tempore, quam edixiſſet, ac ſæpe noctu etiam eo veniret; & quia non ſemper eosdem quos ipſe, probabant, ac nonnunquam etiam inviſis ei applaudebant. Id quoque ægerrime tulit, quod eum prædicantes, Juvenem Auguſtum inclamaſſent: non fortunam ſuam laudari, quod juvenis id imperium obtineret; ſed reprehendi ſe, qui ea ætate tantum principatum gereret, exiſtimans. Id vero ut egit ſemper, ita aliquando toti populo minatus, Utinam, inquit, unam cervicem haberetis. Tum autem, eo exaſperato, ut ſolebat, plebs indignata, ſpectacula

Διὸς ἱερέα ἐκώλυσεν ἐν τῷ συνεδρίῳ ὀμόσαι, (ἰδίᾳ [illegible] καὶ τότε, [150] ὥσπερ ἐπὶ τοῦ Τιβερίου, τὸν ὅρκον [illegible]το) αὐτὸς δὲ [151] καὶ ἐνιστάμενος ἐς τὴν ἀρχὴν [illegible] ἀπαλλαττόμενος ἀπ' αὐτῆς, ἐξ ἴσου τοῖς ἄλλοις [illegible] τοῦ βήματος (ὃ δὴ καὶ μεῖζον τοῦ προτέρου [illegible] ποίητο) ὤμοσε. [152] τριάκοντα δὲ δὴ ἡμέρας [illegible] καίτοι Λουκίῳ [c] Ἀπρωνίῳ τῷ συνάρχοντι ἐξ [illegible] ἐπιτρέψας· καὶ αὐτὸν [d] Σαγκουΐνιος [153] Μάξιμο[illegible] λιαρχῶν διεδέξατο. καὶ ἔν τε ἐκείναις καὶ ἐν [illegible] ἔπειτα πολλοὶ μὲν τῶν πρώτων καταδικασθέντες, [illegible]χνοὶ γὰρ δὴ καὶ τῶν ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου ἀφειμ[illegible] δι' αὐτὰ ἐκεῖνα, δι' ἃ ὑπὸ τοῦ Τιβερίου ἐδέδεντο, [illegible]λάσθησαν) πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ἄλλων μονομαχήσαντες ἀπώλοντο. καὶ ἦν [154] ἔξω τῶν φόνων οὐδέν. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τῷ πλήθει ἔτι τι ἐχαρίζετο, ἀλλὰ καὶ πάνυ πρὸς πάντα ὅσα ἐβούλετο ἀντέπραττε, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἐκεῖνοι πᾶσι τοῖς ἐπιθυμήμασιν αὐτοῦ ἀντέσπευδον· καὶ ἦν καὶ ἀκούειν καὶ ὁρᾶν, οἷα ἂν ἐν τῷ τοιούτῳ ὁ μέν, ὀργιζόμενος, οἱ δ', ἀνταγωνιζόμενοι, E καὶ εἴποιεν καὶ πράξοιεν. οὐ μέντοι καὶ ἐξ ἴσου σφίσι τὸ πρᾶγμα ἐγίγνετο· οἱ μὲν γὰρ ἔξω τοῦ λαλεῖν, ἢ καὶ τοῖς σχήμασί τι προσενδείκνυσθαι, οὐδὲν ἐδύναντο· ὁ δὲ δὴ Γάϊος συχνοὺς μὲν καὶ μεταξὺ θεωμένους κατασπῶν, συχνοὺς δὲ καὶ ἀπηλλαγμένους ἐκ τῶν θεάτρων συλλαμβάνων, ἀπώλλυεν. αἰτίαι δὲ ἐς τὰ μάλιστα τῆς ὀργῆς αὐτῷ ἐγίγνοντο, ὅτι τε μὴ σπουδῇ συνεφοίτων, (ἄλλοτε γὰρ ἄλλῃ ὥρᾳ παρὰ τὰ προηγγελμένα ἀπαντῶντος αὐτοῦ, [155] καὶ [e] τοτὲ μὲν ἔτι νυκτὸς, ἀποκναιόμενοι ἐκακοῦντο) καὶ ὅτι μήτε ἀεὶ πάντας τοὺς ἀρέσκοντας αὐτῷ ἐπῄνουν, [156] καί τινας καὶ τῶν ἐναντίων ἔστιν 650 ὅτε ἐτίμων. καὶ προσέτι καὶ ἐπ' ἐκείνῳ δεινῶς ἠγανάκτει, ὅτι μεγαλύνοντες αὐτὸν ἐπεβόων, [157] νεανίσκε Αὔγουστε. οὐ γὰρ μακαρίζεσθαι ὅτι νέος ὢν ἐμονάρχει, ἀλλ' ἐγκαλεῖσθαι ὅτι ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡλικίᾳ τηλικαύτην ἀρχὴν εἶχεν, ἡγεῖτο. καὶ ταῦτα μὲν ἀεὶ ἐποίει· καί ποτε παντὶ τῷ δήμῳ ἀπειλῶν εἶπεν, [158] Εἴθε ἕνα αὐχένα εἴχετε. τότε δὲ ἐπειδὴ παρωξύνθη τι οἷον εἰώθει, δυσχεράναν τὸ πλῆθος τῆς τε θέας ἠμέλησε, καὶ ἐπὶ τοὺς

c Ἀπρωνίῳ. Ἀγρωνίῳ, mendoſe, Med. b. T. XI. Theſ. Græv. p. 412. vide F. adde Lipſium ad Tac. Annal. VI. 4. not. 14.
d Σαουΐνιος, vulgo. legendum, Σαγκουΐνιος,
e τοτὲ. forte ποτὲ, Od.

§ 150. (l. 89.) ὥσπερ ἐπὶ τοῦ Τιβερίου] Supra p. 607. C.D.

§ 151. (l. 90.) καὶ ἐνιστάμενος καὶ ἀπαλλαττόμενος] Ut Trajanus apud Plinium Paneg. c. 65. vide dicta ad p. 47. C. 65. E. 496. C.

§ 152. (l. 93.) τριάκοντα δὲ ἡμέρας ἦρξε] Sueton. c. 17. *ſecundum conſulatum geſſit ex Calendis Januariis per triginta dies.*

§ 153. (l. 95.) Σαουΐνιος Μάξιμος] Legendum Σαγκουΐνιος. In numis enim & apud Tacitum VI. 4. & 7. & XI. 18. nomen hoc *Sanquinius* ſcribitur, ut a Noriſio annotatum epiſt. Conſ.

§ 154. (l. 1.) ἔξω τῶν φόνων οὐδέν] De hac Caji ſævitia Sueton. c. 27. ſq. Seneca III. de ira c. 18. 19. 20.

§ 155. (l. 16.) καὶ ποτὲ μὲν ἔτι νυκτὸς] Ut pag. 643. D. Idem Suetonius c. 26. *inquietatus fremitu gratuita in Circo loca de media nocte occupantium, omnes fuſtibus abegit. Eliſique per eum tumultum, viginti amplius equites Romani, totidem matronæ, ſuper innumeram turbam ceteram.* Nocturnorum ludorum ſcenicorum, editorum a Cajo, accenſis tota urbe luminibus, mentio etiam c. 18.

§ 156. (l. 18.) καὶ τινας καὶ τῶν ἐναντίων] *Infenſus turbæ, faventi adverſus ſtudium ſuum.* id. c. 30. & c. 35. *Cum quodam die muneris eſſedario Porio, ob proſperam pugnam ſervum ſuum manu mittenti, ſtudioſius plauſum eſſet, ita ſe proripuit e ſpectaculis, ut calcata lacinia togæ præceps per gradus iret indignabundus & clamitans: Dominum gentium populum ex re leviſſima plus honoris gladiatori tribuentem, quam conſecratis principibus aut præſenti ſibi.*

§ 157. (l. 20.) νεανίσκε Αὔγουστε] Julius Cæſar Bulengerus lib. I. de Imperatore Rom. c. 17. hunc Dionis locum ita accepit, ac ſi Auguſti nomen Cajus reſpuerit. Sed certum eſt, & a Triſtano T. I. p. 177. recte obſervatum, quod ægre tulerit juvenilem ſibi ætatem & τὸ μειρακιῶδες (infra p. 654. E.) objici, conſulatum ſecundum contra leges gerenti anno XXVII. ætatis.

§ 158. (l. 24.) εἴθε ἕνα αὐχένα εἴχετε] Infra p. 663. C. Sueton. c. 30. *Infenſus turbæ faventi adverſus ſtu*[illegible] *exclamavit: utinam populus Romanus unam cervic*[illegible] ſcilicet quod addit Seneca III. 19. de ira, *ut ſcel*[illegible] *locis ac temporibus diducta, in unum ictum & in*[illegible] *cogeret.* Meminit & Oroſius VII. 5.

§ 159. (l. 30.) ἐς Καμπανίαν] Hoc alterum Caj[illegible]niam iter. De priore ejusdem in proximas C[illegible] ſulas trajectu, mentio apud Suetonium c. 14.

§ 160. (l. 31.) Δρουσίλλης γενέσια] p. 648. C. [illegible]

§ 161. (l. 32.) ἄγαλμα ἐπ' ἐλεφάντων ἐν ἁρμα[illegible] ginem Druſillæ in curru per Circenſem pompam [illegible] phantis. Conf. ſi placet, notam ad p. 236. B. [illegible] Johannem Schefferum lib. II. de re vehiculari c. [illegible] Rem illuſtrat imprimis numus, qui exhibetur a Carolo Patino ad hæc Suetonii in Claudio c. 11. *Aviæ Liviæ divinos honores, & Circenſi pompa currum elephantorum Auguſtino ſimilem, decernendum curavit.*

§ 162. (l. 37.) παγκρατιαστάς] Certatorum Gymnicorum genus, qui & luctatorum more adverſarios nexibus certis complicati comprimebant ut ſupplantarent dejicerentque, & more pugilum feriebant, non pugnis modo ſed & calce, & quacunque alia ratione vincere laborabant, de quibus Hieronymus Mercurialis lib. II. artis Gymnaſticæ c. 9. Petrus Faber lib. I. Agoniſticon

A.U.C.792 Cajo II. & L. Apronio COSS.

τοὺς συκοφαντοῦντας ἐτράπετο· καὶ αὐτοὺς ἐπὶ πο-
B λὺ σφοδρῶς βοῶντες ἐζήτουν. καὶ ὃς ἀγανακτήσας, ἀπεκρίνατο μὲν σφίσιν οὐδὲν, προστάξας δὲ ἑτέροις τισὶ τοὺς ἀγῶνας ποιεῖν, [159] ἐς Καμπανίαν ἀπῆρε· καὶ μετὰ τοῦτο ἐπανελθὼν πρὸς τὰ τῆς [160] Δρουσίλλης γενέσια, [161] ἄγαλμά τε αὐτῆς ἐπ' ἐλεφάντων ἐν ἁρμαμάξῃ ἐς τὸν ἱππόδρομον ἐσήγαγε, καὶ θέαν τῷ δήμῳ προῖκα ἐπὶ δύο ἡμέρας ἀπένειμε· καὶ αὐτῷ τῇ μὲν προτέρᾳ ἄρκτοι, πρὸς ταῖς τῶν ἵππων ἁμίλλαις, πεντακόσιοι ἐσφάγησαν, τῇ δ' ἑτέρᾳ Λιβυκὰ θηρία
C ἴσα ἀνηλώθη. καὶ [162] παγκρατιασταὶ ἐν πολλοῖς ἅμα τόποις ἠγωνίσαντο. [163] καὶ ὁ δῆμος εἱστιάθη, τοῖς τε βουλευταῖς ταῖς τε γυναιξὶν αὐτῶν [164] δωρεὰ ἐδόθη. ***

Ταῦτά τε ἅμα, ὡς καὶ πάνυ πενόμενος, ἐφόνευε, καί τινα καὶ ἕτερον τοιόνδε χρηματισμὸν προσεπεξεῦρε. [165] τοὺς γὰρ περιγενομένους τῶν μονομάχων τοῖς τε ὑπάτοις καὶ τοῖς στρατηγοῖς, τοῖς τε ἄλλοις, οὐχ ὅτι τοῖς ἐθέλουσιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς πάνυ ἄκοντας βιαζόμενος ἐν ταῖς ἱπποδρομίαις καὶ τὰ τοιαῦτα ποιεῖν, καὶ δὴ καὶ τοῖς ἐπ' αὐτὸ τοῦτο κληρουμένοις ὁτιμάλιστα, ([166] δύο γὰρ
D στρατηγοὺς ἐς τοὺς ὁπλομαχικοὺς ἀγῶνας, ὥσπερ ποτὲ ἐγίγνετο, λαγχάνειν ἐκέλευσεν) [f] πάντως ἐπιτιμῶν ἀπεδίδοτο· αὐτός τε [167] ἐπὶ τοῦ πρατηρίου καθεζόμενος, καὶ αὐτὸς ὑπερβάλλων. πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοθεν ἀφικνούμενοι ἀντωνοῦντο αὐτούς· καὶ μάλισθ' ὅτι ἐπέτρεψε τοῖς βουλομένοις καὶ [168] ὑπὲρ τὸν νόμον τῷ ἀριθμῷ τῶν μονομαχούντων χρῆσθαι, καὶ πολλάκις καὶ αὐτὸς ἐπεφοίτα σφίσιν. ὥσθ' οἱ μὲν, καὶ δεόμενοι τῶν ἀνθρώπων, οἱ δὲ, χαριεῖσθαι αὐτῷ νομίζοντες, καὶ οἵ γε πλείους, ὅσοι ἐν δόξῃ περιουσίας ἦσαν, ἀναλῶσαί τι τῶν ὑπαρχόντων ἐπὶ τῇ προφά-
E σει ταύτῃ, ὅπως πενέστεροι γενόμενοι περισωθῶσι, θέλοντες, μεγάλων αὐτοὺς χρημάτων ἠγόρασαν. καίτοι τοῦτο ποιήσας, ἔπειτα [169] τούς τε ἀρίστους καὶ τοὺς ἐνδοξοτάτους σφῶν φαρμάκῳ διέφθειρε. τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἵππων τῶν τε ἡνιόχων τῶν ἀντιστασιωτῶν ἐποίει. [g] ἰσχυρῶς γὰρ τῷ [170] τὴν βα-

cula negligebat; & in delatores converſa, plurimum eos magnoque cum clamore flagitabat. Quare iratus Cæſar, nullo dato reſponſo, aliisque ludorum mandata procuratione, in Campaniam abiit. Reverſus inde ad Druſillæ natalitia, ſimulacrum ejus impoſitum currui in Circum elephantis invexit, ſpectaculum populo bidui gratuito exhibuit: ac priore die, præter equeſtria certamina, quingentæ urſæ ſunt necatæ, poſteriore totidem Africanæ feræ: etiam gymnicis pancratiaſtarum certaminibus multis ſimul in locis exhibitis; epulumque populo, ſenatoribus & eorum uxoribus donum datum. ***

14. Has igitur, quaſi plane inops, cædes edebat. Inventa ei etiam alia pecuniæ parandæ ratio hujusmodi. Gladiatores, qui ſuperfuiſſent, pretio ſupra modum aucto vendidit conſulibus & prætoribus, aliisque, non volentibus modo, ſed etiam invitiſſimis, & coactis idem in ludis Circenſibus facere; præſertim vero iis, in quos ſors incidiſſet: (reduxit enim morem antiquum, ut duo prætores gladiatorium munus ſortirentur;) ipſe aſſidebat in foro, & contra licebatur. Multi quoque aliunde advenientes eos emebant, maxime quod majorem etiam, quam legibus permittebatur, numerum gladiatorum habere iis, qui vellent, concedebat, ac ipſe ſæpius etiam eos adibat. Itaque alii, quod iis opus haberent; alii, ut rem principi gratam facerent; plerique, qui divites cenſebantur, ea occaſione inſumere partem ſuarum facultatum volentes, ut pauperiores facti, ſalvi eſſent, magna eos pecunia comparabant: quanquam poſt venditionem, horum quoque, ut equorum etiam, & agitatorum in factionibus adverſis, præſtantiſſimos & maxime famoſos quosque veneno ſuſtulit. Summopere autem factioni quæ batrachidem veſtem geſtabat, ac pra-

*** deeſſe hic multa, ſatis contextus orationis indicat, itaque aſteriſcos poſui, X. ſequens ἐφόνευε Petrus Faber Agoniſt. III. 29. velut ineptiſſimum hoc loco, mutandum putat in ἐφόδευε, præbuit. de lacuna tamen nihil ſuſpicatus videtur.
f πάντως, aut mutandum in πωντὸς, aut πωντίως, ut infra pag. 656. fin. πωντίως ὠνῆσθαι, quanquam illud ipſum vix probem, ut illic indicabitur. L. g aſteriſcos monitu X. poſuerant HS. L. ſcilicet, quia quatuor genera aurigatorum fuiſſe, diſtincta coloribus, albo, rufo, praſino, veneto, ex Nerone Xiphilini conſtat. ſed rectius vix aliquid deeſſe judicat Od.

Agoniſticon ſive de re athletica c. 9. T. VIII. Theſauri Gronoviani p. 1827. & Octavius Falconerius ad Inſcription. athleticas. id. p. 2321. ſq.

§ 163. (l. 38.) καὶ ὁ δῆμος εἱστιάθη] Meminit & Suetonius c. 18. & ſparſorum miſſilium, & panariorum cum opſonio viritim diviſorum.

§ 164. (l. 39.) δωρεὰ ἐδόθη] De aliis epulis ſenatui & equeſtri ordini datis a Cajo, Sueton. c. 17. Dio p. 644. D. Quæ autem hoc in loco apud Dionem deſiderantur, videntur expoſuiſſe, quomodo Cajus exhauſtus prodigalitate atque egens, per rapinas ac cædes, confiſcationesque pecunioſorum, opes ſibi quæſiverit collegeritque.

§ 165. (l. 43.) τοὺς περιγενομένους τῶν μονομάχων] Sueton. c. 38. Auctione propoſita, reliquias omnium ſpectaculorum ſubjecit & venditavit.

§ 166. (l. 48.) δύο στρατηγοὺς] Ex veteri more prætoribus hoc incubuiſſe, ut ludos & ſpectacula curarent, dictum ad pag. 522. A. 569. E. Itaque & hoc ab iisdem factum refertur p. 655. C. vide & p. 668. B.

§ 167. (l. 51.) ἐπὶ τοῦ πρατηρίου καθεζόμενος καὶ αὐτὸς ὑπερβάλλων] Idem Sueton. exquirens per ſe pretia, & usque eo extendens, ut quidam immenſo coacti quædam emere, ac bonis exuti, venas ſibi inciderent. Nota res eſt, Aponio Saturnino inter ſubſellia dormitante, monitum a Cajo præconem, ne prætorium virum crebro capitis motu nutantem ſibi præteriret. Nec licendi finem factum, quoad tredecim gladiatores ſeſtertium nonagies (ſumma 225000 thalerorum) ignoranti addicerentur. De ſimili venditione a Cajo inſtituta in Gallia, Dio infra p. 656. D.

§ 168. (l. 54.) ὑπὲρ τὸν νόμον] De lege, qua cautum erat de numero gladiatorum, quo ne majorem cuiquam Romæ habere liceret, mentio apud Suetonium in Cæſare c. 10. Conf. Lipſium lib. I. Saturnalium c. 12.

§ 169. (l. 62.) τοὺς ἀρίστους καὶ ἐνδοξοτάτους σφῶν] Alia hujus generis exempla narrat Suetonius c. 34. & 35. & c. 55. Columbo victori, leviter tamen ſaucio, venenum in plagam addidit, quod ex eo Columbinum appellavit.

§ 170. (l. 65.) τὴν βατραχίδα] Mentio veſtis βατραχίδος apud Ariſtophanem in equitibus v. 1403. ubi ſcholiaſtes notat, illam eſſe εἶδος ἐνδύτου ἀνθινοῦ ἱματίου τῷ ὀνόματι ἐχούσης τὸ χρῶμα. Iſaacus Caſaubonus: Conſuetudinis fuit Græcorum & Latinorum, veſtes ſuas nominare non de materia, ſed de colore. Sic malachinam appellarunt veſtem coloris malvacei κροκωτὸν ſive κροκόεσσαν, coloris crocei veſtem. Sic βατραχὶς, veſtis a colore ranarum ſic dicta. Ille color medius inter φαιὸν, ſive pullum, & viridem. De diverſis agitatorum factionibus in Circo atque coloribus, duobus primum cæruleo ſive veneto & praſino ſive viridi, cui deinde aliæ duæ, albata ſive aurata & ruſſata ſive purpurea, acceſſerunt, vide S. Baſilium epiſt. 370. Procopium de bello Perſico l. 24. II. 11. p. 115. Philippum Rubenium II. 27. Electorum. notas Goari poſteriores ad Cedreni p. 364. Anſelmum Bandurium in Imperio orientali T. II. p. 501.

A.U.C 792 Cajo II. & L. Apronio COSS.

praſina a colore porri dicebatur, addictus erat, adeo ut locus, in quo illa ſolebat aurigationem exercere, etiamnum ab eo Cajanum dicatur. Quendam ſuorum equorum, Incitatum nomine, ad cœnam quoque adhibebat, & ei inauratum hordeum apponebat, & in poculis aureis vinum propinabat, ſalutem ejus ac fortunam jurabat, conſulemque præterea ſe eum creaturum pollicebatur: facturus hoc utique, ſi diutius vixiſſet.

15. Ad conficiendam porro pecuniam, decretum antea fuerat, ut quicunque in vivis eſſent, qui ante hæredem ſibi Tiberium deſtinaſſent, ii morituri ſua bona Cajo legarent. Nam ne præter leges videretur hæreditates hujusmodi ac legata accipere, quum neque uxorem tunc, neque liberos haberet, ſenatusconſultum promulgari juſſerat. Nunc autem omnia omnino ea bona, quæ centuriones, a patris ſui triumpho, alii quam imperatori legaſſent, etiam nullo edito ſenatusconſulto, ſibimet ipſe vindicavit. Quum ne hæc quidem ſufficerent, tertium genus pecuniæ conficiendæ invenit. Cn. Domitius Corbulo ſenator, quum ſub Tiberio vias male habitas videret, ſemper earum curatoribus negotium faceſſebat, etiam ſenatui propterea moleſtus. Hunc aſſumſit Cajus, ejusque opera omnibus quicunque vias curandas unquam habuiſſent, ac pecunias ad eam rem accepiſſent, non vivis modo, ſed & mortuis inſidias ſtruxit: eosque, & quibus hi quicquam faciendum locaſſent, quaſi eam pecuniam non impendiſſent viarum refectioni, mulctavit. Id tum Corbuloni conſulatum attulit, poſt ſub Claudio crimini datum eſt, diesque ob id dictus. Nam Claudius neque exegit multam, quæ adhuc debebatur; & quod ſolutum ejus nomine fuerat, partim ex ærario depromptum, partim ab ipſo Corbulone poſtulatum, multatis reddidit. Verum hoc poſtea contigit; nunc autem hi cum ſinguli, tum omnes fere alii in urbe expilabantur quocunque artificio, nemine locuplete (vir mulierve eſſet) indemni relicto. Si cui enim provectioris ætatis vita concedebatur, eum patrem vel avum, matrem vel aviam adpellans Cajus, fructus bonorum viventis etiamnum percipiebat, defunctorum hæreditates adibat.

16. Ad

βάτραχίδα ἐνδύνοντι, καὶ διὰ τοῦτ' ἀπὸ [illegible] ματος τῷ πρασίνῳ καλουμένῳ προσέκειτο [illegible] νῦν ἔτι [171] Γαιανὸν ἀπ' αὐτοῦ τὸ χωρίον, [illegible] ἅρματα ἤσκει, καλεῖσθαι. καὶ ἕνα γε τ[illegible] [172] ἐν Ἰγκίτατον ὠνόμαζε, καὶ ἐπὶ δεῖπν[illegible] [b] χρυσᾶς τε αὐτῷ κριθὰς παρέβαλλε, κα[illegible] χρυσοῖς ἐκπώμασι προὔπινε τήν τε σωτηρ[illegible] καὶ τὴν τύχην ὤμνυε, καὶ προσυπισχνεῖτ[illegible] ὕπατον αὐτὸν ἀποδείξειν. καὶ πάντως ἂν [illegible] το ἐπεποιήκει, εἰ πλείω χρόνον ἐζήκει.

Ἐς δ' οὖν τοὺς πόρους τῶν χρημάτων [illegible] μὲν ἐψήφιστο, ὅπως ὅσοι τινὰ τῷ Τιβερίῳ [illegible] πεῖν ἐθελήσαντες περιῆσαν, τῷ Γαΐῳ αὐτ[illegible] τῶντες χαρίσωνται. ἵνα γὰρ μὴ καὶ παρὰ τοὺς νόμους καὶ κληρονομεῖν καὶ δωρήματα τοιαῦτα λαμβάνειν (ὅτι [174] μήτε γυναῖκα τότε γε μήτε παῖδας εἶχε) δύνασθαι δοκῇ, [i] δόγμα τι προέθετο. ἐν δὲ τῷ παρόντι πάσας ἁπλῶς [175] τὰς τῶν ἐν τοῖς ἑκατοντάρχοις ἐστρατευμένων οὐσίας, ὅσοι B μετὰ τὰ ἐπινίκια, ἃ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἔπεμψεν, ἄλλῳ τινὶ αὐτὰς, καὶ μὴ τῷ αὐτοκράτορι, καταλελοίπεσαν, αὐτὸς ἑαυτῷ καὶ ἄνευ ψηφίσματος εἰσέπραξε. καὶ ἐπειδὴ μηδὲ ταῦτα ἐξικνεῖτο, τρίτην τοιαύτην ἀφορμὴν ἀργυρισμοῦ ἐπενόησε· Γναῖος Δομίτιος Κορβούλων βουλευτὴς, [176] κακῶς ἐπὶ τοῦ Τιβερίου τὰς ὁδοὺς ἐχούσας ὁρῶν, τοῖς τε ἐπιμεληταῖς αὐτῶν ἀεί ποτε ἐνέκειτο, καὶ προσέτι καὶ τῇ γερουσίᾳ ὀχληρὸς ὑπὲρ αὐτῶν ἐγίγνετο. τοῦτον C οὖν παραλαβὼν, ἐπέθετο δι' αὐτοῦ πᾶσιν οὐχ ὅτι τοῖς ζῶσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς τεθνηκόσιν, ὅσοι ποτὲ ἐπιστάται τῶν ὁδῶν ἐγεγόνεισαν, καὶ χρήματα ἐς τὰς [k] κατασκευὰς αὐτῶν εἰλήφεισαν· ἐκείνους τε καὶ τοὺς ἐργολαβήσαντάς τι παρ' αὐτῶν, ὡς οὐδὲν δὴ δαπανήσαντας ἐζημίου. ἐφ' οὗ δὴ ὁ Κορβούλων [177] τότε μὲν ὑπάτευσεν, ὕστερον δὲ ἐπὶ Κλαυδίου αἰτίαν ἔσχε καὶ εὐθύνθη. ὁ γὰρ Κλαύδιος οὔτε τὰ ἐποφειληθέντα ἀπῄτησε, καὶ τὰ δεδομένα, τὰ μὲν ἐκ τοῦ δημοσίου, τὰ δὲ καὶ παρ' αὐτοῦ τοῦ Κορβούλωνος εἰσπράξας, ἀπέδωκε τοῖς ζημιωθεῖσι. τοῦτο μὲν ὕστερον ἐγένετο· τότε δ' οὗτοί D τε ὡς ἕκαστοι, καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ὡς εἰπεῖν οἱ ἐν τῇ πόλει, τρόπον τινὰ ἀπεσυλῶντο, καὶ ἀζήμιος τῶν γέ τι ἐχόντων οὐδεὶς, οὐκ ἀνὴρ, οὐ γυνὴ, ἦν. καὶ γὰρ εἴ τινα τῶν ἀφηλικεστέρων ζῆν εἴα, ἀλλὰ πατέρας τε καὶ πάππους, μητέρας τε καὶ τήθας σφᾶς ὀνομάζων, [178] ζῶντάς τε ἐκαρποῦτο, καὶ τελευτῶντας τῶν οὐσιῶν ἐκληρονόμει.

Μέχρι

[b] χρυσᾶς τε αὐτῷ κριθάς. non aureum, ſed inauratum pabulum memorat Dio, & abſurdum ſit iſtud. ſcribendum ἐν χρυσῷ τε αὐτῷ. de præſepibus & equili toto ſcribit Suetonius c. 55. hæc Barthius Adverſ. IV. 6. p. 165. [i] δόγμα τι [illegible] ita probe emendaverat F. vulgo: δόγματι προσέθετο. utrumque & δόγματι & δόγμα τι recipi poſſe, judicat [illegible] do in προσέθετο non cogitans. [k] καλασκευάς. ἐπισκευάς, Peir. rectius, F.

p. 501. ſq. &c. Sueton. de Cajo c. 55. *Praſinæ factioni ita addictus & deditus, ut cœnaret in ſtabulo* (praſinorum agitatorum) *aſſidue & maneret. Agitatori Eutycho* (ita lege ex Joſephi XIX. 3. Εὔτυχος οὗτος ἡνίοχος τοῦ καλουμένου πρασίνου περισπούδαστος Γαΐῳ.) *comeſſatione quadam in apophoretis, vicies ſeſtertium* (quinquaginta thalerorum millia) *contulit.*

§ 171. (l. 68.) Γαιανὸν] Regione XIV. *Gaianium*, in notitia imperii *Gajanum*, ſive *Cajanum*, quod G. Pancirollus T. III. Theſauri Græviani p. 373. de obeliſco interpretatur, quem in Vaticano Cajus ſtatuit: ſed ex hoc Dionis loco rectius licebit exponere de *vico Gajanarum*, quem a Vaticano diſtinguit P. Victor ibid. p. 48.

§ 172. (l. 70.) ἐν Ἰγκίτατον] Sueton. c. 55. *Incitato equo, cujus cauſſa pridie Circenſes, ne inquietaretur, viciniæ ſilentium per milites indicere ſolebat, præter equile marmoreum, & præſepe eburneum, præterque purpurea tegumenta ac monile e gemmis, domum etiam & familiam & ſupellectilem dedit, quo lautius nomine ejus invitati acciperentur.* Nomen equi *Incitatus*, qualia plura occurrunt in antiquis in[illegible] Gruterum p. CCCXLII. & CCCXXXVII. [illegible] brettum ad tabulam Iliacam p. 338. & 3[illegible] p. 276. ſq. vide ſi placet quæ notavi ad Sextum [illegible]

§ 173. (l. 73.) καὶ ὕπατον] *Conſulatum q*[illegible] *ſtinaſſe.* Sueton. c. 55. Stultius etiam magiſ[illegible] infra p. 662. B. legas, Cajum ipſum ſibi f[illegible] nemque Cajanum ſe geſſiſſe, & συνιερέα ſive [illegible] ſacerdotio conſtituiſſe *hunc equum.*

§ 174. (l. 81.) μήτε γυναῖκα] Lollia Pa[illigible] repudiata. p. 649. E.

§ 175. (l. 83.) τὰς τῶν ἐν τοῖς ἑκατοντάρχοις ἐστρατευμένων] Centurionum, primipilarium maxime. Sueton. c. 38. *Teſtamenta primipilarium, qui ab initio principatus Tiberii neque illum neque ſe hæredem reliquiſſent, ut ingrata reſcidit.*

§ 176. (l. 90.) κακῶς τὰς ὁδοὺς ἐχούσας ὁρῶν] Tacitus III. 31. Annal. ad annum Tiberii octavum: *Idem Corbulo plurima*

A.U.C.792 Cajo II. & L. Apronio COSS.

Μέχρι μὲν οὖν τοῦ χρόνου τούτου αὐτός τε τὸν Τιβέριον ἀεὶ καὶ πρὸς πάντας κακῶς ἔλεγε, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς κατηγοροῦσιν αὐτὸν καὶ ἰδίᾳ
E καὶ δημοσίᾳ οὐχ ὅσον οὐκ ἐπετίμα, ἀλλὰ καὶ ἔχαιρε· τότε δὲ ἐσελθὼν ἐς τὸ βουλευτήριον, πολλὰ μὲν ἐκεῖνον ἐπῄνεσεν, ὡς οὐκ ὀρθῶς [l] αὐτὸν ψεγόν-[των]· "Ἐμοὶ μὲν γὰρ (ἔφη) αὐτοκράτορι ὄντι καὶ "τοῦτο ποιεῖν ἔξεστιν, ὑμεῖς δὲ δὴ [m] οὐ μόνον ἀδι-"κεῖτε, πρὸς τὸν ἄρξαντά ποτε ὑμῶν οὕτω διακείμε-"νοι." καὶ τούτου καθ' ἕκαστον τῶν ἀπολωλότων ἐπεξιὼν, ἀπέφαινεν, ὥς γε ἐδόκει, [179] τοὺς βουλευτὰς αἰτίους τοῦ ὀλέθρου τοῖς πλείστοις αὐτῶν γεγονότας· τοὺς μὲν, ὅτι κατηγόρησαν σφῶν, τοὺς δὲ, ὅτι κατεμαρτύρησαν· πάντας δὲ, ὅτι κατεψηφίσαντο. καὶ ταῦτά τε ὡς ἐξ αὐτῶν ἐκείνων τῶν γραμμάτων ἃ κατακεκαυκέναι ποτὲ ἔφη, ἐπανέγνω διὰ τῶν ἀπελευθέρων· καὶ προσεπεῖπεν ὅτι "Εἰ καί τι ὁ Τι-
652 "βέριος ἠδικήκει, οὐκ ὠφείλετε αὐτὸν ζῶντα τετιμηκέ-"ναι [n] οὐ μὰ Δί' οὐκ ἐφ' οἷς καὶ εἴπατε πολλάκις "καὶ ἐψηφίσασθε, μεταβάλλεσθαι. ἀλλ' ὑμεῖς καὶ "ἐκεῖνον ἐμπλήκτως μετεχειρίσασθε, καὶ τὸν Σηιανὸν "φυσήσαντες καὶ διαφθείραντες ἀπεκτείνατε· ὥστε δεῖ "καὶ ἐμὲ μηδὲν χρηστὸν [nn] παρ' ὑμῶν προσδέχεσθαι." Τοιαῦτα ἄττα εἰπὼν, αὐτὸν δὴ τὸν Τιβέριον τῷ λόγῳ [o] παρήγαγε, λέγοντά οἱ, ὅτι, "Καὶ καλῶς "καὶ ἀληθῶς πάντα ταῦτα εἴρηκας· καὶ διὰ "τοῦτο μήτε φιλήσῃς τινὰ αὐτῶν, μήτε φείσῃ τι-"νός. πάντες τε γάρ μισοῦσι, καὶ πάντες ἀπο-
B "θανεῖν εὔχονται· καὶ φονεύσουσί γε, ἂν δυνηθῶ-"σι, σέ. μήτ' οὖν ὅπως τι χαρίσῃ πράξας αὐ-"τοῖς ἐννόει, μήτ' ἄν τι θρυλλῶσι, φρόντιζε, ἀλ-"λὰ τό, τε ἡδὺ καὶ τὸ ἀσφαλὲς τὸ σεαυτοῦ "μόνον, ὡς καὶ δικαιότατον, προσκόπει. οὕτω μὲν "γὰρ οὔτε τι πείσῃ κακὸν, καὶ πάντων τῶν ἡδί-"στων ἀπολαύσεις· καὶ προσέτι καὶ τιμηθήσῃ ὑπ' "αὐτῶν, ἄν τ' ἐθέλωσιν, ἄν τε καὶ μή. ἐκείνως "δὲ, ἔργῳ μὲν οὐδὲν λήψῃ, [p] λόγῳ δὲ δόξαν κε-"νὴν λαβὼν, οὔτε τι πλέον ἕξεις, καὶ ἐπιβου-"λευθεὶς, ἀκλεῶς τελευτήσεις. οὐδεὶς γὰρ ἀν-
C "θρώπων ἑκὼν ἄρχεται, ἀλλ' ὅσον μὲν φοβεῖται, "θεραπεύει τὸν ἰσχυρότερον· ὅταν δὲ δὴ θαρσή-"σῃ, τιμωρεῖται τὸν ἀσθενέστερον." Γάϊος μὲν, ταῦτα εἰπὼν, καὶ [180] τὰ τῆς ἀσεβείας ἐγκλήματα ἐπαναγαγὼν, ἔς τε στήλην αὐτὰ χαλκῆν [q] εὐθὺς ἐγγραφῆναι ἐκέλευσε, καὶ ἐκ τοῦ βουλευτηρίου σπουδῇ ἐξεπήδησεν, ἔς τε τὸ προάστειον αὐθημερὸν ἐξώρμησεν. ἡ δὲ δὴ γερουσία καὶ ὁ δῆμος ἐν δέει μεγάλῳ ἐγένοντο,

16. Ad id usque temporis quum Tiberium ſemper & apud omnes homines maledictis laceraſſet, & eos qui eundem privatim publiceque vituperaſſent, non modo non increpaſſet, verum etiam lætus audiſſet: tunc primum in curiam ingreſſus multis verbis eum collaudavit, ut qui ab ipſis immerito traduceretur. "Mihi quidem, inquit, imperatori, hoc quoque facere integrum eſt, at vos injuſtiſſime agitis, quod veſtrum quondam principem ita accipitis. Deinde recenſitis ſingulatim iis, qui ſub eo perierant, oſtendit, (ut quidem videri volebat) pleriſque cauſam exitii ſenatores fuiſſe: alios, quod accuſaſſent; alios, quod falſo teſtimonio oneraſſent; univerſos, quia damnaſſent. Ea omnia ſcilicet ex recitatis per libertos libellis iſtis, quos ſe pridem combuſſiſſe dixerat, demonſtravit. Porro, inquit, Tiberio, ſi vel maxime quid injuſte egiſſet, non honores vivo habere, aut hercule ea, quæ de eo ſæpenumero dixiſtis ac decreviſtis, mutare non debebatis. Verum vos & erga Tiberium ſtolide vos geſſiſtis, & Sejanum inflaviſtis, veſtraque corruptum culpa necaſtis: ideoque ne mihi quidem a vobis quicquam boni exſpectandum. " Ad hæc Tiberium ſibi reſpondentem introduxit in hanc ſententiam: "Tu vero, Cai, recte hæc & vere omnia: ideoque cave, ne quem horum diligas, neve ulli parcas. Omnes enim te oderunt, mortem tuam in votis habent, necabuntque te, ſi poſſint. Ne tu igitur cogita, aliquid ipſis gratum agere, neque eorum de te ſermones cura; ſed voluptatem modo, ac ſecuritatem tuam, tanquam juſtiſſimam omnium rem, provideto. Ita enim nec mali quicquam patieris, & omnibus jucundis rebus perfrueris, & ab iis, velint, nolint, honoraberis. Aſt alteram illam viam ſecurus, nihil re conſequeris; tantum verbis inani gloria affectus, non modo proficies nihil, ſed & inſidiis circumventus, inhoneſta morte peribis. Nemo enim hominum ſponte imperio ſubeſt, ſed potentiorem, quoad metuit, colit; fiducia vero auctus, de infirmiore capit vindictam. " His verbis factis Cajus majeſtatis actiones in uſum revocavit, easque ſtatim tabulis æneis incidi juſſit: ipſe feſtinato e curia ſe proripiens, eodem die in ſuburbana abiit. At ſenatus

l αὐτὸν ψεγόντων. vix dubitem a Dione ſcriptum αὐτῶν ψεγόντων. ſubjicit enim, ἐμοὶ μὲν γὰρ, quod ad illud αὐτῶν ſcil. βουλευτῶν reſpicit. L. *m* οὐ μόνον ἀδικεῖτε. niſi οὐ abundat, deeſt aliquid huic periodo, X. aliud in promtu remedium, ſi reſtituamus οἱ μόνοι ἀδικεῖτε, L. non ſatisfacit: ego lacunam ſuſpicor. nam ſi vel maxime invertas ordinem, μόνον οὐκ ἀδικεῖτε, *tantum non injuſte agitis*, tamen id mollius dictum non reſpondet Caji acerbitati. *n* οὐ μὰ Δί' mallem ἢ μὰ Δί'. *nn* παρ' ὑμῶν. ita ſcripſi ex Xiph. pro παρ' ἐμοῦ, ſententia manifeſta. obſervaverat idem L. nec tamen receperat, aut Xiphilini fecerat mentionem. *o* παρήγαγε. apud Xiph. codex Coiſl. & Br. habet προήγαγε. utrumque eodem ſenſu dicitur. *p* ὁ λόγῳ δὲ. ſic emendavit RS. quod probante Xyl. receperunt HS. & L. pro ἔργῳ δὲ. *q* εὐθύς. puto reponendum αὖθις, L. ſic & X. vertit. non tamen hanc mutationem neceſſariam crediderim.

... per Italiam itinera fraude mancipum & incuria magiſtratuum interrupta & impervia clamitando, exſecutionem ejus negotii libens ſuſcepit: quod haud perinde publice uſui habitum, quam exitioſum multis, quorum in pecuniam & famam damnationibus & haſta ſæviebat. Vide Lipſium ad jam laudata Taciti verba, & Nic. Bergierium de publicis & militaribus imperii Romani viis T. X. Theſauri Græviani p. 22. ſq. Ceterum ſpoliatos tunc a Corbulone reſtituit Claudius. infra p. 676. B.

§ 177. (l. 100.) τότε μὲν ὑπάτευσεν] Suffectus Kal Jul. Meminit conſulatus ejus etiam Plinius lib. VII. c. 5. ubi fratrem eum fuiſſe notat Cæſoniæ quam poſtea Cajus conjugem duxit.

§ 178. (l. 11.) ζῶντας ἐκληρονόμει] Sueton. c. 38. *Ceterorum teſtamenta ut irrita & vana reſcidit, quoscunque quis diceret herede Cæſare mori deſtinaſſe. Quo metu injecto, cum jam & ab ignotis inter familiares, & a parentibus inter liberos palam heres nuncuparetur, deriſores vocabat, quod poſt nuncupationem* (teſtamenti) *vivere perſeverarent, & multis venenatas matteas* (placentulas) *miſit.*

§ 179. (l. 23.) τοὺς βουλευτὰς] Sueton. c. 30. *Sæpe in cunctos pariter Senatores, ut Sejani clientes, aut matris* (Agrippinæ) *ac fratrum ſuorum* (Neronis ac Druſi) *delatores invectus eſt, prolatis libellis quos crematos ſimulaverat, defenſaque Tiberii ſævitia, quaſi neceſſaria, cum tot criminantibus credendum eſſet.* De libellis crematis p. 642. E. 648. A.

§ 180. (l. 55.) τὰ τῆς ἀσεβείας ἐγκλήματα] Antea ſuſtulerat majeſtatis crimen, p. 642. D. 644. A. nunc tanto acerbius exigit. conf. Sueton. c. 27.

A.U.C.792 Cajo II. & L.Apronio COSS.

ſenatus populusque in maximo eſſe metu, reputantes & quam ſæpe Tiberium maledictis inceſſiſſent, & quantum in Caji oratione mutationis a prioribus fuiſſet. Ac tum quidem præ terrore & mœſtitia nihil potuerunt loqui, aut referre: verum poſtridie rurſus convenerunt, ac multas ei laudes, tanquam veraciſſimo ac piiſſimo tribuerunt; maximasque agentes gratias, quod vivere eos paſſus fuiſſet, quotannis ea die, qua hæc recitata ab illo erant, & iis diebus, qui in palatio feſti celebrabantur, ſacrificare ejus Clementiæ decreverunt: ita ut veheretur in Capitolium imago ejus aurea, hymnos accinentibus nobiliſſimis pueris: ovationemque ei quaſi hoſtibus devictis dederunt. Hæc ipſa tunc decreta ad ſingulas deinde propemodum occaſiones auxerunt.

17. Verum Cajus, rem haud magnam eſſe cenſens, ſi equo per continentem terram veheretur, ovationem eam ſprevit: at per mare quodammodo equo vehi intendit, ponte injecto ei maris parti, quæ eſt inter Puteolos ac Baulos. Is locus eſt e regione urbis Puteolorum ſitus, diſtans ab ea millibus paſſuum tribus ac quadrante. Ad eum pontem partim convectæ ſunt naves, partim fabricatæ: quum quæ in tanta celeritate comportatæ eſſent, non ſufficerent; quanquam omnibus, quæ haberi poterant, conquiſitis. Unde & fames vehemens Italiam, ac maxime Romam, invaſit. Non vero tantum tranſitus cauſa pons paratus fuit, ſed etiam ſtationes ad quieſcendum, & diverſoria in eo effecta ſunt, quibus ipſis aqua dulcis affluebat. Omnibus perfectis, thoracem, quæ Alexandri fuerat, (ſic enim perhibebat) & ſupra eum chlamydem ſericam purpurei coloris, multo auro multisque gemmis Indicis ornatam, induit: gladioque ſe accinxit, & clypeum ſumpſit, querna corona capiti impoſita. Tum re ſacra Neptuno, ac diis aliis, Livori etiam, ne qua invidia, ut ajebat, premeretur, facta; pontem a Baulis ingreſſus eſt, plurimos equites & pedites armatos

το, τῶν τε κατηγοριῶν [r] ἅμα, ἃς [illegible] ρίου πολλάκις ἐπεποίηντο, καὶ οἷα ἀνθ' [illegible] σαν αὐτοῦ λέγοντος, ἐκλογιζόμενοι. κ[illegible] τε τῆς ἐκπλήξεως καὶ ὑπὸ τῆς ἀθυμίας [illegible] θαι, οὔτε τι χρηματίσαι ἠδυνήθησαν· [illegible] αὖθις ἀθροισθέντες, ἐπαίνους τε αὐτοῦ [illegible] ἀληθεστάτου καὶ εὐσεβεστάτου ὄντος, [illegible] ριν οἱ μεγάλην ἔχοντες ὅτι μὴ [s] προσ[illegible] διὰ τοῦτο καὶ τῇ Φιλανθρωπίᾳ αὐτοῦ βουθυτεῖν κατ' ἔτος ἔν τε ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐν ᾗ ταῦτα ἀνεγνώκει, καὶ [181] ἐν ταῖς τῷ παλατίῳ προσηκούσαις, [182] εἰκόνος τε αὐτοῦ χρυσῆς ἐς τὸ Καπιτώλιον ἀναγομένης, καὶ ὕμνων ἐπ' αὐτῇ [183] διὰ τῶν εὐγενεστάτων [t] παίδων ᾀδομένων, ἐψηφίσαντο. τά τε ἐπινίκια τὰ σμικρότερα, ὡς καὶ πολεμίους τινὰς νενικηκότι πέμψαι αὐτῷ ἔδωκαν. καὶ οἱ μὲν τότε ταῦτ' ἔγνωσαν, καὶ μετὰ τοῦτο καλὰ πᾶσαν ὡς εἰπεῖν ἀφορμὴν πάντως τι αὐτῷ προσετίθεσαν. E

Γάϊος δὲ ἐκείνης μὲν τῆς πομπῆς οὐδὲν προετίμησεν, (οὐδὲ γὰρ οὐδὲ μέγα τι ἐνόμιζεν εἶναι, ἵππῳ δι' ἠπείρου διελάσαι) διὰ δὲ τῆς θαλάσσης τρόπον τινὰ διϊππεῦσαι ἐπεθύμησε, γεφυρώσας [184] τὸ μεταξὺ τῶν τε Ποτεόλων καὶ τῶν Βαύλων. τὸ γὰρ χωρίον τοῦτο [185] κατ' ἀντιπέραν [u] τῆς πόλεώς ἐστι, διέχον αὐτῆς σταδίους ἓξ καὶ εἴκοσι. πλοῖα δὲ ἐς τὴν γέφυραν τὰ μὲν ἠθροίσθη, τὰ δὲ καὶ κατεσκευάσθη. οὐ γὰρ ἐξήρκεσε τὰ ξυλλεγῆναι δυνηθέντα ὡς ἐν βραχυτάτῳ, καίτοι πάντα ὅσα ἐνεδέχετο συναχθέντα. ἀφ' οὗπερ [186] καὶ λιμὸς ἔν τε τῇ Ἰταλίᾳ καὶ ἐν τῇ Ῥώμῃ μάλιστα ἰσχυρὸς ἐγένετο. ἐζεύχθη δὲ οὐχ ἁπλῶς δίοδός τις, ἀλλὰ καὶ ἀνάπαυλαι ἐν αὐτῇ καὶ καταλύσεις, ὥστε καὶ ὕδωρ αὐτὰς πότιμον ἐπίῤῥυτον ἔχειν, ἐποιήθησαν. ἐπειδή τε ἕτοιμα ἦν, τόν τε [187] θώρακα τὸν Ἀλεξάνδρου (ὥς γε ἔλεγε) καὶ ἐπ' αὐτῷ χλαμύδα σηρικὴν ἁλουργῆ, πολὺ μὲν χρυσίον, πολλοὺς δὲ καὶ λίθους Ἰνδικοὺς ἔχουσαν, ἐπενέδυ· ξίφος τε παρεζώσατο, καὶ ἀσπίδα ἔλαβε, καὶ δρυΐ [x] ἐστεφάνωτο. κἀκ τούτου τῷ τε Ποσειδῶνι καὶ ἄλλοις τισὶ θεοῖς, [188] Φθόνῳ τε θύσας, (μὴ καὶ βασκανία τις αὐτῷ, ὡς ἔφασκε, γένηται) ἔς τε τὸ ζεῦγμα ἀπὸ τῶν Βαύλων ἐσέβαλε, παμπληθεῖς καὶ ἱππέας καὶ πεζοὺς ὡπλισμένους 653 B

r ἅμα. non dubito ſcribendum τῶν τε κατηγοριῶν ἕνεκα. L. immo non dubito falli virum doctiſſimum. pendet enim tota ſermonis ſtructura a verbo ἐκλογιζόμενοι. quid vero magis aptum, græcumque, quam hoc: τῶν τε κατηγοριῶν ἅμα, ἃς ἐπεποίηντο, καὶ οἷα ἀνθ' οἵων ἠκηκόεσαν — ἐκλογιζόμενοι. s προσυπώλοντο. προσυπώλοντο, Xiph. t παίδων ᾀδομένων. emendatio Xyl. recepta ab HS. & L. pro ἀγομένων, quod legis apud RS. u τῆς πόλεως. ſic & Xiph. de Baulis ſermo eſt, remotiſſimis ab urbe, ſeu Roma. itaque legamus τῆς νέας πόλεως, i. e. Baulos, e regione Neapolitanæ urbis ſitos, ab ea diſtare 26. ſtadia, quod verum eſt, L. ſed non opus eſſe hac emendatione, docebit F. x ἐστεφανώσατο, vulgo. ἐστεφάνωτο, Xiph. quod præfero. nam librarius Dionis præcedenti παρεζώσατο deceptus eſt.

§ 181. (l. 70.) ἐν ταῖς τῷ παλατίῳ προσηκούσαις] Ludos palatinos intelligit, qui menſe Januario per triduum agebantur. infra p. 663. A.

§ 182. (l. 70.) εἰκόνος χρυσῆς] Sueton. c. 22. *In templo* (de quo infra p. 661. E.) *ſimulacrum ſtabat aureum iconicum* (magnitudine ac forma Caji iconem referens) *amiciebaturque quotidie veſte quali ipſe uteretur. De aliis Caji & Druſillæ imaginibus* p. 659. D.

§ 183. (l. 72.) διὰ τῶν εὐγενεστάτων παίδων] Ut in honorem Auguſti p. 644. D. 662. B.

§ 184. (l. 82.) τὸ μεταξὺ Ποτεόλων καὶ τῶν Βαύλων] *Bauli*, villæ nomen, quæ promontorium Miſenum inter & Bajanum lacum flexo mari alluebatur, teſte Tacito XIV. 4. *Puteoli* oppidum maritimum Campaniæ, Græcis Dicæarchia, a Baulis diſtabat paſſibus ter mille ac ſexcentis, a *Bajis* ſpatio ſtadiorum quinque, hoc eſt paſſuum 625. Suetonius c. 19. *Bajarum medium intervallum, Puteolanas ad moles, trium millium & ſexcentorum fere paſſuum ponte conjunxit, contractis undique onerariis navibus, & ordine duplici ad ancoras collocatis, ſuperjectoque aggere terreno, ac directo in Appiæ viæ formam.* Conf. Julium Cæſarem Capaccium in antiqu[illegible] Campaniæ T. IX, Theſauri Italiæ P. III. pag. 215. ſq[illegible] 196. ſqq.

§ 185. (l. 83.) κατ' ἀντιπέραν τῆς πόλεως] Sicut per [illegible] villa Baulorum, ita per τὴν πόλιν intelliguntur Puteo[illegible] urbe Bauli ſpatio ſtadiorum XXVI. diſtabant. Neque [illegible] abeſt, quod Suetonius computat paſſuum 3600. Ita[illegible] neceſſe fuerit cum viris doctis pro voce πόλιν, qua[illegible] etiam Xiphilinus & Zonaras, Νεάπολιν, vel νέαν πό[illegible] ut Neapolis intelligatur cum Leunclavio, vel Baj[illegible] cens extructæ, cum eruditiſſimo ſcriptore Camill[illegible] no Diſſ. 2. de Campania Felice. p. 200. quia per [illegible] tiquam Romam, ſed ut recte Xylander, Puteolo[illegible] conſentaneum eſt etiam infra p. 653. B.

§ 186. (l. 88.) καὶ λιμὸς] Ob naves interceptas, quibus annona ex Ægypto advehi ſolebat. Seneca de brevitate vitæ c. 18. *exitio pæne ac fame conſtitit, & quæ famem ſequitur rerum omnium ruina, furioſi & externi & infeliciter ſuperbi regis* (Xerxis, infra E.) *imitatio.*

σμένους ἐπαγόμενος, καὶ σπουδῇ καθάπερ ἐπὶ πολεμίους τινὰς [189] ἐς τὴν πόλιν [y] ἐσέπεσε. κἀνταῦθα τῆς ὑστεραίας ἀναπαυσάμενος ὥσπερ ἐκ μάχης, ἀνεκομίσθη διὰ τῆς αὐτῆς γεφύρας ἐφ' ἅρματος, χιτῶνα χρυσόπαστον ἐνδύς· ἦγον δὲ αὐτὸν οἱ ἀθληταὶ ἵπποι ἀξιονικώτατοι. καὶ ἄλλα δὲ αὐτῷ
C πολλὰ ὡς καὶ λάφυρα, [z] συνηκολούθησε, [190] καὶ Δαρεῖος, ἀνὴρ Ἀρσακίδης, ἐν τοῖς ὁμηρεύουσι τότε τῶν Πάρθων ὤν. οἵ τε φίλοι καὶ οἱ ἑταῖροι αὐτοῦ ἐπὶ ὀχημάτων ἐν ἐσθῆσιν ἀνθηραῖς ἐφέποντο, καὶ ὁ στρατός, καὶ ὅ γε λοιπὸς ὅμιλος, ἰδίως πως ἕκαστοι κεκοσμημένοι. καὶ (ἔδει γὰρ αὐτόν, οἷα ἔν τε [a] στρατιᾷ τοιαύτῃ καὶ ἐπὶ νίκῃ τηλικαύτῃ, καὶ δημηγορῆσαί τι) [191] ἀνέβη τε ἐπὶ βῆμα, ἐπὶ πλοίων που καὶ αὐτὸ κατὰ μέσην που τὴν γέφυραν πεποιημένον· καὶ πρῶτον μὲν ἑαυτόν, ὡς καὶ μεγάλων τινῶν ἔργων ἐπιχειρητήν, ἀπεσέμνυνεν· ἔπειτα
D δὲ τοὺς στρατιώτας, ὡς καὶ πεπονηκότας καὶ κεκινδυνευκότας, ἐπῄνεσεν ἄλλα τε καὶ αὐτὸ τοῦτο εἰπών, ὅτι πεζῇ διὰ τῆς θαλάσσης [b] διέδραμον. [192] καὶ χρήματά τε διὰ τοῦτο αὐτοῖς ἔδωκε, καὶ μετὰ τοῦτο αὐτός γε ἐπὶ τῆς γεφύρας, ὥσπερ ἐν νήσῳ τινί, καὶ ἐκεῖνοι ἐν ἑτέροις πλοίοις περιορμοῦντες, τό, τε λοιπὸν τῆς ἡμέρας καὶ τὴν νύκτα πᾶσαν εἱστιάθησαν πολλοῦ μὲν αὐτόθεν φωτός, πολλοῦ δὲ καὶ ἐκ τῶν ὀρῶν ἐπιλάμψαντος σφίσι. τοῦ γὰρ χωρίου μηνοειδοῦς ὄντος, πῦρ πανταχόθεν, καθάπερ ἐν θεάτρῳ τι-
E νί, ἐδείχθη, ὥστε μηδεμίαν αἴσθησιν τοῦ σκότους γενέσθαι. καὶ γὰρ τὴν νύκτα ἡμέραν, ὥσπερ που τὴν θάλασσαν γῆν, ποιῆσαι ἠθέλησεν. ἐμπλησθεὶς δὲ καὶ ὑπερκορὴς καὶ σίτου καὶ μέθης γενόμενος, συχνοὺς μὲν τῶν ἑταίρων ἐς τὴν θάλασσαν [193] ἀπὸ τῆς γεφύρας ἔρριψε, συχνοὺς δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἐν πλοίοις ἐμβόλους ἔχουσι περιπλεύσας κατέδυσεν, ὥστε καὶ ἀπολέσθαι τινάς· οἱ γὰρ πλείους, καίπερ μεθύοντες, ἐσώθησαν. αἴτιον δὲ, ὅτι καὶ λειοτάτη καὶ στασιμωτάτη ἡ θάλασσα, καὶ ἐν ᾧ ἡ γέφυρα ἐζεύχθη, καὶ ἐν ᾧ τὰ ἄλλα ἐποιήθη, ἐγένετο. καί τι καὶ ἀπὸ τούτου ὠγκώθη, λέγων ὅτι καὶ ὁ Ποσειδῶν αὐτὸν ἐφοβήθη. ἐπεὶ ἔς γε τὸν Δαρεῖον καὶ τὸν Ξέρξην οὐδὲν ὅ, τι οὐκ ἀπέσκωπτεν, ὡς καὶ [194] πολλαπλάσιον σφῶν μέτρον τῆς θαλάσσης ζεύξας.

Τῆς μὲν δὴ γεφύρας ἐκείνης τοῦτο τὸ τέλος ἐγέ-

armatos ſecum ducens, ac in urbem Puteolos, quaſi in hoſtes, celeriter irruit. Ibi quum quieti ſe die inſequenti dediſſet, quaſi a prælio feſſus, per eundem pontem curru revectus eſt, tunica auro intertexta amictus, & ab equis latus, qui in certaminibus victoriam præſertim obtinebant. Tum alia verò multa, ſpoliorum inſtar, eum ſubſequebantur; tum etiam Darius Arſacides, unus ex obſidibus, qui tunc a Parthis aderant. Comitabantur hinc & amici ejus, & ſocii in curribus, veſtibus palmatis, ac exercitus, & reliquum vulgus, ſinguli peculiariter ornati. Et quia opus nimirum erat cum tanta expeditione facta, ac tanta victoria impetrata, concionem habere, ſuggeſtum conſcendit in medio pontis navibus impoſitum; ac primo ſe ut magna conatum jactavit, deinde milites ut periclitatos ac fatigatos laudavit: hoc inter alia gloriatus, eos pedibus mare percurriſſe. Nummis deinde donativi loco datis, poſt ipſe in ponte, tanquam in inſula aliqua, reliqui in aliis navibus circa ipſum ſtationem habentes, diei reliquum & totam noctem epulati ſunt; multo ex ponte igni, multo ex montibus affulgente. Nam cum locus in lunæ formam curvatus eſſet, undique ignis, quaſi in theatro quodam, videbatur; ita ut omnem tenebrarum ſenſum eriperet. Quippe noctem quoque in diem convertere, veluti mare in terram, volebat. Poſtquam ad ſatietatem usque cibo & potu ſeſe ingurgitavit, multos amicorum de ponte in mare projecit, multos aliorum navibus roſtratis circumvectus ſubmerſit, ita ut perierint nonnulli; plerisque, quanquam ebriis, evadentibus. Id ex ea profectum cauſa, quod interea, dum pons jungeretur, & alia fierent, mare placidiſſimum ac minime turbulentum erat. Quo ipſo inflatus, a Neptuno ſe timeri dixit; nam Darium & Xerxen omni genere ludibrii proſequebatur, quod longe plus maris ipſe ponte inſtraviſſet.

A.U.C.792 Cajo II. & L. Apronio COSS.

18. Hic finis fuit pontis ejus, qui ipſe etiam multis

y ἐσέπεσε. ἐσέπλευσε, editio Robertina Xiph. & ſic Br. z συνηκολούθησε. συνηκολούθει, Xiph. quod magis placet. a στρατιᾷ. στρατείᾳ, Xiph. utrumque tamen eodem ſenſu occurrit. • b διέδραμον. *ſe percurriſſe*, X. quaſi de Cajo. ſed præſtat de militibus accipere.

§ 187. (l. 93.) θώρακα τὸν Ἀλεξάνδρου] Hunc non præterit Sueton. c. 52. *interdum geſtavit & magni Alexandri thoracem, repetitum e conditorio ejus.* Cætera tangit c. 19. per continens biduum ultro citroque Cajum teſtatus per hunc pontem commeaſſe. *Primo die, phalerato equo, inſignisque quercica corona,* (velut ob cives ſervatos) *& ſecuri & cetra & gladio aureaque chlamyde.* Thoracis Alexandrini plus ſimplici vicementio apud Curtium, ut VII. 19. & 32. IX. 16. &c. Chlamydis uſus in munere gladiatorio etiam Claudius, infra p. 677. A.

§ 188. (l. 99.) Φθόνῳ τε θύσαι] Ut Pavori & Pallori templum dicatum Romæ, teſte Livio lib. I. c. 20. Minucio Felice, c. 25. & Auguſtino IV. 15. & 23. ita Livor quoque cultus, ne obeſſet: atque egregie fortunatis nihil frequentius hoc voto, ut abſit Nemeſis, abſit invidia, quæ ſumma ſolet petere. Itaque & ſacra Livori facta a Cajo tanquam Deæ, ſicut tecta ejus deſcribit Ovidius II. Metamorphoſ. 760. ſq.

§ 189. (l. 4.) ἐς τὴν πόλιν] Puteolos, ut p. 652. E. non Romam. § 185.

§ 190. (l. 9.) καὶ Δαρεῖος] Sueton. c. 19. *Poſtridie quadrigario habitu, curriculoque bijugi famoſorum equorum, præ ſe ferens* (velut Alexander alter victor Darii) *Darium puerum ex Parthorum obſidibus, comitante prætorianorum agmine, & in eſſedis cohorte amicorum.*

§ 191. (l. 16.) ἀνέβη ἐπὶ βῆμα] Cajus ex ſuggeſto alloquens milites conſpicitur in numo apud Albertum Rubenium, XVIII. 2.

§ 192. (l. 22.) καὶ χρήματά τε] Non *congiarium*, ut vertit Xylander, illud enim populo dabatur: ſed Cajus, numos *donativi* loco militibus diſtribuit, uti poſt victoriam reportatam fieri conſuetum. p. 657. D.

§ 193. (l. 34.) ἀπὸ τῆς γεφύρας ἔρριψε] Sueton. c. 32. *Animum quoque remittenti, ludoque & epulis dedito, eadem dictorum factorumque ſævitia aderat. — Puteolis dedicatione pontis, quem excogitatum ab eo ſignificavimus, cum multos e littore invitaſſet ad ſe, repente omnes præcipitavit. Quosdam gubernacula apprehendentes, contis remisque detruſit in mare.*

§ 194. (l. 43.) πολλαπλάσιον σφῶν μέτρον] Ne tertiam quidem partem ſpatii navibus conſtraverat in Helleſponto *Xerxes*, ponteque junxerat. Mare enim molibus contabulavit tantummodo per ſeptem ſtadia ab Abydo ad oppoſitam ſalebroſam oram, teſte Herodoto VII. 34. Sed Caji pons, ut ſupra dictum eſt, ſtadia ſex & viginti implebat. Non de Xerxe tantum, ſed de *Dario* quoque patre Xerxis meminit Plinius IV. 12. referens, per Thracium Boſporum, latitudine quingentorum paſſuum, copias ponte ab eo transvectas, hoc eſt ſtadiorum quatuor: quanquam Agathemerus lib. I. Geographiæ

A.U.C.792 Cajo II. & L. Apronio COSS.

multis cauſa necis fuit: quum omni in eum pecunia abſumpta, multo jam pluribus propter opes perniciem crearet. Judicia peragebat partim ſolus, partim toto ſenatu adhibito: nonnulla ſenatus ſeorſum cognoſcebat, nec tamen ſumma auctoritate, quin ab eo ad Cajum frequens eſſet provocatio. Sententia quidem ſenatus alia ratione manifeſta fiebat; at eorum nomina, qui a Cajo damnati fuiſſent, inſcripta tabulis exponebantur; quaſi metueret ne clam eſſent. Rei vel in carcere necati ſunt, vel de Capitolio præcipitati, vel morte damnationem prævenerunt. Ne pulſis quidem urbe ſecuritas erat, ſed multi eorum in itinere, aut exilio, perierunt. Non attinet cæterorum fatis accurate recenſendis lectori fruſtra moleſtiam exhibere: Calviſius autem Sabinus, præcipuus inter ſenatores, quum recens a Pannoniæ adminiſtratione rediiſſet, mulierque ejus Cornelia, cui vitio dabatur, quod excubias ac exercitia militaria inſpexiſſet, poſtulati, morte ſpontanea judicium anteverterunt. Idem fecit Titius Rufus, cui objectum erat, quod dixiſſet, ſenatum aliter ſentire ac loqui. Junius Priſcus prætor, prætextu aliorum criminum accuſatus, propter divitias morte affectus eſt. Cumque intellexiſſet Cajus, fortunas ejus tanti non fuiſſe, ut interficeretur, mirabili oratione uſus eſt; dicens ab eo ſe deceptum, fruſtraque eum obiiſſe, qui potuerit vivere.

19. Inter reos ejus temporis Domitius Afer ex periculo inopinato mirabiliorem ſalutem invenit. Infenſus ei alioquin Cajus erat, quod imperante Tiberio mulierem quandam, Agrippinæ matris ſuæ neceſſariam, in jus vocaſſet. Quo facto Agrippinæ obviam forte factus, via deceſſerat: idque ea pudore factum intelligens, vocatum ad ſe compellarat, ac bono, inquit, animo eſto, Domiti, non enim tu mihi horum cauſa

ἐγένετο, καὶ αἰτίαν καὶ αὐτὴ θανάτου [illegible] παρέχεν. ἐξαναλωθεὶς [c] γὰρ ἐ[illegible] πλείοσι διὰ τὰς οὐσίας ἐπ[illegible] καὶ ἰδίᾳ καὶ μετὰ [illegible] να καὶ ἐκεί[illegible] καὶ [illegible] ἐγίγνο[illegible] ἄλλως ἐ[illegible] φιλέντων [illegible]ουμένου αὐτοῦ μὴ [illegible]οί τε ἐκολάζοντο, οἱ μὲν, ἐν [illegible], οἱ δὲ, καὶ ἀπὸ τοῦ Καπιτωλίου καταρ[illegible]ζόμενοι. καὶ ἕτεροι σφᾶς αὐτοὺς προαπεκτίννυσαν. οὐδὲ γὰρ [197] οὐδὲ τοῖς ἐξελαυνομένοις ἀσφάλεια ἦν, ἀλλὰ καὶ ἐκείνων πολλοὶ, ἤτοι κατὰ τὴν ὁδὸν, ἢ καὶ ἐν τῇ φυγῇ, διεφθείροντο. καὶ τὰ μὲν τῶν ἄλλων οὐδὲν δεῖ λεπτολογοῦντα μάτην τοὺς ἀναγνωσομένους [d] διοχλεῖν. [198] Καλουίσιος δὲ Σαβῖνος, ἔν τε τοῖς πρώτοις τῆς βουλῆς ὢν, καὶ τότε ἐκ τῆς ἐν τῇ Παννονίᾳ ἀρχῆς ἀφιγμένος, ἥ τε γυνὴ αὐτοῦ Κορνηλία, γραφέντες, (καὶ γὰρ ἐκείνη [199] ὡς φυλακάς τε ἐφοδεύσασα, καὶ τοὺς στρατιώτας ἀσκοῦντας ἰδοῦσα, αἰτίαν ἔσχεν) οὐχ ὑπέμειναν τὴν κρίσιν, ἀλλ' ἑαυτοὺς προανάλωσαν. τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ Τίτιος Ῥοῦφος ἐποίησεν, ἔγκλημα λαβὼν εἰρηκέναι, ὅτι ἡ γερουσία [200] ἄλλα μὲν φρονεῖ, ἄλλα δ' ἀποφαίνεται. Ἰούνιος τέ τις Πρίσκος στρατηγὸς ᾐτιάθη μὲν ἐπ' ἄλλοις τισὶν, ἀπέθανε δὲ ὡς πλούσιος. καὶ ἐπ' αὐτῷ ὁ Γάϊος, μαθὼν ὅτι [201] οὐδὲν ἄξιον τοῦ θανάτου ἐκέκτητο, θαυμαστὸν λόγον ἐφθέγξατο, εἰπὼν ὅτι, Ἠπάτησέ με, καὶ μάτην ἀπώλετο. ζῆν γὰρ ἠδύνατο.

Ἐν τούτοις τοῖς τότε κριθεῖσι καὶ ὁ [202] Ἄφρος ὁ Δομίτιος καὶ κινδύνῳ παραδόξῳ καὶ σωτηρίᾳ θαυμασιωτέρᾳ ἐχρήσατο. ἤχθετο μὲν γὰρ αὐτῷ καὶ ἄλλως ὁ Γάϊος, ὅτι ἐπὶ τοῦ Τιβερίου γυναικός τινος, τῇ Ἀγριππίνῃ τῇ μητρὶ αὐτοῦ προσηκούσης, κατηγορήκει· ἐφ' ᾧ δὴ ἐκείνη συναντήσασά ποτε αὐτῷ, καὶ μαθοῦσα ὅτι ἐξέστη τῆς ὁδοῦ δι' αἰσχύνην, προσεκαλέσατό τε αὐτὸν, καὶ ἔφη, [e] Θάρσει, Δομίτιε. [203] οὐ γὰρ

B

C

D

c ἐξαναλωθεὶς γὰρ ἐς αὐτόν. mira conſtructio, quaſi *exhauſtus in illum pontem* dicas. χρήματα εἰς αὐτὴν ἀναλώσας ἀμύθητα, inquit Zon. unde aliter legendum eſſe, ſuſpicari poſſes. ſed nolo temere ſollicitare inſolentiora. d διοχλεῖν. ſimilia ſuperioribus dicens Xiph. addit: ῥητέον δ' ὅμως ὀλίγους τινὰς, ἐξ ὧν καὶ μάλιστα δειχθήσεται ἡ τοῦ Γαΐου μανία. quæ tamen breviator ex ſuo ingenio adjicere potuit. e Θάρσει. Θάῤῥει, Xiph.

graphiæ c. 3. anguſtiis illius Boſpori non quatuor, ſed ſex ſtadia tribuit. Sed ita quoque ne quartam quidem partem pontis Cajani æquavit Darius. Plinius autem ſecutus Herodotum, qui eandem Darii in Scythas expeditionem memorans, latitudinem anguſtiarum Boſpori quatuor ſtadiis metitur IV. 85.

§ 195. (l. 50.) οὐ μέντοι αὐτοτελὴς ἦν] Quia fas erat a magiſtratuum ſententiis, & a ſenatus decretis, Cæſarem appellare, ſive ἐκκαλεῖσθαι, ut p. 646. A.

§ 196. (l. 55.) οὗτοί τε ἐκολάζοντο] Alia etiam ſuppliciorum genera memorat Suetonius c. 27. *Multos honeſti ordinis, deformatos prius ſtigmatum notis, ad metalla aut ad viarum munitiones, aut ad beſtias condemnavit, aut beſtiarum more quadrupedes cavea coercuit, aut medios ſerra diſſecuit.* Ad ſummam pecuniæ quam volebat conficiendam, ſuper quadraginta reos una ſententia condemnavit, teſte eodem Suetonio c. 38. Quod porro ad ſupplicia a Dione hoc loco memorata attinet: in carcere laqueo ſtrangulabantur, corporaque deinde in Gemonias abjiciebantur, ut dictum p. 621. B. De præcipitatione de Capitolio, ſive de rupe Tarpeja, vide Juſtum Rycquium de Capitolio, c. 3. & 4.

§ 197. (l. 58.) οὐδὲ τοῖς ἐξελαυνομένοις] Idem c. 28. *Opinans ſibi exules ſuos mortem imprecari, miſit circum inſulas, qui univerſos contrucidarent.*

§ 198. (l. 62.) Καλουΐσιος Σαβῖνος] Hic eſt, quem jam ſub Tiberio accuſatum majeſtatis, ſed diſcrimini tunc exemtum, Tacitus memorat VI. 9. Annalium. Idem ni fallor, de quo Seneca epiſt. 27. ingens ejus patrimonium memorans, quod ipſum cauſſa ipſi exitii videtur fuiſſe.

§ 199. (l. 65.) ὡς φυλακάς τε] Idem Tacitus lib. I. Hiſt. c. 48. *Calviſii Sabini uxor, mala cupidine viſendi ſitum caſtrorum, per noctem militari habitu ingreſſa, c*[illegible] *cetera militiæ munia eadem laſcivia temeraſſet,* [illegible] *cipiis ſtuprum auſa &c.*

§ 200. (l. 70.) ἄλλα μὲν φρονεῖ] Hoc ad le[illegible]tis tractum eſt, velut impie dictum in Princip[illegible] ta ſtetit.

§ 201. (l. 73.) οὐδὲν ἄξιον θανάτου ἐκέκτητο] [illegible] lio Sacerdote, infra p. 657. B.

§ 202. (l. 77.) Ἄφρος ὁ Δομίτιος] Hic eſt Do[illegible] vir doctus, eloquens, facetus, mentis bene ſan[illegible] nem adoleſcentulus coluit habuitque doctorem [illegible] qui ejus plura dicta refert, & orationes ac ſcri[illegible] morat.

§ 203. (l. 85.) οὐ γὰρ σύ μοι αἴτιος, ἀλλ' [illegible] Ex Iliad. γ'. 112.

§ 204. (l. 91.) τό, τε μειρακιῶδες καὶ παράνομον [illegible] juvenilem ætatem ſibi objici Cajus, ut offenſus [illegible] voce, νεανίσκε Αὔγουστε acclamantis p. 650. A. E[illegible] tem lege annali conſulatum non licebat gerere a[illegible] ætatis XLIII. ut dictum ad p. 477. C. 516. B. [illegible] rum jam conſulatum gerebat anno ætatis XXVII. natus A. U. C. 765. Germanico patre & C. Fontejo Capitone Coſſ.

γὰρ σύ μοι τούτων αἴτιος εἶ, ἀλλ' Ἀγα-
μέμνων. τότε δὲ ἐπειδὴ εἰκόνα τινὰ αὐτοῦ στή-
σας, ἐπίγραμμα αὐτῇ ἐπέγραψε δηλῶν, ὅτι
ἕβδομον καὶ εἰκοστὸν ἄγων ἔτος, δεύτερον [f] ὑπα-
E τεύοι, ἠγανάκτησεν ὡς καὶ προφέροντός οἱ αὐτοῦ
[204] τό, τε μειρακιῶδες καὶ τὸ παράνομον· καὶ εὐ-
θὺς ἐπὶ τούτῳ, ἐφ' ᾧ καὶ τιμηθήσεσθαι προσεδό-
κησεν, ἔς τε τὸ συνέδριον αὐτὸν ἐσήγαγε, καὶ λό-
γον κατ' αὐτοῦ μακρὸν ἀνέγνω. ἄλλως τε γὰρ
[205] προέχειν ἁπάντων τῶν ῥητόρων ἠξίου, καὶ
[206] ἐκεῖνον δεινότατον εἰπεῖν εἰδὼς ὄντα, ὑπερβαλεῖν
ἐσπούδασε. πάντως τ' ἂν ἀπέκτεινεν αὐτόν, εἰ
καὶ ἐφ' ὁποσονοῦν ἀντεπεφιλοτίμητο. νῦν δὲ [207] ἀντ-
εῖπε μὲν οὐδὲν οὐδὲ ἀπελογήσατο, θαυμάζειν δὲ δὴ
καὶ καταπεπλῆχθαι τὴν δεινότητα τοῦ Γαΐου προσ-
ποιησάμενος, τήν τε κατηγορίαν καθ' ἓν ἕκαστον
ἐπιλέγων, ὥσπερ τις ἀκροατής, ἀλλ' οὐχ ὑπεύθυνος
ὤν, ἐπῄνει. καὶ ἐπειδὴ ὁ λόγος αὐτῷ ἐδόθη,
655 πρὸς ἀντιβολίαν καὶ ὀλοφυρμὸν ἐτράπετο· καὶ τέλος
ἐς τὴν γῆν κατέπεσε, καὶ χαμαὶ κείμενος, ἱκέτευ-
σεν, ὡς καὶ τὸν ῥήτορα [g] αὐτοῦ μᾶλλον ἢ τὸν
Καίσαρα φοβούμενος. καὶ οὕτως ἐκεῖνος, ὁρῶν τε
ταῦτα καὶ ἀκούων, διεχύθη, πιστεύσας ὄντως
τῇ τῶν λόγων παρασκευῇ κεκρατηκέναι αὐτοῦ·
καὶ διά τε τοῦτο, [208] καὶ διὰ Κάλλιστον τὸν ἀπε-
λεύθερον, ὃν αὐτός τε ἐτίμα, καὶ ὁ Δομίτιος
ἐτεθεραπεύκει, ἐπαύσατο ὀργιζόμενος. καὶ τῷ
B γε Καλλίστῳ αἰτιασαμένῳ αὐτὸν ὕστερον, ὅτι καὶ
τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ κατηγόρησεν, ἀπεκρίνατο ὅτι,
Ὀυκ ἔδει με τοιοῦτον λόγον ἀποκεκρύφθαι. Δο-
μίτιος μὲν δή, καταγνωσθεὶς μηκέτι δεινὸς εἶναι
λέγειν, ἐσώθη. [209] ὁ δὲ δὴ [h] Σενέκας ὁ Ἄν-
νιος Λούκιος, ὁ πάντας μὲν τοὺς καθ' ἑαυτὸν
Ῥωμαίους, πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλους σοφίᾳ ὑπερ-
άρας, διεφθάρη παρ' ὀλίγον, μήτ' ἀδικήσας
τι, μήτε δόξας, ὅτι δίκην τινὰ ἐν τῷ συνε-
δρίῳ παρόντος αὐτοῦ καλῶς εἶπε. τοῦτον μὲν
οὖν ἀποθανεῖν κελεύσας ἀφῆκε, γυναικί τινι ὧν
C ἐχρῆτο πιστεύσας, ὅτι φθόῃ τε ἔχοιτο κακῶς,
καὶ οὐκ ἐς μακρὰν τελευτήσοι.

Τὸν

causa es, ſed Agamemnon. Eo autem tempore Caji imaginem ponens Domitius, inſcriptione oſtenderat, Cajum annum agentem viceſimum ſeptimum, alterum conſulatum gerere. Id quaſi ab eo ætatem ſibi juvenilem & leges ſpretas exprobrante, moleſte accepit Cajus; ejusque rei cauſa, unde Domitius honorem ſibi ſperabat, in curiam pertraxit, ac orationem contra eum de ſcripto bene longam recitavit. Quippe alioquin omnes arte dicendi præſtare cupiens, Domitium eloquentiſſimum ſciens, ſuperare ſatagebat: ac profecto morte eum multaſſet, ſi ſtudio certare utcunque Domitius intendiſſet. Nunc vero nihil reſpondens, nihil ſe purgans, ſed mirari ſe vim orationis Caji, eaque obſtupefactum ſimulans, & accuſationem ejus per ſingulas partes repetens, quaſi auditor, non reus eſſet, laudansque; deinde quum juſſus eſſet dicere pro ſe, ad deprecationem & lamentationem ſe contulit; denique humi ſe proſtravit, ac ſupplicavit Cajo, quaſi oratorem magis eum, quam Cæſarem metuens. Quæ videns is audiensque, ſumma lætitia perfuſus fuit, perſuaſus, re ipſa orationis apparatu eum ſe viciſſe: atque ob eam cauſam, tum & in gratiam Calliſti liberti ſui, quem plurimi faciebat, & quem demeruerat Domitius, iræ ſuæ finem poſuit: ac poſtmodo a Calliſto reprehenſus, quod omnino hominem eum accuſaſſet, non debuiſſe a ſe tam bellam orationem occultari dixit. Ita Domitius cum amiſiſſe vim dicendi judicaretur, incolumis evaſit. L. vero Annius Seneca, omnes ſui temporis Romanos, multosque alios ſapientia ſuperans, pæne interiit, neque ullo ſuo peccato, neque opinione peccati: ſed quod cauſam aliquam in ſenatu, præſente Cajo, egregie egiſſet. Eum tamen Cajus, jam mortis damnatum dimiſit; fidem mulieri cuidam, earum quibus utebatur, habens; quæ eum tabe laborare, nec diu ſupervicturum affirmarat.

A.U.C.792 Cajo II. & L.Apronio COSS.

20. Do-

f ὑπατεύοι. ὑπατεύων, Xiph. *g* ῥήτορα αὐτοῦ. ſic & Xiph. ſcribe τὸν ῥήτορα αὐτόν, L. omittit omnino αὐτοῦ, Z. vel pro ſequenti φοβούμενος ſcribe φοβουμένου, Od. hoc ſimplicius. *h* Σενέκας. ita ſcripſi ex ipſo Dione p. 686. D. 689. A. Σεννίκας h. l. ſcriptum erat, & p. 670. C. ceterum hiatus videtur eſſe in judicio de Seneca, & ſuſpicor Dionem ſcripſiſſe πάντας τοὺς καθ' ἑαυτὸν Ῥωμαίους δεινότητι τῶν λόγων, πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλους σοφίᾳ ὑπεράρας.

§ 205. (l. 95.) *προέχειν τῶν ῥητόρων*] Joſepho XIX. 2. judice, ῥήτωρ τε ἄριστος, γλώσσῃ τῇ Ἑλλάδι καὶ τῇ Ῥωμαίων πατρίῳ σφόδρα ἠσκημένος. Tribuit etiam Tacitus *vim dicendi* XIII. 3. atque ſi Suidæ credimus, etiam Rhetoricam artem Latine Cajus ſcripſit, quam Germanici fuiſſe Lipſius ſuſpicatur. Ac Germanicum cauſſas egiſſe, etiam triumphalem, ex Suetonii Caligula c. 3. conſtat, in utroque eloquentiæ genere Græcæ Latinæque excellentem: Rhetoricam artem vero compoſuiſſe quis doceat, non memini. De Caji autem dicendi ſtudio plura idem Sueton. c. 53. *E diſciplinis liberalibus minimum eruditioni, eloquentiæ plurimum attendit, quantumvis facundus & promtus: utique ſi perorandum in aliquem eſſet, irato & verba & ſententiæ ſuppetebant: pronunciatio quoque & vox, ut neque eodem loci præ ardore conſiſteret, & exaudiretur a procul ſtantibus. Peroraturus, ſtricturum ſe lucubrationis ſuæ telum minabatur — ſolebat etiam proſperis oratorum actionibus reſcribere, & magnorum in ſenatu reorum accuſationes defenſionesque meditari: ac prout ſtylus ceſſerat, vel onerare ſententia ſua quemque, vel ſublevare: equeſtri quoque ordine ad audiendum invitato per edicta.*

§ 206. (l. 96.) *ἐκεῖνον δεινότατον εἰπεῖν*] Domitius Afer *ſummus* judice Quintiliano *orator.* XII. c. 11. *& eorum quos viderit longe præſtantiſſimus.* Etiam Julio Africano, quem aliis idem præponere non dubitat, *præferendus, & verborum arte & toto genere dicendi, & quem in numero veterum habere non timeas.* Lib. X. Inſtitt. Orator. c. 1. Ingenio inprimis valuiſſe, multa ejus, quæ idem Fabius refert, teſtantur. Adhuc ſuperfuit poſtremis Claudii annis, ut ex Dione p. 687. E. conſtat.

§ 207. (l. 98.) *ἀντεῖπε μὲν οὐδὲν*] En exemplum inſigne feliciſſimæ in tacendo eloquentiæ, de qua Plinius lib. VII. epiſt. 6. *Accepi nonminus interdum oratorium eſſe tacere, quam dicere: atque adeo repeto quibusdam me capitis reis vel magis ſilentio quam oratione accuratiſſima profuiſſe.* Similiter apud Tacitum lib. I. Hiſt. c. 69. *Claudius Coſſus, unus ex legatis, notæ facundiæ, ſed dicendi artem apta trepidatione occultans, atque eo validior.* Omitto alia, quæ videri poſſunt apud Morhofium τὸν μακαρίτην, erudita de eloquentia in tacendo diſſertatione, edita Kilonii 1687. & Grotium ad Matth. XXVI. 63.

§ 208. (l. 10.) *καὶ διὰ Κάλλιστον*] Calliſtus hic libertus Joſepho etiam memoratus XIX. 1. ubi refert, plurimum illum apud Cajum valuiſſe, πλοῦτου τε ἀνὴρ ὡς οὗτος ἐπὶ μέγιστον δυνάμεως ἀφῖκτο p. 843. edit. Oxon. Idem poſtea fuit inter eos, qui in necem Caji conjuravere. infra p. 662. D. inter Claudii etiam libertos deinde potens, ſed tamen ante Claudium, teſte Zonara, defunctus. Hic eſt C. Julius Claudius Calliſtus, cui Scribonius Largus compoſitiones ſuas Medicas dedicavit. vide Jo. Rhodii ad Scribonium notas p. 14.

§ 209. (l. 17.) *ὁ δὲ δὴ Σενέκας*] Hoc potius Dionis de Seneca audiendum judicium, quam quod ſiniſtrum de illo ejusque moribus fertur p. 694. B. Ceterum non prætereundum eſt

A.U.C.792 Cajo II. & L. Apronio COSS.

20. Domitium porro conſulem ſtatim conſtituit, abrogato conſulibus magiſtratu, quod ferias in ſuum natalem non indixiſſent, quum prætores eo ludos equeſtres venationemque, quotannis uſitatam, exhibuiſſent; quodque propter Auguſti de Antonio victorias diem feſtum pro more egiſſent. Et quo magis calumnia oneraret conſules, ab Antonio potius, quam ab Auguſto genus trahere videri volebat: hoc quoque iis, quibuſcum pleraque ſua communicare ſolebat, prædicens, in alterutram omnino partem conſules peccaturos, ſive propter calamitatem Antonii ſacrificarent, ſive rem ſacram pro Auguſti victoria omitterent. Itaque eo ipſo die magiſtratu eos, fractis ante faſcibus, detruſit. Quare tantus alterum eorum mœror corripuit, ut ſe ipſum confoderet. Domitium autem collegam Cajus ipſe ſibi re, verbo populus elegit. Reddiderat enim comitiorum jus populo: ſed quod eos ſegniores ad agendum quicquam pro officio vidiſſet, ideo quia jam a longo tempore nihil libere decernere eſſent auſi; quodque raro plures, quam eligi poſſent, magiſtratus peterent; aut ſicubi plures eſſent, ipſi inter ſe compararent, atque ita non niſi ſpecies reipublicæ popularis conſervaretur, res abeſſet; ideo ipſemet rurſum Cajus comitia ſuſtulit. Ex quo tempore omnia, ut ſub Tiberio, ordinata ſunt: tum quidem prætores quindecim, alias uno, prout res tulerat, plures paucioresve creati. Et hæc quidem ab eo ratione comitiorum acta. Adeo autem in univerſum invidens ac ſuſpicioſus erat Cajus in omni re, ut Carinam Secundum oratorem non alia de cauſa in exilium egerit, quam quod contra tyrannos exercitii cauſa declamaſſet. Quum L. Piſo, Cn. Piſonis & Plancinæ filius, Africam regeret, veritus ne is novas res moliretur, homo animi plenus, ac præterea copias magnas & civiles & peregrinas habiturus; in duas partes provincia diviſa, exercitus alteri, & Numidas mandavit: atque ita ad hoc usque tempus etiam fit.

21. Jam

Τὸν δὲ δὴ [illegible] [210] τοὺς τότε [illegible] γενέθλια αὐτο[illegible] [212] τῶν ϛρατηγ[illegible] καὶ θηρία ἀπο[illegible] ἐγίγνετο) καὶ ὅτι [illegible] ὡς τὸν Ἀντώνιο[illegible] γον. ἵνα γὰρ [illegible] μᾶλλον ἢ τοῦ Α[illegible] καὶ [k] προεῖπέ [illegible] ὁπότερον ἂν τι ποιήσωσιν, ἁμαρτήσουσιν, ἄν τε ἐπὶ τῇ τοῦ Ἀντωνίου συμφορᾷ βουθυτήσωσιν, ἄν τε ἐπὶ τῇ τοῦ Αὐγούϛου νίκῃ ἄθυτοι γένωνται. ἐκείνους μὲν δὴ διὰ ταῦτα αὐθημερὸν τῆς ἀρχῆς ἔπαυσε, τὰς ῥάβδους σφῶν προσυντρίψας. ἐφ' ᾧ δὴ ὁ ἕτερος αὐτῶν [215] ἀδημονήσας, ἑαυτὸν ἔσφαξε. τὸν δὲ δὴ Δομίτιον τὸν συνάρχοντα αὐτοῦ, λόγῳ μὲν ὁ δῆμος, ἔργῳ δ' αὐτὸς εἵλετο. [216] ἀπέδωκε μὲν γὰρ τὰς ἀρχαιρεσίας αὐτοῖς· ἅτε δὴ ἐκείνων ἀργοτέρων τε (ὑπὸ τοῦ πολλοῦ χρόνῳ μηδὲν ἐλευθέρως κεχρηματικέναι) ἐς τὸ δρᾶν τι τῶν προσηκόντων σφίσιν ὄντων, καὶ τῶν σπουδαρχιώντων, μάλιϛα μὲν μὴ πλειόνων ἢ ὅσους αἱρεῖσθαι ἔδει ἐπαγγελλόντων, εἰ [l] δέ ποτε καὶ ὑπὲρ τὸν ἀριθμὸν γένοιντο, διομολογουμένων πρὸς ἀλλήλους· τὸ μὲν σχῆμα τῆς δημοκρατίας ἐσώζετο, ἔργον δ' οὐδὲν αὐτῆς ἐγίγνετο· καὶ διὰ τοῦτο ὑπ' αὐτοῦ αὖθις τοῦ Γαΐου κατελύθησαν. κἀκ τούτου τὰ μὲν ἄλλα, καθάπερ καὶ ἐπὶ τοῦ Τιβερίου, καθίϛατο· [217] ϛρατηγοὶ δὲ τότε μὲν πεντεκαίδεκα, ἔϛι δ' ὅτε ἑνὶ πλείους ἢ καὶ ἐλάττους (ὥς που καὶ ἔτυχον) ᾑροῦντο. περὶ μὲν οὖν τὰς ἀρχαιρεσίας ταῦτα ἔπραξεν. οὕτω δὲ δὴ τὸ σύμπαν καὶ βάσκανος καὶ ὕποπτος πρὸς πάντα ὁμοίως ἦν, ὥστε 656
[218] καὶ [m] Καρίναν Σεκοῦνδον ῥήτορα φυγαδεῦσαί ποτε, ὅτι λόγον τινὰ ἐν γυμνασίᾳ κατὰ τυράννων εἶπεν. ἐπειδή τε Λούκιος Πείσων ὁ τῆς τε [219] Πλαγκίνης καὶ τοῦ Γναίου Πείσωνος υἱὸς ἄρξας τῆς Ἀφρικῆς ἔτυχεν, ἐφοβήθη μὴ νεωτερίσῃ τι ὑπὸ μεγαλαυχίας, ἄλλως τε καὶ ὅτι δύναμιν πολλὴν καὶ [220] πολιτικὴν καὶ ξενικὴν ἕξειν ἔμελλε· καὶ δίχα τὸ ἔθνος νείμας, ἑτέρῳ τό, τε ϛρατιωτικὸν καὶ [221] τοὺς νομάδας τοὺς περὶ αὐτὸ προσέταξε· καὶ ἐξ ἐκείνου καὶ B
δεῦρο τοῦτο γίγνεται.

Καὶ

i ἐν αὐτῷ. ſcribendum ἐν αὐτοῖς, ſcil. γενεθλίοις, L. pi. mox forte ἀντιποιήσωσιν. *l* δὲ, HS. L. δὴ, RS.

k προσεῖπε, vulgo. item Xiph. προεῖπε, L. & ſic Br. quod recepi. *m* Καρίναν. ſic Xiph. & alias Dio. it. ceteri. vulgo hic Καρίνναν.

eſt hoc loco, quod de Cajo Senecæ eloquentiæ invidente memoriæ prodidit Suetonius c. 53. *lenius comtiusque ſcribendi genus adeo contemnens, ut Senecam tum maxime placentem, commiſſiones meras componere, & arenam eſſe ſine calce diceret.*

§ 210. (l. 27.) τοὺς τότε ἄρχοντας] Cn. Domitium Corbulonem, de quo p. 651. C. hujusque collegam, qui L. Apronio & M. Sanquinio ſuffecti erant ab Kalendis Juliis præſentis anni.

§ 211. (l. 27.) τὰ γενέθλια αὐτοῦ] Caji natalitia incidebant in Prid. Kal. Sept. ut conſtat ex Suetonii c. 8. Idem c. 26. *Conſulibus oblitis de natali ſuo edicere, abrogavit magiſtratum, fuitque per triduum ſine ſumma poteſtate reſpublica.*

§ 212. (l. 29.) τῶν ϛρατηγῶν] Binis prætoribus cura ludorum etiam recens a Cajo demandata. p. 650. C.

§ 213. (l. 31.) ἐπὶ ταῖς τοῦ Αὐγούϛου νίκαις] Ludos Actiacos quarto Nonar. Sept. ſupra p. 442. E. Sueton. c. 23. *Actiacas Siculasque victorias, ut funeſtas populo Rom. & calamitoſas, vetuit ſolennibus feriis celebrari.*

§ 214. (l. 33.) τοῦ Ἀντωνίου μᾶλλον] Avia Caji *Antonia* minor M. Antonii triumviri ab Auguſto devicti filia. Eadem uxor Druſi, qui Caji avus, Auguſti ex Livia privignus erat. Idem Sueton. c. 23. *ſuccenſebat, ſi qui vel oratione vel carmine imaginibus eum Cæſarum inſererent.*

§ 215. (l. 41.) ἀδημονήσας] Matth. XXVI. 37. ἤρξατο λυπεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν. Apud Galenum T. III. editionis Baſileenſis p. 34. ἐκλελύσθαι, ἀδυνατεῖν, ἀσθενεῖν, ἀρρωστεῖν. Scholia minora ad Iliad. *ι.* 352. ἀλύουσα, ἀδημονοῦσα καὶ οἷον λύσιν μὴ εὑρίσκουσα τῶν κακῶν. Antonius apud Plutarchum Tom. V. edit. Londinenſ. p. 117. Cleopatra tardante, ἀδημονῶν ἦλθε. Omitto alia veterum ſcriptorum loca ad illum Matthæi jam laudata viris clariſſimis, Jo. Conrad. Dieterico T. I. antiquitatum N. T. p. 43. Georgio Raphelio, Jac. Elſnero, Jo. Marckio, aliisque. Tantum noto, a Dione noſtro, & eorundem Græcorum ſcriptorum non infrequenti uſu, confutari quod Theodorus Mopſveſtenus ſcripſit in Cat[illegible] ad Pſ. LX. T. II. p. 200. ἀδημονεῖν καὶ ἐπὶ τοῖς μικροῖς λ[illegible]ται, ἀκηδιᾷν δὲ ἐπὶ τοῖς μεγάλοις πάντως.

§ 216. (l. 43.) ἀπέδωκε τὰς ἀρχαιρεσίας] Vide dicta [illegible] p. 647. A.

§ 217. (l. 53.) ϛρατηγοὶ πεντεκαίδεκα] Ut p. 634. B.

§ 218. (l. 58.) καὶ Καρίναν Σεκοῦνδον] Hic eſt de quo [illegible]venalis VII. 203.

Pœnituit multos vanæ ſterilisque cathedræ,
Sicut Thraſymachi probat exitus atque Secundi
Carinnatis. — — —

De eodem Tacitus XV. 45. *Hic Græca doctrina oretenus e[illegible]ercitus, animum bonis artibus non induerat.*

§ 219. (l. 60.) Πλαγκίνης καὶ Γναίου Πείσωνος] De Cn. P[illegible]ſonis interitu dictum p. 615. D. & de conjugis ejus Munatiæ Plancinæ p. 635. C. Horum filius L. Piſo pater fuit L. Piſonis, qui & ipſe patris exemplo deinde proconſul Africæ præfuit

Καὶ (ἤδη γὰρ τά τε ἐν τῇ Ῥώμῃ καὶ τὰ ἐν τῇ ἄλλῃ Ἰταλίᾳ χρήματα πάντα ὡς εἰπεῖν, ὅθεν τι καὶ ὁπωσοῦν οἷόν τε ἦν αὐτῷ λαβεῖν, ἀναλώκει, καὶ οὔτε ἐνταῦθα πόρος τις ἀξιόχρεως ἢ καὶ δυνατὸς εὑρίσκετο, καὶ αἱ δαπάναι ὑπερήπειγον αὐτὸν) ἐς τὴν Γαλατίαν ἀφώρμησε, πρόφασιν μὲν, [222] τοὺς Κελτοὺς πολεμίους, ὡς καὶ παρακινοῦντάς τι, ποιησάμενος, ἔργῳ δὲ, ὅπως καὶ τὰ ἐκείνων ἀνθοῦντα τοῖς πλούτοις, καὶ τὰ τῶν Ἰβήρων, ἐκχρηματίσηται. C οὐ μέντοι καὶ ἄντικρυς τὴν ἔξοδον προαπήγγειλεν, ἀλλ' ἐς προάστειόν τι ἐλθὼν, εἶτ' ἐξαίφνης ἀπῆρε, πολλοὺς μὲν ὀρχηστὰς, πολλοὺς δὲ μονομάχους, ἵππους, γυναῖκας, τὴν ἄλλην τρυφὴν ἐπαγόμενος. ἐλθὼν δὲ ἐκεῖσε, τῶν μὲν πολεμίων οὐδένα ἐκάκωσεν, (εὐθύς τε γὰρ [223] ὀλίγον ὑπὲρ τοῦ Ῥήνου προχωρήσας ὑπέστρεψε, καὶ μετὰ τοῦτο ὁρμήσας [224] ὡς καὶ ἐς τὴν Βρεττανίαν στρατεύσων, ἀπ' αὐτοῦ τοῦ Ὠκεανοῦ ἀνεκομίσθη, καὶ τοῖς ὑποστρατήγοις κατορθοῦσί τι πάνυ ἤχθετο) D τοὺς δ' ὑπηκόους, τούς τε συμμάχους καὶ τοὺς πολίτας, πλεῖστα καὶ μέγιστα ἐκακούργησε. τοῦτο μὲν γὰρ, τούς τι ἔχοντας ἐν πάσῃ προφάσει ἐσύλα, τοῦτο δὲ, καὶ δῶρα οἵ τε ἰδιῶται καὶ αἱ πόλεις ἑκοῦσαι δῆθεν μεγάλα αὐτῷ ἦγον. ἄλλους [n] νεωτερίζοντας, ἄλλους ὡς ἐπιβουλεύοντάς οἱ ἐφόνευε. καὶ ἦν δημόσιον ἔγκλημα πᾶσι σφίσι τὸ πλουτεῖν. καὶ αὐτῶν τὰ κτήματα αὐτὸς πιπράσκων, πολλῷ καὶ ἐκ τούτου πλέον ἠργυρολόγει. πάντες γὰρ ἠναγκάζοντο [o] παντοίως τε καὶ πολύ γε ὑπὲρ τὴν ἀξίαν ὠνεῖσθαι, δι' ἃ εἴρηκα. E ἀφ' οὗπερ καὶ [225] τὰ τῆς μοναρχίας κειμήλια τὰ κάλλιστα καὶ τιμιώτατα μεταπεμψάμενος ἀπεκήρυξε, τὴν δόξαν τῶν ποτε χρησαμένων αὐτοῖς συμπωλῶν σφίσιν. ἐπέλεγε γοῦν ἐφ' ἑκάστῳ, Τοῦτο μοῦ ὁ πατὴρ ἐκτήσατο, τοῦτο ἡ μήτηρ, τοῦτο ὁ πάππος, τοῦτο ὁ πρόπαππος· Ἀντωνίου τοῦτο Αἰγύπτιον, Αὐγούστου τὸ νικητήριον. κἀν τούτῳ τήν τε ἀνάγκην ἅμα τῆς πράσεως αὐτῶν ἐνεδείκνυτο, ὥστε μηδένα ὑπομένειν εὐπορεῖν δοκεῖν καὶ τὸ ἀξίωμα σφίσι συναπεδίδοτο.

'Ου

A.U.C. 792 Cajo II. & L. Apronio COSS.

21. Jam omnes propemodum Romæ & in reliqua Italia pecuniæ, unde omnino quicquam haberi potuiſſet, abſumtæ erant: neque ibi præterea ulla opum conquirendarum ratio, quæ alicujus momenti eſſet, aut facultatem habitura videretur, reperiri poterat, urgentibus interim vehementiſſime ſumptibus. Igitur Cajus in Galliam abiit, obtentu Germanorum hoſtilium uſus, quaſi aliquid novi motus cierent: ipſe re vera in animo habens Gallias quoque, opibus florentes, & Hiſpaniam expilare. Abitum ſuum non palam prius oſtendit, ſed in ſuburbium progreſſus, inde ſubito diſceſſit; abductis ſecum multis hiſtrionibus, gladiatoribus, equis, mulieribus, ac reliquo luxus famulitio. In Galliam quum veniſſet, hoſtium terram nullo maleficio infeſtavit, ſed ut paululum ultra Rhenum progreſſus erat, inde ſtatim reverſus eſt: tum quaſi in Britanniam iturus, motis caſtris, ab ipſo Oceano rediit, iratus etiam legatis, ſi quid rei bene geſſiſſent: at ſubditos, fœderatos, civesque mirum in modum afflixit. Nam partim eos qui locupletes eſſent, quacunque excogitata cauſa, pecuniis ſpoliabat, partim dona ei a privatis ac civitatibus maxima, ultro ſcilicet, ferebantur: alios novarum rerum, aut inſidiarum ſibi paratarum, inſimulatos necabat, eratque omnibus iis commune crimen, divitiæ. Horum poſſeſſiones dum ipſe venderet, multo plus eo quoque pecuniæ conficiebat. Nam omnes cogebantur pretio quovis, & longe quidem rei æſtimationem excedente, ob cauſas indicatas emere. Quo itidem factum, ut regni etiam cimelia, pulcherrima pariter & pretii maximi, curaret adferri, & emtoribus proſtitueret; una cum eis illorum quoque gloriam diſtrahens, qui aliquando his uſi fuiſſent. Singulis enim addebat: Hoc patris mei fuit, hoc matris, hoc avi, aut proavi: hoc Antonius in Ægypto uſus eſt, hoc Auguſtus de victoria paravit: ſimul & neceſſitatem venditionis ſignificabat, ut jam nemo auderet divitiarum opinionem de ſe præbere, & dignitatem adhærentem ſimul vendebat.

22. Neque

n νεωτερίζοντας. repone ὡς νεωτερίζοντας, quia ſequitur, ἄλλους ὡς ἐπιβουλεύοντας, L. o παντοίως. omittit Xiph. malim legere, ut paulo ante, πάντως, L. vide p. 650. D.

fuit, interfectus tempore Veſpaſiani Imper. Tacitus IV. Hiſtoriarum c. 38. & 48. ſq. Plinius III. epiſt. 7. *Nuper L. Piſo, pater Piſonis illius, qui a Valerio Feſto per ſummum facinus in Africa occiſus eſt, dicere ſolebat, neminem ſe videre in ſenatu, quem conſul ipſe ſententiam rogaviſſet.* [V. C. Petrus Weſſelingius Obſſ. Var. I. 17. diſſenſum putat eſſe inter Dionem & Tacitum, nempe ſupponens eos de eodem Piſone loqui.]

§ 220. (l. 63.) πεδαλικὸν καὶ ξενικὸν] Tacitus IV. 48. Hiſt. *Legio in Africa, auxiliaque, tutandis imperii finibus, ſub divo Auguſto Tiberioque principibus, proconſuli parebant. Mox Cajus Cæſar turbidus animi, ac M. Silanum obtinentem Africam metuens, ablatam proconſuli legionem, miſſo in eam rem legato tradidit.* M. Silanum intellige, de quo ſupra p. 645. E. ſq. & cui Tacitus hoc factum refert a Cajo, quod Dio noſter, minus fortaſſis hac in parte meritus fidem, Piſoni contigiſſe memorat.

§ 221. (l. 65.) καὶ τοὺς Νομάδας] Numidia a cetera Africa diſtincta p. 217. D. Mauritania etiam poſtea diviſa a Claudio in Tingitanam & Cæſarienſem, duoque illi equites impoſiti. p. 671. B.

§ 222. (l. 74.) τοὺς Κελτοὺς πολεμίους] Suet. c. 43. *Expeditionis Germanicæ impetum cepit.*

§ 223. (l. 84.) ὀλίγον ὑπὲρ τοῦ Ῥήνου] Idem c. 45. *Mox deficiente belli materia, paucos de cuſtodia Germanos trajici, occulique trans Rhenum juſſit, ac ſibi poſt prandium, quam tumultuoſiſſime adeſſe hoſtem nunciari. Quo facto proripuit ſe cum amicis & parte equitum prætorianorum &c.*

§ 224. (l. 86.) ὡς καὶ ἐς τὴν Βρεττανίαν] Sueton. c. 44. *Nihil amplius quam Adminio Cinobellini* (infra p. 679. C.) *Britannorum regis filio, qui pulſus a patre, cum exigua manu transfugerat, in deditionem recepto, quaſi univerſa tradita inſula, magnificas Romam litteras miſit, monitis ſpeculatoribus, ut vehiculo ad forum uſque & curiam pertenderent, nec niſi in æde Martis ac frequente ſenatu, conſulibus traderent.* Idem ex Suetonio memorat Oroſius VII. 5. vide & infra p. 659. E.

§ 225. (l. 100.) τὰ τῆς μοναρχίας κειμήλια] Sueton. c. 39. *Invitatus lucro, quicquid inſtrumenti veteris aulæ erat, ab urbe repetiit, comprehenſis ad deportandum meritoriis quoque vehiculis & piſtrinenſibus jumentis, adeo ut & panis Romæ ſæpe deficeret, & litigatorum plerique, quod occurrere abſentes ad vadimonium non poſſent, cauſa caderent. Cui inſtrumento diſtrahendo nihil non fraudis ac lenocinii adhibuit: modo avaritiæ ſingulos increpans, & quod non puderet eos locupletiores eſſe quam ſe: modo pœnitentiam ſimulans, quod principalium rerum privatis copiam faceret.*

A.U.C. 792 Cajo II. & L. Apronio COSS.

22. Neque tamen adquirebat quidquam, ſed quum in alia de more abſumebat, Lugduni quoque nonnullis editis ſpectaculis, tum vero in exercitus. Collegerat ducenta, aut, ut alii tradunt, ducenta quinquaginta millia militum, ab iisque ſepties, pro arbitrio ſuo, imperator appellatus eſt, quum neque unquam collatis ſignis viciſſet, neque omnino quenquam ex hoſtibus occidiſſet. Paucos quidem hoſtium, in fraudem inductos, aliquando ceperat, & vinculis juſſerat conſtringi: at ſuorum magnam partem perdiderat, alios ſingulatim obtruncans, alios toto agmine trucidans. Videns enim aliquando turbam, ſeu captivorum, ſeu aliorum quorundam, tritum illud juſſit, a calvo ad calvum usque omnes occidi. Aleam quondam ludens, cum audiſſet, deeſſe ſibi pecuniam, Gallorum cenſus indices popoſcit; juſſisque eorum locupletiſſimis necari, ad colluſores reverſus, ipſos ob paucos ludere denarios inquit, at ſe jam nunc ad ſexies millies ſeſtertium coegiſſe. Atque hi quidem nulla de cauſa necati ſunt, unusque eorum Julius Sacerdos, ſatis alioqui pecuniæ poſſidens, non tamen ob immenſas divitias inſidiis obnoxius, ob cognomenti ſimilitudinem mortem invenit: ita rum omnia citra judicium etiam fiebant. Reliquos, qui cæſi ſint, nominatim referre ſingulos non attinet: illos dicam, quorum mentionem hiſtoria requirit. Lentulum Gætulicum cum aliis rebus illuſtrem, tum adminiſtrata per decennium Germania, occidi Cajus juſſit, quod militum benevolentiam ſibi paraſſet. Lepidum eum, cum quo mutui ſtupri conſuetudinem habuerat, maritum Druſillæ, qui cum cæteris etiam Caji ſororibus, Agrippina ac Livilla, rem una cum ipſo Cajo habuit, cui quinquennio ante quam legibus permitteretur, magiſtratus adire conceſſerat, quem principatus ſui ſucceſſorem ſe relicturum promiſerat, interfecit: ac militibus donativum eam ob rem, quaſi hoſtibus ſuperatis, dedit; pugionesque tres Romam Marti Ultori ſacrandos miſit: ſorores ſuas, quod cum eo coiiſſent, in Pontias inſulas relegavit, quum multæ eas impietatis ac libidinis apud ſenatum per literas accuſaviſſet: Agrippinæ quoque Lepidi

Ὀυ μένἰοι καὶ περιεποιεῖτό [illegible] τἆλλα ἐδαπάνα, ὥσπερ εἰώθει, [illegible] τινὰς [226] ἐν τῷ Λουγδούνῳ ἐπε[illegible] ϛραἰεύμαἰα. εἴκοσι γὰρ, ὡς δέ [illegible] καὶ εἴκοσι μυριάδας ϛραἰιωἰῶν [illegible] αὐἰῶν [227] ἑπἰάκις αὐἰοκράτωρ, ([illegible] αὐἰῷ) μήτε μάχην τινὰ νικήσα[illegible] τινα ἀποκἰείνας, ἐπωνομάσθη. [illegible] ὀλίγους ποἰὲ ἀπάτῃ τινὶ συλλαβ[illegible] δὴ οἰκείου πολὺ μέρος ἀνάλωσ[illegible] ἑκάϛους καἰακόπἰων, τοὺς δὲ, [illegible] πάνἰας [p] φονεύσας. ἰδὼν γάρ ποἰε ὄχλον, εἴτε δεσμωἰῶν, εἴτε καὶ ἄλλων τινῶν, προσέταξε (τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον) [228] ἀπὸ τοῦ φαλακροῦ, μέχρι B τοῦ φαλακροῦ, πάνἰας αὐἰοὺς σφαγῆναι. κυβεύων δέ ποἰε, καὶ μαθὼν ὅτι οὐκ εἴη οἱ ἀργύριον, ᾔτησέ τε τὰς τῶν Γαλαἰῶν ἀπογραφὰς, καὶ ἐξ αὐἰῶν τοὺς πλουσιωἰάτους θαναἰωθῆναι κελεύσας, ἐπανῆλθέ τε [229] πρὸς τοὺς συγκυβευἰὰς, καὶ ἔφη ὅτι, “Ὑμεῖς περὶ ὀλίγων δραχ“μῶν ἀγωνίζεσθε, ἐγὼ δὲ εἰς μυρίας καὶ πενἰακι“χιλίας μυριάδας ἤθροισα.„ καὶ οὗτοι μὲν οὐδενὶ λόγῳ ἀπώλονἰο· ἀμέλει εἷς τις αὐἰῶν Ἰούλιος Σακερδὼς, ἄλλως μὲν εὖ χρημάτων ἥκων, [230] οὐ μένἰοι καὶ ὑπερπλουἰῶν, ὥστε καὶ ἐπιβουλευθῆναι δι᾽ C αὐἰὰ, ὅμως ἐξ ἐπωνυμίας ἀπεσφάγη. οὕἰως ἀκρίτως πάνἰα ἐγίγνεἰο. τῶν δὲ ἄλλων τοὺς μὲν πολλοὺς οὐδὲν δέομαι ὀνομαςὶ καἰαλέγειν, ὧν δὲ δὴ ἡ ἱϛορία τὴν μνήμην ἀπαιἰεῖ, φράσω. τοῦτο μὲν γὰρ, [231] Γαιἰούλικον Λενἰοῦλον, τά τε ἄλλα εὐδόκιμον ὄνἰα, καὶ τῆς Γερμανίας δέκα ἔτεσιν ἄρξανἰα, ἀπέκἰεινεν, ὅτι τοῖς ϛραἰιώταις ᾠκείωἰο· τοῦτο δὲ, [232] τὸν Λέπιδον ἐκεῖνον τὸν ἐραϛὴν, τὸν ἐρώμενον, τὸν τῆς Δρουσίλλης ἄνδρα, τὸν καὶ ταῖς ἄλλαις αὐτοῦ ἀδελφαῖς τῇ τε [233] Ἀγριππίνῃ καὶ τῇ [q] Λιουίλλᾳ μετ᾽ αὐἰοῦ ἐκείνου συνόνἰα, ᾧ πένἰε ἔτεσι D θᾶσσον τὰς ἀρχὰς παρὰ τοὺς νόμους αἰτῆσαι ἐπέτρεψεν, ὃν καὶ διάδοχον τῆς ἡγεμονείας καἰαλείψειν ἐπηγγέλλεἰο, καἰεφόνευσε· καὶ τοῖς ϛραἰιώταις ἀργύριον ἐπὶ τούτῳ, καθάπερ πολεμίων τινῶν κεκραἰηκὼς, ἔδωκε· καὶ [234] ξιφίδια τρία τῷ Ἄρει τῷ Τιμωρῷ ἐς τὴν Ῥώμην ἔπεμψε. τάς τε ἀδελφὰς, ἐπὶ τῇ συνουσίᾳ αὐἰοῦ, [235] ἐς τὰς Ποντίας νήσους καἰέθεἰο, πολλὰ περὶ αὐἰῶν καὶ ἀσεβῆ καὶ ἀσελγῆ τῷ συνεδρίῳ γράψας· καὶ τῇ γε Ἀγριππίνῃ E τὰ

p φονεύσας. φονεύων, Xiph. quod cum priori κατακόπἰων melius conſentit. q Λιουίλλᾳ. Ἰουλίᾳ [illegible] vide [illegible] & infra p. 667. A.

§ 226. (l. 13) ἐν τῷ Λουγδούνῳ] *Ludos miſcellos* in Gallia Lugduni edidiſſe Cajum, notat idem Suetonius c. 20. *Sed & certamen quoque Græcæ Latinæque facundiæ* (ad Auguſti aram, ſupra p. 544. A.) *Quo certamine ferunt victoribus præmia victos contuliſſe, eorundem et laudes componere coactos. Eos autem qui maxime diſplicuiſſent, ſcripta ſua, ſpongia linguave delere juſſos, niſi ferulis objurgari, aut flumine proximo mergi maluiſſent.*

§ 227. (l. 16.) ἑπἰάκις αὐἰοκράτωρ) De Cajo Joannes Antiochenus in Excerptis Peireſcianis p. 805. ἐκ δὲ τῶν μοιχειῶν, ὡς καὶ τὴν πᾶσαν Κελτικὴν καὶ Βρεἰἰανικὴν κεχειρωμένος, αὐἰοκράτωρ τε πολλάκις καὶ Γερμανικὸς καὶ Βρεἰἰανικὸς ἐπεκλήθη. Nulla tamen hujus rei memoria in Caji numis, niſi forte illi perierunt; multos enim conflatos abolitosque fuiſſe, dicet Dio p. 679. D.

§ 228. (l. 24.) ἀπὸ τοῦ φαλακροῦ) Sueton. c. 27. *Cuſtodiarum ſeriem recognoſcens, nullius inſpecto elogio, ſtans tantummodo intra porticum mediam, a calvo ad calvum duci imperavit.* Nempe conjiciunt, Cajum luſtrantem forte captivos, in illis duos calvos obſervaſſe, ſummo alterum, alterum imo ſtantem carceris loco.

§ 229. (l. 29.) πρὸς τοὺς συγκυβευτὰς) Sueton. c. 41. *Ac ne ex luſu quidem aleæ compendium ſpernens, plus mendacio atque etiam perjurio lucrabatur. Et q*[illegible] *ri, demandata vice ſua, progreſſus in a*[illegible] *tereuntes duos equites Romanos locup*[illegible] *confiſcarique juſſiſſet, exſultans rediit,* [illegible] *ſe proſperiore alea uſum.*

§ 230. (l. 34.) οὐ μένἰοι ὑπερπλουἰῶν) [illegible] οὐδὲν ἄξιον τοῦ θανάτου κἰησάμενος p. 6[illegible] ille Sacerdos, videndum ſitne idem e[illegible] duo inter Gallos nobili & Romana [illegible] Tacitus III. 40. atque alibi meminit.

§ 231. (l. 40.) Γαιἰούλικον Λενἰοῦλον) [illegible] ſub Tiberio feliciter evaſerat, qui *ea te*[illegible] *maniæ legiones curabat mirumque amo*[illegible] *fuſæ clementiæ, modicus ſeveritate, & p*[illegible] *tui per L. Apronium non ingratus.* ita [illegible] Lepidi & Gætulici conjurationem detecta[illegible] Claudio, c. 9.

§ 232. (l. 43.) τὸν Λέπιδον ἐκεῖνον] [illegible] ubi etiam de conjuge ejus Druſilla, Caji [illegible] 305. cum tres Lepidos retuliſſet,

Quartus Cæſareo dum vult irrep[illegible]
Inceſti pœnam ſolvit adulterii.

τὰ ὀςᾶ αὐτοῦ ἐν ὑδρίᾳ ἔδωκε, κελεύσας οἱ ἐν τοῖς κόλποις αὐτὴν διὰ πάσης ὁδοῦ ἔχουσαν, ἐς τὴν Ῥώμην ἀνενεγκεῖν. ἐπειδή τε [236] συχνὰ αὐταῖς δι' ἐκεῖνον δηλονότι [r] προσεψηφίσατο, ἀπηγόρευσε μηδενὶ τῶν συγγενῶν αὐτοῦ μηδεμίαν τιμὴν δίδοσθαι.

Τότε μὲν δὴ ταῦτα, ὡς καὶ μεγάλην τινὰ ἐπιβουλὴν διαπεφευγώς, ἐπέστειλε. πάνυ γὰρ δὴ καὶ ἄλλως προσεποιεῖτο ἐν δεινοῖς τε εἶναι, καὶ ταλαιπώρως διάγειν. Ἐπεὶ δὲ μαθόντες αὐτὰ οἱ βουλευταὶ, ἄλλα τέ τινα αὐτῷ, καὶ τὰ ἐπινίκια τὰ σμικρότερα ἐψηφίσαντο, πρέσβεις τε ἐπ' αὐτοῖς ἄλλους κλήρῳ, καὶ τὸν Κλαύδιον αἱρετὸν
658 ἔπεμψαν· τοῦτό τε ἐδυσχέρανεν, ὥστε καὶ αὖθις ἀπειπεῖν, μήτε ἐπαίνου τι μήτε τιμῆς ἐχόμενον τοῖς συγγενέσιν αὐτοῦ γίγνεσθαι, καὶ ὅτι μὴ κατ' ἀξίαν τετιμῆσθαι [rr] δοκεῖ. πάντα γὰρ ἀεὶ τὰ διδόμενα αὐτῷ παρ' οὐδὲν ἐτίθετο· καὶ ἤχθετο μὲν εἰ μικρά τινα ψηφισθείη, ὡς καταφρονούμενος· ἤχθετο δὲ καὶ εἰ μείζω, ὡς καὶ τῆς τῶν λοιπῶν ἐξουσίας ἀφαιρούμενος. οὐδὲ γὰρ ἐβούλετο δοκεῖν τι τῶν τιμήν τινα αὐτῷ φερόντων ἐπ' αὐτοῖς εἶναι, ὡς καὶ κρείττοσιν αὐτοῦ οὖσι, καὶ χαρίσασθαι σφῶν οἱ, ὡς καὶ ἧττον σφῶν, τι [s] δυναμένοις, εἶ-
B ναι· καὶ διὰ τοῦτο πολλάκις τινὰ οὐχ ὡς καὶ αὔξησιν τῆς λαμπρότητος, ἀλλ' ὡς καθαίρεσιν τῆς ἰσχύος αὐτῷ φέροντα, διέβαλλε. [237] καὶ μέντοι [t] καὶ ταῦθ' οὕτω φρονῶν, ὠργίζετο αὐτοῖς, εἴ ποτε ἐλάττω σφᾶς τῆς ἀξίας ἐψηφίσθαι οἱ ἔδοξεν. οὕτω που ἔμπληκτος ἦν, καὶ οὐδεὶς αὐτοῦ ῥᾳδίως τυχεῖν ἐδύνατο. ἐκείνους μὲν οὖν τοὺς πρέσβεις διὰ τοῦθ', ὡς καὶ κατασκόπους ὑπειδόμενος, οὔτε πάντας προσεδέξατο· ἀλλ' ὀλίγους ἐπιλεξάμενος, τοὺς λοιποὺς, πρὶν ἐς τὴν Γαλατίαν ἐλθεῖν, ἀπεπέμψατο· οὐδ' οὓς γε προσήκατο,
C σεμνοῦ τινος ἠξίωσεν, ἀλλὰ καὶ τὸν Κλαύδιον ἀπέκτεινεν ἂν, [238] εἰ μὴ κατεφρόνησεν αὐτοῦ, τὰ μὲν τῇ φύσει, τὰ δὲ καὶ ἐκ προνοίας, πολλὴν νωθείαν προσποιουμένου. ἑτέρους δὲ αὖθις πλείους τε πεμφθέντας, (πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις, τὴν ὀλιγότητα τῶν προτέρων ᾐτιᾶτο) καὶ [u] πολλά τι ἐψηφίσθαι οἱ ἀγγέλλοντας, ἡδέως ὑπεδέξατο, καὶ προαπήντησέ [x] τε αὐτοῖς, ὑφ' ὧν καὶ αὐτῶν αὖθις ἐτιμήθη. καὶ τοῦτο μὲν ὕστερον ἐγένετο. τότε δὲ ἐκβαλὼν τὴν [y] Παυλῖναν, προφάσει μὲν ὡς μὴ

pidi oſſa in urna dedit, juſſitque, ut eam in ſinu per omnem viam, Romam usque deferret. Quumque permulti ſororibus in ſui gratiam ante decreti eſſent honores, vetuit cuiquam ſuorum cognatorum ullum honorem deferri. A.U.C.792 Cajo II. & L. Apronio COSS.

23. Hæc tum ita ad ſenatum perſcripſit, quaſi gravibus inſidiis elapſus: alias etiam ſolitus ſimulare, in magnis ſe vitam periculis & miſeriis agere. Senatores, acceptis literis; cum alia nonnulla, tum ut urbem ovans Cajus iniret, cenſuerunt: legatosque, qui hæc ei nuntiarent, cæteros quidem ſorte ductos miſerunt, Claudium vero delectum ſuffragiis. Id Cajus iniquo animo tulit, ita ut rurſus edixerit, ne cui ſuorum cognatorum quicquam laudis aut honoris tribueretur. Etiam non pro dignitate tributos ſibi honores putabat, ſolitus ſemper ea, quæ darentur, nihili pendere: ac ſi parva eſſent ei decreta, quaſi contemptim habitus, iraſci: ſin magna, itidem ſtomachari, quaſi majorum dempta ſibi licentia. Neque enim volebat quidquam eorum, quæ ipſi poſſent honori eſſe, videri in poteſtate ſenatus poſitum, tanquam eo ſuperioris; qui ipſi aliquid eorum, veluti potentia inferiori, largiri poſſet. Ideoque ſibi ab iis decreta ſæpenumero, non quaſi augmenta ſui ſplendoris, ſed imminutionem potentiæ ſuæ ſugillabat. Ita affectus, ſenatui tamen iraſcebatur, ſicubi infra dignitatem ſibi quid decretum putabat, homo animi impotentis, & cui non facile eſſet ſatisfacere. Ita tunc quoque legatos, quaſi ſpeculatum miſſos, habuit in ſuſpicione, nec omnes, ſed paucos tantum electos, ad ſe admiſit; reliquis ante, quam Galliam ingrederentur, diſcedere juſſis: neque admiſſis ullum honorem habuit: quinimo Claudium etiam necaſſet, niſi eum contempſiſſet ob ſocordiam, quam partim natura, partim ſimulatione, multam præ ſe ferebat. Alios poſtea temporis legatos, eosque plures, quod inter alia paucitatem quoque priorum culpaſſet, miſſos, nuntiantesque multa in ejus honorem ſtatuta eſſe, læto animo excepit, obviam quoque eis progreſſus: ob quæ iterum alii ei honores habiti, id quod poſtea factum. Ad præſens vero extur-

r *προσεψηφίσατο.* intellige *τὸ συνέδριον*, quod præcedit; quod præter ſuperiora, ſororibus Caji multa alia decreverat; niſi malis *προεψηφίσατο*, aut *προσεψήφιστο*. rr *δοκεῖ.* malim *ἔδοξεν.* s *δυναμένοις.* ſcribendum *δυναμένῳ* putat Leunclavius. lubens quoque delerem vel antecedens vel ſequens *εἶναι*, cum alterutrum abundet. aliter, ſed pluribus mutatis, totum locum refingit Cl. Oddey: *ἐπ' αὐτοῖς, ὡς καὶ κρείττοσιν αὐτοῦ οὖσι, καὶ χαρίσασθαί οἱ, ὡς καὶ ἧττον σφῶν, τι δυναμένοις, εἶναι.* t *καὶ ταῦθ' οὕτω.* ſic MS. Peir. vulgo *ταῦτα οὕτω*, omiſſo *καί.* u *πολλά τι.* corrigendum, *πολλά τινα*, L. x *προαπήντησέ τε. προαπήντησέ γε*, L. ad marg. y *Παυλῖναν*, HS. L. *Παυλίαν*, RS.

§ 233. (l. 45.) *Ἀγριππίνῃ καὶ τῇ Λιουίλλῃ μετ' αὐτοῦ ἐκάκωσε*] Livilla etiam Julia dicta, ut infra p. 670. C. numo Mytilenæorum apud Joannem Valentem in numiſmatibus Græcis imperatorum pag. 12. ΙΟΥΛΙΑΝ ΝΕΑΝ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥ ΜΥΤ—Cum omnibus ſororibus ſuis ſtupri conſuetudinem feciſſe Cajum, deinde in cauſſa Æmilii Lepidi condemnaſſe quaſi adulteras, & inſidiarum adverſus ſe conſcias, Suetonio memoriæ proditum, c. 24. qui *ſororum inceſta* etiam objicit. c. 36. De Agrippinæ adultero Sophonio Tigellino infra p. 658. E.

§ 234. (l. 51.) *ξιφίδια τρία*] Sueton. c. 24. *ſed & tres gladios in necem ſuam præparatos Marti Ultori, addito elogio, conſecravit.* De hoc more vide Lipſium ad Taciti XV. ult. De templo Martis Ultoris dictum ad p. 526. A.

§ 235. (l. 53.) *ἐς τὰς Ποντίας νήσους*] Pontia inſula in mari Tyrrheno non longe diſſita a Pandataria, & exilio Neronis (qui Caligulæ frater fuit) nota ex Suetonii Tib. c. 54. & Caligul. c. 15.

§ 236. (l. 58.) *συχνὰ αὐταῖς*] p. 641. E. 646. D. 648. B.

§ 237. (l. 81.) *καὶ μέντοι καὶ ταῦθ' οὕτω φρονῶν*] Etiam ſub pœna mortis denunciaſſe Cajum, ne quid de honoribus ſuis in ſenatu ageretur, notat Suetonius, c. 48.

§ 238. (l. 91.) *εἰ μὴ κατεφρόνησεν αὐτοῦ*] Ideo Claudium *non niſi in ludibrium* a Cajo *reſervatum* notat Suetonius c. 23. Idem in Claudio c. 9. *cum detecta eſſet Lepidi & Getulici conjuratio, miſſus in Germaniam inter legatos ad gratulandum, etiam vitæ periculum adiit, indignante ac fremente Cajo, patruum potiſſimum ad ſe miſſum, quaſi ad puerum regendum: adeo ut non defuerint qui traderent, præcipitatum quoque in flumen, ſicut veſtitus advenerat.* De ſimulatione, qua crudelitatem Tiberii Cajique Claudius evaſit, dicetur infra pag. 665. D. ipſeque hoc teſtatus eſt Claudius apud Sueton. c. 38. *ſtultitiam ſimulatam a ſe ex induſtria ſub Cajo, quod aliter evaſurus non fuerit.*

A.U.C.792 Cajo II. & L. Apronio COSS.

exturbata Paulina, ut ſterili, ſed re vera, quia ſatietas ejus ipſum ceperat, Miloniam Cæſoniam duxit, adulterio prius ſibi cognitam: quam tunc uxorem ducere ſtatuit, quia gravida erat, ut triceſimo die pater ex ea fieret. Hæ res Romanos turbabant, nec minus eorum multitudo, qui propter ſororum Caji, & occiſorum amicitias, in judicium pertrahebantur; ut ædiles quoque & prætores quidam coacti ſint, magiſtratu poſito, cauſam dicere. Æſtus quoque urbem afflixit tantus, ut vela ſupra forum ſuſpendi opus fuerit. Fuit inter eos, qui tum exilio plectebantur, Tigellinus etiam Sophonius, propter commiſſum cum Agrippina adulterium pulſus.

A.U.C.793 Cajo III. COS. ſine Collega.

24. Cæterum non hæc tantum doloris afferebant Romæ, quantum metus fore, ut crudelitas ac libido Caji magis adhuc augeſceret: præcipue quod acceperant, Agrippam ei, ac Antiochum reges familiariter adeſſe, qui eum ad tyrannidem inſtruerent. Itaque conſule eo tertium, nemo tribunus plebis, aut prætor, auſus fuit convocare ſenatum. Collegam enim Cajus non habebat, non quidem (ſicut putant quidam) quod data opera id ab eo eſſet factum: ſed illo, qui deſignatus fuerat, mortuo, tam brevi ſpatio in concione alius ei ſubrogari non potuerat. Ac debuerant quidem prætores, quibus per abſentiam conſulum curanda eorum negotia veniunt, obiviſſe omnia: ſed ne imperatoris loco feciſſe aliquid viderentur, omiſſis iis, quæ agenda eſſent, cum frequentibus ſenatoribus in Capitolium adſcenderunt, reque ſacra ibi facta, Caji ſellam in templo poſitam adorarunt, ac argentum ex more, qui ſub Auguſto invaluit, quaſi præſenti obtulerunt: (quod inſequenti etiam anno factum eſt:) deinde in curiam convenere, a nemine convocati, nullaque re acta, diem totum eo laudando, votiſque pro eo nuncupandis abſumpſerunt: tanto id diutius per ſimulationem agentes, ut quoniam neque charum eum habebant,

μὴ τίκτουσαν, τὸ δ' ἀληθὲς ὅτι διακορὴς αὐτῆς D
ἐγεγόνει, [239] Μιλωνίαν Καισωνίαν ἔγημεν ἣν πρότερον μὲν ἐμοίχευε, τότε δὲ καὶ [illegible] ἐθέλησεν, ἐπειδὴ ἐν γαστρὶ ἔ[illegible] [240] παιδίον τριακονθήμερον τέκῃ. [illegible] μη, ἐταράττοντο μὲν καὶ ἐκ τούτων [illegible] καὶ ὅτι δίκαι σφίσιν ἐπί τε τῇ πρ[illegible] αὐτοῦ καὶ ἐπὶ τῇ πρὸς τοὺς πεφ[illegible] πολλαὶ ἐπήγοντο, ὡς καὶ ἀγορανόμ[illegible] τινας ἀναγκασθῆναι [241] τὴν ἀρχὴν ἀπειπόντας κριθῆναι. κἀν τούτῳ καὶ ὑπὸ καυμάτων ἐταλαιπώρησαν. E
τοσαύτη γὰρ ὑπερβολὴ αὐτῶν ἐγένετο, ὥστε καὶ [242] παραπετάσματα ὑπὲρ τῆς ἀγορᾶς ὑπερταθῆναι. ἐν τούτοις τοῖς τότε φεύγουσι καὶ ὁ [243] Τιγελλῖνος ὁ Σωφόνιος, ὡς καὶ τὴν Ἀγριππῖναν μεμοιχευκώς, ἐξέπεσεν.

Οὐ μέντοι ταῦθ' οὕτως αὐτοὺς ἐλύπει, ὡς τὸ προσδοκᾶν ἐπὶ πλεῖον τήν τε ὠμότητα τὴν τοῦ Γαΐου καὶ τὴν ἀσέλγειαν αὐξήσειν. καὶ μάλισθ' ὅτι ἐπυνθάνοντο [244] τόν τε Ἀγρίππαν αὐτῷ καὶ τὸν Ἀντίοχον, τοὺς βασιλέας, ὥσπερ τινὰς τυραννοδιδασκάλους, συνεῖναι. καὶ διὰ ταῦθ' [245] ὑπατεύοντος αὐτοῦ τὸ τρίτον, [246] οὐδεὶς οὔτε τῶν δημάρχων οὔτε τῶν στρατη- 659
γῶν ἀθροῖσαι τὴν γερουσίαν ἐτόλμησε. [247] συνάρχοντα γάρ, * οὔ τι καὶ ἐπιτηδεύσας, (ὥσπερ εἴονταί τινες) ἀλλὰ τοῦ μὲν προαποδεδειγμένου τελευτήσαντος, ἑτέρου δὲ μηδενὸς δι' ὀλίγου οὕτως ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ ἀντικαταστῆναι δυνηθέντος, οὐδένα ἔσχε. καὶ [248] ἔδει μέν που τοὺς στρατηγούς, οἷς τὰ τῶν ὑπάτων ἔργα, ὁπόταν ἀποδημήσωσι, μέλει, πάντα αὐτὰ ἐπιτετελεκέναι· ὅπως δὲ δὴ μὴ καὶ ἀντὶ τοῦ αὐτοκράτορος δόξωσί τι πεποιηκέναι, οὐδὲν τῶν καθηκόντων ἔπραξαν, ἀλλ' ἐς τὸ Καπιτώλιον ἀθρόοι οἱ βουλευταὶ ἀναβάντες, τάς τε θυσίας ἔθυσαν, καὶ [249] τὸν τοῦ Γαΐου B
δίφρον τὸν ἐν τῷ ναῷ κείμενον προσεκύνησαν, [250] καὶ ἔτι καὶ ἀργύριον, κατὰ τὸ ἐπὶ τοῦ Αὐγούστου ἔθος ἰσχύσαν, ὡς καὶ αὐτῷ ἐκείνῳ διδόντες, κατέθεσαν. καὶ τοῦτο μὲν καὶ τῷ ἑξῆς ἔτει ὁμοίως ἐγένετο. τότε δὲ συνῆλθον μὲν μετὰ ταῦτα ἐς τὸ συνέδριον, μηδενὸς σφᾶς ἀθροίσαντος, ἔπραξαν δὲ οὐδέν, ἀλλ' ὅλην τὴν ἡμέραν ἔν τε τοῖς ἐπαίνοις αὐτοῦ καὶ ἐν ταῖς ὑπὲρ αὐτοῦ εὐχαῖς κατέτριψαν. ἐπειδὴ γὰρ οὔτε ἐφίλουν αὐτόν, οὔτε σώζεσθαι ἐβούλοντο, ἐπὶ πλεῖον ἀμφότερα, ὡς καὶ τὸ C
συνειδὸς

* ὄν τι, HS. L. ὄν τι, RS.

§ 239. (l. 2.) Μιλωνίαν Καισωνίαν] De Lolliæ Paulinæ repudio jam mentio facta p. 648. E. *Cæſoniam neque facie inſigni, neque ætate integra, matremque jam ex alio viro trium filiarum, ſed luxuriæ ac laſciviæ perditæ, & ardentius & conſtantius amavit.* Sueton. c. 25. Idem c. 50. *Creditur potionatus a Cæſonia uxore amatorio quidem medicamento, ſed quod in furorem verterit,*

§ 240. (l. 5.) παιδίον τριακονθήμερον] παιδίον intellige de filia, ut Marc. V. 39. Sueton. c. 25. *Cæſoniam enixam uxorio nomine dignatus eſt, uno atque eodem die profeſſus & maritum ſe ejus & patrem infantis ex ea natæ. Infantem autem Juliam Druſillam appellatam, per omnium Dearum templa circumferens, Minervæ gremio* (Jovis Capitolini, Joſeph. XIX. 1. & Dio in Excerptis Peireſcianis p. 673.) *impoſuit, alendamque & inſtituendam commendavit.* Et c. 42. *Filia vero nata, paupertatem, nec jam imperatoria modo ſed & patria conquerens onera, collationes in alimoniam atque dotem puellæ recepit.*

§ 241. (l. 10.) τὴν ἀρχὴν ἀπειπόντας κριθῆναι] Sic Claudius p. 675. A. prætorem προαπειπόντα τὴν ἀρχὴν ſupplicio tradidit. Quamdiu magiſtratum quis gerebat, vocari in jus non poterat, quia Reip. cauſſa excuſabatur.

§ 242. (l. 12) παραπετάσματα ὑπὲρ τῆς ἀγορᾶς] Uti factum pridem a Julio Cæſare, ſupra p. 226. A. & ab Auguſto pag. 518. A. etiam deinde a Nerone p. 718. B.

§ 243. (l. 14.) Τιγελλῖνος ὁ Σωφόνιος] Hic eſt qui poſtea prætorianis cohortibus præpoſitus a Nerone Imper. ex intimis aſſumtus libidinibus, ut ait Tacitus XIV. 51. plura de eo paſſim referens, præcipue lib. 1. Hiſt. c. 72. ubi etiam ejus interitum, Othone pœnas ab illo ſumente, memoriæ prodidit.

§ 244. (l. 19.) τόν τε Ἀγρίππαν καὶ τὸν Ἀντίοχον] De utroque horum ſupra p. 645. A. Atque Agrippam quidem ita Caji fuiſſe amicum, ut etiam mortui deinde cur[illegible] Claudio contra ſenatus ſententiam auctor fuerit c[illegible] milites offerebant Imperii, tradit Joſephus XI[illegible] Herodes Agrippa, cujus miſer exitus ab eodem d[illegible] XIX. 8. 2. perinde ut a divino ſcriptore Luca Actor. [illegible]

§ 245. (l. 21.) ὑπατεύοντος αὐτοῦ τὸ τρίτον] H[illegible] ji conſulatus, quem geſtum ab eo usque in Idus [illegible] ſtat ex Suetonii c. 17. infra p. 659. C. Tamen [illegible] a Caji conſulatu ſignatur, ut apud Tacitum in A[illegible] *Natus erat Caio Cæſare tertium Conſule, Idibus* [illegible]

§ 246. (l. 22.) οὐδεὶς οὔτε τῶν δημάρχων] T[illegible] etiam poteſtas ſenatum convocandi, ſupra p. 160[illegible]

§ 247. (l. 23.) συνάρχοντα γάρ] Idem Sueton[illegible] *Conſulatum Lugduni iniit ſolus, non ut quidam o[illegible] perbia negligentiave, ſed quod defunctum ſub Kale[illegible] Collegam reſciſſe abſens non poterat.*

§ 248. (l. 28.) ἔδει τοὺς στρατηγούς] Prætor[illegible] *munus ſuſtinebant more majorum,* ut verbis utar [illegible] 12. epiſt. ad Plancum. Iidem collegæ conſulum iisdem auſpiciis creati, notante Meſſala augure apud Gellium XIII. 15. Nec tantum Prætoris urbani, ſed πάντων τῶν στρατηγῶν hoc commune erat. infra C.

συνειδὸς σφῶν διὰ τοῦτο ἐπηλυγασάμενοι, προσεποιήσαντο. καὶ τρίτῃ δὲ ἡμέρᾳ τῇ τὰς εὐχὰς ἐχούσῃ συνῆλθον μὲν, πάντων τῶν στρατηγῶν ἐκ κοινοῦ προγράμματος τὴν σύνοδον σφίσιν ἐπαγγειλάντων· ἐχρημάτισαν δὲ οὔτε τότε, οὔτε αὖθις οὐδὲν, μέχρι οὗ ὁ Γάϊος δωδεκάτῃ ἡμέρᾳ τὴν ἀρχὴν ἀπειπὼν ἠγγέλθη. τότε γὰρ παραλαβόντες αὐτὴν [251] οἱ ἐς τὸ ἔπειτα κεχειροτονημένοι, διῴκουν τὰ προσήκοντα σφίσι· καὶ ἐψηφίσθη ἄλλα τε, καὶ ἵνα τοῖς τοῦ Τιβερίου καὶ τοῖς τῆς Δρουσίλλης
D γενεθλίοις [252] τὰ αὐτὰ ἅπερ καὶ τοῖς τοῦ Αὐγούστου γίγνηται. καί τινα καὶ οἱ ἐκ τῆς ὀρχήστρας πανήγυρίν τε ἐπετέλεσαν, καὶ θέαν παρέσχοντο, καὶ εἰκόνα τοῦ τε Γαΐου καὶ τῆς Δρουσίλλης στήσαντες ὡσίωσαν. ταῦτα δὲ ἐξ ἐπιστολῆς που τῆς τοῦ Γαΐου ἐπράχθη. καὶ γὰρ τἆλλα ὅσα χρηματίζεσθαι ἐβούλετο, ὀλίγα μὲν πᾶσι τοῖς βουλευταῖς, τὰ δὲ δὴ πλείω τοῖς ὑπάτοις γράφων, καὶ ἐκεῖνα ἔστιν ὅτε ἐν τῷ συνεδρίῳ ἀναγινώσκεσθαι ἐκέλευε. καὶ οἱ μὲν ταῦτα ἔπραττον.

E Γάϊος δὲ ἐν τούτῳ τόν τε [253] Πτολεμαῖον τὸν τοῦ Ἰόβου παῖδα μεταπέμψας, καὶ μαθὼν ὅτι πλουτεῖ, ἀπέκτεινε, καὶ ἄλλους πολλοὺς μετ' αὐτοῦ· ὅτε καὶ [254] ἐς τὸν Ὠκεανὸν ἐλθὼν, ὡς καὶ ἐν τῇ Βρεττανίᾳ στρατεύσων, καὶ πάντας τοὺς στρατιώτας ἐν [a] τῇ ἠϊόνι παρατάξας, τριήρους τε ἐπέβη, καὶ ὀλίγον ἀπὸ τῆς γῆς ἀπάρας, ἀνέπλευσε. καὶ μετὰ τοῦτο ἐπὶ βήματος ὑψηλοῦ ἱζήσας, καὶ σύνθημα τοῖς στρατιώταις ὡς ἐς μάχην δοὺς, τοῖς τε σαλπιγκταῖς ἐξοτρύνας αὐτοὺς, εἶτ' ἐξαίφνης ἐκέλευσε σφίσι τὰ κογχύλια συλλέξασθαι. λαβών τε τὰ σκῦλα ταῦτα, (καὶ γὰρ λαφύρων δηλονότι πρὸς τὴν τῶν ἐπινικίων πομπὴν ἐδεῖτο) μέγα τε ἐφρόνησεν, ὡς καὶ τὸν Ὠκεανὸν αὐτὸν δεδουλωμένος, καὶ τοῖς στρατιώταις πολλὰ ἐδωρήσατο. καὶ ὁ μὲν ἐς τὴν Ῥώμην τὰ κογχύλια ἀνεκόμισεν, ἵνα καὶ ἐκείνοις τὰ λάφυρα δείξῃ.
660 ἡ δὲ βουλὴ οὔθ' ὅπως ἐπὶ τούτοις ἡσυχάζοι εἶχεν, ὅτι μεγαλοφρονούμενον αὐτὸν ἐπυνθάνετο, οὔθ' ὅπως αὐτὸν ἐπαινέσειεν. ἂν γάρ τῳ ἐπὶ [b] μηδεμιᾷ ἢ μικρᾷ τινι ἀνδραγαθίᾳ, ἤτοι ἐπαίνους μεγάλους ἢ καὶ τιμὰς ἐξαισίους ποιῆται, διαμωκᾶσθαί τε καὶ διασιλλοῦν αὐτὴν ὑποπτεύεται. ὅμως ἐσελθὼν ἐς τὴν πόλιν, [255] τὴν μὲν βουλὴν ὀλίγου ἐδέησεν ἀπολέσαι πᾶσαν, ὅτι μὴ τὰ ὑπὲρ ἄνθρωπον αὐτῷ ἐψηφίσατο· τὸν δὲ

bant, neque ſalvum cupiebant, ſententiam eo ſuam occultarent. Tertio die, qui votis erat deſtinatus, convenere quidem, quod univerſi prætores edicto communi propoſito concilium indixiſſent; ſed neque tum, neque poſt quicquam ſtatuerunt: donec nuntiatum eſt, die duodecima Cajum magiſtratu ſeſe abdicaſſe. Tunc occepto conſulatu ii, qui in ſequens tempus deſignati erant, officio ſuo functi ſunt: decretumque inter alia, ut natalibus Tiberii & Druſillæ eadem, quæ Auguſti natalitio feſto, fierent. Etiam orcheſtræ ſocietas ludos quosdam fecit, & ſpectaculum exhibuit; ac ſtatuas Caji & Druſillæ poſitas dedicavit. Hæc ex reſcripto Caji acta, ſoliti ea, quæ decerni vellet, pauca quidem univerſo ſenatui, pleraque conſulibus ſcribere: ac nonnunquam mandare, ut in ſenatu recitarentur.

A.U.C. 793 Cajo III. COS. ſine Collega.

25. Cæterum Cajus Ptolemæum Jubæ filium evocavit, ac quum cognoviſſet de ejus divitiis, necavit: aliosque cum ipſo plures. Eodem tempore ad Oceanum profectus, tanquam in Britanniam bellum translaturus, omnes in acie milites ſuos propter littus collocavit; ipſe triremi conſcenſa, paulum a terra avectus, rediit, ac deinde alto in ſuggeſtu conſidens, ſignum pugnæ militibus dedit, claſſicumque canoni juſſit: hinc ſubito mandavit, ut conchylia legerent. His ſpoliis aſſumtis, (nimirum exuviis hoſtium ad triumphum indigens) animum ſuſtulit, quaſi ipſum Oceanum ſubegiſſet: donatisque liberaliter militibus, conchylia hæc Romam attulit, ut ibi quoque ſpolia ſua oſtentaret. At ſenatus neque ut quieſceret, quum eum magnifice de ea re ſentire audiret, neque rurſus ut eum laudaret, certus animi eſſe. Quippe magnæ laudes, honoresque immodici, nulli aut exiguæ certe rei geſtæ tributi, traducere eam modo, ac ſugillare exiſtimantur. Verum ſimul ut in urbem Cajus advenit, parum abfuit, quin univerſum ſenatum necaret, quia non divinos ipſi honores decreverant: populoque con-

a ἐν τῇ ἠϊόνι. ἐν τῇ Οὐάνι, Xiph. forte quod librarius, vocabulum minus notum pro nomine aliquo proprio loci haberet.
b μηδεμιᾷ. μιᾷ, Xiph. ſed & codd. Mer. & Br. μηδεμιᾷ habent, vel quod eodem redit, Coisl. μηδὲ μιᾷ.

§ 249. (l. 33.) τὸν τοῦ Γαΐου δίφρον] Sellam auream cum imagine ejus aurea in Capitolio. ſupra p. 652. D.

§ 250. (l. 34.) καὶ ἔτι καὶ ἀργύριον] Strenas, quas præſens accipere Cajus (exemplo Auguſti, de quo p. 546. A.) deinde non dubitavit. Sueton. c. 42. *Edixit & ſtrenas ineunte anno ſe recepturum, ſtetitque in veſtibulo ædium Kalendis Januariis ad captandas ſtipes, quas plenis ante eum manibus ac ſinu omnis generis turba fundebat.*

§ 251. (l. 49.) οἱ ἐς τὸ ἔπειτα κεχειροτονημένοι] Idibus Januariis ſuffecti Cajo conſules, ut ex Caſſiodoro Onufrius colligit, L. Gellius Poplicola & M. Coccejus Nerva.

§ 252. (l. 52.) τὰ αὐτὰ ἅπερ καὶ τοῖς τοῦ Αὐγούστου] De natalitiis Auguſti XXIII. Sept. celebratis, mentio p. 456. D. 539. E. 545. A. 552. C. &c. De natali Druſillæ p. 648. C. 650. B.

§ 253. (l. 61.) Πτολεμαῖον τὸν τοῦ Ἰόβου παῖδα] Jubæ, utriusque Mauritaniæ regis filio, regnum patrium & Selenam M. Antonii filiam in matrimonium dederat Auguſtus, ſupra p. 454. A. Huic conſobrino ſuo pro neceſſitudinis jure cruentam mortem Cajus perſolvit, ut verbis utar Suetonii c. 26. Idem c. 35. *Ptolemæum de quo retuli, & arceſſitum e regno, & exceptum honorifice, non alia de cauſſa repente percuſſit, quam quod edente ſe munus ingreſſum ſpectacula, convertiſſe hominum oculos fulgore purpureæ abollæ* (pallii militaris) *animadvertit.* Ptolemæum hunc interemtum a Cajo, ultus bello eſt libertus regis Ædemon, quem Claudio principe Romana arma in ordinem coëgerunt. vide Plinium lib. V. c. 1. Dionem infra p. 670. C. D.

§ 254. (l. 64.) ἐς τὸν Ὠκεανὸν ἐλθὼν] Sueton. c. 46. *Poſtremo, quaſi perpetraturus bellum, directa acie in littore oceani,* (Oroſius VII. 5. *in ora Oceani circa proſpectum Britanniæ*) *ac baliſtis machinisque diſpoſitis, nemine gnaro ac opinante quidnam cœpturus eſſet, repente ut conchas legerent, galeasque & ſinus replerent imperavit, ſpolia Oceani vocans, Capitolio Palatioque debita: & in indicium victoriæ altiſſimam turrem excitavit,* (hujus turris ſive Phari ad Bononiam adhuc ſuperſtitis effigies apud celeber. Montfauconum T. IV. Supplementi tab. 50.) *ex qua, ut ex Pharo, noctibus, ad regendos navium curſus, ignes emicarent: pronunciatoque militi donativo, centenis viritim denariis, quaſi omne exemplum liberalitatis ſupergreſſus, abite, inquit, læti, abite locupletes.* Conf. Aur. Victorem & Philoſtratum in vita Apollonii lib. V. c. 32.

§ 255. (l. 83.) τὴν μὲν βουλὴν] Sueton. c. 48. *Confeſtim urbem petiit, deflexa omni acerbitate in ſenatum, cui palam minabatur, querens inter cetera, fraudatum ſe juſto triumpho, cum ipſe paullo ante,* (ſupra p. 658. A.) *ne quid de honoribus ſuis ageretur, etiam ſub mortis pœna denuntiaſſet.* De toto ſenatu trucidando cogitaſſe, teſtatur Seneca III. 19. de ira.

A.U.C. 793. Cajo III. COS. ſine Collega.

convocato, de ſublimi loco multum argenti auriquc in eos projecit, cujus direptione multi perierunt: quum, ut quidam tradunt, ferramenta exigua eis immiſcuerit. Caſſium porro Betillinum occidi juſſit, patremque ejus Capitonem cædi intereſſe coegit, neque ullo delicto, neque accuſatione ejus extante: interrogantemque an connivere ſibi concederet, ipſum etiam necari imperavit.

26. Fuit quidam Caji in omnibus atrociſſimis rebus adminiſter, nomine Protogenes, ſolitus libellos ſemper duos circumferre, gladii ac pugionis titulis inſignitos. Hic in curiam forte, quaſi aliud propter negotium ingreſſus, quum omnes, ut ſolet, eum ſalutarent, ac dextram jungerent, Scribonium Proculum infeſto vultu intuitus: Quid, inquit, tu me etiam ſalutas, tanto imperatoris odio flagrans? Id ſenatores qui aderant audientes, collegam ſuum circumfuſi diſcerpſerunt, [ludosque in honorem Caji decreverunt:] & ut in editiſſimo tribunali, quo nemo poſſet pertingere, ſederet in curia, ac ibi quoque militari præſidio uteretur, [ſtatuæque ejus excubiis ſervarentur. Quibus rebus delectatus Cajus, in gratiam ſe cum patribus redire dixit, pecuniamque inſuper vanitate impulſus promiſit. Pomponium vero, qui delatus fuerat ob inſidias Cajo ſtructas, abſolvit, quod ab amico proditus fuiſſet, ejuſdemque amicam, quæ tormentis vexata nihil enunciaſſet, non modo ſupplicio affecit nullo, ſed etiam pecunia honoravit. Proinde cum partim metu, partim ex animo ob hæc laudaretur,] aliis eum heroem, aliis deum vocantibus, vehementi inſania

δὲ δῆμον ἀθροίσας, πολὺ μὲν ἀργ[illegible] ρου τινός, πολὺ δὲ χρυσίον ἔῤῥιψε, κ[illegible] λοντο διαρπάζοντες. σιδήρια γὰρ [illegible] ὥς φασί τινες, ἀναμέμικτο. [257] Βε[illegible] σιον ἀποσφαγῆναι κελεύσας, καὶ [25[illegible]] [illegible] τοῦ Καπίτωνα παρεῖναι φονευομένῳ [illegible] κασε, μήτ' ἀδικοῦντά τι, μήτ' εἰσ[illegible] θομένου τε αὐτοῦ εἰ μῦσαί γέ οἱ ἐ[illegible] ταξε καὶ ἐκεῖνον σφαγῆναι.

Ἦν δέ τις Πρωτογένης πρὸς πά[illegible] χαλεπώτατα ὑπηρετῶν, ὥστε καὶ [illegible] δύο περιφέρειν, καὶ αὐτῶν τὸ μὲν, ξίφος, τὸ δὲ, ἐγχειρίδιον ὀνομάζειν. οὗτος ἐσῆλθέ ποτε ἐς τὸ συνέδριον, ὡς καὶ κατ' ἄλλο τι, καὶ πάντων, οἷα εἰκός, προσειπόντων τε αὐτὸν καὶ δεξιουμένων, δριμύ τέ τι [260] Σκριβωνίῳ Πρόκλῳ ἐνεῖδε, καὶ ἔφη, Καὶ σύ με ἀσπάζῃ, μισῶν οὕτω τὸν αὐτοκράτορα; ἀκούσαντες δὲ τοῦτο οἱ παρόντες, περιέσχον τε τὸν συμβουλευτὴν, καὶ διέσπασαν, [d καὶ πανηγύρεις τινὰς τῷ Γαΐῳ ἐψηφίσαντο·] καὶ ὅπως βήματί τε ὑψηλῷ ἐν τῷ βουλευτηρίῳ, (ὥστε μηδένα ἐξικνεῖσθαι) καὶ φρουρᾷ στρατιωτικῇ καὶ ἐκεῖ χρῷτο· [καὶ τοὺς ἀνδριάντας αὐτοῦ φρουρεῖσθαι ἔγνωσαν. ἐπ' οὖν τούτοις ὁ Γάϊος ἡσθεὶς, τὴν ὀργὴν σφίσιν ἀφῆκε, καὶ χρήματά τινα προσενεανιεύσατο. Πομπώνιον γὰρ ἐπιβουλευθῆναι λεχθέντα οἱ ἀπέλυσεν, ἐπειδὴ ὑπὸ φίλου προεδόθη· καὶ τὴν ἑταίραν αὐτοῦ, [261] ὅτι βασανισθεῖσα οὐδὲν ἐξεῖπεν, οὔτε τι κακὸν ἔδρασε, καὶ προσέτι καὶ χρήμασιν ἐτίμησεν. ἐπαινούμενος οὖν διὰ ταῦτα, τὰ μὲν φόβῳ, τὰ δὲ καὶ ἐπ' ἀληθείας, καὶ] τῶν μὲν, ἥρωα, τῶν δὲ, θεὸν αὐτὸν ἀνακαλούντων, δεινῶς ἐξεφρόνησεν. ἠξίου μὲν γὰρ καὶ πρότερον ὑπὲρ ἄνθρωπον C D

e Βετιλλῖνον δὲ Κάσσιον. ſic & vulgo Xiph. ſed Βετιλλῖνον δὲ Κάσσιον, Coisl. Br. Βεκι[illegible]ιον utrinque ſcribendum eſſe ſuſpicatur X. quod apud Cic. Becillinus appellatur. *Caſſium Melinum*, Blancus. de aliis conjecturis vide F. d καὶ πανηγύρεις &c. Hæc & ſequentia uncis incluſa, ſunt ex Excerpt. Peir. p. 669. ſq in vulgatis. poſt διέσπασαν, ſic: ἡσθέντος τε ἐπὶ τούτῳ τοῦ Γαΐου, καὶ ψηφίσαντος (leg. φήσαντος, ex Xiph.) αὐτοῖς καταλλαχθῆναι, ἐψηφίσαντο, ὅπως καὶ βήματι ὑψηλῷ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ βουλ. &c. quæ alio ordine poſt hæc occurrunt in Exc. Peir.

§ 256 (l. 85.) ἐκ μετεώρου τινός] Sueton. c. 37. *quin & nummos non mediocris ſummæ e faſtigio baſilicæ Juliæ per aliquot dies ſparſit in plebem.* Joſephus XIX. 1. καὶ ὑπὲρ τῆς βασιλικῆς ἱστάμενος, καὶ δῆμῳ χρυσίου καὶ ἀργυρίου χρήματα διαῤῥιπτοῦντα, ὥστε κατὰ κεφαλῆς, ὑψηλοῦ δ' ἔτι τὸ τέγος ἐς τὴν ἀγορὰν φέρον. Ab hoc baſilicæ Juliæ faſtigio utique diverſi fuere gradus, e quibus congiarium plebi dividi mos, & de quibus Joſephi locum accepit illuſtris Spanhemius de uſu numiſmatum T. II. p. 532.

§ 257. (l. 88.) Βετιλλῖνον δὲ Κάσσιον] Hic Dioni reſtimenda videntur, quæ de conjuratione prodita a Papinio ſervavit Zonaras p. 557. ſq. alibi minus obvia: τοῦτον δὲ τὸν τρόπον βιοῦν, πολλοὶ ἐπιβουλεύεσθαι ἔμελλ. καὶ ἐφώρασε τὴν ἐπίθεσιν· καὶ συλλαβὼν Νίκην (ſcr. Ἀνίκιον) Κερεάλιον καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Σέξτον Παπίνιον, (ſcr. Παπίνιον) ἐβασάνισε, καὶ ἐπεὶ μηδὲν ἐξελάλησεν, ἀνέπεισε τὸν Παπίνιον, σωτηρίαν αὐτῷ καὶ ἄδειαν ὑποσχόμενος, καθειπεῖν τινας ἢ ἀληθῶς ἢ ψευδῶς, καὶ ἐκεῖνον αὐτίκα καὶ τοὺς ἄλλους ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ ἀπέκτεινεν. ἑνὸς δὲ τῶν κτεινομένων, (Caſſii Betillini) καὶ τὸν πατέρα παρεῖναι κατηνάγκασε, τοῦ υἱοῦ φονευομένου πυθόμενόν τε, εἰ μῦσαι αὐτῷ ἐπιτρέπει, καὶ ἐκεῖνον σφαγῆναι προσέταξεν. ὁ δὲ κινδυνεύων, προσεποιήσατο ἐκ τῶν ἐπιβεβουλευκότων εἶναι, καὶ τοὺς λοιποὺς πάντας ἐκφῆναι ὑπέσχετο, καὶ ὠνόμασε τούς τε ἑταίρους τοὺς τοῦ Γαΐου, καὶ τοὺς συνεργοὺς τῆς ἀσελγείας καὶ τῆς ὠμότητος. καὶ πολλοὺς ἂν ἀπώλεσεν, εἰ μὴ καὶ τοὺς ὑπάρχους (ſcr. ἐπάρχους) καὶ τὸν Κάλλιστον καὶ τὴν Καισωνίαν προσδιαβαλὼν ὑπεκτέη. καὶ ὁ μὲν ἀπέθανε, τῷ δὲ Γαΐῳ τὸν ὄλεθρον αὐτὸ τοῦτο παρεσκεύασεν. ἰδίᾳ γὰρ τοὺς ὑπάρχους (ἐπάρχους) καὶ τὸν Κάλλιστον προσκαλεσάμενος εἷς εἰμί, ἔφη, τρεῖς δὲ ὑμεῖς, καὶ γυμνὸς μὲν ἐγώ, ὡπλισμένοι δ' ὑμεῖς. εἰ οὖν μισεῖτέ με, καὶ ἀποκτεῖναι θέλετε, φονεύσατε. ἐξ ἐκείνου δὲ μισεῖσθαι νομίσας, καὶ ἄχθεσθαι τοῖς πραττομένοις ἐκείνους, ὑπώπτευε σφᾶς, καὶ ξίφος κἀν τῇ πόλει παρεζώννυτο, καὶ συνέβαλλεν αὐτοὺς ἀλλήλοις, ὅπως μὴ συμφρονῶσι, κατὰ μόνας ἑκάστῳ ὡς πιστοτάτῳ διαλεγόμενος περὶ τῶν λοιπῶν, μέχρις οὗ συνέθεντο τὸ ἐπιχείρημα, προσποιοῦντο αὐτὸν τοῖς ἐπιβουλεύουσι. (ſcr. ἐπιβουλεύομεν.) τῶν δὲ βουλευτῶν, ὅτι μὴ κατεψηφίσαντο τινῶν, περιφόβων ὄντων, Πρωτογένης τις, πρὸς τὰ χαλεπώτατα τῷ Γαΐῳ ὑπηρετῶν &c. Hæc lucem afferunt Suetonio c. 56. *una alteraque conſpiratione detecta, aliis per inopiam occaſionis cunctantibus, duo* (Caſſius Chærea & Corn. Sabinus) *conſilium communicaverunt, perfeceruntque, non ſine conſcientia potentiſſimorum libertorum* (ut Calliſti) *præfectorumque prætorii* (quos ἐπάρχους Dio vocat apud Zon.) *quod ipſi quoque, etſi falſo, in quadam conjuratione* (Cerealis & Papinii) *quaſi participes nominati* (a Papinio, τοὺς ἐπάρχους καὶ τὸν Κάλλιστον προσδιαβαλόντι) *ſuſpectos tamen ſe & inviſos ſentiebant.* (τῷ γὰρ Γαΐῳ τὸν ὄλεθρον αὐτὸ τοῦτο παρεσκεύασ[illegible]) *Nam & ſtatim ſeductis magnam fecit invidiam* (ἰδίᾳ τοὺς ἐπ[illegible] χους καὶ τὸν Κάλλιστον προσκαλεσάμενος &c.) *diſtricto gl*[illegible] *affirmans ſponte ſe periturum, ſi & illis morte dignus vid*[illegible]*tur:* (εἰ οὖν μισεῖτέ με — φονεύσατε) *nec ceſſavit ex eo c*[illegible] *nari alterum alteri, atque inter ſe omnes committere.* (συνέβ[illegible] αὐτοὺς ἀλλήλοις &c.) Iam & intelliges Tacitum An. XVI. [illegible] *Cerealis non multo poſt* (ſub Nerone) *vim ſibi attulit, mi*[illegible] *quam ceteri miſeratione, quia proditam C. Cæſari conju*[illegible] *nem ab eo meminerant.* non Æmilii Lepidi, quod Li[illegible] putat, ſed hanc de qua Zonaras, quamvis quod *Cereali* T[illegible] tus, ille *Papinio* tribuit: nec dubito falſum eſſe Zonaram [illegible] in eo, quod Sextum Papinium filium dicit Anicii Cer[illegible] *Patrem conſularem* ei tribuit Seneca, nempe ut recte Li[illegible] ſuſpicatur, Sex. Papinium Coſ. A. U. C. 789. apud Sen[illegible] vero, loco quem laudat Fabricius, non *Betilienum Baſſum*, [illegible] *Betilienum Caſſium* ſcribi debere ſuſpiceris. R[illegible]

Βετιλλῖνον δὲ Κάσσιον] Facile aliquis Βετιλλῖνον Βάσσον le[illegible] dum eſſe ſuſpicetur ex numo apud Triſtanum T. I. p. 90. & Seneca de ira III. 18. *Quid antiqua perſcrutor? modo Cajus Cæſar*

ἄνθρωπον νομίζεσθαι, [262] καὶ τῇ Σελήνῃ συγγίγνεσθαι, [263] καὶ ὑπὸ τῆς [e] Νίκης ςεφανοῦσθαι ἔλεγε. [264] Ζεύς τε εἶναι ἐπλάττετο, καὶ κατὰ τοῦτο καὶ γυναιξὶν ἄλλαις τε πολλαῖς, καὶ ταῖς ἀδελφαῖς μάλιςα, συνεῖναι προεφασίσατο. [καὶ Ποσειδῶν αὖθις, ὅτι τοσοῦτον θαλάσσης μέτρον ἔζευξε,] [265] Ἥρα τε καὶ Ἄρτεμις καὶ Ἀφροδίτη πολλάκις ἐγίγνετο. [τόν τε Ἡρακλέα τόν τε Διόνυσον, τόν τε Ἀπόλλω, τούς τε ἄλλους οὐχ ὅτι τοὺς ἄῤῥενας, ἀλλὰ καὶ τὰς θηλείας ὑπεκρίνετο.] πρὸς γὰρ δὴ τὴν τῶν ὀνομάτων μετάθεσιν καὶ τὸ ἄλλο σχῆμα πᾶν τὸ προσῆκον σφίσιν ἐλάμβανεν, [ὥςε ἐοικέναι ἂν δοκεῖν.] ποτὲ μὲν γὰρ θηλυδριώδης ἑωρᾶτο, καὶ κρατῆρα καὶ θύρσον
E εἶχε, ποτὲ δὲ ἀῤῥενωπὸς [266] ῥόπαλον καὶ λεοντῆν, [ἢ καὶ κράνος ἀσπίδα τε] ἐφόρει. λειογένειος αὖ καὶ μετὰ τοῦτο πωγωνίας ἐφαντάζετο· τρίαιναν τε ἔςιν ὅτε ἐκράτει, καὶ κεραυνὸν αὖθις ἀνέτεινε. παρθένῳ τε [κυνηγετικῇ ἢ καὶ] πολεμικῇ ὡμοιοῦτο, καὶ μετ' ὀλίγον πολὺ ἐγυναίκιζεν. οὕτω που καὶ τῷ ῥυθμῷ τῆς ςολῆς, καὶ τοῖς προσθέτοις τοῖς τε περιθέτοις ἀκριβῶς ἐποικίλλετο· καὶ πάντα μᾶλλον δοκεῖν, ἢ ἄνθρωπος [αὐτοκράτωρ τε] εἶναι, ἤθελε. καί ποτέ τις ἀνὴρ Γαλάτης, ἰδὼν αὐτὸν ἐπὶ βήματος ὑψηλοῦ ἐν Διὸς εἴδει χρηματίζοντα, ἐγέλασεν· ὁ δὲ Γάϊος ἐκάλεσέ τε αὐτὸν καὶ ἀνήρετο, Τί σοι δοκῶ εἶναι; καὶ ὃς ἀπεκρίνατο (ἐρῶ γὰρ αὐτὸ τὸ
661 λεχθὲν) ὅτι, Μέγα παραλήρημα. καὶ οὐδὲν μέντοι δεινὸν ἔπαθε· σκυτοτόμος γὰρ ἦν. οὕτω που ῥᾷον τὰς τῶν τυχόντων, ἢ τὰς τῶν ἐν ἀξιώσει τινὶ ὄντων, παῤῥησίας οἱ τοιοῦτοι φέρουσι. ταῦτα μὲν οὖν τὰ σχήματα, ὁπότε τις θεὸς ἐπλάττετο εἶναι, ἐλάμβανε· καὶ [f] αὐτῶν καὶ ἱκετεῖαι καὶ εὐχαὶ, [267] θυσίαι τε, κατὰ τὸ πρόσφορον προσήγοντο. ἄλλως

nia correptus eſt. Jam ante quoque humano faſtigio altior haberi volebat, ſeque cum Luna coire, & a Victoria coronari dictitabat. Jovem etiam ſe fingebat, ideoque ſe cum multis aliis mulieribus & cum ſororibus congreſſum eſſe profitebatur. [Idem rurſus Neptunus, quod tantum maris ſpatium ponte junxiſſet;] ſæpe Juno, Diana, Venusque fiebat: [modo Herculis, modo Bacchi aut Apollinis, cæterorum denique non deorum modo, ſed & dearum ſumebat perſonas.] Nam pro nominum mutatione habitum quoque mutabat, [quo dei cujusque ſpeciem referret.] Inde aliquando muliebri ornatu conſpiciebatur, craterem ac thyrſum gerens: alias viriliter compoſitus, clavam & leonis pellem, [aut galeam & clypeum] geſtabat; alias imberbis, hinc barbatus conſpiciebatur: nunc tridentem tenens, nunc fulmen vibrans: jam [venatrici Dianæ, jam] Palladi bellatrici ſe adſimulabat, mox in mulierem transformabatur: denique & veſtitus modulo, & coma adſcititia ac galericulis mirifice mutabatur in varias formas; quidvis potius, quam homo videri cupiens. Forte quadam accidit, ut Gallus quidam eum pro excelſo tribunali ſub ſpecie Jovis oracula dantem videns, rideret. Eum Cajus vocatum percontatus eſt, quidnam ipſi eſſe videretur, Magnum, reſpondit ille, (ipſa enim verba ejus apponam) deliramentum. Idque impune tulit, quod eſſet ſutor: nam hujusmodi homines facilius infimorum, quam aliqua dignitate præſtantium libertatem tolerant. Hoc igitur habitu ſe induebat, quum deum ſe fingere vellet: ſupplicationesque ei, vota & ſacrificia, cuivis ſchemati apta

A.U.C. 793 Cajo III. COS. ſine Collega.

e Νίκης, ita recte apud Xiph. & in Excerptis Peir. vulgo νίκης. mox ἔλεγε additum ex Exc. Peir. f αὐτῶν. mutandum in αὐτῷ, ſi αὐτῶν etiam Xiph. poſſis ad θεῶν vel σχημάτων referre. ſed Leunclavii emendatio præferenda.

Cæſar Sextum Papinium, cui pater erat Conſularis, Betilienum Baſſum Quæſtorem ſuum, procuratoris ſui filium, alios ſenatores & equites Romanos, una die flagellis cecidit, torſit, non quæſtionis ſed animi cauſſa. Tamen emendationi huic, quo minus admittatur, duo obſtant. Caſſius de quo Dio, non flagellatus nec tortus, ſed occiſus eſt. Deinde Vitellinorum ſive Viſcellinorum familia patricia ad Caſſiam gentem pertinet, ut conſtat exemplo Sp. Caſſii, quem Bicellinum ſiue Viſcellinum vocat Cicero de amicitia c. 11. Dionyſii Halic. codices etiam Ὀυισκελλῖνον. Fortaſſe Caſſius hic a Cajo interfectus, quod ſortes Antiatinæ illum ut a Caſſio ſibi caveret monuiſſent. vide ad p. 662. E.

§ 258. (l. 89.) τὸν πατέρα Καπίτωνα] Sueton. c. 27. *Parentes ſupplicio filiorum intereſſe cogebat.* Seneca III. 20. de ira: *adjicere his longum eſt, quod patres quoque occiſorum Caji eadem nocte, dimiſſis per domos centurionibus, confecit, id eſt, homo miſericors luctu liberavit.*

§ 259. (l. 95.) βιβλία ἀεὶ δύο περιφέρειν] De Protogene hæc, non de Cajo intelligenda: nam eadem ideo Dio p. 667. C. βιβλία τὰ τοῦ Πρωτογένους appellat. Hos in ſecretis Caji poſtea repertos ſcribit Suetonius, c. 49. *Quod ne cui dubium videatur, in ſecretis ejus reperti ſunt duo libelli diverſo titulo: alteri* gladius, *alteri* pugio *index erat. Ambo notas & nomina continebant morti deſtinatorum.* Meminit & Oroſius VII. 5.

§ 260. (l. 100.) Σκριβωνίῳ Πρόκλῳ] De hoc itaque accipienda quæ tradit idem Suetonius c. 28. *Cum diſcerpi ſenatorem concupiſſet, ſubornavit, qui ingredientem curiam repente hoſtem publicum appellantes invaderent, graphiisque confoſſum lacerandum ceteris traderent. Nec ante ſatiatus eſt, quam membra & artus & viſcera hominis tracta per vicos atque ante ſe congeſta vidiſſet.*

§ 261. (l. 12.) ὅτι βασανισθεῖσα] Idem intelligit Suetonius in Caligula cap. 16. *Mulieri libertinæ octingenta donavit, quod excruciata graviſſimis tormentis de ſcelere patroni reticuiſſet.* VALES.

§ 262. (l. 18.) καὶ τῇ Σελήνῃ συγγίνεσθαι] Infra p. 661. D. Sueton. c. 22. *Et noctibus quidem plenam fulgentemque lunam invitabat aſſidue in amplexus atque concubitum: interdiu vero cum Capitolino Jove ſecreto fabulabatur, modo inſuſurrans ac præbens invicem aures, modo clarius, nec ſine jurgiis.*

§ 263. (l. 19.) καὶ ὑπὸ τῆς Νίκης] Victoria Dea, a qua coronari Tiberium optabat Ovidius II. Triſtium 171.

Auſoniumque Ducem ſolitis circumvolet alis,
Ponat & in nitida laurea ſerta coma.

§ 264. (l. 20.) Ζεύς τε εἶναι ἐπλάττετο] Joſephus XIX. 1. ἀδελφὸν ἐτόλμησε προσαγορεύειν τὸν Δία. Imagini Caji, imponendæ templo Hieroſolymitano, debebat inſcribi: Διὸς ἐπιφανοῦς νέου Γαΐου, teſte Philone de legatione ad Cajum pag. 804. *Latialem Jovem* a quibusdam conſalutatum refert Suetonius, cap. 22.

§ 265. (l. 24.) Ἥρα τε καὶ Ἄρτεμις καὶ Ἀφροδίτη] Ita Cajus non modo æmulatus ſemideos Bacchum, Herculem, Caſtores, Trophonium, Amphiaraum, Amphilochum, & Deos Apollinem, Martem, Mercurium, (ut notavit Philo p. 776. & 778. ſq.) ipſumque Jovem: ſed Deas quoque. Nam non modo aurea barba & fulmen tenens, aut faſcinam aut caduceum, Jovis, Neptuni ac Mercurii inſignia; ſed etiam Venereis cultu conſpectus eſt, teſte Suetonio c. 52. & Διονυσομανῶν dicitur Cajus apud Philoſtratum. V. 32. de vita Apollonii: unde κρατῆρα & θύρσον gerebat.

§ 266. (l. 32.) ῥόπαλον καὶ λεοντῆν] Philo p. 776. τοτὲ μὲν λεοντῆν ἐλάμβανε καὶ ῥόπαλον, ἀμφότερα ἐπίχρυσα, διακοσμούμενος εἰς Ἡρακλέα. ποτὲ πίλους ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ὁπότε ἀπεικάζοιτο εἰς Διοσκούρους. ἔςι δὲ ὅτε κιττῷ καὶ θύρσῳ καὶ νεβρίσιν, εἰς Διόνυσον ἠσκεῖτο.

§ 267. (l. 51.) θυσίαι τε] Sueton. c. 22. *Templum etiam numini ſuo proprium, & ſacerdotes, & excogitatiſſimas hoſtias inſtituit. — Hoſtiæ erant phœnicopteri, pavones, tetraones, Numidicæ, meleagrides, phaſianæ, quæ generatim per ſingulos dies immolarentur.* Sed erant præterea etiam ſuæ hoſtiæ ſingulis Diis: itaque & Cajo aliæ immolabantur hoſtiæ victimæque ut Jovi, aliæ ut Apollini, ut Marti aliæ vel Mercurio.

A.U.C. 793 Cajo III. COS. ſine Collega.

apta fiebant. Cæteroquin ſerico veſtitu, aut triumphali ornatu, in publico verſabatur.

27. Paucos admodum oſculabatur, plerisque etiam ſenatorum, manum tantum, aut pedem adorandum porrigebat: idcirco quibus oſculum ab eo fuiſſet oblatum, ii in ſenatu gratias ei agebant, quum quotidie eum hiſtrionibus oſcula dare omnes viderent. [Et hæc quidem ei non ſecus ac deo cuipiam fiebant, non modo ab infimis hominibus, ſemper alicui aſſentari ſolitis;] ſed & a præſtantiſſimo quoque. Fuit inter eos etiam L. Vitellius neque ignobilis neque inſipiens homo, præſertim Syria a ſe gubernata inſignis. Nam inter alia egregie acta in provincia iſthac, Artabanum, qui Armeniam impune aggreſſus, Syriam quoque invadere inſtituerat, obviam ei repente ad Euphraten factus, ita exterruerat, ut in colloquium veniret: ac ſacrificare eum Auguſti & Caji ſtatuis coegerat: pacis conditiones, quæ ex uſu Romanis eſſent, dederat; liberosque ejus obſides acceperat. Is ergo Vitellius a Cajo accitus eſt, ut interficeretur. Eadem ei cauſa periculi erat, quæ ante effecerat, ut rex Parthorum a ſuis pelleretur: quippe invidia ei odium, metus inſidias paraverat. [Nam & præſtantes ſibi viros ægre ferebat Cajus, & gloriam eorum, tanquam materiam rerum novarum ſuſpectam habebat.] Verum Vitellius hoc modo ſe neci eripuit. Compoſuerat ſe longe, quam gloria ejus ferret, humiliori habitu; Cajique pedibus advolutus, effuſis lacrymis, ac multis eum divinis honoribus demulcens & adorans, vovensque, ſi incolumis evaſiſſet, ſe ei ſacrificaturum, ita hominem emolliit, ac ſibi placavit; ut non modo vitam ſervaret, ſed & inter præcipuos poſthac amicos haberetur. Aliquando

ἄλλως δὲ δὴ ἔν τε τῇ σηρικῇ καὶ ἐν τῇ [268] νικητηρίᾳ σκευῇ, ὡς πλήθει, ἐδημοσίευεν.

[269] Ἐφίλει τε [g] ὀλιγίστους. τοῖς γὰρ πλείστοις καὶ τῶν βουλευτῶν [270] ἢ τὴν χεῖρα ἢ τὸ[ν] [271] πό- B
δα προσκυνεῖν ὤρεγε. καὶ διὰ τοῦθ' οἱ [illegible]
ὑπ' αὐτοῦ, χάριν αὐτῷ καὶ ἐν τῇ γερ[ουσίᾳ] [illegible]
σκον, καίτοι [272] τοὺς ὀρχηστὰς καθ' [illegible]
τι πάντων ὁρώντων. [[h] καὶ ταῦτ[α] [illegible]
ὡς θεῷ αὐτῷ ἐγίγνετο, ἃ οὐχ [illegible] καὶ
αἰεί τινα κολακεύειν εἰωθότες ἐ[illegible] ἀλλὰ] καὶ
οἱ πάνυ δοκοῦντές τι εἶναι. ὁ γοῦν [i] [illegible] ὁ
Λούκιος, οὔτ' ἀγεννὴς οὔτ' ἄφρων ὤν, [illegible] καὶ ἐκ
τῆς ἐν τῇ Συρίᾳ ἀρχῆς ὀνομαστὸς γενόμενος· (τά τε γὰρ
ἄλλα λαμπρῶς ἡγεμόνευσε, καὶ [273] τὸν Ἀρτάβανον καὶ ἐκείνῃ ἐπιβουλεύοντα, ἐπειδὴ μηδεμίαν τιμωρίαν ἐπὶ τῇ Ἀρμενίᾳ ἐδεδώκει, κατέπληξέ τε C
ἀπαντήσας αὐτῷ ἐξαπιναίως περὶ τὸν Εὐφράτην ἤδη ὄντι, καὶ ἔς τε λόγους αὐτὸν ὑπηγάγετο, καὶ θῦσαι ταῖς τοῦ Αὐγούστου τοῦ τε Γαΐου εἰκόσιν ἠνάγκασε· σπονδάς τε αὐτῷ πρὸς τὸ τῶν Ῥωμαίων σύμφορον δοὺς, καὶ προσέτι καὶ παῖδας αὐτοῦ ὁμήρους λαβών.) οὗτος οὖν ὁ Βιτέλλιος μετεπέμφθη μὲν ὑπὸ τοῦ Γαΐου, ὡς καὶ ἀπολούμενος. ἐφ' οἷς γὰρ οἱ [274] Πάρθοι τὸν βασιλέα σφῶν ἐξήλασαν, ἐπὶ τούτοις ἐκεῖνος αἰτίαν ἔσχε· μισηθείς τε ὑπὸ τοῦ φθόνου, καὶ ἐπιβουλευθεὶς ὑπὸ τοῦ φόβου. [[k] τῷ τε γὰρ κρείττονι τῷ ἑαυτοῦ ὁ Γάϊος ἤχθετο, καὶ τὸ εὖ φερόμενον ὡς καὶ ἐπιθησόμενόν οἱ ὑπωπτεύετο.] ἐσώθη δὲ σχηματίσας D
πως ἑαυτὸν, ὥστε καὶ ἐλάττων αὐτῷ τῆς δόξης φανῆναι, καὶ πρός τε τοὺς πόδας αὐτοῦ προσπεσὼν, καὶ δάκρυσι κλαύσας, κἀν τούτῳ [275] καὶ θειάσας αὐτὸν πολλὰ καὶ προσκυνήσας· καὶ τέλος εὐξάμενος, ἂν περισωθῇ, θύσειν αὐτῷ ἐκείνῳ. ἐκ γὰρ τούτων οὕτως αὐτὸν [l] ἐπιθείασευσε καὶ ἱλεώσατο, ὥστε μὴ μόνον περιγενέσθαι, [m] ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς πάνυ φίλοις αὐτοῦ νομισθῆναι. καί ποτε τοῦ Γαΐου συγγίνεσθαι

g ὀλιγίστους. ὀλίγους, Xiph. ex eodem Xiph. & Z. ſtatim βουλευτῶν ſcripſi pro vulgato συμβουλευτῶν, quod videtur ratione Cæſaris dici non poſſe. *h* καὶ ταῦτα &c. ex Exc Peir. p. 670. delendum tamen ſequens ἃ. *i* Βιτέλλιος, HS. L. Βιτίλλιος, RS. & ſic infra. *k* τῷ τε γὰρ &c. ex Exc. Peir. *l* ἐπιθειάσευσε, HS. L. ἐπιθειάσευσε, RS. *m* ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς πάνυ φίλοις αὐτοῦ νομισθῆναι. hæc verba deſiderantur apud RS. addita jam ex Xiph. monitu Xylandri ab HS. & L.

§ 268. (l. 52.) νικητηρίᾳ σκευῇ] *Triumphalem quidem ornatum etiam ante expeditionem* imaginariam Germanicam *aſſidue geſtavit.* Sueton. c. 52. Triumphalis ornatus conſtabat toga purpurea, auro picta, aureoque ornata clavo, tum laurea corona ac ſceptro. vide Onufrium Panvinium de triumpho c. 6 T. IX. Theſauri Græviani p. 1392. ſq.

§ 269. (l. 54.) ἐφίλει ὀλιγίστους] Vide quæ Lipſius II. 6. Electorum, & ad hæc Plinii panegyrico ad Trajanum c. 23. *Gratum erat cunctis, quod Senatum oſculo exciperes, ut dimiſſus oſculo fueras.* & Conrad Samuel Schurzfleiſchius in Diſſ. de ritu ſalutandi per oſculum. conf. Dionem infra p. 663. B.

§ 270. (l. 55.) ἢ τὴν χεῖρα] Sic oſculandam manum Caſſio Chæreæ, tribuno cohortis prætoriæ, præbet Cajus apud Suetonium c. 56. Erat autem ſervorum, Domini manus oſculari, ut notum ex Arriani Epictet. lib. I. c. 19. πάντες οἱ ἀπαντῶντες συνήδονται, ἄλλος τοὺς ὀφθαλμοὺς καταφιλεῖ, ἄλλος τὸν τράχηλον, οἱ δοῦλοι τὰς χεῖρας. *Dextra oſculis averſa appetitur, fide porrigitur,* inquit Plinius XI. 45.

§ 271. (l. 55.) πόδα προσκυνεῖν] Nihil aliud hoc quam pedes oſculari. Idem Arrianus III. 26. οὐδέποτ' αὐτοῦ τοὺς πόδας κατεφίλησας; καίτοι τοῦ Καίσαρος ἄν σέ τις ἀναγκάσῃ, ὕβριν αὐτὸ ἡγῇ καὶ ὑπερβολὴν τυραννίδος. Quo in loco duplex pedum oſculum memoratur, alterum quod ſponte fit, obſervantiæ atque amoris (quale etiam Luc. VII. 38. 45.) ὕβρεως alterum coactum præceptumque & tyrannidis extremæ, cujus primus auctor Caligula, & exemplum erubeſcendum cuique principi ſano.

§ 272. (l. 58.) τοὺς ὀρχηστὰς] Huic generi hominum plurimum tribuiſſe Cajum, jam notavit Dio p. 643. C. Sueton. c. 55. *Mneſterem pantomimum etiam inter ſpectacula oſculabatur.*

§ 273. (l. 65.) τὸν Ἀρτάβανον] Vide ſupra ad p. 637. D. E. Sueton. Caligula c. 14. & Vitellio c. 2.

§ 274. (l. 75.) Πάρθοι τὸν βασιλέα σφῶν] Tiridatem ſcilicet, quem Tiberius regem Parthis dederat. Idem mox conjuratione Megiſtanum pulſus eſt regno A. U. 789. Q. Plautio, Sex. Papinio Coſſ. ut ſcribit Tacitus libro VI. 32. ſqq. VALES.

§ 275. (l. 83.) καὶ θειάσας αὐτὸν πολλὰ] Suetonius Vitell. c. 2. *Idem miri in adulando ingenii, primus C. Cæſarem adorari ut Deum inſtituit, cum reverſus ex Syria non aliter adire auſus eſſet, quam* (velut ad Dei conſpectum) *capite velato, circumvertensque ſe, deinde procumbens.*

§ 276. (l. 96.) τέμενός τι ἑαυτῷ ἐν Μιλήτῳ] Jovis [illegible]tu apud Mileſios coli voluiſſe videtur Ill. Spanhemio de U[illegible] Diſſ. VII. p. 428. ubi & Harduinum reprehendit, qui pa[illegible] veriſimile eſſe judicaverat, Cajum pro Deo ac Jove coli vo[illegible]iſſe. Ceterum Excerptum Peireſcianum confirmat Zon[aras] p. 558. D. αὐτῷ δ' ἐξεμάνη ὁ Γάϊος, ὡς καὶ τοὺς ἐν τῇ [illegible] τέμενος ἑαυτῷ ἀνεγεῖραι κελεῦσαι κατὰ τὴν Μίλητον. καὶ [illegible] Ῥώμῃ δύο ναοὶ αὐτῷ ἱδρύθησαν. τὸν μὲν γὰρ αὐτὸς ἑαυτῷ [illegible] τῷ παλατίῳ ἐπεποιήκατο, ὁ δ' ὑπὸ τῆς βουλῆς αὐτῷ ἐψηφίσ[θη] [illegible] ἱδρυμένη. Quæ vero de templo Hieroſolymitano in Caji [illegible] transformando aſſuit Zonaras, totidem *verbis ex Philonis* [illegible] ſupra § 264. adducto petita ſunt. RE[illegible]

ναὸν ὃν οἱ Μιλήσιοι] Hoc templum intelligit Suetoni[us] [illegible] Caligula c. 21. cum ait: *deſtinaverat & Mileti Didym*[illegible] *peragere.* VA[illegible]

§ 277. (l. 100.) τὴν Σμύρναν ὁ Τιβέριος] De hoc tem[illegible] quod Smyrnei Tiberio & ſenatui publice poſuerunt, & de ſenatusconſulto in eam rem facto, conſulendus eſt Tacitus lib. IV. 55.

A.U.C.793 Cajo III. COS. sine Collega.

[n] συγγίνεσθαί τε τῇ Σελήνῃ λέγοντος, καὶ ἐρωτήσαντος αὐτὸν, εἰ ὁρῴη τὴν θεὸν συνοῦσαν αὐτῷ, κάτω τε, ὡς
E καὶ τεθηπὼς, ἔβλεπεν, ὑποτρέμων· καὶ σμικρόν τι φθεγξάμενος, Ὑμῖν (ἔφη) τοῖς θεοῖς, δέσποτα, μόνοις ἀλλήλους ὁρᾷν ἔξεστι. Βιτέλλιος μὲν οὖν, ἐκεῖθεν ἀρξάμενος, πάντας καὶ μετὰ τοῦτο τοὺς ἄλλους κολακείᾳ [o] ὑπερεβάλετο.

[[p] Γάϊος δὲ ἐν τῇ Ἀσίᾳ τῷ ἔθνει [276] τέμενός τι ἑαυτῷ ἐν Μιλήτῳ τεμενίσαι ἐκέλευσε. ταύτην γὰρ τὴν πόλιν ἐπελέξατο, λόγῳ μὲν εἰπὼν, ὅτι τὴν μὲν Ἔφεσον ἡ Ἄρτεμις, τὴν δὲ Πέργαμον ὁ Αὔγουστος, [277] τὴν δὲ Σμύρναν ὁ Τιβέριος προκατειλήφασι· τὸ δὲ ἀληθὲς, ὅτι τὸν νεὼν, ὃν οἱ Μιλήσιοι τῷ Ἀπόλλωνι καὶ μέγαν καὶ ὑπερκαλλῆ ἐποίουν, ἰδιώσασθαι ἐπεθύμησε. τότε δὲ ἐπὶ πλέον ἐξήχθη, ὥστε καὶ ἐν αὐτῇ τῇ Ῥώμῃ ναὸν ἑαυτοῦ, τὸν μὲν ὑπὸ τῆς βουλῆς ψηφισθέντα, τὸν δὲ ἰδίᾳ ἐν τῷ παλατίῳ ποιήσασθαι.] ἐτεκτήνατο μὲν γὰρ καὶ ἐν τῷ Καπιτωλίῳ [278] καταλυσίν τινα, ἵν', ὡς ἔλεγε, τῷ Διῒ συνοικοίη· ἀπαξιώσας δὲ δὴ τὰ δευτερεῖα ἐν τῇ συνοικήσει αὐτοῦ φέρεσθαι, καὶ
662 προσεγκαλέσας [q] αὐτῷ ὅτι τὸ Καπιτώλιον [r] προκατέλαβεν, οὕτω δὴ ἕτερόν γε νεὼν ἐν τῷ παλατίῳ σπουδῇ ᾠκοδομήσατο, καὶ ἄγαλμα ἐς αὐτὸν ἠθέλησε τὸ τοῦ Διὸς [s] τοῦ Ὀλυμπίου [279] ἐς τὸ ἑαυτοῦ εἶδος μεταρρυθμίσαι. [280] μὴ δυνηθεὶς δὲ, (τό, τε γὰρ πλοῖον τὸ πρὸς τὴν κομιδὴν αὐτοῦ ναυπηγηθὲν, κεραυνοῖς ἐφθάρη, καὶ γέλως, ὁσάκις τινὲς ὡς καὶ τοῦ ἕδους ἐφαψόμενοι προσῆλθον, πολὺς ἐξηκούετο) [281] ἐκείνῳ μὲν ἐπηπείλει, αὐτὸς δὲ ἕτερον ἐνέστησε. [282] τό, τε Διοσκούρειον τὸ ἐν τῇ ἀγορᾷ τῇ Ῥωμαίᾳ ὂν διατεμὼν, διὰ
B μέσου τῶν ἀγαλμάτων εἴσοδον δι' αὐτοῦ ἐς τὸ παλάτιον ἐποιήσατο, ὅπως καὶ πυλωροὺς τοὺς Διοσκούρους (ὥσγε καὶ ἔλεγεν) ἔχῃ. [t] Διάλιόν [283] τε αὐτὸν ὀνομάσας, τήν τε [u] Καισωνίαν τὴν γυναῖκα καὶ τὸν Κλαύδιον, ἄλλους τε τοὺς πλουσιω-

do Cajus rem ſibi eſſe cum Luna dixit, percontatusque eſt Vitellium, vidiſſetne ſe cum dea congredi: tum Vitellius, quaſi attonitus, oculis in terram demiſſis, tremens, exili voce: ſolis, inquit, Domine, vobis diis licet invicem videre: eoque facto initio Vitellius, omnes reliquos adulando ſuperavit.

28. [Cajus Mileti in Aſia templum ſibi exſtrui juſſit. Quippe hanc urbem præ cæteris elegerat, ſpecie quidem quod Epheſum ab Diana, Pergamum ab Auguſto, a Tiberio Smyrnam occupatas eſſe diceret: ſed re vera, quia ampliſſimum ac pulcherrimum templum, quod Mileſii Apollini ædificabant, ſuo nomini vindicare cupiebat. Tum vero eo inſolentiæ proceſſit, ut in ipſa urbe Roma etiam duo templa, unum decretum a ſenatu, alterum ſua auctoritate ſibi ipſe in Palatio conderet.] Ac in Capitolio quidem manſionem ſibi ædificaverat, ut poſſet cum Jove, ſic enim ferebat, verſari: ſed indignum putans, ſe in eo contubernio poſteriores ferre, incuſato ſimul Jove, quod is Capitolium prior occupaviſſet, ipſe in palatio ſibi celeriter aliud templum exſtruxit. In eo quum ſtatuiſſet Olympii Jovis ſimulacrum ſuam in effigiem commutatum collocare, neque poſſet id perficere: (nam navis ad id advehendum parata fulminibus abſumpta fuit, exauditusque multus riſus, quoties quis ſimulacrum illud tacturus accederet) minatus ei, aliud in eo templo ſimulacrum ſtatuit. Præterea diviſa in duas partes æde Caſtoris & Pollucis, quæ erat in foro Romano, ingreſſum in palatium per hoc templum & media Geminorum ſimulacra paravit, dicens velle ſe, janitores ſibi eſſe Jovis & Ledæ filios. Tum ſe Jovem Latialem appellans, ſacerdotes addidit Cæſoniam uxorem ſuam, Claudium, aliosque ditiſſimos,

n συγγίνεσθαι. ita ſcripſi pro vulgato συγγενέσθαι, auctoritate Xiph. loquitur enim de præſenti. o ὑπερεβάλετο. ſic ex Coisl. & Br. pro ὑπερεβάλλετο, quod vulgo legitur. p Γάϊος δὲ &c. hæc pleniora ex Exc. Peir. p. 670. vulgo ſic: Γάϊος δὲ ἐπὶ πλέον ἐξαχθεὶς, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ Ῥώμῃ ναὸν ἑαυτοῦ κατεσκεύασεν. ἐτεκτήνατο &c. q αὐτῷ. οἱ, Peir. r προκατέλαβεν. ita Peir. quod aptius eſt quam vulgatum κατέλαβεν. s τοῦ Ὀλυμπίου. deeſt ἱδρύσασθαι, & proxime legendum μεταρρυθμίσαι. Od. t Διάλιον. rapit me fere ad aſſenſum Caſaubonus ad Suet. Calig. 22. quando Δία Λατιάλιον vel Λάτιον ſcribi debere cenſet; quod Suetonii locum conferenti prope manifeſtum videbitur. Nam quod ipſe ſui ſacerdos fuerit, mox diſtincte tradit Dio, nec bis dicturus erat, divinitatis omiſſa appellatione. & ſic dixiſſet potius ceteros συνιερέας, non ἱερέας. u Καισωνίαν. Κασωνίαν, V. b.

IV. 55. Ejus templi hic videtur fuiſſe titulus: Τιβερίῳ Καίσαρι καὶ τῇ ἱερᾷ συγκλήτῳ. VALES.

§ 278. (l. 7.) καταλυσίν τινα] Idem Suetonius: *Interdiu cum Capitolino Jove ſecreto fabulabatur, — nec ſine jurgiis: nam vox comminantis audita eſt: ἐς γαῖαν Δαναῶν περάω σε, donec exoratus, ut ferebat, & in contubernium ultro invitatus, ſuper templum divi Auguſti ponte tranſmiſſo, Palatium Capitoliumque conjunxit. Mox quo propior eſſet, in area Capitolina novæ domus fundamenta jecit.*

§ 279. (l. 13.) ἐς τὸ ἑαυτοῦ εἶδος] Sueton. c. 22. *Dato negotio, ut ſimulacra Numinum* (ut Ἔρωτος ſive Cupidinis Theſpienſium, de quo Pauſanias Bœotic. c. XXVII. p. 761.) *religione & arte præclara, inter quæ Olympii Jovis, apportarentur e Græcia, quibus capite demto ſuum imponeret.* Celebre hoc ſimulacrum Jovis, religioſum omni Græciæ, quod ex ebore ſedentis in aureo ſolio, in Elide fecerat Phidias, altitudine pedum ſexaginta: de quo Allatius ad Philonem de VII. orbis ſpectaculis Tom. VIII. Theſauri Gronov. p. 2661. & Franciſcus Junius in Catalogo artificum p. 153. ſqq. Contra morem improbum ſtatuis antiquis ſua demendi alienaque imponendi capita, multa diſertiſſime Dio Chryſoſtomus orat. XXXI. Rhodiaca.

§ 280. (l. 14.) μὴ δυνηθεὶς δὲ] Cajus negotium illius ſimulacri transferendi dederat Memmio Regulo, viro conſulari. Architecti autem affirmarunt, ἀπολεῖσθαι τοὔργον, κινήσεως αὐτοῦ γενομένης, *perdi opus, ſi loco moveatur.* λέγεται δὲ τὸν Μέμμιον διὰ ταῦτα, καὶ σημείων μειζόνων γεγενημένων ἢ ὡς ἄν τινα πιστὰ ἡγεῖσθαι, ὑπερβαλέσθαι τὴν ἀναίρεσιν. *Ajunt Regulum ideo, & propter prodigia quæ fidem excedentia contigerant, tranſlationem diſtuliſſe.* Joſeph. XIX. 1. Sueton. c. 57. *Olympiæ ſimulacrum Jovis, quod diſſolvi transferrique Romam placuerat, tantum cachinnum repente edidit, ut machinis labefactis opifices diffugerint.*

§ 281. (l. 18.) ἐκείνῳ μὲν ἐπηπείλει] Sueton. c. 22. *nam vox comminantis audita eſt, ἐς γαῖαν Δαναῶν περάω σε, in Danaorum terram te relegabo,* pro quibus verbis Petrus Victorius in Ciceronis XVI. 6. ad Atticum, ex codice Bibliothecæ Venetæ S. Marci docet reponendum hemiſtichion Homericum, Dioni infra memoratum, ἤ μ' ἀνάειρ' ἢ ἐγὼ σέ.

§ 282. (l. 19.) τό τε Διοσκούρειον] Idem Suetonius: *Partem palatii ad forum uſque promovit, atque æde Caſtoris & Pollucis in veſtibulum transfigurata, conſiſtens ſæpe inter fratres Deos, medium ſe adorandum adeuntibus exhibebat.* Templi Caſtoris & Pollucis mentio etiam p. 567. A. 669. C. ubi reſtitutum illud a Claudio Dio memorat.

§ 283. (l. 24.) Διάλιον ἑαυτὸν ὀνομάσας] *Flaminem Dialem,* ſibi ipſi tanquam *Latiali Jovi* ſacra facturum. Nam ut eſt apud Zonaram, ἱερέας τε πολλοὺς ἑαυτῷ κατεστήσατο, καὶ αὐτὸς δ' ἑαυτῷ ἱερᾶτο.

A. U. C. 793. Cajo III. COS. ſine Collega.

mos, centies ſeſtertium a ſingulis eo nomine accipiens. Ipſe etiam ſibi ſacerdos fuit, equumque ſuum ſacerdotii collegam adſcivit. Immolabantur autem ei ſingulis diebus aves delicatæ ac magni pretii. Machinam habebat, qua tonitribus obſtreperet, ac contra fulgura fulguraret: ac quoties fulmen decidiſſet, lapidem ejaculabatur, ſemper Homericum illud addens, *Tollito me, vel ego te.* [Cumque Cæſonia triceſimo fere poſt nuptias die filiolam ei peperiſſet, eam cupidiſſime ſibi aſſeruit, velut divinum quiddam præ ſe ferens, quod intra tam paucos dies maritus ſimul & pater exſtitiſſet. Infantem deinde Druſillam appellatam in Capitolium tulit, Jovisque genibus, quaſi ipſius quoque Jovis filiam, impoſuit, ac Minervæ nutriendam commendavit.] Hic porro Deus ac Jupiter, [ſic enim ad extremum cognominatus eſt, ita ut etiam edictis ſic ſcriberetur: hæc cum faceret, nihilominus colligendæ undique pecuniæ ſordidiſſime atque avidiſſime incumbebat.] Ut enim de foro rerum venalium & de cauponis nihil dicam, ut lites ac judicia, opifices etiam, ac mancipia quæ quæſtum facerent, aliaque ejusmodi prætermittam, ex quibus ille nullum non lucrum captabat: illud vero quis eſt qui poſſit reticere, conſtituta in palatio lupanaria, in quibus matronas primarias ac pueros nobiles proſtituebat: quæſtum ab omnibus capiens, partim volentibus, partim invitis, ſaltem ne id ægre ferre viderentur. [Verum iſthæc quidem haud graviter plebs ferebat, ſed delecta-

ςιωτάτους, [284] ἱερέας προσέθετο, [285] πεντήκοντα καὶ διακοσίας ἐπὶ τούτῳ παρ' ἑκάστου μυριάδας λαβών. καὶ αὐτὸς ἑαυτῷ ἱερᾶτο, καὶ τὸν ἵππον συνιερέα ἀπέφαινε. [286] καὶ ὄρνιθες αὐτῷ ἁπαλοί τέ τινες καὶ πολυτίμητοι καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐθύοντο· [287] ταῖς τε βρονταῖς ἐκ μηχανῆς τινος ἀντεβρόντα, καὶ ταῖς ἀστραπαῖς [x] ἀντήστραπτε. C καὶ ὁπότε κεραυνὸς καταπέσοι, λίθον ἀντηκόντιζεν, ἐπιλέγων ἐφ' ἑκάστῳ τὸ τοῦ Ὁμήρου, [288] Ἤ μ' ἀνάειρ', ἢ ἐγὼ σέ. [[y] ἐπειδή τε ἡ Καισωνία θυγάτριον μετὰ τριάκοντα ἡμέρας τῶν γάμων ἔτεκε, τοῦτό τε αὐτὸ δαιμονίως προσεποιεῖτο, σεμνυνόμενος ὅτι ἐν τοσαύταις ἡμέραις καὶ πατὴρ καὶ ἀνὴρ ἐγεγόνει. καὶ Δρουσίλλαν αὐτὴν ὀνομάσας, ἔς τε τὸ Καπιτώλιον ἀνήγαγε, καὶ ἐς τὰ τοῦ Διὸς γόνατα ὡς καὶ παῖδα αὐτοῦ οὖσαν ἀνέθηκε, καὶ τῇ Ἀθηνᾷ τιθηνεῖσθαι παρηγγύησεν.] οὗτος οὖν ὁ Θεὸς καὶ οὗτος ὁ Ζεὺς, [καὶ γὰρ ἐκαλεῖτο τὰ τελευταῖα οὕτως, ὥστε καὶ ἐς γράμματα φέρεσθαι, ταῦτά τε ἅμα ἔπραττε, καὶ χρήματα αἴσχιστα καὶ δεινότατα συνελέγετο.] ἵνα γάρ τις [τά τε ὤνια καὶ τὰ καπηλεῖα, [289] τάς τε ὤρνας καὶ τὰ δικαστήρια, τούς τε χειροτέχνας καὶ τὰ ἀνδράποδα τὰ μισθοφοροῦντα] τά τε ἄλλα τὰ τοιαῦτα, ἐξ ὧν [οὐδὲν ὅ, τι οὐκ] ἠργυρίζετο, παραλείπῃ· ἀλλὰ τά γε οἰκήματα, τὰ ἐν αὐτῷ τῷ παλατίῳ ἀποδειχθέντα, καὶ τὰς γυναῖκας τὰς τῶν πρώτων, τούς τε παῖδας τοὺς τῶν σεμνοτάτων, οὓς ἐς αὐτὰ καθίζων ὕβριζεν, ἐκκαρπούμενος ἐπ' αὐτοῖς πάντας ἁπλῶς, τοὺς μὲν ἐθελοντάς, τοὺς δὲ καὶ ἄκοντας, ὅπως μὴ καὶ δυσχεραίνειν τι νομισθῶσι, πῶς ἄν τις σιωπήσειεν; D [οὐ μὴν ἀλλὰ

[x] ἀντήστραπτε. ſic Xiph. HS. L. ἀντέστραπτε RS. minus recte. [y] ἐπειδή τε ἡ Καισ. hæc & ſequentia uncis incluſa ſervarunt Exc. Peir. p. 673.

§ 284. (l. 26.) ἱερέας προσέθετο] Sueton. c. 22. *Quidam eum Latialem Jovem conſalutaverunt. Templum etiam Numini ſuo proprium & ſacerdotes & excogitatiſſimas hoſtias inſtituit. In templo ſimulacrum ſtabat aureum iconicum: amiciebaturque quotidie veſte quali ipſe uteretur. Magiſteria ſacerdotii ditiſſimus quisque & ambitione & licitatione maxima, vicibus comparabant.*

§ 285. (l. 26.) πεντήκοντα καὶ διακοσίας μυριάδας] Suetonius in Claudio c. 9. *Poſtremo etiam ſeſtertium octogies pro introitu novi ſacerdotii coactus impendere, ad eas rei familiaris anguſtias decidit, ut cum obligatam ærario fidem liberare non poſſet, in vacuum lege prædiatoria venalis pependerit ſub edicto præfectorum.*

§ 286. (l. 29.) καὶ ὄρνιθες] Vide ſupra § 268. Sueton. c. 57. Eo ipſo quo deinde interfectus Cajus eſt die, *ſacrificans reſperſus eſt phœnicopteri ſanguine.*

§ 287. (l. 31.) ταῖς βρονταῖς ἐκ μηχανῆς τινος] Simile quid tentatum pridem, ſed alio modo, a Salmoneo, tradunt Poëtæ, quem flammas Jovis & ſonitus imitatum Olympi referunt Virgilius VI. Æneid. 585. Valerius Flaccus lib. I. 662. Hyginus fab. 61. & 250. Serviusque ad Virgilium ſcribens: *fabricato ponte æreo, ſuper eum agitaſſe currus ad imitanda tonitrua, & in quem jaculatus eſſet facem, eum occidi juſſiſſe.* Euſtathius autem ad Odyſſeæ λ. 234. Salmoneum ait peritum fuiſſe mechanicum. ἰστέον δὲ, ὡς εἰ καὶ ἀντιβροντᾷν καὶ ἀντιαστράπτειν ὁ Σαλμωνεὺς τῷ Διὶ λέγοιτο, οὐκ ἂν θεομαχοίη, Διὸς νοουμένου τοῦ ἀέρος, ἀλλὰ σοφὸς ἂν εἴη μηχανικός. καθ' ἣν σοφίαν καὶ ἄλλοι ἐποίησαν ὅμοια, τό, τε γὰρ βροντεῖον παρὰ τοῖς παλαιοῖς σκεῦος ἦν ἀποτελεστικὸν μιμήματος βροντῆς διὰ ψηφίδων ἐνιεμένων, καὶ αἱ τοῦ Ἀρχιμήδους δὲ καυστικαὶ διὰ κατόπτρων ἀστραπαὶ δηλοῦνται ἐξ ἱστοριῶν. ἱστορεῖται δὲ καὶ σοφός τις, ὃς σεισμόν τε οἴκου τινὰ διὰ μηχανῆς καὶ ἀστραπηβόλους δὲ ἀκτῖνας τεχνησάμενος κατὰ ἐχθροῦ, ἐνεσείχθαι τε ὑπὸ τοῦ Ὁμήρου ἐπεκαλεῖτο καὶ τερπικέραυνος. De Brachmanibus Themiſtius Oratione XXVII. p. 337. οὐ προσέσονταί σε ἄνω πρὸς ἑαυτοὺς, ἀλλὰ καταστράψουσιν, καὶ ἀντιβροντήσουσιν. Similiter Philoſtratus in vita Apollonii lib. II. c. 33. refert, Indorum ſapientes πρηστῆρας καὶ βροντὰς deſuper in hoſtes ejaculatos: & lib. III. c. 13. Bacchum & Herculem ἐμβροντηθέντας ὑπὸ τῶν σοφῶν, coactos ab illis recedere, miſſosque illos facere. Etiam de Anthemio Mechanico Agathias lib. V. p. 146. κατήστραψε γε αὐτοῦ καὶ κατεβρόντησε τὸ δωμάτιον. *Domum Zenonis Rhetoris, vicini ſui, fulmine ac fulgure impetiit.* De Cajo autem præter Xiphilinum & Zonaram idem quoque tradit ex Dione Joannes Antiochenus in Excerptis Peireſcianis p. 805. uſus adeo ad hoc in cœlum directis πυροβόλοις καὶ λιθοβόλοις, inſtrumentis, quorum antiquiſſimum uſum fuiſſe conſtat vel ex 1 Maccabæor. VI. 51. ut notare me memini ad p. 386. C.

§ 288. (l. 34.) Ἤ μ' ἀνάειρ' ἢ ἐγὼ σέ] Ex Iliad. ψ. 724. Suetonii locum vide ſupra § 280. Seneca de ira lib. I. c. ult. *C. Cæſar iratus cœlo, quod obſtreperet pantomimis, quos imitabatur ſtudioſius quam ſpectabat, quodque commeſſatio ſua fulminibus terreretur prorſus parum certis: ad pugnam vocavit Jovem, & quidem ſine miſſione. Homericum illum exclamans verſum,* ἤ μ' ἀνάειρ' ἢ ἐγὼ σέ. *Quanta dementia fuit? putavit aut ſibi noceri ne a Jove quidem poſſe, aut ſe nocere etiam Jovi poſſe. Non puto parum momenti hanc ejus vocem ad incitandas conjuratorum mentes addidiſſe. Ultimæ enim patientiæ viſum eſt, eum ferre qui Jovem non ferret.* Hemiſtichion illud Homericum uſurpatum æmulis atque ἀντεραστοῖς apud Philoſtratum epiſt. 23. & Lucianum Dialog. mortuor. Cratetis & Diogenis.

§ 289. (l. 48.) τάς τε ὤρνας καὶ τὰ δικαστήρια] Sic in MS. ſcriptum eſt manifeſto errore. Itaque conjiciebam τάς τε ὥρας, ut ſenſus ſit, Cajum ex modo aquæ, quæ litigantibus dabatur, lucrum captaſſe. Ceterum de his ſordibus Caji ita ſcribit Suetonius c. 40. *Vectigalia nova atque inaudita exercuit, nullo rerum aut hominum genere omiſſo, cui non tributi aliquid imponeret. Pro litibus atque judiciis ubicunque conceptis quadrageſima ſummæ de qua litigaretur: ex gerulorum diurnis quæſtibus pars octava.* VALES.

§ 290. (l. 63.) βραχυτάτοις γράμμασιν] Hæc fere e Suetonio tranſcripta a Dione eſſe videntur. Is cap 41. hæc ſcribit: *tandem flagitante populo Rom. propoſuit quidem legem, ſed minutiſſimis literis & anguſtiſſimo loco, uti ne cui deſcribere liceret;* quanquam Dio non anguſtiſſimo loco, ſed editiſſimo, legem eſſe propoſitam dicit. VALES.

ἀλλὰ τούτοις μὲν οὐ σφόδρα τὸ πλῆθος ἤχθετο, ἀλλὰ καὶ ἔχαιρον ὁμοῦ οἱ τῇ τε ἀσελγείᾳ αὐτοῦ, καὶ ὅτι] ἔς τε τὸ χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριον τὸ συλλεγόμενον ἀπ' αὐτῶν ἐμβάλλων ἑκάστοτε ἑαυτὸν ἐκαλινδεῖτο. [ὡς μέντοι καὶ περὶ τῶν τελῶν πικρῶς τινα διανομοθετήσας, ἐς λεύκωμα αὐτὰ [290] βραχυτάτοις γράμμασιν ἐσέγραψε, καὶ ἀφ' ὑψηλοῦ τινος ἀπεκρέμασεν, ὅπως ὡς ἥκιστα ἀναγινώσκοιτο, κἀκ τούτου πολλοὶ τοῖς ἐπιτιμίοις ἀγνοοῦντες τὸ κεκωλυμένον ἢ κεκελευσμένον περιπίπτωσιν, ἔς τε τὸν ἱππόδρομον εὐθὺς σπουδῇ συνέδραμον, καὶ δεινὰ συνεβόησαν.]

Ὡς οὖν πάντα τρόπον ἐξεμαίνετο, ἐπεβούλευσαν αὐτῷ [291] Κάσσιός [z] τε Χαιρέας καὶ Κορνήλιος Σαβῖνος, καίτοι χιλιαρχίας ἐν τῷ δορυφορικῷ ἔχοντες. συνώμοσαν μὲν γὰρ πλείονες, καὶ συνήδεσαν τὸ πραττόμενον, ἐν οἷς ἦν [292] ὅ, τε Κάλλιστος καὶ
E [a] ὁ ἔπαρχος· οἱ δὲ αὐτόχειρες αὐτοῦ γενόμενοι, ἐκεῖνοι ἦσαν. ἄλλως τε γὰρ ἀρχαιότροπός τις ἀνὴρ ὁ Χαιρέας ἦν, καί τινα καὶ ἰδίαν τῆς ὀργῆς αἰτίαν εἶχε. [b] γύννιν τε γὰρ αὐτὸν (καίπερ ἐρρωμενέστατον ἀνδρῶν ὄντα) ὁ Γάϊος ἐπεκάλει, [293] καὶ τὸ σύνθημα αὐτῷ, ὁπότε ἐς ἐκεῖνον καθήκοι, Πόθον, ἢ Ἀφροδίτην, ἢ ἕτερόν τι τοιοῦτον, ἐδίδου. θεοπρόπιον δέ τι τῷ Γαΐῳ ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐγεγόνει, [294] φυλάττεσθαι Κάσσιον. καὶ ὁ μὲν ἐς [295] Γάϊον Κάσσιον τὸν τότε τῆς Ἀσίας ἄρχοντα, ἐπειδὴ τὸ γένος ἀπὸ τοῦ Κασσίου ἐκείνου τοῦ τὸν Καίσαρα ἀποκτείναντος εἶχεν, ὑποπτεύσας, μετεπέμψατο αὐτὸν δεδεμένον. προέλεγε δ' ἄρα αὐτῷ
663 τὸ δαιμόνιον τοῦτον τὸν Κάσσιον τὸν Χαιρέαν. [296] Ἀπολλώνιός τέ τις Αἰγύπτιος οἴκοι τε τὸ συμβὰν

delectabatur potius, cum hac hominis laſcivia, tum quod] ſuper diffuſos auri argentique acervos, quod ab ipſis exactum erat, ſeſe identidem volutaret. [At cum legem quandam de vectigalibus aſperam & moleſtam tuliſſet, eamque in albo minutiſſimis ſcriptam litteris ex editiſſimo loco propoſuiſſet, ut ne cui legere liceret, ac proinde ex ignoratione ejus quod imperatum vetitumve eſſet, multi in pœnam lege ſancitam inciderent, ſtatim plebs maxima contentione in Circum venit, graveſque undique acclamationes fieri cœpere.]

A.U.C. 793 Cajo III. COS. ſine Collega.

29. Itaque ubi ad extremum inſaniæ evaſit, Caſſius Chærea, & Cornelius Sabinus, quamvis tribuni prætorianorum militum, inſidias ei ſtruxerunt, & cædem ejus ſuis manibus peregerunt: licet fuerint alii quoque conjurationis participes, ac facinoris conſcii, inter quos Calliſtus & præfecti prætorio. Chærea cæteroqui vir erat antiquis moribus præditus, ac præterea odii in Cajum cauſam peculiarem habebat. Effeminatum enim Cajus eum vocare ſolebat, quum eſſet fortiſſimus virorum: ac ſi quando teſſeræ petendæ munus ad ipſum deveniſſet, Cupidinem ei, aut Venerem, aut aliud quippiam id genus dare. Haud multo ante oraculo Cajus monitus fuerat, ut ſibi a Caſſio caveret: ideo L. Caſſium qui tum Aſiæ præerat in ſuſpicione habens, quod genus a Caſſio, Cæſaris interfectore, ducebat; vinctum ad ſe adduci juſſerat, quum tamen oraculum Caſſium Chæream innueret. Et Apollonius quidam Ægyptius domi,

A.U.C. 794 Cajo IV. & Cn. Sentio COSS.

[z] τε. additum ex Xiph. [a] ὁ Ἔπαρχοι ſic vulgo. forte, καὶ Ἀκύλας ὁ τῆς Αἰγύπτου ἔπαρχος, F. ex Joſephi XIX. 1. & 4. inter conjuratos, ἐπάρχους, præfectos prætorii, memorat Suetonius c. 56. & ex Dione Zonaras, ſupra § 257. male igitur vulgo Ἔπαρχος, Eparchus, quem nemo veterum inter conjuratos prodidit. forte οἱ ἔπαρχοι ſcribendum.
[b] γύννιν. γύνιν, L. ad marg. ſed vide Heſych.

§ 291. (l. 71.) Κάσσιος Χαιρέας καὶ Κορνήλιος Σαβῖνος] *Caſſius Chærea*, tribunus cohortis prætoriæ, qui ab omnibus tanquam auctor ac princeps cædis Caji nominatur. *Cornelius Sabinus* & ipſe χιλίαρχος ſive tribunus prætoriæ cohortis. Hic Caji ex adverſo trajecit pectus, teſte Suetonio c. 58. ſive eundem, poſt inflictum a Chærea minus lethale vulnus, parantem fugere perculit, ut in genu procideret, teſte Joſepho XIX. 1. qui præterea conſcios hujus τυραννοκτόνου ἀγῶνος memorat, χιλιάρχους prætoriæ cohortis complures, *Annium Minucianum, Æmilium Regulum*, tribunoſque *Clementem* ac *Papinium*, conſularemque *Cluvium*, & *Vatinium* Prætorium, & *Nonium Aſprenatem*, & qui ultimum & mortiferum vulnus inflixit, *Aquilam*.

§ 292. (l. 74.) ὅ, τε Κάλλιστος] Etiam *Calliſtus* hic inter conjuratos a Joſepho nominatur, libertus ille Caji dilectiſſimus, de quo ſupra p. 655. A. Sueton. c. 56.

§ 293. (l. 79.) καὶ τὸ σύνθημα αὐτῷ] Seneca de conſtantia ſapientis c. 18. *Chæreæ tribuno militum ſermo non pro manu erat, languidus ſono, & infracta voce ſuſpectior. Huic Cajus ſignum petenti modo Veneris modo Priapi dabat, aliter atque aliter exprobrans armato mollitiam. Hæc ipſe perlucidus, crepidatus, armillatus. Coegit itaque illum uti ferro, ne ſæpius ſignum peteret.* Meminit & Suetonius c. 56. Joſephus XIX. 1. p. 839. edit. Oxon. θηλεά τε ἰδίου ἐνέμαλε, καὶ ταῦτα αἰσχύνης ἄλλα. Idem. p. 845. ἦν χιλίαρχος ἐξαιτήσας αὐτὸν παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος τὸ σημεῖον. Antea ſignum ſolebant tribuni a conſulibus petere, ut poſtea ab Imperatoribus, itaque & poſt Cajum occiſum conſules dedere Chæreæ poſcenti ſignum *Libertatis*, teſte eodem Joſepho XIX. 2. p. 855. De more petendæ dandæque teſſeræ ſive ſigni militaris, Lipſius Excurſu A. ad librum XIII. Taciti, & de militia Romana lib. III, dialogo 12.

§ 294. (l. 83.) Φυλάττεσθαι Κάσσιον] Sueton. c. 57. *Monuerunt & ſortes Antiatinæ, ut a Caſſio caveret. Qua cauſa ille Caſſium Longinum Aſiæ tum Proconſulem occidendum delegaverat, immemor Chæream Caſſium nominari.*

§ 295. (l. 84.) Κάσσιον] Tacito & Suetonio hic vocatur *L. Caſſius Longinus* vir conſularis, cui Druſillam Caji ſororem collocatam, (nuptam deinde Lepido, ſupra p. 648. B.) iidem teſtantur. Sueton. c. 24. Tacitus VI. 15. & 45. Annal. De alio Caſſio Vitellino, quem Cajus occidit, dictum eſt p. 660. B. Alius etiam Caſſius, quem inter prodigia Caji necem portendentia refert Suetonius c. 57. *ſupervenit illico quidam Caſſius quoque nomine, juſſum ſe ſomnio affirmans immolare taurum Jovi.* De Caſſio conjuratorum principe adverſus Julium Cæſarem, p. 247. D.

C. Caſſius JCtus conſul fuit ſuffectus cum L. Nævio Surdino, eo anno U. C. 783. quo conſules ordinarii fuerunt L. Caſſius Longinus & M. Vinucius Quartinus. Gruter. MLXXXVII. 1. Syriæ deinde præfectus eſt, Tacit. XII. 11. ſq. & a Nerone pulſus. Tacit. XVI. 9. Hunc Cajum cum Lucio noſtro, Tiberii progenero, Aſiæ proconſule, quem Caligula morti deſtinabat, confundit certe Pomponius l. 2. § 47. D. de O. I. Cajum cum Quartino conſulem faciens, & a Tiberio pulſum dicens; ſicut poſt alios annotavit doctiſſ. Ryckius ad Tac. VI. 15. 1. qui Dionem etiam ab eodem errore abſolvi vix poſſe cenſet ex h. l. & indice libri LVIII. ubi Cajus cum Quartino Coſ. Sed index ille nos non morabitur, quia non a Dione aut a vetere manu, ſed a Leunclavio eſt: hic locus tanto magis officit Dioni, quod Γάϊος etiam apud Xiphilinum legitur. Sunt tamen multa librariorum errata in Dione tantæ antiquitatis, ut etiam a breviatore Xiphilino ſecurius recepta fuerint: & potuit ſigla Λ. cum Γ. permutari, ac deinde plenius ſcribi; aut Caji (Cæſaris) nomen proxime præcedens librario adhuc in animo verſari, ut pro Λούκιον ſcriberet Γάϊον. neque tamen, dum membranæ ſuccurrent, obſtinate defendam Dionem.
REIM.

§ 296. (l. 89.) Ἀπολλώνιός τέ τις Αἰγύπτιος] Eodem tempore quadragenario jam major erat Apollonius alter Tyanenſis, qui deinde Domitiani cædem abſens ſenſit pronunciavitque Epheſi, teſte Philoſtrato VIII. 26. Hujus vero Appollonii patria, Tyana non Ægypti, ſed Cappadociæ, ut conſtat ex eodem Philoſtrato lib. I. c. 4.

A.U.C.794 Cajo IV. & Cn. Sentio COSS.

domi, quid eventurum eſſet Cajo, prædixerat. Miſſus ideo Romam Caſſius, adductus eſt ad eum ipſa die cædis; dilatusque, ut de quo paulo poſt ſupplicium eſſet ſumendum, ita ſalvus evaſit. Cædes autem ſic peracta eſt. Feſtum quoddam in palatio Cajus celebrabat, ac ſpectaculum edebat, ſimulque ipſe etiam edens ac bibens, reliquis epulum dabat. Ibi Pomponius Secundus, tum conſul, ad pedes ejus adſidens cibum capiebat, ac ſubinde inclinato capite eos exoſculabatur. Poſtquam vero ſaltare etiam, & fabulam agere Cajus inſtituit; Chærea cum ſuis rem extrahendam porro non rati, obſervaverunt e theatro exeuntem, ut pueros ſpectaret, quos nobiliſſimos ex Græcia & Ionia ad canendum carmen de ſe compoſitum arceſſiverat, deprehenſumque in angiportu obtruncaverunt. Quum cecidiſſet Cajus, nemo eorum, qui aderant, ſe tenuit, quin mortuum adeo ſævus vulneraret, & quidam carnes adeo ejus guſtarunt. Confeſtim uxor quoque ejus, & filia necatæ ſunt.

30. Ita Cajus, quum tribus annis, menſibus novem, diebus viginti octo, ea quæ retulimus egiſſet; re ipſa comperit, ſe non eſſe deum. Venitque iis, qui cædi aderant, in mentem ejus, quod ad populum quondam dixerat, Utinam omnes unam cervicem haberetis: oſtenderuntque ei, multas ſibi manus, unicam ipſi cervicem eſſe. Quum autem prætorianæ cohortes tumul-

προβὰν αὐτῷ πρoεῖπε. καὶ πεμφθεὶς διὰ τοῦτ' ἐς τὴν Ῥώμην προσήχθη τε αὐτῷ ἐν [c] ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐν ᾗ τελευτήσειν ἔμελλε, [297] καὶ [d] ἀναβληθεὶς, ὡς καὶ μετ' ὀλίγον κολασθησόμενος, ἐσώθη. ἐπράχθη δὲ ὧδε. [298] ἑορτήν τινα ἐν τῷ παλατίῳ ἦγε, καὶ θέαν ἐπετέλει. κἀν τούτῳ καὶ αὐτὸς καὶ ἤσθιε καὶ ἔπινε, καὶ τοὺς ἄλλους εἱστία. ὅτε δὴ καὶ Πομπώνιος Σεκοῦνδος ὁ τότε ὑπατεύων, ἐνεφορεῖτό τε ἅμα τῶν σιτίων, παρὰ τοῖς ποσὶν αὐτοῦ καθήμενος, καὶ ἐπικύπτων συνεχῶς αὐτοὺς κατεφίλει. [299] ὡς δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Γάϊος καὶ ὀρχήσασθαι καὶ τραγῳδίαν ὑποκρίνασθαι ἠθέλησεν, οὐκέθ' οἱ περὶ τὸν Χαιρέαν ὑπέμειναν, ἀλλὰ τηρήσαντες αὐτὸν [300] ἐκ τοῦ θεάτρου ἐξελθόντα ([301] ἵνα τοὺς παῖδας θεάσηται, οὓς ἐκ τῆς Ἑλλάδος καὶ τῆς Ἰωνίας τῶν πάνυ εὐγενῶν, ἐπὶ τῷ τὸν ὕμνον τὸν εἰς [e] ἑαυτὸν πεποιημένον ᾆσαι, μετεπέμψατο δῆθεν) [302] ἀπέκτειναν, ἐν στενωπῷ τινι ἀπολαβόντες. [f] καὶ αὐτοῦ συμπεσόντος οὐδεὶς τῶν παρόντων ἀπέσχετο, ἀλλὰ καὶ νεκρὸν αὐτὸν ὄντα [g] ὠμῶς ἐτίτρωσκον καί τινες καὶ τῶν σαρκῶν αὐτοῦ ἐγεύσαντο. [303] τήν τε γυναῖκα καὶ τὴν θυγατέρα εὐθὺς ἔσφαξαν. B C

Γάϊος μὲν δὴ ταῦτα ἐν [304] ἔτεσι τρισὶ, καὶ μησὶν ἐννέα, ἡμέραις τε ὀκτὼ καὶ εἴκοσι, πράξας, τοῖς ἔργοις αὐτοῖς ὡς οὐκ ἦν θεὸς ἔμαθεν. [305] ἐμνημόνευόν τε οἱ παρόντες τοῦ λεχθέντος ποτὲ ὑπ' αὐτοῦ πρὸς τὸν δῆμον, Εἴθε ἕνα αὐχένα εἴχετε. ἐπιδεικνύντες αὐτῷ ὅτι ἐκεῖνος μὲν αὐχένα ἕνα, σφεῖς δὲ δὴ χεῖρας πολλὰς ἔχοιεν. ἐπεὶ δὲ τὸ δορυφορικὸν ἐταράτ-

c ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ. ἐν αὐτῇ ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, Xiph. d ἀναβληθεὶς, ita ſcripſi ex Xiph. pro ἀνακληθεὶς, quod vulgo legitur in Dione. ſed jam Xylander *dilatus* reddiderat; cui dum cauſam mutandi nullam fuiſſe putat L. ejus loco *evocatus* ad marginem ſcribens, nec Xiphilinum, nec rem ipſam videtur inſpexiſſe. e ἑαυτὸν. ſic RS. HS. αὐτὸν, L. neſcio an de induſtria, certe ſine neceſſitate. f καὶ αὐτοῦ συμπεσόντος. horum loco Xiph. καὶ τούτου πεσόντος, vel, ut Coisl. καὶ αὐτοῦ ταράσσοντος. quæ neutiquam præferenda ſunt Dioniis. g ὠμῶς. forte ὠμῶς, Od. ingenioſe.

§ 297. (l. 92.) καὶ ἀναβληθεὶς] Inter ſententiam decreti condemnationis & ſupplicium condemnati, ex Tiberii mandato decem dies intereſſe oportebat, p. 617. A. 638. D.

§ 298. (l. 94.) ἑορτήν τινα ἐν τῷ παλατίῳ ἦγε] Nono Kalendas Februarias, ultimo ludorum Palatinorum, quos per triduum celebrandos Livia in honorem Auguſti inſtituit. ſupra p. 600. C. Mentio & 652. D. Conferendus Joſephus XIX. 1. & Suetonius c. 56. & 58.

§ 299. (l. 100.) ὡς δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Γάϊος] His præmittit Zonaras p. 559. B. ex Dione ut videtur ſumta: ὁ γὰρ Χαιρέας καὶ ὁ Σαβῖνος ἐπὶ τοῖς γινομένοις αἰσχροῖς ἀλγοῦντες, ὅμως ἐκαρτέρουν ἐπὶ πέντε ἡμέρας. ὡς δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Γάϊος καὶ ὀρχήσασθαι καὶ τραγῳδίαν ἠθέλησεν ὑποκρίνασθαι, καὶ διὰ τοῦτο ἑτέρας τρεῖς ἡμέρας προήγγειλε, τηρήσαντες αὐτὸν &c. *Chærea & Sabinus, quamvis fœditate eorum quæ fiebant dolerent, tamen quinque dies ſe continuerunt. Ut vero ipſe Cajus & ſaltare, & tragœdiam agere voluit, qua de cauſſa & triduum alterum denunciaverat &c.* Locus de ludis Palatinis lectu non indignus. Triduum tantum moræ interceſſiſſe Joſephus XIX. 1. § 12. innuere videtur. REIM.

§ 300. (l. 3.) ἐκ τοῦ θεάτρου ἐξελθόντα] Sueton. c. 56. *cum placuiſſet Palatinis ludis ſpectaculo egreſſum meridie aggredi.* Circa horam nonam (hoc eſt noſtro more tertia pomeridiana.) Joſeph. XIX. 1.

§ 301. (l. 4.) ἵνα τοὺς παῖδας] Joſephus p. 847. ἅμα καὶ παῖδας, οἳ ἧκεσαν ἐκ τῆς Ἀσίας, καλοκαγάθων, ποιητῇ αὐτῶν ἐκεῖθεν γενομένης, ἐπὶ ὕμνοις μουσικῶν ἃ ἐπετέλουν, ἔνιοι δὲ καὶ κατὰ πυρρίχισμοὺς ἃ ἐν τοῖς θεάτροις ἐποίουν. De hymno ejusmodi per nobiles pueros decantari ſolito meminit Dio p. 644. D. 652. E. De iiſdem pueris intelligendus Suetonius c. 58. *Alii tradunt alloquenti pueros, a tergo Chæream cervicem gladio cæſim graviter percuſſiſſe, præmiſſa voce, Hoc age.* Pyrrichiæ ſaltationis & puerorum illorum iterum mentio p. 680. D. 669. D.

§ 302. (l. 7.) ἀπέκτειναν] Seneca de conſtantia ſapientis c. 18. *Chærea cervicem mediam uno ictu diſcidit: plurimum deinde undique publicas ac privatas injurias ulciſcentium gladiorum ingeſtum eſt. Sed primus vir fuit, qui minime viſus eſt:* (Cajo ut mollis ludibrio habitus) inflicto minus lethali vulnere. Cajum fugientem excepit Cornelius Sabinus proſtravitque in genua, teſte Joſepho p. 847. *& ex adverſo trajecit pectus.* Sueton. c. 58. *Jacentem, contractiſque membris clamitantem ſe vivere, ceteri vulneribus triginta confecerunt, nam ſignum erat omnium, Repete. Quidam etiam per obſcæna ferrum adegerunt.* id. ultimum vulnus inflixit Aquila, qui pridem Alexandriæ præfuerat, ut ex eodem Joſepho diſcimus XIX. 1. & 4.

§ 303. (l. 11.) τήν τε γυναῖκα καὶ τὴν θυγατέρα] Uxorem Milloniam Cæſoniam & filiolam (θυγάτριον Joſepho) Juliam Druſillam, ante paucos natam menſes trigeſimo poſt nuptias die p. 658. D. Sueton. c. 59. *Periit una & uxor Cæſonia gladio a centurione* (Julio Lupo, quem Chiliarcham ſive tribunum & Clementis tribuni cognatum immiſſum a Chærea refert Joſephus XIX. 2.) *confoſſa, & filia parieti illiſa.*

§ 304. (l. 13.) ἔτεσι τρισὶ, μησὶν ἐννέα, ἡμέραις τε ὀκτὼ καὶ εἴκοσι] Cajus imperio potitus A. U. C. 790. (Chriſti 37.) die XXVI. Menſis Martii: interfectus 24. Januarii A. U. C. 794. (Chriſti 41.) Joſephus XIX. 2. τέταρτες ἐνιαυτοὺς ἡγεμονεύσας Ῥωμαίων, λείποντα τεσσάρων μηνῶν. Pro τεσσάρων rectius dixiſſet δύο μηνῶν. Sed idem alibi: ἔτη τρία καὶ μῆνας ὀκτὼ, quod non erat ſollicitandum ab erudititiſſimo Pagio ad A. C. 41. n. 2. Euſebius Chron. *annos III. menſes X.* Sueton. c. 59. *vixit annos XXIX* (non integros ſed annos XXVIII. menſes IV. & dies XXIV.) *imperavit triennio & decem menſibus diebuſque octo.* Ita præter Zonaram, Eutropius VII. 12. Caſſiodorus Chronico, & Clemens Alexandrinus I. Stromatum p. 339. *Prope quadriennium*, Quintilianus de cauſſis corruptæ eloquentiæ c. 17. Epiphanius *annos tres, menſes novem, dies duos & viginti*, T. II. p. 63. ſive *dies undetriginta*, T. II. p. 169. *annos tres, menſes novem, dies tredecim*, Tertullianus contra Judæos c. 8.

§ 305. (l. 16.) ἐμνημόνευόν τε οἱ παρόντες] Hæc paulo aliter Zonaras: ὡς δὲ ὁ θάνατος αὐτοῦ ἠγγέλθη, πλὴν ὀλίγων τῶν συναπηλγηκότων αὐτῷ, πάντες ἔχαιρον. μεμνημένοι καὶ τοῦ λεχθέντος ποτὲ ὑπ' αὐτοῦ &c vide p. 650. A. REIM.

D ῥάττετο, καὶ διαθέοντες ἐπυνθάνοντο τίς Γάϊον ἔσφαξεν, [306] Οὐαλέριος Ἀσιατικὸς, ἀνὴρ ὑπατευκὼς, θαυμαστὸν δή τινα τρόπον αὐτοὺς ἡσύχασεν, ἀνελθὼν ἐς περιφανές τι χωρίον, καὶ ἐκβοήσας, Εἴθε ἐγὼ αὐτὸν ἀπεκτόνειν. καταπλαγέντες γὰρ ἐπαύσαντο τοῦ θορύβου.

multuarentur, & hinc inde curſitantes interrogarent, quis Cajum occidiſſet; mira ratione ſedavit eos Valerius Aſiaticus, vir conſularis, quum in locum, unde conſpici poſſet, progreſſus exclamaviſſet: Utinam ego ipſum interfeciſſem. Qua voce territi milites, turbarum finem fecerunt.

A.U.C.794 Cajo IV. & Cn. Sentio COSS.

§ 306. (l. 22.) Οὐαλέριος Ἀσιατικός] Seneca de Conſtantia ſapientis c. 18. *Aſiaticum Valerium in primis amicis Cajus habebat, ferocem virum, & vix æquo animo alienas contumelias laturum. Huic in convivio, id eſt in concione, qualis in concubitu eſſet uxor ejus objecit.* Hunc Valerium, bis conſulem, *præcipuum auctorem interficiendi* Caji *Cæſaris, qui non extimuerit in concione populi Romani fateri, gloriamque facinoris ultro petere,* arguit Soſibius apud Tacitum XI. 1. Joſephus XIX. 1. p. 852. edit. Oxon. καὶ ἦν γὰρ Ἀσιατικὸς Οὐαλέριος ὑπατικὸς ἀνήρ. οὗτος ἐπὶ τῶν δήμων καθιστὰς θορυβούντων, (ad multitudinem tumultuantium prætorianorum) καὶ δεινὸν τιθεμένων τὸ ἐπιλανθάνειν τὸν αὐτοκράτορα ἀποκτείναντων, ἐπεὶ προθύμως πάντες αὐτὸν ἤροντο τίς ὁ πράξας τυγχάνει· εἴθε γὰρ ἔγωγε, φησί. *Utinam a me,* inquit, *patrata illa cædes fuiſſet.* Idem Valerius poſtea Imperio inhiaturus fuit, niſi a Minutiano impediri eum contigiſſet, ut narrat Joſephus XIX. 4. De ejus interitu, infra p. 683. C.

ΤΩΝ

ΤΩΝ ΔΙΩΝΟΣ ΡΩΜΑΙΚΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ᵃΤΟ ΕΞΗΚΟΣΤΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ.

DIONIS HISTORIÆ ROMANÆ

LIBER SEXAGESIMUS.

Hæc inſunt Libro LX. Romanæ Hiſtoriæ Dionis.

Claudius Imperator fit: ejus vitia & virtutes. c. 1—7.
Antiocho, Mithridati utrique, Agrippæ, Herodi, regna reſtituit, auget. c. 8.
Chatti, Chauci, Mauri, vincuntur. c. 8. 9.
Conſtitutiones quædam: portus Oſtienſis: lacus Fucinus in Tiberim emittendus c. 10.—13.
Cædes factæ: Meſſalinæ & libertorum facinora. c. 14—18.
Britannia ex parte ſubacta. c. 19—23.
Conſtitutiones quædam: Meſſalinæ flagitia: quæ illi cauſa interitus. c. 24—31.
Agrippina ducitur: fitque continuo Meſſalina: eandem Claudium necat. c. 32—35.

Anni reliqua parte hæc geſta, C. Cæſare IV, & Cn. Sentio Saturnino Coſſ. cum XIII. aliis, quibus conſulatum geſſere

poſt C.N.	U.C.			CLAUDII
41.	794.	C. Cæſar Aug. IV,	& Cn. Sentius Saturninus.	I. 24 Jan.
42.	795.	Claudius Cæſar Aug. II,	& C. Cæcina Largus.	II.
43.	796.	Claudius Cæſar Aug. III,	& L. Vitellius, II.	III.
44.	797.	L. Quinctius Criſpinus, II,	& M. Statilius Taurus.	IV.
45.	798.	M. Vinicius, II,	& T. Statilius Taurus Corvinus.	V.
46.	799.	Valerius Aſiaticus, II,	& M. Junius Silanus.	VI.
47.	800.	Claudius Cæſar Aug. IV,	& L. Vitellius, III.	VII.
48.	801.	A. Vitellius,	& L. Vipſanius (Vipſtanus.)	VIII.
49.	802.	C. Pompejus Longinus Gallus,	& Q. Veranius.	IX.
50.	803.	C. Antiſtius Veter,	& M. Suillius Nervilianus.	X.
51.	804.	Claudius Cæſar Aug. V,	& Ser. Cornelius Orfitus.	XI.
52.	805.	Cornelius Sulla Fauſtus,	& L. Salvius Otho Titianus.	XII.
53.	806.	Dec. Junius Silanus Torquatus,	& Q. Haterius Antoninus.	XIII.
54.	807.	M. Aſinius Marcellus,	& Manius Acilius Aviola.	XIV. ad 13 Oct.

A.U.C. 794 Pomponio Secundo & Cn. Sentio COSS. ſuff. 1. Cajo ita, ut dixi, mortuo, conſules, dimiſſis in omnes urbis partes cuſtodibus, ſenatum in Capitolium vocarunt. Ibi multis variisque ſententiis diſcrepatum, quum alii populo ſummam reipublicæ reſtituendam, alii unum principem habendum cenſerent: atque hi rurſum, alius alii principatum deferrent. Ita re infecta,

1 Τοῦ ᵇ δὲ Γαΐου, ὡς εἴπομεν, μεταλλάξαντος, φύλακας ἑκασταχόσε τῆς πόλεως ¹ οἱ ὕπατοι διαπέμψαντες, τήν τε βουλὴν ἐς τὸ Καπιτώλιον ἤθροισαν, καὶ πολλαὶ καὶ ² ποικίλαι γνῶμαι ἐλέχθησαν. τοῖς μὲν γὰρ δημοκρατεῖσθαι, τοῖς δὲ μοναρχεῖσθαι ἐδόκει· καὶ ³ οἱ μὲν τόν, οἱ δὲ τὸν ᾑροῦντο. καὶ διὰ τοῦτο τὴν ἡμέραν τὴν λοιπὴν καὶ τὴν νύκτα

a τὸ ἑξηκοστόν. apud RS. continuata ſerie procurrit liber LVIII. vide dicta ſub initium libri LVII. delevi autem & hic, ne quis amplius decipiatur, ſumma capita græca, & conſules græce ſcriptos, qui non ſunt antiquæ manus, ſed Leunclavii. in conſulibus tamen nonnulla emendavi. b τοῦ δὲ Γαΐου &c. Xiphilinus quædam præmittit: Κλαύδιος δὲ αὐτοκράτωρ ὧδε ἐγένετο. μετὰ γὰρ τὴν ἀναίρεσιν τοῦ Γαΐου, φύλακας ἑκασταχόσε &c.

§ 1. (l. 2.) οἱ ὕπατοι] Joſephus XIX. 1. narrat, Conſules (Pomponium Secundum & Cn. Sentium Saturninum) edictum promulgaſſe, in quo Caji accuſatio contineretur, populusque ac milites juberentur domum ſe recipere, magna relaxationis ſpe populo propoſita, præmiisque militi promiſſis, ſi nihil turbarent & abſtinerent ab injuria. Refert deinde Cn. Sentii Saturnini orationem, quo populo de reſtituta libertate gratulatus fuit: additque, Chæream ſignum ſive teſſeram, quam a Cajo conſueverat, petiiſſe a Conſulibus, illosque dediſſe *Libertatem*. Sueton. Claudio c. 10. *Conſules cum ſenatu & cohortibus urbanis forum Capitoliumque occupavunt, aſſerturi communem libertatem.*

§ 2. (l. 4.) ποικίλαι γνῶμαι] Idem Suetonius notat, ſenatum ſegniorem fuiſſe in exſequendis conatibus *per tædium ac diſſenſionem diverſa ſentientium.*

§ 3. (l. 6.) οἱ μὲν τόν, οἱ δὲ τόν] Indice p. 666. ll. ſed & Joſephus *M. Minucianum*, Juliæ Caji ſororis maritum, (quem Dio Annium vocat p. 674. C. Furium Camillum ei jungens) nec minus Valerium Aſiaticum, Imperio inhiaſſe teſtatur. Idem memorat, quanto ſtudio, ne imperium Claudio traderetur, annixi ſint interfectores Caji, Cornelius Sabinus & Chærea, *fremens* δεινόν, εἰ μετὰ μανίας ... φρονήσει δώσουσι τὴν ἡγεμονίαν, *miſerum fore ſi, ſi poſt furioſum jam velint ſtolido principatum committere.* Joſeph. XIX. 4. p. 863.

νύκτα πᾶσαν κατέτριψαν μηδὲν τελειώσαντες. κἀν τούτῳ [4] στρατιῶταί τινες ἐς τὸ παλάτιον, ὅπως τι συλήσωσιν, εἰσελθόντες, εὗρον τὸν Κλαύδιον ἐν γωνίᾳ που σκοτεινῇ κατακεκρυμμένον, (συνῆν τε γὰρ [c] τῷ Γαΐῳ, καὶ τότε τὴν ταραχὴν φοβηθεὶς, ὑπέπτηξε) καὶ αὐτὸν τὸ μὲν πρῶτον, ὡς καὶ ἄλλον τινὰ ὄντα, ἢ ἔχοντά τι, ἐξείλκυσαν·
665 ἔπειτα δὲ [d] γνωρίσαντες, αὐτοκράτορα προσηγόρευσαν, καὶ [5] ἐς τὸ στρατόπεδον αὐτὸν ἤγαγον. κἀκ τούτου μετὰ τῶν ἄλλων, [6] οἷα τοῦ τε βασιλικοῦ γένους ὄντι, καὶ ἐπιεικεῖ νομιζομένῳ, [e] πᾶν [7] τὸ κράτος αὐτῷ ἔδωκαν. οἱ δ' ὕπατοι τέως [8] ἄλλους μὲν καὶ δημάρχους πέμποντες, ἀπηγόρευον αὐτῷ, μηδὲν τοιοῦτον ποιεῖν, ἀλλ' ἐπί τε τῷ δήμῳ καὶ τῇ βουλῇ καὶ τοῖς νόμοις γενέσθαι· ἐπεὶ δὲ αὐτοὺς οἱ συνόντες σφίσι στρατιῶται ἐγκατέλιπον, τότε δὴ καὶ αὐτοὶ ὡμολόγησαν, καὶ τὰ λοιπὰ ὅσα ἐς τὴν [f] αὐταρχίαν ἥκοντα ἦν, αὐτῷ ἐψηφίσαντο.

B Οὕτω μὲν [9] Τιβέριος Κλαύδιος Νέρων Γερμανικὸς, ὁ τοῦ Δρούσου τοῦ τῆς Λιουΐας παιδὸς υἱὸς, τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν ἔλαβε· μὴ πρὶν ἐν ἡγεμονείᾳ τινὶ τὸ παράπαν ἐξητασμένος, πλὴν ὅτι μόνον [10] ὑπάτευσεν. ἦγε δὲ [11] πεντηκοστὸν ἔτος τῆς ἡλικίας. οὗτος τὴν μὲν ψυχὴν οὐ φαῦλος ἐγένετο, ἀλλὰ καὶ [12] ἐν παιδείᾳ ἤσκητο, ὥστε καὶ συγγράψαι τινά· τὸ δὲ δὴ σῶμα νοσώδης, ὥστε καὶ [13] τῇ κεφαλῇ καὶ ταῖς χερσὶν [g] ὑποτρέμειν. καὶ διὰ τοῦτο [14] καὶ τῷ φωνήματι ἐσφάλλετο, καὶ οὐ πάντα

fecta, reliquum diei, & nox tota abſumpta. Interim milites quidam rapinæ cauſa palatium ingreſſi, Claudium (qui propterea, quod cum Cajo agebat, tumultum metuens, ſe abdiderat) in obſcuro angulo occultatum invenientes, primum protraxerunt, alium quendam eſſe, ac ſecum aliquid habere arbitrati: mox cognitum imperatorem ſalutaverunt, ac in caſtra duxerunt. Ibi omnium conſenſu militum ei, velut qui ex imperatorio genere ortus eſſet, ac vir bonus haberetur, ſumma rerum eſt delata. Conſules quum adhuc, miſſis tum aliis, tum tribunis plebis, eum monuiſſent, ne principatum capeſſeret, ſed populi ſenatusque & legum poteſtati ſe permitteret: poſtquam a ſuis etiam militibus deſeri ſe viderunt, ipſi quoque aſſenſi ſunt, ac imperium ei cæteraque huc ſpectantia decreverunt.

A.U.C.794 Pomponio Secundo & Cn. Sentio COSS. ſuff.

2. Ita Tiberius Claudius Nero Germanicus, Druſi filius, Liviæ nepos, imperator factus eſt, quum præter conſulatum, nullum unquam imperium geſſiſſet. Annum agebat ætatis quinquageſimum. Animi bonis non deſtituebatur, ita in litterarum ſtudiis verſatus, ut quædam etiam ſcripſerit. At corpus ei morbis obnoxium, tremore capitis & manuum laborabat, voce quoque hinc male affecta. Itaque non omnia ipſe ſua voce pronuntiabat, de quibus in ſenatu

c τῷ Γαΐῳ. addit Zon. τοῦ θεάτρου ἐξερχομένῳ. *d* γνωρίσαντες. γνώσαντες, Xiph. minus bene. *e* πᾶν τὸ κράτος αὐτῷ. hæc verba *apud Xiph.* aptius ſubjunguntur illis præcedentibus μετὰ τῶν ἄλλων πᾶν τὸ κράτος αὐτῷ, οἷα &c. *f* αὐταρχίαν. addit Xiph. αὐτοῦ, quod minus neceſſarium videtur. *g* ὑποτρέμειν. Suidas τρέμειν, in Κλαύδιος, ubi hunc locum inde a verbis τὴν μὲν ψυχὴν οὐ φαῦλος, usque ad verba p. 666. A. δίος ἐνέβαλεν, ſed liberius exſcripſit, omiſſis multis, aliis leviter mutatis, quæ tanti non ſunt ut hic annotentur. Jo. Antiochenus apud Valeſ. in Excerpt. Peir. p. 805. ſq. qui & ipſe quædam ex hoc loco petiit, habet ὑπ[…]ρέμειν.

§ 4. (l. 9.) στρατιῶταί τινες] *Latentem inter prætenta foribus vela, diſcurrens forte gregarius miles* (prætorianus, *Gratus* nomine, Joſeph. XIX. 3.) *animadverſis pedibus e ſtudio ſciſcitandi, quisnam eſſet agnovit, extractumque & præ metu ad genua ſibi accidentem, Imperatorem ſalutavit. Hinc ad alios commilitones fluctuantes, nec quicquam adhuc quam frementes, perduxit.* Sueton. c. 10.

§ 5. (l. 16.) ἐς τὸ στρατόπεδον] E palatio in caſtra prætoriana, ut præter Suetonium pluribus Joſephus commemorat. Numum Claudii, in quo caſtra illa cum verbis IMPER. RECEPT. apud Torrentium videbis ad Suet. Claud. c. 10.

§ 6. (l. 17.) οἷα τοῦ βασιλικοῦ γένους] Claudius frater Germanici, *Caji* Imperatoris patruus, filius Antoniæ (infra D.) & Druſi, qui *Tiberii* frater, Liviæ filius, *Auguſti* privignus erat.

§ 7. (l. 18.) τὸ κράτος αὐτῷ ἔδωκαν] Addit Zonaras pag. 560. A. εἰ γὰρ καὶ ἀνεδύετο καὶ ἀντέλεγεν, ἀλλ' ὅσον ἐξίστατο καὶ ἀντίκειτο, τοσοῦτον μᾶλλον ἀντεφιλονείκουν οἱ στρατιῶται μὴ παρ' ἑτέρων λαβεῖν αὐτοκράτορα, ἀλλ' αὐτοὶ δοῦναι πᾶσι. διὸ καὶ ἄκων, ὡς ἐδόκει, ὑπέκυψεν. *Etſi enim recuſabat & refragabatur; tamen quo plus ille ſubducere ſe & reniti cœpit, eo plus contendere milites, ne ab aliis imperatorem acciperent, ſed ipſi omnibus darent. Itaque invitus tandem, ut videbatur, ceſſit.* Quæ vix dubito, ſicut antecedentia & ſequentia omnia, ex Dione petita eſſe. REIM.

§ 8. (l. 19.) ἄλλους μὲν καὶ δημάρχους] Sueton. c. 10. *Accitus & ipſe* (Claudius, utpote ſenator p. 644. C.) *per tribunum plebis in curiam, ad ſuadenda quæ viderentur: vi ſe & neceſſitate teneri* (militum in caſtris ipſum circumdantium) *reſpondit.* Joſephus duos tribunos plebis Veranium & Brocchum nominat, ad Claudium ablegatos, additque, eosdem Claudium monuiſſe, ut ſi imperium ambiret, illud a ſenatu potius acciperet quam a militibus. Ipſum vero nec auſum ſenatus ſe fidei committere, & ab Agrippa rege (τυραννοδιδασκάλῳ, ſupra p. 658. E.) excitatum, militibus potius drama illud peragendum conceſſiſſe.

§ 9. (l. 26.) Τιβέριος Κλαύδιος Νέρων Γερμανικὸς] Sic & Xiphilini ac Zonaræ codices. Nec diſſentit Suetonius, c. 2. nam & apud illum, pro *Tiberius Claudius Druſus,* in codice Viterbienſi Caſaubonus reperit, *Tiberius Claudius Nero.* Claudius etiam intelligitur apud Vopiſcum in Aureliano c. 21. ubi *Neronem* ſcribit pomœrium urbis protuliſſe, quod de Claudio Tacitus XIII. 23. *Tiberium* vocat Auguſtus avus in epiſtolis apud Suetonium, c. 4. *Germanici* cognomen, quod & in numis Claudio ſubinde tribuitur, aſſumſit, fratre Germanico in familiam Juliam aſſumto, ut ab eodem Suetonio annotatum eſt. In edictis Claudii apud Joſephum XIX. 5. Τιβέριος Κλαύδιος Καῖσαρ Σεβαστὸς Γερμανικός.

§ 10. (l. 30.) ὑπάτευσεν] A. U. C. 790. p. 644. C.

§ 11. (l. 30.) πεντηκοστὸν ἔτος τῆς ἡλικίας] Natus Kalend. Auguſt. Julio Antonio & Fabio Africano Coſſ. A. U. C. 744. Sueton. c. 2.

§ 12. (l. 32.) ἐν παιδείᾳ ἤσκητο, ὥστε καὶ συγγράψαι τινά] Eadem ex Dione non Xiphilinus tantum & Zonaras, ſed & Jo. Antiochenus in Excerptis Peireſcianis p. 805. ſq. & Suidas in Κλαύδιος. Dio fortaſſe ex Suetonio, cujus hæc ſunt verba c. 3. *Diſciplinis liberalibus ab ætate prima non mediocrem operam dedit, ac ſæpe experimenta cujusque etiam publicavit.* De hiſtoria a Claudio ſcripta, & aliis ejus ingenii monumentis Latinis Græcisque, idem c. 41. 42. qui c. 40. *principem neque infacundum neque indoctum, imo etiam pertinaciter liberalibus ſtudiis deditum* appellat, & c. 33. memorat ejus librum de arte aleæ c. 11. Comœdiam Græcam, & hiſtorias citat c. 21. Libri vero de Analogia, quos laudat Joh. Sarisberienſis VIII. 10. Policratici p. 576. non Claudii ſunt, ſed C. Julii Cæſaris, ut monuit Triſtanus T. I. p. 180. Hiſtoriarum quoque apud Senecam mentio in Apocolocyntoſi p. 849.

§ 13. (l. 34.) τῇ κεφαλῇ καὶ ταῖς χερσὶν ὑποτρέμειν] Sueton. c. 30. *Ingredientem deſtituebant poplites minus firmi, & remiſſe quid vel ſerio agentem multa dehoneſtabant; riſus indecens, ira turpior ſpumante rictu, humentibus naribus; præterea linguæ titubantia, caputque cum ſemper, tum in quantulocunque actu vel maxime tremulum.* Aſſidue caput moventem, & pedem dextrum trahentem, inducit Seneca.

§ 14. (l. 35.) καὶ τῷ φωνήματι ἐσφάλλετο] Auguſtus de eo apud Suetonium c. 4. *qui tam* ἀσαφῶς *loquatur, qui poſſit, cum declamat,* σαφῶς *dicere.* Seneca Apocolocyntoſi ei tribuit *vocem nullius terreſtris animalis, ſed qualis eſſe marinis belluis ſolet, raucam & implicatam: aitque, reſpondiſſe neſcio quid perturbato ſono & voce confuſa.*

A.U.C.794 Pomponio Secundo & Cn. Sentio COSS. ſuff.

ſenatu referret, ſed recitanda fere quæſtori, idque præſens initio, dabat: quæ vero ipſemet, ea ſedens plerumque recitabat. Primus hic inter Romanos ſella ſupra caput operta uſus eſt, ex quo tempore etiamnum, non imperatores modo, ſed nos quoque, qui conſulatum geſſimus, ſella geſtamur; quum ante Auguſtus & Tiberius atque alii quidam lecticis tantum geſtarentur interdum, quibus noſtro adhuc tempore mulieres uti conſueverunt. Enimvero hoc ei non perinde vitio datum eſt, ut libertorum & mulierum conſuetudo. Nam inter ejus ſimiles nemo unquam evidentius a famulis & mulieribus ſe regi paſſus eſt. Nimirum a puero inter ſiniſtram valetudinem, & multum timorem educatus, majorem, quam vere ipſi ineſſet, ſimplicitatem (quod ipſe etiam in ſenatu aliquando confeſſus eſt) præ ſe ferebat; præterea quod diu cum avia Livia, diu cum matre Antonia, & libertis vixiſſet, ac inter multas præterea mulieres verſatus eſſet, nihil in ſe dignum liberali indole habebat: ſed quanquam in omnes Romanos, ac ſubditos eorum, imperium teneret, tamen mancipium erat. Maxime autem fraus ei parabatur in compotationibus, ac re Venerea; quibus utriſque immodice deditus, iis occaſionibus facillime circumveniebatur. Inerat ei præterea timiditas, qua ſæpe perculſus, nihil ſani conſilii capere potuit. Eoque ipſo uſi adjumento, qui Claudium ſibi mancipaverant, pleraque perficiebant. Nam & terrorem ei incuſſum in ſuam rem vertebant, & tantum aliis hominibus metum injiciebant, ut (quo rem uno exemplo demonſtrem) multi, ab ipſis & Claudio ad cœnam eadem die vocati, hoc quaſi aliam ob cauſam neglecto, ad illos commeaverint.

3. His fere Claudius, ut ſummatim dicam, erat moribus.

πάντα ὅσα ἐς τὸ συνέδριον ἐσέφερεν, αὐτὸς ἀνεγίνωσκεν, ἀλλὰ [15] τῷ ταμιείᾳ, τήν γε πρώτην καὶ παρὼν, ὥς γε πλήθει, ἀναλέγεσθαι ἐδίδου. ὅσα δ' οὖν αὐτὸς ἀνεγίνωσκε, καθήμενος ὡς τὸ πολὺ ἐπελέγετο. καὶ μέντοι καὶ [16] δίφρῳ καταστέγῳ πρῶτος Ῥωμαίων ἐχρήσατο, καὶ ἐξ ἐκείνου καὶ νῦν οὐχ ὅτι οἱ αὐτοκράτορες, ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς οἱ ὑπατευκότες διφροφορούμεθα· πρότερον δὲ ἄρα ὅ, τε Αὔγουστος καὶ ὁ Τιβέριος, ἄλλοι τέ τινες ἐν σκιμποδίοις, ὁποίοις αἱ γυναῖκες ἔτι καὶ νῦν [h] νομίζουσιν, ἔστιν ὅτε ἐφέροντο. οὐ μέντοι καὶ διὰ ταῦθ' οὕτως, ὅσον ὑπό τε τῶν [17] ἐξελευθέρων καὶ ὑπὸ τῶν γυναικῶν αἷς συνῆν, ἐκακύνετο. περιφανέστατα γὰρ τῶν [i] ὁμοίων ἐδουλοκρατήθη τε καὶ ἐγυναικοκρατήθη. ἅτε γὰρ ἐκ παίδων ἔν τε νοσηλείᾳ [18] καὶ ἐν φόβῳ πολλῷ τραφεὶς, καὶ διὰ τοῦτο ἐπὶ πλεῖον τῆς ἀληθείας εὐήθειαν προσποιησάμενος, ([19] ὅπερ που καὶ αὐτὸς ἐν τῇ βουλῇ ὡμολόγησε) καὶ πολὺν μὲν χρόνον τῇ τήθῃ [20] Λιουίᾳ, πολὺν δὲ καὶ τῇ μητρὶ Ἀντωνίᾳ, τοῖς τε ἀπελευθέροις, συνδιαιτηθεὶς, καὶ προσέτι καὶ ἐν συνουσίαις γυναικῶν πλείοσι γενόμενος, οὐδὲν ἐλευθεροπρεπὲς ἐκέκτητο, ἀλλὰ καίπερ καὶ τῶν Ῥωμαίων ἁπάντων καὶ τῶν ὑπηκόων αὐτῶν κρατῶν, ἐδεδούλωτο. ἐπετίθεντο δ' αὐτῷ ἔν τε τοῖς πότοις μάλιστα, καὶ ἐν ταῖς μίξεσι. πάνυ γὰρ ἀπλήστως ἀμφοτέροις σφισι προσέκειτο, καὶ ἦν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ [k] εὐαλωτότατος. πρὸς δὲ καὶ [21] δειλίαν εἶχεν, ὑφ' ἧς πολλάκις ἐκπληττόμενος, οὐδὲν τῶν προσηκόντων ἐξελογίζετο. καὶ αὐτοῦ καὶ τοῦτο προσλαμβάνοντες, οὐκ ἐλάχιστα κατειργάζοντο. καὶ ἐκεῖνόν τε γὰρ ἐκφοβοῦντες, ἐξεκαρποῦντο, καὶ τοῖς ἄλλοις τοσοῦτον δέος ἐνέβαλλον, ὥσθ', ἵνα συλλαβὼν εἴπω, πολλοὶ ἐπὶ δεῖπνον ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ ὑπό τε τοῦ Κλαυδίου καὶ ὑπ' αὐτῶν καλούμενοι, [l] τὸν μὲν ὡς καὶ κατ' ἄλλο τι, παρίεντο, πρὸς δὲ ἐκείνους ἐφοίτων.

C

D

E

666

Τοιοῦτος οὖν δή τις, ὥς γε συνελόντι εἰπεῖν, ὤν,

h νομίζουσιν. ſic & Xiph. ſunt qui κομίζοντας velint. ſed nihil mutandum cenſeo. i τῶν ὁμοίων, addit Xiph. αὐτῶν, quod tamen in margine tantum exhibet Br. indicium variæ lectionis. poſt τε in Xiph. additur ἅμα. k εὐαλωτότατος. ſic emendavit HS. quem ſequitur L. ἐναλωτότατος, RS. & ſic vulgo Xiph. ſed pro HS. facit Br. l τὸν μὲν. ita ſcripſi ex Xiph. vulgo μὲν omittitur, ſed male, quia ſequitur, πρὸς δὲ ἐκείνους.

§ 15. (l. 37.) τῷ ταμιείᾳ] Vide ad p. 539. C. 587. C. 895. D. De Claudii valetudine etiam infra p. 672. E. ſq. Suetonius tamen c. 31. *Valetudine, ſicut olim gravi, ita Princeps perproſpera uſus eſt, excepto ſtomachi dolore.*

§ 16. (l. 40.) δίφρῳ καταστέγῳ] Sella ſupra caput tecta quidem, ſed non clauſa a lateribus, quales erant lecticæ fœminarum. vide Johannem Schefferum lib. II. de re vehiculari c. 4. p. 68. [Xylandrum, qui *lecticam opertam* reddiderat, reprehendit Lipſius Elector. I. 19. T. I. Opp. pag. 269. ſq. oſtendens, lecticam σκιμπόδιον, non δίφρον, quæ ſella eſt, dici; lecticamque opertam diu ante Claudium in uſu fuiſſe.]

§ 17. (l. 47.) ἐξελευθέρων καὶ γυναικῶν] Claudius mancipium libertorum ſuorum, Poſidis ſpadonis, Felicis, Harpocratæ, Polybii, Narciſſi ac Pallantis, de quibus Suetonius, cap. 28. ſq. Myronis, Amphæi & Pheronactis cum Polybio & Harpocrate meminit & Seneca in Apocolocyntoſi, quos omnes Claudius occidit. Idem non minus mancipium uxorum, Valeriæ Meſſalinæ, quam & ipſam interemit, ac deinde Agrippinæ, infra p. 670. C. 673. E. 684. A. Sueton. c. 25. *ſed & hæc & cetera, totumque adeo ex parte magna principatum, non tam ſuo quam uxorum libertorumque arbitrio adminiſtravit: talis ubique plerumque, qualem eſſe eum aut expediret illis, aut liberet.* Philoſtratus lib. V. de vita Apollonii c. 27. ait, Claudium μαλθακῶς γυναίοις τὴν ἀρχὴν ἀνεῖναι, *imperium mulierculis depaſcendum permiſiſſe.* & c. 32. ὑπὸ γυναίων ἐμβροντηθέντα ἐπιλαθέσθαι τοῦ ἄρχειν, ἀλλὰ καὶ τοῦ ζῆν, mulierculis attonitum non imperii ſolum ſed vitæ eſſe oblitum. Julianus in Cæſaribus ait, Claudium abſque Narciſſo & Pallante ſi eſſet, & abſque Meſſalina conjuge, perſonam mutam acturum fuiſſe in imperio, tanquam in Dramate, ἔστι γὰρ ἐκείνων δίχα τουτὶ τῆς τραγῳδίας τὸ δορυφόρημα, μικροῦ δεῖν ἄφωνον καὶ ἄψυχον. p. 310. Seneca: *Putares, omnes illius eſſe libertos, adeo illum nemo curabat.* Sic Auſonii ut dicam verbis, in Cæſaribus p. 21.

Libertina ferens nuptarumque improba facta,
Non faciendo nocens, ſed patiendo fuit.

§ 18. (l. 51.) καὶ ἐν φόβῳ πολλῷ τραφεὶς] Sueton. c. 2. *Diu, atque etiam poſt tutelam receptam, alieni arbitrii & ſub pædagogo fuit: quem barbarum & olim ſuperjumentarium, ex induſtria ſibi appoſitum, ut ſe quibuscunque de cauſis quam ſæviſſime coërceret, ipſe quodam libello conqueritur.* C. Cæſar apud Senecam extremo Apocolocyntoſeos producit teſtes, qui Claudium viderant ab illo flagris, ferulis, colaphis vapulantem.

§ 19. (l. 53.) ὅπερ που αὐτὸς ὡμολόγησε] Suetonius c. 38. *Ac ne ſtultitiam quidem ſuam reticuit, ſimulatamque a ſe ex induſtria ſub Cajo, quod aliter evaſurus, perventurusque ad ſuſceptam ſtationem non fuerit, quibusdam oratiunculis teſtatus eſt. Nec tamen perſuaſit, quum intra breve tempus liber editus ſit, cui index erat* μωρῶν ἐπανάστασις, *argumentum autem, ſtultitiam neminem fingere.* Falſum tamen eſſe libri illius argumentum, ſatis ſuperque probant exempla Davidis, Solonis, Ulyſſis, Junii Bruti, qui ex induſtria, neque infeliciter, furere ſeſe, vel tardos & hebetes aſſimularunt. De Claudio noſtro ſupra p. 658. B.

§ 20. (l. 54.) Λιουίᾳ, Ἀντωνίᾳ] Antonia minor, M. Antonii triumviri filia, quæ ex Druſo Germanicum Claudiumque

ὧν, [22] οὐκ ὀλίγα καὶ τῶν δεόντων ἔπραττεν, ὁπότε ἔξω τε τῶν προειρημένων παθῶν ἐγίγνετο, καὶ ἑαυτοῦ ἐκράτει. λέξω δὲ καὶ καθ' ἕκαστον
B ὧν ἐποίησε. τὰ μὲν ψηφισθέντα οἱ [23] εὐθὺς πάντα, πλὴν τῆς τοῦ πατρὸς ἐπωνυμίας, ἐδέξατο· ταύτην γὰρ μετὰ ταῦτα προσέθετο· οὐ μέντοι καὶ παραυτίκα, ἀλλ' ὀψὲ καὶ τριακοστῇ ἡμέρᾳ ἐς τὴν βουλὴν ἐσῆλθε. τόν τε γὰρ Γάϊον οὕτως ὁρῶν ἀπολωλότα, καὶ πυνθανόμενός [24] τινας, ὡς καὶ βελτίονας ἑαυτοῦ, πρὸς τὴν ἀρχὴν ὑπ' αὐτῆς προβεβλῆσθαι, οὐκ ἐθάρσει, ἀλλὰ τά τε ἄλλα ἀκριβῶς ἐφυλάττετο, καὶ πάν-
C τας τοὺς προσιόντας οἱ καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας [25] ἐρευνᾶσθαι ἐποίει, μή τι ξιφίδιον ἔχωσιν. ἔν τε τοῖς συμποσίοις πάντως τινὰς στρατιώτας συνόντας εἶχε. καὶ τοῦτο μὲν ἐξ ἐκείνου καταδειχθὲν, καὶ δεῦρο ἀεὶ γίγνεται. ἡ δὲ δὴ ἔρευνα ἡ διὰ πάντων, [26] διὰ Οὐεσπασιανοῦ ἐπαύσατο. [27] τὸν μὲν οὖν Χαιρέαν, καί τινας ἄλλους, καίπερ πάνυ ἐπὶ τῷ τοῦ Γαΐου θανάτῳ ἡσθεὶς, ὅμως ἀπέκτεινεν. οὐ γὰρ, ὅτι τὴν ἀρχὴν διὰ τὴν ἐκείνου πρᾶξιν εἰλήφει, χάριν αὐτῷ ᾔδει, ἀλλ' ὅτι ἐτόλμησεν αὐτοκράτορα ἀποσφάξαι, ἐδυσχέραινεν, πόῤῥωθεν [m] τὸ καθ' ἑαυτὸν ἐς ἀσφά-
D λειαν προορώμενος. ἔπραξε δὲ τοῦτο, οὐχ ὡς καὶ τῷ Γαΐῳ τιμωρῶν, ἀλλ' ὡς ἑαυτῷ [n] ἐπιβουλεύσαντα λαβών. καὶ οἱ [28] ὁ Σαβῖνος ἑκὼν συναπέθανε, μὴ ἀξιώσας κολασθέντος αὐτοῦ περιεῖναι. τοῖς γε μὴν ἄλλοις, οἳ τὴν δημοκρατίαν ἐκφανῶς ἐσπούδασαν, ἢ καὶ ἐπίδοξοι λήψεσθαι τὸ κράτος ἐγένοντο, οὐχ ὅσον οὐκ ἐμνησικάκησεν, ἀλλὰ καὶ τιμὰς καὶ ἀρχὰς ἔδωκεν. ἐκδηλότατα γὰρ καὶ [o] ἐν τοῖς πάντων πώποτε, οὐ τῷ λόγῳ μόνον [29] τὴν ἄδειαν σφίσι, [30] κατὰ τὸν τῶν Ἀθηναίων ζῆλον, (ὡς ἔλεγεν) ὑπέσχετο, ἀλλὰ καὶ τῷ ἔργῳ παρέσχε. τό, τε ἔγκλημα τῆς ἀσεβείας ὁμοίως οὐκ ἐν τοῖς γράμμασι μόνοις, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς πράξεσιν, ἔπαυσε καὶ οὐδένα διὰ τοιοῦ-

moribus. Attamen multa quoque recte egit, quum ſui compos, prædictis affectibus vacaret. Verum ſingulas nunc ejus actiones perſequar. Decretos ſibi honores ſtatim accepit, præter Patris Patriæ nomen, quod poſt aliquod tempus ſuſceptum ab eo eſt. Non ſtatim tamen, ſed vix triceſimo demum die in ſenatum venit. Quum enim videret, quo pacto Cajus periiſſet, audiretque a ſenatu aliquos, tanquam ſe meliores, quibus imperium daretur, fuiſſe nominatos; nequaquam animi fidens, exquiſita uſus eſt cuſtodia: juſſitque omnes ad ſe acceſſuros, viros mulieresque, excuti, ne quem pugionem ſecum ferrent, omnibusque in conviviis aliquot milites adſtantes habuit: quod ab eo tempore demonſtratum, hodieque durat. At explorationem iſtam, quæ ſine exceptione ſolebat fieri, Veſpaſianus abolevit. Cæterum Chæream Claudius, quanquam ei mors Caji eſſet gratiſſima, & quosdam alios, necavit: non gratias ei habens, quod ipſius facinore ad imperium evectus eſſet; ſed iratus eidem, qui auſus fuiſſet principem trucidare, ac in futurum de ſua ipſe ſecuritate ſollicitus. Itaque & hoc non ulciſcendi Caji prætextu fecit, ſed quaſi eum ſibi quoque inſidias ſtruxiſſe deprehendiſſet. Sabinus, eo interemto, mortem ultro ſibi conſcivit, indignum ratus, ſi Chæreæ ſupplicio ſupereſſet. At reliquis, qui aut palam reipublicæ formam popularem expetiiſſent, aut pro exiſtimatione ſua videbantur principatum adipiſci potuiſſe, non modo omnem offenſæ memoriam remiſit; ſed honoribus etiam eos, ac magiſtratibus ornavit: apertiſſime, ſi quis unquam, non modo verbis omnium ante actorum iis veniam pollicitus, exemplo, ut ajebat, Athenienſium, ſed re præſtans quoque. Similiter impietatis in Principem accuſationes & edictis, & ipſo quoque facto ab-

A.U.C. 794 Pomponio Secundo & Cn. Sentio COSS. ſuff.

m τὸ καθ' ἑαυτὸν ἐς ἀσφάλειαν. τὸ καθ' ἑαυτὸν ἀσφαλὲς, Xiph. melius. n ἐπιβουλεύσαντα. ἐπιβουλεύσοντα, L. ad marg. ἐπιβουλεύσαντας τούτους λαβὼν, Xiph. etiam de complicibus loquens. quæ lectio defenditur loco Suetonii: *tribunos ſuam quoque cædem depopoſciſſe.* o ἐν τοῖς πάντων πώποτε. locus mendoſus, X. medelam, quam Xyl. non attulerat, Leunclavius hanc paravit: καὶ ἐν τούτοις πάντων τῶν πώποτε συμβεβηκότων, ὃν τῷ &c. Oddey: ἐκ τῶν πάντων πώποτε &c. mihi ſimplicius videtur, ſic confuſioni librarii ſuccurrere, ut caſus duorum vocabulorum permutatos dicamus: καὶ ἐν πᾶσι τῶν πώποτε, ὃν τῷ &c.

que genuit. *Livia* Druſi mater, Auguſto deinde nupta, Claudii avia. Utrique vero deſpectus Claudius, teſte Sueton. c. 3. Antoniæ matris iterum mentio infra p. 667. D. & apud Joſephum XVIII. 6. § 4. & 6.

§ 21. (l. 63.) δειλίαν εἶχεν] *De* timiditate Claudii & pavore ac diffidentia, multis idem Suetonius, c. 35. ſq. infra p. 674. A.

§ 22. (l. 74.) οὐκ ὀλίγα καὶ τῶν δεόντων] Aurelius Victor: *Claudius quanquam ventri fœde obediens, vecors juxta atque immemor, pavidusque animi & ignavior eſſet, pleraque per formidinem, tamen egregie conſultabat.*

§ 23. (l. 77.) εὐθὺς πάντα πλὴν τῆς τοῦ πατρὸς ἐπωνυμίας] Diſſentit Suetonius c. 12. quo teſte Claudius *in ſemet augendo parcus, atque civilis, prænomine Imperatoris abſtinuit,* (ut de Tiberio dictum p. 602. D. 607. A.) Etiam Dio infra p. 667. E. ait, Claudium nihil ſuſcepiſſe ἔξω τῶν ὀνομάτων εἰς τὴν ἀρχὴν φερόντων. etiam alios majores honores recuſaſſe. p. 668. A.

§ 24. (l. 83.) τινὰς ὡς καὶ βελτίονας ἑαυτοῦ] Vide ſupra § 3.

§ 25. (l. 87.) ἐρευνᾶσθαι ἐποίει] Sueton. c. 35. *Primis imperii diebus, quanquam jactator civilitatis, neque convivia inire auſus eſt, niſi ut ſpeculatores cum lanceis circumſtarent, militesque vice miniſtrorum fungerentur: neque ægrum quenquam viſitavit, niſi explorato prius cubiculo, culcitisque & ſtragulis prætentatis & excuſſis. Reliquo autem tempore ſalutatoribus ſcrutatores ſemper appoſuit, & quidem omnibus, & acerbiſſimos. Sero enim ac vix remiſit, ne feminæ prætextatique pueri & puellæ contrectarentur, & ne cuivis comiti aut librario calamariæ aut graphiariæ thecæ adimerentur.*

§ 26. (l. 91.) διὰ Οὐεσπασιανοῦ] Sueton. Veſpaſ. c. 12. *conſuetudinem ſalutantes ſcrutandi, manente adhuc bello civili, omiſerat.*

§ 27. (l. 91.) τὸν μὲν οὖν Χαιρέαν] *Chæream,* Caji interfectorem, una cum *Lupo,* qui uxorem Caji & filiam trucidaverat, & cum aliis compluribus, ductum ad ſupplicium, narrat Joſephus XIX. 4. Suetonius c. 11. *Tribunis modo ac centurionibus paucis e conjuratorum in Cajum numero interemtis, exempli ſimul cauſſa,* (πόῤῥωθεν τὸ καθ' ἑαυτὸν ἀσφαλὲς προορώμενος.) *& quod ſuam quoque cædem depopoſciſſe cognoverat.* Neſcio unde Xylander deinde pro *Chærea, Thraſeam* poſuerit.

§ 28. (l. 100.) ὁ Σαβῖνος] Cornelius Sabinus, de quo pag. 662. D. Idem Joſephus: Σαβῖνος δὲ, Κλαυδίου μὴ μόνον αἰτίας ἀπαλλάξαντος αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀρχὴν ἣν εἶχεν ἐφιέντος, ἄδικον ἡγεῖτο τὴν ἐκλιπεῖν τῆς πρὸς τοὺς συνωμοκότας πίστεως, σφάζει τε ἑαυτὸν, περιπεσὼν τῷ ξίφει, μέχρι δὴ καὶ τὴν κώπην τῷ τραύματι συνελθεῖν.

§ 29. (l. 7.) τὴν ἄδειαν σφίσι] Sueton. c. 11. *Imperio ſtabilito nihil antiquius duxit, quam id biduum, quo de mutando Reipub. ſtatu hæſitatum erat, memoriæ eximere. Omnium itaque factorum dictorumque in eo veniam & oblivionem in perpetuum ſanxit ac præſtitit.*

§ 30. (l. 7.) κατὰ τὸν τῶν Ἀθηναίων ζῆλον] Vide de eorum amneſtia ad p. 252. D.

A.U.C.794 Pomponio Secundo & Cn. Sentio COSS. ſuff.

abolevit; neque præteritorum, neque poſteriorum hujusmodi criminum cauſa, quopiam punito. Qui privatum ipſum injuria aut contumelia læſiſſent, (quod multi quondam fecerant, hominem nullius pretii exiſtimantes, ac Tiberii & Caji gratiam captantes) eorum neminem ficto crimine ultus eſt: ſed ſi quis alterius quoque facinoris reus fieret, ſupplicium propter ſe quoque ſumpſit.

4. Vectigalia Caji introducta imperio, & reliqua ejus acta, quæ reprehenſionem merebantur, abrogavit: non quidem ſimul, ſed ut in ſingula per occaſiones incidit. In exilium ab eo præter meritum miſſos, interque eos etiam ſorores ejus Agrippinam & Juliam reduxit, ac bona iis reſtituit. Quum in carcere permulti vinculis tenerentur, dimiſſis iis, qui propter majeſtatis objectum crimen, aut aliud id genus, in eum conjecti eſſent, in vere ſontes alios exempla ſtatuit; habita diligentiſſima inquiſitione, ne vel vere noxii propter circumventos calumniis abſolverentur, vel hi propter illos una perirent. Quotidie propemodum, vel cum univerſo ſenatu, vel ſolus ipſe, plerumque in foro, quandoque alibi pro tribunali, de cauſis cognoſcebat: renovato more de adſeſſoribus principis, qui ab eo tempore, quo in inſulam Tiberius ſeceſſit, interciderat. Sæpenumero etiam cum conſulibus ac prætoribus, iis præſertim qui adminiſtrationi ærarii præeſſent, judicia obibat, ac pauca omnino aliis judiciis committebat. Venena, quæ in Caji ſcrinio multa inventa erant, librosque Protogenis, (quem ipſum quidem Claudius interemit) & literas, quas cremaviſſe ſe Cajus ſimulaverat, tum in palatio repertas, cum ſenatoribus oſtendiſſet, legendasque exhibuiſſet iis, a quibus & contra quos ſcriptæ erant, combuſſit. Quum ſenatus Cajum ignominia notare vellet, ei ſenatusconſulto interceſſit: ipſe vero ejus ſtatuas omnes noctu ſuſtulit. Hinc Caji nomen non eſt in numero imperatorum, quorum

τοιοῦτόν τι οὔτε ἐπὶ τοῖς προτέροις, οὔτε ἐπὶ τοῖς ἔπειτα ἐκόλασε. τούς γε μὴν ἀδικήσαντάς τι, ἢ καὶ προπηλακίσαντας αὐτὸν ἰδιώτην ὄντα, (πολλοὶ δὲ ταῦτα ἄλλως τε [31] ὡς μηδενὸς λόγου ἄξιον, καὶ οἱ μὲν, τῷ Τιβερίῳ, οἱ δὲ, τῷ Γαΐῳ χαριζόμενοι, ἐπεποιήκεσαν) πλαστῷ μὲν ἐγκλήματι οὐδενὶ μετῄει· εἰ μέντοι ἄλλο κακουργοῦντας εὕρισκε, καὶ δι᾽ ἐκεῖνα ἐτιμωρεῖτο. E

[32] Τά τε τέλη τὰ ἐπὶ τοῦ Γαΐου ἐσαχθέντα, καὶ τἆλλα ὅσα ἐπηγορίαν τινὰ τῶν πραχθέντων ὑπ᾽ αὐτοῦ εἶχε, κατέλυσε μὲν, οὐκ ἀθρόα δὲ, ἀλλ᾽ ὥς ἑκάστῳ πῃ προσέτυχε. καὶ τοὺς ἐκπεσόντας ἀδίκως ὑπ᾽ αὐτοῦ, τούς τε ἄλλους, καὶ τὰς ἀδελφὰς, τήν τε [33] Ἀγριππῖναν καὶ τὴν Ἰουλίαν, καταγαγὼν, τὰς οὐσίας σφίσιν ἀπέδωκε. τῶν τε ἐκ τοῦ οἰκήματος (πλεῖστοι δὲ ἐδέδεντο) τοὺς μὲν ἐπ᾽ ἀσεβείᾳ, τοιούτοις τέ τισιν ἐγκλήμασιν ἑτέροις ἐμπεπτωκότας, ἀπήλλαξε· τοὺς δ᾽ ὄντως ἀδικοῦντας ἐκόλασε. σφόδρα γὰρ ἀκριβῶς σφᾶς ἐξήτασεν, ὅπως μήθ᾽ οἱ κακουργήσαντές τι, διὰ τοὺς συκοφαντουμένους ἀφεθῶσι, μήθ᾽ οὗτοι δι᾽ ἐκείνους παραπόλωνται. καὶ καθ᾽ ἑκάστην γε ὡς εἰπεῖν ἡμέραν, ἤτοι γε μετὰ πάσης τῆς γερουσίας, ἢ καὶ ἰδίᾳ, τὸ μὲν πλεῖστον ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἤδη δὲ καὶ ἄλλοθι, [34] ἐπὶ βήματος ἐδίκαζε. καὶ γὰρ [35] τὸ κατὰ τοὺς συνέδρους ἐκλειφθὲν, ἐξ οὗ ὁ Τιβέριος ἐς τὴν νῆσον ἐξεχώρησεν, ἀνενεώσατο. πολλάκις δὲ καὶ τοῖς ὑπάτοις τοῖς τε στρατηγοῖς, καὶ μάλιστα [36] τοῖς τὴν διοίκησιν ἔχουσι, συνεξητάζετο, καὶ ὀλίγα παντελῶς τοῖς ἄλλοις δικαστηρίοις ἐπέτρεπε. [37] τά τε φάρμακα, ἃ πολλὰ ᵖ ἐν τοῖς τοῦ Γαΐου εὑρέθη, καὶ [38] τὰ βιβλία τὰ τοῦ Πρωτογένους, (ὃν καὶ ἀπέκτεινε) τά τε γράμματα ἃ ἐπλάσατο μὲν ὁ Γάϊος κεκαυκέναι, εὑρέθη δὲ ἐν τῷ βασιλικῷ ὄντα, τοῖς τε βουλευταῖς ἐπέδειξε, καὶ ἔδωκε καὶ αὐτοῖς ἐκείνοις τοῖς τε γράψασιν αὐτὰ, καὶ καθ᾽ ὧν ἐγέγραπτο, ἀναγνῶναι· καὶ μετὰ τοῦτο κατέφλεξεν. ἀλλὰ καὶ τῆς γερουσίας [39] ἀτιμῶσαι τὸν Γάϊον ἐθελησάσης, ψηφισθῆναι μὲν αὐτὸς ἐκώλυσεν, ἰδίᾳ δὲ [40] τὰς εἰκόνας αὐτοῦ νυκτὸς ἁπάσας ἠφάνισε. καὶ διὰ ταῦτα τὸ μὲν ὄνομα αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἐν τῷ καταλόγῳ τῶν αὐ- 667 B C D

ᵖ ἐν τοῖς τοῦ Γαΐου. ita malui plenius ſcribere ex Z. quam ἐν τοῦ Γαΐου, ut vulgo in Dione legitur. forte & addas κιβωτίοις.

§ 31. (l. 15.) ὡς μηδενὸς λόγου ἄξιον] Claudium variis obnoxium contumeliis, cum adhuc junior ac privatus eſſet, demonſtrat Suetonius c. 8. qui c. 38. refert, ſcribam quæſtorium inauditum & innoxium a Claudio relegatum, *quod adverſus privatum ſe intemperantius affuiſſet.*

§ 32. (l. 21.) τά τε τέλη τὰ ἐπὶ τοῦ Γαΐου] De his idem Suetonius in Caligula c. 40. De Claudio autem Aurelius Victor: *lata jura quam commodiſſima.*

§ 33. (l. 26.) Ἀγριππῖναν καὶ τὴν Ἰουλίαν] De harum exilio p. 642. B. Reverſarum mentio etiam apud Suetonium Caligula c. 59. ubi ab illis erutas, crematas ſepultasque Caji reliquias memorat, quæ adhuc ſemiambuſtæ & tumultuario rogo ex levi ceſpite in hortis Lamianis jacuerant. Julia hæc etiam infra p. 670. quæ Suetonio Livilla, in numiſmate quodam Livia. vide Liebii Gotham numariam p. 57.

§ 34. (l. 36.) ἐπὶ βήματος ἐδίκαζε] Sueton. c. 14. *Jus & Conſul & extra honorem laborioſiſſime dixit, etiam ſuis ſuorumque diebus ſolennibus, nonnunquam feſtis quoque antiquitus & religioſis.* Claudius ad Herculem apud Senecam in Apocolocyntoſi: *Si memoria repetis, ego eram qui tibi ante templum tuum jus dicebam totis diebus menſe Julio & Auguſto. Tu ſcis, quantum illic miſeriarum pertulerim, cum cauſſidicos audirem & diem & noctem: in quos ſi incidiſſes, valde fortis licet, maluiſſes cloacas Augiæ purgare*

§ 35. (l. 36.) τὸ κατὰ τοὺς συνέδρους] De hiſce conſiliariis quindecim, quos ſemeſtres ſibi ſorte Auguſtus adjunxerat, vide p. 511. A. 588. C. & de Tiberio p. 606. C.

§ 36. (l. 39.) τοῖς τὴν διοίκησιν ἔχουσιν] Prætorum e numero aliqui tunc ſemper curam ærarii gerebant, quam deinde Quæſtoribus Claudius reſtituit. vide p. 680. E. & p. 671. D.

§ 37. (l. 41.) τά τε φάρμακα] Venena ipſa & eorundem deſcriptiones. Sueton. Caligula c. 49. *Inventa & arca ingens variorum venenorum plena: quibus mox a Claudio demerſis, infecta maria traduntur, non ſine piſcium exitio, quos enectos æſtus in proxima littora ejecit.* & c. 55. ubi veneni Columbini mentio, *ſic certe inter alia venena ſcriptum ab eo repertum eſt.*

§ 38. (l. 43.) τὰ βιβλία τοῦ Πρωτογένους] De his dictum p. 660. B.

§ 39. (l. 49.) ἀτιμῶσαι τὸν Γάϊον] Sueton. c. 11. *Caji quoque etſi acta omnia reſcidit, diem tamen necis, quamvis exordium principatus ſui, vetuit inter feſtos referri.*

§ 40. (l. 50.) τὰς εἰκόνας αὐτοῦ] Ut Cajus virorum ante ſe illuſtrium ſtatuas everterat. Sueton. Caligula c. 34. Non autem ſtatuæ tantum Caji everſæ, actaque reſciſſa, ſed etiam numiſmata quæ ejus imaginem haberent conflata. infra p. 670. E. ſicut infauſtum Domitiani vocabulum ex omni ære vel ſaxo placuit eradi, teſte Macrobio lib. I. c. 12.

§ 41. (l. 53.) ἐπί τε τοῖς ὅρκοις] Vide ad pag. 607. C. 646. C.

§ 42. (l. 57.) τῷ Δρούσῳ τῇ τε Ἀντωνίᾳ] Sueton. c. 11. *Parentibus inferias publicas, & hoc amplius patri Circenſes annuos natali die: matri carpentum, quod per Circum duceretur, & cognomen Auguſtæ, ab avia* (Livia) *recuſatum — teſtatus per edictum, tanto impenſius petere ſe, ut natalem patris Druſi celebrarent, quod idem eſſet & avi ſui Antonii.*

αὐτοκρατόρων, ὧν μνήμην [41] ἐπί τε τοῖς ὅρκοις καὶ ἐπὶ ταῖς εὐχαῖς ποιούμεθα, ὥσπερ οὐδὲ τὸ τοῦ Τιβερίου· οὐ μέντοι καὶ ἐκ δόγματος ἀτιμίαν οὐδέτερος σφῶν ὦφλε.

Τὰ μὲν δὴ οὖν ὑπό τε τοῦ Γαΐου καὶ ὑφ' ἑτέρων δι' ἐκεῖνον οὐκ ὀρθῶς γενόμενα, ἀνέτρεψε· [42] τῷ δὲ δὴ Δρούσῳ τῷ πατρὶ τῇ τε Ἀντωνίᾳ τῇ μητρὶ ἱπποδρομίας ἐς τὰ γενέσια ἔδωκε, τὰς πανηγύρεις, τὰς ἐς ταυτὸν αὐταῖς συμβαινούσας, μεταθεὶς ἐς ἑτέρας
E ἡμέρας, ὅπως μὴ ἅμα ποιῶνται. τήν τε τήθην τὴν Λιουίαν οὐ μόνον ἵππων ἀγῶσιν ἐτίμησεν, [43] ἀλλὰ καὶ ἀπηθανάτισεν, ἄγαλμά τέ τι ἐν τῷ Αὐγουστείῳ ἱδρύσας, καὶ τὰς θυσίας ταῖς ἀειπαρθένοις ἱεροποιεῖν προστάξας· ταῖς τε γυναιξὶν [44] ὅρκον τὸ ὄνομα αὐτῆς ποιεῖσθαι κελεύσας. οὕτω δὲ δὴ τοὺς πατέρας ἀποσεμνύνας, αὐτὸς οὐδὲν ἔξω τῶν ὀνομάτων τῶν ἐς τὴν ἀρχὴν φερόντων ἐδέξατο. ἐν γὰρ δὴ τῇ τοῦ Αὐγούστου νουμηνίᾳ, ἐν ᾗ ἐγεγέννητο, ἠγωνίζοντο μὲν ἵπποι, οὐ δι' ἐκεῖνον δὲ, ἀλλ' ὅτι [45] ὁ τοῦ Ἄρεως ναὸς ἐν ταύτῃ καθιέρωτο, καὶ διὰ τοῦτο ἐτησίοις ἀγῶσιν
668 ἐτετίμητο. ἔν τε οὖν τούτοις ἐμετρίαζε, καὶ προσαπηγόρευσε μήτε προσκυνεῖν τινα αὐτὸν, μήτε θυσίαν οἱ μηδεμίαν ποιεῖν· τά τε ἐπιβοήματα τὰ πολλὰ καὶ ὑπέρογκα ἔπαυσε· καὶ εἰκόνα μίαν, καὶ ταύτην ἀργυρᾶν, ἀνδριάντας τε δύο χαλκοῦ τε καὶ λίθου, ψηφισθέντας αὐτῷ ταπρῶτα ἔλαβε. [46] μάταια γὰρ πάντα τὰ τοιαῦτα ἀναλώματα εἶναι, καὶ προσέτι πολλὴν μὲν ζημίαν, πολὺν δὲ καὶ ὄχλον τῇ γε πόλει παρέχειν ἔλεγε. πάντες μὲν γὰρ οἱ ναοὶ, πάντα δὲ καὶ τὰ ἄλλα ἔργα καὶ ἀνδριάντων καὶ ἀνα-
B θημάτων ἐπεπλήρωτο, ὥστε καὶ περὶ ἐκείνων βουλεύσεσθαι ἔφη ἃ δεῖ πρᾶξαι. [47] τοῖς τε στρατηγοῖς τοὺς ἀγῶνας τοὺς ὁπλομαχικοὺς ἀπηγόρευσε [48] μὴ ποιεῖν, καὶ εἰ δή τις ἄλλος αὐτοὺς ὁπουδήποτε ἐπιτελοίη, ἀλλὰ μή τι γε ὡς καὶ ὑπὲρ ἑαυτοῦ σωτηρίας γιγνομένων σφῶν ἢ γράφεσθαι ἢ καὶ λέγεσθαι ἐκέλευσε. καὶ οὕτω γε πάντα ταῦτα κρίσει καὶ οὐκ ἐπιτηδεύσει ἔπραττεν, ὥστε καὶ ἄλλα ὁμοίως ἔνεμε. [49] τὰς γοῦν θυγατέρας ἐν τῷ ἔτει τούτῳ, τὴν μὲν ἐγγυήσας Λουκίῳ Ἰουνίῳ Σιλανῷ, τὴν δὲ ἐκδοὺς Γναίῳ Πομπηΐῳ
C Μάγνῳ, [50] οὐδὲν ἐξαίρετον ἔπραξεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις [51] ἐδίκασε, καὶ ἡ βουλὴ ἠθροίσθη. τούς τε γαμβροὺς τότε τε [52] ἐν τοῖς εἴκοσιν ἀνδράσιν ἄρξαι, καὶ μετὰ τοῦτο [53] πολιαρχῆσαι ἐν

quorum nos in ſacramentis & votis concipiendis mentionem facimus, ut nec Tiberii: quum tamen ea ignominia neutri ex ſenatusconſulto contigerit. A.U.C. 794 Pomponio Secundo & Cn. Sentio COSS.

5. Claudius reſciſſis iis, quæ a Cajo, aut ab aliis propter eum, male eſſent ſtatuta; Druſo patri, & Antoniæ matri, ludos equeſtres eorum natalibus inſtituit: translatis iis ludis, qui in eos dies incidiſſent, in aliud tempus, ne ſimul fierent. Aviam Liviam non modo certaminibus equeſtribus honoravit, ſed conſecravit etiam, ejusque effigiem dedicavit in templo Auguſti, ac rem ſacram ei fieri a Veſtalibus mandavit, mulieresque per nomen ejus jurare juſſit. Hos honores parentibus ſuis tribuens, ipſe nihil præter nomina imperii accepit. Quæ enim equeſtria certamina kalendis Auguſti (qui eſt natalis Claudii) exhibentur, non illius in gratiam inſtituta ſunt, ſed propterea, quod eo die Martis ædes conſecrata eſt, ideo anniverſariis ipſe certaminibus honoratus fuit. Uſus vero non tantum hujusmodi in rebus eſt moderatione, ſed edixit etiam, ne quis ipſum adoraret, neu quis ipſi ſacrificaret. Acclamationes crebras iſtas & nimias inhibuit: imaginem ſui unam modo argenteam, ſtatuasque duas ex ære & lapide, initio ſibi decretas, admiſit. Inutiles videlicet hujuscemodi omnes ajebat ſumptus eſſe, ac magno damno, magnis turbis urbi eos ſtare; quum omnia jam templa, omnia reliqua opera ſtatuarum & donariorum eſſent plena: itaque de his etiam ſe quid eſſet ſtatuendum, deliberaturum. Prætores porro prohibuit, ne munera gladiatoria darent: ac ſi quis ubicunque alius ea præberet, ne vel ſcripto, vel dicto, pro ſua ſalute facta perhiberet. Hæc omnia ita ex animo, non ficte egit: ut cætera quoque ſimili modo ſtatuit. Filias duas eodem hoc anno, unam deſpondens L. Junio Silano, alteram Cn. Pompejo Magno nuptum tradens, nihil eximium fecit: quin & ipſe illis diebus jus dixit, & ſenatus actus eſt. Generos ſuos tum inter viginti viros magiſtratum gerere, poſt urbis præfectos feriis Latinis eſſe juſſit, ac ſero tan-

§ 43. (l. 63.) ἀλλὰ καὶ ἀπηθανάτισεν] Seneca Apocolocyntoſi: *Divam Auguſtam aviam ſuam, quam ipſe Deam eſſe juſſit.* Sueton. c. 11. *Aviæ Liviæ divinos honores, & Circenſi pompa currum elephantorum Auguſtino* (infra p. 697. C.) *ſimilem decernendum curavit.* Conſecrare Liviam prohibuerat Tiberius p. 621. C. ſed Claudius eam divinis honoribus, quos ſenatus illi decreverat, reſtituit, quorum etiam memoria ſervata in antiquis numis apud Mediobarbum, p. 53. Prudentius I. in Symmach. 251. *Adjecere ſacrum, fieret quo Livia Juno.*

§ 44. (l. 66.) ὅρκον τὸ ὄνομα αὐτῆς] Idem Druſillæ, inter divas relatæ, dederat frater Cajus, ὥστε αἱ γυναῖκες αὐτὴν ὀμνύναι ἂν μαρτυρῶσί τι ὀμνύωσι. p. 648. C.

§ 45. (l. 71.) ὁ τοῦ Ἄρεως ναὸς] Ἄρεια, ſive Martis ludos, equorum certatione celebratos fuiſſe conſtat ex p. 588. A. 600. C. [Diem conſecrationis templi, non Kalendas Aug. ſed IV. Id. Maji fuiſſe, ex Ovid. Faſt. V. 550. & veteri Kalendario apud Gruter. CXXXIII. docet Jo. Maſſon in Jano reſerato pag. 323. ſqq.]

§ 46. (l. 78.) μάταια γὰρ] Ita Auguſtum etiam docuerat Mæcenas p. 490. B.

§ 47. (l. 84.) τοῖς τε στρατηγοῖς] Prætoribus cura ludorum & ante demandata p. 522. A. & recens injuncta a Cajo, ut dictum p. 650. C.

§ 48. (l. 85.) μὴ ποιεῖν] Non omnino hoc prohibitum intellige, ſed modo interdictum, ne Claudii honori extra ordinem hoc darent, ut Cajo honorando fecerant p. 655. C.

§ 49. (l. 90.) τὰς γοῦν θυγατέρας] *Antoniam* ex Ælia Petina, *Octaviam* ex Meſſalina conjuge, Claudius ſuſceperat. *Antonia* nupta Cn. Pompejo Magno, quem deinde Claudius occidit, teſte Sueton. c. 29. Antoniam hinc Fauſto Cornelio Syllæ collocatam conſtat ex Taciti XIII. 23. & Suetonii c. 27. *Octavia* vero deſponſata quidem L. Junio Silano, ſed mori coacto hoc, die ipſo Claudii & Agrippinæ nuptiarum, illa Neroni Claudii privigno nupſit. id. c. 27. & 29. Tacitus XII. 4. & Dio infra. p. 687. A.

§ 50. (l. 93.) οὐδὲν ἐξαίρετον ἔπραξεν] Sueton. c. 12. *Sponſalia filiæ, natalemque geniti nepotis, ſilentio ac tantum domeſtica religione tranſegit.*

§ 51. (l. 94.) ἐδίκασε] Similiter ſolitus facere Tiberius, ut diebus familiæ ſuæ ſolennibus vel luctuoſis nihil a negotiorum publicorum actu remitteret. p. 618. B. 611. C. 621. D.

§ 52. (l. 95.) ἐν τοῖς εἴκοσιν ἀνδράσιν] De hoc vigintiviratu dictum ad p. 540. B. [*tra venticinque*, Leonicenus.]

§ 53. (l. 96.) πολιαρχῆσαι ἐν ταῖς ἀνοχαῖς] Vide dicta ad pag. 105. A. Silano, filiæ ſuæ ſponſo nondum puberi, etiam triumphalia ornamenta dediſſe Claudium, refert Suetonius, c. 24.

A.U.C.794 Pomponio Secundo & Cn. Sentio COSS. ſuff.

tandem permiſit, ut quinque annis maturius ſolito cæteros magiſtratus peterent. Huic Pompejo Caligula nomen Magni ademerat: ac parum aberat, quin ejus nominis cauſa eum necaret: contempto tamen propter teneram adhuc ætatem, vitam conceſſerat, cognomine ablato: haud ſibi tutum eſſe dicens, Magni aliquem cognomentum ferre. At Claudius ei & appellationem reſtituit, & præterea filiam in matrimonium collocavit.

6. Humaniter hæc a Claudio acta; nec minus id, quod in curia, quum quodam tempore conſules ſuis de ſubſelliis, alloquendi ipſius cauſa, deſcenderent, ipſe quoque ſurrexit, obviamque iis venit. Neapoli ſane omnino tanquam privatus egit. Nam & in aliis rebus, cum ipſe, tum qui cum eo erant, Græcorum ritu vixerunt, & in muſicis ipſe ſpectaculis pallium & ſoleas, gymnico certamine purpuream veſtem & auream coronam ſumſit. Quin & circa pecuniariam rem mirifica erat moderatione. Nam & ſtrenarum oblationem, ſub Auguſto & Cajo uſurpatam, edicto ſuſtulit; ac ne quis ſe hæredem relinqueret, qui cognatos quoſcunque haberet, prohibuit: multa etiam bona, exſpoliatis quidem ſub Tiberio & Cajo, iis qui ſupereſſent, aut liberis eorum, reddidit. Quum moris eſſet, ut ludi, ſi quid in iis præter conſuetudinem accidiſſet, inſtaurarentur, (ut ſupra demonſtravimus) ac quum inde eveniret, ut ſæpe tertium, quartum, quintum, imo decimum nonnunquam ii repeterentur, partim fortuito caſu, plerumque autem

ἐν ταῖς ἀνοχαῖς ἐκέλευσε· καὶ οὐδὲ πολὺ πρὸ [illegible] θᾶσσον τὰς ἄλλας ἀρχὰς αἰτῆσαι σφίσιν ἐπέτρεψε. τούτου δὲ δὴ τοῦ Πομπηίου [54] ὁ Γάιος τὴν τοῦ Μάγνου ἐπίκλησιν περιέκοψεν. ὀλίγου μὲν γὰρ καὶ ἀπέσφαξεν αὐτὸν, ὅτι οὕτως ὠνομάζετο· ἀλλὰ τοῦτο μὲν, καταφρονήσας ὡς καὶ παιδίου ἔτι αὐτοῦ ὄντος, οὐκ ἐποίησε, τὴν δὲ δὴ πρόσρησιν καθεῖλεν, εἰπὼν μὴ εἶναί οἱ ἀσφαλὲς, Μάγνον τινὰ προσαγορεύεσθαι. D ὅ γε μὴν Κλαύδιος καὶ ἐκεῖνο αὐτῷ τὸ πρόσρημα ἀπέδωκε, καὶ τὴν θυγατέρα προσκατηγγύησε.

Ταῦτά τε οὖν ἐπιεικῶς ἔπραττε, καὶ τῶν ὑπάτων ἐν τῷ συνεδρίῳ [55] καταβάντων ποτὲ ἀπὸ τῶν δίφρων, ἵνα διαλεχθῶσιν αὐτῷ, προεξανίστη τε καὶ ἀντιπροσῆλθε σφίσιν. ἐπεί [56] ἐν γε τῇ Νεαπόλει καὶ παντάπασιν ἰδιωτικῶς ἔζη· τά τε γὰρ ἄλλα Ἑλληνικῶς καὶ αὐτὸς καὶ οἱ συνόντες οἱ διῃτῶντο, καὶ ἐν μὲν ταῖς τῆς μουσικῆς θεωρίαις, [57] ἱμάτιον καὶ κρηπῖδας, ἐν δὲ τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσι, πορφυρίδα καὶ στέφανον χρυσοῦν ἐλάμβανε. καὶ E μέντοι καὶ περὶ τὰ χρήματα θαυμαστὸς ἐγένετο. ἀπηγόρευσε μὲν γὰρ ἀργύριον (ὅπερ [58] ἐπί τε τοῦ Αὐγούστου καὶ ἐπὶ τοῦ Γαΐου ἐγίγνετο) προσφέρειν· ἀπεῖπε δὲ [59] μηδὲ κληρονόμον αὐτὸν, ὅστις ἂν συγγενεῖς ὁποιουσδήποτε κεκτῆται, καταλείπειν· ἀλλὰ καὶ τῶν προσυληθέντων ἐπί τε τοῦ Τιβερίου καὶ ἐπὶ τοῦ Γαΐου, [60] τὰ μὲν αὐτοῖς τοῖς ἔτι περιοῦσι, τὰ δὲ [61] τοῖς τέκνοις αὐτῶν ἀπέδωκεν. [q] οἷς μὲν οὔτε εἰ καὶ ὁτιοῦν περὶ τὰς πανηγύρεις ἔξω τοῦ νενομισμένου πραχθὲν, αὖθις αὐτὰς, [62] καθάπερ εἴρηταί μοι, γίγνεσθαι· καὶ πολλάκις 669 τοῦτο καὶ τρίτον, καὶ τέταρτον, πέμπτον τε, καὶ δέκατον ἔστιν ὅτε, τὸ μέν τι κατὰ τύχην, τὸ δὲ δὴ πλεῖστον

q οἷς μὲν, οὔτε εἰ καὶ ὁτιοῦν &c. ſenſum non dubito quin retulerim, verba mendoſiſſima emendare non potui. X, præſtemus igitur hoc nos, in hunc modum: ἴσμεν, ὅτι εἰ καὶ ὁτιοῦν περὶ τὰς πανηγύρεις ἔξω τοῦ νενομισμένου πραχθείη, αὖθις αὐτὰς, καθάπερ εἴρηταί μοι, γίγνεσθαι· καὶ πολλάκις τοῦτο (cum interjectis) συμβαίνοντος &c. L. καὶ ἔθους ὄντος, εἴ τι καὶ ὁτιοῦν περὶ τὰς πανηγύρεις ἔξω τ. νεν. πραχθὲν ἔτυχεν, αὖθις &c. Od. pro prioribus verbis οἷς μὲν οὔτε, Canterus ἐθισμένον ἦν. vide F. quæ emendatio longe ſimplicior & probabilior ſuperioribus. nam conſtructionem hanc requirit ſequens καὶ συμβαίνοντος, phraſin vero eandem in eadem re adhibet Dio p. 588. A. αὖθις δὲ, ὥσπερ εἴθιστο, ἐγένετο, ſcil. ἡ πανήγυρις. accedit etiam, quod omnes hic literæ, vocis ἐθισμένον adſint, præter primam ſyllabam, quæ facile poterat excidere, & pro Θ, poni O. unde non dubito Canterianæ emendationi ſubſcribere.

§ 54. (l. 99.) ὁ Γάιος] Sueton. Caligula c. 34. *Cnejo Pompejo, ſtirpis antiquæ Magni cognomen ademit.* Seneca Apocolocyntoſi: *Cajus Cæſar Craſſi filium vetuit Magnum vocari: hic* (Claudius) *nomen illi reddidit, caput tulit.* vide Sueton. Claudio c. 29.

§ 55. (l. 8.) καταβάντων] Conſules in ſellis ſublimioribus curulibus: Claudius in ſubſellio depreſſiore tribunitio, medius inter conſules ſedebat. Sueton. c. 23. infra p. 675. C. De Claudio ſenatoribus ſtantibus aſſurgente p. 672. E.

§ 56. (l. 10.) ἔν γε τῇ Νεαπόλει] Ad quinquennale certamen, honori Auguſti inſtitutum, gymnicum muſicumque, Neapolin profectus Claudius, deliciis etiam urbis invitatus, de quibus Julius Cæſar Capaccius in antiq. Neapolit. c. 4. T. IX. Theſauri Italiæ P. II. De illo certamine Strabo lib. V. p. 246. & Suetonius Auguſto c. 99. Idem de Claudio c. 11. *Ad fratris* (Germanici) *memoriam per omnem occaſionem celebratam, comœdiam quoque Græcam Neapolitano certamine docuit, ac de ſententia judicum coronavit.* vide Petrum Fabrum Agoniſticon lib. III. c. 26. T. VIII. Theſauri Gronov. p. 2229. & laudatum Capaccium c. 15. p. 134. ſq.

§ 57. (l. 14.) ἱμάτιον καὶ κρηπῖδας] Græcanicum veſtimentum *pallium*, Græcis ἱμάτιον, cum quo *crepidas* (uti cum toga calceos) ſumere mos erat, ut docet Octavius Ferrarius IV. 10. de re veſtiaria T. VI. Theſauri Græviani p. 881. Benedictus Balduinus de Calceo antiquo c. 14. & viri docti ad hæc Suetonii Tiberio c. 13. *redegit ſe, depoſito patrio habitu, ad pallium & crepidas.* Crepidæ erant ſoleæ, ſuperiorem pedis partem intectam relinquentes.

§ 58. (l. 17.) ἐπί τε τοῦ Αὐγούστου καὶ ἐπὶ τοῦ Γαΐου] De ſtrenis ab Auguſto acceptis dictum p. 546. A. De Cajo videndus Suetonius Caligula, p. 42. Claudius autem in illis recuſandis imitatus fuit Tiberium, de quo ſupra p. 607. D.

§ 59. (l. 19.) μηδὲ κληρονόμον] Hoc factum ſub Tiberio, p. 621. B. & Cajo p. 651. B. Claudii abſtinentiam imitatus Trajanus, quem eo nomine laudat Plinius Panegyrico c. 43.

§ 60. (l. 22.) τὰ μὲν αὐτοῖς] Hinc patet, non de teſtamentis eſſe intelligendum vocabulum προσυληθέντων, quod facit Xylander, ſed de quacunque alia ſpoliatione. Nam teſtamenta poſt mortem demum teſtamentorum aperiebantur, vel ſi quos vivos id feciſſe palam fuiſſet factum, ut Cajum vel Tiberium heredem inſtituerent, mature illi ad necem compellebantur, ne Imperatorem heredem nuncupantes, & tamen ſuperſtites, deridere potius illum, quam honorare viderentur. Certe Cajus *deriſores* arguebat illos, *qui poſt nuncupationem vivere perſeverarent.* Sueton. c. 38.

§ 61. (l. 23.) τοῖς τέκνοις αὐτῶν ἀπέδωκεν] Pergit Zonaras p. 561. C. καὶ πολλοῖς παρὰ τοῦ Γαΐου τὰς σφετέρας ἀρχὰς καὶ χώρας ἀφαιρεθεῖσιν, αὐτὸς αὖθις ἐπανεσώσατο, *multis etiam magiſtratus & provincias a Cajo ereptas reſtituit.* REIM.

§ 62. (l. 26.) καθάπερ εἴρηταί μοι] Supra p. 588. A.

§ 63. (l. 30.) μίαν ἡμέραν δεύτερον] Vide p. 680. D. Ait etiam Suetonius c. 21. Claudio probatum munus in Septis *extraordinarium & breve, dierumque paucorum, quodque appellare cœpit ſportulam.*

§ 64. (l. 34.) τούς τε Ἰουδαίους] Omnino huc pertinet quod eſt apud eundem Suetonium c. 25. *Judæos impulſore Chreſto aſſidue tumultuantes Roma expulit.* Cujus expulſionis mentionem facit etiam divinus ſcriptor Lucas Actor. XVIII. 2. διὰ τὸ τεταχέναι Κλαύδιον, χωρίζεσθαι πάντας τοὺς Ἰουδαίους ἐκ τῆς Ῥώμης. Oroſius VII. 6. *anno ejusdem nono expulſos per Claudium urbe Judæos, Joſephus refert.* Sed licet Judæos a Tiberio, ob defraudatam quorundam ſcelere pecuniam, Roma expulſos narrat Joſephus XVIII. 4. tamen hoc ſub Claudio geſtum, in ejus libris, quales hodie exſtant, incaſſum quæras, apud quem plura edicta ſive διατάξεις Claudii, Judæis faventis, memorantur. Itaque Valeſio ad Euſebium p. 37. Oroſius memoria

πλεῖϛον ἐκ παρασκευῆς τῶν ὠφελουμένων ἀπ' αὐτοῦ συμβαίνοντος· νόμῳ μὲν ἔταξε, [63] μίαν ἡμέραν τοὺς ἀγῶνας τῶν ἵππων δεύτερον γίγνεσθαι, ἔργῳ δὲ καὶ τοῦτο ὡς πλήθει ἐπέσχεν. οὐδὲν γάρ τι ῥᾳδίως, ἅτε μηδὲν μέγα ἀποκερδαίνοντες, οἱ τεχνώμενοι αὐτὸ, ἐπλημμέλουν. [64] τούς τε Ἰουδαίους, πλεονάσαντας αὖθις, ὥϛε χαλεπῶς ἂν ἄνευ ταραχῆς, ὑπὸ τοῦ ὄχλου σφῶν, τῆς πόλεως εἰρχθῆναι, οὐκ ἐξήλασε μὲν, τῷ δὲ δὴ πατρίῳ [r] νόμῳ βίῳ χρωμένους ἐκέλευσε μὴ συναθροίζεσθαι. τάς τε [65] ἑταιρείας ἐπαναχθείσας ὑπὸ τοῦ Γαΐου [66] διέλυσε. καὶ ὁρῶν μηδὲν ὄφελος ὂν, ἀπαγορεύεσθαί τινα τῷ πλήθει μὴ ποιεῖν, ἂν μὴ καὶ ὁ καθ' ἡμέραν αὐτῶν βίος μεταῤῥυθμισθῇ, τά τε καπηλεῖα ἐς ἃ συνιόντες ἔπινον, κατέλυσε, καὶ προσέταξε [67] μήτε κρέας που ἑφθὸν, μήθ' ὕδωρ θερμὸν πιπράσκεσθαι· καί τινας ἐπὶ τούτῳ μὴ πειθαρχήσαντας ἐκόλασεν. ἀπέδωκε μὲν οὖν καὶ ταῖς πόλεσι [68] τοὺς ἀνδριάντας, οὓς ὁ Γάϊος ἐξ αὐτῶν μετεπέμπετο, ἀπέδωκε δὲ καὶ [69] τοῖς Διοσκούροις τὸν νεὼν [70] τῷ τε Πομπηΐῳ τὴν τοῦ θεάτρου μνήμην καὶ αὐτῷ καὶ τὸ [71] τοῦ Τιβερίου ὄνομα ἐν τῇ σκηνῇ προσθεὶς ἔγραψεν, ἐπειδὴ καυθεῖσαν αὐτὴν ἀνῳκοδομήκει. τὸ γὰρ ἑαυτοῦ ἐκείνῃ μὲν, οὐχ ὅτι κατεσκεύασεν, ἀλλ' ὅτι καὶ καθιέρωσεν αὐτὴν, ἄλλῳ δὲ οὐδενὶ, ἐνεκόλαψεν. οὐ μὴν οὐδὲ τῇ ϛολῇ τῇ ἐπινικίῳ παρὰ πᾶσαν τὴν πανήγυριν, [72] καίτοι ψηφισθὲν, ἐχρήσατο, ἀλλ' εὐθὺς [s] ἐν ἀρχῇ μόνον, τὰ δὲ ἄλλα ἐν τῷ περιπορφύρῳ ἱματίῳ διῴκησεν.

Ἐσήγαγε δὲ ἐς τὴν ὀρχήϛραν ἄλλους τε καὶ [73] ἱππέας καὶ γυναῖκας τῶν ὁμοίων, οἵπερ που καὶ ἐπὶ τοῦ Γαΐου τοῦτο ποιεῖν εἰώθεσαν· οὐχ ὅτι καὶ ἔχαιρε σφίσιν, ἀλλ'

tem ſtudio eorum, ad quos inde commodum redibat: legem tulit, ut Circenſes ludi per unum diem tantum reficerentur: quanquam re ipſa id etiam plerumque, ne fieret, impediit; quum eorum artifices, ſpe magni alicujus lucri præciſa, nihil conſulto peccarent. Quum Judæi adeo frequentes Romæ iterum fierent, ut difficulter ſine tumultu propter multitudinem urbe poſſent exigi; non ejecit quidem eos, patriis tamen legibus vitam agentes non paſſus eſt convenire. Reducta quoque a Cajo ſodalitia diſſolvit. Et quia intelligebat nihil profici, ſi qua re vulgo interdiceretur, niſi vita quoque illorum quotidiana corrigeretur, cauponum tabernas, in quas coeuntes potabant, ſuſtulit: edixitque, ne quis carnem elixam, aut aquam calidam venderet: ac in quoſdam contra interdictum peccantes animadvertit. Reſtituit etiam urbibus ſtatuas, quas Cajus Romam transferri curaverat; templumque ſuum Geminis; & memoriam theatri Pompejo, cujus nomini nomen Tiberii in Scena adſcripſit, qui eam incendio hauſtam refeciſſet; eidemque pariter, nulli autem præterea parti, ſuum, & quod inſtauraſſet, & quod dedicaſſet, nomen inſculpſit. Ludis quidem veſte triumphali (quanquam decretum id ſibi) non usque ad finem uſus eſt, ſed initio tantum, reliqua in prætexta purpura toga peregit.

A.U.C.794 Pomponio Secundo & Cn. Sentio COSS.ſuff.

7. In orcheſtram introduxit inter alios, viros etiam equites, ac mulieres eorum, quales Caji principatu ſaltare ſolebant: non quod iis delecta-

r τῷ δὲ δὴ πατρίῳ νόμῳ βίῳ χρωμένους. νόμῳ καὶ βίῳ, Od. vocabulum βίῳ videtur in textum irrepſiſſe, & inducendum eſſe. s ἐν αὐτῇ μόνον. ſic perperam libri editi; ſcribendum ἐν ἀρχῇ μόνον, nempe dum rem divinam faceret. Caſaub. ad Suet. Claud. c. 21. recte eum conjeciſſe, docet Leonicenus: *nel principio ſolamente.*

memoria lapſus videtur, Claudius autem Judæos non alio nomine juſſiſſe Roma excedere, quam quo peregrinos omnes propter famem & annonæ penuriam urbe expulit. Euſebius Chron. ad annum Claudii decimum: *magna fames Romæ.* Huic tamen ſententiæ Valeſii Suetonius & Dio (ipſi inter ſe licet pugnantes) perſpicue adverſantur. Quod autem *aſſidue tumultuantes* Judæos inducit Suetonius, & quidem *impulſore Chreſto*, errorem ejus & confuſionem prodere potius videtur, quam alium Chreſtum a Chriſto ſalvatore noſtro diverſum. Tempus hujus διατάξεως Claudianæ, qua Judæos (ut Tiberius pridem, teſte Suetonio c. 36. anno imperii ſui quinto) Roma expulit, Uſſerius in annalibus, Joh. Pearſonius opp. poſtum. p. 11. ſq. & Tillemontius not. 32. ad vitam Petri Apoſtoli, T. I. Memor. Eccleſ. p. 550. fuiſſe putant annum Claudii, non nonum, ut Oroſius, ſed duodecimum, A. C. 52. vel ſicut Samuel Baſnagius T. I. *Annal. p.* 649. annum undecimum Claudii A. C. 51. Non diu viguiſſe hoc Claudii edictum, atque ideo omiſſam a Joſepho ejus mentionem, ſuſpicatur Nathanaël Lardner T. I. p. 534. Commentariorum Anglice editorum de fide hiſtoriæ Evangelicæ, & Chriſtophorus Cellarius Diſſ. Academ. p. 307.

§ 65. (l. 39.) ἑταιρείας ἐπαναχθείσας ὑπὸ τοῦ Γαΐου] Huic loco lucem affert Joſephus XIV. 17. teſtatus, Cajum Julium Cæſarem ſodalitia ejuſmodi, ſtatis temporibus convenientium, & collatis ſymbolis commeſſantium, vel compotantium, aliis quidem interdixiſſe, Judæis autem illa conceſſiſſe. καὶ γὰρ Γάϊος Καῖσαρ, ὁ ὑμέτερος ϛρατηγὸς καὶ ὕπατος, ἐν τῷ διατάγματι κωλύων θιάσους συνάγεσθαι κατὰ πόλιν, μόνους τούτους (τοὺς Ἰουδαίους) οὐκ ἐκώλυσεν οὔτε χρήματα συνεισφέρειν, οὔτε σύνδειπνα ποιεῖν. Plura de ejuſmodi ἑταιρείαις dabit Guil. Stuckius Antiquitatum Convivalium lib. I. c. 31.

§ 66. (l. 39) διέλυσε] Similiter Flaccum, Ægypti præfectum, Judæos Alexandrinos ſodalitiis ejuſmodi prohibuiſſe, refert Philo, quod in his promiſcuam confluere multitudinem, & ſacrificiorum obtentu crapulæ illos & mero vacare comperiſſet. libro in Flaccum p. 748. Qualia autem Romæ fuerint illa ſodalitia, tangit idem p. 762. θίασοι κατὰ τὴν πόλιν εἰσὶ πολυάνθρωποι, ὧν κατάρχει τῆς κοινωνίας οὐδὲν ὑγιὲς, ἀλλ' ἄκρατος καὶ μέθη καὶ παροινίαι, καὶ ἡ τούτων ἔκγονος ὕβρις, σύνοδοι καὶ κλῖναι προσονομάζονται ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων. Tacitus XIV. 17. *Collegia, quæ contra leges inſtituerant, diſſoluta.*

§ 67. (l. 44) μήτε κρέας ἑφθὸν, μήτε ὕδωρ θερμὸν] Neroni hoc tribuit Suetonius c. 16. *interdictum, ne quid in popinis cocti, præter legumina aut olera, væniret, cum antea nullum non obſonii genus proponeretur.* Sed tamen idem in Claudio c. 38. vetiti meminit, quo cocta vendere jam tum popinæ prohibebantur. De calidæ aquæ uſu apud veteres, & quod illa in deliciis eſſet, dictum ad p. 612. A. 648. E. Claudii exemplo deinde etiam Ampelius præfectus urbi, apud Ammianum XXVIII. 24. *probibuit, ne aquam vulgarium calefaceret quisquam.*

§ 68. (l. 47.) τοὺς ἀνδριάντας] Cajus juſſerat *ſimulacra numinum, religione & arte præclara, apportari e Græcia,* ut teſtis Suetonius Caligula c. 22.

§ 69. (l. 48.) τοῖς Διοσκούροις τὸν νεὼν] De hoc templo per Cajum male habito, ſupra p. 662. A.

§ 70. (l. 49.) τῷ τε Πομπηΐῳ] Sueton. Claudio c. 21. *Ludos dedicationis Pompejani theatri, quod ambuſtum reſtituerat,* (a Tiberio cœptum reſtitui, abſolverat) *e tribunali poſito in orcheſtra commiſit, cum prius apud ſuperiores ædes ſupplicaſſet, perque mediam caveam, ſedentibus ac ſilentibus cunctis, deſcendiſſet.* De Pompeji theatro dixi ad p. 107. E.

71. (l. 50.) τοῦ Τιβερίου ὄνομα] Tacitus III. 72. Annal. ad annum Tiberii IX. *Pompeji theatrum igne fortuito hauſtum, Cæſar* (Tiberius) *exſtructurum pollicitus eſt, eo quod nemo e familia reſtaurando ſufficeret, manente tamen nomine Pompeji.* Iterum deinde abſumtum incendio refecit Titus. infra p. 756. E.

§ 72. (l. 55.) καίτοι ψηφισθὲν] Honores triumphales Claudio decretos a ſenatu memorat Suetonius c. 17. & Dio infra p. 670. In his notum eſt fuiſſe etiam, ut veſte triumphali, hoc eſt toga purpurea palmata uteretur.

§ 73. (l. 58.) ἱππέας καὶ γυναῖκας] Equitibus & honeſtis feminis ſaltare in theatro prohibitum p. 522. B. Tamen ad ſcenicas & gladiatorias operas interdum equitibus uſus eſt Julius Cæſar quoque p. 225. D. & Auguſtus p. 377. A. & 518. A. 586. E. nec non Tiberius p. 611. B. itaque non mirum de

A.U.C.794 Pomponio Secundo & Cn. Sentio COSS. ſuff.

delectaretur, ſed ut præterita argueret. Nam poſthac certe nemo ex illis in ſcena viſus eſt, dum Claudius viveret. Pueri quoque, quos ad Pyrrhicham ſaltationem Cajus evocaverat, ſemel duntaxat ea ſaltata, civitate donati, ac dimiſſi ſunt. Alii deinde iterum ex famulorum numero ſaltarunt. Hæc in theatro. In Circo autem ſemel cameli & equi duodecies certarunt, urſæ CCC, totidemque Africanæ trucidatæ ſunt. Spectaverant jam ante ſeorſum in eo ſinguli ordines, ſenatorum, equitum, & plebejorum, ex quo tempore id inſtitutum erat; non tamen certi loci ſingulis attributi erant. Sed tunc Claudius ea ſubſellia ſenatui ſecrevit, quæ nunc eidem quoque ſunt: fecit tamen poteſtatem, ſi quis ſenatorum vellet, ut alio quocunque loco veſte vulgari ſpectare poſſet. His actis, ſenatum cum uxoribus, equitesque, & tribus, epulo excepit.

8. Deinde Antiocho Commagenen, quam idem ei dederat ademeratque Cajus, reſtituit: Mithridatem Iberum, quem Cajus evocatum in vincula condiderat, domum ad recipiendum regnum remiſit: alii cuidam Mithridati, qui genus a magno illo Mithridate ducebat, Boſporum largitus eſt, parte Ciliciæ pro eo Polemoni data. Agrippæ Palæſtino, qui eum in potiundo principatu, Romæ tunc præſens, adjuverat, regnum auxit, honores conſulares tribuit; fratri ejus Herodi

ἀλλ' ἐς ἔλεγχον τῶν γεγονότων. αὖθις γοῦν οὐδεὶς αὐτῶν ἐν τῇ σκηνῇ ἐπί γε τοῦ Κλαυδίου ἐθεάθη. [74] τήν τε πυῤῥίχην, ἣν οἱ παῖδες οἱ ὑπὸ τοῦ Γαΐου ἐκ τῆς Ἀσίας μεταπεμφθέντες ᾔσκουν, ἐκεῖνοι μὲν ἅπαξ ὠρχήσαντο, καὶ ἐπὶ τούτῳ [75] πολιτείᾳ τιμηθέντες, ἀπεπέμφθησαν· ἄλλοι δὲ αὖθις ἐκ τῆς θεραπείας ἐπεδείχθησαν. ἐν μὲν δὴ τῷ θεάτρῳ ταῦτ' ἐγένετο. ἐν δὲ τῷ ἱπποδρόμῳ κάμηλοί τε ἅπαξ καὶ ἵπποι [t] δώδεκα ἠγωνίσαντο, ἄρκτοι τε τριακόσιαι, καὶ [76] Λιβυκὰ θηρία ἴσα ἀλλήλοις ἐσφάγη. καὶ ἑώρων μέν που πρότερον ἐν αὐτῷ [77] ἰδίᾳ καὶ κατὰ σφᾶς ὡς ἕκαστοι, τό, τε βουλευτικὸν καὶ τὸ ἱππικὸν, καὶ ὁ ὅμιλος, ἀφ' οὗπερ τοῦτ' ἐνομίσθη, οὐ μέντοι καὶ τεταγμένα σφίσι χωρία ἀπεδέδεικτο. ἀλλὰ τότε ὁ Κλαύδιος τήν τε ἕδραν τὴν νῦν οὖσαν τοῖς βουλευταῖς ἀπέκρινε, καὶ προσέτι τοῖς ἐθέλουσιν αὐτῶν [78] ἑτέρωθί που, καὶ ἔν γε ἰδιωτικῇ ἐσθῆτι θεᾶσθαι, ἐπέτρεψε. 670 ποιήσας δὲ ταῦτα, τήν τε γερουσίαν μετὰ τῶν γυναικῶν, καὶ τοὺς ἱππέας, τάς τε φυλὰς εἱστίασε.

Καὶ μετὰ τοῦτο [79] τῷ τε Ἀντιόχῳ τὴν Κομμαγηνὴν ἀπέδωκεν, (ὁ γὰρ Γάϊος, καίπερ αὐτὸς δοὺς αὐτὴν, ἀφῄρητο) καὶ [80] τὸν [tt] Μιθριδάτην τὸν Ἴβηρα, ὃν ὁ Γάϊος μεταπεμψάμενος ἐδεδέκει, οἴκαδε πρὸς ἀνάληψιν τῆς ἀρχῆς ἀπέπεμψεν. [81] ἄλλῳ τέ τινι Μιθριδάτῃ, τὸ γένος ἀπ' ἐκείνου τοῦ πάνυ ἔχοντι, τὸν Βόσπορον ἐχαρίσατο, καὶ [82] τῷ Πολέμωνι χώραν τινὰ ἀντ' αὐτοῦ τῆς Κιλικίας ἀντέδωκε. [u] τῷ γὰρ [83] Ἀγρίππᾳ τῷ Παλαιστίνῳ, συμπράξαντί οἱ τὴν ἡγεμονίαν, (ἔτυχε γὰρ ἐν τῇ Ῥώμῃ ὢν) τήν τε ἀρχὴν προσεπηύξησε, καὶ τιμὰς ὑπατικὰς ἔνειμε. τῷ τε ἀδελφῷ

t δώδεκα. f. δωδεκάκις. tt Μιθριδάτην. Μιθραδάτην, L. ſed vide dicta ad p. 2. B. § 16. u τῷ γάρ. τῷ γοῦν, L.

de Cajo, de cujus miro ſpectaculorum ſtudio Suetonius c. 18. ſq. Permiſit itidem Auguſtus, γυναῖκας ἐπιφανεῖς, illuſtres feminas in orcheſtram produci. p. 518. A. 522. B.

§ 74. (l. 62.) τήν τε πυῤῥίχην] Infra p. 680. D. ubi de triumpho Claudii Britannico: πυῤῥίχην τε Ἀσιανοὶ παῖδες μεταπεμφθέντες ὠρχήσαντο. Pyrrhicha genus ſaltationis, luſuſque belligeri armatorum juvenum, qui jam inſurgendo, jam ſubſidendo, modo provolando cum ſaltu, mox iterum reſiliendo, ictum intentantes vel declinantes imitabantur, atque inter ſaltandum arma & clypeos concutiebant, de quo Ezech. Spanhemius ad Orat. I. Juliani p. 108. ſq. & Pitiſcus in Lexico, atque ad hæc Suetonii in Cæſare, c. 39. *Pyrrhicham ſaltaverunt Aſiæ Bithyniæque principum liberi.* Nomen habet a Curete Pyrrhichio, inventore, ut teſtis Strabo lib. X. p. 467. ubi de Curetibus diſſerit.

§ 75. (l. 65.) πολιτείᾳ τιμηθέντες] Similiter Nero, teſte Suetonio c. 12. ephebis pyrrhichas ſaltantibus *poſt editam operam, diplomata civitatis Romanæ ſingulis obtulit.*

§ 76. (l. 69.) Λιβυκὰ θηρία] Ut p. 644. E. 650. B. 515. E. Suetonius Claudio c. 21. *exhibuit & Africanas, conficiente turma equitum prætorianorum, ducibus tribunis, ipſoque præfecto.* Contra Plinium, qui urſos dari negat in Africa, urſos Libycos & Numidicos, Martiali aliiſque memoratos, vindicat Salmaſius p. 311. ſqq. ad Solin.

§ 77. (l. 70.) ἰδίᾳ καὶ κατὰ σφᾶς] Ex conſtitutione Auguſti, de qua p. 563. D. & Tiberii, de qua p. 629. D. conf. Sueton. c. 21.

§ 78. (l. 75.) ἑτέρωθί που] Inter equites, ut Tacitus ſenator Plinio IX. 23. Epiſt. narravit, *ſediſſe ſecum Circenſibus proximis equitem Romanum*; quanquam licentiam theatralem, *promiſcue in equite ſpectandi*, inhibuerat quoque Domitianus, teſte Sueton. c. 8.

§ 79. (l. 79.) τῷ τε Ἀντιόχῳ] De hoc dictum ad p. 645. C. vide & Joſephum XIX. 5.

§ 80. (l. 81.) τὸν Μιθριδάτην τὸν Ἴβηρα] Tacitus ad annum ſeptimum Claudii, lib. XI. 8. *ſub idem tempus Mithridates, quem imperitaſſe Armeniis* (lib. VI. 32. ſq.) *& ad præſentiam Cæſaris vectum memoravi,* (locus quo hoc tradiderat Tacitus intercidit) *monente Claudio in regnum remeavit, fiſus Pharaſmanis opibus. Is Rex Hiberis idemque Mithridatis frater. — Tunc diſtractis orientis viribus, & quonam inclinarent incertis, caſus Mithridati datus eſt occupandi Armeniam &c.* Conf. ſupra p. 637. E. & Tacitum XII. 44. ſq. ubi de Mithridate hoc per Rhadamiſtum Pharaſmanis filium regno deinde exuto ac vita. Regnum Iberiæ, quod idem Mithridates tenebat, Cotyi fratri ejus a Claudio datum legas in Petri Magiſtri Eclogis legationum p. 15. edit. Hoeſchelianæ. Hunc Claudio principe ad Sauromatas profugiſſe, tradit Plinius VI. 5.

§ 81. (l. 83.) ἄλλῳ τινὶ Μιθριδάτῃ] Hic eſt Mithridates Boſporanus, de quo Tacitus XII. 15. ſq. Plutarcho in Galba p. 1058. Μιθριδάτης ὁ Ποντικὸς, ubi quid dictum refert in Galbam: & p. 1059. quo in loco eum poſt Nymphidii conjurationem adactum ad mortem a Galba memorat. De ejus cognatione cum magno Mithridate, conſule Reinerum Reineccium T. III. Hiſt. Juliæ, p. 137 — 142.

§ 82. (l. 85.) τῷ Πολέμωνι] Cui Boſporum cum Ponti regno dederat Cajus. p. 649. A.

§ 83. (l. 87.) Ἀγρίππᾳ τῷ Παλαιστίνῳ] Hicce Agrippa non modo Cajo fuerat τυραννοδιδάσκαλος, infra p. 658. E. ſed etiam Claudio hortator, ut contra Senatus ſententiam imperium capeſſeret, teſte Joſepho XIX. 4. Huic itaque principatum magni Herodis avi (a Cajo reſtitutum, ſupra pag. 645. D.) Claudius confirmavit, pluraque etiam addidit, de quo idem Joſephus XIX. 5. ubi teſtatur, eundem decrevisse τιμαῖς ὑπατικαῖς, quibus ornamenta conſularia, de quibus Dio, ab eo intelliguntur. Non conſularia, ſed prætoria Agrippæ data memorat Philo in Flaccum p. 751. ubi eum vocat, βασιλέα καὶ φίλον Καίσαρος, καὶ ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων βουλῆς τετιμημένον στρατηγικαῖς τιμαῖς. Sed videtur prætoria primum, deinde poſt illum librum a Philone editum etiam conſularia ornamenta Agrippa accepiſſe, quem μέγαν βασιλέα vocat Joſephus XX. 3.

§ 84. (l. 90.) Ἡρώδῃ] Hic eſt de quo Joſephus XX. 1. ᾐτήσατο δὲ καὶ Ἡρώδης ὁ ἀδελφὸς μὲν Ἀγρίππα τοῦ τετελευτηκότος, Χαλκίδος τε τὴν ἀρχὴν κατὰ τὸν ... Κλαύδιον Καίσαρα τὴν ἐξουσίαν τοῦ νεὼ, (templi Hieroſolym.) καὶ τῶν ἱερῶν χρημάτων, καὶ τὴν τῶν ἀρχιερέων χειροτονίαν· πάντων τε ἐπέτυχεν. ἐξ ἐκείνου τε πᾶσι τοῖς ἀπογόνοις αὐτοῦ παρέμεινεν ἡ ἐξουσία μέχρι τῆς τοῦ πολέμου τελευτῆς. Hunc Herodem octavo anno Claudii defunctum, idem Joſephus refert XX. 3.

§ 85. (l. 91.) ἔς τε τὸ συνέδριον ἐσιέναι] Hoc conjunctum prætoriis ornamentis, de quibus dictum ad p. 582. B. *Prætoria inſignia* vocat Tacitus, tum alibi tum XII. 21. *Conſularia inſignia Ciloni, Aquilæ prætoria decernuntur.* Honeſtum iſtud ſenatui Romano, quod Rex haberet in parte beneficii, ut ipſi quoties vellet, verſanti in Urbe, liceret illius conſeſſibus intereſſe. Conf. p. 554. C. 582. C.

§ 86. (l. 92.) χάριν οἱ Ἑλληνιστὶ γνῶναι ἐπέτρεψε] Recte Palmerius p. 264. Exercit. in ſcriptores Græcos, *ut ſibi Græce gratias agerent, permiſit.* Alioquin Latini ſermonis obſervantiſſimus

ἀδελφῷ αὐτοῦ [84] Ἡρώδῃ τό, τε στρατηγικὸν ἀξίωμα καὶ δυναστείαν τινὰ ἔδωκε. καὶ [85] ἔς τε τὸ συνέδριον ἐσελθεῖν σφίσι, καὶ [86] χάριν οἱ Ἑλληνιστὶ γνῶναι ἐπέτρεψε. ταῦτα μὲν οὖν, αὐτοῦ τε τοῦ Κλαυδίου ἔργα ἦν, καὶ ὑφ' ἁπάντων ἐπῃνεῖτο. ἐπράχθη δὲ καὶ ἄλλα
C ἄττα τότε, οὐχ ὁμοιότροπα, ὑπό τε τῶν ἐξελευθέρων αὐτοῦ, καὶ ὑπὸ τῆς γυναικὸς Οὐαλερίας Μεσσαλίνης. αὕτη μὲν γὰρ [87] τὴν Ἰουλίαν, τὴν ἀδελφιδῆν αὐτοῦ, ὀργισθεῖσά τε ἅμα, ὅτι μήτε ἐτιμᾶτο ὑπ' αὐτῆς, μήτε ἐκολακεύετο, καὶ ζηλοτυπήσασα, ὅτι περικαλλής τε ἦν, καὶ μόνη τῷ Κλαυδίῳ πολλάκις συνεγίγνετο, ἐξώρισεν, ἐγκλήματα αὐτῇ ἄλλα τε καὶ μοιχείας παρασκευάσασα, ([x] ἐφ' ᾗ καὶ [88] ὁ Σενέκας ὁ Ἄννιος ἔφυγε) καὶ ὕστερόν γε οὐ πολλῷ καὶ [89] ἀπέκτεινεν αὐτήν. ἐκεῖνοι δὲ καὶ τὰς [90] τιμὰς αὐτὸν τὰς ἐπινικίους ἐπὶ τοῖς ἐν τῇ Μαυριτανίᾳ πραχθεῖσι δέξασθαι ἔπεισαν,
D οὐχ ὅτι κατορθώσαντα, ἀλλ' οὐδ' ἐν τῇ ἀρχῇ πω ὄντα ὅτε διεπολεμήθη. καίτοι καὶ τούτῳ τῷ ἔτει [91] ὅ, τε Γάλβας ὁ Σουλπίκιος [92] Χάττους ἐκράτησε, καὶ [93] Πούπλιος Γαουίνιος [y] Μαυρουσίους νικήσας, τά τε ἄλλα εὐδοκίμησε, καὶ [94] ἀετὸν στρατιωτικὸν (ὃς μόνος ἔτι παρ' αὐτοῖς ἐκ τῆς τοῦ Οὐάρου συμφορᾶς ἦν) ἐκομίσατο· ὡς καὶ ἀληθὲς ὄνομα αὐτοκράτορος ἀπ' ἀμφοτέρων σφῶν τὸν Κλαύδιον λαβεῖν.

Τῷ δὲ ἐχομένῳ οἱ αὐτοὶ [95] αὖθις Μαῦροι πολεμήσαντες κατεστράφησαν. [z] Σουητώνιος [96] μὲν γὰρ
E Παυλῖνος, ἐκ τῶν ἐστρατηγηκότων ὤν, τὴν χώραν αὐτῶν μέχρι τοῦ Ἄτλαντος ἀντικατέδραμε. [97] Γναῖος [a] δὲ Ὀσίδιος Γέτας ἐκ τῶν ὁμοίων, μετ' ἐκεῖνον στρατεύσας, ἐπὶ

Herodi prætoriam dignitatem, & principatum quendam conceſſit: iiſdem, ut in ſenatum venirent, ac gratias ſibi Græce agerent, permiſit. Hæc a Claudio ipſo profecta, ab omnibus laudabantur. Cæterum alia his abſimilia multa a libertis ejus, & uxore Valeria Meſſalina agebantur. Hæc Juliam, fratris ejus filiam, indignata, quod ſe non honoraret nec adularetur, formæque ejus æmula, quod ſæpius ſola cum Claudio ageret, extorrem egit, inſtructis cum aliis, tum adulterii criminibus; ob quod Annius etiam Seneca in exilium pulſus eſt. Neque multo poſt Juliam eadem necavit. At liberti Claudio perſuaſere, ut propter res in Mauritania geſtas, honores triumphales acciperet, quamvis victorias non modo ipſe non reportaſſet, ſed needum imperio potitus eſſet cum debellaretur. Eodem tamen anno Sulpicius Galba Chattos vicit, ac P. Gabinius Chaucos: qui inter alia, quæ laudi ipſi eſſent, militarem aquilam, quæ ſola a clade Variana apud illos adhuc ſupererat, recuperavit: quibus utriſque verum imperatoris nomen Claudio partum eſt.

A.U.C. 794 Pomponio Secundo & Cn. Sentio COSS. ſuff.

9. Anno inſequenti Mauri iterum bellum moventes, oppreſſi ſunt; Suetonio Paulino, viro prætorio, regionem eorum uſque ad Atlantem viciſſim populante. Ex eodem ordine Cn. Hoſidius Geta poſt eum expeditione facta, recta

A.U.C. 795 Claudio II. & C. Largo COSS.

x ἐφ' ᾗ. ſcil. μοιχείᾳ. igitur Oddeyi ἐφ' οἷς, nihili eſt. y Μαυρουσίους. *Mauruſios* ſi viciſſet, quanam ratione amiſſam Vari aquilam recuperaſſet, aut qui tandem ea ad Mauruſios perveniſſet? *Chaucos* Suetonii nolim, quia nihil inter Chaucorum & Mauruſiorum nomina affinitatis. quare *Marſos* verti, conjecturam ex Tacito ſumens. quod ſequitur οἱ αὐτοὶ αὖθις Μαῦροι nihil me movet: nam fortaſſis intercidit prior aliqua hoc loco Maurorum defectio. X. probante F. Καύχους reſtituendum, non Μάρσους. intelligit autem *Cauchos* minores ad oſtium Viſurgis. a quibus Gabinius *Chaucius*, referente Suetonio, nominatus. Marſi citius Romanorum imperium agnovere. L. & ſic mihi quoque viſum. conf. p. 687. D. attamen & Leon: *i Mauruſii*. Χερούσκους, Palmer. z Σουητώνιος. ſic X. emendari jubet vulgatum illud Σουητόνιος, quem ſecutus ſum. ſcripſi autem per ω. ut p. 716. ſic Πομπώνιος, Σκριβώνιος &c. a Γναῖος δὲ Ὀσίδιος. vulgo, ὁ Σίδιος. vide p. 333. A. & 678. D. quanquam Δίδιος potius legere jubet Glandorpius, qui & Cajum pro Cnejo appellat, p. 301.

vantiſſimus. Sueton. c. 16. infra p. 676. C. At ne Latino quidem ſermone alioqui permiſiſſe Claudium, gratias ſibi a præfectis, quos legerat, perſolvi in ſenatu, dicet Dio infra p. 672. D.

§ 87. (l. 97.) τὴν Ἰουλίαν] Hæc Caji ſoror, filia fratris Germanici, nupta M. Vinicio, quam a Cajo relegatam p. 642. B. Claudius ab exilio revocaverat. p. 667. A.

§ 88. (l. 2.) ὁ Σενέκας ὁ Ἄννιος] De hoc exilio Seneca, *remotus inter Corſici rupes maris*, (Senec. Octav. v. 382.) conſolationem ad Helviam matrem ſcripſit, quæ plurium manibus teritur. Idem conſolat. ad Polybium c. 32. de Claudio Imperatore: *nec enim ſic me dejecit ut nollet erigere; imo ne dejecit quidem, ſed impulſum a fortuna & cadentem ſuſtinuit, & in præceps euntem, leniter divinæ manus uſus moderatione depoſuit. Deprecatus eſt pro me ſenatum, & vitam mihi non tantum dedit, ſed etiam petiit.* & c. 37. queritur, barbarorum inconditum & barbaris quoque humanioribus gravem fremitum aures ſuas circumſonare. Ab hoc exilio revocatus deinde, præturaque ornatus poſt Meſſalinæ mortem, commendante Agrippina. vide Tacitum XII. 8. infra ad p. 686. D.

§ 89. (l. 3.) ἀπέκτεινεν αὐτήν] *Julias, alteram Druſi,* (& ſororis ſuæ Livillæ) *alteram Germanici* (fratris & Agrippinæ) *filiam, crimine incerto, nec defenſione ulla data, occidit.* Suet. c. 29. De utriuſque cæde infra p. 677. C.

§ 90. (l. 4.) τιμὰς τὰς ἐπινικίους] Decreta Claudio a ſenatu ornamenta triumphalia memorat idem Sueton. c. 52. Tangit autem Dio tumultus a Mauritanis motos, atque utcunque ſopitos Caji tempore, qui Ptolemæum ipſorum Regem interfecerat. vide p. 659. E. Aliud deinde bellum in Mauritania ſub Claudio, de quo mox infra, D. & 681. B.

§ 91. (l. 7.) ὅ, τε Γάλβας ὁ Σουλπίκιος] Hic eſt qui poſtea per breve tempus imperitavit. Atque ad hanc expeditionem pertinet, quod Plutarchus in Galbæ vita p. 1054. λέγεται δὲ καὶ στρατεύματος ἐν Γερμανίᾳ καλῶς ἄρξαι, atque ex Suetonii Galba c. 6. conſtat, eum Germanicæ provinciæ præfectum a Cajo, ſubſtitutumque Lentulo Gætulico, de cujus nece ſupra, p. 657. C.

§ 92. (l. 8.) Χάττους ἐκράτησε] Cattorum circa hoc tempus latrocinia agitantium mentio apud Tacitum XII. 27. Germanica hæc natio ſilvæ Hercyniæ vicina.

§ 93. (l. 9.) Πούπλιος Γαουίνιος Μαυρουσίους] Leunclavius Καύχους, quia apud Suetonium c. 24. Claudius *Gabinio Secundo, Chaucis gente Germanica ſuperatis, Chaucius cognomen uſurpare conceſſit.* Palmerius Exerc. ad ſcriptores Græcos, p. 265. legit Χερούσκους, cui Tacitus XII. 28. videtur ſuffragari. Mihi veriſimilius videtur legendum Μάρσους, ut recte Xylander, quæ natio & ipſa Germanica Cattis ac Cheruſcis vicina Chaucisque. Et *Marſorum* dux fuerat, qui captus pridem a Germanico, indicaverat, proximo luco *defoſſam Varianæ cladis aquilam*, modico præſidio ſervari, ut idem Tacitus annotavit lib. II. Annal. c. 25.

§ 94. (l. 10.) ἀετὸν στρατιωτικὸν] De aliis ſignis militaribus Varianæ cladis, quæ Germanicus a Germanis recepit, dictum ſupra p. 614. E. Tacitus vero de hac ipſa ſub Claudio expeditione XII. 27. *aucta lætitia, quod quoſdam e clade Variana quadrageſimum poſt annum ſervitio exemerant.*

§ 95. (l. 14.) αὖθις Μαῦροι] De hoc bello Plin. lib. V. c. 1. *Romana arma primum Claudio principe in Mauritania bellavere, Ptolemæum Regem a Cajo Cæſare interemtum* (ſupra pag. 659. E.) *ulciſcente liberto Ædemone; refugientibusque barbaris, ventum eſſe conſtat ad montem Atlantem.* Adde Solin. c. 24.

§ 96. (l. 15.) Σουητώνιος Παυλῖνος] Idem C. Suetonius Paulinus, qui magnas deinde res geſſit in Britannia, ut a Tacito multis traditum, nunc Proprætor in Numidia. In quibusdam codicibus Σουητόνιος, ut dixerunt *Amynclæ* pro Amyclæ, & *Hortenſius, Pudens, Clemens,* pro Ὀρτήσιος, Πούδης, Κλήμης, ut omittam alia notata in Diario eruditorum Italiæ T. XXXII. p. 90. Franciſci Junii Gloſſario ad Ulphilam p. 337. Tho. Reineſii epiſt. ad Jo. Andr. Boſium, p. 125. Voſſii Etymologico, voce *theſaurus*, Gudio ad Phædrum, p. 240. &c.

§ 97. (l. 17.) Γναῖος δὲ Ὀσίδιος Γέτας] Hic Hoſidius eſt, qui deinde conſulatum geſſit A. U. C. 801. cum L. Vagellio. vide

A.U.C.795 Claudio II. & C. Largo COSS.

recta adverſus Salabum ducem eorum contendit, eumque ſemel atque iterum vicit. Qui quum, relictis quibuſdam ad limites, qui inſequentes arcerent, ad arenoſa confugeret; auſus eſt Hoſidius inſectari eum, ac parte exercitus poſita in ſubſidiis proceſſit, aqua ſecum, quantam potuit, portata. Verum ea abſumpta, quum nulla alia ſuppeteret, in ſumma hæſit difficultate: barbaris durantibus, eo quod ſitim diutiſſime tolerare adſueviſſent, ac peritia locorum aquam ſemper invenirent. Romanis e contrario neque progredi integrum ullo modo, neque regredi jam facile erat: quum quidam indigenarum fœderatorum Hoſidio, dubitanti quid faciendum eſſet, auctor fuit, ut incantationibus & arte magica uteretur; affirmans, ſæpius eo ſibi modo plurimam aquam contigiſſe. Quum paruiſſet, tanta confeſtim aquæ vis cœlitus fluxit, ut & ſitim exercitus reſtingueret, & hoſtes perterrefaceret, divinum auxilium Romanis adeſſe opinantes. Itaque bello depoſito ultro pacis conditiones acceperunt. His actis, Claudius Mauros ſubditos in duas provincias diviſit; unam ad Tingim, alteram ad Cæſaream; unde nomina quoque ambabus indita; duobus iis equitibus præpoſitis. Eodem tempore finitimi barbari, quum Numidiæ quaſdam partes infeſtaſſent, victi bello ſunt, ac Numidia pacata.

10. Conſulatum gerebat tum Claudius, collegam habens C. Largum, cui conſulatum in totum annum prorogavit: ipſe tum quoque duos tantum menſes eum geſſit. In Auguſti acta jurare alios juſſit, ac ipſe quoque fidem dedit: (neque enim paſſus eſt quenquam in ſua jurare acta:) & conſulatu ſe abdicans, itidem ut alii jusjurandum præſtitit, ſolitus id omnibus ſuis conſulatibus facere. Tunc etiam Kalendis Januariis, quum recitarentur ex ſenatusconſulto orationes quædam Auguſti & Tiberii, ita ut usque ad veſperam ſenatus detineretur; finem lectioni impoſuit,

ἐπὶ τὸν Σάλαβον τὸν στρατηγὸν σφῶν εὐθὺς ὥρμησε, καὶ ἐνίκησεν αὐτὸν καὶ ἅπαξ καὶ δεύτερον. ἐπειδή τε ἐκεῖνος, καταλιπών τινας πρὸς τοῖς μεθορίοις, εἴργειν τοὺς ἐπιδιώξοντας, πρὸς τὰ ψαμμώδη ἀπέφυγεν, ἐτόλμησεν ἐπισπέσθαι οἱ· καὶ ἀντικαταστήσας τοὺς ἐφεδρεύοντας μέρος τοῦ στρατοῦ, προῄει συσκευασάμενος ὕδωρ ὅσον ἐνεδέχετο. ὡς δὲ τοῦτό τε ἐπέλειπε, καὶ ἄλλο οὐχ εὑρίσκετο, ἐν παντὶ κακοῦ ἐγένετο. οἱ μὲν γὰρ βάρβαροι, ἄλλως τε ἐπὶ μακρότατον πρὸς τὸ δίψος ὑπὸ τοῦ 671 ἔθους ἀντέχοντες, καὶ πάντως τι ὕδωρ ἐμπειρίᾳ τῶν χωρίων πορίζόμενοι, διεγίγνοντο· τοῖς δὲ δὴ Ῥωμαίοις ἐκ τῶν ἐναντίων, ἀδύνατον μὲν προχωρῆσαι, χαλεπὸν δὲ καὶ ὑποστρέψαι ἦν. ἀποροῦντα δὴ αὐτὸν ὅ, τι χρὴ πρᾶξαι, ἀνέπεισέ τις τῶν ἐπιχωρίων τῶν ἐνσπόνδων, [98] ἐπῳδαῖς τέ τισι καὶ [b] μαγγανείαις χρήσασθαι λέγων, πολλάκις σφίσιν ἐκ τοῦ τοιούτου πολὺ ὕδωρ δεδόσθαι. καὶ αὐτῷ παραχρῆμα τοσοῦτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐῤῥύη, ὥστε καὶ αὐτὸ δίψος ἐξακέσασθαι, καὶ τοὺς πολεμίους προσκατεπλῆξαι, νομίσαντας τὸ θεῖόν οἱ ἐπικουρεῖν. B καὶ οἱ μὲν ἐκ τούτου ἐθελονταί τε ὡμολόγησαν, καὶ κατελύσαντο. πραχθέντων δὲ τούτων, [99] ὁ Κλαύδιος διχῇ τοὺς Μαύρους τοὺς ὑπηκόους ἔνειμεν, ἔς τε τὰ περὶ Τίγγιν, καὶ ἐς τὰ περὶ Καισάρειαν (ἀφ᾽ ὧνπερ καὶ ὀνομάζονται) καὶ [100] δύο ἄρχουσιν ἱππεῦσι προσέταξε. κἀν τῷ αὐτῷ τούτῳ χρόνῳ καὶ τῆς Νουμιδίας τινὰ ἐπολεμήθη τε ὑπὸ τῶν προσοίκων βαρβάρων, καὶ ἔπειτα κρατηθέντων αὐτῶν μάχαις, κατέστη.

Ὑπάτευε δὲ ὁ Κλαύδιος μετὰ [101] Γαΐου Λάργου· C καὶ ἐκείνῳ μὲν δι᾽ ἔτους ἄρξαι ἐφῆκεν, αὐτὸς δὲ δύο μῆσι καὶ τότε τὴν ἀρχὴν ἔσχε. καὶ [102] περί τε τῶν τοῦ Αὐγούστου πράξεων τούς τε ἄλλους ὥρκισε, καὶ αὐτὸς ἐπισώθη· (περὶ γὰρ τῶν ἑαυτοῦ οὐδενὶ τὸ παράπαν τοῦτο ποιῆσαι ἐπέτρεψε) [103] καὶ ἐξιὼν ἐκ τῆς ἀρχῆς, αὖθις ὤμοσεν ὥσπερ οἱ ἄλλοι. καὶ ταῦτα μὲν ἀεὶ ὁσάκις ὑπάτευσεν, ἐγένετο. τότε δὲ [104] λόγους τινὰς ἐν τῇ νουμηνίᾳ, τοῦ τε Αὐγούστου καὶ τοῦ Τιβερίου, κατὰ δόγμα ἀναγιγνωσκομένους, ὥστε καὶ μέχρι τῆς ἑσπέρας τοὺς βουλευτὰς παρατείνεσθαι, D ἔπαυσεν ἀρκοῦν εἶναι φήσας, ἐν ταῖς στήλαις

b μαγγανείαις. μαγείαις, L. ad marg. ſed illud vocabulum ſæpius apud Dionem & alios ſcriptores occurrit. vide Suidam.

vide veterem tabulam apud Thom. Reineſium, p. 475. Inſcript. Alius Luſius Geta, prætorianis eodem tempore præpoſitus, de quo Tacitus XI. 31. & alibi.

§ 98. (l. 33.) ἐπῳδαῖς τισι καὶ μαγγανείαις] Magos ac theurgos incantationibus ſuis imbres cœlo poſſe deducere, perſuaſum olim multis, ut patet ex Suida in Ἀρνοῦφις & Ἰουλιανός, & Xiphilino infra p. 805. D.

§ 99. (l. 40.) ὁ Κλαύδιος διχῇ] Plinius lib. V. c. 1. *Principio terrarum Mauritaniæ appellantur usque ad Cajum Cæſarem Germanici filium regna, ſævitia ejus in duas diviſæ provincias.* Quod Dio noſter Claudio tribuit, Plinius ait ſævitia Caji factum eſſe, quia occiſus a Cajo Ptolemæus, Mauritaniæ Rex, anſam dedit bello, poſt quod pacatum, victosque ac ſubactos Mauros, Claudius Mauritaniam omnem diviſit in *Tingitanam & Cæſarienſem.*

§ 100. (l. 43.) δύο ἄρχουσιν ἱππεῦσι] Itaque & Tacito lib. I. Hiſt. c. 11. inter provincias, *quæ procuratoribus cohibentur,* numerantur *duæ Mauritaniæ.* Aurelius Victor in Claudio: *a meridie Mauri acceſſere provinciis, demtis regibus poſt Jubam.*

§ 101. (l. 47.) μετὰ Γαΐου Λάργου] Perperam ille *Longus Cæcina* apud Aſconium Pædianum: nam & Largi & Cæcinæ nomina familiaria Liciniæ genti, ut multis teſtimoniis probavit Ezech. Spanhemius T. II. operis de uſu numiſmatum p. 9. ſq.

§ 102. (l. 49.) περί τε τῶν τοῦ Αὐγούστου] Vide ad p. 607. p. 457. C. de Tiberio autem & Cajo p. 646. C. 667. D.

§ 103. (l. 52.) καὶ ἐξιὼν ἐκ τῆς ἀρχῆς] De more jurantium in conſulatus depoſitione, dictum p. 47. C. 65. E. 496. B. 649. C. Plinius c. 65. panegyrici idem laudat in Trajano, tanquam majus quid.

§ 104. (l. 55.) λόγους τινὰς ἐν τῇ νουμηνίᾳ] Ex SCto conſueverant quotannis ad poſterorum memoriam recitari in ſenatu Calendis Januariis orationes quædam Auguſti, Tiberiique, etiam Caji, p. 654. D. ac deinde Neronis p. 690. D.

§ 105. (l. 59.) τινὲς τῶν στρατηγῶν] Curam ærarii Saturni, a Quæſtoribus ad Prætorios Prætoresve, tranſire juſſerat Auguſtus, teſte Suetonio c. 36. quorum aliqui cum mala fide rem geſſiſſent, Quæſtoribus illam provinciam reddidit Claudius, mox iterum ad præturam perfunctos a Nerone transferendam. vide quæ viri docti ad Sueton. Claud. cap. 24. & Taciti XIII. 28. Mentio etiam ſupra p. 667. B. & 680. E.

§ 106. (l. 65.) τεσσαρεσκαίδεκα καὶ ὀκτωκαίδεκα] De diverſo prætorum numero p. 634. B. 655. E. &c.

§ 107. (l. 68.) τρεῖς ἄνδρας τῶν ἐστρατηγηκότων] Novus hic triumviratus, debitis pro ærario publico exigendis, a Claudio conſtitutus, cujus neſcio an alibi apud veteres ſcriptores mentio. Lictores illis bini additi, ut viris prætoriis, de quibus p. 526. B.

§ 108. (l. 71.) λιμοῦ τε ἰσχυροῦ γενομένου] Famis ſub Claudio, duplicem cauſſam aſſignant ſcriptores. Unam tangit Aurelius Victor in Cæſaribus, ubi de Claudio: *Adhuc annonæ egeſtas compoſita, quam Caligula induxerat,* (ſupra p. 653. A.) *dum adactis toto orbe navigiis pervium mare theatris curribusque damno publico efficere contendit.* Alteram cauſſam reddit Suetonius c. 18. *arctiore annona ob aſſiduas ſterilitates.* Sed duplicem etiam famem patet ab illis notari, unam de qua Dio, numi, & Aurelius Victor, quæ in prima tempora Claudiani imperii incidit: alteram anno undecimo Claudii, de qua, præter

λαις αὐτοὺς ἐγγεγράφθαι. ἐπεί τέ [105] τινες τῶν στρα-
τηγῶν, τῶν τὴν διοίκησιν ἐγκεχειρισμένων, αἰτίαν ἔλα-
βον, οὐκ ἐπεξῆλθε μὲν σφίσι, πιπράσκουσι δέ τινα
καὶ μισθοῦσιν ἐπιφοιτήσας, πάνθ' ὅσα ἐνόμιζε μὴ κα-
λῶς γίγνεσθαι, διώρθωσε· καὶ τοῦτο καὶ αὖθις πολ-
λάκις ἐποίησεν. ἀνωμάλως δὲ δὴ οἱ στρατηγοὶ ἀπε-
δείκνυντο. καὶ γὰρ [106] τεσσαρεσκαίδεκα καὶ ὀκτωκαί-
δεκα, διὰ μέσου τε (ὥς που καὶ συνέπεσεν) ἐγί-
E γνοντο. τοῦτό τε οὖν περὶ τὴν διοίκησιν ἔπραξε, καὶ
[107] τρεῖς ἄνδρας τῶν ἐστρατηγηκότων, πράκτορας τῶν
τῷ δημοσίῳ ὀφειλομένων κατέστησε, καὶ ῥαβδούχους
καὶ τὴν ἄλλην ὑπηρεσίαν αὐτοῖς δούς.

[108] Λιμοῦ τε ἰσχυροῦ γενομένου, οὐ μόνον [c] τῆς
ἐν τῷ τότε παρόντι ἀφθονίας τῶν τροφῶν, ἀλλὰ καὶ
τῆς ἐς πάντα τὸν μετὰ ταῦτα αἰῶνα, πρόνοιαν ἐποιή-
σατο. [109] ἐπεισάκτου γὰρ παντὸς, ὡς εἰπεῖν, τοῦ
σίτου τοῖς Ῥωμαίοις ὄντος, ἡ χώρα ἡ πρὸς ταῖς τοῦ
Τιβέριδος ἐκβολαῖς, οὔτε καταίρσεις ἀσφαλεῖς, οὔτε
λιμένας ἐπιτηδείους ἔχουσα, ἀνωφελὲς σφίσι τὸ κρά-
672 τος τῆς θαλάσσης ἐποίει. ἔξω τε γὰρ τῶν τῇ τε
ὥρᾳ ἐσκομισθέντων, καὶ ἐς [d] τὰς ἀποθήκας ἀναχθέν-
των, οὐδὲν τὴν χειμερινὴν ἐσεφοίτα, ἀλλ' εἴ τις παρ-
εκινδύνευσε, κακῶς ἀπήλλασσε. ταῦτ' οὖν συνιδὼν,
[110] λιμένα τε [e] παρασκευάσαι ἐπεχείρησεν, οὐδ' ἀπε-
τράπη, (καίπερ τῶν ἀρχιτεκτόνων εἰπόντων αὐτῷ πυ-
θομένῳ, πόσον τὸ ἀνάλωμα ἔσοιτο, ὅτι, οὐ θέλεις
[f] αὐτὸν ποιῆσαι· οὕτως ὑπὸ τοῦ πλήθους τοῦ δα-
πανήματος ἀναχαιτισθῆναι αὐτὸν, εἰ προπύθοιτο αὐτὸ,
ἤλπισαν) ἀλλὰ καὶ ἐνεθυμήθη πρᾶγμα καὶ τοῦ
B φρονήματος καὶ τοῦ μεγέθους τοῦ τῆς Ῥώμης ἄξιον,
καὶ ἐπετέλεσε. τοῦτο μὲν γὰρ, ἐξορύξας τῆς ἠπεί-
ρου χωρίον οὐ σμικρὸν, τό περιξ πᾶν ἐκρηπίδωσε, καὶ
τὴν θάλασσαν ἐς αὐτὸ ἐσεδέξατο· τοῦτο δὲ, ἐν αὐ-
τῷ τῷ πελάγει χώματα ἑκατέρωθεν αὐτοῦ μεγάλα
χώσας, θάλασσαν ἐνταῦθα πολλὴν περιέβαλε· καὶ
νῆσον ἐπ' αὐτῇ, [111] πύργον τε ἐπ' ἐκείνῃ φρυκτω-
ρίαν ἔχοντα, κατεστήσατο. ὁ μὲν οὖν λιμὴν, ὁ καὶ
νῦν οὕτω κατά γε τὸ ἐπιχώριον ὀνομαζόμενος, ὑπ'
C ἐκείνου τε ἐποιήθη· τὴν δὲ [112] λίμνην τὴν Φουκίνην
τὴν τῶν Μαρσῶν ἠθέλησε μὲν ἐς τὸν Τίβεριν ἐξα-
γαγεῖν,

impoſuit, ſatis eſſe dicens, eas in tabulis inciſas eſſe. Quum quidam prætores adminiſtrando ærario præpoſiti, officii male acti accuſarentur, non quidem illos perſecutus eſt, ſed venditiones quaſdam eorum locationesque ipſe inſpexit, correxitque ſi quid minus recte agi cenſeret: idemque crebro factitavit. Eo tempore non idem numerus prætorum obſervabatur, quum XIV, aut XVIII, aut medio inter hos numero crearentur, prout res tuliſſet. Conſtituit etiam tres viros prætorios, qui publico debita exigerent: iisque lictores, & alios miniſtros addidit. — A.U.C. 795 Claudio II. & C. Largo COSS.

11. Fame ingenti exorta, non modo ad præſens tempus copiæ alimentorum, verum in perpetuum etiam proſpexit. Nam frumentum, quo Roma utitur, omne propemodum aliunde advehitur: at quum loca circum oſtia Tiberis neque tuta navibus appellendis eſſent, neque portus opportunos haberent; efficiebatur, ut maris imperium parum Romanis prodeſſet, quum præter ea, quæ æſtate ſubveherentur, ac in granariis conderentur, hyeme nihil ſupportaretur; ac, ſi quis id periculum temere ſubiiſſet, magno afficeretur damno. Id intelligens Claudius, inſtituit portum ibi fabricari: quumque architecti interroganti, quanti ſumptus ejus operis eſſent futuri, tantos reſpondiſſent, quantos ipſe facere nollet, ſperantes, impendii magnitudine audita, ipſum a propoſito deſtiturum: nihil deterritus, rem in animum ſuum induxit, perfecitque, magnitudine animi ac potentia Romana dignam. Effodit enim continentem haud exiguo ſpatio, ambitumque omnem crepidine lapidum firmavit, ac in eum locum mare accepit: deinde ex utraque hujus loci parte aggeres in ipſo mari magnos jecit, multumque iis maris complexus eſt: quin ibi inſulam effecit, impoſita turri, unde noctu ignes emicantes ſignum nautis darent. Isque portus ab eo exſtructus, Oſtienſis Latinis dicitur. In Fucino

[c] τῆς ἐν τῷ τότε παρόντι — ἀλλὰ καὶ τῆς. τοῖς ἐν τῷ τότε παροῦσιν — ἀλλὰ καὶ τοῖς, Xiph. [d] ἐς τὰς ἀποθήκας. ἐς τὴν ἀποθήκην, Xiph. ſed illud præſtat. [e] παρασκευάσαι. κατασκευάσαι, Xiph. & Z. [f] αὐτὸν. ſcil. λιμένα. αὐτὸ, L. ad marg. ſcil. τὸ ἀνάλωμα. quod minus neceſſarium. habet & Xiph. αὐτὸν, & ita legit Leon. alterum vero αὐτὸ plane omittit.

ter Suetonium & Oroſium, adeundus Tacitus XII. 43. & Euſebius in Chronico: *magna fames Romæ*. Ab utraque ut videtur diverſa fames magna in Judæa, μέγας λιμὸς κατὰ τὴν Ἰουδαίαν, de qua Joſephus XX. 2. & 5. & quam Agabus prædixit Act. XI. 28. De hac itidem Euſebius in Chronico & Oroſius VII. 6. qui refert ad annum Claudii quartum. Prima fames a primo Claudii anno in ſecundum tertiumque continuata, ut numi apud Mediobarbum per tres illos annos cuſi oſtendunt, in quibus vas frumentarium ſpicis repletum. vide Antonium Pagi ad A. C. 42. num. VII. & Nathanaëlem Lardnea in præclaro opere Anglice edito de fide hiſtoriæ Evangelicæ, T. I. p. 518. ſqq.

§ 109. (l. 74.) ἐπεισάκτου παντὸς ὡς εἰπεῖν] Frumentum Romam advehi ſolitum e Sicilia, ſed longe plurimum ex Ægypto, de quo Plinius in Panegyrico, c. 31.

§ 110. (l. 82.) λιμένα] Sueton. c. 20. *Portum Oſtiæ exſtruxit, circumducto dextra ſiniſtraque brachio, & ad introitum profundo jam ſalo mole objecta. Quam quo ſtabilius fundaret, navem ante demerſit, qua magnus obeliſcus ex Ægypto fuerat advectus.* De navi illa, Caji juſſu condita, qua nihil admirabilius viſum in mari fuiſſe Plinius certum ait XVI. 40. *Centum & viginti millia modium lentis pro ſaburra ei fuere. Longitudo ſpatium obtinuit magna ex parte Oſtienſis portus latere lævo. Ibi namque demerſa eſt a Claudio Principe.* Oſtienſis portus a Claudio exædificati iterum meminit lib. IX. c. 6. & XXXVI. 15. Sed pulchra in primis ejus memoria exſtat in numo Neronis, qui Claudii ſucceſſor videtur illi ultimam manum impoſuiſſe, in Caroli Patini Theſauro numiſmatum p. 143.

§ 111. (l. 94.) πύργον τε ἐπ' αὐτῇ] Juvenalis XII. 75. *poſitas incluſa per æquora moles, Tyrrhenamque Pharon.* Plinius XVI. 40. *cum tribus molibus, turrium altitudine in ea* (navi demerſa) *exædificatis obiter Puteolano pulvere, advectisque.* Sueton. c. 20. *congeſtisque pilis ſuperpoſuit altiſſimam turrim, in exemplum Alexandrini Phari, ut ad nocturnos ignes curſum navigia dirigerent.* Pharus hic in inſula, ſive mediis aquis, conſtitutus, cum portu Oſtienſi eleganter exprimitur in tabula Peutingeriana.

§ 112. (l. 97.) λίμνην τὴν Φουκίνην τὴν τῶν Μαρσῶν] Marſi hi Italiæ populi, noti ex bello Marſico, de quo viri docti ad Flori III. 18. 6. adeoque longe diverſi a Marſis Germanorum, de quibus ad p. 670. D. De emiſſario Fucini lacus ita Plinius XXXVI. 15. *Ejuſdem Claudii inter maxime memoranda equidem duxerim, quamvis deſtitutum ſucceſſoris odio, montem* (inter lacum Fucinum amnemque Lirim, Tacitus XII. 56.) *perfoſſum ad lacum Fucinum emittendum, inenarrabili profecto impendio, & operarum multitudine per tot annos;* (annos undecim continuos, triginta hominum millibus, ſine intermiſſione operantibus. Sueton. c. 20.) *cum aut corrivatio aquarum, qua terrenus mons erat, egereretur in vertice machinis, aut ſilex cæderetur, omniaque intus in tenebris fierent, quæ neque concipi animo, niſi ab iis qui videre, neque* humano

A.U.C.795 Claudio II. & C. Largo COSS.

cino autem apud Marſos lacu in Tiberim emittendo, ut & locus circa eum lacum agriculturæ aptus, & Tiberis magis adhuc navigabilis fieret, inanes ſumptus fecit. Multas tulit leges, quarum pleraſque commemorare nihil attinet. Inter alias fuit, ut forte ducti præfecti, qui tum diu in urbe morabantur, ante Kal. April. in provincias abirent: tum ne electi gratias ei in ſenatu agerent, quod pro more faciebant; non eos ſibi dicens gratias debere, quaſi per ambitionem eum honorem obtinuiſſent; ſed ipſis ſe debere, quem in principatu adminiſtrando prompte adjuvarent: pollicitus etiam uberiores laudes, ſi bene præfuiſſent. Iis qui propter tenuitatem cenſus in ſenatu eſſe non poſſent, ut veniam impetrarent, conceſſit. Equites quoſdam ad tribunatum plebis admittebat, reliquos autem omnes coegit, in ſenatum, quoties vocarentur, venire: eoſque qui non paruiſſent, tam vehementer objurgavit, ut quidam horum necem ſibi conſciverint.

12. Alioquin popularis & benignus iis erat, ut ægrotantes inviſerit etiam, dies feſtos agentibus adfuerit. Quum quidam tribunusplebis publice ſervum ejus percuſſiſſet, nihil aliud in eum ſtatuit, quam quod adparitores ademit, reſtituitque eos non poſt multum temporis. Servum ſuum alium, qui quendam illuſtrem virum probro affeciſſet, in forum miſſum flagris concidit. In curia ſi ſenatores diutius ſtetiſſent, ipſe quoque ſurrexit: nam (ut dixi) propter infirmitatem ſedens plerumque, ſi quid rogaretur, de ſcripto reſpondebat. L. Syllæ, quum is propter ſenium in ſuo ſubſellio quædam audire non potuiſſet, ac ideo ſurrexiſſet, permiſit, ut in prætoriis ſubſelliis ſederet. Qua die prioris anni imperator fuit creatus, ipſe quidem nihil eximii egit, niſi quod prætorianis militibus viritim centenos nummos diſtribuit, repetiitque deinceps quotannis idem. At prætores, nec ii tamen omnes, ſed qui vellent, (id enim

γαγεῖν, ὅπως ἥ τε χώρα ἡ περὶ αὐτὴν γεωργῆται, καὶ ὁ ποταμὸς ναυσίπορος μᾶλλον γένηται, μάτην δὲ δὴ ἐδαπανήθη. [113] ἐνομοθέτησε μὲν οὖν καὶ ἄλλα τινὰ, ὧν οὐδεμία μοι ἄλλη ἀνάγκη μνημονεῦσαί ἐστι· κατέδειξε δὲ καὶ τάδε· [114] τούς τε κληρωτοὺς ἄρχοντας πρὸ τῆς τοῦ Ἀπριλλίου νουμηνίας, ἐπειδήπερ ἐπὶ πολὺ ἐν τῷ ἄστει ἐνεχρόνιζον, ἀφορμᾶσθαι· καὶ τοὺς αἱρετοὺς μηδεμίαν οἱ χάριν ἐν τῷ συνεδρίῳ γινώσκειν (ὅπερ καὶ ἔτι ἔθος ἐποίουν) εἰπὼν, ὅτι, “Οὐχ οὗτοι ἐμοὶ χάριν ἔχειν “ὀφείλουσιν, ὥσπερ ἐσπουδαρχηκότες, ἀλλ᾽ ἐγὼ “τούτοις, ὅτι μοι τὴν ἡγεμονείαν προθύμως συνδιαφέρουσι· καὶ ἄν γε καὶ καλῶς ἄρξωσι, πολὺ “μᾶλλον αὐτοὺς ἐπαινέσω.” Τοῖς μὲν οὖν [g] ὑπ᾽ ἀσθενείας βίου [115] μὴ δυναμένοις βουλεύειν, ἐφίει παρίεσθαι· [116] ἔκ τε τῶν ἱππέων τινὰς ἐς τὰς δημαρχίας ἐσεδέχετο· τοὺς δ᾽ ἄλλους καὶ πάνυ πάντας ἐπηνάγκαζεν, ἐς τὸ βουλευτήριον, ὁσάκις ἂν ἐπαγγελθῇ σφίσι, συμφοιτᾶν. καὶ ἐπὶ μὲν τούτῳ οὕτως ἰσχυρῶς τοῖς μὴ πειθαρχοῦσιν ἐπετίμα, ὥστε τινὰς ἑαυτοὺς ἀναχρήσασθαι.

Ἐς δὲ δὴ τὰ ἄλλα κοινὸς καὶ ἐπιεικὴς ἦν πρὸς αὐτούς· κάμνοντάς τε ἐπεσκέπτετο, καὶ ἑορτάζουσι σφίσι συνεγίγνετο. [117] δημάρχου τέ τινος πληγὰς δημοσίᾳ δούλῳ αὐτοῦ δόντος, αὐτὸν μὲν οὐδὲν κακὸν εἰργάσατο, τοὺς δ᾽ ὑπηρέτας αὐτοῦ ἀφελόμενος, ἔπειτα καὶ ἐκείνους οὐ πολλῷ ὕστερον ἀπέδωκε. δοῦλόν τε ἕτερον αὐτοῦ, ὅτι τινὰ τῶν ἐπιφανῶν ὕβρισεν, ἐς τὴν ἀγορὰν πέμψας, ἀπεμαστίγωσε. [h] καὶ τῷ συνεδρίῳ [118] αὐτὸς μὲν ἐξανίστατο, εἴ ποτε ἐπὶ πολὺ οἱ ἄλλοι ἑστήκεσαν. καθήμενος γὰρ, [119] ὥσπερ εἶπον, ὑπὸ τῆς ἀρρωστίας, πολλάκις ἀνεγίνωσκέ τινα αἰτούμενος. 673

[120] Λουκίῳ δὲ δὴ Σύλλᾳ, καὶ ἐς τὸ τῶν στρατηγῶν βάθρον (ὅτι μὴ δυνηθείς ποτε ὑπὸ γήρως ἐκ τῆς ἑαυτοῦ ἕδρας ἐπακοῦσαί τινα, ἀνέστη) καθίζεσθαι ἐπέτρεψεν. [121] ἔν τε τῇ ἡμέρᾳ ἐν ᾗ αὐτοκράτωρ τῷ προτέρῳ ἔτει ἀπεδείχθη, αὐτὸς μὲν οὐδὲν ἐξαίρετον ἔπραξε, πλὴν ὅτι τοῖς δορυφόροις πέντε καὶ εἴκοσι δραχμὰς ἔδωκε, καὶ τοῦτο ἔπειτα κατ᾽ ἔτος ἐποίησε. τῶν μέντοι στρατηγῶν τινες ἐθελονταὶ, καὶ [122] ἀπ᾽ οὐδενὸς ψηφίσματος, ἐκείνην τε τὴν ἡμέραν, καὶ τὰ [123] γενέθλια τὰ τῆς Μεσσαλίνης

D E B

g ὑπ᾽ ἀσθενείας βίου. ὑπ᾽ ἀσθενείας ἢ βίου, Od. *per debilita del corpo.* Leon. h καὶ τῷ συνεδρίῳ. καὶ ἐν τῷ συνεδ. L. ad marg. καὶ ἐν, melius, Od. paulo ante δούλῳ αὐτοῦ, vulgo. *ſuum*, X. Leon. ex αὑτοῦ. quod probo. ideo l. 23. αὑτοῦ ſcribo pro αὐτοῦ.

humano ſermone enarrari poſſunt. De admirando hoc opere, quod perfecit deinde Trajanus, teſte veteri lapide apud Reineſium p. 333. vel Hadrianus, teſte Spartiano, & veteri nummo T. X. Theſauri Græviani, p. 623. præter Mutii Phœbonii obſervata libro ſecundo hiſtoriæ Marſorum, (T. IX. Theſauri rerum Italicarum parte 4.) erudita & accurata exſtat lucubratio laudatiſſimi viri Raphaëlis Fabretti, ad calcem ſyntagmatis quo Columnam Trajani illuſtravit, editi Romæ 1683. Fol.

§ 113. (l. 1.) ἐνομοθέτησε] Conf. Sueton. c. 14. ſq. 19. & 22. ſqq.

§ 114. (l. 3.) τοὺς κληρωτοὺς ἄρχοντας] In Provinciis populi; delecti in Provinciis Principis vide p. 503. D. infra p. 680. E. 682. B. De hac porro Claudii conſtitutione, qua provinciis per ſortem præpoſiti diutius in urbe morari prohibebantur, Dio iterum p. 676. C. niſi quod hoc loco jubentur urbe ad provinciam capeſſendam excedere πρὸ τῆς τοῦ Ἀπριλλίου νουμηνίας, *ante Calendas Aprilis*, ibi tantummodo πρὶν μεσοῦν τὸν Ἀπρίλλιον, *ante medium Aprilem.*

§ 115. (l. 13.) μὴ δυναμένοις βουλεύειν] Quod cenſu ſenatorio carerent, hoc enim per ἀσθένειαν τοῦ βίου Dio intelligit, πενίαν vocat infra p. 684. D. βίος pro οὐσίᾳ & cenſu, tralatitium.

§ 116. (l. 14.) ἔκ τε τῶν ἱππέων] Vide p. 542. E. 587. C.

§ 117. (l. 22.) δημάρχου τέ τινος] Videtur hoc factum, Claudio cenſuram gerente, de qua Sueton. c. 16. De ὑπηρέταις tribunorum plebis dictum ad p. 683. E.

§ 118. (l. 28.) αὐτὸς μὲν ἐξανίστατο] Conf. p. 668. D.

§ 119. (l. 29.) ὥσπερ εἶπον] p. 665. B.

§ 120. (l. 31.) Λουκίῳ Σύλλᾳ] Videtur hic, qui cum Servio Galba conſul fuit, anno Tiberii viceſimo, apud Tacitum VI. 15. Λούκιος Κορνήλιος Dioni ſupra, p. 634. B. Prætorum ſubſellia proxima conſulibus, inter quos medius Claudius ſedebat.

§ 121. (l. 34.) ἐν τῇ ἡμέρᾳ] Die XXV. Januarii.

§ 122. (l. 38.) ἀπ᾽ οὐδενὸς ψηφίσματος] Prætorum erat ſpectacula ſolennia & SCto decreta curare, accepta ex ærario pecunia, ut dictum ad p. 522. A. 569. E. Interdum vero etiam ipſi per ſe illa dabant, ut p. 677. A.

§ 123. (l. 39.) γενέθλια τῆς Μεσσαλίνης] Sic Druſillæ natalis celebratus, etiam defunctæ p. 648. C.

§ 124. (l. 44.) ὕστερον δὲ καὶ Βρεττανικὸς] Infra p. 679. C. Eutropius VII. 13. Natus Britannicus viceſimo imperii Claudii die, inque ſecundo conſulatu, Sueton. c. 27.

§ 125. (l. 46.) οὔτ᾽ Αὔγουστον αὐτὸν] Itaque & in nummis hic Claudii ac Meſſalinæ filius tantum ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΒΡΕΤΑΝΝΙΚΟΣ ΚΑΙΣΑΡ appellatur. Neque vero receptum tunc, ſed ad illud tempus inauditum, ut filius Auguſti, & tenera adhuc ætate, Auguſtus, patre ſuperſtite appellaretur. vide Ez. Spanhemium T. II. de uſu numiſm. p. 326.

§ 126. (l. 46.) ἢ τὴν Μεσσαλίναν Αὔγουσταν] Poſt illud tamen tempus hoc utique conceſſit Claudius, ut Meſſalina Auguſtæ nomen gereret. Certe in nummis latinis VALERIA MESSALINA AUG. & in Græcis ΜΕΣΣΑΛΙΝΑ ΣΕΒΑΣΤΗ ΝΕΑ. ΗΡΑ. appellatur, ut videre licet apud eundem illuſtrem Spanhemium laudati operis T. II. p. 28., ſq.

Μεσσαλίνης δημοσίᾳ ἐτίμων. οὐ γάρ που καὶ πάντες αὐτὰ ἐποίουν, ἀλλ' ὅσοι ἐβούλοντο· τοσαύτην ἄδειαν εἶχον. οὕτω τε ὡς ἀληθῶς ἐς πάντα τὰ τοιαῦτα ἐμετρίαζεν, ὥστε γεννηθέντος αὐτῷ υἱοῦ, ὃς τότε μὲν Κλαύδιος Τιβέριος Γερμανικὸς, [124] ὕστερον δὲ καὶ Βρεττανικὸς ἐπωνομάσθη, οὔτ' ἄλλο τι ἐπιφανὲς ἔπραξεν, [125] οὔτ' Αὔγουστον [i] αὐτὸν, [126] ἢ τὴν Μεσσαλίναν Αὐγοῦσταν ἐπικληθῆναι ἐφῆκεν.

C Ἔτιθει μὲν οὖν συνεχῶς [127] μονομαχίας ἀγῶνας. πάνυ γὰρ σφίσιν ἔχαιρεν, ὥστε καὶ τὴν αἰτίαν ἐπὶ τούτῳ σχεῖν. ἀπώλλυντο δὲ θηρία μὲν ἐλάχιστα, ἄνθρωποι δὲ πολλοί, οἱ μὲν, ἀλλήλοις μαχόμενοι, οἱ δὲ καὶ ὑπ' ἐκείνων ἀναλούμενοι. [128] τοὺς γὰρ δούλους [k] τοὺς ἀπελευθέρους, τοὺς ἐπί τε τοῦ Τιβερίου καὶ ἐπὶ τοῦ Γαΐου τοῖς δεσπόταις σφῶν ἐπιβουλεύσαντας, τούς τε τηνάλλως συκοφαντήσαντάς τινας, ἢ καὶ καταψευδομαρτυρήσαντάς τινων, δεινῶς ἐμίσει· καὶ αὐ-
D τῶν τοὺς μὲν πλείους οὕτως ἀνήλισκε, τοὺς δὲ ἑτέρον τινὰ τρόπον ἐκόλαζε· πολλοὺς δὲ καὶ τοῖς δεσπόταις αὐτοῖς [l] ἐπὶ τιμωρίαν παρεδίδου. τοσοῦτον δ' οὖν τὸ πλῆθος τῶν ἐν τῷ κοινῷ θνησκόντων ἐγίγνετο, ὥστε καὶ τὸν [129] τοῦ Αὐγούστου ἀνδριάντα, τὸν ἐν τῷ χωρίῳ ἐκείνῳ ἱδρυμένον, ἑτέρωσέ ποι μετενεχθῆναι· τοῦ δὴ μήτε ἐφορᾷν αὐτὸν τοὺς φόνους νομίζεσθαι, μήτε ἀεὶ κατακαλύπτεσθαι. καὶ ἐπὶ μὲν τούτῳ γέλωτα ὤφλισκανεν, εἰ δὴ ὅσα τὸν χαλκοῦν τὸν ἀναίσθητον δοκεῖν ὁρᾷν [m] οὐκ ἠξίου, [130] τούτων αὐτὸς διεπίμπλα-
E το. τά τε γὰρ ἄλλα, καὶ τοὺς διὰ μέσου τῆς θέας, [131] παρὰ τὸν τοῦ ἀρίστου καιρὸν, κατακοπτομένους ἥδιστα ἐθεώρει· καίτοι [132] λέοντα δεδιδαγμένον ἀνθρώπους ἐσθίειν, καὶ πάνυ γε διὰ τοῦτο τῷ πλήθει ἀρέσκοντα ἀποκτείνας· ὡς οὐ προσῆκον ὂν τοιοῦτόν τι θέαμα ὁρᾷν Ῥωμαίους. ὅτι δὲ δὴ σφίσι κοινῶς τε ἐν τῇ θέᾳ συνῆν, καὶ [133] παρεῖχεν ὅσα ἐβούλοντο, καὶ κήρυξι μὲν ἐλάχιστα ἐχρῆτο, τὰ δὲ δὴ πλείω [134] ἐς σανίδας γράφων διεδήλου, σφόδρα ἐπῃνεῖτο.

Ἐθισθεὶς δ' οὖν αἵματος καὶ φόνων ἀναπίμπλασθαι, προπετέστερον καὶ ταῖς ἄλλαις σφαγαῖς ἐχρήσατο. αἴτιοι δὲ τούτων οἵ τε Καισάρειοι [n] καὶ ἡ Μεσσαλῖνα ἐγένετο. ὁπότε γὰρ ἀποκτεῖναί τινα
674 ἐθελήσειαν, [135] ἐξεφόβουν αὐτὸν, κἀκ τούτου πάνθ' ὅσα

enim licentiæ habebant) ſua ſponte, nullo decreto, eum diem, ac natalem Meſſalinæ publice celebrarunt. Utebatur autem omnino in hujuſmodi rebus ea moderatione, ut nato quoque ſibi filio, qui tum quidem Ti. Claudius Germanicus, poſt Britannicus appellatus eſt, nihil ſplendide egerit; ac neque ei Auguſti, neque Meſſalinæ Auguſtæ nomen dari paſſus ſit. A.U.C.795 Claudio II. & C. Largo COSS.

13. Munera autem gladiatoria continenter edebat, quibus adeo gaviſus eſt, ut vitio ei ceſſerint. Peribant vero pauciſſimæ beſtiæ, multi homines, vel inter ſe pugnando, vel a feris enecti. Odio enim acri perſequebatur Claudius ſervos libertosque, qui ſub Tiberio & Cajo dominis ſuis perniciem machinati eſſent, aut temere quosdam calumniati, circumveniſſent, falſove teſtimonio preſſiſſent: ideo plerosque hoc modo perdebat, reliquos alio modo plectens, aut dominis ipſis puniendos tradens. Et quidem eorum, qui ita in publico perirent, tantus fuit numerus; ut Auguſti ſtatuam, eo loco poſitam, juſſerit alio transferri, ne illa vel ſemper inſpicere cædes videretur, vel ſemper velata eſſet. Riſum vero meruit eo facto Claudius, quod ſeſe iis exſaturaret ſpectaculis, quæ æneam, omnique ſenſu caſſam ſtatuam contueri nollet. Nam ut alia, ſic & illos inprimis magna cum voluptate ſpectabat, qui horis inter ſpectacula interjectis, circa prandii tempus concidebantur. Quanquam leonem hominibus veſci doctum, ideoque multitudini apprime placentem, occidiſſet; quaſi non conveniret oculis Romanis tale ſpectaculum. Quia vero ipſis populariter in iis ſpectaculis aderat, ac quæ vellent præbebat, rariſſime præconibus utens, ac pleraque tabellis inſcripta ſignificans, eo magnopere laudabatur.

14. Enimvero ſuetus ſanguine & cædibus impleri, pronior etiam ad reliquas neces inde factus fuit: quarum potiſſimum cauſa penes ejus libertos, & Meſſalinam fuit. Nam ſi quem vellent occidere, metum Claudio incutiebant,

i οὔτ' Αὔγουστον αὐτόν. αὐτὸν, habet Z. ibique Interpres: *nec ſe Auguſtum, nec Meſſalinam Auguſtam appellari ſivit.* ſane conſtat ex Suetonio, Vitellium etiam primo Auguſti cognomen diſtuliſſe, cum Germanici cognomen reciperet. Attamen de Claudio Dio ſupra p. 666. B. teſtatur, eum decretos ſibi honores ſtatim accepiſſe, præter unam appellationem *patris patriæ.* k τοὺς γὰρ δούλους τοὺς ἀπελευθέρους. καὶ τοὺς ἀπελευθέρους, T. τούς τε ἀπελ. Od. non præter rationem. vide infra p. 675. A. l ἐπὶ τιμωρίαν. ἐπὶ τιμωρίᾳ, Peir. ſenſus eſt: *ea conditione ut punirentur.* m οὐκ ἠξίου. ita legendum cenſuit RS. cum in MS. ejus & editione οὐκ deſideretur, quod tamen jam receperunt ſequentes. n καὶ ἡ Μεσσαλῖνα. καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἡ Μεσσαλῖνα, διενεγκοῦσα τὰς κατ' αὐτὴν ἁπάσας ἀκολασίᾳ καὶ θράσει. Xiph. abſunt vero hæc a Z.

§ 127. (l. 48.) μονομαχίας ἀγῶνας] Sueton. c. 21. *Gladiatoria munera plurifariam ac multiplicia exhibuit.* Et c. 34 *quocunque gladiatorio munere, vel ſuo vel alieno, etiam ſorte prolapſos, jugulari jubebat, maxime retiarios, ut exſpirantium facies videret.*

§ 128. (l. 52.) τοὺς δούλους, τοὺς ἀπελευθέρους] Idem Sueton. c. 25. *Ingratos libertos, & de quibus patroni quererentur, revocavit in ſervitutem, advocatisque eorum negavit ſe adverſus libertos ipſorum jus dicturum.* Tamen poſtea Claudius ipſe ſervos ac libertos dominorum ſuorum accuſatores tulit. p. 675. A.

§ 129. (l. 61.) τοῦ Αὐγούστου ἀνδριάντα] Deorum nempe ſtatuas velabant, ne rerum funeſtarum vicinitate contaminarentur: quanquam potuit & civilis ratio intercedere, ut reverentiam, quam vivo principi clementiſſimo exhibiturus erat, etiam mortuo, quaſi adhuc inſpicere cædes poſſet, præſtiterit. Sic fere Edmundus Figrelius libro de ſtatuis illuſtrium Romanorum c. 36.

§ 130. (l. 66.) τούτων αὐτὸς διεπίμπλατο] Multa de ſanguinaria hac Claudii ſævitia oculos ſuos in tormentis, ſuppliciis & mortibus hominum paſcentis, Suetonius c. 34. & tamen *mitiſſimum Cæſarem* vocat Seneca c. 26. conſolationis ad Polybium, & c. 36. *diſcat ab illo clementiam* fortuna, *atque ſit mitiſſimo omnium principi mitis.*

§ 131. (l. 68.) παρὰ τὸν τοῦ ἀρίστου καιρὸν] Idem Sueton. *Beſtiariis meridianisque adeo delectabatur, ut etiam prima luce ad ſpectaculum deſcenderet, & meridie, dimiſſo ad prandium populo, perſederet,* ex luſtratione nimirum laniatorum a beſtiis voluptatem capiens.

§ 132. (l. 69.) λέοντα δεδιδαγμένον ἀνθρώπους ἐσθίειν] Notatur tanquam ſingulare, leo edoctus vorare homines, non quod non omnes leones humanis carnibus libenter veſcantur, ſed quod alias ſolerent leones a vorandis beſtiariis etiam lanitatis prohiberi.

§ 133. (l. 73.) παρεῖχεν ὅσα ἐβούλοντο] Vide iterum Sueton. c. 31.

§ 134. (l. 74.) ἐς σανίδας γράφων] Idem Sueton. *tabulam illico miſit.*

§ 135. (l. 80.) ἐξεφόβουν αὐτὸν] Sueton. c. 35. *Nihil æque quam timidus ac diffidens fuit.* c. 37. *Nulla adeo ſuſpicio, nullus auctor tam levis exſtitit, a quo non, mediocri ſcrupulo injecto, ad cavendum ulciſcendumque compelleretur.*

A.U.C. 795. Claudio II. & C. Largo COSS.

bant, atque ita poteſtatem ab eo agendi pro arbitrio ſuo accipiebant. Sæpenumero repente conſternatus, necari aliquem ex formidine ſubita quum juſſiſſet, poſt ubi ſe colligens ad mentis ſanitatem rediiſſet, eundem requirebat, facinorisque cogniti dolore & pœnitentia corripiebatur. Earum cædium a C. Appio Silano initium ſumptum eſt. Hunc quaſi opera ejus indigens, hominem nobiliſſimum, Hiſpaniæque eo tempore præfectum accivit, matremque ei Meſſalinæ conjugio junxit, eumque inter amiciſſimos propinquiſſimosque aliquamdiu honoravit, poſt ſubito interfecit, quod Meſſalinam, concubitu ejus (erat enim extremæ libidinis ac impudicitiæ fœmina) recuſato, ac per eam Narciſſum libertum principis, offendiſſet. Narciſſus, quia neque verum, neque probabile crimen ullum objicere Silano poterant, finxit, in ſomnis vidiſſe ſe Claudium manu ejus occiſum: idque ei diluculo adhuc in lecto cubanti tremebundus narravit, excepitque ſermonem Meſſalina, & verbis exaggeravit. Ita inſomnium Appio mortem attulit.

15. Eo interfecto, nihil jam boni de Claudio ſibi Romani pollicebantur: idcirco ſtatim cum alii, tum Annius Vinicianus inſidias ei paraverunt, unus eorum, qui poſt exitum Caji digni principatu habiti fuerant: is propterea ſibi non nihil metuens, rebus novis ſtuduit. At quum nullis eſſet inſtructus viribus, Furium Camillum Scribonianum Dalmatiæ præfectum, copias multas e civibus Romanis & peregrinis habentem, ad ſocietatem defectionis per nuntios pellexit, jam tum id ipſum animo agitantem, quod ipſe quoque imperio dignus eſſet judicatus. Ad hunc id agentem multi ſenatores ac equites ſe contulerunt. * * Milites enim, quum eis Camillus nomen populi obtenderet, ac priſtinæ libertatis reſtitutionem polliceretur; veriti, ne iterum moleſtias ac mutationes ſubirent, dicto ei audientes non amplius fuerunt. Itaque metuens eos Camillus, in Iſſam inſulam confugit, ibique

ὅσα ἐβούλοντο ποιεῖν, ἐπετρέποντο. καὶ πολλάκις τε ἐξαπιναίως ἐκπλαγεὶς, καὶ κελεύσας τινὰ ἐκ τοῦ παραχρῆμα περιδεοῦς ἀπολέσθαι, ἔπειτα ἀνενεγκὼν καὶ ἀναφρονήσας, [136] ἐπεζήτει τε αὐτὸν, καὶ μαθὼν τὸ γεγονὸς, ἐλυπεῖτό τε καὶ μετεγίνωσκεν. ἤρξατο δὲ τῶν φόνων τούτων ἀπὸ [137] Γαΐου Ἀππίου [o] Σιλανοῦ. τοῦτον γὰρ, εὐγενέστατόν τε ὄντα, καὶ τῆς Ἰβηρίας τότε ἄρχοντα, μεταπεμψάμενος, ὥς τι αὐτοῦ δεόμενος, καὶ τήν τε μητέρα οἱ τὴν τῆς Μεσσαλίνης συνοικίσας, καὶ αὐτὸν ἔν τε
B
τοῖς φιλτάτοις καὶ ἐν τοῖς συγγενεστάτοις χρόνον τινὰ τιμήσας, ἔπειτ' ἐξαίφνης ἔσφαξεν, ὅτι τῇ τε Μεσσαλίνῃ προσέκρουσεν, οὐκ ἐθελήσας αὐτῇ συγγενέσθαι, πορνικωτάτῃ τε καὶ ἀσελγεστάτῃ οὔσῃ, καὶ τῷ Ναρκίσσῳ τῷ ἀπελευθέρῳ αὐτοῦ, δι' ἐκείνην· καὶ (οὐ γὰρ εἶχον οὔτε ἀληθὲς οὔτε πιθανόν τι κατ' αὐτοῦ εἰπεῖν) [p] συνέπλασεν [138] ὄναρ ὁ Νάρκισσος ὡς σφαττόμενον τὸν Κλαύδιον ὑπὸ τοῦ Σιλανοῦ αὐτοχειρίᾳ ἰδὼν· καὶ αὐτός τε
C
εὐθὺς ὑπὸ τὴν ἕω ἐν τῇ εὐνῇ οἱ ἔτι ὄντι τὸ ὄναρ ὑπότρομος διηγήσατο, καὶ ἡ Μεσσαλῖνα παραλαβοῦσα ἐδείνωσε. καὶ ὁ μὲν οὕτως ἐξ ἐνυπνίου παραπώλετο.

Τελευτήσαντος δ' αὐτοῦ, οὐκέτι χρηστὴν ἐλπίδα [q] οἱ Ῥωμαῖοι τοῦ Κλαυδίου ἔχον, ἀλλ' εὐθὺς αὐτῷ ἄλλοι τε, καὶ [139] Ἄννιος [r] Οὐινικιανὸς ἐπεβούλευσεν. οὗτός τε γὰρ ἐκ τῶν [140] ἐς τὴν ἡγεμονίαν μετὰ τὸν τοῦ Γαΐου θάνατον προβληθέντων ἦν, [s] καί τι καὶ ἐκ τούτου δεδιὼς ἐνεωτέρισεν. ἐπειδή τε οὐδεμίαν ἰσχὺν ἐκέκτητο, ἔπεμψε πρὸς [141] Φούριον Κάμιλλον Σκριβωνιανὸν, τῆς τε Δαλματίας ἄρχοντα, καὶ
D
δύναμιν συχνὴν [t] πολιτικὴν καὶ ξενικὴν ἔχοντα, καὶ προσανέπεισεν αὐτὸν, καὶ καθ' ἑαυτὸν διανοούμενον, ἐπαναστῆναι, ἄλλως τε καὶ ὅτι ἐπίδοξος αὐταρχήσειν ἐγεγόνει. πράξαντος δὲ αὐτοῦ τοῦτο, συχνοὶ μὲν καὶ βουλευταὶ καὶ ἱππεῖς πρὸς αὐτὸν συνῆλθον. * * [142] οἱ γὰρ στρατιῶται, τοῦ Καμίλλου τά τε τοῦ δήμου σφίσιν ὄνομα προτείνοντος, καὶ τὴν ἀρχαίαν ἐλευθερίαν ἀποδώσειν ὑπισχνουμένου, ὑπώπτευσαν πράγματα αὖθις καὶ μεταστάσεις ἕξειν, καὶ οὐκέτ' αὐτῷ ἐπείσθησαν. καὶ ὁ μὲν ἐκ τούτου φοβηθεὶς σφᾶς ἔφυγε, καὶ [143] ἐς τὴν Ἴσσαν τὴν νῆσον ἐλθὼν, ἐνταῦθα
E
ἑκούσιος

o Σιλανοῦ. Σιλουανοῦ, Xiph. male. p συνέπλασεν ὄναρ, ſic ſcribendum putavi ex codd. Coiſl. Br. Xiphilini & Leon. nam in editis ὄναρ hoc loco non magis apud Xiph. quam apud Dionem exſtabat adhuc. verum in ſequentibus τὸ ὄναρ ὑπότρομος διηγήσατο, ſolæ Dionis editiones omiſerant idem vocabulum ὄναρ, quod adeo ex Xiph. ſupplendum eſſe merito judicavit L. q οἱ Ῥωμαῖοι. ſic Xiph. vulgo nude Ῥωμαῖοι. r Οὐινικιανός. ſic HS. & L. præeunte Xyl. pro Οὐινικιανὸς, quod eſt apud RS. & Xiph. qui addit καὶ Φούριος Κάμιλλος ἐπαρχιῶν ἄρχοντες. Βινικιανὸς Z. s καί τι, HS. L. καίτοι, RS. t πολιτικήν. hoc vocabulum deeſt apud RS. ſupplendum docuit X. id quod fecerunt HS. & L. * * forte τούτων δ' οὐκ ἀπώνατο, aut aliquid ſimile deeſt. Od. tutius ex Xiphilino ſuppleas: ἀλλ' οὗτος μὲν ἔπαθε, ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἐγκαταλειφθεὶς, ἀπώλετο. οὗτοι γὰρ τοῦ Καμίλλου &c.

§ 136. (l. 84.) ἐπεζήτει τε αὐτὸν] Idem Suetonius c. 39. *Occiſa Meſſalina, paullo poſt quam in triclinio decubuit, cur Domina non veniret requiſivit. Multos ex iis quos capite damnaverat, poſtero ſtatim die & in convivium, & ad aleæ luſum admoneri juſſit, & quaſi morarentur, ut ſomniculoſos per nuncium increpuit.*

§ 137. (l. 86.) Γαΐου Ἀππίου Σιλανοῦ] Hic *conſocer* Claudii dicitur a Suetonio c. 29. quia filius ejus Lucius Junius Silanus deſponſatus Octaviæ, Claudii filiæ, ſupra p. 668. B. Ex hoc exemplo autem, quod Junio Silano conſuli duplex prænomen Dio tribuit, V. C. Everhardus Otto Diſſ. de Servio Sulpicio JCto p. 10. refellit eruditiſſ. Gronovium ad Livii IX. 36. negantem, quod duplici prænomine uſi ſint Romani, exemplum eſſe ullum præterquam quod fingunt, Servii Sulpitii. vide & Ryckium ad Taciti Ann. IV. 68, 1.

§ 138.) (l. 98.) ὄναρ ὁ Νάρκισσος] Uberius narrat Suetonius c. 37. Simile exemplum perniciei, per inſomnium viris inſignibus apud Claudium allatæ, refert Tacitus XI. 4. De Narciſſo adeundus Jo. Savaro ad Sidonii lib. V. epiſt. 7. p. 315. Gratias ei poſtridie egit Claudius, quod pro ſalute ſua etiam dormiens excubaret. Sueton. l. c.

§ 139. (l. 6.) Ἄννιος Οὐινικιανὸς] Hic eſt quem, cum Annio Pollione patre, Appioque Silano, Majeſtatis poſtulatum anno undevigeſimo Tiberii, narrat idem Tacitus VI. 9. Menum ſibi ipſi attuliſſe dicet Dio p. 675. A.

§ 140. (l. 7.) ἐς τὴν ἡγεμονίαν προβληθέντων] p. 664. A. 666. B.

§ 141. (l. 10.) Φούριον Κάμιλλον Σκριβωνιανὸν] Pater Furii Scriboniani, poſtea delati quaſi finem principis per Chaldæos ſcrutaretur: quem cum in exilium actum anno Claudii duodecimo memoraſſet Tacitus XII. 52. ſubjungit: *Pater Scriboniani Camillus arma per Dalmatiam moverat, idque ad clementiam trahebat Cæſar, quod ſtirpem hoſtilem iterum conſervaret.* Meminit & Plinius III. 16. epiſt. *Scribonianus arma in Illyrico contra Claudium moverat.*

§ 142. (l. 17.) οἱ γὰρ στρατιῶται] Sueton. c. 13. *Bellum civile movit Furius Camillus Scribonianus, Dalmatiæ legatus: verum intra quintum diem oppreſſus eſt, legionibus, quæ ſacramentum*

[144] ἑκούσιος ἀπέθανε. Κλαύδιος δὲ τέως μὲν πάνυ κατέδεισεν, ὥστε καὶ ἐθελοντὴς ἑτοίμως ἔχειν [145] τοῦ κράτους αὐτῷ ἐκστῆναι· τότε δὲ ἀναθαρσήσας, τοὺς μὲν στρατιώτας ἄλλοις τέ τισιν ἠμείψατο, καὶ τῷ τὰ πολιτικὰ αὐτῶν στρατόπεδα, τό, τε ἕβδομον καὶ τὸ ἑνδέκατον, καὶ [146] Κλαυδίεια, καὶ Πιστά, καὶ Εὐσεβῆ, καὶ πρὸς τῆς βουλῆς ὀνομασθῆναι. τοὺς δὲ συνεπιβουλεύσαντας αὐτῷ ἀνεζήτησε, καὶ πολλοὺς ἐπὶ τούτῳ ἄλλους
675 τε καὶ στρατηγόν τινα, [147] προαπειπόντα τὴν ἀρχήν, ἀπέκτεινε. συχνοὶ δὲ καὶ ἑαυτούς, ἄλλοι τε καὶ ὁ Οὐινικιανός, κατεχρήσαντο. τῆς γὰρ ἀφορμῆς ταύτης ἥ γε Μεσσαλῖνα καὶ ὁ Νάρκισσος, ὅσοι τε συνεξελεύθεροι αὐτοῦ, λαβόμενοι, οὐδὲν ὅ, τι τῶν δεινοτάτων οὐκ ἐποίησαν. τά τε γὰρ ἄλλα καὶ [148] τοῖς δούλοις τοῖς τε ἀπελευθέροις, μηνυταῖς κατὰ τῶν δεσποτῶν αὐτῶν ἐχρῶντο. τούτους τε καὶ ἑτέρους καὶ πάνυ εὐγενεῖς, οὐχ ὅτι ξένους, ἀλλὰ καὶ πολίτας, οὐχ ὅτι δημότας, ἀλλὰ καὶ ἐκ [149] τῶν ἱππέων τῶν
B τε βουλευτῶν τινας, ἐβασάνιζον· καίτοι τοῦ Κλαυδίου [150] κατ' ἀρχὰς εὐθὺς τῆς ἡγεμονείας ὀμόσαντος, μηδένα βασανιεῖν ἐλεύθερον.

Ἄνδρες τε οὖν ἐν τούτῳ πολλοὶ καὶ γυναῖκες, καὶ ἐν αὐτῷ γέ εἰσιν αἱ τῷ δεσμωτηρίῳ, ἐκολάσθησαν. μέλλουσαί τε ἀποθνήσκειν, ἐπὶ βῆμα καὶ αὗται ἀνήγοντο δεδεμέναι, ὥσπερ αἰχμάλωτοι, καὶ τὰ σώματα καὶ ἐκείνων ἐς τοὺς ἀναβασμοὺς ἐῤῥιπτοῦντο. τῶν γὰρ ἔξω που θανατωθέντων αἱ κεφαλαὶ μόναι ἐνταῦθα προσετίθεν-
C το. ἤδη δ' οὖν τινες καὶ τῶν πάνυ ὑπαιτίων, οἱ μὲν χάρισιν, οἱ δὲ καὶ χρήμασιν, ὑπό τε τῆς Μεσσαλίνης καὶ [151] ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Νάρκισσον Καισαρείων περιεγένοντο. καὶ οἵ γε παῖδες τῶν ἀπολλυμένων τὴν μὲν ἄδειαν πάντες, εἰσὶ δὲ οἳ καὶ χρήματα ἐλάμβανον. ἐκρίνοντο δὲ ἐν τῷ συνεδρίῳ, τοῦ τε Κλαυδίου, τῶν ἐπάρχων τε, καὶ τῶν ἐξελευθέρων αὐτοῦ παρόντων. τὴν μὲν γὰρ ἐσήγησιν [152] ἐν μέσῳ τῶν ὑπάτων, ἐπὶ δίφρου ἀρχικοῦ ἢ καὶ ἐπὶ βάθρου καθήμενος, ἐποιεῖτο· μετὰ δὲ τοῦτο αὐτός τε ἐπὶ τὴν συνήθη ἕδραν μετήρχετο,
D καὶ ἐκείνοις οἱ δίφροι ἐτίθεντο. καὶ ταῦτα μὲν καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν μεγίστων ὁμοίως ἐγίγνετο· τότε δὲ Γάλαισός τις, ἀπελεύθερος τοῦ Καμίλλου, πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα, ἐσαχθεὶς ἐς τὸ βουλευτήριον, ἐπαῤῥησιάσατο, ἓν δὲ δὴ καὶ τόδε μνήμης ἄξιον. τοῦ γὰρ Ναρκίσσου παρελ-

ibique mortem voluntariam oppetiit. At Claudius, qui eatenus in tanto metu fuerat, ut paratus jam eſſet ultro ei principatu cedere, recepto tum animo, militibus cum aliis donis gratiam retulit, tum effecit, ut ex legionibus civium Romanorum ſeptima & undecima, Claudianæ, Fideles, & Piæ, a ſenatu quoque nominarentur. Inſidiarum autem conſcios conquiſivit, ac ea cauſa permultos, interque eos prætorem quendam, poſtquam is ſe magiſtratu abdicaſſet, necavit: multi, & Vinicianus ipſe, manus ſibi attulerunt. Hac arrepta occaſione, Meſſalina, Narciſſusque, & reliqui liberti, a nullo extremo facinore abſtinuerunt: indicibus uſi ſunt etiam ſervis, ac libertis, contra ſuos dominos: eosdemque, & alios adeo ingenuos, non peregrinos modo, ſed cives etiam, eosque non de plebe modo, ſed equites etiam ſenatoresque nonnullos quæſtionibus ſubjecerunt: quanquam initio principatus Claudius juraverat, nemini ſe libero tormenta adhibiturum.

A.U.C.795 Claudio II. & C. Largo COSS.

16. Hoc modo multi viri, multæ mulieres, inque his nonnullæ ipſo in carcere ſupplicio affectæ ſunt: aliæ damnatæ ad tribunal in vinculis protractæ captivarum inſtar, & earum quoque in Gemonias projecta corpora; at eorum, qui extra urbem necati erant, capita tantum ibi exponebantur. Quidam tamen nocentiſſimorum, partim gratia, partim pecunia, Meſſalinæ & Narciſſi, cæterorumque libertorum interventu, mortem vitarunt. Liberis necatorum impunitas omnibus, bona etiam quibusdam paterna conceſſa. Judicia peragebantur in curia, Claudio, præfectis prætorii, & libertis ejus præſentibus. Referebat ipſe ad ſenatum, in medio conſulum ſella curuli, aut in ſubſelliis tribunitiis ſedens: hinc ipſe ſedile conſuetum occupabat, ac iis ſellæ ponebantur. Eadem vero hæc in aliis quoque maximis negotiis fiebant. At Galæſus quidam Camilli libertus, in curiam tum introductus, multa libera voce protulit: unum vero præſertim hoc non indignum memoria, quod

mentum mutaverant, in pœnitentiam religione converſis, poſtquam denunciato ad novum imperatorem itinere, caſu quodam au divinitus, neque aquilæ ornari, neque ſigna convelli moverique potuerunt. Eadem ex Suetonio, ut ſolet, Oroſius VII. 6. conf. Tac. Hiſt. I. 89.

§ 143. (l. 22.) ἐς τὴν Ἴσσαν τὴν νῆσον] Iſſa inſula Illyrici, portu, navibus, munita urbe, & præſidiis Romanis nobilis, de qua adeundus Chriſtophorus Cellarius lib. II. orbis antiqui c. 8. T. I. p. 624. & 625. ſq.

§ 144. (l. 23.) ἑκούσιος ἀπέθανε] Sic quoque Zonaras. Sed Tacitus interfectum a gregario milite Volaginio ſcribit lib. II. Hiſt. c. 75. *Sic Scribonianum ſub Claudio interfectum: ſic percuſſorem ejus Volaginium e gregario ad ſumma militiæ provectum.* Continuo occiſum Victor in Claudio, & Suetonius c. 13. oppreſſum refert intra quintum diem.

§ 145. (l. 24.) τοῦ κράτους αὐτῷ ἐκστῆναι] Sueton. c. 36. *Quasdam inſidias temere delatas adeo expavit, ut deponere imperium tentaverit.* & c. 35. *Motu civili, cum eum Camillus non dubitans etiam citra bellum poſſe terreri, contumelioſa & minaci & contumaci epiſtola cedere Imperio juberet, vitamque otioſam in privata re agere: dubitavit adhibitis principibus viris, an obtemperaret.*

§ 146. (l. 28.) Κλαυδίεια καὶ Πιστὰ καὶ Εὐσεβῆ] Conf. dicta ad p. 564. B. Etiamnum occurrit in Gallieni numis Legio VII. atque XI. CLAUD. P. F. hoc eſt *Claudiana, Pia, Fidelis.* vide Anſelmum Bandurium T. I. Numiſm. Imperat. p. 168.

§ 147. (l. 31.) προαπειπόντα τὴν ἀρχήν] Vide dicta ad pag. 658. D. Sueton. c. 29. *L. Silanus* (Appii filius, ſponſus Octaviæ) *abdicare ſe prætura ante quartum Kalendas Januarias, morique initio anni coactus, die ipſo Claudii & Agrippinæ nuptiarum.* Tacitus XII. 4. *Adactus Silanus ejurare magiſtratum, & reliquus præturæ dies in Eprium Marcellum collatus eſt.*

§ 148. (l. 36.) τοῖς δούλοις τοῖς τε ἀπελευθέροις] Etſi hoc Claudio ipſi malum antea atque intolerabile viſum fuerat. p. 673. C.

§ 149. (l. 40.) τῶν ἱππέων τῶν τε βουλευτῶν] Uxori ac libertis obſequentem Claudium in quinque & triginta ſenatores, trecentosque amplius equites Romanos, mira facilitate animadvertiſſe, notat Suetonius c. 29. e quibus aliqui etiam quæſtionibus ac tormentis ſubjecti, ex hoc Dionis loco noſcuntur, quæ ſolis ante propria ſervis, ad civium & nobilium corpora Tiberius & Cajus admoverant.

§ 150. (l. 42.) κατ' ἀρχὰς εὐθὺς τῆς ἡγεμονείας ὀμόσαντος] Simile jusjurandum Pertinacis p. 832. B.

§ 151. (l. 52.) ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Νάρκισσον Καισαρείων] Narciſſus ante omnes Claudii libertos potens, cui ab epiſtolis eum fuiſſe Suetonius teſtatur, c. 28. Etiam apud Zonaram dicitur τὰς ἐπιστολὰς αὐτοῦ διοικῶν. Libertis autem ſuis & uxoribus addictum Claudium non modo ſupplicia ſed etiam impunitates largitum eſſe Suetonius, c. 29. bene monuit.

§ 152. (l. 57.) ἐν μέσῳ τῶν ὑπάτων] Sueton. c. 23. *De majore negotio acturus in curia, medius inter conſulum ſellas tribunitio ſubſellio ſedebat.* vide p. 649. A. 242. B. Ita Tiberius medius inter duos conſules cum Auguſto ſimul ſedit, ut notat idem Suetonius Tib. c. 17.

A.U.C. 795 Claudio II. & C. Largo COSS.

quod interrogatus a Narciſſo in medium progreſſo, quidnam acturus fuiſſet, ſi Camillus rerum potitus eſſet: Quid, inquit, niſi ei a tergo adſtans tacuiſſem? Hoc Galæſo celebritatem, aliud Arriæ, peperit. Ea conjux Cæcinæ Pæti, neque vivere marito ad mortem damnato ſtatuit; (quod ſane potuiſſet non abſque honore, Meſſalinæ conjunctiſſima) & ipſum trepidantem confirmavit: arrepto quippe gladio ſe ſauciavit, viroque eum porrigens: en Pæte, inquit, non dolet. Hi laudem invenerunt, quia continentibus malis eo jam res devolutæ erant, ut nulla virtus alia, quam fortiter mori, haberetur. Claudius ſane ita cum his tum aliis puniendis intentus fuit; ut pro teſſera quoque verſum hunc Græcum ſuis militibus frequenter dederit,

Ulciſci fas eſt, ſi quis nos læſerit ante.

Multa quoque alia hujusmodi ad milites & ſenatum dicta ſpargebat Græca, riſu interdum ab iis, qui intelligerent, excepta. Eodem tempore tribuni plebis, uno ex collegis defuncto, quanquam præſentibus conſulibus, ipſi ſenatum, ſufficiendi alterius tribuni cauſa, convocarunt.

A.U.C. 796 Claudio III. & L. Vitellio II. COSS.

17. Poſt hæc Claudius III. conſul, multa ſacrificia, multas ferias abrogavit: nam major anni pars iis abſumebatur, non ſine magno reipubl. detrimento. Igitur has cohibuit, & ex cæteris ſacris, quæ poterat, contraxit. Quæ Cajus quibusdam nullo jure aut cauſa dederat, repetiit: at viarum curatoribus pecuniam, qua multati

παρελθόντος ἐς τὸ μέσον, καὶ εἰπόντος αὐτῷ, Τί ἂν ἐποίησας, Γάλαισε, εἰ Κάμιλλος ἐμεμοναρχήκει; ἀπεκρίνατο ὅτι, Ἑστήκειν ἂν ὄπισθεν αὐτοῦ καὶ ἐσιώπων. αὐτός τε οὖν ἐπὶ τούτῳ, [153] καὶ Ἀῤῥία αὖ ἐφ' ἑτέρῳ ὀνομαστοὶ ἐγένοντο. αὕτη γὰρ, γυνὴ [154] Καικίνου [a] Παίτου οὖσα, οὔτ' ἠθέλησε θανατωθέντος αὐτοῦ ζῆσαι, (καίπερ καὶ ἐν τιμῇ τινι εἶναι δυναμένη· τῇ γὰρ Μεσσαλίνῃ σφόδρα ᾠκείωτο) καὶ προσέτι καὶ τὸν ἄνδρα ἀποδειλιῶντα ἐπέῤῥωσε. τὸ γὰρ ξίφος λαβοῦσα, ἑαυτὴν ἔτρωσε, καὶ ἐκείνῳ ὤρεξεν, εἰποῦσα, [155] Ἰδοὺ [x] Παῖτε, οὐκ ἀλγῶ. καὶ οἱ μὲν ἐπῃνοῦντο· ἤδη γὰρ ὑπὸ τῆς συνεχείας τῶν κακῶν [y] εἰς τοῦτο τὰ πράγματα προεληλύθει, ὥστ' ἀρετὴν μηκέτ' ἄλλο μηδὲν, ἢ τὸ γενναίως ἀποθανεῖν, νομίζεσθαι. Κλαύδιος δὲ οὕτω που πρὸς τὴν τιμωρίαν τήν τε ἐκείνων καὶ τὴν τῶν ἄλλων εἶχεν, ὥστε καὶ σύνθημα τοῖς στρατιώταις τὸ ἔπος τοῦτο συνεχῶς διδόναι, ὅτι χρὴ E

[156] Ἄνδρ' [z] ἀπαμύνασθαι ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ· 676

καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ καὶ πρὸς ἐκείνους καὶ πρὸς τὴν βουλὴν [157] τοιουτότροπα Ἑλληνιστὶ παρεφθέγγετο· ὥστε καὶ γέλωτα παρὰ τοῖς δυναμένοις ἔστιν ἃ αὐτῶν συνεῖναι ὀφλισκάνειν. τότε μὲν δὴ ταῦτα ἐγένετο. καὶ οἱ δήμαρχοι, τελευτήσαντος σφῶν ἑνὸς, [158] αὐτοὶ τὴν γερουσίαν, [a] ἐς τὸ τὸν δημαρχήσοντα ἀντικαταστῆσαι, καίτοι τῶν ὑπάτων παρόντων, ἤθροισαν.

Μετὰ δὲ τοῦτο ὁ Κλαύδιος ὑπατεύσας αὖθις τὸ τρίτον, [159] πολλὰς μὲν θυσίας, πολλὰς δὲ καὶ ἱερομηνίας ἔπαυσε. τό, τε γὰρ πλεῖστον τοῦ ἔτους ἐς αὐτὰς ἀνηλίσκετο, καὶ τῷ δημοσίῳ ζημία οὐκ ἐλαχίστη ἐγίγνετο. ταύτας τε οὖν συνέτεμε, καὶ τἄλλα ὅσα ἐνεδέχετο συνέστειλε. καὶ τὰ μὲν ὑπὸ τοῦ Γαΐου μήτε ἐν δίκῃ μήτε ἐν λόγῳ τινὶ δοθέντα τισὶν ἀπήτησε· B

a Καικίνου ὑπάτου, HS. L. Z. Leon. Καικήνου ὑπ. RS. Καικίνου Παίτου legendum, ut perſpexit Jo. Maſſon in vita Plinii p. 12. & ante eum Paulus Leopardus Emendat. I. 17. itemque Perizonius Animadverſ. hiſtor. c. 10. p. 432. ſq. Idem nomen paulo poſt corruptum erat. x ἰδοὺ Παῖτε. ſic legendum eſſe pro vulgato, ἰδοὺ παῖ, cum Fabricio & Perizonio, agnoſcet quivis, qui non plane hoſpes eſt in veterum lectione. indicium verioris lectionis eſt apud Zon. ἰδοὺ παῖε, quod interpres non debuiſſet velut incorruptum vertere: *ecce, feri*, (ut *percuti te*, Leon.) ſed literulam unam, quæ exciderat, ſupplere. y εἰς τοῦτο. ἐς τοσοῦτο, Xiph. z ἀπαμύνασθαι. ſic Xiph. Z. & ipſe Homerus, ut obſervatum Xylandro, unde & HS. & L. ita excuderunt. ἄνδρα ἀμύνεσθαι, RS. ſed πρότερον, pro πρότερος, eſt apud Xiph. a ἐς τὸ τὸν δημ. non dubitavi recipere hanc emendationem Leunclavii, pro ἐς τὸν δημ.

§ 153. (l. 68.) καὶ Ἀῤῥία] Celebris hæc etiam Taciti ac Plinii ſtylo femina, ſocrus Thraſeæ, Cæcinæ Pæti uxor, qui in partibus Scriboniani fuerat, & occiſo Scriboniano Romam comitante Arria trahebatur. vide Plinium III. 16. epiſt. Tacitum XVI. 34. & quæ ad hunc notant viri docti.

§ 154. (l. 69.) Καικίνου ὑπάτου] Imo ὑπατικοῦ. Arria apud Plinium: *Nempe enim daturi eſtis conſulari viro ſervulos aliquos, quorum e manu cibum capiat, a quibus veſtiatur, a quibus calcietur. Omnia vel ſola præſtabo.* Nomen ejus inter conſules in faſtis fruſtra quæritur, atque oportet inter ſuffectos fuiſſe, quorum multorum in veterum ſcriptis non annotatorum tempus fugere nos eſt neceſſe.

§ 155. (l. 74.) ἰδοὺ Παῖτε οὐκ ἀλγῶ] Sic legendum eſſe pro ἰδοὺ παῖ, recte jam ad Tacitum clariſſimus Lipſius monuit. Plinius de hac Arria. *Præclarum quidem illud ejusdem, ferrum ſtringere, perfodere pectus, extrahere pugionem, porrigere marito, addere vocem immortalem ac pene divinam, Pæte, non dolet.* Martialis lib. I. epigr. 14.

Caſta ſuo gladium cum traderet Arria Pæto,
Quem de viſceribus traxerat ipſa ſuis:
Si qua fides, vulnus quod feci non dolet, inquit;
Sed quod tu facies, hoc mihi, Pæte, dolet.

Apud Zonaram ſimiliter vitioſe excuſum ἰδοὺ παῖε, pro ἰδοὺ Παῖτε.

§ 156. (l. 82.) Ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι] Verſus Homeri Odyſſ. π' 72. & φ' 133. σύνθημα ſive teſſeram, ut a conſulibus olim, ſic deinde ab Imperatoribus petere ſolitos tribunos, notum ex multis veterum locis. vide ad p. 662. E. De Claudio autem idem notavit quoque Suetonius c. 42. *Quoties quidem hoſtem vel inſidiatorem ultus eſſet, excubitori tribuno, ſignum de more poſcenti, non temere aliud dedit, quam* ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι ὅτε τις πρότερος χαλεπαίνῃ.

§ 157. (l. 84.) τοιουτότροπα Ἑλληνιστὶ] Huc ſpectat quod eſt apud eundem Suetonium: *Multum vero pro tribunali etiam Homericis locutus eſt verſibus.*

§ 158. (l. 87.) αὐτοὶ τὴν γερουσίαν] Hoc jus fuiſſe tribunorum plebis, ut ſenatum illis liceret convocare, dictum ad p. 600. D. Ex præſenti loco diſcimus, lectos illos fuiſſe in Senatu, ſaltim Imperatorum temporibus, ſublato jure comitiorum.

§ 159. (l. 91.) πολλὰς μὲν θυσίας, πολλὰς δὲ καὶ ἱερομηνίας] Multitudinem dierum feſtorum, negotiis vitæ adverſam, non ſine cauſſa Claudius coërcuit; quam in rem videri poſſunt, quæ Amelotus Huſſæus ad hæc C. Caſſii apud Tacitum XIII. 41. *Si pro benignitate fortunæ Diis grates agerentur, ne totum quidem annum ſupplicationibus ſufficere: eoque oportere dividi ſacros & negotioſos dies, queis divina colerentur, & humana non impedirent.* Suetonius de Claudio c. 14. *Jus & Conſul & extra honorem laborioſiſſime dixit, etiam ſuis ſuorumque diebus ſolennibus, nonnunquam feſtis quoque antiquitus & religioſis.* Similiter Auguſtus apud Suetonium c. 32. *triginta amplius dies, qui honorariis ludis occupabantur, actui rerum accommodavit.* Concilium Tarraconenſe A. C. 1242. T. IV. Theſauri anecdotorum Edmundi Martene & Urſini Durandi p. 286. *Cum otium & deſidia fomentum pariant vitiorum, feſtivitatum multitudinem duximus ſeparandam, cum in illis, eo quod non laborent, pauperes aggraventur, & otioſi & deſidioſi ad illicita provocentur.*

§ 160. (l. 97.) τοῖς δὲ ὁδοποιοῖς] Quatuor viris curatoribus viarum urbanarum, de quibus ad p. 540. C. 526. B. Corbulo, cujus conſiliis Cajus eſt uſus p. 651. B. ſtraturam earundem in urbe, eripuerat, Quæſtoribusque demandaverat. Claudius autem, teſte Suetonio c. 24. *Collegio Quæſtorum pro ſtratura viarum, gladiatorum munus injunxit.* Idem Corbulo, propter vias per Italiam male curatas, pluribus qui eas muniendas

A.U.C.796 Claudio III. & L. Vitellio II. COSS.

σε· [160] τοῖς δὲ ὁδοποιοῖς ἀπέδωκεν ὅσα ὑπ' αὐτοῦ διὰ τὸν Κορβούλωνα ἐζημίωντο. πρὸς δ' ἔτι, τοῖς ἄρχουσι τοῖς κληρωτοῖς, βραδέως ἔτι καὶ τότε ἐκ τῆς πόλεως ἐξορμωμένοις, προεῖπε, [161] πρὶν μεσοῦν τὸν C Ἀπρίλλιον ἀπαίρειν. [162] τούς τε Λυκίους στασιάσαντας, ὥστε καὶ Ῥωμαίους τινὰς ἀποκτεῖναι, ἐδουλώσατό τε, καὶ [163] ἐς τὸν τῆς Παμφυλίας νομὸν ἐσέγραψεν. ἐν δὲ δὴ τῇ διαγνώσει ταύτῃ (ἐποιεῖτο δὲ αὐτὴν ἐν τῷ βουλευτηρίῳ) ἐπύθετο τῇ Λατίνων γλώσσῃ τῶν πρεσβευτῶν τινος, Λυκίου μὲν τὸ ἀρχαῖον ὄντος, Ῥωμαίου δὲ γεγονότος· καὶ αὐτὸν, ἐπειδὴ μὴ συνῆκε τὸ λεχθὲν, [164] τὴν πολιτείαν ἀφείλετο, εἰπὼν μὴ δεῖν Ῥωμαῖον εἶναι τὸν μὴ καὶ τὴν διάλεξιν σφῶν ἐπιστάμενον. συχνοὺς δὲ δὴ καὶ ἄλλους D [b] ἀναξίους [165] τῆς πολιτείας ἀπήλασε, καὶ ἑτέροις αὐτὴν καὶ πάνυ [c] ἀνέδην, τοῖς μὲν κατ' ἄνδρα, [166] τοῖς δὲ καὶ ἀθρόοις, ἐδίδου. ἐπειδὴ γὰρ ἐν πᾶσιν, ὡς εἰπεῖν, οἱ Ῥωμαῖοι τῶν ξένων προετετίμηντο, [d] πολλοί τε αὐτὴν παρά τε ἐκείνου αὐτοῦ ᾐτοῦντο, καὶ παρὰ τῆς Μεσσαλίνης τῶν τε Καισαρείων ὠνοῦντο. καὶ διὰ τοῦτο μεγάλων τὸ πρῶτον χρημάτων πραθεῖσα, ἔπειθ' οὕτως ὑπὸ τῆς εὐχερείας [e] ἐπευωνίσθη, ὥστε καὶ λογοποιηθῆναι, ὅτι [167] κἂν ὑάλινά τις E σκεύη συντετριμμένα δῷ τινι, πολίτης ἔσται. ἐπὶ μὲν οὖν τούτῳ διεσκώπτετο· ἐπὶ δ' ἐκείνῳ ἐπῃνεῖτο, ὅτι πολλῶν συκοφαντουμένων, τῶν μὲν, ὅτι τῇ τοῦ [168] Κλαυδίου προσρήσει οὐκ ἐχρῶντο, τῶν δὲ, ὅτι μηδὲν αὐτῷ τελευτῶντες κατέλειπον, ὡς καὶ ἀναγκαῖον τοῖς τῆς πολιτείας παρ' αὐτοῦ τυχοῦσιν ἑκάτερον ποιεῖν· ἀπηγόρευσε μηδένα ἐπ' αὐτοῖς εὐθύνεσθαι. ἡ δ' οὖν Μεσσαλίνα, οἵ τε ἀπελεύθεροι αὐτοῦ οὕτως [169] οὐ τὴν πολιτείαν μόνον, οὐδὲ τὰς στρατείας, καὶ τὰς ἐπιτροπείας, τάς τε ἡγεμο-

tati per Corbulonem erant, reſtituit: provinciarum præfectis ſorte conſtitutis, qui etiam tunc in urbe moras trahebant, ut ante medium Aprilem diſcederent Roma, imperavit. Lycios, ad cædem usque Romanorum quorundam tumultuando progreſſos, in ſervitutem redegit, & Pamphyliæ præfecturæ adjecit. De qua re quum in curia cognoſceret, legatum quendam, Lycium quidem origine, Romanum tamen factum, Latine interrogavit, ac non intelligenti, quid quæſiviſſet, civitatis jus ademit; negans, Romanum jure eſſe, qui ſermonem eum neſciret. Multos alios quoque nullo ſuo merito civitate ſpoliavit, multis aliis ſingulatim, aut confertim eam dedit, prorſus absque diſcrimine. Quia enim fere omnibus in rebus Romani peregrinis potiores habebantur, multi civitatis jus ab ipſo petebant, multi a Meſſalina ac libertis Cæſaris redimebant. Itaque jus illud, magna quondam pecunia venditum, adeo tunc vile factum eſt; ut vulgo jactatum fuerit, etiamſi quis alicui vaſa vitrea confracta dediſſet, civem Romanum fore. Hac de cauſa dicteriis agitatus Claudius, eo contra laudem invenit, quod quum multi per criminationem deferrentur, alii, quod Claudii nomen non uſurparent, alii, quod teſtamento ei nihil legaſſent, quaſi utrumque iis, qui civitate ab eo donati eſſent, facto eſſet opus; edixit, ne quis horum cauſa accuſaretur. Proinde Meſſalina, libertique Claudii, ita non jus modo civitatis, exercituumque regendorum, & procurationum, ac præfecturarum officia, ſed

b ἀναξίους. apertior ſententia fuerit, ſi ſcripſeris *ἀναξίως, nullo ſuo merito.* Caſaub. ad Suet. Claud. 17. *indignos* reddiderat X & in contrarium ſenſum vertit Leon. F. *c* ἀναίδην, vulgo. haud dubie ἀνέδην legendum L. *d* πολλοί τε αὐτήν. ſcil. πολιτείαν. ſic ſcribendum eſſe, vidit quoque L. pro vulgato, πολλοὶ αὐτοί. confirmat emendationem lectio Xiphilini, quanquam non ſatis integra, πολλοί τε αὐτόν. ubi pariter αὐτὴν reſtituendum. *e* ἐπευωνίσθη. ita Xiph. rectius, quam vulgo apud Dionem, ἐπευωνήθη.

muniendas in ſe ſuſceperant, gravis extiterat, & multis eos pecuniis ſpoliaverat, ut præter Dionem p. 651. B. teſtis Tacitus III. 31. Annal. Etiam his igitur ſua a Claudio reſtituta.

§ 161. (l. 100.) πρὶν μεσοῦν τὸν Ἀπρίλλιον] Paullulum jam remiſſum a ſuperiore conſtitutione, qua jubebantur iidem urbe ad provinciam capeſſendam excedere πρὸ τῆς τοῦ Ἀπριλλίου νουμηνίας. p. 672. C.

§ 162. (l. 1.) τούς τε Λυκίους] Sueton. c. 25. *Lyciis ob exitiabiles inter ſe diſcordias libertatem ademit.* De libertate prius conceſſa Lyciis, quod in bello piratico abſtinentes ſe probaverant, accurate Strabo XIV. p. 664. ſq. vide ſis etiam Carolum Sigonium lib. I. de antiquo jure Provinciarum c. 11. T. II. Theſauri Græviani p. 1563. ſq.

§ 163. (l. 3.) ἐς τὸν τῆς Παμφυλίας νομὸν] ἐπαρχίαν, ſive præfecturam Pamphyliæ alii appellant. Lycia & Pamphylia ab uno Præſide regebatur adhuc ſub Conſtantino M. vide Pancirollum ad notitiam dignitatum Orientis c. 124. T. VII. Theſauri Græviani p. 1651. & Ezech. Spanhemii Orbem Romanum p. 363 ſq.

§ 164. (l. 8.) τὴν πολιτείαν ἀφείλετο] Simile, quod refert Suetonius c. 16. *Splendidum virum, Græciæque provinciæ principem, verum Latini ſermonis ignarum, non modo albo judicum eraſit, ſed etiam in peregrinitatem redegit.*

§ 165. (l. 11.) ἀναξίους τῆς πολιτείας] Sueton. c. 25. *Peregrinæ conditionis homines vetuit uſurpare Romana nomina, duntaxat gentilitia. Civitatem Romanam uſurpantes, in campo Eſquilino ſecuri percuſſit.*

§ 166. (l. 13.) τοῖς δὲ καὶ ἀθρόοις] Longe pluribus etiam civitatem daturus, ſi diutius vixiſſet. Seneca in Apocolocyntoſi: *Sed Clotho: Ego mehercule, inquit, puſillum temporis adjicere illi volebam, dum hos pauculos, qui ſuperſunt, civitate donaret. Conſtituerat enim omnes Græcos, Gallos, Hiſpanos, Britannos, togatos videre. Sed quoniam placet aliquos peregrinos in ſemen relinqui, & tu ita jubes fieri, fiat.* Itaque etiam de voluntate accipiendum, non quod ita factum jam ſit a Claudio, quod idem Seneca VI. 19. de beneficiis: *Quid ergo? ſi princeps civitatem dederit omnibus Gallis,* (ut de primoribus Galliæ comatæ Tacitus XI. 23.) *ſi immunitatem Hiſpanis, nihil hoc nomine ſinguli debebunt?* Adeundus Ez. Spanhemius lib. I. Orbis Romani c. 17. p. 136. ſq. Ad hanc civitatis Romanæ cauponationem ſpectat apud Senecam in Apocolocyntoſi p. 852. *Conſul nummulariolus, qui vendere civitatulas ſolebat.*

§ 167. (l. 19.) κἂν ὑάλινά τις σκεύη συντετριμμένα δῷ τινι] Res nullius pretii, *vitreis fractis*, aut quibus illa permutabant, ramentis ſulfureis, apud ſcriptores comparantur, ut apud Statium Silv. I. 6. 73. *quæque comminutis permutat vitreis gregale ſulfur.* Petronius p. 40. edit. clariſſ. Burmanni: *videlicet audirem ſententias, id eſt vitrea fracta & ſomniorum interpretamenta.* Juvenalis V. 48. *rupto poſcentem ſulfura vitro.* Martialis lib. I. epigr. 42. *qui pallentia ſulfurata fractis permutat vitreis.* & X. 3. *quæ ſulfurato nolit empta ramento Vatiniorum* (vaſorum vitreorum, quos Vatinius Beneventanus conficiebat) *proxeneta fractorum.* De proverbio *vitreum a gemma, ſive vero margarito diſtinguere,* viri docti ad præfationem S. Irenæi.

§ 168. (l. 22.) Κλαυδίου προσρήσει] Ut adoptati, aut in libertatem vocati, manumiſſique, nomen adoptantis vel patroni adſciſcebant, ſic civitate donati quoque illius, a quo iſtud acceperant beneficium, libenter nomine uſi ſunt, uti Joſephum hiſtoriarum ſcriptorem conſtat, Flavii nomine appellatum in honorem Veſpaſiani Imp.

§ 169. (l. 27.) οὐ τὴν πολιτείαν μόνον] Sueton. c. 29. *Libertis uxoribusque addictus, non principem ſe, ſed miniſtrum egit; compendio cujusque horum, vel etiam ſtudio ac libidine, honores, exercitus, impunitates, ſupplicia largitus eſt, & quidem inſciens plerumque & ignarus.* Et cap. 28. *tantum præterea acquirere paſſus eſt & rapere, ut querente eo quondam de fiſci exiguitate, non abſurde ſit dictum, abundaturum ſi a duobus libertis in conſortium reciperetur.*

A.U.C.796 Claudio III. & L. Vitellio II. COSS.

ſed reliqua etiam omnia ſine diſcrimine vendebant ac cauponabantur, ut omnes jam res venales fierent rariores, adeoque Claudius neceſſitate adigeretur, ut populo in campum Martium coacto, ipſe pro tribunali rerum illic pretia ſtatueret. Porro in caſtris, chlamydem indutus, munus gladiatorium exhibuit: natalem autem filii ejus prætores injuſſi ſpectaculo & epulis decoraverunt: quod poſtmodum etiam ab iis, qui vellent, prætoribus factum eſt.

ἡγεμονείας, ἀλλὰ καὶ τἄλλα πάντα ἀφειδῶς [170] ἐπώλουν καὶ ἐκαπήλευον, ὥστε σπανίσαι πάντα τὰ ὤνια· κἀκ τούτου καὶ τὸν Κλαύδιον ἀναγκασθῆναι ἔς τε τὸ 677 Ἄρειον πεδίον συναγαγεῖν τὸ πλῆθος, κἀνταῦθα ἀπὸ βήματος [171] τὰς τιμὰς αὐτῶν διατάξαι. αὐτὸς μὲν οὖν ὁπλομαχίας ἀγῶνα [172] ἐν τῷ στρατοπέδῳ, [173] χλαμύδα ἐνδὺς, ἔθηκε· [174] τὰ δὲ δὴ γενέθλια τὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ [175] οἱ στρατηγοὶ ἐθελονταὶ θέας τέ τινος ποιήσει καὶ δείπνων ἑώρτασαν. καὶ τοῦτο καὶ αὖθις, ὅσοις γε καὶ ἔδοξεν [f] αὐτῶν, ἐπράχθη.

18. Interim Meſſalina cum ipſa libidinoſe vivebat, tum alias mulieres ad impudicitiam cogebat, multasque ut in ipſo palatio, in præſentia ac conſpectu maritorum adulteria committerent, adegit. Maritos quidem obſequentes charos habuit atque dilectos, tum & honoribus ac magiſtratibus ornavit: qui vero ſe in id flagitii non demittebant, eos odio habuit atque oppreſſit. Hæc talia, tamque manifeſto admiſſa, diu Claudium latuerunt, propter quem Meſſalinæ juſſu ancillulæ quædam cubabant; eos vero, qui indicium aliquod deferre poſſent, beneficiis aut ſuppliciis prævertebat. Ita Juſtum quoque Catonium, militibus prætorianis præfectum, quum Claudio aperire quippiam earum rerum vellet, nece prævenit. Juliam quoque filiam Druſi, Tiberio nati, quæ uxor Neronis, Germanici filii, fuerat, æmulatione ducta, ſicut & ~~alteram~~ Juliam, interfecit. Tunc etiam eques quidam, inſidiarum Claudio factarum inſimulatus, de rupe Tarpeja per tribunos plebis atque Coſſ. dejectus eſt.

[176] Μεσσαλῖνα δὲ ἐν τούτῳ αὐτή τε ἠσέλγαινε, καὶ τὰς ἄλλας γυναῖκας ἀκολασταίνειν ὁμοίως ἠνάγκαζε· καὶ πολλάς γε καὶ ἐν αὐτῷ τῷ παλατίῳ, τῶν ἀνδρῶν παρόντων καὶ ὁρώντων, μοιχεύεσθαι ἐποίει. B καὶ ἐκείνους μὲν καὶ ἐφίλει καὶ ἠγάπα, τιμαῖς τε καὶ ἀρχαῖς ἤγαλλε· τοὺς δ᾽ ἄλλους τοὺς μὴ συγκαθιέντας σφᾶς ἐς τοῦτο, καὶ ἐμίσει [g] καὶ ἀπώλλυε. καὶ ταῦτα μέντοι, τοιαῦτά τε ὄντα, καὶ ἀναφανδὸν οὕτω γιγνόμενα, τὸν Κλαύδιον ἐπὶ πλεῖστον [h] ἔλαθεν. ἐκείνῳ τε γὰρ θεραπαινίδιά τινα [i] συμπαρακατέκλινε, καὶ τούς τι δυναμένους οἱ μηνῦσαι, τοὺς μὲν εὐεργεσίαις, τοὺς δὲ καὶ τιμωρίαις προκατελάμβανεν· C ὥσπερ καὶ τότε καὶ [177] Κατώνιον Ἰοῦστον, τοῦ τε δορυφορικοῦ ἄρχοντα, καὶ δηλῶσαί τι αὐτῷ περὶ τούτων ἐθελήσαντα, προδιέφθειρε. [178] τήν τε Ἰουλίαν, τὴν τοῦ Δρούσου μὲν τοῦ Τιβερίου παιδὸς θυγατέρα, τοῦ δὲ δὴ Νέρωνος τοῦ Γερμανικοῦ γυναῖκα γενομένην, ζηλοτυπήσασα, [179] ὥσπερ καὶ [k] τὴν ἑτέραν, ἀπέσφαξε. καί τις ἐν τούτῳ τῶν ἱππέων, ὡς καὶ ἐπιβουλεύσας τῷ Κλαυδίῳ, [180] κατὰ τοῦ Καπιτωλίου ὑπό τε τῶν δημάρχων καὶ τῶν ὑπάτων κατεκρημνίσθη.

19. Dum hæc Romæ geruntur, eodem fere tempore A. Plautius, ſenator, vir clariſſimus, in Britanniam exercitum duxit: quod Bericus quidam, inſula per ſeditionem ejectus, Claudio copiarum in eam mittendarum auctor fuiſſet. Plautius

D Ἐν μὲν δὴ τῇ πόλει ταῦτ᾽ ἐγίγνετο. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τοῦτον χρόνον [181] Αὖλος Πλαύτιος, βουλευτὴς [l] λογιμώτατος, ἐς τὴν Βρεττανίαν ἐστράτευσε. [182] Βέρικος γάρ τις, ἐκπεσὼν ἐκ τῆς νήσου κατὰ στάσιν, ἔπεισε τὸν Κλαύδιον δύναμιν ἐς αὐτὴν πέμψαι. καὶ οὕτος

f αὐτῶν. forte τὶ αὐτῶν, Od. minime vero. cohærent ὅσοις αὐτῶν. *g* καὶ ἀπώλλυε. καὶ πάντα τρόπον ἀπώλλυε, Xiph. *h* ἔλαθεν. ἐλάνθανεν, Xiph. *i* συμπαρακατέκλινε. παρακατέκλινε, Xiph. ceterum proxime antecedens θεραπαινίδιά τινα, negligentius apud RS. excuſum erat θεραπαινίδα τινὰ, quod ex Xiph. oſtenſum a Xyl. correxerunt ſequentes. *k* τὴν ἑτέραν. ſic HS. L. emendavit X. cum apud RS. legeretur ἑταίραν. vide præter Xyl. etiam F. *l* λογιμώτατος. ſi Dionis loquendi morem ſequi volemus, ἐλλογιμώτατος ſcribendum, L. ſed illud pariter reperitur, p. 111. B. 164. C. 584. E. mox, pro Βέρικος, *un certo Tiberio*, Leon.

§ 170. (l. 29.) ἐπώλουν καὶ ἐκαπήλευον] Ut monopolia & propolia rerum neceſſariarum, cupidis lucri hominibus, magna pro pecunia venderent, unde pretia illarum augeri omniumque caritatem induci erat neceſſe.

§ 171. (l. 33.) τὰς τιμὰς αὐτῶν διατάξαι] Facitne huc nummus Claudii, in quo manus, lances ſtateræ ex æquo ſuſtinens, cum litteris P. N. R. quod Carolus Patinus ad Suetonium interpretatur, *Pecunia Noſtra Reſtituta.* Poſſit etiam eſſe, *Pretia Nominata Rerum.* Apud Joannem Antiochenum, qui in Excerptis Peireſcianis p. 809. eandem rem ex Dione memorat, pro τινὰ διατάξαι legendum τὰς τιμὰς διατάξαι.

§ 172. (l. 34) ἐν τῷ στρατοπέδῳ] Gladiatorium munus anniverſarium in caſtris prætorianis ſine venatione apparatuque edere ſolitum, teſtis Suetonius c. 21. illo ſcilicet die quo imperium ſuſceperat d. XXIV. Januar.

§ 173. (l. 34.) χλαμύδα ἐνδὺς] Ut Cajus ſupra p. 653. A. Chlamys veſtimentum paludamento ſimile, ut notavi p. 687. B.

§ 174. (l. 35.) τὰ γενέθλια τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ] Germanici, qui deinde dictus Britannicus, p. 673. B. natus XII. Febr.

§ 175. (l. 36.) οἱ στρατηγοὶ ἐθελονταὶ] Nullo decreto ſenatus id jubente, ut p. 673. A.

§ 176. (l. 39.) Μεσσαλῖνα] Hæc per laſciviam rebus Romanis illudens Claudii uxor perſtringitur a Tacito XII. 7. & Suetonio, *flagitia* ejus atque *dedecora* tangente, c. 26.

§ 177. (l. 51.) Κατώνιον Ἰοῦστον] Hic eſt, qui primi ordinis centurio ſub Auguſto & primis Tiberii annis, memoratur a Tacito lib. I. Annal. c. 29. Præfectus prætorianarum cohortium inter occiſos a Claudio memoratur a Seneca in Apocolocyntoſi p. 858. cum præfecto altero Rufo Pompeji F.

§ 178. (l. 53.) τήν τε Ἰουλίαν] Juliæ huic Pater *Druſus* Tiberii F. & mater *Livilla* Claudii ſoror: maritus *Nero* primum, Germanici F. teſte etiam Tacito III. 29. deinde Rubellius Blandus, id. VI. 27. Seneca Octavia v. 941. *felix thalamis Livia Druſi, natisque, ferum ruit in facinus pœnamque ſuam; Julia matris fata ſecuta eſt: poſt longa tamen tempora ferro cæſa eſt, quamvis crimine nullo.*

§ 179. (l. 56.) ὥσπερ καὶ τὴν ἑτέραν] Alteram Juliam, filiam Germanici, qui Claudio frater fuerat, nuptam M. Vinicio, & de qua interfecta dictum ad p. 670. C. Seneca igitur in Apocolocyntoſi duarum Juliarum necem Claudio exprobrans, inter peremtas ab eo memorat, *fratris filiam & ſororis filiam*, alteram ferro, alteram fame, ambas Auguſti proneptes. Meminit & Suetonius c. 29. *Juliasque, alteram Druſi, alteram Germanici filiam, crimine incerto, nec defenſione ulla data, occidit.*

§ 180. (l. 58.) κατὰ τοῦ Καπιτωλίου] Non conſulum tantum hæc poteſtas, ſontes de rupe Tarpeja dejicere, ut p. 267. B. ſed tribunorum quoque. p. 630. E.

§ 181. (l. 62.) Αὖλος Πλαύτιος] Tacitus Agricola cap. 14. *Conſularium primus A. Plautius* Britanniæ *præpoſitus, ac ſubinde Oſtorius Scapula, uterque bello egregius.* Dioni dicitur στρατηγήσας quod præeſſet legionibus in Gallia. Coſularem legatum vocat etiam Suetonius Veſpaſ. c. 4.

οὗτος ὁ Πλαύτιος στρατηγήσας, τὸ μὲν στράτευμα χαλεπῶς ἐκ τῆς Γαλατίας ἐξήγαγεν. ὡς γὰρ ἔξω τῆς οἰκουμένης στρατεύσοντες ἠγανάκτουν, καὶ οὐ πρότερόν γε αὐτῷ ἐπείσθησαν, πρὶν τὸν Νάρκισσον ὑπὸ τοῦ Κλαυδίου πεμφθέντα, ἀναβῆναί τε ἐπὶ τὸ τοῦ Πλαυ-
E τίου βῆμα, καὶ δημηγορῆσαί τι ἐθελῆσαι. τότε γὰρ πολλῷ που μᾶλλον ἐπ' αὐτῷ ἀχθεσθέντες, οὔτε τι ἐκείνῳ εἰπεῖν ἐπέτρεψαν, συμβοήσαντες ἐξαίφνης τοῦτο δὴ τὸ θρυλλούμενον, [183] Ἰὼ Σατουρνάλια, (ἐπειδήπερ ἐν τοῖς Κρονίοις οἱ δοῦλοι τὸ [184] τῶν δεσποτῶν σχῆμα μεταλαμβάνοντες ἑορτάζουσι) [m] καὶ τῷ Πλαυτίῳ εὐθὺς συνέποντο ἑκούσιοι. τὴν μὲν οὖν ὁρμὴν χρονίαν διὰ ταῦτ' ἐποιήσαντο. τριχῇ δὲ δὴ νεμηθέντες, ὅπως μὴ καθ' ἓν περαιούμενοι κωλυθῶσί ποι προσχεῖν, κἀν τῷ διάπλῳ τὸ μέν τι δυσφορή-
678 σαντες, ἐπειδὴ ἐπαλινδρόμησαν, τὸ δὲ ἀναθαρσήσαντες, ὅτι λαμπὰς ἀπὸ τῶν ἀνατολῶν ἀρθεῖσα, πρὸς τὰς δυσμὰς ᾗπερ ἔπλεον διέδραμε, κατῆραν ἐς τὴν νῆσον, μηδενὸς σφίσιν ἐναντιωθέντος. οἱ γὰρ Βρεττανοί, μὴ προσδοκήσαντες αὐτοὺς δι' ἅπερ ἐπυνθάνοντο ἥξειν, οὐ προσυνελέγησαν. οὐ μὴν οὐδὲ τότε ἐς χεῖρας αὐτοῖς ἦλθον, ἀλλ' ἔς τε τὰ ἕλη καὶ ἐς τὰς ὕλας κατέφυγον, ἐλπίσαντες σφᾶς ἄλλως κατατρίψειν. ὥσθ', ὅπερ [185] ἐπὶ τοῦ Καίσαρος τοῦ Ἰουλίου ἐγεγόνει, διακενῆς αὐτοὺς ἀναπλεῦσαι.

B Ὁ οὖν Πλαύτιος πολλὰ μὲν πράγματα ἀναζητῶν σφᾶς ἔσχεν· ἐπεὶ δὲ εὗρέ ποτε, (ἦσαν δὲ οὐκ αὐτόνομοι, [n] ἀλλ' ἄλλοις βασιλεῦσι προστεταγμένοι) πρῶτον μὲν [186] Καταράτακον, ἔπειτα Τογόδουμνον, Κυνοβελλίνου παῖδας, ἐνίκησεν· αὐτὸς γὰρ ἐτεθνήκει. φυγόντων δὲ ἐκείνων, προσεποιήσατο ὁμολογίᾳ [187] μέρος τι τῶν Βοδούνων ὧν ἐπῆρχον [188] Κατουελλανοὶ ὄντες. κἀνταῦθα φρουρὰν καταλιπὼν, πρόσω ᾔει. ὡς δ' ἐπὶ ποταμῷ τινι ἐγένοντο, ὃν οὐκ ᾤοντο οἱ βάρβαροι δυνήσεσθαι τοὺς
C Ῥωμαίους ἄνευ γεφύρας διαβῆναι, καὶ διὰ τοῦτ' ἀμελέστερόν πως ἐπὶ τῆς ὄχθης αὐτοῦ τῆς κατ' ἀντιπέραν ηὐλίζοντο, πέμπει [189] Κελτοὺς, οἷς ἔθος ἦν καὶ διὰ τῶν

Plautius tum prætor, difficulter exercitum e Gallia abduxit, indigne ferentem, quod extra orbem terrarum bellum eſſet gerendum, nec prius obſequentem, quam Narciſſus a Claudio miſſus, tribunal Plautii adſcendere, & exercitum alloqui inſtituit. Tum enim majori indignatione milites accenſi, huic quidem nullam dicendi poteſtatem fecerunt, confeſtim tritum illud, Io Saturnalia, conclamantes; (mos enim eſt Saturnalibus, ut id feſtum, ſumta dominorum perſona, ſervi celebrent;) ſtatimque volentes Plautium ſecuti ſunt, poſtquam multum temporis mora contriviſſent. Copiis autem in tres partes diſtractis, ne uno loco appellentes prohiberi littore poſſent, retroacti a vento, in transvectione nonnihil moleſtiæ ſenſerunt: animo tamen recepto, quia fax ab ortu ſolis ad occidentem, qua navigabant, diſcurriſſet; ad inſulam advecti ſunt, nemine prohibente. Britanni enim quum ob ea, quæ accidiſſe cognoverant, eos non adventuros crediniſſent, non convenerant ante: ſed neque tum manum cum Romanis conſerere auſi, in paludes ſe ac ſilvas abdiderunt, ſpe Romanos mora extrahendi, ut re infecta diſcedere cogerentur, ſicut ſub Julio Cæſare acciderat. A.U.C. 796 Claudio III. & L. Vitellio II. COSS.

20. Proinde Plautius iis indagandis multum laboris exhauſit. Poſtquam invenit, (nec jam libertate populari fruebantur amplius, ſed aliis alii regibus parebant) primo Cataratacum, poſt Togodumnum, Cynobellini filios, vicit, patre ante mortuo. Fugientibus his, partem Bodunnorum in fidem accepit, qui Catuellanis parebant: præſidioque ibi relicto, ad fluvium quendam progreſſus eſt: quem quia barbari ſine ponte a Romanis tranſiri non poſſe arbitrabantur, ſocordius in altera ejus ripa caſtra habebant. Igitur Plautius Gallos miſit, ſolitos etiam

m καὶ τῷ Πλαυτίῳ εὐθὺς συνέποντο ἑκούσιοι. horum loco Xiph. καὶ οὕτω διὰ τὴν ἀπαξίωσιν τοῦ Ναρκίσσου, τῷ τε στρατηγῷ σφῶν τῷ Πλαυτίῳ ἐπείσθησαν, καὶ ἐς τὴν Βρεττανίαν ἐπεραιώθησαν. n ἀλλ' ἄλλοις βασιλεῦσι. reponendum: ἀλλ' ἄλλοι ἄλλοις βασιλεῦσι, L. ſimplicius ἄλλοι ἄλλοις, ſine ἀλλά.

§ 182. (l. 64.) Βέρικός τις] Vertius an Vettius? Cauſſam motus ac ſeditionis prodit Suetonius, tumultuantem ob non redditos transfugas Britanniam memorans, c. 17.

§ 183. (l. 74.) Ἰὼ Σατουρνάλια] Milites indigne ferentes, audiendum a ſe hominem nuper ſervum, qui Plautium, virum conſularem ac ducem ſuum audire recuſarent, exclamant *Jo Saturnalia*, quod in Saturnalibus ſervos mos eſſet coli a Dominis, & Saturnum crederent honore ſervorum delectari, ut notum ex Macrobii lib. I. Saturnal. c. 10. Martialis XI. 2. *clamant ecce mei, jo Saturnalia, verſus*, ob licentiam nimirum quam ſibi depoſcit. vide Barnabam Briſſonium VIII. de formulis populi Rom. p. 720. Ad hanc acclamationem militum reſpiciens Seneca in Apocolocyntoſi p. 856. *Dicebam vobis, non ſemper Saturnalia erunt*, id eſt, non tanta ſemper ſervorum libertorumque erit auctoritas, & p. 851. *Si mehercules a Saturno petiiſſet hoc beneficium, cujus menſem toto anno celebravit, non tuliſſet.* Menſis Saturni, eſt December, quo Saturnalia mos celebrari. Sed Claudius toto anno celebravit Saturnalia, hoc eſt totos annos permiſit a ſervis ſive libertis ſibi imperari.

§ 184. (l. 75.) τῶν δεσποτῶν σχῆμα] Idem Seneca epiſt. 47. *Inſtituerunt diem feſtum, quo nonſolum cum ſervis Domini veſcerentur, ſed quo utique honores illis in domo gerere, jus dicere permiſerunt.* Plura Lipſius lib. I. Saturnalium ſermonum c. 2. De phraſi δεσποτῶν σχῆμα μεταλαμβάνοντες, dicere me memini ad Sextum Empiricum p. 308. vide etiam V.C. Steph. Bergleri notas ad Alciphronis epiſtolas p. 140.

§ 185. (l. 89.) ἐπὶ Καίσαρος τοῦ Ἰουλίου] Supra p. 115. B. 122. E.

§ 186. (l. 95.) Καταράτακον, Τογόδουμνον, Κυνοβελλίνου παῖδας] Togodumni nomen recurrit infra E. Cynobellini pag. 679. C. & apud Sueton. Caligula c. 44. ubi tertius Cynobellini Britannorum Regis filius Adminius memoratur, quod nomen reddendum Oroſio VII. 5. Cataratacus Dionis videtur idem cum Carataco de quo Zonaras. Conferenda quæ de his in Britanniam expeditionibus notata in Transactionibus Philoſophicis Anglicanis n. 356. & in Benjamini Motte epitoma T. II. P. II. p. 87. ſq.

§ 187. (l. 97.) μέρος τι τῶν Βοδούνων] Boduni, Ptolemæo Dobuni, quod utrumque vocabulum locum inferiorem ac depreſſum ſignificat, uti Germanis quoque Boden & Tiefe. vide Guil. Cambdeni Britanniam p. 217. qui populum hunc ibi coluiſſe non dubitat ubi hodie Glocestria Oxoniaque, *Glocerſtershire & Oxfordshire.*

§ 188. (l. 98.) Κατουελλανοί] Nomen hujus populi (a Rege ut videtur ductum) varie exprimunt Ptolemæi codices, ſcriptoresque alii, ut ad p. 122. C. monere me memini. Notatis a laudato Cambdeno p. 214. addere juvat, quod non ita pridem in Anglia inventus antiquus lapis in muro Hadriani, in quo nomen populi illius *Catwillaunorum* ſcribitur. vide Jacobi Jurini obſervationes ad illud monumentum vetus, inſertas Transactionibus Philoſophicis Anglicanis num. CCCLVI. Hodie tractus, qui ſedem illi populo olim dabant, vocantur, *Buckinghamshire, Bedfordshire & Hertfordshire.*

§ 189. (l. 3.) Κελτούς] *Gallos* hoc loco malui reddere, quam cum Xylandro *Germanos*. Ex Gallia enim Plautius exercitum adduxerat, pag. 677. D. & τὸν τῶν Κελτῶν ἄρχοντα, recte Xylander etiam p. 684. A. vertit, *Galliæ præſidem*. Licet Κελτικὴν de Germanica regione habes p. 685. D. atque alibi.

A.U.C. 796 Claudio III. & L. Vitellio II. COSS.

etiam rapidiſſima flumina facile in armis tranare. Hi hoſtem inopinatum invadentes, neminem virum ſauciarunt, equis tantum, qui eſſeda traherent, vulneratis: quibus turbatis, ne ſeſſores quidem conſtare valebant. Tum Flavium Veſpaſianum, (qui ſummo poſtea imperio potitus eſt) hujusque fratrem Sabinum legatum miſit; qui ipſi etiam trajecto amne, permultos barbaros improviſo interfecerunt. Neque vero reliqui fugæ ſe dederunt, ſed iterum poſtero die prœlium incerta victoria conſeruerunt: donec Cn. Hoſidius Geta, quum prope in hoſtium poteſtatem veniſſet, ita eos vicit, ut ei propterea honores triumphales, quanquam conſul non fuiſſet, dati ſint. Inde ſe Britanni ad fluvium Tameſin, qua is in Oceanum ſe exonerat, eoque affluente ſtagnat, receperunt. Eum facile tranſierunt, locorum, quæ firma & pervia eſſent, bene gnari: ſed Romani inſequentes, periclitati ſunt. Mox quum iterum Galli tranaviſſent, ac ſuperiori loco per pontem quidam transgreſſi eſſent, undique Britannos adorti, magnam ſtragem ediderunt: reliquos vero inconſultius conſectantes, in paludes invias inciderunt, multosque ſuorum amiſerunt.

21. His de cauſis, & quia Togodumni interitu non modo nihil remiſerant Britanni, ſed acrius ad vindicandam ejus cladem bellum parabant, veritus Plautius, ultra non proceſſit; ſed cuſtodia eorum, quæ tenuiſſet conſtituta, Claudium arceſſit: juſſus id facere, ſi quid violentius eveniret. Ad quam expeditionem cum alia multa parata erant, tum elephanti contracti. Claudius, accepto nuntio, res urbanas, ac milites etiam, Vitellio collegæ ſuo, (cui conſulatum itidem

τῶν ῥωδεστάτων [190] ῥᾳδίως αὐτοὺς ὅπλοις διανήχεσθαι. καὶ ἐπειδὴ ἐκεῖνοι παρὰ δόξαν τοῖς ἐναντίοις προσπεσόντες, τῶν μὲν ἀνδρῶν οὐδένα ἔβαλλον, τοὺς δ' [191] ἵππους τοὺς τὰ ἅρματα αὐτῶν ἄγοντας ἐτίτρωσκον, κἀκ τούτου ταραττομένων σφῶν οὐδ' οἱ ἐπιβάται ἀσφαλεῖς εἶναι ἐδύναντο· ἐπιδιέπεμψε [192] τόν τε [o] Οὐεσπασιανὸν τὸν Φλάβιον, [p] τὸν καὶ τὴν μετὰ ταῦτα αὐτο- D κράτορα ἀρχὴν λαβόντα, καὶ [193] τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Σαβῖνον ὑποστρατηγοῦντά οἱ· καὶ οὕτω διελθόντες ποι καὶ ἐκεῖνοι τὸν ποταμόν, συχνοὺς τῶν βαρβάρων μὴ προσδεχομένους ἀπέκτειναν. οὐ μέντοι οἱ λοιποὶ ἔφυγον, ἀλλὰ τῆς ὑστεραίας αὖθις συμβαλόντες σφίσιν, ἀγχώμαλα ἠγωνίσαντο· πρὶν δὴ Γναῖος [q] Ὀσίδιος Γέτας κινδυνεύσας ἁλῶναι, ἔπειθ' οὕτως αὐτῶν ἐκράτησεν, ὥστε καὶ [194] τιμὰς ἐπινικίους, καίπερ οὐχ ὑπατευκώς, λα- E βεῖν. ἀναχωρησάντων δ' ἐντεῦθεν τῶν Βρεττανῶν ἐπὶ τὸν Ταμέσαν ποταμόν, καθ' ὃ ἔς τε τὸν Ὠκεανὸν ἐκβάλλει, πλημμύροντός τε αὐτοῦ λιμνάζει, καὶ ῥᾳδίως αὐτὸν διαβάντων, ἅτε καὶ τὰ στέριφα τά τε [r] εὔπορα τοῦ χωρίου ἀκριβῶς εἰδότων, οἱ Ῥωμαῖοι ἐπακολουθήσαντες σφίσι, ταύτῃ μὲν ἐσφάλησαν, διανηξαμένων δ' αὖθις τῶν Κελτῶν, καί τινων ἑτέρων διὰ γεφύρας ὀλίγον ἄνω διελθόντων, πολλαχόθεν τε ἅμα αὐτοῖς προσέμιξαν, καὶ πολλοὺς αὐτῶν κατέκοψαν· τούς τε λοιποὺς ἀπερισκέπτως ἐπιδιώκοντες, ἔς τε ἕλη δυσδιέξοδα ἐσέπεσον, καὶ συχνοὺς ἀπέβαλον.

Διά τε οὖν τοῦτο, καὶ ὅτι καὶ [195] τοῦ Τογοδούμνου φθαρέντος, οἱ Βρεττανοὶ οὐχ ὅσον ἐνέδοσαν, ἀλλὰ καὶ 679 μᾶλλον πρὸς τὴν τιμωρίαν αὐτοῦ ἐπισυνέστησαν, φοβηθεὶς ὁ Πλαύτιος, οὐκέτι περαιτέρω προεχώρησεν, ἀλλ' αὐτός τε τὰ παρόντα διὰ φυλακῆς ἐποιεῖτο, καὶ τὸν Κλαύδιον μετεπέμπετο. εἴρητο γὰρ αὐτῷ, εἴ τι βιαιότερον γίγνοιτο, τοῦτο ποιῆσαι. καὶ παρασκευή γε ἐπὶ τῆς στρατιᾶς πολλὴ τῶν τε ἄλλων καὶ ἐλεφάντων προσυνείλεκτο. ἐλθούσης δὲ τῆς ἀγγελίας, ὁ Κλαύδιος τὰ μὲν οἴκοι [196] τῷ Οὐιτελλίῳ τῷ συνάρχοντι τά τε ἄλλα καὶ τοὺς στρατιώτας ἐνεχείρισε, (καὶ γὰρ ἐξ ἴσου αὐτὸν B ἑαυτῷ

[o] Οὐεσπασιανόν. ita ſcripſi pro Οὐεσπεσιανόν, ex ratione ſupra indicata, p. 649. A. [p] τὸν καὶ τὴν μετὰ ταῦτα αὐτοκράτορα ἀρχήν. hæ voces trajectæ ſic ſuo reponendæ loco: τὸν καὶ μετὰ ταῦτα τὴν αὐτοκράτορα ἀρχήν, L. [q] Ὀσίδιος. ut ſupra p. 670. D. pro ὁ Σίδιος. Γναῖος item ſcripſi, pro vulg. Γάϊος. vide ibidem, & Faſtos ad A. U. C. 801.
[r] εὔπορα. ita pro corrupto ὕπορα Roberti, legendum docuit X. quem ſecuti ſunt HS. & L.

§ 190. (l. 4.) ῥᾳδίως αὐτοὺς ὅπλοις διανήχεσθαι] Gallis, ſicut Luſitanis & Hiſpanis, proclive etiam cetratis armatisque transnare flumen, utrium adminiculo, quod conſuetudo horum fuit, teſte Cæſare lib. I. de bello civili c. 48. ſine utribus ad exercitum non ire.

§ 191. (l. 6.) ἵππους τοὺς τὰ ἅρματα αὐτῶν] Eſſedarios, ut notum ex multis Cæſaris locis, & Ciceronis VII. 6. & 10. ad Trebatium. Sed & ex his Melæ lib. III. c. 6. de Britannis: *dimicant non equitatu modo, aut pedite, verum & bigis & curribus Gallice armati. Covinos vocant, quorum falcatis axibus utuntur.* Conferendus Joh. Schefferus lib. II. de re vehiculari, c. 22. & 23.

§ 192. (l. 9.) τόν τε Οὐεσπασιανὸν τὸν Φλάβιον] Tacitus in vita Agricolæ cap. 13. *Divus Claudius auctor operis,* (intrandæ Britanniæ) *transvectis legionibus auxiliisque, & aſſumto in partem rerum Veſpaſiano, quod initium venturæ mox fortunæ fuit. Domitæ gentes, capti reges, & monſtratus fatis Veſpaſianus.* Veſpaſiano etiam tribuit Nero apud Joſephum III. 1. de bello Judaico, quod Claudio præſtiterit, ut ſine ſudore liceret illi de Britannis triumphare. παρέσχε χωρὶς ἱδρῶτος ἰδίου θρίαμβον καταγαγεῖν. Narciſſi liberti gratia legatum legionis in Germaniam miſſum, atque inde translatum in Britanniam, tricies cum hoſte conflixiſſe, teſtatur Suetonius Veſpaſiano c. 4. vide & infra p. 685. C.

§ 193. (l. 11.) τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Σαβῖνον] Hic eſt Flavius Sabinus, interfectus deinde a Vitellio, de quo infra p. 741. & Tacitus Hiſt. lib. III. c. 69. ſq. & 74.

§ 194. (l. 18.) τιμὰς ἐπινικίους καίπερ οὐχ ὑπατευκώς] Etiam Veſpaſiano triumphalia ornamenta conceſſa ante conſulatum, memorat Suetonius Veſpaſ. c. 4.

§ 195. (l. 30.) τοῦ Τογοδούμνου] Hic Regis Cynobellini filius, p. 678. B.

§ 196. (l. 39.) τῷ Οὐιτελλίῳ] Hic L. Vitellius ſecundum jam Conſul, pater A. Vitellii, qui poſt Othonem deinde imperitavit.

§ 197. (l. 42.) ἐκεῖθεν ἐς Μασσαλίαν] Suetonius Claudio c. 17. *In Britanniam cum ab Oſtia navigaret, vehementi circio bis pæne demerſus eſt, prope Liguriam, juxtaque Stœchadas inſulas. Quare a Maſſilia Geſſoriacum usque pedeſtri itinere confecto, inde tranſmiſit.*

§ 198. (l. 50.) τὸ Καμουλόδουνον] Plinii codices II. 25. Tacitique XII. 32. & marmor antiquum apud Cambdenum p. 283. & Gruterum p. CCCCXXXIX. 5. legunt *Camalodunum.* Etiam in numis COL. CAMALODUN. vide Seldeni Origines Alexandrinas p. 119. Hodie *Maldon.* Cynobellini hanc fuiſſe regiam ſcripſit Dio, illiusque æreos numos TASC CUNOB inſcriptos, cum figura equeſtri in averſa, vidiſſe ſe laudatus Cambdenus p. 280. teſtatur. Cynobellini mentio ſupra p. 678. B. quem ipſum una cum altero filio Cataratoco captum eſſe, colligas ex verbis Taciti, Agricola c. 13. *Domitæ gentes, capti reges.* Sine ullo prœlio aut ſanguine intra pauciſſimos dies partem Inſulæ in deditionem recepiſſe, auctor eſt Suetonius c. 17. Seneca Octavia v. 28. *Cuique Britanni terga dedere, ducibus noſtris ante ignoti jurisque ſui,* & v. 42. *en qui Britannis primus impoſuit jugum, ignota & ante claſſibus texit freta &c.*

§ 199. (l. 52.) αὐτοκράτωρ πολλάκις] Ut Cajus nuper, pag. 657. A. ἐπίκλησιν αὐτοκράτωρ, ne ullo quidem bello geſto. Claudium autem in numis videre licet IMP. XXVII. apud Mediobarbum, p. 84. & 85. apud Joſephum XX. 1. anno quinto TRIB. POT. αὐτοκράτωρ τὸ δέκατον.

ἑαυτῷ ἑξάμηνον ὅλον ὑπατεῦσαι ἐποίησεν) αὐτὸς δὲ ἐξεστρατεύσατο· καὶ καταπλεύσας ἐς τὰ Ὤστια, [197] ἐκεῖθεν ἐς Μασσαλίαν παρεκομίσθη. κἀντεῦθεν τὰ μὲν πεζῇ, τὰ δὲ καὶ διὰ τῶν ποταμῶν πορευόμενος, πρός τε τὸν Ὠκεανὸν ἀφίκετο, καὶ περαιωθεὶς ἐς τὴν Βρεττανίαν, συνέμιξε τοῖς στρατοπέδοις πρὸς τῷ Ταμέσᾳ ἀναμένουσιν αὐτόν. καὶ παραλαβὼν σφᾶς, ἐκεῖνόν τε ἐπιδιέβη, καὶ τοῖς βαρβάροις πρὸς τὴν ἔφοδον αὐτοῦ C συνεστραμμένοις ἐς χεῖρας ἐλθών, μάχῃ τε ἐνίκησε, καὶ [198] τὸ [s] Καμουλόδουνον τὸ τοῦ Κυνοβελλίνου βασίλειον εἷλε. κἀκ τούτου συχνούς, τοὺς μὲν ὁμολογίᾳ, τοὺς δὲ καὶ βίᾳ προσαγόμενος, [199] αὐτοκράτωρ πολλάκις ἐπωνομάσθη παρὰ τὰ πάτρια· (οὐ γάρ ἐστιν ἐν οὐδενὶ πλέον ἢ [200] ἅπαξ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πολέμου τὴν ἐπίκλησιν ταύτην λαβεῖν·) καὶ [201] τὰ ὅπλα αὐτῶν ἀφελόμενος, ἐκείνους μὲν [202] τῷ Πλαυτίῳ προσέταξεν, ἐντειλάμενός οἱ καὶ τὰ λοιπὰ προσκαταστρέψασθαι· αὐτὸς D δὲ [203] ἐς τὴν Ῥώμην ἠπείχθη, τὴν ἀγγελίαν τῆς νίκης [204] διὰ τῶν γαμβρῶν, τοῦ τε Μάγνου καὶ τοῦ Σιλανοῦ, προπέμψας.

Μαθοῦσα δ' ἡ γερουσία τὰ κατειργασμένα, [205] Βρεττανικόν τε αὐτὸν ἐπεκάλεσε, καὶ τὰ [206] ἐπινίκια αὐτῷ πέμψαι ἔδωκε. [207] πανήγυρίν τε ἐτησίαν, καὶ [208] ἀψῖδα τροπαιοφόρον ἐν τῇ πόλει, καὶ ἑτέραν [209] ἐν τῇ Γαλατίᾳ (ὅθεν ἐς τὴν Βρεττανίαν ἐξαναχθεὶς ἐπεραιώθη) γενέσθαι ἐψηφίσαντο· [210] τῷ τε υἱεῖ αὐτοῦ τὴν αὐτὴν ἐπωνυμίαν ἐπέθεσαν, ὥστε καὶ κυρίως τρόπον E τινὰ Βρεττανικὸν αὐτὸν ὀνομασθῆναι· καὶ τῇ Μεσσαλίνῃ [211] τὴν προεδρίαν ἣν καὶ ἡ Λιουία ἐσχήκει, [212] καὶ τῷ καρπέντῳ χρῆσθαι ἔδοσαν. ἐκείνους μὲν δὴ τούτοις ἐτίμησαν. τῇ δὲ δὴ τοῦ Γαΐου μνήμῃ ἀχθόμενοι, [213] τὸ νόμισμα τὸ χαλκοῦν πᾶν, ὅσον τὴν εἰκόνα αὐτοῦ ἐντετυπωμένην εἶχε, συγχωνευθῆναι ἔγνωσαν. καὶ ἐπράχθη μὲν τοῦτο, οὐ μέντοι καὶ ἐς βέλτιόν τι ὁ χαλκὸς ἐχώρησεν, ἀλλ' ἀνδριάντας ἀπ' αὐτοῦ ἡ Μεσσαλῖνα τοῦ [214] Μνηστῆρος τοῦ ὀρχηστοῦ ἐποιήσατο. ἐπεὶ γὰρ τῷ Γαΐῳ ποτὲ ἐκεῖνος ἐκέχρητο, χάριν τινὰ αὐτῷ ταύτην τῆς

A.U.C.796 Claudio III. & L. Vitellio II. COSS.

itidem ut ſibi ad ſex integros menſes dederat) mandavit, ipſe ad bellum iturus, Oſtiam devectus eſt navigio, inde in Maſſiliam; reliquoque itinere partim terra, partim per fluvios facto, ad Oceanum venit, transmiſitque in Britanniam, & ad copias apud Tameſin ſe exſpectantes perrexit. Quibus ad ſe receptis, transgresſus fluvium, cum barbaris, qui ad ejus adventum convenerant, ſignis collatis dimicavit: victoriaque potitus eſt, & Camulodunum Cynobellini regiam cepit, multosque deinde, partim deditione, partim vi, in ſuam poteſtatem accepit. Ob hæc aliquoties imperator dictus eſt, contra inſtitutum Romanorum. Neque enim ſæpius, quam ſemel, licet uno de bello id nomen adſumere. Britannis Claudius arma ademit, Plautioque eos regendos, ſubigendosque reliquos mandavit: ipſe Romam contendit, generis ſuis, Magno & Silano, cum nuntio victoriæ præmiſſis.

22. Senatus, rebus geſtis cognitis, Britannici cognomentum ei, triumphum, ludos annuos, arcum tropæa ferentem, in urbe, aliumque in Gallia, (unde in Britanniam trajecerat;) filio idem cognomen, ut quaſi proprio ſuo nomine Britannicus diceretur; Meſſalinæ primum in conſeſſu locum, ut Liviæ quondam, utque carpento veheretur, decreverunt. His Claudium & Meſſalinam proſecuti honoribus, Caji contra memoriam ægre ferentes, omne æreum numisma, quod ejus imaginem expreſſam haberet, conflari juſſerunt. Id quidem factum, non tamen æs in meliorem uſum converſum, quia Meſſalina ex eo Mneſteris hiſtrionis ſtatuas fecit: hanc ei ſuæ conſuetudinis gratiam referens, quia is ante Cajo quoque familiaris fuerat. Hujus

s Καμουλόδουνον. Καμαλόδουνον, L. ad marg. ita in numis & apud veteres ſcriptores. vide F. § 198.

§ 200. (l. 54.) *ἅπαξ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πολέμου*] Conf. dicta ad p. 235. C. Ezech. Spanhemium de uſu numiſmatum T. II. p. 404. ſq. & Raphael. Fabrettum ad Columnam Trajani p. 278.

§ 201. (l. 55.) *τὰ ὅπλα αὐτῶν*] Ex more Romanorum, bellicoſas gentes victas armis deſpoliare, uti Cæſar Atuaticis hoc deprecantibus reſpondit, *deditionis nullam eſſe conditionem, niſi armis traditis*, lib. II. de bello Gallico c. 32.

§ 202. (l. 56.) *τῷ Πλαυτίῳ*] Huic A. Plautio, pro rebus in Britannia præclare geſtis, Claudius etiam ovationem decrevit, ingreſſoque urbem obviam progreſſus, & in Capitolium eunti, & inde revertenti, latus texit, teſte Suetonio cap. 24. vide & infra p. 685. D.

§ 203. (l. 58.) *ἐς τὴν Ῥώμην ἠπείχθη*] Romam rediit Claudius ſexto quam profectus erat menſe. Suet. c. 17. infra p. 780. B.

§ 204. (l. 59.) *διὰ τῶν γαμβρῶν*] De his dictum p. 668. B. videtur etiam hac occaſione factum, ut ornamenta triumphalia utrique dederit, & alteri, Silano quidem, filiæ ſuæ Octaviæ ſponſo adhuc impuberi, ut refert Sueton. c. 24.

§ 205. (l. 62.) *Βρεττανικόν τε αὐτὸν*] In numis nunquam video Britannici nomen Claudio tributum, opinor quod filio illud velut proprium datum eſſet, ut ſtatim dicetur.

§ 206. (l. 62.) *ἐπινίκια*] De triumpho Claudii Britannico p. 680. B. mentio etiam apud Plinium XXXIII. 3. Sueton. c. 17. Caſſiodori Chronicon: *Criſpino & Tauro Coſſ. Claudius de Britannis triumphavit, & Orcadas Inſulas Romano adjecit imperio.*

§ 207. (l. 63.) *πανήγυριν ἐτησίαν*] *πανήγυρις ἡ τῶν νικητηρίων* celebrata p. 680. C. ludi votivi p. 682. B.

§ 208. (l. 64.) *ἀψῖδα τροπαιοφόρον*] In numis Claudii apud Carolum Patinum in Sueton. & apud Mediobarbum p. 83. arcus triumphalis cum duobus tropæis & figura equeſtri militari, cum inſcriptione DE BRITANNIS. Omitto templum, quod Claudio dedicatum in Britannia refert Tacitus XIV. 31. Seneca in Apocolocyntoſi p. 852. *Parum eſt, quod templum in Britannia habet, quod hunc Barbari colunt, & ut Deum adorant.*

§ 209. (l. 65.) *ἐν τῇ Γαλατίᾳ*] Geſſoriaci, quæ poſtea Bononia.

§ 210. (l. 66.) *τῷ τε υἱεῖ αὐτοῦ*] Germanico, nuper nato ex Meſſalina p. 673. C. in numis apud Triſtanum T. I. p. 199. ſq. & Mediobarbum p. 87. ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΒΡΕΤΑΝΝΙΚΟΣ ΚΑΙΣΑΡ.

§ 211 (l. 69.) *τὴν προεδρίαν ἣν καὶ ἡ Λιουία*] Ut Auguſta Meſſalina diceretur, quod hactenus Claudius concedere noluerat, p. 673. B. De Liviæ honoribus dictum p. 600. A. vide & p. 414. C. Meſſalinam autem Auguſtæ honoribus uſam, probant numi apud Mediobarbum, p. 86.

§ 212. (l. 69.) *καὶ τῷ καρπέντῳ*] Sueton. c. 17. *Currum Claudii triumphantis Meſſalina uxor carpento ſecuta eſt.* Adeundus Jo. Schefferus lib. II. de re vehiculari c. 17. Similis honor poſtea decretus Agrippinæ, p. 686. E.

§ 213. (l. 71.) *τὸ νόμισμα τὸ χαλκοῦν*] Sic Domitiani infauſtum vocabulum ex omni ære vel ſaxo placuit eradi, teſte Macrobio lib. I. Saturnal. c. 12. & Caracalla numos nomine fratris ſui ſignatos conflavit, ut notavit Dio in Excerptis Peireſcianis p. 237. Nero quoque veritus, ne numis ſuis idem quod Caji accideret, Auguſti vultum cum ſuo junxit, ſi Triſtano credimus T. I. p. 237. Arrianus tamen quarto Epictetearum c. 5. *τίνα ἔχει τὸν χαρακτῆρα τὸ τετράσσαρον; Τραϊανοῦ; φέρε. Νέρωνος; ῥῖψον ἔξω, ἀδόκιμόν ἐστι, σαπρόν.* Si quis miretur, unde tot tamen ænea Caji numiſmata ætatem tulerint, ei V. C. Anſelmus Bandurius in limine Bibl. numariæ reſpondet, varias illius rei cauſſas eſſe potuiſſe, veluti quod interdum in ſepulchris, in fundamentis ædium ſacrarum, & ædificiorum publicorum, condita ſunt, quodve in terram defoſſa ſunt ab iis qui rei familiari adverſus Barbarorum avaritiam conſultum volebant: partem etiam diligentia hominum, elegantiæ ſtudii numiſmatici deditorum, conſervatam fuiſſe. Statuas etiam Caji omnes a Claudio ſublatas fuiſſe, retulit Dio p. 667. C.

παρακεκλῆσθαι ἔφη ὑπ' αὐτοῦ, ἵν' ὅπως ἂν βουληθῇ ἀποθάνῃ. ἀκούσας δὲ τοῦτο ἐκεῖνος ἐπίστευσέ τε αὐτὸν ὄντως ἑαυτοῦ διὰ τὸ συνειδὸς κατεγνωκέναι, καὶ κατεχρήσατο. ἀνεφάνη δὲ
C καὶ νησίδιόν τι ἐν τῷ ἔτει τούτῳ [275] παρὰ τῇ Θήρᾳ τῇ νήσῳ, οὐκ ὂν πρότερον. ἐπειδή τε πολλοὶ [276] δούλους ἀῤῥωστοῦντας οὐδεμιᾶς θεραπείας ἠξίουν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν οἰκιῶν ἐξέβαλλον, ἐνομοθέτησε, πάντας τοὺς ἐκ τοῦ τοιούτου περιγενομένους, ἐλευθέρους εἶναι.

Ἐν δὲ τῇ Βρεττανίᾳ περιστοιχηθέντος τοῦ Οὐεσπασιανοῦ ὑπὸ τῶν βαρβάρων, καὶ [u] κινδυνεύοντος φθαρῆναι, ὁ Τίτος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, περὶ τῷ πατρὶ δείσας, τήν τε περίσχεσιν αὐτῶν παραλόγῳ τόλμῃ διέῤῥηξε, κἀκ τούτου
D φεύγοντας σφᾶς ἐπιδιώξας, διέφθειρεν. ὁ δὲ Πλαύτιος, ἀπὸ τοῦ Βρεττανικοῦ πολέμου, ὡς καὶ καλῶς αὐτὸν χειρίσας καὶ κατορθώσας, καὶ ἐπῃνέθη ὑπὸ τοῦ Κλαυδίου, καὶ [277] ἐθριάμβευσε. [[x] καὶ κατὰ τὴν ὁπλομαχίαν πολλοὶ καὶ τῶν ξένων ἀπελευθέρων, καὶ οἱ αἰχμάλωτοι οἱ Βρεττανοὶ ἐμαχέσαντο. καὶ πολλοὺς ὅσους καὶ ἐν τούτῳ εἴδει τῆς θέας ἀνήλισκε, καὶ ἐν τούτῳ ἐσεμνύνετο.] Γναῖος δὲ Δομίτιος Κορβούλων, ἐν τῇ Κελτικῇ στρατηγῶν, τά τε στρατεύματα συνεκρότησε, καὶ τῶν βαρβάρων ἄλλους τε καὶ [278] οὓς ἐκάλουν [y] Καύχους ἐκάκωσε. καὶ αὐτὸν ἐν τῇ πολεμίᾳ ὄντα ὁ Κλαύδιος ἀνεκάλεσε.
E τήν τε γὰρ ἀρετὴν αὐτοῦ καὶ τὴν ἄσκησιν μαθὼν, οὐκ ἐπέτρεψεν αὐτῷ ἐπὶ πλέον αὐξηθῆναι. πυθόμενος δὲ τοῦτο ὁ Κορβούλων ἐπανῆλθε, τοσοῦτον μόνον ἀναβοήσας, [279] Ὦ μακάριοι οἱ πάλαι ποτὲ στρατηγήσαντες· ἐς δήλωσιν ὅτι τοῖς μὲν ἀκινδύνως ἀνδραγαθίζεσθαι ἐξῆν, αὐτὸς δ' ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος διὰ τὸν φθόνον ἐνεποδίσθη. [z] τῶν [280] μέντοι ἐπινικίων καὶ ὡς ἔτυχε.

πιστευθεὶς

gratificans, oratum ait ſe ab Aſiatico, ut liceret ſibi, qua vellet, morte perire. Hoc audito demum Claudius, exiſtimans eum conſcientia victum ſe ipſum morte damnaſſe, hominem interfecit. Eodem anno apud Theram inſulam parva inſula enata eſt, quæ ante non fuerat. Quia multi ſervos ægrotantes nulla cura dignabantur, ſed domibus ejiciebant, legem tulit princeps; ut quicunque ita exturbati ad ſanitatem rediiſſent, liberi eſſent.

A.U.C.800 Claudio V. & L. Vitellio III. COSS.

30. In Britannia, circumdato a barbaris Veſpaſiano, & in extremo periculo verſante, Titus filius ejus, patri metuens, coronam hoſtium incredibili audacia disjecit, fugientesque inſecutus cæcidit. Plautius Britannici belli cauſa, quod egregie id geſtum confeciſſet, a Claudio laudatus eſt, ac triumphavit: [inque munere gladiatorio, cum peregrini multi de genere libertino, tum Britanni captivi depugnarunt: plurimisque eo ſpectaculi genere ſublatis, magnopere Claudius gloriabatur.] At Cn. Domitius Corbulo in Germania exercitui præfectus, legionibus in unum contractis, cum alios barbaros, tum in primis Chaucos, vexavit: cujus ubi virtutem ac ſtudia Claudius cognovit, non paſſus eum majora augmenta accipere, ex hoſtico revocavit. Quibus auditis rediit Corbulo, hac tantum voce emiſſa, O beatos duces priſcos! ut oſtenderet, illis quidem absque periculo fortibus eſſe licuiſſe; ſe vero per invidiam ab imperatore præpeditum fuiſſe. Triumphalia tamen

vel

[u] κινδυνεύοντος. addit αὐτοῦ, V. b. præter neceſſitatem. ceterum præmittit Xiph. particulam ποτὲ, quæ facilius admitti poſſet. [x] καὶ κατὰ τὴν &c. addita ex Exc. Peir. p. 674. [y] Καύχους. Χαύκους ſupra, p. 544. A. ſed hoc malim, L ad marg. utroque modo dici, docebit F. ceterum hinc confirmatur, ſupra etiam p. 670. D. Καύχους vel Χαύκους legendum eſſe pro Μαυρουσίους, quia Corbulonem Gabinio ſucceſſiſſe, & contra eosdem pugnaſſe, temporum ratio & hiſtoricorum teſtimonia docent. [z] τῶν μέντοι ἐπινικίων. malim, τιμῶν μέντοι ἐπιν. ſic enim Tacitus. X. ſed cum Dione conſentit Xiph.

e mari edita ſub Nerone, de qua Apollonius apud Philoſtratum IV. 34. θαρσεῖτε, ἡ γὰρ θάλασσα γῆν τέξει. Novam Hieræ inſulæ acceſſionem e mari emerſiſſe anno Chriſti 726. notat Nicephorus CPol. in Breviario p. 37. & Hiſtoria miſcella XXI. 19. Atque ut tractum illum maris mutationibus ejusmodi obnoxium eſſe conſtet, non modo A. C. 1508. 29. Maji, ex inſula Theraſia, quæ Santorina deinde dicta eſt, duæ factæ ſunt, quod ex Martini a Baumgarten itinerario III. 26. Scaliger etiam annotavit: ſed & noſtra ætate A. C. 1708. non procul ab iisdem locis nova inſula, trium amplius milliarium ſpatio patens, caput ſupra mare extulit, cujus deſcriptionem habes in novis litterariis *Germaniæ, Hamburgi* editis a noſtro cum viveret amico Godfrido Straſbergio A. 1709. p. 353. ſq. nec non in Memoriis Trevoltinis litterariis Gallice editis A. 1708. menſe Julio, & A. 1715. menſe Septembri. Natam ſimiliter in Rhodano fluvio inſulam memorat Clemens IV. Papa epiſtola CCCXL. ſcripta A. C. 1266. T. II. Theſauri anecdotorum V. C. Edmundi Martene & Urſini Durandi. p. 375.

§ 276. (l. 55.) δούλους ἀῤῥωστοῦντας] Suetonius c. 25. *Cum quidam ægra & affecta mancipia in inſulam Æſculapii, tædio medendi, exponerent, omnes qui exponerentur, liberos eſſe ſanxit, nec redire in ditionem Domini ſi convaluiſſent: quod ſi quis necare quem mallet, quam exponere, cædis crimine teneri.* Meminit præter Zonaram, Suidas quoque in Κλαύδιος, & Modeſtinus lib. 6. Regularum, Digeſtis lib. XL. tit. 8. qui ſine manumiſſione ad libertatem perveniunt lege 2. *Servo quem pro derelicto dominus ob gravem infirmitatem habuit, ex edicto divi Claudii competit libertas.*

§ 277. (l. 66.) ἐθριάμβευσε] De ovatione hoc accipiendum: juſtus enim triumphus Principi tunc proprius, privatis ovatio, ut Plautio; vel ornamenta triumphalia conceſſa, ut Silano, Aſiatico, Veſpaſiano, Pollioni, Laconi & Oſtorio Scapulæ. Sueton. c. 24. *Aulo Plautio etiam ovationem decrevit, ingreſſoque urbem obviam progreſſus, & in Capitolium eunti, & inde rurſus revertenti latus texit.* Triumphantem inducit, etiam Eutropius VII. 13. qui cum dixiſſet, a Claudio celebrem actum triumphum, devicta per Cn. Sentium & Aul. Plautium Britannia, ſubjungit: *tam civilis autem circa quosdam amicos extitit, ut etiam Plautium nobilem virum, qui in expeditione Britannica multa egregie fecerat, triumphantem ipſe proſequeretur, & conſcendenti Capitolium lævus incederet.* Tacitus XIII. 32. *Pomponia Græcina, inſignis fœmina, Plautio, qui ovans ſe de Britanniis retulit, nupta, ac ſuperſtitionis externæ rea.* Alius Ti. Plautius Silvanus, Claudii & ipſe in expeditione Britannica comes, cui ob res deinde in Oriente & in Mœſia bene geſtas triumphalia ornamenta decreta fuere a Veſpaſiano, ut docet inſcriptio inſignis apud Onufrium Panvinium p. 365. Faſtorum.

§ 278. (l. 72.) οὓς ἐκάλουν Καύχους] Χαύκους, ſupra pag. 544. A. ſed utrumque in antiquis libris reperitur. Suetonius autem c. 24. non Domitium Corbulonem, ſed Gabinium Secundum, Domitio fortaſſe ſucceſſorem datum, rem contra Chaucos feliciter geſſiſſe teſtatur, *Gabinio Secundo, Chaucis, gente Germanica, ſuperatis, Chaucius cognomen uſurpare conceſſit.* Dionis narrationem confirmat Tacitus, Corbulonis adverſus Chaucos, Germaniæ inferiori & Gallorum oræ infeſtos, geſta ac virtutem referens XI. 18. ſq. Idem ſuſpectum quoque fuiſſe annotat, *ſin proſpere egiſſet, formidoloſum paci virum inſignem, & ignavo principi prægravem.*

§ 279. (l. 77.) ὦ μακάριοι οἱ πάλαι στρατηγήσαντες] Idem Tacitus XI. 19. *Ideo Claudius adeo novam in Germanias vim prohibuit, ut referri præſidia cis Rhenum juberet — Ille re ſubita, quanquam multa ſimul offunderentur, metus ex imperatore, contemtio ex barbaris, ludibrium apud ſocios: nihil aliud prolocutus, quam beatos quondam duces Romanos! ſignum receptui dedit.*

§ 280. (l. 80.) τῶν μέντοι ἐπινικίων] Intellige τιμῶν, ſive ut Xylander legit, τιμῶν μέντοι ἐπινικίων, ex Tacito, cujus hæc ſunt verba: *Inſignia tamen triumphi* (hoc eſt ornamenta triumphalia, de quibus p. 582. B.) *indulſit Cæſar, quamvis bellum negaviſſet.*

A.U.C 800 Claudio V. & L. Vitellio III. COSS.

vel ſic ornamenta accepit: iterumque copiis præpoſitus, nihilominus eas in exercitiis habuit: quumque pax eſſet, eorum opera foſſam a Rheno ad Moſam perduxit, ſtadiorum fere CLXX. ne ii fluvii æſtuante Oceano refluentes ſtagnarent.

31. At Meſſalina adulteriis & ſtupris non contenta, (namque inter cætera inſignis audaciæ facinora, interdum in cella meretricia intra palatium ſeſſitabat, aliasque primarias fœminas proſtituebat) plures quoque ſimul maritos, nempe ritu legitimo, habere concupivit. [Ac fortaſſe omnibus adulteris ſuis, ſignatis tabulis nubſiſſet, niſi in primo ſtatim deprehenſa pœnas dediſſet. Nam hactenus quidem omnes Cæſaris liberti cum ea conſenſerant, nihilque non ex communi ſententia agebant. Sed poſtquam Polybium, quocum tamen commercium ſtupri habebat, apud Claudium calumniata neci dedit, eam in poſterum ſuſpectam habuerunt. Proinde Meſſalina, eorum benevolentia deſtituta, facile oppreſſa eſt.]

A.U.C. 801 A. Vitellio & L. Vipſanio COSS.

Quippe C. Silium, [Silii illius, qui a Tiberio occiſus erat, filium] maritum adſcivit, & nuptias ingenti ſumtu celebravit, ædesque ei regias donavit, pretioſiſſimis quibusque Claudii rebus in eam congeſtis: poſtremo cum

πιστευθεὶς δὲ πάλιν τὸ στράτευμα, καὶ οὐδὲν ἧττον ἤσκει
αὐτό, καὶ ἐπειδή γε εἰρήνουν, [281] διετάφρευσε δι' αὐ-
τῶν πᾶν τὸ μεταξὺ τοῦ τε Ῥήνου καὶ [a] τοῦ Μό-
σου, σταδίους ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν μάλιστα· ἵνα 686
μὴ οἱ ποταμοὶ ἐν τῇ τοῦ Ὠκεανοῦ πλημμυρίδι
ἀναῤῥέοντες πελαγίζωσιν.

[282] Ἡ Μεσσαλῖνα δέ, ὥσπερ οὐκ ἐξαρκοῦν [b] οἱ
ὅτι καὶ ἐμοιχεύετο, καὶ ἐπορνεύετο, ([c] τά τε γὰρ
ἄλλα ἰσχυρῶς ἔπραττε, καὶ ἐπ' οἰκήματός ἐστιν ὅτε
ἐν τῷ παλατίῳ αὐτή τε ἐκαθέζετο, καὶ τὰς ἄλλας
τὰς πρώτας ἐκάθιζε) [d] καὶ ἐπεθύμησε καὶ ἄν-
δρας, τοῦτο δὴ [e] τὸ τοῦ νόμου, πολλοὺς ἔχειν. B
[[f] καὶ σύμπασιν ἂν τοῖς χρωμένοις αὐτῇ κατὰ συμ-
βόλαια συνῴκησεν, εἰ μήπερ εὐθὺς ἐν τῷ πρώτῳ
φωραθεῖσα ἀπώλετο. τέως μὲν γὰρ οἱ Καισάρειοι
πάντες [g] ὡμολόγουν αὐτῇ, καὶ οὐδὲν ὅ, τι οὐκ
ἀπὸ κοινῆς γνώμης ἐποίουν. ἐπεὶ δὲ τὸν Πολύ-
βιον, καίτοι καὶ ἐκείνῳ πλησιάζουσα, καὶ διέβαλε
καὶ ἀπέκτεινεν, οὐκέτι αὐτῇ ἐπίστευον. κἀκ τούτου
ἐρημωθεῖσα τῆς παρ' αὐτῶν εὐνοίας ἐφθάρη.]
[h] τόν τε γὰρ [283] Σίλιον τὸν Γάϊον, [τὸν [i] τοῦ Σι-
λίου τοῦ ὑπὸ Τιβερίου σφαγέντος υἱόν,] [284] ἄνδρα
ἐπεγράψατο, καὶ τούς [k] τε γάμους πολυτελῶς
εἱστίασε, καὶ οἰκίαν αὐτῷ βασιλικὴν ἐχαρίσατο,
πάντα τὰ τιμιώτατα τῶν [k] τοῦ Κλαυδίου κειμη-
λίων συμφορήσασα ἐς αὐτήν· καὶ τέλος ὕπατον
αὐτὸν

a τοῦ Μόσου. emendatio Xyl. recepta jam. Μέσου, RS. Xiph. *b* οἱ. ſic Exc. Peir. p. 674. αὐτῇ, vulgatæ editiones Dionis. *c* τά τε γὰρ ἄλλα ἰσχυρῶς ἔπραττε, καὶ ἐπ' οἰκήματός ἐστιν ὅτε ἐν τ. π. ſic eadem Exc. Peir. pro his vulgo: ἤδη γὰρ καὶ ἐπ' οἰκήματος ἐν τ. π. *d* καὶ. vulgo omiſſum. *e* τὸ τοῦ νόμου. ſic malui ſcribere cum vulgatis & Xiph. quam τὸ τοῦ λόγου, cum Exc. Peir. *f* καὶ σύμπασιν &c. hæc & quæ ſequuntur ſunt ex Exc. Peir. l. c. quorum pleraque & habet Zonaras p. 564. *g* ὡμολόγουν. rectius apud Z. ὡμονόουν. Valeſ. *h* τόν τε γὰρ Σίλ. διὸ καὶ τὸν Σίλιον, vulgatæ. *i* τὸν τοῦ Σιλίου τοῦ ὑπὸ Τιβερ. σφαγ. υἱόν. ſic cenſuit Valeſius emendanda ex Z. quæ in MS. legebantur, τὸν Σίλιον τὸν Γάϊον τοῦ Τιβερίου τοῦ σφαγ. υἱόν. pater Silii non Ti. ſed C. nos recepimus. *k* τε & mox καὶ deerant in Exc. Peir.

§ 281. (l. 82.) διετάφρευσε] Idem Tacitus: *ut tamen miles otium exueret, inter Moſam Rhenumque, trium & viginti millium ſpatio, foſſam produxit, qua incerta oceani vetarentur.* ad quem locum conferendæ virorum doctorum notationes, & Philippus Cluverius Germaniæ antiquæ lib. II. c. 31. Menſo Altingius in deſcriptione agri Batavici p. 110. & Chriſtoph. Cellarius orbis antiqui lib. II. c. 3. p. 263. ſq. qui probant, foſſam eſſe quæ hodieque exſtat a Lugduno Batavorum per Delfum & vicum Maeſeland ad propinquum vicum Sluys oſtiumque Moſæ.

§ 282. (l. 87) ἡ Μεσσαλῖνα δὲ] His præmittenda, quæ ex Dione Zonaras ſervavit p. 563. D. ſq. γεννηθέντος δὲ οἱ ἐγγόνου ἐκ τῆς Ἀντωνίας τῆς θυγατρός, ἣν Κορνηλίῳ Φαύστῳ Σύλλᾳ, ἀδελφῷ τῆς Μεσσαλίνης ὄντι, μετὰ τὸν Μάγνου συνῴκισε θάνατον, οὐδὲν ἀφῆκε ψηφισθῆναι, μετριοφρονῶν. ἡ δὲ Μεσσαλῖνα καὶ οἱ ἐξελεύθεροι αὐτοῦ ἐξώγκωντο. ἦσαν δὲ τρεῖς οἱ μάλιστα τὸ κράτος διειληφότες· ὅ, τε Κάλλιστος, ὃς ἐπὶ ταῖς βίβλοις τῶν ἀξιώσεων ἐτέτακτο· καὶ ὁ Νάρκισσος, ὃς τῶν ἐπιστολῶν ἐπεστάτει, διὸ καὶ ἐγχειρίδιον παρεζώννυτο· καὶ ὁ Πάλλας, ᾧ ἡ τῶν χρημάτων διοίκησις ἐμπεπίστευτο. *Cum nepos illi ex Antonia filia naſceretur, quam poſt Magni cædem Cornelio Fauſto Syllæ, fratri Meſſalinæ, elocaverat, moderate ſe geſſit, nihilque decerni paſſus eſt. Verum tanto inſolentius Meſſalina & liberti ejus ſe extulerunt: quorum tres potiſſimum poteſtatem inter ſe partiti erant: Calliſtus, ſupplicum libellorum magiſter: Narciſſus ab epiſtolis, qui ideo pugione accinctus erat: & Pallas fiſci præfectus.* REIM.

ἡ Μεσσαλῖνα δὲ] Omnem fidem ſuperant, quæ de meretricis hujus Auguſtæ propudioſa libidine Juvenalis VI. 116. ſq. Plinius X. 63. *Meſſalina Claudii Cæſaris conjux, regalem exiſtimans palmam, elegit in id certamen nobiliſſimam e proſtitutis ancillam mercenariæ ſtipis, eamque nocte ac die ſuperavit quinto ac viceſimo concubitu.* Aurelius Victor: *Meſſalina primo paſſimque, quaſi jure, adulteriis utebatur: eoque extincti cum ſuis plerique, ingenio ſeu metu abſtinentes, dum pervagatis mulierum artibus peti ſe a petitis criminatur. Dehinc atrocius accenſa, nobiliores quaſque nuptas & virgines ſcortorum modo ſecum proſtituerat, coactique mares ut adeſſent. Quod ſi qui talia horruerat, afficto crimine in ipſum omnemque familiam ſæviebatur.*

§ 283. (l. 2.) τὸν Σίλιον] Tacitus XI. 12. *Meſſalina novo & furori proximo amore diſtinebatur. Nam in C. Silium, juventutis Romanæ pulcherrimum, ita exarſerat, ut Juniam Silanam, nobilem fœminam, matrimonio ejus exturbaret, vacuoque adultero potiretur.* Idem 26. *abrumpi diſſimulationem etiam Silius, ſive fatali vecordia, an imminentium periculorum remedium ipſa pericula ratus, urgebat.* Silium Conſulem deſignatum, non idem Tacitus modo, ſed etiam Seneca in Apocolocyntoſi p. 858. annotavit.

§ 284. (l. 3.) ἄνδρα ἐπεγράψατο] C. Silio nubſit *dote inter auſpices conſignata.* Sueton. c. 26. Tacit. XI. 27. *Haud ſum ignarus fabuloſum viſum iri, tantum ullis mortalium ſecuritatis fuiſſe in civitate omnium gnara & nihil reticente, ne dum conſulem deſignatum, cum uxore principis, prædicta die, adhibitis qui obſignarent, velut ſuſcipiendorum liberorum cauſſa conveniſſe, atque illam audiſſe auſpicum verba, ſubiſſe* (nubſiſſe) *ſacrificaſſe apud Deos, diſcubitum inter convivas, oſcula, complexus, noctem denique actam licentia conjugali.* Sueton. c. 29. *Illud omnem fidem exceſſerit, quod nuptiis, quas Meſſalina cum adultero Silio fecerat, tabellas dotis & ipſe Claudius conſignaverit, inductus quaſi de induſtria ſimularentur, ad avertendum transferendumque periculum, quod imminere ipſi per quædam oſtenta portenderetur.* Seneca Octavia v. 260. *Quæ nupta demens nupſit inceſta face.* v. 272. *graves furoris & ſui pœnas dedit.*

§ 285. (l. 10.) Κλαύδιον ἐλάνθανεν] Stupiditati Claudii jure id adſignaveris. Ceterum & aliis fere omnibus uſu venit, ut domeſticam calamitatem noviſſimi cognoſcant. Hieronymus lib. II. contra Jovinianum, *L. Sullæ,* inquit, *Felicis, ſi non habuiſſet uxorem, Metella conjux palam erat impudica. Et quia noviſſimi mala noſtra diſcimus, id Athenis cantabatur, & Sulla ignorabat, ſecretaque domus ſuæ primum hoſtium convicio didicit.* VALES.

§ 286. (l. 10.) ἐς τὰ Ὤστια πρὸς ἐπισκοπὴν σίτου] Confirmat hoc, quod rei frumentariæ præfectum Turanium Claudio comitem fuiſſe teſtatur Tacit. XI. 31. licet idem ſacrificii cauſſa Cæſarem Oſtiam profectum ſcribit c. 26. nam id ipſum quoque ſacrificium, in æde Caſtorum menſe Majo apud Oſtiam, propitiandis ad proſperandam annonam Numinibus, celebrabatur, ut Lipſius ad Tacitum erudite obſervavit. Animi ac pellicum

αὐτὸν ἀπέφηνε. ταῦτ' οὖν [πρότερον μὲν] καὶ ὑπὸ πάντων [ἄλλων] ἀκουόμενα καὶ ὁρώμενα, τὸν γοῦν [285] Κλαύδιον ἐλάνθανεν. ὡς δ' οὗτός τε [286] ἐς τὰ Ὤστια πρὸς ἐπίσκεψιν σίτου κατέβη, καὶ ἐκείνη ἐν τῇ Ῥώμῃ, [l] πρόφασιν ὡς καὶ νοσοῦσα, ὑπελείφθη, συμπόσιον [m] τέ τι περιβόητον συνεκρότησε, καὶ κῶμον ἀσελγέστατον ἐκώμασεν· ἐνταῦθα ὁ
C Νάρκισσος μονωθέντι τῷ Κλαυδίῳ μηνύει [287] διὰ τῶν παλλακῶν [n] αὐτοῦ πάντα τὰ γιγνόμενα. [καὶ ἐκφοβήσας αὐτόν, ὡς καὶ τῆς Μεσσαλίνης ἐκεῖνόν τε ἀποκτενεῖν, καὶ τὸν Σίλιον ἐς τὴν ἀρχὴν ἀντικαθιστάναι μελλούσης, ἀνέπεισε συλλαβεῖν τινας καὶ βασανίσαι.] [o] ἅμα τε τοῦτ' ἐγέγνετο, καὶ αὐτὸς ἠπείχθη ἐς τὴν πόλιν· καὶ ὥσπερ εἶχεν ἐσελθών, ἄλλους τε πολλοὺς καὶ [288] τὸν Μνηστῆρα ἐθανάτωσεν, [p] καὶ μετὰ τοῦτο [289] καὶ τὴν Μεσσαλῖναν [ἐς τοὺς τοῦ [290] Ἀσιατικοῦ κήπους, δι' οὕσπερ οὐχ ἥκιστα ἀπολώλει, ἀναχωρήσασαν] ἀπέσφαξεν. καὶ [291] μετ' ὀλίγον τὴν ἀδελφιδῆν Ἀγριππῖναν ἔγημε, τὴν τοῦ Δομιτίου τοῦ Νέρωνος ἐπονομασθέντος μητέρα. καὶ γὰρ καλὴ ἦν, καὶ συνεχῶς
D [q] αὐτῷ προσεφοίτα, μόνη τε ὡς καὶ θείῳ συνεγίγνετο, καὶ τρυφερώτερον ἢ καὶ ἀδελφιδῇ προσεφέρετο. [[r] καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸν Σιλανόν, ὡς ἐπιβουλεύοντά οἱ, ἀπέκτεινεν.] [καίπερ [292] ὁ Σιλανὸς ἀνὴρ ἀγαθὸς ἐνομίζετο, καὶ ὑπὸ τοῦ Κλαυδίου οὕτως ἐτιμᾶτο,

eum conſulem deſignavit. Atque hæc quum omnibus cæteris audita jam viſave eſſent, Claudium tamen adhuc fugiebant. Verum cum rei frumentariæ cauſa ipſe quidem Oſtiam periiſſet, Meſſalina vero, ſimulata valetudine, manſiſſet Romæ, ac celeberrimum convivium celebraviſſet, inque eo cum ſumma libidine eſſet luxuriata: tum Narciſſus, disjuncto ab uxore Claudio, pellicum ejus opera rem omnem aperuit: [incuſſoque ei metu, quaſi Meſſalina jamjam ipſum interfectura, atque imperium traditura Silio eſſet, perſuaſit, ut quibusdam correptis veritatem tormentis exquireret.] Simul Claudius propere in urbem contendit, ſtatimque ut eſt ingreſſus, tum alios, tum Mneſterem ultimo ſupplicio affecit: poſt ipſam Meſſalinam, [quæ in Aſiatici hortos conceſſerat, quorum maxime cauſa occiſus erat Aſiaticus,] necavit. Paulo poſt fratris ſui filiam Agrippinam, matrem Domitii, cognomento Neronis, uxorem duxit, forma inſignem, & quæ ad eum crebro commeare, ſolaque cum eo ut patruo eſſe conſueviſſet, blandius eum tractans, quam fratris filiam decet. [Ejus matrimonii cauſa & Silanum pro inſidiatore interfecit.] [Quanquam ille magnam virtutis opinionem erat adeptus, tantique eum Claudius

A.U.C. 801
A. Vitellio & L. Vipſanio COSS.

l πρόφασιν. προφάσει, vulgatæ. *m* τι, & mox καὶ κῶμον ἀσελγέστατον ἐκώμασεν, deſiderabantur in Exc. Peir. *n* αὐτοῦ. deeſt in vulgatis & Z. additum ex Exc. Peir. Xiph. & V. b. *o* ἅμα τε τοῦτ' ἐγέγνετο, καὶ αὐτὸς ἠπείχθη. καὶ ὥσπερ εἶχεν ἐσελθών, ἄλλους τε. ſic Exc. Peir. vulgatæ: ὅθεν ὑπεξελθὼν παραχρῆμα ἐς τὴν πόλιν, ἄλλους τε. ex quibus verba ἐς τὴν πόλιν Excerptis Peir. inſerenda putavi. *p* καὶ μετὰ τοῦτο καὶ τὴν Μεσσαλῖναν. hæc ex vulgatis & Z. retinere malui. brevius, αὐτήν τε Μεσσαλῖναν, Exc. Peir. *q* αὐτῇ, vulgo. Xylander vertit, quaſi legiſſet αὐτῷ. recte quidem. mox ἀδελφιδῇ ſcripſi, pro ἀδελφιδῆ. *r* καὶ διὰ τοῦτο &c. hæc ad nexum cum ſequenti Excerpto Peir. faciundum, ex Zonaræ loco § 291. laudato, inſerenda neceſſario duxi. ſequentia καίπερ ἀνὴρ ἀγαθὸς &c. ſunt ex Exc. Peir. p. 677.

pellicum gratia, Oſtiam profectus Claudius eſt, ſi Aurelium Victorem audimus.

§ 287. (l. 14.) διὰ τῶν παλλακῶν] Tacitus XI. 29. ſq.

§ 288. (l. 21.) τὸν Μνηστῆρα] Id. c. 36. Hic eſt, de quo ſupra ad p. 679. E. Ceteros nobiliores tunc interfectos, Tacitus c. 35. & Seneca memorant, C. Silium, Junium Prætorium, Sex. Trallum, M. Helvium, Saufellum Trogum, Cottam, Vectium Valentem, & Fabium equitem Rom. Titium Proculum, Pompejum Urbicum, Juncum Virgilianum Senatorem, Sulpicium Rufum, præfectum vigilum Decium Calpurnianum.

§ 289. (l. 22.) καὶ Μεσσαλῖναν] Tacitus XI. 37. 38. qui a Narciſſo maturatam illi necem refert, *nuntiatumque Claudio epulanti, periiſſe Meſſalinam, non diſtincto ſua an aliena manu. Nec ille quæſivit; popoſcitque poculum, & ſolita convivio celebravit.* Sueton. c. 39. *Occiſa Meſſalina, paullo poſt quam in triclinio decubuit, cur Domina non veniret requiſivit.* Seneca Apocolocyntoſi p. 855. *Tu Meſſalinam, cujus æque avunculus major* (Auguſtus) *eram quam tuus, occidiſti. Neſcio, inquis. Dii tibi maleſaciant, adeo iſtud turpius eſt, quod neſcis, quam quod occidiſti.*

§ 290. (l. 23.) Ἀσιατικοῦ κήπους δι' οὓς] Tacitus lib. XI. c. 37. *interim Meſſalina Lucillianis in hortis prolatare vitam.* Hos hortos Aſiatici fuiſſe, eumque a Meſſalina ob eos maxime hortos necatum, idem Tacitus prodit initio ejusdem libri: *ſimul hortis inhians, quos ille a Lucullo emptos* (*cœptos* alii) *inſigni magnificentia extollebat.* Sed aut hic *Lucillio* legendum eſt, aut ſupra *Lucullanis* apud Tacitum. VALES.

Videndus in primis Ryckius ad Tacit. XI. 32. 1. REIM.

§ 291. (l. 25.) μετ' ὀλίγον] Primo edixerat pro concione apud prætorianos Claudius, *ſe in cœlibatu manſurum*, teſte Suetonio c. 26. Sed mox apparuit, non valuiſſe durare, donec Narciſſo liberto Petinam dimiſſam pridem, Calliſto Lolliam Paulinam commendante, Agrippina a Pallante laudata, torum Cæſaris obtinuit, ut uberius narrat Tacitus XII. 1. ſq. Idem Sueton. c. 26. *Agrippinæ Germanici fratris ſui filiæ, per jus oſculi & blanditiarum occaſiones, pellectus in amorem, ſubornavit proximo ſenatu* (Vitellium Coſ. ut conſtat e Zonara) *qui cenſeret, cogendum ſe ad ducendam eam uxorem, quaſi Reipb. maxime intereſſet: dandamque ceteris veniam talium conjugiorum, quæ ad id tempus inceſta habebantur: ac vix uno interpoſito die confecit nuptias, non repertis qui ſequerentur exemplum &c.* Conf. iterum Tacitum XII. 7. & Zonaram, cujus verba, quæ ex Dione integriore mutuatum non dubito, adſcribam: ἐκείνης (Μεσσαλίνης) δ' οὕτω διαφθαρείσης, τὴν Ἀγριππῖναν τὴν ἀδελφιδῆν ἔγημε, σπουδῇ τῶν ἀπελευθέρων, ὅτι τὸν Δομίτιον ἐκ προτέρου ἤδη τελοῦντα εἶχεν υἱόν, ὅπως ἔφεδρον αὐτὸν τῇ ἀρχῇ τρέφοντες, μηδὲν ὑπὸ τοῦ Βρεττανικοῦ δεινὸν πάθωσιν, ὡς τὴν αὐτοῦ μητέρα τὴν Μεσσαλῖναν ἀναιρεθῆναι ποιήσαντες. Δεδογμένου δὲ ἤδη τοῦ γάμου, δείσαντες τὸν Σιλανόν, ὑπὸ τοῦ Κλαυδίου τιμώμενον, ὡς ἄνδρα ἀγαθόν, ἅμα δὲ καὶ τὴν Ὀκταβίαν τὴν θυγατέρα αὐτοῦ, τῷ τῆς Ἀγριππίνης υἱῷ τῷ Δομιτίῳ προμνωμένην, ἐγγεγυημένην τῷ Σιλανῷ, πείθουσι τὸν Κλαύδιον, ὡς ἐπιβουλεύοντά οἱ τὸν Σιλανὸν ἀποκτεῖναι. γενομένου δὲ τούτου, λόγους ἐν τῇ βουλῇ ὁ Οὐιτέλλιος ἐποιήσατο, ὅτι συμφέρει τῷ κοινῷ, γῆμαι τὸν Κλαύδιον, καὶ τὴν Ἀγριππῖναν ἐπιτηδείαν εἰς τοῦτο ἀπέφηνε, καὶ βιάσασθαι σφίσιν αὐτὸν ἐπὶ τὸν γάμον συνεβούλευεν. ἐντεῦθεν ὁρμηθέντες οἱ βουλευταὶ πρὸς τὸν Κλαύδιον ἦλθον, καὶ ἠνάγκασαν δῆθεν αὐτὸν γῆμαι, καὶ ψήφισμα ἐποιήσαντο, ἐξεῖναι Ῥωμαίοις ἀδελφιδᾶς ἄγεσθαι· πρότερον γὰρ ἐκεκώλυτο. *Meſſalina interfecta, Agrippinam fratris filiam, libertorum* (Pallantis & Narciſſi) *impulſu duxit, quod filium Domitium* (Neronem) *jam pæne puberem haberet, quem in ſpem imperii alerent, ne Britannico necem matris, ipſorum opera interfectæ, ulturo pænas darent.* (Tacitus XII. 9.) *Decreto jam conjugio, Silanum timentes, quia Claudio ut vir bonus honorabatur, nec non Octaviam filiam Claudii eidem deſponſatam, quam Agrippinæ filio Neroni deſtinabant; Claudio perſuadent, ut Silanum hunc pro inſidiatore occidat. Quo facto, Vitellius* (Conſul) *in ſenatu propoſuit, eſſe e republica, ut Claudius uxorem ducat: & Agrippinam ei fore idoneam pronunciavit, utque ad eas nuptias adigeretur, auctor fuit. Ita Senatores propere ad Claudium abierunt, eumque coegerunt ſcilicet, ut matrimonium contraheret, facto Senatus Conſulto, ut fratrum filias ducere liceret, quod ante vetitum erat.* Seneca Octavia v. 141. *Genitamque fratris, conjugem captus ſibi toris nefandis flebili junxit face.* Inceſtam facem vocat. 260.

§ 292. (l. 31.) ὁ Σιλανὸς] Vide Zonaram p. 185. Tacitus lib. XII. init. eadem habet quæ hic Dio: *L. Silano deſponderat Octaviam Cæſar, juvenemque & alia clarum, inſigni triumphalium & gladiatorii muneris magnificentia protulerat ad ſtudia vulgi.* Adde Sueton. in Claud. c. 24. & 29. VALES.

A.U.C.801 A. Vitellio & L. Vipſanio COSS.

Claudius fecerat, ut & triumphalia ornamenta nondum puberi daret, & filiam Octaviam deſponderet; cumque multo ante legitimum tempus prætor eſſet creatus, munus gladiatorium, quod ab ipſo præbendum erat, Claudii ſumtibus fecit, atque in eo munere Claudius, tanquam aliquis factionis princeps, quædam ab ipſo flagitavit, & contenta voce edidit quæcunque alios velle intelligebat. At enim vero Claudius adeo addictus ac mancipatus erat uxoribus, ut earum cauſa utrumque generum occideret.]

32. Agrippina ubi primum in regiam venit, mulier tractandis negotiis aptiſſima, Claudium ſtatim ſui juris effecit, quique ejus benevolentia utebantur, alios metu, alios beneficiis ſibi devinxit. [Denique Britannicum Claudii filium, tanquam plebeji alicujus, educari fecit. Alter enim, cui & Sejani filia deſponſa fuerat, in vivis eſſe deſierat. Domitium vero tum quidem generum, mox & filium Claudio adſcivit. Quæ quidem, partim ſuffragantibus apud Claudium libertis, præſtitit Agrippina, partim Senatu Populoque Rom. ac militibus ſubornatis, qui quædam eo ſpectantia aſſidue acclamarent. Hunc igitur Agrippina filium] ad gerendum imperium inſtruxit, præceptore Seneca, collegitque ei ineffabiles divitias, nihil ſordidiſſimum etiam ac minimum, quod ad pecuniam parandam faceret, omittens: omnes quacunque ratione locupletes demerendo, multos etiam propter opes interimendo. Æmulatione etiam impulſa nonnullas illuſtres fœminas morte affecit, & inter eas Lolliam Paulinam, quod ſpem ea nuptiarum Claudii aliquam habuiſſet. Hujus occiſæ caput allatum ſibi, quum non agnoſceret, ſua manu os ejus aperuit, dentesque peculiare quippiam habentes

ἐτιμᾶτο, ὥστε καὶ ἐπινικίους τιμὰς ἐν παισὶ λαβεῖν, τήν τε θυγατέρα αὐτοῦ Ὀκταουΐαν ἐγγυήσασθαι, καὶ πολὺ πρὸ τοῦ καθήκοντος χρόνου στρατηγῆσαι· τήν τε πανήγυριν τὴν προσήκουσαν αὐτῷ τοῖς ἐκείνου τέλεσιν ποιῆσαι, καὶ ἐν αὐτῇ τὸν Κλαύδιον καὶ αἰτῆσαί τινα παρ' αὐτοῦ ὥσπερ τινὰ [293] στασιάρχην, καὶ ἐκβοῆσαι πάνθ' ὅσα τοὺς ἄλλους βουλομένους ἑώρα. οὐ μὴν ἀλλ' οὕτω ταῖς γυναιξὶν ὁ Κλαύδιος ἐδεδούλωτο, ὥστ' ἀμφοτέρους τοὺς γαμβροὺς δι' αὐτὰς ἀποκτεῖναι.]

Ὡς δ' ἅπαξ ἐν [s] τῇ βασιλείᾳ ἡ Ἀγριππῖνα ἐγένετο, τόν τε Κλαύδιον ἐσφετερίσατο, δεινοτάτη [t] που οὖσα πράγμασι χρῆσασθαι, καὶ τούς τινα αὐτοῦ εὔνοιαν ἔχοντας, τὰ μὲν φόβῳ, τὰ δὲ εὐεργεσίαις ᾠκειώσατο. [[u] καὶ [294] τὸν Βρεττανικὸν τὸν παῖδα αὐτοῦ, ὡς καὶ τῶν τυχόντων τινὰ, τρέφεσθαι ἐποίει. ὁ γὰρ ἕτερος, ὁ καὶ τὴν [x] Σηϊανοῦ θυγατέρα ἐγγυησάμενος ἐτεθνήκει. τόν τε Δομίτιον τότε μὲν γαμβρὸν τῷ Κλαυδίῳ ἀπέδειξεν, ὕστερον δὲ καὶ ἐσεποίησεν. ἔπραξε δὲ ταῦτα, τὸ μέν τι διὰ τῶν ἀπελευθέρων ἀναπείσασα τὸν Κλαύδιον, τὸ δὲ καὶ τὴν γερουσίαν καὶ τὸν δῆμον τούς τε στρατιώτας, ἐπιτήδειόν τι ἀεί ποτε ἐς αὐτὰ συμβοᾶν παρασκευάσασα. τοῦτον ἡ Ἀγριππῖνα τὸν υἱὸν] ἐς τὸ κράτος ἐξήσκει, καὶ [295] παρὰ τῷ Σενέκᾳ ἐξεπαίδευε. [296] πλοῦτόν τε ἀμύθητον αὐτῷ συνέλεγεν, οὐδὲν [y] οὔτε τῶν σμικροτάτων οὔτε τῶν ἀτιμοτάτων ἐπ' ἀργυρισμῷ παραλείπουσα, ἀλλὰ πάντα μὲν καὶ τὸν [z] ὁποσονοῦν εὐπορoῦντα θεραπεύουσα, πολλοὺς δὲ καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο φονεύουσα. ἤδη δέ τινας καὶ τῶν ἐπιφανῶν γυναικῶν ζηλοτυπήσασα ἔφθειρε, καὶ τήν γε [297] Παυλίναν τὴν Λολλίαν, ἐπειδὴ ἐλπίδα τινὰ ἐς τὴν τοῦ Κλαυδίου συνοίκησιν ἐσχήκει, ἀπέκτεινε. τήν τε κεφαλὴν αὐτῆς κομισθεῖσαν αὐτῇ μὴ γνωρίσασα, τό, τε στόμα αὐτῆς αὐτοχειρίᾳ ἠνέῳξε, E

s τῇ βασιλείᾳ. τῷ βασιλείῳ Exc. Peir. p. 677. t που οὖσα πράγμασι χρῆσασθαι. που deeſt in Exc. Peir. ubi & χρῆσθαι pro χρήσασθαι. ſed πράγμασι ex iiſdem & Xiph. recepi pro vulgato πράγματι. u καὶ τὸν Βρ. hæc ex Exc. Peir. eadem fere Z. p. 565. A. pro quibus vulgo: τόν τε υἱὸν ἐσποιήσασθαι τὸν Κλαύδιον ἀναπείσασα, καίτοι παῖδας ἔχοντα, ἐς τὸ κράτος &c. x Σηϊανοῦ. ſic Valeſ. legendum vidit ex Suet. c. 27. pro corrupto Ἀσινιοῦ. y οὔτε. οὐδέ, Exc. ubi & ſequentia, οὔτε τῶν ἀτιμοτάτων omittuntur. item μὲν poſt ἀλλὰ πάντα. & mox διὰ τοῦτο legitur pro δι' αὐτὸ τοῦτο. rurſus τῶν ἐπιφανῶν γυναικῶν deſunt. perperam quoque ἐπειδὴ τῷ Γαΐῳ συνῳκήκει. nam quæ vulgo leguntur plane conſentiunt dictis p. 658. D. z ὁπωσοῦν, Exc. Peir. ὁποσονοῦν, Xiph. ex quibus duabus lectionibus conflatum vulgo legebatur ὁπωσονοῦν. Xiphilianam prætuli.

§ 293. (l. 39.) στασιάρχην] Principem factionis intelligi exiſtimavi, quales fuerunt ii qui δήμαρχοι dicuntur a Græcis, quorum crebra mentio eſt in hiſtoria Byzantina. VALES.

§ 294. (l. 48.) τὸν Βρεττανικὸν] Liberos habebat Claudius, præter unum Britannicum, (alter enim Druſus jam perierat, de quo Suetonius c. 27.) filias duas Antoniam Octaviamque. Neronem biennio majorem natu Britannico, filio Claudius ſuo antepoſuit, & Agrippinam cognomento Auguſtæ decoravit. *Quibus patratis*, inquit Tacitus XII. 26. *nemo adeo expers miſericordiæ fuit, quem non Britannici fortunæ mœror afficeret.*

§ 295. (l. 58.) παρὰ τῷ Σενέκᾳ] Idem Tacitus XII. 8. *Agrippina ne malis tantum facinoribus noteſceret, veniam exilii* (de quo ſupra p. 670. C.) *pro Annæo Seneca, ſimul præturam impetrat, lætum in publicum rata, ob claritudinem ſtudiorum ejus, utque Domitii* (Neronis) *pueritia tali magiſtro adoleſceret, & conſiliis ejuſdem ad ſpem dominationis uteretur.*

§ 296. (l. 59.) πλοῦτόν τε ἀμύθητον] *Cupido auri immenſa obtentum habebat, quaſi ſubſidium regno pararetur.* idem cap. 7.

§ 297. (l. 65.) Παυλίναν τὴν Λολλίαν] De hac Lollia Paullina, ducta pridem a Cajo p. 648. E. ac deinde repudiata, dictum p. 658. D. Eam Claudio commendaverat Calliſtus libertus, apud Tacitum XII. 1. *hanc longe rectius induci, quando nullos liberos genuiſſet, vacuam æmulatione, & privignis parentis loco futuram.* De hujus Lolliæ exilio, ac deinde cæde, quam ei molita Agrippina eſt, idem Tacitus XII. 22. ubi etiam de alia illuſtri fœmina *Calpurnia*, de qua etiam Zonaras, per eandem perdita, quia formam ejus Claudius laudaverat.

§ 298. (l. 69.) τοὺς ὀδόντας] Neſcio Pliniusne an Dio alteri tribuerit, quod alteri oportuit, vel num utraque & Lollia & Agrippina inſigni aliqua in dentibus re notabiles fuerint. Ita certe Plinius VII. 16. *quibus in dextera parte gemini dentes ſuperne, a canibus cognominati, fortunæ blandimenta pollicentur, ſicut in Agrippina Domitii Neronis matre.*

§ 299. (l. 85.) τιμὰς ἄλλας τε] Aucta cognomento Auguſtæ, teſte Tacito XII. 26. Atque ita in numis apud Mediobarbum p. 87. AGRIPPINÆ AUGUSTÆ, & apud Triſtan. T. I. p. 193. ΑΓΡΙΠΠΙΝΑ ΣΕΒΑΣΤΗ.

§ 300. (l. 86.) τῷ καρπεντῷ] Ut Liviæ pridem conceſſum ac Meſſalinæ. vide ad p. 679. E. ubi rectius καρπέντῳ legitur.

§ 301. (l. 88.) τὸν Νέρωνα ἐσεποιήσατο] De Neronis adoptione, auctoritate Pallantis liberti feſtinata, diligenter Tacitus XII. 25. ſq. Facta illa A. U. C. 803. Claudii X. Antiſtio & Suilio Coſſ. Sueton. c. 27. *e generis Neronem adoptavit:* itaque ut ait Octavia apud Senecam v. 139. *gnato ſuo præferre potuit ſanguine alieno ſatum.* Cum autem antea Cn. Domitius Ænobarbus vocaretur, jam poſt adoptionem dictus eſt *Ti. Claudius Nero Druſus Germanicus Cæſar*, ut a Zonara ex Dione annotatum eſt.

§ 302. (l. 89.) γαμβρὸν ἐποιήσατο] Octaviam filiam, quæ L. Silano deſponſata erat, p. 668. B. Neroni Claudius nuptui dedit, dum interim miſer Silanus, inſidiarum & inceſti in Juniam Calvinam amoris accuſatus, prætura prius ejurata, juſſus mori,

ἠνέῳξε, καὶ [298] τοὺς ὀδόντας [a] ἐσκέψατο, ἰδίως πως ἔχοντας. [[b] καὶ ὁ μὲν Νέρων ηὔξετο. Βρεττανικὸς δὲ οὔτε τινὰ τιμὴν οὔτε ἐπιμέλειαν εἶχεν. ἀλλ' ἡ Ἀγριππῖνα τούς τε ἄλλους τοὺς περιέποντας αὐτὸν, τοὺς μὲν ἐξέβαλε, τοὺς δὲ καὶ ἀπέκτεινε· καὶ τὸν Σωσίβιον, ᾧ ἥ τε τροφὴ καὶ ἡ παιδεία αὐτοῦ προσετέτακτο, κατέσφαξεν, ὡς καὶ τῷ Νέρωνι ἐπιβουλεύοντα. κἀκ τούτου παραδοῦσα αὐτὸν οἷς ἤθελεν, ἐκάκου ὅσον ἐδύνατο. καὶ οὔτε τῷ πατρὶ συνεῖναι, οὔτε ἐς τὸ δημόσιον προϊέναι εἴα, ἀλλ' ἐν ἀδέσμῳ τρόπον τινὰ φυλακῇ εἶχεν.]

[Τῆς δ' Ἀγριππίνης οὐδεὶς τὸ παράπαν ἥπτετο, ἀλλὰ τά τε ἄλλα καὶ ὑπὲρ αὐτὸν τὸν Κλαύδιον ἐδύνατο, καὶ ἐν κοινῷ τοὺς βουλομένους ἠσπάζετο· καὶ τοῦτο καὶ ἐς τὰ ὑπομνήματα ἐσεγράφετο.] καὶ ἡ μὲν ταχὺ καὶ αὐτὴ, Μεσσαλῖνα ἐγένετο, καὶ μάλιστα [c] ὅτι καὶ [299] τιμὰς ἄλλας τε, καὶ [300] τῷ [d] καρπεντίῳ ἐν ταῖς πανηγύρεσι χρῆσθαι, παρὰ τῆς βουλῆς ἔλαβεν. ὁπότε δὲ ὁ Κλαύδιος [301] τὸν Νέρωνα τὸν υἱὸν αὐτῆς εἰσεποιήσατό [dd] τε
687 καὶ [302] γαμβρὸν ἐποιήσατο, τὴν θυγατέρα ἐς ἕτερόν τι γένος ἐκποιήσας, [303] ἵνα μὴ ἀδελφοὺς συνοικίζειν δοκῇ· τέρας οὐ μικρὸν ἐγένετο. [304] καίεσθαι γὰρ ὁ οὐρανὸς τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἔδοξεν. ἐν τινι δὲ λίμνῃ [305] ναυμαχίαν ὁ Κλαύδιος ἐπεθύμησε ποιῆσαι, τεῖχός τε περὶ αὐτὴν ξύλινον κατεσκεύασε, [306] καὶ ἰκρία ἔπηξε, πλῆθός τε ἀναρίθμητον ἤθροισε. καὶ οἱ μὲν ἄλλοι, ὥς που καὶ ἔδοξεν αὐτοῖς, ὁ δὲ δὴ Κλαύδιος ὅ, τε Νέρων [307] στρατιωτικῶς ἐστάλησαν· ἥ τε Ἀγριππῖνα χλαμύδι διαχρύσῳ [e] ἐκοσμεῖτο.
B οἱ δὲ δὴ ναυμαχήσοντες, [308] θανάτῳ δὴ καταδεδικασμένοι ἦσαν, καὶ [309] πεντήκοντα ναῦς ἑκάτεροι εἶχον, οἱ μὲν, Ῥόδιοι, οἱ δὲ, Σικελοὶ ὀνομασθέντες. καὶ τὸ μὲν πρῶτον συστραφέντες καὶ καθ' ἓν γενόμενοι, Κλαύδιον ἅμα προσηγόρευσαν οὕτω, Χαῖρε, αὐτοκράτορ, [310] οἱ ἀπολούμενοί σε ἀσπαζόμεθα.
ἐπεὶ

habentes inſpexit. [Creſcentibus Neronis opibus, Britannicus ſine ullo honore aut cura transmittebatur, fideliſſimis pueri cuſtodibus ac miniſtris ab Agrippina partim expulſis partim necatis. Nam & Soſibium, cui educatio ejus atque inſtitutio mandata erat, quaſi Neroni inſidias ſtruentem interfecit, & Britannicum, iis quos ipſa probaverat traditum, omnibus modis vexavit, nec cum patre Claudio verſari, nec prodire in publicum paſſa; ſed quaſi in libera cuſtodia clauſum tenuit.]

A.U.C.801 A. Vitellio & L. Vipſanio COSS.

33. [Cæterum Agrippinam offendere nemo audebat, quippe quæ ipſo Claudio eſſet potentior, & eos qui vellent, palam ad ſalutationem admitteret, quod quidem in acta etiam referebatur.] Mox in Meſſalinam plane commutata eſt, tum præſertim, quum ſenatus ei honores quosdam, utque carpento in ludis veheretur, decrevit. Quo tempore Claudius Neronem Agrippinæ filium adoptavit, generumque eum ſibi adſcivit, filia tamen prius adoptanda in aliam familiam tradita, ne ſororem fratri conjungere poſſet videri: eo tempore haud leve prodigium accidit, quum ea die ardere cœlum videretur. In lacu vero quodam Claudius exhibere navalem pugnam cupiebat, cinxeratque eum ligneo muro, fixeratque tabulata, immenſa multitudine ad ſpectandum congregata. Veſtitum quisque ſuo arbitrio, militarem Claudius & Nero geſtabant, Agrippina chlamydem auro intertextam induerat. Quibus depugnandum prælio navali fuit, ii morte damnati erant: utrinque naves quinquaginta habebant: partium alteri Rhodiorum, alteri Siculorum nomen. Primum utrique in unum congregati Claudium his verbis compellavere; Ave, imperator, morituri te ſalu-

A.U.C.803 C. Antiſtio & M. Suilio COSS.

[a] ἐσκέψατο ἐπεσκέψατο, Xiph. & Z. [b] καὶ ὁ μὲν Νέρ. &c. ex Exc. Peir. p. 678. [c] ὅτι. ita & Xiph. ὅτε L. ad marg. [d] καρπεντίῳ. ſic & Xiph. ſupra dixit καρπέντῳ, quod malim. X. vide & Pet. Fabrum Semeſtr. l. 3. p. 19. [dd] τότε καὶ, vulgo. ὅτε τε, Od. ἐσεποιήσατό τε καὶ γαμβρὸν, Mer. Br. rectius. [e] ἐκοσμεῖτο. ἐκοσμήθη, Xiph.

mori, ipſa nuptiarum Agrippinæ die necem ſibi conſcivit. vide Tacitum XII. 3. ſq. & 8. Sueton. c. 27. & 29. & quæ ex Peireſcianis Excerptis ac Zonara ſupra annotavi. Seneca Octavia, v. 147. *fœminæ eſt munus datus Silanus, & cruore fœdavit ſuo patrios penates, criminis ficti reus.*

Zonaras p. 565. B. plura in Dione fuiſſe docet, poſt verba ἰδίως πως ἔχοντας, ſic pergens: *μετὰ ταῦτα δὲ καὶ Αὐγοῦσταν τὴν Ἀγριππῖναν ὁ Κλαύδιος ἐπεκάλεσε, καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς εἰσποιησάμενος μετωνόμασε Τιβέριον Κλαύδιον Νέρωνα Δροῦσον Γερμανικὸν Καίσαρα, μηδὲν φροντίσας ὅτι καίεσθαι ὁ οὐρανὸς τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἔδοξε. καὶ μετὰ τοῦτο τὴν θυγατέρα τὴν Ὀκταβίαν ἐς ἕτερόν τι γένος εἰσαγαγὼν, ἵνα μὴ ἀδελφοὺς συνοικίζειν δοκῇ, ἐνεγγύησεν αὐτῷ. Ἀγριππῖνα δὲ καὶ Καλπουρνίαν γυναῖκα τῶν πρώτων ἐφυγάδευσεν, ἣ, ὡς λέγεται, καὶ ἀπέκτεινεν, ἐπειδὴ τὸ κάλλος αὐτῆς ὁ Κλαύδιος ἐθαύμασε καὶ ἐπῄνεσε. τοῦ δὲ Νέρωνος (τοῦτο γὰρ τὸ ὄνομα ἐπ' αὐτῷ ἐξενίκησε) ἐς τοὺς ἐφήβους ἐγγραφέντος, κατὰ τὴν ἡμέραν ἐν ᾗ ἐνεγράφη, τό δαιμόνιον τήν τε γῆν ἐπὶ πολὺ ἔσεισε, καὶ φόβον νυκτὸς πᾶσιν ὁμοίως ἐνέβαλε.* Νέρων μὲν οὖν ηὔξετο &c. quæ ſunt in Exc. Peir.

§ 303. (l. 90.) ἵνα μὴ ἀδελφοὺς] Apud Senecam Octavia v. 22. *altera Juno, ſoror Auguſti conjuxque.* vide & v. 282. 535. 657. 828. Quam vero in familiam ex Claudia juſſerint miſeram Octaviam transire, non memini a quoquam ſcriptore annotatum. Sed quantum ludibrium, per adoptionem in aliam familiam, inceſti ſi qui eſt reatum velle expungerẽ. Nero apud Senecam Octavia v. 536. *inceſta genetrix detrabit generi fidem, animumque nunquam conjugis junctus mihi.*

Ex veteri jure, inter adoptivos etiam fratres illicita erant conjugia; at ſi emancipatio interveniſſet, hujusmodi nuptiæ licito contrahebantur. vide Caji Inſtitutt. lib. I. tit. 4 § 2. ibique interpretes, apud Schultingium in Jurisprudentia Antejuſtinianea. Reim.

§ 304. (l. 91.) καίεσθαι ὁ οὐρανὸς] Inter prodigia, ut apud Obſequentem, c. 98. & 111. *fax in cœlo apparuit, & totum cœlum ardere viſum.* Et apud Livium XXII. 1. *ſpecies cœli ardentis.* Conſulendi Phyſici de meteoro hoc diſſerentes, & Haraldus Vallerius diſſ. de chaſmatibus, edita Upſal. 1708. 8.

§ 305. (l. 93.) ναυμαχίαν] Sueton. c. 21. *Emiſſurus Fucinum lacum* (ſupra p. 672. C.) *naumachiam ante commiſit.* Lacu in ipſo quidem, ut ex Taciti XII. 56. conſtat, qui teſtatur, triremibus quadriremibusque armata undeviginti hominum millia, cincto ratibus ambitu, ne pugnantibus vaga effugia forent.

§ 306. (l. 95.) καὶ ἰκρία ἔπηξε] Tacitus: *In ratibus prætoriarum cohortium manipuli turmæque adſtiterant, antepoſitis propugnaculis, ex queis catapultæ baliſtæque tenderentur.*

§ 307. (l. 97.) στρατιωτικῶς] Paludatus. Idem Tacitus: *Ipſe Claudius inſigni paludamento, neque procul Agrippina chlamyde aurata, præſedere.* Chlamydis forma, qua Agrippinam Dio indutam ſcripſit, parum diverſa a paludamento. Plinius XXXIII. 3. *Nos vidimus Agrippinam Claudii principis, edente eo navalis prælii ſpectaculum, aſſidentem ei indutam paludamento, auro textili ſine alia materie.* Sic Chlamyde indutus Claudius ſupra p. 677. A.

§ 308. (l. 99.) θανάτῳ καταδεδικασμένοι] Tacitus: *pugnatum, quanquam inter ſontes, fortium virorum animo: ac poſt multum vulnerum, occidioni exemti ſunt.*

§ 309. (l. 100.) πεντήκοντα ναῦς] Diſſentit Suetonius c. 21 *Hoc ſpectaculo claſſis Sicula & Rhodia concurrerunt, duodenarum triremium ſingulæ, exciente buccina Tritone argenteo, qui e medio lacu per machinam emerſerat.*

§ 310. (l. 4.) οἱ ἀπολούμενοι] Idem Sueton. *Cum proclamantibus naumachiariis,* Ave Imperator, morituri te ſalutant, *reſpondiſſet,* Avete vos: *neque poſt hanc vocem, quaſi venia data,*

A.U.C.803 C. Antiſtio & M. Suilio COSS.

ſalutamus: poſt, quum ſalutem non impetrarent, ſed nihilo minus pugnam navalem conſerere juberentur; tantum navibus ordines invicem pervaſere, nec ante ad manus venerunt, quam vi coacti mutuo ſe trucidarent. Cæterum Narciſſus ita ludibrio habebat Claudium, ut fama ſit, quum Bithyni, jus dicente Claudio, multis clamoribus præfectum Junium Cilonem munerum immodice captorum accuſarent, Claudiusque præ turba non intelligens quid vellent, aſſiſtentes interrogaret, quidnam dicerent Bithyni, Narciſſum mentitum reſpondiſſe, agere eos gratias Junio: idque credentem principem ſubdidiſſe: Præſit ergo adhuc eis biennium, procurator. [At poſtea Narciſſus, cum opus in Fucino lacu exſtructum corruiſſet, gravi preſſus eſt accuſatione. Namque ille præfectus operi, cum longe minus quam ſperaverat impendiſſet, eam ruinam de induſtria machinatus eſſe credebatur, ne fraus ipſius detegi poſſet.] Porro Agrippina publice quoque perſæpe de republica reſpondenti, aut legatos audienti Claudio adfuit, in proprio tribunali locata: maximum id quoque ſpectaculum. Julio Gallico oratori cauſam agenti iratus Claudius, in Tiberim, juxta ipſe jus dicens, eum abjici juſſit. Unde perelegans exſtat Domitii Afri, patroni reorum ſuo tempore præſtantiſſimi, jocus; cujus auxilium quum quidam imploraret, a Gallico deſtitutus, Quis, inquit, tibi indicavit, me natatorem Gallico meliorem eſſe?

34. Enim-

ἐπεὶ δὲ οὐδὲν σωτήριον εὕροντο, ἀλλὰ ναυμαχεῖν καὶ ὣς ἐκελεύσθησαν, διέκπλοις τε ἁπλοῖς ἐχρήσαντο, καὶ ἥκιστα ἀλλήλων ἥψαντο μέχρι οὗ καὶ ἀνάγκῃ κατεκόπησαν. ὁ δὲ δὴ Νάρκισσος οὕτως ἐνε- C τρύφα τῷ Κλαυδίῳ, ὥστε λέγεται, ἐπειδή ποτε οἱ Βιθυνοὶ, δικάζοντος τοῦ Κλαυδίου, [311] Ἰουνίου Κίλωνος, τοῦ ἄρξαντος σφῶν, πολλὰ κατεβόησαν, ὡς οὐ μετρίως δωροδοκήσαντος, καὶ ἤρετο ἐκεῖνος τοὺς παρεστηκότας ὅ, τι καὶ λέγουσιν, (οὐ γὰρ συνίει, διὰ τὸν θόρυβον αὐτῶν) εἶπέ τε ὁ Νάρκισσος ψευσάμενος, ὅτι χάριν τῷ Ἰουνίῳ γινώσκουσι· πιστεῦσαί τε αὐτῷ καὶ εἰπεῖν, Οὐκοῦν [f] ἐπὶ διετὲς ἔτι ἐπιτροπευσάτω. [μετὰ δὲ ταῦτα ὁ Νάρκισσος, τῆς λίμνης τῆς Φουκίνης συμπεσούσης, αἰτίαν ἐπ' αὐτῇ μεγάλην ἔλαβεν. ἐπεστάτει γὰρ τοῦ ἔργου, καὶ ἔδοξε, πολὺ ἔλαττω ὧν ἤλπιζε δαπανήσας, εἶτα ἐξεπίτηδες τὸ σύμπτωμα, ὅπως ἀνεξέλεγκτον τὸ κακούργημα αὐτοῦ γένηται, μηχανήσασθαι.] Ἡ δὲ Ἀγριππῖνα [312] καὶ D δημοσίᾳ πολλάκις αὐτῷ, καὶ χρηματίζοντι, καὶ [g] πρεσβείας ἀκροωμένῳ, παρῆν, ἐπὶ βήματος ἰδίου καθημένη. καὶ ἦν καὶ τοῦτο οὐδενὸς ἔλαττον θέαμα. [h] Ἰουλίῳ δέ τινι [313] Γαλλικῷ ῥήτορι, δίκην ποτὲ λέγοντι, ὁ Κλαύδιος ἀχθεσθεὶς, ἐκέλευσεν αὐτὸν ἐς τὸν Τίβεριν ἐμβληθῆναι· ἔτυχε γὰρ αὐτοῦ πλησίον δικάζων. ἐφ' ᾧ δὴ [314] ὁ Δομίτιος ὁ Ἄφρος, πλεῖστον τῶν καθ' ἑαυτὸν ἐν τῷ συναγορεύειν τισὶν ἰσχύσας, κάλλιστα ἀπέσκωψε. δεηθέντος γάρ τινος ἀνθρώπου τῆς παρ' αὐτοῦ βοηθείας, ἐπειδὴ ὑπὸ τοῦ Γαλλικοῦ ἐγκατελείφθη, ἔφη πρὸς E αὐτὸν, ὅτι, Καὶ τίς σοι εἶπεν ὅτι κρεῖττον ἐκείνου νήχομαι;

Ὁ δὲ

f ἐπὶ διετὲς ἔτι. ex Xiph. adjectum eſt ἔτι, quod placuit etiam Leunclavio. ſequentia ſunt ex Exc. Peir. p. 678.
g πρεσβείας. ita Xiph. vulgo πρεσβείαν. h Ἰουλίῳ. ſic legendum ex Z. vidit X. recepimus probante F. pro Ἰουδαίῳ, quod præter Dionis editiones & Leon. habet quoque Xiph.

data, quiſquam dimicare vellet: diu cunctatus, an omnes igni ferroque abſumeret, tandem e ſede ſua proſiluit, ac per ambitum lacus non ſine fœda vacillatione diſcurrens, partim minando, partim adhortando, ad pugnam compulit.

§ 311. (l. 10.) Ἰουνίου Κίλωνος] Meminit hujus Cilonis quidem Tacitus, ſed procuratorem Ponti vocat, & conſularibus inſignibus refert eum a Claudio auctum fuiſſe, lib. XII. c. 21. Idem c. 22. lege repetundarum damnatum refert Cadium Rufum, accuſantibus Bithynis.

§ 312. (l. 22.) καὶ δημοσίᾳ] In hoc Agrippina ſibi plus ſumſit, quam Livia ipſa, p. 609. E. vel ulla alia ante ipſum Auguſtum. Refert Zonaras etiam, cum Claudio in publicum prodiiſſe, ad opem ferendam magno quodam incendio urbem vexante. vide § ſeq.

§ 313. (l. 26.) Γαλλικῷ] Inſerenda hoc loco nonnulla, quæ apud Zonaram p. 565. D. ſq. leguntur, atque e Dione petita, perinde ut quæ ſupra ex illo retuli, non dubito: ἐδύνατο δὲ πάντα, τοῦ Κλαυδίου κρατοῦσα, καὶ τὸν Νάρκισσον καὶ τὸν Πάλλαντα οἰκειωσαμένη. ὁ γὰρ Κάλλιστος, ἐπὶ πολὺ προχωρήσας δυνάμεως, ἐτελεύτησεν. οἱ ἀστρολόγοι δὲ ἐξ ἁπάσης τῆς Ἰταλίας ἠλάθησαν, καὶ οἱ αὐτοῖς συγγινόμενοι ἐκολάσθησαν. Καράτακος δέ τις βαρβάρων ἀρχηγὸς ἁλοὺς, καὶ εἰς τὴν Ῥώμην ἀχθεὶς, καὶ συγγνώμης παρὰ τοῦ Κλαυδίου τυχὼν, ἅτε περιενόστει τὴν πόλιν μετὰ τὴν ἄφεσιν, καὶ ἰδὼν αὐτῆς τὴν λαμπρότητα καὶ τὸ μέγεθος· εἶτα, ἔφη, ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα κεκτημένοι, τῶν σκηνιδίων ἡμῶν ἐπιθυμεῖτε; Ἰουλίῳ δέ τινι Γαλλικῷ &c. νοσήσαντος δὲ μετὰ ταῦτα τοῦ Κλαυδίου ἐσῆλθεν ὁ Νέρων εἰς τὸ συνέδριον, καὶ εἰ ἀναρρωσθείη ὁ Κλαύδιος ἱπποδρομίαν ὑπέσχετο. πάντα γὰρ τρόπον ἡ Ἀγριππῖνα ἐποίει, ἵνα τῷ τε πλήθει χαρίζοιτο, καὶ μόνος ἔσεσθαι νομίζοιτο τῆς αὐταρχίας διάδοχος. διὸ τόν τε ἱππικὸν ἀγῶνα, ᾧ προσέκειντο μάλιστα, ἐποίησε τὸν Νέρωνα ὑποσχέσθαι ἐπὶ τῇ τοῦ Κλαυδίου ὑγείᾳ, ἣν καὶ πάνυ ἀπηύχετο. καὶ πρὸς τὴν πρᾶσιν τῶν ἀρίστων θόρυβόν τινα γενέσθαι παρασκευάσασα, ἀνέπεισε τὸν Κλαύδιον, τῷ τε δήμῳ ἐκ προγραφῆς δηλῶσαι, καὶ τῇ γερουσίᾳ ἐπιστεῖλαι, ὅτι κἂν αὐτὸς ἀποθάνῃ, ὁ Νέρων τὰ κοινὰ ἱκανὸς ἤδη ἐστὶ διοικεῖν. καὶ ὁ μὲν πολύς τε ἐκ τούτου ἦν, καὶ διὰ στόματος ἤγετο ἅπασι. τὸν δὲ Βρεττανικὸν συχνοὶ μὲν οὐδ' εἰ ἔζη ἐγίνωσκον, οἱ λοιποὶ δὲ παραπλῆγα καὶ ἐπίληπτον, ταῦτα κηρυττούσης τῆς Ἀγριππίνης, ᾤοντο. ῥαΐσαντος δὲ τοῦ Κλαυδίου, τὴν ἱπποδρομίαν ὁ Νέρων μεγαλοπρεπῶς ἐπετέλεσε, καὶ τὴν Ὀκταβίαν δὴ τότε ἔγημεν, ὥστε καὶ ἐκ τούτου ἀνὴρ εἶναι ἤδη δοκεῖν. οὐδὲν δὲ ἀρκοῦν τῇ Ἀγριππίνῃ ἐδόκει, καίτοι ὅσα τε ἡ Λιβία ἔσχε κἀκείνῃ ἐδέδοτο, καὶ ἄλλα τε πλείω ἐψήφιστο. ἡ δὲ καὶ ἰσοκρατὴς τῷ Κλαυδίῳ ἄντικρυς ὀνομάζεσθαι ἤθελε, καί ποτε πολλοῦ τὴν πόλιν ἐπινεμομένου πυρὸς, πρὸς τὴν ἐπικουρίαν ἐκείνῳ συμπαρεγένετο. ὁ γοῦν Κλαύδιος, ἀχθόμενος τοῖς δρωμένοις, τοῖς τέως εἰς γνῶσιν ἰοῦσιν αὐτῷ, καὶ Βρεττανικῷ, ὁπότε ἐντύχοι, φιλοφρόνως συγγινόμενος, οὐκ ἤνεγκε τὰ γιγνόμενα, ἀλλ' ἐκείνην τε καταλῦσαι, καὶ τὸν υἱὸν ἐς τοὺς ἐφήβους ἐσαγαγεῖν, καὶ διάδοχον ἀποδεῖξαι παρεσκευάζετο. *Britannicum Agrippina, commiſſum illis quos ipſa volebat, nec cum patre vivere, nec prodire in publicum paſſa eſt. Poterat autem omnia, quum Claudio dominaretur, & Narciſſum & Pallantem amicos haberet. Nam Calliſtus, potentiam maximam adeptus, obierat. Aſtrologi tum tota Italia pulſi, & qui eos conſulebant puniti. Caratacus q*[illegible] *princeps captus, & Romam ductus, cum* [illegible] *impetraſſet, & dimiſſus ſplendorem urbis ac* [illegible] *luſtraſſet, Itane, inquit, vos, quum hæc ta*[illegible] *concupiſcitis tuguriola? Julio Gallico &c.* [illegible] *dio ægrotante, Nero curiam ingreſſus ludo*[illegible] *ille convaluiſſet. Agrippina enim quidvi*[illegible] *populi gratiam colligeret, & unus imperii* [illegible] *tur. Itaque & ludos Circenſes, quibus* [illegible] *debant, a Nerone ob ſalutem Claudii, qu*[illegible] *precabatur, promittendos curavit: & tu*[illegible] *ditionem ſubornato, Claudio perſuaſit, ut p*[illegible] *edictum, ſenatui per litteras ſignificaret, etſi ipſe moreret*[illegible] *ronem jam ad Remp. adminiſtrandam eſſe idoneum.* [illegible] *ex illo tempore multus in omnium ore & celebratus,* [illegible] *cum vero vivere plerique ignorabant, ceteri ex rumoribus ab Agrippina ſparſis vecordem & lunaticum eſſe putabant. Cum vero Claudius convaluiſſet, Nero ludos magnifice fecit, & ſub idem tempus Octaviam duxit, ut ex eo quoque jam vir eſſe videretur. Quamvis autem Agrippinæ & ea quæ Livia habuerat, omnia conceſſa, & plura etiam decreta eſſent; nihil tamen ei ſatis erat, ni manifeſte ex æquo cum Claudio imperatrix nominaretur: & magno incendio urbem pervagante, una cum eo ad opem ferendam in publicum prodiit. Claudius igitur*

offenſus

Ὁ δὲ Κλαύδιος, τοῖς ὑπὸ τῆς Ἀγριππίνης δρωμένοις, [i] ὧν γε καὶ ᾐσθάνετο ἤδη, ἀχθόμενος, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν Βρεττανικὸν ἐπιζητῶν, (ἐξ ὀφθαλμῶν αὐτῷ ἐπίτηδες ὑπ' ἐκείνης τὰ πολλὰ γιγνόμενον, Νέρωνι, οἷα [k] τῷ ἑαυτῆς παιδὶ ἐκ τοῦ 688 προτέρου ἀνδρὸς αὐτῆς Δομιτίου, πάντα τρόπον περιποιουμένης τὸ κράτος) οὐκ ἤνεγκε τὸ γιγνόμενον, ἀλλ' ἐκείνην τε καταλῦσαι καὶ [315] τὸν υἱὸν διάδοχον τῆς ἀρχῆς ἀποδεῖξαι παρεσκευάζετο. μαθοῦσα δὲ ταῦτα ἡ Ἀγριππίνα [316] ἐφοβήθη, καὶ αὐτὸν προκαταλαβεῖν φαρμάκῳ ἠθέλησεν. ὡς δὲ ἐκεῖνος οὐδὲν ὑπὸ τοῦ οἴνου, ὃν πολὺν ἀεί ποτε ἔπινε, καὶ ὑπὸ τῆς ἄλλης διαίτης, ᾗ [317] πρὸς φυλακὴν σφῶν οἱ αὐτοκράτορες χρῶνται, κακοῦσθαι ἠδύνατο, [318] Λουκοῦσαν τινὰ φαρμακίδα περιβόητον μετεπέμψατο, καὶ φάρμακόν τι B ἄφυκτον προκατασκευάσασα, ἔς τινα [319] τῶν καλουμένων μυκήτων ἐνέβαλε. καὶ αὐτὴ μὲν ἐκ τῶν ἄλλων ἤσθιεν, ἐκεῖνον δὲ ἐκ τοῦ τὸ φάρμακον ἔχοντος (καὶ γὰρ μέγιστος καὶ κάλλιστος ἦν) φαγεῖν ἐποίησε. καὶ ὁ μὲν, οὕτως ἐπιβουλευθεὶς, [320] ἐκ μὲν τοῦ συμποσίου, ὡς καὶ ὑπερκορὴς μέθης σφόδρα ὤν, ἐξεκομίσθη, (ὅπερ που καὶ ἄλλοτε πολλάκις ἐγεγόνει) τῆς δὲ νυκτὸς οὐδὲν οὔτ' εἰπεῖν οὔτ' ἀκοῦσαι δυνηθεὶς, μετήλλαξε, [321] τῇ τρίτῃ καὶ δεκάτῃ τοῦ Ὀκτωβρίου· ζήσας [l] ἑξήκοντα καὶ τρία ἔτη, αὐταρ- C χήσας δὲ ἔτη δέκα καὶ τρία, καὶ μῆνας ὀκτὼ, καὶ ἡμέρας εἴκοσιν. ἡ δὲ δὴ Ἀγριππίνα ταῦτα [m] ποιήσασα ἔφθασεν, [322] ὅτι τὸν Νάρκισσον ἐς Καμπανίαν, προφάσει ὡς καὶ τοῖς ὕδασι τοῖς ἐκεῖ [323] πρὸς τὴν ποδάγραν χρησόμενον, προαπέπεμψεν· ἐπεὶ παρόντος γε αὐτοῦ οὐκ ἄν ποτε αὐτὸ ἐδεδράκει.

34. Enimvero Claudius Agrippinæ actionibus, quas jam cœperat perſentiſcere, infenſus, filiumque ſuum requirens Britannicum, (quem ipſa conſulto plerumque adſpectui ſubducebat, Neroni, filio ſuo ex priori marito Domitio, omni modo imperium parare conata) non ferenda amplius eſſe putavit ea quæ fiebant, & oppreſſa Agrippina, filium ſuum ſucceſſorem imperii relinquere ſtatuit. Quod ea ſentiens, metuque perculſa, veneno conſilia ejus prævenire decrevit. Et quoniam vinum, quod plurimum ſemper ingerebat, ac cætera victus ratio, qua ad ſui cuſtodiam imperatores utuntur, ne læderetur, obſtabat; Lucuſtam, famoſam veneficiorum cauſa mulierem, ad ſe vocavit, venenumque ejus opera immedicabile præparatum, boleto infudit. Proinde ipſa de reliquis comedens, medicatum Claudio, maximum videlicet & pulcherrimum, manducandum exhibuit. Hoc pacto circumventus inſidiis ille, e convivio, quaſi oppreſſus admodum temulentia, elatus eſt, quod erat ipſi frequens: noctu autem, amiſſa loquendi audiendique omni facultate, diem clauſit, III. Idus Octobris, quum vixiſſet annos LXIII, imperaſſet XIII, menſeſque præterea VIII, dies XX. Ut efficere hoc poſſet Agrippina, Narciſſum in Campaniam, quaſi adverſus podagram aquis ejus regionis uſurum, amandaverat, attentiſſimum domini ſui cuſtodem, & quo præſente nunquam id facinus perpetrare potuiſſet. Ipſius quoque interitus Claudii

A.U.C.807 M. Marcello & M'. Acilio COSS.

i ὧν γε καὶ ᾐσθάνετο ἤδη. comma poſt ᾐσθάνετο ponit RS. ἤδη cum ſequentibus conjungens: ceteri hæc parentheſi ab ὧν usque ad ἤδη circumſcribunt. *k* τῷ ἑαυτῆς παιδὶ ἐκ τοῦ προτέρου ἀνδρός. παιδίῳ habet Xiph. προτέρου L. ad marg. *l* ἑξήκοντα καὶ τρία ἔτη. adde ex Z. καὶ μῆνας δύο καὶ ἡμέρας τρισκαίδεκα. perperam Leon. *eſſendo gia di ſettanta anni.* *m* ποιήσασα ἔφθασεν. ποιῆσαι ἠδυνήθη, Xiph.

offenſus iis quæ quidem facta comperiſſet, Britannicum, ubi nactus eſſet, blande cœpit tractare, & ſublata Agrippina, imperii ſucceſſorem, data virili toga, deſignare inſtituit.

§ 314. (l. 29.) ὁ Δομίτιος ὁ Ἄφρος] De lepido celeberrimi hujus oratoris ingenio, dictum ad p. 654. D.

§ 315. (l. 43.) τὸν υἱὸν διάδοχον] Videtur Claudius Britannicum voluiſſe ſucceſſorem imperii publice deſignare, impulſus a Narciſſo liberto, qui offenſus ab Agrippina, *impotentiam muliebrem, nimiasque ſpes ejus arguit*, teſte Tacito XII. 57. Deinde ſi ad Neronem veniret imperium, ſibi metuens, *amplecti Britannicum, robur ætatis quam maturrimum precari, modo ad Deos, modo ad ipſum tendere manus, adoleſceret, patris inimicos depelleret, matris etiam interfectores ulciſceretur.* id. c. 65.

§ 316. (l. 45.) ἐφοβήθη] Idem Tacitus XII. 64. *in præcipuo pavore Agrippina,* non tantum ob Britannicum, de quo etiam tangit Joſephus XX. 10. *ſed vocem Claudii, quam temulentus jecerat, fatale ſibi, ut conjugum flagitia ferret, dein puniret, metuens; agere & celerare ſtatuit.* Teſtamentum etiam conſcripſerat Claudius, ac ſignis omnium magiſtratuum obſignaverat. Prius igitur quam ultra progrederetur, præventus eſt ab Agrippina, quam præter hæc conſcientia quoque, nec minus delatores multorum criminum arguebant, teſte Suetonio c. 44.

§ 317. (l. 48.) πρὸς φυλακὴν σφῶν] Prægustatores notari a Dione perſpicuum eſt, de quibus viri docti ad Taciti XII. 66. & XIII. 16. & Suetonii Claud. c. 44. Guil. Stuckius Antiquitatum Convivalium II. 21. p. 206. Titus Popma de operis ſervorum p. 112. ſq. & Laurentius Pignorius lib. de ſervis, apud quem pag. 127. hæc vetus inſcriptio Romæ obvia: DIS. MANIBUS. TI. CLAUD. AUG. LIB. ZOSIMI. PROCURAT. PRÆGUSTATORUM.

§ 318. (l. 49.) Λουκοῦσαν] Tacitus XII. 66. *Deligitur artifex talium, vocabulo Locuſta, nuper veneficii damnata, & diu inter inſtrumenta regni habita. Ejus mulieris ingenio paratum virus, cujus miniſter e ſpadonibus fuit Halotus, inferre epulas & explorare guſtu ſolitus.* Λουκοῦσαν habent non modo Dionis & Xiph. ſed & Zonaræ codices. Λουκοῦσαν φαρμακίδα τινὰ περιβόητον ἐπ' αὐτῷ τούτῳ νέον ἐαλωκυῖαν μετεπέμψατο. Zonaras p. 566. D. Atque Egnatulejæ Lucuſtæ nomen exſtat in veteri ſaxo apud Gruterum p. DCCXIV. 3. & Lucuſtæ Sabionillæ p. MCXXXIX. 2. Etiam codices Suetonii *Lucuſta* habent in Nerone c. 33. & 47. & Poëtæ Turnus in Satira apud Scholiaſten Juvenalis ad Satiram I. v. 71. ac Juvenalis ipſe, primam ſyllabam in nomine veneficæ hujus producunt, cum in locuſta corripiatur. Itaque & in Tacito Lucuſtam non Locuſtam ſcriptum eſſe exiſtimo.

§ 319. (l. 51.) τῶν καλουμένων μυκήτων] Ptolemæus Hephæſtionis lib. III. (apud Photium Cod. 190.) ὡς Κλαύδιον κύνεσιν ἡ μήτηρ βουλεύων τοὺς μύκητας ἐπιθυμήσασα φάγοι, καὶ Κλαύδιος μύκητας πεφαρμακευμένους φαγὼν ἀποθάνοι. Plinius XXII. 22. *Inter ea quæ temere* (ſine noxa) *manduntur, & boletos merito poſuerim, optimi quidem hos cibi, ſed immenſo exemplo in crimen adductos, veneno Tiberio Claudio principi per hanc occaſionem a conjuge Agrippina dato, quo facto illa terris venenum alterum, ſibique ante omnes, Neronem ſuum dedit.* Vide & Juvenal. V. 145. Martial. I. 21. Sueton. cap. 44. Tacit. XII. 67. Jo. Rajum hiſt. plantar. p. 91.

§ 320. (l. 55.) ἐκ τοῦ συμποσίου] Non diſſentit Seneca, qui in Apocolocyntoſi p. 848. ſcribit, Claudium exſpiraſſe, dum comœdos audit. Nam etiam inter epulandum, comœdis & variorum ludorum ſpectaculis veterum luxus vacabat, ut notum ex iis quæ collegit Guil. Stuckius lib. III. Antiquitatum Convivalium c. 22.

§ 321. (l. 59.) τῇ τρίτῃ καὶ δεκάτῃ] Tertio Idus Octobris, Aſinio Marcello & Acilio Aviola Coſſ. A. U. C. 807. Chriſti 54. vide Joſephum XX. 10. & Caſaubonum ad Suetonii cap. 45. Seneca initio apocolocyntoſeos: *quid actum ſit in cœlo ante diem tertium Idus Octobris.*

§ 322. (l. 63.) ὅτι τὸν Νάρκισσον] Jam ſupra ex Taciti XX. 57. & 65. notavi, Narciſſum offenſum ab Agrippina, cum eaque jurgantem, & illam magis magiſque ſuſpectantem, indeque potius faventem Britannico, quam Neroni evehendo.

§ 323. (l. 65.) πρὸς τὴν ποδάγραν] De aquarum medicatarum Campaniæ uſu adverſus dolores podagricos, & juncturarum articulorumque morbos, adeundus Andreas Baccius opere inſigni

A.U.C. 807 M. Marcello & M'. Acilio COSS.

Claudii obitum ſubſecutus eſt. Fuit is Narciſſus hominum ea tempeſtate potentiſſimus, ut qui amplius quater millies ſeſtertium poſſederit, quem urbes regeſque coluerint; idemque jam interficiendus, egregium facinus edidit, crematis omnibus Claudii literis, quibus ſecreta contra Agrippinam, ac nonnullos alios continebantur: quæ in ſua ipſe poteſtate, ceu principi ab epiſtolis, habebat. D

35. Hic fuit Claudio vitæ exitus; qui nimirum a cometa diu viſo, pluvia ſanguinolenta, fulmine in ſigna prætorianorum militum delato, foribus templi Jovis Victoris ſponte patefactis, examine apum in caſtris conglomerato, ac morte ſingulorum ex omnibus magiſtratibus hominum, præmonſtratus eſſe videbatur. Sepultura, & alii honores ei, qui Auguſto, omnes contigerunt. Agrippina autem ac Nero lugere ſe eum, quem necaverant, ſimulavere: evexeruntque in cœlum, quem e convivio extulerant. Unde L. Junii Gallionis, qui frater fuit Senecæ, urbaniſſimum exſtat dictum. Scripſit quidem Seneca etiam librum, *ἀποκολοκύντωσιν* titulo, quaſi

κει. τοιοῦτός τις φύλαξ τοῦ δεσπότου ἦν. [324] ἐπαπώλετο δὲ καὶ αὐτὸς τῷ Κλαυδίῳ, [325] μέγιστον [n] τῶν τότε ἀνθρώπων δυνηθείς. μυριάδας τε γὰρ πλείους μυρίων εἶχε, καὶ προσεῖχον αὐτῷ [o] καὶ πόλεις καὶ βασιλεῖς. καὶ δῆτα καὶ τότε ἀποσφαγήσεσθαι μέλλων, λαμπρὸν ἔργον διεπράξατο. τὰ γὰρ γράμματα τοῦ Κλαυδίου, ὅσα ἀπόῤῥητα κατά τε τῆς Ἀγριππίνης καὶ κατὰ ἄλλων τινῶν (οἷα [326] τὰς ἐπιστολὰς αὐτοῦ διοικῶν) εἶχε, πάντα προκατέκαυσεν.

Οὕτω μὲν ὁ Κλαύδιος μετήλλαξεν· ἐς τοῦτό τε [327] ἀστὴρ ὁ κομήτης, ἐπὶ πλεῖστον ὀφθείς, καὶ [328] ἡ ψεκὰς ἡ αἱματώδης, [329] ὅ, τε σκηπτὸς ὁ ἐς τὰ δορυφορικὰ σημεῖα ἐμπεσὼν, καὶ [330] ἡ αὐτόματος τοῦ ναοῦ τοῦ Διὸς τοῦ Νικαίου ἄνοιξις, [331] τό, τε σμῆνος τὸ ἐν τῷ στρατοπέδῳ [p] συστραφὲν, καὶ ὅτι [332] ἐξ ἁπασῶν τῶν ἀρχῶν εἷς ἀφ' ἑκάστης ἐτελεύτησεν, ἔδοξε σημῆναι. ἔτυχε δὲ καὶ [333] τῆς ταφῆς καὶ τῶν ἄλλων ὅσων ὁ Αὔγουστος. Ἀγριππῖνα δὲ καὶ ὁ Νέρων πενθεῖν προσεποιοῦντο ὃν ἀπεκτόνεισαν, [334] ἔς τε τὸν οὐρανὸν ἀνήγαγον, ὃν ἐκ τοῦ συμποσίου φοράδην ἐξενηνόχεσαν. ὅθεν περ [335] Λούκιος [q] Ἰούνιος Γαλλίων, ὁ τοῦ Σενέκα ἀδελφὸς, ἀστειότατόν τι ἀπεφθέγξατο. συνέθηκε μὲν γὰρ καὶ ὁ Σενέκας σύγγραμμα, [336] ἀποκολοκύντωσιν αὐτὸ, 689 E ὥσπερ

n τῶν ποτε ἀνθρώπων. ſic & Xiph. τῶν τότε ἀνθρώπων, L. ad marg. o καὶ πόλεις. ſic ex Xiph. ſcripſi. πόλεις, nude, vulgo. p συστραφὲν. ita ex Xiph. monitu Xyl. habent HS. & L. pro στραφὲν apud RS. q Ἰούνιος. ſic ſcripſi pro vulgato Ἰούλιος, auctore F.

inſigni de thermis, quod Venetiis pridem A. 1571. editum, nuper Patavii A. 1711. recuſum eſt. lib. III. p. 85. ſq. Tacitus vero non Narciſſum, ſed ipſum Claudium, refovendis viribus mollitie cœli & ſalubritate aquarum, Sinueſſam profectum ſcribit XII. 66. Sed Dioni potius quam Tacito tribuendam fidem, diſputat Camillus Peregrinus Diſſ. II. de Campania Felice p. 103. T. IX. Theſauri rerum Italicarum parte 2.

§ 324. (l. 67.) ἐπαπώλετο τῷ Κλαυδίῳ] Statim poſt Claudium exſtinctum, Narciſſus ad mortem agitur, Nerone invito, ut Tacitus XIII. 1 teſtatum reliquit. Zonaras e Dione, quem integriorem habuit, ἐσφάγη δὲ παρὰ τῷ τῆς Μεσσαλίνης μνημείῳ, ὅπερ ἐκ συντυχίας συνενεχθὲν, ἔδοξεν εἰς τὴν ἐκείνης τιμωρίαν γενέσθαι. Etiam Claudii adhuc ſuperſtitis trepidatione uſa Agrippina, miniſtrum operis ſumtuoſi in lacu Fucino emittendo, de quo p. 672. C. & naumachia celebranda p. 687. B. Narciſſum incuſaverat cupidinis ac prædarum. id. XII. 57. vide & ſupra p. 687. C.

§ 325. (l. 68.) μέγιστον δυνηθεὶς] Sueton. c. 28. ubi libertos, quos præcipue ſuſpexit Claudius, refert, Poſidem, Felicem, Harpocram, Polybium. Adjungit: *ſed ante omnes Narciſſum ab epiſtolis*, & Pallantem a rationibus, *quos decreto quoque Senatus non præmiis modo ingentibus ſed & Quæſtoriis* (Tacitus XI. 38.) Prætoriisque (id. XII. 53.) *ornamentis ornari libenter paſſus eſt, tantum præterea acquirere ac rapere, ut querente eo quondam de fiſci exiguitate, non abſurde ſit dictum, abundaturum ſi a duobus libertis in conſortium reciperetur.* Hic eſt Narciſſus, qui ad incolumitatem Cæſaris in eodem geſtamine cum Claudio ſedem ſumit poſcitque, apud Tacitum XI. 33.

§ 326. (l. 74.) τὰς ἐπιστολὰς αὐτοῦ διοικῶν] Præter Suetonium notat hoc etiam Zonaras, de Narciſſo loquens, ὃς τῶν ἐπιστολῶν ἐπεστάτει. Apud Fabrettum p. 543. inſcriptio vetus, NARCISSI. AUG. L. AB. EPISTULIS.

§ 327. (l. 77.) ἀστὴρ ὁ κομήτης] Meminit Seneca VII. 6. & 17. Natural. Quæſt. it. 21. & 29. ex quo colligas, per plures menſes viſum, & Plinius II. 25. Suetonius c. 46.

§ 328. (l. 77.) ἡ ψεκὰς ἡ αἱματώδης] Ut p. 455. C. De pluvia ſanguinea frequens apud ſcriptores hiſtoriæ naturalis, & eos qui de prodigiis tradiderunt, mentio. vide ſis Jo. Chriſtophori Becmanni Diſſ. de prodigiis ſanguinis c. 1. B. D. Valentini Alberti de pluvia prodigioſa, Lipſ. 1674. c. 2. § 4. ſqq. Haraldum Vallerium Diſſ. de pluvia, Upſal. 1708. in 8vo. p. 26. qui hanc rem vaporibus e locis, ubi minii & rubricæ copia eſt, tribuere non dubitat. Frid. Madewiſii de pluvia ſanguinea, Colon. Brandenb. 1675. &c.

§ 329. (l. 78.) ὅ, τε σκηπτὸς] Suetonius c. 46. Tactum de cœlo monumentum Druſi patris memorat. Tacitus XII. 64. ſigna ac tentoria militum igne cœleſti ardentia, quod Dionis narrationi propius congruit.

§ 330. (l. 79.) ἡ αὐτόματος τοῦ ναοῦ τοῦ Νικαίου ἄνοιξις] De ara ac templo Jovis Victoris dictum p. 351. A. Spontanea templi apertio etiam inter infauſta omina Hieroſolymæ refertur a Joſepho lib. VII. de bello Judaico c. 12. (31.) & apud Euſebium III. 8. Hiſt.

§ 331. (l. 80.) τό, τε σμῆνος] Tacitus XII. 64. *Faſtigio Capitolii examen apum inſedit.* Infauſtum hoc omen, ut dicere me memini ad p. 328. C.

§ 332. (l. 81.) ἐξ ἁπασῶν τῶν ἀρχῶν] Sueton. c. 46. inter præſagia mortis Claudii refert, *quod eodem anno ex omnium magiſtratuum genere plerique mortem obierant.* Tacitus XII. 64. *numerabatur inter oſtenta, deminutus omnium magiſtratuum numerus, Quæſtore, Ædili, Tribuno, ac Prætore & Conſule, paucos intra menſes defunctis.* Idem addit, *biformes hominum partus* (androgynos) *& ſuis fœtum editum cui accipitrum ungues ineſſent.*

§ 333. (l. 83.) τῆς ταφῆς] Sueton. c. 45. *funeratus eſt ſolenni Principum pompa.* Tacitus XII. 69. *funeris ſolenne perinde ac divo Auguſto celebratur, æmulante Agrippina Liviæ magnificentiam.* De Auguſti funere ſupra p. 591. ſqq.

§ 334. (l. 85.) ἐς τὸν οὐρανὸν ἀνήγαγον] Juvenalis Sat. VI. 619.

minus ergo nocens erit Agrippinæ
Boletus, ſi quidem unius præcordia preſſit
Ille ſenis, tremulumque caput deſcendere [illegible]
In cœlum, & longa manantia labra ſali[illegible]

Plinius c. XI. Panegyrici: *dicavit cœlo Claudiu*[illegible] *ut irrideret.* Tacitus XII. 69. *cœleſtes honores C*[illegible] *nuntur.* Sueton. c. 45. *In numerum Deorum* [illegible] *honorem a Nerone deſtitutum abolitumque recepi*[illegible] *ſpaſianum.* Idem in Veſpaſiano c. 9. *Fecit &* [illegible] *Claudii in Cœlio monte, cœptum quidem ab Ag*[illegible] *Nerone prope funditus deſtructum.* Huc ſpecta[illegible] monumenta reparata a Veſpaſiano, Aurelius V[illegible] prodidit.

§ 335. (l. 87.) Λούκιος Ἰούνιος Γαλλίων] Hic e[illegible] frater laudat præf. libri quarti, Quæſt. Nat. & ad [illegible] beata librum ſcripſit, qui cum voluptate ac fructu a ſtudioſis legitur. Major natu filius M. Annæi Senecæ Rhetoris, prius M. Annæi Novati appellatione uti conſueverat, deinde adoptatus a Junio Gallione oratore, tranſiit in nomen L. Junii Annæi ſive Annæani Gallionis. Itaque Ἰούνιος non Ἰούλιος legendum, licet ita non Dionis tantum ſed etiam Xiphilini codices. Junium Gallionem Senecæ fratris morte pavidum, memorat Tacitus ad annum duodecimum Neronis lib. XV. c. 73.

§ 336. (l. 88.) ἀποκολοκύντωσιν] Senecæ ludus ſive Satira acerbiſſima Menippea in Claudium ἀποθεώσεως candidatum, & judicio Deorum abjectum in ſervitutem, ludendamque pertuſo

[337] ὥσπερ τινὰ [r] ἀπαθανάτισιν, ὀνομάσας· ἐκεῖνος δὲ ἐν βραχυτάτῳ πολλὰ εἰπὼν ἀπομνημονεύεται. ἐπειδὴ γὰρ τοὺς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ θανατουμένους [338] ἀγκίστροις τισὶ μεγάλοις οἱ δήμιοι ἔς τε τὴν ἀγορὰν ἀνεῖλκον, κἀνταῦθ' ἐς τὸν ποταμὸν ἔσυρον, ἔφη τὸν Κλαύδιον ἀγκίστρῳ ἐς τὸν οὐρανὸν ἀνενεχθῆναι. καὶ ὁ Νέρων δὲ οὐκ ἀπάξιον μνήμης ἔπος κατέλιπε. τοὺς γὰρ μύκητας, [339] θεῶν βρῶμα ἔλεγεν εἶναι· ὅτι καὶ ἐκεῖνος διὰ τοῦ μύκητος θεὸς ἐγεγόνει.

quaſi diceres conſecrationem cucurbitæ: ſed Gallionis jocus memoratur, pauciſſimis verbis plurima innuens. Quum enim eos, qui in carcere necantur, magnis uncis in forum carnifices, ac inde in profluentem protraherent, unco Claudium in cœlum raptum dixit. Neque illud Neronis memoria indignum, qui fungos, deorum cibum eſſe dicebat; quoniam Claudius boleti eſu deus eſſet factus. A.U.C.807 M. Marcello & M'Acilio COSS.

[r] ἀπαθανάτισιν. ἀθανάτωσιν, Xiph. quod præfert Xyl. ἀθανάτισιν, Br. ſed vid. F.

tuſo fritillo aleam, adhuc exſtat, edita primum a Beato Rhenano A. 1515. Minus integrum ad nos perveniſſe, exiſtimabat vir præclarus Joannes Triſtanus: ſine magna cauſſa, ut opinor, nam legenti facile apparebit, ad perfectionem nihil quicquam ei deeſſe.

§ 337. (l. 90.) ὥσπερ τινὰ ἀπαθανάτισιν] Xiphilinus ἀθανάτωσιν. Non uno loco Dio aliique ſcriptores ἀθανατίζειν vel ἀπαθανατίζειν dicunt, quod Latini conſecrare, referre inter Deos, ut ad p. 600. A. notare me memini. Imitatus igitur ἀποθανατώσεως nomen, hoc ἀποκολοκυντώσεως finxit Seneca, relatum ita Claudium non inter Deos, ſed inter cucurbitas, falſe innuens, uti poſt Heinſium, rejectis aliorum explicationibus, interpretatur Libertus Fromondus Præf. ad Apocol. Notum proverbium apud Apulejum *cucurbitæ caput*, pro fatuo.

§ 338. (l. 92.) ἀγκίστροις τισὶ μεγάλοις] Unco in gulam impacto trahebantur corpora damnatorum, ut notarunt viri docti ad hæc Propertii IV. 1.

Et bene cum fixum mento decuſſeris uncum.

Hinc lepide Gallio dixit tractum unco Claudium, gulæ ipſius injecto venenato boleto. De ſcalis Gemoniis, per quas ex foro tracti ſunt deinde in Tiberim, jam dictum ad p. 621. B.

§ 339. (l. 97.) θεῶν βρῶμα] Sueton. Nerone c. 33. *Nec is Claudii, etſi non auctor, at conſcius fuit: neque diſſimulanter, ut qui boletos, in quo cibi genere venenum is acceperat, quaſi Deorum cibum poſthac proverbio Græco collaudare ſit ſolitus.*

CASSII DIONIS
HISTORIÆ ROMANÆ
LIBRI LXI—LXXX.

EX EPITOME

JOANNIS XIPHILINI

INSERTIS UBIQUE FRAGMENTIS INTERGRI DIONIS
QUÆ REPERIRI POTUERUNT.

ANNOTATIONES SUAS ET HENRICI VALESII NONNULLAS
ADJECIT
HERMANNUS SAMUEL REIMARUS.

DIONIS
HISTORIÆ ROMANÆ
LIBRI LXI. EXCERPTA
PER
JO. XIPHILINUM.
Inſeruntur ubique fragmenta Dionis integra, quæ reperiri potuerunt.

SUMMA CAPITA

Nero arripit Imperium. c. 1. 2.
Initio matri obtemperat, quam ſumma rerum demovent Seneca & Burrus. c. 3.
Neronis libidines & profuſio, Silani mors. c. 4—6.
Actes amor, Britannicus interfectus, cum Agrippina diſſidium. c. 7. 8.
Ut Nero inſanire cœperit. c. 9.
De Senecæ philoſophi vitiis & libidinibus. c. 10.
Sabina amata: Agrippina necata. c. 11—16.
Domitia interfecta: celebritates: Nero cithara canit. c. 17—21.

Temporis ſpatium.

poſt C.N.	U.C.			NERONIS.
54.	807.	M. Aſinius Marcellus,	& Manius Acilius Aviola.	I. 13 Oct.
55.	808.	Nero Cæſar Aug.	& L. Antiſtius Vetus.	II.
56.	809.	Q. Voluſius Saturninus,	& P. Cornelius Scipio.	III.
57.	810.	Nero Cæſar Aug. II,	& L. Calpurnius Piſo.	IV.
58.	811.	Nero Cæſar Aug. III,	& M. Valerius Meſſala.	V.
59.	812.	C. Vipſtanus Apronianus,	& C. Fontejus Capito.	VI.
60.	813.	Nero Cæſar Aug. IV,	& Corn. Lentulus Coſſus.	VII.

Ἀποθανόντος δὲ τοῦ Κλαυδίου, κατὰ μὲν τὸ δικαιότατον [1] ἡ ἡγεμονία τοῦ Βρεττανικοῦ ἦν (γνήσιος γὰρ τοῦ Κλαυδίου παῖς ἐπεφύκει, καὶ τῇ τοῦ [2] σώματος ἀκμῇ καὶ ὑπὲρ τὸν τῶν ἐτῶν ἀριθμὸν ἤνθει) [3] ἐκ δὲ δὴ τοῦ νόμου καὶ τῷ Νέρωνι διὰ τὴν ποίησιν ἐπέβαλλεν. ἀλλ' [4] οὐδὲν γὰρ δικαίωμα τῶν ὅπλων ἰσχυρότερόν ἐστι. πᾶς γὰρ ὁ δυνάμει προέχων, [a] δικαιότερα ἀεὶ καὶ λέγειν καὶ πράττειν

1. Poſt Claudii mortem, Britannicum optimo jure imperio ſuccedere oportebat; quod genuinus eſſet ejus filius, quodque vigore corporis, etiam ſupra annorum numerum, floreret. Jure autem civili, propter adoptionem, imperium ad Neronem quoque pertinebat. Sed nullum jus profecto plus poteſt, quam arma. Ut enim quisque potentiſſimus eſt, ita juſtiſſime dicere omnia & facere videtur. Itaque Nero,

A.U.C. 807 M. Marcello & M'. Aviola COSS.

a δικαιότερα. vulgo δικαιότερος, ad quod vocabulum HS: poſſet etiam legi, δικαιότερα ἀεὶ καὶ λέγειν καὶ πράττειν δοκεῖ. at ſervando quam habemus lectionem, intelligendum erit κατὰ τὸ λέγειν καὶ κατὰ τὸ πράττειν. ego recte conjeciſſe Stephanum doceo ex Suida, qui hunc Dionis locum laudat in γνώμη, ubi nondum obſervatum video locum Dionis eſſe. cur autem ad γνώμην referatur, oſtendit Lamb. Bos in animadverſ. ad Scriptt. Gr. p. 149. ceterum levius eſt, quod pro προέχων apud Suidam habetur προὔχων. paulo ante editio RS. Sylb. & minor HS. itemque codex Br. habent πᾶς γὰρ ὁ δυνάμει προέχων. ſed ὁ omiſerat HS. edit. maj. eumque ſecutus L.

§ 1. (l. 2.) ἡ ἡγεμονία τοῦ Βρεττανικοῦ ἦν] Non repetam dicta de Britannico p. 673. B. § 125. p. 679. D. § 210. pag. 686. D. E. § 294. p. 687. E. § 313. 315. ſq. Imperium ei debebatur etiam ex voluntate Patris pag. 688. A. quam teſtamento omnium magiſtratuum ſignis obſignato declaraverat, *ut tandem pop. Romanus verum Cæſarem haberet*, teſte Suetonio c. 43. ſq. Nec dubito, Dionem hic de teſtamento quædam addidiſſe. De Cæſaris dignitate ipſi tributa numi Latini quidem, quod ſciam, non ſuperſunt, ſed teſtatur numus Alabandenſium majoris moduli, ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΒΡΕΤΑΝΝΙΚΟΣ ΚΑΙΣΑΡ, apud *Triſtanum* T. I. p. 200. & Ilienſium ΝΕΡΩΝ ΒΡΕΤΑΝνικος ΚΑΙCαρες, apud *Spanhemium* de U. N. T. II. p. 326. & 345. vide & *Patinum* ad Suet. Claud. 43. *Mediobarbum* pag. 87. ſq.

§ 2. (l. 4.) σώματος ἀκμῇ καὶ ὑπὲρ τὸν τῶν ἐτῶν ἀριθμόν] Hinc corporis ſtatura procerior, & Neroni licet triennio aut quadriennio majori æqualis, ſpectatur etiam in iisdem numis, de quibus § 1. ut pulchre obſervatum *Liebio* in Gotha Numm. p. 416. De ætate Britannici auctores ſibi non conſtant: difficultates vide apud *Tillemontium* Hiſt. des Empereurs note 1. ſur Claude T. I. p. 1015. ſqq. edit. Bruxell. 1695. 8. & *Theod. Ryckium* ad Tacit. XII. 25, 3. Si natum ſtatuas *in ſecundo conſulatu, viceſimo imperii die*, ex *Suet.* Claud. c. 27. & *Dione* p. 673. B. hoc eſt die 20. Jan. A. U. C. 795. nunc A. 807. die 13 Octob. quo mortuus eſt Claudius, p. 688. B. annos duodecim, menſes novem, minus ſeptem diebus, natus fuiſſet. Sin imperii dies viceſimus apud Sueton. non conſulatus ſecundi eſt, ſed ſummæ rerum, a cœpto imperio A.U.C. 794. die 25. Jan. dies viceſimus erit dies 13. Febr. ejusdem anni, ætasque Britannici præſens XIII. annorum, VIII. menſium. Sed prior ſententia Dioni & Suetonio magis conſentanea eſt, licet adverſa Tacito XIII. 15. & XII. 25. ubi Neronem tantum *biennio majorem* facit Britannico, & Britannicum (A. U. C. 808. menſe Febr.) interfectum ait *propinquo die quo quartum decimum ætatis annum explebat*.

§ 3. (l. 5.) ἐκ δὲ δὴ τοῦ νόμου καὶ τῷ Νέρωνι] Nero, ex Cn. Domitio Aënobarbo & Agrippina Germanici natus, & *L. Domitius Aënobarbus* dictus, ex adoptione Claudii *Claudius Nero Germanicus* appellatus eſt. *Plutarch.* I. p. 955. E. vel, ut ex Dione narrat *Zonaras* ſupra pag. 687. § 302. Τιβέριος Κλαύδιος Νέρων Δροῦσος Γερμανικὸς Καῖσαρ, quanquam Neronis nomen uſu potiſſimum obtinuiſſe addit. Hujus juris & nominis ipſe tenax, Domitium ſe aut Aënobarbum a Britannico ſalutari amplius noluit. *Suet.* c. 7. *Tac.* XII. 42. Adoptionis lex facta C. Antiſtio & M. Suilio Coſſ. *Tac.* XII. 25. ſq. hoc eſt A. U. C. 803. Chr. 50. confer *Dionem* p. 686. & numos eo referendos apud *Liebium* p. 416. ſq. Decretum ei præterea a ſenatu, ut viceſimo ætatis anno conſulatum iniret, atque interim deſignatus, proconſulare imperium extra urbem haberet, ac Princeps juventutis appellaretur. *Tacit.* ibid. Talem ſane, ſicut & Cæſarem eum ſiſtunt numi apud *Triſtanum* T. I. p. 224. & *Mediobarbum* p. 88. ſq. *Ruben.* XX. 4. *Patin.* Theſ. p. 53.

§ 4. (l. 7.) οὐδὲν δικαίωμα τῶν ὅπλων ἰσχυρότερον] Confer hanc in rem collecta a Grotio & commentatoribus ejus, in Prolegom. ad Jus belli & pacis § 3. Reſpicit hic Dio arma prætorianorum, & Burri præfecti prætorio: quo comitante Nero egreſſus palatio ad cohortem excubantem, monente præfecto feſtis vocibus exceptus, infertur caſtris, & promiſſo donativo Imperator conſalutatur. *Tac.* XII. 69. *Joſeph.* A. XX. 8. § 2. ed. Hav.

A.U.C.807 M. Marcello & M'. Aviola COSS.

ro, tabulis teſtamenti Claudii de medio ſublatis, non ſolus tantum ſuſcepit imperium, ſed etiam Britannicum, & ſorores ejus interfecit. Quid enim adtinet aliorum quoque calamitates deplorare?

2. Huic autem imperium ante, hoc modo ſignificatum eſt. Quippe radii, dum ederetur in lucem ſub auroram, nullo ſolis adpulſu manifeſto, eum circumdederunt. Qua quidem ex re, & ex animadverſo ſtellarum curſu, qui tum erat, atque earum conjunctione, quidam aſtrologus duo ſimul prædixit; eum & regnaturum eſſe, & matrem necaturum. Quæ quum Agrippina intellexiſſet, illico quidem præ dementia exclamare cœpit: Necet me, dum regnet. Sed poſtea eam omnino voti ſubitura erat pœnitentia. Nam eo nonnulli ſtultitiæ procedunt, ut ſi quid boni ſe ſperent adepturos, quod cum malo conjunctum ſit, ſtatim incenſi cupiditate ſecundorum, adverſa contemnant: quum autem adverſorum quoque venerit tempus, adeo graviter ea & moleſte ferant, ut nec ſecundiſſimis uſos ſe unquam eſſe optent. Quanquam nequitiam quidem & laſciviam Neronis

τεῖν δοκεῖ. Νέρων οὖν τάς τε [5] διαθήκας τοῦ Κλαυδίου ἠφάνισε, καὶ τὴν ἀρχὴν πᾶσαν διεδέξατο, τόν τε [6] Βρεττανικὸν καὶ τὰς ἀδελφὰς αὐτοῦ διεχρήσατο. τί γὰρ ἄν τις καὶ τὰ τῶν ἄλλων παθήματα καταδύραιτο; 690

Σημεῖα δ' αὐτῷ τῆς αὐταρχίας τάδε [b] ἐγένετο. [7] ἀκτῖνες γὰρ τικτόμενον αὐτὸν ὑπὸ τὴν ἕω ἐξ οὐδεμιᾶς τοῦ ἡλίου φανερᾶς προσβολῆς περιέσχον· καί τις ἀστρολόγος ἔκ τε τούτων, καὶ ἐκ τῆς τῶν ἀστέρων φορᾶς τῆς ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ, καὶ τῆς πρὸς ἀλλήλους ὁμιλίας, δύο ἅμα περὶ αὐτοῦ ἐμαντεύσατο, ὅτι τε βασιλεύσει, καὶ ὅτι τὴν B μητέρα φονεύσει. ἀκούσασα δὲ ταῦθ' ἡ Ἀγριππῖνα, παραυτίκα μὲν οὕτως [b] ἐξεφρόνησεν, ὡς καὶ αὐτὸ τοῦτο ἀναβοῆσαι, Ἀποκτεινάτω με, μόνον βασιλευσάτω. ὕστερον δὲ καὶ πάνυ μετανοήσειν ἐπὶ τῇ εὐχῇ ἔμελλεν. ἐς γὰρ τοῦτο μωρίας ἀφικνοῦνταί τινες, ὥστε ἄν τι προσδοκήσωσιν ἀγαθὸν κακῷ μεμιγμένον λήψεσθαι, εὐθὺς μὲν ἐπιθυμίᾳ τοῦ κρείττονος καταφρονεῖν τοῦ χείρονος· ἐπειδὰν δὲ καὶ ἐκείνου ὁ καιρὸς ἔλθῃ, δυσκολαίνειν, καὶ μὴ ἂν μηδὲ τὸ βέλτιστον εἰληφέναι βεβουλῆσθαι. καίτοι καὶ τὴν [8] πονηρίαν καὶ τὴν ἀσέλγειαν τὴν τοῦ Νέρωνος καὶ ὁ [9] Δομίτιος C

b ἐγένετο, & infra, ἐξεφρόνησεν. ita recte Br. & ſic edidit, quanquam non monito lectore, Sylb. & HS. pro ἐγένοντο, & ἐξεφάνησεν, quod reperitur apud RS. minor editio HS. ἐξεφρόνησεν, ſed male ἐγένοντο.

§ 5. (l. 10.) τὰς διαθήκας τοῦ Κλαυδίου ἠφάνισε] Vide quæ de teſtamento diximus § 1. *Tacitus* XII. 69. *Teſtamentum haud recitatum, ne antepoſitus filio privignus injuria & invidia animos vulgi turbaret.*

§ 6. (l. 12.) Βρεττανικὸν καὶ τὰς ἀδελφὰς αὐτοῦ] De Britannico interemto, infra 692. E. Sorores Britannici intelligit Antoniam ex Petina, Octaviam ex Meſſalina, quæ & Neronis uxor: plures enim ei ſuperſtites non erant, ut te docebit *Suetonius* Claud. c. 26. docebunt numi, qualis Claudii apud *Spanhemium* diſſ. XI. p. 281. & *Morellium* in Liebii Gotha num. p. 451. in cujus averſa in medio *Britannicus*, a dextra *Antonia*, a ſiniſtra *Octavia*, additis nominibus. itemque alius numus ſimilis cum tribus capitibus & addito: LIBERIS AUG. apud *Spanh.* p. 324. *Patin.* Num. Imp. ex ære med. p. 76. De Octaviæ nece *Dio* p. 706. *Antoniam autem Claudii filiam, recuſantem poſt Poppææ mortem nuptias ſuas, quaſi molitricem novarum rerum interemit*, ut tradit *Sueton.* Ner. cap. 35.

§ 7. (l. 16.) ἀκτῖνες γὰρ τικτόμενον αὐτὸν] *Suetonius* Ner. c. 6. *natus Antii, tantum quod exoriente ſole, pæne ut* (Nero) *radiis prius quam terra* (his radiis ſolis) *contingeretur.* Sic intelligo Suetonium: unde Dio: ἐξ οὐδεμιᾶς τοῦ ἡλίου φανερᾶς προσβολῆς. Nam quod de Nerone terram contingente, ſeu in terram ſtatuto more veteri, Doctiſſ. Torrentius hic commentatur, duriorem reddit conſtructionem verborum: *ut* (Nero) *radiis prius quam terra* (a Nerone) *contingeretur.*

§ 8. (l. 32.) τὴν πονηρίαν καὶ τὴν ἀσέλγειαν] Diram crudelitatem cum effeminata mollitie ſtare poſſe, Neronis exemplo pulchre docet *Auguſtinus* de C. D. V. 19. *cujus* (Neronis) *fuit tanta luxuries, ut nihil ab eo putaretur virile metuendum: tanta crudelitas, ut nihil molle habere crederetur, ſi neſciretur.*

§ 9. (l. 33.) Δομίτιος ὁ πατὴρ] Cn. Domitius Aënobarbus, conſul A. U. C. 785. ceterum *omni parte vitæ deteſtabilis*, ut ait *Suetonius* c. 5. qui c. 1. ſqq. gentem Domitiam diligenter perſequitur. Huic Cnejo deinde a filio non degenere maximi honores habiti ſunt. *Tac.* XIII. 10, *Suet.* 9.

§ 10. (l. 35.) τῶν τῆς Ἀγριππίνης] Agrippinæ meretricias artes, quibus Claudium irretiverat, tangit *Dio* p. 686. *Tac.* XII. 3. inceſtos ejus amores cum Cajo fratre vide ad p. 642. B. ſtuprum cum Lepido puellaribus annis, apud *Tacitum* XIV. 2. cum Pallante, infra § 19. cum Tigellino p. 658. E. & infames adverſus filium libidines p. 694. E. *Suet.* 28. ſq. Cetera avaritiæ ejus, & perfidiæ ac crudelitatis documenta enarraverat Dio ſupra p. 686. ſq. Quid mirum, ſi Cn. Domitius & ipſe peſſimus negaret, *quidquam ex ſe & Agrippina niſi deteſtabile & malo publico naſci potuiſſe*, ut refert *Suetonius* c. 6.

§ 11. (l. 38.) λεβηρίδι] *Sueton.* 6, 8. *deprehenſis in lecto ejus circum cervicalia ſerpentis exuviis: quas tamen aureæ armillæ ex voluntate matris incluſas dextro brachio geſtavit aliquamdiu, ac tædio tandem maternæ memoriæ abjecit, rurſusque extremis ſuis rebus fruſtra requiſivit.* Adde *Tacit.* XI. 11. Numos ejus memoriam ſervantes præbet *Patinus* ad Suet. l. c.

§ 12. (l. 42.) τὸ γῆρας διὰ ταῦθ' οἱ ὄφεις ἐκδύεσθαι] Non neceſſe videtur cum Leunclavio διὰ ταύτης ſcil. λεβηρίδος reſcribere. Dio enim, ut expoſuit recte H. Stephanus, διὰ ταῦτα intelligit διὰ τὸ ἰσχὺν μεγάλην λαμβάνειν. Unde *Plinius* VIII. 27. *anguis, hyberno ſitu membrana corporis obducta, fœniculi ſucco impedimentum illud exuit, nitidusque vernat.* Et ad hominem translatum uſurpat *Lucianus* Dial. Mort. V. 5. T. I. p. 346. edit. novæ, ὁ μὲν ἀποδυσάμενος τὸ γῆρας ὥσπερ Ἰόλεως ἀνηβησάτω. Hinc γῆρας ipſa anguium membrana, apud *Heſychium* ὄφεως δέρμα. Vide eund. & *Etymol. M.* in σύφαρ. & de hoc vocabulo *Tzetzen* ad Lycophr. v. 793. & ſic *ſenecta* vel *ſenectus* Latinis membranam ſerpentum ſignificat, qui proinde dicuntur *ſenectam exuere* apud *Plin.* XXI. 23. XXIX. 6. *ſimiliter cancri, veris principio, ſenectutem, anguium more, exuunt.* Id. XXX. 7. vide plura apud *Voſſium* de Idolol. IV. 53. p. 103. & *de la Cerda* ad Virgilii Æn. II. 473. not. 7.

§ 13. (l. 44.) ἑπτὰ δὲ καὶ δέκα ἔτη] Sic [illegible] Nempe Nero natus *XVIII. Kal. Jan.* ſe[illegible] *novem menſes quam Tiberius exceſſit. Sueto*[illegible] Tiberius mortuus A. U. C. 790. Chr. 37. [illegible] 26. Apr. *Dio*, p. 638. B. 639. B. Ergo [illegible] dem anni 790. die 15. Dec. ut nunc ad [illegible] annos, tantum II. menſes deeſſent: quod [illegible] & *Tacito*, quando XII. 41. ſcribit: *Ti. C*[illegible] *Cornelio Orfito Coſſ.* (A. U. C. 804.) *viriliſ*[illegible] *rata.* Nempe *maturatam* dicit, ob XIV. [illegible] fectos, ut annotarunt Lipſius & Ryckius. [illegible] loco XIII. 6. defendi adhuc poteſt, cum N[illegible] ipſi dicitur *Princeps vix XVII. annos egreſſ*[illegible] *dum egreſſum*, aut ſi de extremo anni 807. [illegible] & valet, cum XII. 58. *D. Junio Q. Hate*[illegible] *ſedecim annos natus Nero* dicitur. Verum [illegible] 25. manifeſte aut contradicit ſibi, aut co[illegible] *biennio majorem natu* Domitium, h. e. N[illegible] affirmat. vide ſupra § 2. Suetonium vero [illegible] temporum ratione, ita hic ſibi ipſi adverſ[illegible] ptionis & ætatis indicando c. 7. & 57. [illegible] viris doctis corrigi. Mihi quidem ſatis li[illegible] orum, ſed ipſius Suetonii culpa accidiſſe. [illegible] ex diverſis auctoribus transſcripta, conte[illegible] unas rationes revocare neglexit: ut moltis [illegible]

§ 14. (l. 45.) ὅτε ὁ Σενέκας ἐπετρόπευε] [illegible] tus Nero in diſciplinam poſt adoptione[illegible] 686. D. Suet. cap. 7. non philoſophiæ, ſed eloque[illegible] diſcendæ cauſa. *Suet.* c. 52. *Tac.* XIII. 2. nam in Græcis, credo,

τιος ὁ πατὴρ ἱκανῶς, οὐκ ἐκ μαντείας, ἀλλ' ἐκ τῶν τρόπων τῶν τε ἑαυτοῦ καὶ [10] τῶν τῆς Ἀγριππίνης προείδετο, [c] καὶ εἶπεν ὅτι, Ἀδύνατόν ἐστιν ἄνδρα τινὰ ἀγαθὸν ἔκ τε ἐμοῦ καὶ ἐκ ταύτης γεννηθῆναι. προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, [11] λεβηρὶς περὶ τὸν αὐχένα τοῦ Νέρωνος, παιδίου ἔτ' ὄντος, εὑρεθεῖσα, παρέδωκε τοῖς μάντεσι λέγειν, ὅτι ἰσχὺν [d] παρά του γέροντος μεγάλην λήψεται· ἐπειδὴ [12] τὸ γῆρας [e] διὰ ταῦθ' οἱ ὄφεις ἐκδύεσθαι νομίζονται.

D Ἑπτὰ [13] δὲ καὶ δέκα ἔτη ἦγεν ὅτ' ἦρξεν· ἔς τε τὸ στρατόπεδον ἐσῆλθε καὶ ἀναγνοὺς [14] ὅσα ὁ Σενέκας ἐγεγράφει, ὑπέσχετο αὐτοῖς [15] ὅσα ὁ Κλαύδιος ἐδεδώκει. [f] τοσαῦτα δὲ καὶ πρὸς τὴν βουλὴν, πρὸς τοῦ Σενέκου [g] καὶ αὐτὰ γραφέντα, ἀνέγνω, ὥστε καὶ ἐς [16] ἀργυρᾶν στήλην ἐγγραφῆναι, καὶ ἐν ταῖς νέαις τῶν ἀεὶ ὑπάτων ἀρχαῖς [17] ἀναγινώσκεσθαι ψηφισθῆναι. καὶ οἱ μὲν ἐκ τούτων, ὡς καὶ κατὰ συγγραφήν τινα [18] καλῶς ἀρχθησόμενοι, παρεσκευάζοντο. καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἡ Ἀγριππῖνα [[h] τῷ [19] Πάλλαντι συνοῦσα φορτικῷ καὶ ἐπαχθεῖ,] [20] πάντα αὐτῷ τὰ τῇ ἀρχῇ προσήκοντα διῴκει, καὶ τὰς ἐξόδους ἅμα ἐποιοῦντο, πολλάκις μὲν καὶ

ronis Domitius adeo pater, non ex vaticinio, ſed ex ſuis & Agrippinæ moribus prævidit. A.U.C.807 M. Marcello & M'. Aviola COSS.
" Nec enim, " inquit, " fieri ullo modo poteſt, ut ex me & illa vir bonus naſcatur. " Progreſſu vero temporis, exuviæ ſerpentis, ad cervicem Neronis adhuc pueri inventæ, cauſam præbuerunt vatibus dicendi, eum a ſene quodam magnam potentiam accepturum: quandoquidem propterea ſenectam ſerpentes exuere putantur.

3. Annum agebat decimum & ſeptimum, quum imperare cœpit: tum caſtra ingreſſus, recitatis iis quæ Seneca ſcripſerat, militibus, quantum eis Claudius dederat, promiſit. Quæ autem legit in ſenatu, ab eodem Seneca ſcripta, fuerunt ejusmodi, ut decreto adeo ſenatus inſculperentur in columna argentea, ac quotannis, quum novi coſſ. magiſtratum inirent, legi juberentur. Et hi quidem id agebant, tanquam boni principis imperium, velut ex ſyngrapha quadam, habituri. Agrippina autem, [ſtupri cum Pallante conſuetudinem habens, viro cæteris gravi & moleſto] primum omnia, quæ ad principatum pertinerent, pro Nerone adminiſtravit:

c καὶ εἶπεν. εἶπέ τε. Coisl. Br.
d vulgo: παρά τοῦ γέροντος. ſcribo, παρὰ τὴν τοῦ γέροντος, *ultra eam qua ſenex præditus eſſet.* HS. ſcribendum παρά του γέροντος, *ab aliquo ſene.* L. quod recepi.
e διὰ ταῦθ', οἱ ὄφεις. rectius, διὰ ταύτης οἱ ὄφεις, ut referatur ad vocem λεβηρὶς, quæ præceſſit. L.
f τοσαῦτα. ſcribendum puto, ταῦτα. vel, καὶ ἄλλα τοσαῦτα. Ἦλθε δὲ ἔρεσα καὶ ὅσα πρὸς τὴν βουλὴν &c. HS. vid. ejus not.
g καὶ αὐτά. ſic Br. & ſic edidit HS. & L. minus recte apud Robertum & in Henrici editione minore legitur καὶ αὐτὸς.
h τῷ Πάλλαντι, &c. Theodoſii ex Dione hæc ſunt, quæ in margine indicaverat Leuncl. confirmata ab Exc. Urſ. p. 390. ubi dicitur Πάλλας.

credo, præceptor ejus fuit Beryllus, παιδαγωγὸς τοῦ Νέρωνος,
τάξιν τὴν ἐπὶ τῶν Ἑλληνικῶν ἐπιστολῶν πεπιστευμένος. *Joſeph.* A.
XX. 8. § 9. quanquam pro Βήρυλλον, Havercampius, codicibus
invitis, *Burrhum* recepit. Varias orationes a juvene habitas in fo-
ro & ſenatu commemorant *Tacitus* XII. 58. & *Suetonius* c. 7.
quas omnes non tam Neroni quam Senecæ tribuendas eſſe pro-
babile eſt, non tantum ex Dione, ſed & *Tacito* XIII. 3. qui
occaſione funebris in Claudium orationis, pariter a Seneca
compoſitæ, *adnotabant*, inquit, *ſeniores, quibus otium eſt ve-*
tera & præſentia contendere, primum ex iis, qui rerum potiti
eſſent, Neronem alienæ facundiæ eguiſſe. *Idem* c. 4. ſumma
capita recenſet orationis in ſenatu habitæ, eaque Suetonius c.
10. hoc uno complexus eſt, *ex Auguſti præſcripto imperaturum*
ſe. De aliis orationibus in ſenatu *Tacitus* XIII. 11. *clemen-*
tiam ſuam obſtringens crebris orationibus, quas Seneca, teſtifi-
cando quam honeſta præciperet, vel jactandi ingenii, voce prin-
cipis vulgabat.
§ 15. (l. 46.) Ὅσα ὁ Κλαύδιος ἐδεδώκει] Diſerte *Tacitus* XII.
69. *promiſſo donativo ad exemplum paternæ largitionis.* h. e.
quina dena HS. ſecundum *Suet.* Claud. c. 10. vel vicena, ſe-
cundum *Joſephum* XIX. 4 § 2. Nec id temere monetur,
quia Claudius *primus Cæſarum fidem militis etiam præmio pi-*
gneratus eſt, ut ait *Suet.* l. c. Proinde aliud agebat doctiſſ.
Heineccius ad leg. Jul. & Pap. Popp. p. 200. cum hæc Dionis
verba trahit ad *jura maritorum* militibus a Nerone tributa, ſi-
cut a Claudio factum erat, teſte Dione p. 681. A. Procul du-
bio enim *donativum* intelligitur, quod initio ſtatim prætoria-
nis Claudius promiſerat, & ceteri poſtea ſolebant: nec jura
maritorum promiſſa exſatiaſſent ſpem ac cupiditatem militum;
nec eadem ſemel tributa promitti denuo potuiſſe videntur.
§ 16. (l. 49.) ἐς ἀργυρᾶν στήλην] Sic leges ſolebant æneis ta-
bulis incidi p. 100. § 80. itemque Principum orationes. vide
Lipſium ad Tacit. XIII. 4. not. 11. qui hoc fuiſſe ſingulare mo-
net, quod argenteis tabulis inciſa ſit Neronis oratio. *Etiam*
partem carminum ejus recitatorum aureis literis Jovi Capitoli-
no dicatam fuiſſe, *Suetonius* tradit c. 10. De aureis litteris, ob
dignitatem ſcripti adhibitis, vide quæ poſt Mabillonium &
Montfauconum affert *Cl. Schultingius* ad Caji Inſtitutt. lib. II.
tit. I. not. 52.
§ 17. (l. 51.) ἀναγινώσκεσθαι] Idem de Caligulæ oratione
decretum Dio refert p. 644. & de Auguſti ac Tiberii orationi-
bus uſitatum fuiſſe, p. 671. C. quod tamen inhibuit Claudius,
ſatis eſſe dicens, eas columnis inciſas eſſe.
§ 18. (l. 53.) καλῶς ἀρχθησόμενοι] Ita etiam fore, ſpem
fecerat laudabile imperii initium, de quo *Tacitus* XIII. 10. ſq.

Aurelius Vict. Cæſ. 5. 2. & alter *Victor* Epit. 5, 2. *Suetonius*
c. 10. quo & ſpectant *Senecæ* laudes de clementia ejus, quibus
Neronem ſupra Auguſtum extollit lib. I. c. 11. Nam ſcri-
pti ſunt libri ad Neronem XIX. annos natum, & ex princi-
pio libri I. & II. patet, pertinere has laudes vel maxime ad
incitamentum conſtantiæ.
§ 19. (l. 55.) τῷ Πάλλαντι συνοῦσα φορτικῷ καὶ ἐπαχθεῖ]
Pallas ſervus quondam Antoniæ matris Claudii, *Joſeph.* A.
XVIII. 6. § 6. deinde Claudii libertus, idemque ſuaſor matrimo-
nii cum Agrippina *Tac.* XII. 1. 2. & adoptionis Domitii. *id*,
25. mox ſtupro ejus illigatus: *id.* 65. *Schol. Juvenal.* I. 108.
Triſtem arrogantiam & ſuperbiam ei adſcribit *Tacitus* XIII. 2.
& 23. qui libertis ſuis nihil unquam niſi nutu aut manu ſi-
gnificarit, vel ſi plura demonſtranda eſſent, ſcripto ſit uſus, ne
vocem conſociaret. vide & *Dion.* p. 707. C. de quo more per
codicillos agendi, etiam cum præſentibus, adi *Sueton.* Aug. cap.
84. *Lipſium* ad An. IV. 39. not. 103. Fuit jam ſub Clau-
dio a rationibus *Tac.* XIII. 14. *Sueton.* Claud. 28. eique præ-
toria inſignia & centies quinquagies HS. decreta. *Tac.* XII.
53. cujus SCti monumentum æri inciſum, ſuſpenſumque ad
ſtatuam loricatam D. Julii recenſet cum indignatione *Plinius*
junior ep. VIII. 6. vide & majorem *Plin.* XXXV. 18. Sub
Nerone etiam plurimum initio potuit. Nam & frater ejus
Feſtus Judææ procurator fuit, & vehementer accuſatus a Ju-
dæis deprecatione Pallantis liberatus eſt. *Joſeph.* XX. 7. § 1.
& 8. § 9. *Tac.* XII. 54. Demotus tamen mox Pallas eſt cura
rerum, & poſtremo interfectus A. U. C. 815. Chr. 62. quod
immenſam pecuniam longa ſenecta detineret. *Tac.* XIII. 14.
XIV. 65. vide infra p. 707. § 73.
§ 20. (l. 56.) ἡ Ἀγριππῖνα πάντα αὐτῷ διῴκει] Confer *Sue-*
ton. 9. *Tac.* XIII. 2. *Jo. Antiochenum* in Exc. Peir. p. 813.
Dominationi jam aſſueta ſub Claudio p. 686. 687. D. *Tac.* XII.
27. nunc AUGUSTA MATER AUGUSTI, ut eſt in nu-
mis apud *Mediobarb.* p. 87. 89. & quidem adoleſcentis, qui
ipſi debebat imperium, nec invitus cura rerum vacabat, pro
arbitrio decernebat omnia. Nero proinde *primo imperii die*
ſignum excubanti tribuno dedit, Optimam Matrem. Suet. l. c. &
Patres in Palatium ob id vocabantur, ut adſtaret, abditis a
tergo foribus velo diſcreta, quod viſum arceret, auditum non a-
dimeret, ut *Tacitus* XIII. 5. refert. Agrippinæ & Neronis
effigies frequenter junctæ in numis. vide *Triſtan.* T. I. p. 234.
Patin. ad Suet. c. 9. *Frœlich* Tentam. p. 163. 165. eademque
cum filio in quadriga elephantorum apud *Mediobarb.* pag. 91
Patin. Theſ. p. 7.

A.U.C.807 M. Marcello & M'. Aviola COSS.

ſtravit: ambo una exibant foras, & ſæpenumero eadem lectica vehebantur: quanquam illa magna ex parte vehi, hic conſequi ſolebat: eadem reſpondebat legatis, literasque ad populos, & principes, & reges mittebat. Quod quum diu factum eſſet, ferre graviter cœperunt Seneca & Burrus, viri inter eos, qui apud Neronem erant, & prudentiſſimi, & maximæ auctoritatis. Horum alter prætorianis militibus præerat, alter doctor ejus erat. Itaque commodam occaſionem nacti, huic rei finem impoſuerunt. Quum enim legati Armeniorum veniſſent, velletque Agrippina in tribunal, ex quo Nero cum eis colloquebatur, eſcendere, eamque illi appropinquare viderent; adoleſcenti, ut ante deſcenderet, & quaſi ad matrem colloquio excipiendam procederet obviam, perſuaſerunt. Quo facto, non modo tunc reverſi non ſunt, alia ſimulata cauſa, ne barbaris hanc labem imperii patefacerent; ſed & perfecerunt poſtea, ut ne deinceps ulla permitteretur ei cura rerum publicarum.

4. Ipſi re impetrata omnem imperii curam ſuſceperunt, idque pro viribus optime juſtiſſimeque adminiſtrarunt. Nero enim, & alias negotia fugiens, otio fuerat delectatus, [eamque ob cauſam & antehac matri obnoxius vixerat: & tunc gaudebat, ſe voluptatibus fruente imperium nihilo deterius haberi. At illi, conſenſione inter ſe facta, eorum, quæ conſtituta fuerant, multa partim emendarunt, partim ſuſtulerunt penitus, aliis legibus novis promulgatis.] Interim Neronem illi voluptatibus ſinebant indulgere; ut ſatiatus, ſine magno reipublicæ detrimento, cupiditatibus ſuis, vitæ inſtitutum mutaret: quaſi neſcirent, animum juvenilem ſibi relictum, educatumque ſine reprehenſione in voluptatibus & ſoluta licentia, non modo ſatiari illis non poſſe, ſed & his ipſis multo magis corrumpi. Etenim Nero primum ſimpliciter convivia agitabat, comiſſabatur, temulentus

καὶ ἐν τῷ αὐτῷ φορείῳ κατακείμενοι· τὸ δὲ δὴ πλεῖον, ἡ μὲν ἐφέρετο, ὁ δὲ συμπαρείπετο. ταῖς τε πρεσβείαις ἐχρημάτιζε, καὶ ἐπιστολὰς καὶ δήμοις καὶ ἄρχουσι καὶ βασιλεῦσιν ἐπέστελλεν. ὡς δὲ ἐπὶ πολὺ τοῦτ' ἐγίνετο, [i] ἐδυσχέραινεν [21] ὅ, τε Σενέκας καὶ ὁ Βοῦῤῥος, φρονιμώτατοί τε ἅμα καὶ δυνατώτατοι τῶν [k] περὶ τὸν Νέρωνα ὄντες. [l] (ὁ [22] μὲν γὰρ ἔπαρχος τοῦ δορυφορικοῦ ἦν, ὁ δὲ, διδάσκαλος αὐτοῦ.) καὶ ἔπαυσαν τὸ γινόμενον, τοιᾶσδε ἀφορμῆς λαβόμενοι. [23] πρεσβείας Ἀρμενίων ἐλθούσης, καὶ [24] ἡ Ἀγριππίνα ἐπὶ τὸ βῆμα, ἀφ' οὗ σφίσιν ὁ Νέρων διελέγετο, ἀναβῆναι ἠθέλησεν. ἰδόντες οὖν αὐτὴν ἐκεῖνοι πλησιάζουσαν, ἔπεισαν τὸν νεανίσκον προκαταβῆναι καὶ προαπαντῆσαι τῇ μητρὶ, ὡς [m] καὶ ἐπὶ δεξιώσει τινί. πραχθέντος δὲ τούτου, οὔτε τότε ἐπανῆλθον, ἐμβαλόντες τινὰ αἰτίαν, ὥστε μὴ καὶ ἐς τοὺς βαρβάρους τὸ νόσημα τῆς ἀρχῆς [m] ἐκφανῆναι· καὶ μετὰ τοῦτ' ἔπραττον, ὅπως μηδὲν ἔτ' αὐτῇ τῶν κοινῶν [n] ἐπιτρέπηται.

691

Κατεργασάμενοι δὲ τοῦτο, αὐτοὶ τὴν ἀρχὴν ἅπασαν παρέλαβον, καὶ διῴκησαν ἐφ' ὅσον ἠδυνήθησαν ἄριστα καὶ δικαιότατα. ὅ, τε γὰρ Νέρων οὔτ' ἄλλως φιλοπραγμάτιας ἦν, καὶ ἔχαιρεν ἐν ῥᾳστώνῃ διάγων [o] [καὶ διὰ ταῦτα τῇ τε μητρὶ πρότερον ὑπεπτώκει, καὶ τότε ἠγάπα, ὅτι αὐτός τε ἐν ἡδοναῖς ἦν, καὶ ἡ ἡγεμονία οὐδὲν ἧττον διήγετο. καὶ ἐκεῖνοι συμφρονήσαντες, αὐτοὶ μὲν πολλὰ [25] τὰ μὲν μετεῤῥύθμισαν τῶν καθεστηκότων, τὰ δὲ καὶ παντελῶς κατέλυσαν, ἄλλα τε καινὰ προσενομοθέτησαν.] τὸν δὲ δὴ [26] Νέρωνα τρυφᾷν εἴων, ὅπως διακορὴς, ἄνευ μεγάλου τινὸς τῶν κοινῶν πάντων κακοῦ, ὧν ἐπεθύμει γενόμενος, μεταβάλληται· ὥσπερ οὐκ εἰδότες, ὅτι ψυχὴ νέα τε καὶ αὐθάδης, ἔν τε τρυφῇ ἀνεπιπλήκτῳ καὶ ἐν ἐξουσίᾳ αὐτοτελεῖ τραφεῖσα, οὐχ ὅσον οὐ κόρον αὐτῶν ἴσχει, ἀλλὰ καὶ ἐξ αὐτῶν τούτων [p] προσδιαφθείρεται. αἀμέλει καὶ ὁ Νέρων τὰ μὲν πρῶτα ἁπλῶς πως δεῖπνά τε ἐποίει, [27] καὶ [p] κώμους ἐκώμαζε,

E B C

i ἐδυσχέραινεν. ἐδυσχέραινον, Coisl. Br. & Pal. ſtatim, Βοῦῤῥος recte edidit HS. & L. & ita in Exc. Peir. & Urſ. ſed Βοῦρος apud RS. & in Henrici editione minore. k τῶν περὶ τὸν Νέρωνα. τῶν κατὰ τὸν Νέρωνα, Exc. Peir. minus bene. conſentit cum noſtra lectione Br. & Urſ. apud quem vocabulo Νέρωνα, additur ἀνδρῶν. l ὁ μὲν γὰρ ἔπαρχος &c. ſic ex Theodoſio Leuncl. ad marg. & Exc. Urſ. vulgo: ὁ μὲν ἔπαρχος τοῦ δορυφορικοῦ, ὁ δὲ, διδάσκαλος αὐτοῦ ὤν. quibus illa merito præfert Leuncl. nec locum iis in textu denegardum putavi. ſequitur parentheſin apud Urſinum: ἔπαυσαν ἑκάτερα. m ὡς καὶ ἐπὶ δεξιώσει τινί. pro vulgato ἀποδεξιώσει repoſitum, ex Urſ. p. 390. & mox ἐκφανῆναι, [illegible] quanquam & ἐκφῆναι retineri poſſe putat Sylb. ſi accipiatur ſignificatione neutrali, aut neutro paſſiva. [illegible] deinde HS. & L. receperunt. n ἐπιτρέπηται. ἐπιτρέφηται, Urſ. p. 391. o καὶ διὰ ταῦτα &c. [illegible] inſeruimus ex Exc. Peir. p. 678. ſeq. ubi pergitur τὸν δὲ δὴ Νέρωνα, cum in Xiphilino poſt ſuperius [illegible] αὐτοὶ τὸν Νέρ. p καὶ κώμους ἐκώμαζε, ſic Peir. melius quam vulgo, καὶ περὶ κώμους ἐκώμαζε, [illegible] προσδιαφθάρεται, Pal. codex male προδιαφθάρεται.

§ 21. (l. 63.) ὅ τε Σενέκας καὶ ὁ Βοῦῤῥος] *Tacitus* XIII. 1. 2. cum Junium Silanum Procoſ. Aſiæ & Narciſſum libertum, inſcio & invito Nerone, ab Agrippina, ſub initium novi imperii, interfectos dixiſſet, ſic pergit: *ibaturque in cædes, niſi Afranius Burrus & Annæus Seneca obviam iſſent. Hi rectores imperatoriæ juventæ, & pari in ſocietate potentiæ concordes, diverſa arte ex æquo pollebant. Burrus militaribus curis & ſeveritate morum; Seneca præceptis eloquentiæ & comitate honeſta; juvantes invicem, quo facilius lubricam principis ætatem, ſi virtutem aſpernaretur, voluptatibus conceſſis retinerent. Certamen utrique unum erat contra ferociam Agrippinæ &c.*

§ 22. (l. 65.) ὁ μὲν γὰρ ἔπαρχος τοῦ δορυφορικοῦ ἦν] Burrum Agrippina unum, loco duorum, Luſii Getæ & Rufi Criſpini, præfectum prætorio conſtituerat. *Tac.* XII. 42. Sed turpiter lapſus eſt hunc locum exſcribens *Zonaras* T. I. pag. 568 B. cum invertit munera: ὁ Σενέκας ἔπαρχος ὢν τοῦ δορυφορικοῦ, καὶ ὁ Βοῦῤῥος διδάσκαλος τοῦ Νέρωνος. Equidem in librarios potius culpam conferrem cum [illegible] I. 24. niſi manifeſtum ſatis eſſet, ipſi Z[illegible] ſe, quod præcedat ὅ τε Σενέκας καὶ ὁ [illegible] priorem Senecam retulit, ὁ δὲ ad poſt[illegible] lis error multis imprudentibus ſolet ac[illegible]

§ 23. (l. 68.) πρεσβείας Ἀρμενίων] [illegible] *& legatis Armeniorum cauſſam gentis a*[illegible] *eſcendere ſuggeſtum imperatoris & pr*[illegible] *teris pavore defixis, Seneca admoniſſet*[illegible] *reret. Ita ſpecie pietatis obviam itum*[illegible] Armeniæ præcedenti confer *Fabric.* [illegible] *rum Reineccium* Hiſt. Jul. T. III. p. 3[illegible] gem ab Armenis pulſum, raptamque a[illegible] telliges ex *Tacito* XIII. 6. ſq. collato X[illegible]

§ 24. (l. 69.) ἡ Ἀγριππίνα ἐπὶ τὸ [illegible] dio in ſolio proprio aderat legationib[illegible] ipſum Neronis tribunal eſcendere cogitabat, quaſi σύνθρονος. Videmus ſane, honoris cauſa interdum a Regibus ſellam conceſſam

ἐκώμαζε, καὶ ἐμέθυε, καὶ ἤρα· ἔπειτα δὲ ὡς οὔτε ἐκείνῳ τις ἐπέπληττεν, οὔτε τὰ κοινὰ χεῖρον
D παρὰ τοῦτο διεχειρίζετο, ἐπίστευσεν ὅτι καὶ καλῶς αὐτὰ ποιεῖ, καὶ δύναται καὶ ἐπὶ πλεῖον σφίσι χρῆσθαι. [q] [κἀκ τούτου ταῦτά τε ὡς ἕκαστα ἐκφανέστερον καὶ προπετέστερον πράττειν ἤρξατο. καὶ εἰ δή τι ἢ ἐκεῖνοι παραινοῦντες, ἢ ἡ μήτηρ νουθετοῦσα αὐτὸν ἔλεγε, παρόντας μὲν σφᾶς ᾐδεῖτο, καὶ ὑπισχνεῖτο μεταθήσεσθαι· ἀπελθόντων δὲ, τῆς τε ἐπιθυμίας ἐγίγνετο, καὶ τοῖς πρὸς τἀναντία αὐτὸν ἄγουσιν, ἅτε καὶ ἐπὶ πρανὲς ἕλκουσιν, ἐπείθετο.] καὶ μετὰ τοῦτο τὰ μὲν καταφρονήσας, οἷα που συνεχῶς παρὰ τῶν συνόντων ἀκούων, "Σὺ δὲ τούτων ἀνέχῃ; σὺ δὲ τούτους φοβῇ; "[28] οὐκ οἶσθα ὅτι Καῖσαρ εἶ; καὶ σὺ ἐκείνων "ἐξουσίαν, ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνοι σοῦ ἔχουσι;" τὰ δὲ καὶ φιλονεικῶν, μήτε τῆς μητρὸς, ὡς καὶ κρείττονος, ἐλαττοῦσθαι, μήτε τοῦ Σενέκου τοῦ τε Βούρρου, ὡς καὶ φρονιμωτέρων, ἡττᾶσθαι.

Τέλος ἀπηρυθρίασε, καὶ πάντα τὰ παραγγέλματα αὐτῶν συγχέας καὶ καταπατήσας,
E [29] πρὸς τὸν Γάϊον ἔτεινεν. ὡς δ' ἅπαξ ζηλῶσαι αὐτὸν ἐπεθύμησε, καὶ ὑπερεβάλετο, νομίζων [r] τῆς αὐτοκρατορικῆς καὶ τοῦτ' ἰσχύος ἔργον εἶναι, τὸ μηδὲ ἐν τοῖς κακίστοις μηδενὸς ὑστερίζειν. [s] [ἐπαινούμενος δὲ ἐπὶ τούτοις ὑπὸ τοῦ ὁμίλου, καὶ πολλὰ ὑπ' αὐτοῦ καὶ ἡδέα ἀκούων, [30] οὐδ' ἑαυτοῦ ἐφείσατο. ἀλλὰ τὸ μὲν πρῶτον οἴκοι, καὶ παρὰ τοῖς συνοῦσίν οἱ, ἐχειρούργησεν αὐτὰ, ἔπειτα καὶ ἐδημοσίευσεν· ὥστε πολλὴν μὲν αἰσχύνην παντὶ τῷ Ῥωμαίων γένει προσθεῖναι, πολλὰ δὲ καὶ δεινὰ αὐτοὺς ἐργάσασθαι. καὶ γὰρ βίαι καὶ ὕβρεις, ἁρπαγαί τε καὶ φόνοι, καὶ ὑπ' αὐτοῦ ἐκείνου, καὶ ὑπὸ τῶν ἀεί τι παρ' αὐτῷ δυναμένων ἀμύθητοι ἐγίγνοντο. καὶ, ὃ δὴ πάντως ἐξ ἀνάγκης πᾶσι τοῖς τοιούτοις ἕπεται,] πολλὰ μὲν, ὡς εἰκὸς, χρήματα ἀνηλίσκετο, πολλὰ δὲ ἀδίκως ἐπορίζετο, πολλὰ δὲ βιαίως ἡρπάζετο. ἦν μὲν γὰρ [31] οὐδ' ἄλλως μικρόφρων. τεκμήριον δέ· Δορυφόρῳ

mulentus erat, amabat. Sed poſtquam nemo qui eum increparet reperiebatur, nec reſpublica idcirco regebatur deterius; putavit bene iſta ab ſe agi, iisque magis etiam poſſe in poſterum indulgeri. [Itaque iſtorum quælibet apertius & cupidius actitare cœpit: ac ſi quid vel illi hortando, vel mater admonendo dixiſſent, reverebatur quidem præſentes, & emendationem promittebat; ſimulac vero terga vertiſſent, morem gerebat cupiditati, & in contraria ducentibus, velut qui ipſum in præceps traherent, obſequebatur.] Proinde cœpit poſthac iſta partim contemnere, præſertim quum crebro audiret a familiaribus ſuis: "Tu ne hæc pateris? tu hos times? an neſcis te Cæſarem eſſe, teque illorum poteſtatem habere, non illos tui?" partim contendere ambitioſius, ut ne matri potentia, neu Senecæ & Burro ſapientia inferior eſſe videretur.

A.U.C.807 M. Marcello & M'. Aviola COSS.

5. Tandem vero frontem plane perfricuit, & omnibus eorum præceptis proſtratis & proculcatis, Caji veſtigia ſecutus eſt. Quem ut ſemel imitari ſtatuit, etiam ſuperavit; imperatoriæ id poteſtatis eſſe ratus, ut nemini ne in peſſimis quidem rebus eſſet inferior. [Quas ob res cum plebis infimæ laudibus, & compoſitis ad aſſentationem acclamationibus exciperetur, ad extremum nec ſibi nec dignitati pepercit ſuæ. Nam primo quidem intra palatium, coram ſolis familiaribus ea actitabat: poſtea vero omnibus publicavit, ſic ut maxima non tantum ignominia, ſed & graviſſimis malis nomen Romanum afficeret. Vis enim ac ſtupra, cædes ac rapinæ, cum ab ipſo, tum ab iis qui gratia apud eum valebant, magno numero perpetrabantur: &, quod omnino hujusmodi vitia conſequi neceſſe eſt,] magna pecunia conſumebatur, multa per injuriam quærebatur, multa per vim eripiebatur. Erat enim Nero & alioquin haud quaquam anguſtæ liberalitatis. Cui rei argumento eſt, quod, cum Doryphoro, qui a libellis

q κἀκ τούτου &c. hæc ex Exc. Peir. l. c. addita. Valeſius ſub initium recte ὡς ἕκαστα expreſſit, pro ὡς ἕκαστα, quod oſtentabat codex MS. r τῆς αὐτοκρατορικῆς. τῆς αὐτοκράτορος, Exc. Peir. s ἐπαινούμενος δὲ &c. ſic in Exc. Peir. p. 681. in quibus viciſſim deſunt quædam ex iis quæ poſt ὑστερίζειν apud Xiph. poſita ſunt, ἐντεῦθεν πολλὰ μὲν &c. nam in Peireſc. ſequitur ſtatim χρήματα πολλὰ μὲν ἀδίκως ἐπορίζετο. ceterum ibi rectius paulo poſt οὐδ' ἄλλως μικρόφρων, pro vulgato οὐδ' ἄλλως μικρ.

ceſſam aliis prope ſe, vel eosdem in thronum receptos ad dextram ut ſibi aſſiderent. Ita *Salomo* matrem in ſella prope ſe ad dextram ſedem capere jubet. 1 *Reg.* II. 19. Nero etiam Tiridatem juxta ſe a latere dextro collocavit. *Suet.* 13. Sed tum illi in privato colloquio aut celebritate ſpectaculorum verſabantur, non in jure dicundo aut reſponſis dandis, aut alio ſolenni imperii actu.

§ 25. (l. 88.) τὰ μὲν μετερρύθμισεν] Hujusmodi nonnulla ſalubriter conſtituta aut reformata ſub Nerone enarrat *Suetonius* c. 16. ſq. qualia etiam a Dione exſpectaſſet forte lector potius, quam illas bacchantis aut cantantis Neronis ineptias longo ordine expoſitas. Sed parcus eſt Dio, parcior Xiphilinus in legibus adnotandis.

§ 26. (l. 90.) Νέρωνα τρυφῶν εἴων] *Quo facilius lubricam principis ætatem, ſi virtutem adſpernaretur, voluptatibus conceſſis retinerent. Tac.* XIII. 2. Sed *Suetonius* c. 26. *petulantiam, libidinem, luxuriam, avaritiam, crudelitatem, ſenſim quidem primo & occulte, velut juvenili errore, exercuit, ſed ut tunc quoque dubium nemini foret, naturæ illa vitia non ætatis eſſe.* Patet, perienloſum eſſe conſilium in principis natura moderanda, quod & plerumque tantum ab ambitione miniſtrorum proficiſcitur, gubernacula principi eripere conantium.

§ 27. (l. 99.) καὶ κώμους ἐκώμαζε] Dio de Meſſalina Claudii p. 686. C. συμπόσιά τε περιβόητα συνεκρότησε, καὶ κώμους ἀνελγέστατα ἐκώμαζεν: ut ne dubites, falſam eſſe lectionem vulgatam περὶ κώμους ἐκώμαζε, quaſi περὶ κώμας aut κατὰ κώμας in animo habuerint librarii.

§ 28. (l. 13.) οὐκ οἶσθα ὅτι Καῖσαρ εἶ] Probe his magiſtris profecit Nero, quippe qui, poſt varia ſcelera commiſſa, *negavit quemquam principum ſciſſe quid ſibi liceret*, *Suet.* 37, 5. Idem in *Senecæ* Octavia Act. II. v. 453. inducitur ſic loquens: *inertis eſt neſcire quid liceat ſibi.* Solitus etiam ad eos, quibus officium delegabat, dicere: *hoc agamus, ne quis quidquam habeat. Suet.* 32, 7.

§ 29. (l. 20.) πρὸς τὸν Γάϊον ἔτεινεν] *Suet.* c. 30, 2. *Laudabat mirabaturque avunculum Cajum, nullo magis nomine, quam quod ingentes a Tiberio relictas opes in brevi ſpatio prodegiſſet.*

§ 30. (l. 26.) οὐδ' ἑαυτοῦ ἐφείσατο] Valeſius exhibet in latina verſione: *nec ſibi nec dignitati pepercit ſuæ.* Prope dixerim, in græcis quædam negligentius omiſſa eſſe v. g. οὐδ' ἑαυτοῦ οὐδὲ τοῦ ἀξιώματος ἐφείσατο. Videor mihi plures hujus generis lacunas in Græcis Valeſianis obſervaſſe.

§ 31. (l. 38.) οὐδ' ἄλλως μικρόφρων] Senſum vocabuli exponit *Zonaras* p. 568. C. πολυδάπανος καὶ οὐ μικρόφρων ἦν. Ergo *diligentem* vel *parcum* notat in largitionibus & expenſis, qualem *anguſtæ liberalitatis* vocavi cum *Cic.* ep. III. 8. potuiſſem

A U C 807 M. Marcello & M'. Aviola COSS.

libellis erat, dari juſſiſſet centies ſeſtertium, eaque Agrippina, ut ipſum intuentem ſummam tantæ pecuniæ pœniteret, uno in loco coacervaſſet; interrogavit, quantum eſſet numeratum, cognitaque ſumma, eam duplicari juſſit. “ Non enim putavi, „ inquit, “ me tam exiguum munus dediſſe. „ Quo magis, cum præ magnitudine ſumptuum, quos fecit, theſauros in fiſco regio inventos celeriter exhauſiſſet, & ſtatim opus haberet novis conficiundæ pecuniæ rationibus; non ſolum cogebantur inſolita vectigalia, ſed etiam curioſe facultates eorum, qui aliquid habebant, indagabantur; quas per injuriam abſtulit a multis, eorumque præterea nonnullos occidit. [Nonnullos quoque, tametſi modicis facultatibus, virtute tamen aut ſplendore generis præditos, ſuſpicatus ſibi infenſos eſſe, oderat & e medio tollebat.]

6. Sed quum Nero in ſumma talis fuerit, ſupereſt ut de ſingulis ejus factis dicamus. In primis

[t] Δορυφόρῳ, [32] τῷ τὰ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ βιβλία διέποντι, [33] πεντήκοντα ἅμα καὶ διακοσίας μυριάδας δοθῆναι κελεύσας, ἔπειτ' ἐπειδὴ ἡ Ἀγριππῖνα ἐσώρευσεν αὐτάς, ἵνα ἀθρόον τὸ ἀργύριον ἰδὼν μεταβάληται, ἤρετο πόσον 65 εἴη τὸ [34] κείμενον καὶ μαθών, ἐδιπλασίασεν [u] αὐτό, εἰπὼν ὅτι, Ἠγνόησα ὀλίγον οὕτω κεχαρισμένος. πολλῷ δὲ [x] δῆλον, ὅτι ἐκ τοῦ πλήθους τῶν δαπανωμένων ταχὺ μὲν [35] τοὺς ἐν τῷ βασιλικῷ θησαυροὺς ἐξήντλησε, ταχὺ δὲ [36] πόρων καινῶν ἐδεήθη· καὶ τέλη τε οὐκ εἰθισμένα ἐξελέγετο, καὶ αἱ οὐσίαι τῶν ἐχόντων τι ἐπολυπραγμονοῦντο. καὶ οἱ μὲν ἐκείνας ἐξ ἐπηρείας ἀπέβαλον, οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ [y] προσαπώλλυντο· [καὶ οὕτω καὶ ἄλλους, εἰ καὶ μηδὲν μέγα ἐκέκτηντο, ἀλλ' ἀρετήν γέ τινα ἢ καὶ γένος εἶχον, ὑποπτεύων ἄχθεσθαί οἱ, καὶ ἐμίσει καὶ διέφθειρε.]

Τοιοῦτος μὲν τὸ σύμπαν ὁ Νέρων ἐγένετο. λέξω δὲ καὶ καθ' ἕκαστον. [37] περὶ μὲν οὖν τὰς ἱππο-

t Δορυφόρῳ. nomen proprium liberti, apud Tacit. XIV. 65. vulgo *δορυφόρῳ, milite prætoriano.* u αὐτό. ſic Pal. Br. vulgo minus bene αὐτῷ. x δῆλον. ſubaudiendum μᾶλλον, ellipſi ſat frequente. Sylb. ellipſis talibus in locis ſuſpecta eſt, ſcribendum πολλῷ δὲ δηλότερον, vel πολλῷ δὲ μᾶλλον δῆλον. HS. primum, admitto δηλότερον pro δῆλον, cum H. Stephano, poſtea ſcribendum ajo, τῶν δεδαπανημένων αὐτῷ· χωὶ μὲν τοὺς &c. ſic integer locus eſt, & aſteriſcus tolli poteſt. L. nimirum ſcribitur vulgo: καὶ ἐκ τοῦ πλήθους * τῶν δαπανωμένων * χωὶ μὲν τοὺς &c. & defectus ſignum eſt etiam in Pal. ut obſervat Sylb. item in Br. ego vix dubito, χωὶ corruptum eſſe ex ταχὺ, quod legitur h. l. in Exc. Peir. p. 682. & Z. ſic ut opponantur ταχὺ μὲν, & ταχὺ δὲ, quod ſequitur. omnia forte ſic reſtitui poſſent: πολλῷ δὲ δὴ μᾶλλον, ὅτι ἐκ τοῦ πλήθους τῶν δαπανωμένων ταχὺ μὲν τοὺς ἐν τῷ βασιλικῷ θησαυροὺς &c. poſteriora certe ſunt ex Exc. Peir. in quibus & βασιλικῷ rectius ponitur pro vulgato βασιλικῷ κοιτῶνι. nam ſicut δημόσιον & κοινὸν elliptice ærarium, ſic τὸ βασιλικὸν & βασιλικὸν fiſcum indicat, utrobique ſubaudiendo ταμιεῖον. proinde vox κοιτῶνι ſcioli cujusdam librarii aſſignanda temeritati videtur.

y προσαπώλλυντο. ſic ſcripſi ex Exc. Peir. & Br. pro vulgato προσαπώλλοντο. ſequentia uncinulis circumſcripta ex eodem fonte manarunt.

iſtem & cum eodem *ad largiendum reſtrictum* vocare. *Seneca* de beneficiis II. 34. *parciſſimum hominem vocamus puſilli animi & contracti.* μικρόψυχον etiam Græci appellant, &, ni fallor, idem ſenſus eſt ταπεινοφροσύνης apud *Joſeph.* B. I. IV. 9. § 2. ubi Galbam ait accuſatum a militibus ἐπὶ ταπεινοφροσύνῃ. Contrarium eſt μεγαλόφρων apud *Dionem* p. 107. D. 814. C. 749. E. *Herodian.* I. 5, 27. III. 10, 3. Nero igitur Dioni p. 722. B. μεγαλοπράγμων καὶ μεγαλόδωρος ἐκείνοις ὤν. *Magnificum* vel *magnanimum* vocant Latini. vide *Salmas.* ad Capitol. Marc. c. 17. p. 357. Talem ſe in largitionibus, ludis, ſpectaculis, & in ædificando præbuit Nero. *Divitiarum & pecuniæ fructum non alium putabat, quam profuſionem; ſordidos ac deparcos eſſe, quibus ratio impenſarum conſtaret, prælautos vereque magnificos qui abuterentur ac perderent. Suet.* c. 30, 1. Unde *Pauſanias* in Achaicis VII. 17. p. 564. occaſione libertatis, qua Nero donavit Græciam, putabat, etiam vitia ejus, quæ magnitudine & audacia excellant, eſſe *animi generoſi & ab educatione prava corrupti.* Sed rectius *Plinius* Paneg. c. 38, 4 *ambitio, & jactantia, & effuſio, & quidvis potius quam liberalitas exiſtimanda eſt, cui ratio non conſtat.* Et de hac Neronis profuſione in libertum veriſſimum eſt ejusdem illud c. 88, 2. *præcipuum eſſe indicium non magni Principis magnos libertos.* Eventus docuit, ejusmodi liberalitatem degenerare tandem in meras rapinas. vide § 36.

§ 32. (l. 39.) Δορυφόρῳ τῷ τὰ τῆς ἀρχῆς βιβλία &c.] Omnes editiones habent δορυφόρῳ, *prætoriano militi.* Quis autem crediderit, militi prætoriano commiſſa fuiſſe τὰ τῆς ἀρχῆς βιβλία? *Commentarios principales*, ut vocat *Tacitus* H. IV. 40. de quibus iterum in Domitiano p. 766. D. & *Valeſius* atque *Lipſius* infra p. 764. § 59. ταῖς τῶν περὶ αὐτόν, Zonaras p. 568. C. Doryphori nomen non ignotum eſt in Inſcriptionibus, quales ex Gorio, Muratorio, Gudio dedit Jo. Gaſp. Hagenbuchius, vir in his literis ad miraculum doctus, epiſt. epigraph. p. 601. ſq. *Doryphorus Cæſaris a Cyatho* eſt apud *Gruter.* DLXXXII. 4. Doryphorus quidam fuit libertus apud Neronem, quem ille A. U. C. 816. quaſi adverſatum nuptiis Poppææ interfecit: *Tac.* XIV. 65. cujus loci ope primus *Lipſius* not. 163. hunc Xiphilini Doryphorum feliciter eruit. Liberti ſane plerumque Principi erant a commentariis, ab epiſtolis, a libellis, a memoria; idemque Doryphorus, infra pag. 693. E. § 62. certe in cod. Peireſciano, Neroni ad manus eſt, ubi Montanus libello ſupplici veniam petit, quod Neronem per tenebras verberaſſet. Ita ſolebant hujus officii homines, *Lampridius* Alex. 31. *poſt meridianas horas ſubſcriptioni & lectioni epiſtolarum ſemper dedit operam, ita ut ab epiſtolis & libellis & a memoria ſemper aſſiſterent.* Quod autem Doryphorum quendam nuptum fuiſſe Neroni dicit *Suetonius* c. 29 id vel de alio intelligendum, ut Torrentius ſibi perſuadet, vel potius falſum eſt, judice *Lipſio* ad Tac. XV. 37. not. 59. cum pro Doryphoro Pythagoram debuiſſet dicere. vide *Dionem* p. 715. A. 721. A. 724. E.

§ 33. (l. 40.) πεντήκοντα καὶ διακοσίας μυριάδας] Scilicet δραχμῶν, hoc eſt centies ſeſtertium ſeu centies centena millia HS. noſtra moneta ſunt 250000 Joachimici unciales.

§ 34. (l. 44.) τὸ κείμενον] *Pecunia numerata.* Reſpondet verbis τιθέναι, κατατιθέναι, καταβάλλειν, *numerare pecuniam*, qua de ſignificatione conferri meretur Vir omnis humanitatis peritiſſimus *Tib. Hemſterhuſius* ad Lucian. Tom. I. pag. 340. Paulo aliter & κείμενα dicuntur pro ἀποκείμενα, ut Iliad α. 124. ξυνήια κείμενα πολλά. unde & κειμήλια.

§ 35. (l. 48.) τοὺς ἐν τῷ βασιλικῷ θησαυρούς] In editis Dionis exemplaribus vulgo legitur, ἐν τῷ βασιλικῷ κοιτῶνι, perperam. Dio enim fiſcum Principis ſolet vocare, τὸ βασιλικόν. Sic lib. LXXVIII. (p. 894. B.) Agrippam quendam memorat τῷ βασιλικῷ συνδεδικηκότα, id eſt, qui advocatus fiſci fuerat.

§ 36. (l. 49.) πόρων καινῶν — τέλη [illegible]] Nero volebat initio cuncta vectigalia abro[illegible] multa; ſed brevi revocata; niſi quod [illegible] geſimæ quinquageſimæque. *Tac.* XIII [illegible] vero cum exhauſiſſet Nero omnia, ſpe[illegible] Didonis in Africa reperiundæ evanuiſ[illegible] & *Tac.* XVI. 3. *calumniis rapiniſque i*[illegible] *omnia inſtituit, ut e libertorum defun*[illegible] *dodrans cogeretur ei, ſi qui ſine proba*[illegible] *ſent, quo fuiſſent ullæ familiæ quas i*[illegible] *ut ingratorum in principem teſtament*[illegible] *ac ne impune eſſet ſtudioſis juris qui* [illegible] *ea: tum ut lege majeſtatis facta dicta*[illegible] *do delator non deeſſet, tenerentur.* [illegible] *ronarum, quæ unquam ſibi in certamini*[illegible] *Suet.* c. 32, 2. ſq. Forte & Caligulæ, [illegible] *ctigalia nova & inaudita*, quæ is exer[illegible] Calig. 40, 1. revocavit. Sane vectigal [illegible] *nalium mancipiorum*, quod ſub Neron[illegible] a Caligulæ temporibus derivandum e[illegible] Clariſſimo *Petro Burmanno* de vectigal[illegible] cent. 1734. conf. *Fabric.* ad p. 569. [illegible]

§ 37. (l. 58.) περὶ μὲν οὖν τὰς ἱπποδρομίας] De ſtudio Neronis in Circenſes ludos, videndus *Suetonius* c. 22,

ἱπποδρομίας τοσαύτῃ σπουδῇ ὁ Νέρων ἐκέχρητο, ὥστε καὶ τοὺς ἵππους τοὺς ἀγωνιστὰς, τοὺς ἐπιφανεῖς, [38] τοὺς παρηβηκότας, στολῇ τε ἀγοραίῳ, ὡς ἄνδρας τινὰς, κοσμῆσαι, καὶ χρήμασιν ὑπὲρ σιτηρεσίου τιμῆσαι. [39] ἐπαιρομένων δὲ δὴ καὶ τῶν ἱπποτρόφων καὶ τῶν ἡνιόχων τῇ παρ' αὐτοῦ σπουδῇ, καὶ δεινῶς [40] τούς τε στρατηγοὺς καὶ τοὺς ὑπάτους ὑβριζόντων, [41] Αὖλος [c] Φαβρίκιος στρατηγῶν, ἐκείνοις μὲν μὴ βουληθεῖσιν ἐπὶ μετρίοις τισὶν ἀγωνίσασθαι, οὐκ ἐχρήσατο· κύνας δὲ διδάξας ἕλκειν ἅρματα, ἀντὶ ἵππων ἐσήγαγε. γενομένου δὲ τούτου, οἱ μὲν [42] τῇ λευκῇ τῇ τε πυῤῥᾷ σκευῇ χρώμενοι, τὰ ἅρματα εὐθὺς καθῆκαν· τῶν δὲ δὴ [a] πρασίνων τῶν τε οὐενετίων μηδ' ὡς εἰσελθόντων, ὁ Νέρων τὰ [43] ἆθλα τοῖς ἵπποις αὐτὸς ἔθηκε, καὶ ἡ ἱπποδρομία ἐτελέσθη.

[[b] Ὅτι ἡ Ἀγριππῖνα οὕτω καὶ τὰ μέγιστα πράττειν ἐπεχείρει, ὥστε [44] Μάρκον [45] Ἰούνιον Σιλανὸν ἀπέκτεινε, πέμψασα αὐτῷ τοῦ φαρμάκου ᾧ τὸν ἄνδρα ἐδεδολοφονήκει.

Ὅτι

primis igitur certaminibus equorum ita delectabatur, ut ob eam cauſam inſignes equos victores & jam ſenio confectos, ſtola forenſi, non ſecus quam homines, ornaret; eosque honeſtaret pecunia, nomine alimenti. Quamobrem quum propter hoc Neronis ſtudium ii, qui equos alebant, una cum agitatoribus, ſuperbe efferrentur, ac proinde erga prætores & conſules proterve ſe gererent, Aulus Fabricius prætor uti illis noluit, recuſantibus juſta mercede certare, ſed canes, doctos currus agere, pro equis introduxit. Quo facto, qui albo, quique rufo utebantur habitu, ſtatim currus emiſerunt: quumque praſini & veneti nihilo magis in Circum prodirent, Nero præmia ipſe equis propoſuit: itaque ludi Circenſes peracti ſunt.

A.U.C. 807 M. Marcello & M'. Aviola COSS.

[Agrippina adeo maxima quæque ſtudebat agere, ut M. Junium Silanum occiderit, miſſo ei veneno, quo ipſa maritum Claudium ſuſtulerat.

Erat

c Φαβρίκιον, ita L. edidit. ceteri minus bene Φαυρῖνον.

a πρασίνων. πρασίων, Coisl. Br.

b Ὅτι ἡ Ἀγρ. addita ex Exc. Peir. p. 682.

§ 38. (l. 61.) τοὺς ἵππους — τοὺς παρηβηκότας] Quinam ſint equi παρηβηκότες, declarabit *Plinius* H. N. VIII. 42. *non ante quinquennes ibi* (in Circo) *certamen accipit — cum a circo poſt viceſimum annum mittantur ad ſobolem reparandam.* Eadem *Solinus* c. 57. Equi autem victores non tantum generatim de victoriæ præmiis participabant, ut docet *Jul. Caſ. Bulengerus* de Circo c. 55. Tom. IX. Theſ. Græv. pag. 715. 742. & *Ezech. Spanhemius* de U. N. Diſſ. VIII. p. 550. ſqq. ſed & debiles facti publice alebantur. vide *Petri Fabri* Agoniſticon II. 28. Tom. VIII. Theſ. Gronov. p. 2067. & *Jac. Gothofredum* ad leg. 1. Cod. Theod. lib. XV. tit. 10. Et hoc eſt σιτηρέσιον, cujus mox Dio meminit; & cui Nero χρήματα deſtinavit. Non excludo quæ ad ornatum ſpectant, quo pertinet στολὴ ἀγοραῖος, quod V. Cl. *Octavius Ferrarius* de Re Veſt. I. 28. Tom. VI. Theſ. Græv. p. 670. de toga exponit: quod admitti poteſt. vide p. 359. C. Verum cum toga viris uſurpata clauderetur, non autem veſtis tantum quadrata eſſet, uti diſputat ipſe *Ferrarius* l. 1. ſqq. p. 619. ſqq equis certe injici non potuiſſe videtur, niſi ſoluta & ad formam quadratam redacta, inſtar ephippii, pro quo veteres plerumque veſtes ſuas equis inſternebant. vide interpretes ad *Matth.* XXI. 7. Quare & *Suetonius* ſimpliciter *purpurea tegumenta* Incitato equo data vocat in Cajo 55. 8. Pænulæ forenſes τὸν ἀγοραῖον τρόπον πεποιημέναι, p. 590. D. viderentur huic uſui aptiſſimæ, quas & homines pro ſtragulis ſubſternebant, & pro opertorio cubantes ſibi injiciebant. *Senec.* epiſt. 87. init.

§ 39. (l. 63.) ἐπαιρομένων — τῶν ἱπποτρόφων καὶ τῶν ἡνιόχων] Maximis jam præmiis adſueti ſub Claudio, pag. 683. C. nullo modico pretio ad certamen locare equos munera edentibus volebant ἱπποτρόφοι, aut ingredi certamen ἡνίοχοι. Agitatores præſertim nobiliores ampliſſima conſecutos eſſe præmia & ditiſſimos fuiſſe, diſcas ex inſigni inſcriptione, quam dedit *Onuphrius* T. IX. Theſ. Græv. p. 170. ſqq. *Flav. Vopiſcus* in Aureliano c. 15. *Vidimus proxime, conſulatum Furii Placidi tanto ambitu in Circo editum, ut non præmia dari aurigis, ſed patrimonia viderentur.* Contra ſenſit Alex. Severus apud *Lamprid.* c. 37.

§ 40. (l. 65.) τούς τε στρατηγοὺς καὶ τοὺς ὑπάτους] Ludorum curam Auguſtus ab ædilibus in prætores tranſtulerat, ſic ut ſumtus de publico acciperent. *Dio* p. 522. A. 533. A. 587. A. 650. C. Erant & leges, quæ ſumtus in ludis moderarentur. *Id.* p. 600. D. Sed tamen vel propter ambitum edentium, vel propter inſolentiam aurigarum, & aliorum hujus furfuris hominum, ſumtus ſtatuti neutiquam ſufficiebant. Etiam Conſules ob conſulatum ſuum ſpectacula præbebant populo: quo fiebat, ut Conſules quidam ſe abdicarent διὰ πενίαν. τὰ γὰρ ἀναλώματα τὰ ἐν ταῖς ἱπποδρομίαις γιγνόμενα ἐπὶ πολὺ ἐπηύξητο, ut *Dio* narrat p. 683. C. Dioni ipſi, Conſuli, id dedit collega Alexander Severus, ut ἀναλώματα τῆς ἀρχῆς, ſumtus quos ea dignitas poſtulat, de ſuo præbiturum reciperet. lib. LXXX. extremo. ubi vide alia hujus generis. Taceo, extra ordinem interdum a Conſulibus ludos commiſſos eſſe, v. g. in honorem natalitiorum Auguſti. p. 600. C. confer & *Lipſium* Saturn. I. 9. T. III. Opp. p. 497. a.

§ 41. (l. 66.) Αὖλος Φαβρίκιος] *Lipſii* conjectura eſt ad Tac. XIV. 50. not. 129. hunc eſſe Fabricium Vejentonem, qui Italia pulſus eſt a Nerone A. U. C. 816. cum propter alia, tum, quod multa probroſa in patres & ſacerdotes jactaſſet iis libris, quibus nomen codicillorum dederat. Idem ſentit *Pighius* in Annal. ad A. U. C. 807. vel ſecundum Dionem 808. & *Fabricius* noſter in Centuria utraque Fabriciorum. Vide de eo *Plin.* epiſt. IV. 22, 4. IX. 13, 13. & 19. & *Juvenal.* IV. 113. 123. Canes pro equis ad curſum, ſeu vehendos homines, adhiberi poſſe, docet nos exemplum hodiernum Oſtiacorum ab Obium fluvium, apud quos non aliud vecturæ genus eſt, quam ut canes trahis jungantur. Vide *Philippi Jo. von Strahlenberg* Nord- und Oeſtlich Theil von Europa und Aſia, Holmiæ 1730. in 4. p. 374. & verändertes Rußland, P. I. p. 191. Camelos quaternos ad currus junxit Elagabalus, teſte *Lamprid.* c. 23. & ſic cameli & equi certaverunt in Circo ſub Claudio p. 669. E. etiam ſub Nerone *Suet.* c. 11. Leones adhibuit idem Elagabalus apud Lamprid. c. 26. vide & *Athenæum* V. p. 200. Placere hæc poterant omnia ob novitatem.

§ 42. (l. 70.) τῇ λευκῇ τῇ τε πυῤῥᾷ σκευῇ] Notiſſimæ ſunt quatuor factiones aurigarum, de quibus *Fabricius* ad p. 650. E. & in Bibliographia antiq. cap. 22. § 7. *Bulengerus* de Circo c. 48. 49. Tom. IX. Græv. p. 696. ſqq. & *Onuph. Panvinius* de ludis Circ. I. 10. ibid. p. 96. ſqq. Coloribus panni diſtinguebantur, quorum πράσινος, Dioni l. c. etiam βατραχὶς, fulve aut ſaturate viridis exponitur apud *Jo. Bod. a Stapel* ad Theophraſti Hiſt. Plant. p. 546. Venetus ſeu κυάνεος eſt pallide virens colore maris, ut docet *Salmaſius* ad Solin. p. 634. b. A. 167. b. B. vide & *Cedrenum* T. I. p. 147. C. Hinc naves exploratoriæ earumque vela, funes, nautæ, coloris erant *Veneti*, quo magis laterent. *Veget.* IV. 37. Factiones albata ac ruſſata non adeo erant in pretio; plerique Imperatorum erant vel πρασινοὶ vel βενέτιανοὶ, ut loquar cum *Marco Antonino* I. 5. hoc eſt Praſinæ aut Venetæ factioni addicti; Praſinæ quidem Caligula: *Joſeph.* XIX. 4. § 4. *Dio* pag. 650. E. *Suet.* 55. Nero: *Dio* p. 718. C. *Suet.* 22. *Martial.* XI. 34. Verus: *Capitolin.* 4. & 6. Commodus: *Dio* p. 825. B. 831. D. Avitus: p. 913. A. Venetæ Vitellius: *Suet.* 7. 14. *Dio* p. 735. D. Caracallus: pag. 874. E. Unde intelligi poteſt, cur hæ duæ factiones arrogantiores fuerint, ceterisque licet prodeuntibus, tamen ipſæ mediocri pretio ad certamen deſcendere noluerint, donec ipſe Nero præmia proponeret.

§ 43. (l. 73.) ἆθλα τοῖς ἵπποις] Vide ſupra § 38. Sic Auguſtus apud *Sueton.* Aug. c. 45. 4. *corollaria & præmia alienis quoque muneribus ac ludis, & crebra & grandia de ſuo offerebat.* Volebat etiam Nero, ut idem *Suetonius* refert cap. 22. *palmarum numerum ampliare: quare ſpectaculum multiplicatis miſſibus in ſerum protrahebatur.* vide p. 825. § 97.

§ 44. (l. 76.) Μάρκον Ἰούνιον Σιλανὸν] In primo anno imperii Neronis extinctus eſt, ut narrat Tacitus lib. XIII. initio. VALES.

§ 45. (l. 76.) Μάρκ. Ἰούν. Σιλανὸν] Silanos varios perſequitur *Lipſius* ad l. c. & in Stemmate Auguſti, ad calcem Taciti. Adde *Reineſii* ep. ad Rupertum 35. & 50. itemque *Ruperti* ad Reineſ. 43. & 60. maxime *Ryckium* ad Tac. Ann. IV. 68.

A.U.C.807 M. Marcello & M'. Aviola COSS.

Erat Silanus proconſul Aſiæ, vita neutiquam inferior generi: quam ob cauſam maxime Agrippina illum a ſe peremtum eſſe dicebat, ne Neroni tam fœde viventi anteferretur. Cæterum Agrippina nihil non venale habebat, & ex minimis ac ſordidiſſimis rebus lucra captabat.

Lælianus, qui in Pollionis locum in Armeniam miſſus eſt, præfectus quidem vigilum fuerat; cæterum nulla re melior quam Pollio. Quanto enim illum dignitate ſuperabat, tanto magis inexplebili cupiditate lucri flagrabat.]

A.U.C.808 Nerone & L. Vetere COSS.

7. Interea graviter ferebat Agrippina, quod non amplius negotiis palatii, præſertim propter Acten, præeſſet. Fuerat autem Acte empta ex Aſia, cujus amore Nero ita captus erat, ut eam retulerit in familiam Attali, & Octavia uxore multo chariorem habuerit. His de cauſis præſertim, aliisque incenſa Agrippina, primo admonere Neronem; eosque, qui cum ipſo verſabantur, partim verberibus caſtigare, partim procul amovere. Poſt ubi ſe nihil proficere intellexit, multo gravius tulit, & Neroni, "ego," inquit, "te imperatorem feci:" tanquam ſi poſſet ei principatum rurſus adimere. Neſciebat enim, ſummum imperium, poſtquam eſt a privato alicui delatum, ſtatim deficere eum, qui detulit; & ad eum, qui accepit, contra illum ipſum qui dedit, transferri. Tum Nero Britannicum veneno per dolum ſuſtulit: cujus vultum vt vidit propter venenum livore deformatum eſſe, gypſo oblinendum curavit: quumque per forum funus efferretur, maximo imbri de cœlo omne gypſum, quod adhuc humidum erat, ablutum eſt, ut nefarium ſcelus non ſolum audiretur ab omnibus, ſed etiam omnium oculis pateret. [Mortuo Britannico

Ὅτι ἦρχε τῆς Ἀσίας Σιλανὸς, καὶ ἦν [46] οὐδὲ ἐν τοῖς ἤθεσι τοῦ γένους ἐνδεέστερος. ἀφ' ὅυπερ καὶ τὰ μάλιστα ἔλεγεν αὐτὸν ἀποκτεῖναι, (MS. ἐπιχθεῖν) ἵνα μὴ καὶ τοῦ Νέρωνος οὕτω ζῶντος προκριθείη. καὶ μέντοι καὶ ἐκαπήλευσε πάντα, καὶ ἐκ τῶν βραχυτάτων τῶν τε αἰσχίστων ἠργυρολόγει.

Ὅτι [47] Λαιλιανὸς ὁ ἀποσταλεὶς ἐς τὴν Ἀρμενίαν ἀντὶ τοῦ Πωλίωνος, τὴν τῶν νυκτοφυλάκων ἀρχὴν προσετέτακτο. καὶ ἦν οὐδὲν [48] τοῦ Πωλίωνος βελτίων· ἀλλὰ καὶ ὅσῳ τῇ ἀξιώσει αὐτοῦ προεῖχε, τόσῳ καὶ ἀπληστότερος ἐπὶ τοῖς κέρδεσιν ἐπεφύκει.]

Ἐλυπεῖτο δὲ καὶ ἡ Ἀγριππῖνα μηκέτι τῶν ἐν τῷ παλατίῳ [49] διὰ τὴν Ἀκτὴν μάλιστα κυριεύουσα. ἡ δὲ δὴ Ἀκτὴ [c] ἐπέπρατο μὲν D
ἐκ τῆς Ἀσίας· ἀγαπηθεῖσα δὲ ὑπὸ τοῦ Νέρωνος, ἔς τε τὸ τοῦ Ἀττάλου γένος ἐσήχθη, καὶ πολὺ καὶ [50] ὑπὲρ τὴν Ὀκταουίαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἠγαπήθη. ἡ οὖν Ἀγριππῖνα διά τε ἄλλα καὶ διὰ ταῦτ' ἀγανακτοῦσα, τὸ μὲν πρῶτον νουθετεῖν αὐτὸν ἐπειρᾶτο, καὶ τῶν συνόντων αὐτῷ τοὺς μὲν πληγαῖς ᾐκίζετο, τοὺς δὲ ἐκποδὼν ἐποιεῖτο· ὡς δὲ οὐδὲν ἐπέραινεν, ὑπερήλγησε καὶ εἶπεν αὐτῷ, ὅτι, [51] "Ἐγώ σε αὐτοκράτορα ἀπέδειξα," ὥσπερ ἀφελέσθαι τὴν μοναρχίαν αὐτοῦ δυναμένη. οὐ γὰρ ἠπίστατο ὅτι E
πᾶσα ἰσχὺς αὐταρχος, παρ' ἰδιώτου δοθεῖσά τῳ, τοῦ τε δόντος αὐτὴν εὐθὺς ἀπαλλάττεται, καὶ τῷ λαβόντι κατ' ἐκείνου προσγίνεται. τὸν δὲ [52] Βρεττανικὸν φαρμάκῳ δολοφονήσας ὁ Νέρων, ἐπειδὴ πελιδνὸς ὑπὸ τοῦ φαρμάκου ἐγενήθη, [53] γύψῳ ἔχρισεν. ὑετὸς δὲ διὰ τῆς ἀγορᾶς αὐτοῦ [d] ἀγομένου πολὺς, ὑγρᾶς ἔτι οὔσης τῆς 693
γύψου, ἐπιπεσὼν, πᾶσαν αὐτὴν ἀπέκλυσεν, ὥστε τὸ δεινὸν μὴ μόνον ἀκούεσθαι, ἀλλὰ καὶ ὁρᾶσθαι. [[e] τοῦ Βρεττανικοῦ τελευτήσαντος, οὐθ'

c ἐπέπρατο. diſcrepant hic editiones. ἀπέπρατο, RS. & HS. in minore. ἐπέπρατο, HS. in majore. ἐπέπρακτο, L. mediam lectionem prætuli, confirmatam a Br. d ἀγομένου. διαγομένου, Coisl. Br. Pal. & Mer. ἀγόμενος, perperam RS. e τοῦ Βρεττανικοῦ &c. hæc ex Exc. Peir. p. 682. ſq. petita, partim plane non, partim longe contractius exhibebant Xiphilini editiones.

68. XI. 37, 4. XII. 3, 3. XIII. 1, 1. & Valeſium infra p. 714. § 140. Hic filius C. Appii Junii Silani Coſ. A. V. 781. de quo *Dio* pag. 674. A. ex Æmilia Lepida pronepte Auguſti. *Plin.* H. N. VII. 13. *Tac.* XIII. 1. Conſul A. V. 799. *Dio* p. 683. B. proinde non confundendus cum M. Junio Silano Coſ. A. U. 772. & ſocero Caji Imperat. quem *Dio* tangit p. 615. A. & 645. ſq. item Inſcriptio *Gruter.* MXLI. 14. *Plin.* II. 87.

§ 46. (l. 79.) οὐδὲ ἐν τοῖς ἤθεσι τοῦ γένους ἐνδεέστερος] Repugnat Dioni *Tacitus* l. c. cui *ſegnis & dominationibus aliis faſtiditus, adeo ut C. Cæſar pecudem auream eum appellare ſolitus ſit.* Id vero dictum Caji *Dio* p. 646. A. ad ſocerum Caji refert, & præterea in bonam partem accipit. Qua in re bifariam erratum eſſe a Dione, eruditiſſimo Ryckio ad Tacit. XIII. 1, 1. facile aſſentior. Nam ovis ſimpliciter forte aliquis dici poſſit propter innocentiam, πραότητα, aut clementiam morum; ſed *ovem auream* aut *pecudem auream* qui dicit, is nulla facultate ingenii, nulla virtute, ſed ſolis divitiis æſtimatum dicere videtur, ſicut loca ex Galeno & Laertio a Fabricio ſuperius producta docent. Conſequens igitur eſt, non in ſocerum Caji, virum undiquaque præſtantiſſimum, ſed in hunc Silanum potius id falſe jactatum rectius dici a Tacito, nec convenire illi hæc Dionis: οὐδὲν τοῦ γένους ἐνδεέστερος τοῖς ἤθεσι, quem nulla virtute eminenti commendabat vulgi fama, ſed tantum velut *virum ætate compoſita, inſontem, nobilem, & quod tunc ſpectaretur, e Cæſarum poſteris. Tac.* XIII. 1. Poterat autem jam ſua ætate Cajus hanc inertem Silani innocentiam pervidere in viro, qui ſub principium imperii ejus jam annum XXIV. attigiſſet, ut obſervat *Ryckius* l. c.

§ 47. (l. 85.) Λαιλιανὸς] Huic forte ſuffectus eſt Annæus Serenus, Senecæ familiaris, & miniſter amorum Neronis adverſus Acten libertam, *Tac.* XIII. 13. quem præfectum vigilum paulo poſt fuiſſe apparet ex *Plinio* XXII. 23.

§ 48. (l. 87.) τοῦ Πωλίωνος βελτίων] Cælius Pollio, præfectus militum in Armenia (A. U. C. 805.) [illegible] niæ Regem, ſocium populi Romani, pe[illegible] diderat, ut refert *Tacitus* libro XII. c. [illegible] tum imperante. [illegible]

§ 49. (l. 92.) διὰ τὴν Ἀκτὴν] *Suet.* [illegible] *paullum abfuit quin juſto matrimonio ſibi* [illegible] *ſis conſularibus viris qui regio genere orta*[illegible] Mentio hujus *Claudiæ Actes*, vel ſimpliciter *A*[illegible] rum inſcriptionibus apud *Phil. a Turre*, [illegible] Antii P. I. c. 8. p. 121. ſq. quæ opibus [illegible] probant, quibus nunquam penitus excidi[illegible] reliquias Neronis Domitiorum monumen[illegible] c. 50. In conſcientia amoris fuerunt, p[illegible] num, de quo § 47. Otho & Cl. Senecio [illegible] quin Seneca ipſe remedium contra inceſt[illegible] næ ab hac Acte petiiſſe dicitur *Cluvio* ap[illegible] cum Paulo Apoſtolo collocutam, & chriſt[illegible] iſſe, ex Chryſoſtomo diſputat *Triſtanus* [illegible] quo confer *Ryckium* in Addendis ad Ta[illegible]

§ 50. (l. 96.) ὑπὲρ τὴν Ὀκταουίαν] D[illegible] via *Dio* p. 687. A. Duxerat illam ann[illegible] 806. *Tac.* XII. 58. cum ipſa undecimum [illegible] ad p. 704. § 61. Numos in eam dabit [illegible] *us* p. 454. *Spanhem.* diſſ. XI. p. 282. *Pati*[illegible] *Frölich* Tentam. p. 88. vide & ſupra § 6.

§ 51. (l. 3.) ἐγώ σε αὐτοκράτορα ἀπέδειξα] Adde quæ *Tacitus* habet XIII. 14. *Præceps poſthac Agrippina ruere in terrorem*

ὅυθ' ὁ Σενέκας καὶ ὁ Βοῦῤῥος ἐπιμέλειάν τινα ἀκριβῆ τῶν κοινῶν ἐποιοῦντο, ἀλλ' ἠγάπων εἰ καὶ μετρίως πως διάγοντες αὐτὰ περισωθεῖεν. καὶ ἐκ τούτου ὁ Νέρων λαμπρῶς ἤδη πάντων ὧν ἤθελεν ἐπ' ἀδείας ἐνεπίμπλατο. καὶ οὕτω γὰρ ἐκφρονεῖν ἄντικρυς ἤρξατο, ὥστε καὶ Ἀντώνιόν τινα ἱππέα αὐτίκα ὡς καὶ φαρμακέα κολάσαι, καὶ προσέτι καὶ τὰ φάρμακα δημοσίᾳ καταφλέξαι. αὐτὸς μὲν γὰρ καὶ ἐπὶ τούτῳ,, καὶ ἐπὶ τῷ [54] διαθήκας τινὰς κακουργήσασί τισιν ἐπεξελθεῖν ἐσεμνύνετο· τοῖς δὲ ἄλλοις γέλωτα ἰσχυρὸν παρέχεν, ὅτι τὰ ἑαυτοῦ ἔργα δι' ἑτέρων ἐκόλασεν.

Καὶ πολλὰ μὲν οἴκοι, πολλὰ δὲ καὶ ἐν τῇ πόλει, νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, ἐπικρυπτόμενός πη, [55] ἠσέλγαινε. καὶ ἔς τε καπηλεῖα ἐσῄει, καὶ πανταχόσε ὡς καὶ ἰδιώτης ἐπλανᾶτο. πληγαί τε ἐκ τούτων καὶ ὕβρεις συχναὶ ἐγίνοντο, ὥστε καὶ μέχρι τῶν θεάτρων τὸ δεινὸν προχωρῆσαι. οἱ γάρ τοι περὶ τὴν ὀρχήστραν καὶ περὶ τοὺς ἵππους ἔχοντες, οὔτε τῶν στρατιωτῶν οὔτε τῶν ὑπάτων ἐφρόντιζον. ἀλλ' αὐτοί τε ἐστασίαζον καὶ τοὺς ἄλλους προσεπεσπῶντο, οὐχ ὅτι κωλύοντος σφᾶς τοῦ Νέρωνος, ὅσα ἀπὸ βοῆς, ἀλλὰ καὶ προσεκταράσσοντος. καὶ γὰρ ἔχαιρε τοῖς δρωμένοις, [56] ἔν τε φορείῳ τινὶ λάθρα ἐς τὰ θέατρα ἐσκομιζόμενος, κἀκ τοῦ ἀφανοῦς τοῖς ἄλλοις ἐφορῶν τὰ γιγνόμενα. ἀμέλει καὶ τοὺς [57] στρατιώτας, τοὺς ἀεὶ ποτε ταῖς τοῦ δήμου συνόδοις παρεῖναι εἰωθότας, ἀπηγόρευσε μὴ φοιτᾶν ἐς αὐτάς. πρόφασιν μέν, ὡς καὶ τὰ στρατιωτικὰ αὐτοὺς μόνα διὰ χειρὸς ποιεῖσθαι δέον· τὸ δ' ἀληθές, ἵν' ὅτι πλείστη τοῖς τι βουλομένοις ταράσσειν ἐξουσία εἴη. τῇ δὲ αὐτῇ σκήψει καὶ πρὸς τὴν μητέρα ἐχρήσατο. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ [58] ἐκείνῃ συνεῖναι στρατιώτην τινὰ ἐπέτρεπε, λέγων μηδένα ἄλλον ὑπ' αὐτῶν πλὴν τοῦ αὐτοκράτορος φρουρεῖσθαι χρῆναι. [f] καὶ τοῦτό γε καὶ ἐς τοὺς πολλοὺς

tannico, & Seneca & Burrus curam poſthæc reipublicæ longe minorem habuere, contenti ſi mediocri cura in adminiſtrandis rebus defuncti, ſuas ipſi res in tuto collocarent. Proinde Nero jam aperte, & cum ſumma licentia in omne libidinis genus ſe effudit. Eoque palam amentiæ progreſſus eſt, ut Antonium equitem ſtatim ob veneficia ſupplicio afficere, & venena publice igni tradere non erubeſceret. Atque ille tum eo maxime gloriabatur, tum quod in nonnullos, fraudis in teſtamento admiſſæ reos, animadverterat; cæteris vero amplam ridendi materiam præbuit, quippe qui ſua ipſius ſcelera in aliis puniret.

A.U.C.808 Nerone & L. Vetere COSS.

8. Interim Nero crebro domi atque in urbe, noctu atque interdiu, paſſim latens graſſari: popinas introire: ac privati habitu ubique vagari: qua ex re multis vulnera atque injuriæ frequentes inferebantur. Ejusque mali labes etiam ad theatra pervenit: namque hiſtrionum aut agitatorum fautoribus, nec militum jam, nec Conſulum cura metusve erat; ſed cum ipſi in ſtudia diſciſſi tumultus ciebant, tum vero alios ad partes ſuas pertrahebant, non modo non coercente id Nerone, ſaltem voce, ſed etiam magis incitante. Delectabatur enim ejusmodi rebus, geſtatoria ſella clam in theatrum illatus, & ex loco, ubi conſpici non poſſet ab aliis, cuncta quæ agebantur inſpiciens. Quin & milites, qui in omnibus populi conventibus ſtationes ſuas habere conſueverant, poſthæc vetuit eo accedere: ſpecie quidem, quod milites militaria duntaxat agere debere diceret; re ipſa autem, quo major tumultuandi licentia volentibus pateret. Eadem ſpecie adverſus matrem uſus, cuſtodiam militarem ei ademit, cauſatus, neminem a militibus præter imperatorem cuſtodiri debere: quo facto inimicitiam quam cum matre

[f] καὶ τοῦτό γε καὶ ἐς τοὺς πολλοὺς τὴν ἔχθραν αὐτοῖς ἐξέφηνεν. non videntur ſimul ſtare poſſe τοῦτο & αὐτοῖς. forte κἀκ τούτου vel κἀπὶ τούτῳ vel potius καὶ οὕτω ſcribendum.

terrorem & minas, neque Principis auribus abſtinere, quo minus teſtaretur, adultum jam eſſe Britannicum, veram dignamque ſtirpem ſuſcipiendo patris imperio &c. quæ res Britannico necem maturavit. *Id.* c. 15. conf. & *Sueton.* c. 33. ſic & Zonaras p. 568. D. forte ex Dione: τῆς δ' Ἀγριππίνης περιθύμως ὀργισθείσης, καὶ ἀπειλησαμένης τὸν Βρεττανικὸν αὐτοκράτορα καταστήσειν, φοβηθεὶς ὁ Νέρων, ἀπέκτεινε φαρμάκῳ αὐτόν.

§ 52. (l. 9.) Βρεττανικὸν φαρμάκῳ] Per Lucuſtam veneficam, (de qua ad *Dionem* p. 688. A. Fabricius noſter § 318. & *Tac.* XII. 66.) venenum, ſed minus efficax primo, ſuppeditatum; deinde, minante illi Nerone, præſentius ab eadem paratum, quod innoxiæ potioni prægustatæ, ſed præcalidæ, in frigida affuſum eſt. *Tac.* XIII. 16. Eadem ratione Alexandro inſinuatum venenum traditur apud *Juſtin.* XII. 14. & nonnemini a Vitellio apud *Sueton.* 14. Non igitur in cibo datum eſt Britannico venenum, ut auctor eſt *Ælianus* Hiſt. An. V. 19. Alias vero Neronem lepore marino, epulis miſto, adverſus inimiciſſimos ſibi uſum eſſe, ſcribit *Philoſtratus* vita Apollon. VI. 32. p. 271. Exſtinctus eſt Britannicus A. U. C. 808. ſi *Tacito* XIII. 25. credimus, *propinquo die, quo quartum decimum ætatis annum explebat*, vel potius XIII. annos natus. vide § 2. Laudatur & defletur in *Senecæ* Octavia Act. I. v. 166.

§ 53. (l. 11.) γύψῳ ἔχρισεν] Dubitare hac de re liceret, ex Tacito XIII. 17. *nox eadem necem Britannici & rogum conjunxit, proviſo ante funebri apparatu qui modicus fuit.* Omnia enim hæc operire nox potuiſſet, ut jam Lipſio obſervatum. Tam præceps ſepultura in aliis ejusmodi caſibus obſervatur. Nam cum filium necaſſet Oppianicus, *puer ante noctem mortuus, antequam luceret combuſtus eſt.* *Cic.* pro Cluent. c. 9. Sic & matrem Nero. *Tac.* XIV. 9. *Suetonius* tamen confirmat cap. 33. *poſtero die, raptim inter maximos imbres* (Britannicum) *tranſlatitio extulit funere.*

§ 54. (l. 25.) διαθήκας τινὰς κακουργήσασι] Ea occaſione Senatusconſultum factum eſt id, cujus meminit *Suetonius* in Nerone, c. 17. VALES.

Verba hæc ſunt: *ne tabulæ, niſi pertuſæ, ac ter lino per foramen trajecto, obſignarentur: ut in teſtamentis primæ duæ ceræ, teſtatorum modo nomine inſcripto, vacuæ ſignaturis oſtenderentur: ac ne quis alieni teſtamenti ſcriptor legatum ſibi adſcriberet.* Falſarios etiam nonnullos ſub Nerone damnatos eſſe, adnotat *Tacitus* XIV. 40. ſq. ad A. U. C. 814.

§ 55. (l. 31.) ἠσέλγαινε, καὶ ἔς τε καπηλεῖα ἐσῄει] De commeſſationibus conf. *Suet.* c. 26. & *Tacitum* XIII. 25. qui ad A. U. C. 809. refert. Dio infra p. 707. C. omnem fere vitam in popinis conſumſiſſe Neronem ait, quanquam vetuerit, ne aliis quicquam cocti præter legumina venderetur.

§ 56. (l. 40.) ἐν φορείῳ λάθρα] *Suetonius* c. 26. *interdiu clam geſtatoria ſella delatus in theatrum ſeditionibus Pantomimorum ex parte proſcenii ſuperiori ſignifer ſimul & ſpectator aderat.* VALES.

§ 57. (l. 43.) στρατιώτας ταῖς τοῦ δήμου συνόδοις] *Tacitus* lib. XIII. c. 24. ad A. U. C. 808. *Fine anni*, inquit, *ſtatio cohortis aſſidere ludis ſolita demovetur, quo major ſpecies libertatis eſſet, utque miles theatrali licentiæ non permixtus incorruptior ageret.* VALES.

§ 58. (l. 50.) ἐκείνῃ συνεῖναι στρατιώτην τινὰ] *Suetonius* cap. 34. *matrem — mox & honore omni & poteſtate privavit, abductaque militum & Germanorum ſtatione, contubernio quoque ac Palatio expulit.* Factum hoc *Tacitus* XIV. 18. ſq. ad A. U. C. 808. cum morte Britannici conjungit, quod & Suetonius fecit: uterque Germanos corporis cuſtodes memorat, ſicut Batavos & Friſios Neronis cuſtodes corporis ex inſcriptionibus produxit Cl. *Fabrettus* ad Col. Traj. p. 183. & Inſcript. antiq. c. X. num. 97. 98. vide & *Suet.* Aug. 49.

A.U.C.808 Nerone & L. Vetere COSS.

tre exercebat, omnibus ipſe patefecit.] Cum ergo matri palam & aperte infenſus eſſet, fiebat ex eo, ut multa, quæ quotidie fere in ſe invicem dicerent facerentve, proferrentur extra palatium; licet omnia non divulgarentur, ſed alii de iis aliter conjicerent, ac rumores ſpargerent. Nam pro ipſorum improbitate ac libidine, tam ea, quæ poterant contigiſſe, tanquam facta paſſim dicebantur; tum quæ prodita veri ſpeciem maximam habebant, ceu vera credebantur. Tum igitur primum multi, quum viderent eam absque ſatellitibus, ſibi cavebant, ne obviam facti, cum ea ſermones conferrent. Quod ſi quis ei aliquo caſu occurriſſet, ſtatim ne verbulo quidem facto diſcedebat.

9. Per id tempus editum eſt ſpectaculum, in quo homines equis inſidentes, tauros inſectando occiderunt: tum ab equitibus ſtipatoribus corporis Neronis, quadringenti urſi cum trecentis leonibus haſtis transfixi ſunt, equiteſque militantes triginta more pugnarunt gladiatorum. Quum autem hæc aperte faceret, tum occulte noctu per totam urbem debacchabatur: mulieribus puerisque ſtuprum inferebat: ſpoliabatque eos, qui ſibi fierent obviam; feriebat, vulnerabat, occidebat. Quumque hæc faceret, putabat clam homines eſſe, propterea quod variis generibus veſtium & appoſitis comis uteretur: ſed ex comitatu, factiſque, facile agnoſcebatur. Nec enim eſſet auſus quiſquam, tot & tanta facinora tam ſecure perpetrare. Nam ne domi quidem eſſe ulli tutum erat, Nerone in domos atque officinas inſultante. Itaque Julius Montanus ſenator, incenſus uxoris cauſa, facto in

A.U.C.809 Q. Voluſio & P. Scipione COSS.

πολλοὺς τὴν ἔχθραν αὐτὸς ἐξέφηνεν,] καὶ τῇ μητρὶ δὲ ἤδη φανερῶς ἐκπεπολέμωτο. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα ὅσα καθ' ἑκάστην, ὡς εἰπεῖν, ἡμέραν B καὶ ἔλεγον ἐς ἀλλήλους καὶ ἔπραττον, ἐξῄει μὲν ἐκ τοῦ παλατίου, οὐ μέντοι καὶ πάντα ἐδημοσιεύετο, ἀλλὰ κατείκαζον αὐτὰ καὶ ἐλογοποίουν [g] ἄλλοι ἄλλως. πρὸς γὰρ δὴ τὴν πονηρίαν τήν τε ἀσέλγειαν σφῶν, τά τε ἐνδεχόμενα [h] γενέσθαι ὡς γεγονότα διεθροεῖτο, καὶ τὰ πιθανότητά τινα λεχθῆναι ἔχοντα, ὡς καὶ ἀληθῆ, ἐπιστεύετο. τότε δὲ πρῶτον ἰδόντες αὐτὴν ἄνευ δορυφόρων, οἱ μὲν πολλοὶ ἐφυλάττοντο μηδ' ἐκ C συντυχίας αὐτῇ συμμίξαι· εἰ δέ πού τις καὶ συνέτυχε, διαταχέως ἄν, μηδὲν εἰπών, ἀπηλλάγη.

Ἐν δέ τινι θέᾳ ἄνδρες [59] ταύρους ἀπὸ ἵππων, συμπαραθέοντες σφίσι, κατέστρεφον· τετρακοσίας τε ἄρκτους καὶ τριακοσίους λέοντας οἱ ἱππεῖς οἱ σωματοφύλακες τοῦ Νέρωνος κατηκόντισαν· ὅτε καὶ ἱππεῖς ἐκ τοῦ τέλους τριάκοντα ἐμονομάχησαν. ἐν μὲν δὴ οὖν τῷ φανερῷ ταῦτ' ἐποίει· κρύφα δὲ νύκτωρ ἐκώμαζε κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν, [i] ὑβρίζων ἐς τὰς γυναῖκας, ἀσελγαίνων ἐς τὰ μειράκια, ἀποδύων τοὺς ἀπαντῶντας, παίων, τιτρώσκων, φονεύων. D καὶ ἐδόκει μέν πως λανθάνειν, (καὶ γὰρ ἐσθῆσι ποικίλαις καὶ κόμαις περιθέτοις ἄλλοτε ἄλλως ἐχρῆτο) ἠλέγχετο δὲ ἔκ τε τῆς ἀκολουθίας, καὶ ἐκ τῶν ἔργων. οὐδεὶς γὰρ ἂν τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα ἀδεῶς [k] οὕτω ποιῆσαι ἐτόλμησεν. οὐδὲ γὰρ οὐδ' οἴκοι μένειν ἀσφαλὲς οὐδενὶ ἐγίγνετο, ἀλλὰ καὶ ἐς ἐργαστήρια E καὶ οἰκίας ἐσεπήδα. [60] Ἰούλιος οὖν τις [l] Μουντανὸς βουλευτής, ἀγανακτήσας ὑπὲρ τῆς

g ἄλλα ἄλλως, vulgo. ἄλλοι ἄλλως, HS. quæ emendatio propemodum dubio caret. h γενέσθαι. γένεσιν, Coisl. item Pal. & Br. cum ſpatio vacuo, quaſi aliquid deeſſet. ſed corrupta vox eſt, nata forte ex compendio ſcribendi in γενέσθαι adhibito. i ὑβρίζων ἐς τὰς γυναῖκας. conſtructio ſoloeca, ſi credimus Luciano in Soloeciſta c. 10. Tom. III. p. 580 ſq. ſed Attici, & ipſe Lucianus, confundit interdum cum altera ὑβρίζων τὰς γυναῖκας. vide Interpretes l. c. & ad Dial. Deor. XII. 1. T. I. p. 232. k ἀδεῶς οὕτω. ſic Peir. pro vulgato ἀδεῶς οὕτως. quorum illud rectius judicat etiam Valeſ. l Μουντανός. Μοντανός, Salm.

§ 59. (l. 68.) ταύρους ἀπὸ ἵππων συμπαραθέοντες] Ea erat venatio Theſſalorum equitum, exhibita primum a Jul. Cæſare, teſte *Plinio* VIII. 45. deinde Claudio. Paucis deſcribit *Suetonius* Claud. c. 21. *exhibuit præterea Theſſalos equites, qui feros tauros per ſpatia circi agunt, inſiliuntque defeſſos. & ad terram cornibus detrahunt.* vide plura hanc in rem apud *Salmaſium* ad Treb. Poll. in Gallieno c. 12. p. 218. & alios *Pitiſco* laudatos ad Suet. l. c.

§ 60. (l. 84.) Ἰούλ. Μουντανὸς βουλευτής] Non ſenatorem, ſed *laticlavium quendam* vocat *Sueton.* c. 26. id eſt, ſecundum *Tacitum* XIII. 25. *ſenatorii ordinis, ſed qui nondum honorem capeſſiſſet.* Inſtituerat enim hoc Auguſtus, auctore *Suet.* Octav. 38. *Liberis ſenatorum, quo celerius reipublicæ aſſueſcerent, protinus virilem togam, latum clavum induere, & curiæ intereſſe, permiſit.* Vide ibi *Caſaubonum*, & *Lipſ.* ad Taciti l. c. *Heineccium* ad leg. Jul. p. 112.

§ 61. (l. 88.) ὑπὸ τῶν ὑπωπίων] De Imperatore Vero *Capitolinus* cap. 4. *Fertur — in tantum vitiorum Cajanorum & Neronianorum ac Vitellianorum fuiſſe æmulum, ut vagaretur nocte per tabernas ac lupanaria, obtecto capite cucullione vulgari viatorio, & comiſſaretur cum triconibus, & committeret rixas, diſſimulans quis eſſet, ſæpeque afflictum livida facie rediiſſe.* Intelligitur hinc, ὑπώπια eſſe τὰ ὑπὸ τοὺς ὦπας τῶν πληγῶν ἴχνη, ut recte *Pollux* II. 52. Adde *Suid. Heſych.* & quæ viri docti ad Luc. XVIII. 5. & 1 Cor. IX. 27. Huic incommodo remedium inventum eſſe Neroni, diſcimus ex *Plinio* XIII. 22. *Thapſiæ radicem tundunt in pila, & ſuccum in ſole coactum dividunt in paſtillos. Nero Cæſar claritatem ei dedit initio imperii, nocturnis graſſationibus converberatam faciem illinens ſibi cum thure ceraque, & ſequuto die contra famam cutem ſinceram circumferens.*

§ 62. (l. 93.) συγγνώμην αἰτούμενος] Poſt hæc verba videntur quædam Dionis excidiſſe, quorum reliquiæ ſunt in MS. Peireſc. cujus varias lectiones dedit Valeſius ad calcem Excerptor. ἰδὼν δὲ ταῦτα ὁ δορυφόρος, quod ego interpretor de Doryphoro, qui a libellis erat Neroni, ſeu libellos ſupplices examinanti aſſiſtebat, adeoque ſupplicem libellum Montani inſpexerat. vide § 32. Sed ſequentia, etiam in hoc codice, deſunt; unde adjectum eſt lacunæ ſignum, ΖΗΤΕΙ.

§ 63. (l. 96.) ἐν δέ τινι θεάτρῳ] Theatrum pro Amphitheatro, quod & *Dioni* θέατρον κυνηγετικόν. Vide p. 225. A. 647. E. 695. B. 757. B. & ſic apud *Joſephum* Ant. XIX. 1. § 13. aliosque. conf. *Petavium* ad Juliani epiſt. p. 119. edit. Spanh. *Suetonius* c. 12. *munere, quod in Amphitheatro ligneo, in regione Martii campi, intra anni ſpatium fabricato, dedit.* Exſtructum autem id eſſe A. U. C. 810. diſcimus ex *Tacito* XIII. 31. ut vel hoc anno, vel ſequenti munus editum videatur, ſed quo nomine, non dixerim. Exſtruxerat quidem jam amphitheatrum lapideum Statilius Taurus: *Dio* p. 460. D. ſed hoc jam neglexerat Cajus, exſtructis alibi e ligno aliis. *Id.* p. 647. D. E. Quod ſi perfecit Nero illud juxta Septa, quod inchoatum Cajus reliquerat, *Suet.* Caj. 21. de quo vide *Lipſium* de Amphitheatro cap. 5. ligneum certe non crediderim fuiſſe.

§ 64. (l. 98.) ἰχθύας καὶ κήτη] *Sueton.* 12. 4. *exhibuit & naumachiam, marina aqua innatantibus belluis.* *Martialis* de naumachia Titi, libro de ſpectac. ep. 28.

— — *vidit in undis*
Et Thetis ignotas & Galatea feras.

§ 65. (l. 99.) ναυμαχίαν τε ἐποίησε] Imitatus Auguſti naumachiam, qui Perſidas induxit Cecropicasque rates. vide ad p. 555. A. 699. C. ſicut Claudius Siculam & Rhodiam claſſem commiſit p. 687. B. Vicit utrumque Nero, quod ante & poſt naumachiam omne genus ſpectaculorum edidit. Sed Titi

τῆς γυναικὸς, προσέπεσέ τε αὐτῷ, καὶ πληγὰς πολλὰς ἐνεφόρησεν ὥσθ' [61] ὑπὸ τῶν ὑπωπίων συχνὰς αὐτὸν ἡμέρας κρυφθῆναι· καὶ ἔπαθεν ἐπὶ τούτῳ δεινὸν οὐδέν. ὁ γὰρ Νέρων, [m] ἐκ συντυχίας ἄλλως ὑβρίσθαι νομίσας, [n] οὐδεμίαν ὀργὴν ἐποιεῖτο, εἰ μὴ ἐπέστειλεν αὐτῷ [62] συγγνώμην [o] αἰτούμενος.
694 ὡς γὰρ ἀναγνοὺς ὁ Νέρων τὰ γράμματα ἔφη, [p] Οὐκοῦν ᾔδει, Νέρωνα τύπτων, αὐτὸν κατεχρήσατο; [63] ἐν δέ τινι θεάτρῳ θέας ἐπιτελῶν, εἶτα πληρώσας ἐξαίφνης τὸ θέατρον ὕδατος θαλασσίου, ὥστε καὶ [64] ἰχθύας καὶ [q] κτήνη ἐν αὐτῷ νήχεσθαι, [65] ναυμαχίαν τε ἐποίησε Περσῶν δή τινων καὶ Ἀθηναίων· καὶ μετ' αὐτὴν τό, τε ὕδωρ εὐθὺς ἐξήγαγε, καὶ ξηράνας τὸ δάπεδον, πεζοὺς πάλιν οὐχ ὅπως ἕνα πρὸς ἕνα, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς ἅμα πρὸς ἴσους συνέβαλεν.

Ἐγένοντο δὲ μετὰ ταῦτα καὶ δικανικοὶ ἀγῶνες· ἐξ ὧν καὶ αὐτῶν συχνοὶ καὶ ἔφυγον καὶ ἀπέθανον. [r] ὁ δὲ [66] Σενέκας αἰτίαν ἔσχε, καὶ ἐνεκλήθη
B ἄλλα τε, καὶ ὅτι τῇ Ἀγριππίνῃ συνεγίνετο. [[s] οὐ γὰρ ἀπέχρησεν αὐτῷ τὴν [67] Ἰουλίαν μοιχεῦσαι, οὐδὲ βελτίων ἐκ τῆς φυγῆς ἐγένετο· ἀλλὰ καὶ τῇ Ἀγριππίνῃ, τοιαύτῃ τε οὔσῃ καὶ τοιοῦτον υἱὸν ἐχούσῃ, ἐπλησίαζεν.] οὐ μόνον δὲ καὶ ἐν τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν ἄλλοις πάντα τὰ ἐναντιώτατα οἷς ἐφιλοσόφει ποιῶν ἠλέγχθη. καὶ γὰρ τυραννίδος κατηγορῶν, [68] τυραννοδιδάσκαλος [t] ἐγίνετο· καὶ τῶν συνόντων τοῖς δυνάσταις κατατρέχων, οὐκ ἀφίστατο τοῦ παλατίου· τούς τε [69] κολακεύοντάς τινα διαβάλλων, [u] οὕτω τὴν Μεσσαλῖναν καὶ τοὺς Κλαυδίου ἐξελευθέρους ἐθώπευσεν, [[x] ὥστε καὶ [70] βιβλίον σφίσι ἐκ τῆς νήσου

in Neronem impetu, multas ei plagas inflixit; ita ut per complures dies in conſpectum hominum, præ lividis illis plagis in facie, non venerit. Quæ res per ſe Montano nullum damnum attulit. Quippe Nero, qui fortuito caſu ſe læſum putabat, nihil irarum inde concepiſſet, niſi ipſe veniam petiiſſet per literas. Quibus literis lectis, Nero ita reſpondit: Nonne ergo qui verberavit Neronem ſe ipſum jam vita ſpoliavit? Quum autem in amphitheatro quodam ſpectacula præbuiſſet, mox eodem derepente aqua marina expleto, in qua piſces & belluæ natabant, prœlium navale Perſarum cum Athenienſibus fecit: deinde ſubito aquam eduxit, exſiccatoque ſolo, rurſum multos pedites, non modo ſingulos, ſed etiam confertos, pari utrinque numero congredi juſſit.

A.U.C. 809 Q. Voluſio & P. Scipione COSS.

A.U.C. 810 Nerone II. & L. Piſone COSS.

10. Poſt hæc ſecuta ſunt certamina judicialia, quibus ipſis quoque multi in exilium acti, alii interfecti ſunt. In his Seneca reus factus eſt cum aliorum ſcelerum, tum præſertim quod cum Agrippina rem haberet. Nec enim contentus adulterio Juliæ, nec exilio prudentior factus, etiam ad Agrippinam, talium morum feminam, & hujusmodi filium habentem, ſe applicuit. Non autem in hac re ſolum, ſed in pleriſque aliis, contra prorſus facere viſus eſt, quam philoſophabatur. Quum enim tyrannidem improbaret, tyranni præceptor erat: quumque inveheretur in eos, qui cum principibus verſarentur, ipſe a palatio non diſcedebat. Et qui aſſentatores probris inceſſeret, idem Meſſalinam ac libertos Claudii adulatione ambierat, ut librum refertum eorum laudibus ex inſula

m ἐκ συντυχίας. pro his in Pal. (addo & Coisl. & Br.) eſt ἐν τῷ τ. . . ut fortaſſe ſcriptum fuerit ἐν τῷ ταράχῳ. Sylb.
n οὐδεμίαν ὀργὴν ἐποιεῖτο. videtur deeſſe particula ἂν ante ἐποιεῖτο, quod nove dictum erit pro ἐποιήσατο, ſic tamen ut magis novum futurum ſit ἐποιεῖτο, pro ἐποιήσατο ἄν. HS. o αἰτούμενος. Peir. addit: ὁρῶν δὲ ταῦτα ὁ διηνεφόρος ΖΗΤΕΙ. mox, pro ὡς γὰρ ἀναγνοὺς dicendum fuit vel ἀναγνοὺς γάρ, vel ὡς γὰρ ἀνέγνω. ſed fortaſſe literæ hæ ὡς ſunt ultimæ adverbii ἐυθέως. HS. ego ex ultima ſyllaba præcedentis αἰτούμενος irrepſiſſe judico, & expungendas, ut legatur ἀναγνοὺς γὰρ ὁ Νέρων, L. ἀναγνοὺς poſitum pro ἀνέγνω, Sylb. p οὐκοῦν. οὐκ οὖν diviſe habet Pal. ſtatim pro αὐτὸν κατεχρήσατο, priores editiones αὐτὸν κατεχρήσατο. recepit autem illam Xylandri emendationem probatam Sylburgio, L. q κῆτη. ſi κῆτη malis, non refragabor, Sylb. r ὁ δὲ Σενέκας αἰτίαν ἔσχε καὶ ἐνεκλήθη ἄλλα τε, ſic Exc. Peir. p. 685. vulgo: ἐνεκλήθη δὲ καὶ ὁ Σενέκας ἄλλ' ἄττα. s οὐ γὰρ ἀπέχρ. &c. ſunt hæc Dionis ex Exc. Peir. l. c. t ἐγίνετο. ἐγένετο, Exc. Peir. u οὕτω τὴν Μεσσαλῖναν καὶ τοὺς Κλαυδίου. pro his verbis Excerptor. Peir. vulgati libri Xiphilini ſic habent: αὐτὸς καὶ τὰς βασιλίδας καὶ τοὺς ἐξελ. ἐθώπευε. x ὥστε καὶ, cum interjectis, usque ad ἀπήλειψε, pleniora ſunt Dionis l. c. pro his Xiphilini: καὶ τινῶν καὶ ἐγκώμια συνέθετο.

ti tamen, vel ut alii, Domitiani naumachiam Neronianæ præfert *Martialis* lib. de Spect. ep. 28.

Quicquid & in Circo ſpectatur & Amphitheatro,
Dives Cæſarea præſtitit unda tibi.
Fucinus & pigri taceantur ſtagna Neronis:
Hanc norint unam ſæcula naumachiam.

§ 66. (l. 6.) Σενέκας αἰτίαν ἔσχε] *Tacitus* circa hæc tempora nullam Senecæ accuſationem memorat, ſed tantum lib. XIII. c. 42. P. Suilii, non ſine invidia Senecæ rei & damnati, invectivam in Senecam, qua eadem fere brevius continebantur, quæ hic Dio viro maximo iniquius exprobrat, ut ex hujusmodi aliqua oratione materiam criminandi Senecam noſter reperiſſe videri poſſit. Alibi tamen p. 655. B. ipſi audit ὁ πάντας μὲν τοὺς καθ' ἑαυτὸν Ῥωμαίους, πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλους σοφίᾳ ὑπερφέρων. vide & p. 690. E. ſq. & confer *Lipſium* lib. I. Manuduct. cap. 18 & de vita Senecæ c. 6. ſq. alioſque qui de vita ejus commentati ſunt, apud *Fabricium* Bibl. Lat. lib. II. c. 9. §. 6. quin ipſum *Senecam* ſe defendentem in libro de vita beata c. 17. ſq. & apud *Tacitum* XIV. 53. ſq.

§ 67. (l. 8.) τὴν Ἰουλίαν μοιχεῦσαι] Juliam Germanici filiam intelligit, quam Meſſalina Claudii uxor adulterii inſimulatam necavit, æmulatione accenſa, quod Claudius ſæpe ſolus cum ea colloqueretur. Seneca adulterii cum ea commiſſi crimine pulſatus, in exilium miſſus eſt, ut ait *Dio* lib. LX. (pag. 670. C.) poſtea favore & gratia Agrippinæ ab exilio revocatus, præturam insuper accepit, teſte *Tacito* lib. XII. c. 8. (conf. Dionem p. 686. D. § 295.) VALES.

§ 68. (l. 14.) τυραννοδιδάσκαλος] Non certe ejusmodi fuit, quales Agrippam & Antiochum Caji τυραννοδιδασκάλους deſcribit *Dio* p. 658. E. Bene meritus eſt Seneca de republica, quod formandum & regendum ſuſcepiſſet Principem, eumque ferocem: quod libri ejus de clementia, ad Principem ſcripti, quod orationes ei ſuppeditatæ, ad Auguſti manſuetudinem ducentes, quod quinquennium primum Neronis mitius, quod multa per Senecam in melius reformata teſtantur. vide ſupra § 14. 18. 20. 25. Suſpectum quidem cupiditatis dominandi Senecam facere poſſet nimia indulgentia in libidines Principis, § 26. verum ſi mutari potuit.

§ 69. (l. 17.) τοὺς κολακεύοντάς τινα] Videri tamen poſſit non tantum iis, qui circa Neronem erant, ſed & ipſi Neroni adulatus. Nam ut aliarum virtutum, ita veri amantiſſimum vocat, qui centuriones duos ad inveſtigandum caput Nili miſerit: Nat. Qu. VI. 8. clementiam Neronis ſupra illam Auguſti extollit: de clem. l. 1. 11. cometam, qui ſub Nerone apparuit, cometis ait detraxiſſe infamiam, nempe funeſti ominis: Nat. Qu. VII. 17. Quin Neronis principatum lætiſſimum vocat. ibid. c. 21. quanquam jam tum per omnes libidines graſſante principe, & matre interfecta.

§ 70. (l. 19.) βιβλίον ἐκ τῆς νήσου] Intelligit librum Senecæ de conſolatione ad Polybium, qui Polybii (is erat Claudii libertus) laudibus totus ſcatet. VALES.

Adde

A.U.C. 810 Nerone II. & L. Piſone COSS.

la miſerit, quem tamen pudore poſtea ductus ſtilo verſo delevit. Reprehendebat divites is, cujus facultates erant ter millies ſeſtertium: quique luxum aliorum damnabat, is quingentos tripodas habuit de ligno citrino, pedibus eburneis, ſimiles & pares inter ſe, quibus ipſe epulabatur. Ex quibus omnibus ea, quæ ſunt his conſentanea, quæque ipſe libidinoſe fecit, facile intelligi poſſunt. Nuptiis enim cum illuſtriſſima fœmina contractis, delectabatur tamen exoletis, idque Neronem facere docuerat; etſi antea tanta fuerat morum ſeveritate, ut ab eo peteret ne ſe oſcularetur, neve una ſecum cœnandi cauſa diſcumberet. [Et huic quidem rei aliquam obtendere ſpeciem poterat, quo philoſophiæ liberius vacaret, nullo ex regalibus conviviis impedimento; oſculum vero cur tantopere refugeret, nequeo excogitare. Nam quod unum quis ſuſpicari fortaſſe poſſet, noluiſſe illum ori impuro oſculum figere; id vero falſi revincitur ex pueris meritoriis. His igitur, & adulterii criminibus, in jus vocatus Seneca, tum quidem etiam ante inſtitutam accuſationem abſolutus, & pro Pallante ac Burro deprecatus eſt; poſtea vero pœnas dedit.]

11. [At Nero, cum verum a nemine acciperet, ſed facta cunctorum prædicatione excipi videret, latere facinora ſua, aut recte etiam patrata a ſe eſſe exiſtimabat. Proinde multo pejor ad alia quoque audenda evaſit. Quæcunque enim ſibi licebant, ea & recta cenſebat eſſe, iiſque demum, qui ſeu metu ſeu aſſentatione aliquid

νήσου πέμψαι, ἐπαίνους αὐτῶν ἔχον, ὃ μετὰ ταῦτα ὑπ' αἰσχύνης ἀπήλειψε.] τοῖς τε y πλουτοῦσιν ἐγκαλῶν, οὐσίαν 71 ἑπτακισχιλίων καὶ πεντακοσίων μυριάδων ἐκτήσατο· καὶ τὰς πολυτελείας τῶν ἄλλων αἰτιώμενος, 72 πεντακοσίους τρίποδας z κεδρίνου ξύλου ἐλεφαντόποδας ἴσους καὶ ὁμοίους εἶχε, καὶ ἐπ' αὐτῶν a εἱστιᾶτο. τοῦτο γὰρ εἰπὼν, καὶ τἄλλα τὰ ἀκόλουθα αὐτῷ δεδήλωκα, τὰς ἀσελγείας, ἃς πράττων, 73 γάμον τε ἐπιφανέστατον ἔγημε, καὶ μειρακίοις ἔξώροις ἔχαιρε, καὶ τοῦτο καὶ τὸν Νέρωνα ποιεῖν ἐδίδαξε· καίπερ τοσαύτῃ πρόσθεν αὐστηρότητι τῶν τρόπων χρώμενος, ὥστε καὶ αἰτήσασθαι παρ' αὐτοῦ, μήτε φιλεῖν αὐτὸν, μήτε συσσιτεῖν αὐτῷ. [b καὶ τούτου μὲν καὶ πρόφασίν τινα ἔχεν, ἵνα ἤδη καὶ φιλοσοφῶν ἐπὶ σχολῆς δύνηται, μηδὲν ὑπὸ τῶν δείπνων αὐτοῦ ἐμποδιζόμενος. τὸ δὲ δὴ τοῦ φιλήματος οὐκ ἔχω συννοῆσαι διότι ἐξέστη. ὃ γάρ τοι καὶ μόνον ἄν τις ὑποπτεύσειεν, ὅτι οὐκ ἤθελε τοιοῦτο στόμα φιλεῖν, ἐλέγχεται ἐκ τῶν παιδικῶν αὐτοῦ c ψεῦδος ὄν. ἔκ τε οὖν τούτων καὶ ἐκ τῆς μοιχείας ἐγκληθείς τινα, τότε μὲν αὐτὸς μηδὲ κατηγορηθεὶς ἀφείθη, καὶ 74 τὸν Πάλλαντα τόν τε Βοῦῤῥον ἐξῃτήσατο· ὕστερον δὲ οὐ d καλῶς ἀπήλλαξεν.]

C

D

E

[e Ὅτι ὁ Νέρων, οἷα ἀληθὲς μὲν μηδὲν παρὰ μηδενὸς ἀκούων, πάντας δὲ ἐπαινοῦντας τὰ πεπραγμένα ὁρῶν, λανθάνειν τε ἐφ' οἷς ἐδεδράκει, ἢ καὶ ὀρθῶς αὐτὰ πεποιηκέναι ἐνόμισε· κὰκ τούτου πολὺ χείρων καὶ ἐς τὰ ἄλλα ἐγένετο. πάντα τε γὰρ ὅσα ἐξῆν αὐτῷ ποιεῖν, καὶ καλὰ ἡγεῖτο εἶναι καὶ τοῖς φόβῳ

y πλουτοῦσι. πλουσίοις, Exc. Peir. z κεδρίνου ξύλου. κιτρίνου, Salm. ad Solin. p. 669. a. a εἱστιᾶτο. εἱστία, Exc. Peir. ubi pergitur ſtatim: ταῦτα δηλοῖ τάς τε ἀσελγείας, ἃς &c quæ aliter apud Xiph efferuntur. ſed non ferendam Xiphilini lectionem judicat HS. fortaſſe, inquit, ita ſcripſit Dio: καὶ (τοῦτο γὰρ εἰπὼν καὶ τἄλλα τὰ ἀκόλουθα αὐτῷ δεδήλωκα) τὰς ἀσελγείας πράττων, &c. b καὶ τούτου μὲν &c. uncinuli jam per ſe lectori indicabunt, hæc non eſſe Xiphilini, ſed Dionis ex Exc. Peir. p. 686. c ψεῦδος ὄν. rectius forte ψευδὲς ὄν. d οὐ καλῶς. ita ſcripſit ad marginem Valeſ. quod recipere non dubitavi pro corruptis οὐκ ἄλλως. e Ὅτι ὁ Νέρων &c. abruptum hoc Dionis fragmentum ex Exc. Peir. l. c. huc fere pertinet, quanquam præceſſerant nonnulla quæ perierunt, in eo αὐτῷ repoſitum a Valeſ. pro αὐτῶν in MS.

Adde *Fabricium* Bibl. Lat. lib. II. c. 9. & ſupra p. 670. & 673. ubi adnotavit, per Polybium etiam Imperatori blandiri Senecam: quod ſane videtur eſſe viri, non aſſentatione neceſſario utentis ad commune emolumentum, ſed cupientis exilio liberari, aut emergere etiam. Sed ſi eum librum, qui ſupereſt, Dio innuit, cur deletum dicit?

§ 71. (l. 23.) ἑπτακισχιλίων καὶ πεντακοσίων μυριάδων] Concordat Suilius apud *Tacit.* XIII. 42. *qui intra quadriennium regiæ amicitiæ ter millies ſeſtertium paraviſſet.* Dio enim drachmas intelligit. vide *Gronov.* Pec. Vet. IV. 11. p. 331. igitur 75 000 000 drachmæ faciunt ter millies centena millia HS. ſeu ſeptem cum dimidia milliones uncialium. Quanquam vero Seneca, velut Senator, eſſet cenſus amplioris, tamen pleraque Nero, ut erat ad profuſionem liberalis, donaverat, fatente ipſo *Seneca* apud *Tac.* XIV. 53. *medio temporis tantum bonorum atque opum in me cumulaſti, ut nihil felicitati meæ deſit, niſi moderatio ejus — at tu gratiam immenſam, innumeram pecuniam dediſti.* Fœnoris cupiditatem nimiam, qua gravet provincias, eidem cum Suilio adſignat *Dio* p. 701. A. confer *Lipſium* vita Sen. c. 6.

§ 72. (l. 25.) πεντακοσίους τρίποδας κεδρίνου ξύλου] Harum menſarum multitudinem ne mireris, recogita, in majoribus conviviis ſingulos hoſpites propriam habuiſſe menſam conf. *Ant. Borremanſium* variar. lect. c. 13. p. 157. ſq. Pro κεδρίνου, *Salmaſius* docuit ſcribendum κιτρίνου, & ante eum *Ciacconius* de Triclin. p. 14. edit. Sanctandr. an. 1590. 8. Citrus Mauritaniæ minor intelligitur, ex cujus nodoſo ligno menſæ criſpis & undatis meatibus maximi pretii conficiebantur, ut copioſe narrat *Plinius* XIII. 15. ſq. apud quem invitis codicibus MSS. quædam editiones cedrum exhibent. vide *Harduinum* Emendat. XVIII. Nolui tamen h. l. quidquam mutare, quoniam veteres cedrum & citrum ex ſimilitudine nominis frequenter confundunt. Nam & λάρναξ κέδρου occurrit apud *Pauſaniam* V, 17. p. 419. itemque ſtatuæ ex eodem ligno VI. 19. p. 499. ſq. adde *H. Stephani* Theſ. Gr. L. in κέδρος. *Seneca* quidem ipſe de Benef. VII. 9. hujuſmodi menſas inter luxus inſtrumenta refert: *video iſtic menſas, & æſtimatum lignum ſenatoris cenſu* (i. e. decies HS.) *eo pretioſius, quo illud in plures nodos arboris infelicitas torſit.* & de Tranqu. cap. 1. *placet — menſa, non varietate macularum conſpicua — ſed in uſum poſita.* Proinde *Lipſius* in vita Sen. c. 6. putat, miram impudentiam Senecæ fore, ſi palam ſic diſſimularet aut mentiretur; mentiri ergo potius Dionem, aut cui Dio partes has adſignat. Neutrum inquam mentiri ideo. Poterat Seneca vere hujuſmodi luxum improbare & contemnere, & tamen a Nerone dono datas habere villas tam magnifice inſtructas, quas ſpoliare ornatu ſuo piaculum fuiſſet. Lipſius autem alibi Manud. ad Philoſ. Stoic. lib. I. diſſ. 18. T. IV. Opp. p. 456. a. ne ipſum quidem Dionem ſic ſcripſiſſe putat ex ſua affirmatione, ſed alicujus forte Suillii, quæ bonus Xiphilinus ut aſſerta habuerit.

§ 73. (l. 29.) γάμον ἐπιφανέστατον] Paulinam adoleſcentem duxit ſenex. vide *Lipſium* vita Sen. c. 5. Filiam Pompeji Paulini, qui Germaniæ inferioris exercitibus præfuerat, *Tillemontius* fuiſſe credit T. I. pag. 554. ſororem *Ryckius* ad Tacitum XIII. 53, 2. coll. *Plin.* XXX. 11. & *Senecæ* libro de brev. vitæ ad Paulinum.

§ 74. (l. 43.) τὸν Πάλλαντα τόν τε Βοῦῤῥον ἐξῃτήσατο] *Tacitus* XIII. 23. ad A. 808. *deferuntur dehinc conſenſiſſe Pallas ac Burrus, ut Cornelius Sulla claritudine generis & affinitate Claudii, cui per nuptias Antoniæ gener erat, ad imperium vocaretur.* Addit, delatorem Pætum vanitatis manifeſtum fuiſſe, Pallantem innocentem repertum, Burrum, quamvis reum, inter judices ſententiam dixiſſe, exiliumque accuſatori irrogatum: de Seneca vero pro utroque deprecante, nihil. Alia vero occaſione Tacitus, *ope Senecæ dignationem Burro retentam* ſcribit, quia eum

Φόβῳ τι ἡ κολακείᾳ [e] αὐτῷ λέγουσιν ὡς καὶ πάνυ ἀληθεύουσι προσεῖχε. τέως μὲν γὰρ φόβοις καὶ θορύβοις συνείχετο· ἐπεὶ δ' οἱ πρέσβεις πολλὰ κεχαρισμένα αὐτῷ εἶπον, ἀνεθάρσησε.] ἦν δέ τις [75] Μάρκος Σαλούϊος Ὄθων, ὃς οὕτως ἔκ τε τῆς ὁμοιότητος τῶν τρόπων καὶ τῆς κοινωνίας τῶν ἁμαρτημάτων τῷ Νέρωνι ᾠκείωτο, ὥστε καὶ εἰπών ποτε πρὸς αὐτὸν, "Οὕτω με Καίσαρα ἴδοις," οὐδὲν διὰ τοῦτο κακὸν ἔπαθεν, ἀλλὰ τοσοῦτον μόνον ἀντήκουσεν ὅτι, "Οὐδὲ ὕπατόν σε ὄψομαι." τούτῳ [76] τὴν Σαβῖναν, ἐξ εὐπατριδῶν οὖσαν, ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς ἀποσπάσας ἔδωκε, καὶ αὐτῇ ἀμφότεροι ἅμα ἐχρῶντο.

E Φοβηθεῖσα οὖν ἡ Ἀγριππῖνα, μὴ γήμηται τῷ Νέρωνι, (δεινῶς γὰρ ἤδη αὐτῆς ἐρᾶν ἤρξατο) ἔργον ἀνοσιώτατον ἐτόλμησεν. ὥσπερ γὰρ οὐχ [f] ἱκανὸν ἐς μυθολογίαν, ὅτι τὸν θεῖον τὸν Κλαύδιον ἐς ἔρωτα [g] αὐτῆς ταῖς τε [77] γοητείαις, καὶ ἀκολασίαις καὶ τῶν βλεμμάτων καὶ τῶν φιλημάτων ὑπηγάγετο, ἐπεχείρησε καὶ τὸν Νέρωνα ὁμοίως καταδουλώσασθαι. ἀλλ' [gg] ἐκεῖνο

695 μὲν [78] εἴτ' ἀληθῶς ἐγένετο, [79] εἴτε πρὸς τὸν τρόπον [h] αὐτῶν ἐπλάσθη, οὐκ οἶδα· ἃ δὲ δὴ πρὸς πάντων ὡμολόγηται, λέγω, ὅτι [80] ἑταίραν τινὰ τῇ Ἀγριππίνῃ ὁμοίαν ὁ Νέρων δι' αὐτὸ τοῦτο ἐς τὰ μάλιστα ἠγάπησε· καὶ αὐτῇ τε ἐκείνῃ προσπαίζων,

D καὶ τοῖς ἄλλοις ἐνδεικνύμενος, ἔλεγεν ὅτι καὶ τῇ μητρὶ ὁμιλοίη.

Μαθοῦσα δὲ ταῦθ' [81] ἡ Σαβῖνα, ἀνέπεισε τὸν Νέρωνα, ὡς καὶ ἐπιβουλεύουσαν οἱ αὐτὴν διολέσαι. καὶ αὐτὸν καὶ [82] ὁ Σενέκας, ὡς πολλοῖς καὶ ἀξιοπίστοις

quid dicerent, tanquam vera loquentibus auſcultavit. Et hactenus quidem variis timoribus & perturbationibus continebatur; ſed poſtquam a legatis externarum gentium multa ad gratiam & aſſentationem comparata audivit, factus eſt audacior.] Cum Nerone autem M. Salvius Otho tanta morum ſimilitudine & ſocietate ſcelerum conjunctus erat, ut Neroni aliquando dixerit; "Sic me Cæſarem videas." Quod dictum ei nihil obfuit; tantum Nero, "Te vero," inquit, "ne conſulem quidem videbo." Huic Sabinam, patricio ortam genere, abductam a viro, uxorem dedit, cum qua uterque uno tempore rem habebat. Cujus rei cauſa Agrippina metuens, ne ea Neroni nuberet, (valde enim eam amare cœperat) facinus nefarium eſt auſa. Nam quaſi non eſſet ſatis gravo dictu, quod Claudium patruum præſtigiis quibusdam, & libidinoſis aſpectibus atque oſculis in amorem ſuum illexiſſet, tentavit eodem modo Neronem ſub ſuam poteſtatem ſubjicere: quod an vere factum ſit, an propter mores utriusque confictum, pro certo non dixerim: ea vero refero, quæ apud omnes in confeſſo ſunt, meretricem quandam, Agrippinæ ſimilem, ob hanc ipſam cauſam maxime ab eo amatam fuiſſe: ad quam alludens, atque idem aliis oſtendens, dicebat ſe cum matre conſuetudinem habere.

A.U.C.811 Nerone III. & M. Meſſala COSS.

12. Hac re cognita, Sabina perſuaſit Neroni, ut Agrippinam de medio tolleret, quod ab ea diceret inſidias ei parari. Ad id faciendum, ut

A.U.C.812 C.Vipſtano & C.Fonteio COSS.

[f] ἱκανόν. adde ἂν, ut ſit pro ὥσπερ οὐχ ἱκανοῦ ὄντος HS. [g] αὐτῆς. αὐτῆς, HS. ſtatim ταῖς τε ἀκολασίαις, Br. [gg] ἐκεῖνο. recepi lectionem RS. Sylb. Pal. & Br. cod. pro ἐκείνῳ, quod habent HS. & L. [h] αὐτῶν. interpres ſingulariter & foem. gen. legit αὐτῆς. Sylb.

eum præfectura demovere Nero ſtatuerat, cum Agrippina deferretur velle cum Rubellio Plauto rempublicam rurſus invadere. XIII. 19 ſqq.

§ 75. (l. 57.) Μάρκος Σαλούϊος Ὄθων] Qui & conſcius amorum adverſus Acten. § 49.

§ 76. (l. 64.) τὴν Σαβῖναν ἐξ εὐπατριδῶν] Sabina Poppæa, Ποππαία Plutarcho in Galba p. 1061. C. in numis Ποππαία & Ποππαῖα. Mediob. p. 97. Ποππαία apud Joſeph. XX. 8 § 11. ubi piam feminam vocat, quæ pro Judæis interceſſerit. Tacitus XIII. 45. ſq. *Sabina Poppæa, T. Ollio patre genita, ſed nomen avi materni ſumſerat, illuſtri memoria Poppæi Sabini, conſulari & triumphali decore præfulgentis.* Amores ejus, jam nuptæ Ruſo Criſpino equiti, (ex quo & filium genuerat) cum Othone & Nerone, fuſius deſcribunt *Tacitus & Plutarchus* locis indicatis, qui & Othonem tandem ex æmulatione in Luſitaniam ſub ſpecie legationis a Nerone miſſum eſſe, tradunt. Duxit eam Nero uxorem A. U. C. 815. Chr. 62. vide p. 706. § 61. ſq.

§ 77. (l. 71.) γοητείαις] De incantatione, ſenſu proprio, accipit Triſtanus I. pag. 194. ſq. & lapidem quendam magicis figuris inſtructum eo refert. Φαρμακείαις *Jo. Antiochenus* Exc. Peir. p. 814. Sed nihil opus erat, cur ad alia, quam laſcivas ſuas blanditias confugeret Agrippina; quo ſenſu idem vocabulum de Cleopatra Antonium quaſi faſcinante uſurpat Dio 411. E. vide & *Pollucem* IV. 50. IX. 133. *Heſychium & Suidam* in γόης, γοητεύειν, γοητεία.

§ 78. (l. 75.) εἴτ' ἀληθῶς ἐγένετο] Ita tradit *Aur. Victor* Epit. V. 5. Cæſ. V. 8. Vindex apud *Dionem* p. 724. E. τὴν μητέρα τὴν ἑαυτοῦ καὶ ἤχυνε καὶ ἀπέκτεινε. *Tacitus* XIII. 13. poſt amores in Acten libertam: *tum Agrippina, verſis artibus, per blandimenta juvenem aggredi, ſuum potius cubiculum ac ſinum offerre contegendis quæ prima ætas & ſumma fortuna expeterent.* Idem XIV. 2. ex Cluvio refert, *ardore retinendæ Agrippinam potentiæ eo uſque provectam, ut medio diei, cum id temporis Nero per vinum & epulas incaleſceret, offerret ſe ſæpius temulento comtam & inceſto paratam.* Confer & *Jo. Antiochenum* Exc. Peir. p. 814. *Suetonius* c. 28, 6. Neronem appetiiſſe matris concubitum tradens addit, deterritum, *ne ferox & impotens mulier hoc genere gratiæ prævaleret:* & Tacitus, rogatum a proximis amicorum, *caveri inſidias mulieris ſemper atrocis, tum falſæ:* Acten quoque immiſſam, quæ ſignificaret *pervulgatum eſſe inceſtum gloriante matre, nec toleraturos milites profani Principis imperium.*

§ 79. (l. 75.) εἴτε πρὸς τὸν τρόπον αὐτῶν ἐπλάσθη] *Tac.* XIV. 2. *Fabius Ruſticus non Agrippinæ ſed Neroni cupitum id memorat, ejuſdemque libertæ aſtu disjectum. Sed quæ Cluvius, eadem ceteri quoque auctores prodidere, & fama huc inclinat.* Caute Dio: nam de hiſtoricis, qui res geſtas Neronis ſcripſerunt, generatim *Joſephus* Ant. XX. 8. § 3. πολλοὶ γὰρ τὴν περὶ Νέρωνα συντετάχασιν ἱστορίαν. ὧν οἱ μὲν, διὰ χάριν, εὖ πεπονθότες ὑπ' αὐτοῦ, τῆς ἀληθείας ἠμέλησαν, οἱ δὲ διὰ μῖσος, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν ἀπέχθειαν, οὕτως ἀναιδῶς ἐνεπαρῴνησαν τοῖς ψεύσμασιν, ὡς ἀξίους αὐτοὺς εἶναι καταγνώσεως. Adde *Tacitum* Annal. I. 1, 5.

§ 80. (l. 77.) ἑταίραν τινὰ τῇ Ἀγριππίνῃ ὁμοίαν] *Suetonius* 28. *utique poſtquam meretricem, quam fama erat Agrippinæ ſimillimam, inter concubinas recepit.*

§ 81. (l. 82.) ἡ Σαβῖνα ἀνέπεισε τὸν Νέρωνα] *Tacitus* XIV. 1. ad A. U. C. 812. *flagrantior indies amore Poppææ, quæ ſibi matrimonium, & diſſidium Octaviæ, incolumi Agrippina, haut ſperans, crebris criminationibus, aliquando per facetias, incuſare Principem, & pupillum vocare, qui juſſis alienis obnoxius, non modo imperii, ſed libertatis etiam indigeret.* vide & *Jo. Antiochenum* Exc. Peir. p. 813.

§ 82. (l. 84.) ὁ Σενέκας — παρώξυνεν] Othonem, ut omnium ſecretorum Neronis, ita & poſtremo funeſti in matrem conſilii participem fuiſſe *Suetonius* indicat in Othone c. 3. De Seneca & Burro Tacitus, poſt naufragium Agrippinæ, tantum hæc habet: XIV. 7. accitos a perturbato Nerone, *incertum an & ante ignaros:* ibi vero poſt longum ſilentium *Seneca reſpicere Burrum, ac ſi ſcitaretur, an militi imperanda cædes eſſet;* donec Anicetus ſe cædem patraturum recepit. Dimiſſis ergo ſuſpicionibus, id certum eſt, Senecam conſultationi & mandato de cæde Agrippinæ adfuiſſe: certum etiam, ab eodem facinus jam patratum, ſcripta Neronis nomine ad ſenatum epiſtola, defenſum eſſe. *Ergo* ut idem *Tacitus* c. 11. *non jam Nero*

A.U.C. 812 C. Vipſtano & C. Fonteio COSS.

ut a permultis fide dignis hominibus relatum eſt, Seneca quoque eum incitavit; ſive crimen, quod ſibi impingebatur, caligine quadam involvere cuperet; ſive Neronem ad nefariam cædem faciendam perducere, ut eum quam celerrime dii homineſque perderent. Quod facinus quum palam facere timerent, nec poſſent eam clam veneno tollere, (cavebat enim diligenter omnia) accidit, ut navem videntes in theatro per ſe diſſolvi, emiſſiſque ex ſe belluis quibusdam, rurſum integram & firmam conſiſtere; alteram conſimilem huic ædificari juberent. Qua navi ædificata, Agrippina maxime foveri, & quibuscunque rebus poterat, coli a Nerone cœpit, ne quid ſuſpicata caveret. Sed quum Romæ nihil tentare eſſet auſus, ne ſcelus divulgaretur, procul in Campaniam profectus eſt, acceptaque matre, in ea ipſa navi, magnificentiſſime ornata, navigavit: ut illi cupiditatem injiceret, ſemper eo navigio utendi.

πίστοις ἀνδράσιν εἴρηται, παρώξυνεν, εἴτ' οὖν τὸ ἔγκλημα τὸ καθ' ἑαυτοῦ [i] ἐπηλυγάσασθαι βουληθεὶς, εἴτε καὶ τὸν Νέρωνα ἐς μιαιφονίαν ἀνόσιον προσαγαγεῖν ἐθελήσας, ἵν' ὡς τάχιστα καὶ πρὸς θεῶν καὶ πρὸς ἀνθρώπων ἀπόληται. ἐπεὶ δὲ καὶ ἐκ τοῦ προφανοῦς ὤκνουν τὸ ἔργον, καὶ [83] κρύφα διὰ φαρμάκων οὐκ εἶχον αὐτὴν ἀνελεῖν, (πάντα γὰρ ἐκείνη ἰσχυρῶς ἐφυλάσσετο) ναῦν ἰδόντες ἐν τῷ θεάτρῳ [84] διαλυομένην τε αὐτὴν [k] ἀφ' ἑαυτῆς, καὶ τινα θηρία ἀφιεῖσαν, καὶ συνισταμένην αὖ πάλιν ὥστε καὶ ἐρρῶσθαι, τοιαύτην ἑτέραν ταχέως ἐναυπηγήσαντο. ὡς δὲ ἥ τε ναῦς ἐγεγόνει, καὶ ἡ Ἀγριππῖνα [l] ἐτεθεράπευτο, (πάντα γὰρ τὸν τρόπον ἐκολάκευεν αὐτὴν, ἵνα μή τι ὑποτοπήσασα φυλάξηται) ἐν μὲν τῇ Ῥώμῃ οὐδὲν ἐτόλμησε ποιῆσαι, μὴ καὶ ἐκδημοσιευθῆναι τὸ μίασμα· πόῤῥω δὲ [85] ἐς τὴν Καμπανίαν ἀπάρας, καὶ παραλαβὼν τὴν μητέρα, ἔπλευσεν ἐπ' αὐτῆς ἐκείνης τῆς νεὼς λαμπρότατα κεκοσμημένης, ὡς καὶ ἐπιθυμίαν αὐτῇ ἐμβαλεῖν, ἀεί ποτε τῇ νηῒ χρῆσθαι. B C

13. Quumque Baulos veniſſet, ſumtuoſiſſima convivia per multos dies egit. In his matrem amice accipiebat, ſimulabatque ſe abſentis ejus magno deſiderio teneri: præſentem nunc admodum oſculabatur, petere jubebat, ſi quid vellet; eique multa non petenti largiebatur. Eo quum deducta res eſſet, poſt cœnam, circa mediam noctem, amplectitur eam, pectori admotam, atque oculos ejus & manus oſculatus, dixit: „ Mea mater, vale mihi ac ſalva eſto: ego quidem certe in te vivo, & per te regno. „ Poſt hæc eam tradidit Aniceto liberto, quaſi is eam domum deducturus eſſet in navi, quam com-

Ἐλθών τε εἰς [86] Βαύλους, δεῖπνά τε πολυτελέστατα ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ἐποίησε, καὶ τὴν μητέρα ἐν αὐτοῖς φιλοφρόνως εἱστίασεν. ἀποῦσάν τε πάνυ ποθεῖν ἐπλάττετο, καὶ παροῦσαν ὑπερησπάζετο· αἰτεῖν τε ἐκέλευεν ὅ, τι βούλοιτο, καὶ μὴ αἰτούσῃ, πολλὰ ἐχαρίζετο. ἐπεὶ [m] δὲ ἐνταῦθ', οὕτω δὴ ἀπὸ τοῦ δείπνου περὶ μέσας νύκτας περιλαμβάνει τε αὐτὴν, καὶ πρὸς τὸ στέρνον προσαγαγὼν, καὶ φιλήσας καὶ τὰ ὄμματα καὶ τὰς χεῖρας, „ Μῆτέρ τε, εἰπὼν, ἔῤῥωσό μοι καὶ ὑγίαινε· „ ἐν γὰρ σοὶ καὶ ἐγὼ ζῶ, καὶ διὰ σὲ βασιλεύω „ παρέδωκεν αὐτὴν Ἀνικήτῳ ἀπελευθέρῳ, ὡς καὶ κομιοῦντι οἴκαδε ἐπὶ τοῦ πλοίου ὃ κατεσκευάκει. ἀλλ' (οὐ D

[i] ἐπηλυγάσασθαι. ſic Pal. ut in Indice notavit Sylb. adde Coisl. & Br. ſic & alias Xiph. unde id recipiendum duxi. ἐπηλυγήσασθαι RS. ἐπηλυγίσασθαι HS. Sylb. quanquam & hoc aliis ſcriptoribus uſitatum eſſe non nego. [k] ἐφ' ἑαυτῆς, vulgo. contendo ſcribendum eſſe ἀφ' ἑαυτῆς, HS. recepi. [l] ἐτεθεράπευτο. ſic Pal. & Br. pro vulgato ἐθεραπεύετο. illud recepi, quia præcedit ἐγεγόνει, probante HS. & Sylb. pro ſequenti τὸν τρόπον, ſimpliciter τρόπον, Br. [m] ἐπεὶ δὲ ἐνταῦθ'. ἐπεὶ δέον ταῦθ'. Pal. ſenſus requirit ἐπεὶ δ' ἐγένετο ταῦθ' aut aliquid hujuſmodi. Sylb. vel ἐπεὶ δὲ ἦν ταῦθ' aut ἐπεὶ δὲ ἐπράχθη ταῦθ', aut ἐγένετο ταῦθ'. HS. paulo ante pro ἐκέλευεν, RS. habet ἐκέλευσεν.

Nero — *ſed adverſo rumore Seneca erat, quod oratione tali confeſſionem ſcripſiſſet.* Epiſtola ſane Senecæ nomine laudatur a Quintiliano VIII. 5. § 15. & 18. Denique jam ſupra § 69. adnotatum eſt, Neronis principatum, etiam poſt cædem matris, a Seneca lætiſſimum vocari; ſic ut necem Agrippinæ non in ſcelere grandi videretur poſuiſſe, ut judicat *Fromondus.* Quare non puto, Dionis fidem, ab Tacito ſuffultam, & ipſius Senecæ ſcriptis confirmatam, hic ſollicitari debere, uti factum a *Lipſio* ad Tac. XIV. 7. not. 16. qui & injuriam Dioni facit, quod ab eo Senecam auctorem impulſoremque *unicum* ejus criminis dici ait.

§ 83. (l. 90.) κρύφα διὰ φαρμάκων] Variam rationem cædis agitatam refert *Tacitus* XIV. 3. & veneno ter tentatam, lacunaria item illi per quietem obruendæ parata fuiſſe, *Suetonius* c. 34. conf. eundem in Othone c. 3.

§ 84. (l. 93.) διαλυομένην τε αὐτὴν ἀφ' ἑαυτῆς] Inventum hoc Aniceto liberto, claſſis apud Miſenum præfecto, tribuit *Tacitus* XIV. 3. Neroni, minus probabiliter, *Suetonius* cap. 34. *ſolutilem navem commentus eſt.* Dio plurium numero loquitur, quaſi Sabinæ ſimul & Senecæ id inventum tribuens: ἐπεὶ δὲ ὤκνουν — καὶ οὐκ εἶχον — ναῦν ἰδόντες — quibus non bene reſpondet ἐναυπηγήσατο, ſed dici debuiſſet ἐναυπηγήσαντο. Quod autem in theatro navem ejusmodi, feras emittentem, Dio ſcribit adhibitam, id hiſtoria & numorum fide confirmatum invenies ad p. 858. E. 860. B.

§ 85. (l. 100.) ἐς τὴν Καμπανίαν] Bajas ſcilicet, quod eſt Campaniæ opidum in ſinu ad Miſenum promontorium: *Strab.* V. p. 243. *Dio* p. 388. ſq. ad Quinquatruum feſtos dies: *Tac.* XIV. 4. *Suet.* 34. qui Minervæ ſacri variis ſpectaculis celebrabantur XIV. Kal. April. ſeu die 19. Martii, & jucunde atque hilariter tranſigi ſolebant. Non procul hinc ad lacum Lucrinum villam habebat Agrippina. *Tac.* XIV. 5. quam inter Miſenum & Avernum ſupra Salviati Balneum collocat *Ferrantes Loffredus* Antiqq. Puteolor. cap. 26. p. 22. T. IX. Theſ. Ital. P. IV. 15.

§ 86 (l. 5.) ἐλθών τε ἐς Βαύλους] *Tacitus* XIV. 4. *dehinc obvius in litora (nam Antio adventabat) excipit manu & complexu, ducitque Baulos: id villæ nomen eſt, quæ promontorium Miſenum inter & Bajanum lacum flexo mari alluitur.* Venerat igitur Antio Baulos Agrippina, & quidem vecta navi Liburnica. *Suet.* 34, 6. via enim terreſtris variis paludibus & arenis invia erat, ut videbis infra p. 766. § 79. Ibi in litore excepta a Nerone, geſtamine ſellæ Bajas deportatur: Tac. l. c. ubi convivia illa lætis Quinquatruum feſtis celebrata ſunt, quæ Dio refert. Repetenti Baulos Nero, in locum corrupti de induſtria navigii prioris Liburnici, machinoſum illud obtulit, hilare proſecutus atque in digreſſu papillas quoque exoſculatus. *Suet.* l. c. Sic demum ex collatis hiſtoricis diſtincte intelligimus, quod ſinguli obſcure & perturbate tradiderunt.

§ 87. (l. 20.) διελύθη μὲν ἡ ναῦς] Secundum *Tacitum* XIV. 5. primo tectum conclavis multo plumbo grave ſuper Agrippinam & ſocios ruit, oppreſſo etiam Creperejo; ſed cum Agrippina & Acceronia eminentibus tecti (Ryckius, *lecti*) parietibus defenderentur, nec diſſolutio navis ſequeretur, turbatis omnibus, viſum eſt, navem in latus inclinatam ſubmergere. *Suetonius* 34. *ſolutilem navem, cujus vel naufragio vel cameræ ruina periret, commentus eſt.* Quorſum vero illa ſolutilis navis, ſi naufragio aut inclinatione ſubmergi debuit, ſicut ceteræ omnes poſſunt? Probabilius ergo *Dio*: διελύθη ἡ ναῦς.

§ 88. (l. 25.) διεσώθη] *Tacitus* XIV. 5. *occurſu lenunculorum Lucrinum in lacum vectam villæ ſuæ inferunt.* Nugatur ergo *Philoſtratus* Apollon. IV. 38. pag. 179. de Nerone ſcibens: πλοῖον ἐπ' αὐτῇ (μητρὶ) συνθεὶς, ὑφ' οὗ ἀπώλετο πρὸς τῇ γῇ.

§ 89. (l. 26.) ὅπως προσποιήσαιτο] *Tacitus* XIV. 6. *ſolum inſidiarum remedium eſſe, ſi non intelligerentur.* ἐν προσποιήσασθαι,

(οὐ γὰρ ἤνεγκεν ἡ θάλασσα τὴν μέλλουσαν ἐπ' αὐτῇ τραγῳδίαν ἔσεσθαι, οὐδ' ὑπέμεινε [n] τὴν ψευδολογίαν τῆς ἀνοσιουργίας ἀναδέξασθαι) [87] διελύθη μὲν
E ἡ ναῦς, καὶ ἡ Ἀγριππῖνα ἐς τὸ ὕδωρ ἐξέπεσεν. οὐ μέντοι καὶ ἀπέθανεν, ἀλλὰ (καίτοι καὶ ἐν σκότῳ καὶ διακορὴς μέθης οὖσα, τῶν τε ναυτῶν ταῖς κώπαις ἐπ' αὐτὴν χρωμένων, ὥστε καὶ [o] Ἀκερωνίαν Πῶλλαν τὴν σύμπλουν αὐτῆς ἀποκτεῖναι) [88] διεσώθη· καὶ ἐλθοῦσα οἴκαδε, [89] οὔτε [p] προσεποιήσατο, οὔτ' ἐξέφηνε τὸ ἐπιβούλευμα, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν υἱὸν [90] ἔπεμψε κατὰ τάχος, καὶ τό, τε συμβεβηκὸς αὐτῇ, ὡς κατὰ τύχην συμπεπτωκὸς, [q] ἔλεγε, καὶ ὅτι σώζοιτο εὐηγγέλικε δῆθεν αὐτῷ. ἀκούσας [r] δὲ τοῦθ' ὁ Νέρων, οὐκ ἐκαρτέρησεν, ἀλλὰ καὶ τὸν πεμφθέντα, [91] ὡς ἐπὶ τῇ αὐτοῦ σφαγῇ ἥκοντα, ἐκόλασε, καὶ ἐπὶ τὴν μητέρα τὸν Ἀνίκητον εὐθὺς [92] μετὰ τῶν
696 ναυτῶν ἀπέστειλε. τοῖς γὰρ δορυφόροις οὐκ ἐπίστευσε τὸν θάνατον αὐτῆς. ἰδοῦσα δὲ σφᾶς ἐκείνη, ἔγνω τε ἐφ' ἃ ἥκουσι, καὶ ἀναπηδήσασα ἐκ τῆς
D κοίτης, τήν τε ἐσθῆτα περιερρήξατο, καὶ τὴν γαστέρα ἀπογυμνώσασα, [93] "Παῖε ταύτην (ἔφη) "Ἀνίκητε, παῖε, ὅτι Νέρωνα ἔτεκεν."

Οὕτω μὲν ἡ Ἀγριππῖνα, [94] ἡ τοῦ Γερμανικοῦ θυγάτηρ, ἡ [95] τοῦ Ἀγρίππου [s] ἔγγονος, ἡ τοῦ Αὐγούστου ἀπόγονος, ὑπ' αὐτοῦ τοῦ υἱέος, ᾧ τὸ κράτος ἐδεδώκει, δι' ὃν [t] ἄλ-
B λους τε καὶ [96] τὸν θεῖον ἀπεκτόνει, [97] κατεσφάγη. μαθὼν δὲ ὁ Νέρων, ὅτι τέθνηκεν, οὐκ ἐπίστευσεν· ὑπὸ γὰρ τοῦ μεγέθους τοῦ τολ-
E μήματος ἀπιστία αὐτῷ ὑπεχύθη· καὶ διὰ τοῦτο αὐτόπτης ἐπεθύμησε τοῦ πάθους γενέσθαι. καὶ αὐτήν τε [98] πᾶσαν εἶδε γυμνώσας, καὶ τὰ τραύματα αὐτῆς ἐπεσκέψατο· καὶ τέλος, πολὺ

καὶ

comparaverat. Sed enim futuram ſupra ſe tragœdiam mare non tulit, nec mendacium de nefario facinore ſpargendum in ſe ſuſcipere ſuſtinuit. Quippe diſſoluto navigio, Agrippina quidem in mare cecidit, non tamen mortua eſt. Sed licet in tenebris eſſet, & plena vini, ac nautæ remis ſic in eam uterentur, ut Acerroniam Pollam, quæ una navigabat, interficerent; tamen ſalva evaſit. Poſtquam domum venit, omnia diſſimulavit, neque patefecit inſidias, quin ad filium celeriter miſit, & caſum expoſuit, quaſi qui fortuitus ſibi contigiſſet, ac lætum ſcilicet ei nuntium de incolumitate ſua impertiit. His auditis rebus, Nero impotenti animo nuntium punivit, tanquam ad ſe interficiendum veniſſet. Mox Anicetum una cum nautis adverſum matrem ire jubet. Nec enim hanc cædem prætorianis credidit. Hos ut vidit Agrippina, intellexit ſtatim quamobrem veniſſent; ac repente de lecto exſiliens, diſciſſa veſte, denudatoque ventre, ait: "Hunc tu percute, Anicete, percute, quoniam peperit Neronem."

A.U.C. 812 C. Vipſtano & C. Fonteio COSS.

14. Itaque Agrippina, Germanici filia, Agrippæ neptis, Auguſti proneptis, ab ipſo filio ſuo, cui regnum detulerat, & cujus cauſa præter alios, patruum quoque necaverat, interfecta eſt. Nero, poſtquam accepit eam mortuam eſſe, non credidit: nimirum propter magnitudinem temerarii facinoris diffidentia ei ſuborta eſt. Itaque rei perpetratæ ipſemet inſpector eſſe cupivit, & prorſus denudatam vidit: tum vulnera ejus contemplatus, tandem

magis

n τὴν ψευδολογίαν τῆς ἀνοσιουργίας. non abſimile vero, Dionem ſcripſiſſe τὴν ψευδολογίαν τὴν περὶ τῆς ἀνοσιουργίας, & librarium haſce voculas τὴν περὶ omiſiſſe. HS. o Ἀκερωνίαν. Ἀκερρωνίαν ſcribendum eſſe docet Ryckius ad Tac. XIV. 5, 2. patrem nempe aut fratrem ejus fuiſſe ſuſpicatus *Cn. Acerronium Proculum* Cos. a. 790. qui cum gemino *rr* in lapide ſcribitur.
p οὔτε προσεποιήσατο. οὔτε προσεδέξατο, vel πάντα προσεποιήσατο, Salmaſ. quæ mutatio videtur minus neceſſaria.
q ἔλεγε, εὐηγγέλικε, vulgo. vel ſcribendum εὐηγγελίζε, vel ἔλεξε & εὐηγγέλικε, quia præcedit ἔπεμψε. HS. poſterius recepi.
r ἀκούσας δὲ τοῦθ'. ἀκούσας δὲ ταῦθ', Pal. Coisl. Br. s ἔγγονος. ἔκγονος ſcripſit ad marg. L. t ἄλλους τε. interpres reddidit, tanquam ἄλλους τε πολλοὺς legens.

θαι, diſſimulare, vel ſimulare, rem ad ſe nihil pertinere. Ajente ſententia *Thucydides* I. 54. ἑκάτεροι τὴν νίκην προσεποιήσαντο, *ſibi vindicarunt.* Scholiaſtes, ἀντεποιήσαντο. negante ſententia Dio p. 65. οὐδὲν ὧν ἔλεγε προσεποιήσατο *Cæſar maledicta Ciceronis diſſimulavit.* p. 12. C. οὐδὲ γὰρ καλῶς ἔχει προσποιεῖσθαι τι ὑμᾶς αὐτῶν, *nec enim veſtrum eſt, invidiam & odia quicquam ad vos pertinere, putare.* Lectio igitur non eſt ſollicitanda.

§ 90. (l. 27.) ἔπεμψε] *Miſit libertum Agerinum. Tacit.* XIV. 6. *L. Agerinum*, Suet. 34.

§ 91. (l. 32.) ὡς ἐπὶ τῇ αὐτοῦ σφαγῇ ἥκοντα] *Tacitus* XIV. 7. *gladium, dum mandata perfert, abjicit inter pedes ejus: tum quaſi deprehenſo vincla injici jubet, ut exitium principis molitam matrem, & pudore deprehenſi ſceleris ſponte mortem ſumſiſſe, confingeret.* adde *Suetonium* 34. 8.

§ 92. (l. 33.) μετὰ τῶν ναυτῶν] *Cum trierarcho Herculeo, & Oloarito centurione claſſiario. Tac.* XIV. 8.

§ 93. (l. 38.) παῖε ταύτην, ἔφη.] Poſtquam trierarchus fuſti caput afflixiſſet, centurioni ferrum ſtringenti protendens uterum, *ventrem feri* exclamavit, multiſque vulneribus confecta eſt. *Tac.* XIV. 8. adde *Senecam* Octavia Act. I. v. 367. & *Jo. Antiochenum* in Exc. Peir. p. 814. Breslavienſis codex invertit ordinem: παῖε, ἔφη, ταύτην.

§ 94. (l. 40.) ἡ τοῦ Γερμανικοῦ] Vide *Lipſium* in ſtemmate domus Auguſtæ, poſt Tacitum: unde patet, *proneptem* fuiſſe Auguſti, non *abneptem*, ut vocabulum ἀπόγονος reddiderat interpres. *Tacitus* XIV. 42. *quam imperatore genitam, ſororem ejus, qui rerum potitus ſit, & conjugem & matrem fuiſſe, unicum ad hunc diem exemplum eſt.* Ipſa Agrippina commentarios ſcripſerat, quibus vitam ſuam & caſus ſuorum memoravit. *Tac.* Annal. IV. 53. adde *Plin.* Hiſt. VII. 8. & *Voſſ.* Hiſt. Lat. I. 25. p. 127.

§ 95. (l. 41.) ἔγγονος] ἔγγονος, pro ἔκγονος, rejici non debet. *Etymologicon M.* ἔγγονος, υἱὸς υἱοῦ· εἴρηται ὅτι ἐστὶν ἐν τῷ γένει. Idem θυγατριδῆ exponit ἐγγόνη. *Euſtathius* ad Il. ι. v. 813. p. 611. edit. Rom. ὁ μέντοι διὰ τῶν δύο γάμμα ἔγγονος οὔτε Ὁμηρικός ἐστι, καὶ δηλοῖ υἱωνὸν παρὰ τοῖς μεθ' Ὅμηρον. confer in primis eruditiſſimum *Jo. Alberti* ad præclaram *Heſychii* editionem in ἀπόγονος, ἔγγονος, θυγατριδῆ, υἱωνός, & *Sylburgium* ad Pauſan. p. 444.

§ 96. (l. 44.) τὸν θεῖον] Claudium Imperatorem innuit, qui Germanici, ex quo nata Agrippina, frater erat; ut avunculi nomine, violatam ſanguinis neceſſitatem indicet. Forte tamen Xiphilinus, brevitatis ſtudio, τὸν ἄνδρα, imo alia etiam, a Dione addita, reſecavit.

§ 97. (l. 44.) κατεσφάγη] Factum id A. U. C. 812. menſe Martio exeunte, ut ex ſuperioribus colligitur § 85. ſq. in villa ejus ad lacum Lucrinum § 88. De cæde ipſa præter laudatos vide *Octaviam* Senecæ tributam. Act. I. 125. & 310. *Oracula Sib.* L. IV. p. 520. ſq. edit. Gallæi.

§ 98. (l. 49.) πᾶσαν εἶδε γυμνώσας] *Contrectaſſe etiam membra, alia vituperaſſe, alia laudaſſe, ſitique interim oborta bibiſſe*, non incertis auctoribus refert *Suetonius* c. 34. 9. & ſic *Boethius* Conſ. Phil. lib. II. metro 6.

Fratre qui quondam ferus interemto
Matris effuſo maduit cruore,
Corpus & viſu gelidum pererrans
Ora non tinxit lacrymis, ſed eſſe
Cenſor extincti potuit decoris.

Sed *Tacitus* XIV. 9. *aſpexeritne matrem exanimem Nero, & formam corporis ejus laudaverit, ſunt qui tradiderint, ſunt qui abnuant.*

A.U.C. 812 C. Vipſtano & C. Fonteio COSS.

magis nefariam vocem miſit, quam ipſa cædes fuerat: " Neſciebam, " inquit, " me tam pulchram matrem habere. " Deinde pecuniam dedit prætorianis militibus, videlicet ut multa facinora ejusdem generis fieri optarent: ſcripſitque ad ſenatum literas, in quibus cum cætera ejus enumerabat ſcelera, quorum erat conſcius, tum ab ea ajebat ſibi inſidias eſſe factas, atque in eo deprehenſam, mortem ſibi conſciviſſe. Ita quidem ſcripſit ad ſenatum; ipſe autem nocturno tempore tanto metu conturbabatur, ut de lecto repente proſiliret. Interdiu perterrefaciebant eum tubicines auditi ex eo loco bellicum canere, cum maximo tumultu, quo in loco Agrippinæ oſſa ſepulta erant: quamobrem alio migrabat. Quumque ibi quoque id ipſum ei accideret, perterritus alio rurſus proficiſcebatur.

καὶ τοῦ φόνου ἀνοσιώτερον ἔπος ἐφθέγξατο· εἶπε γὰρ ὅτι, " Οὐκ ᾔδειν ὅτι οὕτω καλὴν μητέρα εἶχον. " καὶ τοῖς τε δορυφόροις ἀργύριον ἔδωκεν, ἵνα δηλονότι πολλὰ τοιαῦτα γίνεσθαι εὔχωνται· καὶ [99] τῇ γερουσίᾳ ἐπέστειλεν, ἄλλα τε ὅσα συνῄδει [u] αὐτῇ καταριθμῶν, καὶ ὅτι ἐπεβούλευσέ τε αὐτῷ, καὶ φωραθεῖσα ἑαυτὴν [x] διακατεχρήσατο· καὶ τῇ μὲν βουλῇ ταῦτα [y] ἐπέστειλεν· αὐτὸς δὲ [100] ταῖς τε νυξὶν ἐξεταράττετο, ὥστε καὶ ἐκ τῆς εὐνῆς ἐξαπιναίως ἀναπηδᾷν. καὶ μεθ' ἡμέραν ὑπὸ σαλπίγγων δή τινων πολεμικόν τι καὶ θορυβῶδες ἐκ τοῦ χωρίου ἐν ᾧ [101] τὰ τῆς Ἀγριππίνης ὀστᾶ ἔκειτο, ἠχουσῶν, ἐδειματοῦτο. διὸ καὶ ἄλλοσε ᾔει· καὶ ἐπειδὴ κἀνταῦθα τὰ αὐτὰ αὐτῷ συνέβαινεν, [102] ἄλλοσε ἐμπλήκτως μεθίστατο. C

15. Hæc dum Romam nuntiarentur, cæteri (etſi erant indignati) gaudebant, quod eum putarent ob hanc omnino cauſam eſſe periturum. Senatores vero cuncti ſe iſtis operibus Neronis lætari ſimulabant, congratulabantur ei, decernebantque multa, in quibus ſe putabant ei gratum facturos. Unus Publius Thraſea Pætus, etſi venit in ſenatum, ac legi epiſtolam audivit; tamen prius ſurrexit, quam itum eſſet in ſententias; exiitque foras propterea, quod ea quæ vellet dicere non poſſet; quæ autem poſſet, non vellet. Cætera egit in eandem ſententiam. Nam ita dicere ſolebat: " Si me tantum Nero interfecturus eſſet, facile tribuerem tantopere adulantibus

Οἱ δὲ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἄνθρωποι, ἀκούσαντες ταῦτα, καίπερ ἀχθόμενοι, ἔχαιρον, νομίζοντες αὐτὸν ἐκ τούτου γε πάντως ἀπολεῖσθαι. τῶν δὲ βουλευτῶν οἱ μὲν ἄλλοι πάντες προσεποιοῦντο χαίρειν ἐπὶ τοῖς γεγονόσι, καὶ συνήδοντο δῆθεν τῷ Νέρωνι, καὶ [103] ἐψηφίζοντο πολλὰ οἷς ᾤοντο αὐτῷ χαριεῖσθαι. ὁ [104] Πούπλιος δὲ δὴ Θρασέας Παῖτος ἦλθε μὲν ἐς τὸ συνέδριον, καὶ τῆς ἐπιστολῆς ἐπήκουσεν· ἀναγνωσθείσης δὲ αὐτῆς ἐξανέστη τε εὐθύς, πρὶν καὶ ὁτιοῦν ἀποφήνασθαι, [105] καὶ ἐξῆλθε· διότι ἃ μὲν ἤθελεν εἰπεῖν, οὐκ ἠδύνατο, ἃ δὲ ἠδύνατο, οὐκ ἤθελεν. ἐν δὲ τῷ αὐτῷ τρόπῳ καὶ τὰ ἄλλα πάντα διῆγεν· ἔλεγε γὰρ ὅτι, " Εἰ μὲν ἐμὲ μόνον ὁ Νέρων φονεύσειν ἔμελλε, πολλὴν ἂν εἶχον τοῖς ἄλλοις [z] ὑπερκολακεύουσιν αὐτὸν συγγνώμην· E

u συνῄδει αὐτῇ. legit hic interpres αὐτῇ *conſcia ſibi fuiſſet*. ſed non video, cur lectio noſtra mutari debeat. HS.
x διακατεχρήσατο. διεχρήσατο, Coisl. atque hoc ſane tritum, illud inſolens, quanquam alias Dio præpoſitiones in compoſitis cumulat. librarius διεχρήσατο & κατεχρήσατο confuſa in unum conflavit. y ἐπέστειλεν. ſic RS. ceteri ἀπέστειλεν, perperam omnino, licet Sylburgius in notis illud rectius eſſe monuerit. illud enim modo præceſſerat, & epiſtolæ lectæ in ſenatu poſtea mentio ſit. D. ἐπέστειλεν etiam codex Br. z ὑπερκολακεύουσιν αὐτῷ, vulgo. recte monet Sylb. legendum eſſe τοῖς ὑπερκολακεύουσιν αὐτόν. quod longe prætulerim aliorum emendationi, cujus idem in indice meminit, ὑποκολακεύουσιν ſubſtituentium.

§ 99. (l. 56.) τῇ γερουσίᾳ ἐπέστειλεν] Vel Seneca potius ejus nomine, ut oſtendimus § 82.

§ 100. (l. 60.) ταῖς τε νυξὶν ἐξεταράττετο] *Suet.* 34. 10. *Tac.* XIV. 10. ex quibus, gratantium militum, Campaniæ, ſenatus, populique vocibus, confirmatum tandem Neronem eſſe, intelliges.

§ 101. (l. 64.) τὰ τῆς Ἀγριππίνης ὀστᾶ ἔκειτο] Tac. XIV. 9. *cremata eſt nocte eadem, conviviali lecto, & exſequiis vilibus: neque, dum Nero rerum potiebatur, congeſta & clauſa humo; mox domeſticorum cura levem tumulum accepit, viam Miſeni propter, & villam Cæſaris dictatoris, quæ ſubjectos ſinus editiſſima proſpectat.* De loco confer *Ferrantis Loffredi* Antiqq. Puteolor. c. 26. p. 22. T. IX. Theſ. Ital. P. IV. & ſupra § 85.

§ 102. (l. 66.) ἄλλοσε ἐμπλήκτως μεθίστατο] *Tac.* XIV. 10. *Neapolim conceſſit, literasque ad ſenatum miſit.* Magis mihi placet ordo Dionis, qui literas prius ad ſenatum ſcriptas memorat, deinde diſceſſum ex loco, qui præſentem quaſi cædem matris continuo exprobraret.

§ 103. (l. 72.) ἐψηφίζοντο πολλὰ] *Tac.* XIV. 12. *miro tamen certamine procerum decernuntur ſupplicationes apud omnia pulvinaria, utque Quinquatrus, quibus apertæ eſſent inſidiæ, ludis annuis celebrarentur; aureum Minervæ ſimulacrum in curia, & juxta Principis imago ſtatueretur: dies natalis Agrippinæ inter nefaſtos eſſet.*

§ 104. (l. 73.) Πούπλιος δὲ δὴ Θρασέας Παῖτος] Nomen illi gentile *Valerio* fuiſſe, ſuſpicatur *Lipſius* ad Tac. XVI. 21. not. 38. ex veteri marmore, L. VALERIO. MESSALA. THRASIA. PRISCO. COS. Sed & Pæti & Thraſeæ in pluribus gentibus fuere. Gener hic fuit Cæcinæ Pæti, & Arriæ, cujus notiſſimum illud *Pæte non dolet.* Vir antiquus & inter tot humiles adulatores, tyrannum laudandis flagitiis magis etiam corrumpentes, unus omnium erectus, conſtans, intrepidus, gravis: Catonis Uticenſis, cujus & vitam ſcripſerat, admirator, Stoicæ diſciplinæ addictus. De quo, cum longum eſſet dicere, conſulendi *Tacitus* XIII. 49. XIV. 48. XVI. 21. ſqq. *Suetonius* Ner. c. 37. Domit. c. 10. *Plinius* ep. VIII. 22. VII. 19. *Plutarchus* in præceptis reip. ger. p. 810. A. & in Catone min. p. 770. E. 777. B. *Martialis* l. 9. *Juvenalis* V. 36. *Dio* p. 714. *Voſſius* de H. L. I. 26. p. 135. *Fabricius* Bibl. Gr. Vol. II. p. 413. Laudavit eum olim *Arulenus Ruſticus*, quod ipſi ſub Domitiano capitale fuit, liberque exuſtus. *Tac.* Vita Agric. c. 2. & 45. *Suet.* Domit. 10. Scripſerat etiam de Thraſea Pæto Dialogum *Lipſius*, cujus frequens mentio in epiſtolis ejus, ſed ſuppreſſum metu cavillatorum: forte quod locum illum de contemtu mortis magnifice, ut ipſe ait, vel potius Stoice aliquantulum tractaſſet.

§ 105. (l. 77.) καὶ ἐξῆλθε] *Tacitus* XIV. 12. *Thraſea Pætus, ſilentio vel brevi aſſenſu priores adulationes tranſmittere ſolitus, exiit tum ſenatu:* (ſic omnino ſcribendum pro *exitium ſenatui*, ut ex hoc Xiphilini loco docuit Lipſius) *ac ſibi cauſam periculi fecit, ceteris libertatis initium non præbuit.*

§ 106. (l. 90.) βλάψαι δὲ ὂν] Ex præceptis Stoicorum, qui mortem inter mala non referebant. Vide quæ ex Baſſi, ſua & Zenonis ſententia diſputat *Seneca* ep. 30. 54. & 82. *Lipſius* Manud. ad Philoſ. Stoic. lib. III. Diſſ. 22. ſq. Quanquam & multi alii ita ſenſerunt: Diogenes, apud *Laertium* VI. 68. Thales I. 35. ceteri, apud *Sextum Empir.* Pyrrhon. III. 24. p. 185. ſq. edit. Fabric.

§ 107. (l. 96.) μολγὸν] *Heſychius* in μολγὸς & μοργὸς exponit βόειον ἀσκὸν, & σκύτινον τεῦχος. Tarentinum eſſe vocabulum docet *Pollux* X. 187. repetitum eſt ab ἀμέλγειν, mulgere: unde ubera vaccarum ſic proprie dicta fuiſſe, eaque olim forte ſacculorum aut utrium vicem præſtitiſſe, acute conjicit *Hemſterhuſius* ad l. c. Reperitur in conſtitutione *Hadriani* de Parricidis: δημοσίως εἰς μολγὸν ῥιφθεὶς συῤῥαφῶνται μετὰ ἐχιδνῶν &c. Vide Gloſſaria H. Stephani p. 304. ſq. *aſcopera*, *Suetonio* c. 45. 5. ab ἀσκὸς & πήρα, utre & ſacco. Plura apud *Goldaſtum* ad Conſtitut. Hadriani.

§ 108. (l. 97.) ἐς ἐκεῖνον αὐτὸν δεῖν ἐμβληθῆναι] Ex lege XII. Tab. *Qui parentem necaſſit, caput obnubito, coleoque inſutus in profluentem mergitor.* Confer & legem Pompejam de parricidiis

« συγγνώμην· εἰ δὲ καὶ ἐκείνων τῶν σφόδρα αὐτὸν « ἐπαινούντων πολλοὺς, τοὺς μὲν ἀνάλωκε, τοὺς δὲ « καὶ ἀπολέσει, τί χρὴ μάτην ἀσχημονοῦντα δου« λοπρεπῶς φθαρῆναι, ἐξὸν ἐλευθερίως ἀποδοῦναι « τῇ φύσει τὸ ὀφειλόμενον; ἐμοῦ μὲν γὰρ πέρι « καὶ ἔπειτα λόγος τις ἔσται· τούτων δὲ, πλὴν κατ' « αὐτὸ τοῦτο ὅτι ἐσφάγησαν, οὐδείς. » τοιοῦτος μὲν ὁ Θρασέας ἐγένετο, καὶ τοῦτο ἀεὶ πρὸς ἑαυτὸν ἔλεγεν· « [a] Ὁ μὲν Νέρων ἀποκτεῖναί με δύναται, [106] βλά« ψαι δὲ οὔ. »

697 Νέρωνα δὲ μετὰ τὸν τῆς μητρὸς φόνον εἰσιόντα ἐς τὴν Ῥώμην δημοσίᾳ μὲν ἐθεράπευον, ἰδίᾳ δὲ, ἐν ᾧ γε καὶ παῤῥησιάσασθαί τινες ἀσφαλῶς ἐδύναντο, καὶ μάλα αὐτὸν ἐσπάραττον. τοῦτο μὲν γὰρ, [107] μολγόν τέ τινα ἀπ' ἀνδριάντος αὐτοῦ νύκτωρ ἀπεκρέμασαν, ἐνδεικνύμενοι ὅτι [108] ἐς ἐκεῖνον αὐτὸν δέοι ἐμβεβλῆσθαι· τοῦτο δὲ, παιδίον ἐς τὴν ἀγορὰν ἐκθέντες, προσέδησαν αὐτῷ πινάκιον, λέγον, « [109] Οὐκ ἀναιροῦμαί σε, ἵνα μὴ τὴν μητέρα « ἀποσφάξῃς. καὶ ἦν μὲν καὶ ἀναγινώσκειν πολλαχόθι ὁμοίως γεγραμμένον,

B [110] Νέρων, Ὀρέστης, [b] Ἀλκμαίων, μητροκτόνοι.

ἦν δὲ καὶ ἀκούειν αὐτὸ τοῦτο λεγόντων ὅτι, « Νέ« ρων τὴν μητέρα ἀνεχρήσατο. » [c] συχνοὶ γὰρ ὡς καὶ λελαληκότας τινὰς αὐτὸ εἰσήγγελον, οὐχ οὕτως ἵν' ἐκείνους ἀπολέσωσιν, ὡς ἵνα τὸν Νέρωνα διαβάλωσιν· ὅθεν [111] οὐδεμίαν τοιαύτην δίκην προσήκατο, ἤτοι μὴ βουλόμενος ἐπὶ πλεῖον δι' αὐτῆς τὴν φήμην ἐπαυξῆσαι, ἢ καὶ καταφρονῶν ἤδη τῶν λεγομένων. ὁ μέντοι [112] ἥλιος σύμπας ἐν μέσαις ταῖς θυσίαις ταῖς ἐπὶ τῇ

C Ἀγριππίνῃ κατὰ τὸ ψήφισμα γενομέναις ἐξέλιπεν, ὥστε

adulantibus ei veniam: ſed ſi eorum quoque multos, a quibus maxime laudabatur, ſuſtulit ſublaturusque eſt, quid attinet fruſtra ſe turpiter gerentem ſerviliter mori, quum debitum naturæ perſolvere liceat retenta libertate? mei enim, » inquit, « aliqua olim erit memoria; illorum nulla, niſi quod interfecti ſint. » Talis fuit Thraſeas, atque ita ſecum loqui ſolebat: « Nero me poteſt occidere, lædere certe non poteſt.

A.U.C. 812
C. Vipſtano & C. Fonteio COSS.

16. Neronem in urbem venientem, matre interfecta, omnes publice colebant: privatim autem, quoties libere loqui tuto poterant, conviciis eum vehementiſſimis lacerabant. Nam & culeum ex quadam ſtatua ipſius de nocte ſuſpenderunt, ut ſignificarent, Neronem in culeum conjici oportere: expoſueruntque puerulum in foro, alligata ad eum tabella, in qua ſcriptum erat: « Non te tollo, ne matrem occidas. » Legebatur pluribus locis ſimiliter ſcriptum,

Nero, Oreſtes, Alcmæon, matricidæ.

Audires etiam paſſim id ipſum dicentes, « Nero matrem interfecit; » quin & multi alios deferebant ejus dicti cauſa, magis ut Neronem criminarentur, quam ut iſtis interitum afferrent. Unde nullam ipſe ejusmodi actionem admiſit, vel ne fama hoc pacto magis omnium ſermone percrebeſceret, vel quod ſermones ea de re jam contemneret. Cæterum in mediis ſacrificiis, quæ ob Agrippinam fiebant decreto ſenatus, ſol

a ὁ μὲν Νέρων ἀποκτεῖναί με δύν. ſic L. & HS. in edit. maj. in ceteris eſt ὅτι ἐμὲ Νέρων. in Pal. ὁ μὲν Νέρ. ἀπ. μέν. unde leviculam hanc mutationem probo, quanquam Sylb. malit: ὅτι ἐμὲ Νέρων ἀποκτεῖναι μὲν δύν. & ſic Br. omiſſo tamen ὅτι. *b* Ἀλκμαίων. Ἀλκαίων, corrupte, RS. *c* συχνοὶ γὰρ ὡς καὶ λελαλ. καὶ omittit Br. συχνὸν γὰρ καὶ ὡς λελαλ. Pal. quæ ſcriptura ſi mendo caret, συχνὸν accipiendum erit pro adverbio συχνάκις. Sylb.

parricidiis *Inſtitutt.* Lib. IV. tit 18. § 6. & leg. 1. ff. lib. XLVIII. tit. 9. ibique *Modeſtinum* § 9. taceo conſtitutionem *Hadriani*, apud H. Stephanum l. c. & cum Goldaſti notis, ex Schultingii editione, apud Fabricium Bibl. Gr. Vol. XII. pag. 544 ſqq. item legem *Conſtantini M.* unicam Cod. lib. IX. tit. 17. & Cod. Theodos. lib. IX. tit. 15. de his qui parentes vel liberos occiderunt. Adde *Cic.* ad Heren. I. 13. Invent. II. 50. pro Roſcio c. 11. *Juvenal.* XIII. 154. ſq. *Feſtum* in *Nuptias. Iſidorum* Orig. V. 27. fin. *Quintil.* Decl. 299. *Valerium Max.* I. 1. 13. *Zonaram* T. I. p. 331. C. Publicius Malleolus, matre interemta, primus omnium inſutus culeo & in mare præcipitatus, vide *Livii Epit.* 68. *Oros.* V. 16. Rarius tamen & crimen fuit & ſupplicium, usque ad tempora Claudii, de quibus ad Neronem *Seneca* Lib. I. de Clem. c. 23. *videbis ea ſæpe committi quæ ſæpe vindicantur. Pater tuus plures intra quinquennium culleo inſuit, quam omnibus ſæculis inſutos accepimus: multo minus audebant liberi nefas ultimum admittere, quamdiu ſine lege crimen fuit.* Sed audet nunc etiam, Seneca ipſo, ſi non auctore, certe defenſore, Nero:

Cujus ſupplicio non debuit una parari
Simia, nec ſerpens unus, nec culeus unus,

ut palam ſcribit *Juvenalis* VIII. 213. Canem & gallum gallinacrum addere debebat ex lege; quanquam & ſerpentem ponit pro vipera; ſed hanc Neroni parat *Plutarchus* de his qui ſero a numine puniuntur pag. 567. E. ubi anima Neronis clavis διαπύροις (interpretes male, *aureis*, quaſi eſſet διαχρύσοις) *ignitis* confixa damnatur in viperam conjicienda, quæ geſtata in utero matre pereſa vivit. Verum illud de vipera ad fabulas referendum. confer *Olearium* ad Philoſtr. Apollon. II. 14. not. 21. & ipſum *Philoſtratum* IV. 38. p. 179.

§ 109. (l. 100.) οὐκ ἀναιροῦμαί σε] Morem infantes exponendi, antiquitus uſitatum, diſerta lege primum ſuſtulerunt Valens & Gratianus l. 2. Cod. de infantibus expoſitis lib. VIII. tit. 52. vide Cl. *Noodt* in Jul. Paul. c. 6.

§ 110. (l. 3.) Νέρων, Ὀρέστης, Ἀλκμαίων] In Dialogo de Nerone, qui *Luciano* tribuitur T. III. p. 642. ſq. perhibet auctor, hoc fuiſſe oraculum illud Apollinis, Neronem ſic offendens, ut os antri voluerit obturare. Sed Dio p. 721. C. ubi de oraculo iſto agit, aliam nos in ſententiam ducit, inquiens: λυπηρά τινα πρᾶξιν αὐτῷ. Hic vero nihil de oraculo; & plura tum fuerunt dicta & carmina in Neronem vulgo jactata, quorum & alia vide apud *Suetonium* c. 39. 5. nec his exemplis Oreſtis & Alcmæonis quicquam magis in ore omnium. Imo longe pejorem his Neronem eſſe, jam veteres judicarunt. *Philoſtratus* Apollon. IV. 38. p. 179. εἰ δὲ καὶ ταῦτα γέγονεν ἐπ' Ὀρέστῃ καὶ Ἀλκμαίωνι, ἀλλ' ἐκείνοις σχῆμα τοῦ ἔργου πατέρες ἦσαν κ. τ. λ. *Juvenalis* VIII. 215.

Par Agamemnonidæ crimen, ſed cauſa facit rem
Diſſimilem &c.

§ 111. (l. 8.) οὐδεμίαν τοιαύτην δίκην] Generatim *Suetonius* c. 39. miratur, *nihil eum patientius quam maledicta & convicia hominum tuliſſe.* Sed *Tacito* XV. 67. *ut faciendis ſceleribus promtus, ita audiendi quæ faceret inſolens* dicitur: quanquam nec ipſe *Tacitus* XIV. 12. neglexit annotare, poſt occiſam matrem multa a Nerone facta eſſe, quibus gravaret invidiam matris, & lenitatem ſuam teſtaretur: quare tum pulſos ab Agrippina & Nerone fuiſſe revocatos.

§ 112. (l. 11.) ὁ μέντοι ἥλιος σύμπας] Inter cetera prodigia & hanc eclipſin ſolis commemorat *Tacitus* XIV. 12. ad A. U. C. 812. Vipſtano & Fontejo Coſſ. qui eſt Chriſti 59. & ſic diſerte *Plinius* H. N. II. 70. *ſolis defectum Vipſanio & Fontejo Coſſ. qui fuere ante paucos annos, factum pridie Calendas Majas, Campania hora diei inter ſeptimam & octavam* (h. e. die 30. April. inter noſtram horam I. & II.) *ſenſit: Corbulo dux in Armenia inter horam diei decimam & undecimam prodidit viſum.* Pariter & *Euſebius* ſecundum Hieronymum p. 161. ad A. Chr. 59. ſeu Olympiadis CCIX. annum ſecundum refert. Confer *Petavii* Doctr. Temp. XI. 9. pag. 170. b. qui tamen totalem non fuiſſe eclipſin, licet ſatis magnam, adnotavit. Sed ſecundum *Philoſtrati* rationes in vita Apollonii IV. 43. p. 183. collato c. 40. contigerit hæc eclipſis Teleſino Conſule, qui illi ὕπατος τῶν ὑπάτων dicitur, hoc eſt A. U. C. 819. Chr. 66. quo nihil vanius eſſe merito judicat *Joſephus Scaliger* ad Euſeb. p. 195. a. Neque excuſando Philoſtrato ſufficere videtur eclipſis A. U. C. 816. ab eruditiſſimo Commentatore ejus indicata: quoniam remotiorem a facinore Neronis ecclipſin nec vulgus nec

A.U.C 812 C. Vipſtano & C. Fonteio COSS.

ſol omnino defecit, adeo ut ſtellæ apparerent: præterea elephanti, qui currum Auguſti agebant, in Circum ingreſſi, quum ad ſenatorum ſedilia veniſſent; non ultra progreſſi, conſtiterunt. Et, quod maxime conjicere licet divinitus accidiſſe, quodam tempore cœna, quæ ad eum perferebatur, tota fulmine deflagravit: quaſi harpyia quædam cibos ei eriperet.

ὥστε καὶ ἀστέρας [d] ἐκφῆναι· καὶ οἱ ἐλέφαντες οἱ τὴν τοῦ Αὐγούστου ἁρμάμαξαν ἄγοντες, ἐς μὲν τὸν ἱππόδρομον ἐσῆλθον, καὶ μέχρι τῆς τῶν βουλευτῶν ἕδρας ἀφίκοντο· γενόμενοι δὲ ἐνταῦθα ἔστησαν, καὶ περαιτέρω οὐ προεχώρησαν. καὶ ὃ δὴ καὶ μάλιστα ἄν τις ἐτεκμήρατο ἐκ τοῦ δαιμονίου γεγονέναι, σκηπτός ποτε [113] τὸ δεῖπνον αὐτοῦ πᾶν ἐσφερόμενόν οἱ κατέφλεξεν, ὥσπερ τις ἅρπυια τὰ σιτία αὐτοῦ ἀφελόμενος.

17. [Porro Domitiam quoque amitam, quam ipſam non ſecus ac matrem ab ſe coli dicebat, veneno ſuſtulit, non exſpectato pauxillo tempore, dum præ ſenectute decederet; ſed ei quoque interitum maturare concupivit prædiorum cauſa, quæ Bajis & in Ravennate agro poſſidebat. Quibus in prædiis ipſe Gymnaſia magnifici operis extruxit,] quæ ad noſtram ætatem vigent. Ludos maximos & ſumtuoſiſſimos propter matrem fecit: nam ſimul in quinque aut ſex theatris complures dies feſtos egit. Quo tempore etiam elephas, ſubductus in theatri ſummum fornicem, inde vehens ſeſſorem in fune decucurrit. Id vero turpiſſimum viſu, atque graviſſimum fuit, quod viri fœminæque, non ſolum equeſtris, ſed etiam ſenatorii ordinis, in orcheſtram, & Circum, & amphitheatrum ingreſſi

Οὐ μὴν ἀλλ' αὐτὸς καὶ [[e] τὴν [114] Δομιτίαν τὴν τηθίδα, ἣν καὶ αὐτὴν ὡς μητέρα τιμᾶν ἔλεγεν, [115] ἐπαπέκτεινε φαρμάκῳ, οὐδ' ἀνέμεινεν ὀλίγας ἡμέρας, ἵν' ἄλλως ὑπὸ τοῦ γήρως ἀποθάνῃ, ἀλλ' ἐπεθύμησε καὶ ἐκείνην ἀπολέσαι· καὶ ἔσπευσέ γε τοῦτο ποιῆσαι διὰ τὰ [116] κτήματα αὐτῆς τὰ ἐν Βαΐαις καὶ ἐν [f] τῇ Ῥαβεννίδι ὄντα, ἐν οἷς [117] καὶ [g] ἡβητήρια μεγαλοπρεπῆ [h] κατεσκεύασεν,] ἃ καὶ δεῦρο ἀνθεῖ. [118] ἐπὶ δὲ δὴ τῇ μητρὶ καὶ ἑορτὴν μεγίστην δὴ καὶ πολυτελεστάτην ἐποίησεν, ὥστε ἐν πέντε [i] καὶ ἓξ ἅμα θεάτροις ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας πανηγυρίσαι· ὅτε δὴ καὶ ἐλέφας ἀνήχθη [119] ἐς τὴν ἀνωτάτω τοῦ θεάτρου ἁψῖδα· καὶ ἐκεῖθεν [120] ἐπὶ σχοινίων κατέδραμεν ἀναβάτην φέρων. [121] ἐκεῖνο [k] δόξαι καὶ αἴσχιστον καὶ δεινότατον ἅμα ἐγένετο, ὅτι καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες [122] οὐχ ὅπως [l] τοῦ ἱππικοῦ ἀλλὰ καὶ τοῦ βουλευτικοῦ ἀξιώματος ἐς τὴν D

d ἀστέρας ἐκφῆναι. rectius arbitror ἀστέρας ἐκφανῆναι, ſalvis aliorum judiciis. L. *e* τὴν Δομιτίαν &c. hæc pleniora Dionis ex Exc. Peir. p. 686. poſita ſunt pro his Xiphilini: Δομιτίαν τὴν τηθίδα φαρμάκῳ δολοφονήσας, τὰ ἐν ταῖς Βαΐαις τῇ τε Ῥαβεννίδι θαλάσσῃ κτήματα αὐτῆς ἀφείλετο· ἐν οἷς καὶ ναυτήρια εὐθὺς μεγαλοπρεπῆ κατεσκεύασεν. *f* τῇ Ῥαβεννίδι. Ῥαβενίδι, Coisl. ſane per ſimplex ν ſcribi apud Dionyſium Hal. obſervat Stephanus Byz. ſed vid. p. 838. C. θαλάσσῃ ex Xiphilini editionibus addere veritus ſum. nam licet ipſa urbs maris æſtu perlueretur, teſte Strabone, V. p. 213. tamen prædia ſeu poſſeſſiones ἐν θαλάσσῃ fuiſſe vix dici poterit, niſi ἐν interpreteris *ad*. *g* ἡβητήρια. ſic Exc. Peir. ναυτήρια vulgo Xiph. pro quo ἀκροτήρια ſubſtituendum putavit Sylb. qui & mox in ἐπὶ δὲ δὴ, a Pal. cod. δὴ abeſſe obſervat. *h* κατεσκεύασεν. hanc Xiphilini lectionem retinui, repudiata illa κατεσκευάκει, quæ eſt in Exc. Peir. *i* πέντε καὶ ἕξ. forte, πέντε ἢ ἕξ, aut ἢ καὶ ἕξ. *k* δόξαι. ſic & Pal. (& Br.) aptius δ' ἔφη, ſed longius a vulgatis veſtigiis remotum: & δόξαι in ſignificatione τοῦ ἰδεῖν non eſt receptum. Sylb. pro δόξαι καὶ, Faber, II. 10. Semeſtr. δὲ καὶ, legi vult. vide not. *l* τοῦ ἱππικοῦ. addidi τοῦ, ex Coisl. & Br.

nec hiſtorici inter prodigia referre poterant, præterita tam notabili proxime ſequente. Nam menſe Martio exeunte, poſt Quinquatruum feſtos dies facinus patratum erat. § 97. Poſt aliquam dubitationem Nero venit Romam, & decretis ſtatim ſupplicationibus eclipſis incidit extremo Aprilis die. Confer *Tillemontium* in Nerone p. 457.

§ 113. (l. 18) τὸ δεῖπνον αὐτοῦ πᾶν — κατέφλεξεν] *Philoſtratus* p. 184. hoc portentum pariter cum eclipſi ſolis conjungit, nec longe removet Xiphilinus. At Tacitus, longe accuratius temporum ordinem ſervans, anno demum ſequente, Nerone IV. Conſule, in quinquennali ludicro, (de quo pag. 699. D.) accidiſſe narrat, Ann. XIV. 22. tumque & Cometen effulſiſſe, quem & *Seneca* Nat. Qu. VII. 6. 17. 21. 29. per ſex menſes viſum refert. vide & *Octavium* Act. I. v. 231. *Plin.* H. N. II. 25. unde accedente fulgure, rumor vulgi fuit, Rubellium Plautum numine Deum deſtinari imperio. Meminit & hujus fulminis *Euſebius* Chr. pr. & Can. Chron. *Tzetzes* Chil. III. hiſt. 60. v. 953. ſq. *Seneca* Octavia l. c.

§ 114 (l. 21.) Δομιτίαν τὴν τηθίδα] Domitia hæc Cn. Domitii Aenobarbi ſoror, amita Neronis, memoratur *Tacito* XIII. 19. cum a libertis ejus, Atimeto & Paride hiſtrione Agrippinam apud Neronem delatam narrat conjurationis cum Rubellio Plauto: *quippe inter Agrippinam & Domitiam infenſa æmulatio exercebatur.* De eadem, Agrippina c. 21. *Domitiæ inimicitiis gratias agerem, ſi benevolentia mecum in Neronem meum certaret &c.* Criſpo Paſſieno, oratori inſigni, quondam fuiſſe nuptam, Lipſius & Torrentius colligunt ex *Quintiliani* Inſtit. VI. 1. § 50. ubi is Domitiæ uxoris pecuniariam litem adverſus fratrem ejus Aenobarbum egiſſe dicitur. Qui ſi is Paſſienus eſt, cui & Agrippina nupſit, & cujus vitrici hereditate ditatus eſt Nero, teſte *Sueton.* c. 6. neceſſe eſt, Domitiam ante a Paſſieno dimiſſam fuiſſe, non contra, ut Torrentius ſibi perſuaſit, Agrippina dimiſſa, ductam eſſe Domitiam: neceſſe item, Paſſienum fuiſſe alterum Agrippinæ maritum, poſt Domitium, non primum, ut idem Torrentius putabat. Soror hujus Domitiæ, Domitia Lepida, apud quam Nero educatus, *Suet.* c. 6. & quæ vivo adhuc Claudio, ab Agrippina ſimili æmulatione ſublata erat. *Tac.* XII. 64. ſq. Nerone etiam ream teſtimonio affligente. *Suet.* c. 7.

§ 115. (l. 23.) ἐπαπέκτεινε φαρμάκῳ] *Suetonius* c. 34. *junxit parricidio matris amitæ necem: quam cum ex duritia alvi cubantem viſitaret, & illa tractans lanuginem ejus, ut aſſolet,* (vide Plut. T. I. p. 268. C.) *jam grandis natu, per blanditias forte dixiſſet, Simul hanc excepero, mori volo, converſus ad proximos, confeſtim ſe poſiturum, velut irridens, ait: præcepitque medicis, ut largius purgarent ægram: necdum defunctæ bona invaſit, ſuppreſſo teſtamento, ne quid abſcederet.*

§ 116. (l. 26.) κτήματα αὐτῆς τὰ ἐν Βαΐαις] Hinc Agrippina apud *Tacitum* XIII. 21. Domitiæ exprobrat: *Bajarum ſuarum piſcinas excolebat.* Hanc piſcinam poſtea Nero voluit ampliare. *Suetonius* c. 31. *præterea inchoabat piſcinam a Miſeno ad Avernum lacum, contectam, porticibus concluſam, quo, quicquid totis Bajis calidarum eſſet, converteretur.*

§ 117. (l. 27.) καὶ ἡβητήρια] In vulgatis Dionis exemplaribus ναυτήρια excuſum eſt, megno errore. [Id vidit etiam *Caſaubonus* ad Suet. Ner. c. 34.] Sunt autem ἡβητήρια, amœna diverſoria, ἐνδιαιτήρια καὶ καταλύσεις, ut ad hunc locum neſcio quis adnotaverat, quod male in contextum admiſit horum collectaneorum compilator. ſic ἐνηβητήρια apud Herodotum in lib. II. ſect. 133. de Mycerino, quæ ἐνευωχητήρια *Suidas* interpretatur: & apud *Plutarchum* in Pompejo (p. 640. C. adde 647. B.) τῆς Ῥώμης τὰ ἥδιστα προάστεια, καὶ τῶν ἡβητηρίων τὰ κάλλιστα. Latini *Seceſſus* vocant. VALES.

Sunt profecto aliquid amplius Neronis ἡβητήρια, quam *diverſoria & ſeceſſus.* Dio ea vocat μεγαλοπρεπῆ, ἃ καὶ δεῦρο ἀνθεῖ, quod anguſtius quam pro diverſoriis dictum in Gymnaſia rectius convenit, quorum ſtudio Nero, Græcorum & Neapolitanorum more, tenebatur, quæque & Romæ primus paulo poſt inſtituit § 143. Idem *Suidas*, ἡβητήριον exponit etiam παιδευτήριον, *locum in quo puberes exercentur,* nempe, ludis omnium generum. γυμνάσια interpretatur *Scholiaſtes Euripidis* Hippol. v. 1096. ἐγκαθήβα δὲ ἐνταῦθα, ἀντὶ τοῦ τρέφου, διὰ τὸ ἔχειν τόπους πρὸς τὸ ἡβᾶσαι ἐπιτηδείους, ὅθεν καὶ ἡβητήρια τὰ γυμνάσια. Confer de ludis epheborum *Jul. Cæſ. Capacium* Antiqu. & Hiſt. Neap. c. 16. Gymnaſiis adjungi ſolebant balnea & thermæ, eaque videtur ratio eſſe, quod Bajis, loco huic rei aptiſſimo, § 116. Gymnaſia inſtituerit. Ad hæc

E τὴν ὀρχήστραν, καὶ ἐς τὸν ἱππόδρομον, τό, τε θέατρον τὸ κυνηγετικὸν εἰσῆλθον, ὥσπερ οἱ ἀτιμότατοι· καὶ ηὔλησάν τινες αὐτῶν καὶ ὠρχήσαντο, τραγῳδίας τε καὶ κωμῳδίας ὑπεκρίναντο, καὶ ἐκιθαρῴδησαν· ἵππους τε ἤλασαν, καὶ θηρία ἀπέκτειναν, καὶ ἐμονομάχησαν, οἱ μὲν ἐθελονταὶ, οἱ δὲ καὶ πάνυ ἄκοντες. καὶ εἶδον οἱ τότε ἄνθρωποι τὰ γένη τὰ μεγάλα, τοὺς [m] Φουρίους, τοὺς Φαβίους, τοὺς Πορκίους, τοὺς Οὐαλερίους, τἄλλα πάντα ὧν τὰ τρόπαια, ὧν οἱ ναοὶ ἑωρῶντο, κάτω τε ἑστηκότας καὶ τοιαῦτα δρῶντας, ὧν ἔνια οὐδ' ὑπ' ἄλλων γινό-
698 μενα ἐθεώρουν. καὶ ἐδακτυλοδείκτουν γε αὐτοὺς ἀλλήλοις, καὶ ἐπέλεγον, Μακεδόνες μὲν, “Οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ Παύλου ἔκγονος·„ Ἕλληνες δὲ “οὗτος τοῦ [n] Μομμίου·„ Σικελιῶται, “ἴδετε τὸν Κλαύδιον„ Ἠπειρῶται, “ἴδετε τὸν Ἄππιον·” Ἀσιανοὶ, τὸν Λούκιον· Ἴβηρες, τὸν Πούπλιον· Καρχηδόνιοι, Ἀφρικανόν· Ῥωμαῖοι δὲ, πάντας. τοιαῦτα γάρ που [nn] προτέλεια τῆς αὐτοῦ ἀσχημοσύνης ποιῆσαι ἠθέλησεν.

Ὠλοφύροντο δὲ πάντες οἱ νοῦν ἔχοντες καὶ ἐπὶ τῷ πλήθει τῶν ἀναλισκομένων. πάντα
B μὲν γὰρ τὰ πολυτελέστατα ἃ ἄνθρωποι ἐσθίουσι, πάντα δὲ καὶ τὰ ἄλλα τὰ τιμιώτατα, ἵππους, ἀνδράποδα, ζεύγη, χρυσίον, ἀργύριον,

ingreſſi ſunt ut homines viliſſimi: nonnullique A.U.C.812
eorum tibiis cecinerunt, ſaltaverunt, tragœdias C. Vipſtano
& comœdias egerunt, ad citharam cecinerunt, & C. Fonteio COSS.
equos agitaverunt, belluas occiderunt, munere gladiatorio depugnarunt: quæ quidem fecere multi volentes, multi admodum inviti. Viſæ ſunt eo tempore veteres & illuſtres gentes, Furii, Fabii, Porcii, Valerii, cæteræque omnes, quarum tropæa atque templa conſpiciebantur, ea de inferiore loco facere, quæ ne ab aliis quidem hominibus facta ſpectare dignabantur. Itaque ſpectatores eos alter alteri digito commonſtrabant, dicebantque, Macedones quidem, “Hic eſt nepos Pauli:„ Græci autem, “Ille Mummii:„ tum Siculi ajebant, “Videte Claudium:„ mox Epirotæ, “Vos vero Appium videte:„ Aſiatici Lucium oſtendebant: Hiſpani, Publium: Carthaginienſes Africanum: Romani vero, omnes. Nam hæc tirocinia turpitudinis ſuæ edere Nero voluit.

18. Omnes etiam qui mente præditi erant, propter magnitudinem ſumptuum ingemiſcebant. Etenim magnificentiſſima quæque & lautiſſima, quibus homines veſcuntur, cæteraque omnia pretioſiſſima, equos, mancipia, vehicula,

m Φουρίους. Jo. Antiochenus in Exc. Peireſc. p. 810. qui hæc ex Dione ſe ſcribit petiiſſe, addit τοὺς Ὀρατίους, τοὺς Φαβίους. n Μουμμίου, Sylb. HS. edit. maj. & L. ſed Μεμμίου, RS. & editio minor HS. itemque Pal. & Br. perperam. ego Μομμίου ſcripſi ex fragm. LXXXI. & ſic apud Plutarchum p. 737. A. 816. B. nn προτέλεια. προτέλεα alii apud Sylb.

hæc ἐφηβεῖα refero ephebos Neronis apud *Suetonium* 21. exhibuit item pyrrichas quasdam e numero ephebeorum, quibus poſt editam operam diplomata civitatis Romanæ ſingulis obtulit. vide eund. Aug. c. 98. & Calig. 58. Hinc *Ephebeum* apud *Vitruvium* V. 11. pars eſt Palæſtræ. Conjunguntur interdum ἐφηβικοὶ vel ἐφηβεῖα cum Gymnaſiis; ſed alio ſenſu, ut te docebit *Petrus Faber* Agoniſt. III. 28. T. VIII. Theſ. Gronov. p. 2235. a.

§ 118. (l. 29.) ἐπὶ δὲ τῇ μητρὶ ἑορτὴν] *In honorem matris* reddiderant priores interpretes, quos deſerendos duxi. Nec enim ludorum in honorem matris quiſquam veterum facit mentionem, & vix veriſimile eſt, tantum honorem tributum eſſe Agrippinæ, quam apud Senatum ſcripto arguerat variorum criminum, *Tac.* XIV. 11. cujus ideo dies natalis a Senatu inter nefaſtos relatus fuerat, § 103. & quæ Nerone vivo ne quidem clauſa humo eſt & tumulo decorata. § 101. Puto igitur μεγίστην ἑορτὴν, de qua Dio, eſſe *Ludos, quos pro æternitate imperii ſuſceptos appellari Maximos voluit*, teſte *Suetonio* 11. His enim elephas funambulus, quem Dio hic producit, populo exhibitus eſt, ut refert idem *Suetonius*. Pro æternitate ergo imperii dati dicuntur, eodem ſenſu, quo ἐπὶ τῇ μητρὶ, *propter matrem* ſc. *interemtam*; quia inſidias ejus evaſiſſe, & nunc demum duraturum Imperium polliceri ſibi poſſe, videri volebat. Recte *Jo. Antiochenus* Exc. Peir. p. 813. init. Dionis phraſin explicat, ἐπὶ τῷ τῆς μητρὸς φόνῳ; (quanquam idem turpiter Juvenalia cum his ludis confundit, dicens datos etiam eſſe ἐπὶ τῷ γενείῳ τῷ (ſcr. τὸ) πρῶτον ξυρηθέντι. vide § 128.) Sic & ſupra p. 697. B. interpretaberis ſacrificia ἐπὶ τῇ Ἀγριππίνῃ, læta nempe in ſupplicationibus § 103.

§ 119. (l. 32.) ἐς τὰς ἀνωτάτω τοῦ θεάτρου ἁψῖδας] Amphitheatrum, neſcio an ligneum, de quo *Sueton.* 12. certe fornicibus inſtructum, quorum pro multitudine contignationum tres plerumque erant. vide *Lipſium* de Amphitheatro.

§ 120. (l. 33.) ἐπὶ σχοινίων κατεδραμεν] *Suetonius* cap. 11. notiſſimus eques Romanus, elephanto ſuperſedens, per catadromum decucurrit: ubi catadromus funis eſt a ſummo fornice ad ſolum amphitheatri oblique deſcendens. Notum eſt, quomodo hodie funambuli ſe per ejuſmodi funem e turri demittant; ſed quo pacto id elephas cum ſeſſore fecerit, non dixerim. vide interim loca *Plinii* VIII. 2. ſq. *Senecæ* epiſt. 86. & *Sueton.* in Galba c. 6. itemque *Lipſium* Epiſt. Cent. I. ep. 50. T. II. Opp. p. 36. ſq. *Gabr. Groddeck* Exercitat. de Funambulis. Gedani, 1702. 4. § 6. & 9. *Sponium* Recherches d'Antiquité. p. 407. ſqq.

§ 121. (l. 34.) ἑκάστω δεῖξαι καὶ αἴσχιστον] Locus utique corruptus eſt. Scio infra legi δακτυλοδείκτουν, de quo verbo conf. Pollucis Interpretes II. 155. Lucianus pro eo δεῖξαι τῷ δακτύλῳ, v. g. in Somnio c. 11. T. I. p. 16. ὥστε τῶν ὁρώντων δακτύλῳ, ἕκαστος τὸν πλησίον κινήσας δείξει σε τῷ δακτύλῳ, οὗτος ἐκεῖνος λέγων. vide & ejus Harmonidem c. 1. T. I. p. 851. Sed illa demonſtratio per digitos hoc loco plane aliena & frigida eſſet. Dionis ſtilo forte convenientiſſime ſcriberetur ἑκάστῳ δὲ δὴ καὶ αἴσχιστον καὶ δεινότατον — ἐγένετο.

§ 122. (l. 36.) οὐχ ὅπως ἱππικοῦ ἀλλὰ καὶ βουλευτικοῦ] Rem confirmant *Tacitus* XIV. 14. & *Suetonius* 12. eaque a temporibus Julii Cæſaris non inſolens, ut utriusque ordinis viri in ſcenam pariter ac arenam prodirent, quam ſæpe tangit ad Dionem *Fabricius* p. 383. A. 460. A. 522. B. 586. E. 611. B. 669. D. De feminis gladiatorum more pugnantibus *Tacitus* XV. 32.

§ 123. (l. 50.) οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ Παύλου &c.] L. AEMILII PAULI, qui A. U. 586. de Macedonia & Perſe triumphavit, de cujus laudibus vide Fragm. LXXV. ſq. & CXXIII. L. MUMMII, qui victa Achaja, Corintho & Thebis everſis, triumphavit A. U. 608. de cujus meritis Fragm. LXXXI. & CLXV. § 3. M. CLAUDII MARCELLI, qui Siciliam domuit, captis Syracuſis A. U. 542. de quo Fragm. XVI. & LI. ſqq. L. SCIPIONIS Aſiatici, Africani fratris, qui Antiochum Aſia ſubmovit A. U. C. 565. vide *Harduin.* ad Plin. XXXIII. 11. P. SCIPIONIS, qui cum Cnejo fratre bello Punico primo res magnas in Hiſpania geſſit A. U. 538. vel, ſi mavis, ejus qui & Africanus Major, quem Regem magnum ab Hiſpanis appellatum Dio prodidit Fragm. LIX. P. SCIPIONIS AFRICANI minoris Æmiliani, qui Carthaginem & Numantiam evertit, triumpho de utraque habito A. U. 608. de quo Fragm. LXXVII. LXXXI. LXXXIX. Interpres horum nobis ſit *Vellejus Pat.* II. 38. *Primus in Siciliam transjecit exercitum conſul Claudius, & provinciam eam poſt annos ferme LII. captis Syracuſis fecit* MARCELLUS CLAUDIUS. *Primus Africam Regulus — ſed poſt —* P. SCIPIO ÆMILIANUS *eruta Carthagine — in formulam redegit provinciæ. — In Hiſpanias primi omnium duxere exercitus* CN. & P. SCIPIONES, *initio ſecundi belli Punici. — Macedoniam* PAULUS, MUMMIUS *Achajam ſubegit, Aſiam* L. SCIPIO *Africani frater eripuit Antiocho.* Quem vero, præter hos, *Appium* Epirotæ indigitent, non auſim pro certo definire, niſi *Appium Claudium Craſſum Cæcum* velint, qui ſenex oratione ſua pacem cum Pyrrho Epiri Rege diremit, apud *Plutarchum* in Pyrrho p. 394. ſq. & *Victorem* de Viris illuſtr. XXXIV. 10. Evertit enim Epirum, non Appius quidam, ſed Æmilius Paulus, de quo Fragm. LXXVI.

A.U.C. 812 C. Vipſtano & C. Fonteio COSS. hicula, aurum, argentum, togas pictas, per teſſeras quasdam dabat. Jaciebat enim ad plebem parvos globulos, quorum ſinguli aliquid eorum inſcriptum continebant, & pro ea quam quisque rapuerat teſſera ei largiebatur. Quamobrem ſic cogitabant homines, eum qui tantos ſumptus faceret in res turpes, nullo modo lucri faciendi cauſa ab indigniſſimis rebus ſibi temperaturum. Sub id tempus, viſis nonnullis portentis, aruſpices reſponderunt, interitum Neroni denuntiari: dederuntque ei conſilium, ut in alios id periculum averteret: qua ex re complures illico interfeciſſet, niſi ei Seneca; " Licet, „ inquit, " quamplurimos occidas, tamen non potes ſucceſſorem tuum occidere. „ Tunc vero plurima ſacrificia pro ſalute, ut ajebat, ſua fecit, forumque obſoniorum (quod macellum dicitur) dedicavit.

γύριον, ἐσθῆτα ποικίλην ἐδίδου διὰ συμβόλων. º σφαίρια [124] γὰρ μικρὰ, γεγραμμένα ὡς ἕκαστα αὐτῶν ἔχοντα, εἰς τὸν ὅμιλον ἐῤῥίπτει, καὶ ἐδίδοτο, ὅ, τι τις δι' ἐκείνων ἥρπασεν. ἐνενόουν [p] γὰρ ὅτι, ὁπότε τοσαῦτα ἀνήλισκεν ἵνα ἀσχημονήσῃ, οὐδενὸς τῶν ἀτοπωτάτων ἀφέξεται, ἵνα τι κερδάνῃ. [125] τεράτων δέ τινων γεγονότων τότε, [126] οἱ μάντεις ὄλεθρον αὐτῷ ταῦτα φέρειν εἶπον, καὶ συνεβούλευσαν ἐς ἑτέρους τὸ δεινὸν ἀποτρέψασθαι. κἂν συχνοὺς εὐθὺς κατεχρήσατο, εἰ μὴ ὁ Σενέκας ἔφη αὐτῷ, ὅτι [q] " Ὅσους ἂν ἀποσφάξῃς, " [127] οὐ δύνασαι τὸν διάδοχόν σου ἀποκτεῖναι. „ τότε μὲν δὴ [r] τοσαῦτα σωτήρια, ὡς δὴ ἔλεγεν, ἑώρτασε, καὶ τὴν ἀγορὰν τῶν ὄψων, τὸ μάκελλον ὠνομασμένον, καθιέρωσε· C

19. Poſt hæc celebravit ſolennia alterius generis, quæ dicuntur Juvenalia. Ea propter barbam ejus, quæ tum primum raſa fuerat, facta ſunt: cujus pilos in ſphæram auream conjectos, Jovi Capitolino conſecravit. His ludis utique aliquid ſpectaculi edidere quum alii, tum homines omnium nobiliſſimi. Cui rei argumento eſt, quod Ælia Catella, fœmina genere ac divitiis excellens, ac jam grandis natu, (erat enim annorum octoginta) ſaltavit: cæteri qui propter ſenectutem aut morbum præcipui nihil poterant

Μετὰ δὲ ταῦτα ἕτερον αὖ εἶδος ἑορτῆς ἤγαγεν, (ἐπεκλήθη δὲ [128] Ἰουβενάλια, ὥσπερ τινὰ νεανισκεύματα) καὶ ἐτελέσθη ἐπὶ τῷ γενείῳ αὐτοῦ. καὶ γὰρ τοῦτο τότε πρῶτον ἐξύρατο· καὶ τάς γε τρίχας ἐς σφαιρίον τι χρυσοῦν ἐμβαλὼν, [129] ἀνέθηκε τῷ Διῒ τῷ Καπιτωλίνῳ· καὶ ἐς τὴν ἑορτὴν οἵ τε ἄλλοι καὶ οἱ εὐγενέστατοι [s] πάντως τι ἐπεδείξαντο. τεκμήριον δέ· [130] Αἰλία [t] Κατέλλα, τοῦτο μὲν γένει καὶ πλούτῳ προήκουσα, τοῦτο δὲ καὶ ἡλικίᾳ προφέρουσα, (ὀγδοηκοντοῦτις γὰρ ἦν) ὠρχήσατο· οἵ τε λοιποὶ οἱ διὰ γῆρας ἢ νόσον D

o σφαίρια γὰρ μικρὰ γεγραμμένα ὡς ἕκαστα αὐτῶν ἔχοντα. puto hunc locum ita ſcriptum fuiſſe: σφαίρια, (vel potius σφαιρία) γὰρ μικρὰ γεγραμμένα ὡς ἕκαστα αὐτῶν τι ἔχοντα. HS. ſed ſi ἕκαστα referas non ad σφαίρια, ſed ad dona illa πολυτελέστατα, non erit neceſſe quicquam mutare. p ἐνενόουν γὰρ ὅτι. videri poſſit aliquid deeſſe; nihil tamen deſideratur, ſed ratio redditur ſuperius dictorum, ὀλοφύροντο δὲ πάντες &c. HS. ἐνενόουν γοῦν ὅτι ad marg. ſcripſit L. q ὅσους ἂν ἀποσφάξῃς. recipi non poteſt hæc ſcriptura: veram hanc eſſe puto, licet audacula judicari poſſit: κἂν μυρίους ὅσους ἀποσφάξῃς. HS. r τοσαῦτα σωτήρια. haud ſcio an rectius τοιαῦτα σωτήρια. Sylb. poſſis τοσαῦτα intelligere de totidem ſacrificiis ſalutaribus, quot fuiſſent portenta. s πάντως τι ἐπεδείξαντο. fortaſſe vera lectio eſt πάντων. HS. non probo. mallem πάντες, ſed ne hoc quidem neceſſe. t Κατέλλα. Κατοῦλα, Xyl. & L. ad marg. vid. § 130.

§ 124. (l. 64.) σφαίρια γὰρ μικρὰ] σφαίρια ξύλινα μικρὰ vocat *Dio* p. 757. D. aut σφαίρια ſimpliciter p. 760. D. 791. C. vel etiam σύμβολα p. 417. C. 647. A. *Teſſeras & miſſilia*, Latini. conf. Interpretes ad *Sueton.* Ner. 11. & Calig. 18. *Lipſium* de Magn. Rom. II. 11. p. 407. & hiſtoriam hujus ritus apud *Hect. Guntherum Thulemarium* libro de Octoviratu c. 28. ἐπικόμβια ſeu ἐπικόμπια, quæ Imperatores & Patriarchæ Conſtantinopolitani in populum ſpargebant, explicat *Cangius* Gloſſ. Gr. in κόμβοι. Hæc Dionis σφαίρια *Jac. Oiſelius* in Theſ. Num. LXXIV. 7. non globulos, ſed orbiculos, planos nummorum inſtar fuiſſe contendit, quales ex ebore, cum numerorum notis, in Antiquariorum Cimeliis videre eſt. Similes oſſeos cum Pythiæ, Apollinis & Caſtoris inſignibus, additisque numeris producit *Fabrettus* Inſcr. p. 530. ubi tamen & globuli ex foſſili cryſtallo cum numerorum notis inter hujusmodi miſſilia referuntur. Et globoſas teſſeras vidiſſe aliquando Jo. Galvanum JCtum & Profeſſorem Patavinum, teſtatur *Jac. Phil. Thomaſinus* de teſſeris hoſpitalitatis, cap. 16. T. IX. Theſ. Gron. p. 250. C. neque aliud facile genus miſſilium indicare poſſunt Dionis σφαίρια; quanquam ligneos alicubi vocat globulos, qui vix ad noſtram ætatem pervenire potuerunt: nihil tamen repugnat, quo minus etiam ex alia magis durabili materia facti interdum ſint.

§ 125. (l. 69.) τεράτων δέ τινων] Hæc portenta poſt quinquennale ludicrum, de quo p. 699. D. viſa eſſe, rectius tradit Tacitus XIV. 22. ad A. U. C. 813. ſtellam nempe in primis crinitam & fulmina. *Suetonius* enim c. 36. ſtellam crinitam rejiciens plane ad conjurationem Piſonianam, quæ contigit A. U. C. 818. vix fidem meretur; quod illo ipſo anno Seneca cum Piſone interemtus eſt, & tamen ſtellam hanc ſe per ſex menſes vidiſſe ſcribit. vide § 113.

§ 126. (l. 70.) οἱ μάντεις] Babilo in primis aſtrologus, apud *Sueton.* c. 36. 3.

§ 127. (l. 75.) οὐ δύνασαι τὸν διάδοχον] Marcus epiſtola ad Verum, apud *Vulcatium Gallic.* in Avidio Caſſio c. 2. *Scis proavi tui dictum, Succeſſorem ſuum nullus occidit.* *Plinius* Paneg. c. 9. 1. *Succeſſor, etiamſi nolis, habendus eſt.* Macellum Auguſti, quod paulo poſt Dio dedicatum ſcribit, illuſtrat nummus apud *Medicb.* p. 93. in cujus averſa MAC. AUG. S. C.

§ 128. (l. 82.) Ἰουβενάλια] A. U. C. 812. *Tac.* XIV. 15. eodem ergo anno, quo Domitiæ amitæ barbam ſe confeſtim poſiturum promiſerat § 115. Natus tum erat annos XXI. quo tempore, imo & citius & ſerius a nonnullis, barbam poſitam eſſe docet *Lipſius* ad Tac. XIV. Excurſu B. Ponebatur autem cum feſtivitate. vide *Fabric.* ad p. 377. C. & *Dion.* in Elagabalo p. 913. C. Annotavi jam § 118. *Jo. Antiochenum* ſolennia ideo inſtituta a celebritate Ludorum Maximorum non ſatis diſtinguere. Sed & *Suetonius* c. 12. hæc Juvenalia cum Quinquennali Ludicro miſcet, quod a Juvenalibus Dio rectius ſejungit, quodque ad A. U. C. 813. refert Tacitus. Juvenalia non in publico theatro, ſed apud nemus, quod navali ſtagno circumpoſuit Auguſtus, celebrata eſſe, *Tacitus* docet XV. 33. XIV. 15. & pluribus confirmat *Lipſius* not. 38. qui ex Sidonio oſtendit, nomen ludorum manſiſſe poſteriori ævo, & Imperatores, quos in palatio dabant Kalendis novi anni Juvenalia appellaſſe. Confirmatur notabili Dionis loco, qui Lipſium fugit. infra p. 766. § 86.

§ 129. (l. 86.) ἀνέθηκε τῷ Διῒ τῷ Καπιτ.] Ita *Suetonius* 12. Mos erat, primitias comæ aut barbæ detonſæ Deo alicui conſecrare. *Statius* præf. ad lib. III. Sylv. *Earinus præterea Germanici noſtri libertus ſcit, quam diu deſiderium ejus moratus ſim, cum petiiſſet, ut capillos ſuos, quos cum gemmata pyxide & ſpeculo ad Pergamenum Aſclepium mittebat, verſibus dedicarem.* Vide & *Petron.* c. 30. & pluribus *Anton. Hotomannum* in Dialogo de barba T. I. Lexici Pitiſci p. 252. & de coma p. 518. *Lipſium* ad Ann. XIV. 15. & Excurſu B. alios apud *Fabricium* Bibliograph. Antiq. c. 18. § 6.

§ 130. (l. 88.) Αἰλία Κατέλλα] Apud *Jo. Antiochenum* in Exc. Peir. p. 810. Δαλλαία Κατέλλα. ad quem locum Valeſius: *In Dionis exemplaribus* Αἰλία *exaratum eſt, quod maluimus ſequi. Fuiſſe enim videtur hæc matrona ex gente Æliorum, ut ex cognomine ejus apparet. Catella enim* ὑποκοριστικῶς *dicta eſt pro Cata, quod cognomen fuit in gente Ælia. Proinde non recte a Xylandro Dionis interprete correctum eſt* Κατοῦλα.

σον ἰδίᾳ μηδὲν ποιῆσαι δυνάμενοι, ἐχορώδησαν. ἤσκουν μὲν γὰρ πάντες ὅ, τι τὶς καὶ ὁπωσοῦν οἷός τε ἦν· καὶ ἐς διδασκαλεῖα ἀποδεδειγμένα συνεφοίτων [a] οἱ ἐλλογιμώτατοι ἄνδρες, γυναῖκες, κόραι, μειράκια, γραῖαι, γέροντες· εἰ δέ τις μὴ ἐδύνατο ἐν ἑτέρῳ τῳ θέαν παρασχεῖν, ἐς τοὺς χοροὺς κατεχωρίζετο· καὶ ἐπειδή γέ τινες
E αὐτῶν προσωπεῖα ὑπ' αἰσχύνης, ἵνα μὴ γνωρίζωνται, περιέθεντο, περιεῖλεν αὐτά, τοῦ δήμου δῆθεν ἀξιώσαντος, καὶ ἐπέδειξε καὶ τοῖς ὀλίγον ἔμπροσθεν ὑπ' αὐτῶν ἀρχθεῖσιν ἀνθρώποις. καὶ τότε δὴ μάλιστα καὶ ἐκεῖνοι καὶ οἱ ἄλλοι τοὺς τεθνηκότας ἐμακάριζον· πολλοὶ γὰρ [131] ἄνδρες τῶν πρώτων ἐν τῷ ἔτει τούτῳ ἐτελεύτησαν· ὧν ἐνίους καὶ τῷ Νέρωνι ἐπιβουλεύειν αἰτιαθέντας οἱ στρατιῶται περιστάντες ἐλιθοβόλησαν.

Καὶ (ἔδει γὰρ καὶ τὸν κολοφῶνα ἄξιον τῶν
699 πραττομένων ἐπενεχθῆναι) παρῆλθέ τε καὶ αὐτὸς ὁ Νέρων ἐς τὸ θέατρον, ὀνομαστὶ [132] πρὸς τοῦ Γαλλίωνος [x] ἐσκηρυχθείς· καὶ ἔστη τε ἐπὶ τῆς σκηνῆς ὁ Καῖσαρ τὴν [133] κιθαρῳδικὴν σκευὴν ἐνδεδυκώς· καὶ, Κύριοί μου, εὐμενῶς μου ἀκούσατε, εἶπεν ὁ αὐτοκράτωρ. [y] ἐκιθαρῴδησέ τε [134] Ἄττιν τινὰ ἢ Βάκχας ὁ Αὔγουστος, πολλῶν μὲν στρατιωτῶν παρεστηκότων, παντὸς δὲ τοῦ δήμου, ὅσον αἱ ἕδραι ἐχώρησαν, καθημένου. καίτοι καὶ [135] βραχὺ καὶ μέλαν (ὥς γε παραδέδοται) φώνημα ἔχων, ὥστε
B καὶ γέλωτα ἅμα καὶ δάκρυα πᾶσι κινῆσαι. καὶ αὐτῷ

poterant facere, choreas canebant. Exercebat enim ſe quisque, qua in re, aut quoquo modo poterat, erantque id circo ſcholæ conſtitutæ, quas frequentabant clariſſimi viri, mulieres, puellæ, adoleſcentuli, vetulæ, ſenes. Quod ſi quis non poſſet aliter ſpectaculum præbere, ad choros ſecernebatur: quumque multi pudore adducti, ea facerent perſonati, ne agnoſcerentur, Nero, petente populo, eis perſonas detraxit, eosque patefecit hominibus, in quos ipſi paulo ante magiſtratus geſſerant. Tum illi præſertim, cæterique, mortuos eſſe beatos ajebant. Nam eo anno magnus numerus primorum hominum mortem obierat, quorum nonnullos inſidiarum Neroni ſtructarum accuſatos milites lapidibus obruerant.

A.U.C. 812 C. Vipſtano & C. Fonteio COSS.

20. Et quoniam dignum iis, quæ agerentur, colophonem imponi oportebat, ipſe quoque Nero in theatrum prodiit, Gallionis præconio nominatim citatus, ſtetitque Cæſar in ſcena habitu citharœdi. Quin etiam ipſe imperator, “ Domini mei, „ inquit, “ audite me æquo animo: „ & Auguſtus cecinit Attin quendam, & Bacchas, circumſtante magno militum numero, & coram univerſo populo aſſidente, quantum ſedes capiebant: etſi (ut traditum eſt) tam exigua obſcuraque voce erat, ut riſum fletumque ſimul omnibus excitaret. Aſſiſtebant ei Burrus

[a] οἱ ἐλλογιμώτατοι. οἱ λογιμώτατοι, Coisl. Br. λογιώτατοι, Pal. [x] ἐσκηρυχθείς. ſic Pal. Br. Sylb. HS. edit. maj. & L. ἐγκηρυχθεὶς perperam RS. & HS. edit. min. ſtatim pro ἔστη, Robertus corrupte ἔσται. [y] ἐκιθαρῴδησέ τε Ἄττιν. ἐκιθαρῴδησε καὶ Ἄττιν, L. ad marg. cujus mutationis rationem non video. Salmaſius ad Solin. p. 37. a. E. legit Ἀττίδα. ſed vide Suidam. § 134

§ 131. (l. 4.) ἄνδρες τῶν πρώτων — ἐτελεύτησαν] Domitium Afrum & M. Servilium memorat *Tacitus* XIV. 19. naturali nempe morte defunctos A. U. C. 812. occiſos vero a Nerone adhuc nullos, ſed poſt quinquennale demum ludicrum A. U. C. 813. Xiphilinus addens hic, ἐν τῷ ἔτει τούτῳ, ſibi ipſi non conſtat: annos enim, Conſulibus a Dione notatos, peſſimo inſtituto non diſtinxit.

§ 132. (l. 4.) πρὸς τοῦ Γαλλίωνος ἐσκηρυχθείς] L. Junius Gallio frater erat Senecæ p. 688. E. vide & infra p. 713. E. § 128. Qui citharœdicum certamen adibant, nomina ſua profitebantur in albo perſcribenda: tum illa ſorte ex urna ducebantur, quo ordine quisque caneret, quod & feciſſe Neronem in Neroniis iteratis, refert *Suetonius* c. 21. ſicut in album athletarum Nero inſcribi ſe paſſus eſt, auctore Dione p. 719. C. Opus ergo nunc erat præcone, qui populo ſignificaret, quis jam & quid cantaturus eſſet, quo munere poſtea functus eſt Cluvius Rufus *Suet.* l. c. *Dio* p. 721. D.

§ 133. (l. 12.) κιθαρῳδικὴν σκευὴν ἐνδεδυκώς] Vocabulum σκευή, ſpeciatim de citharœdico habitu. *Lucianus* Dial. Mar. VIII. 1. T. I. p. 308. de Arione ſuſcepto a delphino αὐτῇ σκευῇ καὶ κιθάρᾳ. rurſus τὴν σκευὴν ἀναλαβόντα με καὶ ᾄσαντα — ἀναλαβε τὴν σκευὴν καὶ ᾆσε. vide ibi Cl. *Hemſterhuſium.* Habitus citharœdi fere hic erat: coma prolixior & ornata, mentum pilis nudatum, caput cinctum corona, etiam aurea & gemmis diſtincta, veſtes purpureæ, coloribus variis & auro intextæ, tunica manicata talaris ὀρθοστάδιος, cui injecta erat chlamys fibula in humeris nexa: cithara baltheo cælato apta ſuſtinebatur. Nummus eſt apud *Jac. Oiſelium* Theſ. Num. XXXVIII. 1. Triſtan. I. p. 233. ubi Nero ſub forma Apollinis citharœdi: unde *Suetonius* c. 25. 6. *ſacras coronas in cubili circum lectos poſuit, item ſtatuas ſuas citharœdico habitu, qua nota etiam nummum percuſſit.* vide & infra § 139. Cunctis quippe citharæ legibus obtemperabat Nero. *Tac.* XVI. 4. adde *Sueton.* cap. 24. 1.

§ 134. (l. 14.) ἐκιθαρῴδησε τε Ἄττιν τινά] Erat nempe non ψιλὸς κιθαριστής, qui cithara ſine voce caneret, ſed κιθαρῳδὸς proprie, qui vocem adjungeret. Conf. *Spanhem.* ad Callim. Hymn. Apoll. v. 12. p. 54. ſq. *Ammonium, Moſchopulum, & Pollucem* IV. 66. itemque viros doctos ad *Sueton.* Domit. c. 4. Utrumque conjungi in certaminibus debebat cum Poëſi. De Pythico certamine *Pauſanias* X. 7. p. 813. λέγεται δὲ καὶ Ἡσίοδον ἀπελαθῆναι τοῦ ἀγωνίσματος, ἅτε οὐ κιθαρίζειν ὁμοῦ τῇ ᾠδῇ δεδιδαγμένον. idemque velut ſingulare adnotat, quod Eleuthteres Pythicam palmam ſolius vocis cauſa tulerit, licet carmen non ſuum decantaſſet. Cecinit ergo Nero ad citharam Attin & Bacchas, ſua carmina; ut non tantum ex legibus horum certaminum, ſed & ex *Perſio* colligitur Sat. I. 93. ſqq. qui Neronis quosdam verſus ex his ipſis carminibus adducit & perſtringit. Ἄττις & Ἄττης in Accuſandi caſu Ἄττιν ſcribitur. vide *Suid. Harpocrat.* & *Heſychium* ibique noviſſimum eruditum commentatorem: nec minus *Hemſterhuſ.* ad Lucian. T. I. p. 235. De fabula Attidis *Pauſanias* VII. 17. p. 566. vide alia apud *Pet. Burmannum* ad Ovid. Faſt. IV. 223. *Laur. Pignorium* in Matris Idææ & Attidis initiis poſt Menſam Iſiacam, & quos laudat *Reineſius* epiſt. ad Rupert. pag. 616. ſqq.

§ 135. (l. 17.) βραχὺ καὶ μέλαν] Soni, vocabulis ad viſum ſpectantibus deſcribuntur. *Exiguæ vocis & fuſcæ. Suet.* 20. μέλαιναν quoque φωνὴν Neroni tribuit *Philoſtratus* pag. 185. cum catarrho laboranti fauces intumuiſſent. Sed naturale id ei fuiſſe præter Suetonium etiam *Lucianus* in Nerone tradit T. III. p. 640. κοῖλον μὲν φύσει καὶ βαρὺ, ἐγκεῖσθαι αὐτῷ τῷ φάρυγγι. μέλη δ' ὄντα καθεστηκυῖα μόνα βομβεῖ πως. Attamen ex Philoſtrato diſcimus per μέλαν denotari raucam & obſcuram vocem, φαιὰν & ἀηδῆ, ut interpretatur *Pollux.* II. 117. *fuſcam & injucundam*, cui opponitur λευκὴ, ἐκκεκαθαρμένη, *clara & pura.* vide *Olearium* ad Philoſtr. p. 205. & 194. Sic & *Plinius* XXVIII. 6. *vox revocatur, cum e candida declinat in fuſcam.* Adde *Fabricium* ad Sextum adv. Muſicos p. 364. *Cicero* de N. D. cap. 58. *vocis genera permulta, canorum, fuſcum; læve, aſperum; grave, acutum; flexibile, durum.* vide ad eum locum *Cel. Elſneri* Sched. Crit. p. 107. ſq. Scilicet hæc illa erat Neronis *cæleſtis vox*, ut adulatoribus audiebat, *Tac.* XVI. 22. infra pag. 714. § 135. ad quam conſervandam ipſe plurimum ſibi moleſtiæ impoſuit. *Suet.* c. 20. & 25. *Plin.* XIX. 6. & XXXIV. 18. de qua tamen candide ad Tigellinum Apollonius apud *Philoſtr.* p. 186. ſe melius de Nerone ſentire quam ceteros: hos enim dignum putare qui cantet, ſe dignum qui ſileat.

A.U.C. 812 C. Vipſtano & C. Fonteio COSS.

Burrus & Seneca, velut magiſtri, ſuggerentes quiddam: quumque decantaſſet aliquid, tum ipſi manus atque veſtes agitabant: aliosque ad idem hoc faciendum pertrahebant. Nam & peculiare quoddam militum ad quinque millia corpus inſtituerat, qui Auguſtani nominati, incipiebant eum laudibus extollere: poſt hos cæteri omnes inviti acclamare cogebantur, uno Thraſea excepto, qui nunquam ei obſecutus eſt: reliqui, atque in primis nobiles viri, magno ſtudio, non tamen ſine gemitu, collecti, omnia quæcunque illi Auguſtani, pariter velut hilares, conclamabant. Audires fere dicentes: " O! pulchrum Cæſarem! o Apollinem! o Auguſtum! o unum veluti Pythium! nemo te, Cæſar, per te juramus, vincit. „ Peractis his rebus, populo epulum dedit in navalibus, eo in loco in quo ab Auguſto prœlium navale factum fuerat. Inde media nocte per foſſam in Tiberim navigavit.

αὐτῷ καὶ ὁ Βοῦῤῥος καὶ ὁ [a] Σενέκας, καθάπερ τινὲς [136] διδάσκαλοι, ὑποβάλλοντές τι, [a] π[illegible]σαν· καὶ αὐτοὶ τάς τε [137] χεῖρας καὶ τὰ ἱμάτια, ὁπότε φθέγξαιτό τι, ἀνέσειον, καὶ τοὺς ἄλλους προσεπεσπῶντο. ἦν μὲν γάρ τι καὶ ἴδιον αὐτῷ σύστημα ἐς πεντακισχιλίους στρατιώτας παρεσκευασμένον· [138] Αὐγούστειοί τε ὠνομάζοντο· καὶ ἐξῆρχον τῶν ἐπαίνων· ἠναγκάζοντο δὲ σφίσι καὶ [b] οἱ ἄλλοι πάντες καὶ ἄκοντες, πλὴν τοῦ Θρασέα, ἐκβοᾶν. οὗτος μὲν γὰρ οὐδέποτε αὐτῷ συγκαθῆκεν· οἱ δὲ δὴ ἄλλοι, καὶ μάλισθ' οἱ ἐπιφανεῖς, σπουδῇ καὶ ὀδυρόμενοι συνελέγοντο, καὶ πάνθ' ὅσα περ οἱ Αὐγούστειοι, ὡς καὶ χαίροντες, συνεβόων. καὶ ἦν ἀκούειν πως αὐτῶν λεγόντων, " Ὁ καλὸς Καῖσαρ, [139] ὁ Ἀπόλλων, " ὁ Αὔγουστος, [c] εἷς ὡς Πύθιος· [140] μά σε Καῖ-" σαρ, Οὐδείς σε νικᾷ. „ ποιήσας δὲ ταῦτα, εἱδείπνισε τὸν δῆμον ἐπὶ πλοίων ἐν τῷ χωρίῳ, ἐν ᾧ ἡ [141] ναυμαχία ὑπὸ τοῦ Αὐγούστου ἐγεγόνει· καὶ ἐξ αὐτοῦ νυκτὸς μεσούσης ἐς τὸν Τίβεριν διὰ τάφρου κατέπλευσε. C

21. Hæc Ταῦτα

[a] Σενέκας. Σενέκας ſemper Coiſl. & Br. Βοῦῤῥος hic pariter ſcripſi ut ſupra p. 690. E. & in Exc. Peir. p. 682. itemque Sylb. cui non conſtabat hoc loco vulgata ſcriptio Βούῤῥος. [a] παρεστήκεσαν. παρεστήκασιν habet RS. & HS. edit. min. ſed ceteri illud magis Atticum. mox φθέγξαιτό ſcripſi pro φθέγξαιτο. [b] καὶ οἱ ἄλλοι. ſic Coiſl. & Br. melius quam vulgo καὶ ἄλλοι πάντες. [c] εἷς ὡς Πύθιος. infra p. 724. ὡς præponitur nomini εἷς. quam lectionem ſi h. l. etiam ſequi velis, ſenſus eſt: *quam unus es Pythius*, ſeu *Pythionices*. Sylb. paulo poſt εἱδείπνισε reſtitui ex RS. HS. edit. min. & Sylb. pro ἐδείπνισε, quod irrepſerat in HS. edit. maj. quam improvide ſecutus erat L.

§ 136. (l. 22.) διδάσκαλοι, ὑποβάλλοντές τι] Magiſter Neronis vere erat Terpnus citharœdus *Suet.* 20 Magiſtri autem eſt, diſcipulo ſuggerere vel modulationem, vel carmina cantanda, ſi forte memoria hæſerit. Ita ὑποβάλλειν apud *Xenophontem* Cyrop. III. p. 85. A. ὑποβάλλειν δυνήσεσθαι, ἤν τι ἐπιλανθάνωνται. carmina certe Burrus & Seneca poterant inſuſurrare; ſicut vocem moderabatur phonaſcus. *Suetonius* 25, 7. *ut conſervandæ vocis gratia — nihil quidquam ſerio jocove egerit, niſi adſtante phonaſco, qui moneret, parceret arteriis.*

§ 137. (l. 23.) τὰς χεῖρας καὶ τὰ ἱμάτια ἀνέσειον] *Movere manus* interdum in theatris & ſpectaculis idem eſt quod plaudere: quam in rem varia loca produxit *Franc. Bernardinus Ferrarius* de veterum acclamationibus & plauſu L. I. c. 6. Tom. VI. Theſ. Græv. p. 26. ſqq. Attamen Senecæ & Burri ἀνασείειν libentius interpretarer de elevatione frequenti manuum, ut eſſet ſignum admirantium. *Cicero* Acad. IV. 19. *Hortenſium vehementer admirari, quod quidem perpetuo Lucullo loquente fecerat, ut etiam manum ſæpe tolleret.* vide eund. Epiſt. Famil. VII. 5. Nam ad plauſus populi commovendos, Burrus & Seneca præibant, & velut μεσόχοροι ſignum dabant. vide *Plutarchum* Pompejo pag. 645. B. *Plin.* epiſt. II. 14. 6. Ex horum igitur ſigno admirationis colligebat populus, aliquid plauſum præ ceteris meruiſſe, & tum de compoſito plaudebat. Pariter veſtes & togas agitare veteres ſolebant in favorem & admirationem. Unde tandem Aurelianus, teſte *Vopiſco* in ejus vita c. 48. *oraria*, hoc eſt faſciolas, populo Romano donavit, *quibus uteretur ad favorem.* confer ibi *Caſaubonum* p. 581. ſq. & laudatum modo *Ferrarium* II. 6. p. 61. ſqq. quamvis Lipſius aliter interpretetur Elect. II. 10. T. I. Opp. pag. 313. a. Utrumque conjungitur apud *Philoſtratum* Icon. II. 6. p. 818. de Arrichione athleta: βοῶσι γοῦν ἀναπηδήσαντες τῶν θάκων, καὶ οἱ μὲν τὼ χεῖρε ἀνασείουσιν, οἱ δὲ τὴν ἐσθῆτα. Idem Sophiſt. II. 32. p. 626. De Caracallo Sophiſtam Heliodorum admirante, ἀνασείων τὴν χεῖρα καὶ τὸν κόλπον τῆς χλαμύδος. Adde *Eunapium* in vita Juliani Philoſophi ſub fin. τὴν περιπόρφυρον ἀνασείων ἐσθῆτα.

§ 138. (l. 27.) Αὐγούστειοι] Auguſtani, *Tacito* XIV. 15. Auguſtiani, *Suetonio* c. 25. Eorum & infra mentio p. 719. B. Erant ex equeſtri & plebeja juventute lecti quinque amplius millia, qui diviſi in factiones, plauſus genera condiſcerent, & cantanti Neroni operam navarent; quorum duces quadragena millia HS. merebant, teſte *Suetonio* c. 20. Officium illis erat, ut arte quadam, velut ad numerum, alternis, modulate & concinne teſtarentur admirationem; brevibus maxime acclamationibus, quales infra, ὁ καλὸς Καῖσαρ, ὁ Ἀπόλλων, *formam principis, vocemque, Deum vocabulis appellantes*, ut *Tac.* l. c. confer *Treb. Poll.* in divo Claudio c. 4. Hi igitur Auguſtani edocti ἐξῆρχον τῶν ἐπαίνων, non ſine modo quodam muſico & cantu, quod *Dioni* p. 831. A. eſt ἐρρύθμως ἐκβοᾶν & ἐξᾴδειν. Captus enim Nero erat *modulatis Alexandrinorum laudibus Suet.* 20, 5. Videntur & his acclamationibus modulatis citharas & plectra, quibus teſte *Dione* pag. 719. B. inſtructi erant, adhibuiſſe, ut citharœdo Imperatori laudes ad citharam accinerent: addebant & plauſuum genera, quæ *bombos, teſtas, imbrices* vocabant, *Suet.* 20. a ſoni, ut videtur, varietate: & plebs ad eorum imitationem *perſonabat certis modis, plauſuque compoſito. Tac.* XVI. 4. quanquam artis hujus rudes, *cum manibus neſciis fatiſcerent, turbarent gnaros, ſæpe a militibus verberarentur. Tac.* XVI. 5. Has acclamationes decantatas, cum plauſu & inſtrumentis tangere videtur *Plinius* epiſt. II. 14, 13. *plauſus tantum, ac potius ſola cymbala & tympana, illis canticis deſunt.*

§ 139. (l. 34.) ὁ Ἀπόλλων] Vide dicta de Nerone Apollinis citharœdi habitu § 133. Apollo apud Senecam Apocoloc. p. 819. edit. Lipſ.

Ille mihi ſimilis vultu, ſimilisque decore,
Nec cantu nec voce minor.

Ipſe Nero, ſi Muſonio credimus apud *Lucian.* Ner. c. 2. T. III. p. 637. ſibi perſuaſerat, μηδ' ἂν τὰς Μούσας ἄμεινον ᾄδειν — μηδ' ἐκεῖνον (Ἀπόλλωνα) ἐναντίον αὐτῷ κιθάραν τι καὶ ᾠδὴν θέσθαι. Sed longe aliud credo reſponſum Apollo apud *Dionem* p. 721. C. quam per illas Senecæ blanditias, dedit: & apud *Julianum* in Cæſar. p. 835-7. edit. Sylb. cum Silenus, de Nerone μετὰ κιθάρας καὶ δάφνης, ad Apollinem dixiſſet. οὗτος ἐπὶ σὲ παρεσκευάσατο, Apollo reſpondet ἀλλ' ἔγωγε αὐτὸν ἀποστεφανώσω ταχέως.

§ 140 (l. 35.) μά σε Καῖσαρ] Acclamationes etiam jure jurando firmabantur. vide *Ferrarium* I. 22. Tom. VI. Græv. p. 47. ſq. Hæc formula etiam adulationem in eo ſapit, quod per ipſum Cæſarem jurarent

§ 141. (l. 38.) ναυμαχία ὑπὸ τοῦ Αὐγούστου] Puto huc reſpicere *Suetonium* Ner. 27, 3. *Cœnitabatque nonnunquam & in publico, naumachia præcluſa, vel Martio campo, vel Circo maximo.* Nempe *apud nemus, quod navali ſtagno circumpoſuit Auguſtus. Tac.* XIV. 15. circa Tiberim. *Tac.* XII. 56, 1. *Suet.* Aug. c. 43. Tib. 72. unde Nero per foſſam in Tiberim defluxit, ſecundum Dionem. Patet hinc, monumenti Ancyrani verba, Tab. IV. apud *Gruter.* CCXXXII. *in quo loco nunc nemus eſt Cæſarum*, quæ & repetit Suetonius, non id velle, quod nonnullis viris doctis viſum eſt, quaſi Auguſtus ſtagnum poſtea terra repleverit, & in nemus converterit. Manſit utique ſtagnum, nemore tantum circumpoſito, & Nero epulum dedit ἐπὶ πλοίων, adeoque in ipſo ſtagno: (ſicut poſtea in vaſis vinariis natantibus p. 707. D.) ibidemque iterum naumachiam exhibuit Titus, extra urbem regione IX. p. 757. B. nec aliam Naumachiam Auguſti aut Cæſarum nemus quam hoc loco agnoſco. vide l. c. § 161.

D Ταῦτα μὲν ἐπὶ τῷ τὸ γένειον [d] ψιλιωθῆναι ἔπραξεν. ὑπὲρ δὲ δὴ [142] τῆς σωτηρίας τῆς τε διαμονῆς τοῦ κράτους αὐτοῦ (οὕτω γάρ που προέγραψεν) ἀγῶνα πενταετηρικὸν κατεστήσατο, Νερώνεια αὐτὸν ὀνομάσας· καὶ ἐπ' αὐτῷ καὶ τὸ [143] γυμνάσιον ᾠκοδόμησεν ἔλαιόν τε ἐν τῇ καθιερώσει αὐτοῦ καὶ τοῖς βουλευταῖς καὶ τοῖς ἱππεῦσι προῖκα ἔνειμε. τὸν μέντοι στέφανον τὸν τῶν κιθαρῳδῶν ἀνικεὶ ἔλαβε, πάντων ὡς καὶ ἀναξίων τῆς νίκης ἐκβληθέντων. [e] [καὶ εὐθὺς ἐς αὐτὸ τὸ γυμνάσιον ἐν τῇ στολῇ σφῶν ἐσεγράφη.] κἀκ τούτου καὶ οἱ ἄλλοι αὐτῷ στέφανοι οἱ τῆς κιθαρῳδίας ἐξ ἁπάντων τῶν ἀγώνων ὡς καὶ μόνῳ ἀξιονίκῳ ἐπέμποντο.

21. Hæc ſunt facta propter barbam poſitam: poſtea pro ſalute ac diuturnitate imperii ſui, (ſic enim edixit) certamen quinquennale inſtituit, quod appellavit Neronia; cujus cauſa & gymnaſium ædificavit, in cujus dedicatione ſenatoribus & equitibus oleum gratis diſtribuit. Hic coronam obtinuit citharœdorum, ſine ullo certamine; cæteris omnibus, ut indignis victoria, rejectis; [ſtatimque in citharœdica ſtola Gymnaſium ingreſſus, in album citharoedorum relatus eſt.] Itaque reliquæ citharœdorum coronæ ad eum ex omnibus certaminibus, quaſi ſolus victoria dignus eſſet, poſtea mittebantur.

A.U.C. 813 Nerone IV. & Corn. Lentulo COSS.

d ψιλιωθῆναι. ſic ſcripſi pro vulgato ψιλωθῆναι, quod & in Pal. eſt, pro quo ψιλωθῆναι HS. legi vult. ψιλιωθῆναι Xiphilino tritum. ψιλιζόμενοι τὸ γένειον. p 719 D. 879. A. 913. C. ceterum ex confuſione præcedentis τῷ, exciderat h. l. articulus τό. quod cum conjectura aſſecutus eſſem, nunc reperio in cod Br. *e* καὶ εὐθὺς &c. hæc adjecimus ex Exc. Peir. p. 689. in quibus ſtatim male omittitur αὐτῷ, in οἱ ἄλλοι στέφανοι. & in fine poſt ἐπέμποντο adduntur hæc: ταῦτα ἐπαίζετο ἐν Ῥώμῃ. quæ aptius apud Xiph. connectuntur cum ſequentibus, ſub initium libri proximi. ceterum ante hoc ſupplementum vox ἐκβληθέντων reſtituta eſt ex iiſdem Exc. Peir. pro vulgato ἐκκληθέντων, quod rejiculum eſſe nemo non videt. Salmaſius ἐκπεσθέντων legi volebat, quod longius a literis ſcripturæ vulgaris recedit.

§ 142. (l. 42.) τῆς σωτηρίας τῆς τε διαμονῆς τοῦ κράτους αὐτοῦ] Fallit Dio. Ludi maximi *pro æternitate imperii*, ob matrem interemtam celebrati ſunt A. U. C. 812. vide ſupra § 118. Hoc autem *certamen quinquennale*, ut vocat *Suetonius* c. 12. & numi apud *Mediob.* p. 93. *Triſtan* I p. 216. *Patin.* ad Suet. c. 12. *Νερώνεια, Neronia, Dioni*, & *Suet.* l. c. *Neroneus agon*, *Suet.* c. 21. *certamen Neroneum. Suet.* Vitell. 4. 2. *Quinquennale ludicrum*, apud *Tac.* XIV. 20. XVI. 2. ſeu *Luſtrale certamen*, *Tac.* XVI. 4. inſtitutum A. U. C. 813. Nerone IV. & Cornelio Coſſo Coſſ. teſte Tacito, nemo pro æternitate imperii ſuſceptum, aut ludos maximos dixit. Quinquennale autem certamen jam Julio Cæſari decreverat ſenatus, πενταετηρίδα οἱ ὡς ἥρωι ἄγεσθαι. *Dio* pag. 243. B. idem Auguſto decretum p. 456 D. 458. B. 496 D. 658. D. *Suet.* Aug. 18. 3. 59. 99. Claud. 11. Non poteſt igitur quinquennale certamen per ſe novum Romæ, aut a primo Nerone inſtitutum, dici Tacito & Suetonio, ſed quod Græco more triplex, muſicum, gymnicum, equeſtre inſtituiſſet: ſicut poſtea Domitianus. *Suet.* 4. Sed nec priora quinquennalia unius videntur cauſæ aut generis: aliud πενταετηρὶς τῆς ἀρχῆς apud Dionem p. 534. C. ob quinque annos imperii exactos; aliud ὡς ἥρωι decretum Cæſari & Auguſto, quod & in aliis urbibus extra Romam & poſt fata Auguſti celebratum eſt. Nero quidem a quinquennio imperii exacto occaſionem ludorum ſumſerit, quo & ejus Quinquennale refert Ill. *Noriſius* de Votis Decenn. p. 75. ſq. ſed præcipua illi ratio, quod magni æſtimaret cantare, quodque æternitatem famæ affectaret: unde & ludos ſuo nomine inſignitos perpetuos eſſe voluit. Domitianus certe poſtea quinquennale inſtituit Capitolino Jovi, teſte *Suet.* Domit. 4. ſine reſpectu ad annos imperii ſui. Repetita eſſe Neronia juſto tempore A. U. C. 818. & diu duraſſe, infra dicemus p. 715. B.

§ 143. (l. 45.) γυμνάσιον ᾠκοδόμησε] *Suetonius* 12, 9. *dedicatiſque thermis atque Gymnaſio, ſenatui quoque & equiti oleum præbuit.* Anno demum 814 dedicatum eſſe ſcribit *Tacitus* XIV. 47. Hoc ipſum tamen, ni fallor, Gymnaſium anno ſequenti 815. *ictu fulminis conflagravit, effigieſque in eo Neronis ad informe æs liquefacta*; ut refert *Tacit.* XV. 22. Quod ſi eſt, recurrente quinquennali ludicro novum fuerit ædificatum, una cum thermis novis, circa annum 818. aut ſequentem. Atque de reſtaurato Gymnaſio thermiſque loqui mihi videntur *Philoſtratus* Apoll. IV. 42. p. 182. & *Euſebius* Hieronymi, quanquam ne ſic quidem in temporis deſignatione ſatis accurati. conf. *Scaligerum* ad Euſeb. p. 195. a. & 233. a. Veſtigia thermarum Neronis (quas Alexander Severus reſtituit, teſte *Eutrop.* VII. 9, 10. & *P. Victore* reg. IX.) etiamnum exſtare ſcribit *Andr. Baccius* de Thermis Vett. c. 3. Tom. XII. Theſ. Græv. p. 295. C.

DIONIS
HISTORIÆ ROMANÆ
LIBRI LXII. EXCERPTA
A
JO. XIPHILINO.

Inſeruntur Fragmenta Dionis integra, quæ reperiri potuerunt.

SUMMA CAPITA

De clade Romanorum in Britannia, per Bunduicam illata. c. 1 — 7.
Ex Mona inſula ſubacta Paulinus reverſus, prælio vincit. c. 8 — 12.
Octaviam Auguſtam, & Burrum, item Plautum & Pallantem Nero interficit. c. 13. 14.
Fœdiſſimum, in ludis, Tigellini convivium. c. 15.
Ut urbem Nero incenderit. c. 16 — 18.
Corbulonis virtus: contra Vologæſum & Teridatem acta. c. 19. 20.
Res a Pæto male geſtæ: Vologæſus cum Corbulone paciſcitur. c. 21 — 23.
Seneca, Soranus, Thraſeas, Sabina, interfecti: Muſonius & Cornutus relegati. c. 24 — 29.

Temporis ſpatium.

poſt C.N.	U.C.		NERONIS.
60.	813. Nero Aug. IV,	& Corn. Coſſus Coſſi F. Lentulus Coſſ.	VIII. 13 Oct.
61.	814. Cæſonius Pætus,	& P. Petronius Turpilianus.	IX.
62.	815. P. Marius Celſus.	& L. Aſinius Gallus.	X.
63.	816. C. Memmius Regulus,	& L. Verginius Rufus.	XI.
64.	817. C. [vel Q.] Lecanius Baſſus,	& M. Licinius Craſſus Frugi.	XII.
65.	818. A. Licinius Nerva Silianus,	& M. Veſtinus Atticus.	XIII.

A.U.C. 814 Cæſon. Pæto & Petron. Turpiliano COSS.

1. Ita dum luditur Romæ, in Britannia gravis caſus accidit, duabus urbibus expugnatis, & octoginta millibus civium Romanorum & ſociorum peremptis, ipſa inſula alienata. Quæ clades univerſa a muliere illata eſt populo Romano, ut majore hinc ignominia afficeretur: eademque antea divinitus denunciata fuerat. Nam ex curia noctu barbaricum murmur cum riſu, & tumultus ex theatro cum ululatu auditus eſt, quum ibi nemo hominum loqueretur aut gemeret. Præterea ædes quædam infra aquam Tameſis fluvii videbantur. Denique Oceanus inter eam inſulam & Galliam ſanguinolentus, tempore æſtus, inundavit.

2. Cauſa

Ἐν [1] ᾧ δὲ ταῦτα ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπαίζετο, [2] πάθος ἐν [a] Βρεττανίᾳ δεινὸν συνηνέχθη. [3] δύο τε γὰρ πόλεις ἐπορθήθησαν, καὶ [4] μυριάδες ὀκτὼ τῶν τε Ῥωμαίων καὶ τῶν συμμάχων αὐτῶν ἐφθάρησαν, ἥ τε νῆσος ἠλλοτριώθη. καὶ ταῦτα μέντοι πάντα [5] ὑπὸ γυναικὸς αὐτοῖς συνηνέχθη· ὥστε καὶ κατὰ τοῦτο πλείστην αὐτοῖς αἰσχύνην συμβῆναι, ὥς που καὶ τὸ θεῖον τὴν συμφορὰν αὐτοῖς [b] προεσήμαινεν. [6] ἔκ τε γὰρ τοῦ βουλευτηρίου θροῦς νυκτὸς βαρβαρικὸς μετὰ γέλωτος, καὶ ἐκ τοῦ θεάτρου θόρυβος μετ᾽ οἰμωγῆς ἐξηκούετο, μηδενὸς ἀνθρώπων μήτε φθεγγομένου μήτε στένοντος. [c] οἰκίαι τέ τινες ἐν τῷ Ταμέσᾳ ποταμῷ [c] ὕφυδροι ἑωρῶντο· καὶ ὁ Ὠκεανὸς ὁ μεταξὺ τῆς τε νήσου καὶ τῆς Γαλατίας αἱματώδης ποτὲ ἐν τῇ πλημμυρίδι ηὐξήθη.

Πρόφασις

[a] Βρεττανίᾳ. τῇ Βρετ. Br. [b] προεσήμαινεν. προσεσήμαινεν. Coisl. Br. [c] οἰκίαι τέ τινες — — ὕφυδροι. hanc lectionem omnino veram, & H. Stephano ac Sylburgio probatam, exhibet nobis interpretatio Blanci, quem *ſuis in libris quædam integriora reperiſſe, quam ea ſint quæ in noſtris leguntur*, non ab re monuit Leuncl. in notis p. 1046. unde tanquam ex cod. MS. petita recipere non dubitavi pro vulgatis εἰκόνες τέ τινες ὕφυδροι. ſimile quid in Albano etiam lacu viſi narrat Dionyſ. Halic. 57, 29. obſervante Sylb.

§ 1. (l. 1.) ἐν ᾧ δὲ ταῦτα — ἐπαίζετο] Ludicrum quinquennale intelligit A. U. C. 813. peractum p. 699 § 142. tum & dedicationem Gymnaſii, quæ non ſine celebritate feſtiva ſecuta eſt A. U. C. 814 ibid. § 143. Et ad hunc quidem annum *Tacitus* XIV. 29. cladem Britannicam refert, Cæſonio Pæto, Petronio Turpiliano Coſſ.

§ 2. (l. 1.) πάθος ἐν Βρεττανίᾳ] Superiores res Britannicas ſub Claudio vide apud *Tacitum* Ann. XII. 31. ſqq. & vita Agric. c. 14. ſqq. itemque *Dionem* p. 677. Quanquam vero Nero, propagandi imperii minime avidus, etiam ex Britannia exercitum deducere cogitaverat, tamen, motus verecundia parentis, deſtitit. *Suet.* c. 18. & jam poſt Q. Verannium, Paulinus Suetonius, legatus Neronis, Britanniam ab A. U. C. 811. tenebat, Corbulonis æmulus, ejusque decora æquare, domitis nationibus, cupiens. Igitur re per biennium proſpere geſta, ſubactis nationibus, firmatisque præſidiis, eorum fiducia Monam inſulam (hodie Angleſey) ut vires rebellibus miniſtrantem aggreſſus, terga occaſioni patefecit. Hæc *Tacitus* Ann. XIV. 29. Vit. Agric. c. 14.

§ 3. (l. 2.) δύο τε γὰρ πόλεις] Camalodunum colonia, & Verolamium municipium. *Tac.* XIV. 31. 32. 33. *Suet.* 39. Illa quondam regia Cynobellini, *Dio* pag. 679. C. hodie eſt Maldon ſecundum *Cambdenum* Brit. p. 347. vide & *Seldenum* in Eutychii Orig. Opp. Voll. II. p. 502. ſqq. & in Jano Anglor. ibid. p. 985. ſq. *Fabricium* ad Dion. p. 679. *Lipſium* ad Tac. XII. 32. not. 78. Hæc Verulam hodie, cujus rudera ſuperſunt, prope St. Albans. *Cambden* p. 296. Præter hæc duo oppida, Londinum, quanquam cognomento coloniæ non inſigne, tamen copia negotiatorum & commeatuum celebre, furori rebellium a Paulino conceſſum, ut cetera ſervaret. *Tacit.* XIV. 33.

§ 4. (l. 3.) μυριάδες ὀκτὼ] *Ad ſeptuaginta millia civium & ſociorum. Tac.* XIV. 33. Neque vero, ob ejusmodi in numero diſſenſum, veriorem ſtatim apud Tacitum ſcripturam cum Lipſio putem LXXX. millia.

§ 5. (l. 5.) ὑπὸ γυναικὸς] Bunduica, de qua mox § 11. ſq. *neque enim ſexum in imperiis diſcernunt. Tac.* Vit. Agr. 16. Ann. XIV. 35. XII. 36 40. Confer *Seldenum* in Jano Anglor. Vol. II. p. 980. ſqq. & quæ de mulierum jure regnandi *Marshamus* Can. Chron. Sæc. IV. p. 68. ſq.

§ 6. (l. 8.) ἔκ τε γὰρ τοῦ βουλευτηρίου θροῦς] *Tacitus* XIV. 32. *externosque fremitus in curia* (Cameloduni) *eorum auditos, conſonuiſſe ululatibus theatrum, viſamque ſpeciem in æſtuario Tameſæ ſubverſæ coloniæ.* Hæ ſunt οἰκίαι ὕφυδροι apud Dionem.

Πρόφασις δὲ τοῦ πολέμου ἐγένετο [7] ἡ δήμευσις τῶν χρημάτων, ἃ Κλαύδιος τοῖς πρώτοις
701 αὐτῶν ἐδεδώκει· καὶ ἔδει καὶ ἐκεῖνα, ὥς γε [8] Δεκιανὸς Κάτος ὁ τῆς νήσου ἐπιτροπεύων ἔλεγεν, [9] ἀναπόμπιμα γενέσθαι. διά τε οὖν τοῦτο, καὶ ὅτι [10] ὁ Σενέκας [d] χιλίας σφίσι μυριάδας ἄκουσιν ἐπὶ χρησταῖς ἐλπίσι τόκων δανείσας, ἔπειτ' ἀθρόας τε ἅμα αὐτὰς καὶ βιαίως εἰσέπραξεν. ἡ δὲ μάλιστα αὐτοὺς ἐρεθίσασα, καὶ ἐναντία Ῥωμαίων πολεμεῖν ἀναπείσασα, τῆς τε [e] προστατείας αὐτῶν ἀξιωθεῖσα, καὶ τοῦ πολέμου παντὸς στρατηγήσασα, [11] Βουνδουίκα ἦν, γυνὴ Βρεττανίς, γένους τοῦ βασιλείου, μεῖζον ἢ κατὰ γυναῖκα φρόνημα ἔχουσα. αὕτη γὰρ συνήγαγέ τε τὸ στράτευμα
B [12] ἀμφὶ δώδεκα μυριάδας ὄν, καὶ ἀνέβη ἐπὶ [13] βῆμα ἐκ γῆς ἐλώδους ἐς τὸν Ῥωμαϊκὸν τρόπον πεποιημένον. ἦν δὲ καὶ τὸ σῶμα μεγίστη, καὶ τὸ εἶδος βλοσυρωτάτη, τό, τε βλέμμα δριμυτάτη· καὶ τὸ φθέγμα τραχὺ εἶχε· τήν τε [14] κόμην πλείστην τε καὶ ξανθοτάτην οὖσαν μέχρι τῶν γλουτῶν καθεῖτο, καὶ [15] στρεπτὸν μέγαν χρυσοῦν ἐφόρει· [16] χιτῶνά τε παμ-

2. Cauſa belli fuit publicatio pecuniarum, quas Claudius primis inter eos dederat: quæ ipſæ, uti Decianus Catus ejus inſulæ procurator ajebat, remittendæ eſſent. Ad hanc cauſam acceſſit, quod quum eis invitis Seneca quadringenties ſeſtertium ſub largarum ſpe uſurarum crediſſet, eam ſummam omnem uno tempore magnaque violentia exigebat. Maxime vero incitavit eos, perſuaſitque, ut bellum palam cum Romanis gererent, Bunduica, Britannica fœmina, orta ſtirpe regia; quæ non ſolum eis cum magna dignitate præfuit, ſed etiam bellum omne adminiſtravit; majores, quam pro muliere, ſpiritus alens. Coacto enim exercitu, ad centum viginti millia hominum, in tribunal, factum ex ceſpite paluſtri more Romano, conſcendit; fœmina proceriſſimo corpore, ſpecie maxime truci, vultu acerrimo, voce aſpera, quæ capillum denſiſſimum eundemque intenſe flavum ad nates usque promiſiſſet. Geſtabat & magnum torquem aureum, indutaque erat ſtola variis coloribus diſtincta & in ſinum conſtricta, cui chlamy-

A.U.C. 814 Cæſon. Pæto & Petron. Turpiliano Coss.

[d] χιλίας, abeſt a Pal. cod. eſt vero in Br. [e] προστατείας. προστασίας, ſic alibi Dio. L. ad marg. ſed & προστατεία eſt apud Dionem fragm. XXIII. & p. 169. B. 470. A. & apud Xiph. p. 736. D. confirmante id cod. Pal. & Br.

§ 7. (l. 15.) ἡ δήμευσις τῶν χρημάτων &c.] Donationis Claudii nulla in ſuperioribus mentio; niſi quod *Dio* p. 680. E. memorat decretum fuiſſe a ſenatu, ut omnia pacta quæ Claudius aut ejus legati iniiſſent, rata eſſent, ἵνα γε ἄλλοι ῥᾷον ἐς ὁμολογίαν ἴωσιν. Videtur ergo Claudius, quo magis ad obſequium alliceret reliquos Britannos, multa primoribus eorum liberaliter conceſſiſſe, vel potius, pro more effeminatorum Imperatorum, pacem & triumphos a barbaris multo ære redemiſſe.

§ 8. (l. 18.) Δεκιανὸς Κάτος ὁ τῆς νήσου ἐπιτροπεύων] Cati Deciani procuratoris mentio apud *Tacit.* XIV. 32. qui deinde clade & odiis provinciæ, quam avaritia in bellum egerat, trepidus in Galliam tranſiit. Poſtea *Julius Claſſicianus ſucceſſor Cato miſſus, & Suetonio diſcors, bonum publicum privatis ſimultatibus impediebat. Tac.* cap. 38. Scilicet una in Provincia, præter legatum aut proconſulem, procurator quoque Cæſaris erat, qui res fiſci ac vectigalia curabat. *Dio* p. 506 B. Vide præter ibi laudatos a Fabricio, *Noriſii* Cenotaphia Piſana p. 290. ſq. & 306. Hinc Britanni apud *Tacitum* Vita Agr. cap. 15. *ſingulos ſibi olim reges fuiſſe, nunc binos imponi: e quibus legatus in ſanguinem, procurator in bona ſæviret.*

§ 9. (l. 19.) ἀναπόμπιμα γενέσθαι] *Suidas*: ἀναπόμπιμα δῶρα, τὰ ἀναστρεφόμενα, *quæ remittuntur ad auctorem ſuum.*

§ 10. (l. 20.) ὁ Σενέκας χιλίας σφίσι μυριάδας] Suilius apud *Tac.* XIII. 42. *Romæ teſtamenta & orbos velut indagine ejus capi: Italiam & provincias immenſo fœnore exhauriri.* Eſt millio uncialium nummorum. vide ad p. 694 § 71.

§ 11. (l. 26.) Βουνδουίκα] Apud unum Tacitum, librariorum credo incuria, varie ſcribitur: *Boodicia* & *Boudicea* & *Voadica.* Ann. XIV. 31. 35. Vit. Agr. 16. *Bootica* in nummo, memorato apud Illuſtrem *Spanhemium* de U. N. Diſſ. VIII. p. 557. Nomen *Bodvoci* & *Bodvaci* apud Britannos & Gallos reperiri, adnotatum *Camdeno* Brit. p. 618. Uxor fuerat Praſutagi regis Icenorum, quos bello devictos ſub Claudio *Tacitus* dicit Ann. XII. 31. ſq. Occaſionem vero hujus belli diſtinctius accipe ex eodem *Tac.* XIV. 31. *Rex Icenorum Praſutagus, longa opulentia clarus, Cæſarem heredem, duasque filias, ſcripſerat, tali obſequio ratus regnum & domum ſuam procul injuria fore. Quod contra vertit, adeo ut regnum per centuriones, domus per ſervos, velut capta, vaſtarentur. Jam primum uxor ejus Boodicia verberibus affecta, & filiæ ſtupro violatæ ſunt. Præcipui quique Icenorum, quaſi cunctam regionem muneri accepiſſent, avitis bonis exuuntur, & propinqui regis inter mancipia habebantur.*

§ 12. (l. 29.) ἀμφὶ δώδεκα μυριάδας] Infra p. 704. D. ἐς τριάκοντα καὶ εἴκοσι μυριάδας, ſcilicet creſcente indies numero deficientium poſt initia proſpera.

§ 13. (l. 30.) βῆμα ἐκ γῆς ἐλώδους] Morem hunc Romanum, quo tribunal, quo vallum caſtrorum, quo aræ ipſæ ex viridi ceſpite ſtruebantur, illuſtrat *Fabrettus* ad Col. Traj. pag. 93. ſqq. *Lipſius* ad Tac. Ann. I. 18. not. 116. ſq.

§ 14. (l. 34.) κόμην — ξανθοτάτην οὖσαν, μέχρι τῶν γλουτῶν καθ.] Veteres in capillo ſoluto & promiſſo non tantum decus & pulchritudinem ponebant, adeo ut Nymphæ ſic finguntur in *Longi* Paſtoral. lib. I. p. 5. ubi plura dabit *Pet. Moll*: ſed & feritatem quandam ineſſe credebant, viris in bello maxime convenientem: unde apud *Leon. Auguſtinum* gemm. & ſculpt. ant. P. I. n. 77. P. II. n. 41. deprehenditur quoque in Semiramide ſparſis ſuper humeros capillis ſculpta: quia conſtat, eam virum mentitam, & bellicoſiſſimam fuiſſe. Ut taceam feminas Monæ inſulæ, quæ veſte ferali, crinibus dejectis, in modum Furiarum, faces exercitui præferentes, Suetonio Paulino occurrebant, *Tac.* XIV. 30. Etiam in rutilo colore capilli inconiti Celtarum & Scytharum minax quid & bellicoſum obſervat *Clemens Alex.* lib. III. Pædag. c. 3. p. 227. D. τὰς ἰδίας οἱ Κελτοὶ καὶ οἱ Σκύθαι κομῶσιν, ἀλλ' οὐ κοσμοῦνται. ἔχει τι φοβερὸν τὸ εὔτριχον τοῦ βαρβάρου, καὶ τὸ ξανθὸν αὐτοῦ πόλεμον ἀπειλεῖ, συγγενές τι τὸ χρῶμα τῷ αἵματι. Britanni autem Celticæ originis *Tac.* Vit. Agr. 11. *Strab.* IV. p. 200. rutilæ Caledoniam habitantium comæ. *Tac.* l. c. & quanquam apud Britannos [illegible] auctore Strabone, ἧσσον ξανθότριχες eſſent, tamen vel feminis color iſte tacite conceditur, vel omnibus arte conciliabatur, qua rutilare crines ſapone didicerant, ut docuerunt jam plurimi, quos laudat *Pet. Weſſeling* ad Diod. Sic. V. 28. p. 351. vide & *Plutarchum* in Amatorio p. 771. B.

§ 15. (l. 36.) στρεπτὸν μέγαν χρυσοῦν] Torquium ornamenta ut apud alios, ſic & Celtas ac Britannos uſitata. vide *Jo. Schefferum* de torquibus c. 8. & 12. Tom. XII. Theſ. Græv. p. 928. ſqq. 944. ſqq. in Belgis idem obſervat *Strabo* III. p. 197. Quid quod in Staffordiæ comitatu anno Chriſti 1700. exeunte Aprili menſe, aureus torques repertus eſt, quem Bunduicæ hujus fuiſſe ſuſpicatur V. Cl. *Car. Leigh* M. D. in the natural Hiſtory of Lancashire lib. III. p. 64. ſq. vide Acta Erud. 1701. p. 518. Aurum & argentum nativum Britanniæ tribuit *Strabo* IV. p. 199. *Tacitus* Vit. Agr. 12. Cicero negat, cujus loca vide apud *Fabricium* ad Dion. p. 115. § 210. adde Cæſ. V. 12.

§ 16. (l. 36.) χιτῶνά τε παμποίκιλον ἐνεκεκόλπωτο] χιτὼν etiam de feminarum ſtola. vide *Octav. Ferrarium* de re veſt. P. I. L. III. c. 1. & 17. Tom. VI. Græv. pag. 723. 753. ſqq. Hæc παμποίκιλος, qualem cum aliæ gentes amabant, ut oſtendunt *Jo. Doughtejus* in Analectis ad II. Sam. XIII. 18. p. 267. *Almeloveenius* pag. 92. ſqq. Antiquitt. e ſacris profan. *Sextus Empir.* Pyrrhon III. p. 177. tum Luſitani, *Strab.* III. p. 155. Belgæ, *id.* IV. p. 197. Galli, *Diod. Sic.* V. 30. de quorum arte tingendi *Plin.* VIII. 48. XXII. 2. Unde Virgilius Æn. VIII. 659.

Aurea cæſaries ollis, atque aurea veſtis:
Virgatis lucent ſagulis: tum lactea colla
Auro innectuntur.

Bunduica hanc ſtolam laxiorem in ſinum arctaverat: id hoc loco ἐγκεκολπῶσθαι, quod alias Dioni p. 389. D. ſignificat *in ſinum recipere.* κολπωτοὶ χιτῶνες apud *Plutarchum* Apophtheg.

A.U.C. 814 Cæſon. Pæto & Petron. Turpiliano COSS.

chlamydem craſſam ope fibulæ connexam ſuperinjecerat. Quo habitu cum & alias ſemper uteretur, tum haſta quoque in manus ſumta, qua omnes perterrefaceret, in hunc modum dixit:

[z] Ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ ὁ Νέρων Ὀκταουίαν τὴν Αὐγοῦσταν [61] ἀπεπέμψατο μὲν πρότερον διὰ [62] Σαβῖναν τὴν παλλακίδα, ὕστερον δὲ καὶ ἀπέκτεινε, καίτοι τοῦ [63] Βούῤῥου ἐναντιουμένου αὐτῷ, καὶ κωλύοντος ἀποπέμψασθαι, καί ποτε εἰπόντος, “Οὐκοῦν καὶ “ [64] τὴν προῖκα αὐτῇ (τουτέστι τὴν ἡγεμονίαν) ἀπό- “ δος.„ οὕτω γάρ πως ἐῤῥωμένως [a] τῇ παῤῥησίᾳ ἐχρῆτο, ὥστε ποτὲ δεύτερον ἐρωτηθεὶς ὑπ᾽ αὐτοῦ γνώμην, περὶ ὧν ἀπεφήνατο, εἶπεν ἄντικρυς· “ὅτι “ Περὶ ὧν ἂν ἅπαξ τι εἴπω, μηκέτι μου αὖθις πύ- “ θῃ.„ τοῦτον μὲν οὖν [65] φαρμάκῳ διώλεσε·
707 [66] Τιγελλῖνον δέ τινα [b] Σωφόνιον, ἀσελγείᾳ τε καὶ μιαιφονίᾳ πάντας τοὺς καθ᾽ ἑαυτὸν ἀνθρώπους ὑπεράραντα, ἐπὶ τὴν τῶν δορυφόρων ἀρχὴν κατέστησε.

impetum in Romanos facere, eosque proſternere: ipſi viciſſim, ut qui absque thoracibus pugnarent, telis horum propulſari: pedes ab equite opprimi, eques a pedite deturbari: multi conſtipati ſimul contra currus contendere; multi ab iisdem curribus diſſipari: alii ſagittarios propius accedentes in fugam convertere, alii procul ab iis cavere. Quæ quum non uno in loco, ſed ſimul in tribus pariter gererentur; diu utrinque pugnatum eſt pari alacritate & audacia. Tandem Romani ſero ſuperiores diſcedunt, multis in ipſo prœlio, multis ad impedimenta, & ad ſilvam cæſis, denique multis vivis captis. Effugere complures, qui novam comparabant pugnam; ſed interim Bunduica morbo extincta eſt, eamque illi graviter luxerunt & humaverunt magnifice: ac deinde, quaſi tum demum vere ſuperati eſſent, in varias partes diſperſi ſunt. Sed de Britannicis rebus hactenus.

A.U.C. 814 Cæſon. Pæto & Petron. Turpiliano COSS.

13. Romæ autem Nero Octaviam Auguſtam primo propter Sabinam pellicem repudiavit, poſt interfecit: quamvis Burrus ei obſtiterat, prohibueratque quo minus eam repudiaret, dicens aliquando: “ Ergo & dotem ei, (hoc eſt, principatum) redde. „ Burrus enim tam magna libertate loquendi utebatur, ut quum a Nerone rogaretur aliquando iterum de iisdem rebus, de quibus jam ſententiam dixerat, plane & aperte reſponderit: “ Ne me, de quibus rebus ſemel dixero, bis interroges. „ Eum Nero veneno ſuſtulit: & Sophonium Tigellinum, hominem petulantia & homicidiis doloſis omnium ſuæ ætatis facile principem, prætorianis militibus

A.U.C. 815 Mario Celſo & Aſinio Gallo COSS.

y αὐτοὶ δ᾽ ὡς. priores editiones, RS. HS. edit. min. habent αὐτοὶ δὲ ὡς, & ſic Br. z ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ. ſic & Coisl. & Br. priores editiones, RS. HS. min. perperam ἔν τε τῇ Ῥώμῃ. a τῇ παῤῥησίᾳ ἐχρῆτο hoc pro αὐτῇ ἐχρῆτο, repoſitum ex Pal. cod. margine: eandemque lectionem e Merulæ cod. notavit etiam Schottus. Sylb. accedit cod. Coisl. lectionem hanc ſequitur HS. edit. maj. & L. poſt ipſum Sylburgium. b Σωφόνιον. ſic appellatur p. 658 E. atque h. l. etiam ſcribendus eſt, ut jam annotavit Lipſius ad Taciti Annal. XIV. 51. vulgo corrupte Σωφρόνιον, & apud Tacitum Hiſtor. l. 72. *Ophonius Tigillinus*, mendoſe ſcribitur pro Sophonius. hic Σαφώνιος ſcribendum cenſet Xyl.

§ 61. (l. 32.) ἀπεπέμψατο μὲν πρότερον] Dimiſit ut ſterilem. *Suet.* 35. *Tac.* XIV. 60. alii alias cauſas tradunt. vide *Octaviam* Act. V. v. 828. Objectum etiam adulterium cum Eucero, Alexandrino, canere tibiis docto. *Tac.* l. c. In Campaniam primo pulſa eſt, addita militari cuſtodia: inde ob indignationem & tumultum plebis (de quo *Senecæ Octavia* Act. IV. & V.) revocata, cum magna vulgi lætitia: (dejectis etiam Poppææ imaginibus *Octav.* v. 794.) mox ſub ſpecie adulterii cum Aniceto, relegata in inſulam Pandatariam, ubi ſectis venis præfervidi balnei vapore enecatur. Hæc *Tacitus* c. 60. ſqq. qui omnia hæc ad unum A. U. C. 815. refert; geſta poſt Burri & Plauti necem. De adulterii criminatione diſertius Xiphilino Zonaras p. 569. B. δείσασα δὲ ἡ Σαβῖνα, μήποτε ἡ Ὀκταβία μετακληθῇ, κατηγόρους ἐπ᾽ αὐτῇ καὶ μοιχείας καὶ γοητείας ψευδεῖς παρεσκευάσατο. Si autem verum eſt, quod ſcribit *Suetonius* cap. 57. obiiſſe Neronem die ipſo quo Octaviam interemerat, & ſi recte infra pag. 727. § 160. calculum duximus, obiiſſe Neronem die IX. menſis Junii, neceſſe eſt, Octaviam A. U. C. 815. die IX. Junii exſtinctam eſſe. Viceſimo ætatis anno periiſſe illam, *Tacitus* XIV. 64. indicat. Nupta ergo fuit undecimo. vide p. 692. § 50.

§ 62. (l. 32.) Σαβῖναν τὴν παλλακίδα] Diximus de Sabina p. 694. § 76. Duxit illam Nero *duodecimo die poſt divortium Octaviæ*, ut ait *Suetonius* c. 35. nempe, ut modo dixi, A. V. C. 815. quanquam numi, *Neronem & Sabinam*, vel *Neronem & Poppæam* præferentes, & nuptias haſce Neroni gratulantes, apud *Triſtanum* I. pag. 243. *Morellum* in Aciliis Tab. II. num. 5. 6. *Mediobarbum* p. 97. *Spanhem.* Diſſ. XI. p. 283. nullum certi temporis indicium habent.

§ 63. (l. 34.) Βούῤῥου ἐναντιουμένου] Burrum & Senecam videtur indicare *Suetonius* c. 35. *Octaviæ conſuetudinem cito aſpernatus, corripientibus amicis, ſufficere illi* (Octaviæ) *debere reſpondit uxoria ornamenta.* Burri igitur, adde & plebis refragatio § 61. 71. in cauſa fuere, quo minus Octavia ſtatim poſt Agrippinæ necem A. U. C. 812. pelleretur, quod ſperaverat Sabina p. 695. § 81. Sed ut perficeretur tandem, Burrus etiam ante necandus erat, quod factum initio anni 815, ut ex *Tacito* XIV. 51. diſcimus.

§ 64. (l. 36.) τὴν προῖκα αὐτῇ] Pertinet huc illud Antonini Philoſophi apud *Capitolinum* c. 19. *Si uxorem dimittimus, reddamus & dotem.* Addit Capitolinus: *dos autem quid erat, niſi imperium, quod ille ab ſocero, volente Adriano, adoptatus, acceperat?*

§ 65. (l. 41.) φαρμάκῳ διώλεσε] *Tacitus* XIV. 51. *conceſſitque vita Burrus, incertum valetudine, an veneno.* *Suetonius* 35. *Burro præfecto remedium ad fauces pollicitus, toxicum miſit.*

§ 66. (l. 42.) Τιγελλῖνον δέ τινα] *Tacitus* XIV. 51. de Burro: *Civitati grande deſiderium ejus manſit per memoriam virtutis, & ſucceſſorum alterius ſegnem innocentiam, alterius flagrantiſſima flagitia & adulteria. Quippe Cæſar duos prætoriis cohortibus impoſuerat; Fenium Rufum ex vulgari favore, quia rem frumentariam ſine quæſtu tractabat:* (*Tac.* XIII. 22.) *Sophonium Tigellinum, veterem impudicitiam atque infamiam in eo ſecutus.* πάσης ὠμότητος καὶ ἀσελγείας διδάσκαλον τῷ Νέρωνι appellat *Philoſtratus* Apollon. IV 44. p. 186. init. *Tacitus* Hiſt. I. 72. *Sophonius Tigellinus obſcuris parentibus, fœda pueritia, impudica ſenecta, præfecturam vigilum & prætorii, & alia præmia virtutum, quia velocius erat vitiis adeptus, crudelitatem mox, deinde avaritiam, & virilia ſcelera exercuit: corrupto ad omne facinus Nerone, quædam ignaro auſus, ac poſtremo ejusdem deſertor ac proditor.* Vide & *Scholiaſten Juvenal.* I. 155.

A.C.U.815 Mario Celſo & Aſinio Gallo COSS.

militibus præfecit: [qui his moribus Neronem ſibi obnoxium fecit, & collegam Rufum habuit pro nihilo.] In hunc & Pythiadis verbum illud prolatum perhibetur. Nam quum omnes circa Octaviam, præter Pythiadem, una cum Sabina, Octaviam indiciis invaderent, quod hanc contemnerent afflicta fortuna, illi, propter potentiam ejus, aſſentarentur; ſola Pythias, licet acerbiſſimis ſubjecta quæſtionibus, noluit in eam mentiri: quumque Tigellinus tandem inſtaret vehementius, faciem ejus conſpuit, & „ Mundiora ſunt, „ inquit, „ Tigelline, muliebria dominæ meæ, quam os tuum. „ B

14. Nero autem cognatorum mala in riſum adeo jocumque vertere ſolebat. Nam Plauto interfecto, poſtquam vidit caput ejus ad ſe perlatum; „ Neſciebam, „ inquit, „ huic homini magnum eſſe naſum; „ quaſi ei peperciſſet, ſi id cognoviſſet antea. Nero interim, cum omnem fere vitam degeret in popinis, vetuit tamen, aliis hominibus, præter olera & pulmenta quicquam in iis vendi. Pallantem interfecit, quod magnas poſſideret opes, quæ ad quater millies ſeſtertium æſtimabantur: & quod ita difficilis & moroſus eſſet, ut neque cum ſervis, neque cum libertis ſermones conferret: ſed iis omnia, quæ vellet mandaretve, in libellis ſcribere conſueſſet. C

A.U.C.817 Lecan. Baſſo & Licin. Craſſo COSS.

15. Tanta vero erat protervitas Neronis, ut publice currus agitaret. Aliquando belluis interfectis, ac ſubito aqua in amphitheatrum derivata, bellum navale confecit: deinde, aqua rurſus emiſſa, D

ςησε. [c ὃς τόν τε Νέρωνα ἀπ' αὐτῶν προσεποιήσατο, καὶ [67] τὸν συνάρχοντα Ῥοῦφον παρ' οὐδὲν ἐτίθετο.] πρὸς τοῦτον καὶ τὸ τῆς Πυθιάδος ἀπόφθεγμα γενέσθαι λέγεται. ἐπεὶ γὰρ τῶν περὶ τὴν Ὀκταουΐαν ὄντων d οἱ ἄγγελοι πάντες, πλὴν Πυθιάδος, [68] συνεπέθεντο μετὰ τῆς Σαβίνης αὐτῇ, τῆς μὲν, ὅτι ἐδυστύχει, καταφρονήσαντες, τὴν δ', ὅτι ἴσχυε κολακεύοντες· μόνη δ' ἡ Πυθιὰς οὔτε τι κατεψεύσατο αὐτῆς, καίπερ πικρότατα βασανισθεῖσα, καὶ τέλος ὡς ὁ Τιγελλῖνος ἐνέκειτο αὐτῇ, προσέπτυσέ τε αὐτῷ, καὶ εἶπε· „ Καθαρώτερον, ὦ „ Τιγελλῖνε, τὸ αἰδοῖον ἡ δέσποινά μου τοῦ σοῦ στόματος ἔχει. „

Ὁ δὲ δὴ Νέρων καὶ γέλωτα καὶ σκώμματα [69] τὰ τῶν e συγγενῶν κακὰ ἐποιεῖτο. τὸν [70] γοῦν f Πλαῦτον ἀποκτείνας, ἔπειτα τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ προσενεχθεῖσάν οἱ ἰδὼν, [71] „ Οὐκ ᾔδειν, ἔφη, ὅτι „ μεγάλην ῥῖνα εἶχεν „ ὥσπερ φεισάμενος ἂν αὐτοῦ, εἰ τοῦτο προῄδει. πάντα δὲ ὡς εἰπεῖν τὸν βίον ἐν καπηλικῇ διαίτῃ ποιούμενος, ἀπεῖπε τοῖς ἄλλοις μηδὲν [72] ἑφθὸν ἐν καπηλείῳ, πλὴν λαχάνων καὶ ἔτνους, πιπράσκειν. [73] τὸν δὲ g Πάλλαντα διεχρήσατο, ὅτι καὶ πλοῦτον πολὺν ἐκέκτητο, ὥστε καὶ ἐς μυρίας μυριάδας αὐτὸν ἀριθμεῖσθαι· καὶ [74] δυσκολίᾳ τρόπων πολλῇ ἐχρῆτο, ὥστε μήτε τοῖς οἰκέταις μήτε τοῖς h ἐξελευθέροις διαλέγεσθαί τι, ἀλλ' ἐς γραμματεῖα πάνθ' ὅσα ἐβούλετο καὶ προσέτασσε σφίσιν, ἐγγράφειν.

Τοσαύτη δ' ἦν ἡ τοῦ Νέρωνος ἀκολασία, ὥστε καὶ [75] ἅρματα i δημοσίᾳ ἤλαυνε. καὶ ποτε θηρία ἀποκτείνας, ὕδωρ τε εὐθὺς ἐς τὸ θέατρον ἐπωχέτευσε, καὶ [76] ναυμαχίαν k ἐπετέλεσε· καὶ μετὰ

c in Exc. Peir. p. 689. antecedentia hoc modo: ὅτι ὁ Τιγελλῖνος διεδέξατο τὸν Βοῦῤῥον, ἀσελγείᾳ καὶ μιαιφονίᾳ πάντας τοὺς καθ' αὑτὸν ἀνθρώπους ὑπεράρας. τόν τε Νέρωνα &c. vulgati pro omiſſis poſt ὑπεράραντα inſerunt σὺν ἑτέρῳ ἑνὶ, pro quibus ἑταίρων ἑνὶ malebat Sylb. nulla probabilitate. d οἱ ἄγγελοι πάντες. convenientius οἱ ἄλλοι πάντες, Sylb.
e συγγενῶν. ſic Exc. Peir. p. 689. quod præferendum vulgato γυναικῶν. f Πλαῦτον. ſic ex Coisl. & Br. ſcripſimus. ſic eum ſæpius appellat Tacitus XIV. 57. ſqq. vulgo Πλοῦτον. g Πάλλαντα. ita rectius p. 690. D. vulgo Πάλλαντα.
h τοῖς ἐλευθέροις, Sylb. HS. edit. maj. & L. at ἐξελευθέροις RS. & HS. edit. min. quod reſtitui, auctore Tacito XIII. 23. & vidi deinde confirmatum cod. Br. mox προέταττε, RS. male. i δημοσίᾳ. δημόσια RS. Coisl. Pal. minus bene.
k ἐπετέλεσε. Sylb. ex Pal. HS. L. ἀπετέλεσε, RS. HS. edit. min. mox pro ὑφὰς, ſcribendum cenſet ἰφὰς, HS. quod minime probandum.

§ 67. (l. 46.) τὸν συνάρχοντα Ῥοῦφον] *Validior Tigellinus in animo Principis, ex intimis libidinibus aſſumtus. Tacit.* XIV. 15. Itaque *perculſo Seneca, promtum fuit Rufum Fenium imminuere, Agrippinæ amicitiam in eo criminantibus &c. Idem.* XIV. 57. Interemtus tandem Rufus A. U. C 818. ob conjurationem Piſonianam. *Tac.* XV. 66. 68. Nymphidius deinde Sabinus cum Tigellino præfectus prætorio fuit, teſte *Plutarcho* Galba p. 1053. E. cui adde *Tacitum* XV. 72. Corrige *Hegeſippum* IV. 20. qui Nimphidium Gemellino jungit. ſcribe *Tigellino.*

§ 68. (l. 50.) συνεπέθεντο μετὰ τῆς Σαβίνης αὐτῇ] *Tacitus* XIV. 60. *Poppæa — quendam ex miniſtris Octaviæ impulit, ſervilem ei amorem objicere: deſtinaturque reus cognomento Eucerus, natione Alexandrinus, canere tibiis doctus. Actæ ob id de ancillis quæſtiones, & vi tormentorum victis quibusdam, ut falſa annuerent, plures perſtitere ſanctitatem dominæ tueri. Ex quibus una inſtanti Tigellino, caſtiora eſſe muliebria Octaviæ reſpondit, quam os ejus.*

§ 69. (l. 58.) τὰ τῶν συγγενῶν κακὰ] γυναικῶν, quod vulgo legitur, intelligeres forte τῶν περὶ τὴν Ὀκταουΐαν ὄντων, ut Dio ſupra: ancillarum, quæ tormentis ſine cauſa diſcruciabantur. Sed præferenda omnino eſt altera lectio. Nam γέλωτα καὶ σκώμματα, reſpiciunt jocum in Plauti interfecti naſum, de quo nunc vult exponere. Plautus autem erat e familia Auguſta.

§ 70. (l. 59.) τὸν γοῦν Πλαῦτον] C. Rubellius Plautus vel duplici cognomine *Blandus Plautus*, ſecundum *Ryckium* ad Tac. XIII. 19. ex *Juvenal.* VIII. 39. certe non *Plancus* magis quam pater dictus, quod volebat *Glandorpius* Onomaſt. p. 454. & 747. filius fuit C. Rubellii Blandi, Conſularis, de quo *Tacitus* III. 23. 41. VI. 27. & numus apud *Morellum* in Rubellia, natus ex Julia, Druſi Cæſaris filia, adeoque per matrem Auguſti abnepos: cui uxor Antiſtia, L. Antiſtii Veteris filia. Is jam A. U. C. 808. a Junia Silana in ſuſ[illegible] Agrippina adductus, evaſerat tamen. *Tacit.* [illegible] cum cometes A. U. C. 813. effulſiſſet, p. 6[illegible] tatio regni portendi crederetur, Plautus, [illegible] erat, Neronis hortatu, ſibi & turbis co[illegible] cum uxore conceſſit. *Tac.* XIV. 22. Se[illegible] 815. metum Neronis rimatus, Plautum [illegible] criminabatur; unde Plautus immiſſo c[illegible] *Tac.* XIV. 57. ſqq.

§ 71. (l. 61.) οὐκ ᾔδειν ὅτι &c.] Ali[illegible] retulit *Tacitus* XIV. 59. *Caput interfe*[illegible] *ſpectu (ipſa Principis verba referam)* Q[illegible] *poſito metu, nuptias Poppææ ob ejusmodi* [illegible] *turare paras, Octaviamque conjugem amoliri, quamvis modeſte agat, & nomine patris & ſtudiis populi gravem?*

§ 72. (l. 65.) ἑφθὸν ἐν καπηλείῳ] *Suetonius* 16. *interdictum, ne quid in popinis cocti, præter legumina aut olera, veniret, cum antea nullum non obſonii genus proponeretur.* Cura coercendarum popinarum ſpectaverat ad ædiles, quibus eam ademit Claudius. *Suet.* Claud. c. 38. atque hoc ipſum interdixerat Claudius, *ne quis carnem elixam aut aquam calidam venderet,* ut ipſe *Dio* refert p. 669. B. ubi *Fabricium* vide. & de Veſpaſiano idem vetante, *Dionem* p. 749. E. Thermopolia inde dictæ ſunt tabernæ vel cauponæ ubi calida venderetur. conf. *Stuckium* Antiq. Conviv. Lib. III. c. 6 p. 488. ſq. & *Urſinum* Append. ad Ciaccon. de Triclin. p. 160. ſqq. *Nic. Heinſii* Adverſaria I. 10. p. 97. ſqq.

§ 73. (l. 66.) τὸν Πάλλαντα διεχρήσατο] Spectant huc dicta ad p. 690. § 19. Eum jam A. U. C. 808. Nero, ut matris potentiam infringeret, dimoverat cura rerum, quibus a Claudio impoſitus velut arbitrum regni agebat. *Tac.* XIII. 14. fuerat enim a rationibus, *Suet.* Claud. 28. 5. pactus a Nerone, ne cujus rei in præteritum interrogaretur, paresque rationes cum

μετὰ τοῦτο, τὸ ὕδωρ ἀφεὶς, μονομαχίαν ἐπιδιέθηκε. [l] καὶ τέλος εἰσαγαγὼν αὐτὸ αὖθις, δεῖπνον δημοσίᾳ πολυτελὲς [m] ἐδείπνησεν. ἑστιάτωρ μὲν ὁ Τιγελλῖνος ἀποδέδεικτο. καὶ παρασκευὴ [n] πᾶσα πολλὴ ἐπεπόριστο. ἐσκευάσθη δὲ τόνδε τὸν τρόπον. ἐν μὲν τῷ μέσῳ, καὶ [77] ἐπὶ τῷ ὕδατι τά τε σκεύη τὰ οἰνηρὰ τὰ ξύλινα τὰ μεγάλα προκαθεῖ-
E το, καὶ ἐπ᾽ αὐτῶν σανίδες ἐπεπήγεσαν· [78] πέριξ δὲ περὶ αὐτὸ καπηλεῖα καὶ οἰκήματα ἐπεποίητο· ὥστε τὸν Νέρωνα καὶ τὸν Τιγελλῖνον τούς τε συσσίτους αὐτῶν, τὸ μέσον ἔχοντας, ἐπί τε ταπήτων πορφυρῶν καὶ ἐπὶ στρωμάτων ἁπαλῶν ἐπευωχεῖσθαι, τοὺς δὲ δὴ ἄλλους πάντας ἐν τοῖς καπηλείοις εὐθυμεῖσθαι. ἔς τε τὰ πορνεῖα εἰσῄεσαν, καὶ συνεγίνοντο πάσαις [o] ἀναίδην ἁπλῶς ταῖς ἐνταῦθα καθημέναις. ἦσαν δὲ αἵ τε [p] περικαλλέσταται καὶ ἐκφανέσταται δοῦλαί τε καὶ ἐλεύθεραι, ἑταῖραι, παρθένοι, γαμεταί τινων, οὐχ ὅπως δημότιδες, ἀλλὰ καὶ αὐταὶ αἱ εὐγενέσταται καὶ κόραι, καὶ γυναῖκες. καὶ ἦν ἐξουσία παντὶ τῷ βουλομένῳ σχεῖν ἣν ἤθελεν.
708 οὐ γὰρ ἐξῆν αὐταῖς οὐδ᾽ ἕνα ἀπαρνήσασθαι· ὥστε, οἷα συρφετώδης ὅμιλος, ἀπλήστως τε καὶ ἅμα ἔπινον, καὶ ἀσελγῶς ὕβριζον· καί τις καὶ δοῦλος τῇ δεσποίνῃ, παρόντος τοῦ δεσπότου, καὶ μονομάχος εὐγενεῖ κόρῃ, ὁρῶντος τοῦ πατρὸς, συνεγίνοντο. ὠθισμοί τε καὶ πληγαὶ καὶ θόρυβοι, τοῦτο μὲν, ἀπ᾽ αὐτῶν τῶν ἐσιόντων, τοῦτο δὲ, καὶ ἐκ τῶν ἔξωθεν περιεστηκότων, αἰσχροὶ συνέβαινον. καὶ ἄνδρες [q] τε ἐκ τούτων συχνοὶ ἐφθάρησαν, καὶ γυναῖκες, αἱ μὲν ἀποπνιγεῖσαι, αἱ δὲ διαρπαγεῖσαι. [r] [καὶ γὰρ καὶ ἐκ τῶν [79] συναχθέντων ἐς τὸ Ἄντιον

emiſſa, præbuit certamen gladiatorium: tandem aqua rurſum introducta, publice ſumptuoſa cœna epulatus eſt. Huic cœnæ Tigellinus præfectus fuerat, eratque ejus cœnæ univerſæ apparatus magnificus, in hunc modum inſtructæ. Fuerant in medio amphitheatro, & in aqua, prius poſita magna ex ligno vaſa vinaria, & ſuper ea tabulæ fixæ: circum erant undique tabernæ & lupanaria ædificata: quumque Nero & Tigellinus cum convivis ſuis medium locum tenerent, ac in tapetis purpureis & mollibus ſtragulis epularentur, cæteri in tabernis genio indulgebant, intrabantque lupanaria, & cum omnibus omnino mulieribus, quæ tum ibi conſederant, ſine pudore rem habebant. Aderant autem pulcherrimæ & ſpectatiſſimæ ancillæ, liberæ, ſcorta, virgines, uxores multorum civium, non ſolum plebejæ, ſed etiam nobiliſſimæ & puellæ & mulieres: poterat quiſque ea, quam cuperet, potiri: negare licebat nemini: ſic ut multitudo, quippe de fæce plebis, ultra ſatietatem ſimul & potaret, & libidinoſe laſciviret. Tum enim ſervus cum domina, præſente domino ſuo, & gladiator cum virgine nobili, inſpectante patre, rem habuerunt. Sequebantur inde turpiſſimi impetus trudentium, verbera, tumultus, non ſolum ab iis ipſis, qui conabantur intrare, ſed etiam ab iis, qui foris circumſtabant. Quibus ex cauſis multi homines necati, multæ mulieres partim ſuffocatæ, partim diſcerptæ ſunt. [Enimvero, cum & plurimi

A.U.C.817 Lecan. Baſſo & Licinio Craſſo COSS.

l καὶ τέλος. partic. καὶ addita ex Pal. Br. & Coisl. deeſt in RS. & HS. edit. min. *m* ἐδείπνησεν. ſic Pal. & ex eo Sylb. HS. edit. maj. ac L. ceteri ἐδείπνισεν. *n* πᾶσα πολλή. rectius πάνυ πολλή. Sylb. μάλα πολλή, L. ad marg. *o* ἀναίδην. malim ἀνέδην. HS. *p* περικαλλέσταται καὶ ἐκφανέσταται, vulgo. rectius περικαλλέσταται καὶ ἐκφανέσταται, ut mox εὐγενέσταται. Sylb. recepi. *q* τε ἐκ. ſic Br. Sylb. HS. edit. maj. & L. ἐκ τε, inverſo ordine RS. & HS. edit. min. *r* καὶ γὰρ καὶ ἐκ τῶν συναχθ. &c. hoc fragmentum ex Exc. Peir. p. 689. nuſquam aptius collocare noram, quam hoc loco, licet forte præceſſerunt & ſecuta ſunt apud Dionem nonnulla nexum cum reliqua narratione declarantia. vide § 79.

cum republica haberet. *Tac.* l. c. Tantum ergo una cum Narciſſo, qui ab epiſtolis, acquiſivit & rapuit, ut non abſurde diceretur, *abundaturum fiſcum, ſi a duobus libertis in conſortium reciperetur. Suet.* l. c. unde proverbii loco eſt apud *Juvenalem* I. 108. *ego poſſideo plus Pallante & Licinis.* vide *Schott.* & *Plin.* XXXIII. 10. Interfectus proinde A. U. C. 815. *quod immenſam pecuniam longa ſenecta detineret. Tac.* XIV. 65.

§ 74. (l. 68.) ἐκ δυσκολίας τρόπων] Hanc tetigimus ad p. 690. § 19. perinde ut morem per libellos ſeu codicillos, etiam præſentibus, aliquid mandandi, ab Auguſto forte derivatum.

§ 75. (l. 73) ἅρματα δημοσίᾳ ἤλαυνε] *Tacitus* XIV. 14. ſcribit, Senecæ & Burro viſum eſſe, cum jam utrumque (citharæ & aurigationis) ſtudium in Nerone ſiſti non poſſet, ne utroque pervinceret, alterum concedere in valle primum Vaticana haud promiſcuo ſpectaculo. Sed mox, *poſito in hortis, inter ſervitia & ſordidam plebem, rudimento, univerſorum ſe oculis in Circo maximo præbuit, liberto mittente mappam, unde magiſtratus ſolent. Suet.* c. 22.

§ 76. (l. 75.) ναυμαχίαν ἐπετέλεσε] Prior naumachia A. U. C. 812. aut ſequenti, in regione Martii campi habita p. 694. A. § 63. ſq. Hæc A. U. C. 817. non in amphitheatro, ut Xiphilinus, ſed in ſtagno Agrippæ, ut ex *Tacito* XV. 37. id teſtante probabilius eſt. Fuerunt autem horti & thermæ Agrippæ in regione urbis IX. vide *Sextum Rufum* Tom. III. Theſ. *Græv.* p. 34. b. populo ab Agrippa moriente legati, teſte *Dione* p. 542. A. ibique ſtagnum quoque Agrippæ fuiſſe, non immerito judicat *Alex. Donatus* de urbe Roma T. III. Græv. p. 791.

§ 77. (l. 81.) ἐπὶ τῷ ὕδατι τά τε σκεύη τὰ οἰνηρὰ] Jam antea Nero, poſt Juvenalia A. U. C. 812. ſimili modo populum epulo exceperat ἐπὶ πλοίων, in navibus, eo loco, ubi naumachiam exhibuerat Auguſtus. *Dio* pag. 699. C. ubi & con...ratus Titus p. 758. § 161. ſq. Nunc A. U. C. 817. in ſtagno Agrippæ eodem uſu adhibet σκεύη οἰνηρὰ, vaſa vinaria, ſcilicet catenis copulata, tabulatis ſuper injectis. Ratem appellat *Tacitus* XV. 37. *in ſtagno Agrippæ fabricatus eſt ratem, cui ſuperpoſitum convivium navium aliarum tractu moveretur.* Sic Orientales flumina ratibus trajiciebant 1 Chron. II. 16. nempe ut *Thomas Hyde* de Rel. Vet. Perſ. p. 76. explicat, utribus ſeu pellibus inflatis margini applicatis; qua arte fit, ut nullus illis fluvius obſtet, & ut magna mercium onera per Tigrim & Euphratem facili negotio deportent. Vide & *Caſaubonum* ad Sueton. Cæſ. c. 59. Romanis, in pontibus ſtruendis, aut ratibus, & trajiciendis fluminibus, utrium loco etiam dolia ſeu cupæ erant,

Namque ratem vacuæ ſuſtentant undique cupæ,
Quarum porrectis ſeries conſtricta catenis
Ordinibus geminis obliquas excipit alnos,

ut ait *Lucanus* IV. 420. ſqq. confer & *Herodianum* VIII. 4. 9. ſq. *Vegetius* III. 7. *amnes tumultuario opere colligatis inanibus cupis additisque trabibus tranſitum præbent. Capitolinus* in Maximinis c. 22 *ponte cupis facto Maximinus fluvium tranſivit.* vide ibi Caſaub. & Salmas. A pontibus ergo ſtruendis morem ad convivia traduxit Nero.

§ 78. (l. 83.) πέριξ δὲ] In terra, in litore ſtagni. *Tacitus* XV. 37. *crepidinibus ſtagni lupanaria adſtabant, illuſtribus feminis completa.* Sic & alias, *quoties Oſtiam Tiberi deflueret, aut Bajanum ſinum prænavigaret, diſpoſitæ per littora & ripas diverſoriæ tabernæ parabantur, inſignes ganeæ, & matronarum inſtitorio copas imitantium, atque hinc inde hortantium ut appelleret. Suet.* 27.

§ 79. (l. 6.) συναχθέντων ἐς τὸ Ἄντιον] Antii natus Nero. *Suet.* 6. Inde amor Neronis erga locum, ut eo coloniam deduceret A. U. C. 813. nempe legionem IV. Ital. ut ex nummo apud *Harduin.* p. 23. colligitur, portumque ibidem operis ſumtuoſiſſimi faceret. *Suet.* 9. *Tac.* XIV. 27. quo nummum PORT. AUGUSTI. minus recte refert *Mediob.* p. 90. Ibi & frequentius ipſe Nero agebat, ut tempore incendii. *Tac.* XV. 39. ibi libertus ejus munus gladiatorium edidit. *Plin.* XXXV. 7. ibi & puerperium Poppææ fieri, eaque occaſione ludicrum Circenſe Claudiæ Domitiæque genti apud Antium edi voluit; unde omnis ſenatus ſub recentem partum Antium eſt effuſus.

A.U.C 817 Lecan. Baſſo & Licinio Craſſo COSS.

mi mortales, qui Antium convenerant, periiſſent, id pro feſti celebritate duxit Nero.]

16. Poſtea, quod antea ſemper optaverat, urbem atque imperium vivus perdere cupivit. Quam quidem ob cauſam ipſe quoque Priamum mirum in modum beatum fuiſſe dicebat, quod patriam ſimul cum regno perditam vidiſſet. Igitur quosdam homines, quaſi ebrii eſſent, aut alia de cauſa quid maleficii facerent, clam in varias partes urbis dimiſit. Hi primo unum & alterum locum, plurave, alibi alia, ſuccenderunt: adeo quidem, ut homines in extremas anguſtias redigerentur, quum neque principium mali reperire, neque finem illi imponere poſſent, ac multa viderent & audirent inſolentia. Nihil enim aliud, quam ignes multos, ut in caſtris, licebat videre; nihil audire ab aliis, quam "hoc aut illud in flammis eſt: ubi? quomodo? a quo? auxiliamini.„ Ingens igitur erat ubique omnium perturbatio, omnes huc & illuc diſcurſabant obſtupefacti: multis, dum opem aliis ferrent, domi omnia ſua conflagrare nuntiabatur: multi ante, quam res ſuas audirent incendio correptas, eas jam conſumptas eſſe intelligebant: alii ex ædibus in angiportus currebant, ut extrinſecus ædibus ſubvenirent: alii de via intro properabant, ut intus aliquid efficerent. Ingens erat clamor & ululatus puerorum, mulierum, virorum, ſenum; ut nihil propter fumum videri, nihil propter clamorem intelligi poſſet: multi, quaſi muti eſſent, taciti ſtare: multi ſua interim exportare, multi aliena rapere, & inter ſe palantes diſcurrere, in ſupellectilibus falli: nec quo progrederentur, aut ubi ſtarent, ſcire: tum alii alios impellere, & impelli: evertere, & viciſſim everti: multi ſuffocari, multi opprimi: poſtremo nihil mali, quod in hujusmodi calamitate hominibus accidere poſſit, prætermitti. Neque vero facile poterant alio perfugere: nam ſi quis e præſenti malo evaſiſſet ſalvus, mox in aliud lapſus interibat.

17. Jam

Ἄντιον πολλῶν ἀπολομένων ὁ Νέρων ἐν ἑορτῆς μέρει τοῦτο ἐποιεῖτο.]

Μετὰ δὲ ταῦτα ἐπεθύμησεν (ὅπερ που ἀεὶ ηὔ- B
χετο) τήν τε πόλιν ὅλην καὶ τὴν βασιλείαν
ζῶν ἀναλῶσαι. τὸν γοῦν Πρίαμον καὶ αὐτὸς θαυ-
μαστῶς [s] ἐμακάρισεν, ὅτι καὶ τὴν πατρίδα ἅμα καὶ
τὴν ἀρχὴν ἀπολομένας εἶδεν. λάθρα γάρ τινας, ὡς
καὶ μεθύοντας, ἢ καὶ κακουργοῦντάς τι [t] ἄλλως,
διαπέμπων, τὸ μὲν πρῶτον, ἕν που καὶ δύο καὶ
πλείονα, ἄλλα ἄλλοθι [u] ὑπεμπίμπρα, ὥστε τοὺς
ἀνθρώπους ἐν παντὶ ἀπορίας γενέσθαι, μήτ' ἀρχὴν
τοῦ κακοῦ ἐξευρεῖν, μήτε τέλος ἐπαγαγεῖν δυναμέ-
νους, ἀλλὰ πολλὰ μὲν ὁρῶντας, πολλὰ δὲ ἀκούοντας C
ἄτοπα. οὔτε γὰρ θεάσασθαι ἄλλο τι ἦν ἢ πυρὰ
πολλὰ, ὥσπερ ἐν στρατοπέδῳ· οὔτε [x] ἀκοῦσαι λε-
γόντων τινῶν, ἢ ὅτι "τὸ καὶ τὸ καίεται· ποῦ;
"πῶς; ὑπὸ τίνος; βοηθεῖτε.„ θόρυβός τε οὖν
ἐξαίσιος πανταχοῦ πάντας κατελάμβανε, καὶ διέ-
τρεχον, οἱ μὲν, τῇ, οἱ δὲ, τῇ, ὥσπερ ἔμπληκτοι.
καὶ ἄλλοις τινὲς ἐπαμύνοντες, ἐπυνθάνοντο τὰ οἴκοι
καιόμενα. καὶ ἕτεροι πρὶν καὶ ἀκοῦσαι ὅτι τῶν
σφετέρων τι ἐμπέπρησται, ἐμάνθανον ὅτι ἀπόλωλεν.
οἵ τε ἐκ τῶν οἰκιῶν ἐς τοὺς στενωποὺς ἐξέτρεχον, D
ὡς καὶ ἔξωθεν αὐταῖς βοηθήσοντες, καὶ οἱ ἐκ
τῶν ὁδῶν εἴσω ἐσέθεον, ὡς καὶ ἔνδον τι ἀνύ-
σοντες. καὶ ἦν ἥ τε κραυγὴ καὶ ὀλολυγὴ παί-
δων ὁμοῦ, γυναικῶν, ἀνδρῶν, γερόντων, ἄπλε-
τος, ὥστε μήτε συνιδεῖν μήτε συνεῖναί τι ὑπὸ
τοῦ καπνοῦ καὶ τῆς κραυγῆς δύνασθαι. καὶ διὰ
ταῦθ' ὁρᾷν ἦν τινας ἀφώνους ἑστῶτας, ὥσπερ ἐνεοὺς
ὄντας. κἀν τούτῳ πολλοὶ μὲν καὶ τὰ σφέτερα
ἐκκομιζόμενοι, πολλοὶ δὲ καὶ τὰ ἀλλότρια ἁρπάζον-
τες, ἀλλήλοις τε ἐνεπλάζοντο, καὶ περὶ τοῖς
σκεύεσιν ἐσφάλλοντο. καὶ οὔτε προϊέναι ποι, E
οὔθ' ἑστάναι εἶχον, ἀλλ' ὤθουν, ὠθοῦντο· ἀνέ-
τρεπον, ἀνετρέποντο· καὶ συχνοὶ μὲν ἀπεπνίγον-
το, συχνοὶ δὲ συνετρίβοντο, ὥστε σφίσι μηδὲν
ὅ, τι τῶν δυναμένων ἀνθρώποις ἐν τῷ τοιούτῳ πά-
θει κακῶν συμβῆναι, μὴ συνενεχθῆναι. οὐδὲ
γὰρ οὔτ' ἀποφυγεῖν που ῥᾳδίως ἠδύναντο· κἂν
ἐκ τοῦ παρόντος τις περιεσώθη, εἰς ἕτερον ἐμπεσὼν
ἐφθείρετο.

[s] ἐμακάρισεν. malim ἐμακάριζεν. HS. [t] ἄλλως. magis placeret ἄλλο. HS. [u] [illegible] Coisl. Br. [x] ἀκοῦσαι. τι ἀκοῦσαι, edidit L. ſine neceſſitate. deeſſe crediderim ἄλλο, quod a[illegible]ſαι, inquit HS. in ejusdem editione maj. pro ſequenti τὸ καὶ τὸ καίεται, perperam excuſum eſt [illegible]

Hæc *Tacitus* ad A. U. C. 816. Ann. XV. 23. Fieri ergo poteſt, ut fragmentum abruptum loquatur de iis, qui in illo confluxu ad celebritates, ſimili ratione, ut in ſuperioribus, periere. Numus de puerperio Poppææ ex Claudia filia, eſt apud *Triſtan.* I. p. 213. *Patin.* ad Suet. c. 35. *Spanh.* de U. N. Diſſ. IV. p. 231. Diſſ. XI. p. 270. *Medinb.* p. 97.

§ 80. (l. 10.) πόλιν ὅλην καὶ τὴν βασιλείαν] Nero, apud *Suet.* c. 38. dicenti cuidam, ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί, reſpondiſſe fertur, imo ἐμοῦ ζῶντος. Sed tam væcors conſilium, deſtruendæ urbis & imperii, vix cogitari poteſt: vulgus de malis principibus etiam ultra humanæ malitiæ modum ſuſpicatur. Hæc clades, quæ A. U. C. 817. contigit, *Tacito* XV. 38. *forte an dolo principis* acciderit, *incertum.* Erat tum abſens Nero, Antii. *ibid.* c. 39. & ipſius domus eo incendio conflagravit: quæ forte ad liberandum culpa Neronem urgeri poſſent. *Tillemontius* T. I. art. 18. p. 484. putat fingere potuiſſe milites mandatum Imperatoris, *pour voler plus librement.* Ego tamen non exculpo Neronem, niſi hactenus, quod non voluerit urbem cum imperio exſcindere, ſed ex deſtructa ſplendidiorem condere. Hæc vera cauſa incendii, magnificentiæ Neronis, præſertim in ædificando, conveniens, proditur a *Suetonio* l. c. *quaſi offenſus deformitate veterum ædificiorum, & anguſtiis flexurisque vicorum, incendit urbem.* *Tacitus* etiam XV. 40. *Videbatur Nero condendæ urbis novæ & cognomento ſuo appellandæ gloriam quærere.* Idem *Suetonius* 55. & *Sulpicius Sev.* lib. II. hiſt[illegible] nim urbs poſt Gallicum incendium p[illegible] rectione vicorum, tumultuarie reſtitu[illegible] 55. nova autem urbs excitata eſt, teſte [illegible] *vicorum ordinibus, & latis viarum ſpatiis, cohibita ædificiorum altitudine, ac patefactis areis, additisque porticibus, quæ frontem inſularum protegerent: easque porticus Nero ſua pecunia exſtructurum, purgatasque areas dominis traditurum, pollicitus eſt.* Accedebat forte cupiditas, domum ſuam ampliandi, abſumtis incendio circumjectis: quod & præſtitit inſana propemodum molitione, machinatoribus Severo & Celere. *Tacit.* c. 42. unde illud apud *Sueton.* cap. 39, 5. *Roma domus fiet.* Deſcribit reſtitutam, aureamque nominatam pluribus *Sueton.* c. 31. conf. & *Plin.* XXXIII. 3. XXXVI. 15.

§ 81. (l. 50.) πλείους καὶ ἡμέρας καὶ νύκτας] *Tacitus* XV. 40. *ſexto demum die apud imas Eſquilias finis incendio factus* — *nec dum poſito metu redibat.* *Suetonius* c. 38. *per ſex dies ſeptemque noctes ea clade ſævitum eſt.* Inſcriptio vetus ad Baſilicam Petri, apud *Gruterum* LXI. 3. QUANDO. URBS. PER. NOVEM. DIES. ARSIT. NERONIANIS. TEMPORIBUS. Conciliat Lipſius ad l. c. quia Tacitus addit, ignem rediiſſe.

§ 82. (l. 67.) ὑπὸ τῶν Γαλατῶν] *Tacitus* XV. 41. *Fuere qui annotarent, XIV. Kal. Sextiles principium incendii hujus ortum, quo & Senones captam urbem inflammaverant.* Vide

de

A.U.C.817 Lecan. Baſſo & Licinio Craſſo COSS.

Καὶ ταῦτα οὐκ ἐν μιᾷ μόνον, ἀλλ' ἐπὶ
709 [81] πλείους καὶ ἡμέρας καὶ νύκτας ὁμοίως [y] ἐγένετο. καὶ πολλοὶ μὲν οἶκοι ἔρημοι τοῦ βοηθήσοντες σφίσι ἀπώλοντο, πολλοὶ δὲ καὶ ὑπ' αὐτῶν τῶν ἐπικουρούντων προσκατεπρήσθησαν. οἱ γὰρ στρατιῶται, οἵ τε ἄλλοι, καὶ οἱ νυκτοφύλακες, πρὸς τὰς ἁρπαγὰς ἀφορῶντες, οὐχ ὅσον οὐ κατεσβέννυσάν τινα, ἀλλὰ καὶ προσεξέκαιον. [z] τοιούτων δὲ δὴ ἄλλων ἄλλοθι συμβαινόντων, ὑπέλαβέ ποτε τὸ πῦρ ἄνεμος, καὶ ἐπὶ τὰ λοιπὰ ὁμοῦ πάντα ἤγαγεν· ὥστε σκευῶν μὲν πέρι ἢ οἰκιῶν μηδένα μηδὲν ἔτι φροντίσαι, πάντας δὲ
B τοὺς λοιποὺς ἑστῶτάς που ἐν ἀσφαλεῖ τινι ὁρᾷν ὥσπερ νήσους τινὰς καὶ πόλεις ἅμα πολλὰς φλεγομένας· καὶ ἐπὶ μὲν τοῖς σφετέροις μηδὲν ἔτι λυπεῖσθαι, τὸ δὲ δημόσιον ὀδυρομένους, ἀναμιμνήσκεσθαι ὅτι καὶ πρότερόν ποτε οὕτως [82] ὑπὸ τῶν Γαλατῶν τὸ πλεῖον τῆς πόλεως διεφθάρη.

Πάντων δὲ δὴ τῶν ἄλλων οὕτω διακειμένων, καὶ πολλῶν καὶ ἐς αὐτὸ τὸ πῦρ ὑπὸ τοῦ πάθους ἐμπηδώντων, ὁ [83] Νέρων ἔς τε τὸ ἄκρον τοῦ παλατίου (ὅθεν μάλιστα σύνοπτα τὰ πολλὰ τῶν
C καιομένων ἦν) ἀνῆλθε, καὶ τὴν σκευὴν τὴν κιθαρῳδικὴν λαβὼν, ᾖσεν ἅλωσιν, ὡς μὲν αὐτὸς ἔλεγεν, Ἰλίου, ὡς δὲ ἑωρᾶτο, Ῥώμης. τοιούτῳ μὲν δὴ πάθει τότε ἡ πόλις ἐχρήσατο, οἵῳ οὔτε πρότερόν ποτε, οὔθ' ὕστερον, πλὴν τοῦ Γαλατικοῦ. [84] τό, τε γὰρ [a] Παλάτιον ὄρος σύμπαν, καὶ τὸ [85] θέατρον τοῦ Ταύρου, τῆς τε λοιπῆς πόλεως τὰ δύο που μέρη ἐκαύθη· καὶ ἄνθρωποι ἀναρίθμητοι διεφθάρησαν. ὁ μέντοι δῆμος οὐκ ἔστιν [b] ὅτε οὐ κατὰ τοῦ Νέρωνος ἠρᾶτο, τὸ μὲν ὄνομα αὐτοῦ μὴ ὑπολέγων, ἄλλως δὲ δὴ [86] τοῖς τὴν πόλιν ἐμπρήσασι καταρώμενοι, καὶ μάλισθ' ὅτι αὐτοὺς ἡ μνήμη [87] τοῦ λογίου [bb] τοῦ κατὰ τὸν Τιβέριόν ποτε ᾀσθέντος ἐθορύβει. ἦν δὲ τοῦτο·

D Τρὶς δὲ τριηκοσίων περιτελλομένων ἐνιαυτῶν,
Ῥωμαίους ἔμφυλος ὀλεῖ στάσις.

ἐπειδή τε ὁ Νέρων, παραμυθούμενος αὐτοὺς, οὐδαμοῦ

17. Jam hæc non uno tantum, ſed pluribus diebus atque noctibus, eodem modo facta ſunt: multæ domus deſtitutæ ab iis, qui opem ferrent, perierunt: multæ manibus etiam eorum, qui auxiliari debebant, deflagrarunt: quod & milites cæteri, & vigiles nocturni, ad rapinas ſpectantes, non ſolum non reſtinguebant incendium, verum etiam magis inflammabant. Quumque varia ejusmodi variis in partibus acciderent, tandem ventus ignem evectum ad reliqua ſimul omnia pertulit. Quo facto, nulla amplius cura de ſupellectili, nulla de ædibus eſſe cœpit; ſed omnes ii, qui reliqui erant, de tutis quibusdam locis, veluti multas inſulas aut urbes ſimul inflammatas intuebantur: jamque amplius nemo rerum ſuarum cauſa mœrore conficiebatur, rempublicam tantummodo lugebat quisque, recordabaturque, majorem partem urbis a Gallis incenſam aliquando, eodem modo conflagraſſe.

18. Quum cæteri omnes in his rebus eſſent, ac multi in hoc graviſſimo dolore in ipſum ignem inſilirent, Nero in ſummum palatii, unde magna pars incendiorum videri poterat, conſcendit; ibique ornatu citharœdi ſumto, excidium Trojæ, ut ipſe dicebat, cecinit; vel potius urbis Romæ, ſicuti erat ante oculos poſitum. Itaque urbs eo tempore in tantam calamitatem incidit, quantam nec antea unquam, nec poſt, præter Gallicam, accepit. Nam mons Palatinus omnino, & theatrum Tauri, & cæteræ urbis duæ partes exuſtæ ſunt, ac innumerabiles homines perierunt. Tum populus Neroni omnia mala precari, non quod nomen ejus nominaret, ſed quod exſecraretur eos, qui urbem incendiſſent. In primis omnes commovebat recordatio oraculi, quod decantatum fuerat Tiberii temporibus, eratque ejusmodi:

Hinc ter trecentis circumvolventibus annis,
Seditio perdet Romanos.

Quumque Nero, populi conſolandi cauſa, hos verſus

[y] ἐγένετο. ἐγένοντο, Coisl. Br. [z] τοιούτων δὲ δή. τούτων δὲ δή, Coisl. τῶν δὲ δὴ ἄλλων, Br. [a] Παλάτιον. Παλάτιον, τὸ ὄρος RS. & Pal. Παλάτιον etiam Coisl. Br. [b] ὅτε. forte rectius ὅ, τι, vide p.407. B. 713. C. mox ἐμπρήσασι, RS. male. [bb] τοῦ deeſt in RS.& HS. edit. min.

de die incendii prioris diligentius diſputantem *Lipſium* Excurſu A. & *Sam. Petitum* Obſſ. II. 13. Ob hoc prætor Volcanalibus X. Kal. Sept. omnibus annis litare juſſus eſt, ut inſcriptio laudata docet.

§ 83. (l. 71.) Νέρων ἔς τε τὸ ἄκρον τοῦ παλατίου] Nugæ. Audi primo diſſenſum hiſtoricorum. *Tacitus* XV. 39. *pervaſerat rumor, ipſo tempore flagrantis urbis iniſſe eum domeſticam ſcenam & ceciniſſe Trojanum excidium, præſentia mala vetuſtis cladibus aſſimilantem.* At *Suetonius* 38. 5. *Hoc incendium e turri Mæcenatiana proſpectans lætusque flammæ, ut ajebat, pulchritudine,* ἅλωσιν *Ilii in illo ſuo ſcenico habitu decantavit.* Quod ergo dubitanter velut rumorem Tacitus, id jam pro certo Suetonius tradit. Tacitus mala deplorantem, Suetonius lætum flammæ pulchritudine facit. Tacitus Neronem inter canendum ſpectaſſe incendium non dicit, Suetonius ut ſpectaret, turrim aſcendiſſe ait. Locus ſcenæ Dioni eſt palatium, Suetonius & cum eo *Oroſius* VII. 7. ſubſtituit domum Mæcenatis, quæ propter altitudinem turris dicebatur, eratque in Eſquiliis. Ex Taciti autem narratione, ſi ceciniſſet Nero, vix poterat niſi Antii canere. Nam *eo tempore,* inquit, *Nero Antii agens, non ante in urbem regreſſus eſt, quam domui ejus, qua palatium & Mæcenatis hortos continuaverat, ignis propinquaret. Neque tamen ſiſti potuit, quin & palatium & domus & cuncta circum haurirentur.* Quæſo, num Nero vix Antio adventans, cum jam ignis ad palatium acceſſiſſet, tam ſecure ibi potuit ſpectare incendium, & Trojæ excidium canere? Tantus diſſenſus non tam rumorem, quam fabulam eſſe oſtendit, natam forte ex carmine Neronis, quod Troica inſcripſit, & quod anno demum ſequenti in Pentacterico recurrente recitavit. p. 715. § 152. Confer quæ de mendaciis hiſtoricorum in Neronem ex Joſepho attuli ad librum ſuperiorem § 79.

§ 84. (l. 78.) τὸ Παλατῖνον ὄρος] Ex regionibus XIV. urbis, quatuor integræ manſerunt, tres ſolo tenus dejectæ, ſeptem reliquis pauca tectorum veſtigia ſupererant lacera & ſemiuſta. Initium in ea parte Circi, quæ Palatino Cælioque montibus contigua eſt, & apud imas Eſquilias finis incendio factus. Simul præter infinitas domos & inſulas, templum Lunæ a Servio Tullio, magna ara fanumque præſenti Herculi ab Arcade Evandro, ædes Jovi Statori a Romulo ſacrata, Numæ Regia, & delubrum Veſtæ exuſta. Hæc *Tacitus* XV. 38–41.

§ 85. (l. 79.) θέατρον τοῦ Ταύρου] Vide ad p. 460. D. & p. 694. § 63.

§ 86. (l. 84.) τοῖς τὴν πόλιν ἐμπρήσασι] Nero vertit in Chriſtianos. *Tacitus* XV. 44. *Ergo abolendo rumori Nero ſubdidit reos, & quæſitiſſimis pœnis affecit, quos per flagitia inviſos vulgus Chriſtianos appellabat.* Prima igitur hæc tempeſtas in Chriſtianos incumbere cœpit A. U. C. 817. Chr. 64. circa menſem Auguſtum § 80. 82.

§ 87. (l. 85.) τοῦ λογίου τοῦ κατὰ τὸν Τιβέριον] Vide ad p. 615. B. & quæ *Ant. van Dalen* Diſſ. de Sibyllis p. 448. ſq. & 495. ſqq.

A.U.C. 817 Lecan. Baſſo & Licinio Craſſo COSS.

verſus nusquam repertos eſſe diceret, mutata ſententia, aliud oraculum, ut vere Sibyllinum, canere cœperunt:

Ultimus Æneadum matrem necat induperator.

Id quod accidit, ſive vere prædictum divino oraculo, ſive tunc a plebe, divino quodam inſtinctu de præſenti rerum ſtatu prolatum. Nam is ultimus ex Julii gente, quæ ab Ænea profecta erat, regnavit. Nero magnam pecuniam a privatis & populis, prætextu iſtius incendii, partim vi, partim a volentibus ſcilicet, exegit, & ipſi populo Rom. diviſionem frumenti abſtulit.

19. Quæ dum ab Nerone agerentur, nuntius ex Armenia, laurusque parta victoria ad eum rurſus allata eſt. Nam Corbulo, collectis in unum legionibus, antea diſperſis, & iisdem exercitatis, quum prius neglectæ fuiſſent; Vologæſum regem Parthorum & Teridatem principem Armeniæ, nuncio ipſo adventus ſui perterruit. Is non ſolum generis ſplendore & viribus corporis, ſed etiam præſenti prudentia animi, cum principibus Romanorum poterat comparari, magnaque cum fortitudine tum juſtitia & fide, non modo erga ſuos, ſed etiam adverſus hoſtes utebatur. Cujus rei cauſa Nero eum legatum ad id bellum miſerat, eique tantas copias quantas antea nemini, crediderat, certus, eum pariter & ſuperaturum eſſe barbaros, & in fide ſua perpetuo manſurum: quibus in rebus utrisque haud eum fefellit opinio. At Corbulo hac una tantum re cæteros offendit mortales, quod

μοῦ ταῦτα τὰ ἔπη εὑρεθῆναι ἔλεγε, μεταβαλόντες ἕτερον λόγιον, ὡς καὶ Σιβύλλειον ὄντως ὄν, ᾖδον. ἔστι δὲ τοῦτο,

Ἔσχατος Αἰνεαδῶν μητροκτόνος ἡγεμονεύσει.

καὶ ἔσχεν οὕτως, εἴτε καὶ ὡς ἀληθῶς θεομαντείᾳ τινὶ προλεχθὲν, εἴτε καὶ τότε ὑπὸ τοῦ ὁμίλου πρὸς τὰ παρόντα θειασθέν. τελευταῖος γὰρ τῶν Ἰουλίων τῶν ἀπὸ Αἰνείου γενομένων ἐμονάρχησε. E
[88] χρήματα δὲ ὁ Νέρων παμπληθῆ καὶ παρὰ τῶν ἰδιωτῶν καὶ παρὰ τῶν δήμων, τὰ μὲν βίᾳ ἐπὶ τῇ προφάσει τοῦ ἐμπρησμοῦ, τὰ [c] δὲ παρ' ἑκόντων δῆθεν ἠργυρολόγησε, καὶ τῶν Ῥωμαίων αὐτῶν [89] τὸ σιτηρέσιον παρεσπάσατο.

Πράσσοντι δὲ αὐτῷ ταῦτα, ἀγγελία ἐξ Ἀρμενίας, 710
καὶ [90] δάφνη ἐπὶ τῇ νίκῃ αὖθις ἦλθεν. ὁ γάρ τοι [d] Κορβούλων, συστήσας τε τὰ στρατιωτικὰ [e] ἐσκεδασμένα, καὶ [91] ἀσκήσας ἠμελημένα, τόν τε [92] Οὐολόγαισον τὸν βασιλέα τῶν Πάρθων, καὶ τὸν Τηριδάτην τὸν τῆς Ἀρμενίας ἡγούμενον, καὶ ἀγγελθεὶς μόνον, ἐξεφόβησεν. [93] ὅμοια γὰρ δὴ τοῖς πρώτοις Ῥωμαίων, οὐχ ὅτι τῷ γένει λαμπρὸς, ἢ τῷ σώματι ἰσχυρὸς, ἀλλὰ καὶ τῇ ψυχῇ ἀρτίφρων ἦν· καὶ πολὺ μὲν τὸ ἀνδρεῖον, πολὺ δὲ καὶ τὸ δίκαιον τό, τε πιστὸν ἐς πάντας καὶ τοὺς οἰκείους καὶ τοὺς πολεμίους εἶχεν. B
ὑφ' οὗπερ καὶ ὁ Νέρων ἐπὶ τὸν πόλεμον αὐτὸν ἀνθ' ἑαυτοῦ ἀπέστειλε, καὶ δύναμιν αὐτῷ ὅσην [f] ἄλλῳ οὐδενὶ ἐπέτρεψε, πιστεύσας ὁμοίως καὶ τοὺς βαρβάρους αὐτὸν καταργάσεσθαι, καὶ αὐτῷ μὴ ἐπαναστήσεσθαι. καὶ ὁ μὲν οὐδέτερον [g] τούτων ἐψεύσθη. τοὺς μέντοι ἄλλους ἀνθρώπους καθ' ἓν τοῦτο μόνον ὁ Κορβούλων ἐλύπησεν,

c τὰ δὲ παρ' ἑκ. τὰ δὲ καὶ παρ' ἑκ. Br. d Κορβούλων. Κουρβούλων, ſemper Coiſl. Br. e ἐσκεδασμένα. ſic Sylb. HS. edit. maj. L. ceteri ἐσκεδασμένα. item Pal. f ἄλλῳ οὐδενί. οὐδενὶ ἄλλῳ, Exc. Peir. p. 689. g τούτων. αὐτῶν, Exc. Peir. l. c. his L. ſtatim ſubjungit fragmenta Urſini XLI. XLIII. XLII. quæ videbis mox poſt ὑπηγάγετο.

§ 88. (l. 98.) χρήματα δὲ ὁ Νέρων] De his collationibus, exactionibus, & templis etiam in urbe & per Aſiam atque Achajam ſpoliatis, vide *Sueton.* 38, 6. *Tacitum* XV. 45. *Valeſium* infra pag. 720. § 56. Qua amplitudine & magnificentia Nero urbem domumque ſuam reſtituerit, dictum § 80.

§ 89. (l. 2) τὸ σιτηρέσιον παρεσπάσατο] Intelligit frumentariam largitionem plane gratuitam, quæ pauperioribus ex univerſo populo lectis dabatur: de qua ad p. 224. D 554. E. & *Lipſius* Elector. I. 8. T. I. Opp. p. 244. ſqq. & de Magnit. Rom. II. 10. T. III. p. 404. ſqq. Alia erat liberalitas frumentaria ad univerſam plebem ſpectans, qua de pretio annonæ aliquid remittebatur. Hanc Neroni, ut alia in ſolatium plebis, diſerte adſcribit *Tacitus* poſt incendium: Ann. XV. 39. *pretiumque frumenti minuit ad ternos nummos:* confer & XV. 18. XIII. 51. Antea quoque frumentum de publico datum eſſe ſub Nerone, ex Seneca diſcimus, de Benef. IV. 28. *Frumentum publicum tam fur quam perjurus & adulter accipiunt, & ſine delectu morum quisquis civis* (al. *inciſus*) *eſt.* Prætorianis etiam militibus Nero poſt conjurationem Piſonianam *ſine pretio frumentum conſtituit. Tac.* XV. 72. *Suet.* 10, 4. Neque alibi lego largitiones frumentarias a Nerone ſublatas: ut dubitari omnino poſſit, principem, οὐδ' ἄλλως μικρόψυχον, nunc cum vel maxime id ageret ut plebem variis beneficiis ſolaretur, pauperioribus, præſertim recenti incendio plane ad incitas redactis, largitionem frumenti conſuetam ſubtraxiſſe.

§ 90. (l. 4) δάφνη ἐπὶ τῇ νίκῃ αὖθις] Vologæſus I. Parthorum Rex, pulſo Rhadamiſto, Armeniam fratri ſuo Teridati dederat. vide *Tac.* XIII. 34. & quæ ad lib. ſuperiorem § 23. diximus. Contra Corbulo Armeniæ tuendæ a Nerone præfectus erat A. U. C. 810. cum bellum renovaretur. Is anno eodem aut ſequenti, caput gentis Artaxata ad Araxem fluvium aggreſſus, deditione acceptum igni deleverat. *Tac.* XIII. 39. ſqq. Atque tum prima δάφνη a Corbulone miſſa, de qua forte Dio ſupra dixerat. Hinc Nero imperator ſalutatus, arcubus, ſtatuis &c. honoratus *Tac.* XIII. 41. Arcum exhibent nummi Arſchotani XX. 19. Verum an hoc anno etiam JANUM CLUSIT, ut eſt apud *Panvin.* Faſtis p. 202. ſq. vide diſputantem *Tillemont* Ner. art. 7. p. 445. Neque de tempore numorum liquet, qui Armeniacum Neronem dicunt apud *Spanhem.* de U. N. Diſſ. XII. p. 502. Hic certe Xiphilinus non de primis Corbulonis, ſed ſecundis literis laureatis agit, quarum cauſam uberius exponit *Dio* ipſe p. 712. C. poſtquam ſummatim ea, quæ ab initio a Corbulone geſta erant, tetigiſſet.

§ 91. (l. 6.) ἀσκήσας ἠμελημένα] [illegible] *Sed Corbuloni plus molis adverſus ignaviam* [illegible] *perfidiam hoſtium erat. Quippe Syria* [illegible] *ce longa ſegnes, munia Romanorum æ*[illegible] *tis conſtitit fuiſſe in eo exercitu vetera*[illegible] *non vigilias iniſſent, vallum foſſamque* [illegible] *ſerent, ſine galeis, ſine loricis, nitidi* [illegible] *opida expleta &c.* Adde *Frontini* St[illegible] 28. it. cap. 2, 3.

§ 92. (l. 7.) Οὐολόγαισον] Volog[illegible] qui poſt fratres Bardanem & Gotarzen [illegible] ta privatos, rerum potitus eſt, & duobus germanis fratribus qui ſuperſtites erant, Pacoro grandiori Mediam, Teridati minori Armeniam diſtribuit. Vide *Joſephum* Ant. XX. 3. § 3. & *Reinerum Reineccium* in Hiſt. Julia T. III. p. 219. ſq.

§ 93. (l. 9.) ὅμοια τοῖς πρώτοις Ῥωμαίων] Cn. Domitius Corbulo, matrem habuit Veſtiliam: de patre ancipitem me relinquit *Plinius* VII. 5. qui Veſtiliam, Herdicii, Pomponii, & Orfiti conjugem, generatim *ex his* dicit peperiſſe Suilium Rufum, Corbulonem, & Cæſoniam Caji Cæſaris conjugem: nec expedit me Harduinus, aut *Havercampius* ad Morell. Theſ. p. 402. Fuit Corbulo primum prætor, hinc curatoribus viarum moleſtus exactor, dein Conſul ſuffectus A. U. C. 792 *Dio* p. 651. B. 676. B. Sub Claudio exercitui in Germania præfectus Chaucos vexarit, foſſam a Rheno ad Moſam perduxit. *Dio* p. 685. D. cetera *Pighius* dabit ad A. U. C. 806. Hominem proceræ ſtaturæ & robuſtiſſimum fuiſſe diſcas ex illo *Juvenalis* III. 251. *Corbulo vix ferret tot vaſa ingentia.* De eodem *Tacitus* XIII. 8. *Corbulo, corpore ingens, verbis magnificus, & ſupra experientiam ſapientiamque, etiam ſpecie inanium validus.* Commentarios ejus ſæpe adducit Tacitus & Plinius, vide *Voſſium* de Hiſt. Lat. Lib. I. c. 25. p. 130.

A.U.C. 817 Lecan. Baſſo & Licinio Craſſo COSS.

σεν, ὅτι τὴν πρὸς τὸν Νέρωνα πίστιν ἐτήρησεν. οὕτω γὰρ αὐτὸν αὐτοκράτορα ἀντ' ἐκείνου λαβεῖν ἤθελον, ὥστε καὶ κακὸν τὸ μέρος τοῦτο μόνον γενέσθαι ἠξίουν.

[b] Οὗτος οὖν ὁ Κορβούλων [94] ἀκονιτὶ τὰ Ἀρτάξατα λαβών, τὴν πόλιν κατέσκαψε. πράξας δὲ τοῦτο, πρὸς τὰ Τιγρανόκερτα ἤλασε, πάσης μὲν τῆς τῶν ἐνδιδόντων σφᾶς χώρας φειδόμενος, πάντα δὲ τὰ τῶν ἀνθισταμένων πορθῶν· καὶ ἔλαβε καὶ ἐκεῖνα ἐθελούσια· ἄλλα τε ἔπραξε λαμπρὰ καὶ ἐπίδοξα. ἐφ' οἷς καὶ τὸν Οὐολόγαισον, καίτοι φοβερὸν ὄντα, ἐς διαλλαγὰς ἁρμοζούσας τῷ C Ῥωμαίων ἀξιώματι ὑπηγάγετο. [ὁ Οὐολόγαισος γὰρ ἀκούσας, ὡς τὴν Ἀρμενίαν ὁ Νέρων [95] ἄλλοις διένειμε, καὶ τὴν [96] Ἀδιαβηνὴν ὑπὸ τοῦ Τιγράνου πορθουμένην· αὐτὸς μὲν ὡς ἐς τὴν Συρίαν ἐπὶ τὸν Κορβούλωνα στρατεύσων ἡτοιμάζετο, τὸν δὲ τῶν Ἀδιαβηνῶν βασιλέα [97] Μονόβαζον, καὶ Μοναίσην Πάρθον, ἐς τὴν Ἀρμενίαν ἔπεμψεν. οὗτοι δὲ τὸν Τιγράνην [98] ἐς τὰ Τιγρανόκερτα κατεῖρξαν. καὶ ἐπεὶ ἐν τῇ προσεδρείᾳ οὐδὲν αὐτὸν ἐλύπουν, ἀλλὰ D καὶ ὁσάκις προσμίξειάν οἱ, ἀπεκρούοντο καὶ ὑπ' ἐκείνου, καὶ [99] ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων, τῶν συνόντων αὐτῷ, καὶ [i] ὁ Κορβούλων ἀκριβῆ φρουρὰν τῆς Συρίας ἐποιήσατο ἐγνωσιμάχησε, καὶ τὴν παρασκευὴν ἀφῆκε. καὶ [100] πέμψας πρὸς τὸν Κορβούλωνα, ἀνοχῆς ἔτυχεν, ἐπὶ τῷ πρός τε τὸν Νέρωνα αὖθις πρεσβεύσασθαι, καὶ τὴν πολιορκίαν λῦσαι, καὶ τοὺς στρατιώτας ἐκ τῆς Ἀρμενίας ἐξαγαγεῖν. Νέρων δὲ ἐκείνῳ μὲν οὐδὲ τότε, [k] οὐδὲ ταχὺ, [101] οὐδὲ σαφὲς οὐδὲν ἀπεκρίνατο. [102] Λούκιον δὲ

Σένιον

quod fidem Neroni ſervaret. Nam usque adeo cupiebant illum Neronis loco habere imperatorem, ut hac ſaltem parte malum vellent eſſe.

20. Is igitur Corbulo Artaxata ſine vi cepit, urbemque diruit: poſt ad Tigranocerta contendit, regionibus eorum parcens omnium, qui deditionem feciſſent, agros vero urbesque eorum, qui reſiſterent, depopulatus: quo facto urbem, eamque volentem, in deditionem accepit. Quumque alia multa ſplendide & glorioſe faceret, tum Vologæſum, licet formidandum vel maxime, adduxit ad fœdus faciendum pro dignitate populi Romani. [Quippe quum Vologæſus inaudiſſet, vt aliis Nero diſtribuiſſet Armeniam, utque Tigranes Adiabenen popularetur: ipſe quidem ſe parabat, velut expeditionem in Syriam adverſus Corbulonem facturus; Adiabenorum vero regem Monobazum, & Monæſen Parthum, in Armeniam miſit. Hi Tigranem intra Tigranocerta concluſerunt. Et quoniam in hac obſidione non modo nullum ei adferebant incommodum, ſed etiam quoties eum adgrederentur, cum ab ipſo repellebantur, tum a Romanis, quos ſecum habebat; & Corbulo Syriam diligenti cuſtodia præſidioque tuebatur: cœpit ambiguus animi eſſe Vologæſus, & adparatum belli omiſit: miſſisque ſuis ad Corbulonem, indutias his condicionibus impetravit: Ut iterum legatos ad Neronem mitteret, obſidionem ſolveret, ex Armenia milites abduceret. Nero autem ne tunc quidem ei vel celeriter, vel clare quidquam reſpondit: Lucium ve-

ro

b Οὗτος οὖν ὁ Κορβ. in Exc. Peir. p. 689. poſt ἠξίουν ſic pergitur: τοιοῦτος ὁ Κορβούλων ἦν, καὶ δι' αὐτὰ ταῦτα ἀπώλετο. in antecedentibus autem, pro τοῦτο μόνον γενέσθαι, legitur τοῦτο γενέσθαι μόνον. *i* ὁ Κορβούλων. ſic in textu edidit Urſ. ſed in notis, ὁ Κεφάλων, quaſi in MS. codice repertum exhibet. ceterum non video, cur ille mutilum eſſe locum, & ſine ope veteris codicis non ſanandum, dictitet, eumque propterea aſteriſco ante ἐγνωσιμάχησε notandum duxerit. rectius hoc lacunæ ſignum omiſit L. *k* οὐδὲ ταχύ. hæc abundare opinatur Urſ. ideoque in ipſo narrationis filo omiſit; exhibet autem L.

§ 94. (l. 25.) *ἀκονιτὶ τὰ Ἀρτάξατα*] A.U.C. 810. aut ſequenti. vide quæ ſupra diximus § 90. Tigranocerta in fidem accepta A. U. C. 813. *Tac.* XIV. 23. ſq. Ita Dio, occaſione laudum Corbulonis, præcipua ejus in bello Parthico præclare facta ordine attingit, ac tum demum ad poſtremam pacis compoſitionem tranſit. Quæ mihi ratio fuit, cur fragmenta Dionis ex Theodoſio, quæ poſtrema belli uberius enarrant, poſt illa Xiphilini de Artaxatis & Tigranocertis, *τοὺς μέντοι ἄλλους — ἀξιώματι ὑπηγάγετο*, inſerenda duxerim. At Leunclavius; qui ante inſerit, atque ita Dionem de poſtremis prius, de prioribus poſtremo loquentem facit, mirifice temporum ordinem perturbat.

§ 95. (l. 35.) *ἄλλοις διένειμε*] Hæc de pluribus dicta *Tacitus* XIV. 26. quodammodo illuſtrat. Dederat quidem Nero Armeniam uni Tigrani, ſed *quo facilius novum regnum tueretur, pars Armeniæ, ut cuique finitima, pars Nipolique* (locus corruptus, quem Gronovius egregie divinavit ſupplendum *Pharaſmani Polemonique*) *& Ariſtobulo atque Antiocho parere juſſæ ſunt.* Pharaſmanes Iberus, interfecto filio Rhadamiſto, jam olim Corbuloni incurſanda Armenia auxilio fuerat: *Tac.* XIII. 37. ejusque fratri Mithridati quondam a Tiberio & Claudio conceſſa erat Armenia. *Dio* p. 638. A. vide & *Rein. Reineccium* Hiſt. Jul. T. III. p. 319. ſq. Hunc certe malim, quam Thraſcypolin cum Lipſio ingerere Tacito. Polemo II. erat rex Ponti Polemoniaci, qui Neroni ut Pontum provinciam faceret conceſſerat. *Reineccius* p. 143. Ariſtobulus Herodis regis Chalcides filius, cui Nero jam primo imperii anno Armeniam minorem mandaverat cum inſignibus regiis. *Joſeph.* Ant. XX. 8. § 4. *Tac.* XIII. 7. Antiochus rex Comagenes & partis Ciliciæ, quibus eum donaverat Claudius. *Joſeph.* XIX. 5. § 1. *Tac.* XIII. 7. 37.

§ 96. (l. 35.) *Ἀδιαβηνὴν ὑπὸ τοῦ Τιγράνου*] Erat Tigranes Cappadocum ex nobilitate, regis Archelai nepos, diu apud urbem obſes, quem Nero ad capeſſendum Armeniæ regnum delegerat. *Tac.* XIV. 26. mater Glaphyra Archelai filia, pater Alexander filius Herodis Magni. *Joſeph.* B. I. lib. I. 28. § 1. Antiq. XVIII. 5. § 4. *Reineccius* p. 269. ſq. Ad hujus adventum A. U. C. 813. Corbulo poſſeſſionem Armeniæ uſurpaverat; tum Corbulo in Syriam abiit, morte Ummidii vacuam: Tigranes autem egreſſus Armenia Adiabenos, conterminam nationem, latius ac diutius quam per latrocinia vaſtabat, quod Monobazus, quem penes Adiabenum regimen, & Tiridates regni profugus, vehementer apud Parthum queſti ſunt. *Tac.* XIV. 26. XV. 1. ſq. Hæc A. U. C. 815. geſta.

§ 97. (l. 38.) *Μονόβαζον καὶ Μοναίσην Πάρθον*] De Monobazo Adiabeno, ejusque ſorore ſimul & uxore Helena, filioque Izate, ſufficiat adire *Rein. Reineccium* Hiſt. Juliæ T. III. p. 286. ſq. *Joſephum* Ant. XX. 2. § 1. ſq. De Monæſe vel Moneſe *Tacitus* XV. 2. *promtam equitum manum, quæ regem ex more ſectabatur, Moneſi nobili viro tradidit, adjectis Adiabenorum auxiliis: mandavitque Tigranem Armenia exturbari.*

§ 98. (l. 41.) *ἐς τὰ Τιγρανόκερτα*] De Tigranocertis *Fabricius* ad p. 2. C. Urbs erat magnitudine mœnium valida, Nicephorio amne haut ſpernendam partem murorum ambiente. *Tac.* XV. 4.

§ 99. (l. 44.) *ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων*] Duas legiones cum Verulano Severo, & Vettio Bolano ei ſubſidio miſerat Corbulo. *Tac.* XV. 3.

§ 100. (l. 47.) *πέμψας πρὸς τὸν Κορβούλωνα*] Imo, ſecundum *Tacitum* XV. 5. Corbulo miſit ad Vologæſum, qui tum ad Niſibin agebat, Caſperium centurionem, qui expoſtularet vim provinciæ illatam, & regem ſocium amicumque obſeſſum: omitteret obſidionem, aut ſe quoque in agro hoſtili caſtra poſiturum.

§ 101. (l. 52.) *οὐδὲ σαφὲς οὐδέν*] *Tacitus* XV. 7. *Legati Vologeſis revertere irriti, bellumque propalam ſumtum a Parthis.* Iterum fruſtra remittuntur. c. 25.

§ 102. (l. 53.) *Λ. Παῖτον ἐς τὴν Καππαδοκίαν*] Corbulo ſcripſerat Cæſari, proprio duce opus eſſe, qui Armeniam defenderet. Cæſennius ergo Pœtus miſſus, A. U. C. 815. copiis ita diviſis, ut quarta, duodecima & quinta legiones, cum Ponti-

cis,

A.U.C. 817 Lecan. Baſſo & Licinio Craſſo COSS.

ro Cæſennium Pætum in Cappadociam, ne quid apud Armenios novi motus exiſteret, miſit.]

21. [Accedens vero ad Tigranocerta Vologæſus, Pætum, qui obſeſſis opem latum advenerat, repulit: fugientemque perſecutus, relictum ab eo in Tauro monte præſidium cæcidit, & ipſum intra Rhandeam, ad Arſaniam flumen ſitam, concluſit: atque adeo rebus infectis obſidionem ſolviſſet, quod nec propius ad munitionem accedere poſſet, a gravis armaturæ milite deſtitutus; nec annonæ copiam haberet, cum aliis de cauſis, tum quod magna cum hominum multitudine, ſine adparatu commeatus, illuc veniſſet: niſi Pætus & telorum hoſtilium vim, quæ ipſius in caſtra pertinebant, & equitatum locis omnibus adparentem veritus, miſſis ad eum ſuis agere de pace cœpiſſet, eamque confeciſſet; jurejurando pollicitus, Armeniam ſe totam deſerturum, eamque Neronem Teridati conceſſurum. Contentus hiſce Parthus, ut qui regione citra laborem potiturus eſſet, magnumque beneficium in Romanos collaturus, quum ſimul audiret, etiam Corbulonem, a Pæto prius, quam hoſtium corona circumdaretur, arceſſitum, haud procul abeſſe: hos dimiſit, hoc quoque pactus antea, ut Arſaniam ei flumen ponte ſternerent; non quod ipſi ponte opus eſſet, (nam pedes amnem tranſierat) ſed ut eis, ſe viribus potiorem eſſe, oſtenderet. Sane per pontem ne tunc quidem diſceſſit, ſed ipſe vectus elephanto fluvium tranſmiſit, cæteri perinde ac prius.

22. Vix dum tranſactum inter eos fuerat, quum Corbulo nimium quanta celeritate ad Euphratem profectus, ibi ſubſtitit. Poſtquam Romani propius ad ſe invicem acceſſiſſent, maximum diſcrimen & legionum & ducum poterat animadverti: quum hi lætantes ſemet ob feſti-

[l] Σένιον Παῖτον ἐς τὴν [m] Καππαδοκίαν, ὅ-
πως μηδὲν περὶ τὴν Ἀρμενίαν νεοχμωθῇ, ἀπ- E
έστειλεν.]

[Ὁ δὲ Οὐολόγαισος τοῖς Τιγρανοκέρτοις προσ-
έμιξε, καὶ [103] τὸν Παῖτον ἐπιβοηθήσαντα σφίσιν
ἀπεώσατο· φεύγοντα δὲ αὐτὸν ἐπιδιώξας, τήν τε
[104] ἐπὶ τοῦ Ταύρου [n] καταλειφθεῖσαν ὑπ' αὐτοῦ
φρουρὰν ἐξέκοψε, καὶ ἐκεῖνον ἐς Ῥάνδειαν, [105] πρὸς
τῷ Ἀρσανίᾳ ποταμῷ οὖσαν, κατέκλεισε. [106] κἂν
ἀπανέστη μηδὲν περάνας, (μήτε γὰρ πελάσαι 711
πη τῷ ἐρύματι, ἅτε χωρὶς ὁπλιτῶν ὤν, ἐδύ-
νατο, [o] μήτε τῆς τροφῆς, ἄλλως τε καὶ πλή-
θει πολλῷ, ἄνευ παρασκευῆς σιτίων ἀφιγμένος,
εὐπόρει) εἰ μὴ ὁ Παῖτος [107] τήν τε τοξείαν
[p] αὐτοῦ, καὶ ἐς αὐτὸ τὸ στρατόπεδον ἀφικνουμέ-
νην, καὶ τὴν ἵππον πανταχοῦ φαινομένην δείσας,
λόγους τε ὑπὲρ σπονδῶν αὐτῷ ἔπεμψε, καὶ
ὡμολόγησε, καὶ [108] ὤμοσεν [q] αὐτός τε τὴν
Ἀρμενίαν ἅπασαν ἐκλείψειν, καὶ τὸν Νέρωνα τῷ
Τηριδάτῃ αὐτὴν δώσειν. ἀγαπήσας γὰρ ἐπὶ τού- B
τοις ὁ Πάρθος, ὡς καὶ τὴν χώραν ἀπονητὶ ληψό-
μενος, καὶ εὐεργεσίαν ἐς τοὺς Ῥωμαίους μεγάλην
καταθησόμενος, καὶ ἅμα καὶ τὸν Κορβούλωνα,
ὃν ὁ Παῖτος πρὶν περιστοιχισθῆναι μετεπέμπετο,
πλησιάζειν πυθόμενος, ἀφῆκεν [r] αὐτοὺς προδιο-
μολογησάμενος, ἵνα τὸν ποταμὸν αὐτῷ Ἀρσανίαν
ζεύξωσιν [109] οὐχ' ὅτι γεφύρας ἐδεῖτο, (πεζῇ
γὰρ αὐτὸν διεληλύθει) ἀλλ' ἵνα ἐνδείξηται σφίσιν, C
ὅτι κρείττων αὐτῶν ἦν. ἀμέλει [s] οὐδὲ τότε
διὰ τοῦ ζεύγματος ἀνεχώρησεν, ἀλλ' αὐτὸς
μὲν ἐπ' ἐλέφαντος, οἱ δὲ ἄλλοι ὥσπερ καὶ
πρότερον.

Ἄρτι τε ἡ ὁμολογία ἐγεγόνει, καὶ ὁ Κορβούλων
ἀμηχάνῳ τάχει πρὸς τὸν Εὐφράτην ἐλθὼν, ἐνταῦθ'
ὑπέμεινεν. ὅτε δ' οὖν [t] συνέτυχον ἀλλήλοις, πλεῖστον
ἄν τις [110] τὸ διάφορον τῶν στρατοπέδων καὶ τῶν
στρατηγῶν, τῶν μὲν χαιρόντων τε καὶ λαμπρυνομέ-
νων ἐπὶ τῇ σπουδῇ, τῶν δὲ λυπουμένων τε καὶ
αἰσχυ-

l Σένιον. nomen corruptum ſcrib. Καισέννιον vel Καισέννιον. *Cæſennium Pætum* Tacitus XV. 6. appellat; ubi vide eruditiſſimum Lipſium not. 4. *m* Καππαδοκίαν. ſic emendavit Urſ. vocem corruptam Μακεδονίαν, quæ in MS. reperiebatur, ſuffragante Tacito. *n* καταλειφθεῖσαν. ſic recte L. καταλειφθεῖσαν eſt apud Urſ. *o* μήτε. οὔτε, apud Urſ. *p* αὐτοῦ. αὐτῷ, corrupte MS. *q* αὐτός τε. αὐτοῦς τε, MS. *r* αὐτόν, emendavit Urſ. & L. ſed in codice legebatur αὐτοὺς, quod reſtitui propter ſequens ζεύξωσιν — σφίσιν — αὐτῶν. *s* οὐδὲ τότε. ſic L. edidit. vitioſe apud Urſ. eſt οὐδὲ τόδε. *t* συνέγγυντο. ſic edidit etiam Urſ. idem vero in notis: συνήγγυντο, ita legendum: & συνάγγυντο valet πλησιάζοντο. mihi, ut verum fatear, hæ formæ inſolentes videntur. malim συνεγίνοντο.

eis, & Galatarum Cappadocumque auxiliis Pæto obedirent, ceteri, tertia, ſexta & decima legiones, & prior Syriæ miles, apud Corbulonem manerent, *Tac.* XV. 3. 6. Pætus Conſul fuerat A. U. C. 814.

§ 103. (l. 58.) τὸν Παῖτον ἐπιβοηθήσαντα] Pætus cum duabus legionibus, quarta & duodecima, Armeniam ingreditur recuperandis Tigranocertis, (id eſt, ſecundum Dionem, obſidione liberandis) triſti quidem omine, cum in tranſitu Euphratis turbatus equus conſularia inſignia geſtans retro evaſiſſet. Poſtquam Taurum transgreſſus caſtella quædam expugnaſſet, & prædæ nonnihil cepiſſet, literas jam ad Cæſarem quaſi confecto bello componit; unde Romæ tropæa & arcus ſtatuuntur. *Tacit.* XV. 8. & 18. Sed rebus minus proviſis ducit legiones, quaſi cum Partho adventante certaturus: dein amiſſo centurione & paucis militibus quos præmiſerat, trepidus remeat. *Tac.* XV. 7–10.

§ 104. (l. 60) ἐπὶ τοῦ Ταύρου καταλειφθεῖσαν] Quia minus acriter Vologæſus inſtiterat, vana rurſus fiducia tria millia delectorum Tauri jugo impoſuit, Regem tranſitu prohibiturus: quos Vologæſus obtrivit, uno tantum centurione Tarquitio Creſcente turrim defendere auſo. *Tac.* XV. 10. 11.

§ 105. (l. 61.) πρὸς τῷ Ἀρσανίᾳ ποταμῷ] Sic & p. 711. B. flumen appellatur, & apud *Plinium* V. 24. ubi de Euphrate, *acceptis fluminibus Lyco, Arſania, Arſano.* Ἀρσανίας ποταμὸν memorat & *Plutarchus* in Lucullo p. 513. C. Arſameteſ dicitur corrupte apud *Tacitum* XV. 15. certe usque ad Lipſium: quod alii correxerunt, quia paulo poſt etiam in MSS. eſt Arſaniæ.

§ 106. (l. 62.) κἂν ἀπανέστη] Nam Corbulo, cujus auxilium Pætus imploraverat, jam adventabat, & non plus tridui itinere aberat. *Tac.* XV. 11. 12. ubi & ex Corbulonis commentariis refert, frumento & copiis abundaſſe Pætum, eguiſſe Parthos; quæ tamen augendæ infamiæ a Corbulone compoſita eſſe Tacitus judicat. Parthi commeatum nullum ſecum gerere ſolebant, & ad oppugnationem ineptiſſimi erant. vide p. 127. E. 134. B.

§ 107. (l. 67.) τήν τε τοξείαν αὐτοῦ] *Tacitus* XV. 13. deſperatione exercitus ſubactum ducem ſcribit, ut mitteret primo literas ad Vologæſum in modum querentis: deinde nuncios ad petendum colloquium.

§ 108. (l. 71.) ὤμοσεν αὐτός] *Tacitus* XV. 14. *Placuit, liberari obſidio legiones, & decedere omnem militem finibus Armeniorum, caſtellaque & commeatus Parthis tradi.* id. c. 16. ex Corbulonis commentariis: *Jurejurando Pæti cautum apud ſigna, adſtantibus iis, quos teſtificando rex miſiſſet, neminem Romanum Armeniam ingreſſurum, donec referrentur literæ Neronis, an paci annueret.* Rumor etiam fuit, ſub jugum miſſas duas legiones. *Tac.* c. 15. quod pro certo tradit *Suetonius* 39. *Eutropius* VII. 9. 6. *Oroſius* VII. 7. *Sextus Rufus* c. 20.

§ 109. (l. 80.) οὐχ' ὅτι γεφύρας ἐδεῖτο] Aliter *Tacitus* XV. 15. *Interim flumini Arſameti, (Arſaniæ) is caſtra præfluebat,* pontem

αἰσχυνομένων ἐπὶ τῇ συνθήκῃ, κατενόησεν. ὁ δὲ D Οὐολόγαισος Μοναίσην πρὸς Κορβούλωνα πέμψας, ἠξίωσεν αὐτὸν τὸ ἔρυμα τὸ ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ ἐκλιπεῖν. καὶ διελέχθησαν ἐκεῖνοι πολλὰ ἀλλήλοις ἐν αὐτῇ τῇ τοῦ Εὐφράτου γεφύρᾳ, τὸ μέσον αὐτῆς λύσαντες. [111] ὑποσχομένου δὲ τοῦ Κορβούλωνος ἀπαλλαγήσεσθαι ἐκ τῆς χώρας, ἂν καὶ ὁ Πάρθος τὴν Ἀρμενίαν ἐκλείπῃ, ἑκάτερον ἐγένετο· μέχρι οὗ ὁ Νέρων [112] τὰ πραχθέντα πυθόμενος, καὶ τοῖς πρέσβεσι τοῦ Οὐολογαίσου, οὓς αὖθις ἔπεμψε, χρηματίσας, τούτοις μὲν ἀπεκρίνατο, τὴν Ἀρμενίαν [u] δώσειν τῷ Τηριδάτῃ, ἂν ἐς τὴν Ῥώμην ἀνέλθῃ· [113] τὸν δὲ δὴ Παῖτον τῆς ἀρχῆς E [x] παύσας, τούς τε στρατιώτας τοὺς σὺν αὐτῷ γενομένους [y] ἄλλοσέ ποι πέμψας, τὸν Κορβούλωνα αὖθις τῷ κατ' [z] αὐτῶν πολέμῳ προσέταξεν. ἐβουλεύσατο μὲν γὰρ αὐτὸς [a] συστρατεῦσαι· ἐπεὶ δὲ θύων ἔπεσεν, οὐκ ἐτόλμησεν ἐξορμῆσαι, ἀλλὰ κατὰ τὴν χώραν ἔμεινεν.]

712 [b] [Ὁ οὖν Κορβούλων ἐν μὲν τῷ φανερῷ τὸν πρὸς Οὐολόγαισον [114] πόλεμον παρεσκευάζετο, καὶ πέμψας ἑκατοντάρχην, ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀπαλλαγῆναι τῆς χώρας· ἰδίᾳ δὲ συνεβούλευέν οἱ, τὸν ἀδελφὸν ἐς τὴν Ῥώμην πέμψαι, καὶ ἔπεισεν, ἐπειδὴ κρείττων αὐτοῦ τῇ δυνάμει ἐδόκει εἶναι. συνῆλθον οὖν [115] ἐν αὐτῇ τῇ Ῥανδείᾳ, ὅ, τε Κορβούλων καὶ ὁ Τηριδάτης. τοῦτο γὰρ τὸ χωρίον ἀμφοτέροις ἤρεσε· τῷ μὲν, ὅτι ἀπολαβόντες ἐς αὐτὸ B τοὺς Ῥωμαίους, ὑποσπόνδους ἀφῆκαν, πρὸς ἔνδειξιν ὧν εὐεργέτηντο· τῷ δὲ, ὅτι τὴν δύσκλειαν τὴν ἐν αὐτῷ πρότερον συμβᾶσαν σφίσιν ἀποτρίψεσθαι ἔμελλον. οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς λόγους τινὰς ἐποιήσαντο, ἀλλὰ καὶ [116] βῆμα ὑψηλὸν [c] ἠγέρθη, καὶ ἐπ' αὐτοῦ εἰκόνες τοῦ Νέρωνος ἐστάθησαν· [d] ὅ, τε Τηριδάτης πολλῶν μὲν Ἀρμενίων, πολλῶν δὲ Πάρθων καὶ Ῥωμαίων παρόντων προσῆλθέ τε αὐταῖς, καὶ [e] προσεκύνησε θύσας

feſtinatum iter efferrent, illi compoſitionis factæ cauſa mœrore & pudore adficerentur. Vologæſus autem, Monæſe ad Corbulonem miſſo, ut munimentum, quod tenebat in Meſopotamia, deſereret, petiit. Multa hi collocuti ſunt inter ſe in ipſo ponte fluminis Euphratis, media pontis parte ſoluta. Quumque Corbulo promiſiſſet, ſe ex ea regione diſceſſurum, modo Parthus etiam relinqueret Armeniam, utrumque factum eſt: donec edoctus Nero, quæ geſta fuiſſent, auditis quos iterum Vologæſus miſerat legatis reſpondit, conceſſurum ſe Teridati Armeniam, ſi is Romam ſe contuliſſet. Pætum interim privavit imperio, ac militibus, quos ille ſecum habuerat, alia quædam in loca miſſis, Corbulonem rurſus bello Parthico præfecit. Nam habuerat quidem in animo, huic ipſe expeditioni intereſſe; ſed quia rem ſacram faciens ceciderat, profectionem hanc inſtituere non eſt auſus, ac domi manſit.] A.U.C 817 Lecan. Baſſo & Licinio, Craſſo COSS.

23. [Aperte jam quidem Corbulo bellum in Vologæſum adparabat, miſſoque centurione, Armeniæ finibus eum excedere juſſit: at privatim dedit conſilium, ut fratrem ſuum Romam mitteret, tandemque hoc ei perſuaſit, quandoquidem vires Vologæſo majores habere videbatur. Quapropter in oppido Rhandea convenere Corbulo & Teridates, quod is locus ambobus placuiſſet; huic propterea, quod iſtic intercepti Romani, per compoſitionem dimiſſi fuiſſent, ad oſtendendum illis id beneficium, quod a Parthis accepiſſent: Corbuloni, quod infamiam Romani, quæ prius in hac urbe ſibi contigiſſet, nunc abolituri eſſent. Non enim ſimplici quodam modo inſtituta fuere colloquia, ſed excitatum ſublime tribunal, & in eo collocatæ Neronis imagines: ipſeque Teridates, multis Armeniis, ac multis Parthis & Romanis præſentibus, ad eas acceſſit, quas veneratus, quum &

u δώσειν. hoc vocabulum deerat in MS. additum ab Urſ. x παύσας. πάσας, perperam, in MS. y ἄλλοσέ ποι. ἄλλο δίποι, minus bene, MS. z κατ' αὐτῶν. κατ' αὐτὸν, MS. a συστρατεῦσαι. εὖ στρατεῦσαι, corrupte, MS. b ὁ Κορβούλων. hoc fragmentum Leuncl. recte poſtpoſuit ſuperiori, ut vel ex Taciti narratione apparet; cum apud Urſinum præmittatur. c ἠγέρθη. ſic L. ἠγέρθη apud Urſ. d ὅ, τε Τηριδ. ita L. ὅτι Τηριδ. male, Urſ. e προσεκύνησε. probe, L. προσεκύνησαν, perinde ut ſequens ἐπευφημῆσαι apud Urſ. corrupta ſunt.

pontem impoſuit (Pætus) *ſpecie ſibi illud iter experientis. Sed Parthi quaſi documentum victoriæ jaſſerant: namque iis uſui fuit, noſtri per diverſum iere.* Non aſſentior Lipſio, ex Dione reſcribenti, *neque iis uſui fuit.* Dio ſane & Tacitus multum ſibi lucis invicem affundunt, fateor: ſed temerarium eſſet, idem ſemper dicentes facere velle. Manifeſte apud Tacitum oppoſita ſunt: *iis uſui fuit, noſtri per diverſum iere,* id eſt, noſtris uſui non fuit. Hinc & de tranſitu pontis diverſa Tacitus: *Flumen Arſaciam elephanto inſidens & proximus quisque regi vi equorum perrupere, quia rumor inceſſerat, pontem ceſſurum oneri dolo fabricantium. Sed qui ingredi auſi ſunt, validum & fidum intellexere.* Ergo tranſiere pontem ex gregariis Parthis plerique, quod Dio negat.

§ 110. (l.89.) τὸ διάφορον τῶν στρατιωτῶν] Adi ſis *Tacitum* XV. 16. 17.

§ 111. (l. 97.) ὑποσχομένου δὲ τοῦ Κορβούλωνος] *Tacitus* XV. 17. *Vologæſis ad Corbulonem miſſi nuncii, detraheret caſtella trans Euphratem, amnemque ut olim medium faceret. Ille Armeniam quoque diverſis præſidiis vacuam fieri expoſtulabat. Et poſtremo conceſſit rex: dirutaque quæ Euphratem ultra communierat Corbulo, & Armenii ſui arbitrio relicti ſunt.*

§ 112. (l. 100.) τὰ πραχθέντα πυθόμενος] Jam Romæ tropæa de Parthis, arcusque medio Capitolini montis ſiſtebantur, ad vanas Pæti literas, quaſi debellatum eſſet: cum initio veris A. U. C. 816. legati Vologæſi cum ipſius literis veniunt, petentibus Teridati regnum Armeniæ, ad ſigna & effigies Principis, coram legionibus dari. Ibi Nero ex centurione, qui una miſſus erat, ſciſcitatus quo in ſtatu Armenia eſſet, comperit, omnes inde Romanos exceſſiſſe. Unde irriſum ſe ſentiens a barbaris, qui peterent, quod eripuerant, Corbuloni bellum denuo mandat. Legati irriti remittuntur, cum donis tamen, unde ſpes fieret, non fruſtra eadem oraturum Teridatem, ſi preces ipſe attuliſſet. *Tac.* XV. 18. 24. 25.

§ 113. (l. 4) τὸν Παῖτον τῆς ἀρχῆς παύσας] Quia Pæti piguerat, Corbuloni omnia permiſſa, *in tantum ferme modum aucta poteſtate, quem populus Romanus Cn. Pompejo bellum piraticum geſturo dederat. Regreſſum Pætum, cum graviora metueret, facetiis inſectari ſatis habuit Cæſar, his ferme verbis: ignoſcere ſe ſtatim, ne tam promtus in pavorem longiore ſollicitudine ægreſceret. Tac.* XV. 25.

§ 114. (l.12.) πόλεμον παρεσκευάζετο] Vide *Tacitum* XV. 26. ſq.

§ 115. (l. 17.) ἐν αὐτῇ τῇ Ῥανδείᾳ] *Dio* ſupra p. 710. E. *Tacitus* XV. 28.

§ 116. (l. 25.) βῆμα ὑψηλὸν ἠγέρθη] Juvat hunc ritum diſtinctius cognoſcere ex *Tacito* XV. 29. *Dein paucis diebus interjectis, magna utrinque ſpecie, inde eques compoſitus per turmas, & inſignibus patriis, hinc agmina legionum ſtetere fulgentibus aquilis, ſignisque & ſimulacris Deum, in modum templi. Medio tribunal ſedem curulem, & ſedes effigiem Neronis ſuſtinebat. Ad quam progreſſus Tiridates, cæſis ex more victimis, ſublatum capite diadema imagini ſubjecit, magnis apud cunctos animorum motibus.* Confer *Lipſium* & *Ruperti* epiſt. XXVIII. ad Reineſium.

A.U.C.817 Lecan. Baſſo & Licinio Craſſo COSS. & rem ſacram feciſſet, & bene precatus eſſet, diadema de capite detractum ad Neronis imagines depoſuit: tum Monobazus & Vologæſus ad Corbulonem venerunt, & obſides ei dederunt. Quibus peractis, multoties Nero adpellatus fuit imperator, præter morem, & triumphum egit.] Itaque Corbulo magnam potentiam & gloriam adeptus, quum poſſet facillime imperator deſignari, omnibus hominibus Neroni graviter infenſis, cunctaſque res Corbulonis admirantibus, non modo nihil unquam novi molitus, ſed ne accuſatus quidem ejus rei cauſa eſt. [Nam & in cæteris rebus modeſtius adeo ſeſe geſſit, & Annium, generum & legatum ſuum, Romam ſponte miſit, ſpecie quidem, ut Teridatem in urbem deduceret; re autem ipſa, ut apud Neronem obſidis eſſet loco. Cæterum Nero adeo nihil rerum novarum de eo ſuſpicabatur, ut ejus generum, etiam ante præturam, conſulem fecerit.]

A.U.C.818 Licin. Nerva & M.Veſtino COSS. 24. At Seneca, & Rufus præfectus prætorii, cum aliis viris illuſtribus contra Neronem conjuraverunt. Non enim turpitudinem ejus perferre amplius, non petulantiam, non crudelitatem poterant. Itaque ſe atque illum ſimul his malis liberari cupiebant, quod palam Sulpicius Aſper centurio, & Subrius Flavius tribunus, ambo prætorianorum militum, etiam apud ipſum Neronem confeſſi ſunt. Horum ille rogatus a Nerone cauſam conjurationis, reſpondit: " Quoniam alio pacto tibi non poteram ſubvenire.

θύσας τε καὶ ἐπευφημίσας, τὸ διάδημα ἀπό τε τῆς κεφαλῆς ἀφεῖλε, καὶ παρέθηκεν αὐταῖς· C καὶ ὁ Μονόβαζος καὶ Οὐολόγαισος πρὸς τὸν Κορβούλωνα ἦλθον, καὶ ὁμήρους αὐτῷ ἔδωκαν. καὶ ἐπὶ τούτοις ὁ Νέρων αὐτοκράτωρ τε πολλάκις ἐπεκλήθη, καὶ τὰ ἐπινίκια ἔπεμψε παρὰ τὸ νενομισμένον.] Κορβούλων μὲν οὖν, καίτοι [f] καὶ ἰσχὺν E μεγάλην καὶ δόξαν οὐκ ἐλαχίστην ἔχων, καὶ δυνηθεὶς ἂν ῥᾷστα [f] καὶ αὐτοκράτωρ (ἅτε καὶ τῶν ἀνθρώπων τῷ τε Νέρωνι δεινῶς ἀχθομένων, καὶ ἐκεῖνον ἐς πάντα δὴ πάντων [g] θαυμαζόντων) ἀποδειχθῆναι, οὔτε ἐνεωτέρισέ τι, οὔτε [h] ᾐτιάθη. [τά 713 τε γὰρ ἄλλα ἔτι καὶ μᾶλλον ἐμετρίαζε, καὶ τὸν γαμβρὸν [117] Ἄννιον ὑποστρατηγοῦντά οἱ ἐς τὴν Ῥώμην, πρόφασιν μέν, ὡς [i] τὸν Τηριδάτην ἀνάξοντα, τὸ δ' ἀληθές, ἐφ' ὁμηρείᾳ τῷ Νέρωνι ἑκὼν ἔπεμψεν. οὕτω γάρ που ἐπεπίστευτο μηδὲν νεοχμώσειν, ὥστε καὶ τὸν γαμβρόν, καὶ πρὶν στρατηγῆσαι, [118] τὴν ὕπατον λαβεῖν.]

Ὁ δὲ δὴ [119] Σενέκας καὶ ὁ Ῥοῦφος ὁ ἔπαρχος, ἄλλοι τέ τινες τῶν ἐπιφανῶν, ἐπεβούλευσαν τῷ Νέρωνι. οὔτε γὰρ τὴν ἀσχημοσύνην, οὔτε τὴν ἀσέλγειαν, οὔτε τὴν ὠμότητα αὐτοῦ ἔτι φέρειν ἠδύναντο. αὐτοί τε οὖν ἅμα τῶν κακῶν τούτων ἀπαλλαγῆναι, κἀκεῖνον ἐλευθερῶσαι ἠθέλησαν, ὥσπερ ἄντικρυς [k] Σουλπίκιός [120] τε Ἄπρος ἑκατόνταρχος καὶ Σούβιος Φλάβιος χιλίαρχος, ἐκ τῶν B σωματοφυλάκων ὄντες, καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν Νέρωνα ὡμολόγησαν. ἐκεῖνός τε γὰρ ἐρωτηθεὶς ὑπ' αὐτοῦ τὴν αἰτίαν τῆς ἐπιθέσεως, εἶπεν ὅτι, Ἄλλως

f καὶ ἰσχὺν, καὶ αὐτοκράτωρ. partic. καὶ utrobique addita ex Exc.Peir. p. 689. ſolet enim Dio liberalis in illa uſurpanda eſſe. g θαυμαζόντων viderat ita ſcribendum eſſe Sylb. ex Blanci interpretatione, pro corrupto θαυμαστῶν ὄντων, quod vulgo legitur. confirmatur auctoritate Exc. Peir. pro præced. πάντων, poſſis & πάντως legere. h ᾐτιάθη. ſententia requirit ἐπήρθη, vel aliud ejusmodi verbum. Sylb. ſed ᾐτιάθη probum eſt, idemque habent & Exc. Peireſc. p. 690. ex quibus etiam ſtatim ſequentia petivimus, pro quibus apud Xiphilinum tantum hæc reperiebantur: ἀλλ' ἔτι καὶ μᾶλλον ἐμετρίαζεν. i τὸν Τηριδάτην. ſic ſcripſi pro Τιριδάτην, quod eſt in Exc. Peir. ut ſibi conſtaret Dio, & Xiph. p. 710. ſqq. 456. B. C. 519. B. 637. E. k Σουλπίκιος Ἄπρος, Σούβιος Φλάβιος. apud Tacitum XV. 49. *Sulpicius Aſper*, & *Subrius Flavius*. ut Ἄσπρος forte, & Σούβριος ſcribendum ſit.

§ 117. (l. 43.) Ἄννιον ὑποστρατηγοῦντα] Vivianus Annius, (Ryckius: forte *Vinicianus* filius Annii Viniciani, de quo VI. 9, 4.) gener Domitii Corbulonis, nondum ſenatoria ætate (id eſt ante annum ætatis XXV.) pro legato quintæ legioni impoſitus erat in Syria, ut ait *Tacitus* lib. XV (c. 28) VALES.

§ 118. (l. 48.) τὴν ὕπατον λαβεῖν] Conſul ergo fuerit ſuffectus, forte A. U. C. 819. aut ſequenti, quo cum Teridate Romam a ſocero miſſus fuerat. τὴν ὕπατον, intellige ἀρχήν, quod plene invenies p. 616. D. & apud *Herodianum* II. 3, 9. &c. adeſque, ſi tanti eſt, diligentiæ V. Cl. *Lamb. Bos* & *Schættgenii* in Ellipſibus græcis præſtitæ.

§ 119. (l. 50.) Σενέκας καὶ ὁ Ῥοῦφος] Pertinent hæc ad conjurationem C. Calpurnii Piſonis, viri nobiliſſimi, qui facundia in civibus tuendis, largitione adverſus amicos, & comitate erga ignotos, quin & proceritate & decora facie multo in rumore erat apud vulgus. In eam conjurationem, A. U. C. 818. factam, certatim nomina dederant ſenatores, eques, miles, feminæ etiam. *Tac.* XV. 48. ſq. *Sed ſummum robur in Fenio Rufo præfecto videbatur: quem vita famaque laudatum, per ſævitiam impudicitiamque Tigellinus in animo principis anteibat, fatigabatque criminationibus* (*Tac.* XIV. 57. ſupra § 66.) *ac ſæpe in metum adduxerat, quaſi adulterum Agrippinæ, & deſiderio ejus ultioni intentum.* (*Tac.* XV. 50.) Idem Rufus, *detecta conjuratione, nondum ipſe nominatus ab indicibus, quo fidem inſcitiæ pararet, atrox adverſus ſocios: Subrio Flavio aſſiſtenti, annuentique an inter ipſam cognitionem diſtringeret gladium, cædemque patraret, renuit, infregitque impetum jam manum ad capulum referentis.* *Tac.* XV. 58. Tandem proditus in vincula conjicitur c. 66. & imbecillo animo, lamentationibus ſuis etiam in teſtamentum collatis, ſupplicium ſubit. cap. 68. Mirum fuerit, ni Dio Piſonem, in cujus favorem omnia a conjuratis ſuſcepta erant, hic vel primo loco nominarit, cujus jacturam Xiphilino tribuendam reſarcies ex *Tacito* XIV. 65. XV. 48. 52. ſq. 56. 59.

§ 120. (l. 56.) Σουλπίκιος Ἄπρος] Eadem fere de Aſpro & Flavio *Tacitus* XV. 67. ſq. Etiam *Suetonius* 36. quanquam non nominato auctore, Aſpri dictum reſpicit: *Conjurati e vinculis triplicium catenarum dixere cauſam, cum quidam crimen ultro faterentur, nonnulli etiam imputarent, tanquam aliter illi non poſſent niſi morte ſuccurrere, dedecorato flagitiis omnibus.* Cedreno T. I. p. 215. ſq. Flavii verba (ex Dione) adducenti, perperam Βάλβιος, pro Βλάβιος, appellatur.

§ 121. (l. 67.) μηνύσαντος τοῦ γενομένου] Mira omnium taciturnitas fuit, donec Milichus, ſervus Flavii Scevini conjurati, ſuſpicatus id quod erat, præmii ſpe, herum prodidit. *Tac.* XV. 54. ſq. coll. 49. *Plutarchus* contra T. II. p. 505. C. unius hominis garrulitatem obfuiſſe ait, quo minus Roma Nerone liberaretur; niſi hoc malis ad conjurationem Vinicianam referre, quæ Beneventi conflata atque detecta eſt: eam brevius memorat *Suetonius* 36.

§ 122. (l. 74.) φίλοι πονηροὶ καὶ οἰκέται] Inſtituerat enim Nero, *ut lege majeſtatis facta dictaque omnia, quibus modo delator non deeſſet, tenerentur.* *Sueton.* 32. quæ res fidem amicorum & ſervorum ſollicitat. Unde *Plinius* Paneg. c. 42. ſublata lege majeſtatis: *Reddita eſt amicis fides, liberis pietas, obſequium ſervis.* Contra de temporibus poſt Galbam *Tac.* H. I. 2. *corrupti in dominos ſervi, in patronos liberti, & quibus deerat inimicus, per amicos oppreſſi.*

§ 123. (l. 79.) ὁ δὲ δὴ Σενέκας] Antonius Natalis, pariter a Milicho delatus, non tantum de Piſone fatetur, ſed *adjicit etiam Senecam, ſive internuncius inter eum, Piſonemque fuit, ſive ut Neronis gratiam pararet, qui infenſus Senecæ, omnes ad eum opprimendum artes conquirebat.* *Tac.* XV. 56. Idem dubitanter de hac re c. 60. *cædes Annæi Senecæ lætiſſima Principi, non, quia conjurationis manifeſtum compererat, ſed ut ferro graſſaretur, quando venenum non proceſſerat. Solus quippe Natalis, & hactenus, prompſit: miſſum ſe ad ægrotum Senecam, ut viſeret, conquereretur que, cur Piſonem adi-* t

"Ἄλλως σοι βοηθῆσαι οὐκ ἠδυνάμην," καὶ ὁ
Φλάβιος, "Καὶ ἐφίλησά σε," εἶπε, "παν-
"τὸς μᾶλλον, καὶ ἐμίσησα· ἐφίλησα μὲν,
"ἐλπίσας ἀγαθὸν αὐτοκράτορα ἔσεσθαι· ἐμίσησα
"δὲ, ὅτι τὰ καὶ τὰ ποιεῖς. οὔτε γὰρ ἁρματη-
"λάτῃ οὔτε κιθαρῳδῷ δουλεύειν δύναμαι." μη-
νύσεως [121] οὖν γενομένης, οὗτοί τε ἐκολάσθησαν,
καὶ ἄλλοι δι' αὐτοὺς πολλοί. πᾶν γὰρ ὅ, τι τις
C ἐγκαλέσαι τῳ ἐκ [l] περιχαρίας καὶ λύπης, ῥη-
μάτων τε καὶ νευμάτων, οἷός τε ἦν, καὶ ἐπεφέρετο
καὶ ἐπιστεύετο· οὐδ' ἔστιν, ὅ, τι τῶν ἐγκλημάτων, εἰ
καὶ ἐπέπλαστο, ἀπιστεῖσθαι διὰ [ll] τὴν ἀλήθειαν τῶν
τοῦ Νέρωνος ἔργων ἠδύνατο. καὶ διὰ τοῦτ' ἐς τὰ
μάλιστα οἵ τε [122] φίλοι οἱ πονηροὶ καὶ οἰκέται τι-
νῶν ἤνθησαν. τοὺς μὲν γὰρ ἀλλοτρίους τούς τε
ἐχθροὺς ὑποπτεύοντες, ἐφυλάσσοντο, πρὸς δὲ δὴ τοὺς
συνόντας καὶ ἄκοντες ἐγυμνοῦντο.

Περὶ μὲν οὖν τῶν ἄλλων τῶν ἀπολωλότων πολὺ
ἔργον εἰπεῖν· [123] ὁ δὲ δὴ Σενέκας ἠθέλησε μὲν καὶ
D [124] τὴν γυναῖκα Παυλῖναν ἀποκτεῖναι, λέγων πεπει-
κέναι αὐτὴν τοῦ τε θανάτου καταφρονῆσαι, καὶ
τῆς σὺν αὐτῷ μεταλλαγῆς ἐπιθυμῆσαι· καὶ ἔσχισε
καὶ τὰς [m] ἐκείνου φλέβας. [125] δυσθανατήσας δὲ
δὴ, καὶ πρὸς τὸν ὄλεθρον ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν
ἐπειχθεὶς, προαπηλλάγη αὐτῆς, καὶ οὕτως ἡ Παυ-
λῖνα περιεγένετο. οὐ μέντοι πρότερον [126] ἑαυτῆς
ἥψατο, πρὶν τό, τε βιβλίον ὃ συνέγραφεν, ἐπανορ-
θῶσαι, καὶ τἆλλα (ἐδεδίει γὰρ μὴ καὶ ἐς τὸν Νέ-
E ρωνα ἐλθόντα φθαρῇ) παρακαταθέσθαι τισί. καὶ
ὁ μὲν οὕτως ἐτελεύτησε, καίπερ [127] τήν τε συν-
ουσίαν

nire." Flavius vero, "Dilexi te," inquit, "& odi ſupra omnes homines: dilexi, quod te ſperabam bonum principem fore; odi, quod hæc & illa facis: non enim poſſum aurigæ & citharœdo ſervire." Hi igitur, patefacta conjuratione, atque alii multi horum cauſa, ſupplicio affecti ſunt. Nam quæcunque crimina inferri cuiquam ex effuſa lætitia, mœrore, ſermone, nutu, poterant, ea & inferebantur, & illata fidem inveniebant: nec erat ullum crimen, licet confictum, quod non ob ea, quæ vere a Nerone facta fuerant, credibile videretur. Qua de re amici mali multorum, ſervique, plurimum floruerunt. Nam alienos quiſque ſervos, atque inimicos, quod eos ſuſpectos haberet, cavebat; ſuis autem ſe vel invitus patefaciebat.

A.U.C. 818 Licin. Nerva & M. Veſtino COSS.

25. Ac de reliquis quidem qui perierunt, dicere longum eſt. Seneca vero Paulinam uxorem ſimul interficere ſecum voluit, dicens, ſe ei perſuaſiſſe mortem contemnere, eamque ſecum una mortem obire cupiviſſe. Igitur ejus quoque Seneca venas incidit; ſed quum ipſe difficulter moreretur, militibus mortem ejus urgentibus, mortuus eſt ante uxorem, & Paulina ſuperſtes fuit: neque vero prius Seneca illi manum attulerat, quam libellum, quem conſcribebat, emendaviſſet, cæteroſque apud certos homines depoſuiſſet, metuens ne, ſi forte in manus Neronis veniſſent, interirent. Itaque Seneca hoc modo diſceſſit e vita, licet conſuetudinem,

l περιχαρίας. ſic HS. edit. utraque, & L. ceteri περιχαρείας. mox ἠδύνατο, RS. *ll* τὴν ἀλήθειαν. malet fortaſſe aliquis ἀήθειαν, *inſolentiam*; ſed ἀλήθειαν tamen explodere nolim. Sylb. *m* τὰς ἐκείνου. convenientius τὰς ἐκείνης, ſcil. γυναικός. Sylb. probe.

tu arceret? — & reſpondiſſe Senecam, ſermones mutuos & crebra colloquia neutri conducere &c. At *Polyænus* Strateg. VIII. 62. Πίσων καὶ Σενέκας ἐπιβουλὴν συνεστήσαντο κατὰ Νέρωνος.

§ 124. (l. 80.) τὴν γυναῖκα Παυλῖναν ἀποκτεῖναι] Iniquior in Senecam noſter, ut vidimus pag. 694. quo & hæc referas. Nam *Tacito* XV. 63. auctore, ipſa Senecæ hortanti, ut deſiderium mariti ſolatiis honeſtis toleraret, *ſibi quoque deſtinatam mortem adſeverat, manumque percuſſoris expoſcit*: cui (ut putabat quidem Seneca) gloriæ, ipſe tum non adverſatus eſt. Talem quoque Paulinæ ſuæ in ſe amorem *Seneca* deſcribit epiſt. 104.

§ 125. (l. 83.) δυσθανατήσας δὲ δὴ] *Tacitus* XV. 63. *Quoniam ſenile corpus & parvo victu tenuatum lenta effugia ſanguini præbebat, crurum quoque & poplitum venas abrupit.* Imo vel ſic morte lentius ſuccedente, venenum Areopagiticum, ſed fruſtra, hauſit. Poſtremo ſtagnum calidæ aquæ ingreſſus, balnei vapore exanimatus eſt, poſtquam proximos ſervorum cruore reſperſiſſet, addita voce: *libare ſe liquorem illum Jovi liberatori*, *Tac.* c. 64. *Scholiaſtes Juvenal.* V. 109.

§ 126. (l. 86.) ἑαυτῆς ἥψατο] Sic editiones omnes: & latine: *neque prius ſibi manus attulit*, nempe Paulina: nemo interpretum ſuſpicionem movit. Unde & factum, ut libri, quorum ſtatim Dio meminit, bonæ Paulinæ adſcriberentur, ipſaque inter mulieres eruditas & philoſophas referretur. Aliter ſe rem habere, aliter & Dionem ſcripſiſſe, nunc cognoſce. Dicit quidem *Tacitus* XV. 63 *eodem ictu brachia ferro exſolvunt*, ſcilicet Seneca & Paulina: adeoque ex Taciti mente ipſa ſibi Paulina manus attulit. Verum Dio, per antecedentia, id ſcribere non poterat, cum dixiſſet ἠθέλησε μὲν καὶ τὴν γυναῖκα Παυλῖναν ἀποκτεῖναι — καὶ ἔσχισε καὶ τὰς ἐκείνης φλέβας — igitur hic ſcripſit neceſſario οὐ μέντοι πρότερον αὐτῆς ἥψατο. Sane & libros non Paulinæ ſed Senecæ ipſius fuiſſe, ex Tacito diſcere poterant: *& noviſſimo quoque momento ſuppeditante eloquentia, advocatis ſcriptoribus, pleraque tradidit, quæ in vulgus edita ejus verbis, invertere ſuperſedeo.* Id nempe eſt βιβλίον ὃ συνέγραφε, vel συνέγραψε, quod Dio emendatum tantum eſſe a Seneca, Tacitus de integro ſcribis dictatum vult: qualecunque demum fuerit, neuter enim memorat, quia poſtea in vulgus exiit. Dio autem τἆλλα nempe βιβλία, libros jam olim ſcriptos a Seneca, addit, depoſitos apud certos homines: non ita locuturus, niſi de ſcriptoris celebris notiſſimis libris, adeoque ipſius Senecæ, ageret. Paulinæ autem ſcripta nemo, quod ſciam, veterum memoravit.

§ 127. (l. 90.) τὴν συνουσίαν τὴν πρὸς αὐτὸν προϊέμενος] Perperam & ex ingenio ſcriptum erat προφερόμενος, pejus etiam verſa & intellecta omnia: *licet ut homo imbecillo animo, Neroni conſuetudinem, quam cum ipſo habuiſſet, exprobraret.* Particula adverſans καίπερ, juncta prioribus, quæ Senecam dicunt mori coactum, continere aliquid debet, cur moriendum ipſi non fuiſſe videretur. Ita *Suetonius* 35. *Senecam ad necem compulit, quamvis ſæpe commeatum petenti, boniſque cedenti, perſancte juraſſet.* Altera ſane ratio neci adverſa, *quod bonis ceſſerit*, manifeſte ſequitur apud Dionem, eodem nexu: Nec prior ratio Dionis alia eſt, quam Suetonii, *quod commeatum petierit*: hoc eſt, ut ſibi aula & conſuetudine ejus abeſſe, & ad ſeceſſum quendam commeare liceret. Eadem conjungit ipſe Seneca oratione ad Cæſarem, *Tac.* XIV. 53. ſq. cujus ſumma eſt, ut ſenectuti ſuæ otium petat, opibus ſuis, ut in fortunam Cæſaris recipiantur. Cumque utrumque negaſſet Nero, c. 55. ſq. utrumque tamen Seneca per fictam ſpeciem obtinuit; facultates ſub ſpecie donationis ἐπὶ τῇ τῶν οἰκοδομουμένων προφάσει, ad ædificia, nempe ex incendio nupero reſtauranda, obtruſit; aulam & conſuetudinem Neronis *ficta valetudine* vitavit. *Tac.* XV. 45. *rarus per urbem, quaſi valetudine infenſus. id.* XIV. 56. ὡς καὶ ἀσθενῶν, quod pariter πρόφασιν indicat. In Campania eum extremis annis multum fuiſſe conſtat: & epiſtolæ ibi ac quæſtiones naturales compoſitæ, ut obſervatum eſt *Lipſio* ad Tac. XV. 60. quanquam paulo ante mortem ex Campania remeans quartum apud lapidem ſuburbano rure ſubſtitiſſet. Vides, cur loco verbi προφερόμενος, quod non membranis, ſed ingenio ſcioli debemus, potius προϊέμενος in lacuna ſuppleverim: & ſatis, credo, munivi cum verſionem meam, tum emendationem. Seneca ergo tutus a crudelitate Neronis videbatur, poſtquam conſuetudinem ejus dimiſerat, ne moleſtus inſpector, & cenſor morum haberetur; & poſtquam fortunas omnes ei donaverat, ne quod præmium cædis relinqueretur.

A.U.C.818 Licin. Nerva & M.Veſtino COSS. dinem cum principe, valetudinis excuſatione, intermiſiſſet, ſuasque ei facultates omnes, nomine ædificiorum, quæ exſtruebantur, donaſſet. Fratres quoque Senecæ poſtea interfecti ſunt.

26. Thraſea vero & Soranus, qui nobilitate, opibus, ac omni genere virtutis primas partes tenebant, etſi culpam conjurationis non haberent, tamen & ipſi propterea, quod ejus eſſent conditionis, tunc morte mulctati ſunt. Contra Soranum Publius Egnatius Celer philoſophus falſum teſtimonium dixit. Quum enim duo homines præſertim cum Sorano verſarentur, Caſſius Aſclepiodotus Nicænus, & ille Berythius: Aſclepiodotus non modo nullo eum dicto preſſit, ſed contra, eum virum bonum & honeſtum eſſe, teſtimonio ſuo confirmavit: quamobrem is tunc in exilium miſſus eſt, licet eum Galba imperator poſtea reſtituerit. Publius vero, quod Soranum calumniatus eſſet, opes & honores adeptus eſt, ut cæteri omnes, qui idem fecerant: quamvis poſtea in exilium pulſus ſit. Soranus ergo, quod uſus eſſe artibus magicis diceretur opera filiæ ſuæ, factis Nerone ægrotante ſacrificiis, occiſus eſt. Thraſea propterea, quod rarius in ſenatum venerat, velut qui minime approbaret ſenatus decreta, & quod nunquam Neronem audiverat cithara canentem; neque pro voce ejus ſacra, ut reliqui, ſacrificaverat; neque ludicri ſpecimen aliquod ediderat,

οὐσίαν τὴν πρὸς αὐτὸν, ὡς καὶ ἀσθενῶν, [n] προϊέμενος, καὶ πᾶσαν αὐτῷ τὴν οὐσίαν ἐπὶ τῇ τῶν οἰκοδομουμένων προφάσει κεχαρισμένος· καὶ [128] οἱ ἀδελφοὶ ὕστερον ἐπαπώλοντο.

Ὁ δὲ δὴ [129] Θρασέας καὶ ὁ Σωρανὸς, καὶ γένους καὶ πλούτου, τῆς τε συμπάσης [o] ἀρετῆς τὰ πρῶτα ἀνήκοντες, ἐπιβουλῆς μὲν αἰτίαν οὐκ ἔσχον, ἀπέθανον δὲ καὶ αὐτοὶ [p] πότε, ὅτι τοιοῦτοι ἦσαν. καὶ τοῦ γε Σωρανοῦ [130] Πούπλιος Ἐγνάτιος [q] Κέλωρ φιλόσοφος κατεψευδομαρτύρησε. δύο γὰρ ἀνδρῶν συνόντων αὐτῷ, [q] Κασσίου [131] τε Ἀσκληπιοδότου Νικαέως, καὶ [132] ἐκείνου Βηρυτίου, ὁ μὲν Ἀσκληπιόδοτος οὐχ ὅπως κατεῖπέ τι αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον καλοκαγαθίαν οἱ προσεμαρτύρησε· καὶ διὰ τοῦτο τότε μὲν ἔφυγεν, ὕστερον δὲ ἐπὶ Γάλβου κατήχθη. ὁ δὲ δὴ Πούπλιος ἐπὶ μὲν τῇ συκοφαντίᾳ καὶ χρήματα καὶ τιμὰς ἔλαβε, καθάπερ οἱ ἄλλοι οἱ τοιοῦτόν τι ποιήσαντες, μετὰ δὲ τοῦτο ἐξωρίσθη. Σωρανὸς μὲν οὖν, ὡς καὶ [133] μαγεύματί τινι διὰ τῆς θυγατρὸς κεχρημένος, ἐπειδὴ νοσήσαντος αὐτοῦ θυσίαν τινὰ ἐθύσαντο, ἐσφάγη· [134] Θρασέας δὲ, ὅτι οὔτε ἐς τὸ βουλευτήριον συνεχῶς, ὡς οὐκ ἀρεσκόμενος τοῖς ψηφιζομένοις, ἀπήντα, οὔτ᾽ ἤκουσέ ποτε αὐτοῦ κιθαρῳδοῦντος, οὔτε [135] ἔθυσε τῇ ἱερᾷ αὐτοῦ φωνῇ, ὥσπερ οἱ ἄλλοι, οὔτε ἐπεδείξατο 714

B

E

[n] προφερόμενος, vulgo. in Pal. teſte Sylburgio & in Br. eſt tantum προ . . . atque eodem modo in Coisl. ſcribitur. cur προϊέμενος ſuppleverim potius, docebit § 127. [o] ἀρετῆς τὰ πρῶτα ἀνήκοντες. ſcribo, ἀρετῆς ἐς τὰ πρῶτα ἀνήκοντες, ut Dio p. 73. init. σωφροσύνης ἐς τὰ πρῶτα ἀνήκων. HS. [p] πότε. malim τότε. nam quanquam ſerius interfecti ſint, ſi Tacitum ſequimur, tamen Dio eorum cædem conjungit cum conjuratione Piſonis, ut apparet ex p. 714. D. [q] Κέλωρ. Κέλης, L. ad marg. ſtatim pro Κασσίου, forte Κασσίου, ex Tacit. XVI. 33.

§ 128. (l. 94.) οἱ ἀδελφοὶ] Senecæ fratres M. Annæus Novatus, qui adoptatus a Gallione, L. Junii Gallionis nomen adſciverat, coram quo Proconſule Achajæ Paulus Apoſtolus accuſatus Act. XVIII. 12. ubi *Grotium* vide. & quæ de eo ſupra p. 688. § 335. p. 699. § 132. Alter Annæus Mella vel Mela, ex quo poeta Lucanus natus eſt. *Tac.* XV. 73. XVI. 17. *Lipſium* in vita Senecæ c. 2. adde auctores vitæ Lucani. *Euſebius* ex Hieronymi verſione mortem Senecæ ad annum Chr. 66. hoc eſt A. U. C. 819 refert, Gallionis ad an. Chr. 65. V. C. 818. Octaviæ ad an. Chr. 68. U. C. 821. & vel hoc uno exemplo apparet, quam perturbata ratio temporum nunc in Euſebio ſit, ut res geſtæ quaſi temere in annos quoſdam conjectæ videantur. Octavia interemta A. U. C. 815. § 61. Seneca triennio poſt, A. U. C. 818. Anno inſequenti 819. Mela, teſte Tacito; ſerius Gallio, quem Senecæ fratris morte pavidum memorat *Tacitus* XV. 73. Recte ergo Dio, ὕστερον ἐπαπώλοντο.

§ 129. (l. 96.) Θρασέας καὶ Σωρανὸς] Memorat *Tacitus* ad A. U. C. 819. lib. XVI. c. 21. De Thraſea dictum ad pag. 696. § 104. De Barea Sorano, qua ex gente fuerit, non minus quam de Thraſea, dubitatur. Sorani enim cognomen, ex Sora Italiæ urbe tractum, eſt non tantum in Valeriis, apud *Glandorpium*, ſed & T. Geminio Rufo, item L. Gallo aliisque tribuitur, apud *Liebium* in Gotha num. p. 300. Ego hunc Servilium dixerim; filia certe illi Servilia Annio Pollioni nupta. *Tac.* XVI. 30. 33. Bareæ hujus meminit *Juvenalis* III. 116. & *Boethius* Conſ. Phil. proſa III. Fuit proconſul Aſiæ, ibique juſtitia atque induſtria offenſionem principis auxit. Crimini ab Oſtorio Sabino accuſatore dabatur amicitia Plauti & ambitio concitandæ provinciæ ad res novas. *Tac.* XVI. 23.

§ 130. (l. 1.) Πούβλ. Εγν. Κέλωρ] *Cliens hic Sorani, & tunc emtus ad opprimendum amicum, auctoritatem Stoicæ ſectæ præferebat, habitu & ore ad exprimendam imaginem honeſti exercitus, ceterum animo perfidioſus & ſubdolus, avaritiam & libidinem occultans. Tac.* XVI. 32. Hinc *Juvenalis* III. 116.

Stoicus occidit Baream, delator amicum,
Diſcipulumque ſenex.

Teſtem falſum, non delatorem fuiſſe, ex Tacito colligas, l. c. Eundem poſtea ſub Veſpaſiano, accuſante Muſonio Rufo, damnatum eſſe, tradit *Tacitus* H. IV. 10. 40. *Scholiaſtes Juven.* I. 33.

§ 131. (l. 3.) Κασσίου Ἀσκληπιοδότου] *Tacitus* XVI. 33. *idem tamen dies & honeſtum exemplum tulit Caſſii Aſclepiodoti, qui magnitudine opum præcipuus inter Bithynos, quo obſequio florentem Soranum celebraverat, labentem non deſeruit, exutusque omnibus fortunis, & in exilium actus.*

§ 132. (l. 4.) καὶ ἐκείνου Βηρυτίου] Egnatius natus Beryti, urbe Palæſtinæ, ad mare mediterraneum, *Juvenal.* III. 116. quem locum illuſtravit Cel. *Jac. Haſæus* de Berytenſi ICtorum Academia p. 36. ſqq. ex quo & diſcas, c. 3. p. 23. ſqq. non jam primum auſpiciis Alexandri Severi cœpiſſe illam Academiam, ut Vir præclarus *Conringius* in Antiquitatibus Acad. Suppl. XIV. putabat.

§ 133. (l. 12.) μαγεύματί τινι] Filia Sorani Servilia, ex pietate in patrem, *non tamen aliud conſultaverat, quam de incolumitate domus, & an placabilis Nero, an cognitio ſenatus nihil atrox afferret. Tac.* XVI. 30. Nero autem, quanquam ipſe aliquando magicis artibus vehementer ſtudens, teſte *Plinio* XXX. 2. *Suetonio* 34. tamen metuit, ne adverſus ſe adhiberentur, &, ſi *Philoſtrato* credimus, in vita Apollon. IV. 35. Philoſophiam propterea vetuit, quod illa magiam occultari exiſtimaret. Certe capitale ſemper habitum eſt, quærere in domum Cæſaris per Chaldæos, ut adnotatum *Lipſio* ad Tac. Ann. III. 22. ubi Æmilia Lepida ob id ipſum in diſcrimen vocata legitur. *Scholiaſtes Juvenal.* VI. 552. *quam* (filiam Bareæ) *cum ipſe* (Egnatius) *ad magicam diſcendam eſſet hortatus, detulit Neroni.* Pro ἐθύσαντο, rectius legas ἐθύετο.

§ 134. (l. 15.) Θρασέας δὲ ὅτι &c.] Easdem cauſas memorat *Tacitus* XVI. 21. ſq. Accuſator Capito Coſſutianus, cui adjecit Nero Marcellum Eprium acri eloquentia. *ibid.* & 22. 28.

§ 135. (l. 18.) ἔθυσε τῇ ἱερᾷ αὐτοῦ φωνῇ] Credo idem eſſe, ac ἐπὶ τῇ ἱερᾷ αὐτοῦ φωνῇ, ſive illud ἐπὶ exciderit, ſive ipſa ſententia involvatur. Ita certe Coſſutianus accuſator apud *Tac.* XVI. 22. *nunquam pro ſalute Principis aut cæleſti voce immolaviſſe.* Confirmat *Philoſtratus*, referens in Vita Apollon. non tantum, cum Neronis fauces intumuiſſent, templa plena fuiſſe ſupplicantium diis, ἱερὰ πλέα λιτανευόντων τοὺς θεοὺς, ſcilicet ut vox ipſi reſtitueretur; IV. 44. ſed & inter accuſationes ex theatro natas fuiſſe, οὐκ ἦλθες ἀκροασόμενος Νέρωνος, ἢ παρῆλθε μὲν, ῥᾳθύμως δὲ ἤκουσε, ἐγέλασε, οὐκ ἐκρότησας,

ξαῖο οὐδὲν καίτοι ἐν ʳ Παῖαβίῳ τῇ πα̂ῖρίδι τραγῳδίαν καῖά τι πάτριον ἐν ἑορῖῇ τινι τριακονῖαεῖηρίδι ὑποκρινάμενος. [136] ἐνῖεμὼν δ᾽ οὖν τὴν
C φλέβα, ἀνέτεινε τὴν χεῖρα, καὶ ἔφη, « Σοὶ τοῦτο τὸ αἷμα, ὦ [137] Ζεῦ Ἐλευθέριε, « σπένδω. »

Καὶ τί ἄν τις ˢ θαυμάσοι εἰ τοιαῦτα αὐῖὸν ἐπήχθη, [138] ὁπότε τις, ὅτι πρὸς τῇ ἀγορᾷ ᾤκει, καὶ ἐργαστήρια ἐξεμίσθου, ἢ καὶ φίλους τινὰς εἰς αὐῖὰ ὑπεδέχεῖο· [139] καὶ ἄλλος, ὅτι τοῦ Κασσίου τοῦ τὸν Καίσαρα ἀποκῖείναντος εἰκόνα εἶχε, καὶ ἐκρίθησαν καὶ ἐφονεύθησαν. ᵗ [Ἰούνιος [140] δὲ Τορκουάτος, ἀπόγονος τοῦ Αὐγούστου ὢν, θαυμαστῷ δή τινι ἐγκλήμαῖι παρεδόθη. ἐπειδὴ γὰρ ἀσωῖότερον τῇ οὐσίᾳ, εἴτε ἐκ φύσεως, εἴτε καὶ ἐξ ἐπιῖηδεύσεως, ὅπως μὴ πάνυ πλουῖοίη, κατεχρήσατο, τῶν τε ἀλλοτρίων αὐτὸν ἐπιθυμεῖν, ἅτε καὶ πολλῶν δεόμενον, ὁ Νέρων ἔφη, κἀκ τούτου καὶ τῆς αὐῖοκράτορος ἀρχῆς ἐφιέμενον συκοφανῖηθῆναι ἐποίησεν.] ἄξιον δὲ μνησθῆναι καὶ γυναικός τινος [141] Ἐπιχάριῖος. αὕῖη γὰρ ἔν τε τῇ συνωμοσίᾳ ἐξεῖασθεῖσα, καὶ πᾶσαν αὐῖὴν ἀκριβῶς πιστευθεῖσα, ᵗᵗ οὐδὲν τοπαράπαν, καίπερ πολλάκις ὑπὸ τῆς Τιγελλίνου
D δεινότηῖος βασανισθεῖσα, ἐξέφηνε. τί δ᾽ ἄν τις καῖαλέγοι, ὅσα ἐπὶ τῇ ἐπιβουλῇ ταύτῃ ἢ [142] τοῖς δορυφόροις ἐδόθη, ἢ τῷ τε Νέρωνι καὶ τοῖς αὐῖοῦ φίλοις ὑπέρογκα ἐψηφίσθη; Ῥοῦφος μένῖοι [143] Μουσώνιος ὁ φιλόσοφος ἐπὶ τούτοις ἐφυγαδεύθη,

ediderat, licet Patavii in patria tragœdiam egiſſet, more quodam patrio, in quibuſdam ludis, qui trigeſimo quoque anno fieri conſueverant. Hic quum venam ſecuiſſet, porrecta ſurſum manu ait: “ Hunc tibi, Jupiter Liberator, ſanguinem libo. ” A.U.C.818 Licin. Nerva & M. Veſtino COSS.

27. Neque vero mirari quiſquam debet, ſi talia Thraſeæ & Sorano crimini data ſunt, quando homines duo, quod alter eorum habitaret in foro, & tabernas mercede locaret, amicosve in eas reciperet; alter, quod imaginem ejus Caſſii haberet, qui Cæſarem necaverat, damnati & interfecti ſunt. [Junius vero Torquatus, abnepos Auguſti, novo & inaudito crimine arceſſitus eſt. Nam cum opibus ſuis luxurioſius abuteretur, ſive ita natura factus, ſeu de induſtria id agebat, ne nimias opes poſſidere videretur; Nero eum neceſſario aliena concupiſcere dixit, quippe cui multis ſumtibus opus eſſet; & delatores ſubornavit, qui illum affectati imperii accuſarent.] Hoc loco prætereunda non eſt Epicharis mulier, quæ quum conjurationi adhibita, ejuſque omnis vel maxime conſcia facta fuiſſet, crebris licet tormentis, per ſævitiam Tigellini adhibitis, cruciata, nihil unquam patefecit. Quid vero recenſeat aliquis ea, quæ hujus conjurationis cauſa prætorianis militibus data; quæve Neroni aut amicis ejus ultra modum decreta ſunt? Rufus Muſonius philoſophus his de cauſis in exilium actus

ʳ ἐν Παῖαβίῳ. eſt emendatio Xyl. recepta ab Sylb. HS. edit. maj. & a L. pro ἐν Πεταμίῳ, quod legitur apud RS. & HS. edit. min. vide & Lipſium ad Taciti XVI. 21. not. 39. ˢ θαυμάσοι ἂν τοιαῦτα αὐῖὸν ἐπήχθη pro αὐῖὸν in Pal. (addo Br. & Coisl.) relictum ſpatium vacuum. nec ſane huc congruit pronomen, ſed potius verbum δεῖ, aut aliud conſimile. Sylb. legendum τοιαῦτα ἐς αὐῖὸν ἐπήχθη. HS. ego minori mutatione corrigo, θαυμάσειεν, ἐς τοιαῦτα αὐῖὸν ἐπαχθῆναι. ut p. 713. πρὸς τὸν ὄλεθρον ἐπαχθείς. L. malim: εἰ τοιαῦτα αὐῖοῦ ἐπήχθη. ᵗ Ἰούνιος δὲ &c. crediderim me non multum aberraſſe a vero loco, quo fragmentum hoc ex Exc. Peir. p. 690. referendum fuit. ᵗᵗ οὐδὲν. οὐδέ, RS. perperam.

τυπας, οὐκ ἔθυσας ὑπὲρ τῆς φωνῆς, ἵνα πυθῶδε λαμπροτέρα ἔλθοι. *Non veniſti auditum Neronem, aut veniſti quidem, ſed negligenter audiviſti, riſiſti, non plauſiſti, non pro voce ipſius ſacra feciſti, ut clarior Pythonem veniat.* V. 7. p. 194. Ceterum *cæleſtis vox* dicitur & *Suetonio* 21. θεία φωνὴ ap. *Philoſtratum* IV. 39. p. 180. ἱερὰ φωνὴ infra p. 724. A.

§ 136. (l. 23.) ἐνῖεμὼν δ᾽ οὖν τὴν φλέβα] Mortis genus ſub Nerone frequentiſſimum. *Suetonius* 37. *Mori juſſis non amplius quam horarium ſpatium dabat. Ac ne quid moræ interveniret, medicos admovebat, qui cunctantes continuo curarent: ita enim vocabat, venas mortis gratia incidere.* Uxor Thraſeæ Aria, tentans mariti extrema & exemplum Ariæ matris ſequi, a marito prohibita eſt. *Tac.* XVI. 34.

§ 137. (l. 25. Ζεῦ Ἐλευθέριε] Idem de Seneca narrat *Tacitus* XV. 64. & de Thraſea XVI. 35.

§ 138. (l. 28.) ὁπότε τις, ὅτι &c.] Eſt is Salvidienus Orfitus, cui teſte *Suetonio*, 37. objectum eſt, *quod tabernas tres de domo ſua circa forum civitatibus ad ſtationem locaſſet.*

§ 139. (l. 30.) καὶ ἄλλος, ὅτι &c.] C. Caſſium Longinum intellige, non tantum opibus vetuſtis & gravitate morum præcellentem, ſed & Jureconſultum Celebrem, a quo ſecta Caſſianorum, Proculejanis oppoſita, nomen traxit. *Suetonius*, (ex quo hæc, & prius de Orfito, Dio) *Caſſio Longino Juriſconſulto, ac luminibus orbato*, (objectum eſt) *quod in vetere gentili ſtemmate C. Caſſii percuſſoris Cæſaris imagines retinuiſſet.* Confer & *Tacitum* XVI. 7. ad A. U. C. 818. qui Caſſium, contra ac Dio, Suetonius, & Juvenalis X. 16. non interfectum, ſed in Sardiniam ex SCto in exilium deportatum, ſcribit cap. 9. quod confirmat Pomponius Dig. L. I. tit. II. l. 2. § 47. *C. Caſſius Longinus — — expulſus ab eo* (Cæſare) *in Sardiniam, revocatus a Veſpaſiano diem ſuum obiit.* Quo loco tamen Pomponius C. Caſſio JCto quædam, quæ L. Caſſio Longino, Conſuli A. U. C. 783. una cum Quartino, competunt, tribuere videtur *Lipſio* & *Ryckio* ad Tac. Ann. VI. 15. Pomponium defendente *Ruperto* in Enchirid. Pomponii lib. III. c. 13. ſect. 3.

§ 140. (l. 33.) Ἰούνιος Τορκουάτος] *Tacitus* ad A. U. C. 817. (Ann. XV. 35.) eandem necis Silani cauſam ponit: *Iiſdem diebus Torquatus Silanus mori adigitur, quia ſuper Juniæ familiæ claritudinem divum Auguſtum abavum ferebat. Juſſi id accuſatores objicere, prodigum largitionibus, neque aliam ſpem quam in novis rebus eſſe.* Erat hic Appii Silani filius, frater Marci & Lucii Silanorum. Etenim Tacitus & Dio abnepotem Auguſti hunc Torquatum faciunt, perinde ac Marcum & Lucium. Itaque miror Lipſium virum acutiſſimum in ſtemmate Silanorum id fugiſſe. Eum vide in notis ad lib. XIII. Taciti (p. 212.) Hunc eundem Torquatum eum eſſe exiſtimo, qui Conſul fuit anno 806. cum Q. Haterio: proinde ei nomen fuerit D. Junio Torquato Silano. VALES.

Adde & Lipſiano ſtemmati Juniam Lepidam, pariter Auguſti abneptem & Appii filiam; hoc loco memorandam, quod Caſſii JCti uxor eſſet, eodemque tempore in jus vocaretur, quaſi, amita cum eſſet L. Silani junioris, cum hoc filio fratris (Marci) inceſtum commercium habuiſſet. *Tac.* XVI. 7.

§ 141. (l. 41.) Ἐπιχάριῖος] Piſonianæ conjurationi (de qua § 119.) implicita, claſſem Miſenenſem tentaverat. Prodita autem a Chiliarcho Proculo, nec tamen convicta, adhuc in cuſtodia tenebatur, donec patefacta eſſet conjuratio. *Tac.* XV. 51. 57. Torta acerbiſſime, cum neminem prodidiſſet, & poſt triduum in lectica afferri ad torturam iterum juſſa eſſet, ipſa ſe in ea lectica, ſoluta zona, ſtrangulavit, tyrannumque deluſit. *Polyænus* Strateg. VIII. 62. qui eam fratris Senecæ Scelai (forte Melæ § 128.) concubinam fuiſſe refert.

§ 142. (l. 47.) τοῖς δορυφόροις] Bina numum millia viritim, & ſine pretio frumentum. *Tac.* XV. 72. qui & c. 74. de iis quæ Neroni decreta ſunt a ſenatu. Amicorum nomine autem Dio intelligit Petronium Turpilianum conſularem, Cocceium Nervam, Prætorem deſignatum, Tigellinum præfectum prætorii cum Nymphidio, ut ex eodem Taciti c. 72. apparet.

§ 143. (l. 49.) Μουσώνιος ὁ φιλόσοφος ἐφυγαδεύθη] C. Muſonius Rufus e Volſinia Tyrrhenorum, Stoicæ ſcholæ addictus, vitæ etiam integritate excellens; a Nerone pulſus in exilium, ſicut & *Jo. Antiochenus* habet in Exc. Peir. p. 813. nempe in Gyara inſulam, ut eſt apud *Philoſtratum* Apollon. VII. 16. p. 297. qui & lib. V. 19. cum *Luciano* in Nerone, c. 4. T. III. p. 638. ad fodiendum Iſthmum inter ceteros captivos adhibitum in profectione Neronis Achaica, refert; dubitante tamen *Tillemontio* p. 501. ſeq. Poſt Neronem interfectum,

A.U.C. 818 Licin. Nerva & M. Veſtino COSS.

actus eſt, & Sabina tunc eſt a Nerone interfecta; quam prægnantem, ſeu volens, ſeu per imprudentiam, calce inſultavit.

γαδεύθη· καὶ ἡ [144] Σαβίνη ὑπὸ τοῦ Νέρωνος τότε ἀπέθανε. κυούσῃ γὰρ αὐτῇ λὰξ, εἴτε ἑκὼν εἴτε ἄκων, [u] ἐνέθορεν.

28. Sabina vero hæc adeo delicate vixit, (nam ex paucis quibusdam cætera intelligentur omnia) ut mulas, quibus agebatur, haberet aureis ſoleis calceatas; & ut quingentæ aſinæ, quæ recens peperiſſent, quotidie mulgerentur, quo ipſa lacte earum lavaretur. Formam enim & nitorem corporis magno ſtudio curabat: ideoque, quum aliquando ſe non ſatis decora forma eſſe in ſpeculo cerneret, mori prius optavit, quam florem ætatis amiſiſſet. Nero tanto ejus deſiderio teneri cœpit, ut [primo quidem mulierem quandam poſt obitum ejus, quod forma haud abſimilem Sabinæ eſſe compererat, arceſſitam illius loco penes ſe haberet: deinde] puerum libertum (is Sporus nominabatur) exſecari juſſerit, quod & ipſe Sabinæ ſimillimus erat, eoque in reliquum pro uxore uſus ſit. Quinetiam progrediente tempore eum in uxorem, quanquam ipſe nuptus Pythagoræ liberto, duxit, dotemque ei per ſyngrapham conſtituit: quas nuptias ipſe populus Romanus publice celebravit

Ἡ δὲ δὴ Σαβίνη αὕτη οὕτως ὑπερετρύφησεν, (ἐκ γὰρ τῶν βραχυτάτων πᾶν δηλωθήσεται) ὥστε τάς τε ἡμιόνους τὰς ἀγούσας αὐτὴν [145] ἐπίχρυσα σπάρτια ὑποδεῖσθαι, καὶ ὄνους πεντακοσίας ἀρτιτόκους καθ' ἡμέραν ἀμέλγεσθαι, ἵν' [146] ἐν τῷ γάλακτι αὐτῶν λούηται. E
τήν τε γὰρ ὥραν καὶ τὴν λαμπρότητα τοῦ σώματος [x] λαμπρῶς ἐσπουδάκει, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ εὐπρεπῆ ποτε αὐτὴν ἐν κατόπτρῳ ἰδοῦσα, ηὔξατο τελευτῆσαι πρὶν παρηβῆσαι. καὶ οὕτω γε [147] αὐτὴν ὁ Νέρων ἐπόθησεν, ὥστε 715
[y] [μετὰ θάνατον αὐτῆς, τὰ μὲν πρῶτα, [148] γυναῖκά τινα προσφερῆ οἱ μαθὼν οὖσαν, μετεπέμψατο καὶ ἔσχεν ἔπειτα] καὶ παῖδα ἀπελεύθερον, [z] ὃν [149] Σπόρον ὠνόμαζεν, ἐκτεμὼν, ἐπειδὴ [a] καὶ αὐτὸς τῇ Σαβίνῃ προσεῴκει, τά τε ἄλλα ὡς γυναικὶ αὐτῷ ἐχρῆτο, καὶ προϊόντος τοῦ χρόνου καὶ ἔγημεν αὐτὸν, καίπερ Πυθαγόρᾳ τινὶ ἐξελευθέρῳ [b] γεγαμημένος καὶ προῖκα αὐτῷ κατὰ συγγραφὴν ἔνειμε, καὶ τοὺς γάμους σφῶν δημοσίᾳ οἵ τε ἄλλοι καὶ αὐτοὶ οἱ Ῥωμαῖοι D
ἑώρτα-

[u] ἀνέθορεν, vulgo. rectius ἐνέθορεν. Sylb. in Ind. ego recipiendi auctorem habeo Zon. p. 569. B. [x] λαμπρῶς, offendit non parum aures illud λαμπρότητα λαμπρῶς ἐσπουδάκει, ut ex confuſione librarii permutatum mihi perſuadeam cum δεινῶς aut ἰσχυρῶς. [y] μετὰ θάνατον &c. hæc inſerta ſunt ex Exc. Peir. p. 690. eadem habet Z. p. 569. B. [z] ὃν Σπόρον ὠνόμαζεν. ſic & Zon. & Br. ὠνόμασεν, Pal. ὠνόμαζον, L. ad marg. Suidas: Σπόρος, ὁ Νέρωνος ἐρώμενος, ὃς καὶ Σαβῖνα ἐκαλεῖτο. unde poſſet alicui in mentem venire, legendum eſſe Σπόρον, ὃν καὶ Σαβῖναν ὠνόμαζεν, ſicut infra dicitur. [a] καὶ αὐτός. hæc verba ex Exc. Peir. & Z. petita, omiſerat Xiph. quoniam ſcilicet mulierem illam Sabinæ ſimilem prætererat ſilentio. [b] γεγαμημένος. vulgo corrupte γεγαμημένῳ. emendavit ex ingenio, & probe interpretatus eſt rem improbam Sylb. qui potuiſſet uti etiam auctoritate Zonaræ.

fectum ſub Galba ex exilio rediit: *Tac.* H. III. 81. & a Veſpaſiano, reliquis philoſophis relegatis, ſolus Romæ retentus eſt. *Dio* p. 750. B. Reprehenditur *Suidas* a Lipſio, quaſi in Μουσώνιος & Κορνοῦτος interfectum a Nerone Muſonium dicat, verbo ἀναιρεῖται, ἀναιρεθείς, quod tamen recte Olearius vertit *relegatus, e medio ſublatus*: nam Suidas ipſe exponit φυγεῖν αὐτὸν ἐποίησε. vide infra p. 772. § 49. Ceterum de Muſonio conf. *Tacitum* XIV. 59. XV. 71. Hiſt. III. 81. IV. 10. 40. *Plin.* epiſt. III. 11. *Philoſtratum* IV. 35. 46. *Olearium* ibid. p. 176. *Tillemontium* Nerone art. 22. p. 501. ſq. *Fabricium* Bibl. Gr. Vol. II. p. 406. *Jonſium* de Script. Hiſt. Phil. III. 7.

§ 144. (l. 50.) Σαβίνη ὑπὸ τοῦ Νέρωνος] De primo ejus partu A. U. C. 816. dictum § 79. Claudia autem filiola ex eo nata intra quartum menſem obierat. *Tac.* XV. 23. *Suet.* 35. Nunc A. U. C. 818. altera vice prægnantem, poſt finem Ludicri, de quo mox, § 151. ictu calcis afflixit, *quod ſe ex aurigatione ſero reverſum gravida & ægra conviciis inceſſerat. Suet.* 35. confer *Tac.* XVI. 6. Laudavit illam Nero pro roſtris: corpus non crematum, ſed differtum odoribus tumulo Juliorum illatum eſt. *Tac.* XVI. 6. *Plin.* XII. 18.

§ 145. (l. 56.) ἐπίχρυσα σπάρτια] *Soleas ex auro. Plin.* XXXIII. 11. Spartum, σπάρτον vel σπάρτος, juncus aridi ſoli, ad calceamina & funes alioſque uſus adhibitus, docente *Plinio* XIX. 2. ἐξ ὧν πλέκουσιν ὑποδήματα τοῖς ὑποζυγίοις, ut *Galenus* lib. I. de alim. facult. c. 9. T. IV. p. 310. l. 43. vide pluribus *Jo. Bodæum a Stapel* ad Theophraſti Hiſt. Plant. p. 20. b. *Salmaſium* ad Solinum p. 185. ſq. *Politum* ad Euſtathium in Il. α. v. 135. Hinc *ſolea ſpartea* apud *Columellam* VI. 12. & σπάρτιον, quanquam rarius, pro ſolea, ut jam obſervatum *Caſaubono* ad Suet. c. 30. & *Scaligero* Caſtig. in Catull. p. 17. Rem ipſam de Poppæa confirmat *Plinius* XXXIII. 11. quemadmodum Neronem ſoleis mularum argenteis uſum eſſe ſcribit *Suetonius* l. c. Equi bellatores apud Romanos non habebant munimenta pedum ſeu ſoleas, ſed ſola jumenta, ut oſtendit *Fabrettus* ad Col. Traj. p. 224. ſq. Pertinacis tamen equi παρηβηκότας ungulas inaurabat Commodus. τὰς ὁπλὰς καταχρυσώσας. *Dio* p. 831. E. De uſu mularum in re vehiculari confer *Schefferum* de Re Veh. I. 8. *Meurſium* de luxu Rom. c. 11. *Spanh.* U. N. Diſſ. XI. p. 278. ſq. *Bochartum* Hieroz. P. I. lib. II. c. 9. init. & numos vulgo obvios. Agit etiam de ſoleis mularum *Bulengerus* tract. de equis T. IX. *Græv.* p. 744.

§ 146. (l. 58.) ἐν τῷ γάλακτι αὐτῶν] Id inſtituit Poppæa, lacte aſinino cutem tenereſcere & candorem cuſtodiri putans, balinearum quoque ſic ſolio temperato. *Plin.* XI. 41. XXVIII. 12. Inde *pinguia Poppæana* ejuſmodi fucum vocat *Juvenalis* VI. 462. ubi nugatur Scholiaſtes, aut certe miſere corruptus eſt, *quinquaginta* aſinas Poppæam ſecutas eſſe *miſſam in exilium*. Scribe *quingentas* cum Dione & Plinio; & *miſſam in ſolium*, quod eſt vas balneare.

§ 147. (l. 63.) αὐτὴν ὁ Νέρων ἐπόθησεν] A pulchritudine & partu publice laudavit eam Nero. *Tac.* XVI. 6. Capillos quoque ejus carmine, cui Succini nomen, celebravit. *Plin.* XXXVII. 3. & formam ſane ejus mirifice prædicat *Seneca*, aut quiſquis auctor Octaviæ Act. IV. v. 764. ſqq. Sed vulgo lætam ejus mortem fuiſſe, propter impudicitiam ac ſævitiam, *Tacitus* teſtatur. XVI. 7. niſi quod Judæis forte deſiderium reliquit, pro quibus deprecatrix fuerat, ut *Joſephus* refert Ant. XX. 8. § 11. & in Vita ſua § 3. Nam quod inter Chriſtianos τοῖς ἁγίοις ἐκ τῆς Καίσαρος οἰκίας Phil. IV. 22. numeranda ſit, recte contra Baronium negat *Triſtanus* T. I. p. 242.

§ 148. (l. 64.) γυναῖκά τινα προσφερῆ οἱ] Quænam illa fuerit, non magis conſtat, quam quæ Agrippinæ ſimilis fuerit, Neroni pariter amata: p. 695. A. de plebe, credo, utraque. At vix mihi perſuadeo Dionem præteriiſſe prorſus reliquam Neronis rem uxoriam. Nam *Antoniam filiam Claudii* (Cornelii Syllæ uxorem *Tac.* XII. 2. XIII. 23.) *recuſantem poſt Poppææ mortem nuptias ſuas, quaſi molitricem novarum rerum* (*Tac.* XV. 53.) *interemit. Suet.* 35. *Deinde duxit Statiliam Meſſalinam, Tauri bis Conſulis* (A. U. C. 716. & 727.) *ac triumphalis abneptem. Qua ut potiretur, virum ejus Atticum Veſtinum Conſulem* (A. U. C. 817.) *in honore ipſo trucidavit. Suet.* 35. adde *Tacit.* XV. 68. ſq. Nummus in eam eſt apud *Triſtanum* I. p. 245. *Mediob.* p. 97. *Spanhem.* Diſſ. XI. p. 284.

§ 149. (l. 67.) Σπόρον] Dicemus de eo & Pythagora infra p. 720. E. ſq. ubi de ſolennibus, ſi Dis placet, nuptiis cum utroque.

§ 150. (l. 75.) πολλοὶ μὲν ἐθανατώθησαν] Plura de iis ſciremus, ſi ad nos perveniſſent III. Libri C. Fannii, quibus extus

ἐώρ]ασαν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕςερον ἐγένετο. τότε δὲ [150] πολλοὶ μὲν, ὥσπερ εἶπον, ἐθανατώθησαν, πολλοὶ δὲ καὶ, μεγάλων χρημάτων τὴν
B σωτηρίαν παρὰ τοῦ Τιγελλίνου ἐκπριάμενοι, ἀπελύθησαν.

Ὁ δὲ Νέρων ἄλλα τε γελοῖα ἔπραττε, καί ποτε καὶ ἐπὶ τὴν τοῦ θεάτρου ὀρχήςραν [151] ἐν πανδήμῳ τινὶ θέᾳ κατέβη, καὶ ἀνέγνω [152] Τρωϊκά τινα ἑαυτοῦ ποιήματα· καὶ ἐπ᾽ αὐτοῖς θυσίαι πολλαὶ, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν οἷς ἔπραττεν, ἐγένοντο. παρεσκευάζετο δὲ ὡς καὶ τὰς τῶν Ῥωμαίων πράξεις ἁπάσας συγγράψων ἐν ἔπεσι· [c] καὶ περί γε τοῦ πλήθους τῶν βιβλίων, πρὶν καὶ ὁτιοῦν αὐτῶν συνθεῖναι,
C ἐσκέψατο, παραλαβὼν ἄλλους τε καὶ [d] Ἀνναῖον [153] Κορνοῦτον, εὐδοκιμοῦντα τότε γε ἐπὶ παιδείᾳ. καὶ αὐτὸν ὀλίγου μὲν καὶ ἀπέκτεινεν, ἐς νῆσον δ᾽ οὖν ἐνέβαλεν, ὅτι τινῶν [e] τετρακόσια ἀξιούντων αὐτὸν βιβλία γράψαι, πολλά τε αὐτὰ εἶναι ἔφη, καὶ μηδένα αὐτὰ ἀναγνώσεσθαι. καὶ τινος εἰπόντος, Καὶ μὴν [154] Χρύσιππος, ὃν ἐπαινεῖς καὶ ζηλοῖς, πολὺ πλείω συνέθηκεν, ἀπεκρίνατο ὅτι, Ἀλλ᾽ ἐκεῖνα χρήσιμα τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ

lebravit, una cum cæteris gentibus: verum hæc poſtea facta ſunt. Sed tunc (ut paulo ante dicebam) quamplurimi ſupplicio affecti, multi etiam, ſalute a Tigellino magnis pecuniis redempta, liberati ſunt. A.U.C.818 Licin. Nerva & M.Veſtino COSS.

29. Nero quum multa ridicule faceret, tum aliquando in theatri orcheſtram, inſpectante univerſo populo, deſcendit; ibique poemata quædam ſua, ſcripta de rebus Trojanis, legit: propter quæ, ut propter cætera omnia, quæ faciebat, ſacrificia multa facta ſunt. Cogitabat etiam de omnibus rebus geſtis Romanorum verſibus ſcribere, deque numero librorum ante, quam quidquam eorum compoſuiſſet, ſecum diſpiciebat. Qua in re, præter cæteros, adhibebat Annæum Cornutum, virum illis temporibus eruditione clariſſimum: quem tamen parum abfuit, quin interfici juſſerit, in inſulam certe deportari juſſit propterea, quod nonnullis exiſtimantibus, quadringentos libros a Nerone ſcribi oportere, nimis multos fore tot libros, & neminem eos lecturum, diceret. Quumque alius quidam objiceret, Atqui Chryſippus, quem tu laudas & imitaris, multo plures compoſuit; illos

[c] καὶ περί γε. emendatio H. Stephani, recepta etiam Sylburgio, & L. olim καίπερ γε legebatur apud RS. & HS. edit. min. [d] Ἀνναῖον. Ἀναῖον, RS. Coisl. Br. mox pro τότε τε, ſcripſi τότε γε. [e] τετρακόσια. ſic recte edidit Sylb. HS. edit. maj. & L. accedit Pal. in prioribus corrupte τετρακοσίων, & βιβλίων.

tus occiſorum aut relegatorum a Nerone deſcripſerat, teſte *Plinio* Epiſt. V. 5. 3. Præter eos tamen, quos Dio memoraverat, *Tacitus* XVI. 7—20 plures interemptos refert: in quibus ſunt, qui vel moribundi, *ſcriptis codicillis, grandem pecuniam in Tigellinum, generumque ejus Coſſutianum Capitonem erogabant, quo cetera manerent. Id.* c. 17. Unde facilius creditur Dioni, alios maluiſſe vitam a Tigellino, magna bonorum jactura redimere, vide & infra p. 720. C. 724. C.

§ 151. (l. 80.) ἐν πανδήμῳ τινὶ θέᾳ] Credo, in certamine quinquennali ludicro, quod prima vice A. U. C. 813. inſtituerat, p. 699. § 142. quodque nunc A. U. C. 818. recurrebat, juſto quidem tempore, non anno ſeptimo, ut ſibi perſuaſit *Joſeph. Scaliger* ad Euſeb. p. 195. a. & ex eo *Olearius* ad Philoſtr. p. 182. not. 3. Vide *Lipſium* ad Tac. XVI. 4. not. 4. & *Noriſium* de Votis Dec p. 75. ſq. qui & poſt Neronem diu duraſſe oſtendit. De tempore vide plura § 155. Hoc certamen, ut erat græco more gymnicum & muſicum, quin & oratoribus ac poetis dicatum: ita in eo Nero, ut diſerte Tacitus ſcribit l. c. *primo carmen in ſcena recitat: mox flagitante vulgo, ut omnia ſtudia ſua publicaret, ingreditur theatrum, cunctis citharæ legibus obtemperans.*

§ 152. (l. 82.) Τρωϊκά τινα ἑαυτοῦ ποιήματα] Neronis *Troica*, occaſione nuperi incendii, ut veriſimile eſt, compoſita, p. 709. § 83. laudat *Servius* ad Virg. Ge. III. 36. Aen. V. 370. *Perſius* I. 122. *Juvenalis* VIII. 221. adde *Petronium* p. 324. edit. Hadrianidis. Ejuſdem *Succinum* in Poppææ capillum modo memoravimus § 147. *Attin & Bacchas*, quæ cecinit ad citharam, Neronis ipſius fuiſſe, jam adnotatum p. 699. § 134. confirmante ad Perſium I. 93. ſqq. & 99. ſqq. Scholiaſte, & uberius Caſaubono, p. 78. ſqq. Hinc & probabile eſt, (quamvis contra ſentiente *Ger. Jo. Voſſio* de Poetis Lat. p. 44.) Neronem, quoties cecinit, ſua carmina decantaſſe: quale eſt *Niobes* apud *Sueton.* 21. *Amphitrites* ac *Neptuni*, item *Melicertæ* ac *Leucotheæ* apud *Lucianum* Ner. 3. T. III. p. 638. tum *Oreſteæ & Antigonæ* tragœdiarum, ex ſententia *Olearii* ad Philoſtr. Apollon. IV. 39. p. 180. not. 5. item aliud ob theatrum Neapoli ſine noxa cadens *Tac.* XV. 34. Taceo probroſa quædam carmina, diſerte ipſi adſcripta, ut in Afranium *Quinctianum*, mollitia corporis infamem, *Tac.* XV. 49. & in Clodium *Pollionem*, prætorium virum, quod inſcribebatur *Luſcio*. *Suet.* Domit. 1. conf. *Juvenal.* I. 127. IV. 106. Generatim de poeſi Neronis vide *Sueton.* 10. & 52. *Tacit.* XIII. 3. XIV. 16. Mart. VIII. 70. 8. Verſum Neronis adducit probatque *Seneca* N. Q. I. 5. contra *Perſius* poeſin ejus damnat rectius, tanquam *ſpumoſam*. Refert etiam *Suetonius* in vita Lucani, hunc poetam, cujus æmulus Nero erat, adeo contemtui habuiſſe poemata Neronis, ut ad ingentem ſtrepitum ventre emiſſum in latrina publica, pronunciarit illud Principis hemiſtichium: *ſub terris tonuiſſe putes.* Vide & *Quintilianum* Dial. de Orator. c. 11.

§ 153. (l. 89.) Ἀνναῖον Κορνοῦτον] *Auctor Vitæ Perſii* § 8. *Cornutus illo tempore Tragicus fuit, ſectæ Stoicæ, qui libros philoſophiæ reliquit*; Perſii & Lucani poetarum præceptor: de quo plura *Valeſius* ad Euſebii H. E. VI. 19. p. 122. a. *Scaliger* ad Euſeb. Chr. p. 197. *Caſaubonus* ad Satyram V. Perſii, quam is Cornuto præceptori ſuo dicavit. *Fabricius* in Catalogo Stoicorum Bibl. Gr. Vol. II. p. 398. ſqq. *Voſſius* de Hiſt. Lat. I. 26. p. 135. ſqq. Cave autem credas, *Suidam* in Κορνοῦτος, Cornutum Hiſtoricum, Livii æqualem, cum hoc, qui a Nerone in exilium pulſus eſt, putide confudiſſe. Multa ejusmodi Suidæ perperam adſignantur, quod librarii ex duobus membris unum ſæpe conflarunt. De novo incipiendum erat, (omiſſo οὗτος) Κορνοῦτος, Λεπτίτης, φιλόσοφος· (ἡ δὲ Λεπτὶς πόλις Λιβύης) γεγονὼς ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Νέρωνος, καὶ πρὸ αὐτοῦ, ἀναιρεθεὶς σὺν τῷ Μουσωνίῳ. ἔγραψε δὲ πολλὰ φιλόσοφά τε καὶ ῥητορικά. Vides hunc ſatis a priori diſtingui; primum patria, alter Romanus, alter Leptites Africanus: deinde profeſſione & ſcriptis, alter philoſophus & rhetor, alter hiſtoricus: denique tempore, alter Livii æqualis, alter Neronis. Ecquis vero Suidam tam vecordem putet, qui eundem hominem Livii & Neronis æqualem fuiſſe ſibi perſuaſerit? Noli enim huc referre verba καὶ πρὸ αὐτοῦ. Menda eſt, ſenſum miſere turbans. Scribendum: γεγονὼς ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Νέρωνος, καὶ πρὸς αὐτοῦ ἀναιρεθεὶς κ. τ. λ. *Romæ fuit tempore Neronis, & ab eo in exilium pulſus eſt cum Muſonio.* Sic Suidas in Μουσώνιος· γεγονὼς ἐπὶ Νέρωνος - - - καὶ ὑπὸ Νέρωνος ἀναιρεῖται. Noli etiam, ex hoc Dionis loco, (cum ex Suida non poſſis,) hiſtoricum facere Cornutum. Nec enim ſequitur: conſultus eſt Cornutus a Nerone in conſcribenda hiſtoria, & quidem carmine, ergo fuit hiſtoricus, ergo hiſtorias ſcripſit. Nemo veterum ei hiſtorica tribuit: conſultus eſt vel ut rhetor, vel ut poeta, ſtili & humanitatis peritiſſimus. De tempore exilii ejus, nequeo aſſentiri eruditiſſimo *Tillemontio* p. 523. quando id ad An. Chr. 67. hoc eſt U. C. 820. refert. Nam ex narratione Dionis colligas, contigiſſe ante Teleſinum conſulem A. U. C. 819. Chr. 66. nempe poſt quinquennale ludicrum anni 818. Chr. 65. ut diximus § 151.

§ 154. (l. 94.) Χρύσιππος πολὺ πλείω] Compoſuit volumina D C C V. teſte Laërtio VII. 181. ſq. 189. ſqq. Vide de Chryſippo *Fabricium* Bibl. Gr. Vol. II. p. 392. ſq.

A.U.C.818 Licin. Nerva & M.Veſtino COSS.

los utiles eſſe vitæ hominum, reſpondit. Hujus rei cauſa Cornutus exilio multatus eſt: Lucano, quod ob artem poeticam vehementer laudaretur, interdictum, ne carmen faceret.

βίῳ ἐςίν. ὁ μὲν οὖν Κορνοῦτος φυγὴν ἐπὶ τούτῳ ὦφλεν. ὁ δὲ δὴ f Λουκανὸς 155 ἐκωλύθη ποιεῖν, ἐπειδὴ ἰσχυρῶς g ὑπὸ τῇ ποιήσει ἐπῃνεῖτο.

f Λουκανός. Λουκιανὸς, ſed perperam, Coiſl. Br. Sylb. in Indice.

g ὑπὸ τῇ ποιήσει. repono ἐπὶ τῇ ποιήσει, HS. pro ἐπὶ, ob.

§155. (l. 99.) Λουκανὸς ἐκωλύθη ποιεῖν] Tres vitæ Lucani ſcriptores veteres in eo conſentiunt, Lucanum in Pentaëterico, recitato Orpheo ſuo, viciſſe & laurea coronatum eſſe: eoque illi Neronem foro, theatro & carminibus, præ invidia, interdixiſſe; inde Poëtam irritatum acceſſiſſe Piſonianæ conjurationi, eaque patefacta, juſſu Neronis, ſectis venis interiiſſe A. U. C. 818. Confer & *Tacitum* XV. 49. 56. ſq. 70. XVI. 17. Vita quæ eſt ex commentario antiquiſſimo, diem addit Prid. Kal. Majas, quod cum tempore conjurationis ad XIII. Kal. Maj. exequendæ, convenire obſervavit *Ryckius* ad Tac. XV. 53. Dubium tamen movet Pentaetericon, juſto tempore A. U. C. 818. celebratum. Sane juſto, ſi annum ſpectes, ſed tamen *ante præſtitutam diem*, ut ait *Suetonius* c. 21. ſeu luſtro nondum prorſus exacto. Quare, ſi ludicrum certamen paulo poſt Kalendas Januarias A. U. C. 818. inſtitutum dicamus, Lucanus, eo victor infelix, & vindictæ cupidus, Piſonianæ conſpirationi accedere adhuc, & Prid. Kal. Maj. interire potuit. Interea forte temporis Neronem & amicos famoſo carmine proſcidit, de quo *Suetonius* in vita ejus. Imo jam in Pharſalicis paſſim pungere Neronem videtur, ut oſtendit *Triſtanus* T. I. p. 204. ſq. & 214. *Fama* ei tamen poſt mortem *beneficio Neronis ſervata* eſt, ut teſtatur Inſcriptio ap. *Gruter.* CCCLIV. 2.

DIONIS

DIONIS
HISTORIÆ ROMANÆ
LIBRI LXIII. EXCERPTA
A
JO. XIPHILINO.

Inſeruntur Fragmenta Dionis integra, quæ reperiri potuerunt.

SUMMA CAPITA LIBRI LXIII.

Nero Teridati magnifice excepto diadema imponit. c. 1—7.

In Græciam proficiſcitur, ut fiat περιοδονίκης. c. 8—10.

Græciam cum Tigellino & Criſpinilla vaſtat: ſicut Helius & Polycletus Romam & Italiam. c. 11. 12.

Neronis cum Sporo & Pythagora nuptiæ, & turpitudo. c. 13.

Ejus victoriæ & præconium: in Apollinem furor: in ſenatores odium. c. 14. 15.

Iſthmi perfoſſio. c. 16.

Scriboniorum, Corbulonis, Paridis, Sulpiciorum interitus. c. 17. 18.

Helio urgente rediens Nero, Iſelaſticum triumphum agit. c. 19—21.

Vindicis in Neronem conſpiratio & obitus. c. 22—24.

Rufus, Cæſar & Auguſtus adpellatus, imperium recuſat. c. 25.

Neronis fuga & interitus. c. 26—29.

Temporis ſpatium.

poſt C.N.	U.C.			NERONIS.
66.	819.	C. Lucius Teleſinus,	& C. Suetonius Paulinus. Coſſ.	XIV. 13 Oct.
67.	820.	Capito,	& Julius Rufus.	XV.
68.	821.	C. Silius Italicus,	& Galerius Trachalus Turpilianus.	†9 Junii.

Ἐπὶ δὲ [a] Γαΐου [1] Τελεσίνου καὶ ἐπὶ [b] Σουετωνίου Παυλίνου ὑπάτων, ἐνδοξότατόν τι ἅμα ἔργον καὶ ἕτερον αἴσχιστον ἐγένετο. [c] ὅ, τε γὰρ Νέρων [2] ἐν τοῖς κιθαρῳδοῖς ἠγωνίσατο, καὶ [3] νικητήρια αὐτῷ [d] μὲν ἐκρότουν, τοῦ τῆς κιθαρῳδίας διδασκάλου, ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ ποιήσαντος, ἡνιόχησε. καὶ [4] ὁ Τηριδάτης ἐς τὴν Ῥώμην, οὐχ ὅτι τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας, ἀλλὰ καὶ τοὺς τοῦ Οὐολογαίσου, [5] τοῦ τε Πακόρου, καὶ τοῦ Μονοβάζου ἄγων, ἀνήχθη· καὶ ἐγένετο αὐτῶν πομπὴ διὰ πάσης τῆς ἀπὸ τοῦ Εὐφράτου γῆς ὥσπερ ἐν ἐπινικίοις.

Αὐτός τε γὰρ ὁ Τηριδάτης καὶ ἡλικίᾳ καὶ κάλλει καὶ γένει καὶ φρονήματι ἤνθει, καὶ ἡ θεραπεία ἥ τε παρασκευὴ ἡ βασιλικὴ πᾶσα αὐτῷ συνηκολούθει· τρισχίλιοί τε ἱππεῖς τῶν Πάρθων, καὶ χωρὶς ἕτεροι Ῥωμαίων συχνοὶ συνείποντο. καὶ αὐτοὺς αἵ τε πόλεις λαμπρῶς κεκοσμημέναι, καὶ οἱ δῆμοι πολλὰ καὶ χαρίεντα ἀναβοῶντες ὑπεδέχοντο· τά τε ἐπιτήδεια πάντα

1. Cajo Teleſino & Suetonio Paulino Coſſ. duæ res acciderunt, altera honeſtiſſima, turpiſſima altera. Nero enim certavit inter citharœdos: quumque magiſter artis citharœdicæ Menecrates triumphum ei in Circo feciſſet, currus agitavit. Teridates autem, liberos non tantum ſuos, ſed & Vologæſi, itemque Pacori & Monobazi ſecum habens, Romam deductus eſt: fuitque iter eorum inde ab Euphrate pompæ triumphalis inſtar. A.U.C. 819 C. Teleſino & Suet. Paulino COSS.

2. Ipſe Teridates ætate, forma, nobilitate & generoſa indole florebat: famulorum præterea comitatus apparatusque regius omnis ſequebatur: comitabantur eum tria millia equitum Parthorum, & ſeorſim alii Romanorum quamplurimi: eosque urbes magnifice ornatæ, ac populi, magnis feſtivisque acclamationibus excipiebant; quæque neceſſaria erant,

a Γαΐου Τελεσ. Παύλου L. ad marg. perperam. vid. Ryckium ad Tac. Ann. XVI. 14, 1. *b* Σουετωνίου. ſic L. priores editiones Σουετωνίου. Συετωνίου, Br. Suidas Σουετώνιος. vide ſupra p. 670, D. *c* ὅ τε γὰρ Νέρων. ſic HS. edit. maj. & L. ex emendatione & edit. Sylb. quam confirmat Coisl. & Br. ὅτε γὰρ ὁ Νέρων HS. edit min. & RS. *d* νικητήρια αὐτῷ μὲν ἐκρότουν. mutilus eſt locus, ac talis quæpiam requiri videtur lectio: καὶ νικητήρια αὐτῷ (vel adverb. αὐτοῦ, ibi.) μὲν ἐκρότουν, τοῦ τῆς κιθαρῳδίας διδασκάλου αὐτὸν στεφανοῦντος. μετὰ δὲ τὸν ἀγῶνα τοῦτον, τοῦ Πατροβίου θέας ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ ποιήσαντος, ἡνιόχησε. *& cum victor plauſu excipiebatur, citharœdorum magiſtro coronam ei imponente: poſt, cum in Circo Patrobius adornaſſet ſpectacula, currus etiam agitavit.* Sylb. ego ſimpliciter repono veram Dionis ſcripturam: καὶ νικητήρια αὐτῷ μετὰ ... τοῦ &c. L. judicet lector, an vera illa Leunclavii lectione verior aliquantulum ſit mea, Μενεκράτους ſubſtituentis §3.

§1. (l. 1.) Γαΐου Τελεσίνου] Hic agnoſcimus Dionem in Conſulum ſerie, qua plerumque neglecta, Xiphilinus altero hiſtoriam oculo privavit. Conſul hic C. Lucius Teleſinus dicitur in lapidibus *Gruter.* MCII. 4. adde MCXLVIII. 6.

§2. (l. 3.) ἐν τοῖς κιθαρῳδοῖς ἠγωνίσατο] Superiore anno Ludicrum Quinquennale ſecundum fuerat, juſto tempore, vid. p. 715. §151. & 155. Sed Nero ſatiari non poterat muſicis certaminibus. Quæ ergo nunc nova cantandi quæſita eſt occaſio? Eruditus Philoſtrati interpres cenſet, ob Gymnaſium perfectum: p. 182. quod ſpeciem habet. Quamvis enim Gymnaſium Neronis jam anno U. C. 814. poſt primum Certamen Quinquennale dedicatum fuerat, teſte *Tacito* XIV. 47, 3. tamen, cum mox deflagraſſet, *ibid.* XV. 22, 2. reſtitutum, & ἐξωκοδομημένον τὸ ἱερόν, ut appellat *Philoſtratus* Apollon. IV. 42. quid vetaret nunc, anno poſt alterum Quinquennale, dedicatum cogitare, ſaltem nē quis annus ſine cantu abiret? Attamen certius quid ſuggerit *Suetonius* c. 21. qui de Quinquennali ſuperioris anni ſic ſcribit: *reliquum certaminis partem in annum ſequentem diſtulit, ut ſæpius canendi occaſio eſſet.*

§3. (l. 4.) νικητήρια αὐτῷ] Hujusmodi pompa triumphalis Neronis Periodonicæ, curru triumphali vecti, aſſidente Diodoro citharœdo, deſcribitur infra p. 723. D. ſeq. Atque hic etiam nomen magiſtri citharœdici pompam ducentis latet in corruptis μὲν ἐκρότουν. Fruſtra enim adhuc fuere viri docti, qui in iis emendandis laborarunt. Legendum: νικητήρια αὐτῷ Μενεκράτους, τοῦ τῆς κιθαρῳδίας διδασκάλου, ποιήσαντος. Fidem facit *Suetonius* c. 30. *Menecratem citharœdum & Spicillum mirmillonem triumphalium virorum patrimoniis ædibusque donavit.* Idem Menecrates in Dialogo *Luciani*, qui Nero inſcribitur, cum Muſonio colloquens inducitur.

§4. (l. 6.) ὁ Τηριδάτης] Frater Vologæſi Parthi, Armeniæ deſtinatus rex. p. 710. §92. p. 711. §112.

§5. (l. 8.) τοῦ τε Πακόρου καὶ Μονοβάζου] Pacorus Mediæ, Monobazus Adiabenes rex. l. c. & p. 710. §97.

A.U.C. 819 C. Teleſino & Suet. Paulino COSS.

erant, omnia gratis ei præſtabantur, ſic ut ſingulorum dierum ſumtus ad octingenta HS. redirent ærario; idque novem menſibus, quibus iter fecit, codem modo factum eſt. Teridates equo ubique vehebatur quousque in Italiam venit, ac propter ipſum etiam uxor equitabat, galeam gerens auream pro integumento, ne contra morem patriæ conſpiceretur. In Italia vehi cœpit vehiculis a Nerone miſſis, ad eumque Neapolin per agrum Picenum venit. Quem adiens, gladium, licet juſſus, deponere tamen noluit, ſed vaginæ clavis affixit, quamvis illum genu ad terram demiſſo manibusque alternatis veneratus, dominum appellaverit.

3. Hunc Nero vel ob eam cauſam admiratus, cum cætera liberaliter excepit, tum ludos Puteolis fecit gladiatorios. Edidit hæc munera Patrobius, libertus ejus, tantaque fuit eorum magnificentia, tantus ſumptus, ut unius diei ſpatio nemo præter Æthiopes, viros, & mulieres, & pueros amphitheatrum ingrederetur: &, quum aliquis ob hæc Patrobio habendus eſſet honor, Teridates deſuper e ſede ſua ſagittis feras jaculatus eſt, duosque tauros uno ſimul ictu (ſi tamen credibile eſt) vulneravit ac confecit.

4. His perfectis rebus, Nero Romam eum adduxit, eique diadema impoſuit. Ibi tota urbe luminibus ſertisque ornata, magna viſa eſt ubique hominum multitudo, ſed forum in primis refertum fuit. Nam populus albatus laureatusque ſuis ordinibus medium forum tenuit, cætera tenebant milites armati ſplendidiſſime, ſic ut arma & ſigna relucerent inſtar fulguris: oppletæ erant ipſæ tegulæ omnium quæ illic ſunt ædificiorum, multitudine hominum, qui in eas aſcenderant. Quibus rebus jam ante de nocte comparatis, Nero veſte triumphali ornatus, prima luce forum introiit cum ſenatu, & præ-

τα προῖκα εἶχον, ὥστε [6] εἴκοσι μυριάδας τὸ ἡμερήσιον ἀνάλωμα τῷ δημοσίῳ λογισθῆναι· καὶ τοῦτο ἐπ' ἐννέα μῆνας, οἷς ὡδοιπόρησαν, ὁμοίως ἐγένετο. [7] ἵππευσε δὲ πανταχῆ μέχρι τῆς Ἰταλίας, καὶ αὐτῷ καὶ 717
γυνὴ συμπαρίππευε, [8] κράνος χρυσοῦν ἀντὶ καλύπτρας ἔχουσα, ὥστε μὴ ὁρᾶσθαι παρὰ τὰ πάτρια. ἐν δὲ τῇ Ἰταλίᾳ ζεύγεσι πεμφθεῖσιν ὑπὸ τοῦ Νέρωνος ἐκομίσθη, [e] καὶ διὰ Πικεντῶν ἐς Νέαν πόλιν πρὸς αὐτὸν ἀφίκετο. οὐ μέντοι καὶ [9] τὸν ἀκινάκην, ὅτε προσῄει αὐτῷ, καταθέσθαι, καίπερ κελευσθεὶς, ἠθέλησεν, ἀλλ' ἥλοις αὐτὸν τῷ κολεῷ προσέπηξε· καίτοι καὶ ἐς γῆν τὸ γόνυ καθεὶς, καὶ τὰς χεῖρας ἐπαλλάξας, δεσπότην τε αὐτὸν ὀνομάσας καὶ προσκυνήσας.

Ὁ δὴ Νέρων καὶ ἐπὶ τούτῳ αὐτὸν θαυμάσας, B
[e] τοῖς τε ἄλλοις ἐδεξιώσατο, καὶ μονομαχίας [10] ἐν Ποτιόλοις ἔθετο. ἠγωνοθέτησε δὲ [11] Πατρόβιος ἐξελεύθερος αὐτοῦ· καὶ τοσαύτῃ γε τῇ λαμπρότητι καὶ τῇ δαπάνῃ [f] ἐχρήσατο, ὥστε ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ μηδένα ἄλλον πλὴν Αἰθιόπων καὶ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν καὶ παίδων, εἰς τὸ θέατρον εἰσελθεῖν. καὶ (ἔδει γὰρ τῷ Πατροβίῳ τιμήν τινα διὰ ταῦτα γενέσθαι) ἐτόξευσεν ὁ Τηριδάτης ἄνωθεν ἐκ τῆς ἕδρας θηρία· καὶ δύο γε ταύρους μιᾷ ἅμα βολῇ (εἴ γέ τῳ πιστὸν) διέτρωσε καὶ ἀπέκτεινε.

Μετὰ δὲ τοῦτο ἔς τε τὴν Ῥώμην αὐτὸν ὁ Νέρων ἀνήγαγε, καὶ [12] τὸ διάδημα αὐτῷ ἐπέθηκε. καὶ πᾶσα C
μὲν ἡ πόλις ἐκεκόσμητο καὶ [13] φωσὶ καὶ στεφανώμασιν, οἵ τε ἄνθρωποι πολλοὶ πανταχοῦ ἑωρῶντο, μάλιστα δὲ ἡ ἀγορὰ ἐπεπλήρωτο. τὸ μὲν γὰρ μέσον αὐτῆς ὁ δῆμος [14] λευχειμονῶν καὶ δαφνηφορῶν κατὰ τέλη εἶχε, τὰ δ' ἄλλα οἱ στρατιῶται, λαμπρότατα ὡπλισμένοι, ὥστε καὶ τὰ ὅπλα αὐτῶν καὶ τὰ σημεῖα ἀστράπτειν. οἵ τε κέραμοι καὶ αὐτοὶ πάντων τῶν τῇδε οἰκοδομημάτων ἐκρύπτοντο ὑπὸ τῶν ἀναβεβηκότων. τούτων δ' οὕτως ἐκ D
νυκτὸς προπαρασκευασθέντων, εἰσῆλθεν εἰς τὴν ἀγορὰν ὁ Νέρων ἅμα τῇ ἡμέρᾳ, τὴν ἐσθῆτα τὴν ἐπινίκιον ἐνδεδυκὼς, σύν τε τῇ βουλῇ καὶ σὺν τοῖς δορυφό-

e καὶ omittit RS. infra τοῖς τε ἄλλοις, edidit Sylb. HS. edit. maj. & L. conſentit Coisl. ut ex Pal. codice petitam lectionem eſſe veriſimile ſit. ceteri & Br. τοῖς ἄλλοις.
f ἐχρήσατο. ἐχρήσατο, L. ad marg. ſine neceſſitate.

§6. (l. 18.) εἴκοσι μυριάδας] Confirmat *Suetonius* 30. *in Tiridatem, quod vix credibile videatur, octingenta nummum millia diurna erogavit, abeuntique ſuper HS millies contulit.* Viginti myriades drachmarum faciunt 800 : 00 HS, id eſt 20 000 unciales: ergo per IX menſes, ſeu 270 dies, faciunt quinque milliones & 400000 unciales. Adde abeunti data millies, ut *Suetonius*, ſeu bis millies, ut *Dio* p. 718. D. h. e. quinque milliones uncialium. Igitur ultra X milliones Teridates abſumſit: indicium ſane magnitudinis Romanæ, quo & refert *Lipſius* L. II. c. 14. de M. R. ſed abſurde collocatæ. Tanti ſcilicet erat Armeniam omnem amittere.

§7. (l. 20.) ἵππευσε δὲ πανταχῆ] Equo vehi mos patrius regum Armeniæ, adeo ut Tigranes quondam Pompejo ſe dedens, equitando voluerit ipſa Romanorum caſtra ingredi, *ἐς αὐτὸ τὸ ἔρυμα κατὰ τὸ σφέτερον ἔθος ἱππεύσας*, niſi juſſus eſſet per lictorem equo deſcendere, ut tradit *Dio* p. 26. A. Et erat Armenia equis alendis excellens, ut auctor eſt *Strabo* XI. p. 525. Idem vero mos Perſis & Medis, ut docuerunt ad Lucianum Viri Summi, *Moſes Solanus & Tib. Hemſterhuſius* T. I. p. 439. & 441. vide in primis *Juſtinum* XLI. 3. Lepida autem eſt ratio, quam *Plinius* XXX. 2. pro Teridate ſuppeditat, cur navigare noluerit: *quoniam exſpuere in maria aliisque mortalium neceſſitatibus violare naturam eam fas non putant.* Venit tamen ὑπὲρ τὸν Ἰόνιον, & rediens Brundiſio Dyrrachium navigavit. p. 718. E.

§8. (l. 22.) κράνος χρυσοῦν ἀντὶ καλύπτρας] Mulieres apud Orientales velatæ in publico. Vide interpretes ad Gen. XX. 16. XXIV. 65. 1 Cor. XI. 10. *Seldenum* in J. N. & G. V. 5. de Hiſpanis *Strabonem* III. p. 164.

§9. (l. 26.) τὸν ἀκινάκην — καταθέσθαι] Id petierat jam a Corbulone Vologæſus, *ne quam imaginem ſervitii Teridates perferret, neu ferrum traderet.* *Tac.* XV. 31. Perſæ enim & Parthi omnes de more cincti. *Lipſ.* l. c.

§10. (l. 33.) ἐν Ποτιόλοις] Puteoli vetus opidum, jus coloniæ & cognomentum a Nerone habebat: *Tac.* XIV. 27. quanquam jam olim coloniæ jus habuiſſet, ut oſtendit *Lipſius* l. c. vide tamen eruditiſſ. *Jo. Vignoli* Inſcript. poſt Diſſ. de Col. Antonini p. 191. ſqq.

§11. (l. 34.) Πατρόβιος ἐξελεύθερος] Neroniani cognomen habuiſſe, diſcas ex *Suetonio* in Galba c. 20. Eundem, ad debellanda corpora palæſtræ ſtudiis, arenam tenuiſſimam e Nilo advehi curaſſe, adnotavit *Plinius* XXXV. 13. conf. *Suet.* Ner. 45. Poſtremo, cum aliis, Galbæ juſſu, vinctus per urbem ductus, & morte mulctatus eſt. *Dio* p. 729. D.

§12. (l. 44.) τὸ διάδημα] Ita pactus Rhandeæ erat Corbulo, *Tiridatem ponere apud effigiem Cæſaris inſigne regium, nec niſi manu Neronis reſumere.* *Tac.* XV. 29. vid. p. 712. §116. De diademate dictum ad p. 26. A. §. 121. ſq. Intellige ibi & hoc loco tiaram ſive cidarim cum diademate: qualis in nummis haud paucis, etiam apud *Liebium* Gotha num. p. 133. & *Morellum* in Petronia num. II. & Antonia num. VI. Nam quod ultimo loco diligentiſſimus *Havercampius* p. 22. a. putat, retro caput Antonii pharetram eſſe, ea, niſi me fallunt oculi, cidaris eſt, atque talem agnovit etiam *Solerius* de Pileo Sect. IX. p. 186.

§13. (l. 45.) φωσὶ καὶ στεφανώμασι] Publicæ hæc lætitiæ ſigna varia occaſione exhibita p. 723. E. ſq. p. 839. ſq. p. 914. B. Conſ. *Jac. Oiſelii* Theſ. Num. p. 335. ſq. *Alb. Rubenium* ad nummos Impp. Arſchotanos XLV. 3. *Lipſium* ad Tac. Ann. III. 9. not. 21. *Andr. Rivinum* ad Pervigil. Ven. p. 99. &c.

ῥυφόροις· καὶ ἐπί τε τὸ βῆμα ἀνέβη, καὶ ἐπὶ δίφρου ἀρχικοῦ ἐκαθέζετο. καὶ μετὰ τοῦτο ὅ, τε Τηριδάτης καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ διά τε στοίχων ὁπλιτῶν ἑκατέρωθεν παρατεταγμένων διῆλθον· καὶ πρὸς τῷ βήματι προσστάντες, προσεκύνησαν αὐτὸν, ὥσπερ καὶ πρότερον.

E Κραυγῆς τε ἐπὶ τούτῳ πολλῆς ξυμβάσης, ἐξε-
πλάγη τε ὁ Τηριδάτης, καὶ ἄφωνος χρόνον τι-
νὰ, ὡς καὶ [g] ἀπολούμενος, ἐγένετο. ἔπειτα
σιωπῆς κηρυχθείσης, [h] ἐπεθάῤῥησέ τε, καὶ ἐκ-
βιασάμενος τὸ φρόνημα, τῷ τε καιρῷ καὶ τῇ
χρείᾳ ἐδούλευσε, μηδὲν φροντίσας εἴ τι ταπεινὸν
[i] φθέγξαιτο, πρὸς τὴν ἐλπίδα ὧν [i] τεύξαιτο.
εἶπε γὰρ οὕτως· "Ἐγὼ, δέσποτα, [15] Ἀρ-
"σάκου μὲν ἔκγονος, Οὐολογαίσου δὲ καὶ
"Πακόρου τῶν βασιλέων ἀδελφὸς, σὸς δὲ δοῦ-
"λός εἰμι. καὶ ἦλθόν τε πρὸς σὲ τὸν ἐμὸν
"θεὸν, προσκυνήσων σε, [16] ὡς καὶ τὸν Μί-
718 "θραν· καὶ ἔσομαι τοῦτο ὅ, τι ἂν σὺ ἐπικλώ-
"σῃς. σὺ γάρ μοι καὶ μοῖρα εἶ καὶ τύχη."
ὁ δὲ Νέρων ἠμείψατο αὐτὸν ὧδε· "Ἀλλ' εὖ τοι
"ἐποίησας αὐτὸς δεῦρο ἐλθὼν, ἵνα καὶ παρὼν παρ-
"όντος μου ἀπολαύσῃς. ἃ γάρ σοι [17] οὔτε ὁ
"πατὴρ κατέλιπεν, [18] οὔτε οἱ ἀδελφοὶ δόντες ἐτή-
"ρησαν, ταῦτα ἐγὼ χαρίζομαι· καὶ βασιλέα τῆς
"Ἀρμενίας ποιῶ, ἵνα καὶ σὺ καὶ ἐκεῖνοι μάθωσιν,
"ὅτι καὶ ἀφαιρεῖσθαι [k] βασιλείας καὶ δωρεῖσθαι
"δύναμαι." ταῦτ' εἰπὼν, ἀνελθεῖν τε αὐτὸν
κατὰ τὴν ἄνοδον τὴν ἐπ' αὐτῷ τούτῳ ἔμπροσθεν τοῦ
B βήματος πεποιημένην ἐκέλευσε, καὶ [k] καθιζηθέντι
αὐτῷ ὑπὸ τὸν πόδα [19] τὸ διάδημα ἐπέθηκε· βοαί
τε καὶ ἐπὶ τούτῳ πολλαὶ καὶ παντοδαπαὶ ἐγένοντο.

Ἐγένετο δὲ κατὰ ψήφισμα καὶ [20] πανήγυρις θεατρική. καὶ τὸ θέατρον, οὐχ ὅτι ἡ σκηνὴ, ἀλλὰ καὶ ἡ περιφέρεια αὐτοῦ πᾶσα ἔνδοθεν [21] ἐκεχρύσωτο· καὶ τἆλλα ὅσα ἐσῄει, χρυσῷ ἐκεκόσμητο· ἀφ' οὗ καὶ τὴν ἡμέραν αὐτὴν χρυσῆν ἐπωνόμασαν. τά γε μὴν παρα-

prætorianis militibus: deinde tribunal conſcendit, & in ſella curuli conſedit. Hinc Teridates cum iis quos ſecum habebat, per ordines armatorum, qui utrinque inſtructi fuerant, transiit: poſt, ubi ad tribunal adſtitiſſent, Neronem, ut antea fecerant, venerantur. A.U.C.819 C. Teleſino & Suet.Paulino COSS.

5. Quam ob rem cum multi clamores ederentur, Teridates perterritus, quaſi actum de ſe foret, mutus aliquanto tempore remanſit. Sed ubi, indicto per præconem ſilentio, animum receperat, vim attulit generoſæ indoli ſuæ, & tempori ac neceſſitati ſerviendum ratus, non curavit, ſi quid paulo humilius loqueretur, adductus ſpe eorum, quæ conſequuturus eſſet. "Ego," inquit, "Domine, Arſacida, Vologæſi & Pacori regum frater, tuus ſervus ſum; venique ut te deum meum non ſecus ac Mithram venerer. Equidem id ero, quod tui fuſi fila mihi adtribuerint. Nam tu & Parca mihi es, & Fortuna." Huic Nero ita reſpondit: "Tu quidem quod huc veneris, recte feciſti, ut præſens præſente me fruereris: nam quæ neque pater tuus tibi reliquit, neque fratres data ſervaverunt; ea tibi nunc ipſe do, teque regem Armeniæ facio; ut tu atque illi ſimul intelligatis, in mea eſſe poteſtate, regna dare juxta & adimere." Hæc quum dixiſſet, juſſit eum adſcendere per ſurſum ducentem aditum, qui ante tribunal ad hoc ipſum factus fuerat. Tum Teridates ad pedes Neronis conſedit, eique Nero diadema impoſuit; qua de re frequentes iterum omnigenique clamores editi ſunt.

6. Ludi quoque ſcenici facti ex decreto; ipſiusque theatri non modo ſcena, ſed omnis etiam ejus ambitus, intrinſecus inauratus, itemque cætera, quæ inferrentur, auro ornata erant. Quibus de cauſis ipſe dies ille aureus nomi-

g ἀπολούμενος. ἀπορούμενος, Salmaſ. annotante F.
i φθέγξαιτο, τεύξαιτο. φθέγξεται, τεύξεται, Sylb.
h ἐπεθάῤῥησε. magis aptum huic loco ἀνεθάῤῥησε. HS.
k βασιλείας. βασιλείαν Pal. RS. perperam. mox pro καθιζηθέντι, καθίζοντι, Pal.

§ 14. (l. 48.) λευχημονῶν καὶ δαφνηφορῶν] De laureata civitate ob celebritatem, dicam ad p. 827. D. Albæ pariter adhibitæ, cum alias pulla veſte populus ſpectaret. vid. *Salmaſium* ad Lampridii Commod. c. 16. p. 517. ſq.

§ 15. (l. 69.) Ἀρσάκου μὲν ἔκγονος] Vide *Dionem* p. 1. A. 22. B. 127. A. 637. D.

§ 16. (l. 73.) ὡς καὶ τὸν Μίθραν] Sol ſub Mithræ nomine, de quo Relandus Diſſ. Miſc. P. I. p. 138. P. II. p. 197. ſqq. non tantum apud Perſas aliosque per orientem populos, ſed & apud ipſos Romanos incipiebat eſſe in veneratione. Vide præter laudatos *Fabricio* in Bibliogr. Antiq. VIII. 12. *Reineſium* epiſt. ad Rupertum p. 644. *Jul. Caeſ. Capacium* Antiquit. & Hiſtor. Neapol. c. 15. T. IX. Theſ. Ital. p. 110. ſſ. *Phil. a Turre* in Monumentis veteris Antii, Parte II. ad tabulam ſolis Mithræ, Antii 1699. repertam. ibid. T. VIII. P. IV. Confer & marmor villæ Borgeſianæ in urbe Roma, apud *Leon. Auguſtinum* in Gemm. & Sculpt. ant. P. II. num. 33. ſq. & *Laur. Begeri* Spicileg. Antiq. p. 97. ſqq. Inſcriptiones INVICTO. SOLI. MITHRÆ. vel DEO. INVICTO. MITHRÆ. apud *Sponium* Recherches curieuſes d'Antiquité. p. 71. ſq. *Graterum* XXXIII. ſq. *Spanhemium* ad Juliani Cæſ. p. 484. ſq. & ſupra laudatos. Quo magis blanditur Teridates Neroni, quod Apollo ſeu Phœbus alter videri volebat, & radiatus fingebatur. vid. ad p. 699. § 133.

§ 17. (l. 78.) οὔτε ὁ πατὴρ κατέλιπεν] Nam pater Artabanus II. filium quidem Arſacen & poſtea Oroden præficere Armeniæ cogitaverat; ſed ille interfectus, hic pulſus fuerat, a Mithridate & Pharasmane Iberis. Mithridati enim a Claudio conceſſa erat Armenia. *Dio* p. 637. ſq. 670. A. Ipſe Artabanus regno Parthico pulſus ope Izatis Adiabeni ægre in regnum fuerat reſtitutus. v. *Rein. Reineccii* Hiſt. Jul. T. III. p. 219.

§ 18. (l. 79.) οὔτε οἱ ἀδελφοὶ δόντες] Vologæſus & Pacorus. p. 717. E.

§ 19. (l. 86.) τὸ διάδημα ἐπέθηκε] *Suetonius* 13. hoc memorabile addit: *ob quæ Imperator conſalutatus, laurea in Capitolium lata, Janum geminum clauſit, tam nullo quam reſiduo bello.* Pertinet huc nummus apud *Mediobarbum* p. 95. TR. P. XIII. in cujus averſa PACE. P. R. TERRA. MARIQUE. PARTA. JANUM. CLUSIT. S. C. Multum autem a vero aberrat *Pitiſcus* ad Suetonii l. c. quando huc refert ſimilem nummum TR. P. V. & factum hoc dicit Nerone III. & Valerio Meſſala Coſſ. A. U. C. 810. Id enim longe ante Teridatis adventum contigit. vid. p. 710. § 90.

§ 20. (l. 88.) πανήγυρις θεατρική] *Suetonius*, 13. *perductum inde in theatrum, ac rurſus ſupplicantem juxta ſe latere dextro collocavit.* In theatro Pompeji hoc actum eſſe, docet *Plinius* XXXIII. 3. de quo theatro vide ad p. 107. E. 669. C. Hinc intelligimus, cur Dio infra p. 719. B. de Nerone in Achajam profecto dicat: ἐν γὰρ ἔργῳ αὐτῷ ἡ Ῥώμη, ὅλον τὸ τοῦ Πομπηΐου θέατρον.

§ 21. (l. 90.) ἐκεχρύσωτο] Legi merentur quæ affert *Plinius* l. c. de luxu & magnificentia auri argentique apud Romanos: inter quæ proximum huic rei eſt, quod jam *C. Antonius ludos ſcena argentea fecit.* Sed & *Valerius Max.* II. 4. 6. *quam* (ſcenam) *totam argento C. Antonius, auro Petrejus, ebore Q. Catulus prætexuit.* Vide plura apud Lipſium de Magn. Rom. II. 11. T. III. Opp. p. 407.

A.U.C.819 C. Teleſino & Suet. Paulino COSS.

nominatus eſt. Cortinæ vero per aerem extenſæ, ſolis arcendi cauſa, purpureæ erant: in medio earum Nero acu pictus, currum agitabat: circum hunc undique ſidera lucebant aurea. His ita peractis, ſumtuoſo, quod facile crederes, convivio excepti ſunt. Poſt hæc Nero cithara publice cecinit, curruſque, praſina veſte indutus, & galea aurigarum ornatus, agitavit. Hic Teridates Neronem deteſtari, Corbulonem laudare: hoc tantum in eo reprehendere, quod talem dominum ferret. Quam rem ne ipſum quidem Neronem celavit, aliquando dicens: " Bonum, Domine, mancipium habes Corbulonem. „ Sed id Nero non intellexit, quod ei Teridates in cæteris rebus aſſentaretur, ſeque ſtudioſiſſime in ejus familiaritatem inſinuaret. Cujus rei cauſa multa munera accepit, pretio, ut fertur, ad bis millies ſeſtertium, permiſſumque ei eſt Artaxata inſtaurare: qua de cauſa magnum numerum fabrorum, quos partim a Nerone acceperat, partim permoverat pecunia, Roma abduxit. Eos tamen Corbulo non omnes, ſed hos tantum, quos a Nerone acceperat, paſſus eſt in Armeniam tranſire. Quamobrem Teridates hunc magis adeo admirabatur, illum damnabat.

7. Reverſus eſt, non per Illyricum, & trans Ionium, qua via venerat, ſed Brundiſio Dyrrachium navigavit: viditque etiam urbes Aſiæ, ſic ut earum quoque cauſa imperium Romanum, cum ob potentiam, tum ob pulchritudinem ſuam,

[22] παραπετάσματα τὰ διὰ τοῦ ἀέρος διαταθέντα, ὅπως τὸν ἥλιον [l] ἀπερύκοι, ἁλουργὰ ἦν, καὶ ἐν μέσῳ αὐτῶν [23] ἅρμα ἐλαύνων ὁ Νέρων ἐνέστικτο· πέριξ δὲ ἀστέρες χρυσοῖ ἐπέλαμπον. ταῦτα μὲν οὕτως ἐγένετο, καὶ δηλονότι καὶ συμποσίῳ πολυτελεῖ ἐχρήσαντο. ὁ δὲ Νέρων ἐπὶ τούτοις καὶ ἐκιθαρῴδησε δημοσίᾳ, καὶ ἡρματηλάτησε, [24] τήν τε στολὴν τὴν πράσινον ἐνδεδυμένος, καὶ [25] τὸ κράνος τὸ ἡνιοχικὸν περικείμενος. ἐφ᾽ οἷς ὁ Τηριδάτης αὐτὸν μὲν δυσχεραίνων, τὸν δὲ Κορβούλωνα ἐπαινῶν, ἓν αὐτοῦ τοῦτο μόνον ᾐτιᾶτο, ὅτι τοιοῦτον δεσπότην ἔχων ἔφερεν. οὐκοῦν οὐδὲ πρὸς αὐτὸν τὸν Νέρωνα ἀπεκρύψατο, ἀλλ᾽ εἶπέ ποτε αὐτῷ· " Ἀγαθόν, ὦ δέσποτα, ἀνδράποδον Κορβούλωνα ἔχεις. „ ταῦτα μὲν οὐδὲ συνίετι αὐτῷ ἔλεγεν. ἐν δὲ δὴ τοῖς ἄλλοις καὶ ἐκολάκευσεν αὐτὸν καὶ ὑπέδραμε δεινότατα· καὶ διὰ τοῦτο δῶρά τε παντοδαπὰ [26] πεντακισχιλίων μυριάδων ἄξια, ὥς φασιν, ἔλαβε, καὶ [m] Ἀρτάξατα [27] ἀνοικοδομῆσαι ἐπετράπη· δημιουργούς τε πρὸς [m] τούτοις πολλούς, τοὺς μὲν παρ᾽ ἐκείνου λαβών, τοὺς δὲ καὶ χρήμασι πείσας, ἐκ τῆς Ῥώμης ἐξήγαγεν· οὐ μέντοι καὶ πᾶσιν αὐτοῖς ὁ Κορβούλων ἐς τὴν Ἀρμενίαν διαβῆναι ἐφῆκεν, ἀλλὰ μόνοις [n] τοῖς ὑπὸ τοῦ Νέρωνος αὐτῷ δοθεῖσιν. ὅθεν καὶ ἔτι μᾶλλον ὁ Τηριδάτης τοῦτόν τε ἐθαύμασε, καὶ ἐκεῖνου κατέγνω. C D E

Ἀνεκομίσθη δὲ οὐχ ἧπερ ἦλθε διὰ τοῦ Ἰλλυρικοῦ, καὶ ὑπὲρ [28] τὸν Ἰόνιον, ἀλλ᾽ ἐς τὸ Δυρράχιον ἐκ τοῦ Βρεντεσίου πλεύσας· καὶ εἶδε καὶ τὰς ἐν τῇ Ἀσίᾳ πόλεις, ὥστε καὶ ἐξ ἐκείνων τὴν τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴν καταπλαγῆναι, καὶ ἰσχύος ἕνεκα

l ἀπερύκοι. id repoſitum ex Xyl. cod. exhibent Sylb. HS. edit. maj. & L. ἀπερύκη, HS. edit. min. & RS. paulo ante, pro διαταθέντα, Br. habet διατεθέντα. *m* Ἀρτάξατα. ſic ſcripſi bis pro Ἀρταξάτα, ut Dioni conſentaneum eſt p. 415. B. mox πρὸς τούτοις. aptius opinor πρὸς τοῦτο Sylb. *n* τοῖς. deeſt apud RS.

§ 22. (l. 93.) παραπετάσματα] Vide p. 718. B. Ejuſmodi vela primus in ſpectaculis adhibuiſſe dicitur Q. Catulus apud *Plinium* XIX. 1. & *Valerium Max.* II. 4. 6. ubi vide Perizonium. Cæſar forum viamque ſacram velis ſericis traditur intexiſſe ap. *Dion* p. 226. A. imitatuſque eſt Auguſtus p. 518. A. & Caligula p. 649. A. Milites claſſiarios velis ducendis eſſe præpoſitos, docet *Lampridius* Commodo c. 15. & foramina in ſummis amphitheatrorum lapidibus, quæ trajiciendis funibus vel antennis inſervirent, obſervarunt periti v. g. in Nemauſenſi & Romano. confer *Lipſium* de Amphitheatro c. 17.

§ 23. (l. 95.) ἅρμα ἐλαύνων] Non ut gregarius auriga, credo, ſed quaſi Apollo ſeu Phœbus alter radiatus, medias inter ſtellas, ſolis equos currumque agitans. Ea comparatione utitur *Lucanus* I. 48.

Seu te flammigeros Phœbi conſcendere currus,
Telluremque nihil mutato ſole timentem
Igne vago luſtrare juvat.

Suetonius c. 53. *qui Apollinem cantu, ſolem aurigando æquiparare æſtimaretur.* Sunt ejuſmodi numi Elagabali, in quibus quadriga aurigante Sole. vide ad p. 874. E. Solis Mithræ natales Romani tandem VIII. Kal. Jan. XXIV. miſſibus celebrarunt. vide *Phil. a Turre* l. c. p. 219. ſqq. De tanto faſtigio hic Neronem Blancus interpres mirifice dejicit, qui ἐνέστικτο ridicule reddit: *in medio harum Nero dum currum agitaret, plagam accepit.*

§ 24. (l. 99.) τήν τε στολὴν τὴν πράσινον] Confer quæ diximus ad p. 692. § 42. de coloribus factionum. Quæ autem στολὴ Dioni, & σκευὴ, p. 825. B. ea χιτὼν dicitur *Athenæo* p. 200. F. ſagum, ejus interpreti *Caſaubono* p. 351. 31. tunica, *Plinio* epiſt. IX. 6, 2. brevior & adſtrictior erat brachiis expeditis: medium corpus ambiebat faſcia, cui habenas longiores inſerebant poſt tergum, ne impedimento eſſent.

§ 25. (l. 100.) τὸ κράνος τὸ ἡνιοχικὸν] Sic & vocatur p. 913. C. caſſis, *Statio* Theb. VI. 331. πῖλος, *Athenæo* l. c. Erat ex panno ejuſdem cum tunica coloris, ut ex Statio colligitur, & caput arcte cingebat. Sæpius & ab aurium regione lacinia per buculam annexa deſcendebat, mentumque ambiebat, in modum caſſidis militaris, ſcilicet ne excuti facile poſſet. vide Dionis locum cit. Icones confirmabunt quæ dixi, apud *Rubenium* Elect. I. 30. *Onuphr. Panvinium* de Ludis Circ. Lib. I. c. 11. ſq. T. IX. Grævii p. 118. & 126. ubi Nero aurigæ habitu, a tergo caſſis criſtata, & dependens ex ea laciniis. Adde *Pet. Fabri* Agoniſticon II. 34. III. 28. Tom. VIII. Gronoviani Theſ. p. 2094. & 2235.

§ 26. (l. 9.) πεντακισχιλίων μυριάδων] Bis millies. vide § 6. *Suetonius* 30 *millies.* Sed veriorem eſſe Dionis numerum, merito judicat *Lipſius* de Magn. Rom. II. 14. Opp. T. III. p. 413. b.

§ 27. (l. 10.) Ἀρτάξατα ἀνοικοδομῆσαι] Nam a Corbulone A. U. C. 811. *Artaxatis ignis immiſſus, deletaque & ſolo æquata ſunt. Tac.* XIII. 41. a quo tempore diruta jacebant. Vide ſupra p. 709. § 90. & 94.

§ 28. (l. 20.) τὸν Ἰόνιον] Ita fere ſemper Dio, genere maſculo, & elliptice. *Lucianus* Hermotimo 28. T. I. p. 768. τὸν Ἰόνιον διαπλεῦσαι. Plene τὸν Ἰόνιον κόλπον, apud *Strabonem* II. p. 123. VII. p. 316. ſq. *Thucyd.* I. 24. p. 20, 90. *Tzetzes* ad Lycophr. v. 630. Adde *Harpocrationem, Suidam, Stephanum Byz.* τὸ Ἰόνιον, & τὸ Ἰόνιον πέλαγος, elliptice & plene, apud *Heſychium, Suidam, & Steph. Byz.*

§ 29. (l. 25.) Νερώνεια προσηγόρευσεν] Callide. Sciebat enim Neronem ſui nominis appellatione capi. Nam, ut ait *Suetonius* c. 55, *erat illi æternitatis perpetuæque famæ cupido, ſed inconſulta. Ideoque multis rebus ac locis, vetere appellatione detracta, novam induxit ex ſuo nomine. Menſem quoque Aprilem Neroneum appellavit* (Tac. XVI. 12.) *Deſtinaverat & Romam Neropolim nuncupare.* (Tac. XV. 40.) Vide ſupra p. 708. § 80. Sic Puteoli colonia Neronia p. 717. § 10. Rhodiorum numus ΡΩΔΙΩΝ. ΝΕΡΩΝειων. ΣΕΒΑΣΤΩΝ. apud *Triſtanum* T. I. p. 225. Patrenſium numus GENio COLoniæ NERoniæ PATRenſis apud *Vaillant* de Col. T. I. p. 122. Cæſarea Philippi a juniore Agrippa amplificata Νερωνιὰς dicta, teſte *Joſepho* Ant. XX. c. 9. § 4. Artaxata tamen Neronia dicta eſſe non reperio; quanquam id non incredibile videri poſſit, quoniam tantus amor Neronis etiam poſt necem ejus apud Parthos fuit, ut Vologæſus *miſſis ad ſenatum legatis* — — *hoc etiam magnopere oraverit, ut Neronis memoria coleretur. Suet.* 57. vide & *Aurel. Vict.* Epit. 5, 8.

A.U.C.819 C. Teleſino & Suet. Paulino COSS.

ἕνεκα καὶ κάλλους. ὁ μὲν δὴ Τηριδάτης τὰ [r] Ἀρτάξατα ἀνοικοδομήσας, [29] Νερώνεια προσηγόρευσεν. ὁ δὲ δὴ Οὐολόγαισος, [o] οὔτε ἐλθεῖν
719 πρὸς τὸν Νέρωνα, καίτοι πολλάκις μεταπεμφθεὶς, ἠθέλησε, καὶ τέλος, ὡς ὀχληρὸς αὐτῷ ἐγίνετο, ἀντεπέστειλέν οἱ, ὅτι, "Πολύ σοι ῥᾷον ἢ ἐμοί "ἐστι, τοσαύτην θάλασσαν πλεῦσαι. ἂν οὖν εἰς τὴν "Ἀσίαν ἔλθῃς, τότε συνθησόμεθα, [[p] ποῦ δυνησόμεθα] συμβαλεῖν ἀλλήλοις. [τοιαῦτα τὸ τελευταῖον ὁ Πάρθος ἔγραψε.]

Νέρων δὲ ἐπὶ μὲν ἐκεῖνον οὐκ ἔπλευσε, καίπερ ὀργὴν αὐτῷ ἔχων· οὐ μὴν οὐδὲ ἐπὶ τοὺς [30] Αἰθίοπας, ἢ τὰς Πύλας τὰς Κασπίας, ὥσπερ ἐνενόει. [[q] ἀλλὰ ταῦτα μὲν, καὶ χρόνου καὶ πόνου ὁρῶν δεόμενα, ἤλπιζεν αὐτόματά οἱ προσχωρήσειν·] καὶ κατασκόπους ἑκατέρωσε ἔπεμψεν. [31] ἐς δὲ δὴ τὴν Ἑλλάδα ἐπεραιώθη, [r] οὔ τί γε [32] ὡς Φλαμινῖνος,
B οὐδ' ὡς Μόμμιος, ἢ καὶ Ἀγρίππας καὶ Αὔγουστος, οἱ πρόγονοι αὐτοῦ, ἀλλ' ἐπί τε [33] ἡνιοχήσει καὶ κιθαρῳδήσει, [34] κηρύξει τε καὶ τραγῳδίας ὑποκρίσει. οὐ γὰρ ἤρκει αὐτῷ ἡ Ῥώμη, οὐδὲ τὸ τοῦ [35] Πομπηίου θέατρον, οὐδ' ὁ [36] μέγας [s] ἱππόδρομος, ἀλλ' ἐδεήθη καὶ ἐκστρατείας τινὸς, ἵνα καὶ [37] περιοδονίκης, ὡς ἔλεγε, γένηται. τοσοῦτόν γε πλῆθος [38] οὐχ ὅτι τῶν Αὐγουστείων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἐπηγάγετο, ὅσον, εἴπερ ἐμπολέμιον ἦν, καὶ Πάρθους ἂν [t] καὶ τὰ ἄλλα ἔθνη ἐχειρώσατο. ἀλλ' ἦσαν οἷοι Νερώνειοι ἂν στρατιῶ-
C ται γένοιντο, καὶ ὅπλα [39] κιθάρας τε καὶ πλῆκτρα, [40] πρόσωπά τε καὶ ἐμβάτας ἔφερον. καὶ ἐνίκησε νίκας οἵας στρατοπέδῳ τοιούτῳ ἔπρεπε, καὶ κατέλυσε

ſuam, ſtuperet. Poſt, Artaxata inſtauravit, eaque cognominavit Neronia. Vologæſus autem, licet ſæpenumero arceſſitus, venire ad Neronem noluit: ac tandem, quum ei moleſtus eſſet, reſcripſit: "Tibi quidem longe facilius eſt tantum mare trajicere, quam mihi. Quare ſi in Aſiam veneris, tunc inter nos componemus [ubi convenire una poſſimus.„ Hujusmodi quædam ad extremum ei Parthus perſcripſit.]

8. At Nero nec adverſum illum navigavit, quamvis ei ſuccenſeret, nec in Æthiopes, aut Portas Caſpias, duxit, ut in animo habuerat. [Sed cum magni laboris ac diuturni temporis eam rem eſſe animadverteret, ſperavit fore, ut eæ gentes ſponte venirent in deditionem.] Igitur miſſis utroque exploratoribus, in Græciam tranſiit, non ut majores ejus fecerant, Flamininus, Mummius, Agrippa, Auguſtus: ſed ut currus agitaret, cithara caneret, præconis officio fungeretur, & tragœdias ageret. Non enim Roma ei ſufficiebat, non theatrum Pompeji, non Circus maximus; ſed expeditione opus fuit, ut fieret, ſicuti dicebat, victor periodicus; tantamque ſecum multitudinem adduxit, non ſolum Auguſtanorum, ſed etiam aliorum hominum, quanta, ſi bello fuiſſet exercita, & Parthos, & alias gentes ſubegiſſet. Sed illi erant, quales eſſe Neroniani milites poterant, proque armis ferebant citharas, plectra, perſonas, embatas. Itaque reportavit victoriam dignam tali exercitu, Ter pnum

o οὔτε ἐλθεῖν (cum interjectis) ἠθέλησε. ſic apud Theodoſium, & Coisl. niſi quod in hoc eſt οὔτι pro οὔτε. vulgo: ὅτι ἐλθεῖν οὐκ ἠθέλησε. ubi ὅτι vel expungendum, vel in ὅλως, ἅπαξ, aut ſimilia mutandum cenſet Sylb. nec vero eſt, quod offendant quenquam οὔτε & καὶ oppoſita. ſic enim non Græci tantum ſed & Latini loquuntur. p ποῦ δυνησόμεθα usque ad ἔγραψε. hæc ex Theodoſio pleniora ſuppeditavit Leuncl. ad marg. vulgo: συνθησόμεθα συμβαλεῖν ἀλλήλοις. Νέρων δὲ &c. q ἀλλὰ ταῦτα μὲν &c. hæc ex Exc. Peir. p. 692. pro iis Xiphilinus: τά τε γὰρ ἄλλα καὶ κατασκόπους &c. r οὔ τί γε. οὔ γε, Pal. mox Φλαμίνιος, recte Sylb. HS. edit. maj. & L. Φλαμίνιος, RS. & HS edit. min. ſic & Μούμμιος in illis editionibus, in his Μέμμιος expreſſum eſt. Μέμμιος Exc. Peir. v. p. 698. A. s ἱππόδρομος. ſic RS. & Sylb. edidit. corrupte ὑπόδρομος, HS. in utraque edit. quem non ſecutus eſſet L. nec collocaſſet in margine ἱππόδρομος, ſed in ipſum textum recepiſſet, ſi potuiſſet Roberti editionem conſulere, cui adſtipulatur etiam Coisl. & Br. t καὶ τὰ ἄλλα ἔθνη. horum verborum loco MS. Peir. habet: καὶ Κασπίους καὶ Αἰθίοπας, ex ſuperioribus.

§30. (l. 35.) τοὺς Αἰθίοπας ἢ τὰς Πύλας Κασπίας] *Suetonius* in Nerone (c. 19. 4.) *Parabat & ad Caſpias portas expeditionem.* De qua expeditione loquitur *Plinius* lib. VI. c. 13. his verbis: *Corrigendus eſt error in hoc loco multorum, qui Caſpias appellavere portas Hiberiæ, quas Caucaſias diximus vocari. Et Neronis principis comminatio ad Caſpias portas tendere dicebatur, cum peteret illas quæ per Hiberiam in Sarmatas tendunt.* VALES.

Sed conſtanter a veteribus Caſpiæ vocantur hæ portæ, ut Plinium ipſum in errore verſari vix dubium ſit. vide, quæ ad Sueton. l. c. *Pitiſcus*, & ad Tac. Ann VI. 33. 4. *Ryckius* congeſſit. *Tacitus* H. I. 6. *Nero electos præmiſſosque ad clauſtra Caſpiarum, & bellum, quod in Albanos parabat, opprimendis Vindicis cœptis revocaverat.* Unde ſimul diſcimus, hæc paulo ante obitum Neronis acta eſſe. Illud vero conſilium eundi adverſus Parthum prius agitaverat, vide p. 711. E.

§31. (l. 39.) ἐς δὲ τὴν Ἑλλάδα ἐπεραιώθη] Sub finem anni 819. in Achajam tranſiens, *ut primum Caſſiopen trajecit, ſtatim ad aram Jovis Caſſii cantare auſpicatus eſt. Suet.* 22. Fuiſſe in Achaja menſe Novembri, colligas ex *Joſepho* B. J. lib. II. 20. § 1. In adventum ejus numi Corinthiaci & Patrenſes exhibentur a *Liebio* in Gotha num. p. 419. ſq.

§32. (l. 40.) ὡς Φλαμινῖνος, &c.] T. Quintius Flamininus, victo rege Philippo, de Græcis triumphavit A. U. C. 559. vide *Fragm.* CXXIII. & CLVII. De Mummio dixi ad p. 698. § 123. Agrippa in Græciam bellum contra Antonium, juſſu Auguſti, tranſtulit, Leucaden, Patras, Corinthum cepit. *Dio* p. 425. C. ſq. 427. B. De Auguſto vide p. 445. A.

§33. (l. 42.) ἐπί τε ἡνιοχήσει καὶ κιθαρῳδήσει] Simili ratione cum Menippo Apollonius ſtultitiam Neronis ridet, apud *Philoſtratum* V. 7. p. 192. & IV. 24. p. 162.

§ 34. (l. 43.) κηρύξει] Confer dicenda ad p. 721. E.

§35. (l. 45.) Πομπηίου θέατρον] Ubi ſpectaculum Teridati. § 20.

§36. (l. 45.) μέγας ἱππόδρομος] Ubi triumphus ei a Menecrate citharoedo factus. § 3.

§37. (l. 47.) περιοδονίκης] *Feſtus: in Gymnicis certaminibus periodon viciſſe dicitur, qui Pythia, Iſthmia, Nemea, Olympia vicit, a circumitu eorum ſpectaculorum.* Περιοδονίκης bis in inſcriptione apud *Gruter* CCCXIV. 1. & ter apud *Reineſ.* περιοδονίκην παράδοξον III. 36. *Dion.* p. 724. A. conf. & *Salmaſium* ad Treb. Poll. Claud. T. II. Hiſt. Aug. p. 380.

§38. (l. 48.) οὐχ ὅτι τῶν Αὐγουστείων] Auguſtanorum erant quinque millia, v. ad p. 699. § 138. qui ſe *milites ejus triumphi* dicebant, quem poſtea obtinuit. *Suet.* 25.

§39. (l. 52.) κιθάρας τε καὶ πλῆκτρα] Iis inſtruxerat Auguſtanos, ut ſibi laudes modulate & ad numerum accinerent. vide p. 699. § 138.

§40. (l. 53.) πρόσωπά τε καὶ ἐμβάτας] Male Xylander ἐμβάτας *ſoccos* verterat, cum utique ſpectent ad τραγῳδίας ὑπόκρισιν, cujus gratia Neronem in Achajam veniſſe dixeret Dio. ἰδὼν Νέρωνα τραγῳδοῦντα, ut ait *Lucianus* Ner. 9. T. III. p. 641. ſq. Tragoedia enim ſola cantu, quo excellere ſibi Nero videbatur, conſtabat. Nero tragoedus, apud *Philoſtrat.* Apollon. V. 7. p. 192. quippe qui *tragoedias cantavit perſonatus. Suet.* 21. nempe Oedipum, Thyeſten, Herculem, Alcmæonem, Oreſten agens, ut infra dicetur, quæ omnes tragœdiæ erant; nec usquam comœdias egiſſe legitur. Sunt igitur ἐμβάται cothurni ſeu calcei altioris genus, tragœdiæ proprium. Ideo Dio infra E. ἐπὶ τοὺς ἐμβάτας ἀναβαίνων, καθιστάμενος ἀπὸ τοῦ κράτους, ubi ἀναβαίνειν & καθιστάναι nequaquam humili ſocco comœdiæ, ſed tantum altiori cothurno tragœdiæ competit. Fallit ergo & *Pollux* IV. 115. cui τὰ ὑποδήματα, κόθορνοι μὲν τὰ τραγικά, καὶ ἐμβάδες· ἐμβάται δὲ τὰ κωμικά,

A.U.C. 820 Capitone & Jul. Ruſo COSS.

Terpnumque, & Diodorum, & Pammenem, pro Philippo, Perſeo, Antiocho, ſuperavit. Ideoque, ut videtur, Pammenem illum, qui floruerat Caji temporibus, licet jam ſenectute confectum, certare coegit, ut victor ſtatuas ejus contumelioſe tractaret.

9. Quæ ſi ſola a Nerone eſſent facta, ipſe quidem ridiculus fuiſſet: tametſi quis audire, nedum videre æquo animo poſſit, Imperatorem Auguſtum in albo athletarum inſcribi, vocem exercere, meditari cantilenas quaſdam, comam nutrire, mentum pilis nudare, in curriculo veſtem rejicere, ire cum uno duobusve pediſſequis, torve adſpicere adverſarios, eisque continuo per rixam maledicere, judices & flagelliferos pertimeſcere, iisque omnibus clam pecuniam elargiri, ne deprehenſus, flagello cæderetur: atque hæc omnia facere, ut quum in certaminibus citharœdorum fieret victor, in Cæſarum certamine victus diſcederet. [Quæ autem proſcriptio gravior poteſt eſſe, qua quidem Sulla alios, ſe ipſum proſcripſit Nero? quæ importunior victoria, in qua oleaginam ac lauream, & apii pinusque coronam adeptus eſt Nero, civicam amiſit?] Quas res quis in eo ſolas deploret, quando inſcenſis embatis, de majeſtate imperatoris decidit, ac dum perſonam indueret hiſtrio-

κατέλυσε [41] Τέρπνον, καὶ Διόδωρον, καὶ Παμμένην, [u] ὡς Φίλιππον, ἢ Περσέα, ἢ Ἀντίοχον· καὶ διὰ τοῦτο, ὡς ἔοικε, καὶ τὸν Παμμένην ἐκεῖνον ἐπὶ τοῦ Γαΐου ἀκμάσαντα κατηνάγκασε, καίτοι γέροντα ὄντα, ἀγωνίσασθαι, ἵνα [42] αὐτοῦ τοὺς ἀνδριάντας κρατήσας αἰκίσηται.

Καὶ εἰ μὲν μόνα ταῦτα ἐπεπράχει, γέλωτα ἂν ὤφλησε. καίτοι πῶς ἄν τις καὶ ἀκοῦσαι, μὴ ὅτι ἰδεῖν, ὑπομείνειεν αὐτοκράτορα Αὔγουστον [43] ἔς τε τὸ λεύκωμα ἐν τοῖς ἀγωνισταῖς ἐγγραφόμενον, καὶ τὴν φωνὴν ἀσκοῦντα, μελετῶντά τέ τινας ᾠδάς, καὶ τὴν μὲν [44] κεφαλὴν κομῶντα, τὸ δὲ γένειον ψιλιζόμενον, [45] ἱμάτιον ἀναβαλλόμενον ἐν τοῖς δρόμοις, μεθ᾽ ἑνὸς ἢ δύο ἀκολούθων βαδίζοντα, τοὺς ἀντιπάλους ὑποβλέποντα, καὶ ἀεί τι πρὸς αὐτοὺς [46] μεθ᾽ ἀψιμαχίας λέγοντα· [47] τοὺς ἀγωνοθέτας τούς τε μαστιγοφόρους φοβούμενον, καὶ χρήματα αὐτοῖς κρύφα ἅπασιν ἀναλίσκοντα, μὴ καὶ ἐλεγχθεὶς μαστιγωθῇ· καὶ ταῦτα μέντοι πάντα ποιοῦντα, ἵνα τὸν τῶν κιθαρῳδῶν ἀγῶνα νικήσας, ἡττηθῇ τὸν τῶν Καισάρων. [x τίς γὰρ ἂν προγραφὴ ταύτης χαλεπωτέρα γένοιτο, ἐν ᾗ Σύλλας μὲν ἄλλους, Νέρων δὲ ἑαυτὸν προέγραψεν; τίς δὲ νίκη ἀτοπωτέρα, ἐν ᾗ τὸν κότινον, ἢ τὴν [48] δάφνην, ἢ τὸ [49] σέλινον, ἢ τὴν πίτυν λαβών, [50] ἀπώλεσε τὸν πολιτικόν;] καὶ τί ἄν τις ταῦτα αὐτοῦ μόνα ὀδύραιτο, ὁπότε καὶ ἐπὶ τοὺς ἐμβάτας ἀναβαίνων κατέπιπτεν ἀπὸ τοῦ κράτους, καὶ τὸ προσωπεῖον ὑποδύνων D E

u ὡς οὐκ Φιλ. &c. ſic vulgo. ὡς deeſt in Pal. & Mer. & ſane alterutrum abeſſe poteſt. ὡς Φίλιππον, ὡς Περσέα, ὡς Ἀντίοχον, Exc. Peir. mox, pro διὰ τοῦτο, in Br. eſt διὰ τοῦτό γε.

x τίς γὰρ ἂν προγραφὴ &c. hæc debemus Excerptis Peir. p. 690. ubi tamen MS. habebat ἀπογραφή.

κωμικά. quod & repetit VII. 91. Rectius *Ammonius* & *Thomas Magiſter*: ἐμβάδες τὰ κωμικὰ ὑποδήματα, ἔμβαδα καὶ ἐμβάται τραγικά. Neque tamen vel ἐμβάδες proprii ſunt comoediæ, ſed generatim calceos notant, ſic ut de ipſo tragicorum habitu dici poſſint. Apud *Lucianum* in Baccho c. 2. T. III. p. 76. Bacchus occurrit cum χρυσῇ ἐμβάδι. Bacchus autem, perinde ut bacchantes, cothurnatus: idemque apud *Athenæum* p. 200. D. ὑπεδέδετο ἐμβάδας χρυσοβαφεῖς. *Lucianus* T. II. p. 743. inducit tragicum, qui cadens monſtrat τῶν ἐμβάδων τὴν ὑπόδεσιν ἀμορφοτάτην. At ἐμβάται Tragicis proprii. Sic apud eund. T. I. p. 479. τὸ προσωπεῖον ἀποθέμενοι καὶ καταβὰς ἀπὸ τῶν ἐμβατῶν. T. III. p. 402. τραγικοὶ ἐμβάται. T. II. p. 284. ἐμβάταις ὑψηλοῖς ἐποχούμενος. Scholiaſtes T. III. p. 402. ἐμβάταις τὰ ξύλα ἃ ἐμβάλλουσιν ὑπὸ τοὺς πόδας (nempe, ut in Jove Trag. T. II. p. 688. addit, οἱ τραγικοί,) ἵνα φανῶσι μακρότεροι. Inde corrigendum Scholion T. I. p. 479. ἐμβάται κωμικὰ ὑποδήματα. ſcrib. τραγικά, vide infra p. 725. § 116.

§ 41. (l. 55.) Τέρπνον καὶ Διόδωρον] Terpnus Neronis præceptor citharoedicus: *Suet.* 20. ejus & meminit *Philoſtratus* Apollon. V. 7. p. 192. Diodorus curru triumphali cum Nerone vectus. *Dio* p. 723. E. Uterque ſub Veſpaſiano patre floruit. *Suet.* Veſp. 19. Pammenes neſcio an is ſit, qui apud *Philoſtratum* memoratur. Soph. II. 1. §. 7. p. 554.

§ 42. (l. 59.) αὐτοῦ τοὺς ἀνδριάντας] *Suetonius* 24. *ne cujus alterius hieronicarum memoria aut veſtigium exſtaret usquam, ſubverti, & unco trahi, abjicique in latrinas, omnium ſtatuas & imagines imperavit.*

§ 43. (l. 63.) ἔς τε τὸ λεύκωμα ἐν τοῖς ἀγωνισταῖς] Quomodo athletæ in album relati ſint poſt examen, & ſorte ducti, deſcribit *Pet. Faber* Agoniſt. I. 24. III. 12. Tom. VIII. Theſ. Gronov. p. 1888. ſqq. & 2178. ſq. vide *Lucianum* in Hermotimo c. 39. ſq. T. I. p. 782. ſq. Similiter in album citharoedorum erat relatus Nero p. 699. § 132. Exſtat numus apud *Triſtanum* T. I. p. 222. Neronis athletæ honori & victoriæ dicatus. Neronem ſubinnuit *Dio Chryſoſt.* p. 344. C. edit. Morelli. Paris 1604. fol. τῶν αὐτοκρατόρων τις ὅντα ἡττήθη τοῦ πράγματος, καὶ ἐπεθύμησε τῆς ἐκεῖ νίκης, ὥστε καὶ ἀγωνίσασθαι παρ᾽ Ἠλείοις.

44. (l. 66.) τὴν κεφαλὴν κομῶντα καὶ τὸ γένειον ψιλ.] Habitu citharoedi, imo Apollinis comati & barba deſtituti. vide p. 699. § 133. 139.

§ 45. (l. 67.) ἱμάτιον ἀναβαλλόμενον ἐν τοῖς δρόμοις] Atticis ἀναβάλλεσθαι ἱμάτιον idem quod περιβάλλεσθαι, *induere veſtem*, ut adnotavit *Suidas* in ἀναβάλλει. Sed id alieniſſimum ab hoc loco. Eſt locus *Libanii* jam productus a Valeſio ad Fragm. LXIV. § 91. ἤδη τις ἀθλητὴς μακρὰ βοῶν καὶ διάβροχος ἐλαίῳ τῆς ἐσχάτης δυσωδίας, ἀναβεβλημένος ἱμάτιον. Curſores autem non minus quam athletæ nudi certabant, cincti tantum ſubligaribus circa pudenda, quanquam & illa Græci poſtremo abjecerunt, teſte *Dionyſio Hal.* VII. p. 475. ſq. quo tendit Apoſtolus Hebr. XII. 1. ὄγκον ἀποθέμενοι πάντα - - δι᾽ ὑπομονῆς τρέχωμεν.

§ 46. (l. 70.) μεθ᾽ ἀψιμαχίας λέγοντα] *Suetonius* 23. *adverſarios, quaſi plane conditionis ejusdem, obſervare, captare, infamare ſecreto, nonnunquam ex occurſu maledictis inceſſere: ac ſi qui arte præcellerent, corrumpere etiam ſolebat.*

§ 47. (l. 70.) τοὺς ἀγωνοθέτας τούς τε μαστιγοφόρους] Agonothetæ, in Olympicis novem, poſtremo decem, curabant ludos, ſic ut eorum judicio & certaturi admitterentur, & victoribus præmia dividerentur. vid. *Pauſaniam* V. 9. p. 396. ſq. *Bulengerum* de Circo c. 40. T. IX. Theſ. Græv. p. 678. & *Onuphr. Panvinium* de Ludis Circ. II. 1. ibid. p. 287. Erant ergo iidem, qui & ἑλλανοδίκαι dicebantur. vid. infra § 69. Maſtigophori hos comitabantur velut lictores, qui, juſſu agonothetarum, ignaviam aut inſolentiam certantium flagris coercerent. vid. *Panvinium* ibid. p. 291. & *Pet. Fabrum* Agoniſt. I. 19. III. 7. Tom. VIII. Theſ. Gronov. p. 1874. ſqq. & 2196. ſq. *Pollucem* III. 153. Lorarios vertit *Lipſius* Saturn. II. 5. p. 516. a. qui ſequebantur magiſtratus, ut ex Gellio patet X. 3. De his *Philoſtratus* Apollon. V. 7. p. 192. δέδιεν ὁ χρηστὸς Νέρων τὰς Ἠλείων μάστιγας. & p. 193. μὴ δεδιὼς μὲν, κακῶς δὲ ἔχοντας ὑποκρινόμενοι τὴν ἑαυτοῦ τέχνην, ὡς μαστιγοῦσθαι νομίζων πρὸς τούτων, ὧν αὐτὸς ἄρχειν τέτακται.

§ 48. (l. 78.) δάφνην] Pythiorum victores lauro Delphica coronatos fuiſſe, notum eſt vel ex *Plinio* lib. XV. (c. 30.) Sed dubium movet *Archiæ* veteris Poetæ Epigramma, (Anthol. I. 1. init.) in quo habetur, Ἆθλα δὲ τῶν κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς. Pythicis ludis præmii loco μῆλα videt attribui. Sed & *Maximus Tyrius* ſerm. 35. & 37. diſerte μῆλα Πυθικὰ appellat, μεταισχῶν ἐν κοτίνου μόνον Ὀλυμπικοῦ, ἀλλὰ καὶ πίτυος Ἰσθμικῆς, καὶ σελίνου Ἀργολικοῦ, καὶ μήλων Πυθικῶν. Denique & *Lucianus* in Anacharſi (c. 8. T. II. p. 888.) Pythicis ludis adſignat μῆλα. Equidem hac voce baccas lauri Delphicæ ſignificari crediderim, quæ maximæ erant, & e viridi rubentes, teſte *Plinio* (l. c.) Proinde non immerito a pomorum ſimilitudine poma appellatæ ſunt. Accedit, quod Græcis μῆλα,

[illegible]πέβαλλε τὸ τῆς ἡγεμονίας ἀξίωμα, ἐδεῖτο ὡς [illegible]ης, ἐποδηγεῖτο ὡς τυφλὸς, [y] ἐκύει, ἔτικτεν, [illegible], [ἠλᾶτο,] τόν τε [51] Οἰδίποδα καὶ τὸν Θυέ[illegible], τόν τε Ἡρακλέα [z] καὶ τὸν Ἀλκμαίωνα, τόν τε Ὀρέστην ὡς πλήθει ὑποκρινόμενος. καὶ τά γε πρόσωπα [a] ποτὲ μὲν αὐτοῖς ἐκείνοις, ποτὲ δὲ καὶ ἑαυτῷ εἰκασμένα ἔφερε. τὰ γὰρ τῶν γυναικῶν πάντα πρὸς τὴν
720 Σαβῖναν ἐσκεύαστο, [b] [ὅπως κἀκείνη καὶ τεθνηκυῖα πομπεύῃ. καὶ πάντα, ὅσα οἱ τυχόντες ὑποκρίνονται, κἀκεῖνος καὶ ἔλεγε, καὶ ἔπραττε, καὶ ἔπασχε, πλὴν καθόσον] χρυσαῖς ἁλύσεσιν ἐδεσμεύετο· καὶ γὰρ οὐκ ἔπρεπεν, ὡς ἔοικεν, αὐτοκράτορι Ῥωμαίων σιδηραῖς δεῖσθαι.

Καὶ ταῦτα μέντοι πάντα οἵ τε ἄλλοι πάντες, καὶ οἱ στρατιῶται ὁρῶντες ἔφερον, ἐπῄνουν [52] πυθιονίκην τε αὐτὸν, καὶ ὀλυμπιονίκην, καὶ περιοδονίκην, [c] παντονίκην, πρὸς τοῖς ἄλλοις οἷς εἰώθεισαν, ἀπεκάλουν· συμμιγνύντες δηλονότι αὐτοῖς καὶ τὰ τῆς ἀρχῆς ὀνόματα, ὥστε ἐφ' ἑκάστῳ τόν τε Καίσαρα καὶ τὸν Αὔγουστον ἀκροτελεύτιον εἶναι. οὐδὲ ἐτόλμησεν [d] οὐδεὶς αὐτῶν
B οὔτε ἐλεῆσαι τὸν κακοδαίμονα, οὔτε μισῆσαι. ἀλλ' [53] εἷς μέν τις στρατιώτης, ἰδὼν αὐτὸν δεδεμένον, ἠγανάκτησε, καὶ προσδραμὼν ἔλυσεν. ἕτερος δὲ, ἐρομένου τινὸς, Τί ποιεῖ ὁ αὐτοκράτωρ; ἀπεκρίνατο, [e] ὅτι Τίκτει· καὶ γὰρ τὴν Κανάκην ὑπεκρίνετο. ἔργον δ' οὐδὲν ἄξιον Ῥωμαίων οὐδεὶς σφῶν ἐποίησε. τοσαῦτα γάρ που

ſtrionis, dignitatem principis exuit? Vinculis enim conſtringebatur ut ſervus fugitivus: deducebatur ut cœcus: concipiebat, pariebat, inſaniebat, errabat vagus, cum Oedipum, Thyeſtem, Herculem, Alcmæonem, Oreſtem, plurimum ageret; ac perſonas, nunc illis, nunc ſibi ipſi ſimiles gerebat. Etenim omnes mulierum perſonæ Sabinam referebant, [quo ipſa, tametſi mortua, in ornatu traduceretur. Porro eadem omnia, quæ viliſſimi quique hiſtriones, ipſe pariter & dicebat, & faciebat, & ſuſtinebat; niſi quod] catenis aureis vinciebatur: non enim convenire videbatur Imperatori Romanorum, ut ferreis conſtringeretur. A.U.C.820 Capitone & Jul. Rufo COSS.

10. Hæc vero omnia quum cæteri omnes, & milites viderent, patiebantur & collaudabant; ipſumque præter alia, quæ conſueverant, victorem Pythicum, Olympicum, Periodicum, omnium denique certaminum victorem nominabant, imperii nomina ſcilicet cum his nominibus ita permiſcentes, ut poſt unumquodque eorum, Cæſaris aut Auguſti nomen in extremo poneretur. Nemo hunc infelicem miſerari eſt auſus, nemo odio habere. Unus tamen e militibus, ut eum vinctum conſpexit, rem indignatus, accurrit eumque ſolvit. Alter rogatus, quid faceret imperator; “ Parit „ inquit: tum enim Canacen agebat. Nemo illorum quicquam fecit dignum homine Romano. Tantam

y ἐκύει. ita ſcripſi ex Exc. Peir. vulgo ἐκύει. ex iisdem Exc. Peir. addidimus ſtatim verbum ἠλᾶτο. z καὶ τὸν Ἀλκμαίωνα, τόν τε Ὀρέστην. καὶ Ἀλκμαίωνα καὶ Ὀρέστην, Exc. Peir. p. 693. a ποτὲ, ποτὲ. τότε, τότε, Exc. Peir. b ὅπως κἀκείνη &c. vide Exc. Peir. l. c. puto autem perperam ibi ſcriptum eſſe κἀκείνη καὶ τεθνηκυίᾳ, quod abjecto jota ſubſcripto mutavi in nominandi caſum. Xiphilinus poſt ἐσκεύαστο pergit: χρυσαῖς μέντοι ἁλύσεσιν. c παντονίκην. malim καὶ παντονίκην. HS. d οὐδεὶς αὐτῶν. reſtitui ex edit. RS. & cod Br. ceteri οὐδεὶς αὐτόν. e ὅτι τίκτει. ὅτι τίκτει, Pal. Coisl. Br. utrumque recte dicitur, ſed directam reſponſionem malim.

λα, ut apud Latinos poma, omnis generis fructum comprehendunt. Itaque μῆλα, ſeu baccæ συντεθειχικῶν, pro corona laurea accipiuntur. Auſonium porro non excuſo, qui illum Archiæ verſum ſupra allatum ſic vertit: (Carm. 386. v 4.)

Serta quibus pinus, malus, oliva, apium.

At in Græco erat μῆλα, non μηλέα. VALES.

Μῆλα pro baccis lauri, aut lauro dici, ſine exemplo eſt, & apud Lucianum l. c. & cap. 15. a coronis diſtinguuntur. Unde Valeſii ſententia merito diſplicuit Interpretibus Luciani, Palmerio & Geſnero. *Coronam pomoſam* ex Propert. IV. 2. 17. interpretatur Cel. *Daviſius* ad Max. Tyr. p. 519. edit. Markl.

§ 49. (l. 79.) τὸ σέλινον ἢ τὴν πίτυν] Apium Nemeis, pinus Iſthmicis reſpondet. Et fuit ſane primum Iſthmicis præmii loco pinus; poſtea, cum inter ſacra certamen hoc haberi cœpiſſet, apium a Nemeis traductum eſt: diſcrimine quidem, ut nonnulli volunt, hoc, ut apium viride Nemeis, aridum Iſthmiis inſerviret. Sic auctor vitæ Pindari ἐλαία, δάφνη, σέλινον ξηρόν τε καὶ χλωρόν. Sed ipſe Pindarus Olymp. Od. XIII. non diſtinguit: δύο δ' αὐτὸν ἔρεψαν πλόκοι σελίνων ἐν Ἰσθμιάδεσσιν φανέντα, Νέμεά τ' οὐκ ἀντιξοεῖ. Denique Plutarchi ætate pinus iterum reducta eſt. vide *Plut.* Sympoſ. V. Probl. 3. p. 676. C ſqq. in Timoleonte p. 248. C. de Pythiæ Orac. p. 399 F. Sub Tito jam pinus erat. *Plin.* XV. 10. XIX. 8. *Stat.* Sylv. V. 3. v. 141. Poſt Neronis tamen ætatem demum revocatam eſſe pinum, probant adhuc Neronis numi, quos produxit *Spanhemius* in immortali opere, de U. N. Diſſ. VI. p. 314. in quibus corona Iſthmica non e pinu ſed ex apio contexta cernitur. Unde Spanhemius judicat, Dionem ex ſuis temporibus Neronia æſtimaſſe, & pinum jam ſub Nerone in uſu rurſus fuiſſe, putaſſe. Vide de Iſthmiis quoque eundem *Spanh.* epiſt. ad Morellum I. § 5. p. 469. Gothæ num. *Potterum* in Archæologia. II. 25. *Fabrum* Agoniſtico II. 23. ſq. T. VIII. Gronov. p. 2033. ſqq. *Jo. Phil. Pfeifferum* Antiqu. Gr. I. 52.

§ 50. (l. 79.) ἀπώλεσε τὸν πολιτικὸν] Corona civica e quercu cum laurea primo omnium Auguſto a S. P. Q. R. oblata eſt: decretumque, ut hæc pro foribus palatii poneretur, illa in faſtigio domus Palatinæ: hæc ob hoſtes victos, illa ob cives ſervatos. *Dio* lib. LIII. ad annum 726. (p. 507. A.) τό τε τὰς δάφνας πρὸ τῶν βασιλείων αὐτοῦ προτίθεσθαι, καὶ τὸ τὸν στέφανον τὸν δρύινον ὑπὲρ αὐτῶν ἀρτᾶσθαι, τότε οἱ ὡς καὶ ἀεὶ τοὺς πολεμίους νικῶντι καὶ τοὺς πολίτας σώζοντι ἐψηφίσθη. Quæ Xylander ſic vertit: *ut ante ipſius domum in palatio lauri ponerentur, ac ſuper eas coronæ quernæ ſuſpenderentur, &c.* Putavit ſcilicet, τὸ, ὑπὲρ αὐτῶν, ad δαφνῶν referendum eſſe, cum ad βασιλείων referatur, vertendumque ſit, *in faſtigio Palatinæ domus civica figeretur.* Confirmat ſententiam noſtram *Suetonius* in Claudio cap. 17. *Navalem coronam faſtigio palatinæ domus juxta civicam fixit.* Vide *Plinium* lib. XVI. cap. 4. VALES.

§ 51. (l. 85.) Οἰδίποδα καὶ τὸν Θυέστην] Erant inter Euripidis tragœdias, ſed & Sophoclis, ſi forte ab Oreſte diſceſſeris. Sed Euripides theatris frequentior. *Suetonius* c. 21. quaſdam harum a Nerone cantatas recenſens, auctorem non addit.

§ 52. (l. 98.) Πυθιονίκην — Ὀλυμπιονίκην] *Suetonius* 23. *Certamina deinceps obiit omnia. Nam & quæ diverſiſſimorum temporum ſunt, cogi in unum annum, quibusdam etiam iteratis, juſſit: Olympiæ quoque præter conſuetudinem muſicum agona commiſit.* Olympia, Pythia, Iſthmia diſerte nominat *Philoſtratus* Apollon. IV. 24. p. 162. ſq. V. 7. 8. 9. ubi & de tempore Olympiadis non legitimo & certaminibus non uſitatis. Scilicet acta hæc ſunt A. U. C. 820. Chr. 67. Unde cum Olympias CCXI. anno Chr. 65. celebranda fuiſſet, nunc dilata Neronis juſſu in hunc annum, inter ἀνολυμπιάδας relata, & in libris Eleorum præterita eſt, ut teſtatur, præter Philoſtratum, *Pauſanias* X. 36. p. 892. *Hieronymus* item & *Euſebius* in Chronicis. Præterea novum fuit, quod in Olympiis ludis, qui gymnici & equeſtres erant, muſicum agona commiſit tragœdosque vicit, ubi nec theatra nec ſcenæ erant. *Suet. Philoſtrat.* ll. cc. unde τρισολυμπιονίκης vocatur *Philoſtrato* p. 194. quod vel de tragœdia, cithara, & curru agendo exponi poſſit, cum Oleario, ex *Euſebio* ad Olymp. CCXI. vel de triplici genere certaminis, gymnico, equeſtri, muſico. Novum fuit, quod in Iſthmiis, qui gymnici, muſici ac poetici erant, ſcenicos ludos pariter induxit, qui ibi lege interdicti erant. *Lucianus* Neron. c. 9. T. III. p. 641. Citharodiis & præconiis ibi viciſſe dicitur *Philoſtrato* p. 162. Numus eſt Corinthiorum apud *Frœlich.* p. 87. in quo genius Corinthi coronat Neronem togatum. Scenici ludi in ſolis Pythiis, & ne ibi quidem velut patrii, ſed tantum ut adventitii, ἐπίθετοι, valebant. *Plutarch.* Sympoſ. V. 2. Confer de toto argumento *Spanhemium* epiſt. ad Morellum I. § 9. & *Olearium* ad Philoſtr.

§ 53. (l. 5.) εἷς μέν τις στρατιώτης] Idem retulit *Suetonius* 21.

A.U.C.820 Capitone & Jul. Rufo COSS. Tantam enim pecuniam ab eo conſequebantur, ut quo majorem acciperent, plura eum talia facere optarent.

11. Quod ſi hæc ſola ſic facta eſſent, habita res fuiſſet omnis pro dedecore quidem ac ludibrio, ſed periculi experte: nunc autem quaſi vere ad bellum gerendum veniſſet, Græciam depopulatus eſt, licet eam liberam reliquerit: fecitque cædes infinitas [virorum, mulierum, puerorum. Ac principio quidem liberos libertosque eorum, quos neci dederat, dimidium bonorum teſtamento ſibi relinquere juſſit, ipſisque damnatis liberam teſtandi facultatem dedit, ne quæſtus cauſa eos interfeciſſe videretur; ſed nihilominus cuncta vel pleraque illorum bona invadebat. Quodſi forte quis aut ipſi, aut Tigellino, minus quam ſperabant reliquerat, nihil teſtamenti tabulæ eum juvabant. Tandem vero univerſa damnatorum patrimonia ſibi vindicavit, liberosque eorum ſimul omnes uno edicto in exilium miſit. Neque hoc contentus, plurimos etiam exules neci dedit.] Igitur quæ viventium patrimonia publicarit, quot donariis vel ipſa Romæ templa ſpoliaverit, eorum numerus iniri vix poteſt. [Diſcurrebant enim tabellarii, nihil aliud nunciantes, niſi hunc cæſum eſſe, illum fato obiiſſe: nam præter principis literas nulli privati nuncii commeabant. Multos quippe primariæ nobilitatis viros ſecum in Achaiam duxerat, quaſi illorum opera egens; quo illic perirent.]

12. Qui in urbe erant, atque in omni Italia, eos omnes quaſi dedititios permiſit Helio cuidam liberto ſuo; cui omnium omnino rerum facta

που χρήματα διελάγχανον, ὥστε καὶ εὔχεσθαι αὐτὸν πολλὰ τοιαῦτα δρᾶν, [f] ἵν' ἔτι πλείονα λαμβάνωσιν.

C

Ἀλλ' εἰ μὲν ταῦτα μόνα οὕτως ἐγεγόνει, αἰσχύνη τε ἅμα καὶ χλευασία τὸ πρᾶγμα [g] ἀκίνδυνον ἐνενόμιστο· νῦν δ' ὡς ἀληθῶς, ὥσπερ ἐπὶ πολέμῳ σταλεὶς, πᾶσαν μὲν τὴν Ἑλλάδα ἐλεηλάτησε, καίπερ [54] ἐλευθέραν ἀφεὶς, παμπληθεῖς δὲ ἐφόνευσεν [h] [ἄνδρας, γυναῖκας, παῖδας. καὶ πρότερον μὲν τὴν ἡμίσειαν τῆς οὐσίας ἐκέλευσε, καὶ τὰ τέκνα καὶ τοὺς ἀπελευθέρους τῶν θανατουμένων ἀποθνήσκοντας καταλείπειν· αὐτοῖς τε ἐκείνοις διαθήκας γράφειν ἐπέτρεπεν, ὅπως μὴ τῶν χρημάτων ἕνεκα αὐτοὺς ἀποκτείνειν δοκῇ· πάντως δὲ πάντα, ἢ τά γε πλείω αὐτῶν, ἐλάμβανεν· εἴτ' οὖν τις ἔλαττόν τι [55] αὐτῷ ἢ καὶ Τιγελλίνῳ ὧν ἤλπιζον κατέλειπεν, οὐδὲ τῶν διαθηκῶν ὠνίνατο. ὕστερον δὲ καὶ ὅλας τὰς οὐσίας ἀφῃρεῖτο· τούς τε παῖδας σφῶν πάντας ἅμα δι' ἑνὸς δόγματος ἐξήλασεν. οὐδὲ τοῦτο αὐτῷ ἐξήρκησεν, ἀλλὰ καὶ συχνοὺς τῶν φευγόντων ἔφθειρεν.] ἐπεὶ τάς γε οὐσίας ὅσας καὶ ζώντων τινῶν ἐδήμευσε, καὶ [56] τὰ ἀναθήματα [i] ὅσα καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν ἐν τῇ Ῥώμῃ ναῶν ἐσύλησεν, οὐδὲ ἐξαριθμήσειεν ἄν τις. [διέτρεχον γὰρ γραμματοφόροι μηδὲν ἄλλο διαγγέλλοντες, ἢ ὅτι τόνδε [k] ἀπέκτεινεν, ὁ δὲ τέθνηκεν. ἔξω γὰρ δὴ τῶν βασιλικῶν γραμμάτων οὐδὲν ἰδιωτικὸν διεπέμπετο. συχνοὺς γὰρ ἐς τὴν Ἑλλάδα τῶν πρώτων ἐξήγαγεν, ὥς τι αὐτῶν δεόμενος, ἵν' ἐκεῖ ἀποθάνωσι.]

Τοὺς μέντοι ἐν τῇ Ῥώμῃ καὶ τῇ Ἰταλίᾳ πάντας [57] Ἡλίῳ τινὶ Καισαρείῳ ἐκδότους παρέδωκε. πάντα γὰρ ἁπλῶς αὐτῷ ἐπετέτραπτο, ὥστε καὶ δημεύειν,

f ἵν' ἔτι πλείονα. ſic Sylb. HS. edit. maj. & L. ἵν' ὅτι πλείονα, RS. HS. edit. min. g πρᾶγμα ἀκίνδυνον. non minus placeret ἀκίνδυνος, ſcil. χλευασία. HS. h ἄνδρας, γυναῖκας, &c. fragmentum hoc Dionis cum ſequenti exhibent Exc. Peireſc. p. 693. i ὅσα καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν ἐν τῇ Ῥώμῃ ναῶν ἐσύλησεν. hæc contractius Exc. Peir. hoc modo: ὅσα ἐκ τῶν ἱερῶν ἐσύλησεν. k ἀπέκτεινεν. forte ἀπέκτεινας, Valeſ. ad marg.

§54. (l. 18.) ἐλευθέραν ἀφεὶς] Tribuit ergo non tantum αὐτοδικίαν & αὐτονομίαν, ſed & ἀτέλειαν ſeu ἀτέλειαν, cui opponit Dio deprædationes, velut immunitati contrarias: eamque adeo libertatem reſtituit, quam Romani, Philippo devicto, Achajæ conceſſerant, teſte *Polybio* in Exc. Urſ. num. IX. & *Livio* XXXIII. 30. ſq. quam ſic poſt Livium c. 32. exponit *Seneca* de Benef. V. 17. *quæ* (Roma) *Achæis, Rhodiis, & pleriſque urbibus claris jus integrum, libertatemque cum immunitate reddiderat.* Nero enim, perinde ut Quintius Flamininus olim, apud Livium c. 32. in Iſthmiis pro tribunali in foro, vel ſtadio, concione habita, Græciam liberam pronunciavit, ut auctor eſt *Plutarchus* in Flaminio p. 376. C. & *Suetonius* 24. conf. & *Philoſtr.* Apollon. V. 41. p. 224. ſq. & *Plin.* IV. 6. Quamvis ergo verum ſit, quod Ill. *Spanhemius* de U. N. Diſſ. IX. p. 675. ſq. pluribus probavit, urbes ἐλευθέρας, non ſtatim eſſe ἀτελεῖς, tamen ex hoc loco apparet, apud hiſtoricos certe, ἐλευθερίαν tam late accipi interdum, ut immunitatem quoque complectatur. Non mirum eſt, Neronem propter hoc factum a Græcis ſcriptoribus, forte & ad invidiam Veſpaſiani, qui Græcis libertatem rurſus ademit, laudari: ut patet ex *Philoſtrati* l. c. *Plutarcho* de his qui ſero a numine puniuntur p. 567. ſq. & *Pauſania* VII. 17. p. 564. adde nummos apud *Patin.* ad Suet. c. 10. Pauſanias loco Achajæ dicit Sardiniam populo conceſſam, non, quod vult interpres, Lipſio jam ad Tac. XV. 36. not. 53. caſtigatus, *in provinciæ formam redactam.* Sed & de Sardinia, populo a Nerone conceſſa, merito dubitatur, quod dudum provincia popularis fuerat. vid. *Fabric.* ad p. 503. §48. Alii potius ſcriptores Pontum Polemoniacum & Alpes Cottias ſcribunt in provinciæ formam redactas, & imperio adjectas. Vide *Hieronymi* Chronicon Euſeb. ad annum MMLXXXI. & ibi *Scaligerum* p. 195. ſq. *Sueton.* 18. *Eutrop.* VII. 9, 7. *Vopiſcum* Aureliano c. 21. *Aur. Victor.* Cæſ. 5, 2. & Epit. 5, 4.

§55. (l. 27.) αὐτῷ ἢ καὶ Τιγελλίνῳ] Vide ſupra p. 715. §150.

§56. (l. 33.) τὰ ἀναθήματα ὅσα ἐκ τῶν ἱερῶν] *Suetonius* in Nerone c. 32. *Ultimo templis compluribus dona detraxit, ſimulacraque ex auro vel argento fabricata conflavit.* Ad eam rem Nero uſus eſt opera ac miniſterio Acrati liberti, qui omnem fere orbem terrarum ejus rei cauſa peragravit, nulla quamvis exigua villa prætermiſſa quin ſcrutaretur. De quo exſtat locus elegans apud *Dionem Chryſoſtomum* in Rhodiaca; (p. 355. A. edit. Paris 1604. fol.) ſed quia inſigni mendo corruptus eſt, nec a Caſaubono emendari potuit, eum hic apponam. ἐπεὶ καὶ Νέρων τοσαύτην ἐπιθυμίαν καὶ σπουδὴν περὶ τοῦτο ἔσχεν, ὥστε μηδὲ τῶν ἐξ Ὀλυμπίας ἀποσχέσθαι, μηδὲ τῶν ἐκ Δελφῶν, ἔτι δὲ τοὺς πλείστους τῶν ἐκ τῆς ἀκροπόλεως μετενεγκεῖν, καὶ τῶν ἐκ Περγάμου πολλοὺς αὐτῷ προσήκοντας ἐκείνου τοῦ τεμένους. περὶ μὲν γὰρ τῶν παρ' ἄλλοις τί δεῖ λέγειν; τοὺς παρὰ μόνοις ὑμῖν εἴασε. Et paulo poſt: ἴστε γὰρ δήπου ὁ Κράτων ἧκε μόνον τὴν οἰκουμένην σχεδὸν ἅπασαν περιελθὼν τούτου χάριν, καὶ μηδὲ κώμην παρεὶς μηδεμίαν, ὡς κἀνθάδε ἧκε, &c. In his ultimis ulcus Chironium latet, quod ex MS. codicis veſtigiis ſanabimus. In MS. Regio legitur ἴσ τι γὰρ ἄκρα τὸν ἐκεῖ μόνον. Scribe itaque meo periculo. ἴστε γὰρ δήπου Ἄκρατον ἐκεῖνον, ὃς τὴν οἰκουμένην. Id eſt, *Meminiſtis enim, ut credo, Acratum illum, qui totum fere orbem terrarum ejus rei gratia perluſtravit, tandem etiam huc veniſſe.* Etſi vero hæc emendatio adeo illuſtris eſt, ut nulla probatione indigeat, eam tamen auctoritate Corn. Taciti confirma[illegible]. Is lib. XVI. (c. 23.) in fine ſcribit, *Baream Soranum* P[illegible], *Aſiæ damnatum, quod vim civitatis Pergamenæ, prob*[illegible] *Acratum Cæſaris libertum ſtatuas & picturas avehere, i*[illegible] V[illegible] *omiſerat.*

§57. (l. 43.) Ἡλίῳ τινὶ Καισαρείῳ] Καισάρειος apu[illegible] nem eſt libertus Cæſaris. vid. ad p. 590. E. Erat auter[illegible] dii libertus, & quondam ſub Nerone rei familiari Prin[illegible] Aſia cum P. Celere impoſitus, miniſter necis Silani [illegible] *Tac.* XIII. 1. meminit ejus & Hiſt. I. 37. & *Sueton.* 2[illegible] infra p. 723. A. 729. D.

A.U.C.820 Capitone & Jul. Rufo COSS.

D δημεύειν, καὶ φυγαδεύειν, καὶ ἀποκτιννύναι,
(καὶ πρὶν δηλῶσαι τῷ Νέρωνι) καὶ ἰδιώτας
ὁμοίως, καὶ ἱππέας, καὶ βουλευτάς. οὕτω
μὲν δὴ τότε ἡ τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴ δύο αὐτοκρά-
τορσιν ἅμα ἐδούλευσε, Νέρωνι καὶ Ἡλίῳ.
οὐδὲ ἔχω εἰπεῖν ὁπότερος αὐτῶν χείρων ἦν. τὰ
μὲν γὰρ ἄλλα ἐκ τοῦ ὁμοίου πάντα ἔπραττον,
ἐν ἑνὶ δὲ τούτῳ διήλλασσον, ὅτι ὁ μὲν τοῦ Αὐγού-
στου ἀπόγονος [l] κιθαρῳδοὺς, ὁ δὲ τοῦ Κλαυδίου
ἀπελεύθερος Καίσαρας ἐζήλου. τὸν γὰρ Τιγελλῖ-
νον ἐν προσθήκης μέρει τοῦ Νέρωνος, ὅτι σὺν αὐ-
τῷ ἦν, τίθημι. χωρὶς δὲ ὅ, τε [m] Πολύκλειτος,
καὶ [58] Καλουΐα Κρισπινίλλα ἦγον, ἐπόρθουν, ἐσύλων
E πάνθ' ὅσα ἐνεδέχετο· ἐκεῖνος μὲν, μετὰ τοῦ
Ἡλίου ἐν τῇ Ῥώμῃ, αὕτη δὲ μετά τε τοῦ Νέ-
ρωνος, καὶ μετὰ τῆς Σαβίνης τοῦ Σπόρου.
τήν τε γὰρ φυλακὴν αὐτοῦ, καὶ τὴν ἐπιτροπείαν
τὴν περὶ ἐσθῆτα, καίπερ γυνὴ καὶ ἐπιφανὴς οὖ-
σα, ἐπεπίστευτο, καὶ δι' αὐτῆς πάντες ἀπε-
δύοντο.

Ὠνόμασε δὲ [59] Σαβῖναν τὸν Σπόρον, [n] οὐ
721 κατὰ τοῦτο μόνον ὅτι διὰ τὴν ὁμοιότητα αὐτῆς
[60] ἐξετέτμητο, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐγήματο αὐτῷ, ὥσπερ
[o] καὶ ἐκείνη, ἐν τῇ Ἑλλάδι, [61] κατὰ συμβό-
λαιον, ἐκδόντος αὐτὸν τοῦ Τιγελλίνου, ὥσπερ
ὁ νόμος [p] ἐκέλευσε. καὶ τούς τε γάμους αὐτῶν
πάντες οἱ Ἕλληνες ἑώρτασαν, τά τε ἄλλα (οἷα
εἰκὸς ἦν) ἐπιλέγοντες, καὶ [62] γνησίους σφίσι
παῖδας γεννηθῆναι εὐχόμενοι. κἀκ τούτου συνεγί-
γνοντο ἅμα τῷ Νέρωνι, [63] Πυθαγόρας μὲν ὡς
ἀνὴρ, Σπόρος δὲ ὡς γυνή. πρὸς γὰρ τοῖς
B ἄλλοις καὶ [64] κυρία, καὶ βασιλὶς, καὶ δέ-
σποινα ὠνομάζετο. καὶ τί τοῦτο θαυμάσειεν ἄν
τις; ὁπότε καὶ μειράκια καὶ κόρας [65] σταυροῖς
γυμνὰς

facta erat poteſtas, ſic ut inconſulto Nerone bona proſcriberet, mitteretque in exilium, ac non modo plebejos homines, ſed etiam viros equeſtris ſenatoriique ordinis juberet occidi. Ita eo tempore imperium populi Romani duobus ſimul imperatoribus ſerviebat, Neroni & Helio: quorum uter eſſet nequior, non queo dicere. Cuncta enim cætera eodem modo faciebant, in eo tantum diſſimiles, quod alter e ſtirpe Auguſti prognatus, citharœdos; alter Claudii libertus, Cæſares imitabatur. Tigellinum enim pono quaſi auctarii loco, quod cum Nerone eſſet. Polycletus autem, & Calvia Criſpinilla, ſeparatim raptabant, depopulabantur, & ſpoliabant omnia, quæ poſſent: ille cum Helio in urbe, hæc cum Nerone, & Sporo, qui Sabinæ nomen jam gerebat: hujus enim cuſtodia veſtiumque procuratio Criſpinillæ (etſi femina erat, eaque nobilis) commiſſa fuerat; ſed omnes ab ea facultatibus exuebantur.

13. Sporum vero Sabinam nominavit, non ſolum quod propter ejus ſimilitudinem exſectus fuerat, ſed etiam quod, ut antea Sabina, ita hic in Græcia pactis ipſi conventis nupſit; eumque Tigellinus, ut lex jubebat, deſpondit. Hæ nuptiæ ab omnibus Græcis celebratæ ſunt, quum & alia, (ceu conſentaneum nuptiis erat) dicta jactarent, & ut ab iis legitimi liberi procrearentur optarent. Ex eo tempore duo ſimul cum Nerone rem habebant, Pythagoras ut maritus, Sporus vero ut uxor. Nam præter cætera, etiam domina, & regina, & hera nominabatur. Et cur hoc miretur aliquis? quum nudos & pueros & puellas Nero palis alligans,

l κιθαρῳδοὺς. καὶ τραγῳδοὺς addit Colsl. & Br. *m* Πολύκλητος. Πολύκλειτος, L. ad marg. *n* οὐ κατὰ τοῦτο μόνον ὅτι διὰ &c. hæc paulo aliter Suidas adducit in Σπόρος. οὐ μόνον διὰ τὴν ὁμοιότητα τῆς γυναικὸς ὅτι ἐξέτεμεν. *o* καὶ ἐκείνη. κἀκείνη, Suid. *p* ἐκέλευσε. ſic Sylb. HS. edit. maj. & L. ἐκέλευε, RS. & HS. edit. min. & Br.

§58. (l. 57.) Καλουΐα Κρισπινίλλα] Hæc licet expoſtulata deinde ad ſupplicium, ſub Galba, Othone & Vitellio, illæſa manſit, conſulari matrimonio innixa & pecunia potens. *Tac.* I. 73.

§59. (l. 65.) Σαβῖναν τὸν Σπόρον] Forte & *Poppæa* nominatus eſt, niſi hæc Sabinæ nomina permutavit *Plutarchus* in Galba p. 1056. F. ſq. ubi pro Πανπαῖον, legendum eſſe Ποππαῖαν, probe monuit *Caſaubonus* ad Suet. c. 28. confer de hoc exoleto etiam Suetonium 29. 46. 48. 49. *Suidam* in Σπόρος, *Dionem Chryſoſt.* Orat. XXI. de pulchritud. p. 270. D. ſq. *Juvenalem* I. 62. ubi *lacernatam amicam* appellat ſatyrice, quia lacerna virorum erat.

§60. (l. 67.) ἐξετέτμητο] Imo, exſectis teſtibus, etiam in muliebrem naturam transfigurare Sporum Nero conatus eſt, teſte *Suetonio* 28. & *Aurelio Vict.* Epit. 5. 7. Addit *Dio Chryſoſtomus*, non defuiſſe, qui inhiantes donis propoſitis id ſe præſtituros pollicerentur, & credidiſſe Neronem, quippe qui nihil eorum, quæ juſſiſſet, non fieri poſſe arbitraretur. Quare cum quendam volare juſſiſſet, iſque recepiſſet ſe facturum, multo tempore illum apud ſe in aula nutrivit, tanquam volaturum. Elagabalus ſibi ipſi uterum a medicis ſecari poſtulabat. vid. *Dionem* infra libro LXXIX. & *Cedrenum* p. 256. C.

§61. (l. 68.) κατὰ συμβόλαιον] κατὰ συγγραφὴν. *Dio* dixerat ſupra p. 715. A. Pacta dotalia intelligit, quaſi in legitimis nuptiis: unde *cum dote* reddit *Pet. Faber* Semeſtr. III. p. 366. *Suetonius* 28. *Sporum* — *cum dote & flammeo perſolenni nuptiarum celeberrimo officio, deductum ad ſe pro uxore habuit.* Sic ipſe Nero, *dote dicta*, nupſit, teſte *Aurelio Vict.* Cæſ. 5. 5. Epit. 5. 5. Sic κατὰ συγγραφὴν ἡταιρηκότες, apud *Pollucem* VIII. 140. de *ἡταιρηκότας*, qui pacto pretio venerem maſculam exercent, quod ex Aeſchine contra Timarchum illuſtrat Kühnius. Ceterum Sporus et veſte muliebri, comtis capillis, Auguſtarum ornamentis ceteris inſtructus fuerit, comitantibus ancillis, deſcribit *Suetonius* l. c. & *Dio Chryſoſtomus* Orat. XXI. p. 371. A. Conſuetudo cum Sporo jam ſtatim poſt Sabinæ mortem cœperat, p. 715. A. nuptiæ ſolennes nunc demum celebratæ.

§62. (l. 72.) γνησίους σφίσι παῖδας] Pertinet hoc ad Feſcenninos jocos, qui inter ceteras acclamationes votivas & læta omina in nuptiis jactari licentius ſolebant; de quibus *Franc. Bernardinus Ferrarius* lib. VI. de veterum acclamationibus c. 12. ſqq. T. VI. Theſ. Græv. p. 177. ſqq. Sed contrarius eſt cujusdam non inſcitus jocus apud *Suetonium* 28. *bene agi potuiſſe cum rebus humanis, ſi Domitius pater talem habuiſſet uxorem.*

§63. (l. 74.) Πυθαγόρας] Sic eum Dio vocat etiam p. 715. A. 1721 A. 724. E. & *Tacitus* XV. 37. Sed *Suetonius* 29. *Doryphorum libertum* appellat, confundens hunc Pythagoram cum alio liberto, Doryphoro, qui erat ab epiſtolis. vid. p. 691. § 32. & 693. § 62. Nuptias cum Pythagora jam A. U. C. 817. ante Poppææ mortem, & ante incendium celebratas publice, deſcribit *Tacitus* l. c. *niſi paucos poſt dies* (a convivio, quod Tigellinus paraverat p. 707. ſq.) *uni ex illo contaminatorum grege, cui nomen Pythagoræ fuit, in modum ſolennium conjugiorum denupſiſſet. Inditum Imperatori flammeum: miſſi auſpices duo, & genialis torus, & faces nuptiales, cuncta denique ſpectata, quæ etiam in femina nox operit.*

§64. (l. 76.) κυρία καὶ βασιλὶς καὶ δέσποινα] Licet & Nero ratione Pythagoræ ea nomina ſuſtinere potuiſſet, ſicut Elagabalus γυνὴ τε καὶ δέσποινα, p. 913. B. quippe qui ipſe ad Zoticum dixerat, μή με λέγε κύριον· ἐγὼ γὰρ κυρία εἰμί p. 914. B. tamen hic de Sporo exſecto, nuptoque in locum Sabinæ, præcipue agitur. Nempe κυρία & δέσποινα, *Domina*, alias honeſta appellatio erat matronarum, quod pluribus oſtendit *Menagius* in Amœnitatibus c. 25. aliique apud Cl. *Alberti* ad Heſychium in δέσποινα.

§65. (l. 78.) σταυροῖς γυμνὰς προσδήσας] Qui ad beſtias damnati erant, nudi & palis alligati exponebantur voracitati ferarum. v. *Lipſium* de cruce III. 11. T. III. p. 671 ſq. Neque huic fœdiſſimæ belluæ quicquam præter pellem deerat, ut fieret vere beſtia, imo quavis beſtia deterior, inquinatiſſimo ore invadens inguina virorum feminarumque, ſugendo, lambendo, quaſi devoraturus. Proh! principalem voluptatem! Tædet impuritatis.

A.U.C. 820 Capitone & Jul. Rufo COSS.

alligans, alicujus feræ pellem ſumeret, & in eos irruens libidinem expleret, velut ipſos devorans. Tam probroſa flagitia Nero exercebat. Senatores autem in florea tunicula, ſindoneque collo circumpoſita, ſalutabat. Quibus ipſis in rebus ita faciebat contra jus fasque, ut etiam tunicis diſcinctis publice induerentur. Ferunt quoque, equites Romanos militantes, Neronis temporibus, dum quotannis recenſerentur, primum ephippiis uſos fuiſſe.

14. Nero autem, cum in Olympiis currum agitaret, atque ex eo decidiſſet, ita ut fere eo caſu attereretur, tamen corona donatus eſt: quam ob rem dedit Hellanodicis decies ſeſtertium: quam ſummam ab eis Galba poſtea repetivit. [Idem Pythiæ vati, quod quædam oracula in ejus gratiam edidiſſet, quadringenta ſeſtertia largitus eſt; quam pecuniam Galba itidem poſtea abſtulit.] Apollini autem, ſive iratus, quod ei triſtia quædam prædixiſſet, ſive alia incerta de cauſa inſaniens, Cirrhæum agrum ademit, eumque dedit militibus, & oraculum delevit; hominibus ad os ipſum, ex quo ſpiritus dei exhalabat, interfectis. Certavit in omnibus juxta urbibus, in quibus fiebant certamina; ibique quotiescunque præconio opus fuit,

γυμνοῖς προσδέων, θηρίου τέ τινος [illegible] ἐλάμβανε, καὶ προσπίπτων σφίσιν, ἠσέλγαινε [illegible] ᵍ τι ἐσθίων. τοιαῦτα μὲν ὁ Νέρων [illegible] τοὺς δὲ βουλευτὰς ⁶⁶ χιτώνιόν τι ἐνδεδυκὼς ἄνθινον, καὶ σινδόνιον περὶ τὸν αὐχένα ἔχων, ἠσπάσατο. ʳ καὶ γὰρ καὶ ἐν τούτοις ἤδη παρηνόμει, ὥστε καὶ ἀζώστους χιτῶνας ἐν τῷ δημοσίῳ ἐνδύεσθαι. λέγεται δ᾽ ὅτι καὶ οἱ ἱππεῖς οἱ ἐκ τοῦ τέλους ἐπὶ αὐτοῦ ⁶⁷ πρῶτον ˢ ἐφίπποις ἐν τῇ ἐτησίᾳ σφῶν ἐξελάσει ἐχρήσαντο. C

Ἐν δὲ ⁶⁸ τοῖς ᵗ Ὀλυμπίοις ἅρμα ἐλάσας, καὶ πεσὼν ἐξ αὐτοῦ, καὶ ὀλίγου δεῖν συντριβείς, ὅμως ἐστεφανώθη, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τοῖς ⁶⁹ Ἑλλανοδίκαις τὰς πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας, ἃς ὕστερον Γάλβας παρ᾽ αὐτῶν ἀπῄτησεν, ἔδωκε. ᵘ [καὶ ⁷⁰ τῇ Πυθίᾳ δέκα μυριάδας ἔδωκεν, ὅτι τινὰ κατὰ γνώμην αὐτοῦ ἐθέσπισεν, ἃς ὁ Γάλβας ἐκομίσατο.] τοῦ δὲ δὴ Ἀπόλλωνος, (εἴτ᾽ οὖν ⁷¹ ἀγανακτήσας ὅτι λυπηρά τινα προεῖπεν αὐτῷ, εἴτε καὶ ἄλλως μανείς) τήν τε χώραν ⁷² τὴν ˣ Κιῤῥαίαν ἀφείλετο, καὶ στρατιώταις ἔδωκε, καὶ ⁷³ τὸ μαντεῖον κατέλυσεν, ⁷⁴ ἀνθρώπους ἐς τὸ στόμιον, ἐξ οὗ τὸ ἱερὸν πνεῦμα ἀνῄει, σφάξας. ἠγωνίσατο δὲ ἐν πάσῃ ὁμοίως πόλει ἀγῶνα ἐχούσῃ, κήρυκι πρὸς πάντα τὰ κηρύξεως δεόμενα ⁷⁵ Κλουβίῳ Ῥούφῳ D

q ὥσπερ τι ἐσθίων. ὥσπερ τοι ἐσθίων. L. ad marg. pro ἄνθινον Lipſius Saturn. I. 2. T. III. Opp. p. 487. a. mavult ἰάνθινον, a colore violaceo, ianthinum Plinio XXI. 6. quia cœnatoria ſemper purpurea. r καὶ γὰρ ἐν τούτοις, vulgo. καὶ γὰρ καὶ ἐν τούτοις, Coisl. Br. mox ſ ἐφίπποις. ſic ſcripſi pro ἐφ᾽ ἵπποις, quod vulgo legitur. illud enim tolerabilius, niſi adeo ἐφιππίοις malis, ut L. ad marg. t Ὀλυμπίοις. Ὀλυμπιονίκαις, RS. Pal Coisl. Br. alluſione (inquit Sylb.) ad ὀλυμπιονίκας facta, perperam. u καὶ τῇ Πυθίᾳ &c. petita hæc ſunt ex Exc. Peir. p. 694. in poſtremis autem verbis, ἃς ὁ Γάλβας ἐκομίσατο, videtur aliquid deeſſe, quod indicaret, idem pariter factum eſſe in hac pecunia, ac illa quæ Hellanodicis data fuerat. forte: ἃς καὶ αὐτὰς ὁ Γάλβας &c. niſi malis hanc formulam pro eadem habere cum ſuperiore Xiphilini, & eam ſemel tantum poſt utramque donationem ponere. x Κιῤῥαίαν. hoc veterum ſcriptioni magis conſentaneum, exemplo Sylb. & auctoritate cod. Coisl. & Br. repoſui pro vulgato Κιῤῥαίαν.

impuritatis. Videat, qui volet, planius hæc explicantem *Suetonium* 29. *Aurelium Vict.* Schotti. Cæſ. 5. 7. aut *Jo. Freder. Gronovium* Obſſ. L. I. c. 8. p. 78. ſq.

§66. (l. 82.) χιτώνιόν τι ἐνδεδυκώς] Hæc intelliguntur ex illis *Suetonii* 51. *ut plerumque ſynthesinam indutus, ligato circum collum ſudario prodierit in publicum, ſine cinctu & diſcalceatus.* h. e. habitu diſcumbentis in triclinio, quo in publicum prodire indecens. v. *Caſaub.* & *Pitiſcum.* ἄζωστοι χιτῶνες, ſignum mollis & effeminati, vel negligentis aut diſſoluti habebantur. vide *Octav. Ferrarium* de Re Veſt. P. I. lib. III. c. 7.

§67. (l. 87) πρῶτον ἐφίπποις] ἔφιππον etiam dixit *Pollux* X. 54. ἐφίππιον, *Suidas.* Frenos & ſtrata equorum inveniſſe dicitur Pelethronius quidam, apud *Plin.* VII. 56. Apud Romanos ephippia diu ante Neronem nota & uſitata fuerunt, ut vel ex *Horatio* Epiſt. I. 14. 43. *Cæſare* de B. G. IV. 2. *Virgilio* Aen. VII. 276. VIII. 552. conſtat: cum equi pellibus, centunculis, veſtibus, tapetibus, inſternerentur. Verum in viris ad militiam exercitatis, & in ſolenni equitum transvectione, de qua hic ſermo eſt, inſolens id fuit. conf. *Lipſium* de Mil. Rom. lib. III. Dial. 7. T. III. Opp. p. 92. ſqq. & *Fabrettum* ad Col. Traj. p. 6. Poſtea in Alexandri Severi exercitu milites ephippiis & frenis decentibus inſtructi fuiſſe leguntur apud *Lamprid.* in Alex. c. 50.

§68. (l. 89.) ἐν Ὀλυμπίοις ἅρμα ἐλάσας] *Decemjugem, quamvis id ipſum in rege Mithridate carmine quodam ſuo reprehendiſſet. Suet.* 24. Coronæ Olympicæ, a curſu equorum reportatæ, teſtem nummum producit *Triſtanus* I. p. 217. vide §100.

§69. (l. 92.) Ἑλλανοδίκαις τὰς πέντε καὶ εἴκοσι μυρ.] *Suetonius* 24. *Donavit judices civitate Romana & pecunia grandi.* 25000 uncialibus. Hellanodicæ ex Eleis, tum temporis erant decem, iidem qui & ἀγωνοθέται dicebantur. Vide *Pauſaniam* V. 9. p. 396. ſq. & ſupra §47.

§70. (l. 94.) τῇ Πυθίᾳ δέκα μυριάδας] Vix concilio hæc cum ſequentibus. Nam ſi Pythia Apollinis gratum reſponſum dedit præmioque dignum, unde moleſtum illud Apollinis reſponſum extrema ultione vindicandum? Sed illud forte prius fuit. Sane, apud *Suetonium* c. 40. Delphicum Oraculum Neroni reſpondet, ſeptuageſimum ac tertium annum cavendum ipſi eſſe: unde Nero, quaſi eo demum obiturus, magna fiducia non modo ſenectam, ſed etiam perpetuam ſingularemque concepit felicitatem, cum tamen Galba 73. annos natus indicaretur. Ergo hoc aut hujusmodi fauſtum ſibi, ut videbatur, oraculum remuneratus fuerit.

§71. (l. 97.) ἀγανακτήσας ὅτι λυπηρά τινα προεῖπεν] Aliud ergo innuit Dio oraculum quam incertæ fidei auctor apud *Lucianum* Dial. Neronis c. 10. T. III. p. 642. ſq. τοῦ Πυθίου κατ᾽ αὐτὸν ἀλέξαντος ... ἀναγκάζοντα ὡς τοὺς Ὀρέστας τε καὶ Ἀλκμαίωνας — ὕβρισθαι ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἔφη. in eo enim nulla λυπηρὰ προεῖπεν, & id inter vulgi dicteria dudum publice edita cum *Suetonio* c. 39. Dio retulit p. 695. § 110. Veriſimile eſt, Dioni aliquod vaticinium in mente fuiſſe, quod futuros Vindicis motus aut extrema Neronis reſpicere videretur.

§72. (l. 99.) τὴν Κιῤῥαίαν ἀφείλετο] Cirrha, vel Cyrrha, urbs Phocidis ad mare, non procul Delphis & Parnaſſo, Delphorum navale. *Strabo* IX. p. 416. & 418. *Pauſanias* X. 8. p. 817. conf. *Politum* ad Euſtath. T. II. p. 557. ſq. & 562. & *Maaſvicium* ad Polyæni Strateg. VI. 13. circumjacens ager Cirrhæus, nudus arboribus, Apollini ſacer. *Pauſan.* X. 37. p. 893. Solonis quondam ſuaſu Apollini ſacratus. *id.* p. 894. conf. *Polyænum* Strateg. III. 5. Hinc Cirrha, Cirrhæum pectus, Cirrhæa vates, Cirrhæa antra & ſecreta, apud *Lucanum*, pro oraculo Delphico. V. 95. 115. 137. 166. I. 64. adde *Juvenal.* VII. 64. XIII. 79. Præter hunc agrum Nero Delphis 500 imagines æneas abſtulit. *Pauſan.* X. 7. p. 813. ſed ſuperfuiſſe tamen ſua ætate cum templo & ſigna grandia Attici operis, teſtatur idem. X. 37. fin.

§73. (l. 100) τὸ μαντεῖον κατέλυσεν] Quoniam ergo Neronis ætate adhuc reſponſa dedit Oraculum, negatur Suidas, cum aliis, obmutuiſſe dicentibus ſub Auguſto. Sed hæc noſtrum non eſt excutere. Vide quæ præter alios *Dan. Claſſenius* att[illegible] lit de Orac. Gentil. I. 26. & quæ contra *Ant. van Dalen* de Oraculor. Ethnicor. duratione atque interitu. Diſſ. II. p. 425. ſq[illegible] qui & oſtendit, oraculum hoc ſua & reſpondendi & ſilend[illegible] intervalla habuiſſe, fuiſſe tamen adhuc ſub Juliano & fortaſſ[illegible] ultra, usque ad Theodoſium M. Minime vero audiendus e[illegible] *Lud. Goremius* lib. V. c. 16. p. 359. Obſſ. Crit. quando hu[illegible] Dionis locum ſic interpretatur, quaſi Nero oraculum Delph[illegible] cum non *ſuſtulerit*, ſed *ſolverit*, ſeu fecerit, ut iterum reſpo[illegible] deret, placato poſt longum ſilentium numine gratis Deo [illegible] crificiis. Quæ refutatione non egent.

A.U.C 820 Capitone & Jul. Rufo COSS.

φῳ ἀνδρὶ ὑπατευκότι χρησάμενος· πλὴν Ἀθηναίων καὶ Λακεδαιμονίων. ταύταις γὰρ μόναις οὐδὲ ἐπεφοίτησε τὴν ἀρχήν· τῇ μὲν, διὰ τοὺς Λυκούργου νόμους, ὡς ἐναντίους τῇ προαιρέσει αὐτοῦ ὄντας· τῇ δὲ, [76] διὰ τὸν περὶ τῶν Ἐριννύων λόγον. τὸ δὲ δὴ κήρυγμα ἦν, "Νέρων Καῖσαρ νικᾷ τόνδε τὸν "ἀγῶνα, καὶ [77] στεφανοῖ τόν τε τῶν Ῥωμαίων "δῆμον καὶ τὴν ἰδίαν οἰκουμένην." ἔχων γὰρ

E ὡς ἔλεγεν οἰκουμένην, ἐκιθαρῴδει τε, καὶ [78] ἐκήρυττε, καὶ ἐτραγῴδει.

Τὴν δὲ γερουσίαν οὕτως δεινῶς ἐμίσει, ὥστε καὶ [79] τῷ [y] Οὐατινίῳ ὡς μάλιστα χαίρειν, ὅτι ἔλεγεν ἀεί ποτε πρὸς αὐτὸν, "Μισῶ σε, Καῖ"σαρ, ὅτι [80] συγκλητικὸς εἶ." χρήσομαι γὰρ αὐτῷ τῷ λεχθέντι ὑπ' αὐτοῦ ῥήματι. ἐτηροῦντο δὲ ἀκριβῶς καὶ τούτων καὶ τῶν ἄλλων ἀεί ποτε καὶ αἱ εἴσοδοι καὶ αἱ ἔξοδοι, τά τε σχήματα, [z] καὶ τὰ νεύματα, καὶ τὰ ἐπιβοήματα. καὶ οἱ μὲν ἀεὶ συνόντες αὐτῷ, καὶ σπουδαίως ἀκροώμενοι, τορῶς τε ἐκβοῶντες, [81] ἐπῃνοῦντο καὶ ἐτιμῶντο·

722 οἱ δὲ λοιποὶ, καὶ ἠτιμάζοντο καὶ ἐκολάζοντο, ὥστε τινὰς μὴ δυναμένους ἐπὶ πολὺ ἀντέχειν, (πολλάκις γὰρ καὶ μέχρι τῆς ἑσπέρας ἐξ ἑωθινοῦ παρετείνοντο) προσποιεῖσθαί τε ἐκθνήσκειν, καὶ νεκρῶν δίκην ἐκ τῶν θεάτρων ἐκφέρεσθαι. Παρ-

fuit, Cluvio Rufo viro conſulari eſt uſus. Athenas & Lacædemonem excipio, quas urbes ſolas prorſus non adiit, quod in altera leges Lycurgi eſſent, contrariæ ejus inſtituto: ab altera, Erinnyum fabula deterreret. Præconium autem fiebat his verbis: " Nero Cæſar victor hujus certaminis coronat populum Romanum & ſuum orbem terrarum. „ Quum enim orbem terrarum in ſua poteſtate eſſe diceret, cithara canebat, contendebat præconio, & tragœdias agebat.

15. Senatum autem adeo graviter oderat, ut ei Vatinius propterea maxime gratus eſſet, identidem dicens: " Odi te, Cæſar, quod ſenator es. „ (Utar enim eo ipſo verbo, quod ab illo prolatum fuit.) Obſervabantur autem accurate tam horum, quam aliorum, & ingreſſus & egreſſus, geſtus item, nutus & acclamationes: & qui cum eo erant ſemper, eumque attente audiebant, acclamabantque vehementer, laudibus & honoribus afficiebantur: cæteri aut notabantur ignominia, aut alias pœnas dabant. Itaque multi, quum ſuſtinere non poſſent diutius, quod ſpectacula a matutino tempore producerentur usque ad veſperum, emori ſe ſimulabant, & inſtar mortuorum e theatris exportabantur.

16. Obi-

y Οὐατινίῳ. ſic utique ſcribendum duxi pro vulgato Οὐατινίῳ, quod ex Martiali jam viderat *Lipſius* ad Tacit. XV. 34.
z καὶ τὰ addidi nunc primum ex Coisl. & Br. perinde ut τὰ ante ἐπιβοήματα poſitum jam ex Pal. addiderat Sylb. HS. L, cum quo & hic conſentit Coisl.

§74. (l. 1.) ἀνθρώπους ἐς τὰ τάφους — σφάξας] Bene explicat humanitatis omnis peritiſſimus *Geſnerus* ad Lucian. T. III. p. 642. adducto hoc Dionis loco: *intelligo, interfectus, & cruentos palpitantesque adhuc homines abjectos in oſtium.*

§75. (l. 4) Κλουβίῳ Ῥούφῳ] M. Cluvius Rufus, nonnullis male Clivius, nec rectius Plutarcho Κλωδίῳ, Coſ. ſuffectus A. U. C. 798. ex Kal. Jul. cum Pompejo Silvano: officio præconis Cæſarei, quo ante Gallio functus erat, p. 699. §132. dudum adhibitus: nam jam in urbe Nero recurrentibus Neroneis A. U. C. 818. *Nioben ſe cantaturum per Cluvium Rufum Conſularem pronunciavit. Suet.* 21. Laudatur, quod nulli unquam ſub Nerone periculum fecerit. *Tac.* Hiſt. IV. 43. Dives fuit, facundus, & pacis artibus clarus, belli inexpertus, poſteaque A. U. C. 822. Hiſpaniæ Tarraconenſi præfuit. *Tac.* ibid. & I. 8. IV. 39. Hiſtoriam ſcripſit, *Tacito* aliquoties laudatam, Ann. XIII. 20. XIV. 2. & *Plinio* Epiſt. IX. 19, 5. conf. & *Voſſium* de Hiſt. Lat. I. 27. p. 144. ſq. Vix conciliandus eſt cum hoc loco *Suetonius* c. 23. Nero *victorem ſe ipſe pronunciabat, qua de cauſa & præconio ubique contendit:* id vero indecens & minus verecundum eſſe habitum, facile quis credat *Ciceroni* epiſt. V. 12.

§76. (l. 9.) διὰ τὸν περὶ τῶν Ἐριννύων λόγον] Erinnyes, ſeu Furiæ, templum habebant Athenis prope ædem Minervæ in Areopago, ubi & judicium Oreſti de matris cæde conſtitutum. *Pauſan.* I. 28. p. 68. *Tzetzes* ad Lycophr. v. 1369. Dicebatur autem Oreſtes a furiis ad inſaniam actus fuiſſe. *Pauſan.* VIII. 34. Atque hunc λόγον, credo, veretur Nero, ne & ipſe, tanquam matricida, a Furiis adigeretur ad inſaniam, ſi Athenas veniſſet. Aliter *Suetonius* 34. ſq. ſcribens quidem, confeſſum eſſe poſt matris necem, *exagitari ſe verberibus Furiarum ac tædis ardentibus;* ſed rationem cur Athenis abſtinuerit, reddens hanc: *Peregrinatione quidem, Græciæ Eleuſiniis ſacris, quorum initiatione impii & ſcelerati voce præconis ſummoverentur, intereſſe non auſus eſt.* Conf. de M. Antonino Cereris initialia ſuſcipiente, ut ſe cædis inſontem probaret, *Capitolinum* c. 27.

§77. (l. 12.) στεφανοῖ τόν τε τῶν Ῥωμ. δῆμον] Hieronicæ etiam patriam ſuam coronare dicebantur: unde cujusvis victoris patria nomini ejus a præcone addebatur. vid. *Fabri* Agoniſt. II. 14. T. III. Gronov. p. 1989. De Pompejo *Plinius* H. N. VII. 26. *hos retulit patriæ titulos, more ſacris certaminibus vincentium: neque enim ipſi coronantur, ſed patrias ſuas coronant.* vide eund. XVI. 4. Hinc explicandus locus *Philoſtrati* Soph. II. 27. §2. ubi refert, Clementem Byzantio natum, & tragicum hiſtrionem excellentem, eo tempore quo Severus Byzantium obſidebat, victoria in Pythicis ceterisque certaminibus non potitum, ὡς μὴ δοκοίη δι' ἑαυτοῦ ἀνδρὸς κηρύττεσθαι ἡ πόλις, ὅπλα ἐπὶ Ῥωμαίους ἠρμένη. Nam vox præconis de more hujusmodi fere fuiſſet: ὁ Κλήμης νικᾷ τὸν ἀγῶνα, καὶ στεφανοῖ τὸν τῶν Βυζαντίων δῆμον, vel τὴν Βυζαντίων πόλιν, id quod invidiæ & criminationi apud Severum obnoxios feciſſet.

§78. (l. 15) καὶ ἐκήρυττε] Non *præconis officio functum* dicit, ut vult *Xylander*, ſed cum præconibus de contentione & claritate vocis contendiſſe. Nam præconum quoque agones erant, ut docuit *Pet. Faber* Agoniſt. II. 15. Tom. VIII. Theſ. Gronov. p. 1990. ſqq. & *Palmerius* Exercit. ad Auct. Gr. p. 578. ſq. vide *Pauſan.* V. 22. p. 434. Hinc *Philoſtratus* Apollon. IV. 24. de Nerone, ὡς δὲ νίκας ᾄδων κιθαρῳδίας καὶ κήρυκας. *Hieronymus* in Chronico Euſeb. ad Olymp. CCXI. *Nero in Olympiade coronatur, ceryces, cithariſtas, tragœdos, aurigas, vario certamine ſuperans.* Vide & Græca *Euſebii* & *Dionem* p. 719. B. & 725. A. Quanquam, ſi Nero cantavit βραχὺ καὶ μέλαν, voce exigua & fuſca, p. 699. §135. valebit quoque de præconio ejus illud apud *Lucianum* Necyom. c. 7. T. I. p. 465. ὥσπερ οἱ φαῦλοι τῶν ἐν τοῖς ἀγῶσι κηρύκων ἐπίτραχύ τι καὶ ἀσαφὲς ἐφθέγγετο.

§79. (l. 17.) τῷ Οὐατινίῳ] *Tacitus* XV. 34. *Vatinius inter fœdiſſima ejus aulæ oſtenta fuit, ſutrinæ tabernæ alumnus, corpore detorto, facetiis ſcurrilibus: primo in contumelias aſſumtus, deinde optimi cujusque criminatione eo usque valuit, ut gratia, pecunia, vi nocendi etiam malis præmineret.*

§80. (l. 19.) ὅτι συγκλητικὸς εἶ] Sylburgius, in notis, & Leunclavius ad marg. reddendum cenſebant: *quod ſenatorius es,* i. e. ſenatus ſtudioſior. Sed ita periret dicti lepos, ut ex Frontone Ducæo *Montfauconius* monuit ad Chryſoſtomi epiſt. 4. ad Olympiadem Diaconiſſam T. III. edit. Montf. p. 571. provocans ad interpretem Eutropii Pæanium, ubi συγκλητικοὶ dicuntur, qui latine ſunt *Senatores.* Helvidius Priſcus Veſpaſiano, mandanti ἵνα μὴ εἰσέλθῃ εἰς τὴν σύγκλητον, inquit: ἐπὶ σοί ἐστι, μὴ ἐᾶσαί με εἶναι συγκλητικόν. apud *Arrianum* Epictet. Diſſ. I. 2. Imperatores erant ſenatores. vide *Valeſium* infra ad p. 736. §34. p. 759. §11. Hinc *Plinius* Paneg. 2, 4. *unum ſe ex nobis putat.* Verum de odio Neronis in ſenatum vide §83.

§81. (l. 25.) ἐπῃνοῦντο καὶ ἐτιμῶντο] Vide *Sueton.* 25. 23. *Tac.* XVI. 5. Etiam abſente Nerone Romanis nonnemo moleſtus fuit, qui Neronis carmina cantans ad citharam, & mercedem pro eo exigens, inſuper illos qui negligentius audiſſent, majeſtatis poſtulandi jus habebat. *Philoſtr.* Apollon. IV. 39. p. 180. Vide & de alio apud Hiſpalenſes cantante, qui Neronis ſe cantum accurate referre diceret, V. 9. p. 195.

A.U.C.820 Capitone & Jul. Rufo COSS.

16. Obiter autem in iſta peregrinatione in Græciam inſtituit Iſthmum Peloponneſi perfodere. Quam rem aggreſſus eſt, hominibus licet id gravate facientibus, propterea, quod iis, qui primum terram moviſſent, ſanguis ex ea erupit, auditaque ſunt lamenta & mugitus quidam, & ſpectra multa apparuerunt. Quocirca Nero, accepto ligone, ipſe aliquantulum effodit; eoque facto, cæteros adduxit, ut idem neceſſario facerent. Ad id ipſum opus perficiendum, magna multitudo hominum etiam ex gentibus exteris arceſſita eſt.

Πάρεργον δὲ δὴ τῆς ἐπιδημίας [illegible] Ἑλλάδι ἐποιήσατο, [b] τὸν [82] Ἰσθμὸν [illegible] ποννήσου διορύξαι ἐπιθυμήσας· καὶ [illegible] ἔργου, [c] καίπερ τῶν ἀνθρώπων ὀκνούντων. αἷμά τε γὰρ τοῖς πρώτοις ἁψαμένοις τῆς γῆς [d] ἀνέβλυσεν, καὶ οἰμωγαὶ μυκηθμοί τέ τινες ἐξηκούοντο, καὶ εἴδωλα πολλὰ ἐφαντάζετο. B [83] λαβὼν δὲ αὐτὸς δίκελλαν, καί τι καὶ ἀνασκάψας, ἔπεισε καὶ τοὺς ἄλλους ἀνάγκῃ αὐτὸν μιμήσασθαι· καὶ [84] πολὺ πλῆθος ἀνθρώπων ἐπὶ τοῦτο τὸ ἔργον καὶ ἐκ τῶν ἄλλων ἐθνῶν μετεπέμψατο.

17. Quam ad rem, multasque alias, quum magna pecunia opus eſſet, (quando pariter & magnas ipſe res moliebatur, & largiter donabat) metueretque potentiſſimos homines, ne ipſum talia facientem invaderent: multos viros bonos ſuſtulit. Quorum ego cæteros prætermittam, (erat enim apud ipſum crimen commune omnibus, virtus, opes, nobilitas: atque ob eam cauſam vel ſibi mortem omnes inferebant, vel ab aliis occidebantur:) tantum Corbulonis, Sulpiciorumque, ac Scriboniorum Rufi & Proculi, mentionem faciam. Nam hi quum fratres eſſent, ac fere æquales, nihilque unquam disjuncti & ſeparati feciſſent, ut erant genere, & inſtituto vitæ, & facultatibus conjuncti, diuque ſimul utramque Germaniam adminiſtraverant; ita ſimul arceſſiti in Græciam venerunt, tanquam Nero eorum opera indigeret. Quumque rei eſſent facti criminum,

Ἔς τε οὖν τἆλλα καὶ ἐς ταῦτα [85] χρημάτων πολλῶν δεόμενος, καὶ [86] μεγαλοπράγμων καὶ μεγαλόδωρος ὁμοίως ὤν, καὶ ἅμα φοβούμενος τοὺς δυνατωτάτους, μὴ ἐπιθῶνταί οἱ τοιαῦτα ποιοῦντι, πολλούς τε καὶ ἀγαθοὺς ἄνδρας ἔφθειρεν. ὧν ἐγὼ τοὺς μὲν ἄλλους ἐάσω, (πᾶσί τε γὰρ παρ' C αὐτῷ δημόσιον ἔγκλημα ἦν ἀρετή τε καὶ πλοῦτος καὶ γένος· καὶ πάντες ἢ ἑαυτοὺς ἀπεκτίννυσαν, ἢ ὑπ' ἄλλων ἐφονεύοντο·) τοῦ δὲ δὴ Κορβούλωνος, καὶ Σουλπικίων, καὶ [87] Σκριβωνίων Ῥούφου τε καὶ Πρόκλου, μνημονεύσω. τούτων μὲν, ὅτι ἀδελφοί τε καὶ ἡλικιῶται τρόπον τινὰ ὄντες, καὶ μηδὲν μηδέποτε ἄνευ ἀλλήλων πράξαντες, ἀλλ' ὥσπερ τῷ γένει, οὕτω καὶ τῇ προαιρέσει τῇ τε [e] οὐσίᾳ συμπεφυκότες, καὶ τὰς Γερμανίας δὲ ἀμφοτέρας ἐπὶ πο- D λὺ ἅμα διῴκησαν, ἦλθόν τε εἰς τὴν Ἑλλάδα μετάπεμπτοι, [f] ὥστε αὐτῶν τοῦ Νέρωνος δεομένου· καὶ [g] ἐγκλήματος, οἷα ὁ καιρὸς ἐκεῖνος ἔφερε,

[a] τῆς ἐν τῇ Ἑλλάδι. poſſet & fortaſſe legi, τῆς εἰς τὴν Ἑλλάδα, (ex Blanci interpretatione) HS. [b] τὸν ἰσθμὸν τῆς Πελ. διορύξαι ἐπιθυμήσας. magis placeret τὸ τὸν ἰσθμὸν τῆς Πελ. διορύξαι ἐπεθύμησε. facile potuit τὸ a præcedenti ἐποιήσατο abſorberi. HS. [c] καίπερ τῶν ἀνθρώπων. ſuſpicor Dionem ſcripſiſſe καίπερ πάντων τῶν ἀνθρώπων. HS. ſed nec apud Zon. aliter quam hic legitur. [d] ἀνέβλυσεν. ita convenientius quam vulgatum ἀνέκλυσεν ſcribi, ex Pal. judicat Sylb. acceſſit nobis auctoritas cod. Coisl. Br. & Zonaræ, ut recipiendum non dubitaremus poſt Sylb. [e] τῇ τε οὐσίᾳ. ſuſpectum eſt οὐσίᾳ, convenientius συνουσίᾳ, ὁμονοίᾳ, vel ſimile quid. Sylb. [f] ὥστε. ſcribo ὥσγε, HS. vel ὡς καί. [g] ἐγκλήματος — λαβόντες. partitive dictum videri poteſt; ſequens tamen οἷα relativum, videtur potius poſtulare ἐγκλήματα. Sylb. ita ſane Br. ἐγκλήματος λαχόντες, HS.

§82. (l. 33.) Ἰσθμὸν τῆς Πελοποννήσου διορύξαι] Ejus inſtituti meminerunt, præter auctorem Dialogi Neronis, ſive περὶ τῆς ὀρυχῆς τοῦ Ἰσθμοῦ, T. III. *Luciani* p. 636. ſqq. *Suetonius* 19. *Philoſtratus* IV. 24. p. 162. V. 7. p. 194. & *Plinius* IV. 4. cujus verba apponam: *Corinthiacus hinc, illinc Saronicus appellatur ſinus: Lecheæ hinc, Cenchreæ illinc, anguſtiarum termini, longo & ancipiti navium ambitu, quas magnitudo plauſtris transvehi prohibet. Quam ob cauſam perfodere navigabili alveo anguſtias tentavere Demetrius rex, dictator Cæſar, Cajus princeps, Domitius Nero, infauſto, (ut omnium patuit exitu) incepto.* ad quem locum vide *Harduinum*. Adde, quæ de Periandri aliorumque conatibus monet *Olearius* ad Philoſtr. p. 162. not. 7. & quæ ad Suetonii Cæſarem c. 44. congeſſit *Marcellus Donatus* in Gruteri Face Artium T. VI. p. 242 ſqq. itemque *Fabricius* in Hydrotheologia II. 35. Hujus incepti Neronis memoria forte in numo Corinthiorum, qui Neronem, & in averſa Neptunum duobus equis marinis vectum exhibet, quaſi Nero alter eſſet Neptunus & Corinthiorum tutelaris: quæ ingenioſa eſt *Eraſmi Froelich* S. J. Viri eruditiſſimi conjectura in IV. Tentaminibus rei num. vet. p. 86. ſq. Foſſionis veſtigia ſuo tempore extitiſſe dicit *Pauſanias* II. p. 112. Cum vero XX. ſtadiorum eſſet Iſthmus, apud *Lucianum* Neron. c. 1. a Lechæo initium ducens foſſio ſtadia fere IV. continuata eſt aſſidua opera. *Philoſtr.* p. 163. at mox rumores Corintho venerunt de mutato conſilio. *Lucian.* c. 4. vel quod Ægyptiis geometris auctoribus Nero comperiſſet, Lechæum mare exundans Æginam eſſe ſubmerſurum, vel quod res novas metueret. *Philoſtr.* & *Lucian.* ll. cc. Omina apud Dionem, non de Neronis temporibus, ſed de præcedentibus tentaminibus accipi vult *Tillemont* Empereurs. T. I. p. 518.

§83. (l. 39.) λαβὼν δὲ αὐτὸς δίκελλαν] Ligonem aureum ſumſit Nero. *Lucian.* c. 3. ſimul precatus, *ut ſibi ac populo Romano bene res verteret. Suet.* 37. diſſimulata ſenatus mentione. Sane boni Principes aliter. *Plinius*, de Trajano c. 72. Paneg. *precatus es, ut illa ipſa ordinatio comitiorum bene ac feliciter eveniret* NOBIS REIPUBLICÆ TIBI. ubi NOBIS idem ac Senatui.

§84. (l. 41.) πολὺ πλῆθος ἀνθρώπων] Etiam ex ergaſtulis captivi & vincti catenis ad ſaxoſa & difficiliora loca adhibebantur, ad terrena autem & plana exercitus. *Philoſtr.* Apollon. V. 19. *Lucian.* c. 3. Sex millia captivorum Judæorum a Veſpaſiano ei ad hoc opus tranſmiſſa eſſe, docet *Joſephus* de B. J. lib. III. c. 10. § 10. nempe poſt VI. Id. Sept. A. U. C. 820.

§85. (l. 44.) χρημάτων πολλῶν δεόμενος] *Hieronymus* Chron. Euſeb. Ol. CCXI. Chr. 67. *Neroni in expenſas* (itineris Achaici) *centies centena millia decreto ſenatus annua ſubminiſtrantur.*

§86. (l. 45.) μεγαλοπράγμων καὶ μεγαλόδωρος] De magnis conatibus, præſertim in ædificando, teſtatur domus Neronis aurea & vaſtiſſima; *Tac.* XV. 42. *Suet.* c. 31. item urbis incendium, novæ ſplendidioris Neroniæ ædificandæ gratia. p. 708. §80. tum theatrum Pompeji inauratum. p. 717. §. 21. aliaque. Unde *incredibilium cupitor* audit *Tacito* l. c. & *Lucianus* in Nerone c. 4. negat, eum vel Thaletis ipſius ſapientiſſimi & naturæ conſultiſſimi conſilio dimoveri a fodiendo Iſthmo potuiſſe. De munificentia Neronis generatim, & in Doryphorum, dixi p. 691. §. 31. ſq. in Senecam p. 694. § 71. in Teridatem p. 716. § 6. p. 718. §. 26. in Hellanodicas & Pythiam p. 721. § 69. ſq. in libertos paſſim: quibus adde reliquum luxum, de quo *Suetonius* c. 30.

§87. (l. 53.) Σκριβωνίων Ῥούφου τε καὶ Πρόκλου] [illegible] cul dubio indicat *Tacitus* Hiſt. IV. 41. *Ad Paſſi*[illegible] *mum transgreſſi, eum quoque proturbant, tanquam N*[illegible] *bonios fratres, concordia opibusque inſignes, ad exi*[illegible] *ſtraviſſet.* nec eſt, cur *Rupertus* epiſt. ad Reineſ. [illegible] corrupta Taciti lectione hoc loco reſcribi velit Σ[illegible] nam apud Tacitum *Scribonios* habet codex Flo[illegible] Ryckii, & *Tacitus* alibi Ann. XIII. 48. Nomen igi[illegible] eſt *Scribonius Rufus*, alterius *Scribonius Proculus*. P[illegible] ad A. U. C. 816. alterum *Sulpicium Rufum*, alter[illegible] *nium Proculum* appellans, videtur hunc locum Dio[illegible]

ἔφερε λαβόντες, καὶ μήτε λόγου τυγχάνοντες μήτε ἐς ὀφθαλμοὺς τοῦ Νέρωνος ἀφικνούμενοι, καὶ διὰ τοῦθ' ὑφ' ἁπάντων ὁμοίως ἀτιμαζόμενοι, ἀποθανεῖν τε ἐπεθύμησαν, καὶ ἐτελεύτησαν τὰς φλέβας αὐτῶν [h] σχάσαντες. τοῦ δὲ δὴ [88] Κορβούλωνος, ὅτι καὶ ἐκεῖνον ἐντιμότατα μεταπεμψάμενος, καὶ τά τε ἄλλα καὶ
E πατέρα καὶ εὐεργέτην αὐτὸν ἀεὶ ὀνομάζων, ἔπειτ' ἐπειδὴ [89] τῇ [i] Κεγχρέᾳ προσέσχε, σφαγῆναι, πρὶν καὶ ἐς ὄψιν αὐτῷ ἐλθεῖν, προσέταξε. κιθαρῳδήσειν γὰρ ἤμελλεν, ὥς τινες λέγουσι, καὶ οὐχ ὑπέμεινεν αὐτῷ [90] τὸ ὀρθοστάδιον ἔχων ὀφθῆναι. καὶ ὅς, ἐπειδὴ τάχιστα τὸ προστεταγμένον ἔγνω, ξίφος τε ἔλαβε, καὶ ἑαυτὸν ἐῤῥωμένως παίων, ἔλεγεν, [k] Ἄξιος. τότε γὰρ δή ποτε πρῶτον ἐπίστευσεν, ὅτι κακῶς ἐπεποιήκει, καὶ φεισάμενος τοῦ κιθαρῳδοῦ, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐλθὼν ἄνοπλος.

723 Ἐν μὲν δὴ τῇ Ἑλλάδι ταῦτ' ἐπράττετο. τί γὰρ δεῖ λέγειν, ὅτι καὶ τὸν [91] Πάριν τὸν ὀρχηστὴν ἀποθανεῖν ἐκέλευσεν, ὅτι ὀρχεῖσθαι [l] παρ' αὐτῷ μαθεῖν ἐθελήσας, οὐκ ἠδυνήθη; τί δ' [92] ὅτι [m] Καικίναν Τοῦσκον ὑπερώρισεν, ὅτι τῆς Αἰγύπτου ἄρχων, ἐλούσατο ἐν τῷ βαλανείῳ, ὃ ἐκείνῳ ὡς καὶ ἐς τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἥξοντι, ἐποιήθη. ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον [93] ὁ Ἥλιος [n] ἄλλα τε πολλὰ καὶ δεινὰ εἰργάσατο, καὶ [94] Σουλπίκιον Καμερῖνον ἄνδρα τῶν πρώτων μετὰ τοῦ υἱέος ἀπέκτεινεν, ἐγκαλέσας σφίσιν,
B ὅτι

minum, quæ illa tempora ferebant, nec cauſæ dicendæ poteſtatem conſequerentur, nec in conſpectum Neronis admitterentur, ac proinde ab omnibus pariter deſpicerentur, mortem obire maluerunt, tandemque inciſis venis mortui ſunt. Corbulo autem, accitus honorificentiſſime, (quem virum Nero præter cætera, patrem & bene de ſe meritum appellabat) poſtquam Cenchreas appulit, ab eodem occidi juſſus eſt prius, quam in conſpectum ejus veniret. Nero enim, ut quidam ajunt, quum ſtatuiſſet cithara canere, orthoſtadium gerens, ab eo videri non ſuſtinuit. Corbulo, ut mandatum Neronis intellexit, gladium accepit, ſeque fortiter percutiens, ait; " Dignus. " Tum enim primum erratum ſuum agnovit, quod citharœdo peperciſſet, & quod ad eum inermis veniſſet.

A.U.C.820 Capitone & Jul. Rufo COSS.

18. Et in Græcia quidem hæc agebantur. Quid enim opus eſt referre, Paridem ſaltatorem juſſum eſſe a Nerone interfici; quod quum ab eo diſcere cuperet ſaltare, non potuit? Quid Cæcinnam Tuſcum? quem mulctavit exilio, propterea, quod quum is eſſet præfectus Ægypti, lotus eſt in balneo, quod Neroni venturo Alexandriam paratum fuerat. Per id tempus autem etiam Romæ Helius quum alia multa graviaque facinora perpetravit, tum Sulpicium Camerinum, unum ex primis civitatis, ac filium ejus interfecit; accuſatos, quod quum jam

b σχάσαντες. relinqui poſſe fateor; ſed aptius σχίσαντες, ut ſupra de Paulina Senecæ, ἔσχισε τὰς φλέβας. plus enim σχίζειν quam σχάζειν. L. αὐτῶν ſcribo poſt Sylburgium. ceteri αὐτῶν. *i* Κεγχρέᾳ. Κεγχρέᾳ, Pal. Coisl. Br. perperam. Sylburgius in Indice malit Κεγχρεαῖς. *k* ἄξιος. poſſet etiam legi ἀξίως. HS. pro ſequentibus τότε γὰρ δὴ ποτε πρῶτον, ſunt qui malint τότε γὰρ δὴ, τότε πρῶτον, Sylb. ita Br. *l* παρ' αὐτῷ. παρ' αὐτοῦ, L. ad marg. *m* Καικίναν. hoc verum nomen poſt Sylb. repoſui pro vulgato καὶ Κίναν, ſicut jam monuit doctiſſ. Lipſius ad Taciti XIII. 20. *n* ἄλλα τε πολλά. ſic Sylb. HS. edit. maj. & L. ſic Br. ſed ἄλλα omittit RS. & HS. edit. min.

cepiſſe, ut Σουλπικίων, quod præcedit, referret ad unum Rufum, Σκριβωνίων vero ad unum Proculum. Sed de Sulpiciis duobus, patre & filio, agit Dio poſtea p. 723. A. proinde non confundi debent cum Scriboniis duobus fratribus, de quibus hoc loco. Pariter non video, cur *Harduinus* ad Plin. VII 5. p. 376. not. 20. alterum horum fratrum Scriboniorum, qui Rufus dicebatur, Corbulonis fratrem fuiſſe ſuſpicetur, nomine M. Suilium Rufum. vide ad p. 710. §93. Nec enim Corbulo heic tanquam frater Rufo jungitur, nec Rufus hic Suilius ſed Scribonius vocatur. Aliud eſt *Glandorpii* παρόραμα in Onomaſtico p. 529 ſq. cum fratres Scribonianos, ut appellat pro Scriboniis, filios facit M. Licinii Craſſi Frugi, ex quo IV. filios natos a Tacito Scribonianos fratres ait vocari delatione Paccii Africani & Aquilii Reguli occiſos. Sed confundit in unam domum diverſas Craſſi & Scribonii, & delationes diverſas miſcet, ex male intellecto loco Taciti Hiſt. IV. 41. ſq. Craſſorum domus, cujus ſtemma apud *Ryckium* ad Tac. p. 305. everſa eſt per Regulum; ut apparet cum ex Taciti l. c. tum ex *Plinio* Epiſt. I. 5, 3. Scriboniorum autem per Paccium Africanum. Laudatus modo *Ryckius* p. 35. ad Tac. & ad Ann. XIII. 48. 1. noſtros Scribonios facit nepotes aut filios L. Scribonii Libonis, qui Cos. A. U. C. 769. nec ego pertinaciter repugno; ſed tamen non video quid obſtet, quo minus iis patrem tribuamus Scribonium Proculum, ſenatorem, qui Protogene incitante, ſub Cajo in curia diſcerptus eſt; ut narrat Dio p. 660. B. C. Verum in his ultra conjecturas quid poſſumus?

§88. (l. 67.) Κορβούλωνος] Egimus de eo ad p. 710. §90. ſqq. Syriæ adhuc præerat. ibid. §96. *Noriſius* in Cenot. Piſ. p. 334. mortem Corbulonis refert ad exitum A. U. C. 819. h. e. Chr. 66. ſed ſequenti demum anno contigiſſe, ex ordine narrationis colligitur, uti viſum quoque eſt *Tillemontio* T. I. p. 522.

§89. (l. 70.) τῇ Κεγχρέᾳ] Urbis ſitum cognoſces ex loco *Plinii*, §82.

§90. (l. 73.) τὸ ὀρθοστάδιον ἔχων] Habitum citharœdi deſcripſimus p. 699. §133. ὀρθοστάδιος χιτὼν apud *Pollucem* VII. 48. ὁ ἐν ζωννύμενος, vel ſecundum *Suidam* & *Heſychium* ὀρθοστάδιοι οἱ ταλαροὶ χιτῶνες. addit Heſychius ὑπόζωμα ἔχοντες, pro quo οὐκ ἔχοντες quidam, alii οἱ ταλὸν ὑπόδεμα ἔχοντες volunt. Rectas vel erectas dici putat, poſt alios, *Braunius* de Veſt. Sac. Hebr. I. 16. p. 353. quia rectum ſtant in tela cum texuntur, pro veteri more texendi, ubi ſtamina appenſis ponderibus ſuſpendebantur. Verum ſi a ſtamine, in textura erecto, diceretur ὀρθοστάδιος, multis id nomen competeret veſtibus, non ſoli citharœdorum. Præſtat igitur ab habitu ad corpus dictam putare, præeunte Polluce, quod ſine cinctura, ſurſum deorſum recta, ſtaret. Erat enim talaris & fluxa pendens. Reprehendit igitur non immerito Apulejum *Octav. Ferrarius* de Re Veſt. P. II. lib. III. c. 13. T. VI. Grævii p. 858. quod cingulum huic veſti addat: adeoque haud ſcio an ipſius Ferrarii menti reſpondeat Nero cithara canens ex numo ibi expreſſus cum cingulo. Conf. *Oiſelii* Theſ. num. XXXVIII. 1. *Patin* ad Suet. c. 25. numos *Arſchotanos* XXI. 24. & ibi Rubenium. & Apollinem citharœdum ibid. XII. 13. 14. 15.

§91. (l. 81.) Πάριν τὸν ὀρχηστὴν] *Suetonius* 54. *Sunt qui tradant, Paridem hiſtrionem occiſum ab eo quaſi gravem adverſarium.* Fuit libertus Domitiæ amitæ Neronis, delator quondam Agrippinæ, validus apud libidines Principis. *Tac.* XIII. 19. 21. 22.

§92. (l. 84.) Καικίναν Τοῦσκον] *Suetonius* 35. *Tuſcum nutricis filium, relegavit, quod in procuratione Ægypti balneis in adventum ſuum exſtructis, laviſſet.* Voluiſſe aliquando Neronem huic præfecturam prætorii, depoto Burro, mandare, tradit ex Fabio Ruſtico *Tacitus* XIII. 20. Rediiſſe Tuſcum ab exilio, ſub Galba, colligas ex *Tac.* H. III. 38.

§93. (l. 88.) ὁ Ἥλιος] Vide ſupra p. 720. §57.

§94. (l. 90.) Σουλπίκιον Καμερῖνον] Q. Sulpicius Camerinus, *Gruter.* CXVIII. ſq. cum Pomponio Silvano proconſulare imperium Africæ habuerat, atque accuſatus inde apud Neronem, fuerat abſolutus. *Tac.* XIII. 52. ubi *Ryckio* filius videtur Q. Sulpicii Camerini Cos. A. U. C. 762. Ab M. Regulo delatum eſſe, patet ex *Plinio* Epiſt. I. 5, 3. ubi Metius Carus Regulo, Herennium Senecionem laceranti: *Quid tibi cum meis mortuis?*

A.U.C.820 Capitone & Jul. Rufo COSS.

jam inde a majoribus Pythici cognominarentur, non deſinerent eo cognomine appellari, ſed in Pythicas victorias Neronis ſimilitudine nominis impii forent. Quumque ſtatuam ejus mille librarum Auguſtani ſe facturos promiſiſſent, omnes equites ad eam impenſam faciendam conferre coegit. Quæ porro facta ſint a ſenatu, difficile eſt ſingula percenſere. Ab eo enim tot ſacrificia & ſupplicationes decretæ ſunt, ut ad eas peragendas ne totus quidem annus ſufficeret.

ὅτι [o] Πυθικοὶ ἐκ προγόνων ἐπ[illegible], οὐκ ἐπαύσαντο τὸ πρόσρημα τοῦτ[illegible] ἀλλ᾽ ἐς τὰς τοῦ Νέρωνος νίκας τ[illegible] ἐκ τῆς ὁμωνυμίας ἠσέβουν. τῶν [illegible] σείων [95] ἄγαλμα αὐτοῦ χιλίων λιτρῶν ποιήσειν ὑπισχομένων, πᾶν τὸ ἱππικὸν ἠναγκάσθη συντελέσαι σφίσι τὸ ἀνάλωμα. τὰ δὲ δὴ τῆς γερουσίας, ἔργον καθ᾽ ἕκαστον ἐπεξελθεῖν. τοσαῦται γὰρ θυσίαι καὶ ἱερομηνίαι ἐπηγγέλθησαν, ὥστε μηδ᾽ ὅλον τὸν ἐνιαυτὸν ἐξαρκέσαι.

A.U.C.821 C. Sil. Italico & Galer. Trachalo COSS.

19. Helius, quum antea ſæpe Neronem per literas hortatus fuiſſet, ut quam celerrime reverteretur, neque is pareret; ipſe in Græciam ſeptem diebus pervenit, eumque perterruit, quod magnam conjurationem in urbe contra ipſum parari diceret: unde factum, ut confeſtim in Italiam navigans, diſceſſerit. Speſque erat, vi tempeſtatis illum periturum; verum fruſtra id gaudium pleriſque fuit: ſalvus enim evaſit, fuitque hoc ipſum multis exitio, quod ejus interitum optaſſent, aut ſperaſſent.

Ὁ δὲ Ἥλιος πολλάκις μὲν καὶ πρότερον ἐπιστείλας αὐτῷ, παραινῶν [96] ὅτι τάχιστα ἀνακομισθῆναι· ὡς δ᾽ οὐκ ἐπείθετο, ἦλθεν αὐτὸς εἰς τὴν Ἑλλάδα ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ, καὶ [oo] ἐξεφόβησεν αὐτὸν, εἰπὼν μεγάλην τινὰ ἐπιβουλὴν ἐν τῇ Ῥώμῃ παρασκευάζεσθαι κατ᾽ αὐτοῦ· ὥστε παρευθὺς [97] εἰς τὴν Ἰταλίαν ἀποπλεῦσαι. καὶ ἐγένετο μέν τις ἐλπὶς ὑπὸ χειμῶνος αὐτὸν φθαρήσεσθαι, μάτην δὲ πολλοὶ ἥσθησαν· ἐσώθη γάρ. καί τισι καὶ αὐτὸ τοῦτο ὀλέθρου αἴτιον ἐγένετο, ὅτι καὶ ηὔξαντο καὶ ἤλπισαν αὐτὸν [p] ἀπολεῖσθαι. C

20. Quum autem ad urbem advectus eſt, pars muri diruta & circum portam deſtructa eſt: quod aliqui dicerent, uſu receptum eſſe, ut iis utrumque fieret, qui coronas e certaminibus retuliſſent. Primi omnium introierunt, qui coronas, quas Nero acceperat, ferebant: hos ſequebantur ii, qui tabellas haſtis affixas ſublimes portabant; in quibus ſcriptum erat nomen, & genus certaminis: utque Nero Cæſar, primus omnis memoriæ Romanorum, victor in eo extitiſſet. Deinde ipſe Nero curru triumphali, in quo Auguſtus olim tot triumphos egerat, vehebatur; amictus veſte purpurea, auro intexta: &

Ἐπεὶ δ᾽ οὖν ἐς τὴν Ῥώμην ἐσήλασε, [98] τοῦ τε τείχους τι καθῃρέθη καὶ τῶν [q] πυλῶν περιερράγη, νενομίσθαι τινῶν λεγόντων, ἑκάτερον τοῖς ἐκ τῶν ἀγώνων στεφανηφόροις γίνεσθαι. καὶ ἐσεφοίτησαν πρῶτοι μὲν οἱ τοὺς στεφάνους, οὓς [r] ἀνῄρουν, κομίζοντες, καὶ μετ᾽ αὐτοὺς ἕτεροι σανίδιά τε ἐπὶ δοράτων ἀνατείνοντες, ἐφ᾽ οἷς ἐπεγέγραπτο τό, τε ὄνομα τοῦ ἀγῶνος, καὶ τὸ εἶδος τοῦ ἀγωνίσματος, ὅτι τε Νέρων Καῖσαρ πρῶτος πάντων τῶν ἀπὸ τοῦ αἰῶνος Ῥωμαίων ἐνίκησεν αὐτό. ἔπειτα αὐτὸς ἐφ᾽ ἅρματος ἐπινικίου, ἐν ᾧ ποτε ὁ Αὔγουστος τὰ πολλὰ ἐκεῖνα νικητήρια ἐπεπόμφει, ἁλουργίδα χρυσόπαστον ἔχων, καὶ [99] κότινον ἐστεφανωμένος, τὴν D E

o Πυθικοί. in latinis faſtis cognomen Sulpiciorum *Peticus*, in Græcis vel Πέτικοι vel Πέτικοι, utrinque ergo per *e* ſimplex. Sylb. Lipſius ad Tacit. XIII. 52. & de recta pronuntiat. linguæ lat. cap. XI. T. I. p. 457. Ποίτικοι, i. e. Pœtici: emendandum ait ex faſtis. errat enim Wetſtenius de linguæ gr. pron. p. 189. quando Ποιθικοὶ *poiecthici* Lipſio placuiſſe putat. quoniam vero Lipſio judice *υ*, ad *oe* Gallorum proxime acceſſit, hinc equidem exiſtimo, Dionem non aliter ſcripſiſſe quam Πυθικοί, qua ſcriptione ſimul veram cognominis hujus pronuntiationem, & alluſionem ad *pythicas* Neronis victorias aſſequebatur. oo ἐξεφόβησεν, ex Pal. habent Sylb. HS. edit. maj. & L. adde Br. Mer. ἐφόβησεν, RS. & HS. edit. min.
p ἀπολεῖσθαι. in futuro tempore ſcripſi ex Coisl. & Br. pro vulgato ἀπολέσθαι. q τῶν πυλῶν. legendum ajo τῶν πυλῶν τι. L. r ἀνῄρουν. rectius fortaſſe ἀνῄρει, ſcil. Nero. Sylb. ἀνῄρει, Salm.

mortuis? numquid ego Craſſo aut Camerino moleſtus ſum? addit Plinius: *quos ille* (Regulus) *ſub Nerone accuſaverat.* De cognata pronuntiatione ſoni OE & Y & ſimilium, vide & *Perizonium* Animadv. Hiſt. p. 437. ſq. & *Salmaſium* ad Capitolin. Macrino c. 9. p. 759. Pertinet huc etiam *Thucydidis* locus II. 54. ubi altercatio de carmine, λοιμὸς an λιμὸς prædicatur? Thucydides vero haud obſcure indicat, ad utramque rem accommodari poſſe.

§ 95. (l. 96.) ἄγαλμα αὐτοῦ χιλίων λιτρῶν] De ſtatuis Hieronicarum, *Pet. Faber* Agoniſt. II. 20. T. VIII. Gronov. p. 2009. ſqq. vide ſupra p. 719. §. 42. Citharœdico habitu ponendam fuiſſe, vix dubium eſt: ita fingi amabat Nero. *Suet.* 25. Materia non additur; ſed puto excidiſſe χρυσοῦν. Sic de Commodo, Neronem in multis imitante, p. 824. C. ἀνδριάς τε αὐτῷ χρυσοῦς χιλίων λιτρῶν ἐγένετο. Pretii ſane ingentis, ſed magnitudinem non excedentis Romanam. vid. *Plin.* XXXIII. 3.

§ 96. (l. 4.) ὅτι τάχιστα ἀνακομισθῆναι] Nero primum Helio, reditum per literas ſuadenti, apud *Sueton.* 23. *Quamvis nunc tuum conſilium ſit, & votum, me celeriter reverti, tamen ſuadere & optare potius debes, ut Nerone dignus revertar.*

§ 97. (l. 8.) εἰς τὴν Ἰταλίαν ἀποπλεῦσαι] Sub vernum tempus A. U. C. 821. ut infra patebit. § 110.

§ 98. (l. 14.) τοῦ τε τείχους τι καθῃρέθη] *Disjecta parte muri, ut mos hieronicarum eſt. Suetonius* c. 25. Uberiorem deſcriptionem pompæ, præter Suetonium laudatum, vide apud *Pet. Fabrum* Agoniſt. II. 10. T. VIII. Gronov. p. 1976. ſq. & *Jul. Caſ. Bulengerum* de Circo c. 55. T. IX. Grævii p. 717. Proprie Dio, ἐσήλασε. Inde enim Iſelaſtici agones dicebantur.

§ 99. (l. 26.) κότινον ἐστεφανωμένος] Oleaſtri corona Olympica, velut præcipua. v. *Fabrum* l. c. p. 2024. ſqq. conf. *Sueton.* 25.

§ 100. (l. 27.) Πυθικὴν δάφνην προβάλλων] *Suetonius* l. c. *coronam capite gerens Olympiacam, dextra manu Pythiam.* Non igitur huc ſpectant numi apud *Triſtanum* I. p. 217. 385. *Ruben.* XX. 21. *Patin.* ad Suet. c. 10. *Bandur.* II. p. 539. 543. *Havere.* Contor. paſſim; in quibus Eutymius laureatus in curru quadrijugo, dextra oleagineam coronam protendens, ſiniſtra palmæ ramum tenens. Hi enim ſerius cuſi, contorniati, ad ludos quoscunque ſpectant, priſci alicujus inſignis viri imaginem gerentes.

§ 101. (l. 28.) Διόδωρος ὁ κιθαρῳδὸς] Vide ſupra p. 719. § 41. Quod cum Nerone vectus ſit in curru triumphali, id non inſolens. Nam & Commodus, *ſubactore ſuo Antero* (Saotero) *poſt ſe in curru locato, ita triumphavit, ut eum ſæpius cervice reflexa publice oſcularetur*, teſte *Lampridio* c. 3. & Dio Pruſæus poſt Trajanum in eodem curru triumphali vectus legitur apud *Philoſtratum* Soph. I. 7. p. 488. Hinc & Diodorum poſt Neronem locatum mihi imaginor. Liberos tamen & cognatos in curru juxta, vel ante ſe habebant [illegible] aut eosdem equis triumphalibus imponebant, au[illegible] lari comitantes habebant, docente *Valeſio* ad [illegible] ex Nic. Damaſceno p. 71. vide *Zonaram* T. I. p. 35[illegible]

§ 102. (l. 30.) μετὰ τῶν στρατιωτῶν] Cum Augu[illegible] bus præſertim, qui ſe milites ejus triumphi eſſe dice[illegible]

§ 103. (l. 33.) ἐστεφανωμένοι καὶ λυχνοῦχοι[illegible] hunc tetigi p. 717. § 13.

§ 104. (l. 36.) οὐᾶ, Πυθιονῖκα] Vulgo οὐᾶ, [illegible] terpretabantur. Sed eſt ſine dubio *vah!* adm[illegible]

τὴν [100] Πυθικὴν δάφνην προτείνων· καὶ αὐτῷ ὁ [101] Διόδωρος ὁ κιθαρῳδὸς παρωχεῖτο. καὶ οὕτω [...] τε τοῦ ἱπποδρόμου καὶ διὰ τῆς ἀγορᾶς, [102] μετά τε τῶν στρατιωτῶν, καὶ μετὰ τῶν ἱππέων, τῆς τε βουλῆς διελθὼν, ἐς τὸ Καπιτώλιον ἀνέβη, καὶ ἐκεῖθεν ἐς τὸ παλάτιον, πάσης μὲν τῆς πό-
724 λεως [103] ἐστεφανωμένης καὶ λυχνοκαιούσης καὶ θυμιώσης, πάντων δὲ τῶν ἀνθρώπων, καὶ αὐτῶν τῶν βουλευτῶν ὅτι μάλιστα συμβοώντων, “ Ὀλυμπιονίκα, “ [s] οὐᾶ, [104] Πυθιονίκα, [s] οὐᾶ, Αὔγουστε, Αὔγουστε· “ Νέρωνι τῷ Ἡρακλεῖ, Νέρωνι τῷ Ἀπόλλωνι· [t] ὡς “ [105] εἷς περιοδονίκης, εἷς ἀπ' αἰῶνος, Αὔγουστε, Αὔ- “ γουστε· [106] ἱερὰ φωνή· μακάριοι οἱ σοῦ ἀκούοντες. “ τί γὰρ δεῖ περιπλέκειν, καὶ οὐκ αὐτὰ τὰ λεχθέν- “ τα δηλοῦν; „ οὐδὲ γὰρ οὐδὲ αἰσχύνην τινὰ τῇ συγγραφῇ τὰ ῥηθέντα, ἀλλὰ καὶ κόσμον, τὸ μηδὲν αὐτῶν ἀποκρυφθῆναι, φέρει.

B Ἐκτελέσας δὲ ταῦτα, ἱπποδρομίας ἐπήγγειλε, καὶ τοὺς στεφάνους, τούτους τε καὶ τοὺς ἄλλους πάντας, ὅσους ἅρμασι νικήσας εἰλήφει, ἐς τὸν ἱππόδρομον ἐσήνεγκε, καὶ [107] τῷ ὀβελίσκῳ τῷ Αἰγυπτίῳ περιέθηκε· καὶ ἦσαν [108] ὀκτὼ καὶ [u] ὀκτακόσιοι καὶ χίλιοι. ποιήσας δὲ ταῦτα, ἡνιόχησε. [109] Λάρκιος δέ τις Λυδὸς προσῆλθεν αὐτῷ, πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας προσφέρων, ἵνα κιθαρῳδήσῃ· καὶ ὃς τὸ μὲν ἀργύριον οὐκ
C ἔλαβεν, ἀπαξιώσας μισθοῦ τι ποιῆσαι· καὶ διὰ τοῦτο Τιγελλῖνος [x] αὐτὸ ἐσέπραξεν, ἵνα μὴ αὐτὸν ἀποκτείνῃ. ἐς μέντοι τὸ θέατρον καὶ ὣς εἰσελθὼν, καὶ ἐκιθαρῴδησε καὶ ἐτραγῴδησεν· ἐπεὶ τοῖς γε ἵπποις οὐκ ἔστιν ὅτε οὐχ ἡμιλλᾶτο, ἔστι δ' ὅτε καὶ ἑκὼν ἡττᾶτο, ὅπως τά γε ἄλλα τὰ πλείω πιστεύσηται ἐπ' ἀληθείας κρατεῖν.

Ὁ μὲν οὖν Νέρων οὕτως τε ἔζη, καὶ οὕτως ἐμονάρχει. λέξω δὲ καὶ ὅπως κατελύθη, καὶ ἐκ τῆς ἀρχῆς ἐξέπεσεν. [y] ἦν τις Γαλάτης

& oleaſtro coronatus, laurumque Pythicam præ ſe ferens. Cum eo una Diodorus citharœdus vehebatur, eoque pacto per Circum & forum, cum militibus, & equitibus, ac ſenatu tranſiit; tum aſcendit in Capitolium, atque inde in palatium venit, tota urbe coronata, lychniſque ac ſuffimentis plena. Acclamabant omnes, & ipſi ſenatores in primis, “ Vah! victor Olympice, vah! victor Pythice, Auguſte, Auguſte! Neroni Herculi, Neroni Apollini! Quam ſolus victor es periodicus, ſolus ab omni memoria, Auguſte, Auguſte! Sacra vox! Beati qui te audiunt! „ Quid enim opus eſt aliis rem involvere verbis, ac non ea potius ipſa proferre, quæ dicta fuerunt? Neque vero ea, quæ attulimus, dedecori ſunt hiſtoriæ; quin potius, dum nihil reticetur, decus atque ornamentum afferunt.

A.U.C 821 C. Sil. Italico & Galer. Trachalo COSS.

21. His rebus confectis, Circenſes indixit, haſque coronas, & reliquas omnes, quas ex curruum certamine victor obtinuerat, attulit in Circum, & obeliſco Ægyptio impoſuit. Hæ erant numero mille octingentæ octo. Poſt hæc currum agitavit. Tum Larcius quidam Lydus ad eum venit, obtulitque ei decies ſeſtertium, ut cithara caneret: quos etſi Nero repudiavit, dedignatus pro mercede aliquid facere; tamen hanc ſummam Tigellinus a Larcio exegit, ne eum interficeret. At Nero nihilominus ingreſſus in theatrum, & cithara cecinit, & egit tragœdias; equis vero certavit prope ſemper, nonnunquam etiam ultro vinci ſe paſſus, ut reliquis vicibus plurimis vere viciſſe crederetur.

22. Quum igitur Nero hoc uſus ſit genere vitæ, & principatum hoc modo geſſerit; nunc nobis, quemadmodum everſus ſit, & imperium

s οὐᾶ. vulgo οὐα. ὄβα, L. in marg. ſcilicet melius hac ratione latinam vocem *ova*, quam Blancus habet & ſequentes retinuerunt, græcis literis expreſſurus; nec tamen *ova* illa vox eſt, quam Dio voluit indicare, ſed potius admirantium *vah!* vide not. *t* ὡς εἷς περιοδονίκης, εἷς ἀπ' αἰῶνος. hæc, ſatis ſana, quantum video, ſic immutanda cenſuit Salmaſius ad Trebellium Poll. p. 413. ζώοις, περιοδονικώτατε ἐπ' αἰῶνας. *u* ὀκτακόσιοι καὶ χίλιοι. ſcil. στέφανοι. ſic recte Sylb. HS. edit. maj. & L. ſed ὀκτακόσια καὶ χίλια, RS. & HS. edit. min. *x* αὐτὸ ἐσέπραξεν. ſic e Pal. & Xyl. codd. (quibus adde Br.) reponendum duxit Sylb. & HS. edit. maj. itemque L. pro αὐτῷ ἐσέπραξεν, quod exhibent HS. edit. min. & RS.
y ἦν τις. pro his duobus vocabulis relictum in Pal. ſpatium vacuum, Sylb. item in Coiſl. & Br.

Græcis quidem ignotum, ut probant loca *Arriani* Epict. Diſp. III. 23. εἰπέ μοι οὐᾶ καὶ θαυμαστῶς, & poſtea ἵνα σοι οὐᾶ φῶσιν ἐπιφωνήματι λέγοντες. Produxit ea loca Vir ſummus *Salmaſius* ad Treb. Pollionis Claud. T. II. Hiſt. Aug. p. 413. atque inde ea repetiit *Ge. Raphelius* ad Marc. XV. 29. οὐὰ ὁ καταλύων τὸν ναόν, ubi & magnus Grotius monuit, eſſe Latinorum *vah!* deteſtandi tamen ſenſu: & ſic οὐὰ eſſe apud Aeſchylum in Perſis, unde ovare. Vide & *Bernardin. Ferrarium* de Vett. Acclamatt. III. 15. T. VI. *Græv.* p. 110. ſqq. qui quanquam pro altera interpretatione *ova* affert emendationem εὐοῖ, vel εὐαί, tamen maxime videtur ſignificationem *vah!* probare.

§ 105. (l. 38.) ὡς εἷς περιοδονίκης] De vocabulo περιοδονίκης vide ſupra p. 719. § 37. impetrare autem a me non poſſum, ut ſubſcribam Salmaſianæ emendationi, quam vides in Var. Lectt. nam ὡς admirantium eſſe, vulgo notum: εἷς pro μόνος, ut p. 39. E. Sic ſupra p. 699. C. acclamant Neroni εἷς ὡς Πύθιος, ubi poſſis etiam cum Sylburgio transponere, ὡς εἷς Πύθιος. Neque etiam hoc loco legitur aut legendum eſt ἐπ' αἰῶνας, quod vult Salmaſius: ſed ἀπ' αἰῶνος, ut p. 827. B. & paulo ante p. 723. D. qui locus eſt hujus interpres, ὅτι πρῶτος πάντων τῶν ἀπ' αἰῶνος Ῥωμαίων ἐνίκησεν αὐτό. Sic in *marmore Arundel.* III. C. Ant. Septimius Publius citharoedus μόνος καὶ πρῶτος τῶν ἀπ' αἰῶνος νικήσας τοὺς ἀγῶνας, Vid. & Reineſ. V. 20. *Gruter.* CCCLXXIV. 5. Inſcriptio apud *Ge. Whelerum* Itinerar. T. II. p. 438. edit. Gall. Μάρκος Τούλλιος —— μόνος καὶ πρῶτος τῶν ἀπ' αἰῶνος ἀνδρῶν νικήσας κατὰ τὸ ἑξῆς Παναθήναια, Ὀλύμπια, Ἴσθμια, Ἀδριάνεια. Latini, *unus omnium vel primus ab omni memoria.* Sunt ergo οἱ ἀπ' αἰῶνος, qui unquam fuerunt. *Sic Hyginus* περὶ ὕψους Sect. 34. ἅπαντας ἀεὶ νικᾷ —— καὶ καταβλέπει τοὺς ἀπ' αἰῶνος ῥήτορας. Conf. & de phraſi πρῶτος καὶ μόνος *Andr. Dunæum* ad Demoſthenis Philipp. de Pace. Lond. 1621. 12. p. 54. ſq.

§ 106. (l. 39.) ἱερὰ φωνή] Vide ſupra p. 714. § 135. & p. 699. § 135. & § 139.

§ 107. (l. 47.) τῷ ὀβελίσκῳ τῷ Αἰγυπτίῳ] Obeliſcus Circi a Rege quondam Semneſerteo, ut fertur, circa Pythagoræ ætatem exciſus, & ab Hieropolitana civitate Ægypti Romam tranſlatus juſſu Auguſti A. U. C. 744. ac in Circo locatus, CXXV. pedum & dodrantis præter baſin, non tantum in nummis & monumentis Circum referentibus delineatus conſpicitur, ſed poſt ruinam ſuam erectus iterum a Sixto V. Pontifice, exſtat adhuc in *area Populi*, ſeu ad portam Flaminiam. Conf. *Famiani Nardini* Romam Vet. VII. 2. T. IV. Græv. p. 1357. ſq. & *Joſephi Caſtalionis* explicationem inſcriptionis baſeos T. VI. Græv. p. 1858. ſqq. & *Pet. Angeli Bargæi* Comm. in eundem obeliſcum p. 1893. ſqq. Dionem, qui coronas obeliſco Circi impoſitas ſcribit, falſi arguere videtur *Suetonius* 25. his verbis: *ſacras coronas in cubili circum lectos poſuit.* Sed Suetonii verba corrupta acute ex Dione reſtituit *Livenſis* Miſcell. III. 7. *in obelum circi injectas.* In obſcuro certe & privato loco repoſitas fuiſſe coronas, neutiquam eſt probabile.

§ 108. (l. 48.) ὀκτὼ καὶ ὀκτακόσιοι καὶ χίλιοι] Omnes enim citharoedorum, qui viciſſent, coronæ dudum ad Neronem delatæ fuerant. *Dio* p. 699. D. *Suet.* 22.

§ 109. (l. 49.) Λάρκιος δέ τις Λυδὸς] *Suetonius* 21. *non dubitavit etiam in privatis ſpectaculis operam inter ſcenicos dare, quodam prætorum HS. decies offerente.*

A.U.C.821 C. Sil. Italico & Galer. Trachalo COSS.

rium amiſerit, dicendum eſt. Cajus Julius Vindex, natione Gallus, [majoribus Aquitanis,] e ſtirpe regia; propter patrem, ordinis apud Romanos erat ſenatorii, homo magnis viribus corporis, & multa præditus prudentia, peritusque rei militaris, & ad omne præclarum facinus audax, [libertatis etiam & gloriæ ingenti cupidine. Is tum Galliæ præerat,] ac congregata Gallorum multitudine, qui crebris pecuniarum exactionibus graviſſima quæque a Nerone pertulerant, & adhuc perferebant, in tribunal aſcendit, atque inde multa contra Neronem verba fecit, quibus ut ab eo deficerent, eumque una ſecum invaderent, ſuadebat. "Omnem enim," inquit, "orbem imperii Romani expilavit: omnem florem ſenatus eorum perdidit: matrem, quam inceſto ſtupro polluerat, interfecit: poſtremo, ne formam quidem imperii ſervat. Nam etſi cædes, rapinæ, injuriæ, ab aliis etiam multis ſæpenumero factæ ſunt; tamen cætera quis unquam ſatis digne percenſere poſſit? Ego quidem, (credite mihi) o amici & ſocii, vidi, vidi inquam illum virum (ſi vir nominandus eſt is, qui Sporum duxit uxorem, quique Pythagoræ nupſit) in ipſo theatri circulo, pariter ac in orcheſtra, modo gerentem citharam, orthoſtadium & cothurnos, modo embatas & perſonam. Sæpe illum audivi quum caneret, præconioque contenderet, audivi cum tragœdias ageret: vidi conſtrictum vinculis, vidi quum traheretur, quin quum uterum ferret, quum pareret: vidi, omnia, quæ

Γαλάτης ἀνὴρ [z] Γάϊος [110] Ἰούλ[illegible] ἐκ μὲν προγόνων [[a] Ἀκυϊτανὸς,] [illegible] κοῦ γένους, κατὰ δὲ τὸν πατέ[illegible] τῶν Ῥωμαίων τό, τε σῶμα ἰσχυρὸς [illegible] ψυχὴν συνετὸς, τῶν τε πολεμικῶν ἔμπειρος, καὶ πρὸς πᾶν ἔργον μέγα εὔτολμος· [b] [τό τε φιλελεύθερον καὶ τὸ φιλότιμον πλεῖστον εἶχεν· ὃς προέστη τῶν Γαλατῶν.] οὗτος ὁ Βίνδιξ συναθροίσας τοὺς Γαλάτας, πολλὰ πεπονθότας τε ἐν ταῖς συχναῖς εἰσπράξεσι τῶν χρημάτων, καὶ ἔτι πάσχοντας ὑπὸ Νέρωνος· καὶ ἀναβὰς ἐπὶ βῆμα, μακρὰν [111] διεξῆλθε κατὰ τοῦ Νέρωνος ῥῆσιν, λέγων δεῖν ἀποστῆναί τε αὐτοῦ, καὶ [112] ἅμα οἱ ἐπιστῆναι [c] [αὐτῷ·] "ὅτι, φησὶ, πᾶσαν τὴν τῶν "Ῥωμαίων οἰκουμένην σεσύληκεν, ὅτι πᾶν τὸ "ἄνθος τῆς βουλῆς αὐτῶν ἀπολώλεκεν, ὅτι "τὴν μητέρα τὴν ἑαυτοῦ καὶ [113] ᾔσχυνε καὶ ἀπέ"κτεινε, καὶ οὐδ' αὐτὸ τὸ σχῆμα τῆς ἡγεμονίας "σώζει. σφαγαὶ μὲν γὰρ καὶ ἁρπαγαὶ καὶ ὕ"βρεις, καὶ ὑπ' ἄλλων πολλαὶ πολλάκις ἐγένοντο· "τὰ δὲ δὴ λοιπὰ πῶς ἄν τις κατ' ἀξίαν εἰπεῖν "δυνηθείη; εἶδον, ὦ ἄνδρες φίλοι καὶ σύμμαχοι, "πιστεύσατέ μοι, εἶδον τὸν ἄνδρα ἐκεῖνον (εἴ γε "ἀνὴρ [114] ὁ Σπόρον γεγαμηκὼς, ὁ Πυθαγόρᾳ γε"γαμημένος) ἐν τῷ τοῦ θεάτρου κύκλῳ, καὶ "ἐν τῇ ὀρχήστρᾳ, ποτὲ μὲν [115] κιθάραν ἔχοντα, "καὶ ὀρθοστάδιον, [116] καὶ κοθόρνους, ποτὲ δὲ ἐμ"βάτας καὶ προσωπεῖον. ἤκουσα αὐτοῦ πολλά"κις ᾄδοντος, [117] ἤκουσα κηρύττοντος, ἤκουσα "τραγῳδοῦντος. [118] εἶδον αὐτὸν δεδεμένον, εἶδον συ"ρόμενον, κύοντα δὴ, τίκτοντα δὴ, πάντ' ὅσα μυθολο-

D

E

725

z Γάϊος. ita & Z. ſed hoc prænomen omittunt Excerpt. Peir. p. 694. item Tacitus, Suetonius, Plutarchus, Plinius. Julii nomen habent omnes. Glandorpius vero Lucium vocat, ex Lampridio in Alex. Severo c. 1. a Ἀκυϊτανός. additum ex Exc. Peir. p. 694. in quibus pro ſequenti γένους, eſt φύλου. deeſſe autem hic quædam, alia corrupta videntur, quæ forte ad hunc modum reſtituentur: ἐκ μὲν προγόνων κατὰ τὴν μητέρα (vel μητρόθεν) Ἀκυϊτανὸς, τοῦ βασιλικοῦ γένους, κατὰ δὲ τὸν πατέρα βουλευτικοῦ Ῥωμαῖος, vel βουλευτὴς τῶν Ῥωμαίων. Zonaras tantum de paterno genere refert, & pariter βουλευτὴν τῶν Ῥωμ. ſcribit. b τό τε φιλελεύθερον &c. hæc addita ſunt ex Exc. Peir. c αὐτῷ. hoc adjecimus ex Coisl. & Br.

110. (l. 62.) Γάϊος Ἰούλιος Βίνδιξ] Caji prænomen in nummo apud *Mediobarbum* p. 97. C. JULIUS. CÆSAR. ſed ſuſpectus eſt nummus, de quo & dubitare video *Tillemontium*, T. I. p. 528. Julium appellant omnes, præter *Lampridium* l. c. niſi & ibi Julius reſcribendum, pro Lucius. Quare & apud *Plutarchum* in Galba p. 1054. D. edit. Francof. pro Ἰούνιος ponendum Ἰούλιος. Βίνδιξ apud *Lucianum* Ner. c. 5. T. III. p. 639. qui per κίνησιν τῶν Ἑσπερίων ἐθνῶν motus Gallicos intelligit, non excluſis tamen, ut videtur, Hiſpanicis, ſollicitato Galba, ſicut apud *Philoſtratum* Apollon. V. 10. τὰ ἔθνη τὰ Ἑσπέρια λέγεται κινῆσαι Βίνδιξ, ubi vide Olearium. Galliam tum provinciam pro prætore obtinebat. *Suet.* 40. Γαλατίας ὢν στρατηγός. *Plut.* Galba l. c. atque id dicitur quoque a *Dione* in Exc. Peir. ὃς προέστη τῶν Γαλατῶν, non, quod Valeſius: *Galis ſe ducem præbuit.* ἀνὴρ οἷος ἐκθεμαῖν τὰς χορδὰς ἃς Νέρων ἀμαθῶς ἔψαλλε, *vir ad rumpendas fides, quibus imperite Nero pſallebat, idoneus*, ut ait *Philoſtratus* l. c. Motus hic Vindicis contigit initio anni U. C. 821. circa menſem Martium. Lucianus quidem & Philoſtratus Neroni hos motus jam in Græcia nunciatos tradunt; ſed præter *Dionem* p. 726. B. *Suetonius* etiam, Neapoli primum de ea re inaudiviſſe Neronem, auctor eſt c. 40. *die ipſo quo matrem occiderat*, h. e. menſe Martio poſt Quinquatrus. vid. p. 696. § 97. unde ſupra p. 723. § 97. confecimus, Neronem circa vernum tempus ejuſdem anni ex Græcia rediiſſe.

§ 111. (l. 73.) διεξῆλθε κατὰ τοῦ Νέρωνος] Summam orationis dedit & *Philoſtratus* Apollon. V. 10. p. 196. Sed non oratione tantum, verum & edictis contumelioſis in Neronem invectus eſt, in quibus eum citharœdum malum, ac pro Nerone Aënobarbum appellaverat, teſte *Suetonio* c. 41. init.

§ 112. (l. 75.) ἅμα οἱ ἐπιστῆναι αὐτῷ] Gallia enim, ut refert *Plutarchus* p. 1054. E. centum millia armatorum habebat, pluresque alios armare poterat. Quanquam tunc, pacata provincia, nec erant in armis, nec Romanos milites apud ſe multos habebant. Hinc Galba apud *Tacitum* H. I. 16. *Sit ante oculos Nero, quem longa Cæſarum ſerie tumentem, non Vindex cum inermi provincia, aut ego cum una legione, ſed ſua immanitas, ſua luxuria, cervicibus publicis depulere.* Attamen *Dio* p. 725. C. Vindici στρατιώτας tribuit, & liberalius *Philoſtratus* p. 196. στρατόπεδα οἱ ἐπέστησαν.

§ 113. (l. 79.) ᾔσχυνε καὶ ἀπέκτεινε] Vide ad p. 694. ſq. § 78. ſqq. Aliter Vindex apud *Philoſtratum* p. 196. τὴν γὰρ μητέρα ἐν δίκῃ ἀπεκτονέναι, ἐπειδὴ τοιοῦτον ἔτεκε.

§ 114. (l. 86.) ὁ Σπόρον γεγαμηκώς] De Sporo & Pythagora vid. p. 720. ſq. § 59. ſqq.

§ 115. (l. 88.) κιθάραν ἔχοντα καὶ ὀρθοστάδιον] Citharœdico habitu p. 699. § 133. p. 722. § 90.

§ 116. (l. 89.) καὶ κοθόρνους, ποτὲ δὲ ἐμβάτας καὶ προσωπεῖον] Confer dicta p. 719. § 40. Memorabilis hic locus eſt, quod diſcrimen aliquod inter κοθόρνους & ἐμβάτας ponit, de quo fateor mihi non liquere. Licebit tamen conjecturas quaſdam diſceptationi aliorum ſubjicere. Videntur ergo primum forma & materia differre. Nam ἐμβάται, ut ait *Scholiaſtes Luciani*, ſunt ξύλα ἃ ἐμβάλλουσιν ὑπὸ τοὺς πόδας οἱ τραγικοί, ἵνα φαίνωσι μακρότεροι. Fuerint ergo lignei calcei altiores, loro inſtructi, cui pes inſeri poſſet, quales depingi curavit *Balduinus* de Calceo c. 15. p. 132. Uſurpantur de iis, quaſi de ſcamno, verba ἀναβαίνειν, κα[illegible] p. 719. § 40. unde pedem nullo [illegible] tum fuiſſe colligas. Nam *Xenophon* περὶ [illegible] abutitur vocabulo, (quippe non in argum[illegible] rei, ſed alieno verſatus) quando ἐμβάτας c[illegible] aptat: ἀπλαθὴ δὲ καὶ ταῦτα (ſc. κνῆμαι κ[illegible] ται γένοιτο σκύτινα ἐξ ὥσπερ αἱ κρηπῖδες [illegible] thurnis rectius convenit, pelliceis inſtar ocre[illegible] *doto* VI. 125. probe obſervavit *Nilantus* ad [illegible] his cothurnis ſimiles, quamquam non æquale[illegible]

A.U.C.821 C. Sil. Italico & Galer. Trachalo COSS.

« θολ[illegible]γεῖται, καὶ λέγοντα, καὶ ἀκούοντα, καὶ « πάσχοντα, καὶ δρῶντα. [d] εἶτα τίς τὸν τοιοῦ-« τον, Καίσαρα καὶ αὐτοκράτορα καὶ Αὔγουστον « ὀνομάσει; μηδαμῶς μηδεὶς ὑβριζέτω τὰ ἱερὰ « ἐκεῖνα ὀνόματα. ταῦτα μὲν γὰρ [119] Αὔγουστος B « καὶ Κλαύδιος ἔσχον. οὗτος δὲ δὴ, [120] Θυέστης τε « καὶ Οἰδίπους, Ἀλκμαίων τε καὶ Ὀρέστης δικαιό-« τατ' ἂν καλοῖτο. τούτους γὰρ ὑποκρίνεται, καὶ « ταύτας ἀντ' ἐκείνων τὰς [e] ἐπιθυμίας ἀντεπιτέ-« θειται. ἀνάστητε οὖν ἤδη ποτὲ, καὶ ἐπικουρήσατε « μὲν ὑμῖν αὐτοῖς, ἐπικουρήσατε δὲ τοῖς Ῥωμαίοις, « ἐλευθερώσατε πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. „

Τοιαῦτά τινα τοῦ Βίνδικος εἰπόντος, ἅπαντες συνεφρόνησαν. [121] οὐχ ἑαυτῷ δὲ τὴν ἀρχὴν πράττων ὁ Βίνδιξ, τὸν Γάλβαν τὸν Σερούϊον τὸν Σουλπίκιον, [122] ἐπιεικείᾳ τε καὶ ἐμπειρίᾳ πολέμων διαπρέποντα, καὶ [123] τῆς C Ἰβηρίας ἄρχοντα, [124] δύναμίν τε οὐ μικρὰν ἔχοντα, εἰς τὴν ἡγεμονίαν προεχειρίσατο· κἀκεῖνος ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν [125] αὐτοκράτωρ ἀνηγορεύθη. λέγεται δὲ ὅτι τοῦ Νέρωνος διακοσίας καὶ πεντήκοντα μυριάδας ἐπικηρύξαντος [f] τῷ Βίνδικα ἀποκτείναντι, ἀκούσας ὁ Βίνδιξ ἔφη ὅτι, « Ὁ Νέρωνα ἀποκτείνας, τήν τε κεφαλὴν αὐ-« τοῦ κομίσας ἐμοὶ, τὴν [126] ἐμὴν ἀντιλήψεται. „ τοιοῦτος μέν τις ὁ Βίνδιξ ἐγένετο.

Ῥοῦφος [127] δὲ, ἄρχων τῆς Γερμανίας, ὥρμησε μὲν ὡς καὶ τῷ Βίνδικι πολεμήσων· γενόμενος δὲ D ἐν Βεσοντίωνι, ταύτην ἐπολιόρκει, πρόφασιν ἐπεὶ μὴ ἐδέξατο αὐτόν. τοῦ δὲ Βίνδικος πρὸς βοήθειαν τῆς πόλεως ἀντεπιόντος αὐτῷ, καὶ οὐ πόῤῥω στρατοπεδεύσαντος, ἀντεπέστειλαν μὲν ἀλλήλοις τινὰ,

quæ fabulis prodita ſunt, dicentem, audientem, patientem, facientem. Quæ quum ita ſint, quis iſtum Cæſarem, quis Imperatorem, quis Auguſtum appellabit? Ne polluantur, quæſo, tam ſancta nomina, quæ Auguſtus & Claudius habuerunt. Iſte a nobis Thyeſtes, Oedipus, Alcmæon, Oreſtes, optimo jure nominetur. Horum enim perſonas agit, & horum appellationes ſibi pro illis imponit. Quamobrem tandem aliquando conſurgite, ſubvenite vobis ipſis, opem ferte populo Romano, toti denique orbi terrarum libertatem reddite. „

23. Hæc atque alia quædam a Vindice in eandem ſententiam dicta, omnes comprobant. Sed Vindex quum principatum ſibi parare minime ſtuderet, Servio Sulpicio Galbæ, qui æquitate omnibus præſtabat, ac gloria bellicæ virtutis, præeratque Hiſpaniæ, & magnas copias habebat, imperium deferendum indicavit: idemque Galba ab exercitu imperator deſignatus eſt. Ferunt, eo tempore Neronem per præconem conſtituiſſe centies ſeſtertium ei, qui Vindicem occidiſſet: atque eo cognito, Vindicem dixiſſe; “ Qui Neronem interfecerit, & ad me caput ejus attulerit, is meum accipiet caput mercedis loco. „

24. Quumque Vindex eo animo eſſet, Rufus, qui Germaniam obtinebat, inde profectus eſt, ut Vindici bellum inferret. Is poſtquam Veſontionem venit, cœpit eam urbem obſidere, hoc obtentu, quod ab ea non fuiſſet exceptus. Vindex ad opem urbi ferendam contendit, nec procul

[d] ἆτα τίς τὸν τοιοῦτο Καίσαρα (cum interjectis) ὀνομάσει; μηδαμῶς μηδεὶς ὑβριζέτω &c. quid ſi τὶς aliquis, non interrogative ſcriberetur, & poſt μηδαμῶς punctum poneretur? ἆτά τις τὸν τοιοῦτον (cum interj.) ὀνομάσει; μηδαμῶς. μηδεὶς &c. *itane ergo aliquis eum, qui talis eſt, Cæſarem & Imperatorem & Auguſtum nominabit? Abſit*, HS. [e] ἐπιθυμίας, agnoſcit & interpretis verſio. ſed convenientius videtur ἐπωνυμίας, *appellationes*, Sylb. [f] τῷ Βίνδικα ἀποκτείναντι. τῷ Βίνδικι, Pal. omiſſo ἀποκτείναντι, (quod & apud RS. deeſt) ſed Zon. vulgatam ſcripturam confirmat, Sylb. videtur tamen ſcribendum fuiſſe: τῷ τὸν Βίνδικα ἀποκτ. ſicut Zonaras: τῷ τὴν κεφαλὴν αὐτῷ κομίσαντι τοῦ Οὐίνδικος.

ſi ſtricte capiatur vocabulum. Nam *Polluci* VII. 85. ſunt εὐτελεῖς ὑποδήματα, Θρᾴκιον δὲ τὸ εὕρημα, τὴν δὲ ἰδέαν κοθόρνοις ταπεινοῖς ἔοικε. Alterum diſcrimen inter κοθόρνους & ἐμβάτας, in uſu diverſo ponere videtur Dio. ἐμβάτας cum προσωπείοις hoc & ſuperiore loco ſtudioſe conjungens, quaſi theatro proprias, cum Nero tragœdias ageret perſonatus: ſeparatim vero connectens κιθάραν ἔχοντα, καὶ ὀρθοστάδιον, καὶ κοθόρνους, quaſi in habitu citharœdico cothurnatus Nero fuerit. Cetera apud Dionem videntur his reſpondere. Nam ἐν τῷ τοῦ θεάτρου κύκλῳ, i. e. in interiore ſcena, vidit illum Vindex ἐμβάτας ἔχοντα καὶ προσωπεῖον, καὶ ἤκουσε τραγῳδοῦντος. Verum ἐν τῇ ὀρχήστρᾳ, ubi certabant tantum cantu vel poeſi, citharœdi & poetæ, p. 715. B. vidit illum κιθάραν ἔχοντα καὶ ὀρθοστάδιον καὶ κοθόρνους, καὶ ἤκουσεν ᾄδοντος. Ibi & Neronem cantantem* μεταξὺ τῆς τραγῳδίας producit *Philoſtratus* IV. 21. p. 159. ubi vide *Olearium* not. 7.

§ 117. (l. 91.) ἤκουσα κηρύττοντος] Præconio certantem. p. 721. § 77.

§ 118. (l. 92.) ὅσα αὐτὸς δεδεμένον &c.] Vide p. 719. E. ſq.

§ 119. (l. 98.) Αὔγουστος καὶ Κλαύδιος] Tiberium & Cajum forte præterit, velut reprobatæ memoriæ.

§ 120. (l. 99.) Θυέστης τε καὶ Οἰδίπους] Vide p. 719. E.

§ 121. (l. 7.) οὐχ ἑαυτῷ τὴν ἀρχὴν πράττων] Horum loco *Zonaras* p. 570. B. πρὸς ἀποστασίαν, δι' ὧν ἐδημηγόρησεν, ἐρέθισεν αὐτοὺς, καὶ ὥρμησε, πάντα ὑπὲρ τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου τῶν Ῥωμαίων ποιήσειν, καὶ ἑαυτὸν, ὡς τι παρὰ ταῦτα πράξῃ, φονεύσειν. αὐτοκράτορα δὲ Γάλβαν &c. Ad Galbam ipſum ſcripſit, *ut humano generi aſſertorem ducemque ſe accommodaret*. *Suet.* in Galba. 7. vide & ſupra § 110.

§ 122. (l. 9) ἐπιεικείᾳ τε καὶ ἐμπειρίᾳ κτλ.] Bellica virtus in Germaniæ & Africæ adminiſtratione enituit. *Suet.* in Galba. c. 6. & 7. adde *Eutropium* VII. 10, 2. Sed in Hiſpania primum acrem, vehementem, ac in coercendis delictis etiam immodicum fuiſſe, dicit *Suetonius* c. 9. unde fama cum ſævitiæ ſimul & avaritiæ præceſſerat. c. 12. vide p. 728. § 9. *Plutarchus* tamen p. 1054. C. ſcribit, eum palam doluiſſe vicem eorum, qui damnati aut ſub haſta venditi eſſent a procuratoribus Cæſaris, nec coercuiſſe ſatyras in Neronem, eoque dilectum fuiſſe a provincialibus.

§ 123. (l. 10.) τῆς Ἰβηρίας ἄρχοντα] Hiſpaniæ Tarraconenſi jam annum octavum præerat, ut notat *Plutarchus* & *Suetonius* ll. cc.

§ 124. (l. 11.) δύναμιν οὐ μικρὰν] Ipſe extenuat copias ſuas apud *Tacitum* H. I. 16. & ſic *Suetonius* in Galba c. 10. ſed e plebe provinciæ legiones & auxilia conſcripſiſſe dicit.

§ 125. (l. 13.) αὐτοκράτωρ ἀνηγορεύθη] Primum a Vindicis, deinde a ſuis militibus *conſalutatus Imperator, legatum ſe ſenatus ac populi Romani profeſſus eſt*. *Suet.* 10. conf. *Plut.* p. 1054. E. ſq. *Zonar.* p. 570. C. 571. C. Factum id d. 3. Aprilis, ſiquidem occiſus eſt A. U. C 822. d. 15. Jan. poſtquam IX. menſes & XIII. dies regnaſſet. *Dio.* p. 730. E.

§ 126. (l. 18.) ἐμὴν ἀντιλήψεται] Hoc eſt, quod Macrinus in epiſtola ad Senatum ſcribit apud *Dionem* p. 888. C. πολλοὺς οἶδα μᾶλλον ἐπιθυμοῦντας αὐτοκράτορας σφαγῆναι, ἢ αὐτοὺς βιῶναι. Ceterum de præmiis apud veteres in capita proſcriptorum conſtitutis, adi *Jo. Meurſium* ad Lycophr. v. 1172.

§ 127. (l. 20.) Ῥοῦφος δὲ] L. Verginius Rufus. *Lipſ.* ad Tac. XV. 23. not. 27. *Gruter* VIII. 3. (vulgo male P. aut T.) De eo multa *Plinius* Epiſt. II. 1. V. 3, 5. VI. 10, 2. IX. 19. Fuit ter conſul: primum cum Memmio Regulo A. U. C. 816. *Tac.* l. c. *Frontin.* Aquæd. Sect. 102. iterum ſuffectus A. U. C. 822. ex Kal. Mart. *Plut.* in Ottone p. 1066. E. *Tacit.* H. I. 77. tertium cum Coccejo Nerva. *Dio.* p. 770. C. conf. *Ryckium* ad Tac. XV. 23, 1. Alium Rufi conſulatum Faſti memorant A. U. C. 836. falſo: nam *Phlegon* c. 24. Mirabil. hunc Petilium Rufum nominat. Plura de eo leges infra § 131. & p. 729. § 22. ſq. p. 770. C. § 17.

A.U.C.821 C. Sil. Itali co & Galer. Trachalo COSS.

procul caſtra poſuit. Tandem ambo, miſſis invicem literis, in colloquium ſoli venerunt, remotis arbitris. Ibi ſuſpicio fuit, eos una contra Neronem conjuraſſe. Poſt hæc Vindex properat cum exercitu, quaſi ſtatuiſſet urbem capere: quorum adventum ubi cognoſcunt milites Rufi, rati eos recta contra ſe venire, injuſſi impetum faciunt, & inopinantes atque confuſos aggreſſi, magnum numerum eorum concidunt. Quod quum Vindex videret, ferretque graviter, ipſe ſibi manus attulit. Id enim verum eſſe conſtat, quamvis multi, illatis mortuo vulneribus, falſam nonnullis opinionem injecerint, eum ab ſe interfectum fuiſſe.

25. Rufus caſum ejus acerbe luxit, & principatum, quem facile poterat adipiſci, deferentibus ſæpenumero militibus, atque urgentibus, repudiavit. Erat enim vir in agendo gnavus, copiasque magnas & promtas habebat. Milites, detractis & comminutis imaginibus Neronis, ipſum & Cæſarem & Auguſtum nominarunt. Quumque perſuaderi non poſſet, quidam e militibus uni ex ſignis ejus hæc nomina celeriter inſcripſit. Sed ipſe illa delevit, & vix tandem ſedatis perſuaſit, ut ſenatus populique poteſtati rem permitterent: ſive quod nollet, imperium cuiquam a militibus deferri, (id enim ajebat ad ſenatum populumque pertinere) ſive quod vir prorſus excelſo animo, principatum, cujus cauſa cæteri omnia facerent, ipſe deſpiceret.

26. [Nero interim de Vindicis motu certior factus, cum Neapoli gymnicum certamen a prandio ſpectaret, neutiquam tulit rem moleſte, ſed exiliens e ſella, athletæ cuidam favit; neque Romam propere contendit, ſed literis ſim-

τινά, καὶ τέλος καὶ ἐς λόγους [illegible] καὶ [g] μηδενός σφίσι τῶν ἄλλων [illegible], [128] κατὰ τοῦ Νέρωνος, ὡς εἰκάζετο, [illegible] ἀλλήλους. μετὰ δὲ τοῦτο ὁ Βίνδιξ ὥρμησε μετὰ τοῦ στρατοῦ, ὡς τὴν πόλιν καταληψόμενος· καὶ αὐτοὺς οἱ τοῦ Ῥούφου στρατιῶται προσιόντας αἰσθόμενοι, καὶ νομίσαντες ἐφ᾽ ἑαυτοὺς ἄντικρυς χωρεῖν, [129] ἀντεξώρμησαν αὐτοκέλευστοι καὶ προσπεσόντες σφίσιν ἀπροσδοκήτοις τε καὶ ἀσυντάκτοις οὖσι, [130] παμπόλλους κατέκοψαν. ἰδὼν δὲ τοῦτο καὶ περιαλγήσας ὁ Βίνδιξ, αὐτὸς ἑαυτὸν ἔσφαξε. καὶ τὸ μὲν ἀληθὲς οὕτως ἔχει. πολλοὶ δὲ δὴ μετὰ ταῦτα, τὸ σῶμα αὐτοῦ κατατρώσαντες, δόξαν τισὶ μάτην, ὡς καὶ αὐτοὶ ἀπεκτονότες αὐτόν, παρέσχον.

Ῥοῦφος δὲ τοῦτον μὲν ἰσχυρῶς ἐπένθησε, τὴν δὲ αὐτοκράτορα ἀρχήν, καίτοι τῶν στρατιωτῶν πολλάκις αὐτῷ ἐγκειμένων, [131] οὐκ ἠθέλησε δέξασθαι, δυνηθεὶς ἂν ῥᾳδίως [h] ἐπιτυχεῖν αὐτῆς. δραστήριός τε γὰρ 726 ἀνὴρ ἦν, καὶ ἰσχὺν μεγάλην καὶ πρόθυμον εἶχε. καὶ οἱ στρατιῶται τὰς μὲν τοῦ Νέρωνος εἰκόνας καθεῖλον καὶ συνέτριψαν· αὐτὸν δέ, Καίσαρα καὶ Αὔγουστον ὠνόμαζον. ὡς δ᾽ οὐκ ἐπείθετο, ἐνταῦθα [132] τῶν στρατιωτῶν τις ἐνὶ τῶν σημείων αὐτοῦ ταῦτα διαταχέων ἐπέγραψε. καὶ ὃς ἐκεῖνά τε ἀπήλειψε, καὶ μόλις ποτὲ αὐτοὺς καταστήσας, ἔπεισεν ἐπὶ τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ ποιήσασθαι· εἴτ᾽ οὖν ὅτι οὐκ ἠξίου τοὺς στρατιώτας τινὶ τὸ κράτος διδόναι, (τῇ τε γὰρ γερουσίᾳ καὶ τῷ δήμῳ προσήκειν τοῦτ᾽ ἔλεγεν) εἴτε καὶ παντελῶς μεγαλογνωμῶν, ὡς οὐδὲν τῆς B αὐτοκρατορικῆς ἀρχῆς, ὑπὲρ ἧς [i] καὶ οἱ ἄλλοι πάντα ἔπραττον, αὐτὸς δεόμενος.

[k] [Ὁ δὲ Νέρων μαθὼν τὰ κατὰ τὸν Βίνδικα, [133] ἐν Νεαπόλει τὸν γυμνικὸν ἀγῶνα ἀπ᾽ ἀρίστου θεωρῶν, οὐκ ἐλυπήθη, ἀλλὰ καταπηδήσας ἐκ τῆς ἕδρας, ἀθλητῇ τινι συνεσπούδασεν· οὔτε ἐς τὴν Ῥώμην [l] ἠπείχθη, ἀλλὰ καὶ γράμματα ἁπλῶς τῇ βουλῇ

E

[g] μηδενός. pro hoc vocabulo relictum in Pal. Br. & Coisl. ſpatium vacuum. [h] ἐπιτυχεῖν αὐτῆς. ἐπιτυχεῖν αὐτῆς γενέσθαι, Pal. Coisl. Br. [i] καὶ οἱ ἄλλοι πάντα ἔπραττον. ἄλλοι additum e Pal. & Br. exhibet jam Sylb HS. edit. maj. & L. πάντα legendum eſſe pro vulgato πάντες, vidit Sylb. probante L. uterque provocat ad Blancum interpretem; cujus codex integrior in nonnullis, ut diximus alio loco, nos induxit ut reciperemus. in Br. lacuna eſt loco verborum καὶ αὐτὸς δεόμενος. καὶ delendum eſſe facile aſſentior Leunclavio. [k] ὁ Νέρων μαθὼν &c. hæc Dionis pleniora debemus Excerptis Peir. p. 694. Xiphilinus contractius: Νέρων δέ, ἐπειδὴ τὴν ἀρχὴν ἤκουσε ταῦτα, προσεποιεῖτο καταφρονεῖν αὐτῶν, καὶ διὰ τοῦτ᾽ ἐτρύφα καὶ ἔπαιζε τὰ συνήθη. καί ποτε νίκην &c. [l] ἠπείχθη. ſic correxi corruptum ὑπείχθη, quod eſt apud Valeſ.

§ 128. (l. 28.) κατὰ τοῦ Νέρωνος — συνέθεντο] Hactenus credo, ut ſenatus populique arbitrium exſpectaretur.

§ 129. (l. 33.) ἀντεξώρμησαν αὐτοκέλευστοι] *Plutarchus* in Galba p. 1055. D. τὰ Οὐεργινίου καὶ Οὐίνδικος στρατεύματα, τρόπον τινὰ βίᾳ, τοὺς ἡγεμόνας, ὥσπερ τοὺς ἡνιόχους κρατῆσαι χαλινῶν μὴ δυνηθέντας, εἰς μάχην ἐξενεγκόντα μεγάλην συνέῤῥαξαν. De Vindicis morte quædam habet *Zonaras* p. 570. C. apud Dionem non obvia: τῆς δ᾽ ὑποστασίας παρατεινομένης, ὁ Οὐίνδιξ ἑαυτὸν ἀπέσφαξε, τῶν μετ᾽ αὐτοῦ στρατιωτῶν κινδυνευσάντων ὑπεραλγήσας, καὶ πρὸς τὰ δαιμόνια ἀγανακτήσας, ὅτι τοιούτου πράγματος ὀρεγόμενος, τοῦ τὸν Νέρωνα καθελεῖν καὶ τοὺς Ῥωμαίους ἐλευθερῶσαι, οὐκ ἐξετέλεσεν αὐτό. τοσαύτῃ γὰρ προθυμίᾳ πρὸς τοῦτο ἐχρήσατο, ὥστε τοῦ Νέρωνος διακηρύξαντος καὶ τιμήσαντα &c.

§ 130. (l. 35) παμπόλλους κατέκοψαν] Viginti millia. *Plut.* l. c. Eadem res Galbam vehementer conſternavit, ut præter Plutarchum narrat *Suetonius* in Galba c. 11.

§ 131. (l. 42.) οὐκ ἠθέλησε δέξασθαι] *Plinius* Epiſt. II. 1. *ut ſummum faſtigium privati hominis impleret, quum Principis noluiſſet.* Quæ cum in neminem alium conveniant, præter Virginium Rufum, mirum eſt *Pighium* Annal. p. 602. de alio quodam Virginio ibi ſermonem eſſe exiſtimare. Poſt Neronem facile eum potuiſſe imperio potiri, patet; quippe, ut ait *Plutarchus* p. 1055. D. ταγμάτων ἐπιτελῶν δυνατώτατον, πολλάκις αὐτὸν ἀναγορευόντων αὐτοκράτορα, καὶ βιαζομένων, vid. eund. p. 1057. A. B. Etiam *excitæ a Nerone legiones, dum in Italia cunctantur, Verginium legationibus adierant. Tac.* H. I. 9. Galba exiguis per ſe viribus erat v. § 112. & hos ipſos quos habebat milites, pœnitentia mutati ſacramenti ductos, ægre in officio continebat. *Suet.* Galba 10. ipſe morte Vindicis conſternatus, deſtitutoque ſimilis, non multum abfuit quin vitæ renunciaret. *Suet.* 11. Poſt Ottonem iterum Virginio a militibus oblatum eſt imperium; *Tac.* H. II. 51. *Plut.* p. 1075. *Dio* p. 770. C. quod cum denuo recuſaſſet, odium adeo militum incurrit: *manebat admiratio viri & fama: ſed oderant ut faſtiditi. Tac.* II. 68. Falſum ergo eſt, quod Fabius Valens ad Vitellium: ibid. c. 52. *merito dubitaſſe Verginium, equeſtri familia, ignoto patre: imparem ſi recepiſſet imperium, tutum, ſi recuſaſſet.*

§ 132. (l. 48.) τῶν στρατιωτῶν τις] Amplius *Plutarchus* p. 1057. B. καίτοι φανερῶς γε τῆς Νέρωνος τελευτῆς γενομένης, τό τε πλῆθος ἐνέκειτο τῷ Οὐεργινίῳ πάλιν, καὶ τῶν χιλιάρχων τις τῶν ἐν τῇ σκηνῇ, σπασάμενος τὸ ξίφος, ἐκέλευε τὸν Οὐεργίνιον δέξασθαι τὴν ἡγεμονίαν, ἢ τὸν σίδηρον.

§ 133. (l. 58.) ἐν Νεαπόλει] Ita & *Suetonius* Ner. 40. *die ipſo quo matrem occiderat.* vide ſupra § 110.

§ 134. (l. 62.) λόγων βραχέων] Vide *Sueton.* cap. 40. ſqq. & 41. VALES.

§ 135. (l. 63.) φροντίδα — τῆς φωνῆς] Vide ad p. [illegible] § 135.

§ 136. (l. 71.) χαίρων τοῖς ἠγγελμένοις] *Suetonius* [illegible] *quam occaſione nata ſpoliandarum jure belli opulent*[illegible] *provinciarum.* vide & 43. *Plutarchus* Galba p. 1055. B. [illegible] λων ἰδίᾳ προθέμενος ἐπιστολαῖς λογισμοῦ, δεόμενος [illegible] αὐτῷ. καὶ τὰ μὲν Γαλατῶν, ὅταν ὑποχείριοι γένωνται, [illegible] γεγονέναι καὶ λίαν. Ibidem Plutarchus ſcribit, Galb[illegible] Nerone publicata, ſed & viciſſim Neronis bona in [illegible] publicata a Galba paratiores adeo emtores inveniſſe.

βουλῇ [πε]πέμψας, παρῃτήσατο ὅτι οὐκ ἀφίκετο, [134] λ[έ]γων βραγχᾶν, καθάπερ τι ᾆσαι καὶ τότε αὐ[τὸ]ς δεόμενος. καὶ τήν γε αὐτὴν [135] φροντίδα καὶ ἐπιμέλειαν τῆς τε φωνῆς, καὶ τῶν ᾀσμάτων, τῶν τε κιθαρισμάτων, οὐχ ὅτι ἐν τῷ τότε παρόντι, ἀλλὰ καὶ μετὰ ταῦτα ἐποιεῖτο· καὶ οὔτε τι [m] ἐξ ἐκείνων ἐξέκραξεν. εἴ τε καὶ ἠναγκάσθη τι, οἷα ἐν τοιούτοις ὤν, ἐκβοῆσαι· εὐθύς τε [n] ἑαυτὸν, ὡς καὶ κιθαρῳδήσειν μέλλοντα, ἀνεχαίτιζε καὶ ἀνελάμβανεν. τά τε ἄλλα ὅσα εἰώθει ὁμοίως ἐποίει, [136] χαίρων τοῖς ἠγγελμένοις, ὅτι ἄλλως τε κατακρατήσειν τοῦ Βίνδικος ἤλπιζε, καὶ ὑπόθεσιν ἀργυρισμοῦ καὶ φόνων εἰληφέναι ἐδόκει· καὶ ἐτρύφα, καὶ τὸ [137] τῆς Σαβίνης ἡρῷον ἐκποιηθὲν καὶ κοσμηθὲν λαμπρῶς ὡσίωσεν, ἐπιγράψας αὐτῷ, ὅτι ΣΑΒΙΝΗι [o] αὐτὸ ΘΕΑι ΑΦΡΟΔΙΤΗι ΑΙ ΓΥΝΑΙΚΕΣ ΕΠΟΙΗΣΑΝ. καὶ τοῦτο μὲν ἠλήθευσεν· ἐκ γὰρ τῶν χρημάτων, ἃ πολλὰ καὶ παρὰ τῶν γυναικῶν ἐσεσύλητο, ἐξειργάσθη. συχνὰ δὲ δὴ καὶ ἤθυρεν, ὧν ἐγὼ τὰ μὲν ἄλλα παραλείψω, ἓν δὲ εἴπω.] νύκτωρ ποτὲ τοὺς πρώτους τῶν βουλευτῶν καὶ τῶν ἱππέων ἐξαπίνης σπουδῇ, ὡς καὶ [p] περὶ τῶν παρόντων σφίσι κοινωνήσων, μεταπεμψάμενος, "Ἐξεύρηκα, ἔφη, πῶς [138] ἡ ὕδραυλις (αὐτὸ "γὰρ τὸ ῥηθὲν γραφήσεται) καὶ μεῖζον καὶ ἐμ"μελέστερον [q] φθέγξεται." τοιαῦτα καὶ τότε ἤθυρε. οὐδὲ ἔμελεν αὐτῷ ὅτι [139] αἱ θύραι [r] ἀμφότεραι, αἵ τε τοῦ μνημείου τοῦ Αὐγουστείου, καὶ αἱ τοῦ κοιτῶνος τοῦ ἐκείνου, αὐτόμαται ἐν τῇ [s] αὐτῇ νυκτὶ ἀνεῴχθησαν· οὐδ' ὅτι ἐν τῷ Ἀλβανῷ τοσούτῳ δή τινι αἵματι ὗσεν, ὥστε καὶ ποταμοὺς ῥυῆναι· οὐδ' ὅτι ἐκ τῆς Αἰγύπτου ὑπαναχωρήσασα ἐπὶ πολὺ ἡ θάλασσα, μέρος μέγα τῆς [t] Λυκίας κατέλαβεν.

Ἐπεὶ δὲ περί τε τοῦ Γάλβα ἤκουσεν, ὅτι [140] αὐτοκρά-

ſimpliciter ad ſenatum datis excuſavit, ex raucedine, ſuam abſentiam; quaſi tum quoque canendum aliquid fuiſſet. Eandem certe curam vocis, canticorum & pulſandæ citharæ, non tunc modo, ſed & poſtea habuit: neque ob eam cauſam exclamavit quidquam. Et ſi quando exclamationem aliquam ipſa neceſſitas, ut in ejusmodi caſu, expreſſerat: ſtatim ſe, quaſi mox ad citharam cantaturus, cohibuit, & recepit. Similiter & cætera more ſolito actitavit, lætatus inſuper eo nuncio, quippe qui Vindicem facile ſuperatum iri ſperaret, & occaſionem rapinis ac cædibus graſſandi nactus ſibi videretur. Iraque luxui & deliciis nihilominus vacabat, & templum Sabinæ, quod tunc forte abſolutum erat, magnificis ornatum donariis dedicavit, hæc inſcribens: SABINÆ DEÆ VENERI MATRONÆ FECERUNT. Eratque id ſane veriſſimum: ex pecunia enim, qua maxima & matronas præſertim ſpoliaverat, id templum erat exſtructum. Jocis adeo & luſibus ſe oblectabat, cujus rei hoc unum exemplum, omiſſis cæteris, ponam.] Accitis noctu derepente primoribus ſenatorii & equeſtris ordinis, quaſi vellet cum eis communicare conſilia rerum præſentium; "Inveni, „ inquit, (ipſa enim verba ejus adſcribam) "quomodo hydraulicum organon majus & canorius ſonare poſſit. „ Talia tunc quoque agebat ludendo, nec curabat, quod ambæ fores, & Auguſtalis monumenti, & cubiculi ſui, eadem nocte ſua ſponte apertæ fuerant: nec quod in Albano tanto ſanguine pluerat, ut fluvii ſanguinis manarint: nec quod mare longo intervallo retrocedens ab Ægypto, magnam partem Ciliciæ occupaverat.

A.U.C.821 C. Sil. Italico & Galer. Trachalo COSS.

C

27. Sed poſtquam Galbam a militibus imperato-

m ἐξ ἐκείνων. κατ' ἐκεῖνο, Salm. *n* ἑαυτὸν poſui, pro αὐτὸν apud Valeſ. ἀναχαιτίζειν ἑαυτὸν eſt *ſe reprimere*, eodemque ſpectat ἀναλαμβάνειν ἑαυτόν. nam quod ἀναχαιτίζω Valeſius reddit, *coma in occipitium rejecta*, ab hoc loco alienum videtur, præſertim cum αὐτὸν ita prorſus ſupervacaneum eſſet. *o* αὐτὸ θεᾷ. αὐτοθέᾳ, Salm. *p* περὶ τῶν παρόντων σφίσι κοινωνήσων, μεταπεμψάμενος. περὶ τῶν παρόντων τι κοινώσων σφίσι μεταπέμψας, Exc. Peir. ex quibus nihil retinendum duxi præter participium μεταπέμψας, mutatum tamen in uſitatius μεταπεμψάμενος, quod & Sylburgio placuit, pro vulgato μεταπεμψάμενος. *q* φθέγξεται. τοιαῦτα καὶ τότε ἔπαιζεν. ſic Exc. Peireſc. ſed vulgo, φθέγγεται. τοιαῦτα καὶ τότε ἤθυρε τέρας. ubi fruſtra HS. retinendum putat τέρας, modo ſcribatur τὸ τέρας, *monſtrum hominis*. rectius Sylb. e marginali adnotatione in textum irrepſiſſe ſuſpicatur. nam ſtatim ſequuntur prodigia, quæ ſibi notavit aliquis, poſita in margine voce τέρας. *r* ἀμφότεραι, vulgo. ſic & in Pal. obſervante Sylb. in Indice, pro ἀμφότεραι. *s* τῇ αὐτῇ νυκτί. voc. αὐτῇ abeſt a Pal. *t* τῆς Λυκίας. τῆς Κιλικίας, L. ad marg. idem monuerat Sylb. Lycia remotior.

§ 137. (l. 74) τῆς Σαβίνης ἡρῷον] Deum honores Poppææ decretos fuiſſe, teſtatur *Tacitus* XVI. 21. & *Triſtanus* T. I. p. 243. producit numum Neronis, in cujus averſa ΣΑΒ. ΠΟΠΠΗΙΑΣ. ΣΕΒ. ΗΡ. eaque occaſione ex Excerptis Peir. meminit templi Sabinæ *Lesbis* ædificati: idem quod miror, *Patinus* ad Suet. c. 35. ubi alius numus templum Poppææ exhibens. Sed Lesbi certe apud Dionem in fragmentis nulla mentio, & ex ordine narrationis, Romæ potius dedicatum eſſe templum, dixeris. Ad numi autem explicationem monuerunt nonnulla *Spanhemius* de U. N. Diſſ. XI. p. 283. & *Liebius* in Gotha num. p. 366. Non inſolens fuiſſe, ut hominibus Deorum nomina tribuerentur, aut ut Dii eorumque templa hominum cognominibus ſignarentur, pluribus docet *Fabrettus* ad Col. Traj. p. 248. ſq.

§ 138. (l. 85.) ἡ ὕδραυλις] *Suetonius* 41. *Ac ne tunc quidem aut ſenatu, aut populo coram apellato, quosdam e primoribus viris domum evocavit: tranſactaque raptim conſultatione, reliquam diei partem per organa hydraulica novi & ignoti generis circumduxit. Oſtendensque ſingula, de ratione ac difficultate cujusque diſſerens, jamque etiam prolaturum omnia in theatrum affirmavit, ſi per Vindicem liceat.* vide & c. 54. Primus inventor Hydraulæ dicitur fuiſſe Cteſibius Alexandrinus, teſte *Athenæo* IV. p. 174. *Vitruvio* IX. 9. *Plinio* VII. 37. Meminit ejus *Philo* de telorum conſtructione, p. 77. Vett. Mathematicor. Paris. 1693. fol. ubi & p. 227. ſqq. Hydraulici organi rationem diſcas ex *Heronis* Spiritalibus; & ex *Vitruvio* X. 13. Conf. & *Caſaubonum* ad Athen. p. 308. ſq. *Salmaſium* ad Lampridii Heliogab. c. 32. p. 875. & in Exercitatt. Plin. p. 449. b. *Pancirollum* Rer. Mem. lib. I. tit. 40. Numus eſt apud *Triſtanum* I. p. 220. hydraulicum organon exhibens: cui adde *Patinum* ad Suet. c. 41. *Havercampii* numos contorniatos num. X. ſq. XXVII. ſq. & LVI. *Mediobarbus* p. 95. fin. unum ejusmodi organon hydraulicum recentis operis vidiſſe ſe ſcribit Tiburi in villa Eſtenſi. Dulcem & mitem ſonum inſtrumento adſcribunt veteres: unde Nero μεῖζον & ἐμμελέστερον canere idem docens, illud εὕρηκα Archimedis exclamat.

§ 139. (l. 88.) ὅτι αἱ θύραι ἀμφότεραι] *Suetonius* 46. *De Mauſoleo ſponte foribus patefactis exaudita vox eſt, nomine eum cientis.* Vide ibi & alia, ſi Dis placet, portenta, ſed a Dionis diverſa. Idem hoc de Mauſolei foribus apertis occurrit iterum ſub Veſpaſiano p. 753. B. & ſimilia in omni hiſtoria paſſim inveniuntur. vid. *Dionem* p. 248. B. 688. E. 736. C. & de Hieroſolymitano templo *Tac.* H. V. 13. *Joſeph.* VI. 5. § 3.

§ 140. (l. 96.) αὐτοκράτωρ ὑπὸ τῶν στρατ.] Primum a Vindicis militibus p. 725. C. § 125. deinde ab ſuis Hiſpanicis. *Sueton.* Galba 10. *Plut.* p. 1054. ſq. denique & a Rufi militibus, præeunte Fabio Valente. *Plut.* p. 1057. C. quanquam Rufus, exſtincto Vindice, nec ipſe imperium ſuſcipere volebat, nec ut alteri traderetur concedere, niſi quem deſignaſſet Senatus. *Plut.* p. 1055. D. 1057. A. B.

A. U. C. 821 C. Sil. Italico & Galer. Trachalo COSS.

ratorem deſignatum eſſe, Rufumque ab ſe defeciſſe intellexit; magno timore perculſus eſt: dumque Romæ bellum apparat, contra eos Rubrium Gallum cum aliis quibuſdam miſit; a quibus omnibus pariter deſertus, deliberavit interficere ſenatores, incenſaque urbe navigare Alexandriam. "Etſi enim," inquit, "amittemus imperium, tamen in illa regione ars noſtra nos alet:" adeo ſtultus erat, ut ſe privatum facile vivere, & cithara canere poſſe arbitraretur. Sed ubi ſenſit, ſe a ſuis etiam ſtipatoribus eſſe deſtitutum, (tum enim in hortis quibuſdam dormiebat) conabatur fugæ ſe mandare, veſteque vili amictus, equum nihilo meliorem conſcendit; quo vectus, obtecta facie, ad prædium Phaonis Cæſariani, una cum ipſo Phaone, & Epaphrodito, & Sporo, ſub noctem venit.

τοκράτωρ ὑπὸ τῶν ϛρατιωτῶν ᵘ ἀνηγορεύθη, ... τοῦ Ῥούφου, ὅτι αὐτοῦ ἀπέϛη, [141] ἐν δέει ... ἐγένετο, καὶ αὐτός τε [142] ἐν Ῥώμῃ παρ... καὶ ἐπ' ἐκείνους [143] Ῥούβριον Γάλλον, καὶ ἄλλους τινὰς ἔπεμψεν. ὑπὸ πάντων δὲ ὁμοίως ἐγκαταλειφθεὶς, ˣ ἐβουλεύσατο μὲν [144] τούς τε βουλευτὰς ἀποκτεῖναι, καὶ τὴν πόλιν καταπρῆσαι, ἔς τε τὴν Ἀλεξάνδρειαν πλεῦσαι ὑπειπὼν ὅτι, "Ἂν καὶ τῆς ἀρχῆς ἐκπέσωμεν, ἀλλὰ [145] τόγε τέχνιον ἡμᾶς ἐκεῖ διαθρέψει." ἐς τοῦτο γὰρ ἀνοίας ἐληλύθει, ὥστε καὶ πιϛεῦσαι, ὅτι ἄλλως τε ἰδιωτεῦσαι, καὶ προσέτι καὶ κιθαρῳδεῖν δυνήσεται. ἐπεὶ δὲ ᾔσθετο, ὅτι καὶ ὑπὸ τῶν σωματοφυλάκων ἐγκαταλέλειπται, (ἐν [146] κήποις ʸ δέ τισιν ἐτύγχανε καθεύδων) φυγεῖν ἐπεχείρησεν. ἐσθῆτά τε οὖν φαύλην ἔλαβε, καὶ ἐπὶ ἵππον οὐδὲν βελτίονα ἀνέβη· καὶ ἐπὶ αὐτοῦ κατακεκαλυμμένος, πρὸς χωρίον τι [147] Φάωνος Καισαρείου, μετά τε αὐτοῦ ἐκείνου, καὶ μετὰ Ἐπαφροδίτου τοῦ τε Σπόρου, νυκτὸς ἐπιούσης ἤλασε. D E

28. Quæ dum ab ipſo aguntur, ingens adeo terræ motus accidit, ut ei tota terra dehiſcere, & omnes animæ hominum, ab ipſo interfectorum, in eum ſimul impetum facere viderentur. Ferunt eum vel ſic agnitum a quodam, qui forte ipſi in itinere factus erat obviam, imperatoremque ſalutatum, divertiſſe de via; atque in arundineto, quouſque illuceſceret, abjectum delituiſſe, ut a nemine videretur. Quumque prætereuntem quemlibet, quaſi contra ſe veniret, ſuſpectum haberet; & ad quamcunque vocem, quaſi ab ea requireretur, trepidaret: ſive catulus alicubi latraſſet, ſive quid avicula vocis edidiſſet,

Καὶ αὐτοῦ ταῦτα πράσσοντος, [148] σεισμὸς ἐξαίσιος ἐγένετο, ὥστε καὶ δόκησιν παρασχεῖν, ὅτι ἥ τε γῆ πᾶσα διαῤῥήγνυται, καὶ αἱ τῶν πεφονευμένων ὑπ' αὐτοῦ ψυχαὶ πᾶσαι ἅμα ἐπ' αὐτὸν ἀναθορνύουσι. γνωρισθεὶς οὖν καὶ ὡς ὑπό τινος, ὥς φασι, τῶν ἀπαντησάντων, καὶ αὐτοκράτωρ προσαγορευθεὶς, 727
ἔκ τε τῆς ὁδοῦ ἀπετράπη, καὶ [149] ἐς ᶻ καλαμαδίαν τόπον τινὰ κατεκρύφθη. καὶ ἐνταῦθα μέχρι τῆς ἡμέρας ὑπέμεινεν ἐῤῥιμμένος, ὅπως ὡς ἥκιστα διορῷτο. καὶ πάντα μὲν τὸν ᵃ παρόντα, ὡς καὶ ἐφ' ἑαυτὸν ἥκοντα, ὑποπτεύων, πᾶσαν δὲ φωνὴν, ὡς καὶ ἀναζητοῦσαν αὐτὸν, ὑποτρέμων· εἴ τέ που κυνίδιον ὕλαξεν, ἢ καὶ ὀρνίθιον ἐφθέγξατο, ἐρώπιόν

ᵘ ἀνηγορεύθη. ἀνεῤῥήθη, Pal. ἀνῃρέθη, Coisl. Peir. ˣ ἐβουλεύσατο μὲν τούς τε βουλευτὰς ἀποκτ. vulgo τοὺς τότε βουλ. ſed τότε rectius omittunt Z. & Exc. Peir. in his Exc. ceteroquin hæc paulo aliter: ὅτι ἄλλων ἄλλα λεγόντων, ὁ Νέρων ἔγνω τούς τε βουλ. &c. particula τε ex Pal. addita apud Sylb. HS. & L. ex Pal. ʸ δέ τισιν, ſic ſcripſi, ex Blanci interpretatione, pro corrupto δέ τις, probante Sylb. ᶻ καλαμώδη τόπον. καλαμώδη τόπον. Z. τρόπον, perperam, Coisl. ᵃ τὸν παρόντα. rectius fortaſſe τὸν παριόντα, prætereuntem, Sylb. optime.

§ 141. (l. 98.) ἐν δέει τε μεγάλῳ] Neronem generatim ἀπόλεμον καὶ ῥᾳθυμότατον vocat *Philoſtratus* V. 33. p. 215. fin. Item *Suetonius* 42. *poſtquam etiam deinde Galbam & Hiſpanias deſciviſſe cognovit, collapſus, animoque male fracto, diu ſine voce & prope intermortuus jacuit. Utque reſipuit, veſte diſciſſa, capite converberato, actum de ſe pronunciavit.* Menſam evertiſſe refert *Plutarchus* p. 1055. B. quod *Suetonius* nunciata ceterorum exercituum defectione factum teſtatur. c. 47.

§ 142. (l. 99.) ἐν Ῥώμῃ παρεσκευάζετο] *Suetonius* 43. *credens expeditionem neceſſariam, conſules* (non Fonteium Capitonem & Julium Rufum, Coſſ. A. U. C. 820. quod vult Piſcus, & Pighius in Annal. ſed C. Silium Italicum, & M. Galerium Trachalum Turpilianum Coſſ. A. U. C. 821.) *ante tempus privavit honore, atque in utriuſque locum ſolus iniit conſulatum: quaſi fatale eſſet, non poſſe Gallias debellari niſi a conſule. Idem* 44. *mox tribus urbanas ad ſacramentum citavit, ac nullo idoneo reſpondente, certum dominis ſervorum numerum indixit &c.* Etiam e claſſe legionem conſcriptam, & innumeros milites e Germania, Britannia, & Illyrico accitos, refert *Tacitus* H. I. 6. vid. infra ad p. 729. B.

§ 143. (l. 100.) Ῥούβριον Γάλλον] *Zonaras* T. I. p. 570. D. loco Galli Petronium memorat: ὁ δὲ Νέρων μαθὼν, καὶ τὸν Πετρώνιον, ὃν καθ' ἐκείνων μετὰ τοῦ πλείονος ... ἔπεμψε ... τὰ τοῦ Γάλβα φρονήσαντα, ... ἐλπίδα τῶν ὅπλων ἔχειν, ... τούς τε βουλευτὰς ἀποκτεῖναι &c. Is eſt Petronius Turpilianus, quem *Tacitus* H. I. 6. a Galba, ut ducem Neronis, inauditum refert interfectum eſſe. Rubrius autem Gallus, de quo Dio, cæſus non eſt, ſed in Vitelliano cum Ottone bello memoratur eidem *Tacito* H. II. 51. & Cæcinæ poſtea defectionis ad Veſpaſianum auctor fuit. *ibid.* c. 99. a Veſpaſiano poſtea miſſus eſt ad reprimendos Sarmatas, quod & præſtitit, teſte *Joſepho* B. I. lib. VII. 4. § 3. Filius forte ejus fuit Rubrius Gallus Cos. ſuffectus A. U. C. 854. *Plutarchus* p. 105. C. generatim multos a Nerone defeciſſe dicit: ſolum in Africa Clodium Macrum ſeparata pro ſe conſilia habuiſſe. Confer de Macro, qui corrupte apud Plutarchum Μάκερ ſcribitur, *Suet.* in Galba c. 11. *Tacit.* H. I. 7. *Triſtanum* I. p. 246. opitulata ei Galvia Criſpinilla, de qua p. 720. § 58.

§ 144. (l. 2.) τούς τε βουλευτὰς ἀποκτεῖναι] Eadem, imo partim atrociora, partim ridicula magis conſilia prodidit *Suetonius* 43. & 47. ſq.

§ 145. (l. 5.) τόγε τέχνιον ἡμᾶς ἐκεῖ διαθρέψει] *Suet.* 40. Poſt hæc verba *Zonaras*: μέλλοντα δὲ ταῦτα πράσσειν, ἡ βουλὴ τὴν περὶ τὸν Νέρωνα φρουρὰν ἀπεκάλεσεν, ... εἰς τὸ ϛρατόπεδον, καὶ τὸν μὲν πολέμιον ἀπέφηνε, τὸν δὲ Γάλβαν ἀνθείλετο αὐτοκράτορα. Νέρων δὲ, ὡς ᾔσθετο ὅτι ὑπὸ τῶν φυλάκων &c. quæ utique Dionis eſſe videntur.

§ 146. (l. 9.) ἐν κήποις δέ τισιν] *Sueton.* 47. *Sumto a Locuſta veneno, & in auream pyxidem condito, tranſiit in hortos Servilianos:* hortos, in quibus & alias moratus eſſe legitur apud *Tacitum* Ann. XV. 55.

§ 147. (l. 13.) Φάωνος Καισαρείου] *Sueton.* 48. *Offerente Phaonte liberto ſuburbanum ſuum, inter Salariam & Nomentanam viam, circa quartum milliarium, ut erat nudo pede atque tunicatus, pænulam obſoleti coloris ſuperinduit; adopertoque capite, & ante faciem obtenſo ſudario, equum inſcendit, quatuor ſolis comitantibus, inter quos & Sporus erat.* ... & locum fugæ deſcribit *Eutropius* VII. 9. 9. *Euſebius.* ... illi comites tribuit & *Joſephus* B. I. lib. IV. 9. § 2. ... tum & Sporum nominat *Zonaras*. Phaonem, Ep... Neophytum, Sporum, *Aurel. Victor.* Epit. 5. 7. ... p. 727. B. μετὰ τριῶν ἐξελευθέρων. prætereito Neop...

§ 148. (l. 16.) σεισμὸς ἐξαίσιος] Sic & *Suetonius* ... agnitum ſalutatumque refert a quodam miſſicio præ...

§ 149. (l. 22.) ἐς καλαμώδη τόπον] *Sueton.* 48. ... *verticulum ventum eſt, dimiſſis equis inter fruticet... per arundineti ſemitam ægre, nec niſi ſtrata ſub p... ad adverſum villæ parietem evaſit.*

ψόφιόν τε καὶ κλάδος ὑπ' αὔρας ἐσείσθη, δεινῶς ἐταράττετο. καὶ οὔθ' ἡσυχάζειν ὑπ' αὐτῶν ἠδύνατο, οὔτ' ἂν λαλεῖν τινι τῶν παρόντων, μὴ
B καὶ ἕτερός τις ἀκούσῃ, ἐτόλμα, ἀλλ' αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν τῇ ψυχῇ καὶ ἐθρήνει καὶ ὠλοφύρετο. ἐλογίζετο γάρ τά τε ἄλλα, καὶ προσέτι ὅτι πολυανθρωποτάτῃ ποτὲ θεραπείᾳ γαυρωθεὶς, μετὰ τριῶν ἐξελευθέρων ἐκύπταζε. τοιοῦτον γὰρ δρᾶμα τότε τὸ δαιμόνιον αὐτῷ παρεσκεύασεν, ἵνα μηκέτι τοὺς ἄλλους μητροφόνους καὶ ἀλήτας, ἀλλ' ἤδη καὶ ἑαυτὸν ὑποκρίνηται. καὶ τότε μετεγίνωσκεν ἐφ' οἷς ἐτετολμήκει· καθάπερ ἄπρακτόν
C τι αὐτῶν ποιῆσαι δυνάμενος. Νέρων μὲν δὴ [150] τοιαῦτα ἐτραγῴδει, καὶ τὸ ἔπος ἐκεῖνο συνεχῶς ἐνενόει,

[b] Οἰκτρῶς θανεῖν μ' ἄνωγε σύζυγος, πατήρ.

ὀψὲ δ' οὖν ποτε, ἐπειδὴ μηδεὶς αὐτὸν ἀναζητῶν ἑωρᾶτο, [151] μετῆλθεν εἰς τὸ ἄντρον· κἀνταῦθα καὶ ἔφαγε πεινήσας ἄρτον ὁποῖον οὐδὲ πώποτε ἐβεβρώκει, καὶ ἔπιε διψήσας ὕδωρ ὁποῖον οὐδὲ πώποτε [c] πεπώκει. ἐφ' ᾧ δυσαναχετήσας εἶπε, "Τοῦτό ἐστιν "ἐκεῖνο [152] τὸ ποτὸν τὸ ἐμὸν τὸ [d] ἄφθονον."

Καὶ ὁ μὲν ἐν τούτοις ἦν· ὁ δὲ δῆμος [e] τῶν Ῥωμαίων ἐβουθύτει καὶ ὑπερέχαιρε· καί τινες καὶ
D [f] πιλία [153] ὡς ἠλευθερωμένοι ἔφερον, καὶ [g] τῷ Γάλβᾳ τὰ τῇ [154] αὐτοκράτορι ἀρχῇ προσήκοντα [h] ἐψηφίσαντο. παρὰ πάντα δὲ ζήτησιν αὐτοῦ τοῦ Νέρωνος ἐποιοῦντο· καὶ χρόνον μέν τινα ἠπόρησαν, ὅπου ποτὲ ἀπεληλυθὼς εἴη· ἔπειτα μαθόντες, [155] ἔπεμψαν ἐπ' αὐτὸν ἱππέας. καὶ οὕτως ἐκεῖνος [i] προσιόντων αὐτῶν αἰσθόμενος, [156] προσέταξε

edidiſſet, aut ſi virgultum aut ramus ab aura motus fuiſſet, vehementer conſternabatur: ac neque præ iis quieſcere poterat, neque cum aliquo præſentium loqui audebat, ne quis alius audiret: ipſe ſecum animo ingemiſcere, plorare, multa reputare; ſed præſertim, quod qui maxima famulorum multitudine ſuperbiiſſet aliquando, in præſentia cum tribus libertis humi depreſſus lateret. Nam hujusmodi fabulam tunc ei deus paraverat, ne jam cæteros matricidas, aut errones, ſed ſe ipſum repræſentaret. Hic cœpit illum pœnitere ſcelerum, quæ perpetraverat: quaſi vero poſſet ea infecta facere. Quumque Nero has tragædias ageret, crebro illum verſum memoria repetebat,

A.U.C. 821
C. Sil. Italico & Galer. Trachalo COSS.

Miſere mori conjux jubet, jubet pater.

Tandem quum nemo eum exquirere videretur, introiit in ſpeluncam; in qua, quod eſuriebat, panem comedit, aquamque ſitiens hauſit, qualem nunquam antea aut ederat aut biberat. Idque ferens graviter, " Hæc eſt, " inquit, " illa mea decocta. "

29. Hoc loco dum res Neronis eſſent, populus Romanus ampla ſacra faciebat, magnaque lætitia perfruebatur; ferebantque pileos multi, quaſi eſſent libertatem conſequuti. Galbæ principi omnia, quæ ad principatum pertinent, decernuntur. Ante omnia Nero ſtudioſe requiritur. Ignoratum eſt aliquamdiu, quo profectus fuiſſet: poſt ubi cognitum eſt, adverſum eum equites mittuntur: quos ille poſtquam adventare

b οἰκτρῶς θανεῖν &c. Suetonius, cap. 46. hoc Oedipi dictum in fabula his verbis laudat: Θανεῖν μ' ἄνωγε σύγγαμος, μήτηρ, πατήρ. quod rectius etiam in Neronem convenit, qui Octaviam uxorem, Agrippinam matrem, Claudium patrem interfecit, quemadmodum Oedipus matrem Jocaſtam, quæ ſimul uxor erat, & Laium patrem interemerat. mox μετῆλθεν edidit Sylb. HS. edit. maj. L. μετῆλθεν, HS. HS. edit. min. *c* πέπωκεν. ſcribo ἐπεπώκει. HS. præceſſit ſane ἐβεβρώκει. *d* ἄφθονον. ſi Dionis eſt, alludit ad bonorum profuſionem; alioqui legendum fuerit ἄφεπτον, ex Sueton. c. 48. *hæc eſt Neronis decocta*, Sylb. non placet ἄφεπτον, parum græcum; potius ἑφθόν ſcripſit Dio, ut in Veſpaſiano pag. 749. E. Leuncl. vid. not. *e* δῆμος τῶν Ῥωμαίων. δῆμος ἐν τῇ Ῥώμῃ, Z. qui addit: ἑπτὰ ἡμέρᾳ ἐγένετο, quæ facile Dionis eſſe crediderim, quia ſupra pag. 726. E. obſervatur, Neronem νυκτὸς ἐπιούσης urbe aufugiſſe. ſic poſt ὑπερέχαιρε, ex eodem Z. addendum fuerit: καὶ τὴν πόλιν στεφανωμάτων ἐπλήρωσαν. *f* πιλία, rectius Z. vulgo πῖλα. vide dicta ad fragm. CLXII. i. *g* καὶ τῷ Γάλβᾳ. καὶ ἡ βουλὴ τῷ Γάλβᾳ &c. Z. *h* ἐψηφίσαντο. addit Zon: ὁ δὲ πάλαι ἄν τε τὸν Νέρωνα ἀπέσκωπτον, καὶ συχνοὺς τῶν παρ' αὐτοῦ δυνηθέντων φονεύοντες ἄλλων. *i* προσιόντων αὐτῶν αἰσθόμενος. ita vulgatæ, & Pal. ad marg. ſed idem in contextu προσιόντας αὐτοὺς αἰσθόμενος. ſic & Z. ſic ſupra, αὐτοὺς προσιόντας αἰσθόμενος, p. 725. D.

§150. (l. 42) τοιαῦτα ἐτραγῴδει] *Sueton.* 46. *Obſervatum etiam fuerat, noviſſimam fabulam cantaſſe eum publice, Oedipodem exulem, atque in hoc decidiſſe verſu*

Θανεῖν μ' ἄνωγε σύγγαμος, μήτηρ, πατήρ.

ubi *Caſaubonus: Aliter Dio, vel potius, ut puto, Xiphilinus, Dionis narrationem corrumpens.*

§151. (l. 46.) μετῆλθεν εἰς τὸ ἄντρον] Per effoſſum prius parietem quadrupes ſubrepſit, ut pluribus narrat *Suetonius* 48. qui & extra ſpecum ex ſubjecta lacuna bibiſſe tradit. Locus, ut *Caſaubonus* annotavit, hodie appellatur *Ciſterna Neronis*. Blancus videtur legiſſe μετῆλθον, *introierunt*.

§152. (l. 50.) τὸ ποτὸν τὸ ἐμὸν τὸ ἄφθονον] Si quid mutandum ſit, ad *decoctam* Neronis notiſſimam exprimendam, pro ἄφθονον malim ἀπεφθόν, quam Leunclavii ἑφθόν, aut Sylburgii ἄφεπτον. Nam ἑφθόν eſt cocta aqua, quæ & calida eſſe poteſt adhuc: p. 707. C. ἀπεφθον, *decocta* & deinceps nive refrigerata, crudæ & calidæ juxta oppoſita. v. *Plin.* XXXI. 3. *Plut.* Sympos. p. 690. C. ſicut ἀπέφθου χρυσός aurum probe decoctum vel defoecatum, apud *Theognidem* Sentent. v. 449. ſq. 1102. *Scholiaſten Luciani* in Cataplo c. 9. T. I. p. 630. & *Thucydidem* II. 13. p. 107. 44. Nam & de aqua *Athenæus* III. p. 122. F. λαβὼν ὕδατος ἀπέφθου κύαθον· ἂν δ' ὠμὸν πίῃ, βαρὺ καὶ κοπῶδες. Quem locum *Vincentius Butius*, de calido frig. ac temp. antiquor. potu c. 16. T. XII. Grævii p. 30. attingens, minus recte interpretatur: *Incoctæ aquæ crudum bibas ſi poculum, Laborioſa fit & gravis.* Rectius interpres Athenæi: *Sumſiſti aquæ decoctæ cyathum: quam ſi bibiſſes crudam, gravis fuit & laborioſa futura.* ἀπεφθον, ex ἀπὸ & ἑφθόν, formandum eſſet ἀφεφθον, ſed ſi duæ ſyllabæ ab adſpirata incipiant, ordinarie prior in tenuem mutatur: unde ἀπεφθον, non ἄφεπτον.

§153. (l. 53.) πιλία ὡς ἠλευθερωμένοι] Vid. *Suet.* 57. *Victor.* Epit. 5. 9. Multa in ejus adhuc vivi ignominiam facta aut dicta refert *Suetonius* 45. poſt mortem vero inſolenter ſævitum eſſe in Neronianos, concedente Nymphidio, *Plutarchus* in Galba p. 1056. D.

§154. (l. 54.) τῇ αὐτοκράτορι ἀρχῇ προσήκοντα] Cum hoſtis judicatus Galba eſſet, Nerone adhuc aliquantulum vigente, *Plut.* p. 1055. B. paulo poſt, fugam eo meditante, Nymphidius cum Tigellino inducunt milites, ut Galbam imperatorem appellent. *Id.* p. 1053. E. Nymphidius quidem hoc conſilio, ut per ætatem Galbæ decrepitam ſibi raperet imperium: unde ſtatim Tigellinum ponere gladium jubet. *Id.* p. 1056. A. ſq. Secutum eſt SCtum, quod Galbæ libertus Siculus (ſcrib. Icelus ex *Dione* p. 729. A. & *Suet.* Ner. 49. Galba 14. 22.) primum Coloniæ moranti nunciavit. *Id.* p. 1055. E. hinc T. Vinius miſſus a Senatu qui SCtum perferret, iſque Galbæ ad Narbonem occurrit. *Id.* p. 1056. A.

§155. (l. 58.) ἔπεμψαν ἐπ' αὐτὸν ἱππέας] Ut hoſtem judicatum a ſenatu, vivum attraherent, quo puniretur more majorum, h. e. ut cervice indita furcæ, nudus virgis cæderetur ad necem. *Suet.* 49. *Eutrop.* VII. 9, 8. *Victor* Epit. 5, 7.

§156. (l. 59.) προσέταξε τοῖς παροῦσι] Quatuor comitibus §147. *Zonaras*: καὶ ἐκεῖνον καὶ σφᾶς ἀποκτεῖναι.

A.U.C 821 C. Sil. Italico & Galer. Trachalo COSS.

ventare intellexit, imperavit iis, qui ſecum aderant, ut ſe interficerent: quumque illi non obedirent, ingemiſcens ait; “ Ego ſolus nec amicum nec inimicum habeo. „ Interim appropinquantibus equitibus, ipſe ſibi manus attulit, dixitque pervulgatum illud; “ Proh Jupiter! qualis artifex pereo! „ Quumque ægre moreretur, Epaphroditus eum confecit. Vixit annos triginta, menſes novem. Regnavit annos tredecim, menſes octo: ultimus eorum, qui ab Ænea & Auguſto genus ducebant. Interitum ejus lauri, quæ a Livia plantatæ fuerant, & genus albarum gallinarum, quæ ante Neronem utraque perierant, non obſcure denuntiarunt.

ταξε τοῖς παροῦσιν [k] αὐτὸν ἀποκτεῖν[…] οὐχ ὑπήκουσαν, [l] ἀνεστέναξέ τε [… …] “ Ἐγὼ μόνος [157] οὔτε φίλον οὔτ᾽ ἐχ[θρὸν ἔχω.] κἀν τούτῳ πελασάντων αὐτῷ τῶ[ν ἱππέων] [158] αὐτὸς ἑαυτὸν ἀπέκτεινε· τὸ θρυλλούμενον ἐκεῖνο εἰπὼν, [m] “ Ὦ Ζεῦ, [159] οἷος τεχνίτης παραπόλλυμαι. „ καὶ αὐτὸν δυσθανατοῦντα ὁ Ἐπαφρόδιτος προσκατειργάσατο. [n] ἐβίω δὲ [160] ἔτη τριάκοντα, καὶ μῆνας ἐννέα· ἀφ᾽ ὧν ἦρξεν [161] ἔτη δεκατρία, καὶ μῆνας ὀκτώ· [162] ἔσχατος τῶν ἀπὸ τοῦ Αἰνείου καὶ ἀπὸ τοῦ Αὐγούστου γεγονότων, [o] καίπερ που σαφῶς καὶ αἱ [163] δάφναι αἱ ὑπὸ τῆς Λιουίας φυτευθεῖσαι, τό, τε γένος τῶν λευκῶν ὀρνίθων, [p] προδιαφθαρέντα αὐτοῦ, ἐσήμανεν.

[k] αὐτὸν ἀποκτεῖναι. ἑαυτὸν ἀποκτ. Pal. καὶ ἑαυτὸν καὶ σφᾶς ἀποκτεῖναι. Z. [l] ἀνεστέναξε. addit Zon: ἅτε τὸν Σπόρον ἀνελεῖν θελήσας, καὶ μὴ δυνηθείς, ἐγὼ μόνος, ἔφη. Sylb. [m] Ὦ Ζεῦ &c. jambus erit, ſi legamus: Ὦ Ζεῦ θεοί θ᾽ οἷος τεχνίτης [παραπόλλυμαι]. [n] ἐβίω δὲ ἔτη &c. præmittit his Zon. ὁ μὲν οὖν οὕτω κατὰ τὸν Ἰούλιον ἐτελεύτησε μῆνα, βιοὺς ἔτη τριάκοντα πρὸς μησὶ πέντε καὶ ἡμέραις εἴκοσιν· ἀφ᾽ ὧν ἦρξεν ἔτη τρισκαίδεκα, καὶ μῆνας ὀκτώ, δυοῖν ἡμέραιν δέοντας. [o] καίπερ. ſenſus requirit ὥσπερ, καθάπερ, aut ſimile. Sylb. vel ὥσπερ. [p] προδιαφθαρέντα αὐτοῦ, ἐσήμανεν. ſcribendum ἐσήμαναν, ut reſpondeat præcedentibus αἱ δάφναι, & προδιαφθαρέντα. L. vir quidam doctus ad marginem notavit, προδιαφθαρὲν, τὰ αὐτοῦ ἐσήμανεν. quod & habet Mer. ſed nihil mutandum. προδιαφθαρέντα αὐτοῦ idem quod πρὸ αὐτοῦ διαφθαρέντα, quod refertur ad utrumque præcedens δάφναι & γένει ὀρνίθων, regitque verbum ſingulare ἐσήμανεν.

§ 157. (l. 62.) οὔτε φίλον οὔτ᾽ ἐχθρὸν ἔχω] *Aur. Vict.* Epit. 5, 7. *Suet.* 47. quanquam is domi adhuc, ante fugam, hoc dictum a Nerone refert.

§ 158. (l. 64.) αὐτὸς ἑαυτὸν ἀπέκτεινε] Adjuvante Epaphrodito a libellis. *Suet.* 49. *Zonar.* p. 571. B. qui Epaphroditus ob id factum poſtea a Domitiano damnatus eſt. *Suet.* in Domit. 14. Errat ergo *Aurelius Victor* Cæſ. 5, 16. Epit. 5, 7. quando Epaphroditi loco Sporum necis adjutorem fuiſſe ſcribit. Nugæ autem meræ & putidæ ſunt *Chronici Alex.* p. 245. D. periiſſe Neronem, ex clandeſtinis Judæorum conſiliis, quod in Chriſti vindictam Pilatum capite plecti juſſerit.

§ 159. (l. 65.) οἷος τεχνίτης] *Suetou.* 49. *Zonar.* p. 571. B. *Hegeſippus* IV. 20.

§ 160. (l. 68.) ἔτη τριάκοντα καὶ μῆνας ἐννέα] Corruptum procul dubio eſt *Chronicon Paſchale*, ὢν ἐτῶν ξθ᾽. *annos natus LXIX.* Annum ætatis XXXII. ei tribuunt *Eutropius* VII. 9, 11. *Victor* Epit. 5, 8. *Suet.* 57. qui addit obiiſſe *die quo quondam Octaviam interemerat.* Apud *Zonaram*, qui annos XXX. menſes V. dies XX. vixiſſe ſcribit, mortis tempus ex Xiphilini calculo non fuerit κατὰ τὸν Ἰούλιον μῆνα, ſed κατὰ τὸν Ἰούνιον. Et ita omnino legendum arbitror. *Xiphilinus* nempe p. 753. C. ſcribit, a morte Neronis ad initium imperii Veſpaſiani Kal. Jul. (A. U. C. 822. Chr. 69.) intereſſe annum I. & dies XXII. Unde mors Neronis incidet in diem IX. Junii A. U. C. 821. ita & Scaliger; quanquam XI. Junii vult *Tillemontius* T. I. p. 539. 542. Jam ſi ſumo ex ſuperioribus p. 690. § 13. cœpiſſe regnare A. U. C. 807. d. 13. Oct. regnavit annos XIII. menſes VIII. minus diebus II. Hinc, ſi natus eſt A. U. C. 790. d. 15. Dec. vixit annos XXX. menſes VI. minus IV. diebus. Calculus ergo noſter cum Zonara, in regni tempore, accurate convenit; in vitæ autem, ad eum quam proxime accedit.

§ 161. (l. 69.) ἔτη δεκατρία καὶ μῆνας ὀκτώ] Sic & *Zonaras* & *Nicephorus* Patriarcha in Chronographia. Addit *Zonaras* δυοῖν ἡμέραιν δέοντας, & ita forte Dio, cum quo conſpirat *Chronicon Paſch.* annos XIII. menſes VII. dies XXVIII. ponens. Atque hinc corrigendus forte *Joſephus* de B. I. lib. IV. 9. § 2. Νέρων τρισκαίδεκα βασιλεύσας ἔτη καὶ ἡμέρας ὀκτώ. leg. μῆνας ὀκτώ. quanquam & *Hegeſippus* IV. 20. *tertio decimo exacto imperii ſui anno, cum jam de anno ſequenti octavum diem degeret.* unde veterem errorem eſſe colligitur. *Suetonius* 40. *paulo minus XIV. annos.* Et ſic fere *Eutropius* VII. 9, 11. *imperii quarto decimo.* At *Chryſerus Nomenclator* ἔτη ιγ᾽. μῆνας ς᾽. ἡμέρας κη᾽.

§ 162. (l. 69.) ἔσχατος τῶν — ἀπὸ τοῦ Αὐγούστου] Idem annotatum ſupra p. 709. E. & *Suetonio* in Galba 1, *Aur. Victor?* Cæſ. 5, 17. *Eutropio* VII. 9, 11. *Oroſio* VII. 7. Ita Galba ipſe apud *Tacitum* H. I. 16. adde *Auſonium* de XII. Cæſ. carm. 6. ſeu 266. Domitianum ultimum perhibet *Scholiaſtes Juven.* IV. 38. & *Appianus* Civil. IV. p. 598. B. ad ſua, h. e. Hadriani & Antonini Pii tempora genus Auguſti regnare ſcribit: quos jam caſtigavit *Caſaubonus* ad Sueton. Quomodo funeratus ſit Nero, & a nonnullis etiam poſt mortem cultus, narrat *Suetonius* c. 50. & 57. De Pſeudo-Neronibus infra p. 731. E. 736. § 35.

§ 163. (l. 71.) δάφναι αἱ ὑπὸ τῆς Λιουίας] Vide *Dionem* p. 389. C. *Sueton.* in Galba 1. *Victorem* Cæſ. 5, 17. alia prodigia ſupra p. 726. C. § 139. adde *Plinium* II. 83. 103. XVI. 44. XXXV. 7.

DIONIS

DIONIS HISTORIÆ ROMANÆ LIBRI LXIV. EXCERPTA PER JO. XIPHILINUM.

Inſeruntur Fragmenta Dionis integra, quæ reperiri potuerunt.

SUMMA CAPITA LIBRI LXIV.

Galbæ Imperii omina: avaritia: libertorum, Nymphidii, Capitonis, inſolentia. c. 1. 2.
Ejuſdem ingreſſus in urbem truculentus: Neronianorum ſupplicium. c. 3.
De ſeditione Vitellii contra Galbam. c. 4.
L. Piſo Cæſar adoptatus a Galba: Otho imperium invadit. c. 5.
Galbæ Piſoniſque interitus. c. 6.
Otho infelicibus auſpiciis & blandimentis capit imperium. c. 7. 8.
Militum inſolentia: Pſeudo Nero. c. 9.
Othonis & Vitellii ad Cremonam prœlia. c. 10. 11.
Othonis ad milites oratio. c. 12. 13.
Ut ſe ipſum Otho pugione interemerit. c. 14. 15.
Valentis rapacitas. c. 16.

Temporis ſpatium.

poſt C.N.	U.C.			GALBÆ.
68.	821.	C. Silius Italicus,	& Galerius Trachalus Turpilianus. Coſſ.	9 Junii.
69.	822.	Galba Cæſ. Aug. II,	& T. Vinius.	†15 Jan.

C Οὕτω μὲν οὖν [1] ὁ Γάλβας [2] αὐτοκράτωρ ἀπεδείχθη, ὥσπερ που [3] προεῖπε μὲν αὐτῷ καὶ ὁ Τιβέριος, φήσας ὅτι καὶ αὐτὸς τῆς ἡγεμονίας παραγεύσεται· προεῖπε δὲ καὶ σημεῖα ἐναργέστατα. τήν τε γὰρ [4] Τύχην ἔδοξεν αὐτῷ λέγειν, ὅτι χρόνον ἤδη συχνὸν αὐτῷ παραμένοι, καὶ ὅτι οὐδεὶς αὐτὴν ἐς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ εἰσδέχοιτο· καὶ δὴ ἐὰν ἐπὶ πλεῖον εἰρχθῇ, πρὸς ἕτερόν τινα μετα-
D στήσεται. καὶ [5] πλοῖα ὅπλων μεστὰ πρὸς Ἰβηρίαν ὑπ' αὐτὰς ἐκείνας τὰς ἡμέρας αὐτόματα, μηδενὸς ἀνθρώπων ἄγοντος αὐτά, προσωρμίσθη. [6] ἡμίονός

τε

1. Igitur Galba ſic imperator deſignatus eſt: quod ei Tiberius aliquando prædixerat, quum diceret, ipſum quoque imperium deguſtaturum: idemque clariſſimis ſignis demonſtratum fuit, quando ſibi viſus eſt audire Fortunam dicentem, ſe jamdiu morari ante fores ejus, & a nemine tamen in domum recipi; proinde ſe, ſi arceretur diutius, ad alium migraturam. Adhæc navigia per eoſdem dies, onuſta armis, ſua ſponte in Hiſpaniam, nemine dirigente, appulerunt. Inſuper mula peperit: quam rem va-

tes

A.U.C. 821 C. Silio Italico & Galer. Trachalo COSS.

§ 1. (l. 1.) ὁ Γάλβας] Servius (non Sergius. vid. *Dionem* p. 589. C. *Spanhem.* T. II. p. 29. *Ryckium* ad Tac. H. II. 48, 5. *Hagenbuchium* Epiſt. Epigraph. p. 55. ſq.) Sulpicius Galba (de cujus cognominis origine *Suet.* Galba 3. ſq.) nobiliſſimis majoribus, patre Conſulari, matre Mummia Achaica, nepte Catuli, pronepte Lucii Mummii, qui Corinthum excidit, natus in villa prope Terracinam IX. Kal. Jan. M. Valerio Meſſala Cn. Lentulo Coſſ. i. e. die 24. Dec. A. U. C. 751. (ſed vide § 2.) Novercam deinde divitem Liviam Ocellinam nactus, & ab ea adoptatus, Lucii Livii Ocellæ nomen ſumſit, & Lucii prænomen usque ad tempus imperii uſurpavit. *Suet.* 2—4. *Tac.* H. I. 15. 2. Vide *Gruter.* CCCCXXXI. 2. 3. Prætor A. U. C. 774. ludis floralibus elephantos funambulos produxit: hinc Aquitaniæ præfuit A. 784. Liviæ Auguſtæ commendatione, quæ forte novercam ejus cognatione attingebat, ut colligas ex *Plutarcho* p. 1054. B. Conſul factus eſt cum Sulla A. U. C. 786. Germaniæ ſuperiori ſub *Cajo* præfuit A. 792. Africam Proconſule adminiſtravit ſub Claudio A. 798. & ob res ibi ac in Germania geſtas ornamenta triumphalia accepit ac ſacerdotium triplex. Hinc a Nerone Hiſpaniam Tarraconenſem cum imperio nactus eſt A. U. C. 814. quam adhuc per octo annos cum ſumma dignitate regebat *Suet.* 6—9. *Plut.* p. 1054.

§ 2. (l. 1. αὐτοκράτωρ ἀπεδείχθη] Conf. *Dionem* p. 725. § 121. ſqq. p. 726. § 140. p. 727. § 154. A Senatu quidem Imperator renunciatus eſt die IX. Junii A. U. C. 821. ut confecimus ad p. 727. § 160. (unde *Plutarchus* p. 1055. E. ἦν δὲ θεὸς ἤδη.) poſtquam quinque Imperatorum ætates tranſegiſſet. *Id.* p. 1066. B. *Tac.* H. I. 49. Annos quidem, ſi modo Suetonius nativitatem recte indicavit, natus fuit LXIX. menſes V. dies XVII. Sed cum idem *Suetonius* 23. periiſſe eum dicat tertio & ſeptuageſimo ætatis anno, imperii menſe ſeptimo: & in Nerone 40. Apollinis oraculum ad eum pertinuiſſe ſcribat, quo ſeptuageſimum ac tertium annum Nero cavere jubebatur: ſibi ipſi non conſtat, & in alterutro error eſt. Ceteri omnes, *Plutarchus* p. 1056. B. *Tacitus* I. 49. *Eutropius* VII. 10, 1. *Victor* Epit. 6, 4. & ipſe *Xiphilinus* p. 730. E. annum ei ætatis LXXIII. tribuunt, certe cum moreretur. Neque tamen hæc conſenſio me movet, quoniam ſine die & conſule ætatem Galbæ definit, & oraculi interpretationem ſecurius ſequi videtur. Contrarium ex Dione etiam conficitur, qui p. 589. D. Galbam A. U. C. 767. Kal. Jan. virilem togam tradit ſumſiſſe. Atqui ſi ſecundum Suetonium natus fuit A. U. C. 751. jam decimum ſeptimum ætatis annum agebat, quo more veteri virilis toga dabatur. vid. *Ryckium* ad Tac. XII. 41, 1. Quodſi autem triennio prius natus fuiſſet, amplius annum viceſimum attigiſſet ante virilem togam, quod fere eſt ſine exemplo, ut arbitror. Nam Caji illud apud *Suet.* Calig. c. 10. ex ſingulari cunctatione Tiberii derivandum. Sequimur ergo Suetonium, ſequimur Dionem, qui diem & conſules nativitati & virili ætati adſcribunt.

§ 3. (l. 2.) προεῖπε μὲν αὐτῷ καὶ ὁ Τιβέριος] Conf. *Fabricium* noſtrum ad p. 616. A. § 217. *Zonaras* p. 571. C. his omiſſis, ſic orditur: Γάλβας δ' ἐπεὶ ὁ Νέρων διέφθαρτο, καὶ ἡ βουλὴ τὴν ἀρχὴν αὐτῷ ἐψηφίσατο, καὶ ὁ Ῥοῦφος αὐτῷ προσεχώρησεν, ἀνεθάρσησεν· οὐ μέντοι καὶ τὸ Καίσαρος ἀνέλαβεν ὄνομα, πρὶν τοὺς τῆς βουλῆς πρεσβευτὰς τὰς (dele τὰς) πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν. ἀλλ' οὐδὲ τὸ τοῦ αὐτοκράτορος πρότερον εἰς οὐδὲν γράμμα ἐνεγέγραπτο.

§ 4. (l. 5.) Τύχην ἔδοξεν αὐτῷ λέγειν] ἔδοξεν notat ſomnium, de quo *Suetonius* c. 4. eique ſomnio reſpondet aliud morituri. ibid. c. 18.

§ 5. (l. 9.) πλοῖα ὅπλων μεστὰ] *Alexandrina navis Dertoſam appulit armis onuſta, ſine gubernatore, ſine nauta, ac vectore ullo. Suet.* cap. 10.

§ 6. (l. 11.) ἡμίονος ἔτεκεν] Siniſtrum aliis viſum portentum, ſolus Galba pro lætiſſimo accepit, memor dicti avi ſui, qui ſerum imperium familiæ ejus portendi dicentibus, *ſane,* inquit, *cum mula pepererit. Suet.* 4. Mulæ partus, quanquam in proverbio de re quæ fieri nequit, tamen ſæpius narratur veteribus, ſed prodigii loco. *Herodot.* III. 151. 153. VII. 57. *Plin.* VIII. 44. ibique *Harduin.* Tradit Rev. P. *Bouvetus* e S. J. in epiſtola ad Leibnizium, Mem. de Trev. 1705. P. I. p. 121. mulas, ſicut elephantos, ſteriles tantum fieri, quando ſtabulis coërcentur, ſed in Tataria ac Sina genus propagare, libere vagantes.

A.U.C. 821 C. Silio Italico & Galer. Trachalo COSS.

tes ei prædixerant ſignum futuri principatus fore. Eidem quoque ſacrificanti puer thus obtulit, ac ſubito canos miſit. Qua ex re dictum eſt a vatibus, imperium a minore natu ad ſenectutem ejus eſſe tranſiturum.

2. Ita quæ ad principatum ſpectabant, ei ante denuntiata ſunt. Ipſe vero moderate cætera quidem imperabat, minimeque oneroſus erat, quod non ab ſe captum, ſed datum ſibi eſſe ſtatueret imperium; (hoc enim frequenter ajebat;) ſed erat in coacervanda pecunia inexplebilis, velut qui multis rebus indigeret; deque ea tam parum impendebat, ut non drachmas, ſed obolos nonnullis largiretur. Liberti vero ejus multa delinquebant, quorum adeo culpa in ipſum conjiciebatur. Nam etſi ſatis eſt privatis hominibus, nullam injuriam facere; tamen principes providere etiam oportet, ne cæteri malefici ſint: propterea, quod nihil intereſt eorum, qui injuriam patiuntur, a quo eam acceperint. Itaque Galba, licet ipſe ab injuria faciunda alienus eſſet, tamen quod ſineret illos facere, aut quod ea, quæ ab iis gererentur, ignoraret, male audiebat. Nymphidius autem quidam & Capito tam dementi fuerunt, eo principe, inſolentia, ut Capito, quum forte quidam reus ab eo jus dicente provocaviſſet, ſtatim in ſellam excel-

τε ἔτεκεν ὅπερ αὐτῷ σύμβολον τοῦ [illegible] ἐτεθέσπιστο· καὶ παῖς λιβα[illegible] αὐτῷ [illegible] προσφέρων, [7] πολιὰς ἐξαίφνης ἔφ[illegible] καὶ οἱ μάντεις τὴν τοῦ νεωτέρου ἀρχὴν πρὸς τὸ γῆρας αὐτοῦ μεταστήσεσθαι ἔφησαν.

Ταῦτα μὲν ἐς τὴν ἡγεμονίαν αὐτῷ φέροντα προεδείχθη. αὐτὸς δὲ τὰ μὲν ἄλλα μετρίως ἦρχε, καὶ ἀνεπαχθὴς ἦν, νομίζων οὐκ εἰληφέναι τὴν ἀρχήν, [8] ἀλλὰ δεδόσθαι αὐτῷ (τοῦτο γὰρ συνεχῶς ἔλεγε) [9] χρήματά γε ἀπλήστως, [illegible] καὶ πολλῶν δεόμενος, ἤθροιζε, καὶ ἀπ' αὐτῶν [illegible] ἀνήλισκεν, ὥστε μηδὲ δραχμάς τισιν, 725 ἀλλ' [10] ὀβολοὺς χαρίζεσθαι. οἱ δὲ [11] ἐξελεύθεροι αὐτοῦ πάμπολλα ἐπλημμέλουν, ὥστε καὶ εἰς ἐκεῖνον αὐτὰ ἀναφέρεσθαι. τοῖς μὲν γὰρ ἰδιώταις ἀπόχρη μηδὲν ἀδικεῖν· τοῖς δὲ δὴ τὰς ἡγεμονίας ἔχουσιν ἀνάγκη προνοεῖν, ὅπως [a] μηδ' ἄλλος κακουργῇ. οὐδὲ γὰρ διαφέρει τι τοῖς κακῶς πάσχουσιν, ὑφ' ὅτου ἂν καὶ κακῶνται. ὥστ' εἰ καὶ ἔξω τοῦ τι δεινὸν ποιεῖν ὁ Γάλβας ἦν, ἀλλ' ὅτι ἐκείνοις ἀδικεῖν ἐπέτρεπεν, ἢ ὅτι ἠγνόει τὰ γινόμενα, οὐ καλῶς ἤκουε. [12] Νυμφίδιος δέ τις καὶ Καπίτων οὕτως ἐξεφρόνησαν [b] ὑπ' αὐτοῦ, B ὥστε [13] ὁ Καπίτων, ἐφέντος τινὸς ἀπ' αὐτοῦ ποτὲ δικάζοντος, μετεπήδησέ τε ἐπὶ δίφρον

[a] μηδ' ἄλλος. μὴ δ' ἄλλους. Pal. in margine. perperam. Sylb. [b] ὑπ' αὐτοῦ. ſi mendo caret, ſignificabit *eo nomine, ea de cauſa.* ſed poſſis etiam legere ἐπ' αὐτοῦ, *eo tenente imperium.* Sylb.

§7. (l. 14.) πολιὰς ἐξαίφνης ἔφυσε] *Sueton.* c. 8.

§8. (l. 20.) ἀλλὰ δεδόσθαι αὐτῷ] Id Galba præ ſe ferebat apud *Tacitum* Hiſt. I, 15. *Nunc me Deorum hominumque conſenſu ad imperium vocatum — — neque ipſe imperium ambitione accepi.* Piſo: c. 30. *Galbam conſenſus generis humani, me Galba conſentientibus vobis Cæſarem dixit.* Atque hinc forte lucem accipit numus apud *Liebium* Gotha Num. p. 58. & *Mediob.* p. 99. CONCORDIA PROVINCIARUM. item LIBERTAS RESTITUTA apud Mediob. p. 99. ſq. quam & memorat inſcriptio apud *Gruter.* CCXXXVIII. 12. & *Triſtanum* T. I. p. 259. Scilicet Legatum ſe tantum Senatus ac Populi initio profeſſus erat, nec imperatoris aut Cæſaris appellationem admittere voluerat, donec id a S. P. Q. R. decretum eſſet. vide p. 725. §125. & ſupra §3. & *Sueton.* c. 11.

§9. (l. 22.) χρήματα ἀπλήστως] Fama de eo avaritiæ præceſſit, cujus documenta vide apud *Suet.* c. 12. & 15. *Tac.* H. I. 20. *Plut.* p. 1060. A. *Dionem* p. 721. C. in quo hoc magis reprehendendus fuit, quod eſſet ipſe πλουσιώτατος ἀπάντων — πλείστῳ πρωτεύσας πάντων τῶν καθ' αὐτόν. *Plut.* p. 1054. A. 1066. B. habuiſſetque matrem *ditem admodum.* *Suet.* 3. Sed pleraque hæc libertis, omnia vendentibus, rapientibus, tribuenda credo, quibus nimium Galba indulgebat. *Suet.* 15. *Dio* p. 729. A. Ipſe enim in publicum liberalis deprehenditur fuiſſe, *Remiſſa Quadrageſima,* apud *Mediob.* p. 101. ſcil. portoriorum. vid. *Burman.* de Vectigal. c. 5. p. 62. ſq. & aliis forte vectigalibus. Nam Veſpaſianus dicitur *omiſſa ſub Galba vectigalia revocaſſe.* *Suet.* Veſp. 16. vide ſupra p. 725. §122. In privatos tamen ad ſorditiem usque & intempeſtive parcum fuiſſe, non negaverim.

§10. (l. 25.) ὀβολοὺς χαρίζεσθαι] Exemplum dabit *Suetonius* 12. ſq. & *Plutarchus* p. 1059. ſq.

§11. (l. 25.) οἱ δὲ ἐξελεύθεροι] Icelus in primis. *Tacitus* H. I. 13. *Potentia principatus diviſa in T. Vinium Conſulem* (de quo c. 48.) *& Cornelium Laconem prætorii præfectum. Nec minor gratia Icelo Galbæ liberto, quem annulis donatum equeſtri nomine Martianum vocitabant.* Confer de his tribus, ut vocantur, pædagogis Galbæ, uberius *Suetonium* 14. adde *Plutarchum* p. 1066. C. D. 1057. E. 1058. B. 1060. B. *Tacitum* I. 7. 13. 37. 49. Σικελος, pro Ἴκελος, male ſcribitur apud Plutarchum p. 1055. E. & Σικέλιον p. 1062. B. Eodem auctore p. 1056. A. equeſtre Iceli nomen fuerit Μαρκιανὸς Οὐίκελλος.

§12. (l. 35.) Νυμφίδιος δέ τις καὶ Καπίτων] De Capitone exponit Xiphilinus, de Nymphidio non item; quod tamen a Dione factum arbitror, quia pergit τούτοις μὲν δὴ διὰ ταῦτα ὁ Γάλβας ἐπεξῆλθεν. De Nymphidio nos diximus quædam ad p. 707. §67. & p. 727. §154. Inſolentiam ejus huc pertinentem petamus ex *Plutarcho* p. 1053. E. p. 1056 — 1059. C. Galba electo, SCtum ſuo ſigno non eſſe obſignatum, Nymphidius ægre fert, C. Caligulæ filius nuncupari vult, Sporum ab ipſo Neronis rogo ad ſe rapit uxoris loco, agit clanculum de imperio ad ſe transferendo; denique, cum Galbam in Vinii & Laconis poteſtate eſſe animadvertit, viſum eſt, noctu caſtra ingredi, ut Imperator renunciaretur: ei tamen oratione ſua obſiſtit Antonius Honoratus, ipſe Nymphidius lancea perfoditur, complices deinde, Cingonius Varro & Ponticus Mithridates, Galbæ juſſu interficiuntur. conf. & *Suetonium* c. 11. & *Tacitum* Hiſt. I. 5. ſq.

§13. (l. 37.) ὁ Καπίτων] Fontejus Capito, (Φρουτήιος male apud *Plutarchum* p. 1059. C.) is credo, qui Conſul modo fuerat A. U. C. 820. *Tacitus* I. 7. *Macrum in Africa haud dubie turbantem, Trebonius Garucianus procurator, juſſu Galbæ, Capitonem in Germania, cum ſimilia cœptaret, Cornelius Aquinus & Fabius Valens, legati legionum, interfecerant antequam juberentur. Fuere, qui crederent, Capitonem, ut avaritia & libidine fœdum ac maculoſum, ita cogitatione rerum novarum abſtinuiſſe: ſed a legatis bellum ſuadentibus, poſtquam impellere nequiverint, crimen ac dolum compoſitum ultro: & Galbam, mobilitate ingenii, an ne altius ſcrutaretur, quoquo modo acta, quia mutari non poterant, comprobaſſe.* Vide eund. c. 8. 37. & 52. ubi alios Galbæ juſſu occiſos, perinde ut *Plutarchus* p. 1059. C. memoret. Claudius Macer (qui perperam Μαῦρος apud *Plut.* p. 1055. C.) naves frumentarias retinebat, ut annonæ inopia urbem in ſuam poteſtatem redigeret. Trebonium qui eum occidit, *Plutarchus* Τρεβωνιανὸν vocat. Conf. eund. & p. 1058. C. 1059. C. Numi in Macrum prænomine C. aut potius L. exſtant, de quibus, & eorum ſinceritate *Liebius* p. 245. ſqq. & *Spanhemius* de U. N. Diſſ. X[illegible] ſq. Mirum, ni Dio Macri conatum tetigerit.

§14. (l. 43.) ἐπλησίασε τῇ πόλει] *Ut primu[illegible] introiit.* *Suet.* 12. Sed *Plutarchus* p. 1059. D. [illegible] ἀπεῖχε τῆς πόλεως περὶ πέντε καὶ εἴκοσι σταδίους. [illegible] Suetonium de conatu introeundi exponere: itemque [illegible] H. I. 6. *introitus in urbem, trucidatis tot millibus inerm[illegible] militum, infauſtus omine.* Nam c. 37. *in oculis urbis,* dic[illegible] factum.

§15. (l. 44.) δορυφόρου τοῦ Νέρωνος] Imo C[illegible], quos *Nero ex remigibus juſtos milites fecerat,* ſed a[illegible] adhuc & ſignis deſtituti, *Suet.* 12. [illegible] [illegible] — — [illegible] ὁ Νέρων συνελοχίσας, ἀπέφηνε στρατιώτας, [illegible] τάγματα καὶ χώραν αἰτοῦντες. *Plut.* p. 1059. D. [illegible]

A.U.C. 821
C. Silio Italico & Galer. Trachalo COSS.

φρον ὑψηλὸν, καὶ ἔφη, “Λέγε τὴν δίκην “παρὰ τῷ Καίσαρι„ διαγνούς τε, ἀπέκτεινεν αὐτόν. τούτοις μὲν δὴ διὰ ταῦτα ὁ Γάλβας [c] ἐπεξῆλθεν.

Ὡς δ' [14] ἐπλησίασε τῇ πόλει, ἀπήντησαν αὐτῷ οἱ [15] δορυφόροι τοῦ Νέρωνος, καὶ ἠξίουν ἐν τῇ αὐτῇ στρατείᾳ φυλαχθῆναι. καὶ ὃς τὰ μὲν πρῶτα ἀνεβάλετο, ὡς καὶ σκεψόμενος περὶ τούτου· ὡς δ' οὐκ ἐπείθοντο, ἀλλ' ἐθορύβουν, ἐφῆκε σφίσι τὸ στράτευμα. καὶ οἱ
C μὲν παραχρῆμα ἐς [d] ἑπτακισχιλίους ἀπέθανον, οἱ δὲ καὶ μετὰ τοῦτο [16] δεκατευθέντες. οὕτως, [d] εἰ καὶ τῇ [17] ἡλικίᾳ τῇ τε νόσῳ ἐκεκμήκει, ἀλλὰ τῇ διανοίᾳ ἤκμαζεν, οὐδ' ἠξίου τὸν αὐτοκράτορα ἀναγκαζόμενόν τι ποιεῖν. ἀμέλει καὶ τοῖς δορυφόροις [18] αἰτοῦσι χρήματα οὐκ ἔδωκε, καὶ ἔφη γε ὅτι, “Καταλέγειν στρατιώτας, ἀλλ' οὐκ ἀγοράζειν εἴωθα.„ τῷ δὲ δήμῳ σφόδρα ἀξιοῦντι [19] τὸν Τιγελλῖνον καὶ ἄλλους τινὰς τῶν πρότερον ὑβρισάντων ἀποθανεῖν, οὐχ ὑπεῖξε, τάχα ἂν ἀποκτείνας
D αὐτοὺς, εἰ μὴ ἐκεῖνοι τοῦτ' ᾐτήκεισαν. τὸν μέντοι [20] Ἥλιον, καὶ τὸν Νάρκισσον, τόν τε Πατρόβιον, καὶ τὴν [e] Λουκοῦσταν τὴν φαρμακίδα, καὶ ἄλλους τινὰς τῶν ἐπὶ τοῦ Νέρωνος ἐπιπολασάντων, κατά τε τὴν πόλιν πᾶσαν [21] δεδεμένους περιαχθῆναι, καὶ μετὰ τοῦτο κολασθῆναι ἐκέλευσε. καὶ ἐπὶ μὲν τούτοις

excelſiorem tranſilierit, his verbis: “Age, dic cauſam apud Cæſarem: „ eumque cauſa cognita capite damnarit. In hos Galba has ob cauſas animadvertit.

3. Quum autem ad urbem propius accederet, proceſſere ei obviam prætoriani Neronis, & petierunt ab eo, ut ſe in eodem gradu militiæ retineret. Is primo rem diſtulit, quaſi deliberaturus: ſed quum illi non parerent, verum tumultuarentur; contra eos exercitum miſit, cæſaque ſunt e veſtigio ad ſeptem millia: reliqui poſtea decimati. Itaque Galba, licet ætate & morbo confectus eſſet, tamen vigebat conſilio, nolebatque imperatorem facere quidquam coactum. Hac de cauſa etiam prætorianis poſtulantibus donativum non dedit, iiſque ita reſpondit: “Legere ſoleo milites, non emere.„ Quumque populus vehementer flagitaret, ut Tigellinus & cæteri, qui ante per libidinem pleraque geſſerant, ſupplicio afficerentur, non conceſſit: quos fortaſſe, ſi non eſſet ab eo poſtulatum, interfici juſſiſſet. Helium vero, Narciſſum, Patrobium, & Lucuſtam veneficam mulierem, cum quibusdam aliis, qui ſub Nerone eminuerant, vinctos per totam urbem duci, ac poſtea morte mulctari juſſit. Quibus de cauſis ut laudabatur Galba, ita ridebatur maxime,

[c] ἐπεξῆλθεν. fortaſſe contrarium ſcripſit Dio, οὐδ' ἐπεξῆλθεν. HS. neutiquam vero. Nymphidii enim & Capitonis cædes nota eſt, quæ & Galbæ, licet abſenti, tribuitur apud Tac. H. I. 37, 4. [d] ἑπτακισχιλίους. fortaſſe ſcribendum τρισχιλίους vel τετρακισχιλίους. Caſaub. ad Suet. Galba 12. numerus una legione amplior eſt. ſufficeret ἑξακοσίους. mox pro εἰ καί, ἀκμὴν Coisl. abſurde. [e] Λουκοῦσταν. ſic HS. edit. maj. Sylb. L. & Coisl. Λοκούσταν, RS. & HS. edit. min. vid. p. 688. § 318.

quias Otho deinde in numeros legionis rurſus compoſuit. Tac. H. I, 87, 2. Erant nempe Romanis ſocii navales, qui modo remiges dicuntur Scriptoribus, modo militum numero comprehenduntur, quoniam milites ſimul & remiges, ἀυτερέται, erant; non vero cives erant Romani, aut juſtæ legiones, ſed in viliore ſemper militia habiti, ut erudite contra Lipſium diſputat *Raph. Fabrettus* ad Col. Traj. p. 69 ſqq. nunc tamen a Nerone ad juſtam militiam vocati, in extrema neceſſitate, qua ſervos etiam, diſpenſatores, amanuenſes, armare inſtituerat, teſte *Suetonio* in Ner. c. 44. ſupra p. 726. § 142. neque confundendi cum legionibus claſſicis ordinariis, ſeu legionariis juſtisque militibus, claſſi ad Miſenum & Ravennam epibatarum loco addictis; (quanquam in delectu militum claſſiariorum variatum potius eſſe cenſet vir eruditiſſimus *Phil. a Turre* in Monum. vet. Antii P. I. c. 4. p. 62. ſq.) Suſpicio autem mihi eſt, Dionem hic & de claſſiariis militibus, nuper ad juſtam militiam vocatis, & de prætorianis Neronis retuliſſe. Ad illos ſpectat ἠξίουν ἐν τῇ αὐτῇ στρατείᾳ φυλαχθῆναι. Nam, ut ait Suetonius l. c. *redire eos ad priſtinum ſtatum* cogebat Galba, *aquilam & ſigna pertinacius flagitantes*. De prætorianis autem deinde Dio: ἀμέλει καὶ τοῖς δορυφόροις αἰτοῦσι χρήματα οὐκ ἔδωκε. Igitur ſcripſerit forte: ἀπήντησαν αὐτῷ οἱ ἐρέται (addita deſcriptione) καὶ οἱ δορυφόροι τοῦ Νέρωνος. καὶ οἱ μὲν ἠξίουν ἐν τῇ αὐτῇ στρατείᾳ &c. Xiphilino non novum eſt, nimio contrahendi ſtudio diverſiſſima confundere. Illuſtre exemplum occurret p. 910. C. de Eutychiano.

§ 16. (l. 50.) δεκατευθέντες] Novum hoc eſt documentum, Dioni hic de claſſiariis ſermonem eſſe. *Suetonius* l. c. *claſſiarios — — non modo immiſſo equite disjecit, ſed decimavit etiam.* Eo tendit & Othonis oratio ad milites apud *Tac.* I. 37. *cum in oculis urbis decimari deditos juberet.* Prætorianos Galba non decimavit, ſed retinuit: Germanicam tantum cohortem diſſolvit, & ſine ullo commodo remiſit in patriam. *Suet.* 12. Sed nec omnes claſſiarii milites decimati aut occiſi ſunt a Galba, verum ea tantum legio claſſicorum, quæ nondum aquilam ac ſigna acceperat. § 15. Præter eam alia, prius, ut videtur, conſcripta a Nerone legio claſſicorum, & jam aquila & ſignis inſtructa, manſit utique ſub Galba in urbe. *Tacitus* I. 6, 3. *remanente* i. e. in urbe manente *ea* legione, *quam e claſſe Nero conſcripſerat*: quam ibi Tacitus ab inermibus ante urbem cæſis diſtinguit. Hinc Galba illi *legioni claſſicæ diffidebat, infeſtæ ob cædem commilitonum, quos primo ſtatim introitu trucidaverat*; eaque & ad Othonem defecit. *Id*, c. 31, 3. & 6. &, ni fallor, eſt illa *prima claſſicorum legio*, a Vitellio victa, & in Hiſpaniam miſſa, *ut pace & otio miteſceret*. *Id.* II. 67, 2. Hanc legionem claſſicorum, dum ab altera cæſa & decimata non ſatis diſtinguunt interpretes Taciti & Suetonii, plurimis difficultatibus involvunt hiſtoriam, ex quibus ſe expedire non potuit *Tillemontius* not. 4. ad Galbam T. I. p. 1042. ſq.

§ 17. (l. 51.) ἡλικίᾳ τῇ τε νόσῳ] Aetatem examinavimus § 2. Morbus erat articularis, διέστραπτο τὰ νεῦρα, ut Dio mox. *Fuit* enim *manibus pedibusque articulari morbo diſtortiſſimis, ut neque calceum perpeti neque libellos evolvere, aut tenere omnino valeret.* *Suet.* 21. adde *Tac.* I. 6. *Plut.* p. 1060. B. 1056. A. Vides, cur infra Dio ridiculum viſum fuiſſe ſcribat, quod in itinere gladium de collo ſuſpenſum ſemper geſtarit; quem ſcilicet tenere vix valeret. conf. *Suet.* 11. Itaque & lectica ſemper uſum legimus vid. *Plut.* l. c.

§ 18. (l. 54.) αἰτοῦσι χρήματα] Donativum ſub nomine Galbæ promiſſum a Nymphidio, trigena millia nummum urbanis & prætorianis, quina millia legionibus provinciarum: quod cum ſolvi non poſſet, tantum certe ſperabant, quantum Nero dederat. Vide *Plut.* p. 1060. F. ſq. *Tac.* I. 5. *Suet.* 16. apud quos & dictum Galbæ, *legi a ſe militem, non emi.*

§ 19. (l. 57.) τὸν Τιγελλῖνον] τόν τε Sylb. ex ingenio, cumque ſequentes: ſine magna neceſſitate. Halotum, Neronis emiſſarium, addit *Suetonius* c. 15. Tigellinus Vinium, Galbæ pædagogum, § 11. magnis arrabonibus, nempe duodecies HS. occupaverat. *Plut.* p. 1060. C. E. cujus potentia defenſus eſt, prætexentis, ſervatam ab eo filiam. *Tac.* H. I. 72. De Tigellino dictum p. 707. § 66. ſq. 715. § 150. p. 720. § 55. p. 727. § 154. periit ſub Othone, ut eſt apud Tacitum l. c. *Plut.* p. 1066. A. B.

§ 20. (l. 61.) Ἥλιον καὶ τὸν Νάρκισσον] Helium noveris ex p. 720. § 57. p. 723. § 93 & 56. De Narciſſo tacet Suetonius, Tacitus, Plutarchus: & ſane diverſus hic fuerit a Narciſſo Claudii liberto, qui initio principatus Neronis, invito eo, ad mortem adactus eſt, teſte *Tacito* Ann. XIII. 1. Eſt enim nomen pluribus Imperatorum libertis familiare. Etiam Narciſſus athleta occurrit ſub Commodo p. 828. C. Patrobii mentio p. 717. B. § 11. Lucuſtæ p. 688. A. p. 692. § 52. Polycletum & Petinum addit *Plutarchus* p. 1060. C. conf. & *Tacitum* I. 37.

§ 21. (l. 64.) δεδεμένους περιαχθῆναι] Sic delatores ſub Trajano per Circum traducti, quo ſpectaculo nihil gratius nihil ſæculo dignius pronunciat *Plinius* Pan. 34, 3. Atqui & ſub Galba

me, quod toto itinere gladium de cervice ſuſpenſum gereret, homo jam ſenex & infirmus nervis.

A.U.C.822 Galba II. & T. Vinio COSS.

4. Cæterum quem exitum vitæ habuerit, nunc dicendum eſt. [Rufus cum ad Galbam veniſſet, nihil admodum dignum meritis ſuis ab eo conſecutus eſt, niſi forte quis beneficii loco id reputet, quod eum, qui ſæpenumero imperator erat ſalutatus, ſupereſſe Galba ſinebat. Cæterum ab reliquis hominibus ſummam gloriam, eamque multo majorem, repudiato imperio, retulit, quam accepto relaturus fuiſſet.] Milites autem Rufi, qui erant in utraque Germania, ira gravius incenſi, quod nullum a Galba beneficium accepiſſent, cupiditatem ſuam, quam in Rufo explere non potuerant, in alio explere conabantur. Id quod fecere, præpoſito ſibi Aulo Vitellio, qui per id tempus inferiorem Germaniam obtinebat; defecereque ad eum, ſpectata tantummodo ipſius nobilitate. Nec enim eis curæ fuit, quod is Tiberio in deliciis fuerat, quodque vita ejus adhuc cum priſtina libidine conſentiebat. Quin potius ob eam cauſam arbitrati ſunt eum ſibi magis accommodatum fore. Ipſe quidem Vitellius nequaquam tanti ſe eſſe exiſtimabat: nam quum irrideret aſtrologos, hoc argumento confirmabat eos nihil ſcire, quod dicerent, ipſum imperatorem futurum. Idem quoque quum Nero intellexiſſet, ita riſit hominem, & contempſit, ut nihil gravius contra eum admiſerit.

5. Galba

τούτοις ἐπηνεῖτο· ὅτι δὲ [f] ξίφος διὰ πάσης τῆς ὁδοῦ ἐξηρτᾶτο, καὶ γέρων καὶ ἀσθενὴς τὰ νεῦρα ὤν, καὶ πάνυ πολὺν γέλωτα ὤφλισκανε.

Λέξω δὲ καὶ ὅπως αὐτῷ τὸ τέλος συνέβη. [g] [22] [ὁ Ῥοῦφος πρὸς Γάλβαν ἦλθε· καὶ παρὰ μὲν ἐκείνου οὐδὲν ὅ, τι ἄξιον εἰπεῖν εὕρατο, εἰ μή τις αὐτὸ τοῦτ' ἐκλογίσαιτο, ὅτι πολλάκις αὐτοκράτωρ ὀνομασθεὶς ἔζησε. παρὰ δὲ δὴ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ὄνομα μέγα καὶ μεῖζον ἢ εἴπερ ὑπεδέδεκτο τὴν ἡγεμονίαν ἐκτήσατο, ὅτι οὐκ ἠθέλησεν αὐτὴν λαβεῖν.] οἱ δὲ ἐν ταῖς Γερμανίαις στρατιῶται, οὓς ἦρχε Ῥοῦφος, [23] μηδεμίαν εὐεργεσίαν ὑπὸ τοῦ Γάλβα εὑράμενοι, ἐπὶ πλεῖον ἐφλέγμηναν, τοῦ δὲ δὴ τέλους τῆς ἐπιθυμίας σφῶν ἁμαρτόντες ἐπὶ τοῦ Ῥούφου, ἐζήτουν αὐτὴν ἐφ' ἑτέρου τινὸς ἀποπληρῶσαι. καὶ ἐποίησαν τοῦτο. [24] προστησάμενοι γὰρ Αὖλον Βιτέλλιον τῆς κάτω Γερμανίας ἄρχοντα, ἐπανέστησαν, πρὸς [25] μόνην τὴν [h] εὐγένειαν αὐτοῦ ἀπιδόντες· ἐπεὶ ὅτι γε [26] παιδικὰ τοῦ Τιβερίου ἐγεγόνει, καὶ ὅτι [27] ἀκολούθως τῇ ἀσελγείᾳ ταύτῃ ἔζη, οὐκ ἐνενόησαν· ἢ καὶ μᾶλλον δι' αὐτὸ τοῦτο ἁρμόζειν σφίσιν αὐτὸν 730 ἐνόμισαν. ἀμέλει [i] οὕτως οὐδ' αὐτὸς λόγου τινὸς ἄξιον ἑαυτὸν ἔκρινεν εἶναι, ὥστε διασκώπτων τοὺς ἀστρολόγους, τεκμηρίῳ κατ' αὐτῶν ἐχρῆτο, λέγων ὅτι, "Οὐδὲν ἐπίστανται, "οἵγε καὶ ἐμὲ αὐτοκράτορά φασι γενήσεσθαι." καὶ αὐτὸ καὶ ὁ Νέρων ἀκούσας ἐγέλασε, καὶ κατεφρόνησεν αὐτοῦ, ὥστε μηδὲν δεινὸν αὐτὸν ἐργάσασθαι.

Ὁ οὖν

f ξίφει. addit Coisl. & Br. μέγα. *g* ὁ Ῥοῦφος πρὸς &c. eſt fragmentum ex Exc. Peir. p. 697. cui locum magis aptum non reperi. *h* εὐγένειαν αὐτοῦ. voc. αὐτοῦ abeſt a Pal. *i* οὕτως. Pal. diſtinguit poſt οὕτως. ſed convenientius forſan οὕτος, *hic*. Sylb. ſed perpende ſequens ὥστε.

ba populus acclamabat, καλὸν μὲν εἶναι καὶ θεοφιλῆ κομιτὴν, teſte *Plutarcho* p. 1060. C. Alia laudabilia Galbæ affert Zonaras p. 571. C. neſcio an ex Dione, digna tamen memoratu: τοὺς δὲ συκοφαντήσαντάς τινας ἐπὶ τοῦ Νέρωνος, ἢ ψευδομαρτυρήσαντας, ἐκόλασε. καὶ οἱ δοῦλοι, οἱ κατὰ τῶν δεσποτῶν πράξαντές τι ἢ εἰπόντες, αὐτοῖς ἐκείνοις ἐπὶ τιμωρίᾳ παρεδόθησαν. καὶ τὰ χρήματα δὲ καὶ τὰ κτήματα, ὅσα τινὲς παρὰ τοῦ Νέρωνος εἰλήφεσαν, ἀπῄτητο. (p. 721. C.) τοὺς γε μὴν ὑπ' ἐκείνου φυγαδευθέντας, ὡς ἐσφαλκότας τι εἰς αὐτὸν, κατήγαγε, καὶ τὰ ὀστᾶ τῶν ἐκ τοῦ βασιλικοῦ γένους σφαγέντων εἰς τὸ τοῦ Αὐγούστου μνημεῖον μετεκόμισε, καὶ τὰς αὐτῶν εἰκόνας ἀπεκατέστησεν.

§22. (l. 70.) ὁ Ῥοῦφος πρὸς Γάλβαν ἦλθε] Rufus Galbam nonſolum ſtatim poſt decretum Senatus Imperatorem a ſuis legionibus renunciari curaverat, ſed & miſſum ſibi ab eo ſucceſſorem Flaccum Hordeonium comiter exceperat: οὔτε ὀργῆς οὔτε τιμῆς ἀξιόλογου τυχχάνων. αἴτιοι δὲ τοῦ μὲν αὐτὸς ὁ Γάλβας, αἰδούμενος τὸν ἄνδρα, τοῦ δὲ οἱ φίλοι, καὶ μάλιστα Οὐῖνιος (ὁ Βίνιος vel Οὐίνιος) Τίτος &c. Hæc *Plutarchus* p. 1057. C.

§23. (l. 78.) μηδεμίαν εὐεργεσίαν] Confirmat *Suetonius* 16. Adde ex *Plutarcho* p. 1062. D. 1060. F., quod & Rufus eorum dux neglectus a Galba fuiſſet: contra Galli, cum quibus arma contuliſſent, honorarentur remiſſione vectigalium & civitate Romana: quod tamen a T. Vinio mercati credebantur. Eadem fere *Tacitus* l. 8. qui motum Germanorum pluribus perſequitur c. 51. ſqq.

§24. (l. 82.) προστησάμενοι Αὖλον Βιτέλλιον] Βιτέλλιον, Robertus. Factum hoc Kal. Jan. A. U. C. 822. cum Flaccus Hordeonius Rufi ſucceſſor, ſed contemtus a militibus, eos ſacramento adigere vellet. Tum enim dejectis Galbæ imaginibus, in verba tantum Senatus Populique jurare voluerunt. Qua re nuntiata, Vitellius primum ab Agrippinenſibus IV. Nonas Jan. Imperator renunciatus eſt: & poſtridie ſuperior exercitus eidem acceſſit. Vitellius imperium vino ciboque meridiano gravatus, nomine Germanici, non Cæſaris vel Auguſti, recepit. Hæc colligo ex *Plutarcho* p. 1062. E. ſq. *Suetonio* in Galba 16, 4. Vitel. 8, 3. & *Tacito* H. l. 9. 12. 52. 55. ſq. conf. *Noriſii* Epochas Syro-Maced. l. 3. p. 58. ſq.

§25. (l. 84.) μόνην τὴν εὐγένειαν αὐτοῦ] Pater Lucius ter Conſul, primum A. U. C. 787. poſt Galbam, & ex eo conſulatu Syriæ præpoſitus, tum bis cum Claudio A. U. C. 796. & 800. & ſequenti anno cum eodem Cenſor, de quo & *Dio* p. 661. B. ſq. & numus inter Arſchotanos, XXIII. 18. De reliquis majoribus anceps fama eſt. vid. *Plut.* p. 1062. F. *Sueton.* Vitel. c. 1. & 2. Ipſe natus VIII. Kal. Octob. vel ut quidam VII. Id. Sept. (24. vel 7. Sept.) Druſo Cæſare Norbano Flacco Coſſ. (A. U. C. 768.) *Suet.* c. 3. honoribus & ſacerdotiis ampliſſimis auctus, proconſulatum Africæ A. U. 813. poſthæc curam operum publicorum adminiſtraverat. A Galba ipſo in inferiorem Germaniam miſſus, velut homo minime metuendus, cujus profunda gula provincialibus copiis facile impleri poſſet. *Suet.* c. 5. & 7.

§26. (l. 85.) παιδικὰ τοῦ Τιβερίου] *Sueton.* Vitel. 3.

§27. (l. 86.) ἀκολούθως τῇ ἀσελγείᾳ ταύτῃ] Cajo per aurigandi, Claudio per aleæ ſtudium familiaris, Neroni acceptus, quod eum, ut inter citharœdos contenderet, populi legatione ſuſcepta exoraverat. *Suet.* c. 4. homo guloſus, prodigus, & ideo obæratus. *Suet.* c. 7.

§28. (l. 98.) Λεύκιον Πίσωνα] L. Calpurnius Piſo Frugi Licinianus, patre M. Licinio Craſſo, Conſule A. U. C. 780. qui a Claudio interfectus eſt, matre Scribonia, nepte Sexti Pompeji M. itidem cæſa a Claudio. Fratres habuit Cn. Pompejum Magnum, a Claudio, M. Licinium Craſſum, a Nerone interfectum, & Licinium Craſſum Scribonianum, qui A. U. C. 823. a Primo Antonio ſollicitatus ad ſuſcipiendum imperium, recipere id noluit. Vide Stemma Craſſorum & Scriboniorum apud *Ryckium* ad Tac. H. I. 14. p. 305. & Ann. II. 27. p. 35. conf. & *Tacitum* H. I. 47. IV. [illegible] *Senecam* Apocoloc. p. 830. Nugatur *Philoſtratus* Apoll. V. 32. p. 214. ἐπαγγειλάμενος ἀποθανεῖν ἑαυτῷ παῖδας, τὸν Ὄθωνα καὶ τὸν Πίσωνα, *cum ſibi proſtitutos filios adoptaſſet, Othonem & Piſonem.*

§29. (l. 99.) Καίτοι κα[illegible]] Senectutem ſuam, & maxime orbitatem, contemtui eſſe exiſtimans, maturavit adoptandi conſilium, Vinio M. Othonem, Lacone Piſonem, Icelo Dolabellam commendante. Sed Galba, neglectis ceteris, Piſonem vocatum adoptat, & pro concione in caſtris, ſine ullo tamen donativo militibus promiſſo, & die imbribus & tempeſtate

Ὁ οὖν Γάλβας τὴν ἐπανάστασιν [k] αὐτοῦ πυθόμενος, [28] Λούκιον Πείσωνα, νεανίσκον εὐγενῆ, ἐπιεικῆ, φρόνιμον, ἐποιήσατο, καὶ [29] Καίσαρα ἀπέδειξεν. [30] ὁ
B δὲ δὴ Ὄθων [l] ὁ Μάρκος ὁ Σαλούϊος, ἀγανακτήσας [m] ὅτι μὴ αὐτὸς ὑπὸ τοῦ Γάλβα ἐπεποίητο, ἀρχὴν αὖθις μυρίων τοῖς Ῥωμαίοις κακῶν παρέσχε. [n] καὶ οὕτως [31] ὑπ' αὐτοῦ ἐτιμᾶτο, ὥστε καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ἐν ᾗ ἀπέθανε, [o] θύοντι [32] αὐτῷ μόνος τῶν βουλευτῶν παρέστη· ὑφ' οὗπερ καὶ τὰ μάλιστα [p] συνετύγχανεν. ἐπεὶ γὰρ ὁ ἱεροσκόπης ἐπιβουλευθήσεσθαι αὐτὸν ἔφη, καὶ διὰ τοῦτ' αὐτὸν μηδαμῇ μηδαμῶς προελθεῖν παρῄνεσεν· ἀκούσας τοῦτ' ἐκεῖνος, [q] κατέδραμέ τε εὐθὺς [33] ὡς καὶ ἐπ'
C ἄλλο τι, καὶ ὑπό τινων [34] στρατιωτῶν ὀλίγων, οἳ συνωμόκεσαν αὐτῷ, ἐς τὸ τεῖχος ἐσήχθη· κἀνταῦθα καὶ τοὺς ἄλλους, ἅτε καὶ ἀχθομένους τῷ Γάλβᾳ, [r] προσαναπείσας, [35] μᾶλλον δὲ [s] ἐκπριάμενος, παρά τε ἐκείνων τὴν ἀρχὴν παραχρῆμα ἔλαβε, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ παρὰ τῶν ἄλλων.

Μαθὼν δὲ ὁ Γάλβας τὰ πρασσόμενα, [36] ἔπεμψέ τινας ἐς τὸ στρατόπεδον, ὡς καὶ μεταπεῖσαι σφᾶς δυνησόμενος. κἀν τούτῳ [37] στρατιώτης τις γυμνὸν τὸ ξίφος καὶ ᾑμαγμένον ἀνατείνων, προσῆλθεν αὐτῷ, καὶ ἔφη, "Θάρ-
D "σει, αὐτοκράτορ· Ὄθωνα γὰρ ἀπέκτεινα, "καὶ ἔστι σοι δεινὸν ἔτι οὐδέν." πιστεύσας οὖν ὁ Γάλβας, πρὸς μὲν ἐκεῖνον εἶπε, "Καὶ τίς "σοι τοῦτο ποιῆσαι ἐκέλευσεν;" αὐτὸς δὲ [38] ἐς τὸ Καπιτώλιον, ὡς καὶ θύσων, ὥρμησε· καὶ αὐτῷ [39] ἐν μέσῃ τῇ Ῥωμαίων ἀγορᾷ ἀπαντήσαντες ἱππεῖς καὶ πεζοί, ἐνταῦθα [t] τὸν γέροντα,

5. Galba, cognita ſeditione Vitellii, adoptavit Lucium Piſonem, adoleſcentem nobilem, magnaque modeſtia ac prudentia præditum, eumque Cæſarem deſignavit. Qua de cauſa indignatus Marcus Salvius Otho, quod ipſe a Galba adoptatus non eſſet, Romanis infinitorum rurſus malorum præbuit occaſionem. Is erat apud Galbam tanto in honore, ut ei, quo die mortuus eſt, ſacrificanti ſolus e ſenatoribus præſto fuerit. Quæ res vel maxime in cauſa fuit, cur id evenerit. Quum enim aruſpex Galbæ inſidias parari diceret, ac proinde moneret, ne aliquo prodiret; id Otho intelligens, inde ſubito, alia ſimulata cauſa, diſceſſit, deductusque intra murum caſtrorum a paucis militibus, qui una cum eo conjuraverant; cæteris ibi, qui jam Galbæ erant infenſi, perſuaſis, vel potius largitione corruptis: imperium confeſtim ab eis, ac deinde a cæteris etiam, accepit. A.U.C. 822 Galba II. & T. Vinio COSS.

6. Qua re cognita, paucos Galba miſit ad exercitum, velut ſuadendo milites de ſententia dimoturus. Interea unus ex militibus, cum diſtricto cruentoque gladio ad eum veniens, "Bono animo," inquit, "eſto, Imperator, quando ego Othonem interfeci, ut jam nihil amplius tibi ſit periculi." Id Galba credens pro vero, "Quis," inquit, "tibi mandavit, ut id faceres?" Poſt hæc in Capitolium ipſe proficiſcitur ſacrificandi cauſa. Quo tendenti occurrunt medio in foro equites peditesque, ibique

k αὐτοῦ. deſideratur apud Z. *l* ὁ Μάρκος. ſic Z. congruenter genio ſtili græci. vulgo articulus omittitur. *m* ὅτι μὴ αὐτός. vulgo deeſt ὅτι, quod habet Z. & inſerendum eſſe judicarunt HS. & Sylb. igitur nihil erat cur id diutius a contextu abeſſe ſinerem. *n* καὶ οὕτως. ſenſus requirit καίτοι, ſeu καίπερ, Sylb. *o* θύοντι αὐτῷ. ita reſcripſi ex Z. pro vulgatis θυομένῳ τι αὐτῷ, quæ ſuſpecta habet HS. ſed in θύοντι μόνῳ αὐτῷ mutanda cenſet L. *ſoli ſolus.* ſed ſemel μόνος eſt apud Z. quod ſufficit. *p* συνετύγχανεν. ſuſpectum habet HS. Blancus vertit: *ut rerum potiretur*, quaſi legiſſet τῆς ἀρχῆς ἐτύγχανεν, quæ admittere non dubitarem, ſi ſatis conſtaret Blancum hæc non divinaſſe ex nexu. *q* κατέδραμέ τε εὐθὺς ὡς καὶ ἐπ' ἄλλο τι. addit Zon: ἐς τὸ στρατόπεδον ἀπιών, quæ mihi genuina Dionis eſſe videntur, quia huc reſpiciunt ſequentia ἐς τὸ τεῖχος ἐσήχθη. *r* προσαναπείσας, ſcribendum putavi ex Zon. vulgo προσαναπείσας. *s* ἐκπριάμενος. addit Zon: πολλαῖς ὑποσχέσεσιν, quæ pariter non rejicienda videntur. *t* τὸν γέροντα, τὸν ἀρχιερ. τὸν αὐτοκρ. plenius Zon: τὸν γέροντα, τὸν ὕπατον, τὸν ἀρχιερέα, τὸν Καίσαρα, τὸν αὐτοκράτορα. conſulem certe fuiſſe conſtat, & Cæſaris nomen ab eo acceptum fuiſſe dixerat antea Zonaras.

peſtate fœdo, IV. Id. Jan. (10. Jan.) A.U.C. 822. Cæſarem renunciat. *Tac.* H. I. 12. ſqq. *Plut.* p. 1063. B. C. *Suet.* in Galba c. 17. Forte huc numus pertinet apud *Rubenium* XXI. 22. XXII. 23. De variis modis Imperatorum adoptandi, *Spanhemius* ad Juliani Orat. I. p. 47.

§30. (l. 99.) ὁ δὲ δὴ Ὄθων] M. Salvius Otho, L. filius, natus IV. Kal. Maj. (d. 28. April.) A. U. C. 785. de cujus genere & moribus vide *Sueton.* in Othone c. 1. ſqq. *Tacit.* H. I. 13. II. 50. *Plut.* p. 1061. C. ſq. Conſcium & miniſtrum fuiſſe amorum Neronis cum Acte & Sabina, vidimus p. 692. §49. p. 694. §76. Luſitaniam ab A. U. 811. per decennium magna moderatione & abſtinentia adminiſtrans, primus Galbæ acceſſit, eumque pecunia, ſupellectili & famulitio juvit: quo magis adoptione ſibi Piſonem præferri moleſte ferebat. Factum autem id propter vitam Othonis profligatam, & magnum æs alienum. *Plut* p. 1062. C. cum Otho contra ob eandem rationem putaret, *niſi Principem ſe ſtare non poſſe. Sueton.* Oth. 5. Numus ejus aliquot æreos repræſentavit *Havercampius* ad Oroſ. p. 476.

§31. (l. 3.) ὑπ' αὐτοῦ ἐτιμᾶτο] Vide *Plutarchum* p. 1062. A. qui & refert, ut Otho viciſſim Galbam, & Vinium, libertos militesque coluerit. Adde *Sueton.* Oth. 4.

§32. (l. 4.) θύοντι αὐτῷ] Sacrificanti XVIII. Kal. Febr. (15. Jan.) pro æde Apollinis. *Tac.* H. I. 27. nempe quæ erat in parte domus Palatinæ, ab Auguſto excitata, teſte *Suet.* Aug. c. 29. Ner. c. 25. τῶν φίλων παρόντων, inquit *Plutarchus* p. 1064. A. Othonem adfuiſſe dicit & *Suetonius* Oth. 6.

§33. (l. 9.) ὡς καὶ ἐπ' ἄλλο τι] *Suetonius* Oth. 6. *Deinde liberto* (Onomaſto *Tac.* I. 27.) *adeſſe architectos nunciante, quod ſignum convenerat, quaſi venalem domum inſpecturus abſceſſit: proripuitque ſe poſtica parte Palatii ad conſtitutum. Alii febrem ſimulaſſe ajunt, eamque excuſationem proximis mandaſſe, ſi quæreretur.* vide & *Plut.* p. 1064. B.

§34. (l. 10.) στρατιωτῶν ὀλίγων] *Tacit.* H. I. 27. *Plut.* p. 1064. C. *Suet.* 6. 6. *Zonaras* p. 572. A. ἐκκαίδεκα δὲ τριάκοντα μόνους στρατιώτας ἐπισυνελθόντας.

§35. (l. 13.) μᾶλλον δὲ ἐκπριάμενος] Vide pluribus *Plutarchum* p. 1062. B. 1064. A. *Sueton.* Oth. 4, 5. *Tacit.* I. 23. ſq.

§36. (l. 17.) ἔπεμψέ τινας ἐς τὸ στρατόπεδον] Tribunos, *Tacit.* H. I. 31. Piſo etiam cohortis, quæ in ſtatione erat, animos oratione tentat. *Id.* c. 29. ſq. Celſus Marius ad electos Illyrici exercitus, Vipſanii in porticu tendentes, mittitur: Germanici milites e Libertatis atrio arceſſuntur. *Id.* 31.

§37. (l. 18.) στρατιώτης τις] *Tacitus* I. 35. *Obvius in Palatio Julius Atticus ſpeculator*, (Ἰούλιος Ἀττικὸς, τῶν ἐν τοῖς δορυφόροις στρατευομένων. *Plut.* p. 1064. F.) *cruentum gladium oſtentans, occiſum a ſe Othonem clamavit. Et Galba, Commilito, inquit, quis juſſit? Suetonius* 19. *extractus rumoribus falſis, quos conſpirati, ut eum in publicum elicerent, de induſtria diſſiparant.*

§38. (l. 25.) ἐς τὸ Καπιτώλιον] *Suetonius* 19. ut his occurreret, qui occiſo Othone frequentes advenire gratulabundi, & in omne obſequium parati, nunciabantur. Sed confirmat *Plutarchus* p. 1065. A. ἐβούλετο μὲν ἐς τὸ Καπιτώλιον ἀναβῆναι, τῷ τε Διὶ θῦσαι καὶ φανῆναι τοῖς πολίταις βουλόμενος. Et conſiſtere utrumque poteſt.

§39. (l. 26.) ἐν μέσῃ τῇ Ῥωμ. ἀγορᾷ] Sic & *Euſebius* & *Joſephus* de B. J. lib. IV. c. 9. §2. & 9. *Philoſtratus* Apoll. V. 32. p. 214. *juxta Curtium lacum, Suet.* 20. *Tac.* I. 41. *Plut.* p. 1065. C. *Vict.* Cæſ. 6, 3. Epit. 6, 4. hoc eſt, locum in medio foro, ubi olim fuerat lacus Curtii, poſtea terra repletum. vid. *Ovid.* Faſt. VI. 403. *Dionyſ. Hal.* II. p. 108. fin.

A.U.C.822 Galba II. & T. Vinio COSS.

que ſenem, pontificem, & imperatorem occidunt; multis ſenatoribus, multisque plebejis hominibus præſentibus. Poſt, cadaver afficiunt ignominia cujusvis generis, caputque cervicibus abſcindunt, idque figunt in pilo. Galba quidem, telis immiſſis in ipſam ſellam, qua vehebatur, quum ex ea proſpexiſſet, vulneratusque eſſet, id unum dixit: " Quid autem mali feci? „ Ei Sempronius Denſus centurio opem tulit, quoad potuit: ſed is non ſolum nihil Galbæ profuit, ſed ipſe etiam occiſus eſt. Cujus viri nomen propterea ſcribendum putavi, quod mihi is memoria digniſſimus eſſe videbatur. Occiſus eſt enim Piſo quoque, & alii multi, qui tamen imperatori opem non ferebant. Sed Piſo ſimul ſupplicio affectus eſt, quod Cæſar fuerat deſignatus. Vixit Galba annos ſeptuaginta duos: regnavit menſes novem, dies tredecim.

7. Galba hunc exitum habuit, ejusque cædis pœna Othonem non ita multo poſt ſequi oportebat; quod ipſe ſtatim præſenſit. Nam cum primum ſacrificium faceret, exta minus felicia viſa ſunt. Itaque cœpit eum ſubito facti pœnitere, dixitque: " Cur me oportebat longis tibiis canere? „ Eſt autem vulgatum proverbium de iis, qui ea faciunt, quæ ſibi ſunt noxia. Poſtea, noctu in ſomnis adeo exterritus eſt, ut de lecto ceciderit, & ante cubiculum ipſius excubantes perculerit: qui cum ad eum inſiliiſſent, humi jacentem offenderunt. Neque tamen nunc, cum ſemel acceſſiſſet ad imperium, referre pedem potuit; ſed in eo permanſit, ac pœnas dedit: quamvis multa faceret moderate, ad conciliandos animos multitudinis; non quod eo

γέροντα, τὸν ἀρχιερέα, τὸν αὐτοκράτορα πολλῶν μὲν βουλευτῶν, παμπόλλων δὲ δημοτῶν παρόντων, [40] κατέκοψαν καί τά τε ἄλλα τῷ σώματι αὐτοῦ ἐλυμήναντο, καὶ τὴν κεφαλὴν ἀποκόψαντες [41] περὶ κοντὸν ἐνέπειραν. καὶ ὁ μὲν οὕτως ἀκοντισθεὶς ἐς αὐτὸν τὸν δίφρον, ἐν ᾧ ἐφέρετο, καὶ [42] προκύψας ἐξ αὐτοῦ, ἐτρώθη, τοῦτο μόνον εἰπών, " [43] Καὶ τί κακὸν ἐποίησα; „ καὶ αὐτῷ [44] Σεμπρώνιος Δῆνσος ἑκατόνταρχος ἐπαμύνας ἐς ὅσον ἠδυνήθη, τέλος, ὡς οὐδὲν ἤνυσεν, ἐπεσφάγη. καὶ διὰ τοῦτό γε καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐνέγραψα, ὅτι ἀξιώτατός ἐστι μνημονεύεσθαι. ἀπέθανε μὲν γὰρ καὶ [45] ὁ Πείσων, καὶ ἄλλοι συχνοί, οὐ μέντοι καὶ ἐπικουροῦντες τῷ [u] αὐτοκράτορι. ἔζησε δὲ Γάλβας [46] ἔτη δύο καὶ [x] ἑβδομήκοντα, ἀφ' ὧν ἦρξε μῆνας ἐννέα, καὶ ἡμέρας δεκατρεῖς. καὶ αὐτῷ καὶ ὁ Πείσων 731 προσαπώλετο, τιμωρίαν ὑποσχὼν ὅτι Καῖσαρ ἀπεδείχθη.

Γάλβᾳ μὲν δὴ τοῦτο τὸ τέλος ἐγένετο. ἔμελλε δὲ ἄρα καὶ τὸν Ὄθωνα ἡ δίκη οὐκ ἐς μακρὰν μετήξειν, ὥς που παραχρῆμα ἔμαθε. θύοντί τε γὰρ αὐτῷ τὴν θυσίαν πρώτην, τὰ ἱερὰ πονηρὰ ὤφθη· ὥστ' αὐτὸν μεταγνόντα ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις εἰπεῖν, [y] " Τί γάρ με ἔδει [47] μακροῖς " αὐλοῖς αὐλεῖν; „ ἔστι δὲ τοῦτο δημῶδες ἐς παροιμίαν φέρον ἐπὶ τῶν ἔξω τι τοῦ προσφόρου σφίσι ποιούντων. καὶ μετὰ τοῦτο τῆς νυκτὸς οὕτω B [z] δή τι [48] ἐν τοῖς ὕπνοις ἐταράχθη, ὥστε καὶ ἐκ τῆς εὐνῆς ἐκπεσεῖν, τούς τε προκοιτοῦντας ἐκπλῆξαι. ἐσπηδήσαντες οὖν, εὗρον αὐτὸν χαμαὶ κείμενον. ἀλλ' οὐ γὰρ εἶχεν, ἅπαξ [a] ἐπὶ τὴν ἀρχὴν εἰσελθὼν, ἀναδύναι· καὶ ἐνέμεινεν ἐν αὐτῇ, καὶ δίκην ἔδωκε, καίτοι [49] πολλὰ καὶ μέτρια πρὸς θεραπείαν τῶν ἀνθρώπων ποιήσας· οὐχ ὅτι οὕτως ἐπεφύκει,

[u] αὐτοκράτορι. hic inſerenda forte ſunt, quæ apud Z. ſequuntur: καὶ πράξαντες ταῦτα οἱ στρατιῶται, τάς τε κεφαλὰς ἐκείνων ἀποτεμόντες, πρὸς τὸν Ὄθωνα αὐτὰς ἐν τῷ στρατοπέδῳ, καὶ εἰς τὸ συνέδριον ἐκόμισαν, ὥστε τοὺς βουλευτὰς καταπλαγέντας, χαίρειν τε προσποιεῖσθαι, καὶ τῷ Ὄθωνι πάντα τὰ πρὸς τὴν ἀρχὴν φέροντα ψηφίσασθαι. ſed ſcio, quædam horum, & quæ ſequuntur, attigiſſe Xiph. p. 731. C. [x] καὶ ἑβδομήκοντα. addit Zon: καὶ ἡμέρας τρεῖς καὶ εἴκοσιν. [y] τί γάρ με ἔδει μακροῖς αὐλοῖς αὐλεῖν. Suetonius cap. 7. hoc proverbium brevioribus adducit: τί γάρ μοι καὶ μακροῖς αὐλοῖς; ſupple vel αὐλεῖν ἔδει, ut h. l. vel κοινόν ἐστι, ut in evang. Joann. τί ἐμοὶ καὶ σοὶ γύναι. de proverbio autem illo viſe Turneb. Adverſ. lib. V. cap. I. Sylb. poſterius ſupplementum admitto; in priori, μοὶ cum ἔδει non ſatis convenit. Cedrenus Hiſt. Tom. I. p. 216. D. eodem modo ac Dio adducit proverbium, niſi quod pro ſimplici αὐλεῖν, dicit ᾄδειν καὶ αὐλεῖν. recte Eraſmus in adagiis pag. 323. elegantius judicat dixiſſe Suetonium quam Dionem. [z] οὕτω δή τι. ſic Sylb. HS. edit. maj. & L. item Pal. Coisl. & Br. τι deeſt in edit. RS. & HS. min. [a] ἐπὶ τὴν ἀρχήν. pro ἐπὶ relictum in Pal. (adde Br.) ſpatium vacuum. Sylb.

§40. (l. 30.) κατέκοψαν] Factum id d. 15. Jan. A. U. 822. vide §32. Percuſſor vulgo Camurius, XV. legionis miles, aliis Terentius, evocatus, aliis Arcadius, aliis Lecanius, aliis Fabius Fabulus traditur. *Plut.* p. 1065. C. Tac. I. 41. Poſtea CXX. fuerunt, qui ejus facinoris, velut a ſe patrati, porrectis libellis, præmia poſcerent ab Othone, quos Vitellius ex libellis agnitos & conquiſitos interemit. *Tac.* I. 44. *Plut.* p. 1065. E. *Suet.* Vitel. 10, 3.

§41. (l. 32.) περὶ κοντὸν ἐνέπειραν] *Sueton.* Galb. 20. ſq. *Tac.* I. 44. *Plut.* p. 1065. D. Deinde caput Galbæ liberto Patrobii (quem Galba interfecerat p. 729. D.) venditum, poſt alias contumelias illatas, in loco ubi animadverſum in patronum fuerat (locus Seſtertium dicitur) abjectum eſt. *Plut.* p. 1066. A. B. *Suet.* 20. Sero tandem diſpenſator ejus Argius, & caput & ceterum truncum in privatis ejus hortis Aureliæ viæ ſepulturæ dedit. Vide ll. cc. & *Tac.* I. 49. *Eutrop.* VII. 10, 4.

§42. (l. 34.) προκύψας ἐξ αὐτοῦ] Blancus: *cum ex ea cecidiſſet:* magis ad hiſtoriæ quam verborum fidem. Nam προκύψαι idem eſt ac *obtuliſſe ultro jugulum*, ut tradit *Suet.* 20. vel τὸν τράχηλον ἐκ τοῦ φορείου προτείνας, quod de Cicerone *Plutarchus* p. 885. E. Niſi dicas, Blancum in ſuo codice legiſſe προκυλισθείς. Ita enim de Galba *Plut.* p. 1065. C. τὸν δὲ Γάλβαν, ἀποκλασθέντος τοῦ φορείου — ἐκκυλισθέντα τεθωρακισμένον, ἐπιδραμόντες ἐπαιον. *Galbæ ex lectica everſa provoluto & loricato accurrentes ingeſſerunt vulnera.* Sic *Tacitus* I. 41. *Juxta Curtium lacum, trepidatione ferentium Galba projectus e ſella ac provolutus eſt.*

§43. (l. 35.) καὶ τί κακὸν ἐποίησα] Extrema ejus vox varie proditur. vide *Tac.* I. 41. *Suet.* 20, 1. ſq.

§44. (l. 36.) Σεμπρώνιος Δῆνσος] T[illegible] I. 43. *Inſignem illa die virum Sempronium Denſum ætas* [illegible] *vidit. Centurio is prætoriæ cohortis ad Galbæ cu*[illegible] *a Piſone* [illegible] *tus &c.* vel, ut Lipſius, quem alii ſequ[illegible] *tori, a Galba cuſtodiæ Piſonis additus.* [illegible] Ἴνδιστρος, p. 1065. B. ſed perperam.

§45. (l. 40.) ὁ Πείσων καὶ ἄλλοι συχνοί] Præter Piſonem [illegible] foribus Veſtæ, quo confugerat, a M[illegible] Laco, Vinius, tunc Conſul cum Galba, [illegible] ta eorum præfixa haſtis geſtata ſunt int[illegible] legionis. *Plut.* p. 1065. D. *Tac.* H. I. 4[illegible] Celſum, velut majori ſupplicio & quæſti[illegible] rori militum Otho eripuit. *Tac.* I. 45. [illegible] Cadavera ſepeliri permiſit, Piſonis caput uxor [illegible] vel precibus impetravit, vel ære redemit, atque [illegible] humavit. *Tac.* I. 47. *Plut.* p. 1066. A.

§46. (l. 42.) ἔτη δύο καὶ ἑβδομήκοντα] Menſes IX. dies XIII. regnaſſe, ſcribunt cum Dione, [illegible] Sed *Tacitus* I. 37, *ſeptem menſes. Suetonius* 23. *menſe ſeptimo* obiiſſe: & ſic *Eutropius* l. c. atque *Euſebius*. Accuratius [illegible] Strom. I. p. 339. C. & *Chryſeros* μῆνας [illegible] potius *Joſephus* B. J. lib. IV. c. 9. §2. [illegible]

C φύκει, ἀλλ᾽ ὅτι ἀδούλων αὐτῷ διὰ τὸν Βιτέλλιον τῶν πραγμάτων, οὐκ ἤθελε καὶ τοὺς ἄλλους ἐκπολεμῶσαι.

Ἡ μέντοι βουλὴ πάντα [50] τὰ πρὸς τὴν ἀρχὴν φέροντα ἐψηφίσατο. [51] βεβιάσθαι μὲν γὰρ, καὶ ἐς τὸ τεῖχος ἄκων ἐσῆχθαι, κἀνταῦθα ἀντιλέγων, κεκινδυνευκέναι ἔλεγε. καὶ τά τε ἄλλα ἐπιεικῶς ἐφθέγγετο, καὶ τῇ ὑποκρίσει τοῦ σχήματος ἐμετρίαζε. [52] φιλήματά τε ὡς ἑκάστοις διὰ τῶν δακτύλων ἔπεμπε, καὶ ὑπισχνεῖτο πολλά. οὐκ [b] ἐλάνθανε δὲ, ὡς καὶ ἀσελγέστερον καὶ πικρότερον τοῦ Νέρωνος ἄρξειν ἔμελλε. ([53] τό γ᾽ οὖν ὄνομα αὐτοῦ αὐτῷ
D εὐθὺς ἐπέθετο·) πλὴν τότε καὶ τῶν βουλευτῶν συχνοῖς, τοῖς μὲν καταδίκας ἀνίει, τοῖς δὲ ἄλλα ἄττα ἐχαρίζετο. καὶ ἐς τὰ θέατρα συνεχῶς ἐσεφοίτα, θωπεύων τὸ πλῆθος· τοῖς τε ξένοις [c] πολιτείαν ἀνεδίδου, καὶ ἄλλα πολλὰ ἐπηγγέλλετο. οὐ μὴν καὶ οἰκειώσασθαι οὐδένα, πλὴν ὀλίγων τινῶν, ἠδυνήθη, ὁμοίων αὐτῷ. [[d] καὶ γὰρ τὸ τὰς τῶν ἐπαιτίων εἰκόνας ἀποκαταστῆσαι,] ὅ, τε βίος αὐτοῦ καὶ ἡ δίαιτα, τό, τε τῷ Σπόρῳ συνεῖναι, καὶ τὸ [54] τοῖς λοιποῖς τοῖς Νερωνείοις χρῆσθαι, πάνυ πάντας ἐξεφόβει.

[Μάλιστα δὲ αὐτοῦ ἐμίσουν, ὅτι τήν τε ἀρχὴν ὠνιόν τε ἀποδεδείχει, καὶ τὴν πόλιν ἐπὶ τοῖς θρασυτάτοις ἐπεποιήκει· καὶ τὴν μὲν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον παρ᾽ οὐδὲν ἦγε, τοὺς δὲ στρατιώτας ἐπεπείκει καὶ τοῦθ᾽, ὅτι ἀποκτεῖναι Καίσαρα καὶ ποιῆσαι δύνανται.] τοὺς μέντοι στρατιώτας ἐς τοσοῦτον τόλμης καὶ παρανομίας προή-
E γαγεν, ἔκ τε ὧν ἐδίδου, καὶ ὧν καθ᾽ ὑπερβολὴν

eo ingenio eſſet, aut moribus, ſed quod rebus ejus adhuc propter Vitellium exulceratis, nolebat cæteros pariter offendere. A.U.C.822 Galba II. & T. Vinio COSS.

8. Othoni decreta ſunt a ſenatu omnia, quæ pertinebant ad principatum. Ipſe quidem ſe vi coactum a militibus, præterque voluntatem ſuam intra murum introductum eſſe, atque ibi quum repugnaret, in magnum diſcrimen veniſſe dicebat. Cœpit vero cum cætera uti placido ac leni ſermone, & ficto ſimulatoque geſtu præ ſe ferre modeſtiam: tum ſingulis oſcula digitis jacere, poſtremo multa polliceri. Quanquam non erat obſcurum, eum multo etiam petulantius atque acerbius, quam Neronem, eſſe regnaturum: (quare & nomen ejus ſibi ſtatim impoſuit:) niſi quod tunc multis ſenatoribus, partim pœnam, qua damnati fuerant, remitteret, partim varia largiretur. Crebro venire in theatra, demulcere multitudinem, peregrinos donare civitate, atque alia multa promittere: quibus tamen rebus neminem ſibi, præter paucos ſui ſimiles, obſtringere potuit. Jam enim [reſtitutis damnatorum imaginibus, &] eo genere vitæ, quod inſtituerat, quodque cum Sporo conſuetudinem habebat, cæterisque Neronianis utebatur, omnes perterriti erant.

9. [Illud vero ejus facinus maxime oderant, quod imperium quidem venale, urbem vero nequiſſimorum hominum audaciæ obnoxiam reddidiſſet: ac ſenatum quidem populumque nihili faceret, militibus vero illud etiam perſuaſiſſet, creandorum ac necandorum Cæſarum penes illos poteſtatem eſſe.] Milites itaque multitudine munerum, & adulatione nimia in tantam

b ἐλάνθανε δέ. addit Z: ὅτι αὐτὸς τὴν βουλὴν ἐθώπευε, καὶ ὡς ἀσελγ. &c.

c πολιτείαν ἀνεδίδου. ſcribendum meo judicio, πολιτείαν ἐδίδου. ſic Dio pag. 676. D. L.

d καὶ γὰρ τὸ τὰς τῶν &c. ita plenius Exc. Peir. p. 697. ex quibus & ſequens fragmentum μάλιστα δὲ αὐτοῦ &c.

ἡμέρας. Et ſane, a die IX. Junii A. U. C. 821. quo Nero exſtinctus eſt, usque ad XV. Jan. A. U. C. 822. quo Galba, ſunt menſes VII. dies VII. Verum a die 3. Aprilis, quo Imperator renunciatus eſt a militibus p. 725. § 125. ſunt IX. menſes, dies XIII. Igitur ſi ex Suetonii calculo Galba, Neroni ex Senatus decreto die 9. Junii 821. ſuccedens, natus fuit annos LXIX. menſes V. dies XVII. p. 728 § 2. jam additis menſibus VII. & diebus VII. moriens natus fuerit tantum annos LXX. dies XXIV. Nam annos LXXIII. Galbæ, ex ſecuriore interpretatione oraculi, tribui, ſupra probabili ratione oſtendimus. l. c.

§47. (l. 52.) μακροῖς αὐλοῖς αὐλῶν] Aliter paulo *Suetonius* in Othone 7. *in augurando, tempeſtate orta, graviter prolapſum, identidem obmurmuraſſe,* τί γάρ μοι καὶ μακροῖς αὐλοῖς, ſenſus tamen, non multo diverſus. Nempe cum in re ſacra tibiis longis uterentur, ſenſus dicti primus eſt: quid opus eſt ſacrificio, ſi mali ſit ominis? deinde generatim ad eos transfertur, qui aliquid faciunt, quod ipſis non prodeſt, ſed nocet potius. At *Cedrenus* p. 216. C. longius hinc abit: θύων δὲ ποτε ἐν τῷ ἱερῷ, τὰ τῆς Ἀφροδίτης ἱερεῖα τοῖς ἱεροῖς περιέμιξε· καὶ διὰ τοῦτο, Οὐιτελλίου αὐτῷ ἐπαναστάντος, ξίφει διὰ ἑαυτὸν διεχειρίσατο, εἰπών· Τί γάρ με ἔδει μακροῖς αὐλοῖς ἔχειν καὶ αὐλεῖν; Taceo recentiorum conjecturas.

§48. (l. 56.) ἐν τοῖς ὕπνοις ἐταράχθη] Eadem *Suetonius* l. c.

§49. (l. 61.) πολλὰ καὶ μέτρια περὶ θεραπείας] Hujus generis ſunt: quod Marium Celſum militum furori eripuit. *Tac.* H. l. 45. & 71. *Plut.* p. 1065. E. quod cæſorum corpora ſepeliri permiſit. *Tac.* l. 47. quod in ſenatu, cum multa populariter benigneque diſſeruiſſet, partem conſulatus ſui (in Kal. Mart.) conceſſit Verginio Rufo & Pompejo Vopiſco, & ceteros ætate & meritis eminentes ſacerdotiis honoravit: revocatis a Galba exulibus ſenatoribus, ceterisque, quæ nondum diſtracta erant bona & honores reſtituit, Tigellinum occidi juſſit. *Plut.* p. 1066. ſq. *Tac.* l. 77. 72. Hiſpalienſibus & Emeritenſibus familiarum adjectiones, Lingonibus univerſis civitatem Romanam, provinciæ Bæticæ Maurorum civitates dono dedit: nova jura Cappadociæ, nova Africæ, oſtentui magis quam manſura. *Tac.* l. 78. ex fiſco ſuo vacationes militum annuas ſe exſoluturum promiſit, quod a bonis principibus perpetuitate diſciplinæ firmatum. *Tac.* l. 46. Adde, quod Vitellii matrem ac liberos, fratremque, Romæ tum degentes, non læſerit, incertum tamen an metu. *Tac.* c. 75, 2. 88, 2. *Plut.* p. 1068. E.

§50. (l. 66) τὰ πρὸς τὴν ἀρχὴν φέροντα] Tribunitiam poteſtatem, nomen Auguſti, & omnes Principum honores. *Tac.* l. 47.

§51. (l. 67.) βεβιάσθαι μὲν γὰρ] *Suetonius* c. 7. *quaſi raptus de publico, & ſuſcipere imperium vi coactus, geſturusque communi omnium arbitrio.*

§52. (l. 71.) φιλήματα διὰ τῶν δακτύλων] *Tac.* H. l. 36.

§53. (l. 75.) τό γ᾽ οὖν ὄνομα αὐτοῦ] *Suetonius* 7. *ab infima plebe appellatus Nero, nullum indicium recuſantis dedit: imo ut quidam tradiderunt* (Cluſius Rufus, teſte *Plut.* p. 1067. C. licet perperam ibi Κλαύδιος vocatus) *etiam diplomatibus, primisque epiſtolis ſuis ad quosdam provinciarum præſides, Neronis cognomen adjecit: certe & imagines ſtatuasque ejus* (*Tacitus* l. 78. addit Poppææ) *reponi paſſus eſt, & procuratores atque libertos ad eadem officia revocavit.* conf. & *Triſtanum* T. I. p. 263.

§54. (l. 86.) τοῖς λοιποῖς Νερωνείοις] Vide allata ex Suetonio. *Tacitus* l. 76. Creſcentem Neronis libertum floruiſſe ſub eo indicat: & c. 73. Galviam Criſpinillam, magiſtram libidinum Neronis, expoſtulatam ad ſupplicium, variis ab Othone fruſtrationibus & diſſimulatione periculo exemtam refert.

A.U.C.822 Galba II. & T. Vinio COSS.

tam licentiam ſcelusque induxerat; ut aliquando in palatium derepente irrruptionem facerent, quo tempore frequentes apud Othonem ſenatores cœnarent; interfectiſque iis, a quibus arcebantur, tandem irruerent eo, ubi convivium agebatur. Quin omnes, qui intus erant, occidiſſent, niſi illi jam ante conſurgentes aliquo ſe abdidiſſent. Cujus rei cauſa Otho & pecuniam eis largitus eſt, quaſi ſcilicet id facinus ſtudio erga ſe incitati perpetraſſent. Per id tempus quidam captus eſt, qui ſe Neronem eſſe ſimulabat, cujus quidem nomen Dio ignoravit: ſed is tandem ſupplicio affectus eſt.

10. Otho ſæpenumero cohortatus Vitellium ad ſocietatem principatus, poſtquam ei perſuadere non potuit, ſtatuit aperte bellum gerere. Itaque contra eum exercitum miſit, eique exercitui duces complures præfecit: quæ res in primis cauſa fuit Othoni calamitatum. [Otho enim ex pugna diſceſſit, negans ſe poſſe conſpectum prœlii inter cives habendi ſuſtinere: quaſi vero ipſe bonis artibus adeptus eſſet imperium, ac non Conſules, & Cæſarem eundemque Imperatorem in ipſa urbe trucidaſſet.] Deſiderata ſunt utrinque in prœliis ad Cremonam factis hominum quadraginta millia. Antequam autem prœlium iniretur, ferunt præter cætera prodigia, quæ tum accidere, avem eximiæ magnitudinis, qualis nunquam ante viſa fuerat, per multos dies conſpectam eſſe.

11. Su-

βολὴν [e] ἐκολάκευσεν, ὥστε καὶ [55] ἐς τὸ παλάτιόν ποτε, ὥσπερ εἶχον, [f] ἐσεβιάσαντο· ἐπειδὴ συχνοὶ τῶν βουλευτῶν ἐνταῦθα [g] τῷ Ὄθωνι συνεδείπνουν. καὶ τέλος κἀν ἐς αὐτὸ τὸ συμπόσιον, προαποκτείναντες τοὺς εἴργοντας σφᾶς, ἐσεπήδησαν καὶ πάντας ἂν τοὺς ἔνδον ὄντας ἐφόνευσαν, εἰ μὴ φθάσαντες ἐξανέστησαν καὶ κατεκρύφθησαν. καὶ οἱ μὲν καὶ [56] ἐπὶ τούτῳ χρήματα, ὡς καὶ δι' εὔνοιαν αὐτὸ τοῦ Ὄθωνος πεποιηκότες, ἔλαβον. [h] ἑάλω δέ τις καὶ [57] Νέρων εἶναι πλασάμενος 7
κατὰ τόνδε τὸν καιρόν· ὃν τὸ ὄνομα τῷ Δίωνι ἠγνόηται· καὶ τὸ τέλος καὶ δίκην ἔδωκεν.

Ὁ δὲ Ὄθων, ἐπειδὴ καὶ [58] μὴ ἔπειθε τὸν Βιτέλλιον, ἐς κοινωνίαν αὐτὸν τῆς ἀρχῆς πολλάκις παρακαλῶν, [59] εἰς πόλεμον λοιπὸν φανερὸν καθίστατο. καὶ στρατιώτας ἔπεμπεν, [60] ἡγεμόσιν αὐτοὺς πλείοσι παραδούς· ὃ δὴ καὶ [61] αἰτιώτατον τῶν σφαλμάτων αὐτῷ ἐγένετο. [[i] ὁ δὲ Ὄθων ἀνεχώρησεν ἐκ τῆς μάχης, λέγων μὴ δύνασθαι [62] μάχην ἀνδρῶν ὁμοφύλων ἰδεῖν, ὥσπερ ἐκ δικαίας τινὸς πράξεως αὐταρχήσας, ἀλλ' οὐ τούς τε ὑπάτους καὶ τὸν Καίσαρα, τόν τε αὐτοκράτορα ἐν αὐτῇ τῇ Ῥώμῃ φονεύσας.] ἔπεσον δὲ τέσσαρες μυριάδες ἀνδρῶν ἑκατέρωθεν ἐν ταῖς μάχαις ταῖς [63] πρὸς [k] τῇ Κρεμώνῃ γενομέναις· [l] ὅπου τέ φασι πρὸ τῆς μάχης ἄλλα τε φανῆναι σημεῖα, B
καί τινα [64] ὄρνιν ἐξαίσιον, ὁποῖον οὐ πώποτε ἑωράκασιν, ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ὀφθῆναι.

Ἐπεὶ

[e] ἐκολάκευσεν. malo ἐκολάκευεν. HS. [f] ἐσεβιάσαντο. ſic Pal. Coisl. Br. Sylb. HS. edit. maj. & L. ἐβιάσαντο, RS. & HS. edit. min. [g] τῷ Ὄθωνι συνεδείπνουν. τῷ . . . . ἐδείπνουν, Pal. Coisl. Br. [h] ἑάλω δέ τις καὶ Νέρων &c. hæc ita Zon: ἐν τούτοις δέ τις πλασάμενος Νέρων εἶναι, ἐκ τῆς πρὸς τὸν Νέρωνα ὄψεως ἐμφερείας αὐτῷ, τὴν Ἑλλάδα ὀλίγου πᾶσαν ἐτάραξε, καὶ χεῖρα κακούργων ἀνδρῶν ἀθροίσας, πρὸς τὰ ἐν τῇ Συρίᾳ στρατόπεδα ὥρμησεν. ἐν Κύθνῳ δὲ περαιούμενον αὐτὸν ὁ Καλπούρνιος συνέλαβε καὶ ἀπέκτεινεν. ὁ δὲ Ὄθων λάθρα πολλοὺς πρὸς τὸν Οὐιτέλλιον ἐπὶ καταλλαγῇ ἔπεμψεν. ὡς δ' οὐκ ἐπείθετο, πρεσβευτὰς ἀπέστειλε φανερῶς. οὔτε δὲ ἀπεκρίνατό τι αὐτοῖς Οὐιτέλλιος, οὔτε ἀντέπεμψεν αὐτούς. εἶτα ἔπεμψεν Ὄθων ἰσχὺν κατὰ γῆν τε καὶ κατὰ θάλασσαν, ἡττήθη δὲ διὰ πολυαρχίαν, ὃν δι' ἀσθένειαν, κἀκ τῆς Ῥώμης δὲ ἐξωρμήθη, καὶ τοὺς πρώτους ἐξήγαγε. μέρος δέ τι τῆς δυνάμεως τῷ Πρόκλῳ δούς, αὐτὸς ἀνεχώρησε, λέγων μὴ φέρειν μάχην ἀνδρῶν ὁμοφύλων ἰδεῖν. ὅθεν μαλακίαν αὐτοῦ καταγνόντες οἱ στρατιῶται, καὶ οἱ στρατάρχαι, οὐδὲν τῶν δεόντων ἔπραξαν, ἀλλ' ἡττήθησαν, καὶ τοῖς τοῦ Οὐιτελλίου ἐπεκηρυκεύσαντο, καὶ ἀνεμίχθησαν σφίσι. quæ adduxi etiam, ut appareret nexus eorum quæ ex Exc. Peir. ſtatim adjeci. [i] ὁ δὲ Ὄθων &c. vid. Exc. Peir. p. 697. [k] τῇ Κρεμώνῃ. τῇ Κρεμμώνι, Coisl. vulgo τῇ Κρεμῶνι. ſed Κρεμώνῃ Exc. Peir. infra, & alii ſcriptores. [l] ὅπου τέ φασι. rectius forſan ὅπου γε. Sylb.

§55. (l. 97.) ἐς τὸ παλάτιόν ποτε — ἐβιάσαντο] Confer pluribus *Plutarchum* p. 1067. D. & *Tacitum* I. 80. ſqq. *Suetonium* 8. Non aliena ab hoc loco ſunt illa *Taciti* I. 46. *Omnia deinde arbitrio militum acta. Prætorii præfectos ſibi ipſi legere: Plotium Firmum — adjungitur Licinius Proculus — Urbi Flavium Sabinum præfecere, judicium Neronis ſecuti &c.*

§56. (l. 5.) ἐπὶ τούτῳ χρήματα] Quina millia numum. *Tac.* I. 82. *Plut.* p. 1068. A. tamen oratione habita, qua temperamentum fortitudinis eorum, & caritatis erga ſe flagitabat, in duos animadverti juſſit. *Tac.* I. 83. 84. 85. *Plut.* l. c.

§57. (l. 7.) Νέρων εἶναι πλασάμενος] Fuit *ſervus e Ponto, ſive, ut alii tradidere, libertinus ex Italia, citharæ & cantus peritus: unde illi ſuper ſimilitudinem oris propior ad fallendum fides. Tac.* H. II. 8. Captus deinde & occiſus a Calpurnio Aſprenate, cui Galatiam & Pamphyliam Galba regendas permiſerat. *Id.* c. 9. quanquam non tantum Pſeudo-Nero hic late jam terrorem diffuderat, ſed mota etiam prope Parthorum arma ejus ludibrio fuerant. *Tac.* I. 2. Nomen nemo prodidit; at certum eſt, hunc a *Lipſio* ad Taciti l. c. male confundi cum alio Pſeudo-Nerone, quem *Suetonius* Ner. 57. poſt XX. annos a Neronis morte, ſe adoleſcente a Parthis adjutum & vix redditum ſcribit: quod factum ſub Domitiano Conſule XIV. A. U. C. 841. Fuit & medius quidam ſub Tito falſus Nero, homo Aſianus, nomine Terentius Maximus, de quo ex *Zonara* p. 578. C. vide infra p. 754. § 135. Neque ſolum Parthi Neronis memoriæ favebant: p. 718. § 29. certe eorum, qui ſe Nerones fingebant, conatibus adverſus Romanos abutebantur; ſed & alii multi vivere Neronem & cupiebant & credebant. vide *Tac.* II. 8. *Dio Chryſoſtomus* Orat. XX. de Pulchrit. p. 371. D. καὶ νῦν ἔτι πάντες ἐπιθυμοῦσι ζῆν· οἱ δὲ πλεῖστοι καὶ οἴονται, καὶ (lego καίτοι) τρόπον τινὰ οὐχ ἅπαξ αὐτοῦ τεθνηκότος, ἀλλὰ πολλάκις, μετὰ τῶν σφόδρα οἰηθέντων αὐτὸν ζῆν. Verto: *Et adhuc omnes cupiunt eum vivere, plurimi quoque putant: quanquam non ſemel, ſed multoties quodammodo mortuus ſit, una cum iis qui tantopere ſibi perſuaſerant eum vivere.* Inter Chriſtianos etiam *multorum opinione receptum* erat, *ipſum* (Neronem) *Antichriſtum venturum*, ut ait *Sulpitius Sev.* lib. II. p. 367. edit. Ge. Hornii. Lugd. Bat. 1647. 8. *Creditur etiam, ſi ſe gladio ipſe transfixerit, curato vulnere ejus ſervatus, ſecundum illud, quod de eo ſcriptum eſt, & plaga mortis ejus curata eſt: ſub ſæculi fine mittendus, ut myſterium iniquitatis exerceat. Id.* p. 373. v. & *Auguſtinum* de C. D. XX. c. 19.

§58. (l. 10.) μὴ ἔπειθε τὸν Βιτέλλιον] *Sueton.* 8. *Tac.* I. 7[illegible] *Plut.* p. 1068. B. Milites quoque agitaſſe inter ſe de concordia, & eligendo præſtantiori, aut ſenatui permittenda electione, auctor eſt *Plutarchus* p. 1070. ſq. Verum id optaſſe magis quam ſperaſſe aut agitaſſe, judicat *Tacitus* H. II. 37.

§59. (l. 12.) εἰς πόλεμον λοιπὸν φανερὸν] *Suetonius* 8. *Expeditionem autem impigre atque etiam præpropere inchoavit. Id.* 9. *quamvis dubium nemini eſſet, quin trahi bellum oporteret, quando & fame, & anguſtiis locorum urgeretur hoſtis, quam primum tamen decertare ſtatuit.* Expeditio facta menſe Martio *Tac.* I. 90. Profectus Otho quietem urbis curasque imperii Salvio Titiano fratri permiſit, *id.* l. c. quem deinde acc[illegible]tum bello præpoſuit. *Id.* II. 23. 39. *Plut.* p. 1070. B. Senatus cum Othone profectus urbe, Mutinæ remanſit, dein Bononiam ſe contulit. Tac. II. 52. ſq. ipſe ſubſtitit Brixelli. *Suet.* 9. *Plut.* p. 1068. F. *Tac.* II. 33.

§60. (l. 13.) ἡγεμόσιν αὐτοὺς πλείοσι] *Tacitus* I. 87. *Ped*[illegible]

A.U.C.822 Galba II. & T. Vinio COSS.

Ἐπεὶ δὲ οἱ τοῦ Ὄθωνος ἐκρατήθησαν, ἤγγειλε μὲν [65] ἱππεύς [m] τις τὸ πάθος τῷ Ὄθωνι καὶ ἐπειδή γε ἠπιστεῖτο πρὸς τῶν παρόντων, (ἔτυχον γὰρ πολλοὶ κατὰ τύχην ἠθροισμένοι) καὶ οἱ μὲν δραπέτην, οἱ δὲ καὶ πολέμιον αὐτὸν ἀπεκάλουν· « Εἴθε γὰρ, ἔφη, ψευδῆ ταῦτα, Καῖσαρ, ἦν· ἥδιστα γὰρ ἂν νικῶντός σου ἐτελεύτησα. νῦν δὲ ἐγὼ μὲν [n] πάντως οἰχήσομαι, ἵνα [o] μή μέ τις ἐπὶ σωτηρίᾳ καταπεφευγέναι δόξῃ. σὺ δὲ βου-
C
λεύου, ὡς τῶν πολεμίων οὐκ ἐς μακρὰν ἡξόντων, ὅ, τι χρὴ πρᾶξαι. » καὶ ὁ μὲν, ταῦτ' εἰπὼν, ἑαυτὸν διεχρήσατο.

11. Superatis Othonianis, unus ex equitibus cladem Othoni nuntiavit: cui quum fidem non haberent ii, qui aderant præſentes, (nam tum forte multi convenerant) eumque modo fugitivum, modo hoſtem appellarent: « Utinam, » inquit, « hæc falſa eſſent, Cæſar! libenter enim te victore mortem occumberem: nunc autem omnino moriar, ne videar ſalutis meæ cauſa fugiſſe: tu vero, quum hoſtes huc non multo poſt venturi ſint, ſtatue, quid tibi faciendum putes. » Hæc quum dixiſſet, manus ſibi attulit.

Πιστευσάντων δ' αὐτῷ ἐκ τούτου πάντων, καὶ [66] ἑτοίμως ἐχόντων ἀναμαχέσασθαι, ([p] αὐτοί τε γὰρ συχνοὶ ἦσαν, καὶ [67] ἕτεροι ἐκ [q] Παννονίας παρῆσαν· ὅ, τε μέγιστον ἐν τοῖς τοιούτοις ἐστὶν, ἐφίλουν τε τὸν Ὄθωνα, καὶ πᾶσαν αὐτῷ εὔνοιαν, οὐκ ἀπὸ τῆς γλώττης μόνον, ἀλλὰ καὶ
D
ἀπὸ τῆς ψυχῆς [r] εἶχον) ἐπέσχε, μέχρις οὗ καὶ οἱ λοιποὶ πρὸς τὴν ἀγγελίαν συνέδραμον. καί τι πρὸς ἑαυτὸν διαλαλήσας, ἔπειτα [68] πρὸς τοὺς στρατιώτας ἐδημηγόρησεν ἄλλα τε πολλὰ καὶ ταῦτα.

12. Quo facto, id verum eſſe, creditum eſt ab omnibus, cunctique ad bellum renovandum promti fuerunt. Erant enim permulti, aderantque aliæ legiones ex Pannonia; &, quod eſt in tali re maximum, Othonem diligebant, ſingularemque ſuam benevolentiam in eum non modo verbis oſtendebant, ſed etiam ex animo. Verum Otho eos cohibuit, donec cæteri quoque ad rei geſtæ nuntium concurrerunt. Tum demum Otho, pauca ſecum loquutus, apud milites præter cætera ſic concionatur:

« Ἀρκεῖ τὰ γεγονότα, ἀρκεῖ. μισῶ πόλεμον ἐμφύλιον, κἂν κρατῶ· φιλῶ πάντας Ῥωμαίους, κἂν μὴ ὁμολογῶσί μοι. νικάτω Βιτέλλιος, ἐπεὶ τοῦτο τοῖς θεοῖς ἔδοξε· σωζέσθωσαν καὶ οἱ ἐκείνου στρατιῶται, ἐπεὶ τοῦτ' ἐμοὶ δοκεῖ. πολὺ γάρ που καὶ κρεῖττον καὶ δικαιότερόν ἐστιν, [69] ἕνα ὑπὲρ πάντων, ἢ πολλοὺς ὑπὲρ ἑνὸς ἀπολέσθαι.

13. « Sufficiunt, » inquit, « ſufficiunt ea quæ facta ſunt. Odi enim bellum civile, licet vincam: caroſque habeo omnes Romanos, licet mecum non faciant. Vincat Vitellius, poſtquam ita viſum eſt diis immortalibus: ſint incolumes etiam ejus milites, quando id mihi perplacet. Multo enim melius eſt, multoque juſtius, unum

[m] ἱππεύς τις. ſic Coisl. & Br. rectius quam vulgo ἱππεύς τε. [n] πάντως οἰχήσομαι, ſic Br. vulgo, πάντα. viderat meliora HS. [o] μή μέ τις. pronomen με additum ex Pal. Br. & Coisl. receperunt Sylb. HS. edit. maj. & L. in ceteris deſideratur. mox καταπεφυγέναι, Br. [p] αὐτοί τε γὰρ συχνοὶ ἦσαν. οἵ τε γὰρ δορυφόροι συχνοὶ ἦσαν. Z. [q] Παννονίας. Παιονίας, Coisl. [r] εἶχον. hæc parentheſi incluſa, inde ab ὅ τε μέγιστον, omiſit Z. contra pergit: καὶ ἱκετευόντων αὐτὸν, μήθ' ἑαυτὸν, μήτε σφᾶς προδοῦναι· πάντες γὰρ, ἔλεγον, ὑπὲρ σοῦ ἡδέως ἀποθανούμεθα.

tum equitumque copiis Suetonius Paulinus, Marius Celſus, Annius Gallus, rectores deſtinati. Sed plurima fides Licinio Proculo prætorii præfecto. Is urbanæ militiæ impiger, bellorum inſolens, auctoritatem Paulini, vigorem Celſi, maturitatem Galli, ut cuique erat, criminando, quod facillimum factu eſt, pravus & callidus, bonos & modeſtos anteibat. Adde *Plutarchum* p. 1069. A. ubi interpres *Gallum Spurinnam* unum eundemque ducem facit, cum in Græco ſit Γάλλον καὶ Σπουρίνναν, quos & diſtinguit *Tacitus* II. 11. 23. Duces Vitelliani Cæcina & Valens *Plut.* p. 1068. E. 1069. D. 1070. ſq.

§61. (l. 14.) αἰτιώτατον τῶν σφαλμάτων] *Suetonius* c. 9. *Tribus quidem, verum mediocribus prœliis, apud Alpes* (Tac. II. 12.) *circaque Placentiam* (*Tac.* II. 18. ſqq. *Plut.* p. 1069. D.) *& ad Caſtoris* (*Tac.* II. 24. ſqq.) *quod loco nomen eſt, vicit: noviſſimo maximoque apud Bedriacum* (ſic & *Tac.* II. 23. ubi vide *Ryckium* p. 354. ſq. & p. 363. ſqq. Bebriacum *Eutropius* VII. 11, 4. *Juvenalis* II. 106. Βηδριακὸν *Plutarchus* p. 1070. C. 1071. D. Φρηγδιακὸν vel Φηγδιακὸν in Joſephi codicibus, quod tamen in Βηδριακὸν mutarunt Huds. & Haverc. de B. J. lib. IV. c. 9. §9.) *fraude ſuperatus eſt.* (*Tac.* II. 41. *Oroſ.* VII. 8. *Plut.* p. 1071. F.) Sed cauſam præcipuam fuiſſe in multitudine & diſcordia ducum, ex §60. tum & *Tacito* II. 23. 39. *Plutarcho* p. 1070. A. B. *Zonara* p. 573. A. colligas. Adde militem luxu diffluentem & non parentem ducibus, ut adnotavit *Plutarchus* p. 1069. confirmante *Tacito* II. 18. ſqq. & 39. tum, quod moram ſuadente Paulino, accelerandum prælium ſuaſu Proculi & Titiani cenſuiſſet Otho. *Plut.* p. 1070. C. ſq. 1071. D. *Tac.* II. 39. ſq. Denique, quod Otho ipſe abſens imperia ducum in incerto reliquerat, & fortiſſimos quoſque ſecum habebat. *Tac.* II. 33. *Plut.* p. 1071. B. Ceterum Victoriæ Othonis, ſeu illius contra Sarmatas, duce Aponio, *Tac.* I. 79. ſeu alterius contra Vitellianos, monumentum in numo apud *Triſtanum* T. I. p. 266. & *Patinum* ad Suet. Oth. c. 9. VICTORIA OTHONIS.

§62. (l. 16.) μάχην ἐμφύλιον ἰδεῖν] Idem *Zonaras* p. 573. A. Vide & *Sueton.* 10. & quæ ipſe Otho infra in oratione ſua.

§63. (l. 21.) πρὸς τῇ Κρεμώνῃ] Sic ſupra, & mox, Exc. Peir. Κρεμῶνι, vulgo. Ceteri Scriptores, ad Bedriacum: quanquam hoc πλησίον Κρεμώνης, teſte *Plutarcho* p. 1070. C. inter Veronam Cremonamque ſitum, ut ſcribit *Tacitus* II. 23. Confer de ſitu loci accurate diſputantem *Ryckium* locis indicatis §61. *Tillemont* not. 5. 6. ad Othon. T. I. p. 1048. Extrema pugna hæc commiſſa eſt circa tempus Cerealium ludorum, *Tac.* II. 55. qui habebantur menſe Aprili d. 12—19. v. *Ryckium*.

§64. (l. 24.) ὄρνιν ἐξαίσιον] Confirmat *Tacitus* II. 50. Contra, agmen Vitellii aquila, velut dux viæ, prævolaſſe dicitur. *Id.* I. 62. *Suet.* Vitel. 9. Cetera quæ Othoni evenerunt ſiniſtra prodigia legat cui otium eſt apud *Tac.* I. 86. *Sueton.* Oth. c. 8. *Plut.* p. 1068. C. D.

§65. (l. 28.) ἱππεύς τις] Hæc fere ex *Suetonio* 10. Simile facinus ſub Vitellio centurionis Julii Agreſtis, qui cum a Vitellio poſt cladem a Veſpaſianis Cremonæ acceptam, miſſus eſſet explorator, abnuente Vitellio vera eſſe quæ referret, voluntaria morte dicta firmavit. *Tac.* H. III. 54. Sed *Plutarchus* p. 1073. D. hoc quidem factum ait, cum milites oraſſent Othonem, uteretur animis & corporibus ſuis, ἕνα δὲ τῶν ἀφανεστάτων ἀνατείναντα τὸ ξίφος, καὶ εἰπόντα, Ἴσθι Καῖσαρ, οὕτως ὑπὲρ σοῦ παρατεταγμένους ἅπαντας, ἀποσφάξαι ἑαυτόν. Verum, quoquo modo res acta ſit, apparet certe, homines tum vitam quaſi pro nihilo reputaſſe, & aliud agendo temere profudiſſe.

§66. (l. 40.) ἑτοίμως ἐχόντων ἀναμαχέσασθαι] Ita affectos Othonianos deſcribunt & *Suetonius* 9. *Tacitus* II. 44. 46. *Eutropius* VII. 11, 5. At Marius Celſus, magiſtratibus certe, auctor erat, ut communi ſaluti conſulerent. *Plut.* p. 1072. D.

§67. (l. 41.) ἕτεροι ἐκ Παννονίας] Vide *Sueton.* 9. *Tac.* II. 44. 46.

§68. (l. 47.) πρὸς τοὺς στρατιώτας ἐδημηγόρησεν] Summam orationis habes apud *Tacitum* II. 47. *Plutarchum* p. 1073. E. & *Zonaram* p. 573. B.

§69. (l. 56.) ἕνα ὑπὲρ πάντων] Idem eſt in clauſula: ὅτι οὐχ ὑμᾶς ὑπὲρ ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἑαυτὸν ὑπὲρ ὑμῶν δίδωκε. conf. *Grotium* ad Joh. XI. 50. & de Othone *Zonar.* l. c. *Plut.* p. 1073. F. *Sueton.* 9.

A.U.C. 822 Galba II. & T. Vinio COSS.

unum pro multis, quam pro uno multos interire. Ego quidem Mucius eſſe malim, aut Decius, aut Curtius, aut Regulus; quam Marius, quam Cinna, quam Sylla, ut ne reliquos enumerando perſequar. Quamobrem nolite me cogere, ut fiam unus ex iis, quos odi: nolite etiam invidere, ſi velim facta alicujus ex iis, quos laudo, æmulari. Vos ad victorem proficiſcimini, atque illum colite. Ego me ipſe ita liberabo, ut omnes homines ipſa re intelligant, eum eſſe imperatorem a vobis delectum, qui non vos pro ſe, ſed ſe pro vobis dedit. „

“ ἀπολέσθαι. καὶ γὰρ ἐγὼ Μούκιος καὶ Δέκιος καὶ “ Κούρτιος καὶ Ῥηγοῦλος μᾶλλον ἂν ἑλοίμην, ἢ “ Μάριος καὶ Κίννας καὶ [s] Σύλλας (ἵνα μὴ καὶ “ τοὺς ἄλλους εἴπω) γενέσθαι. μὴ οὖν βιάσησθέ “ με ἕνα τούτων, ὧν μισῶ, γενέσθαι· μήτε φθονή- “ σητέ μοι ἕνα ἐκείνων, ὧν ἐπαινῶ, μιμήσασθαι. “ ἀλλ' ὑμεῖς μὲν ἐπὶ τὸν κεκρατηκότα ἄπιτε, “ καὶ ἐκεῖνον θεραπεύετε· ἐγὼ δ' αὐτὸς ἐμαυτὸν 733 “ ἐλευθερώσω, ὅπως καὶ τῷ ἔργῳ ἅπαντες ἄνθρω- “ ποι μάθωσιν, ὅτι τοιοῦτον αὐτοκράτορα εἵλε- “ σθε, ὅστις οὐχ ὑμᾶς ὑπὲρ ἑαυτοῦ, ἀλλ' “ ἑαυτὸν ὑπὲρ ὑμῶν δέδωκε. „ E

14. Hac habita concione, milites eum propter ea, quæ audierant, admirari; miſerarique ejus fortunam, præſertim ſi quid in ſe gravius ſtatueret: tum profundere lacrymas, lamentari, patrem eum appellare, ſibique ſuis liberis ac parentibus cariorem eſſe dicere: [“ tua, „ inquiunt, “ ſalus, noſtra ſalus: pro te libenter omnes moriemur. „] Quæ quum jam in multam diem dicerentur: peteretque Otho, ut ſibi liceret mortem cum vita commutare, neque id illi concederent; facto ſilentio ita dixit: “ Non poſſum pejor eſſe eo milite, quem vos mortem ſibi vel propterea conſciſcere vidiſtis, quod imperatori ſuo nuntium acceptæ cladis attuliſſet. Itaque ego illum ſequar, ne quid tale videam in poſterum, aut audiam. Vos, ſi re vera me amatis, quæſo, ſinite me mori ut volo: nolite me cogere, ut vivam invitus; ſed ad victorem abite, eumque blandiendo vobis conciliate. „

Τοιαῦτα μὲν Ὄθων εἶπεν. οἱ δὲ δὴ στρατιῶται, ἐξ ὧν ἤκουον, καὶ ἐθαύμαζον ἅμα, καὶ ἠλέουν εἴ τι πείσοιτο, καὶ δάκρυσί τε ἔκλαιον καὶ ἐθρήνουν, πατέρα τε [t] ἀνακαλοῦντες, καὶ παίδων καὶ γονέων φίλτερον [t] ὀνομάζοντες. “ [Ἐν σοί τε καὶ ἡμεῖς “ σωζόμεθα, ἔλεγον, καὶ ὑπὲρ σοῦ πάντες ἀπο- “ θανούμεθα.] „ καὶ ταῦτα μὲν οὕτως ἐπὶ πλεῖστον τῆς ἡμέρας ἐλέχθη, τοῦ τε Ὄθωνος τελευτῆσαι δεομένου, καὶ ἐκείνων μὴ ἐφιέντων B αὐτῷ τοῦτο ποιῆσαι· πρὶν δὴ σιγήσας [tt] αὐτοῖς ἔφη· “ Ἐγὼ μὲν οὐκ ἔστιν ὅπως χείρων τοῦ στρατιώτου “ τούτου γενήσομαι, ὃν αὐτοὶ ἑωράκατε ὅπως “ ἑαυτὸν διὰ τοῦτο μόνον ἀπέσφαξεν, ὅτι τὴν “ ἧτταν τῷ ἑαυτοῦ αὐτοκράτορι ἤγγειλεν. ἀλλ' “ ἀκολουθήσω πάντως αὐτῷ, ἵνα μηδὲν ἔτι “ τοιοῦτον μήτε ἴδω μήτε ἀκούσω. ὑμεῖς δὲ, “ εἴπερ ὄντως φιλεῖτέ με, ἐάσατέ με ἀποθανεῖν ὡς “ βούλομαι, καὶ μή με ζῆσαι ἄκοντα ἀναγκάση- “ τε, ἀλλὰ πρός τε τὸν κεκρατηκότα ἄπιτε, καὶ C “ ἐκεῖνον κολακεύετε. „

15. Hæc quum dixiſſet, ſeceſſit in conclave, ſeque ſumto pugione interemit. Corpus ejus elatum milites ſepeliverunt, non ſine luctu; nonnulli etiam poſt eum mortem ſibi conſciverunt. Igitur Otho hunc vitæ finem habuit, vixitque annos triginta ſeptem, detractis diebus undecim: regnavit dies nonaginta: quumque peſſime

Ταῦτ' εἰπὼν, [70] ἔς τε τὸ δωμάτιον [u] ἀνεχώρησε, καί τι ξιφίδιον λαβὼν, [71] ἑαυτὸν διεχρήσατο. καὶ αὐτοῦ τὸ σῶμα οἱ στρατιῶται [72] ἀνείλοντο πενθοῦντες, καὶ ἔθαψαν, καί τινες [73] ἑαυτοὺς ἐπέσφαξαν αὐτῷ. τοῦτο τὸ τέλος τῷ Ὄθωνι ἐγένετο, ζήσαντι μὲν [74] ἑπτὰ καὶ τριάκοντα ἔτη, ἕνδεκα ἡμερῶν δέοντα· ἄρξαντι δὲ [75] ἡμέρας ἐνενήκοντα. κάκιστα

s Σύλλας, Σύλας, Coisl. t ἀνακαλοῦντες, ὀνομάζοντες. ἀνεκάλουν, ὠνόμαζον, Exc. Peir. p. 697. ex quibus & ſequentia ſtatim ἐν σοί τε &c. tt αὐτοῖς. malim αὐτοῖς. u ἀνεχώρησε. apud Zonaram ſequuntur hæc: καί τινα τοῖς τε οἰκείοις καὶ τῷ Οὐιτελλίῳ ὑπὲρ αὐτῶν ἐπιστείλας, τά τε γράμματα, ὅσα τινὲς αὐτῷ κατ' ἐκείνου ἐγγεγράφεσαν, ἔκαυσεν, ὥστε μηδένα ἐξ αὐτῶν φωραθέντα κινδυνεῦσαι. καὶ καλῶν ἕνα ἕκαστον τῶν παρόντων, ἠσπάζετο αὐτοὺς, καὶ ἐδίδου σφίσι χρήματα. κἀν τούτῳ ταραχῆς γενομένης στρατιωτῶν, ἐξῆλθε, καὶ κατασείσας αὐτοὺς, ὃν πρότερον ἀνεχώρησε, πρὶν ἐς τὸ ἀσφαλὲς ἄλλους ἀλλαχοῦ πέμψαι. καὶ οὕτως ἐπεὶ μηδὲν ἔτι ταραχῶδες ἐγένετο, ἑαυτὸν κατεχρήσατο.

§ 70. (l. 89.) ἔς τε τὸ δωμάτιον ἀνεχώρησε] Quæ Zonaras hic addit, confirmantur a *Tacito* II. 48. *Plutarcho* p. 1074. C. *Suetonio* 10.

§ 71. (l. 90.) ἑαυτὸν διεχρήσατο] Noctem etiam vitæ adjeciſſe, & pugione pulvinari ſubdito, arctiſſimo ſomno quieviſſe, & circa lucem demum expergefactum ſe trajeciſſe, refert *Suetonius* 11. adde *Tac.* II. 49. *Plut.* p. 1074. C. *Pugionem* illum deinde Vitellius *in Agrippinenſem coloniam miſit, Marti dedicandum. Suet.* Vitel. 10. Apparebit infra § 74. mortem Othonis ex Dionis calculo incidere in d. 16. April. A. U. C. 822.

§ 72. (l. 91.) ἀνείλοντο πενθοῦντες καὶ ἔθαψαν] *Vulnus manusque ejus oſculantes — — Othoni ſepulcrum exſtructum eſt modicum & manſurum. Tac.* II. 49. *Philoſtratus* Apollon. V. 13. p. 198. οὐδὲ τάφου λαμπροῦ ἔτυχεν, ἀλλ' ὥσπερ ἰδιώτης κεῖται. Conf. *Plutarchum* p. 1074. E. 1075. A. ubi ſe vidiſſe ait Brixellis modicum illud monumentum cum hac inſcriptione, M. OTHONIS. Hinc Vitellius *lapidem memoriæ Othonis inſcriptum intuens, dignum eo mauſoleo ait. Suet.* Vitel. 10.

§ 73. (l. 92.) ἑαυτοὺς ἐπέσφαξαν αὐτῷ] Ita & *Sueton.* Oth. 12. *Tac.* II. 49. *Plut.* p. 1074. E.

§ 74. (l. 94.) ἑπτὰ καὶ τριάκοντα ἔτη] Dies XI. detrahendos non attendit *Zonaras* & *Plutarchus* p. 1075. A. quin & trigeſimo & octavo ætatis anno eum periiſſe ſcribit *Suetonius* 11. & ex eo *Eutropius* VII. 11, 5. ὀγδόῳ καὶ τριακοστῷ, ut habet *Pæanius.* Quod quanquam falſum ſit, ex ipſius Suetonii calculo, qui Othonem natum ajebat d. 28. April. A. U. 785. tamen propter Eutropii & Pæanii auctoritatem, & quoniam ſibi non ſemper conſtat Suetonius, (vid. p. 690. § 13. p. 730. § 46. & p. [illegible] § 114. p. 754. § 119.) non auſim corrigendum dicere cum [illegible]*ckio*, ut ſcribatur XXXVII. *ætatis anno.* Sic autem verius [illegible]*citus* II. 50. Et accuratius Dio, XI. dies tantum huic a[illegible]rum numero detrahendos oſtendens, totius vitæ ſpa[illegible] diemque mortis deſignat. Eſt enim dies 16. Aprilis A. U. C. 822. Othonis extremus ex Dionis mente, ad quem a nati[illegible]te d. 28. Apr. A. U. 785. ſunt anni XXXVII. minus XI. [illegible]bus, & ad quem ab exordio imperii, die 15. Jan. quo G[illegible] occiſus eſt, ſunt dies XC. excluſis utrinque terminis, vel XCII. ut Joſephus, iiſdem incluſis. vide ſupra p. 730. § 30. & 32.

§ 75. (l. 95.) ἡμέρας ἐνενήκοντα] Sic & *Zonaras.* τρεῖς [illegible]νας *Plutarchus* p. 1075. A. *Hieronymus, tertio regni ſui menſe.* ſed μῆνας γ. *Euſebius* in Græcis. *Clemens* Strom. I. p. 339. C. [illegible]νας γ, ἡμέρας ε. *Chryſeros* μῆνας γ' ἡμέρας ι'. *Joſephus* [illegible] B. J. lib. IV. c. 9. § 9. ἡμέρας δύο καὶ τρεῖς μῆνας. h. e. dies XCII. *Suetonius* & *Eutropius* ll. cc. *nonageſimo & quinto* [illegible] *perii die.* Sed Joſephi calculum eſſe accuratiorem cete[illegible]

diemque

x κάκιστά γε μὴν ἀνθρώπων ζήσας, [76] κάλλιστα ἀπέθανε· καὶ κακουργότατα τὴν ἀρχὴν ἁρπάσας, ἄριστα αὐτῆς ἀπηλλάγη.

peſſime omnium vixiſſet, mortuus eſt pulcherrime, & imperio, quod nequiſſime rapuerat, optime deceſſit. A.U.C.822 Galba II. & T. Vinio COSS.

[y Ὅτι [77] ὁ Οὐάλης οὕτω περὶ τὰ χρήματα ἐσπούδαζε, καὶ οὕτως ἐξ ἅπαντος τρόπου ἤθροιζεν, ὥστε καὶ τὸν χιλίαρχον, τὸν καταχρύψαντά τε αὐτὸν καὶ z διασώσαντα, ἀποσφάξαι διὰ χιλίας δραχμὰς, ἃς ἐκ τῶν σκευῶν αὐτοῦ ὑφῃρῆσθαι ἔδοξεν.]

16. [Fabius Valens ea flagravit pecuniæ cupiditate, atque ita numos omni ratione coegit, ut
1 & tribunum illum militum, a quo occultatus & ſervatus fuerat, occiderit mille drachmarum cauſa, quas ex ipſius ſarcinis ſurripuiſſe videbatur.]

x κάκιστα γε. præmittit Z. p. 573. C. ὅθεν καὶ τὴν ἀσέβειαν καὶ τὴν πονηρίαν τοῦ βίου συνεσκίασε. deinde poſt ἀπέθανε, omiſſis reliquis, addit: οἱ δὲ στρατιῶται εὐθὺς μὲν ἐταράχθησαν, καὶ ὑπ' ἀλλήλων πολλοὶ ἀνῃρέθησαν· ἔπειτα ὡμονόησαν καὶ προσκεχωρήκεσαν τοῖς κεκρατηκόσιν. y ὅτι ὁ Οὐάλης &c. fragmentum hoc ex Excerpt. Peir. p. 697. quanquam narrationi mortis Othonis præmiſſum apud Valeſ. huc retuli, ſecutus ordinem Taciti hiſt. II. 55. ſq. ubi Italiam a morte Othonis gravius quam bello afflictam, a Vitellianis diſperſis per municipia & colonias ſpoliata & rapta omnia, & inprimis Valentem ob lucra & quæſtus infamem fuiſſe dicit. z διασώσαντα, δικαιώσαντα MS. corrupte.

diemque extremum Othonis eſſe 16. Aprilis, demonſtravit Eminentiſſ. *Henr. Noriſius* de Epoch. Syro-Mac. I. 3. p. 56. ſq. cum alii diem 19. Aprilis ponant, ut *Ryckius* ad Tac. II. 55. p. 369. Suetonio convenienter. *Lipſius* not. 65. poſt *Panvinium* minus veriſimiliter diem 20 April. At Tacitus Ludos Cereales (d. 19. Aprilis) ex more ſpectatos dicit, non cum narrata de prælio & Othonis nece contigere, quod vult Ryckius, ſed *ut ceſſiſſe vita Othonem — certi auctores in theatrum attulerunt.* Unde tertio die ante, dum nuncius Brixellis Romam perveniret, deceſſiſſe Othonem, Tacito eſt congruentius.

§76. (l. 96.) κάλλιστα ἀπέθανε] *Plutarchus* p. 1075. A. *βιώσας οὐδὲν ἐπιεικέστερον Νέρωνος, ἀπέθανεν εὐγενέστερον. Suetonius* 12. *ut mors ejus, minime congruens vitæ, majori miraculo fuerit. Tacitus*, II. 31. *exitu egregiam Otho famam, Vitellius flagitioſiſſimam meruere.*

§77. (l. 99.) ὁ Οὐάλης] Fabius Valens, dux Vitellianorum § 60. orta ad Ticinum inter milites ſeditione, dum eam ſedare ſtudet, ab iis invaditur, & inter direptionem tabernaculi ſui elapſus ſervili veſte, apud *decurionem equitum* tegebatur. *Tac.* II. 29. quo refero hæc Dionis, alibi non memorata. Nam deflagrante ſeditione, ut erat avidus & rapax, ab hoc ipſo decurione, ſuo liberatore, mille iſtas drachmas, quas ex rapina tabernaculi ſui deſiderabat Valens, exegiſſe adeo cum pœna capitali videtur. Erat enim ob lucra & quæſtus infamis. *Tac.* II. 56. *Plut.* Othon. p. 1069. D. Plura de eo *Tacitus* I. 66. III. 41 — 43. 62. Quare cum cetera conveniant, non moveor diſſenſu illo, quod Dio χιλίαρχον vocat, quem Tacitus decurionem.

DIONIS
HISTORIÆ ROMANÆ
LIBRI LXV. EXCERPTA
PER
JO. XIPHILINUM.

Inſeruntur Fragmenta Dionis integra, quæ reperiri potuerunt.

SUMMA CAPITA LIBRI LXV.

Vitellius Imp. renunciatur: gladiatoribus & cæſis oculos paſcit: Aſtrologos Italia pellit. c. 1.
Vitellii luxus in epulis, domo, ſupellectile, pompa pæne ridicula. c. 2—5.
Ejusdem laudanda. c. 6. 7.
Prodigia ſiniſtra: Veſpaſianum milites imperatorem dicunt. c. 8.
Mucianus a Veſpaſiano contra Vitellium miſſus: Primus ſponte in Vitellium ducit. c. 9.
Allienus bello a Vitellio præfectus, & defectionis auctor, a reſipiſcentibus capitur. c. 10.
Vitelliani prælio vincuntur. c. 11—14.
Cremonenſium calamitas. c. 15. 734
Vitellii inconſtantia: Capitolium oppugnando Sabino exuſtum. c. 16. 17.
Urbis Romæ, a Veſpaſiani ducibus captæ, clades. c. 18. 19.
Ut Vitellius captus interierit. c. 20. 21.
Ut frater & filius Vitellii perierint. c. 22.

Temporis ſpatium. Galba II. & T. Vinio COSS.

poſt C.N.	U.C.		*Coſſ. Suffecti.*
69.	822.	Kal. Mart. T. Virginius Rufus	& Vopiſcus Pompejus.
		Kal. Maj. Cælius Sabinus	& T. Flavius Sabinus.
		Kal. Jul. T. Arrius Antoninus	& P. Marius Celſus II.
		Kal. Sept. C. Fabius Valens	& A. Allienus Cæcinna (eoque damnato Prid. Kal. Nov. Roſcius Regulus)
		Kal. Nov. Cn. Cæcilius Simplex	& C. Quinctius Atticus.

A.U.C. 822 Galba II. & T. Vinio COSS.

1. Poſtquam Romæ clades Othonis audita eſt, populus Romanus ſtatim, ut fieri neceſſe erat, ſententiam mutare cœpit; Othonique, quem laudaverat antea, & cujus victoriam optaverat, non aliter atque hoſti contumelioſe maledicere; ac Vitellium, quem deteſtatus fuerat, collaudare, eumque imperatorem dicere. Adeo nihil eſt in rebus humanis fixum, ſed & [illegible], qui florent maxime, & qui humiles & abjecti ſunt, exitus incertos habent, ac pariter pro fortuna ipſorum, laude, vituperio, honore & ignominia afficiuntur. [Vitellius quidem munus gladiatorium ſpectavit Lugduni & Cremonæ; quaſi non contentus cæde tot millium in acie peremtorum, quorum cadavera etiamnum inſepulta jacebant, ut & ipſe viderat. Etenim campum omnem, in quo ſtrata erant cadavera, perambulavit, ejusmodi ſpectaculo paſcens oculos,

Οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ, ὡς ἤκουσαν τὸ τοῦ Ὄθωνος πάθος, παραχρῆμα, ὥσπερ εἰκὸς ἦν, μετεβάλλοντο. τόν τε γὰρ Ὄθωνα, ὃν πρότερον ἐπῄνουν καὶ νικᾷν ηὔχοντο, ἐλοιδόρουν ὡς πολέμιον, καὶ τὸν Βιτέλλιον, ᾧ κατηρῶντο, καὶ ἐπῄνουν καὶ [1] αὐτοκράτορα ἀνηγόρευον. οὕτω που οὐδὲν πάγιόν ἐστι τῶν ἀνθρωπίνων· ἀλλ' ὁμοίως οἵ τε ἐς τὰ μάλιστα ἀνθοῦντες, καὶ οἱ ἐν τῷ ταπεινοτάτῳ ὄντες, ἀστάθμητά τε αἱροῦνται, καὶ πρὸς τὰς τύχας σφῶν, καὶ τοὺς ἐπαίνους καὶ τοὺς ψόγους, τάς τε τιμὰς καὶ τὰς ἀτιμίας λαμβάνουσι. [a] [ὁ Βιτέλλιος δὲ εἶδεν [2] ἐν Λουγδούνῳ μονομάχων ἀγῶνας, καὶ ἐν Κρεμώνῃ· ὥσπερ οὐκ ἀρκοῦντος τοῦ πλήθους τῶν ἐν ταῖς μάχαις ἀπολωλότων, καὶ τότε καὶ ἔτι ἀτάφων ἐῤῥιμμένων, [b] ὡς καὶ αὐτὸς ἐθεάσατο. διεξῆλθε γὰρ διὰ παντὸς τοῦ χωρίου ἐν ᾧ ἔκειντο, [3] ἐμπιμπλάμενος τῆς θέας, ὥσπερ τότε νικῶν, καὶ A B

a ὁ δὲ Βιτέλλιος. his præmittenda videntur, quæ Zon. memorat. ὅτι δ' ἐν τῇ Γαλατίᾳ, ὁ θάνατος ἠγγέλθη τοῦ Ὄθ[ωνος] ἦλθε δὲ πρὸς αὐτὸν καὶ ἡ γυνὴ, καὶ τὸ παιδίον, ὃ καὶ ἐπὶ βήματος Γερμανικόν τε καὶ αὐτοκράτορα ἐπωνόμασεν ἑξαετὲς ὄν. [Ad]didi ſequentia ex Exc. Peir. p. 698. *b* ὡς. ὅυς, Salm.

§ 1. (l. 6.) αὐτοκράτορα ἀνηγόρευον] Antea a militibus utriusque Germaniæ IV. & III. Non. Jan. renunciatus erat Imperator: unde Germanici nomen ei delatum, quod & filiolo ſexenni impoſuit. Nam Auguſti diſtulit, Cæſaris in perpetuum recuſavit. Vide *Suet.* Vit. c. 8. *Tac.* II. 62. & quæ ſupra ad p. 729. § 24. ſq. Nunc ei ludis Cerealibus, ſeu 19. Aprilis, ut oſtendimus ad p. 733. § 75. *in Senatu cuncta longis aliorum principatibus compoſita, ſtatim decernuntur. Tac.* II. 55. Auguſti nomen ut aſſumeret, poſtea abnuenti ſcilicet ſenatus expreſſit, cum ipſe tamen pridie Capitolium ingreſſus matrem Auguſtæ nomine honoraſſet. *Tac.* II. 89. ſq. Cæſaris nomen nullo in monumento ei tribuitur; aſſumſit tamen in extrema anxietate, ſuperſtitione nominis, teſte *Tacito* H. III. 58, 6. Pontificatu etiam ſuſcepto de cærimoniis publicis edixit die infauſto Allienſi XV. Kal. Aug. ſeu 18. Jul. *Tac.* II. 91. *Suet.* 11. Germanici nomen frequens in numis. Vide *Spanh[eim]* Diſſ. XIII. p. 643. ſq. *Mediob.* p. 104. ſq. ubi & CENSOR vocatur.

§ 2. (l. 12.) ἐν Λουγδούνῳ μονομάχων ἀγῶνας] Vitellius A[ra]re flumine devectus, a Junio Blæſo, Lugdunenſis Galliæ rec[to]re, exceptus liberaliter, Lugdunum venit, docente *Tacito* II. 59. ubi hoc gladiatorium munus in honorem ejus à Blæſo editum eſſe, colligo, ſicut *Cæcina Cremonæ, Valens Bononiæ ſpectaculum gladiatorum edere parabant. Tac.* c. 67. adde 70. ſq.

§ 3. (l. 17.) ἐμπιμπλάμενος τῆς θέας] Imo *abhorrent[es] quosdam cadaverum tabem deteſtabili voce confirmare auſus e[ſt], optime olere occiſum hoſtem, & melius civem. Suet.* Vitel. [10]. Adde *Tacitum* II. 70. Idem poſtea Junium Blæſum ſuo juſſu interfectum cum gaudio vidit, addens, *ſe paviſſe oculos inimici morte.* Tac. III. 39. conf. *Suet.* 14.

καὶ οὐκ ἐκέλευσε σφᾶς οὐδ᾽ ὡς ταφῆναι.] [4] ἐπεὶ δὲ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐγένετο, τἄλλα τε διῴκει ὥς που καὶ ἐδόκει αὐτῷ, [c] καὶ πρόγραμμα ἔθετο, δι᾽ οὗ τοὺς [5] ἀστρολόγους ἐξήλασε, προειπὼν σφίσιν, ἐντὸς τῆσδε τῆς ἡμέρας (ῥητὴν τινα τάξας) ἐξ ἁπάσης τῆς Ἰταλίας χωρῆσαι. C καὶ αὐτῷ ἐκεῖνοι νυκτὸς ἀντιπροθέντες γράμματα, [d] ἀντιπαρήγγειλαν ἀπαλλαγῆναι ἐκ τοῦ βίου [6] ἐντὸς τῆς ἡμέρας, ἐν ᾗ ἐτελεύτησε. καὶ οἱ μὲν οὕτως ἀκριβῶς τὸ γενησόμενον προέγνωσαν.

Αὐτὸς δὲ τῇ τε τρυφῇ καὶ τῇ ἀσελγείᾳ προσκείμενος, οὐδὲν ἔτι τῶν ἄλλων [7] οὔτε τῶν ἀνθρωπίνων οὔτε τῶν θείων ἐφρόντιζεν. ἦν μὲν γὰρ καὶ [8] ἀπ᾽ ἀρχῆς τοιοῦτος, [e] οἷος περί τε τὰ καπηλεῖα καὶ περὶ τὰ κυβευτήρια, τούς τε ὀρχηστὰς καὶ τοὺς ἁρματηλάτας ἐσπουδακέναι· καὶ ἀμύθητα εἰς τὰ τοιαῦτα ἀνήλισκε, καὶ διὰ τοῦτο καὶ D [9] δανειστὰς πολλοὺς εἶχε· τότε δὲ καὶ μᾶλλον, ἅτε ἐν τοσαύτῃ ἐξουσίᾳ καθεστὼς, ὕβριζε, καὶ τὸ πλεῖστον καὶ τῆς ἡμέρας [f] καὶ τῆς νυκτὸς ἐδαπάνα, [10] ἀπλήστως τε ἐμφορούμενος, καὶ συνεχῶς [11] πάντα ἐξεμῶν, ὡς μόνῃ τῇ παρόδῳ τῶν σιτίων τρέφεσθαι. ἀφ᾽ οὗπερ καὶ [g] ἀνταρκεῖν ἠδύνατο· ἐπεὶ οἵ γε συνδειπνοῦντες αὐτῷ πάντες κακῶς ἀπήλλασσον. [h] [πολλοὺς γὰρ ἀεὶ τοὺς πρώτους ὁμοσίτους ἐποιεῖτο, καὶ πολλάκις καὶ παρ᾽ αὐτοῖς εἱστιᾶτο.] ὅθεν χαριέστατον λόγον εἷς τις αὐτῶν [12] Οὐίβιος Κρίσπος ἀῤῥωστήσας, καὶ διὰ τοῦτο ἡμέρας τινὰς ἀπολειφθεὶς τοῦ συσσιτίου, εἶπεν ὅτι, [13] « Εἰ μὴ ἐνενοσήκειν, πάντως « ἂν ἀπολώλειν. »

Καὶ ἐγένετο ὁ χρόνος ὁ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ σύμ-
735 πας οὐδὲν ἄλλο ἢ μέθαι τε καὶ κῶμοι. πάντα τε

los, acſi tum demum victoriam referret; neque tamen vel ſic juſſit ſepeliri.] Ut vero Romam venit, cœpit cum cætera ſuo arbitratu gerere: tum in primis edicto propoſito, aſtrologos expulit ex urbe: edixitque, ut intra certam diem, quam ipſe conſtituerat, ex omni Italia excederent. Illi contra ei de nocte ſcripto propoſito viciſſim denuntiarunt, ut e vita excederet intra eum diem, quo & mortuus eſt: adeo futuros rerum eventus accurate præſciebant. A.U.C.822 Galba II. & T. Vinio COSS.

2. Interim ipſe voluptati & libidinibus deditus, nullam amplius rationem habuit divinarum humanarumve rerum. Nimirum jam a principio talis erat: quippe qui popinas frequentaſſet, & ludos aleatorios, hiſtrionumque & aurigarum fuiſſet ſtudioſus, inſumpſiſſetque infinitam in omnia hujus generis pecuniam, atque ejus rei cauſa plurimos haberet creditores. Itaque tunc, in tanta potentia conſtitutus, cœpit multo gravius luxuriari: magnam diei noctisque partem conſumere in comeſſationibus, crebroque vomere omnia, ut ſola aſſumtione ciborum nutriretur. Qua ex re ſuſtinebat adhuc heluationes, cum cæteri, qui cum eo cœnabant, omnes miſere interirent. [Plurimos enim eosque primarios viros ſemper ad convivium vocabat, ac ſæpenumero apud eos cœnabat.] Ex quibus Vibius Criſpus, quum incidiſſet in morbum, & ob eam cauſam per multos dies non interfuiſſet convivio, facete admodum dixit: ſe, niſi ægrotaviſſet, omnino fuiſſe periturum.

3. Fuit tempus omne principatus Vitellii nihil aliud, quam ebrietas & comeſſationes. Etenim

c καὶ πρόγραμμα. ſi Zonaram liceret auctorem ſequi, hæc ita ſuppleres: καὶ φιλόμαντις ὑπάρχων, καὶ μηδὲ τὸ βραχὺ πράττων ἄνευ αὐτῶν, τότε μὲν τοὺς ἀστρονόμους, ὕστερον δὲ καὶ τοὺς γόητας ἐξήλασε. *d* ἀντιπαρήγγειλαν. ſic Pal. Coisl. Br. & Z. vulgo male ἀντιπαρεσήγγειλαν. *e* τοιοῦτος οἷος. ita ſcribendum eſſe, pro vulgato τοιοῦτος ὅπως, monuit HS. ſed quid erat cur non reciperetur, cum confirmet Z? acceſſit etiam Peir. *f* καὶ τῆς νυκτὸς. horum loco Peir. καὶ τῆς ὥρας ὁμοίως. *g* ἀνταρκεῖν. ſic ſcribendum docuit HS. pro vulgato αὐταρκεῖν, quod legitur etiam apud Z. ſed rectius ἀντιαρκεῖν, Coisl. Br. *h* πολλοὺς γὰρ &c. hæc adjecimus ex Exc. Peir. p. 698. mox Κρίσπος habet RS. & HS. edit. min.

§4. (l. 19.) ἐπεὶ δὲ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐγένετο] *Suetonius* 11. *Urbem ad claſſicum introiit paludatus, ferroque ſuccinctus, inter ſigna atque vexilla, ſagulatis comitibus, ac detectis commilitonum armis.* adde *Tac.* II. 89. infra §25. Ibi *comitia in decem annos ordinavit, ſeque perpetuum conſulem. Suet* 11. Munia imperii Cæcina ac Valens obibant: prætorianis P. Sabinus, Cæcinæ gratia, & Julius Priſcus, Valentis pollens, præpoſiti. *Tac.* II. 92. quin & *magnam imperii partem non niſi conſilio & arbitrio viliſſimi cujusque hiſtrionum & aurigarum adminiſtravit, & maxime Aſiatici liberti. Suet.* 12. *Tac.* II, 95.

§5. (l. 22.) ἀστρολόγους ἐξήλασε] Præmiſſum hoc edictum Lugduno in urbem, dicit *Tacitus* II. 62. ſed forte renovatum poſtea & extenſum eſt ad omne genus hominum ſcurrilium, ut intelligas ex Zonara, in variis lectt. laudato, Cedreno item & *Suetonio* 14. Dies illis ſtatutus erat Kal. Octobris. *ibid.*

§6. (l. 27.) ἐντὸς τῆς ἡμέρας ἐν ᾗ ἐτελεύτησε] *Suetonius* l. c. *ſtatim libellus eſt propoſitus, & Chaldæos dicere, Bonum factum, ne Vitellius Germanicus intra eundem Kalendarum diem usquam eſſet.* Dio autem non videtur ſciviſſe diem utrinque ſtatutum. Nam alioqui non dixiſſet, ἀκριβῶς τὸ γενησόμενον προέγνωσαν, quia Vitellius non intra Kal. Octob. ſed demum XV. Kal. Jan. interfectus eſt. *Tac.* III. 67. *Tillemont* T. I. p 1051. ſq. Putavit ergo, Chaldæos Vitellium intra XV. Kal. Jan. nusquam eſſe juſſiſſe. Aſtrologi ſtatim poſt in urbem redeuntes iterum expulſi a Veſpaſiano. p 749. C.

§7. (l. 31.) οὔτε τῶν ἀνθρωπίνων οὔτε τῶν θείων] *Omni divino humanoque jure neglecto. Suet.* 11. Pertinet huc Pontificis Vitellii edictum de cærimoniis, die Allienſi. §1. magiſtratus in decem annos, conſulatus perpetuus, (*Gruter.* CCXXXIX. 1.) & adminiſtratio imperii, viliſſimi cujusque arbitrio §4. cædes nobilium, æqualium, & ut nonnulli volunt etiam matris Sextiliæ. *Suet.* 14. *Tac.* II. 62. ſq.

§8. (l. 32.) ἀπ᾽ ἀρχῆς τοιοῦτος] Vide *Sueton.* c. 3. ſq. de prioribus Vitellii moribus; & quæ ſupra p. 729. §25. ſqq. De præſentibus *Tacitus* II. 95. *unum ad potentiam iter, prodigis epulis, & ſumtu ganeaque ſatiare inexplebiles Vitellii libidines.*

§9. (l. 37.) δανειστὰς πολλοὺς] *Sueton.* c. 7.

§10. (l. 40.) ἀπλήστως τε ἐμφορούμενος] *Lucianus* Nigrin. 25. T. I. p. 64. ἐμφορεῖσθαι ἀπαραπαλώτερον. *Id.* Timone 54. p. 171. κυνηδὸν ἐμφορούμενος. *Longus* Paſtoral. L. II. p. 40. de voluptate ex oſculis γευσάμενοι τῆς ἐν φιλήμασι τέρψεως, ἀπλήστως ἐνεφορεῖτο τῆς ἡδονῆς. hoc eſt *ſatiare inexplebiles libidines*, ut Tacitus, §8. De Vitellio *Suetonius* c. 13. *homo non profundæ modo, ſed intempeſtivæ quoque ac ſordidæ gulæ.* vide *eund.* 7. *Fœda Vitelli ingluvies* apud *Sidon.* Carm. VII. 108.

§11. (l. 41.) πάντα ἐξεμῶν] Vide locum *Suetonii* infra §21.

§12. (l. 47.) Οὐίβιος Κρίσπος] Vir *jucundus & delectationi natus*, ut ait *Quintilianus* Inſtit. Orat. X. 1, 119. idem, qui de Domitiano illud: *ne muſca quidem*, teſte *Suetonio* Domit. 3. cujus & *Juvenalis* jucundam ſenectutem miteque ingenium prædicat. Sat. IV. 81. Sed eum vetus Scholiaſtes perperam cum Criſpo Paſſieno confundit, quem errorem etiam in Pighio notavit *Ryckius* ad Tac. Ann. VI. 20, 2. quanquam Paſſieni nomen utrique commune fuiſſe ſuſpicatur. Ejusdem meminit *Tacitus* H. IV. 41. 43. *Plinius* lib. XIX. Proœm. velut Africæ Proconſulis. Βίβιος Κρίσπος dicitur in Excerptis Peir. ex *Jo. Antiocheno* p. 817. & inde apud *Suidam* in Βιτέλλιος.

§13. (l. 49.) εἰ μὴ ἐνενοσήκειν] Non accidit ergo Criſpo, quod de paraſitis *Lucianus* Nigrino. 22. T. I. p. 61. ἔνιοι μὲν γὰρ, τὸ κοινότατον, οὐδὲ νοσοῦσι χιλιάζοντες.

A.U.C. 822 Galba II. & T. Vinio COSS.

Etenim pretioſiſſima quæque etiam ab ipſo usque oceano, ne quid dicam amplius, undique terra marique conquiſita, usque adeo ſumtuoſe adparabantur; ut Vitelliana ex eo adhuc tempore cum liba, tum alia quædam edulia nominentur. Quæ omnia quid attinet ſigillatim perſequi? cum conſtet inter omnes, eum, quo tempore principatum tenuit, conſumpſiſſe in cœnas novies millies ſeſtertium. Nam omnes res hujuscemodi pretioſiſſimæ brevi tempore defecerunt, & tamen adeſſe ea omnino oportebat. Patinam quidem unam aliquando apparavit, in quam impendit decies ſeſtertium; linguis, cerebellisque, & jecoribus piſcium, & quarundam avium, in eam conjectis. Hanc patinam, quum fictilis eſſe non poſſet propter magnitudinem, argenteam fecit: eàque diu permanſit, veluti res diis conſecrata, donec Hadrianus eandem conſpicatus, conflari juſſit.

4. Sed quum ſemel de iis rebus mentionem fecerim, illud etiam addendum videtur, domum adeo auream Neronis ei nequaquam ſatisfeciſſe. Quumque nomen, & vitam, moresque ejus omnes, admodum & diligeret & laudaret; hac tamen in re reprehendebat, quod diceret eum male habitaviſſe, uſumque fuiſſe pauca & vili ſupellectile. [Cumque aliquando ægrotaret, aliam ſibi domum, in qua degeret, requiſivit: adeo nihil ipſi Neronianorum placebat.] Vitellii quoque uxor Galeria id deridebat, quod in regia parum muliebris ornatus reperiſſet. Cæterum hi, quia ſumptus hos faciebant de alieno, eos non magnopere computabant; ſed ii, apud quos cœnabant viciſſim, [præter paucos,

τε γὰρ [14] τὰ τιμιώτατα καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ τοῦ ὠκεανοῦ, (ἵνα μηδὲν εἴπω πλέον) καὶ ἐκ τῆς γῆς καὶ ἐκ τῆς θαλάσσης συνήγετο, καὶ πολυτελῶς οὕτως ἐσκευάζετο, ὥστε Βιτελλιανὰ καὶ νῦν ἐξ ἐκείνου καὶ [i] πέμματα καὶ τἄλλα τινὰ βρώματα ὀνομάζεσθαι. καὶ τί ἄν τις καθ᾽ ἕκαστον αὐτῶν καταλέγοι; ὁπότε πρὸς πάντων ὁμοίως ὡμολόγηται, [15] δύο τε αὐτὸν μυριάδας μυριάδων [ii] καὶ δισχιλίας πεντακοσίας ἐν τῷ τῆς ἀρχῆς χρόνῳ ἐς τὰ δεῖπνα δεδαπανηκέναι. ἐπέλιπέ τε γὰρ πάντα τὰ πολυτίμητα δι᾽ ὀλίγου, καὶ ἔδει πάντως αὐτὰ εἶναι. [16] μίαν γοῦν ποτε λοπάδα πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδων ἐσκεύασε, γλώττας τε καὶ ἐγκεφάλους καὶ ἥπατα καὶ ἰχθύων καὶ ὀρνίθων τινῶν ἐμβαλών. καὶ ἐπειδὴ ἀδύνατον ἦν κεραμέαν τηλικαύτην γενέσθαι, ἀργύρου τε ἐποιήθη, καὶ ἔμεινε πολὺν χρόνον, ὥσπερ τι ἀνάθημα, μέχρις οὗ Ἀδριανὸς αὐτὴν ἰδὼν συνεχώνευσεν. B

Ἐπειδὴ δ᾽ ἅπαξ τούτων ἐμνημόνευσα, καὶ ἐκεῖνο προσθήσω, ὅτι οὐδὲ [17] τῇ οἰκίᾳ τῇ τοῦ Νέρωνος τῇ χρυσῇ ἠρκεῖτο, ἀλλὰ καίτοι σφόδρα καὶ [18] τὸ ὄνομα, καὶ τὸν βίον, τά τε ἐπιτηδεύματα αὐτοῦ πάντα [k] καὶ ἀγαπῶν καὶ ἐπαινῶν, ὅμως ᾐτιᾶτο αὐτὸν, κακῶς τε ᾠκηκέναι, καὶ [l] σκευῇ ὀλίγῃ καὶ ταπεινῇ χρῆσθαι λέγων. [m] [νοσήσας γοῦν ποτε ἐζήτησεν οἴκημα ἐν ᾧ κατοικήσει. οὕτως αὐτὸν οὐδὲ τῶν ἐκείνου τι ἤρεσεν.] [19] ἡ γυνὴ δὲ αὐτοῦ Γαλερία, ὡς ὀλίγου ἐν τῷ βασιλικῷ κόσμου εὑρεθέντος, κατεγέλα. ἀλλ᾽ οὗτοι μὲν ἐκ τῶν ἀλλοτρίων ἀναλίσκοντες, οὐδ᾽ ἠρίθμουν τι ἐκ τῶν δαπανωμένων· [n] οἱ δὲ δειπνίζοντες σφᾶς, [20] ἐν μεγάλῳ κακῷ ἐγίγνοντο, [πλὴν ὀλίγων C

i πέμματα Βιτελλ. πόματα Βιταλ. Pal. corrupte utrumque. Sylb. *ii* καὶ δισχιλίας. καὶ χιλίας, Z. perperam. *k* καὶ ἀγαπῶν καὶ ἐπαινῶν. ſic Excerpt Peir. p. 698. ſtilo Dionis convenienter. prius καὶ, vulgo omittitur. *l* σκευῇ. κατασκευῇ, Exc. Peir. *m* νοσήσας γοῦν &c. hæc ſuppeditarunt Exc. Peir. l. c. *n* οἱ δὲ. οἱ δὲ δὴ, RS. mox πλὴν ὀλίγων &c. addita ex Exc. Peir.

§ 14. (l. 53.) τὰ τιμιώτατα καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ τοῦ ὠκεανοῦ] Vide *Tacitum* II. 62. *Sueton.* c. 13. *Eutropium* VII. 12, 2. ſq. & ex eo *Jo. Antiochenum*. *Joſephus* de B. J. lib. IV. c. 11. § 4. ὃν εἰ συνέβη πλείω χρόνον βιῶσαι, ἐπιλιπεῖν αὐτοῦ τῇ λαγνείᾳ τὴν ἡγεμονίαν οἶμαι. quæ *Hegeſippus* IV. 32. ſic expreſſit: *qui ſi diutius vixiſſet, luxuriæ ſumtibus & pretio menſarum Romani imperii opes abliguriſſet.*

§ 15. (l. 60.) δύο μυριάδας μυριάδων] *Tacitus* II. 95. *novies millies HS. pauciſſimis menſibus intervertiſſe creditur.* Zonaras ergo pro δισχιλίας legens χιλίας, manifeſte corruptus eſt. Nam δισχιλίας πεντακοσίας, intellige μυριάδας, nempe δραχμῶν, 25 000 000 drachmas, ſeu 100 000 000 HS. i. e. millies. Atqui δύο μυριάδες μυριάδων faciunt 800. 000 000 HS. i. e. octies millies. Unde juſta ſumma; quæ apud Zonaram manca eſt. Novies millies HS. ſunt ultra 20 milliones uncialium. Conf. *Gronovium* de Pec. Vet. IV. 6. p. 297. ubi Hotomannum & Scaligerum, in hoc calculo mirifice aberrantes, corrigit. δέκα μυριάδας σταθμοῦ ἀργυρίου ἐπὶ δισχιλίαις καὶ πεντακοσίαις, *Jo. Antiochenus* in Exc. Peir. p. 814. & ex eo *Suidas* in Βιτέλλιος.

§ 16. (l. 64.) μίαν γοῦν ποτε λοπάδα] λοπὰς non confundenda cum πίναξι, uti nec *patina* cum *lance*. Vide *Voſſii* Etymol. in *Patina*. Nam ſi lanx fuiſſet, quorſum Dio adderet ἀδύνατον ἦν κεραμέαν τηλικαύτην γενέσθαι? Fictiles lances in menſa Vitellii nemo exſpectabit: argenteam autem pretii 25000 uncialium, & tanti ponderis, quot ſervi portarent, aut quæ menſa ferret? Enimvero cum ſub Claudio Rotundus, diſpenſator Hiſpaniæ citerioris, quingenariam *lancem* haberet, cui fabricandæ officina prius exædificata fuerat, aliasque plures conſimiles, *Plinius* XXXIII. 11. id referens, addit: *quæſo, ut quam multi eas conſervi ejus ferrent, aut quibus cœnantibus?* Nam πίναξ, *lanx* erat, in qua cibi apponebantur; ſed λοπὰς *patina*, operculo plerumque inſtructa, in qua condiebantur & præparabantur piſces aliaque, ſpectans ad τὰ τοῦ μαγείρου σκεύη, apud *Pollucem* VI. 88. X. 95. ad cacabum ſeu ollam accedens, *ib.* X. 106. atque inter κεραμέων σκευῶν ὀνόματα recenſita ibid. X. 122. adde *Athenæum* IV. p. 137. F. Vitellii patinam deſcribit *Suetonius* c. 13. & ob immenſam magnitudinem *clypeum Minervæ* a Vitellio dictam refert, quem ſcilicet ſex & viginti cubitorum amplitudine Athenis fecerat Phidias: deſcribit & *Plinius* XXXV. 12. & *patinarum paludes* memoriæ Vitellii a Mutiano exprobratas tradit: ſicut & *Patinarius* ipſe per convicium poſtea dictus eſt, teſte *Suetonio* c. 17. conf. & *Patinum* ad Sueton. c. 13. qui docet, hunc clypeum Minervæ ſeu patinam in numo repræſentatam falſo exiſtimari.

§ 17. (l. 73.) τῇ οἰκίᾳ τῇ τοῦ Νέρωνος] De domo Neronis aurea dictum paucis p. 708. § 80.

§ 18. (l. 74.) τὸ ὄνομα καὶ τὸν βίον] Vide *Tacitum* II. 71. De inferiis Neroni datis agetur infra p. 736. § 35.

§ 19. (l. 81.) ἡ γυνὴ δὲ αὐτοῦ Γαλερία] Habuit primum uxorem Petroniam. *Suet.* c. 6. forte filiam P. Petronii Turpiliani Cos. A. U. C. 814. conf. *Triſtan.* I. p. 278. vel ſororem ejusdem, ſecundum *Ryckium* ad Tac. II. 64. p. 372. quæ dimiſſa a Vitellio nupſit Dolabellæ, hac de cauſa poſtea interfecto. *Tac.* II. 64. Mox duxit Galeriam Fundanam, prætorio patre [illegible] 6. de qua Tacitus bene ſentit, cum & Trachalum [illegible] criminantes protexerit. II. 60. & generatim no[illegible] bus fuerit. II. 64. Hinc Dioni fidem ne[illegible] des XII. Ceſars. p. 464. 478. & Tillem[illegible] p. 648. Quanquam ſtare una poſſunt mite ingenium & [illegible] filiam, filiumque ex ea habuit, & hunc quidem, pæne mutum, Germanicum cognominatum, quem Mucianus poſtea interfecit. *Suet.* l. c. & 8. 3. *Tac.* II. 59. III. 66. IV. 80.

§ 20. (l. 86.) ἐν μεγάλῳ κακῷ] *Suetonius* 13. *Indicebat autem aliud alii eadem die; nec c*[illegible] *ratus quadringenis millibus numum* [illegible] l. e. 10000 uncialibus.

D. ὀλίγων οἷς τι ἀνταπεδίδου.] καίπερ οὐδ' ὅλης τῆς ἡμέρας οἱ αὐτοὶ [o] εἱςίων αὐτόν· ἀλλ' ἄλλοι μὲν ἀκρατίσαϑαι παρεῖχον, [p] ἄλλοι δὲ ἀριςῆσαι, ἕτεροι δὲ δεῖπνον, ἕτεροι [21] μεταδόρπιά τινα πλησμονῆς παραμύϑια. [q] [πάντες γὰρ οἱ δυνάμενοι, ἑςιᾷν αὐτὸν ἐσπούδαζον.] καὶ [22] ἑκατόν γε αὐτόν φασι μυριάδας ἐς δεῖπνον ἀναλῶσαι. [r] [καὶ τὰ γενέϑλια αὐτοῦ ἐπὶ δύο ἡμέρας ἑορτάζετο, καὶ [23] ϑηρία καὶ ἄνδρες πολλοὶ ἀπεκτάνϑησαν. τοιούτου τοῦ Βιτελλίου ὄντος, [24] οὐδ' οἱ ςρατιῶται ἐσωφρόνουν· ἀλλὰ καὶ ὕβρεις καὶ ἀσέλγειαι ὑπ' αὐτῶν πολλαὶ πανταχοῦ ὁμοίως ἐγίγνοντο.]

Γέλωτα μέντοι ὁ Βιτέλλιος πολλοῖς παρεῖχεν. ὁρῶντες γὰρ ἄνδρα σεμνοπροσωποῦντα ἐν ταῖς δημοσίαις προόδοις, ὃν ᾔδεσαν πεπορνευκότα· καὶ [25] ἐφ' ἵππου βασιλικοῦ καὶ ἐν χλαμύδι πορφυρᾷ, ὃν ἠπίςαντο τοὺς [26] ἀγωνιςὰς ἵπ-
E πους ἐν τῇ οὐενετίῳ ἐσϑῆτι ψήχοντα· μετά τε ὄχλου ςρατιωτῶν τοσούτου ἐς τὸ Καπιτώλιον ἀνιόντα, ὃν οὐδεὶς οὐδὲ ἐν τῇ ἀγορᾷ πρότερον διὰ τὸ [27] τῶν δανειςῶν πλῆϑος ἰδεῖν ἐδύνατο· καὶ προσκυνούμενον πρὸς πάντων, ὃν οὐδεὶς [28] οὐδὲ φιλῆσαί ποτε ἡδέως ἠϑέλησεν· οὐκ εἶχον ὅπως τὸν γέλωτα κατάσχωσιν. οἵ γε μὴν δεδανεικότες τι αὐτῷ, ἐξορμῶντος μὲν αὐτοῦ ἐς τὴν Γερμανίαν, ἐπελάβοντο, καὶ μόλις ποτὲ κατεγγυηϑέντα αὐτὸν ἀπέλυσαν· τότε δὲ οὐχ ὅσον οὐ κατεγέλων, ἀλλὰ καὶ
736 ἐϑρήνουν καὶ κατεκρύπτοντο. καὶ αὐτοὺς ἀναζητῶν, [29] τήν τε σωτηρίαν σφίσιν ἐς τὸ ὀφειλόμενον ἀποδιδόναι ἔλεγε, καὶ τὰ συμβόλαια ἀπῄτει.

[s] [οὕτω δὲ βιοὺς, οὐκ ἄμοιρος ἦν παντάπασι καὶ καλῶν ἔργων. [30] τό τε γὰρ ἐπὶ Νέρωνος, καὶ τὸ ἐπὶ Γάλβου,

A.U.C.822 Galba II. & T. Vinio COSS.

cos, quibus retribuit nonnulla,] magno incommodo afficiebantur; licet convivium non ab uno per totum diem præberetur. Dabant enim alii jentacula, alii prandium, alii cœnam, alii comeſſationes, veluti ſatietatis ſolatia: [quippe omnes opibus inſtructi eum convivio excipere certatim feſtinabant.] Ajuntque eum impendiſſe in cœnam quandam quadragies ſeſtertium. [Natalis quoque ejus celebratus eſt biduo ludis, in quibus multæ feræ, multi homines occiſi. Hujusmodi cum eſſet Vitellius, ne milites quidem modeſtius agebant, ſed multa paſſim inſolentiæ ac libidinis edebant documenta.]

5. Vitellius interim pleriſque riſum excitabat. Quum enim eum viderent gravitatem in vultu præ ſe ferre, quoties in publicum prodiret, cujus ſtupra ante cognoverant; vehique equo regio, ornatum chlamyde purpurea, quem ſciebant veneto veſtitu certatores equos abſterſiſſe; deinde cum tanta manu militum eſcendere in Capitolium, quem nemo ante, ne in foro quidem, propter multitudinem creditorum, conſpicere potuerat; poſtremo adorari ab omnibus, quem ne oſculari quidem libenter voluerat quisquam: tenere riſum non poterant. At ii, qui pecunias ei crediderant, cum proficiſcentem in Germaniam comprehendiſſent, & vix datis fidejuſſoribus dimiſiſſent: tunc tantum aberant a riſu, ut etiam lugentes ſeſe occultarent. Vitellius vero requiſitis creditoribus, reddere ſe illis ſalutem dixit pro credita pecunia, & ſyngraphas repopoſcit.

6. [Inter hæc vitia non prorſus expers fuit virtutis. Monetam enim, ſub Nerone, Galba, Othone

[o] ἀςίων. ἀςίαζον, Exc. Peir. [p] ἄλλοι δὲ ἀριςῆσαι, ἕτεροι δὲ δεῖπνον, οἱ δὲ ἀριςῆσαι, οἱ δὲ δεῖπνον, Exc. Peir. [q] πάντες γὰρ. vide ibid. ſequebatur autem in Xiph. ὥςε ὀλίγων ἡμερῶν διελϑουσῶν ἑκατὸν εἰς τὸ δεῖπνον μυριάδας ἀναλῶσαι, pro quibus veriora ex iisdem Exc. repoſui. [r] καὶ τὰ γενέϑλια &c. debentur hæc Exc. Peir. [s] οὕτω δὲ βιοὺς, &c. temperare mihi non potui, quin hæc ex Zonara infererem, quæ Dio non videtur potuiſſe præterire. ita & viſum Valeſio § 34.

§ 21. (l. 90.) μεταδόρπια] *Suetonius* in Vitellio cap. 13. *Epulas* inquit, *trifariam ſemper, interdum quadrifariam diſpertiebat, in jentacula & prandia & cœnas comeſſationesque, facile omnibus ſufficiens vomitandi conſuetudine.* Quas Suetonius comeſſationes, Dio μεταδόρπια dicit παραμύϑια πλησμονῆς: quæ verba mutuatus eſt Dio ex *Platone* (Poëta Comico) in Atlantico, ubi Plato felicitatem Atlanticæ inſulæ prædicat his verbis: ὅσα τε παραμύϑια πλησμονῆς μεταδόρπια ἀγαπητὰ κάμνοντι τιϑέμενα, πάντα ταῦτα ἡ τότε νῆσος οὖσα ἔφερε. Græci etiam ἐπιδορπίσματα, ἐπιφορήματα & τραγήματα & δευτέρας τραπέζας vocant, ut docet *Athenæus* lib. IV. (cap. 10. p. 640. E.) ubi & illum Platonis locum ex Atlantico adducit. Latini autem ſecundas menſas, bellaria, apophoreta, comeſſationes. Sic enim *Suetonius* in Caligula cap. 55. *Agitatori comeſſatione quadam in apophoretis vicies ſeſtertium detulit.* Et in Domitiano cap. 21. VALES.

Tempora epulandi per diem quot fuerint veteribus, & quid ἀκράτισμα, ἄριςον, ἑσπέρισμα, & δεῖπνον ſeu ἐπιδόρπιον, erudite explicat *Politus* ad Euſtath. T. I. p. 461. ſq. vide & *Jo. Meurſium* ad Lycophr. v. 471.

§ 22. (l. 92.) ἑκατόν γε αὐτόν φασι μυριάδας] Sunt 4000 000 HS. ſeu 100000 unciales. Nec multum abeunt *quina Vitelli millia, famoſi ventris damnata barathro*, apud *Sidonium* Carm. V. 324. ſi intelligas ſeſtertia. vid *Lipſium* ad Tac. II. 95. Corruperat hæc Xiphilinus, quaſi ab amicis per complures dies inſumta eſſent. Sed Dio de ipſius Vitellii cœna una loquitur, privatorum impenſas, de quibus § 20. decuplo ſuperante.

§ 23. (l. 95.) ϑηρία καὶ ἄνδρες] Sævum Vitellii ingenium his verbis notatur, qui ne natali quidem ſuo a cædibus abſtinebat. Idem in Caracalla reprehendit *Dio* lib. LXXVII. (p. 878. E. Adde de Vitellio *Tacitum* II. 95.) VALES.

§ 24. (l. 97.) οὐδ' οἱ ςρατιῶται ἐσωφρόνουν] *Tacitus* II. 76. *Si quid ardoris ac ferociæ miles habuit, popinis & comeſſationibus, & Principis imitatione deteritur.* Id. c. 73. *ipſe exercitusque, ut nullo æmulo, ſævitia, libidine, raptu, in externos mores proruperunt.* Vide & II. 62. & 93.

§ 25. (l. 3.) ἐφ' ἵππου βασιλικοῦ καὶ ἐν χλαμύδι &c.] Ut in ingreſſu in urbem, *inſigni equo, paludatus.* Tac. II. 89. De equo inſigni Imperatorum vide *Lipſium* ad Annal. XV. 7. not. 5. Inter Arſchotanos eſt numus XXIII. 21. in quo Vitellius paludatus equo inſidens cum addito ADVENTUS AUGUSTI.

§ 26. (l. 4.) ἀγωνιςὰς ἵππους ἐν τῇ οὐενετίῳ] *Cajo* jam fuerat *per aurigandi ſtudium familiaris.* Suet. 4. Sed quoniam Caligula Praſinæ factioni admodum favebat, p. 692. § 42. vix puto Vitellium tunc ἀντιςασιώτας voluiſſe ſuum ſtudium probare. Cœpit hoc demum poſtea, & Vitellium fecit Germaniæ præſidem & tandem Imperatorem. Nam quod a Galba in Germaniam mitteretur, *adjutum putant T. Vinii ſuffragio, tunc potentiſſimi, & cui jam pridem per communem factionis Venetæ favorem conciliatus eſſet. Suet.* 7. Tanta autem humilitate colebant hæc ſtudia, ut nullum equiſonis aut agitatoris officium a ſe alienum ducerent. Vitellius etiam, poſtea Imperator, tantopere perſtitit in partibus, ut *quosdam de plebe, ob id ipſum quod Venetæ factioni clare maledixerant, interemerit. Suet.* 14.

§ 27. (l. 8.) τῶν δανειςῶν πλῆϑος] *Dio* p. 734. C. *Suet.* 7.

§ 28. (l. 10.) οὐδὲ φιλῆσαι] Propter oris impuritatem: ut Seneca Neronem. p. 694. D. Vide *Lucianum* in Nigrino c. 21. T. I. p. 60.

§ 29. (l. 17.) τήν τε σωτηρίαν σφίσιν] At *Suetonius* 14. *tum fœneratorum & ſtipulatorum, publicanorumque, qui unquam ſe aut Romæ debitum, aut in via portorium flagitaſſent, vix ulli pepercit.*

§ 30. (l. 20) τό τε γὰρ ἐπὶ Νέρωνος] Nam conflari aliae ſolebant Imperatorum, qui inviſi fuiſſent, numi. Vide quæ de hac re jam protulit *Fabricius* ad p. 679. E. Quanquam Neronis numis, poſt ejus mortem a Senatu pretium abrogatum eſſe ex Ariano conjicit *Triſtanus* T. I. p. 209.

A.U.C.822 Galba II. & T. Vinio COSS.

Othone cuſam, retinuit, imaginibus eorum nihil offenſus: & quæ donata quibuſdam fuerant, omnia rata habuit, neque cuiquam vel minimum eripuit. Non magis reſidua, quæ ex contributionibus debebantur, exegit, aut bona cujusquam publicavit: paucisque admodum Othonianæ factionis occiſis, cognatos eorum hæreditate non privavit. Eorum item cognatis, qui prius interfecti erant, ea reſtituit omnia, quæ adhuc in publico reperiebantur. Neque teſtamenta adverſariorum, qui in bello ceciderant, reprehendit. Vetuit, ne ſenatores, neve equites in arena pugnarent, aut in orcheſtra ſe ſpectandos præberent: atque ob hæc laudem meruit.]

7. Venit & crebro in theatra, ut ad ſe plebis animos alliceret. Cœnavit familiariter cum optimatibus, ut eos ſibi vel maxime devinciret. Valde meminerat veterum vitæ ſodalium, eosque magno habebat in honore. Neque enim ſe indignum putabat, ſi aliquem ex iis agnoſcere videretur: quod plerique faciunt, qui elati maximis & inſperatis honoribus, oderunt eos, a quibus ſe norunt humiles antea & abjectos cognitos fuiſſe. [Vitellius autem, cum ei in ſenatu Helvidius Priſcus contradixiſſet, atque in milites etiam eſſet invectus, tribunos quidem plebis appellavit, quaſi eorum egeret auxilio; cæterum neque ipſe Priſcum ulla in re læſit, neque ab tribunis lædi paſſus eſt. Converſa etiam ad Patres oratione: “ nolite, „ inquit, “ mirari, P. C. quod duo veſtri ordinis diſſentimus. „ Atque ob id factum mitis animi laudem tulit. Verum quod Neronem ſtudebat imitari, quodque ei inferias feciſſet, ac præterea, quod tam profuſos in epulas ſumtus impenderet: id quidem placuit nonnullis, ſed cordati

Γάλβου, τοῦ τε Ὄθωνος κοπὲν νόμισμα ἐτήρησεν, οὐκ ἀγανακτῶν ταῖς εἰκόσιν αὐτῶν· καὶ ὅσα τισὶν ἐδεδώρηντο, ἐφύλαξε, μηδένα μηδὲν ἀφελόμενος· [illegible] καὶ οὔτε τὰ ἐκ τῶν συντελειῶν ἐποφλη[illegible] [illegible]εν, οὔτε οὐσίαν τινὸς ἐδήμευσεν· ὀλί[illegible] μ[illegible] [illegible]ανυ [31] τῶν τὰ Ὄθωνος πραξάντων ἀπο[illegible] [illegible] μηδὲ τὰς ἐκείνων μέν τοι οὐσίας του[illegible] [illegible]τας σφῶν ἀποστερήσας. καὶ τοῖς οἰκείοις δὲ τῶν πρότερόν ποτε θανατωθέντων ἐδωρήσατο πάντα, ὅσα ἐν τῷ δημοσίῳ εὕρηντο. ἀλλ᾽ οὐδὲ τὰς διαθήκας τῶν ἀντιπολεμησάντων αὐτῷ, καὶ ἐν ταῖς μάχαις πεσόντων ᾐτιάσατο. ἀπηγόρευσε δὲ καὶ [32] τοῖς βουλευταῖς καὶ τοῖς ἱππεῦσι μονομαχεῖν, ἢ ἐν ὀρχήστρᾳ θέαν τινὰ παρέχειν. καὶ διὰ ταῦτα ἐπῃνεῖτο.]

[33] Ἐπεφοίτα δὲ καὶ τοῖς θεάτροις συνεχῶς, ὥστε καὶ τὸν ὅμιλον [t] ἀπ᾽ αὐτῶν ἀναρτᾶσθαι. συνεσίτει δὲ καὶ τοῖς δυνατωτάτοις ἀπλοϊζόμενος, ὥστε αὐτοὺς ἔτι καὶ μᾶλλον προσεταιρίζεσθαι· τῶν τε ἀρχαίων συμβιωτῶν ἰσχυρῶς ἐμέμνητο, καὶ πάνυ αὐτοὺς ἐτίμα· οὐκ ἀπαξιῶν γνωρίζειν τινὰ αὐτῶν δοκεῖν, ὥσπερ ἕτεροι. πολλοὶ γὰρ ἐπὶ μέγα παραλόγως ἀρθέντες, μισοῦσι τοὺς συνειδότας σφίσι τὴν ἐν τῷ πρὶν ταπεινότητα. B

[u] [ὁ δὲ Βιτέλλιος, Πρίσκου ἀντειπόντος τι αὐτῷ ἐν τῷ συνεδρίῳ, καὶ τινα καὶ τῶν στρατιωτῶν καταδραμόντος, ἐπεκαλέσατο μὲν τοὺς δημάρχους, ὡς καὶ τῆς παρ᾽ αὐτῶν ἐπικουρίας δεόμενος· οὔτε δὲ αὐτός τι κακὸν τὸν Πρίσκον εἰργάσατο, οὔθ᾽ ὑπ᾽ ἐκείνων παθεῖν εἴασεν· ἀλλὰ καὶ ἔφη, ὅτι [34] “ Μὴ [x] ταράττεσθε, πατέρες, μηδ᾽ ἀγανακτεῖτε, εἰ “ δύο ἄνδρες ἐξ ὑμῶν διενέχθημέν τι πρὸς ἀλ“ λήλους. „ καὶ τοῦτο ἐξ ἐπιεικείας πεποιηκέναι ἔδοξεν. ὅτι μέντοι τὸν Νέρωνα μιμεῖσθαι ἤθελε, καὶ [35] ἐνήγισέ τε αὐτῷ, καὶ ὅτι τοσαῦτα ἐς τὰ δεῖπνα ἀνήλισκεν, οἱ μὲν ἄλλοι κατὰ

t ἀπ᾽ αὐτῶν. retineri poteſt: poteſt tamen & ſingulariter legi ἀπ᾽ αὐτοῦ. Sylb. u ὁ δὲ Βιτέλλιος, &c. hoc Excerptor. Peir. fragmentum p.701. videtur cum ſuperiori ex Zonara probe conſentire. x ταράττεσθε. ταράττεσθαι, MS. perperam.

§31. (l.26.) τῶν τὰ Ὄθωνος πραξάντων] Interfecti CXX. illi, qui ob Galbam interemtum præmia ab Othone per libellos petierant. Tac. I. 44. *Suet.* 10. ſupra p. 730. § 40. promtiſſimi item centuriones Othonianorum; ſed ceteri partium aut familiæ Othonis nec vita nec bonis læſi ſunt. *Tac.* II. 60. ſq. *Dion.* p. 743. E.

§32. (l.32.) τοῖς βουλευταῖς καὶ τοῖς ἱππεῦσι μονομαχεῖν] *Tacitus* II. 62. *Cautum ſevere, ne equites Romani ludo & arena polluerentur: priores id principes pecunia & ſæpius vi perpulerant.* Perpulit ſane Nero p. 697. ſq. ceteri tantum furori indulſerant. Vide de Cæſare p. 225. D. de Auguſto p. 377. A. 460. A. 586. E. de Tiberio p. 611. B. de Cajo & Claudio p. 669. D. imo interdictis, quanquam fruſtra, iverant obviam. p. 383. A. 522. A.

§33. (l.36.) ἐπεφοίτα δὲ καὶ τοῖς θεάτροις] *Tacitus* II. 91. *Omnem infimæ plebis rumorem in theatro ut ſpectator, in circo ut fautor affectavit.*

§34. (l.51.) μὴ ταράττεσθε πατέρες] *Tacitus* lib. II. Hiſt. (c. 91.) id ſic refert: *Nihil novi accidiſſe reſpondit, quod duo Senatores in rep. diſſentirent: ſolitum ſe etiam Thraſeæ contradicere.* Dio hanc poſtremam ſententiæ partem non adjecit, in qua tamen non mediocris ineſt importunitas. Porro hoc fragmentum locari debet pag. 736. ubi quædam Vitellii facta laude digna referuntur: quibus addenda ſunt ea quæ ex Dione refert Zonaras in Vitellio usque ad hæc verba: καὶ διὰ ταῦτα μὲν ἐπῃνεῖτο, καὶ ὅτι Πρίσκου ἀντειπόντος &c. ut hic a nobis edita ſunt. VALES.

§35. (l.56) ἐνήγισέ τε αὐτῷ] *Tacitus* lib. II. c. 95. *Lætum fœdiſſimo cuique, apud bonos invidiæ fuit, quod ſtructis in campo Martio aris inferias Neroni feciſſet.* *Suetonius* quoque c. 11. *medio Martio campo, adhibita publicorum ſacerdotum frequentia, inferias Neroni dedit.* VALES.

Inferiæ Dis manibus fiebant extra urbem: boves & oves atri coloris, infulis cæruleis ſeu nigris infulati, mactabantur, hoſtiæque detracta pelle ſolidæ adolebantur: quibus ardentibus, lac, ſanguis, mel, oleum, merum, libaminis loco infundebatur. Vide Illuſtr. *Noriſium* ad Cenotaphium Piſanum Diſſ. III. c. 5. p. 389. ſqq. Inferiæ factæ in Campo Martio: nam Nero, teſte *Suetonio* Ner. 50. conditus erat gentili Domitiorum monumento, quod proſpicitur e campo Martio, impoſitum colli hortulorum. *Jo. Antiochenus* in Exc. Peir. p. 817. (quem *Suidas* ſequitur:) ἐκεῖνα δὲ τὰ τοῦ Νέρωνος, καὶ τὸν νεκρὸν τοῦ Νέρωνος ἐς κοῖλόν τινα καὶ ἀφανῆ τάφον καλυπτόμενον ἀπεσέμνυναν. *Pæanius* Eutropii interpres: VII. 12. 4. τόν τάφον τε αὐτῷ λαμπρότερον ἐποίησε γενέσθαι· κατορώρυκτο γὰρ ἀσήμως.

§36. (l.63.) παρὰ τὸ καθεστηκὸς δὶς ἐκλελοιπέναι] Idem ex Dione *Zonaras* p. 574. D. Vide autem quam liberales ſint veteres in eclipſibus fingendis, neſcio an ſtatim ex atra quadam nubecula obducta.

§37. (l.65.) ἡλίους δύο] Parhelium, res notiſſima [illegible] adeo mirum, alterum ſolem fuiſſe pallidiorem. Conf [illegible] *ſendum* in hiſtoria quatuor parheliorum Romæ c[illegible] 1629. d. 20 Mart. T. III. Opp. p. 661. Taceo *J*[illegible] *Hugenii* aliorumque ſcripta.

§38. (l.71.) Διὸς ναὸς αὐτόματος — ἀν[illegible] Vide ſupra, p. 726. §139.

§39. (l.74) ὁ Οὐεσπασιανὸς Ἰουδαί[illegible] T. Flavius Veſpaſianus, patre T. Flavio, co[illegible] Veſpaſia Polla, natus in Sabinis, [illegible] XV. Kal. Dec. (d. 17. Nov. ſic & vetus K[illegible] *cius* Bibl. Vind. lib. IV. p. 287[illegible] Narciſſi gratia, legatus legion[illegible] tanniam miſſus, tricies cum [illegible] gentes.

A.U.C. 822 Galba II. & T. Vinio COSS.

τὰ τοῦτ' ἔχαιρον· οἱ δὲ δὴ νοῦν ἔχοντες ἤχθοντο, εὖ ἐπιστάμενοι, ὅτι οὐδὲ τὰ ἐξ ἁπάσης τῆς οἰκουμένης χρήματά οἱ ἀρκέσει.]

Πράττοντι [y] δ' αὐτῷ ταῦτα, σημεῖα πονηρὰ ἐγένετο. καὶ γὰρ κομήτης ἀστὴρ ἐφαντάσθη· καὶ ἡ σελήνη [36] παρὰ τὸ καθεστηκὸς δὶς ἐκλελοιπέναι ἔδοξε· καὶ γὰρ τεταρταία καὶ ἑβδομαία ἐσκιάσθη. καὶ [37] ἡλίους δύο ἅμα, ἔκ τε τῶν ἀνατολῶν καὶ ἐκ τῶν δυσμῶν, τοῦτον μὲν ἀσθενῆ καὶ ὠχρὸν, ἐκεῖνον δὲ λαμπρὸν καὶ ἰσχυρὸν εἶδον. ἔν τε τῷ Καπιτωλίῳ ἴχνη πολλὰ καὶ μεγάλα δαιμόνων τι-
C νῶν, ὡς καὶ κατεληλυθότων ἀπ' αὐτοῦ, ἑωράθη· καὶ ἔλεγον οἱ στρατιῶται οἱ τὴν νύκτα ἐκείνην αὐτῷ ἐγκεκοιτηκότες, ὅτι ὁ τοῦ [38] Διὸς ναὸς αὐτόματος σὺν πολλῷ κτύπῳ ἠνεῴχθη, ὥστε τινὰς τῶν φυλάκων ἐκπλαγέντας ἀποψύξαι. ἐπράχθη δὲ ταῦτα, καὶ [39] ὁ Οὐεσπασιανὸς Ἰουδαίοις πολεμῶν, [a] [τῷ μὲν Γάλβᾳ αὐταρχήσαντι [40] τὸν υἱὸν ἔπεμψε Τίτον, προσεροῦντα αὐτόν. ἐπανελθόντος δὲ τοῦ Τίτου, ἐπεὶ καθ' ὁδὸν ἐμεμαθήκει τὴν] τοῦ Βιτελλίου καὶ τὴν τοῦ Ὄθωνος ἐπανάστασιν, [41] ἐβουλεύετο ὅ, τι χρὴ πρᾶξαι. [ἦν μὲν γὰρ ὁ Οὐεσπασιανὸς οὔτ' ἄλλως προπετὴς, καὶ ἐς ταραχώδη οὕτω πράγματα καὶ πάνυ ὤκνει ἑαυτὸν καθεῖναι.] ἀλλ' ἥ τε τῶν ἀνθρώπων εὔνοια πολλὴ ἦν πρὸς αὐτὸν, (ἡ γὰρ [42] ἐκ τῆς Βρεττανίας δόξα, καὶ ἡ ἐκ τοῦ ἐν χερσὶ πολέμου εὔκλεια, [43] τό, τε ἐπιεικὲς καὶ φρόνιμον αὐτοῦ,
D πρὸς ἐπιθυμίαν σφᾶς ἦγε τῆς παρ' αὐτοῦ προστασίας) [44] καὶ [b] ὁ Μουκιανὸς [45] ἰσχυρῶς προσέκειτο, ἐλπίσας τὸ μὲν ὄνομα τῆς ἀρχῆς [c] ἐκεῖνον ἕξειν, καὶ αὐτὸς δὲ διὰ τὴν ἐπιείκειαν αὐτοῦ [46] ἰσομοιρήσειν. [47] αἰσθόμενοι δὲ οἱ στρατιῶται τούτων, καὶ περιστάντες τὴν σκηνὴν αὐτοῦ, ἀνεῖπον αὐτὸν αὐτοκράτορα.

Ἐξεγένει

cordati graviter tulerunt, quippe qui ſatis intelligerent, ne terrarum quidem orbis divitias ipſi ſuffecturas eſſe.]

8. Dum hæc agebat, extitere ſiniſtra prodigia. Nam & cometes apparuit, & luna contra rationem ſtatuti temporis bis viſa eſt deficere: quarto enim, & ſeptimo die obſcurata eſt. Præterea ab ortu & ab occaſu duo ſoles viſi ſunt eodem tempore: quorum hic erat imbecillis & pallidus, ille ſplendorem viresque magnas habebat. Inventa quoque ſunt in Capitolio multa & magna veſtigia quorundam deorum, qui ex eo diſceſſiſſe videbantur: renuntiatumque eſt a militibus, qui ea nocte in excubiis ibi fuerant, templum Jovis ſua ſponte cum magno fragore apertum eſſe, atque ob eam cauſam nonnullos cuſtodes perterritos & exanimatos fuiſſe. Interim dum hæc geruntur, Veſpaſianus, qui bellum cum Judæis gerebat, [filium Titum ad Galbam Imperatorem ſalutandum miſit. Tito autem reverſo, quod in via] de Othonis & Vitellii motibus comperiſſet, deliberare cœpit, quid ſe facere oporteret. [Erat Veſpaſianus haudquaquam præcipiti ingenio, & in tam turbida negotia conjicere ſe multum cunctabatur;] at ſumma erat in eum benevolentia omnium, non ſolum propter gloriam belli Britannici, ejusque quod tum gerebatur, ſed etiam propter æquitatem & prudentiam ipſius: quibus rebus adducebantur, ut ſe ab eo regi cuperent. Inſtabat & Mucianus vehementer, quod illum quidem ſperaret nomen imperatoris habiturum; ſed futurum tamen & ſe, propter illius æquitatem, imperii ex æquo participem. Quibus cognitis rebus, milites circumſiſtunt tabernaculum Veſpaſiani, eumque imperatorem renuntiant.

9. Neque

y πράττοντι δ' αὐτῷ ταῦτα, &c. hæc & ſequentia ita incipit narrare Zon: ἐπὶ τούτοις ἠγγέλθη αὐτῷ ἡ ἐν Ἰουδαίᾳ κατ' αὐτοῦ ἐπανάστασις. καὶ δεινῶς κατέδεισε δι' αὐτὴν, ἄλλων τε συμβάντων σημείων καὶ τῆς σελήνης. poſt portenta autem pergit: ἐπράχθη δὲ τὰ τῆς ἀναστάσεως ὧδε. Οὐεσπασιανὸς &c. *a* τῷ μὲν Γάλβᾳ &c. hæc iterum ex Zon. ſed tanto certior ſum, hæc ſi non totidem verbis, tamen non multum abeuntibus, Dionis eſſe, quia Zon. addit, κατὰ τὸν Δίωνα, ac deinde ex Joſepho aliam ſubjungit narrationem, quo pacto Veſpaſianus ad imperium affectandum ſit permotus. *a* ἦν μὲν γὰρ ὁ &c. paucula hæc ex Exc. Peir. p. 701. vix alio loco magis commode poſſunt inſeri. *b* καὶ ὁ Μουκ. fortaſſe legendum καὶ οἱ ὁ Μουκ. Sylb. ſed pronomina hujusmodi ſæpe omittuntur. Zonaras Mucianum vocat τὸν τῆς Συρίας ἡγούμενον. *c* ἐκεῖνον. ſic HS. edit. maj. Sylb. & L. ἐκεῖ corrupte RS. & HS. edit. min.

gentes, ſuperque XX. oppida cum inſula Vecte (Wight) in deditionem redegit, partim ſub Aulo Plautio, partim Claudii ipſius ductu. Sub Nerone Africam adminiſtravit. Neronem deinde peregrinatione Achaica comitatus, ad motus Judæorum comprimendos, aſſumto filio legato, miſſus eſt. *Sueton.* Veſpaſ. c. 1—4. *Tac.* H. I. 10. *Joſeph.* B. J. lib. III. c. 1. §2. ſq. Uxor Flavia Domitilla, ex qua Titus, Domitianus & Domitilla, ipſo privato adhuc deceſſit. *Suet.* c. 3. *Vict.* Epit. X. 1. licet deinde, pariter ut filia, Diva & Auguſta dicta in nummo apud *Spanhem.* Diſſ. XI. p. 284. ſq. *Goltzium* p. 52.

§40. (l. 76.) τὸν υἱὸν ἔπεμψε Τίτον] Vide *Tac.* I. 10. II. 1. *Sueton.* Tit. 5. *Joſeph.* IV. c. 9. §2. *Hegeſippum.* IV. 20.

§41. (l. 79.) ἐβουλεύετο ὅ τι χρὴ πρᾶξαι] Filius in itinere ad Patrem reverſurus Venerem Paphiam conſulit. *Tac.* II. 1. ſqq. *Suet.* Tit. 5. De Patre deliberante, *Tacitus* II. 74. ſqq. qui & mathematicos & Deum Carmelum interrogaſſe dicitur. c. 78. *Suet.* Veſp. 5. imo & Apollonius ab eo in Ægypto conſultus traditur *Philoſtrato* V. 28. ſq. ſed ea ratione quæ fidem vix invenerit. Serapidem tamen adiiſſe, ſed ſerius, certum eſt ex *Sueton.* 7. & *Tacito* IV. 82.

§42. (l. 84.) ἐκ τῆς Βρεττανίας δόξα] Vide ſupra §39. & ad p. 678. D. Ea de re triumphalia ornamenta & brevi duplex ſacerdotium, tum & conſulatum A. U. C. 804. acceperat. *Suet.* Veſp. 4.

§43. (l. 86.) τό τε ἐπιεικὲς] Famoſum tamen & inviſum ejus proconſulatum in Africa fuiſſe, ſcribit Tacitus II. 97. Idem I. 50. *ambigua de Veſpaſiano fama, ſolusque omnium ante ſe principum in melius mutatus eſt.* Ad ſorditiem usque avarum faciunt plurimi. Attamen *Suetonius* 4. Africam integerrime, nec ſine magna dignatione adminiſtraſſe, certe nihilo opulentiorem inde rediiſſe, dicit.

§44. (l. 88.) καὶ ὁ Μουκιανὸς] M. Licinius Craſſus Mucianus (non, Mutianus. v. *Lipſ.* ad Tac. H. II. 4. not. 9.) cujus ter conſulis meminit *Plinius* XII. 1. XXVIII. 2. fin. XXXV. 12. ſcilicet ſuffecti ſemper A. U. C. 805. 823. 828. cujus & ingenium deſcribit *Tacitus* H. I. 10. conf. *Dionem* p. 745. Syriam tum & quatuor legiones obtinebat. *Tac.* ibid.

§45. (l. 88.) ἰσχυρῶς προσέκειτο] Quanquam antea, vicinis provinciarum adminiſtrationibus, invidia diſcors; *Suet.* Veſp. 6. poſuerat nunc odium. *Tac.* II. 5. Orationem ſuaſoriam Muciani habes apud *Tacitum* II. 76. conf. & *Joſephum* de B. J. lib. IV. c. 10. §3. *Suet.* 6.

§46. (l. 91.) ἰσομοιρήσειν] *Socium magis imperii quam miniſtrum agens.* *Tac.* II. 83. Vide illum pro arbitrio res conſtituentem cum Domitiano apud *Dionem* p. 745. adde *Tac.* H. IV. 4. 39.

§47. (l. 91.) αἰσθόμενοι δὲ οἱ στρατιῶται] Primum Mœſiaci exercitus duo millia Veſpaſiani nomen vexillis ſuis inſcripſerunt: tum Tiberius Alexander præfectus Ægypti primus in verba Veſpaſiani legiones adegit Kal. Jul. A. U. C. 822. qui principatus dies in poſterum obſervatus eſt. Judaicus deinde exercitus V. Id. Jul. ſecundum Suetonium, rectius V. Non. Jul. ex Tacito, apud ipſum juravit. vide *Tac.* II. 6. 79. 85. *Suet.* Veſp. c. 6. conferatur & *Joſephus* lib. IV. c. 10. §4. & ex eo *Zonaras.* Ante Idus Julias Syria omnis in eodem ſacramento fuit. *Tac.* II. 81.

A.U.C.822 Galba II. & T. Vinio COSS.

9. Neque vero defuere Veſpaſiano prodigia & ſomnia, quibus ei futurum imperium longo tempore ante ſignificatum fuerat; eaque nos, quum ad vitam ejus ventum erit, attingemus. Tunc autem Veſpaſianus Mucianum in Italiam, contra Vitellium miſit: ipſe inſpectis rebus Syriæ, præfectisque aliis ducibus bello Judaico, in Ægyptum contendit; ibique pecuniam, qua maxime ei opus erat, itemque frumentum collegit, ut ejus quam poſſet plurimum Romam mitteret. Legiones vero, quæ erant in Myſia, cognitis iis, quæ de Veſpaſiano referebantur, ne Muciano quidem exſpectato, quem audiebant eſſe in itinere, Antonium Primum ducem deligunt. Is Nerone imperante miſſus ex judicii ſententia fuerat in exſilium, poſt vero a Galba reſtitutus, Pannonico exercitui præerat: eaque ratione neque ab imperatore, neque a ſenatu delectus, ſummum habebat imperium. Tanta erat in Vitellium indignatio militum, tanta prædandi cupiditas. Neque enim milites hæc ob aliam cauſam agebant, quam ut Italiam diriperent; id quod factum eſt.

Ἐγεγόνει μὲν οὖν καὶ [48] σημε[illegible]
τῷ Οὐεσπασιανῷ, τὴν μοναρχία[illegible]
λοῦντα, ἃ καὶ ἐν τῷ αὐτοῦ βί[illegible]
ταῦτα δὲ τὸν μὲν [49] Μουκ[illegible]
ἐπὶ τὸν Βιτέλλιον ἔπεμψεν αὐτὸς [illegible]
Συρίᾳ ἐπιδὼν, καὶ τὸν πόλεμον [illegible] E
δαίους [50] ἄλλοις τισὶ προστάξ[illegible] [51] [illegible] Αἴ-
γυπτον ἐκομίσθη [illegible] χρήματα[illegible] ὧν
που καὶ τὰ μάλ[illegible], ἵν' [53] ὅτι-
πλεῖστον ἐς τὴν [illegible] οἱ δ' ἐν τῇ
Μυσίᾳ στρατιῶται, [illegible] πεπυσμένοι, οὐδ' 737
ἀνέμειναν τὸν Μου[illegible], (ἐπυνθάνοντο γὰρ ἐν ὁδῷ
εἶναι) ἀλλ' [55] Ἀντώνιον [d] Πρίμον, φυγόντα μὲν
ἐκ καταδίκης ἐπὶ τοῦ Νέρωνος, καταχθέντα δὲ
ὑπὸ τοῦ Γάλβα, καὶ τοῦ Παννονικοῦ στρατοπέ-
δου ἄρχοντα, εἵλοντο στρατηγόν. καὶ εἶχεν
[e] οὗτος τὴν αὐτοτελῆ ἀρχὴν, μήθ' ὑπὸ τοῦ αὐ-
τοκράτορος, μήθ' ὑπὸ τῆς γερουσίας αἱρεθείς.
τοσαύτη τῶν στρατιωτῶν ἦν πρός τε τὸν Βιτέλλιον B
ὀργὴ, καὶ πρὸς τὰς ἁρπαγὰς ὁρμή. οὐ
γάρ που καὶ ἐπ' ἄλλο τι ταῦτα ἔπραττον,
ἢ ἵνα τὴν Ἰταλίαν διαρπάσωσιν· ὃ καὶ ἐγέ-
νετο.

10. Vitellius, cognitis his rebus, nihilominus remanſit in urbe: & vel tunc conſuetum ſectatus eſt luxum, ludosque gladiatorios fecit. In his ludis Sporus, ornatu raptæ puellæ in theatrum inducendus, cum talem contumeliam non ferret, mortem ſibi ante conſcivit. Vitellius Alienum cum aliis bello præfecit. Alienus Cremonam

Ἀκούσας [f] δὲ ταῦτα ὁ Βιτέλλιος, αὐτὸς μὲν κατὰ χώραν ἔμεινε, [56] τῇ τε ἄλλῃ τρυφῇ καὶ τότε χρώμενος, καὶ ἀγῶνας μονομαχίας τιθείς· ἐν οἷς καὶ ὁ Σπόρος, μέλλων ἐν κόρης ἁρπαζομένης σχήματι ἐς τὸ θέατρον εἰσαχθήσεσθαι, οὐκ ἤνεγκε τὴν ὕβριν, ἀλλ' ἑαυτὸν προαπέσφαξε· [57] τῷ δὲ δὴ [g] Ἀλιηνῷ τὸν πόλεμον μεθ' ἑτέρων προσέταξεν. Ἀλιηνὸς δὲ, ἐς μὲν τὴν

d Πρίμον. ſic & Exc. Urſ. (niſi quod ſemel τῷ Πριάμῳ vitioſe ponitur, pro τῷ Πρίμῳ) ſic & Tacitus Hiſt. II. 86. III. 1. Joſeph. de B. J. IV. 9. § 2. c. 11. §. 2. ſqq. & Suetonii Codices. c. 18. item Suidas in λάμπαξ, ubi Dionis locum laudat; & codex Br. nec non Martialis plus ſemel. ut aſſentiri non poſſim Leunclavio, qui ubivis Πρίσκον exiſtimat reponendum. *e* εἶχεν οὗτος. magis placeret ἦρχεν οὗτος. HS. *f* ἀκούσας δὲ ταῦτα. ſic pro ἀκούσας ταῦτα, ſcribendum judicavit HS. quod confirmat Coisl. & Br. ut recipere non vererer. *g* Ἀλιηνῷ. ſic & Tacitus. Ἀλλιηνῷ ubivis ad marg. L. in multis hoc nominibus propriis accidit, ut pro geminatis conſonis ſimplices habeant græci ſcriptores, interdum contra.

§ 48. (l. 94) σημεῖα καὶ ὄνειροι] Vide *Suet.* Veſp. c. 5. ubi & de Joſephi vaticinio; de quo ipſe *Joſephus* B. J. lib. III. c. 8. § 9. IV. c. 10. § 7. *Tac.* II. 78. *Dio.* p. 744. ſq. 748. ſq.

§ 49. (l. 97.) Μουκιανὸν ἐς τὴν Ἰταλίαν] Conf. *Tac.* II. 82. ſq. Per Cappadocas & Phrygas exercitum duxiſſe, veritum navigare ob hyemis aſperitatem, ſcribit *Joſephus* IV. c. 11. § 1. per Dacos deinde, *Tac.* III. 46. 83.

§ 50. (l. 100.) ἄλλοις τισὶ προστάξας] Mirum, Titi hic nullam, imo unice fieri mentionem, cui demandatas eſſe belli reliquias in vulgus notum eſt. Vide *Joſeph* IV. c. 11. § 5. *Tac.* II. 82. *Oroſ.* VII. 9. *Zonar.* p. 577. A. 252. C. & *Dionem* ipſum ſupra § 40. & p. 746. A. niſi forte ad defendendum hunc locum facere credas, quod Tito Tiberius Alexander, Ægypti antea præfectus, propter ætatem & experientiam, quaſi σύμβουλος junctus, & omni militiæ præpoſitus eſt, ut auctor eſt *Joſephus* c. 1. § 6.

§ 51. (l. 100.) ἐς τὴν Αἴγυπτον ἐκομίσθη] *Veſpaſianum obtinere clauſtra Ægypti placuit.* *Tac.* II. 82. *Alexandriam tranſiit, ut clauſtra Ægypti obtineret.* *Suet.* 7. Nam Ægyptus opibus & commeatibus abundabat, unde ad novandas res & præcludendam Romanis, cum vectigalibus, rem frumentariam, nulla erat opportunior, obſervante *Tacito* H. III. 48. *Joſeph.* IV. c. 10. § 5. qua de cauſa eam inde ab Auguſto Romani Imperatores nulli niſi equiti committendam putarunt. *Dio.* p. 455. ibique *Fabric.*

§ 52. (l. 1.) συνέλεγε χρήματα] Vide *Tac.* II. 84. Apud Antiochenſes aurum argentumque ſignatum eſſe, adnotatum eidem. c. 82.

§ 53. (l. 2.) ὅτι πλεῖστον ἐς τὴν Ῥώμην ἀποστείλῃ] Hæc nimis concidit Xiphilinus. Non tam ſtultus Veſpaſianus, ut nunc jam Vitellio ſummitteret frumenta, nec tam imperitus Dio, qui id cogitarit. Senſus eſt, ut debellatis Vitellianis multitudinem Romanam ſubvecta annonæ copia ſibi devinciret. Primum ergo *clauſis annonæ ſubſidiis inopiam ac diſcordiam hoſti facturus* erat, ut ait *Tacitus* III. 48. vel ut *Hegeſippus* IV. 26. *unde alimonia miniſtraretur, ſi vinceret, aut refragium Vitellio, ſi trahendum diutius bellum putaret.* Et ita accidit. Nam *decem haut amplius dierum frumentum in horreis fuit, cum a Veſpaſiano commeatus ſubvenere.* *Tac.* IV. 52. adde *Zonar.* p. 577. A. Teſtis eſt numus inter *Arſchotanos* XXVI. 18. ANNONA. AUGUSTI. S. C. vide & *Mediobarbum* p. 108. ſq.

§ 54. (l. 3.) οἱ δ' ἐν τῇ Μυσίᾳ στρατιῶται] Mœſiaci milites, Othoni ſubſidio miſſi, cum Aquilejam veniſſent, accepto de morte Othonis nuncio, primi nomen Veſpaſiani vexillis inſcripſerant. § 47. id quod Veſpaſiani cœpta acceleraverat. *Tac.* II. 85. Nunc ergo & Pannonicæ legiones invitatæ a Mœſiacis impellente Antonio Primo, itemque Dalmaticæ acceſſerant. *Tac.* l. c. & c. 86. Juncti duo exercitus, Mœſiacus & Pannonicus, unum Antonium, qui VII. legioni Pannonicæ præfuerat, ſpreto Aponio Saturnino, qui Mœſiæ, audire & ſequi cœperunt, non exſpectato Muciano, quem Veſpaſianus in Italiam mittebat: § 49. licet ignara Veſpaſiano & vetita ſuſciperent. Tac. III. 10. ſq. & c. 8. 4.

§ 55. (l. 6.) Ἀντώνιον Πρίμον] M. Antonius Primus, Toloſæ in Gallia natus, *Suet.* Vitel. c. 18. *Martial.* IX. 101. X. 23. 32. tempore Neronis falſi damnatus, motusque Senatu, ordinem reciperaverat ſeptimæ legioni a Galba præpoſitus, & grande momentum Veſpaſiani rebus addidit, ſtrenuus manu, ſermone promtus. *Tac.* II. 86. Ceteris cunctandum arbitrantibus, ipſe feſtinatione opus eſſe oſtendit, & milites perpulit. *Tac.* III. 2. ſqq. Si *Joſephum* audimus, itemque *Hegeſippum* IV. 29. Antonius tum præfuit Mœſiæ & tertiæ in ea legioni. Sed major fides *Tacito*, qui Aponium Satur[illegible] Mœſiæ, T. Ampium Flavianum Pannoniæ, Poppeu[illegible]num Dalmatiæ præfuiſſe dicit II. 85. 86. ut adeo Prim[illegible]tum legatus eſſet ſeptimæ legionis Galbianæ, quæ cu[illegible] XIII. legione in Pannonia erat: in Mœſia autem legione[illegible] octava, & ſeptima Claudiana. *id.* c. 85. Quanquam Pri[illegible]ſtea uni vis & poteſtas in utrumque exercitum fuit. *id.* III. [illegible]

§ 56. (l. 18.) τῇ τε ἄλλῃ τρυφῇ] Vide *Tacitum* II. [illegible]

§ 57. (l. 22.) τῷ δὲ δὴ Ἀλιηνῷ] Qui Alienus Dion[illegible] Tacito fere ſemper Cæcina vocatur, itemque *Joſepho* B. J. [illegible] IV. c. 11. § 2. ſq. Κεκίνας *Plutarcho* in Oth[illegible] 1068. E. [illegible] 1071.

C τὴν Κρεμώνην ἀφίκετο, καὶ προκατέσχεν αὐτήν· ὁρῶν δὲ τοὺς στρατιώτας τοὺς μὲν ἑαυτοῦ [58] ἔκ τε τῆς τρυφῆς τῆς ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐκδεδιῃτημένους, καὶ ἐκ τῆς ἀγυμνασίας [b] διατεθρυμμένους, τοὺς δὲ ἑτέρους καὶ τοῖς σώμασι γεγυμνασμένους καὶ ταῖς ψυχαῖς ἐρρωμένους, ἐφοβεῖτο. καὶ μετὰ τοῦτο, ἐπειδὴ καὶ [59] λόγοι αὐτῷ παρὰ τοῦ [d] Πρίμου φίλιοι ἦλθον, συνεκάλεσε τοὺς στρατιώτας, καὶ τήν τε τοῦ Βιτελλίου ἀσθένειαν, καὶ τὴν τοῦ Οὐεσπασιανοῦ ἰσχὺν, τόν τε ἑκατέρου τρόπον εἰπὼν, μεταστῆναι ἔπεισε. καὶ τότε μὲν
D [i] τάς τε τοῦ Βιτελλίου εἰκόνας ἀπὸ τῶν σημείων καθεῖλον, καὶ ὑπὸ τοῦ Οὐεσπασιανοῦ ἀρχθήσεσθαι ὤμοσαν. διαλυθέντες δὲ, καὶ ἐς τὰς σκηνὰς ἀναχωρήσαντες, [60] μετενόησαν καὶ ἐξαίφνης σπουδῇ καὶ θορύβῳ πολλῷ συστραφέντες, τὸν Βιτέλλιον αὐτοκράτορα αὖθις ἀνεκάλουν· καὶ τὸν Ἀλιηνὸν, ὡς καὶ προδιδόντα [k] σφᾶς, ἔδησαν, οὐδὲν οὐδὲ τῆς ὑπατείας αὐτοῦ προτιμήσαντες. τοιαῦτα γὰρ τὰ τῶν πολέμων τῶν ἐμφυλίων μάλιστα ἔργα ἐστί.

Ταραχῆς οὖν καὶ κατὰ τοῦτο πολλῆς ἐν
E τῷ τοῦ Βιτελλίου στρατοπέδῳ οὔσης, ἐπηύξησεν αὐτὴν [61] ἡ σελήνη τῆς νυκτὸς ἐκλιποῦσα, οὐχ ὅτι καὶ ἐσκιάσθη, (καίτοι τοῖς θορυβουμένοις καὶ τὰ τοιαῦτα φόβον φέρει) ἀλλ' ὅτι καὶ αἱματώδης καὶ μέλαινα, ἄλλα τέ τινα χρώματα φοβερὰ ἀφιεῖσα ὤφθη. οὐ μέντοι καὶ παρὰ τοῦτο οὔτε μετέθεντο οὔτε
738 ἐνέδοσαν, ἀλλὰ [l] [τῷ [m] Πρίμῳ τῇ ὑστεραίᾳ, [62] ὑπαγομένῳ σφᾶς δι' ἀγγέλων ὁμολογῆσαι, ἀντέπεμψαν ἀντιπαραινοῦντες τὰ τοῦ Βι-

Cremonam quidem venit, oppidumque prior occupat. Poſt ubi videt ſuos milites, propter delicias urbis Romæ diſſolutos, nimioque otio molles & effœminatos eſſe factos; contra ea, hoſtes corporibus exercitatis, magniſque animis; timere cœpit. Dein ut ei a Primo benigna nunciata ſunt, convocavit milites, iiſque expoſita imbecillitate Vitellii, viribuſque Veſpaſiani, ac utriuſque moribus; perſuaſit, ut in partes Veſpaſiani tranſirent. Illi de ſignis imagines Vitellii ſtatim detrahunt, jurantque ſe ſub imperio Veſpaſiani fore; ſed vix dimiſſi in tentoria reverterant, quum eos facti pœnitere cœpit. Itaque repente magno ſtudio ac tumultu congregati, rurſum Vitellium imperatorem vocant; Alienumque, quaſi eſſent ab eo proditi, vinculis conſtringunt, nulla conſulatus ejus habita ratione; qualia in bellis præſertim civilibus fieri ſolent. A.U.C.822 Galba II. & T. Vinio COSS.

11. Quumque jam eſſet ingens perturbatio in exercitu Vitellii, tum lunæ defectio nocturna eam longe fecit majorem: non tantum quod obſcurata eſt, (quanquam talia quoque terrorem injiciunt tumultuantibus) ſed quod etiam ſanguinolenta atraque eſſe, aliosque horribiles colores emittere viſa eſt. Nihilo tamen magis deceſſere de ſententia milites, aut aliquid remiſere. [Nam poſtridie, quo Primus eos per internuntios ad paciſcendum ſollicitaverat, ſuis & ipſi miſſis, eum viciſſim exhortabantur, ut Vitellii

b διατεθρυμμένους. ſic recte Sylb. HS. edit. maj. & L. διατεθραμμένους RS. & HS. edit. min. quaſi a τρέφω. quod miror virum quendam doctum ad marg. Robertinæ edit. mutaſſe in διατετραμμένους, quaſi a τρέπω, cum alterum a τρύπτω derivandum & potuiſſet in mentem venire, & ſit longe ſignificantius. *i* τάς τε τοῦ. ſic Sylb. HS. edit. maj. & L. ex Pal. cui accedit Coisl. & Br. τὰς τοῦ, RS. & HS. edit. min. *k* προδιδόντα σφᾶς. pro σφᾶς Pal. habet σαφῶς, *manifeſte*, quæ ſcioli cujuſdam librarii videtur eſſe mutatio. *l* τῷ Πρίμῳ &c. hæc ex Exc. Urſ. p. 394. pro quibus Xiph. brevius: ἐς χεῖρας ἀλλήλοις ἐλθόντες, προθυμότατα ἠγωνίσαντο· καίπερ ἄναρχοι, ὥσπερ εἶπον, οἱ Βιτελλιανοὶ ὄντες. ὁ γὰρ &c. *m* Πρίμῳ. Πριάμῳ, Exc. Urſ. Πρίσκῳ L. ad marg. ex MS. quod probat in notis. ſed vide ſupra not. *d*.

1071. E. Igitur plenius dicetur Alienus Cæcina, ſicut apud *Tacitum* H. I. 52. ubi vide Lipſium & Ryckium: quod, contra licet ſentiente *Reineſio* Var. Lect. I. 17. recte defendit *Chr. Ad. Rupertus* epiſt. ad Reineſ. p. 61. Fallitur ergo *Pighius* Annal. T. III. p. 608. quando apud Xiphilinum h. l. mendoſe Alienus, pro A. Licinius, legi exiſtimat. Nam ſi vera eſt lectio apud *Sueton.* in Tit. 6. *Aulum Cæcinam — confodi juſſit*, qui ſane eſt noſter Alienus, ut patet ex *Xiphilino* p. 752. C. totum nomen fuerit A. Alienus Cæcina: quanquam & *Allienum Cæcinam* legi poſſe apud Suetonium, Ryckio viſum eſt. Huic Alieno Cæcinæ & Valenti Vitellius, ut vacuos conſulatus menſes aperiret, coartari aliorum conſulatus juſſerat. *Tac.* II. 71. ſed cognita ejus proditione, abrogatus ei conſulatus eſt prid. Kal. Nov. cum unus tantum dies ſupereſſet, & Roſcius Regulus, in unum diem ſuffectus, poſt Caninii Rebili exemplum ſub Cæſare, eodem die & iniit conſulatum & ejuravit. Tac. III. 37. Vide infra p. 740. §75. & p. 752. E.

§58. (l. 25.) ἔκ τε τῆς τρυφῆς — ἐκδεδιῃτημένους] Eandem cauſam defectionis affert *Joſephus* de B. J. lib. IV. c. 11. §2. ſq. Confirmat & mollitiem Germanici exercitus *Tacitus* II. 99. ſed addit & alias proditionis cauſas, invidiam præſertim Cæcinæ adverſus Valentem, cui impar fuerit gratia apud Vitellium.

§59. (l. 29.) λόγοι αὐτῷ παρὰ τοῦ Πρίμου] *Tacitus* III. 9. epiſtolas Cæcinæ memorat ad Aponium Saturninum & Flavianorum viciſſim ad Cæcinam, tribunis & centurionibus retinendi quæ Vitellius indulſiſſet, ſpem facientes, & pro concione a Cæcina recitatas. Ei autem exercitui adfuiſſe imo præfuiſſe Primum, ex antecedentibus pariter §54. ſq. ac ſequentibus colligitur: quemadmodum &, poſt defectionem claſſium Ravennatis ac Miſenenſis ad Veſpaſianum, auctore Lucilio Baſſo utrique claſſi præpoſito, Cæcina, pariter primoribus centurionum ſuorum in verba Veſpaſiani adactis, miſit qui id Antonio Primo nunciarent, teſte *Tacito* III. 12. ſq. Quare non dubito vere ſcribi a Dione, quod & a Primo literas Alienus Cæcina acceperit.

§60. (l. 37.) μετενόησαν] *Tacitus* III. 14. *Initio a quinta legione orto, repoſitis Vitellii imaginibus, vincla Cæcinæ injiciunt: Fabium Fabullum quintæ legionis legatum, & Caſſium Longum præfectum caſtrorum, duces deligunt — relictis caſtris, abrupto ponte, Hoſtiliam rurſus, inde Cremonam pergunt.* Caſtra autem fuerant inter Hoſtiliam, vicum Veronenſium, & paludes Tartari fluminis. *id.* c. 9. Xiphilinus omnia, quaſi Cremonæ acta, narrat; unde & eclipſis lunæ, & prælium ſequens ad Cremonam, poſtridie accidiſſe videri poſſit, quod ſecus habet. Nam Primus, re comperta, inſecutus univerſo cum exercitu, *ſecundis a Verona caſtris Bedriacum venit: poſtero die — auxiliares cohortes in Cremonenſem agrum miſſæ, ut — civili præda miles imbueretur.* Hæc autem occaſio prælii, quod proinde tertio demum die poſt commiſſum eſt, exeunte Octobri, die fere 30. ut mox dicemus §68.

§61. (l. 45.) ἡ σελήνη τῆς νυκτὸς ἐκλιποῦσα] Ex Xiphilini deſcriptione dixeris, eclipſin fuiſſe totalem cum mora, in qua ex appulſu paucorum ſolis radiorum, in athmoſphæra terræ refractorum, & per medium umbræ terreſtris conum in lunæ ſuperficiem obumbratam deflexorum, fuſce ſanguineus color lunæ interdum apparet. Verum an hoc tempore eclipſis quædam lunæ, aut eclipſis adeo totalis evenerit, Mathematicis inquirendum ulterius relinquo. Nam *Ricciolus* in Almageſto T. I. lib. V. c. 19. p. 367. *A. C.* 69. (i. e. V. C. 822.) *lunæ eclipſis indicata a Dione lib.* 65. *die Octobris* 18. *quam examinare haud multum refert.* Sed nec Dio diem 18. Octobris ponit, nec eo quærenda eclipſis fuerit, verum die 30. ut mox apparebit. Vereor autem, ne omnis hæc opera futura ſit fruſtranea, & ne tota eclipſis conficta ſit. *Tacitus* III. 23. nullam eclipſeos facit mentionem. Certe, quam liberalis in eclipſibus fingendis ex nubecula obducta Dio ſit, vidimus ſupra §36. ad p. 736. B.

§62. (l. 52.) ὑπαγομένῳ σφᾶς δι' ἀγγέλων] Hæc pertinent ad λόγους φιλίους παρὰ τοῦ Πρίμου p. 737. C. §59. & τῇ ὑστεραίᾳ referendum ad ἀντέπεμψαν, non ad Primum, quaſi is poſtridie denuo miſerit nuncios, ut volebat interpres. Ordo Dionis hic eſt: Primus ad Alienum nuncios vel literas mittit, ad

A.U.C. 822 Galba II. & T. Vinio COSS.

lii partes amplecteretur. Quumque ad manus cum milite Primi veniſſent, acerrime dimicarunt. Neque vero prœlium hoc factum eſt ex longa præparatione; ſed ſubito pauci quidam equites, ut fieri ſolet apud hoſtes caſtra caſtris opponentes, adverſarios pabulatum egreſſos invadebant. Quumque deinde ſubſidia ſuis utrimque ſubmitterentur, prout forte faciundum animadvertebant, nunc his, nunc illis, alia, rurſumque alia, tam peditum, quam equitum: accidit, ut varia fortuna pugnaretur, donec tandem univerſi concurrerent. Tum vero velut ex compoſito quendam in aciei ordinem redacti, ex lege diſciplinæ militaris in hoſtem pugnavere Vitelliani, quantumvis ducem nullum haberent.] Alienus enim Cremonæ vinctus detinebatur.

12. Pugnatum hinc, non tantum interdiu, ſed & noctu utrinque eſt, æquo Marte. Nox enim ſupervenit pugnantibus, nec ea quidem ipſa prœlium dirimere potuit: tanta erat ira, tanta animorum alacritas, licet invicem ſe agnoſcerent, & adloquerentur. Unde non eos fames placabat, non labor, non frigus, non tenebræ, non accepta vulnera, non cædes, non prius interfectorum cadavera, non cladis recordatio, non multitudo temere pereuntium: tanta denique inſania utroſque pariter ceperat, [adeo vel ipſa loci recordatione concitati, partim tunc quoque vincere cupiebant, partim ne tunc quidem vinci; tanquam ſi cum extraneis quibuſdam, non ſuis dimicarent, & quaſi utrinque pariter omnes aut ſtatim perituri, aut in poſterum ſervitutem ſervituri eſſent. Quin ne noctis quidem interventu, ceu dictum, quidquam remiſere: ſed etiam defatigati, & propterea ſæpius interquieſcentes, & inter ſe colloquentes, nihilominus prœliabantur.]

13. Videre licebat, quoties luna luceret, (quippe nubes illam [multæ variæque identidem trajiciendo]

Βιτελλίου [n] προελέσθαι. καὶ εἰς χεῖρας ἐλθόντες τοῖς στρατιώταις αὐτοῦ, προθυμότατα ἠγωνίσαντο. [63] ἡ δὲ δὴ μάχη οὐκ ἐκ παρασκευῆς ἐγένετο, ἀλλ' αἰφνίδιον ὀλίγοι τινὲς τῶν ἱππέων, οἷα παρὰ τοῖς ἀντιστρατοπεδευομένοις [o] γίνεται, προνομεύουσι τῶν ἑτέρων ἐπέθεντο. καὶ μετὰ τοῦτο προσβοηθούντων ἑκατέροις ἀμφοτέρωθεν, ὥς που ἐτύγχανον αἰσθόμενοι, τότε μὲν τοῖς, τότε δὲ τοῖς ἄλλοις, εἶτ' ἄλλων, καὶ πεζῶν, καὶ ἱππέων, καὶ ταῖς μάχαις αἱ τροπαὶ [illegible] μέχρις οὗ πάντες συνέδραμον· [64] καὶ τότε δὴ ἐς τάξιν τινὰ ὥσπερ ἐκ συγκειμένου κατέστησαν, καὶ ἐν κόσμῳ τὸν ἀγῶνα ἐποιήσαντο, [65] καίπερ ἄναρχοι.] ὁ γὰρ [p] Ἀλιηνὸς ἐν τῇ Κρεμώνῃ ἐδέδετο. B C

Κἀκ τούτου καὶ ἴση καὶ ἀντίῤῥοπος οὐκ ἐν τῇ ἡμέρᾳ [q] μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ νυκτὶ ἡ μάχη αὐτῶν ἐγένετο. καὶ νὺξ αὐτὴν [r] ἐπέλαβε, καὶ οὐδὲ ἐκείνη σφᾶς διέλυσε· τοσαύτη που καὶ ὀργῇ καὶ προθυμίᾳ, καίπερ καὶ γνωρίζοντες ἀλλήλους, καὶ λαλοῦντες σφίσιν, ἐχρήσαντο. ὅθεν οὐθ' ὁ λιμὸς αὐτοὺς, οὔτε ὁ κάματος, οὔτε τὸ ψῦχος, οὐθ' ὁ σκότος, οὐ τὰ τραύματα, οὐχ οἱ φόνοι, οὐ τὰ [66] λείψανα [s] τῶν προτέρων νεκρῶν, [οὐχ ἡ μνήμη τοῦ πάθους, οὐ τὸ πλῆθος τῶν μάτην ἀπολομένων] ἐπράυνε. τοιαύτη τις μανία ἀμφοτέρους ὁμοίως κατέσχεν, [t] [καὶ οὕτως ἐπεθύμουν, καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς τοῦ χωρίου μνήμης παροξυνόμενοι, οἱ μὲν καὶ τότε νικῆσαι, οἱ δὲ [67] μὴ καὶ τότε ἡττηθῆναι ὥσπερ ἀλλοφύλοις τισὶν, ἀλλ' οὐκ οἰκείοις πολεμοῦντες, καὶ μέλλοντες ἐξ ἑκατέρου πάντες ὁμοίως ἢ αὐτίκα ἀπολέσθαι, ἢ μετὰ ταῦτα δουλεύειν. οὔκουν οὐδὲ τῆς νυκτὸς ἐπελθούσης, ὥσπερ εἶπον, ἐνέδοσαν· ἀλλὰ καὶ ἐκκαμόντες, καὶ διὰ τοῦτο πολλάκις καὶ ἀναπαυόμενοι, καὶ [u] ἐς λόγους ἀλλήλοις ἰόντες, ὅμως ἠγωνίζοντο.] D 739

Καὶ ἦν ἰδεῖν, [68] ὁσάκις γε καὶ ἡ σελήνη διέλαμψε, (νέφη γὰρ αὐτὴν [x] [πολλὰ καὶ ποικίλα δια- B

n προελθεῖν. ſic Exc. Urſ. προσελθεῖν, minus bene edidit L. o γίνεται. γίγνεται, Exc. Urſ. p Ἀλιηνός. ſic ſcripſi, ut ſibi conſtaret Dio. In Exc. Urſ. & apud L. eſt Ἀλιηνός. ceterum ſtatim in Exc. Urſ. vitioſe ἐδίδοτο, pro ἐδέδετο. Κρεμώνῃ edidi, ut ſupra p. 734. B. & ita pro Κρεμῶνι legendum cenſet Urſ. in cujus Exc. τῇ præmiſſum omittitur.
q μόνον. ſic Exc. Urſ. μόνῃ Xiph. r νὺξ αὐτὴν ἐπέλαβε, καὶ οὐδὲ ἐκείνη σφᾶς διέλυσε. ſic Xiph. ſed οὐδὲ νὺξ αὐτὴν διέλυσε, contractius, Exc. Urſ. s τῶν προτέρων &c. ita pluribus verbis Exc. Urſ. brevius Xiph: τῶν νεκρῶν, οὐ τὸ πλῆθος τῶν ἀπολλυμένων, vel ἀπολομένων ſecundum RS. in codice ſuo ἀπολογουμένων ſcriptum fuiſſe teſtatur Urſ. pro quo ἀπολομένων ipſe mavult, ut Pal. præter rem vero Urſinus ſollicitat lectionem præcedentis μάτην, quod & in contextu græco omiſit. *quid ſi*, inquit, τῶν κατὰ μάχην ἀπολομένων *legatur?* t καὶ οὕτως ἐπεθύμουν &c. ſunt ipſa Dionis verba ex Exc. Urſ. p. 395. pro quibus breviſſime Xiph: οὔκουν οὐδὲ τῆς νυκτὸς ἐπελθούσης, ὥσπερ εἶπον, ἐνέδοσαν. u ἐς λόγους ἀλλήλοις ἰόντες. ſic ad marg. recte L. in MS. Urſini & Sylb. erat ἐκ λόγου, pro quo Urſinus ἐκ λόχου edidit. ſed ſequentia ſatis docent, inter quieſcendum ad colloquia ventum eſſe, quod phraſi Dionis eſt ἐς λόγους ἰέναι. p. 324. B. 426. A.
x πολλὰ καὶ ποικ. &c. hæc addita ex Exc. Urſ.

ad defectionem ſollicitantes: eadem die deficiunt Vitelliani, & pœnitentia rurſus ducti Alienum in vincula conjiciunt: nocte eſt lunæ eclipſis cum fuſco rubore: poſtridie ipſi milites, vel novi duces § 60. reſpondent Primo: eadem die pugna incipit in noctem ſequentem protracta.

§ 63. (l. 56.) ἡ δὲ μάχη οὐκ ἐκ παρασκευῆς] Vide *Tacitum* III. 15. ſq.

§ 64. (l. 65.) τότε δὲ ἐς τάξιν τινὰ] Ordinem acierum refert *Tacitus* III. 21. ſq.

§ 65. (l. 67.) καίπερ ἄναρχοι] Hoc ita intelligo, quod uno duce auctoritate pollente, nimirum Alieno Cæcina, carebant. Nam alioqui Fabium Fabullum & Caſſium Longum, ejus loco duces elegerant. § 60. Hinc & *Tacitus* III. 18. Vitellianos intellexiſſe dicit, ducem, quem rebus proſperis non deſideraverant, ſibi deeſſe.

§ 66. (l. 79.) λείψανα τῶν προτέρων νεκρῶν] Scilicet ex prælio ad Bedriacum, ſeu, ut Dio, ad Cremonam, p. 732. § 61. ſq. cadavera inſepulta permanſerant, Vitellio etiam invitis naribus paſcente oculos adſpectu occiſorum hoſtium. p. 734. § 3.

§ 67. (l. 84.) μὴ καὶ τότε ἡττηθῆναι] Flavianos indicat, inter quos plurimi, qui pro Othone pugnaverant. Nam XIII. legio ac VII. Galbiana, iram Bedriacenſis pugnæ retinentes, haud cunctanter Veſpaſiano acceſſerant. *Tac.* II. 86. Hinc Primus apud eundem *Tacitum* III. 24. ad Pannonicas legiones: *illos eſſe campos, in quibus abolere labem prioris ignominiæ, ubi reciperare gloriam poſſent.*

§ 68. (l. 92.) ὁσάκις γε ἡ σελήνη διέλαμψε] *Tacitus* III. 23. *Neutro inclinaverat fortuna, donec adulta nocte luna ſurgens oſtenderet acies, falleretque: ſed Flavianis æquior a tergo. Hinc majores equorum virorumque umbræ, & falſis, ut in corpora, ictu, tela hoſtium citra cadebant. Vitelliani adverſo lumine collucentes, velut ex occulto jaculantibus, incauti offerebantur.* De ſimili pugna nocturna Pompeji cum Mithridate, vide Fabricium noſtrum ad *Dionem* p. 24. D. E. adde Oroſium VI. 4. Contigit hæc pugna exeunte menſe Octobri, die fere 30. Nam pridie Kal. Nov. ſeu 30 Octobris, poſt nuncium defectionis acceptum, conſulatus Cæcinæ Romæ abrogatus eſt, vid.

A.U.C. 822 Galba II. & T. Vinio COSS.

διαθέοντα συνεχῶς] ἔσθ' ὅτε συνέκρυπτεν) ἔστι μὲν ὅτε μαχομένους αὐτούς, ἔστι δ' ὅτε ἑστηκότας μὲν [y] καὶ ἐπὶ τὰ δόρατα ἐπερηρεισμένους, ἢ καὶ καθημένους. καὶ τοτὲ μὲν κοινῇ συνεβόων, οἱ μὲν τὸν Οὐεσπασιανόν, οἱ δὲ τὸν Βιτέλλιον ὀνομάζοντες, καὶ ἀντιπροεκαλοῦντο ἀλλήλους, λοιδοροῦντές τε καὶ
C ἐπαινοῦντες [z] ἑκάτερον· τοτὲ δὲ καὶ ἰδίᾳ ἄλλος ἄλλῳ διελάλει [69] “ Συστρατιῶτα, πολῖτα, τί ποιοῦμεν; τί μαχόμεθα; δεῦρο ἧκε πρὸς ἐμέ. μὴ δῆτα, ἀλλὰ σὺ πρὸς ἐμέ. „ καὶ τί ἄν τις τοῦτο [a] θαυμάσειεν, ὁπότε καὶ [70] σιτία καὶ ποτὰ αἵ τε γυναῖκες ἐκ τῆς πόλεως τοῖς τοῦ Βιτελλίου στρατιώταις τῆς νυκτὸς ἐνεγκοῦσαι ἔδωκαν καὶ ἐκεῖνοι αὐτοί τε ἔφαγον καὶ ἔπιον, καὶ τοῖς ἀντιμαχομένοις ὤρεγον. καί τις αὐτῶν ὀνομαστὶ τὸν ἀντίπαλον ἀνακαλέσας, (πάντες γάρ, ὡς εἰπεῖν, ᾔδεσαν
D ἀλλήλους, καὶ ἐγνώριζον) “ Λάβε, ἔφη, συστρατιῶτα, καὶ φάγε· οὐ γὰρ ξίφος, ἀλλ' ἄρτον σοι δίδωμι. λάβε καὶ πίε· οὐ γὰρ ἀσπίδα, ἀλλὰ κύλικά σοι προτείνω, ἵνα [b] ἄν τε σὺ ἀποκτείνῃς ἐμέ, ἄν τε καὶ ἐγὼ σέ, ῥᾷον ἀπαλλάξωμεν, μηδὲ ἐκλελυμένῃ καὶ ἀσθενεῖ τῇ χειρὶ μήτε σὺ ἐμὲ κατακόψῃς, μήτε ἐγὼ σέ. ταῦτα γὰρ ἡμῖν ζῶσιν ἔτι τὰ ἐναγίσματα καὶ Βιτέλλιος καὶ Οὐεσπασιανὸς [c] διδοῦσιν, ἵν' ἡμᾶς τοῖς πάλαι νεκροῖς καταθύσωσι. „ [d] Τοιαῦτα τινὲς πρὸς ἀλλήλους εἰπόντες, καὶ ἀναπαυσάμενοι
E [e] χρόνον τινά, καὶ ἐμφαγόντες, πάλιν [f] ἀνεμαχέσαντο· εἶτ' ἀνασχόντες, αὖθις συνέβαλλον.

Καὶ ταῦθ' οὕτω δι' ὅλης [g] τῆς νυκτὸς μέχρι τῆς ἕω ἐγένετο. ἔνθα δὴ καὶ τοιόνδε τι [71] δύο ἄνδρες τῶν Οὐεσπασιανείων ἔπραξαν. ἐπειδὴ γὰρ ἰσχυρῶς ἐκ μηχανήματός τινος ἐβλάπτοντο, ἀσπίδας τε ἐκ
740 τῶν Βιτελλείων σκύλων ἥρπασαν, καὶ τοῖς ἀντικαθεστηκόσι μιχθέντες, ἔλαθον μέχρι τῆς μηχανῆς ἐλθόντες, ὡς καὶ ἐκείνων ὄντες, καὶ τὰ σχοινία αὐτῆς διέκοψαν, ὥστε μηδὲν ἔτι βέλος αὐτῆς ἀφεῖναι δυνηθῆναι. ἀνατείλαντος δὲ τοῦ ἡλίου, καὶ τῶν στρατιωτῶν ἐκ τοῦ [72] τρίτου στρατοπέδου τοῦ Γαλατικοῦ καλουμένου,

do] interdum occultabant) pugnantes eos nonnunquam, nonnunquam ſtantes, aut haſtis innixos, aut etiam ſedentes. Ac modo quidem omnes una conclamare, hi Veſpaſianum, illi Vitellium nominare, provocare ſe mutuo conviciis & laudibus Principum: ſed & privatim alter ita alterum alloqui: “ Mi commilito, mi civis, quid facimus? cur pugnamus? huc tranſi ad me: nequaquam, „ inquit alter, “ tu ad me potius. „ Et cui mirum hoc videatur? quum & eſculenta potulentaque mulieres ex oppido noctu Vitellianis militibus adlata dederint, & illi non tantum ipſi cibum potumque ſumſerint, ſed & dimicantibus contra ſe porrexerint. Vocabat interdum quis adverſarium nominatim: (omnes enim fere ſe noverant, ac notum agnoſcebant:) “ Accipe, „ inquit, “ commilito, ede: non enim tibi gladium præbeo, ſed panem. Accipe rurſum, & bibe: non enim tibi ſcutum, ſed poculum porrigo: ut ſive tu me interficias, ſive ego te, moriamur facilius: atque ne enervata aut imbecilli manu alteruter alterum occidat. Nimirum has nobis viventibus adhuc funebres dant epulas Vitellius & Veſpaſianus, ut nos iis, qui jam olim mortui ſunt, mactent. „ Hæc atque alia ejusdem generis quum inter ſe nonnulli dixiſſent, ac quieviſſent aliquamdiu, cibo deguſtato, iterum pugnarunt, mox pugna intermiſſa denuo congreſſi ſunt.

14. Hæc totam noctem, quousque illuxit, ſunt facta. Tum autem duo ex militibus partis Veſpaſianæ tale quid auſi ſunt. Quum grave damnum caperent ex quadam machina, raptis ſcutis ex ſpoliis Vitellianorum, qui jam ceciderant, permixtique cum adverſariis, clam ad machinam veniunt pro Vitellianis, funesque ejus ſecant, ut ex ea nullum amplius telum emitti poſſet. Orto autem ſole, quum milites tertiæ legionis, quæ Gallica nominatur, quæque,

y καὶ ἐπί. ἢ καὶ ἐπί, Xiph. ſtatim ἐπερηρεισμένους ex Exc. Urſ. Br. & Coisl. poſui, pro περιηρεισμένους, quod eſt apud Xiph. ſic & ἢ καὶ ex Exc. Urſ. ἢ ſimpliciter Xiph. pro κοινῇ συνεβόων, legitur κοινῇ τε συνεβ. in Exc. Urſ.
z ἑκάτερον. non minus recte legeretur ἑκάτεροι. HS. *a* θαυμάσειεν. ſic Xiph. θαυμάσειε, Exc. Urſ. ſequentia ὁπότε καὶ σιτία καὶ ποτὰ &c. usque ad πάντες γὰρ ὡς εἰπεῖν, quod mireris, pleniora ſunt apud Xiph. & tamen genuina Dionis. ὁπότε καὶ συνῄδεσαν. πάντες γὰρ καὶ ᾔδεσαν, longe contractius Exc. Urſ. *b* ἄν τε σὺ ἀποκτείνῃς ἐμέ, ἄν τε καὶ ἐγὼ σέ. ita Xiph. ἄν τε ἀποκτείνῃς με, ἄν τε καὶ ἀποθάνῃς, Exc. Urſ. *c* διδοῦσιν. ſic malui ſcribere cum Exc. Urſ. & Suida in ἐναγισμοί, ubi hunc Dionis locum laudat. *inferias dare* etiam Latini. at Xiph: διαμάχονται. *d* τοιαῦτα τινές. ſic Exc. Urſ. τοιαῦτα ἄν τινες, Xiph. τοιαῦτα ἄρα τινὲς ſcribendum putat HS. poſſes etiam τοιαῦτα ἄττα legere.
e χρόνον τινά. hæc deſunt in Exc. Urſ. *f* ἀνεμαχέσαντο. ſic HS. edit. maj. Sylb. & L. itemque Exc. Urſ. ſed ἂν ἐμαχέσαντο, minus bene RS. & HS. edit. min. *g* τῆς νυκτός. ſic poſui ex Exc. Urſ. νυκτὸς ſimpliciter Xiph. contra ſtatim μέχρι τῆς ἕω, Xiph. μέχρι ἕω, Exc. Urſ. quæ ſequuntur apud Xiph. ἔνθα δὴ &c. usque ad pag. 742. omnia deſunt in Exc. Peir.

vid. §57. Ponamus, triduo poſt defectionem Alieni nuncium venire Romam potuiſſe. Ergo defectio die 27. Octobris contigerit. Atqui ſtatim Vitelliani motis caſtris Cremonam iverant, & Primus eos inſecutus, ſecundis caſtris Bedriacum venerat, & poſtero die prælium initum, ut ex Tacito docui §60. Erit ergo dies prælii pariter dies 30. Octobris. vide interim *Tillemont* not. 3. ad Othon. T. I. p. 1050. ſq.

§69. (l. 1.) συστρατιῶτα, πολῖτα.] Patrem adeo, Julium Manſuetum, legionis Rapacis Vitellianorum, a filio adulto legionis Galbianæ occiſum eſſe, ex Vipſanio Meſſala refert *Tacitus* III. 25. Qua ex re agnita quanquam fletus multus & deprecatio manium, & communis ſæviſſimi belli exſecratio orta eſſet, tamen non ſegnius propinquos, affines, fratres trucidatos ſpoliarunt.

§70. (l. 4.) σιτία καὶ ποτά] Id intelligitur ex ſitu caſtrorum, quæ oppugnabantur. Nam Vitelliani vetera caſtra Othonianorum Cremonæ circumjecta tenebant, ut docet *Tacitus* H. III. 26. Unde iis facile ex urbe ſupportari alimenta poterant: quæ res poſtea invidiam Cremonenſium apud Flavianos auxit. *Tacitus* III. 32. *Auxit invidiam editum illic a Cæcina gladiatorum ſpectaculum, eademque rurſus belli ſedes, & præbiti in acie Vitellianis cibi.*

§71. (l. 25.) δύο ἄνδρες] Vide pluribus *Tacitum* III. 23.

§72. (l. 33.) τρίτου στρατοπέδου τοῦ Γαλατικοῦ] *Tertiani* ſimpliciter *Tacito* H. III. 21. & 24. *tertia legio*, Mœſiæ. *Id.* II. 85. Cognomen Gallicæ additum reperitur tertiæ legioni in lapide apud *Lipſium* ad Tac. II. 43. not. 47. & apud *Gruterum* paſſim. adde *Vaillant* num. Colon. & Munic. P. II. p. 16. 49. 122. Sed *hæc ſub M. Antonio Parthos, ſub Corbulone Armenios, nuper Sarmatas pepulerat.* Tac. III. 24. In Mœſia nempe nuper adverſus Sarmatas militaverat; ſed Syrorum illis, credo, mos adorandi orientem ſolem hærebat, quod ſub Corbulone ex Syria acciti fuerant adverſus Parthum. vid. p. 710. §96.

A.U.C. 822 Galba II. & T. Vinio COSS.

que, cum hiberna habere in Syria ſoleret, tunc forte fortuna in Veſpaſiani partibus erat, ſubito ſolem, pro more ſuo, venerati eſſent: ſuſpicati Vitelliani, adeſſe Mucianum, mutati ſunt animis; clamoreque victi, fugerunt: (ſic enim ſæpe vel leviſſima jam ante defeſſos valde conſternant) regreſſique intra mœnia, protenſis manibus ſupplices orabant: quumque a nemine exaudirentur, conſulem vinculis exemerunt, eumque ornatum veſte conſulari & faſcibus, ſupplicandi cauſa miſerunt, ac poſtulata fœdera impetrarunt. Alienus enim, propter dignitatem calamitatemque ſuam, facile Primo perſuaſit, ut conditiones eorum acciperet.

λουμένου, καὶ ἐν τῇ Συρίᾳ χειμάζοντος, τότε [illegible] τὰ τύχην ἐν τῇ τοῦ Ὀυεσπασιανοῦ μερίδ[illegible] [73] ἀσπασαμένων αὐτὸν ἐξαίφνης, ὥστ[illegible] ὑποτοπήσαντες οἱ τοῦ Βιτελλίου, [74] τὸ[illegible] εἶναι, ἠλλοιώθησαν· καὶ ἡττηθέντ[illegible] βοῆς, ἔφυγον (οὕτω που καὶ τὰ β[illegible] τοὺς προκεκμηκότας ἐκπλήσσει·) [illegible] τὸ τεῖχος [illegible]σαντες, χεῖράς τε προ[illegible] καὶ ἐπεὶ μηδεὶς αὐτῶν εἰσ[illegible] [75] ἔλυσαν [illegible]ατον, καὶ αὐτὸν τῇ τε [illegible] ταῖς ῥάβδοις κοσμήσαντες, ἐ[illegible]ς, καὶ ἔτυχον τῶν σπονδῶν. [illegible]ς, διὰ τὸ ἀξίωμα, καὶ διὰ τὴν ξυμ[illegible] ἔπεισε ῥαδίως τὸν [i] Πρίμον τὴν ὁμολογίαν σφῶν δέξασθαι. C

15. Poſtquam vero portæ urbis apertæ, atque omnes in tuto fuerunt, una irrumpunt undique, cunctaque rapinis & incendiis vaſtant. Fuit hæc calamitas cæteris graviſſimis neutiquam inferior, propterea, quod Cremona erat maximis atque pulcherrimis ædificiis ornata, magnaque vis pecuniæ a civibus & peregrinis in eam coacta fuerat. Urbi huic Vitelliani, ut qui ædes locupletum, & exitus vicorum accurate noverant, majora incommoda attulerunt. Nec enim piguit eos cives, pro quibus pugnaverant, perdere: ſed quaſi ab iis injuriam accepiſſent, eosque viciſſent, percutere, atque occidere auſi ſunt; ita, ut cum iis, qui in prœlio ceciderunt, deſiderata ſint hominum quinquaginta millia.

Ὡς μέντοι αἵ τε πύλαι ἠνεῴχθησαν, καὶ ἐν ἀδείᾳ πάντες ἐγένοντο, τότε δὴ ἐξαίφνης πανταχόθεν τε ἅμα εἰσέδραμον, καὶ [77] διήρπασαν πάντα καὶ ἐνέπρησαν· καὶ ἐγένετο καὶ τοῦτο τὸ πάθος οὐδενὸς τῶν δεινοτάτων σμικρότερον. ἥ τε γὰρ πόλις καὶ μεγέθεσι καὶ κάλλεσιν οἰκοδομημάτων ἤσκητο, καὶ χρήματα παμπληθῆ καὶ τῶν ἐπιχωρίων [78] καὶ τῶν ξένων ἐς αὐτὴν συνεληλύθει. D καὶ τά γε πλείω κακὰ [79] οἱ Βιτέλλειοι ἔδρασαν, ἅτε καὶ τὰς οἰκίας τῶν πλουσιωτάτων, καὶ τὰς διεξόδους τῶν στενωπῶν, ἀκριβῶς εἰδότες· οὐδὲ ἔμελεν αὐτοῖς εἰ, ὧν ὑπερεμαχέσαντο, τούτους [k] ἀπώλεσαν, ἀλλ᾽ ὡς καὶ αὐτοὶ καὶ ἠδικημένοι καὶ κεκρατηκότες, ἔπαιον, ἔσφαττον, [l] ὥστε καὶ [80] πέντε μυριάδας σὺν τοῖς ἐν τῇ μάχῃ πεσοῦσιν ἀπολέσθαι.

16. Vitellius de hac clade certior factus, vehementer commoveri cœpit, non nihil etiam perturbatus prodigiis, quod facto quodam ſacrificio, quum apud milites concionaretur, magnus numerus vulturum irruit, victimasque diſcerpſit, ac ipſum fere de tribunali deturbavit: ſed multo etiam magis propter nuntium acceptæ calamitatis.

Βιτέλλιος δὲ, ὡς ἐπύθετο τῆς ἥττης, τέως μὲν ἐθορυβεῖτο, τὸ μέν τι καὶ ὑπὸ σημείων ταραχθεὶς, E (θύσαντος γὰρ αὐτοῦ θυσίαν τινὰ, καὶ ἐπ᾽ αὐτῇ δημηγοροῦντος τοῖς στρατιώταις, [81] γῦπες πολλοὶ προσπεσόντες, τά τε ἱερὰ διεσκέδασαν, καὶ ἐκεῖνον ἀπὸ τοῦ βήματος ὀλίγου δεῖν κατέβαλον) τὸ δὲ δὴ πλέον διὰ τὴν ἀγγελίαν τῆς ἥττης· καὶ τὸν μὲν

h ὄντες, ἀσπασάμενοι, vulgo. ſtructura & ſenſus poſtulant ὄντος, ἀσπασαμένων. Sylb. probe. ὄντος habet codex Br. nec dubitavi alterum recipere. *i* Πρίμον. Πρίσκον. L. ad marg. *k* ἀπώλεσαν. ἀπώλλυσαν, Pal. quod congruentius eſſe, non dixerim. *l* ὥστε καὶ. particula καὶ abeſt a Pal.

§73. (l. 36.) ἀσπασαμένων αὐτὸν ἐξαίφνης] *Tacitus* III. 24. ſq. *Undique clamor: & orientem ſolem (ita in Syria mos eſt) tertiani ſalutavere. Vagus inde, an conſilio ducis ſubditus rumor, adveniſſe Mucianum: exercitus invicem ſalutaſſe.* De ritu ſolem orientem adorandi, confer præter *Lipſium* ad l. c. *Seldenum* de Dis Syris Synt. II. 8. de Synedr. III. 16. modum adorandi deſcribit *Plinius* XXVIII. 2. *in adorando dextram ad oſculum referimus, totum corpus circumagimus:* idemque in adorando ſole factum eſſe, vel ſacræ literæ docent. Job. XXXI. 26. ſq. Ezech. VIII. 16. Eſt huc accommodandus locus *Suetonii* Vitell. 2. ubi Lucium Vitellium patrem Auli Imperatoris inducit ex adulatione Cajum eo more venerantem quo Syri Deum. *idem miri*, inquit, *in adulando ingenii, primus C. Cæſarem adorari ut deum inſtituit, cum reverſus ex Syria non aliter adire auſus eſt, quam capite velato, circumvertensque ſe, deinde procumbens.* Illa circumverſio legionis, & veneratio fecit procul dubio, ut legio ad Mucianos adventantes converſa eſſe, & ſigna Imperatoris Veſpaſiani venerata eſſe, videretur.

§74. (l. 37.) τὸν Μουκιανὸν παρεῖναι] Muciani enim, a Veſpaſiano miſſi in Italiam, & per Dacos ducentis exercitum, Primus adventum non exſpectaverat, omne belli decus ei prærepturus. p. 736. §49. & 54. ſq.

§75. (l. 42.) ἔλυσαν τὸν ὕπατον] Alienus Cæcina conſul cum Valente a Vitellio creatus in menſes Septembrem & Octobrem; licet audita defectione prid. Kal. Nov. abrogatus ei conſulatus eſſet; §57. quod tamen nunc apud exercitum, in prælio eadem die commiſſo §68. nondum innotuerat. Tenebatur autem adhuc in vinculis a ſuis militibus; §60. nunc vero *catenas Cæcinæ exſolvunt, orantque ut cauſæ ſuæ deprecator aſſiſtat. Tac.* III. 31. Minus accurate *Joſephus* B. J. lib. IV. c. 11. §3. qui non a Vitellianis, ſed ab Antonio Primo vinculis liberatum ſcribit, adde *Hegeſippum* IV. 30.

§76. (l. 46.) ἔπεισε ῥαδίως] Aliter *Tacitus* III. 31. victores patientiam & humilitatem Vitellianorum ſponte miſertos eſſe; ſed ubi Cæcina prætexta lictoribusque inſignis inceſſerit, exarſiſſe, ſuperbiam ſævitiamque, quin & perfidiam objectantes: obſtitiſſe tamen Antonium, & datis defenſoribus ad Veſpaſianum dimiſiſſe.

§77. (l. 51.) διήρπασαν πάντα καὶ ἐνέπρησαν] Vaſtationem urbis Cremonæ cum cauſis enarrat *Tacitus* III. 32. ſq. Addit c. 34. *Hic exitus Cremonam habuit anno CCLXXXVI. a primordio ſui. Condita erat Ti. Sempronio & P. Cornelio Coſſ.* (A. U. 536.) *ingruente in Italiam Hannibale, propugnaculum adverſus Gallos trans Padum agentes, & ſi qua alia vis per Alpes rueret — — bellis externis intacta, civilibus infelix.* Conf. *Polybium* III. p. 193. D. Reſtitutam tamen mox municipum munificentia, ipſius Veſpaſiani hortatu, docet *Tacitus* l. c.

§78. (l. 55.) καὶ τῶν ξένων] *Tacitus* III. 30. 2. *magna pars Italiæ ſtato in eosdem dies mercatu congregata — oppugnantibus incitamentum ob prædam erat.* vide & c. 32. 4. *Joſephum* de B. J. lib. IV. c. 11. §3. *Hegeſippum* IV. 30.

§79. (l. 57.) οἱ Βιτέλλειοι] Silet de V[illegible] ſed in Antonium omnem invidiam verſam e[illegible] 5. ſq. cap. 34. 3.

§80. (l. 62.) πέντε μυριάδας] Milite[illegible] 30200, Flavianos Mœſiacos 4500 deſideratos e[illegible] B. J. lib. IV. c. 11. §3. H[illegible] IV. 30.

§81. (l. 67.) γῦπες [illegible] prodigia *Tacitus* III. 5[illegible] oſtentum erat, ignarus milit[illegible] probe)

A.U.C. 822 Galba II. & T. Vinio COSS.

μὲν [82] ἀδελφὸν διὰ ταχέων εἰς [m] Ταρρακίναν ἔπεμψε, καὶ δι' αὐτοῦ τὴν πόλιν κατέσχεν ὀχυρὰν οὖσαν. τῶν δὲ δὴ τοῦ Οὐεσπασιανοῦ στρατηγῶν [83] ἐπιόντων τῇ Ῥώμῃ, ἐξεπλάγη τε καὶ ἐξέστη. [84] ἐν μὲν γὰρ οὐδὲν οὔτε ἔπραττεν οὔτε ἐφρόνει, [n] ἐμπλήκτως δὲ ἄνω καὶ κάτω ἐφέρετο, ὥσπερ ἐν κλύδωνι. καὶ γὰρ ἀντείχετο τῆς ἡγεμονίας, καὶ
741 πάντως ὡς καὶ πολεμήσων παρεσκευάζετο· καὶ ἑκὼν αὐτὴν ἠφίει, καὶ πάντως ὡς καὶ ἰδιωτεύσων ἡτοιμάζετο. καὶ ἔστι μὲν ὅτε τὴν χλαμύδα τὴν πορφυρᾶν ἐφόρει, καὶ ξίφος παρεζώννυτο· ἔστι δ' ὅτε ἐσθῆτα φαιὰν ἀνελάμβανεν. [o] ἐδημηγόρει τε καὶ ἐν τῷ παλατίῳ καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ ἄλλοτε ἄλλα, ἐπί τε μάχην καὶ ἐπὶ διαλλαγὰς αὐτοὺς προτρεπόμενος. καὶ τοτὲ μὲν καὶ ἑαυτὸν ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ δὴ ἐπεδίδου, τοτὲ δὲ καὶ [85] τὸ παιδίον κατέχων καὶ φιλῶν, προέβαλλεν [p] αὐτοῖς, ὡς ἐλεηθησό-
B μενος. [q] τούτῳ δορυφόρους ἀπήλλαττε, καὶ πάλιν μετεπέμπετο· τό, τε παλάτιον ἐκλιπὼν ἄν, καὶ ἐς τὴν τοῦ ἀδελφοῦ οἰκίαν ἀπιὼν, εἶτα ἀνεκομίζετο· ὥστε ἐκ τούτων καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς πλείστους τῆς σπουδῆς παραλῦσαι. ὁρῶντες γὰρ αὐτὸν δεῦρο καὶ ἐκεῖσε ἐμμανῶς ἄττοντα, οὔτε τι τῶν προσταττομένων σφίσιν ὁμοίως ἔπραττον, οὔτε τὰ ἐκείνου μᾶλλον ἢ τὰ σφῶν διεσκόπουν. καὶ τά τε ἄλλα αὐτὸν ἐχερτόμουν, καὶ μάλιστα ὁπότε [86] τὸ ξίφος ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τοῖς τε ὑπάτοις καὶ τοῖς ἄλλοις βουλευταῖς ὤρεγεν,
C ὡς καὶ τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν δι' αὐτοῦ ἀποτεθειμένος. οὔτε γὰρ ἐκείνων τις λαβεῖν αὐτὸ ἐτόλμα, καὶ οἱ προσεστηκότες ἐχλεύαζον.

Πρὸς οὖν ταῦτα, ἄλλως τε καὶ πελάζοντος ἤδη τοῦ [r] Πρίμου, συνελθόντες οἵ τε ὕπατοι [87] Γάιος Κυΐντιος Ἀττικὸς, καὶ Γναῖος Καικίλιος Σίμπλιξ, καὶ Σαβῖνος, ([88] συγγενὴς οὗτος Οὐεσπασιανοῦ) τῶν τε ἄλλων οἱ πρῶτοι, γνώμας ἐποιήσαντο, καὶ εἰς τὸ παλάτιον ὥρμησαν

calamitatis. Itaque fratrem ſuum Tarracinas celeriter mittit, munitumque oppidum per eum occupat. Sed quum duces Veſpaſiani Romam contenderent, ita perterritus obſtupuit, ac mente motus eſt, ut nihil certi ageret aut ſentiret, ſed perculſus ſurſum deorſum ferretur, velut in maxima tempeſtate. Modo enim imperium tueri conabatur, & omnino ſe ad bellum gerendum comparabat: modo ultro deponebat conſilium, & prorſus ſe ad vitam privatam componebat: interdum ferebat chlamydem purpuream, accingebatque gladium: interdum pulla veſte induebatur: conciones habebat in palatio foroque nunc has nunc alias, ac milites nonnunquam ad prœlium, nonnunquam ad pacem faciendam cohortabatur: partim devovere ſe pro ſalute reipublicæ, partim captare miſericordiam, ejusque rei cauſa filium, quem tenebat in manibus, amplexari, & concioni oſtentare: dimittere prætorianos, rurſum revocare: domum fratris ſe recipere relicto palatio, mox eodem reverti: ita ut ex iis rebus cæteri etiam plerique ſtudium ſuum remitterent. Nam quum illum maximo cum furore huc illuc diſcurſantem viderent, non imperata facere amplius, neque res ejus magis, quam ſuas curare: ridereque eum multis de cauſis cœperunt, ſed in primis, quod in concionibus gladium tradebat conſulibus & ſenatui, quaſi cum illo ſummum imperium deponens: quem dum nemo ex ſenatoribus auderet capere, ii, qui aderant, multo magis ridebant.

17. Quas ob res, præſertim quum jam Primus appropinquaret, C. Quintius Atticus, & Cn. Cæcilius Simplex conſules, & Sabinus propinquus Veſpaſiani, aliique primarii viri, facta conſultatione, in palatium contendunt cum militibus

m Ταρρακίναν. ſic Sylb, HS. edit. maj. & L. accedit Coisl. Ταρρακῖνας, RS. & HS. edit. min. εἰς Ταρρακίναν abeſt a Pal. *n* ἐμπλήκτως δέ. ſic Sylb. HS. edit. maj. & L. ἐμπλήκτως τε, RS. & HS. edit. min. *o* ἐδημηγόρει. ἐδημιούργει male, RS. & HS. edit. min. illud confirmatur codd. Pal. Coisl. Br. receptumque jam fuit ab Sylb. HS. edit. maj. & L. *p* προέβαλλεν αὐτοῖς. non dubitavi ſic ſcribendum eſſe, pro vulgato αὐτούς. ut viſum etiam eſt Sylb, Cam, HS. qui recte provocat ad locum plane conſimilem p. 752. D. quanquam idem HS. cum Sylb. etiam αὐτό legi poſſe exiſtimat, & Sylburgius inſuper αὐτοῦ, *ibi*, improbante HS. *q* τούτῳ δορυφ. τούς τε δορυφ. cenſet Sylb. τοτὲ δορυφ. Camer. ſed quia huic non reſpondet aliud τοτέ, malim τούς τε cum Sylb. vel κἀν τούτῳ. *r* Πρίμου. Πρίσκου, L. ad marg.

§82. (l. 71.) ἀδελφὸν — εἰς Ταρρακίναν] Frater Lucius, quondam Auli in proconſulatu Africæ ſucceſſor, *Suet.* 5. modo tuendæ urbi præpoſitus, *Tac.* III. 55, 2. mox cum ſex cohortibus & quingentis equitibus ingruenti per Campaniam bello oppoſitus. *id.* c. 58. Tarracinam igitur, Campaniæ opidum, cum a gladiatoribus & remigibus ſegniter cuſtodiretur, proditione cepit. *id.* c. 76. ſq. Fallitur autem *Suetonius* 15. quando Lucio claſſem & gladiatorum manum tribuit. Nam Cl. Julianus, cui nuper claſſem & gladiatores commiſerat Vitellius, in partes Veſpaſiani transgreſſus, Tarracinam occupaverat. *Tac.* III. 57, 4. ſq. Nunc demum Lucius claſſem recuperat; quam in rem nummus inter *Arſchotanos* XXIV, 13. in quo L. Vitellius Cos. III. Cenſor, pede roſtrum calcans, ob Miſenenſem claſſem rurſus in poteſtatem redactam. Quodſi recens victoria miles Romam contendiſſet, haud parva mole certatum eſſet, judice *Tacito* c. 77, 7. accidit enim Tarracinæ expugnatio circa idem tempus, quo Capitolium exuſtum. *Id.* c. 76, 1.

§83. (l. 74.) ἐπιόντων τῇ Ῥώμῃ] Factum id demum menſe Decembri. Nam Primus & Varus, Flaviani duces, poſt inutilem moram, Saturnalibus Ocriculi actis, tandem obſeſſi Capitolii fama exciti ſunt. *Tac.* III. 78.

§84. (l. 75.) ἐν μὲν γὰρ οὐδὲν ἔπραττεν] Modo, Flavianis ducibus, per epiſtolas, & Fl. Sabino, Veſpaſiani fratre, coram, ſalutem & pecuniam, & ſecreta Campaniæ offerentibus, pronus ad cedendum imperio; *Tac.* III. 63, 4. ſq. cap. 65, 3. præſertim cum XV. Kal. Jan. defectionem legionis & cohortium, quæ ſe Narniæ dediderant, audiviſſet: *Id.* III. 67, 3. *Suet.* 15. modo, renitentibus cunctis ne cederet imperio, in palatium regreſſus, & ad vim ſe parans. vid. ll. cc. & *Tac.* III. 66.

§85. (l. 86.) τὸ παιδίον κατέχων] Filium Germanicum ſexennem pæne mutum. *Tac.* II. 59, 6. III. 66, 4. 68, 4. *Zonar.* p. 573. D. ſupra § 19.

§86. (l. 97.) τὸ ξίφος —— τοῖς τε ὑπάτοις] *Tac.* III. 68, 4. *Suet.* 15.

§87. (l. 4.) Γάιος Κυΐντιος Ἀττικὸς &c.] Conſules ex Kal. Nov. ut apparet ex § 57. adde Tac. 68, 4. & 73, 5.

§88. (l. 6.) συγγενὴς οὗτος Οὐεσπασιανοῦ] Totumne hoc gloſſema eſt hominis rerum rudis? an confudit Dio cum Flavio Sabino, fratre Veſpaſiani, & præfecto urbis, Conſulem Flav. Sabinum ex Kal. Maj. quem diverſum eſſe ab Imperatoris fratre ſatis probavit *Tillemont* not. 1. ad Othon. T. I. p. 1044. Certiſſimum enim eſt, fratrem Veſpaſiani natu majorem hunc Sabinum fuiſſe, qui quinque & triginta ſtipendia fecerat, domi militiæque clarus: *Suet.* Veſp. 1. Vitell. 15. *Tac.* III. 65, 2. qui præfecturam urbis a Nerone acceperat, motus eo munere a Galba, & ab Othone reſtitutus. *Plut.* Oth. p. 1068. F. Fratrem quoque Imperatoris hunc fuiſſe, præter Suetonium, Tacitum, Plutarchum, teſtatur *Joſephus* B. J. lib. IV. c. 10. § 3. & c. 11. § 4. *Eutropius* VII. 12, 5. *Victor.* Cæſ. VIII, 5.

A.U.C.822 Galba II. & T. Vinio COSS.

bus ſuarum partium, ut aut perſuaderent Vitellio, aut eum cogerent, imperium deponere. Sed quum incidiſſent in Germanos cuſtodes Vitellii, male accepti diſcedunt, atque in Capitolium perfugiunt. Eodem Domitianum Veſpaſiani filium, propinquosque ejus evocant, præſidiisque ſe muniunt. Poſtridie ejus diei Vitelliani nos oppugnantes propulſavere aliquamdiu: ſed quum incenſis iis, quæ circum Capitolium erant, igni impedirentur, Vitelliani aſcendunt in Capitolium, magnumque numerum eorum concidunt: direptisque omnibus, quæ in Capitolio repoſita erant, ac incenſo præter alia Jovis Opt. Max. templo, Sabinum & Atticum captos ad Vitellium mittunt: nam Domitianus, & Sabinus, Sabini filius, in primo tumultu fugerant ex Capitolio, & abditi in quibusdam ædibus, latuerant.

μησαν σὺν τοῖς [89] ὁμογνωμονοῦσι σφίσι ϛρατιώτ[illegible] ὡς ἢ πείσοντες ἢ καὶ [s] καταναγκάσοντες τὸν Βιτέλλιον τὴν ἀρχὴν ἀπειπεῖν. καὶ [90] περιπεσόντες τοῖς Κελτοῖς τοῖς φρουροῦσιν αὐτὸν, κακῶς ἀπ[illegible] κἀκ τούτου [91] ἔς τε τὸ Καπιτώλιο[illegible] τὸν Δομιτιανὸν τὸν τοῦ Ο[illegible] συγγενεῖς αὐτοῦ μεταπε[illegible]αντο. D
τῇ δ᾽ ὑϛεραίᾳ προσβ[illegible] χρόνον μέν τινα ἀπεκρούσα[illegible] τῶν περὶ τὸ Καπιτώλιον, α[illegible] καὶ οὕτως ἐπαναβάντες οἱ το[illegible] τε συχνοὺς ἐφόνευσαν, [illegible]αντα τὰ ἀνακείμενα, [92] κατέπρησα[illegible] καὶ τὸν ναὸν τὸν μέγαν· τόν τε [93] Σαβῖνον κ[illegible] Ἀττικὸν συλλαβόντες, πρὸς τὸν Βιτέλλιον ἔπεμψαν. [94] Δομιτιανὸς δὲ καὶ Σαβῖνος ὁ τοῦ Σαβίνου παῖς, ἐν τῷ πρώτῳ θορύβῳ διαφυγόντες ἐκ τοῦ Καπιτωλίου, καὶ ἐς οἰκίας τινὰς κατακρυφθέντες ἐλελήθεσαν. E

18. Poſtquam non longe abfuerunt Veſpaſiani milites, quos Q. Petilius Cerealis, unus ex primis ſenatoribus, & Veſpaſiani affinis, & item Antonius Primus ducebant, (nam Mucianus nondum venerat) Vitellius maximopere pertimuit. Illi enim primum per internuntios quosdam, nunc in defunctorum loculos, nunc in corbes fructus continentes, nunc in aucupum arundines injectis literis, omnia quæ in urbe fierent, edocebantur; & pro illorum ratione, conſilia capiebant. Tunc autem, quod ignem viderant e Capitolio, velut e ſpecula quadam adtolli, feſtinarunt: ex quibus Cerealis primus cum equitatu ad urbem contendit. [Qui in ipſo quidem ingreſſu victus fuit, velut in anguſto cum equitibus interceptus: ſuſtinuit tamen impetum hoſtium, quo minus ab eis damnum

Ὡς δὲ οἱ Οὐεσπασιάνειοι ϛρατιῶται πλησίον ἐγένοντο, οὓς ὅ, τε [95] Κύϊντος Πετίλιος Κερεάλιος βουλευτὴς τῶν πρώτων, καὶ τῷ Οὐεσπασιανῷ κατ᾽ ἐπιγαμίαν τινὰ προσήκων, καὶ ὁ [t] Πρῖμος 742
ὁ Ἀντώνιος ἦγον, (ὁ γὰρ Μουκιανὸς οὔπω ἐπεφθάκει) ἐν παντὶ δέους ὁ Βιτέλλιος ἐγεγόνει. [u] οὗτοι γὰρ πρῶτον μὲν δι᾽ ἀγγέλων τινῶν, [96] ἔς τε λάρνακας μετὰ τῶν νεκρῶν, καὶ [x] ἐς ἀῤῥίχους ὀπώραν ἔχοντας, ἢ καὶ καλάμους ὀρνιθευτῶν, τὰ γράμματα ἐμβάλλοντες, πάντα τὰ ἐν τῇ πόλει δρώμενα ἐμάνθανον, καὶ πρὸς ἐκεῖνα ἐβουλεύοντο. τότε δ᾽ ἰδόντες τὸ πῦρ ἐκ τοῦ Καπιτωλίου ὥσπερ ἐκ φρυκτωρίας [y] αἰρόμενον, ἐπείχθησαν. καὶ πρότερος τῇ πόλει μετὰ τοῦ ἱππικοῦ Κερεάλιος B
[z] [προσμίξας, ἡττήθη μὲν κατ᾽ αὐτὴν τὴν εἴσοδον, ἅτε ἐν ϛενῷ μεθ᾽ ἱππέων ἀποληφθείς· ἐπέσχε δ᾽ οὖν, [a] τό τι κακὸν ὑπὸ τῶν ἐναντίων γενέσθαι. ὁ γὰρ

s καταναγκάσοντες. καταναγκάσαντες, perperam, RS. t Πρῖμος. id repoſui pro vulgato Πρίσκος. vide ſupra p. 737. not. d. & qui poſſet Dio Πρίσκον nominare, quem toties Πρῖμον vocaverat, & paulo ante p. 741. C. adventare cum exercitu dixerat? inconſtantiæ librariorum hæc tribuenda ſunt. Πρῖμον etiam & Κερεάλιον jungit Suidas in λάρναξ, hunc ipſum Dionis locum adducens. u οὗτοι γάρ. ita recte pro οὕτοι γὰρ ſcripſit Sylb. HS. edit. maj. & L. quod patet etiam ex Suida, qui loco pronominis οὗτοι, ipſa nomina Πρῖμος & Κερεάλιος ponit. x ἀῤῥίχους. ſic ſcripſi geminata litera canina, auctoribus Suida, & Heſychio, pro vulgato ἀρίχους. ſtatim pro ὀπώραν ἔχοντας, Suidas: ὀπώρας ἐχούσας, minus bene. idem, pro ἐμβάλλοντες habet ἐμβαλόντες. y ἐκ φρυκτωρίας αἰρόμενον. ſic Exc. Urſ. p. 396. rectius omnino, quam vulgo, ὁρώμενον. ibidem ſtatim πρότερος melius pro vulgato πρότερον. z προσμίξας, ἡττήθη &c. petita ſunt ex Exc. Urſ. apud Xiph. ſic legitur: Κερεάλιος προσέβαλεν. ὁ δὲ Βιτέλλιος τὴν βουλὴν &c. a τό τι κακόν. ſic edidit L. τὸ, τὸ κακὸν, Exc. Urſ. forte τὸ μή τι. mox καταλλαγήσεσθαι perperam ediderat L.

§89. (l. 8.) ὁμογνωμονοῦσι σφίσι ϛρατιώταις] Cum milite urbano & vigilibus. *Tac.* III. 69, 1. Flavio enim, velut urbis præfecto, proprius quaſi miles erat cohortium urbanarum, *id.* c. 64, 1. quæ & togatæ dicebantur. *Tac.* H. I. 38, 3. confer ibi *Lipſium* & de Magn. Rom. I. 4. Tom. III. Opp. p. 381. ſq. itemque *Pet. Burmannum* de Vectigal. P. R. cap. 9. p. 148. ſqq. Sed & vigiles præfecto urbis certo modo erant ſubordinati, ut apparet ex lege 3. ff. de offic. præf. vig. lib. I. tit. 15. & lege unica Cod. lib. I. tit. 43. & *Tac.* III. 64, 1. νυκτοφυλάκων ϛρατιωτῶν τάγματα Flavio jungit *Joſephus* B. J. lib. IV. c. 11. §4. adde *Hegeſippum* IV. 31.

§90. (l. 10) περιπεσόντες τοῖς Κελτοῖς] Germani fidiſſimi ſemper Imperatorum cuſtodes. v. p. 693. §58. Germanicarum cohortium Vitellii minas adverſus Sabinum memorat *Tacitus* III. 69, 1. earumque promtiſſimos circa locum Fundani occurriſſe dicit armatis Sabini, ubi modicum prælium, & proſperum Vitellianis. Pariter *Joſephus* B. J. lib. IV. c. 11. §4. & *Hegeſippus* IV. 31. a Germanis Capitolium obſeſſum eſſe tradunt. Cur ergo *Celtas* potius verterit Leunclavius, quam *Germanos*, ut Xylander, nullam video cauſam.

§91. (l. 12.) ἔς τε τὸ Καπιτώλιον ἀνέφυγον] D. XV. Kal. Jan. ſeu 18. Decemb. *Tac.* III. 67, 3. noctu, ſecundum *Joſephum* loc. cit. Domitiano & nobilibus poſtridie mane ſequentibus. Contra *Tacitus* III. 69, 4. & 6. de die fugiſſe Sabinum, eoque concubia nocte liberos Sabini & Domitianum fratris filium accitos. Addit, miſſum eſſe ad Flavianos nuncium, ut ſubvenirent artis rebus; & Martialem ad Vitellium, queſtum, quod pacta turbarentur. 69, 7. 70, 1.

§92. (l. 20.) κατέπρησαν — τὸν ναὸν τὸν μέγαν] Factum id d. 19. Dec. a Vitellianis, quibus & tribuit Joſephus l. c. ceteri: quanquam *ambigi* dicit *Tacitus* III. 71, 6. *ignem tectis oppugnatores injecerint, an obſeſſi (quæ crebrior fama eſt) quo nitentes & progreſſos depellerent.* Certe Atticus Conſul, captus cum Sabino, ſe incendii auctorem obtulerat, quo invidiam a partibus Vitellii amoliretur. *id.* 75, 5. Hiſtoriam brevem Capitolii conditi & per vices exuſti dabit *Tacitus* c. 72. & *Plutarchus* in Poplicola p. 104. ſq. Hujus conflagrationis meminit & *Suetonius* 15. *Eutropius* VII. 12, 5. *Philoſtratus* Apollon. V. 30. *Hegeſippus* IV. 31. *Victor* Cæſ. 8, 5. Reſtauravit Veſpaſianus *Tac.* IV. 53. *Plut.* Poplic. p. 104. E. vid. p. 749. §62.

§93. (l. 21.) Σαβῖνον καὶ τὸν Ἀττικὸν συλλαβόντες] Incaute *Victor* l. c. Sabinum cum Capitolio crematum tradit. *Tacitus* III. 74, 3. *Sabinus & Atticus onerati catenis & ad Vitellium ducti — clamore e proximis orto, ſordida pars plebis ſupplicium Sabini expoſcit — Stantem pro gradibus palatii Vitellium & preces parantem pervicere ut abſiſteret. Tum confoſſum conlaceratumque & abſciſſo capite truncum co[illegible] Sabini in Gemonias trahunt.* Fuere qui ignaviam Sab[illegible] ſarent, *qui ſumtis teme[illegible] armis, munitiſſimam C[illegible] & ne magnis quidem [illegible] expugnabil[illegible] cohortes tueri nequi[illegible]* [illegible] 78, 4. [illegible] anno ſequenti ductum [illegible]

A.U.C. 822 Galba II. & T. Vinio COSS.

γὰρ Βιτέλλιος καταλλαγήσεσθαι ἐκ τῆς ἐπικρατείας ἐλπίσας, τοὺς στρατιώτας ἀνεχαίτισεν.] καὶ [b] τὴν βουλὴν συναγαγὼν, [97] πρέσβεις παρ' αὐτῶν μετὰ τῶν ἀειπαρθένων πρὸς τὸν Κερεάλιον ἔπεμψεν.

Ὡς δ' οὐδεὶς αὐτῶν εἰσήκουσεν, ἀλλ' ὀλίγου καὶ ἀπέθανον, πρός τε τὸν Πρίμον καὶ αὐτὸν ἤδη προσπελάζοντα ἦλθον, καὶ λόγου μὲν ἔτυχον, ἔπραξαν δ' οὐδέν. οἱ γὰρ
D στρατιῶται ἐπ' αὐτὸν ὀργῇ ἐχώρησαν, καὶ [c] τήν τε [98] φυλακὴν τῆς τοῦ Τιβέριδος γεφύρας ῥᾳδίως ἔλυσαν. (ἐπειδὴ γὰρ ἐνστάντες ἐς αὐτὴν ἐκώλυσαν σφᾶς διελθεῖν, διενήξαντο τὸν ποταμὸν οἱ ἱππεῖς, καὶ κατὰ τοῦ νώτου σφίσιν ἐπέπεσον.) καὶ μετὰ τοῦτο ἄλλοι ἄλλῃ ἐσβαλόντες, οὐδὲν ὅ, τι τῶν δεινοτάτων οὐκ ἐποίησαν. πάντα γὰρ ὅσα τῷ Βιτελλίῳ καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ οὖσιν ἐπεκάλουν, καὶ δι' ἃ καὶ πολεμεῖν σφίσιν ἐσκήπτοντο, ἔδρασαν,
E καὶ ἀπέκτειναν πολλούς· συχνοὶ δὲ καὶ αὐτῶν, ἀπὸ τῶν [d] στεγῶν τῷ κεράμῳ βαλλόμενοι, καὶ ἐν ταῖς στενοχωρίαις ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἀνθισταμένων ὠθούμενοι, ἐκόπτοντο· ὥστε [e] ἐς [99] πέντε μυριάδας ἀνθρώπων ὅλας ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις φθαρῆναι.

Τῆς οὖν πόλεως πορθουμένης, καὶ τῶν ἀνθρώπων τῶν μὲν μαχομένων, τῶν δὲ φευγόντων, καὶ ἤδη καὶ
743 αὐτῶν ἐκείνων (ὅπως τῶν ἐσεληλυθότων δόξαντες εἶναι, σωθῶσι) καὶ ἁρπαζόντων τινὰ καὶ φονευόντων ὁ Βιτέλλιος φοβηθεὶς, χιτωνίσκον τε ῥακώδη καὶ ῥυπαρὸν ἐνέδυ, καὶ ἐς οἴκημα σκοτεινὸν, [100] ἐν [f] ᾧ ἐτρέφοντο κύνες, ἐκρύφθη, γνώμην ἔχων τῆς νυκτὸς ἐς τὴν Ταρρακίναν πρὸς τὸν ἀδελφὸν ἀποδρᾶναι. καὶ αὐτὸν ἀναζητήσαντες οἱ στρατιῶται [101] καὶ ἐξευρόντες, (οὐ γάρ που καὶ ἐπὶ πολὺ λαθεῖν ἀκριβῶς ἠδύνατο, ἅτε αὐτοκράτωρ γεγονὼς)

num aliquod acciperet. Vitellius enim, fore ratus, ut ſe victoria potito, res ad reconciliationem veniret, milites ſuos inhibebat,] & convocato ſenatu, legatos ex eo cum Veſtalibus ad Cerealem mittebat.

19. Hi quum nemo vellet eos audire, ipſique fere in mortis diſcrimen veniſſent, ad Primum, qui jam & ipſe adpropinquabat, proficiſcuntur; utque cum eo colloqui poſſint, impetrant. Nihil tamen effecerunt, ſed a militibus, maximo cum furore contra Vitellium profectis, præſidia pontis Tiberis facile diſſipata ſunt. Nam cum tranſire prohiberentur ab iis, qui pontem tuebantur, equites flumen natando tranſierunt; eosque a tergo adorti ſunt. Hinc alii alia parte in urbem irruentes, a nullo ſibi maleficio temperarunt: omniaque illa, quæ in Vitellio ac Vitellianis criminabantur, & quorum cauſâ ſe cum eis bellum gerere ſimulabant, commiſerunt, necatis etiam plurimis. Multi viciſſim Veſpaſiani, quum tegulis ex ædium tectis impeterentur, & in vicorum anguſtiis ab obſiſtentium multitudine truderentur, interierunt: ita ut per illos dies ceciderint hominum ad quinquaginta millia.

20. Cum igitur diriperetur urbs, pugnarentque alii, alii fugerent, & hi ipſi poſtea rapinas & cædes pariter facerent, ut in numero eorum habiti, qui urbem invaſerant, incolumes ſervarentur: Vitellius interim præ formidine, lacero ſordidoque ſagulo amictus, ſe abdit in obſcuram cellam, ubi canes alebantur; in animo habens, noctu Tarracinam ad fratrem profugere: ſed inveſtigatus inventusque a militibus, (non enim diu latere poterat is, qui fuerat imperator) ſordibus

b καὶ τὴν βουλὴν. hic nonnulla omittunt Exc. Urſ. ut appareat, in illis quoque verba Dionis ſæpius in compendium redacta eſſe. pro πρέσβεις, quod ſequitur, πρεσβείας habet Pal. c τήν τε φυλακὴν. vel partic. τε mutanda eſt in γε, vel quæ ſunt a verbo ἔλυσαν usque ad καὶ μετὰ τοῦτο, accipienda ſunt tanquam παρενθετικῶς. HS. quod ſecutus ſum. ſtatim pro Τιβέριδος, Exc. Urſ. habent Τιβέρεως. eaque Excerpta & hic ſunt contractiora. d τῷ κεράμῳ. ſic Sylb. HS. edit. maj. & L. ex Exc. Urſ. ceteri male, τῶν κεράμων. στεγῶν autem edidit Sylb. e ἐς πέντε. ἐς additum ex iisdem Exc. Urſ. ab Sylb. HS. edit. maj. & L. deeſt in prioribus. mox διαφθαρῆναι, Exc. Urſ. f ἐν ᾧ ἐτρέφοντο κύνες. ἐν ᾧ κύνες ἱδρύοντο, Z.

§94. (l. 22.) Δομιτιανὸς δὲ] Occultatus apud æditum, deinde lineo amictu ſacricolarum turbæ immixtus, evaſit, ac poſtea pro æditui contubernio ſacellum Jovi Conſervatori aramque poſuit, caſusque ſuos in marmore expreſſit: mox imperium adeptus, Jovi Cuſtodi templum ingens, ſeque in ſinu Dei ſacravit. *Tac.* III. 74. adde *Sueton.* Domit. 1. *Mediob.* p. 131. *Patin.* ad Suet. Domit. c. 5.

§95. (l. 27.) Κύιντος Πετίλιος Κερεάλιος] Cerialis cum mille equitibus præmiſſus, ut Salaria via urbem introiret, adverſum prælium fecit, haud procul urbe, inter ædificia hortosque: Antonius Primus per Flaminiam ad Saxa rubra, multo jam noctis, ſerum auxilium venit. *Tac.* III. 78, 6. 79, 1. ſq. Idem hic Petilius ſub Nerone & Paulino Suetonio in Britannia legatus legionis IX. fuſus ab hoſte fuerat. *Tac.* Ann. XIV. 32. ſq. vide p. 704. §46. Germaniam deinde rexit, Conſul a Veſpaſiano declaratus eſt, & cum inde ad Britanniam adminiſtrandam mitteretur, Germanos interea rebellantes afflixit. *Joſeph.* B. J. lib. VII. c. 4. §2. *Dio* p. 745. E. *Tac.* H. IV. 71. ſqq. Vit. Agr. c. 8. & 17. Propinqua affinitas Cereali cum Veſpaſiano. *Tac.* III. 59, 4.

§96. (l. 32.) ἔς τε λάρνακας μετὰ τῶν νεκρῶν] λάρνακες ſunt arcæ ligneæ opertæ, ſeu ſandapilæ, quibus plebejorum cadavera imponebantur, materia ſimul combuſtili & odoribus farctæ; ut cum his cadavera elata, pyræque impoſita, comburerentur. Honeſtiores enim non arcæ, ſed lecto impoſiti efferebantur. conf. *Salmaſium* ad Solin. p. 848. ſqq. ubi & hunc Dionis locum, quanquam ex Suida, & cujus eſſet auctoris inſcius, adducit. adde *Noriſii* Cenotaphia Piſ. p. 381. 386. & *Dionem* p. 819. Hæ ſandapilæ ex urbe efferebantur; nec enim in urbe ſepelire quenquam licebat. Conf. *Daviſium* ad Cic. de Leg. II. 23. & Interpretes ad Julii Pauli Sententias receptas lib. I. tit. 21. §3. Igitur literæ ſandapilis inſertæ exportari ſimul cum cadaveribus ex urbe clanculum poterant.

§97. (l. 45.) πρέσβεις μετὰ τῶν ἀειπαρθένων] Diſtinctius de his *Tacitus* III. 80. ſq. conf. & *Sueton.* 16.

§98. (l. 53.) φυλακὴν τῆς τοῦ Τιβέριδος γεφύρας] Vid. *Tac.* III. 82, 4.

§99. (l. 65.) ἐς πέντε μυριάδας] Multifariam cædem deſcribit & *Tacitus* III. 83. ſq. IV. 1. Numerus occiſorum apud *Joſephum* quoque B. J. lib. IV. c. 11. §4. ὑπὲρ πέντε μυριάδας.

§100. (l. 73.) ἐν ᾧ ἐτρέφοντο κύνες] *Tacitus* III. 85, 3. *Pudenda latebra ſemet occultans. Victor* Cæſ. VIII. 6. *productus e tugurio, quo ſe abdiderat, janitoris.* Minus accurate alter *Victor* Epit. VIII. 3. *e Palatio, quo ſe abdiderat Vitellius*, quamvis *Palatio proximum* dicat *Oroſius* VII. 8. Verius *Suetonius* 16. *confugitque in cellulam janitoris, religato pro foribus cane.* ſic *Zonaras*: ἱδρύετο. Nam cellam janitoris pudendam ſatis latebram fuiſſe, docet *Caſaubonus* ad Suet. Calig. c. 57. Canis ergo, janitoris janitor, an ſpeciem nonnullis præbuit, canes ibi ali? *Joſephus*, IV. c. 11. §4. & *Hegeſippus* IV. 32. qui magnificentius ad extremum epulatum eſſe, & largius bibiſſe tradunt, oratores magis quam hiſtoricos videntur agere.

§101. (l. 76.) καὶ ἐξευρόντες] *Tac.* l. c. *ab Julio Placido tribuno cohortis protrahitur. Suetonius* 17. addit aliis non memorata: *extractus e latebra, ſciſcitantes, quisnam eſſet, (nam ignorabatur) & ubi eſſe Vitellium ſciret, mendacio eluſit. Deinde agnitus rogare non deſtitit, quaſi quædam de ſalute Veſpaſiani dicturus, ut cuſtodiretur interim vel in carcere.*

A.U.C. 822 Galba II. & T. Vinio COSS.

ſordibus & ſanguine perfuſus, quod eum canes læſerant, deprehenditur: deinde veſte ejus diſciſſa, vinctisque a tergo manibus, ac laqueo cervici circumdato, Cæſarem e palatio, in quo luxu diffluxerat, deducunt; trahuntque via ſacra eum imperatorem, qui ſuperbe plerumque regia ſella vectus illic fuerat; ipſumque Auguſtum in forum, in quo crebro concionatus erat, perducunt. Ibi alii alapas impingunt, alii barbam vellunt, illudunt omnes, ac contumelia afficiunt, præter cætera luxuriam vitæ exprobrantes, quod ventre eſſet obeſo.

21. Quumque Vitellius ob has cauſas magno pudore affectus, demiſſo capite terram intueretur; milites cum pugionibus ſub mento pungebant, ut vel invitus faciem attolleret. Quod ubi quidam Germanus animadvertit, non pertulit diutius, ſed miſericordia permotus, “Ego tibi,” inquit, “qua ſola ratione poſſum, opem feram.” Itaque illum percuſſit, deinde ſibi manus attulit. Neque tamen Vitellius mortuus eſt ex eo vulnere, ſed tractus in carcerem, tractæ & ſtatuæ ejus, multis cum ridiculis tum fœdis adjectis dicteriis. Hic Vitellius ſummo dolore affectus propter ea, quæ pateretur & audiret; “Ego tamen,” inquit, aliquando

γεγονὼς) συνέλαβον [g] ὑφαντοῦ καὶ αἵμα[illegible] πλησμένον (ὑπὸ γὰρ τῶν κυνῶν ἐλελ[illegible]) [illegible] τοῦ τὴν μὲν [102] ἐσθῆτα αὐτοῦ π[illegible] χεῖρε εἰς τοὐπίσω δήσαντες, [illegible] θέντες, κατήγαγον ἐκ τ[illegible] ἐν αὐτῷ ἐντρυφήσαντ[illegible] ραν τὸν αὐτοκρ[illegible] πολλάκις [b] σοβήσ[illegible] τὸν Αὔγουστον, ἐν [illegible] μὲν [104] ἐῤῥάπιζον αὐ[illegible] πάντες δὲ ἔσκωπτον, καὶ [illegible] τά τε ἄλλα καὶ [106] τὴν ἀσωτίαν αὐ[illegible] ἐπειδὴ C καὶ γαστρίμαργος ἦν.

Αἰσχυνομένου [i] τε ἐπὶ τούτοις αὐτοῦ, καὶ κάτω βλέποντος, οἱ στρατιῶται ξιφιδίοις αὐτὸν ὑπὸ τὸ γένειον ὑπεκέντουν, ἵνα καὶ [108] ἄκων ἄνω βλέπῃ. ἰδὼν δὲ τοῦτο [109] Κελτός τις, οὐκ ἤνεγκεν, ἀλλ' ἐλεήσας αὐτὸν, “Ἐγώ σοι, ἔφη, βοηθήσω, [k] ὡς μόνος δύναμαι.” καὶ ὁ μὲν ἐκεῖνόν τε ἔτρωσε, καὶ ἑαυτὸν ἔσφαξεν. οὐ μέντοι καὶ ὁ Βιτέλλιος ἀπέθανεν ἐκ τοῦ τραύματος, ἀλλ' ἐσύρετο ἐς τὸ δεσμωτήριον, [110] ὥσπερ καὶ οἱ ἀνδριάντες αὐτοῦ, πολλῶν μὲν γελοίων, πολλῶν δὲ καὶ αἰσχρῶν ἐπιλεγομένων σφίσιν. ἐπειδή τε καὶ ὑπεραλγήσας οἷς [l] ἔπαθε καὶ οἷς ἤκουεν, “[111] Ἀλλ' ἔγωγε, ἔφη, αὐτοκράτωρ ποτὲ ὑμῶν D ἐγενόμην,

g ὑφαντοῦ. ſuſpectum eſt, neque *pannis* ſeu laceratæ veſti ſignificandæ aptum videtur, ut viſum eſt interpretibus. ὑφαντὸν, *textile opus*, ad ornatum referri ſolet, neque ſtare poteſt cum χιτωνίσκῳ ῥυπαρῷ lacera & ſordida veſte, de qua paulo ante. φορυτοῦ, *ſordibus*, habet Z. quod magis placet. vide Caſaub. ad Suet. cap. 16. b πολλάκις, πολλοί, Pal. i αἰσχυνομένου τε. αἰσχυνομένου δὲ. Z. k ὡς μόνος. rectius ὡς μόνως, *qua ſola ratione poſſum*; quanquam μόνος etiam apud Zonaram legitur. Sylb. l ἔπαθε. ἔπασχε, Z. mox ἤκουσεν edidit Sylb.

§ 102. (l. 80.) ἐσθῆτα αὐτοῦ περιῤῥήξαντες] Hæc fere ex Suetonio expreſſa. Vide & ceteros modo laudatos. Probat autem hic locus vel maxime, non ſolum lictoribus & militibus, ſed & multitudini omne genus ludibrii in noxios licuiſſe; quanquam nonnulla ex his, ſolennia, & omnibus fere ad ſupplicium ducendis communia, fuerunt.

§ 103. (l. 83.) διὰ τῆς ἱερᾶς ὁδοῦ] Via omnium celeberrima, quæ a Palatio ad forum pertinebat. vid. *Nardinum* Rom. Vet. III. 12. & V. 5. Tom. IV. Theſ. Græv. p. 1027. & 1053. ſq. Traducebantur enim rei ad ſpectaculum.

§ 104. (l. 87.) ἐῤῥάπιζον αὐτὸν] Verbum, quod proprie bacillo aut virgis cædere ſignificat, etiam de alapis impactis uſurpari, obſervant interpretes ad Matth. XXVI. 67. Marc. XIV. 65. unde ῥαπίζειν ἐπὶ τὴν δεξιὰν σιαγόνα Matth. V. 39. Suidas: ῥαπίσαι· πατάξαι τὴν γνάθον ἁπλῇ τῇ χειρί, ὃ λέγουσι καὶ ἐπὶ κόῤῥης. confer *Bynæum* de morte J. C. II. 5. § 4. & 32.

§ 105. (l. 87.) τοῦ γενείου ἔτιλλον] *Dio* p. 861. E. de Plautiano: τῶν τριχῶν τοῦ γενείου ἐκτίλας, ſcilicet τὶ vel τινάς. Intellige hic pilos, qui Vitellio, dum aleret barbam ſordidatus & lugens, ſuccreverant: nam alioqui ab Auguſto ad Hadrianum genas læves habebant Imperatores. vid. *Dio* p. 377. D. & 777. E. Vellere barbam, eſt inter ludibria. Hinc τὸν πώγωνα τίλλειν, proverbium, apud *Eraſmum* p. 141. a. Socrates diſputans primum ſolebat κονδυλίζεσθαι καὶ παρατίλλεσθαι, τὸ πλέον τε γελᾶσθαι καταφρονούμενος. *Laertius* II. 21.

§ 106. (l. 89.) τὴν ἀσωτίαν αὐτοῦ ἐπιλέγοντες] ἐπιλέγειν in hujusmodi caſibus denotat exprobrationem criminis, additam rerum ludibriis, caſtigationibus, pœnis; ſicut in fuſtigatione fieri ſolebat a præcone, quod *ſuperdicere* vocant. conf. *Cujacii* Obſſ. VIII. 7. XIII. 3. *Plutarchus* Sympoſ. lib. VI. Probl. η. p. 693. ſq. de βουλίμου ἐξέλασις, veteri ritu Athenienſi: τῶν οἰκετῶν ἕνα τύπτοντες ἀγνίναις ῥάβδοις διὰ θυρῶν ἐξελαύνουσιν, ἐπιλέγοντες ἔξω βούλιμον. & deinde, τῆς φωνῆς ἣν ἐπιλέγουσι τῷ διωκομένῳ. Sic paulo poſt in Vitellii ſtatuas ſæviiſſe dicuntur πολλὰ καὶ αἰσχρὰ ἐπιλέγοντες.

§ 107. (l. 89.) ἐπειδὴ καὶ γαστρίμαργος ἦν] Præmiſerat, credo, Dio exprobrationem plebis, ad quam hæc annotatio pertinet. Ita *Suetonius* c. 17. *aliis incendiarium & patinarium vociferantibus, parte vulgi etiam corporis vitia exprobrante: erat enim in eo enormis proceritas, facies rubida plerumque ex vinolentia, venter obeſus.*

§ 108. (l. 93.) ἄκων ἄνω βλέπῃ] Hæc noxiorum ſupina ora retortasque cervices, ut ait *Plinius* Paneg. 34, 3. amplius illuſtrat *Suetonius* l. c. *per totum viæ ſacræ ſpatium, reducto coma capite, ceu noxii ſolent, atque etiam mento mucrone gladii ſubjecto, ut viſendam præberet faciem, neve ſummitteret.* adde *Tac.* III. 85, 6. *Eutrop.* VII. 12, 6. *Vict.* Epit. VIII. 4.

§ 109 (l. 94.) Κελτός τις] Zonaræ interpres vertit, *Gallus*: & Leunclavius hic, quaſi anceps, uti ſupra § 90. ad marginem poſuit *Celta*: rectius *Germanum* vertit Xylander, & de hoc *Tacitus* III. 85, 5. quanquam ceteroquin a Dione diſſentiens: *obvius e Germanis militibus Vitellium infeſto ictu, per iram, vel quo maturius ludibriis eximeret, an tribunum appetierit, in incerto fuit, aurem tribuni amputavit, ac ſtatim confoſſus eſt.*

§ 110. (l. 100.) ὥσπερ καὶ οἱ ἀνδριάντες αὐτοῦ] In ſtatuas & imagines, vel ex decreto Senatus, modeſte & ordine, vel etiam furore plebis, turbulentius animadvertebatur. vid. *Lipſium* Exc. A. ad Tac. Ann. VI. Nam furore quidem plebis, non aliter ac in ipſos homines vivos, ita in ſtatuas, ſæviebatur. *Juvabat illidere ſolo ſuperbiſſimos vultus, inſtare ferro, ſævire ſecuribus, ut ſi ſingulos ictus ſanguis dolorque ſequeretur*; ut de Domitiano *Plinius* Pan. 52, 4. Hinc, uti deſtinati ſupplicio rapiebantur & trahebantur in carcerem inter ludibria rerum verborumque, fieri etiam potuit, ut hic inſolitum genus ignominiæ plebi rabies ſubminiſtrarit, ut una cum Vitellio ipſo, ſtatuas quoque dejectas, quaſi alios Vitellios ſentientes & audientes, certe ipſo inſpectante, inter multa convicia, πολλῶν γελοίων καὶ αἰσχρῶν ἐπιλεγομένων σφίσιν, ſimul ad carcerem abriperent. *Tacitus* l. c. refert tantum, Vitellium coactum *cadentes ſtatuas ſuas* contueri: trahi autem ſtatuas in carcerem, unus adhuc locus hicce Dionis, eoque magis memorabilis, (modo integer ſit) probat. Nam *Ciceronis* ille in Vatin. c. 11. *imagines patris & fratris ſui, fratrisque filiam, non in familia, ſed in carcere collocatam audi*[illegible] quem huc referunt *G*[illegible] & *Turnebus* Adv. XX[illegible] ceris nomine [illegible] monſtravit Er[illegible]

§ 111. (l. 4[illegible] *una non degene*[illegible] *men Imperator*[illegible]

« ἐγενόμην, » ὀργισθέντες οἱ στρατιῶται, [112] πρός τε τοὺς ἀναβαθμοὺς αὐτὸν ἤγαγον, κἀνταῦθα [113] κατέκοψαν, τήν τε κεφαλὴν αὐτοῦ ἀποτεμόντες, κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν περιήγαγον.

Καὶ τοῦτον μὲν ὕστερον ἡ γυνὴ ἔθαψε, ζήσαντα μὲν ἐπὶ [114] τέσσαρα ἔτη καὶ [m] πεντήκοντα, [καὶ ἡμέρας ἐννέα καὶ ὀγδοήκοντα,] ἄρξαντα δὲ [115] ἐνιαυτὸν ἡμερῶν δέκα ἀποδέοντα. ὁ δὲ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὥρμησε μὲν ἐκ τῆς Ταρρακίνης, ὡς καὶ βοηθήσων αὐτῷ· μαθὼν δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν ὅτι τέθνηκε, καὶ περιπεσὼν ἅμα
E τοῖς ἐπ' αὐτὸν πεμφθεῖσιν, [116] ὡμολόγησε μὲν σφίσιν ὡς καὶ συνθησόμενος, ἐσφάγη δ' οὐ πολλῷ ὕστερον· καὶ αὐτῷ καὶ ὁ [117] τοῦ Βιτελλίου παῖς ἐπαπώλετο, καίτοι τοῦ Βιτελλίου [118] μηδένα μήτε τῶν τοῦ Ὄθωνος, μήτε τῶν τοῦ Οὐεσπασιανοῦ συγγενῶν ἀποκτείναντος. πεπραγμένων δὲ τούτων ἤδη ὡς ἑκάστων, ὁ Μουκιανὸς ἐπῆλθε, καὶ τά τε ἄλλα [119] συνδιῴκει τῷ Δομιτιανῷ, καὶ ἐς τοὺς στρατιώτας αὐτὸν παραγαγὼν, δημηγορῆσαι ἐποίησε, καίπερ [120] καὶ παιδίσκον ὄντα· καὶ πέντε καὶ εἴκοσι δραχμὰς τῶν στρατιωτῶν ἕκαστος ἔλαβεν.

" aliquando imperator veſter fui. " Quamobrem irati milites, cum ad ſcalas Gemonias perductum obtruncant, abſciſſumque caput ejus per totam urbem circumgeſtant. A.U.C. 822 Galba II. & T. Vinio COSS.

22. Vitellius poſtea ab uxore ſepultus eſt, cum vixiſſet annos ad LIV, [dies LXXXIX.] regnaſſet annum unum, decem diebus exceptis. Frater quidem ejus Tarracina profectus eſt, opem ei laturus; ſed in itinere, audita ejus morte, ubi in eos, qui contra ipſum miſſi erant, incidit, cum iisdem de ſalute ſua paciſcitur. Neque tamen eo ſecius ipſe non multo poſt, hinc & filius Vitellii, occiſus eſt: quanquam Vitellius nullum, neque ex propinquis Othonis, nec Veſpaſiani, vita privaſſet. His omnibus jam confectis, Mucianus venit: isque & reliqua cum Domitiano cœpit adminiſtrare, & ipſum produxit ad milites, ut apud eos, quamvis puerulus, concionaretur: tum centeni numi HS dati ſunt ſingulis militibus.

[m] πεντήκοντα. dies additi ſunt ex Z. p. 576. C. vide §. 114. mox pro ἀποδέοντα, ἐνδέοντα, Z.

§ 112. (l. 5.) πρός τε τοὺς ἀναβαθμοὺς] ἀναβαθμοὺς abſolute Dio ſcalas Gemonias appellare ſolet p. 621. B. 630. D. ſicut Latini *Gemonias* dicunt, omiſſo *ſcalas*. vid. *Suet.* Tib. 53. &c. Collocat eas Dio non procul a radicibus Capitolii, ubi carcer Tullianus, in media urbe in ipſo fori flexu. vide *Fabricium* ad p. 624. C. Conſentit *Joſephus* lib. IV. c. 11. § 4. ἐπὶ μέσης τῆς Ῥώμης ἀπεσφάττετο. adde *Hegeſippum*. IV. 32. Idem contra *Victorem*, qui in Aventino monte reg. XIII. collocat, tuetur *Olaus Borrichius*, vel potius apud Victorem *ſcalas Caci* pro Gemoniis reſcribendas contendit, in antiqua Urbis Romæ facie cap. 15. Tom. IV. Theſ. Græv. p. 1603. B. vide & *Alex. Donatum* de Urbe Roma III. 13. Tom. III. Græv. p. 717. ſq. Vitellium ad Gemonias necatum teſtantur & *Suetonius*, *Tacitus*, *Eutropius*, *Victor uterque* ll. cc. Errat ergo *Euſebius* ἐσφάγη ἐν μέσῃ τῇ Ῥώμῃ.

§ 113. (l. 7.) κατέκοψαν] τρίτῃ μηνὸς Ἀπελλαίου, inquit *Joſephus* IV. c. 11. § 4. quod ſecundum Apellæum ſolarem Tyriorum, de 20. die Decembris intelligendum eſſe contendit Emin. *Noriſius* de Epoch. Syro-Mac. Diſſ. I. c. 3. p. 61. Sane paulo poſt exuſtum Capitolium d. 19 Dec. acciderit neceſſe eſt. vide § 91. ſq. & ſecundum Dionem, ſi regnavit Vitellius annum unum, demtis X. diebus, ab IV. Non. Jan. vel ſequenti die, quibus miles utriusque Germaniæ ei imperium detulit, p. 729. § 24. usque ad XXII. vel XXIII. diem Decembris anni 822. regnarit neceſſe eſt. Hinc *Tillemontius* in Notis ad Vitam Vitellii p. 1052. apud Joſephum τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ legendum eſſe conjicit. Sed ita cum Dione in concordiam redactus Joſephus ſecum ipſe pugnabit. Scribit enim l. c. Vitellium (a nece Othonis) regnaſſe menſes VIII. dies V. Jam Otho necem ſibi intulit die 16 April. p. 733. § 74. ſq. Ergo mors Vitellii ſecundum Joſephum in diem 20 Dec. incidet. Verum hæc ex mente potius Joſephi alibi declarata, quam ex verbis τρίτῃ μηνὸς Ἀπελλαίου eliciuntur. Alias Joſepho Ant. XII. c. 5. § 4. c. 7. § 6. menſis Chasleu, & Ant. XI. 5. § 4. menſis Thebeth (aliis Chasleu) Apellæus vocatur; quod Noriſii interpretationi parum favet. Quicquid ſit de loco Joſephi, (nam menſium ratio in Joſepho nondum ad liquidum perducta videtur) nobis ſufficiat Dionis calculum rimari.

§ 114. (l. 10.) τέσσαρα ἔτη καὶ πεντήκοντα] Adde omnino ex Zonara dies 89. Nam *Suetonio* teſte c. 3. natus erat d. 7. rectius 24 Sept. A. U. C. 768. Vitæ igitur terminus ultra LIV. annos porrigitur, & Zonara ac Suetonio collatis incidet in diem 21. Decembris. Sed & novum exemplum *Suetonius* præbet cap. 18. ubi LVII. annos vitæ tribuit Vitellio, ex aliis aliisque auctoribus, nativitatis & vitæ tempora ipſum petiiſſe, nec tamen diverſiſſimos calculos exactis rationibus ad concordiam revocaſſe, adeoque ſecum haud raro pugnare. vide ſupra § 46. & 74. Interim & *Tacitus* III. 86, 1. *ſeptimum & quinquageſimum ætatis annum explebat*. adde *Eutropium* VII. 12, 7. *Victorem* Epit. VIII. 5. ſed alter *Victor* Cæſ. VIII. 6. fœdo errore invertit numeros, *annos natus ſeptuaginta & quinque amplius*.

§ 115. (l. 11.) ἐνιαυτὸν ἡμερῶν δέκα ἀποδ.] Vide § 113. Longum eſſet aliorum calculos recenſere. conf. *Tillemont* p. 1052.

§ 116. (l. 15.) ὡμολόγησε μὲν] Idem de deditione & cæde Lucii *Tacitus* H. IV. 2, 4. & 7. Periiſſe Vitellium cum fratre & filio, tradit etiam *Suetonius* c. 18. Vide de Lucio Tarracinam miſſo ſupra § 82.

§ 117. (l. 17.) τοῦ Βιτελλίου παῖς] Filium Germanicum anno ſequenti 823. Mucianus interfici juſſit, manſuram diſcordiam obtendens ni ſemina belli reſtinxiſſet. *Tac.* IV. 80, 1. αὐτοκράτορα eum a patre renunciatum eſſe apud exercitum, nondum credo Zonaræ. Καίσαρα forte voluit dicere. Filiam Veſpaſianus ſplendidiſſime maritavit. *Suet.* 14. *Vict.* Epit. IX. 2. incertum an Valerio Aſiatico, cui Vitellius deſponderat. *Tac.* H. I. 59, 4. IV. 4, 4. LIBERI IMP. GERMAN. AUG. in numis ap. *Mediob.* p. 104. ſqq. *Patin.* ad Suet. Vit. c. 7.

§ 118. (l. 18.) μηδένα τῶν τοῦ Ὄθωνος] Vide ſupra p. 736. § 31.

§ 119. (l. 21.) συνδιῴκει τῷ Δομιτιανῷ] Mucianum poſtridie urbem ingreſſum dicit *Joſephus* B. J. lib. IV. c. 11. § 4. & ab eo Domitianum productum, populo rectorem conſtitutum eſſe, usque ad Veſpaſiani adventum: quæ cum Dione conſentiunt. Sed ex *Tacito* IV. 11. ſerius veniſſe Mucianum colligitur. Domitianus jam Cæſar conſalutatus eadem die qua Vitellius cæſus: *Id.* III. 86, 6. IV. 2, 1. præfectura prætorii penes Arium Varum, ſumma potentiæ in Primo Antonio. *ibid.* Senatus Veſpaſiano cuncta ſolita decreverat, tum & Conſulatum ipſi & Tito; præturam Domitiano & conſulare imperium. *id.* c. 3. Mucianus his & variis aliis jam actis urbem ingreſſus, cuncta ſimul in ſe traxit, fracta Primi Antonii Varique potentia. *id.* 11, 1. Ceterum Domitianus *vim dominationis licenter exercuit*. *Suet.* Domit. 1. *ſtupris & adulteriis filium principis agebat*. *Tac.* IV. 2, 1.

§ 120. (l. 23.) καὶ παιδίσκον ὄντα] *Suetonius* Domit. 1. natum dicit IX. Kal. Nov. ſeu 24. Octob. patre conſule deſignato, i. e. A. U. C. 804. quo in Kal. Nov. absque collega conſul deſignatus eſt. Fuit igitur nunc egreſſus annum XVIII. ætatis. Sed *vix puberem* vocat & Sabinus apud *Tacitum* III. 70, 6. & Tacitus Vit. Agr. 7, 3. *admodum juvenem*. νέος γὰρ ἦν ἔτι κομιδῇ, inquit *Joſephus*. B. J. VII. c. 4. § 2. quæ videntur ætatem ejus ſpectare, quatenus rebus adminiſtrandis impar erat. Conſtat Ciceroni aliisque etiam adoleſcentulum, admodum adoleſcentem, puerum & admodum puerum dici, qui pubertatis annos jam ingreſſus eſt.

DIONIS
HISTORIÆ ROMANÆ
LIBRI LXVI. EXCERPTA
PER
JO. XIPHILINUM.

Inſeruntur Fragmenta Dionis integra, quæ rep[illegible]

SUMMA CAPITA LIBRI L[illegible]

Veſpaſianus Imperator factus: etiam prodigiis deſignatus. c. 1.
Muciani & Domitiani inſolentia. c. 2.
Germanorum rebellio. c. 3.
De captis a Tito Hieroſolymis. c. 4—7.
Veſpaſianus in Ægypto pecunias exigit. c. 8.
Romanos comiter habet: philoſophos urbe pellit. c. 9—13.
Per Cænidem concubinam & per ſe ipſe pecunias conficit. c. 14.
Templum Pacis & [illegible] dimittitur: Cynici pu[illegible]
Julii Sabini ſupplicium: [illegible] Marcelli conjurantium. c. 16.
Ut Veſpaſianus mortem obierit. [illegible]
De Titi Cæſaris Aug. clementia. c. 1[illegible]. 19.
Bellum in Britannia, quæ inſula eſſe agnoſcitur. c. 20.
Ut Veſuvius mons arſerit: incendium Romæ. c. 21—24.
Spectacula: Titi mors. c. 25. 26.

Temporis ſpatium.

poſt C.N.	U.C.				
					VESPASIANI.
70.	823.	Fl. Veſpaſianus Aug. II,	& Titus Cæſar. Coſſ.	I.	1 Jul.
71.	824.	Fl. Veſpaſianus Aug. III,	& M. Coccejus Nerva.	II.	
72.	825.	Fl. Veſpaſianus Aug. IV,	& Titus Cæſar II,	III.	
73.	826.	Domitianus Cæſar II,	& M. Valerius Meſſalinus.	IV.	
74.	827.	Fl. Veſpaſianus Aug. V,	& Titus Cæſar III.	V.	
75.	828.	Fl. Veſpaſianus Aug. VI,	& Titus Cæſar IV.	VI.	
76.	829.	Fl. Veſpaſianus VII,	& Titus Cæſar V.	VII.	
77.	830.	Fl. Veſpaſianus VIII,	& Titus Cæſar VI.	VIII.	
78.	831.	L. Cejonius Commodus,	& D. Novius Priſcus.	IX.	
					TITI.
79.	832.	Fl. Veſpaſianus IX,	& Titus Cæſ. VII.	I.	23 Jun.
80.	833.	T. Veſpaſianus VIII,	& Domitianus VII.	II.	
81.	834.	L. Fl. Silva Nonius Baſſus	& Aſinius Pollio Verrucoſus.	III.	†13 Sept.

A.U.C. 823 Fl. Veſpaſiano II. & T. Veſpaſiano COSS.

1. His rebus geſtis, Veſpaſianus etiam a ſenatu creatur imperator, Tituſque & Domitianus Cæſares deſignantur: præterea Veſpaſianus & Titus conſularem dignitatem ſuſcipiunt, cum alter in Ægypto, alter in Palæſtina eſſet. Veſpaſiano longo tempore ante multis regnum prodigiis ſomniiſque ſignificatum eſt. Nam bos in agro, in quo ipſe magnam vitæ partem

Ταῦτα μὲν οὕτως εἶχεν. [1] αὐτοκράτωρ δ' ἐπ' αὐτοῖς ὁ Οὐεσπασιανὸς καὶ πρὸς τῆς βουλῆς ἀπεδείχθη, καὶ [2] Καίσαρες ὅ, τε Τίτος καὶ ὁ Δομιτιανὸς [a] ἐπεδείχθησαν· [3] τήν τε ὕπατον ἀρχὴν ὁ Οὐεσπασιανὸς καὶ ὁ Τίτος ἔλαβον, ὁ μὲν ἐν τῇ Αἰγύπτῳ, ὁ δὲ ἐν τῇ Παλαιστίνῃ ὤν. ἐγεγόνει μὲν οὖν καὶ [4] σημεῖα καὶ ὀνείρατα τῷ Οὐεσπασιανῷ, τὴν μοναρχίαν ἐκ πολλοῦ προδηλοῦντα. [5] βοῦς τε γὰρ ἐν τῷ ἀγρῷ, ἐν ᾧ τὴν δίαιταν

a ἐπεδείχθησαν. ſuſpectum eſt, cur Dio ſtatim poſt ἀπεδείχθη, quod uſitatum eſt, nove diceret ἐπεδείχθησαν? Zonaras p. 576. habet ἐπεκλήθησαν. & credo, id genuinum eſſe, ſed a librario, cum prius adhuc verbum recenti memoria ſervaret, cum eo eſſe confuſum.

§ 1. (l. 1.) αὐτοκράτωρ δὲ] Vide p. 743. § 119. Pars Senatuſconſulti in tabula ænea exſtat hodienum Romæ in Baſilica Lateranenſi. v. *Gruter.* CCXLII. Tribunitiam poteſtatem & Patris Patriæ appellationem non niſi ſero recepit. *Suet.* Veſp. 12. quanquam numi jam primi eam Veſpaſiano tribuunt, perinde ut Pontificis M. vide *Tillemont* T. II. p. 842. not. 8. *Mediobarbum* p. 108. ſq.

§ 2. (l. 3.) Καίσαρες ὅ τε Τίτος καὶ ὁ Δομιτιανὸς] Vide *Gruterum* CCXLIV. 2. & numum, TITVS. ET. DOMITIAN. CÆSARES. PRINCipes JUVENTutis. apud *Mediobarbum* p. 108. ſq. & *Spanhemium* Diſſ. XII, p. 353. collata p. 359. ſqq. Alium numum, in quo Titus & Domitianus Cæſares, explicat *Liebius* Gotha num. p. 60. vide & Arſchotanos XXV. 11. XXVI. 6. Amplius quid Tito poſt confectum bellum Jud. tributum dicit *Philoſtratus* Apollon. VI. 30. ἀναρρηθεὶς δὲ αὐτοκράτωρ ἐν τῇ Ῥώμῃ, hoc eſt, ut ipſe explicat, ἰσομοιρήσων τῆς ἀρχῆς τῷ πατρί. Non igitur victoris titulum ſpectat Philoſtratus, quæ eſt ſententia *Caſauboni* ad Suet. Tit. c. 5. nec Cæſaris, quod viſum *Oleario*, ad hunc Dionis locum provocanti; ſed eodem ſenſu, quo pater Imperatorem Auguſtum putat renunciatum; quod falſum; quicquid contra diſputet *Pagius* Crit. Baron. ad An. Chr. 71. § 3. Quanquam enim patris conceſſione re ipſa *non deſtitit participem atque etiam tutorem imperii agere,* ut ait *Suetonius* Tit. 6, 1. & collega patris fuit in Tribunitia poteſtate, & Cenſura; v. § 3. *Tillemont* T. II. p. 844. & numos ap. *Mediob.* p. 120. ſq. tamen ſenſu Auguſto Imperator renunciatus non eſt: & diſcrimen vel inſcriptiones docent, prænomen IMP. ſoli patri præfigentes. *Gruter.* CCXLIV. 2. Sub Marco & Vero primum Romanum Imperium duos Auguſtos habere cœpit, ut diſerte annotant *Spartianus* in Adriano c. 24. & Ælio Vero c. 5. item *Capitolinus* in Marco c. 7.

§ 3. (l. 4.) τήν τε ὕπατον ἀρχὴν] *Conſulatum hunc Veſpaſianus iterum, ac Titus, abſentes inierunt.* Tac. IV. 38, 1. Nempe pater *co*[illegible] *rum.* Suet. Veſp[illegible] *que geſſit una.* [illegible] *ſeptem conſulati*[illegible]

§ 4. (l. 6.) [illegible] lerat *Dio* p. 649. [illegible] Hæc & alia, *Suet*[illegible]

ταν ὡς πλήθει ἐποιεῖτο, δειπνοῦντι προσελθὼν ὤκλασε, καὶ τὴν κεφαλὴν ὑπὸ τοὺς πόδας ὑπέθηκε. καὶ κύων αὖθις, σῖτον αὐτοῦ καὶ τότε αἱρουμένου, χεῖρα ἀνθρωπίνην ὑπὸ τὴν τράπεζαν ὑπέβαλε. [6] κυπάρισσός τε περιφανὴς πρόῤῥιζος ὑπὸ σφοδροῦ πνεύματος ἀνατραπεῖσα, ἔπειτα τῇ ὑστεραίᾳ [b] ὑφ' ἑαυτῆς ἀνέστη, καὶ ἀκμάζουσα διετέλεσε. καὶ παρ' ὀνείρατος ἔμαθεν ὅτι, ὅταν ὁ Καῖσαρ Νέρων ὀδόντα ἀποβάλῃ, αὐταρχήσει· καὶ τοῦτό τε τὸ κατὰ τὸν ὀδόντα τῇ
745 ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ συνηνέχθη. καὶ αὐτὸς ὁ Νέρων ἔδοξέ ποτε ἐν τοῖς ὕ[illegible] [7] τὸν τοῦ Διὸς ὄχον ἐς τὴν τοῦ Οὐεσπασιανοῦ οἰκίαν εἰσαγαγεῖν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν [8] ἑρμηνεύσεως ἐχρῄζεν. [9] Ἰώσηπος δὲ ἀνὴρ Ἰουδαῖος, ἀχθεὶς τε ὑπ' αὐτοῦ πρότερον καὶ δεθεὶς, ἐγέλασε καὶ ἔφη, "Νῦν μέν με δήσεις, "μετ' ἐνιαυτὸν δὲ λύσεις αὐτοκράτωρ γενόμε-"νος."

Οὕτω μὲν οὖν καὶ ὁ Οὐεσπασιανὸς εἰς τὴν ἀρχὴν, ὡς καὶ ἄλλοι τινὲς, ἐγεγέννητο. ἀπόντος δ' αὐτοῦ ἔτι ἐν τῇ Αἰγύπτῳ, [10] ὁ Μουκιανὸς τὰ τοῦ
B κράτους πάντα μετὰ τοῦ Δομιτιανοῦ διῴκει. μέγα γάρ τι, ὡς καὶ αὐτὸς [11] τὴν ἡγεμονίαν τῷ Οὐεσπασιανῷ δεδωκὼς, [bb] ἠγάλλετο, διά τε τἆλλα καὶ ὅτι ἀδελφὸς ὑπ' αὐτοῦ ὠνομάζετο, καὶ ὅτι ἐξουσίαν εἶχε πάνθ' ὅσα ἐβούλετο καὶ ἄνευ τῆς αὐτοῦ προστάξεως διοικεῖν, καὶ γράφειν, τὸ ὄνομα αὐτοῦ μόνον [c] ἐπιγραφόμενος. καὶ διὰ τοῦτό γε καὶ [12] δακτύλιον [c] πεμφθέντα οἱ ἐφόρει, ἵνα τὸ αὐτοκρατορικὸν σφράγισμα τὰ [d] σημαινόμενα λαμβάνῃ. [e] [πολλοῖς γοῦν ἀρχάς τε καὶ ἐπιτροπείας αὐτὸς καὶ ὁ Δομιτιανὸς ἔδωσαν, καὶ ἐπάρχους ἄλλους ἐπ' ἄλλοις καὶ ὑπάτους ἀπέδειξαν.] τό τε σύμπαν,
C οὕτως πάντα αὐτοὶ ὡς αὐταρχοῦντες ἐποίουν, ὥστε τὸν Οὐεσπασιανὸν [13] ἐπιστεῖλαί ποτε τῷ Δομιτιανῷ ὅτι,

partem degebat, cum cœnantem adiiſſet, flexit genua, ac cervicem pedibus ſubjecit: rurſumque, quum cibum caperet, canis ſub menſa ejus manum hominis depoſuit. Itemque eximia cupreſſus magna vi ventorum everſa radicitus, poſtero die per ſe ipſa reſurrexit, ac vigere perſeveravit. Præterea accepit in ſomnio, ſe principem Romanum fore, quum Cæſar Nero dentem perdidiſſet: idque de dente poſtridie ſomnii accidit. Quinetiam ipſe Nero viſus ſibi eſt aliquando per quietem, thenſam Jovis in ædes Veſpaſiani deducere. Sed hæc quidem omnia egebant interpretatione. At Joſephus natione Judæus, ante ab eo captus conſtrictusque vinculis, ridens ait: "Nunc quidem me vincies, poſt annum autem ſolves, quum fueris imperator factus."

A.U.C. 823 Fl. Veſpaſiano II. & T. Veſpaſiano COSS.

2. Erat igitur Veſpaſianus, ſicut & alii quidam, ad principatum natus. Sed quum is adhuc abeſſet in Ægypto, Mucianus res omnes imperii adminiſtrabat una cum Domitiano, jactabatque ſe magnopere, velut ipſe Veſpaſiano imperium confeciſſet, ac præter alia, quod frater ab eo appellaretur, haberetque poteſtatem omnia ſuo arbitratu, vel abſque Veſpaſiani mandato, gerendi ſcribendique, tantummodo adſcripto Veſpaſiani nomine: ob eamque cauſam ferebat annulum, quem ad ipſum Veſpaſianus miſerat; ut ea, quæ ediceret, ſigillum principis haberent. [Igitur ipſe & Domitianus multis magiſtratus & præfecturas dederunt, & alios poſt alios præſides atque conſules deſignarunt.] In ſumma, ſic omnia horum nutu, quaſi ipſi imperatores eſſent, gerebantur, ut Veſpaſianus aliquando ad Domitianum ſcripſerit:

b ὑφ' ἑαυτῆς. ὑφ' ἑαυτῇ perperam apud RS. HS. vel, ut Xylander legit, ἀγάλλετο. Sylb. bb ἐγγάλλετο. ſic vulgo. reponendum ἠγάλλετο, ut lib. LXXVI. init. p. 859. A. c ἐπιγραφόμενος. ſic & Z. alioqui mallet fortaſſe aliquis ὑπογραφόμενος, *ſubſcribens*, cujus ſubſcriptionis crebra mentio apud Sueton. alios. Sylb. ſtatim, pro πεμφθέντα, πεμφθέντα οἱ, Z. quod recepi. d τὰ σημαινόμενα, corrigendus hinc Z. apud quem vitioſe, τὰ συμβαινόμενα. e πολλοῖς γοῦν ἀρχὰς &c. hæc ſequebantur apud Zon. a quibus apte tranſitus ad ὁ δὲ Μουκιανὸς &c. quæ in Exc. Peir. p. 702. leguntur, & ex parte apud Suidam in ἀγάλλει. ubi pro ὂν μὴ ὂν μεγάλως, eſt ὅτι μὴ ὂν μεγάλως.

§5. (l. 8.) βοῦς τε γὰρ — καὶ κύων αὖθις] Portentum bovis in nummo deſignari putat *Patinus* ad Suet. c. 5. Bovis *aratoris* cognomentum, ad omen ſpectans, male omitti a Dione, annotavit *Marcilius* ibid. perinde ut canis *extrarii e trivio*, non minus ominoſum.

§6. (l. 12.) κυπάρισσός τε περιφανὴς] *Suet.* c. 5. *Tac.* II. 78, 2. *Plin.* XVI. 32. ſed quod ὑπὸ σφοδροῦ πνεύματος evulſam dicit Dio, carpit non immerito *Marcilius*, velut contra omen faciens potius, & contra verba Suetonii, *ſine ulla vi tempeſtatis.*

§7. (l. 19.) τὸν τοῦ Διὸς ὄχον] Thenſas deorum traductas in ludis comitari Imperatores ſolebant. *Suet.* Aug. 43. inde omen. vide interpretes ad *Suet.* Veſp. 5.

§8. (l. 21.) ἑρμηνεύσεως ἐχρῄζεν] Adſit ergo bonus interpres, præſertim poſt eventum rerum: habebis omina, oſtenta, vaticinia. Hinc *Tacitus* H. I. 10. *oſtentis ac reſponſis deſtinatum Veſpaſiano liberisque ejus imperium, poſt fortunam credidimus.*

§9. (l. 21.) Ἰώσηπος δὲ ἀνὴρ Ἰουδαῖος] Joſephus captus a Veſpaſiano poſt Jotapam everſam Kal. Jul. A. U. C. 820. Chr. 67. Neronis 13. hoc vaticinio mitiorem ſibi captivitatem, & tandem A. U. 822. Chr. 69. honeſtam liberationem peperit, cum intercedente Tito catenæ ejus non ſolutæ, ſed ſecuri abruptæ ſunt, quod fieri iis ſolebat, qui præter fas vincti fuerant. Vide ipſum de B. J. lib. III. 8. §9. IV. 10. §7. *Suetonium* 5. *Oroſium* VII. 9. *Suidam* in Ἰώσηπος. Ipſe *Joſephus* ſibi mirus vates & interpres ſomniorum ac oraculorum ambiguorum videtur III. 8. §3. & VI. 5. §4. collato *Tac.* V. 13, 3. ſed Veſpaſianus τὸν Ἰώσηπον ὑπελάμβανε ταῦτα περὶ σωτηρίας πανουργεῖν. III. 8. §9. Et ſane callidum hoc Joſephi commentum crediderim cum *Gottfr. Oleario* ſingulari Diſſ. Lipſ. 1699. 4. quod nocere Joſepho non poſſet, prodeſſe facile poſſet. Virtus & fama Veſpaſiani facile eliciebat vaticinia ejuſmodi, temporibus tam turbidis, p. 736. §41. & vaticinia forte viciſſim nonnihil ad audendum quod prædicebatur fiduciæ addebant.

§10. (l. 28.) ὁ Μουκιανὸς τὰ τοῦ κράτους] Vide p. 743. §119. *Ille unus ambiri, coli: nec deerat ipſe, ſtipatus armatis, domos hortosque permutans, apparatu, inceſſu, excubiis, vim Principis amplecti, nomen remittere. Tac.* IV. 11, 3. *mox Cæſar Domitianus præturam cepit. Ejus nomen epiſtolis edictisque præponebatur. Vis penes Mucianum erat: niſi quod pleraque Domitianus, inſtigantibus amicis, aut propria libidine audebat. Id.* c. 39, 3.

§11. (l. 30.) τὴν ἡγεμονίαν τῷ Οὐεσπασιανῷ] In literis adeo ad Senatum hoc *erga remp. ſuperbum, erga Principem contumelioſum, quod in manu ſua fuiſſe imperium, donatumque Veſpaſiano, jactabat. Tac.* IV. 4, 2. vide *eund.* III. 49, 4. I. 10, 3. & *Sueton.* 13. & quæ ſupra p. 736 §44. & 46.

§12. (l. 36.) δακτύλιον πεμφθέντα οἱ] Eo honore etiam Mæcenas & Agrippa ab Auguſto affecti. *Dio.* p. 444. E. Nempe extra ordinem hæc poteſtas edicendi, ſignandi, inter turbas civiles fidiſſimis dabatur, cum res moram non pateretur. Neque aſſentior Doctiſſ. *Kirchmanno* de Annulis c. 6. alios quoque Principes hunc morem tenuiſſe. Nam non confundi cum hac poteſtate debet ſimplex epiſtolarum aut annuli cura, qualis a C. Julio Cæſare patri Trogi Pompeji data eſt, teſte *Juſtino* XLIII. 5.

§13. (l. 42.) ἐπιστεῖλαί ποτε τῷ Δομιτιανῷ] Pertinet ad *abrogatos, legem ferente Domitiano, Conſulatus, quos Vitellius dederat. Tac.* IV. 47, 2. *quodque uno die ſuper viginti urbana officia atque peregrina diſtribuit: mirari ſe Veſpaſiano dictitante,* quod

A.U.C.823 Fl. Veſpaſiano II. & T. Veſpaſiano COSS.

rit; “ Ago tibi gratias, fili, quod me ſinas principatum tenere, quodque me ex eo nondum expuleris. „ [Mucianus autem unus ſupra cæteros ab omnibus volebat obſervari, ægreque ferebat, non modo ſi quis eum injuria, ſed etiam ſi minus inſigni honore affeciſſet. Itaque ut erat nimius in ornandis iis, quorum vel leviſſimum eſſet officium expertus, ita adverſus cæteros acerbiſſimum exercebat odium.] Præterea infinitam undecunque poterat pecuniam promtiſſime coacervabat in ærarium, ejusque rei culpam a Veſpaſiano in ſe recipiebat, dicens identidem; Pecunias eſſe nervos principatus. Quare ut Veſpaſiano pecuniæ undequaque conficiundæ auctor erat, ita ipſe inde ab initio nummos colligere non deſiit: adeoque magnam imperio pecuniam paravit, magnam ſibi adquiſivit.

3. Tunc & aliæ rebelliones contra Romanos in Germania factæ ſunt, quarum memoria ad noſtros uſus non facit: ſed & accidit quiddam dignum admiratione. Julius Sabinus, vir princeps inter Lingones, manum & ipſe ſibi collegit, fuitque Cæſar cognominatus, quod ſe Julio Cæſare prognatum diceret. Deinde prœliis aliquot victus, in quendam auffugit agrum, ibique in ſepulchrum ſubterraneum, quod ipſe prius incenderat, ingreſſus eſt: quumque conſtans eſſet opinio illum interiiſſe, in eo novem annos cum uxore delituit, ex eaque duos filios ſuſtulit.

ὅτι, “ Χάριν ἔχω σοι, τέκνον, ὅτι με [illegible] “ χειν, καὶ οὐδέπω με καταλέλυκας. [illegible] Μουκιανὸς τιμᾶσθαι ὑφ' ἁπάντων [illegible] λε, καὶ ἤχθετο εἰ καὶ ὁστισοῦν [illegible] αὐτὸν, ἀλλ' οὐ μὴ οὐ μεγάλ[illegible] τοῦτο, ὥσπερ ἄπληστος [illegible] ὑπουργοῦντάς τι αὐτ[illegible] καὶ μίσει ἀγε[illegible] ἐχρῆτο.] καὶ π[illegible] ταχόθεν, ὅθεν ἐνεδέχ[illegible] ἤθροιζεν ἑτοιμότατα, τὴν ἐπ[illegible] ἑαυτὸν ἀν[illegible] τοῦ Οὐεσπασιανοῦ [illegible]. νεῦρα γὰρ τῆς ἡγεμονίας τὰ χρήμα[illegible] ποτὲ ἔφη ἔλεγε· καὶ κατὰ τοῦτο καὶ ἐκείνῳ πανταχόθεν πορίζειν παρῄνει, καὶ αὐτὸς ἀπ' ἀρχῆς ἀργυρολογῶν διετέλεσε, καὶ μεγάλα μὲν καὶ τῇ βασιλείᾳ χρήματα D παρεσκεύασε, μεγάλα δὲ καὶ αὐτὸς ἐκτήσατο.

Ἐν [15] δὲ τῇ Γερμανίᾳ ἄλλαι τε [f] κατὰ Ῥωμαίων ἐπαναστάσεις ἐγένοντο, οὐδὲν ἐς μνήμην ἐμοί γοῦν ὄφελος φέρουσαι, καί τι συνηνέχθη καὶ θαύματος ἄξιον. [16] Ἰούλιος γάρ τις Σαβῖνος, ἀνὴρ πρῶτος τῶν Λιγγόνων, δύναμιν καὶ αὐτὸς ἰδίαν [g] ἤθροισε, καὶ Καῖσαρ ἐπωνομάσθη, λέγων [h] ἔγγονος τοῦ Καίσαρος τοῦ Ἰουλίου εἶναι. ἡττηθεὶς δὲ μάχαις τισὶν, ἔφυγεν εἰς ἀγρόν τινα, κἀνταῦθα εἰς μνημεῖον ὑπόγειον, προκαταπρήσας αὐτὸ, κατέ- E δυ· καὶ οἱ μὲν ᾤοντο κἀκεῖνον ἀπολωλέναι, [i] ὁ δὲ ἐκρύφθη τε ἐν αὐτῷ ἐννέα ἔτη μετὰ τῆς γυναικὸς, καὶ παῖδας ἐξ αὐτῆς δύο ἄρρενας ἐποίησε. καὶ τὰ

f κατὰ Ῥωμαίων. melius, κατὰ τῶν Ῥωμαίων. *g* ἤθροισε. ſic rectius Sylb. HS. edit. maj. & L. quibus adſtipulatur Br. & Ceisl. ἤθροιζε, RS. & HS edit. min. *h* ἔγγονος. ἔκγονος, L. ad marg. *i* ὁ δὲ ἐκρύφθη. ſic edidit Sylb. HS. edit. maj. & L. ille, ut conjicio, ex MS cod. nam & Br. habet οἱ δὲ, quod per errorem ſcriptum pro ὁ δὲ. ſed αὐτὸς δὲ ἐκρύφθη excuderunt RS. & HS. edit. min.

quod ſucceſſorem non & ſibi mitteret. *Suet*. Domit. 1. Quidni ergo & ſcripſerit hæc ad Domitianum? ut non neceſſe ſit, epiſtolam, quam Dio profert, ex verbis Suetonii confictam credere cum Caſaubono. Nam *Veſpaſianus in Italiam resque urbanas intentus, adverſam de Domitiano famam acceperat, tanquam terminos ætatis & conceſſa filio egrederetur*: deprecante pro eo fratre Tito, ut ſe placabilem filio præſtaret. *Tac*. IV. 51, 3. & c. 52. credebatur etiam bello Germanico, *occultis ad Cerialem nunciis fidem ejus tentaviſſe, an præſenti ſibi exercitum imperiumque traditurus foret: qua cogitatione bellum adverſus patrem cogitaverit, an opes viresque adverſus fratrem, in incerto fuit*. *id*. c. 86, 2.

§ 14. (l. 53) εἰς τὸ δημόσιον ἤθροιζε] Poſt Neronis & Vitellii luxuriem ſumma erat ærarii fiſcique inopia, adeo ut Veſpaſianus ipſe teſtificatus ſit: *quadringenties millies opus eſſe, ut reſpublica ſtare poſſet*. *Suet*. 16. Invenio apud *Tacitum* H. IV. 47. actum eſſe in Senatu, ſub Muciano, *ut ſexcenties ſeſtertium a privatis mutuum acciperetur*: & miror Tacitum dubitanter addere, *verane pauperie, an uti videretur*.

§ 15. (l. 61.) ἐν δὲ τῇ Γερμανίᾳ] Motus hos jam A. U. C. 822. ortos tanti duxit *Tacitus* ut magnam iis partem Hiſtoriæ ſuæ tribueret: lib. IV. 12—37. 54—79. 85. lib. V. 14—26. ſed extrema belli hujus & hiſtoriæ Taciti deſiderantur. Breviter de iisdem *Joſephus* B. J. VII. 4. § 2. Nempe Claudius quidam Civilis, vel potius, ut apud *Frontin*. Strateg. IV. 3. § 14. *Tacit*. H. I. 59, 1. & *Plut*. Erot. p. 770. C. *Julius* Civilis, regia ſtirpe apud Batavos, ſpecie arreptarum Veſpaſiani partium, contra Vitellium, ſed eo mortuo palam in Romanos ruere cœpit: adjunxitque ſibi ex Gallis ac Germanis plurimos, opitulante in primis Claſſico præfecto alæ Trevirorum, regio genere & claro. Acceſſit Velleda virgo fatidica apud Bructeros, late imperitans. Romani cæſi, hyberna capta, ſegnius rem agente Flacco Hordeonio; donec Petilius Cerialis, qui olim Germaniam rexerat, ad Britanniam adminiſtrandam miſſus, audita rebellione, magna Germanos clade affecit.

§ 16. (l. 64) Ἰούλιος γάρ τις Σαβῖνος] *Falſæ ſtirpis gloria incendebatur, proavium ſuam divo Julio per Gallias bellanti, corpore atque adulterio placuiſſe*. *Tac*. IV. 55, 3. De ejus conatibus & ſimulata poſt cladem morte, *id*. c. 67. de vera, *Dio* p. 752. D. Paterne hujus fuerit Julius Sabinus, qui Galliæ præfuit ſub Cajo, teſte *Dione* p. 684. A. quærit *Lipſius* ad Tac. l. c. not. 106. conf. Mr. *Secouſſe* Hiſt. de Sabinus T. IX. Memoir. de l'Academie des Inſcriptions. p. 425. ſqq. frater Julius Paulus. *Tac*. H. IV. 13, 1. ſororis filius Julius Briganticus. Tac. IV. 70, 4.

§ 17. (l. 73.) Κεριάλιος] Q. Petilius Cerialis, de quo dixi p. 641. § 95. vide *Tacitum* IV. 71. ſqq. V. 14. ſqq.

§ 18. (l. 78) ἐξ ὧν ἔδρασε — ἐπεχείρησε.] Reſpicit inſolentiam ejus in urbe, & fruſtra affectatum occaſione belli imperium. p. 743. § 119. ſupra § 13. & infra § 20. & p. 749. C. Nam ad hoc ipſum bellum ſimul Domitianus Mucianusque profecti, *Tac*. IV. 68, 6. antequam ad Alpes veniſſent, nuncium de rebus proſpere apud Treveros geſtis accipiunt. Mucianus vero, quaſi indignum eſſet Domitianum alienæ gloriæ intervenire, ipſi perſuadet, ut Lugduni vim fortunamque principatus e proximo oſtentaret. Ita deluſus a Muciano, cum & Cerialem fruſtra tentaviſſet, *modica quoque & uſurpata antea munia imperii omittebat: ſimul ſimplicitatis ac modeſtiæ imagine in altitudinem conditus, ſtudiumque literarum & amorem carminum ſimulans, quo velaret animum & fratris æmulationi ſubduceretur*. *Tac*. IV. 85. ſq. Hinc *Suetonius* Domit. 2. *expeditionem* ejus *non neceſſariam* vocat: quam mero aſſentandi ſtudio extollit *Joſephus* B. J. VII. 4. § 2. quanquam ipſe Domitianus ex ea nomen Germanici aſſumſit ſtatim poſt initum imperium, & Cæſar adhuc cum laurea fingitur; ſicut ex numis demonſtravit *Noriſius* Epoch. Syro-Mac. III. 2. p. 315. adde *Mediobarbum* p. 131. ſq.

§ 19. (l. 79.) πρός τε τῷ Ἀλβανῷ] Albanum, villa ſub monte Albano, ubi frequens Domitianus. *Dio* p. 759. B. 766. B. coll. p. 749. C. 518. D. *Plin*. epiſt. IV. 11, 6. *Suet*. Domit. 19. *Juvenal*. IV. 100. *Tac*. Vit. Agr. 45, 2. quanquam ibi *Albanam arcem villam* exhibent veteres editiones, *villam* recentiores; quod tamen gloſſema eſſe, & genuinum eſſe *arcem*, merito judicat Lipſius, probatque ex altero Dionis loco p. 759. B. ubi Domitianus hanc quaſi ἀκρόπολιν elegiſſe dicitur. Nimis enim argutus eſt *Theod. Marcilius* Vir Clariſſimus ad Suet. Domit. c. 19. quando Dionem putat dicere voluiſſe ἀκρογόνολιν, ludentem ad illam de qua Auguſtus *Suetonii* c. 98. Voluit omnino ἀκρόπολιν Dio [illegible] interpretem alterius loci T[illegible] mitianus, omiſſis imperii [illegible] fratri ſubducit. Frigida [illegible] Intelligitur *Albana arx* ſeu [illegible]

τὰ μὲν ἐν Γερμανίᾳ [17] Κερεάλιος μάχαις πολλαῖς κατεστήσατο, ὧν ἐν μιᾷ τοσοῦτον πλῆθος τῶν τε Ῥωμαίων καὶ τῶν βαρβάρων κατεκόπη, ὥστε τὸν παραῤῥέοντα ποταμὸν ὑπὸ τῶν πεπτωκότων ἐπισχεθῆναι. ὁ δὲ Δομιτιανὸς, [18] ἐξ ὧν ἔδρασε, καὶ πολλῷ μᾶλλον ἐξ ὧν ἐπεχείρησεν, (οὐδὲν γὰρ
746 μικρὸν ἐπενόει) φοβηθεὶς τὸν πατέρα, [19] πρός τε τῷ Ἀλβανῷ τῷ ὄρει τὰ πολλὰ διατρίβων, καὶ τῷ ἔρωτι τῆς [20] Δομιτίας τῆς Κορβούλωνος θυγατρὸς προσέχων ἐτύγχανε. ταύτην γὰρ Λουκίου Λαμίου Αἰμιλιανοῦ τοῦ ταύτης ἀνδρὸς ἀποσπάσας, τότε μὲν ἐν ταῖς ἐρωμέναις ἐποιήσατο, ὕστερον δὲ καὶ ἔγημεν.

Ὁ δὲ [21] Τίτος, [k] τῷ πρὸς Ἰουδαίους πολέμῳ ἐπιταχθεὶς, [l] [ἐπεχείρησε μὲν αὐτοὺς
C [22] λόγοις τισὶ καὶ ἐπαγγελίαις προσποιήσασθαι· μὴ πεισθεῖσι δὲ, ἐπολέμει. καὶ [23] μάχαις μὲν πρώταις ἀγχώμαλα ἀγωνισάμενος, εἶτα κρατήσας, [24] ἐπολιόρκει τὰ Ἱεροσόλυμα. [25] ἦν δὲ τρία αὐτοῖς σὺν τῷ τοῦ νεὼ περιβόλῳ τείχη. οἵ τε οὖν Ῥωμαῖοι χώματά τε πρὸς τὸ τεῖχος ἐχώννυσαν, καὶ μηχανήματα προσῆγον, [m] τούς τε ἐπεκθέοντας ὁμόσε ἰόντες ἀνέστελλον, καὶ τοὺς ἐπὶ τοῦ τείχους [n] ὄντας σφενδόναις καὶ τοξεύμασιν ἀνεῖργον· [26] συχνοὺς γὰρ καὶ παρὰ
D βαρβάρων τινῶν βασιλέων πεμφθέντας εἶχον· καὶ [27] οἱ Ἰουδαῖοι, πολλοὶ μὲν αὐτόθεν, πολλοὶ δὲ καὶ παρὰ τῶν ὁμοήθων, οὐχ ὅτι ἐκ τῆς

lit. Rebelliones autem Germaniæ Cerealis compeſcuit, multis prœliis factis: tantaque in uno ex iis prœliis multitudo Romanorum barbarorumque cæſa eſt, ut mortuorum cadavera præterfluentis amnis curſum retinuerint. Domitianus propter ea, quæ egerat, & multo magis propter ea, quæ tentaverat, (nihil enim exiguum cogitabat) patrem veritus, ad Albanum montem plerumque commorabatur. Is animum ad amorem Domitiæ, filiæ Corbulonis, applicaverat; eamque a Lucio Lamia Æmiliano, viro ejus, abductam ſecum tunc habebat in numero amicarum, eandemque poſtea uxorem duxit.

4. Interim Titus præfectus bello contra Judæos, [eniti cœpit, ut eos ſibi per legationes & promiſſa quædam conciliaret: ſed ubi perſuaderi non potuere, rem armis gerendam ſtatuit. Quumque prœliis primis æquo Marte pugnasſet, inde ſuperior, Hieroſolyma obſedit. Erant ea, cum munitione templi, tribus cincta muris. Itaque Romani aggeres ad mœnia perducebant, & admovebant machinas; manusque cum erumpentibus conſerentes, excurſus eorum reprimebant; & ſtantes in mœnibus tam fundis, quam telis aliis arcebant: magnam enim hominum multitudinem a barbaris quoque regibus nonnullis miſſam habebant: Judæi vero pariter a multis, partim e regione illa ſua, partim ab iis, qui ejusdem religionis eſſent, non ex ipſo

A.U.C. 823 Fl. Veſpaſiano II. & T. Veſpaſiano COSS.

k τῷ πρὸς Ἰουδαίους πολέμῳ ἐπιταχθεὶς. τῷ τῶν Ἰουδαίων πολέμῳ προστεταχθεὶς, Exc. Urſ. p. 396. l ἐπεχείρησε μὲν αὐτοὺς &c. hanc memorabilem Hieroſolymorum oppugnationem omiſerat Xiph. pauca hæc addidiſſe contentus: τὰ Ἱεροσόλυμα εἷλε, καὶ τὸν ναὸν ἐνέπρησε. ſed in Exc. Urſ. p. 396. ſqq. Dionis ipſius amplior enarratio conſervata eſt, quam hic a p. 746. usque ad p. 748. init. legis. m τούς τε ἐπεκθέοντας ὁμόσε ἰόντες ἀνέστελλον. in cod. MS. erat vitioſe: τούς τε ἀποθέοντας ὁμοῦ τε ἰόντες ἀνέστελλον. quæ emendavit Urſ. niſi quod minus bene ἀπεκθέοντας ſcribit. ἐπεκθέοντας melius L. ut alias ἐπεκτρέχειν dicitur apud Dionem. n ὄντας. ἑστῶτας, Exc. Urſ.

tonio audit, in altum editus ad montem, quo ſe ſtudiorum & carminum ſimulato amore poſt reditum ab expeditione abdidit. Confer de ejus poeſi & ſtudiis *Tillemontium* T. II. p. 106.

§ 20. (l. 81.) Δομιτίας τῆς Κορβούλωνος] *Suetonius* Domit. 1. *contrectatis multorum uxoribus, Domitiam Longinam, Aelio Lamiæ nuptam, etiam in matrimonium abduxit.* Vide de ea *Triſtanum* T. I. p. 345. ſqq. & *Servies* femmes des XII. Ceſars p. 515. ſqq. Integrum nomen Lucius Aelius Plautius Lamia, ut ex monumento Fratrum Arvalium docuit Cel. *Phil. a Turre* in Monum. Vet. Antii P. I. c. 7. p. 96. ſq. unde & Conſulem ſuffectum A. U. C. 834. fuiſſe conſtat. Lamia cognomen Aeliæ gentis; ſed hunc adoptatum tantum in gentem Aeliam ex Aemilia, additum Aemiliani cognomen videtur indicare. Interemtus poſtea eſt a Domitiano, ut refert *Suetonius* 10.

§ 21. (l. 86.) Τίτος τῷ πρὸς Ἰουδαίους πολέμῳ] Bellum ortum ſub Geſſio Floro procuratore; quod cum Ceſtius Gallus Syriæ legatus comprimere conatus eſſet, fuſus eſt magna clade; unde miſſus a Nerone Veſpaſianus pater, intra duas æſtates omnes jam præter Hieroſolyma urbes victore exercitu tenebat. *Tac.* H. V. 9. 10. adde *Sueton.* Veſp. 4. *Oroſium* VII. 9. *Joſeph.* Ant. XX. 11. § 1. B. J. lib. II. c. 14. ſqq. Sub patre Titus legati munere Tarichæam & Gamalam urbes validiſſimas in poteſtatem redegerat. *Suet.* Tit. 4. 4. *Joſeph.* B. J. lib. III. c. 10. & IV. c. 1. item Japham III. 7. § 31. ac Jotapam. ibid. § 33. Nunc *anni* (823.) *principio Cæſar Titus perdomandæ Judææ delectus a patre. Tac.* H. V. 1. confer quæ diximus ad p. 736. § 50.

§ 22 (l. 88.) λόγοις τισὶ καὶ ἐπαγγελίαις] Joſephus in primis miſſus ad eos eſt ſæpiuſcule, pacis & deditionis auctor. Vide eum de B. J. lib. V. c. 9. § 2. ſqq. VI. c. 2. & alibi paſſim. Tito Deum hominesque teſtante, quam invitus ad urbem templumque evertendum accedat. V. 9. § 2. c. 12. § 4. VI. 2. § 3. ſq. VI. 6. § 2. &c. conf. & Prolegom. ad libros de B. J. itemque *Suidam* in Τίτος.

§ 23. (l. 89.) μάχαις μὲν πρώταις] Ante muros Hieroſolymor. *Tac.* V. 11. ubi Titus ipſe interdum in diſcrimen venit. *Joſeph.* V. 2. § 2. ſqq. c. 3. § 3. ſq. c. 5. § 4. ſq.

§ 24. (l. 91.) ἐπολιόρκει τὰ Ἱεροσόλυμα] Obſidio cœpta A. U. C. 823. d. 14 Xanthici ſeu Aprilis *Joſeph.* V. 13. § 7. tempore, quo ad Paſchatos feſtos dies undique congregati erant. vide *Sulpitium Sev.* L. II. p. 375. ſq. *Joſeph.* VI. 9. § 3.

§ 25. (l. 92.) ἦν δὲ τρία αὐτοῖς τείχη] Murus antiquus montem Zion urbemque ſuperiorem cingens, LXIII. turribus firmatus: murus medius a ſeptentrione montis Acra ad turrim Antoniam pertinens, XIV. turres habebat: tertius murus montem Betzetam quoque complexus, XC. turribus inſignis erat. *Joſeph.* V. 4. Totius urbis ambitus XXXIII. ſtadiorum. *ibid.* § 3. adde V. 12. § 2. & *Relandi* Palæſt. p. 835. ſqq. Muri per artem introrſus ſinuati ut latera oppugnantium ad ictus pateſcerent. *Tac.* V. 11, 5. Tres tum in urbe factiones erant, mutuis in ſe cædibus, rapinis, incendiis, ſævientes: extrema Simon ὁ τοῦ Γιώρα, ſeu Bargioras, mediam urbem Joannes, (quem Bargioram male *Tacitus* vocat V. 12, 4.) templum Eleazarus zelotes firmaverat. *Joſeph.* V. 1. & c. 6. § 1. Hæ factiones, viſis Romanis, concordiam ineunt V. 2. § 4. rurſus azymorum die Joannes per inſidias templum occupat, ut duæ tantum factiones remanerent. V. 3. § 1. & 6. § 1. quæ licet diffidentes invicem, junctæ muros defendunt. c. 6. § 4.

§ 26. (l. 97.) συχνοὺς γὰρ — πεμφθέντας εἶχον] Leunclavius: *habebant hoſtes;* quod proculdubio falſum, quia de Judæis eorumque auxiliis ſtatim Dio. Romani intelliguntur: & præter equites Syros, *Joſephus* III. 4. § 2. numerat inter Romanorum auxilia, συχνὸν καὶ παρὰ τῶν βασιλέων συμμαχικὸν, Antiochi, Agrippæ, Soemi, Malchi Arabis. Judæi autem maxime juvabantur παρὰ τῶν ὁμοήθων, quo nomine non tantum Judæi nati ſed & proſelyti intelliguntur, qui in eorum mores tranſierant, quo Joſephus refert Jzatæ filios & fratres VI. § 4. & Idumæos. IV. 4. § 1. ſqq. 6. § 1.

§ 27. (l. 99.) οἱ Ἰουδαῖοι πολλοί] *Tacitus* V. 12, 3. *magnam colluviem,* & 13, 5. 600 000 in urbe fuiſſe tradit: qui numerus anguſtior eſt. *Joſephus* lib. VI. 9. § 3. captivos toto bello numerat 97 000, mortuos in obſidione 1100 000. *Euſebius* H. E. III. 5. p. 75. D. ex Joſepho omnes in urbe concluſos ἀμφὶ τριακοσίας μυριάδας, ſeu 3000 000. In Chron. Can. addit: ἔθος γὰρ τοὺς ἐν ἡμέραις τοῦ πάσχα τῷ ναῷ ἐν Ἱεροσολύμοις συνέρχεσθαι. Rationem tantæ multitudinis partim ab auxiliandi ſtudio, cum Dione; partim a perfugio expulſorum ex ceteris locis expugnatis, cum Tacito; partim a Paſchatos feſto, cum Joſepho, repetimus.

A.U.C 823 Fl. Veſpaſi. ano II. & T. Veſpaſiano COSS.

ipſo duntaxat imperio Romano, ſed etiam e ſitis trans Euphratem locis, adjuti, tela cum ſaxis, hinc manu, hinc machinis, vehementiore cum impetu, ut de ſublimi, torquebant. Quoties etiam ferret occaſio, noctu & interdiu extra urbem prodeuntes, tormentis ignem injiciebant, complures neci dabant, tum & terram ſuffodiebant, eamque ſub mœnia reducebant, arietes hoſtium alios laqueis injectis adtrahebant, alios harpagonibus avellebant, aliorum adpulſus tabulis craſſis, inter ſe compactis & ferratis, quæ ante murum demittebantur, avertebant. Ut plurimum vero laborabant aquæ inopia Romani, quam & putidam, & longo ex intervallo petere cogebantur: Judæi autem per cuniculos ſubterraneos multum poterant, quos ex urbe ſubter ipſa mœnia, ad longinquas partes regionis actos habebant: perque hos ipſos cuniculos egreſſi, Romanos aquam petentes invadebant, & palantes damnis adficiebant. Titus univerſos hoſce meatus obſtruxit.

5. Hæc vero dum fierent, complures utrinque vulnerati cæſique ſunt. Titus ipſe ſaxo percuſſus in humero ſiniſtro, manum inde debiliorem habuit. Tandem Romani exteriorem in murum evaſerunt. Quumque duos inter muros loco medio caſtra poſuiſſent, murum alterum adorti ſunt, impari congredientium ſucceſſu. Quum enim obſeſſi omnes in hunc ipſum murum ſe recepiſſent, facilius ſe defendebant, velut ex ambitu circuli minore. Rurſus igitur a Tito per præcones eis impunitas propoſita fuit, ac nihilo minus illi oppugnationem ſuſtinebant. Quotquot etiam ex ipſis aut caperentur, aut transfugerent, aquam Romanorum clam corrumpebant; & ſi quos ſolos intercepiſſent, jugulabant. Itaque Titus neminem eorum amplius admiſit. Interim & Romani quidam abjectis præ anxietate animis, ceu fieri

τῆς αὐτῆς τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς, ἀλλὰ κ[illegible] τῶν πέραν Εὐφράτου προσβεβοηθηκότες [illegible] τε καὶ αὐτοὶ, καὶ λίθους, τοὺς [illegible] ρὸς, τοὺς δὲ [28] καὶ μηχαναῖ[illegible] ἅτε καὶ ἀφ' ὑψηλοῦ, ἔπεμπ[illegible]όντες, ᾗ καιρὸς ἦν, νυκ[illegible] [29] τὰς μηχανὰς ἐνεπίμπ[illegible] κτείνουσαν, τόν τ[illegible] τεῖχος ὑφεῖλκον, [illegible] E
βρόχοις ἀνεῖλκον [p] τοὺς [illegible]σων, ἑτέρων τὰς προσβολὰς. [illegible], συμπεπηγμέναις τε καὶ σεσιδηρω[illegible]ας πρὸ τοῦ 747
τείχους καθίεσαν, ἀπέστρεφον. τὸ δὲ δὴ πλεῖστον οἱ Ῥωμαῖοι [30] τῇ ἀνυδρίᾳ ἐκακοπάθουν, καὶ φαῦλον καὶ πόῤῥωθεν ὕδωρ ἐπαγόμενοι· οἱ δὲ Ἰουδαῖοι [31] διὰ τῶν ὑπονόμων ἴσχυον. ὀρωρυγμένους τε γὰρ αὐτοὺς ἔνδοθεν ὑπὸ τὰ τείχη μέχρι πόῤῥω τῆς χώρας εἶχον, καὶ δι' αὐτῶν διεξιόντες, τοῖς τε ὑδρευομένοις ἐπετίθεντο, καὶ τοὺς ἀποσκεδαννυμένους ἐλυμαίνοντο· οὓς ὁ Τίτος πάντας ἀπέφραξε.

Κἀν τοῖς ἔργοις τούτοις πολλοὶ ἐτιτρώσκοντο B
ἑκατέρων, καὶ ἔθνησκον. καὶ ὁ Τίτος αὐτὸς λίθῳ τὸν ἀριστερὸν ὦμον ἐπλήγη, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τὴν χεῖρα ἀσθενεστέραν εἶχε. χρόνῳ δ' οὖν ποτε [32] τοῦ ἔξω περιβόλου οἱ Ῥωμαῖοι ἐπέβησαν. ἐν μέσῳ δὲ τῶν δύο περιβόλων στρατοπεδευσάμενοι, πρὸς τὸ ἕτερον τεῖχος προσέβαλον. οὐ μέντοι καὶ ὁμοία ἡ πρόσμιξις σφίσιν ἐγίγνετο. ἀναχωρήσαντες γὰρ ἐς ἐκεῖνο πάντες, ῥᾷον (ἅτε καὶ ἐκ βραχυτέρας τῆς τοῦ [r] κύκλου περιβολῆς) ἠμύνοντο. C
ὁ οὖν Τίτος κήρυγμα αὖθις, ἄδειαν αὐτοῖς διδοὺς, ἐποιήσατο. ἐκεῖνοί τε οὖν καὶ ὣς ἐκαρτέρουν. καὶ οἱ ἁλισκόμενοι, οἵ τε αὐτομολοῦντες σφῶν, τὸ ὕδωρ τῶν Ῥωμαίων λανθάνοντες ἔφθειρον, καὶ τῶν ἀνθρώπων οὓς που μόνους ἀπολάβοιεν, ἔσφαζον. ὁ δὲ Τίτος [33] οὐκέτ' οὐδένα αὐτῶν ἐδέχετο. κἀν τούτῳ καὶ τῶν Ῥωμαίων τινὲς ἀδημονήσαντες, οἷα ἐν [s] χρονίῳ

o ἀπεκτόννυσαν. ita L. ἀπεκτόννυσαν, Exc. Urſ. alias ἀπεκτίννυσαν. p καὶ τοὺς &c. usque ad ἀνεῖλκον. hæc deſiderantur apud Urſ. locus mutilus a Leunclavio redintegratus, puto ex MS. Sylb. q ἀρπάγαις. non ἀρπαγαῖς, ut Urſ. r τοῦ κύκλου. L. ex ingenio. τοῦ κόσμου, Exc. Urſ. & MS. Sylb. s ἐν χρονίᾳ πολιορκίᾳ. ἐν χρόνῳ πολιορκίᾳ, perperam Urſ. χρονίᾳ ediderat L. miror cur non potius χρονίῳ, quod propius accedit ad MS. & paſſim occurrit genere feminineo cum apud Dionem tum alios.

§28. (l. 5.) καὶ μηχαναῖς] Iisdem machinis, baliſtis & ſaxorum tormentis, ſeditioſi in ſe invicem uſi, miſſilibus ad aram templumque penetrantibus, ſanguinem humanum ſanguini victimarum miſcuerant. *Joſeph.* V. 1. § 3. Sed adverſus Romanos in primis Simon, obſidioni proximus, machinas, quas Ceſtio eripuerat, & ad Antoniam arcem ceperat, per muros diſpoſuit. *id.* V. 6. § 3. Baliſtas trecentas, & quadraginta ſaxorum tormenta, vel ad extremum habuere. *id.* 9. § 2. Ceterum de variis modis arietum ictum eludendi vel avertendi *Lipſ.* Poliorc. V. 8. T. III. p. 357. ſq.

§29. (l. 8.) τὰς μηχανὰς ἐνεπίμπρασαν] Vide *Joſeph.* V. 6. § 6. & 11. § 4. ſq.

§30. (l. 15.) τῇ ἀνυδρίᾳ ἐκακοπάθουν] *Joſephus* V. 9. § 4. p. 350. contra, vices mutatas refert, ut fontes Judæis, etiam ante Titi adventum, exaruerint, nunc Tito uberiores manarint. Sed hæc aut comparate intelligenda ſunt, aut a pacis auctore Judæis jactata. Probabilius Dio aquæ inopia Romanos dicit laboraſſe. Nam fontes tota Palæſtina rari, circa Hieroſolymam rariſſimi; plurima aqua ex ciſternis; & imbribus ceſſantibus majus ſitis quam famis periculum; ut teſtatur *Hieronymus* ad Amos cap. IV. T. III. edit. Martianæi p. 1401. conf. II. Chr. XXXII, 3. Joel. I. 20. *Strab.* XVI. p. 761. Accedebat bello ſæviente multorum fontium & ciſternarum obturatio.

§31. (l. 17.) διὰ τῶν ὑπονόμων] Frequens mentio cuniculorum, & eruptionum per cuniculos, apud *Joſephum* V. 6. § 3. c. 7. § 3. c. 11. § 4. VI. 2. § 7. infra p. 793. D.

§32. (l. 26.) τοῦ ἔξω περιβόλου] Murus exterior, adeoque ſeptentrionalis regio urbis capitur die 7. Artemiſii. *Joſeph* V. 7. § 2.

§33. (l. 38.) οὐκέτ' οὐδένα αὐτῶν ἐδέχετο] Aliter *Joſephus* V. 10. § 1. transfugas, quo ire vellent, dimiſſos tradit: ſed c. 13. § 4. exitium novum dedititios manſiſſe, poſtquam eos aurum deglutitum ex ſtercore ſuo eruere deprehendiſſent, ut vivi a Syris & Arabibus ſecarentur: una enim nocte duorum millium patefacta eſſe viſcera.

§34. (l. 42.) ἀπέθανον ἤδη τὴν πόλιν] *Joſephus* V. 11. § 6. διεφθαρμένων δὲ τῶν χωμάτων, Ῥωμαῖοι ἦσαν ἐν ἀθυμίαις — καὶ πολλοὶ μὲν ταῖς συνήθεσι μηχαναῖς ἀπήλπιζον ἁλώσεσθαι τὴν πόλιν. Transfugiſſe tamen ad Judæos quenquam Romanorum, non memorat.

§35. (l. 47.) διακοπέντος δὲ τοῦ τείχους] Murus ſecundus bis expugnari debuit, circumventis militibus, qui primo eum ſuperaverant. *Joſeph.* V. 8.

§36. (l. 49.) ἐμπρήσαντες δέ τινα] Antequam eo ventum, Judæi aggerem tertio muro admotum incenderant, & Romani neceſſario murum ambitu XXXIX. ſtadiorum triduo urbi circumdederunt. *Joſeph.* V. 11. § 5. & c. 12. tum arx Antonia capta. VI. 1. § 7. denique porticus circa templum incenſi. VI. 2. § 9. c. 3. § 2. poſtremo templum ipſum incenſum antequam Titus ſuccurrere poſſet. VI. 4. § 2. ſqq.

§37. (l. 56.) διὰ τὸ [illegible]] *Joſephus* VI. c. 2. § 3. τῶν μέν γε στρατιωτῶν [illegible] μετὰ φρίκης εἰς τὸν ναὸν ἀφορῶν, καὶ προσε[illegible] πρὶν ἀνηκέστου πάθους μεταστῆναι.

D νίῳ πολιορκίᾳ, καὶ προσυποτοπήσαντες, ὅπερ ἐθρυλλεῖτο, [34] ἀπόρθητον ὄντως τὴν πόλιν εἶναι, μετέστησαν καὶ αὐτοὺς ἐκεῖνοι, καίπερ σπανίζοντες τῆς τροφῆς, περιεῖπον, t ἐς ἐπίδειξιν τοῦ καὶ αὐτοὶ αὐτομόλους ἔχειν.

fieri ſolet in obſidione diuturna, ac præterea verum eſſe ſuſpicati, quod vulgo ferebatur, urbem reapſe capi non poſſe, ad obſeſſos tranſiere: quos illi, quantumvis annonæ laborarent inopia, tamen fovebant; ut hoſtibus oſtenderent, etiam ſibi non deeſſe transfugas.

A.U.C.823 Fl. Veſpaſiano II. & T. Veſpaſiano COSS.

Διαρρήξαντες [35] δὲ τοῦ τείχους μηχαναῖς, κατὰ μὲν τοῦτο οὐδ᾽ ὣς ἑάλωσαν, ἀλλὰ καὶ πάνυ πολλοὺς ἐσβιαζομένους ἀπέκτειναν. [36] ἐμπρήσαντες δέ τινα τῶν ἐγγὺς οἰκοδομημάτων, ὡς καὶ ἐκ τούτου τοὺς Ῥωμαίους περαιτέρω, κἂν τοῦ κύκλου κρατήσωσι, προελθεῖν κωλύσοντες, τό,
E τε τεῖχος ἐλυμήναντο, καὶ τὸν περίβολον τὸν περὶ τὸ τεμένισμα, ἄκοντες συγκατέφλεξαν· καὶ ἀνεῴχθη ἡ εἴσοδος ἡ ἐπὶ τὸν νεὼν τοῖς Ῥωμαίοις. οὐ μὴν καὶ παραχρῆμα, [37] διὰ τὸ δεισιδαιμονῆσαι, ἐσέδραμον· ἀλλ᾽ ὀψέ ποτε, τοῦ Τίτου σφᾶς καταναγκάσαντος, εἴσω προεχώρησαν. καὶ αὐτοὺς οἱ Ἰουδαῖοι πολὺ προθυμότερον, ὥσπερ τι ἕρμαιον, τὸ πρός τε τῷ ναῷ, καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ μαχόμενοι πεσεῖν, εὑρηκότες, ἠμύνοντο· ὁ μὲν δῆμος κά-
748 τω ἐν τῷ προνάῳ, οἱ δὲ βουλευταὶ ἐν τοῖς ἀναβασμοῖς, οἵ θ᾽ ἱερεῖς ἐν αὐτῷ τῷ μεγάρῳ τεταγμένοι. καὶ οὐ πρότερόν γε ἐνικήθησαν, καίπερ ὀλίγοι πρὸς πολλῷ πλείους μαχόμενοι, πρὶν ὑποπρησθῆναί τι τοῦ νεώ. τότε γὰρ ἐθελούσιοι, οἱ μὲν ξίφεσι σφᾶς τοῖς τῶν Ῥωμαίων περιέπειρον, οἱ δὲ ἀλλήλους ἐφόνευον, ἄλλοι ἑαυτοὺς κατεχρῶντο, οἱ δὲ ἐς τὸ πῦρ ἐσεπήδων. καὶ ἐδόκει πᾶσι μέν, μάλιστα δὲ ἐκείνοις,] οὐχ ὅτι ὄλεθρος, ἀλλὰ καὶ νίκη, καὶ σωτηρία, εὐδαιμονία τε εἶναι, ὅτι [38] τῷ ναῷ u συναπόλλοιντο.

6. Ubi machinæ bellicæ jam alterum quoque murum perrupiſſent, tamen ne ſic quidem venerunt in poteſtatem Judæi, ſed plurimos per vim irruere conantes interfecerunt. Quumque vicina quædam ædificia ſuccendiſſent, velut hac quoque ratione Romanos, ſi vel maxime muro illo potirentur, ab vlteriore progreſſu rejecturi: ſimul & ipſum deſtruxere murum, & munitionem, qua templum includebatur, inviti una exuſſerunt. Ita Romanis aditus ad templum patefactus fuit. Non tamen irrupere ſtatim, religione quadam præpediti: ſed vix tandem, a Tito adacti, ad interiora progreſſi ſunt. Eos Judæi multo alacrius, velut oblata felici occaſione, qua pariter & prope templum, & pro eo vitam dimicando profunderent, excipiebant: in ima parte populus ad templi veſtibulum, ſenatores ad gradus, ſacerdotes in ipſo templo conſtituti. Nec ante fuere victi, licet pauci contra multo plures pugnarent, quam ſuccenſa pars aliqua templi fuiſſet. Tunc enim ultro gladiis Romanorum alii ſe transfixos induebant, alii ſe mutuo trucidabant, alii manus ipſi ſibi adferebant, alii denique in ignem inſiliebant.] Et quum aliis omnibus, tum his inprimis non interitus eſſe videbatur, ſed victoria, ſed ſalus, ſed felicitas quædam; quod una cum ipſo templo perirent.

B Ἑάλωσαν δ᾽ οὖν καὶ ὣς ἄλλοι τε, [39] καὶ ὁ x Βαρπορᾶς ὁ ἄρχων αὐτῶν· [40] καὶ μόνος γε οὗτος ἐν τοῖς ἐπινικίοις ἐκολάσθη. y οὕτω μὲν τὰ Ἱεροσόλυμα [41] ἐν αὐτῇ τῇ τοῦ Κρόνου ἡμέρᾳ, ἣν μάλιστα

7. Capti tamen ita quoque fuerunt quum alii, tum dux eorum Bargioras: qui ſolus in triumpho capitis ſupplicium tulit. Sic Hieroſolyma ipſo die Saturni, quem diem præcipue Judæi

t Ἐς ἐπίδειξιν. ὡς ἐπίδειξιν, MS. Urſ. & L. mox τοῦ καὶ αὐτοὺς αὐτομόλους ἔχειν, ex ſua emendatione, edere volebat Leunclavius, ut apparet ex ejus annotatione, ſed fatetur, αὐτοὶ retineri poſſe; quod utique verum eſt. u συναπόλλοιντο. ſic ſcribendum duxi. certe συναπώλλυντο, quod in Exc. Urſ. & apud L. legitur, minus tolerabile. forma tamen hæc verbi magis placebat, quam συναπώλοντο apud Xiph. x Βαρπορᾶς ὁ ἄρχων αὐτῶν. ſic Xiph. Βαρπόρας, L. Βαπόρας Exc. Urſ. in quibus deſunt addita ὁ ἄρχων αὐτῶν. y οὕτω μὲν ſic Xiph. μὲν deeſt in Exc. Urſ. itemque ſtatim vocula αὐτῇ, & Ἰουδαῖοι.

§38. (l.73.) τῷ ναῷ συναπώλλοντο] *Joſephus* VI. 7. §2. *ἱλαροῖς τοῖς προσώποις εὐθύμως προσδέχεσθαι τὴν τελευτὴν ἔλεγον πεφονευμένου μὲν τοῦ δήμου, κεκαυμένου δὲ τοῦ ναοῦ, φλεγομένου δὲ τοῦ ἄστεος, μηδὲν καταλιπόντες τοῖς πολεμίοις.* Vide & *Tacitum* V. 13, 5.

§39. (l.75.) καὶ ὁ Βαρπορᾶς] Forte Dio ſcripſerat ΒΑΡΓΙΟΡΑΣ, ut litera Γ ad Ι propius admota ſpeciem præbuerit literæ Π. Sic infra p 888. A. pro ΛΟΥΙΤΟΣ perperam ΛΟΥΠΟΣ vulgo legitur. Certe *Bargioras* rectius *Tacitus* V. 12, 4. licet male Joannem dicat, qui Simon vocari debebat. vide §25. *Σίμων ὁ τοῦ Γιώρα* apud *Joſephum* 19. §2. VII. 2. §1. c. 5. §6. *υἱὸς ἦν Γιώρα Σίμων τις Γερασηνὸς τὸ γένος.* IV. 9. §3. גיורא autem vel peregrinum vel adulterum interpretari poſſis ex *Onkeloſo* Lev. XXIV. 22. & *Jonathane* Lev. XX. 10. Ex. XX. 14. Is Simon ex Acrabatena toparchia, cujus rector erat, pulſus ab Anano Pontifice, ad latrocinia ſe convertit, & collecta maxima manu, ſubactiſque proditione Idumæis, tandem Hieroſolymis quoque potitus eſt: *Joſeph.* IV. 9. §3. ſqq. pugnaciſſimam circa ſe habuit multitudinem V. 6. §1. magna auctoritate pollens. c. 7. §3. Tandem capta urbe in cloacam abditus, cum evadere non poſſet, prodiens rurſus capitur: ſimiliter & Joannes: hic quidem vinculis ſempiternis, ille triumpho reſervatus. *Joſeph.* VI. 9. §4. VII. 2. in quo triumpho Simon traductus cum laqueo, velut dux ſeditioſorum, necatus eſt. VII. 5. §6.

§40. (l.76.) καὶ μόνος γε οὗτος] Traducti quidem plures, præter Simonem & Joannem, LXX. formoſi juvenes, lecti a Frontone, quem Cæſar captivis præpoſuerat. *Joſeph.* VI. 9. §2. VII. 5. §3. Solus Simon interfectus, cujus rei rationem & ritum juvat ex *Joſepho* VII. 5. §6. latinis verbis cognoſcere. *Pompæ finis fuit Capitolini Jovis templum: quo poſtquam ventum eſt, ſubſtitere. Erat enim vetus mos patrius, illic operiri, donec ducis hoſtium mortem quis nunciaret. Is erat Simon Gioræ, inter captivos tunc in pompa traductus: laqueo autem circumdatus ad certum in foro locum trahebatur, ſimulque cædebatur ab his qui duxerant. Lex enim eſt Romanis, criminum reos ibi necare. Poſtquam igitur Simonem exſtinctum eſſe nunciatum eſt, tum victimas cædere orſi ſunt.*

§41. (l.78.) ἐν αὐτῇ τῇ τοῦ Κρόνου ἡμέρᾳ] Templum exuſtum die X. Loi menſis, eadem die qua prius deletum erat, *Joſeph.* VI. 4. §5. hoc eſt, die X. menſis quinti Judæorum Ab. *Jerem.* LII. 12. die V. Auguſti Romanorum. Reliqua urbs omnis capta die VIII. menſis Gorpiæi eodem anno II. Veſpaſiani. *Joſeph.* VI. 10. hoc eſt die VIII. menſis Elul Judæorum, ſeu die II. Septembris. vide *Noriſii* Epoch. Syro-Mac. l. 3. p. 52 ſq. & conf. *Suet.* Tito c. 5. *Frontin.* Strateg. II. 1, 17. Notandus autem eſt error Dionis & aliorum, qui Hieroſolyma fere ſemper Sabbatho capta tradiderunt, aut hodienum ſibi perſuadent. Em. *Noriſium*, diem hujus expugnationis indicatum non incidere in Sabbathum, quocunque demum

A.U.C. 823 Fl. Veſpaſiano II. & T. Veſpaſiano COSS.

Judæi nunc etiam adhuc colunt, exciſa fuere. Ab eodem tempore conſtitutum fuit, ut Judæi quotannis didrachmum penderent Jovi Capitolino, quotquot patrias leges ſuas tuerentur. His de cauſis uterque imperatoris nomen obtinuit; neuter tamen Judaicus cognominatus eſt, licet alia multa, ut par erat tam magna parta victoria, atque in primis arcus triumphales, eis decreti ſint.

8. Veſpaſiano ingreſſo Alexandriam, Nilus inundavit uno die, ultra quam conſueverat, amplius quatuor digitis; quod nunquam antea, niſi ſemel, factum eſſe dicebatur. Idem Veſpaſianus cœcum hominem, itemque alterum, cui imbecilla manus erat, qui per quietem ipſum adire juſſi fuerant, ſanavit; oculis alterius ſputo conſperſis, & manu alterius conculcata. Et his quidem rebus numen eum venerabilem effecit: neque tamen Alexandrinis gratus erat, adeo graviter ipſi infenſis, ut ei privatim publiceque illuderent atque maledicerent. In cauſa erat, quod quum ſperaviſſent, ſe ab eo, quem primi omnium imperatorem fecerant, magnum aliquod munus accepturos, non ſolum nihil eis largitus eſt; ſed etiam ab eis pecuniam

μάλιστα ἔτι καὶ νῦν Ἰουδαῖοι σέβουσ[illegible]. κἀπ' ἐκείνου [43] δίδραχμον ἐτάχ[illegible] τοὺς τὰ πάτρια αὐτῶν ἔθη περιστέλλοντας [illegible] Καπιτωλίῳ Διὶ κατ' ἔτος ἀποφέρειν. κα[illegible] [z] τοῦ [44] αὐτοκράτορος ὄ[illegible], [45] τὸ δὲ δὴ τοῦ Ἰουδα[illegible], καίτοι τά τε ἄλλα αὐτοῖς, [illegible] νίκῃ εἰκὸς ἦν, καὶ [46] ἁψῖδες [illegible] ἐψηφίσθησαν.

Τοῦ [47] Οὐεσπασιανοῦ δὲ εἰς τὴν [illegible]δρειαν εἰσελθόντος, [48] ὁ Νεῖλος παλαιστῇ πλέον παρὰ τὸ καθεστηκὸς ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἐπελάγισεν· ὅπερ οὐ πώποτε, πλὴν ἅπαξ, γεγονέναι ἐλέγετο. καὶ Οὐεσπασιανὸς δὲ αὐτὸς [49] τυφλόν τέ τινα, καὶ ἕτερον οὐκ [a] ἀρτίχειρα, προσελθόντας οἱ [50] ἐξ ὄψεως ὀνειράτων, τοῦ μὲν τὴν χεῖρα πατήσας, τοῦ δὲ τοῖν ὀφθαλμοῖν [b] προσπτύσας, ὑγιεῖς ἀπέφηνε. [c] τὸ μὲν θεῖον τούτοις αὐτὸν ἐσέμνυνεν· οὐ μέντοι καὶ οἱ Ἀλεξανδρεῖς ἔχαιρον αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ πάνυ ἤχθοντο· ὥστε μὴ μόνον ἰδίᾳ, ἀλλὰ καὶ δημοσίᾳ, καὶ σκώπτειν αὐτὸν καὶ λοιδορεῖν. προσδοκήσαντες γὰρ μέγα τι παρ' αὐτοῦ λήψεσθαι, ὅτι πρῶτοι αὐτὸν αὐτοκράτορα [d] ἐπεποιήκεσαν, οὐ μόνον οὐδὲν εὕροντο, ἀλλὰ καὶ προσεπράττοντο χρήματα. πολλὰ μὲν γὰρ καὶ ἄλλως παρ' αὐτῶν ἐξέλεξε, μηδένα

D E

z τοῦ αὐτοκρ. τοῦ additum ex Pal. exhibent Sylb. HS. edit. maj. & L. conſentiente Coisl. & Br. in ceteris editt. deeſt.
a ἀρτίχειρα. ἀντίχειρα, Pal. RS. parum apte, monente Sylb. in indice. b προσπτύσας. πηλὸν προσπτύσας, Pal. vera lectio fortaſſe: πηλὸν προσπτύσας, *luto ſputo ſubacto*, ad imitationem ſc. Chriſti Joh. IX. 6. Sylb. ſane πηλὸν expreſſe habet Br. & tamen male cohæret cum ceteris. c τὸ μέν. ſcriptum fuiſſe puto, καὶ τὸ μὲν HS. vel τὸ μὲν οὖν.
d ἐπεποιήκεσαν, cum augmento, Exc. Peir. p. 701. vulgo πεποιήκεσαν.

mum modo duxeris calculos, demonſtravit: nec *Joſephus* ea die captam urbem adnotavit, non omiſſurus, credo, ſi ita fuiſſet. Capta quidem Sabbatho Hieroſolyma memorat Plutarchus de Superſtit. p. 169. memorat ſub Pompejo *Dio* p. 36. ſq. itemque ſub Antonio vel Soſio p. 405. D. At ex Mathatiæ inſtituto defenſionem ea die non omittendam cenſuerunt, 1 Maccab. II. 39. Joſeph. XII. 6. §2. XIII. 1. §3. XVIII. 9. §2. de B. J. lib. II. 16. §4. licet oppugnationem omitterent: *id.* A. XIV. 4. §2. ſq. quod ſentiens Pompejus, non aggreſſus eſt Judæos Sabbatho, ſed tantum opera ſua ſecure perfecit. *Id.* l. c. & de B. J. I. 7. §3. Cepit vero urbem, perinde ut Soſius, non Sabbatho, ſed die jejunii, τῇ ἑορτῇ τῆς νηστείας, τῆς νηστείας ἡμέρᾳ, quod Scriptores exteri de Sabbatho interpretati ſunt, vel quod illa dies שבת שבתון vocatur Lev. XXIII. 32. vel potius, quod Sabbathum Judaicum etiam diem jejunii eſſe, falſo crederent, vide *Jo. Jac. Schudtii* Compend. Hiſt. Jud. p. 132. ſqq. & Memorabilia Judaica, germanice ſcripta P. II. L. VI. c. 34. §19.

§42. (l. 79) ἐξώλεθ] Tota deleta & everſa eſt, relictis tantum turribus eminentioribus Phaſaëlo, Hippico & Mariamne, ut eſſent monumentum, quantam urbem Romani expugnaſſent; relicto item muro occidentali, ut eſſet caſtrum militibus ibi cuſtodiæ cauſa relinquendis. *Joſeph.* VII. 1. §1. Quomodo autem ex tenuibus his reliquiis nova urbs emerſerit, vide diſputantem S. R. *Sal. Deylingium* in Æliæ Capitolinæ originibus & hiſtoria Lipſ. 1743. 4. §5. & 7. ſqq. adde *Pet. Zornii* Hiſtoriam Fiſci Judaici. c. IV. §2.

§43. (l. 80.) δίδραχμον ἐτάχθη] *Joſephus* VII. 6. §6. φόρον δὲ τοῖς ὅπου δήποτ' οὖσιν Ἰουδαίοις ἐπέβαλε, δύο δραχμὰς ἕκαστον κελεύσας ἀνὰ πᾶν ἔτος εἰς τὸ Καπιτώλιον φέρειν, ὥσπερ πρότερον εἰς τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις νεὼν συνετέλουν. Eſt ergo valor dimidii Sicli annui, templo antea pendendi ex lege Exod. XXX. 13. neque adeo aliud quid fuit δίδραχμον, a Chriſto & Petro exactum, Matth. XVII. 24. quam dimidius ille Siclus tunc in templum adhuc conferendus. Eo tendit Chriſti excuſatio, negantis, Regi a filiis pendi tributum. Deus enim Rex in templo habitans: ipſe Chriſtus cum diſcipulis, familia Regis, qui pariter in templo ſic verſabatur, ut ἐν τοῖς τοῦ πατρός, ſcil. δόμοις. Sed Stater tamen pro Chriſto & Petro ſolutus eſt, ne offenderet Judæos. στατὴρ enim *Heſychio* τετράδραχμον. Verum ἀπ' ἐκείνου, ſcil. χρόνου, inde ab urbis & templi excidio, anno II. Veſpaſiani, Judæi, quanquam nec antea a tributis immunes, ſicubi templo diruto Judaicam vellent vitam vivere, illud ipſum δίδραχμον quotannis pendere Capitolio tenebantur. Inde *libertas vectigalis*, ut appellat *Tertullianus* Apologet. c. 18. & φόρος τῶν σωμάτων, ut *Appianus* in Syriacis p. 119. item *fiſcus Judaicus*, ut *Suetonius* Domit. 12. qui cum acerbiſſime ageretur ſub Domitiano, JUDAICI FISCI CALUMNIA SUBLATA eſt ſub Nerva, ut teſtatur numus apud *Oiſelium* XVI. 12. *Begerum* Theſ. II. p. 110. *Spanhemius* T. II. p. 571. &c. unde tamen, plane ceſſaſſe hoc tributum, non evincitur, ſicut Begerus & Spanhemius jam demonſtrarunt. Nam & *Origenes* epiſt. ad Africanum T. I. Opp. p. 28. A. edit. de la Rue, ait: καὶ νῦν Ἰουδαίων τὸ δίδραχμον αὐτοῖς (ſc. Ῥωμαίοις) τελούντων. & ſub Hadriano φόρος τῶν σωμάτων βαρύτερος Judæis impoſitus eſt, teſte *Appiano* l. c. conf. *Pet. Zornium* in Hiſtoria Fiſci Judaici 1734. 8. edita Altonaviæ & Flensburgi. c. VI. §2. p. 301. ſqq. & S. R. *Sal. Deylingium* in Aeliæ Capitol. originibus & hiſtoria. Lipſ. 1743. 4. §13.

§44. (l. 83.) αὐτοκράτορος ὄνομα] Pater Imperator V. apud *Mediob.* p. 109. Filius Imp. II. III. & IV. apud *eund.* p. 121. ſq.

§45. (l. 84.) τὸ δὲ δὴ τοῦ Ἰουδαϊκοῦ] Ob contemtum gentis: ſicut Pompejus *Ciceroni* ad Attic. II. 9. per contemtum Hieroſolymarius, ob Hieroſolyma capta. vide de hoc contemtu Judæorum *Schudtium* Compend. Hiſt. Jud. p. 408.

§46. (l. 86.) ἁψῖδες τροπαιοφόροι] Titus *triumphavit cum patre. Suet.* Tit. 6. Veſp. 8. 12. uno & communi triumpho, quamvis utrique Senatus proprium decreviſſet, ut annotavit *Joſephus* VII. 5. §3. ubi & totam pompam accurate deſcriptam legas, diſcaſque actam eſſe non ſtatim poſt patris, ſed demum poſt filii reditum A. U. C. 824. ſic & Zonaras p. 577. τῶν δ' Ἱεροσολύμων ἁλόντων, ὁ Τίτος εἰς τὴν Ἰταλίαν ἐπανελθών, τὰ ἐπινίκια αὐτός τε καὶ ὁ πατὴρ ἐφ' ἅρματος ἔπεμψαν· συνέπεμπε δὲ σφίσιν αὐτὰ καὶ ὁ Δομιτιανὸς ὑπατεύων ἐπὶ κέλητος. Domitianus Cos. ſuffectus, non A. U. C. 823. ut vulgo in faſtis exhibetur, ſed A. 824. ut probe *Noriſius* & hinc *Tillemontius* T. II. p. 838. monuerunt. Decreti ergo & duo arcus triumphales, ſuus cuique proprius. Se[illegible] ſint, dici nequit. Nam qui hodie ſup[illegible] marmoreus, inter forum Romanum [illegible] tutus, nunc adjunctus templo S. Mari[illegible] de Urbe Roma III. 4. Tom. III. G[illegible] Gruter. CCXLIV. 3. manifeſtis con[illegible] nempe aquila in cœlum evolantis, & [illegible] oſtendit, poſt fata demum, forte a [illegible] memoriæ monumenta ſtatuente, e[illegible] Donatum, & *Ol. Borrichium* T. IV. [illegible]

§47. (l. 88.) Οὐεσπασιανοῦ δὲ ε[illegible] Dio noſter ad Veſpaſianum patrem, [illegible] periiſſe, cum bellum Judaicum filio mandaret. p. 736. E. 744. A. Qua pompa ibi exceptus ſit, deſcribit *Philoſtratus* Apoll. V. 27.

[e] μηδένα ἄπορον, μηδ' εἰ ἐπαίτης τις ἦν, παραλι-
πών, ἀλλὰ καὶ [51] ἐκ τῶν [f] ὁσίων πάντων καὶ ἐκ
749 τῶν ἱερῶν ὁμοίως χρηματιζόμενος. [52] πολλὰ δὲ
[g] καὶ τέλη, τὰ μέν τινα ἐκλελειμμένα ἀνενεώσατο,
τὰ δὲ καὶ νομιζόμενα προσεπηύξησε, [h] [καινά τε
ἕτερα προσκατεστήσατο.] τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ ἐν
τῇ ἄλλῃ ὑπηκόῳ, [i] [τῇ τε Ἰταλίᾳ] καὶ αὐτῇ τῇ
Ῥώμῃ μάλα τοῦτ' ἐποίησεν. [53] οἱ γοῦν Ἀλεξαν-
δρεῖς, [k] [διά τε ἐκεῖνα, καὶ ὅτι καὶ τῶν βασιλείων
τὸ πλεῖστον ἀπέδοτο, χαλεπῶς φέροντες,] ἄλλα τε
ἐς αὐτὸν ἀπερρίπτουν, καὶ ὅτι "Ἓξ ὀβολοὺς προσαι-
"τεῖς." ὥστε καὶ τὸν Οὐεσπασιανόν, καίπερ ἐπιει-
κέστατον ὄντα, χαλεπῆναι, καὶ κελεῦσαι μὲν καὶ
B τοὺς ἓξ ὀβολοὺς κατ' ἄνδρα [l] εἰσπραχθῆναι, βου-
λεύσασθαι δὲ καὶ τιμωρίαν αὐτῶν ποιήσασθαι.
[m] [αὐτά τε γὰρ τὰ λεγόμενα προπηλακισμὸν εἶ-
χε, καὶ ἐκ τοῦ κατακεκλασμένου [54] τοῦ τε ἀνα-
παίστου σφῶν οὐκ ἔστιν ὅ, τι οὐκ ὀργήν οἱ ἐνεποίει.]
τοῦ δ' οὖν [55] Τίτου ἐξαιτησαμένου αὐτούς, τούτων
ὁ Οὐεσπασιανὸς ἐφείσατο. ἐκεῖνοι δ' αὐτοῦ οὐκ
ἀπέσχοντο, ἀλλὰ μέγα πάνυ ἀθρόοι ἐν συνόδῳ
D τινὶ κοινῇ πρὸς τὸν Τίτον ἐξεβόησαν, εἰπόντες
αὐτὸ τοῦτο· "Συγγινώσκομεν αὐτῷ· οὐ γὰρ
"οἶδε καισαρεύειν." καὶ οἱ μὲν οὕτω τότ' ἐρριψο-
κινδύνουν, καὶ [56] τῆς ἀσελγείας, ὑφ' ἧς ἀεί
ποτε

pecuniam exegit. Nam cum alias multas iis collationes indixit, nullum inopem, ne mendicum quidem prætermittens immunem, tum ex publicis pariter ac ſacris rebus omnibus opes confecit. Multa enim vectigalia, quæ jam ſolvi deſierant, renovavit; auxitque multa ex iis, quæ obtinebant; [& alia nova impoſuit:] idemque poſtea in cæteris provinciis ſubditis imperio Romano, [in Italia] & in urbe, fecit. Hanc ob cauſam Alexandrini, [& quod maximam regiæ partem vendiderat, gravati,] multa convicia in eum jactabant, dicebantque præter cætera, eum ſex obolos exigere. Quam ob rem Veſpaſianus, vir alioqui mitiſſimus, tanta ira commotus eſt, ut viritim ſex obolos exigi juſſerit, deque iis caſtigandis conſilia inierit. [Namque & in ipſis dicteriis contumelia inerat, & fracti ubique in anapæſtos modi iram ejus neceſſario ciebant.] At pœnam eorum Tito deprecante, Veſpaſianus ipſis pepercit. Neque vero Alexandrini ob eam cauſam deſiſtebant. Nam ita Titum magna voce frequentes inclamavere in publico conventu: "Ignoſcimus ei; neque enim novit Cæſarem agere." Ita tunc temere periculis ſemet exponentes, ſuam maledicendi libidinem

A.U.C. 823 Fl. Veſpaſiano II. & T. Veſpaſiano COSS.

[e] μηδένα ἄπορον. ita repoſui ex Exc. Peir. pro vulgato, μηδένα πόρον. α abſorptum a præcedenti μηδένα. [f] ὁσίων πάντων. ita Exc. Peir. vulgo ἐκ τῶν ἄλλων. [g] τέλη. καὶ τὰ τέλη, RS. Coisl. Br. [h] καινά τε &c. hæc omiſerat Xiph. ſervata in Exc. Peir. quin & Zon. ubi ſic: καινά τε προσέθετο ἕτερα. [i] τῇ τε Ἰταλίᾳ. ita Z. ſed hæc & ſequentia de Roma deſiderantur in Exc. Peir. [k] διά τε ἐκεῖνα &c. debentur hæc Excerptis Peir. [l] εἰσπραχθῆναι. ſic rectius Xiph. quam πραχθῆναι in Exc. Peir. [m] αὐτά τε γὰρ &c. vid. Exc. Peir. p. 702. ſtatim ex iiſdem correximus τοῦ δ' οὖν, pro τοῦ γοῦν, & τούτων ὁ Οὐεσπασιανός, pro οὐδὲν αὐτῶν, quod mutandum in οὐδενὸς αὐτῶν cenſebat HS.

§ 48. (l. 89.) ὁ Νεῖλος παλαιστῇ πλέον] Veſpaſianus in Ægyptum contendit paulo poſt, quam a militibus renunciatus eſſet Imperator, quod factum Kal. Jul. A. U. C. 822. vide p. 736. § 47. Nilus autem quotannis incipit creſcere luna nova, quæcunque poſt ſolſtitium eſt, ſenſim modiceque, ut ait *Plinius* V. 9. atque incrementi hujus menſura diligenter obſervabatur in Nilometro, de quo, ut alios taceam, *Paul Lucas* Voyage en 1714. T. I. p. 322 ſq. Adventante autem Veſpaſiano, non ſenſim & modice, ſed palmum integrum ſupra conſuetam incrementi diurni menſuram aſſurgere Nilus obſervabatur: quod erat ſignum ubertatis, & omen Patris Nili Veſpaſiano aſſurgentis. Fallitur *Tillemontius* T. II. p. 841. hoc incrementum Nili ad A. U. C. 823. Chr. 70. referens: nec enim contigit, poſtquam Veſpaſianus ibi diu fuiſſet, jam jam abiturus, ſed ſub primum ejus adventum.

§ 49. (l. 92.) τυφλόν τέ τινα, καὶ ἕτερον] Eadem fere *Suetonius* Veſp. 7. & *Tacitus* IV. 81, 2. ſq. qui addit adeo: *utrumque qui interfuere nunc quoque memorant, poſtquam nullum mendacio pretium.* Quod ad Chriſti miracula ludificanda de induſtria res inſtituta ſit, non crediderim; quamvis ſimul probabile ſit, ad horum verorum imitationem ſubdole confacta fuiſſe a ſacerdotibus, ad auctoritatem Veſpaſiano conciliandam apud gentem ſuperſtitionibus deditam. Confer interpretes ad Joh. IX. 6. & Marc. VII. 33.

§ 50. (l. 93.) ἐξ ὄψεως ὀνειράτων] Ex incubatione in templo Serapidis. Mos enim ægrotorum, ut poſt abſtinentiam a cibo potuque, pellibus cæſarum victimarum in templo Æſculapii, Serapidis, Plutonis aut Junonis incubarent, & remedium per ſomnia ſibi divinitus indicandum exſpectarent. conf. libellum elegantem *Car. Frid. Hundertmark*, de incrementis artis Medicæ per expoſitionem ægrotorum in vias publicas & templa. Lipſ. 1739. & auctius 1749. 4. Sect. II. Similiter ad Hadrianum venit mulier, excoecata ut dicebat, quod ſomnio monita ipſi non inſinuaſſet, ne ſe occideret: nunc iterum monita ut genua ejus oſcularetur viſum receptura, quod accidit. Sed Marius Maximus hæc per ſimulationem facta commemorat. Ita diſerte *Spartianus* Hadr. c. 25. nec aliter de Veſpaſiani miraculis exiſtimandum.

§ 51. (l. 5.) ἐκ τῶν ὁσίων καὶ τῶν ἱερῶν] Quæ Diis conſecrata erant, Græci ἱερὰ χρήματα vocabant, quæ populi erant, ea ὅσια dicebantur, ut docet *Harpocratio* in V. ὅσιον. Clariſſime *Demoſthenes* in Orat. adverſus Timocratem initio: τίθησι τουτονὶ τὸν νόμον, δι' οὗ τῶν ἱερῶν μὲν χρημάτων τοὺς θεούς, τῶν ὁσίων δὲ τὴν πόλιν ἀποστερεῖ. Itaque ὅσιον dicitur quod ſacrum non eſt, ſed profanum. Sic apud *Ariſtophanem* in Lyſiſtrata v. 743.

Ὦ πότνι' Εἰλείθυια, ἐπίσχες τοῦ τόκου
Ἕως ἂν εἰς ὅσιον ἀπέλθω χωρίον. (al. μόλω 'γὼ χωρίον.)

Suidas ὅσιον, βέβηλον hinc interpretatur. VALES.
* *Thucydides* II. 52. p. 131, 84. ἐς ὀλιγωρίαν ἐτράποντο καὶ ἱερῶν καὶ ὁσίων ὁμοίως. *Appianus* IV. Civil. p. 625. explicat κοινά. Ἀποδόσθαι τε τά τε ἱερὰ καὶ τὰ κοινὰ ἔδοξεν. *Herodianus* II. 11, 13. exponit δημόσια. ἐκ δημοσίων ἱερῶν καὶ τόπων λαμβάνων. leg. δημοσίων καὶ ἱερῶν τόπων. vide & *Dionem* p. 346. E. 446. B. *Valeſ.* ad Harpocrationem. & Eruditiſſ. *Valkenaar*. Animadv. ad Ammon. p. 2. & 184. ſq.

§ 52. (l. 6.) πολλὰ δὲ καὶ τέλη] Vide *Sueton.* c. 16. inter ea forte & Quadrageſima. v. ſupra p. 728. § 9.

§ 53. (l. 11.) οἱ γοῦν Ἀλεξανδρεῖς] *Suetonius* 19. *Alexandrini Cybioſacten eum vocare perſeverarunt, cognomine unius e regibus ſuis turpiſſimarum ſordium.* Vide de hoc convicio *Caſaubonum* ad *Strabonem* XVI. p. 796. *Fabricium* ad Dion. p. 117. A. Non multo poſt hæc tempora *Dio Chryſoſtomus* λόγῳ πρὸς Ἀλεξανδρεῖς eorum vitia videtur perſtrinxiſſe, & Trajani meminiſſe p. 380. A.

§ 54. (l. 20.) τοῦ τε ἀναπαίστου σφῶν] Anapæſtus ad Satyras accommodatus. *Lucianus* Prometh. c. 6. T. I. p. 32. ἀναπαίστοις μέτροις ἐποχουμένη — ἐχλεύαζε. *Dio* Fragm. CXLV. ἐς τοὺς Ῥωμαίους πολλὰ καὶ ἀσελγῆ ἀνάπαιστα ἐν ῥυθμῷ τοῦ τε κρότου καὶ τῆς βαδίσεως ᾄδοντων. conf. & *Panſan.* IV. 15. p. 317.

§ 55. (l. 22.) Τίτου ἐξαιτησαμένου αὐτούς] Hinc favor Ægyptiorum erga Titum, quem exprimere videntur in numo apud *Triſtanum* T. I. p. 307. ſq.

§ 56. (l. 28.) τῆς ἀσελγείας] Dicacitatem in Ægyptiis, & Alexandrinis præſertim, notant veteres. vide *Dionem* p. 117. C. 879. D. *Jo. Antiochenum* in Exc. Peir. p. 826. Interpretes ad *Sueton.* Veſp. 19. *Caſaub.* ad Athenæum p. 317. *Theoph. Raynaudum* T. XII. Opp. p. 404. ſqq. *Herodianus* IV. 9, 4. πεφύκασι δέ πως εἶναι φιλοσκώμμονες, καὶ λέγειν εὐστόχως ἐπιγραφὰς ἢ παιδιάς, ἀπορριπτοῦντες εἰς τοὺς ὑπερέχοντας πολλά, χαρίεντα μὲν αὐτοῖς δοκοῦντα, λυπηρὰ δὲ τοῖς σκωφθεῖσι. *Vopiſcus* in Saturnino c. 7. *Ægyptii viri ventoſi, furibundi, jactantes, injurioſi atque adeo vani, liberi, novarum rerum uſque ad cantilenas publicas cupientes, verſificatores, epigrammatarii.* Vide & Hadriani epiſtolam cap. 8.

A.U.C.823 Fl. Veſpaſiano II. & T. Veſpaſiano COSS.

libidinem, propter quam ſemper ad extremum male multantur, abunde explebant, imperatoris abuſi clementia.

9. [Veſpaſianus, miſſis Alexandrinis, Romam literas miſit, quibus omnium, qui ſub Nerone ac ſecutis principibus majeſtatis crimine erant damnati, ſive ſuperſtites, ſive mortui eſſent, famam reſtituit, cunctaſque ejusmodi accuſationes ſuſtulit. Aſtrologos quoque juſſit urbe excedere, tametſi ipſe peritiſſimo quoque ejus artis magiſtro uteretur; adeo ut in gratiam Barbilli cujusdam aſtrologi Epheſiis ſacrum certamen celebrare conceſſerit, quod nulli alteri civitati indulſit.] Poſt hæc Romam contendit: eique Mucianus cum viris primariis Brundiſium proceſſit obviam. Domitianum Beneventi offendit: qui conſcientia mentis & rerum ante actarum ita diffidebat, ut interdum ſtultitiam ſimularet. Nam quum magnam vitæ partem degeret in Albano, faceretque multa ridicule, tum muſcas ſtilis transfigebat. Quod etſi indignum eſt gravitate hiſtoriæ, tamen quod abunde ejus mores oſtendit, neceſſario ſcribendum putavi: potiſſimum, quum creatus imperator, idem fecerit. Ex quo facete reſponſum eſt a quodam interroganti, quid ageret Domitianus; " Solus, „ inquit, " eſt: ne muſca quidem cum eo. „

πόλε κακῶς ἀπαλλάτlουσιν, ⁿ ἄδην ἐνεφορoῦντο, τῇ τοῦ αὐτοκράτορος ἐπιεικείᾳ ἀποχρώμενοι.

ᵒ [ὁ δὲ Οὐεσπασιανὸς ἐκείνους μὲν εἴα, ἐς δὲ τὴν Ῥώμην ἐπέστειλε, τήν τε ἀτιμίαν τῶν [καταψηφισθέντων] ἐπὶ [57] ταῖς λεγομέναις ἀσεβείαις [ὑπὸ Νέρωνος] καὶ τῶν μετὰ ταῦτα ἀρξάντων, τῶν τε [ζώντων καὶ τῶν] τεθνεώτων ὁμοίως ἀπαλείφων, καὶ τὰ[ς γραφὰς τὰ]ς ἐπὶ τοιούτοις ἐγκλήμασι καταλύων· τούς [τε ἀστρολόγο]υς ἐκ τῆς Ῥώμης ἐξώρισε, καίτοι πᾶσι [τοῖς ἀρίστοις] αὐτῶν χρώμενος, ὥστε καὶ [58] διὰ Βάρβιλλόν τινα ἄνδρα τοιουτότροπον, ἀγῶνα τοῖς Ἐφεσίοις ἱερὸν ἄγειν συγχωρῆσαι· ὅπερ οὐδεμιᾷ ἄλλῃ πόλει ἔνειμεν.] μετὰ δὲ ταῦτα [59] ἐς τὴν Ῥώμην ᵖ ἐληλύθει, καὶ Μουκιανῷ μὲν ἄλλοις τε τῶν πρώτων ἐν τῷ Βρεντεσίῳ ἐνέτυχε, Δομιτιανῷ δὲ ἐν ᵠ Βενουέντῳ. ὑπὸ γὰρ τοῦ συνειδότος ὧν τε ἐφρόνει καὶ ὧν ἐπεποιήκει, οὔτε ἐθάρσει, καὶ προσέτι καὶ μωρίαν ἔστιν ὅτε προσεποιεῖτο. ἐν γοῦν τῷ Ἀλβανῷ χωρίῳ τὰ πλεῖστα διάγων, ἄλλα τε πολλὰ καὶ γελοῖα ἔπραττε, καὶ [60] τὰς μυίας γραφείοις κατεκέντα. τοῦτο γὰρ εἰ καὶ ἀνάξιον τοῦ τῆς ἱστορίας ὄγκου ἐστὶν, ἀλλ' ὅτι γε ʳ ἱκανῶς τὸν τρόπον αὐτοῦ ἐνδείκνυται, ἀναγκαίως ἔγραψα· καὶ μάλισθ' ὅτι καὶ μοναρχήσας ὁμοίως αὐτὸ ἐποίει. ὅθεν οὐκ ἀχαρίτως τις εἶπε πρὸς τὸν ˢ ἐρωτῶντα, τί πράττει Δομιτιανός; " ὅτι " ᵗ ἰδιάζει τι, καὶ οὐδὲ μυῖα αὐτῷ παρακάθηται. „ D

10. Veſpaſianus ut deprimebat hujus ſpiritus elatos,

Ὁ δὲ Οὐεσπασιανὸς ἐκείνου μὲν ἐταπείνου τὸ φρόνημα,

ⁿ ἄδην. ἄδην, Sylb. ex Pal. idem codex ἄδδην & ἀνάδην, Sylb. in indice. vide inprimis Heſych. in ἄδδην & ἄδην. ibique Cel. Alberti. ᵒ ὁ δὲ ἐκείνους &c. petita ſunt ex Exc. Peir. l. c. ᵖ ἐληλύθει. ἐσεληλύθει, Coisl. Br. forte ἐλήλυθε aut ἐσελήλυθε. ſed vere dicam, ſuſpectum mihi plane eſt hoc verbum. mallem ἐπανήγετο. ᵠ Βενουέντῳ. ſcribo Βενεουέντῳ, aut Βενεβέντῳ. HS. ʳ ἱκανῶς. ſic recte Sylb. HS. edit. maj. & L. aſſentiente Br. & Coisl. ſed ἱκανὸς, RS. & HS. edit. min. ˢ ἐρωτῶντα. ἐρωτήσαντα, Coisl. Br. ᵗ ἰδιάζει τὶ. ſcribo ἰδιάζει τε, HS.

§57. (l. 34.) ταῖς λεγομέναις ἀσεβείαις] Crimen Majeſtatis impietatem vulgo appellabant, quippe quod in parentem publicum admiſſum eſſet. Eſt enim impietas proprie ea quæ in patrem aut Deum ſuſcipitur. Imperator autem & patris patriæ & Dei cujusdam inſtar erat. *Dio* lib. 78. in Macrino (p. 893.) τούς τε ἐπ' ἀσεβείᾳ ποτὲ, οἵα γε ἀσέβεια αὕτη, ἡ ἐς τοὺς αὐτοκράτορας λέγεται γίνεσθαι, τιμωρίαν τινὰ ὀφείλειν ὀφληκότας ἀπηλλάξε. & crebro ea vox occurrit in hiſtoria Dionis. *Tacitus* lib. VI. (c. 47, 3. Annal.) *Albucilla defertur impietatis in Principem.* E contrario animus devotus dicatusque numini & majeſtati principis, pietas dicebatur, *Sueton.* in Vitellio c. 3, 2. *Tacitus* lib. III. (c. 16, 5. Annal.) VALES.

§58. (l. 39.) διὰ Βάρβιλλον ἀγῶνα τοῖς Ἐφεσίοις] Hæc certamina Ἐφέσεια Βαρβίλλεια dicta eſſe reperi. Sic enim habet inſcriptio vetus inter marmora Arundelliana pag. 34. Ἔφεσον Ἐφέσεια Βαρβίλλεια. Corrupte in Farneſiana inſcriptione apud Lipſium & Gruterum legitur Ἔφεσον τρὶς Ἀδριάνεια Ὀλύμπια Βαβείλλεια. Sed Βαρβίλλεια procul dubio legendum eſt a Barbillo Aſtrologo, qui permiſſu Veſpaſiani eos agones Epheſi inſtituit, ſicut hic docet Dio. Agones autem ab inſtitutorum nomine appellari novum non eſt. Nam & Euryclea, quorum mentio fit in inſcriptione Farneſiana, non dubito quin ab Euryclé Spartano inſtituta ſint. Fuit autem Eurycles ille nobiliſſimus ac ditiſſimus Spartanorum amicitia Auguſti & Herodis regis familiariter uſus, teſte *Strabone* lib. VIII. (p. 363. 366.) *Joſepho* lib. XVI. Antiq. (c. 10. §1. de B. J. lib. I. c. 26.) & *Plutarcho* in Antonio (p. 947. A.) Sed hoc inter utrumque agonem intereſt, quod Barbillea quidem erat ἱερὸς ἀγὼν, ut hic teſtatur Dio: Euryclea vero erat θεματίτης, quemadmodum eſt in inſcriptione Farneſiana. Multum autem præſtabant ſacri agones pecuniariis ſeu donatitiis, tametſi in ſacris certaminibus corona præmium eſſet; unde & στεφανῖται & φυλλῖναι ἀγῶνες dicebantur, iidemque ἱεροὶ ac περιοδικοὶ, teſte *Scholiaſte Pindari* in Nemeon Ode 8. & *Ulpiano* in Demoſthenis Orat. adverſus Leptinem: quibus opponuntur θεματῖται, qui & χρηματῖται & δωρῖται dicuntur, & ἀργυρῖται, ab iisdem quos citavi Grammaticis. Tametſi autem ſacrorum certaminum ſola corona præmium eſſet, tamen victoribus multa alia privilegia publice erant conſtituta, ut notat idem *Ulpianus*: δίδονται οὖν μέγισται δωρεαὶ καὶ μετὰ τῶν στεφάνων. Itaque *Dio* lib. LI. (p. 442. E. & lib. LII. p. 485. A. B.) ἱεροὺς ἀγῶνας definit τοὺς σίτησιν ἔχοντας, id eſt, quorum victoribus victus in prytaneo publice eſt conſtitutus. Vide *Vitruvium* initio lib. IX. VALES.

An Barbillus hic idem qui Babilus aſtrologus? apud *Suet.* Ner. 36.

§59. (l. 42.) ἐς τὴν Ῥώμην ἐληλύθει] Si fundamentis Capitolii XI. Kal. Jul. jactis nondum interfuit Veſpaſianus, ut ex *Tacito* IV. 53. oſtendemus §62. nempe cura interim reſtituendi templi in L. Veſtinum collata, & Helvidio Priſco Prætore aream luſtrante; ibid. ſique idem durante obſidione Hieroſolymorum (a 14 April. ad Auguſtum A. 823. §24. & 41.) aſcenſa navi, (*Tac.* IV. 81.) Rhodum prius omnesque quas præternavigavit civitates inviſit, in Græciam tranſiit, & ex Corcyra Japygiam delatus, terreſtri deinde itinere Romam venit, ab omnibus civitatibus cum honore exceptus, ut narrat Joſephus B. J. lib. VII. c. 2. §1. conficitur, exeunte demum æſtate A. U. C. 823. Veſpaſianum Romam veniſſe. Adde, quod Titus poſt celebrata demum Beryti patris natalitia (17 Nov.) de ejusdem in Italiam adventu accepit nuncium. *Joſeph.* VII. 3. §1. Zonaras p. 577. A. ita de hoc reditu: τὴν μὲν οὖν Αἴγυπτον δι' ὀλίγου κατεστήσατο, καὶ σῖτον πολὺν εἰς τὴν Ῥώμην ἔπεμψεν ἀπ' αὐτῆς. τὸν δὲ υἱὸν αὐτοῦ Τίτον εἰς Ἱεροσόλυμα καταλελοιπὼς πορθήσοντα αὐτά, τὴν ἐκείνων ἀνέμενεν ἅλωσιν, ἵνα μετὰ τοῦ υἱέος ἐπανέλθῃ πρὸς τὴν Ῥώμην. τριβομένου δὲ χρόνου ἐν τῇ πολιορκίᾳ, τὸν μὲν Τίτον ἐν τῇ Παλαιστίνῃ κατέλιπεν· αὐτὸς δὲ ὁλκάδος ἐπιβὰς, ἐς Λυκίαν ἔπλευσε, κἀκεῖθεν τὰ μὲν πεζῇ, τὰ δὲ πλοϊζ[όμενος] εἰς τὸ Βρεντέσιον ἐκομίσθη. ἐλθὼν δ' ἐς τὴν Ῥώμην, καὶ τοῖς στρ[ατιώ]ταις καὶ τῷ δήμῳ παρέσχηκε δωρεὰς, καὶ τὰ τεμένη καὶ τὰ δημόσια ἔργα τὰ πεπονηκότα ἀνελάμβανε, καὶ τὰ ἤδη ἐφθαρμένα ἐπανεσκεύαζε, καὶ συντελουμένοις αὐτοῖς οὐ τὸ ἑαυτοῦ ἐπέγραφεν ὄνομα, ἀλλὰ τὸ τῶν πρώτων δομησαμένων. τάς τε οὐσίας [τῶν] ἐναντιωθέντων αὐτῷ, καὶ ἐν ταῖς μάχαις τε πεσόντων τοῖς π[αισὶν] ἐκείνων ἢ τοῖς ἄλλοις οἰκείοις ἀφῆκε. καὶ τὰ συμβόλαια τὰ [τῷ] δημοσίῳ προσήκοντα προσδιέφθαρε.

§60. (l. 48.) τὰς μυίας γραφείοις] Stili præacuti erant altera parte, ſic ut ad conficiendos etiam homines, pugionum inſtar, apti eſſent. Vide *Fabricium* ad p. 247. Domitianus vero, ſicut ſagittas

νημα, τοὺς δὲ ἄλλους πάντας οὐχ ὡς αὐτοκράτωρ, ἀλλ' ὡς ἰδιώτης, [61] μνήμῃ τῆς προτέρας αὐτοῦ τύχης,
E ἐδεξιοῦτο. τόν τε [62] νεὼν τὸν ἐν Καπιτωλίῳ εὐθὺς οἰκοδομεῖν ἤρξατο, αὐτός [u] τι τοῦ χοῦ πρῶτος ἐκφορήσας, καὶ δηλονότι καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐπιφανεστάτοις [x] τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιῆσαι κελεύσας, ἵνα καὶ τῷ λοιπῷ πλήθει ἀπαραίτητον τὸ διακόνημα γένηται. μεγαλοφρονέστατα δ' ἀεί ποτε [63] ἐς τὸ κοινὸν ὅσα ἐχρῆν ἀναλώσας, καὶ τὰς πανηγύρεις πολυτελέστατα διαθεὶς, [y] εὐτελέστατα διῃτᾶτο, καὶ οὐδὲν ἔξω τῶν πάνυ ἀναγκαίων ἐδαπάνα. καὶ διὰ τοῦτο [64] οὐδὲ ἐν τοῖς καπηλείοις ἑφθόν τι πλὴν ὀσπρίων πιπράσκεσθαι ἐπέτρεπε. κἀκ τούτου καὶ τὰ μάλιστα διέδειξεν, ὅτι τὰς συλλο-
750 γὰς τῶν χρημάτων οὐκ εἰς τὰς ἑαυτοῦ ἡδονὰς, ἀλλ' [65] ἐς τὰς τοῦ δήμου χρείας ἐποιεῖτο. [66] καταστάσει δὲ τοῦ βίου τοιᾷδε ἐχρῆτο. [z] ὀλίγα μὲν ἐν τῷ παλατίῳ ᾤκει, τὸ δὲ δὴ πλεῖστον ἐν τοῖς [67] κήποις τοῖς καλουμένοις Σαλλουστείοις διέτριβεν· κἀνταῦθα τὸν βουλόμενον οὐχ ὅτι τῶν βουλευτῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων, ἐσεδέχετο· καὶ [68] τοῖς πάνυ φίλοις καὶ πρὸ τῆς ἕω ἔν τε τῇ εὐνῇ κείμενος συνεγίνετο, καὶ ἕτεροι ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτὸν ἠσπάζοντο. αἵ τε θύραι τῶν βασιλείων ἀνεῳγ-
B μέναι διὰ πάσης τῆς ἡμέρας ἦσαν, καὶ [69] φρουρὸς οὐδεὶς ἐν αὐταῖς ἐγκαθεστήκει. ἔς τε τὸ συνέδριον διαπαντὸς ἐφοίτα, καὶ περὶ πάντων αὐτοῖς ἐπεκοίνου, κἀν [a] τῇ ἀγορᾷ πολλάκις ἐδίκαζεν. ὅσα τε μὴ ἐδύνατο αὐτὸς ὑπὸ τοῦ γήρως ἀναλέγεσθαι, ἢ καὶ ὅσα ἀπὼν ἐπέστελλε τῇ βουλῇ, [70] διὰ τῶν υἱέων αὐτοῦ ὡς τὸ πολὺ ἐκέλευεν ἀναγινώσκεσθαι, τιμῶν κἀν τούτῳ αὐτήν. [71] συσσίτους τε ἔκ τε αὐτῶν ἐκείνων καὶ ἐκ τῶν ἄλλων

elatos, ita cæteros omnes, non ut imperator, ſed ut privatus, memorque priſtinæ fortunæ, excipiebat. Templum Jovis in Capitolio ſtatim ædificare cœpit, primusque inde terram extulit, juſſitque cæteros illuſtriſſimos viros idem facere, quo minus reliqua multitudo operam ſuam denegare poſſet. Quumque ſemper ad publica magnificentiſſime, quidquid opus eſſet, expenderet, ludosque ſumtibus maximis faceret; in cæteris tenuiter admodum victitabat, nihilque impendebat præter neceſſaria; ideoque & nihil cocti in popinis, præter legumina, vendi patiebatur. Qua ex re perſpicuum eſſe cœpit, eum tam magnam pecuniam non ad ſuas voluptates, ſed ad uſus publicos collegiſſe. Cæterum Veſpaſianus ita vitam inſtituerat. Raro habitabat in palatio, in hortis autem Salluſtianis plurimum verſabatur, eoque recipiebat quemcunque, non ſolum ſenatorii, ſed etiam cujusvis ordinis. Ante lucem etiam, quum adhuc eſſet in lecto, colloquebatur cum iis, qui ſibi valde erant familiares, cæteri eum in viis ſalutabant. Portæ domus regiæ per totam diem apertæ, ac omni cuſtodia deſtitutæ erant. Veniebat ſemper in ſenatum, & cum patribus communicabat omnia: ſæpe etiam jus reddebat in foro. Quæ ipſe præ ſenectute legere non poterat, aut quæ perſcribebat abſens ad ſenatum, per filios ſuos plerumque recitari jubebat, in hoc quoque ſenatui honorem deferens. Convivas etiam menſæ, quum

A.U.C 823
Fl. Veſpaſiano II. & T. Veſpaſiano COSS.

u αὐτός τε τοῦ χοῦ. non minus apte legas αὐτός τε τοῦ χοῦ. Sylb. x τὸ αὐτὸ τοῦτο. ita ſcripſi pro τὰ αὐτὰ τοῦτο, quod vulgo legas; minus enim conveniens τὰ αὐτὰ ταῦτα recte judicat Sylb. y εὐτελέστατα διὰ τοῦτο, vulgo. κατὰ τοῦτο mavult Xyl. poſt τοῦτο non dubito quin deſit ἐβίου vel ἔζη, aut διῆγε. ſed & μετὰ τοῦτο malim quam διὰ τοῦτο. HS. εὐτελέστατα τἄλλα διῆγε καὶ οὐδέν. L. ſi triumviri hi doctiſſimi conſuluiſſent Zonaram p. 577. B. vidiſſent credo, διὰ τοῦτο corruptum fuiſſe ex διῃτᾶτο, quod per ſe obvium. z ὀλίγα. vel ὀλιγάκις ſcribendum, vel ὀλίγα pro ὀλιγάκις accipiendum, ut συχνὰ pro συχνάκις pag. ſq. HS. a καὶ τῇ ἀγορᾷ. malim καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ. HS. vel κἀν τῇ ἀγ. Sylb. quod ſimplicius recepi.

ſagittas accuratiſſime dirigere norat, teſte *Suetonio* 19. ita in ſolitudine villæ Albanæ, § 18. ſq. temporis fallendi cauſa, ſtilo quaſi miſſili quodam ad configendas muſcas ſe exercet: quod in ſolitudinis amorem acute torſit Vibius Criſpus. vide *Sueton.* Domit. 3. *Vict.* Cæſ. XI, 6. Epit. XI. 8. Nam ſecretum & ſolitudinem captabat ſemper. *Plin.* Paneg. 48. 5. Hæc non monerem, niſi ex Aur. Victoris verbis neſcio quod acumen, Domitiani κλινοπάλην tangens, eruere allaboraſſet Vir inſignis *Joſephus Scaliger* ad Euſeb. p. 202. b. & *Schottus* ad Victorem.

§ 61. (l. 59.) μνήμῃ τῆς προτέρας αὐτοῦ τύχης] Hinc *Suetonius* 12. *Mediocritatem priſtinam neque diſſimulavit unquam, ac frequenter etiam præ ſe tulit.*

§ 62. (l. 60.) νεὼν τὸν ἐν Καπιτωλίῳ] Suetonium ſequitur Dio. Sed gravior nobis auctor Tacitus, temporis diligens obſervator, itemque Joſephus, qui circa Veſpaſianum utrumque fuit: ut abſente Veſpaſiano fundamenta jacta dicamus. § 59. Fruſtra enim vir longe doctiſſimus *Phil. a Turre* ad Monumenta veteris Antii P. I. c. 7. p. 94. T. VIII. P. IV. Theſauri Italiæ, Dionem & Suetonium cum Tacito conciliare nititur, ut ſolennia dedicationis a Veſtino peracta dicat XI. Kal. Jul. ſed rudera purgata a Veſpaſiano præſente: quaſi vero Tacitus, ut res omnino poſtulat, non purgata jam rudera ante dedicationem XI. Kal. Jul. factam, hinc fundamenta novi templi jacta, abſente adhuc Veſpaſiano, diſerte narret. confer interim & *Tillemont* T. II. p. 839 *Cedrenus* quinto Veſpaſiani anno, ſeu A. U. 826. *Euſebius* Veſpaſiano IV. Conſule, ſeu A. U. 825. reſtauratum Capitolium tradunt. Sed *Joſephus* de B. J. VII. 5. § 6. triumphi pompam deſcribens, Capitolium jam abſolutum ſiſtit. ἦν δὲ τῆς πομπῆς τὸ τέλος ἐπὶ τὸν νεὼν τοῦ Καπετωλίου Διὸς, ἐφ' ὃν ἐλθόντες ἔστησαν. Igitur A. U. C. 824. quo, triumphus actus p. 748. § 46. jam perfectum fuit opus: ut A. U. C. 823. neceſſario inchoatum ſit, nempe Junio menſe. § 59. Vinetum, qui a Veſpaſiano perfectum fuiſſe Capitolium dubitat, merito reprehendit *Rycquius* de Capit. c. 11. p. 40. ſq. ex Plutarcho in Poplic. Quanquam poſtea ſub Tito templum Jovis deflagravit iterum p. 756. D. reſtitutum a Domitiano. ibid. § 154.

§ 63. (l. 65.) ἐς τὸ κοινὸν] In omne hominum genus liberaliſſimum vocat *Suetonius* c. 17. quem & vide c. 18. Opera Romæ exſtructa & renovatas urbes memorat *Victor.* Cæſ. IX. 7. & Epit. IX. 8. *Suet.* 9. idemque teſtantur Inſcriptiones.

64. (l. 68.) οὐδὲ ἐν τοῖς καπηλείοις ἑφθὸν] Vide ad p. 707. § 72.

§ 65. (l. 72.) ἐς τὰς τοῦ δήμου χρείας] Confirmat *Suetonius* 16. *Victor.* Cæſ. IX. 6. Epit. IX. 7. *Suidas* in Βεσπασιανός. conf. p. 728. § 9. p. 749. § 52.

§ 66. (l. 72.) καταστάσει δὲ τοῦ βίου] Eandem phraſin de Severo adhibet *Dio* p. 869. D. *Suetonius* cap. 21. ita effert: *Ordinem vitæ fere hunc tenuit. Aurel. Victor* Epit. IX. 15. *Inſtitutum uniforme omni imperio tenuit. Lampridius* Alex. Sev. c. 29 *Uſus vivendi eidem hic fuit.*

§ 67. (l. 74.) κήποις τοῖς καλουμένοις Σαλλουστείοις] Horti, a Criſpo Salluſtio, ex prætura Africæ ditato, amœniſſime & pretioſiſſime inſtituti ſub Quirinali ad portam Collinam, inde ab Auguſti ætate deliciæ Imperatorum fuerunt. vide *Pancirollum* Deſcr. Urb. Rom. Reg. VI. Tom. III. Græv. p. 345. *Alex. Donatum* de Urbe Roma III. 23. ib. p. 790. *Fam. Nardinum* in Roma Vet. IV. 7. Tom. IV. p. 1104. *Ol. Borrichium* ibid. p. 1558. ſq.

§ 68. (l. 77.) τοῖς πάνυ φίλοις καὶ πρὸ τῆς ἕω] *Plinius* junior Epiſt III. 5, 9. de avunculo ſuo ſcribit: *Ante lucem ibat ad Veſpaſianum Imperatorem: nam ille quoque noctibus utebatur.* adde *Sueton.* 21.

§ 69. (l. 80.) φρουρὸς οὐδεὶς] *Nam conſuetudinem ſalutantes ſcrutandi, manente adhuc bello civili, omiſerat. Sueton.* 12. quod ipſum quoque ſupra indicaverat *Dio* p. 666. C. De Trajani facilitate admiſſionum vide *Plinium* Paneg. c. 47. & 49.

§ 70. (l. 85.) διὰ τῶν υἱέων αὐτοῦ] Abſentes Imperatores ſæpe per epiſtolas agebant cum ſenatu, quas tum recitare ſolebant Quæſtores. Verum de Tito *Suetonius* 6. *Receptaque ad ſe prope omnium officiorum cura, cum patris nomine & epiſtolas ipſe dictaret, & edicta conſcriberet, orationesque in ſenatu recitaret, etiam quæſtoris vice.*

§ 71. (l. 86.) συσσίτους συχνοὺς ἐποιεῖτο] Confer *Sueton.* 19.

 §72.

A.U.C.823 Fl. Veſpaſiano II, & T. Veſpaſiano COSS.

quum e ſenatoribus, tum aliis quotidie multos adhibebat: ipſe quoque crebro apud familiariſſimos cœnabat.

11. In ſumma, quod ad curam reipublicæ pertinet, imperator habebatur: in cæteris rebus communi & æquali ratione cum omnibus vivebat. Nec enim tantum jocabatur populariter, verum etiam jocoſe ludi ſe libenter patiebatur. Si libelli quidam, ut fieri ſolet absque auctoris nomine adverſus imperatores, proponerentur, qui ad contumeliam ejus tenderent; ipſe contra nihil commotus, ea, quæ conducerent, proponebat. Quum autem Phœbus ad eum veniſſet purgandi ſui cauſa, quod Neronis temporibus in Græcia, in theatro, quum Veſpaſianus videns imperatorem contra decorum facere, frontem contraxiſſet, iratus juſſerat eum abire; dein roganti quo juberet, reſpondiſſet, In malam crucem: defendenti ſe Phœbo in hac cauſa, non modo nullum damnum attulit, ſed neque aliud, quam hoc ipſum, reſpondit; " Abi in malam crucem. " Vologæſum, qui ad ſe ſcripſerat his verbis, " Rex regum Arſaces Flavio Veſpaſiano ſalutem; " ne reprehendit quidem, ſed ei iisdem verbis, non adſcriptis imperatoriis nominibus, reſpondit.

12. Quum autem Helvidius Priſcus, Thraſeæ gener, ac in præceptis Stoicorum ab ineunte ætate verſatus, Thraſeæ loquendi libertatem imitaretur, quamvis minus opportunis temporibus, ac tunc quum eſſet prætor, nihil faceret in honorem imperatoris, ſed ei ſemper malediceret, atque ob eam cauſam aliquando captus a tribunis plebis, lictoribus traditus eſſet: confuſus Veſpaſianus flevit; eque ſenatu exiit, hoc unum inquiens; " Aut mihi filius meus ſuccedet, aut nemo. [Unde ſatis conſtabat, Veſpaſianum Priſco offenſum fuiſſe, non tam ob contumelias, quibus ille Veſpaſianum & amicos ejus laceſſebat, quam quod factioſus & popularis auræ nimis appetens eſſet, quodque principatum aſſidue vituperans, popularem ſtatum laudibus

λων καθ' ἑκάστην ἡμέραν συχνοὺς ἐποιεῖτο, καὶ πολλάκις καὶ αὐτὸς παρὰ τοῖς πάνυ φίλοις ἐδείπνει.

Τό, τε σύμπαν, τῇ προνοίᾳ τῶν κοινῶν, αὐτοκράτωρ ἐνομίζετο· ἐς δὲ δὴ τἆλλα πάντα κοινὸς καὶ ἰσοδίαιτος σφίσιν ἦν. καὶ γὰρ [72] ἔσκωπτε δημοτικῶς, καὶ ἀντεσκώπτετο ἡδέως· εἴ τέ τινα γράμματα, οἷα εἴωθεν ἀνώνυμα εἰς τοὺς αὐτοκράτορας, προπηλακισμὸν αὐτῷ φέροντα ἐξετέθη ποτὲ, ἀντεξετίθει τὰ πρόσφορα, μηδὲν ταραττόμενος. τοῦ τε [73] Φοίβου προσελθόντος αὐτῷ καὶ ἀπολογουμένου, ὅτι ἐπὶ τοῦ Νέρωνος ἐσκυθρωπακότα ποτὲ [b] αὐτὸν ἐπὶ τοῦ θεάτρου ἐν τῇ Ἑλλάδι, ἐφ' οἷς ἀσχημονοῦντα ἑώρα τὸν αὐτοκράτορα, ἐκέλευσε πρὸς ὀργὴν ἀπελθεῖν· τοῦ δὲ ἐρομένου, Ὅποι; Ἐς κόρακας, εἶπεν. ὑπὲρ τούτου οὖν ἀπολογουμένου τοῦ Φοίβου, οὔτε τι κακὸν αὐτὸν εἰργάσατο, οὔτε ἀπεκρίνατο αὐτῷ ἄλλο οὐδὲν, πλὴν αὐτὸ τοῦτο ὅτι, " Ἐς κόρακας ἄπελθε. " [74] τοῦ δὲ Οὐολογαίσου ἐπιστείλαντος αὐτῷ οὕτως, " Βασιλεὺς βασιλέων [c] Ἀρσάκης Φλαβίῳ Οὐεσπασιανῷ χαίρειν, " οὔτε τι αὐτὸν ἠτιάσατο, καὶ ἀντέγραψε τὸν αὐτὸν τρόπον, μηδὲν τῶν τῆς ἀρχῆς ὀνομάτων προσθείς.

D E

Ἐπεὶ δὲ [75] Πρίσκος Ἑλουίδιος ὁ τοῦ Θρασέου γαμβρὸς, τοῖς τε Στωϊκοῖς δόγμασιν ἐντραφεὶς, καὶ τὴν τοῦ Θρασέου παῤῥησίαν οὐ σὺν καιρῷ μιμούμενος, στρατηγῶν δὲ τηνικαῦτα, οὔτε τι πρὸς τιμὴν [d] αὐτοκράτορος ἔδρα, καὶ προσέτι καὶ βλασφημῶν αὐτὸν οὐκ ἐπαύετο· καί ποτε διὰ τοῦτο οἱ δήμαρχοι συλλαβόντες αὐτὸν, τοῖς ὑπηρέταις παρέδοσαν· [76] συνεχύθη τε ὁ Οὐεσπασιανὸς, καὶ δακρύσας ἐκ τοῦ βουλευτηρίου ἐξῆλθε τοσοῦτον μόνον εἰπὼν ὅτι, " [77] Ἐμὲ μὲν υἱὸς διαδέξεται, ἢ οὐδεὶς ἄλλος. " 751 [e] [ὅθεν οὐχ ἥκιστα ἔνδηλον ἐγένετο, ὅτι Πρίσκον τὸν Ἑλουίδιον, οὐ μᾶλλόν τι δι' ἑαυτὸν, ἢ διὰ τοὺς φίλους αὐτοῦ οὓς ὕβρισεν, ἐμίσησεν ὁ Οὐεσπασιανός· ἀλλ' ὅτι ταραχώδης τε ἦν, καὶ τῷ ὄχλῳ προσέκειτο, βασιλείας τε ἀεὶ κατηγόρει, καὶ δημοκρατίαν

b αὐτὸν, deeſt in RS. & HS. min. edit. exſtat in ceteris & Coisl. Pal. Mer. Br. *c* Ἀρσάκης. uſurpatum videtur pro Οὐολόγαισος ὁ Ἀρσακίδης, niſi Arſacis nomen commune fuit Parthiæ regibus. Sylb. atqui ita eſt. vide pag. 1. A. & 22. B. atque ibi Fabricium. *d* αὐτοκράτορος. τοῦ αὐτοκράτορος, Br. *e* ὅθεν οὐχ ἥκιστα &c. verba ſunt Dionis ex Exc. Peireſc. p. 702.

§72. (l. 94.) ἔσκωπτε δημοτικῶς] Vide ejus quædam facete dicta apud *Suetonium* c. 22. ſq. *Victor.* Epit. IX. 3. Viciſſim, teſte *Sueton.* 13. *amicorum libertatem, cauſidicorum figuras, ac philoſophorum contumaciam leniſſime tulit.* adde *Suidam* in Βεσπασιανός.

§73. (l. 99.) τοῦ τε Φοίβου προσελθόντος] Paulo aliter *Suetonius* 14. refert occaſionem, cur durioribus verbis, *abire Morboniam*, a Phœbo juſſus ſit; ceterum de miti reſponſo Imperatoris, eadem.

§74. (l. 9.) τοῦ δὲ Οὐολογαίσου ἐπιστείλαντος] De Vologæſo hoc l. dictum p. 710. §92. De Regis Regum appellatione vide ad p. 32. A. & *Spanhemium* de U. N. Diſſ. VIII. p. 460. ſq. qui eum titulum a Romanis interdum Parthis tributum docebit. *Tillemontius* p. 48. ſq. ſibi perſuaſit, tam arroganter ſcripſiſſe Vologæſum, cum Veſpaſianus nollet ei ſubſidia adverſus Alanos mittere, quæ res teſte *Dione* p. 752. ſerius accidit A. U. C. 828. Probabilius ex *Joſepho* B. J. lib. VII. c. 7. §3. dixiſſet, ſcripſiſſe Vologæſum pro liberis regis Comagenes exulibus.

§75. (l. 14.) Πρίσκος Ἑλουίδιος] Cluvio patre natus Tarracinæ municipio, Stoicus, a Pæto Thraſea ſocero, de quo p. 696. §104. & 714. §134. ſq. nihil æque ac libertatem hauſerat; ſed ejus ruina in exilium pulſus, ut ſub Galba rediit, Marcellum Eprium Thraſeæ delatorem accuſare aggreſſus, multorum deprecatione deſtitit. *Tac.* IV. 5. ſqq. Dial. de Orator. c. 5. Sub Veſpaſiano prætor factus, aream Capitolii luſtravit. *id.* Hiſt. IV. 53. 4. Sed reverſum ex Syria Veſpaſianum ſolus privato nomine *Veſpaſianum* ſalutaverat, & omnibus edictis ſine honore ac mentione ulla tranſmiſerat, cui tamen Veſpaſianus non ante ſuccenſuit, quam altercationibus inſolentiſſimis pæne in ordinem redactus eſt. Ita *Suetonius* 15. ſq. ubi & de exilio Priſci & morte.

§76. (l. 22.) συνεχύθη ὁ Οὐεσπασιανὸς] *Sueton.* 15.

§77. (l. 24.) ἐμὲ μὲν υἱὸς διαδέξεται] *Suetonius* 25. & ex eo *Eutropius* dictum refert poſt aſſiduas in ipſum conjurationes, quod magis cohæret: quanquam & Dio in Excerptis Peireſcianis factiones ab Helvidio concitatas innuit.

§78. (l. 31.) ὥσπερ που φιλοσοφίας ἔργον ὄν] Bene ac ſapienter Dio: & prope miror *Tacitum* H. IV. 5. in laudando Helvidio nimium, idque ſine cenſura. Sed & *Arianus* Epictet. Diſſ. I. 2. ejus protervam loquacitatem, velut καλὸν παράδειγμα τὰ κατὰ πρόσωπον σώζοντος, proponit. Audi ipſum: προσπέμψαντος αὐτῷ Οὐεσπασιανοῦ, ἵνα μὴ εἰσέλθῃ εἰς τὴν σύγκλητον, ἀπεκρίνατο· ἐπὶ σοί ἐστι, μὴ ἐᾶσαί με εἶναι συγκλητικόν. μέχρι δ' ἂν ὦν, (ſcr. ὦ) δεῖ με εἰσέρχεσθαι. ἄγε, ἀλλ' εἰσελθὼν φησὶ,

δημοκρατίαν ἐπῄνει, καὶ ἔπραττεν ἀκόλουθα τούτοις, καὶ συνίστη τινάς· [78] ὥσπερ που φιλοσοφίας ἔργον ὄν, τό τε τοὺς κρατοῦντας προπηλακίζειν, καὶ τὸ τὰ πλήθη ταράττειν, τό τε τὰ καθεστηκότα συγχεῖν, καὶ τὸ νεώτερα αὐτοῖς πράγματα ἐπεισάγειν. ἦν γὰρ τοῦ Θρασέου γαμβρὸς, καὶ ζηλοῦν αὐτὸν ἐπλάττετο· πολὺ δὲ αὐτοῦ ἡμάρτανε. Θρασέας μὲν γὰρ ἐπὶ Νέρωνος ὢν οὐκ ἠρέσκετο αὐτῷ· καὶ οὐδὲν μέντοι οὐδ' ὡς ὑβριστικὸν ἔλεγεν ἐς αὐτὸν, οὐδὲ ἔπραττε, πλὴν καθόσον προσκοινωνεῖν οἱ τῶν δρωμένων οὐκ ἠξίου. οὗτος δὲ Οὐεσπασιανῷ ἤχθετο, καὶ οὔτ' ἰδίᾳ, οὔτε ἐν τῷ κοινῷ αὐτοῦ ἀπείχετο. ἀλλ' ἐξ ὧν ἐποίει ἐθανάτα, καὶ πολλὰ πράττων ἔμελλέ ποτε δίκην αὐτῶν δώσειν.]

laudibus extolleret, faceretque his conſentanea, factiones concitando; prorſus acſi proprium eſſet philoſophiæ, principes conviciis inſectari, turbare multitudinem, conſtituta legibus movere, & inducere horum loco nova. Erat ille quidem Thraſeæ gener, quem æmulari ſimulabat; ſed longe profecto a moribus ejus aberrans. Namque Nero erat, ſub quo vivebat Thraſea, & cujus vitæ rationem improbabat: neque tamen vel ſic dicebat agebatve quidquam in principem contumelioſe; niſi quod intereſſe iis quæ agebantur nolebat. Hic vero offendebatur Veſpaſiano, eumque & privatim & publice inſectabatur; ut proinde ſuis ipſe facinoribus rueret in exitium, pœnas olim frequentium daturus maleficiorum.]

A.U.C.823 Fl. Veſpaſiano II. & T. Veſpaſiano COSS.

Ὡς δ' οὖν καὶ ἄλλοι πολλοὶ ἐκ τῶν στωϊκῶν καλουμένων λόγων προαχθέντες, μεθ' ὧν καὶ [79] Δημήτριος ὁ κυνικὸς, συχνὰ καὶ οὐκ ἐπιτήδεια τοῖς παροῦσι, δημοσίᾳ, τῷ τῆς φιλοσοφίας προσχήματι καταχρώμενοι, διελέγοντο, κἀκ τούτου καὶ ὑποδιέφθειρόν τινας, ἔπεισεν ὁ Μουκιανὸς τὸν Οὐεσπασιανὸν, πάντας τοὺς τοιούτους [80] ἐκ τῆς πόλεως ἐκβαλεῖν, [f] εἰπὼν ὀργῇ μᾶλλον ἢ φιλολογίᾳ τινὶ πολλὰ κατ' αὐτῶν. καὶ πάντας αὐτίκα τοὺς φιλοσόφους ὁ Οὐεσπασιανὸς, [81] πλὴν

B τοῦ Μουσωνίου, ἐκ τῆς Ῥώμης ἐξέβαλε· [g] τὸν δὲ δὴ Δημήτριον καὶ τὸν [82] Ὁσίλιον καὶ ἐς νήσους κατέκλεισε. καὶ ὁ μὲν Ὁσίλιος, εἰ καὶ τὰ μάλιστα μὴ ἐπαύσατο, περὶ τῆς φυγῆς ἀκούσας, (ἔτυχε γὰρ διαλεγόμενός [g] τινι) ἀλλὰ καὶ πολλῷ πλείω κατὰ τῆς μοναρχίας κατέδραμεν, ὅμως παραχρῆμα μετέστη· τῷ δὲ Δημητρίῳ μηδ' ὡς ὑπείκοντι, ἐκέλευσεν ὁ Οὐεσπασιανὸς λεχθῆναι, ὅτι “ Σὺ “ μὲν πάντα ποιεῖς ἵνα σε ἀποκτείνω, ἐγὼ δὲ “ [83] κύνα ὑλακτοῦντα οὐ φονεύω. „

A.U.C.824 Fl. Veſpaſiano III. & Cocc. Nerva COSS.

13. Sed quum alii multi excitati ex Stoica diſciplina, interque eos Demetrius quoque Cynicus, multa præſenti rerum ſtatui parum convenientia, publice, abuſi ſpecie philoſophiæ, diſſererent, atque ita plurimos occulte in varias ſententias traherent: Mucianus multa adverſus eos, iræ magis, quam doctrinæ quodam ſtudio, diſputans, Veſpaſiano perſuaſit, ut omnes, qui eſſent ejus ſectæ, ex urbe expelleret. Itaque Veſpaſianus ſtatim philoſophos omnes, præter Muſonium, Roma expulit: Demetrium vero, & Hoſtilium, in inſulas relegavit. Hoſtilius quidem, quum de ſuo exilio intelligeret, cum alio tum forte diſputans, non deſtitit quidem, multoque magis etiam unius poteſtatem inſectatus eſt: attamen ſtatim demigravit. Demetrio vero, nondum quieſcenti, Veſpaſianus mandari juſſit his verbis; “ Tu quidem nihil prætermittis, ut ego te interfici jubeam, ego tamen canem latrantem non occido. „

Τότε δὲ καὶ [84] Καινὶς ἡ τοῦ Οὐεσπασιανοῦ παλλακὴ μετήλλαξεν. ἐμνημόνευσα δὲ αὐ-

C τῆς ὅτι τε πιστοτάτη ἦν, καὶ ὅτι μνήμης ἄριστα ἐπεφύκει. πρὸς γοῦν τὴν δέσποιναν τὴν [h] Ἀντωνίαν, τὴν τοῦ Κλαυδίου μητέρα, κρύφα τι δι' αὐτῆς τῷ Τιβερίῳ περὶ τοῦ [i] Σηϊανοῦ

14. Per id tempus mortem obiit Cænis, pellex Veſpaſiani; cujus propterea mentionem feci, quod maxima fide, & excellenti memoria fuit. Hæc enim heræ ſuæ Antoniæ, matri Claudii, quæ nonnulla de Sejano, per eam ad Tiberium referenda, ſcripſerat, juſſeratque ut id, ne

[f] εἰπὼν ὀργῇ μᾶλλον ἢ φιλολογίᾳ τινὶ πολλὰ κατ' αὐτῶν. ἅπαντας (cum interjectis) κατ' αὐτοῦ. L. ego refero ad Mucianum, quod confirmat Z p. 577. C. [g] τὸν δὲ δὴ Δημ. ſic HS. edit. maj. Sylb. L. ex Pal. ſic & Br. τὸν δὲ Δημ. RS. & HS. edit. min. extremum parentheſeos verbum τινὶ, aberat a Pal. [h] Ἀντωνίαν. Ἀντωνῖναν, RS. & HS. edit. min. & ſic Br. [i] Σηϊανοῦ. ſic ſcripſi, ut alias legitur apud Dionem. hic Σιανοῦ, vulgo.

φησι, ἀπόκτεινον. μή με ἐξέτασε, καὶ σιωπήσω. ἀλλὰ δεῖ με ἐξετάσαι. καὶ μὴ εἰπεῖν τὸ φαινόμενον δίκαιον. ἀλλ' ἐὰν εἴπῃς, ἀποκτενῶ σε. πότε οὖν σοι εἶπον, ὅτι ἀθάνατός εἰμι; καὶ σὺ τὸ σὸν ποιήσεις, κἀγὼ τὸ ἐμόν. σὸν ἐστιν, ἀποκτεῖναι· ἐμὸν, ἀποθανεῖν μὴ τρέμοντα. σὸν, φυγαδεῦσαι· ἐμὸν, ἐξελθεῖν μὴ λυπούμενον. Hoc ſi tum temporis apud Stoicos & Cynicos erat ſapere, non miror eos a bonis etiam Principibus urbe Italiaque pulſos eſſe.

§ 79. (l. 48.) Δημήτριος ὁ Κυνικὸς] Huc pertinent, quæ ex Dione legas apud Zonaram p. 577. C. μετὰ ταῦτα (poſt triumphum Judaicum, § 46. adeoque A. U. C. 824.) διδασκάλους ἐν τῇ Ῥώμῃ καὶ τῇ Λατίνων, καὶ τῇ Ἑλλήνων παιδείᾳ κατέστησε, μισθὸν ἐκ τοῦ δημοσίου φέροντας. κατηγορίας δὲ ὁ Μουκιανὸς τῶν φιλοσόφων πολλῆς ποιησάμενος ἔπεισε &c. Demetrius, natione Sunienſis, ut videtur *Oleario* ad Philoſtr. p. 164. & *Moſi Solano* ad Luciani Toxarin c. 27. T. II. p. 536. non confundendus cum Demetrio Alexandrino Cynico, quod factum a *Menagio* ad Laert. VI. 95. & V. 85. Noſter Corinthi ſolebat philoſophari, Romamque cum Apollonio venerat. Laudat eum *Philoſtratus* Apollon. IV. 25. p. 163. VI. 31. p. 270. *Seneca* de Benef VII. 1. vide & epiſt. 20. & 62. & de vita beata c. 18. vide & *Lucianum* T. II. p. 301. T. III. p. 114. *Sueton.* Veſp. 13. *Olearium* p. 163. ad Philoſtrat. alios laudatos *Fabricio* Bibl. Gr. Vol. II. p. 362. adde Cl. *Jac. Bruckerum* in Hiſt. Crit. Philoſophiæ T. II. p. 505. ſqq.

§ 80. (l. 52.) ἐκ τῆς πόλεως ἐκβαλεῖν] De Philoſophis ex urbibus ejectis vide *Gabr. Biſciolam* III. 7. Horar. Subſec. Hoc exilium ad A. U. C. 828. aut ſequentem refert vir eruditus *Jo. Maſſon* in vita Plin. jun. p. 15. ſq.

§ 81. (l. 55.) πλὴν τοῦ Μουσωνίου] Diximus de eo p. 714. § 143.

§ 82. (l. 57.) Ὁσίλιον] Scripſi cum aſpiratione: eſt enim Latinum *Hoſtilius*. Cynicus, aut certe Stoicus fuerit, cujus alibi mentionem fieri, non memini. παραχρῆμα μετέστη putavi perperam redditum *ſubito ſententiam mutavit*. Aptior huic loco ſignificatio demigrationis & exilii, ut p. 44. E. 70. B. 75. D. &c.

§ 83. (l. 65.) κύνα ὑλακτοῦντα] Confer *Sueton.* 13. ubi Piſcus, *Canis* appellationem vel leve vel nullum fuiſſe apud Cynicos convicium, docet.

§ 84. (l. 66.) Καινὶς ἡ τοῦ Οὐεσπασιανοῦ παλλακὴ] *Suetonius* 3. *Poſt uxoris* (Flaviæ Domitillæ) *exceſſum, Cænidem Antoniæ libertam, & a manu, dilectam quondam ſibi, revocavit in contubernium, habuitque etiam imperator pæne juſtæ uxoris loco.* A Domitiano contemtim eſt habita. *Id.* Domit. 12. In Cænidis defunctæ locum plurimas Veſpaſianus ſibi pellices conſtituit. *Id.* Veſp. 21. Effigiem Cænidis in averſa numi cujusdam inveniſſe ſibi viſus eſt *Triſtanus* I. p. 289. ſq.

A.U.C.824 Fl. Veſpaſianus III. & Cocc. Nerva COSS.

ne quod ejus indicium relinqueretur, ſtatim deleret; “ Fruſtra, „ inquit, “ domina, juſſiſti; hæc enim, atque cætera omnia, quæ mihi imperas, ita ſemper in memoria habeo, ut ex ea deleri non poſſint. „ Id igitur in ea admiratus ſum, tum etiam, quod Veſpaſianus valde delectabatur ejus conſuetudine: cujus etiam cauſa magnam potentiam aſſequuta eſt, ac opes innumerabiles collegit; adeo ut per hanc ipſam Veſpaſianus crederetur pecuniam conficere. Hæc enim multa accipiebat a multis, quum magiſtratus, procurationesque provinciarum, & expeditiones militares, ac ſacerdotia, ipſa quoque reſponſa principis nonnullis venderet. Veſpaſianus tamen neminem occidi juſſit pecuniæ cauſa, ſed pleroſque, quod pecuniam darent, incolumes ſervavit. Quas omnes quum Cænis caperet, id fieri de voluntate Veſpaſiani ſuſpicio erat, ex cæteris quæ gerebat: quorum pauca exempli cauſa apponam. Quum a quibuſdam decretum eſſet, ei ponere ſtatuam pretio decies ſeſtertium, porrecta manu, “ Vos vero, „ inquit, “ mihi argentum date: hæc enim manus ſtatuæ baſis eſt. „ Præterea Tito graviter ferenti vectigal ex lotio, quod ipſum cum aliis vectigalibus indictum erat, aureos ex eo vectigali quæſitos oſtendit, dixitque; “ Vide, fili, num oleant. „

15. Veſpaſiano ſextum, & Tito quartum conſulibus,

νοῦ γράψασαν, καὶ αὐτὸ ἀπαλειφθῆναι εὐθὺς, ὅπως μηδεὶς αὐτοῦ ἔλεγχο[illegible] [k] ὑπολειφθῇ, κελεύσασαν “ Μάτην, [illegible] “ να, ἔφη, τοῦτο προσέταξας, [illegible] “ γὰρ καὶ ταῦτα, καὶ τὰ ἄλλα [l] ὅσ[illegible] “ ρεύσῃς μοι, ἔν τε τῇ ψυχῇ [illegible] “ καὶ οὐδέ ποτε ἐξαλειφθῆναι δύνα[illegible] τό τε οὖν αὐτῆς ἐθαύμασα, κα[illegible] ἐπὶ καὶ ὁ Οὐεσπασιανὸς αὐτῇ ὑπερέχαιρε. [illegible]όν D τε διὰ τοῦτο ἴσχυσε, καὶ πλοῦτον ἀμύθητον ἤθροισεν, ὥστε καὶ νομισθῆναι, ὅτι δι' αὐτῆς ἐκείνης ἐχρηματίζετο. πάμπολλα γὰρ παρὰ πολλῶν ἐλάμβανε, τοῖς μὲν ἀρχὰς, τοῖς δὲ ἐπιτροπείας, στρατείας, ἱερωσύνας, ἤδη δέ τισι καὶ ἀποφάσεις αὐτοῦ πιπράσκουσα. ἀπέκτεινε μὲν γὰρ ὁ Οὐεσπασιανὸς χρημάτων ἕνεκα οὐδένα, [85] ἔσωσε δὲ πολλοὺς τῶν διδόντων· καὶ ἡ μὲν λαμβάνουσα ἐκείνη ἦν, ὑπωπτεύετο δὲ ὁ Οὐεσπασιανὸς ἑκὼν αὐτῇ ἐπιτρέπειν τοῦτο ποιεῖν, ἐκ τῶν ἄλλων ὧν [m] ἔπραττεν, ὧν ὀλίγα δείγματος ἕνεκα E διηγήσομαι. ἀνδριάντα γὰρ πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδων στῆσαί οἱ ψηφισαμένων τινῶν, [n] προέτεινε τὴν χεῖρα καὶ ἔφη “ Δότε μοι τὸ ἀργύριον· “ [86] ἡ γὰρ βάσις αὐτοῦ αὕτη ἐστί. „ καὶ πρὸς τὸν Τίτον ἀγανακτοῦντα [87] τῷ τοῦ οὔρου τέλει, [o] ὃ καὶ αὐτὸ μετὰ τῶν ἄλλων κατεδείχθη, εἶπε λαβὼν ἐξ αὐτοῦ χρυσοῦς πεπορισμένους, καὶ δείξας αὐτῷ· “ Ἰδοὺ τέκνον, εἴ τι ὄζουσιν. „

Ἐπὶ δὲ τοῦ [88] Οὐεσπασιανοῦ ἕκτον καὶ ἐπὶ τοῦ Τίτου

k ὑπολειφθῇ. ὑπολειφθῇ, HS, edit. min. errore, ut puto, typothetæ. l ὅσα ὑπαγορεύεις μοι. ſic vulgo. ὅσα ἂν ὑπαγορεύσῃς μοι, Pal. Br. & Coiſl. quod & rectius judicat Sylb. m ἔπραττεν. ἔπραξεν, L. ad marg. quod omnino poſtulat ſententia. n προέτεινε. id reſtitui ex prioribus editionibus, cum apud L. vitioſe legeretur περιέτεινε. o ὃ καὶ αὐτό. id, auctore Sylb. ex Pal. (& Br.) reſcripſi, pro vulgato ὃ καὶ αὐτῷ. quamvis αὐτῷ, pro ὑπ' αὐτοῦ, ſtare poſſit.

§85. (l. 88.) ἔσωσε δὲ πολλοὺς τῶν διδόντων] *Suetonius* 16. *Creditur etiam procuratorum rapaciſſimum quemque ad ampliora officia ex induſtria ſolitus promovere, quo locupletiores mox condemnaret: quibus quidem vulgo pro ſpongiis dicebatur uti, quod quaſi & ſiccos madefaceret, & exprimeret humentes.* conf. & c. 23. Sed quod Cænidis interventu factum Dio tradidit, id Tito adſignat *Suetonius* Tit. 7. *conſtabat, in cognitionibus patris nundinari præmiarique ſolitum.*

§86. (l. 95.) ἡ γὰρ βάσις αὐτοῦ αὕτη ἐστί] Statuam a provincia quadam vel municipio ei decretam eſſe publice, ex Suetonio, & Dionis verbo ψηφισαμένων, recte colligit *Marcilius*. Interpres enim hic male reddiderat: *cum aliquot homines ſtatuiſſent.* Rem vero elegantius expreſſit *Suetonius* c. 23. *Nunciantibus legatis, decretam ei publice non mediocris ſummæ ſtatuam coloſſeam, juſſit ut continuo ponerent, cavam manum oſtentans, & paratam baſin dicens.* Nam *maxime dicacitatem in deformibus lucris affectabat, ut invidiam aliqua cavillatione dilueret transferretque ad ſales. Id.* 23. Illam vero cupiditatem, qua honores ſibi exhibendos in dona maluit converti, lepide imitatus eſt in funere ejus Archimimus. Nam *in funere, Favor archimimus, perſonam ejus ferens, imitansque, ut eſt mos, facta ac dicta vivi, interrogatis palam procuratoribus, quanti funus & pompa conſtarent: ut audiit HS. centies, exclamavit, centum ſibi ſeſtertia darent, ac ſe vel in Tiberim projicerent. Id.* 19.

§87. (l. 96.) τῷ τοῦ οὔρου τέλει] *Urinæ vectigal commentus eſt. Suet.* 23. Urina fullones uſos eſſe, certum. vide ad p. 298. A. & *Bern. Ramazzini* de morbis artificum c. 14. Ideo vectigal hoc ad fullones ſpectare vulgo putant. Sed rectius *Caſaubonus* poſſe intelligi dicit de ſtipe exacta ab iis, qui per diem veſicam exonerare vellent in amphoris, quæ per angiportos erant collocatæ: ſicut & latrinæ publicæ locari ſolebant *foricariis*, qui vectigal exigebant ab his, qui neceſſitate coacti ventris onus ibi cuperent deponere. Quin poſtremo fimus & omnes ſordes in imperio Romano vectigales factæ ſunt; ut docebit *Pet. Burmannus* de Vectigal. P. R. cap. XI. p. 199. ſq. Quod autem *Marcilius* ad Suet. c. 23. vectigal hoc neque in fullones, neque in amphoras, ſed in capita Judæorum viritim impoſitum, contendit, id vereor ut aſſenſum cujuſquam mereatur.

§88. (l. 100.) Οὐεσπασιανοῦ ἕκτον] A. U. C. 828. Chr. 75. Non crediderim quæ præceſſerant ab A. U. C. 824. integro quadriennio, Dionem ſicco pede præteriiſſe.

§89. (l. 1.) τὸ τῆς εἰρήνης τέμενος] *Fecit & nova opera, templum Pacis foro proximum. Suet.* 9. adde *Victorem* Cæſ. IX. 7. Epit. IX. 8. Ornamenta ejus deſcribit *Joſephus* VII. 5. §7. nam & ſpolia templi Hieroſ. aurea & argentea eo illata eſſe oſtendit, quorum varia fata & hiſtoriam, poſtquam templum Pacis exuſtum eſt ſub Commodo, teſte *Dione* p. 829. B. & *Herodiano* I. 4. 4 ſſ. perſequitur *Relandus* de Spol. Templi Hieroſ. c. 13. Legem autem & vela templi in Palatio ſervata eſſe dicit *Joſephus* l. c. Magnificentiam templi Pacis, præter Joſephum & Herodianum, attingit ſæpiuſcule *Plinius* lib. XXXVI. 5. 7. 25. XXXIV. 8. XLV. 10. Eruditorum omnis generis in eo quotidie conventus fuiſſe, refert *Galenus* de libris ſuis T. IV. p. 363, 24. qui ibid. lin. 7. & p. 367, 26. etiam conflagrationis templi inſecutæ meminit. Sed reſtitutum deinde eſſe colligas ex *Trebellio Pollione* XXX. Tyr. c. 31. Ex adulatione, credo, erga Domitianum *Statius* Sylv. IV. 3, 16 & propter quædam forte addita ornamenta, primum hoc templum Pacis Domitiano adſcribit: *Qui Pacem propria domo reponit.* Sed Veſpaſiani opus eſſe, teſtantur & numi apud *Oiſelium* tab. LXXII. 2. *Triſtan.* I. p. 286. *Spanhem.* Diſſ. XIII. p. 648. *Mediob.* p. 115. ad A. U. C. 828. *Patin*, ad Suet. c. 9. Poſterioris reſtituti rudera vide apud *Alex. Donatum* de Urbe Roma III. 4. T. III. Græv. p. 665. adde *Fam. Nardini* Romam Vet. III. 12. ibid. T. IV. p. 1030. ſq. De columna ſtriata marmorea quam Paulus V. Pont. inde tranſtulit ad S. Mariæ Majoris templum, confer *Joſephi Caſtalionis* opuſculum T. IV. Theſ. Græv. p. 1843 ſqq.

§90. (l. 2.) ὅ τε Κολοσσὸς ἀνεστάθη] Coloſſus, non n[illegible]vus, ſed Neronianus refectus. *Suetonius* Veſp. 18. *Coloſſi r[illegible] fectorem inſigni congiario magnaque mercede donavit.* Etia[illegible] *Euſebius* Chron. Can. ad Veſpaſiani conſulatum VI. ὁ K[illegible]λοσσὸς ἀνεστάθη. quem ſenſum & verba Dionis patiuntur, [illegible] Coloſſo quaſi jam ante noto loquentis. Nempe Coloſſus e[illegible] effigie Neronis, CXX. pedum, Zenodori artificis opus, in v[illegible]ſtibulo domus aureæ ſtatutus *Suet.* Ner. 31. *Plin.* XXXIV. [illegible] quem ἐκ χαλκοῦ, Euſebius, ſed marmoreum fuiſſe, ex Plin[illegible] & disjectis ejus membris, quæ in Capitolio nunc mutila ſpecta[illegible]tur, probavit *Alex. Donatus* T. III. Theſ. Græv. p. 675. [illegible] vide & *Ol. Borrichium* de antiqua facie urbis Romæ c. [illegible] T. IV. Theſ. Græv. p. 1540. *Nardinum* ibid. p. 1037. [illegible] Forte poſt domum Neronis ex incendio reſtitutam jacebat [illegible] h[illegible]

752 Τίτου τέταρτον ἀρχόντων, [89] τὸ τῆς Εἰρήνης τέμενος καθιερώθη· ὅ, τε [90] κολοσσὸς ὠνομασμένος ἐν τῇ ἱερᾷ ὁδῷ ἱδρύθη. Φασὶ δὲ [p] αὐτὸν τό, τε ὕψος [91] ἑκατὸν ποδῶν, καὶ τὸ εἶδος, [92] οἱ μὲν τὸ τοῦ Νέρωνος, οἱ δὲ τὸ τοῦ Τίτου ἔχειν. σφαγὰς δὲ ὁ Οὐεσπασιανὸς θηρίων μὲν ἐποιεῖτο [93] ἐν τοῖς θεάτροις, [94] μονομαχίαις δὲ ἀνδρῶν οὐ πάνυ τι ἔχαιρε, καίτοι τοῦ Τίτου ἐν ταῖς τῶν νεανίσκων παιδιαῖς, ταῖς ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ τελουμέναις, σκιαμαχήσαντός ποτε πρὸς τὸν [q] Ἀλιηνὸν ὅπλοις.
B τοῖς δὲ Πάρθοις [95] πολεμωθεῖσι πρός τινας, καὶ τῆς παρ' αὐτοῦ συμμαχίας δεηθεῖσιν, οὐκ ἐβοήθησεν, εἰπὼν ὅτι οὐ προσήκει αὐτῷ τὰ ἀλλότρια πολυπραγμονεῖν. [r] Βερενίκη [96] δὲ ἰσχυρῶς τε ἤνθει, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἐς τὴν Ῥώμην [97] μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ Ἀγρίππα ἦλθε· καὶ ὁ μὲν στρατηγικῶν τιμῶν ἠξιώθη, ἡ δὲ ἐν τῷ παλατίῳ ᾤκησε, [98] καὶ τῷ Τίτῳ συνεγίγνετο. προσεδοκᾶτο δὲ γαμηθήσεσθαι αὐτῷ, καὶ πάντα ἤδη ὡς καὶ γυνὴ αὐτοῦ οὖσα ἐποίει· ὥστ' ἐκεῖνον, δυσχεραίνοντας τοὺς Ῥωμαίους ἐπὶ τούτοις [s] ᾐσθημένον, [99] ἀποπέμψασθαι αὐτήν.
C ἄλλως τε γὰρ πολλὰ ἐθρυλλεῖτο, καί τινες καὶ τότε σοφισταὶ κύνειοι, ἐς τὸ ἄστυ πως [100] παραδύντες, Διογένης μὲν πρότερος ἐς τὸ θέα-
753 τρον πλῆρες ἀνδρῶν ἐσῆλθε, καὶ πολλὰ αὐτοὺς λοιδορήσας, ἐμαστιγώθη· Ἡρᾶς δὲ μετ' αὐτὸν, ὡς οὐδὲν πλεῖον πεισόμενος, πολλὰ καὶ ἄτοπα κυνηδὸν [t] ἐξέκραγε, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη.

Καθ'

consulibus, templum Pacis dedicatum eſt, & coloſſus qui dicebatur, ſacra via collocatus; quem ferunt fuiſſe altum pedes centum, imaginemque Neronis, ut quidam tradunt, vel, ut alii, Titi retuliſſe. Cædes quidem belluarum Veſpaſianus fecit in theatris, ludis autem gladiatoriis non magnopere delectabatur: quanquam Titus ludis juvenum, qui in patria ejus facti erant, armis certaverat cum Alieno, videlicet ficto certamine. Parthis bellum cum quibusdam populis gerentibus, opemque ab eo poſtulantibus, auxilia non miſit; negavitque convenire ſibi curam rerum alienarum. Per id tempus Berenice maxime florebat, ob eamque cauſam cum Agrippa fratre Romam venit. Is prætoriis inſignibus ornatus eſt; illa habitavit in palatio, habuitque cum Tito conſuetudinem. Vulgo autem putabatur, eam Tito nuptum iri: ſiquidem jam omnia, ita ut ſi eſſet uxor, gerebat. Sed Titus, quum intelligeret, populum Romanum id moleſte ferre, eam dimiſit. Nam & alioqui multa ſpargebantur, & profeſſores quidam Cynici, qui tunc in urbem irrepſerant, Diogenes quidem prior in theatrum hominibus refertum ingreſſus, multis in eos jactatis conviciis, flagris cæſus fuit: Heras vero poſt eum, ratus nihil ſibi gravius eventurum, multa & inſolentia canum more exclamavit: quamobrem capite truncatus eſt.

A.U.C.828 Fl. Veſpaſiano VI. & T. Veſp. IV. COSS.

16. Iisdem

[p] αὐτὸν τό τε ὕψος. αὐτὸ τό τε ὕψος, Camer. ut ad Xiph. meum ad marg. notatur. quod tamen minus placet.
[q] Ἀλιηνὸν. Ἀλλιηνὸν, L. ad marg. vide ſupra p. 737. not. g. Ἀλιηνὸν, Z. ubi literas per errorem transpoſitas puto.
[r] Βερενίκη. ſic edidit h. l. L. cum omnes quas vidi editiones habeant Βερονίκη. quare non capio, cur idem pag. ſq. D. religioni duxerit Βερενίκη in contextum recipere, præſertim cum ita hoc nomen ſcribatur apud Dionem p. 97. D. mox ἤνθη, RS.
[s] ᾐσθημένον. αἰσθόμενον, Coisl. Br. mox pro κύνειοι, malim κυνικοί. [t] ἐξέκραγε. ἐξέκρουσε, Pal. *extruſit*.

huc Coloſſus, deficiente qui tantum opus aggrederetur nobili artifice: nunc cum inveniretur, erectus eſt eodem loco. Nam ante Hadrianum loco motum non eſſe, ex *Martiali* Epigr. I. 71. recte Donatus l. c. indicavit. Nec obſtat, quod Dio via ſacra nunc ſtatutum dicat. Nam quod olim veſtibulum ampliſſimæ domus Neroniæ fuerat, id nunc contractis ejus ſpatiis ad viam ſacram pertinebat, qua nempe aſcenſus erat in montem Palatinum, ubi domus Neronis. Hadrianus deinde coloſſum ſtantem & ſuſpenſum, adhibitis XXIV elephantis, de eo loco, in quo poſtea templum urbis erectum eſt, tranſtulit, teſte *Spartiano* Hadr. c. 19.

§91. (l. 4.) ἑκατὸν ποδῶν] Prior Coloſſus CXX. pedum. §90. *Euſebius* hunc facit ποδῶν ρκϛ'. at *Hieronymus* CVII. pedum: alii aliam menſuram produnt apud *Scaligerum* ad Euſeb. p. 200. ex conjectura, credo, magis aut fama, quam experimento ſuo. Unde & Dio, φασί.

§92. (l. 4.) οἱ μὲν τοῦ Νέρωνος] In maxima diverſitate auctorum (*Dionis* p. 828. A. *Spart.* Hadr. c. 19. *Lamprid.* Comm. c. 17. *Plin.* XXXIV. 7. *Herodian.* I. 15, 9.) probabile videtur, Veſpaſianum reſtituto coloſſo novum caput, certe radiatum, addidiſſe, ut Solis imaginem referret: quod tamen Neronis adhuc eſſe, viſum nonnullis, cum ille alias Apollinem ſeu Phœbum imitaturus, radiatum ſe fingi voluerit in numis. v. *Triſtan.* I. p. 211. Quidam forte & Titi eſſe dixerunt, cum pluribus adeo Imperatoribus *caput radiatum flaret*, ut ait *Plinius* Paneg. 52, 1. Hadrianus autem tranſmotum Coloſſum ſolennius Soli dicavit, Commodus remoto hoc capite ſuum impoſuit. Ceterum de illa capitum amputatione & permutatione in ſtatuis, vide *Lipſium* ad Tac. Ann. I. 74, 4.

§93. (l. 6.) ἐν τοῖς θεάτροις] Scil. κυνηγετικοῖς, ſeu Amphitheatris, qualia jam plura erant Veſpaſiani ætate. Ipſe biennio ante mortem Amphitheatrum ampliſſimum ædificare cœpit, quod perfecit Titus, cujus & rudera ſuperſunt. vide *Lipſium* de Amphitheatro c. 1. & 6. ſq. & quæ *Dio* infra p. 757. A.

§94. (l. 7.) μονομαχίαις δὲ ἀνδρῶν] Aliter Titus. vide *Sueton.* Tit. 7, 12. 8, 5. Sed Nerva pariter averſatus eſt. p. 770. §13. adde de Marco p. 813. C.

§95. (l. 11.) πολεμωθεῖσι πρός τινας] Vologæſus I. ab Alanis bello preſſus, auxilia, alterum e filiis, mitti ſibi ab eo, poſtulabat. conf. *Sueton.* Domit. 2. *Joſephus* B. J. VII. 7. §4. Alanos, ſive Scythas juxta Tanaim & Mæotidis paludem, Mediam, in qua Pacorus, & Armeniam, in qua Teridates, incurſione vaſtaſſe, tradit. Erant hi fratres Vologæſi, de quibus, præter ſuperiora, conf. *Rein. Reineccium* Hiſt. Jul. T. III. p. 219. ſq.

§96. (l. 14.) Βερενίκη δὲ ἰσχυρῶς ἤνθει] *Berenice* Tacito, H. II. 2, 2. it. Suetonio & Victori. Βερενίκη ap. *Gruter.* CCLXXXVIII. 4. & numo apud *Patin.* ad Suet. c. 7. Ἰουλία Βερενίκη in inſcriptione gr. apud *Sponium*, Βερνίκη apud *Joſephum* & Act. XXV. 13. XXVI. 30. Filia hæc fuit Agrippæ Majoris & Cypri filiæ Phaſaeli. *Joſeph.* A. XVIII. 5. §4. nupta primum Herodi Regi Chalcidis patruo ſuo. *Id.* XIX. 5. §1. eoque mortuo inceſti commercii cum Agrippa fratre ſuſpecta, Polemoni Ciliciæ Regi nubſit, quem deſeruit mox, fratrem rurſus ſectata. *Id.* XX. 7. §3. adde *Juvenal.* VI. 156. Vide de ea interpretes ad Actor. ll. cc. & *Sueton.* Tit. 7. & ut *Harduini* commenta præteream, Cel. *Sal. Deylingium* de familia Herodiadum Obſſ. Sacr. P. II. obſ. 26. p. 267. atque *Chr. Noldium*, cujus Hiſtoria Idumæa, ſive de vita & geſtis Herodum diatriba, Joſepho Havercampii ſubjuncta legitur p. 403. ſqq.

§97. (l. 15.) μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ Ἀγρίππα] Eſt hic Agrippa minor, cujus regnum in Ituræam, Trachonitidem, Abylam & partem Galilææ non cum excidio Hieroſolymæ deſiiſſe, ſed ſub Tito & Domitiano ſtetiſſe, contra Euſebium, etiam ex numis, demonſtrarunt *Joſephus Scaliger* ad Euſeb. p. 198. b. *Spanhemius* de U. N. Diſſ. VIII. p. 533. & *Basnagius* Hiſt. Jud. L. I. c. 3. §26. ſq. conf. p. 670. B.

§98. (l. 18.) καὶ τῷ Τίτῳ συνεγίγνετο] *Suetonius* Tit. 7. ſuſpectam dicit fuiſſe Titi libidinem, *propter inſignem reginæ Berenices amorem, cui etiam nuptias pollicitus ferebatur.* conf. & *Tacitum* H. II. 2, 2. 81, 3. *Victor* Epit. X. 4. uxorem Titi appellat. Numum Titi, in cujus averſa eſt Venus nuda cum Marte ſeminudo, ad hos Titi cum Berenice amores refert *Oiſelius* Theſ. Num. XLIX. 9.

§99. (l. 21.) ἀποπέμψασθαι αὐτήν] Videtur *Suetonius* Tit. 7. dimiſſam dicere poſt ſuſceptum imperium. Clarius *Victor* Epit. X. 7. *ut ſubiit pondus regium, Berenicem, nuptias ſuas ſperantem, regredi domum, & enervatorum greges abire præcepit.* Sed *Dio* p. 573. D. diſtincte poſt patris obitum, αὖθις *iterum* Romam veniſſe docet:

§100. (l. 24.) παραδύντες] Erant enim Philoſophi omnes, præter Muſonium, urbe pulſi. p. 751. A.

A.U.C. 832 Fl. Veſpaſiano IX. & T. Veſp. VII. COSS.

16.* Iisdem temporibus in quadam taberna vas plenum vini usque adeo redundavit, ut in viam proflueret. Itemque Sabinus ille Gallus, qui ſe Cæſarem olim nominaverat, & quum ad arma veniſſet, victus ſe in monumentum abdiderat, agnitus & Romam adductus eſt: cumque eo occiſa eſt Peponila uxor, quæ eum incolumem ſervaverat; quamvis ea Veſpaſiano filios ſuos oſtentans, dixerit ad captandam miſericordiam; “ Ego, Cæſar, hos in monumento peperi, aluique, ut plures tibi ſupplices eſſemus. ” Qua oratione, etſi ei, cæteriſque, qui aderant, expreſſit lacrimas; nullus tamen miſericordiæ erga hos locus fuit. Dum hæc gererentur, Alienus & Marcellus contra Veſpaſianum inſidias pararunt, quos ipſe ſibi amiciſſimos eſſe arbitrabatur, & omni genere honoris abunde proſecutus erat. Neque tamen ab iis interfectus eſt; propterea, quod patefacta conjuratione, Alienus in palatio, ſtatim ut ſurrexit e convivio, juſſu Titi occiſus eſt, ne quid ante noctu moliretur rerum novarum: jam enim multos militum in partes traxerat: Marcellus autem judicatus in ſenatu damnatusque, guttur ſibi ipſe novacula præcidit. Adeo homines malo ingenio prædìti, nullis beneficiis vincuntur: cum & iſti paraverint inſidias ei, a quo tot beneficia acceperant.

Καθ' ὃν δὴ καιρὸν, καὶ ταῦτα ἐγένετο· οἶ[illegible] γὰρ ἐν καπηλείῳ τινὶ τοσοῦτος ὑπὲρ τὸ [illegible] ὑπερεχύθη, ὥστε καὶ ἐς τὴν ὁδὸν [u] [illegible] D
καὶ ὁ [101] Σαβῖνος ἐκεῖνος ὁ Γαλάτης, [illegible] ποτε ἑαυτὸν ὀνομάσας, καὶ ἐς ὅπλα [illegible], ἡττηθείς τε καὶ ἐς τὸ μνημεῖον καταφ[illegible], ἐφανερώθη τε καὶ ἐς τὴν Ῥώμην ἀν[illegible] [illegible]ανε δὲ αὐτῷ καὶ ἡ γυνὴ [102] [illegible] που καὶ [x] διεσέσωστο αὐτόν· καίτοι καὶ [103] [illegible] παιδία τῷ Οὐεσπασιανῷ προβαλοῦσα, καὶ [104] [illegible]ειότατον ἐπ' αὐτοῖς λόγον εἰποῦσα ὅτι, “ Ταῦτα, Καῖσαρ, “ καὶ ἐγέννησα ἐν τῷ μνημείῳ καὶ ἔθρεψα, ἵνα “ σε πλείονες ἱκετεύσωμεν. ” δακρῦσαι μὲν γὰρ αὐτὸν, καὶ τοὺς ἄλλους ἐποίησεν, [105] οὐ μέντοι καὶ ἠλεήθησαν. κἀν τούτῳ ἐπεβουλεύθη μὲν ὑπό E
τε τοῦ [q] Ἀλιηνοῦ καὶ ὑπὸ τοῦ Μαρκέλλου, καίπερ φίλους τε αὐτοὺς ἐν τοῖς μάλιστα νομίζων, καὶ πάσῃ εἰς αὐτοὺς ἀφθονωτάτῃ τιμῇ χρώμενος. οὐ μὴν καὶ ὑπ' ἐκείνων ἀπέθανε. Φωραθέντες γὰρ, [106] [y] Ἀλιηνὸς μὲν αὐτοῦ ἐν τῷ βασιλείῳ, ἐξαναστὰς ἐκ τοῦ συσσιτίου, εὐθὺς ἀπεσφάγη, τοῦ Τίτου κελεύσαντος, μὴ καὶ φθάσῃ τι τῆς νυκτὸς νεοχμῶσαι· τῶν γὰρ στρατιωτῶν συχνοὺς προπαρεσκεύαστο· [107] Μάρκελλος [z] δὲ δὴ κριθεὶς ἐν τῷ συνεδρίῳ, καὶ καταδικασθεὶς, ἀπέτεμε τὸν λαιμὸν αὐτὸς 753
ἑαυτῷ ξυρῷ. οὕτω που τοὺς φύσει κακοὺς οὐδὲ αἱ εὐεργεσίαι νικῶσιν, ὁπότε κἀκεῖνοι τῷ τοσαῦτα [a] εὐηργετηκότι σφᾶς ἐπεβούλευσαν.

17. Hæc quidem hunc habuere eventum. Veſpaſianus autem re vera morbo, non quidem podagra, qua laborare conſueverat, ſed febribus extinctus eſt in aquis Sabinis, quæ Cutiliæ appellantur. Interim alii, & præſertim Hadrianus

Ταῦτα μὲν οὕτως ἔσχεν. Οὐεσπασιανὸς δὲ, ὡς μὲν [b] ἡ ἀλήθεια ἔχει, νοσήσας οὐ τῇ ποδάγρᾳ τῇ συνήθει, ἀλλὰ [108] πυρετοῖς, μετήλλαξεν ἐν [109] τοῖς ὕδασι τῶν Σαβίνων τοῖς Κουτιλίοις ὠνομασμένοις· ὡς δέ τινες καταψευδόμενοι τοῦ

[u] προσχωρῆσαι vulgo. προχωρῆσαι. L. ad marg. quod recepi. [x] διεσέσωστο. non patitur græcæ linguæ conſuetudo, ut διεσέσωστο pro διεσεσώκει ponatur. aut igitur deeſſe aliquid arbitror, aut Dionem aliter ſcripſiſſe. HS. [y] Ἀλιηνὸς μὲν αὐτοῦ. ita Sylb. HS. edit. maj. & L. confirmante Coisl. & Br. Ἀλιηνὸς μὲν γὰρ αὐτοῦ, RS. & HS. edit. min. [z] δὲ δή. ſic Sylb. HS. edit. maj. & L. δὴ omittunt reliquæ. & Br. [a] εὐεργετηκότι edidit L. poſt Sylb. & HS. edit. maj. εὐηργετηκότι, RS. & HS. edit. min. & Br. quod non video cur ſollicitarint. [b] ἡ ἀλήθεια. articulus abeſt a Pal.

§ 101. (l. 33.) Σαβῖνος ἐκεῖνος] Dixerat de eo p. 745. D. E. Quoniam vero l. c. novem annos in monumento latuiſſe dicitur, ſcilicet ab A. U. C. 823. *Tac.* H. IV. 67. neceſſe eſt hoc contigiſſe A. U. C. 832.

§ 102. (l. 37.) Πεπονίλλα] Epponinam vel Eponinam *Tacitus* vocat H. IV. 67. *Plutarchus* amatorio extr. p. 770. D. ἣν ἐκεῖ μὲν Ἐμπονὴν ἐκάλουν, ἑλληνιστὶ δ' ἄν τις Ἡρωΐδα προσαγορεύσειεν. Forte aliquid cognationis nomen habet cum Deæ Eponæ, quam colebant veteres. vide *Chifletium* in Veſontione p. 154. ſq. Totam rem geſtam fuſius exponit Plutarchus l. c.

§ 103. (l. 38.) τὰ παιδία] Filios duos, quorum alter in Aegypto occubuit, alter nomine Sabinus Plutarchi ætate Delphis ſuperfuit. vide eum p. 771. B. quæ videntur Dioni contraria.

§ 104. (l. 39.) ἐλεεινότατον ἐπ' αὐτοῖς λόγον] *Plutarchus* p. 771. C. ſimul intrepidam & conſtantem ſiſtit: καίτοι τὸν οἶκτον ἐξῄρει τῶν θεωμένων τὸ θαρραλέον αὐτῆς καὶ μεγαλήγορον, ᾧ καὶ μάλιστα παρώξυνε τὸν Οὐεσπασιανὸν, ὡς ἀπέγνω τῆς σωτηρίας πρὸς αὐτὴν, ἀλλαγὴν κελεύουσα (ſcr. καλοῦσα ſecundum interpretem: *mortem ſuam commutationem vocavit*) βεβιωκέναι γὰρ ὑπὸ σκότῳ καὶ κατὰ γῆς ἥδιον, ἢ βασιλεύοντα ἐκεῖνον.

§ 105. (l. 43.) οὐ μέντοι καὶ ἠλεήθησαν] Maculam hanc nominis Veſpaſiani non celavit *Plutarchus* l. c. ἀποκτείνει μὲν οὖν αὐτὴν ὁ Καῖσαρ, ἀποκτείνας δὲ δίδωσι δίκην, ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, τοῦ γένους παντὸς ἄρδην ἀναιρεθέντος. οὐδὲν γὰρ ἤνεγκεν ἡ τότε ἡγεμονία σκυθρωπότερον, οὐδὲ μᾶλλον ἑτέραν εἰκὸς ἦν καὶ θεοὺς καὶ δαίμονας ὄψιν ἀποστραφῆναι. Neque tamen incredibile eſt, quod cenſet *Secouſſius* in Memor. Acad. Inſcr. T. IX. p. 438. mitiſſimo alias principi prægnantes fuiſſe rationes, licet præteritas ab hiſtoricis, cur ingemiſcens etiam juſtis ſuppliciis, teſte *Suet.* c. 15. vitam concedendam his non putaret.

§ 106. (l. 49.) Ἀλιηνὸς μὲν αὐτοῦ ἐν τῷ βασιλείῳ] *Suetonius* Tit. c. 6. poſtquam dixerat, præfecturam quoque prætorii ſuſcepiſſe Titum, nunquam ad id tempus, niſi ab equite, adminiſtratam: *In his*, inquit, *Aulum Cæcinam* (is eſt Alienus Dioni p. 737. § 57.) *conſularem virum, vocatum ad cœnam, ac vixdum triclinio egreſſum, confodi juſſit, ſane urgente diſcrimine, cum etiam chirographum ejus præparatæ apud milites conjurationis deprehendiſſet.* Minor fides *Victori* Epit. X. 4. aliam cauſam cædis afferenti, *ob ſuſpicionem ſtupratæ Berenicis uxoris ſuæ.*

§ 107. (l. 53.) Μάρκελλος δὲ δή] Fuit hic, credo, Eprius Marcellus, accuſator Thraſeæ, bis jam accuſatus ab Helvidio Priſco, & bis abſolutus, Muciano poſtremum pro reo deprecante. vide *Tac.* H. II. 53. IV. 6. ſqq. 43. ſq. ſupra p. 714. § 134. Quo magis enim Helvidii apud Veſpaſianum invidia crevit, § 75. eo plus gratia apud eum Eprius Marcellus valere potuit, ut inter φίλους reputaretur: convenit quoque in eum τοὺς φύσει κακούς.

§ 108. (l. 60.) πυρετοῖς μετήλλαξεν] Valetudine proſperrima alias uſum eſſe, dicit *Suetonius* 20. quæ tamen, ſecundum Dionem, podagræ inſultibus interrupta fuerit. Poſtremo, tentatus in Campania motiunculis levibus, cum Cutylias ac Reatina rura, ubi æſtivare quotannis ſolebat, petiiſſet, creberrimo ſuper urgentem valetudinem frigidæ uſu inteſtina vitiavit, alvo usque ad defectionem ſoluta: ac IX. Kal. Jul. (A[illegible] 832.) dum conſurgit, imperatorem ajens ſtantem mor[illegible] tere, exſtinctus eſt. Hæc *Suetonius* c. 24. atque hi[illegible] profluvio ventris interiiſſe dicunt: *Euſebius*, *Eutropius* [illegible] 9. *Oroſius* VII. 9. *Victor* Epit. IX. 18. quæ facile eſt ex [illegible] nio cum Dione conciliare.

§ 109. (l. 61.) τοῖς ὕδασι τῶν Σαβίνων τοῖς Κουτιλίοις] [illegible] lia, ſeptuageſimo a Reate ſtadio, lacus proximus (hodie [illegible] *di Contigliano*) quatuor jugerum magnitudine. *Diony*[illegible] lib. I. p. 12, 37. & 15, 43. ubi ἱερὰν λίμνην vocat. [illegible] iſta *Vitruvius* VIII. 3. *Eſt aquæ frigidæ genus nitroſ*[illegible] *Pinnæ Veſtinæ, Cutiliis, aliisque locis ſimilibus, quod po*[illegible] *depurgat, per alvumque tranſeundo etiam ſtrumarum* [illegible] *tumores.*

τοῦ Τίτου, ἄλλοι τε, καὶ [110] ὁ Ἀδριανὸς [c] ὁ αὐτοκράτωρ, ἐφήμισαν, φάρμακον ἐν συμποσίῳ τινὶ λαβών. B ἐνεγεγόνει δὲ σημεῖα αὐτῷ φέροντα εἰς τοῦτο, ὅ, τε ἀστὴρ κομήτης ἐπὶ πολὺ φαντασθεὶς, καὶ [111] τὸ μνημεῖον τὸ τοῦ Αὐγούστου αὐτόματον ἀνοιχθέν. τῶν δὲ ἰατρῶν ἐπιτιμώντων αὐτῷ, ὅτι τῇ τε ἄλλῃ διαίτῃ ὁμοίᾳ νοσῶν ἐχρῆτο, καὶ πάντα τὰ προσήκοντα τῇ ἀρχῇ ἔπραττε, [d] “ Τὸν αὐτοκράτορα δεῖ, ἔφη, “ [112] ἑστῶτα ἀποθνήσκειν. „ καὶ πρὸς τοὺς περὶ τοῦ κομήτου τι διαλαλοῦντας, “ Οὐκ ἔμοιγε, “ εἶπεν, ἀλλὰ [113] τῷ τῶν Πάρθων βασιλεῖ “ προσημαίνει. [e] ἐκεῖνος γὰρ κομᾷ, ἐγὼ “ δὲ φαλακρός εἰμι. „ C ἐπειδή τε ἐπίστευσεν ὅτι τελευτήσει, ἔφη, “ Θεὸς ἤδη [f] γενήσομαι. „ ἔζησε δὲ [114] ἔτη ἐννέα καὶ ἑξήκοντα, καὶ [g] μῆνας ὀκτώ· ἐμονάρχησε δὲ [115] ἔτη δέκα, ἡμερῶν ἓξ δέοντα. κἀκ τούτου συμβαίνει [116] ἐνιαυτόν τε [h] καὶ δύο καὶ εἴκοσιν ἡμέρας, ἀπὸ τοῦ θανάτου τοῦ Νέρωνος μέχρι τῆς τοῦ Οὐεσπασιανοῦ ἀρχῆς, διελθεῖν. ἔγραψα δὲ τοῦτο, τοῦ μή τινας ἀπατηθῆναι, τὴν ἐξαρίθμησιν τοῦ χρόνου πρὸς τοὺς τὴν ἡγεμονίαν ἔχοντας ποιουμένους. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ οὐ διεδέξαντο ἀλλήλους, ἀλλὰ ζῶντός τε καὶ ἔτι ἄρχοντος ἑτέρου, D ἕκαστος αὐτῶν ἐπίστευσεν αὐτοκράτωρ, ἀφ' οὗ γε καὶ ἐς τοῦτο παρέκυψεν, εἶναι. δεῖ δ' οὐ πάσας σφῶν τὰς ἡμέρας, ὡς καὶ ἐφεξῆς ἀλλήλαις ἐκ διαδοχῆς [i] γενομένας ἀριθμεῖν, ἀλλ' ἐφάπαξ πρὸς τὴν ἀκρίβειαν τοῦ χρόνου, καθάπερ εἴρηταί μοι, λογίζεσθαι.

Ὁ δὲ δὴ [117] Τίτος οὐδὲν οὔτε φονικὸν, οὔτε ἐρωτικὸν, μοναρχήσας ἔπραξεν, ἀλλὰ χρηστὸς, καίπερ ἐπιβουλευθεὶς, καὶ σώφρων, καίτοι

καὶ

nus Imperator, Titum falſo criminati, rumorem ſparſerunt, quaſi in convivio mortuus ſit ex veneno accepto. Utique prodigia, quæ eo pertinebant, præceſſere. Nam cometes diu viſus fuit, & monumentum Auguſti ſua ſponte apertum eſt. Quum autem increparetur a medicis, quod morbo correptus, nihil de quotidiana victus ratione remitteret, faceretque omnia, quæ ad principatum ſpectent, reſpondit; “ Imperatorem ſtantem mori oportere. „ Iis vero, qui de comete quædam inter ſe colloquebantur; “ Non mihi, „ inquit, “ ſed regi Parthorum aliquid portendit: ille enim comatus eſt, ego calvus ſum. „ Poſteaquam autem credidit ſe moriturum; “ Ego, „ inquit, “ jam deus ero. „ Vixit annos LXIX, menſes VIII. regnavit annos X, ſex diebus exceptis. Ex quo fit, ut a morte Neronis, usque ad principatum Veſpaſiani, annus unus intercedat, diesque viginti duo. Quod idcirco ſcribendum putavi, ne errore ducerentur ii, qui tempus forte hoc ex temporibus eorum, qui principatum interea obtinuerunt, ſupputent. Non enim ſibi ſucceſſere invicem, ſed vivo adhuc, & regnante altero, quisque eorum imperatorem ſe tum eſſe credidit, ex quo in ipſum quaſi proſpectaſſet imperium. Itaque dies eorum non ex ſucceſſione mutua numerandi ſunt, ſed ſummatim, ut conſtet ratio temporis, ſicut a me dictum eſt.

A.U.C.832 Fl. Veſpaſiano IX. & T. Veſpaſ. VII. COSS.

18. Titus, ex quo tempore principatum ſolus obtinuit, nec cædes fecit, nec amoribus inſerviit; ſed comis, quamvis inſidiis peteretur,

&

[c] ὁ Ἀδριανὸς. articulum reſtitui ex RS. & HS. ceteri omittunt. mox ὁ αὐτοκράτωρ, ex Pal. additum habet Sylb. HS. edit. maj. & L. congruit Coiſl. & Br. in prioribus editt. deeſt. mox melius ἐγεγόνει. [d] τὸν αὐτοκράτορα δεῖ, ἔφη. ſic Pal. Coiſl. & ex illo Sylb. HS. edit maj. ac L. τὸν deeſt in RS. it. HS. ed min. δεῖν ἔφη, ſcribi voluit Camer. ſed δεῖ habet etiam Z. codex Br. inſerit ante ἀποθνήσκειν. αὐτοκράτορα δ' ἔφη, omiſſo τὸν & δεῖ, RS. & HS. edit. min. [e] ἐκεῖνος γάρ. ἐκεῖνος μὲν γάρ, Br. Coiſl. [f] γενήσομαι. γίνομαι, Br. Coiſl. [g] μῆνας ὀκτώ. addit Zon: καὶ ἡμέρας ὀκτώ. [h] καὶ δύο. καὶ μῆνας δύο, Camerar, ut notatur ad marg. mei Xiph. vid. p. ſq. A. [i] γενομένας. ita convenientius ſcribi, quam vulgo, γινομένας, vidit Sylb. nos ut reciperemus adduxit Coiſl. codex.

tumores. Aquam ejus medicatam vocat *Seneca* N. Q. III. 25. commendat *Plinius* XXXI. 2. & 6. *Celſus* IV. 5. Meminit ejus iterum *Dio* p. 757. E.

§110. (l. 63.) ὁ Ἀδριανὸς ὁ αὐτοκράτωρ] Hadrianus ſcripſit libros vitæ ſuæ, quos ſub Phlegontis liberti ſui nomine edidit. vide infra p. 793. A. & *Spartianum* in Hadr. c. 16. adde *Voſſium* de Hiſt Gr. II. 11. p. 214 ſq. Invidus laudis aliorum obtrectator fuit, ut ex Dione ſuo loco conſtabit: unde hic καταψευδόμενος τοῦ Τίτου. Suſpicionem enim, quaſi patris imperio immineret, Titus ſatis refutavit, apud *Suetonium* Tit. c. 5.

§111. (l. 67) τὸ μνημεῖον τὸ τοῦ Αὐγούστου] De Mauſoleo Auguſti vide *Fabricium* noſtrum ad p. 541. Idem portentum ſub Nerone, poſtremo Imperatore ex familia Auguſta. p. 726. Quare id ad Juniam Calvinam e gente Auguſti ſuperſtitem pertinere, ludens Veſpaſianus dixit, teſte *Suetonio* 23. Vide de ea *Ryckium* ad *Tac.* XII. 4, 1. adde *Tac.* XII. 8. 1. XIV. 12, 5. Sic vulgus & hodie circumfert certa præſagia ſingulis quaſi gentibus Illuſtribus propria, & quoties mors pulſatura eſt palatium, recurrentia.

§112. (l. 72.) ἑστῶτα ἀποθνήσκειν] Simile dictum Turbonis p. 796. A. & Severi p. 870. A. alia dabunt interpretes ad *Sueton.* 24. conf. & *Victorem* Epit. IX. 18.

§113. (l. 74.) τῷ τῶν Πάρθων βασιλεῖ] Idem *Suetonius* l. c. Parthi nempe comam alebant cincinnis variis tortam, quod habebant a Perſis, quibus ſucceſſerant. vide *Suidam* in Ἀρσάκαι. Unde in oraculo Mileſiis dato apud *Herodotum* VI. 19.

Σοὶ δ' ἄλοχοι πολλοῖσι πόδας νίψουσι κομήταις.

nempe, ut explicat Herodotus, accidit ὑπὸ τῶν Περσέων, ἐόντων κομητέων. Sic & Medi, βαθυχαῖται Μῆδοι apud *Athenæum* XV. p. 627. Obſervatur id ipſum in nummis Parthorum. vide *Spanhem.* de U. N. Diſſ. VIII. p. 450. Quanquam κόμας προσθέτους fuiſſe, quas alebant Medorum exemplo Parthorum reges, ex *Xenophontis* Cyrop. lib. I. cap. 3. docet *Liebius* in Gotha num. p. 131.

§114. (l. 78.) ἔτη ἐννέα καὶ ἑξήκοντα] *Suetonius* 24. *annum gerens ſexageſimum ac nonum, ſuperque menſem ac diem ſeptimum. Victor* in Tito Cæſ. X. 5. *cum ejus pater ſeptuageſimo obiiſſet, imperator decennii. Eutropius* VII. 13, 6. *annum ætatis agens ſexageſimum nonum, imperium nonum & diem ſeptimum:* Corrige ex Suetonio, verba, *imperium nonum*, legendum, *ſuperque menſem* & diem ſeptimum. *Pæanius* tamen hæc omnia omittit, & alia horum loco habet. *Zonaras*, ut diximus, annos LXIX. menſes VIII. dies VIII. ei tribuit. Natus autem fuit d. 17 Nov. A. U. 762, *Suet.* c. 2. mortuus d. 23 Jun. A. U. C. 832. § 108. unde Suetonii accuratior calculus temporis vitæ prorſus confirmatur: nec Dionis numero rotundo VIII. menſium addendi erant dies a Zonara, ſed detrahendi.

§115. (l. 79.) ἔτη δέκα ἡμερῶν ἓξ δέοντα] Initium imperii ducitur a Kal. Jul. A. U. C. 822. vide p. 736. § 47. unde regnavit annos IX. menſes XI. dies XXIII. quod unius tantum diei intervallo a Dionis calculo abeſt.

§116. (l. 82.) ἐνιαυτὸν καὶ δύο καὶ εἴκοσιν ἡμέρας] Nempe a d. 9 Jun. A. U. C 821. quo mortuus eſt Nero. p. 727. § 160. usque ad Kal. Jul. A. U. C. 822.

§117. (l. 93.) ὁ δὲ δὴ Τίτος] Titus natus III. Kal. Jan. (ſeu die 30 Dec. ſic & vetus Kalendarium, apud *Lambecium* Bibl. Vindob. lib. IV. p. 288.) A. U. C. 794. educatus in aula Claudii cum Britannico, de ejus quoque mortifera potione bibiſſe creditur, eique poſtea ſtatuam auream in palatio poſuit, & alteram ex ebore equeſtrem, Circenſi pompæ adhibendam: ingenio, literis, artibus, forma maxime commendabilis. Tribunus militum in Germania & Britannia meruit ſumma cum laude: dein foro operam dedit, & Arricidiam Tertullam, equitis & præfecti prætorii filiam duxit uxorem, eaque defuncta

A.U.C. 832 Fl. Veſpaſiano IX. & T. Veſpaſ. VII. COSS.

& continens, Berenice licet in urbem reverſa, fuit: fortaſſe quia mores ſtatim mutavit. Neque enim eodem modo ſe gerunt iidem, quando apud alios principes cum potentia ſunt; & quando ipſi ſoli regnum tenent: propterea, quod illic, neglecta gloria principatus, immoderate ejus poteſtate abutuntur, multaque ad invidiam & calumniam ejus faciunt. Quando autem norunt, omnia ſibi incumbere, magnopere exiſtimationi ſtudent. Id quod Titus etiam aliquando dixit ei, cujus antea ſtudioſus fuerat: “ Diſſimile eſt, „ inquit, “ egere opera alterius, & judicem eſſe; nec idem eſt, ab alio quid petere, ac ipſum quid alicui dare. „ Vel ita ſe geſſit Titus, quia tantum ad exiguum tempus, ſi principatum ſpectes, vixit, ut in eo nullum potuerit ſcelus admittere. Nam ab inito imperio vixit biennium, ac menſes duos & viginti dies; natus annos novem ac triginta, & quinque menſes, & viginti quinque dies. Et hoc nomine quidam eum cum longævo licet Auguſto comparant: quod nec Auguſtum ajunt futurum fuiſſe carum, ſi minori temporis ſpatio vixiſſet; nec Titum, ſi majori: propterea quod Auguſtus quidem, quum ob inimicos & ſeditiones aſperior initio fuiſſet, poſtea beneficiis tam diuturno tempore clarus eſſe potuit: Titus vero, quod geſto clementer imperio, in ipſo flore laudis & gloriæ mortuus eſt; quem, ſi vixiſſet diutius, fortaſſe majori præditum felicitate, quam virtute, patuiſſet.

καὶ τῆς [k] Βερενίκης ἐς Ῥώμην [illegible] ἐγένετο. [118] τάχα μὲν γὰρ [illegible] το. (οὐ γὰρ ὁμοίως [m] ἄλλ[illegible] νασεύουσι, καὶ αὐτοὶ αὐταρχ[illegible] μὲν ἀφροντιστοῦντες τῆς τοῦ κρ[illegible] τε ἐξουσίᾳ αὐτοῦ ἀπλήστως [illegible], πολλὰ ἐπί τε φθόνῳ καὶ διαβολ[illegible] οἱ δὲ, ἐπ' αὐτοὺς πάντα ἀνα[illegible]ότες, προνοοῦνταί τι καὶ τῆς εὐδοξίας· ὥσπερ που καὶ ὁ Τίτος πρός τινα, [n] ὃν πρότερον ἐσπουδάκει, εἶπεν ὅτι, “ Ουχ ὅμοιόν [o] ἐστιν ἑτέρου τι δεῖσθαι, “ καὶ αὐτὸν δικάζειν· οὐδὲ παρ' ἄλλου τι αἰτεῖν, “ καὶ αὐτὸν διδόναι τινί.) „ ἤδη δὲ καὶ ὅτι ἐπὶ βραχύτατον, ὥς γε ἐς ἡγεμονίαν εἰπεῖν, 754 [oo] ἐπεβίου, ὥστε μηδ' ἁμαρτίαν τινὰ αὐτῷ ἐγγενέσθαι. [119] [p] δύο τε γὰρ ἔτη μετὰ τοῦτο, καὶ μῆνας δύο, ἡμέρας τε εἴκοσιν ἔζησεν, ἐπ' ἐννέα καὶ τριάκοντα ἔτεσι, καὶ μησὶ πέντε, καὶ ἡμέραις πέντε καὶ εἴκοσι. καὶ αὐτὸν ἐξίσου κατὰ τοῦτο τῇ τοῦ Αὐγούστου πολυετίᾳ ἄγουσι, λέγοντες ὅτι οὔτ' ἂν ἐκεῖνος ἐφιλήθη ποτὲ, εἰ ἐλάττω χρόνον ἐζήκει, οὔτ' ἂν οὗτος, εἰ πλείονα. ὁ μὲν, ὅτι τραχύτερος κατ' ἀρχὰς [120] διά τε τοὺς πολεμίους καὶ διὰ τὰς στάσεις γενόμενος, ἠδυνήθη μετὰ ταῦτα εὐεργεσίαις [q] ἐν τῷ χρόνῳ λαμπρύνεσθαι· ὁ δ', ὅτι ἐπιεικῶς ἄρξας, ἐν ἀκμῇ τῆς δόξης ἀπέθανε· [121] τάχα ἂν ἐλεγχθεὶς, εἴγε ἐπὶ μακρὸν ἐβεβιώκει, ὅτι εὐτυχίᾳ πλείονι ἢ ἀρετῇ ἐχρήσατο. B

19. Igitur Titus non modo ſenatorem, quamdiu principatum tenuit, nullum interfici juſſit; ſed nec alius quiſquam ſub ejus imperio morte affectus eſt. De crimine impietatis erga principem

Ου μὴν ἀλλ' ὁ Τίτος [122] οὐδένα τῶν βουλευτῶν ἐν τῇ αὐτοῦ ἡγεμονίᾳ ἀπέκτεινεν, ἀλλ' οὐδὲ ἄλλος τις αὐτῷ ἐπὶ τῆς αὐτοῦ ἀρχῆς ἐτελεύτησε. τάς τε δίκας τὰς τῆς ἀσεβείας οὔτ' αὐτός

k Βερενίκης. vulgo Βερονίκης. vide pag. 752. not. r. l ὅτι, vulgo deeſt. non dubito inquit HS. quin nonnulla inter μετεβάλλετο & οὐ γὰρ deſiderentur. ego ex Z. ſcripſi: τάχα μὲν γὰρ ὅτι καὶ μετεβάλλετο, cui paulo poſt opponitur: ἤδη δὲ καὶ ὅτι ἐπὶ βραχύτατον ἐπεβίω. quo minus aſſentiri poſſum Leunclavio, qui poſterius ὅτι apud Dionem uncis includit, ut abundare indicet. ego & parentheſin addidi. m ἄλλοι τέ τινες. rectius ἄλλῳ vel ἄλλοις. Sylb. n ὃν ἐσπουδάκει. pro περὶ ὃν vel ᾧ alibi quoque invenitur. Sylb. o ἐστὶν, abeſt a Pal. & ſequenti verſu in eodem pro αὐτὸν eſt αὐτοῦ, minus convenienter. Sylb. oo ἐπεβίου. ἐπεβίω, Pal. ſuperſcripta tamen ſyllaba ου. p δύο τε γὰρ ἔτη, & verſu ſeq. ἔζησεν, ἐπ' ἐννέα. ſic reſcripſimus ex Z. corruptus enim hic erat Xiph: δύο τε γὰρ αὐτῷ ἔτη, & ſtatim ἔζησεν, καὶ ἐπ' ἐννέα. ubi αὐτῷ & καὶ abundare agnoſcunt etiam Sylb. & L. q ἐν τῷ χρόνῳ. ἐν τῷ πολυχρονίῳ, Z.

functa Marciam Furnillam, (vel ut *Patinus* ad Suet. ex numo, Fulviam) ſplendidi generis, cum qua, ſublata filia, divortium fecit. *Suet.* 2 — 4.

§ 118. (l. 97.) τάχα μὲν γὰρ καὶ μετεβάλλετο] Ex quo imperavit, *amor ac deliciæ generis humani* habitus eſt, cum antea præfectus prætorii ſub patre violentius videretur ſuſpectos necaſſe, § 106. & propter exoletos & Berenicen libidini eſſe deditus, § 98. ſq. quin in cognitionibus patris nundinari præmiarique § 85. ſic ut non temere quis tam adverſo rumore, magiſque invitis omnibus, tranſierit ad principatum. At illi ea fama pro bono ceſſit, verſaque eſt in maximas laudes, poſtquam nullum amplius in eo vitium repertum eſt, contra virtutes ſummæ. Hæc *Suetonius* c. 1. 6. 7. Mitis ejus & benigni ingenii, pariterque clementis erga inſidiatores, argumenta leges apud eundem *Suetonium* c. 8. & 9. adde *Eutropium* VII. 14.

119. (l. 11.) δύο τε γὰρ ἔτη &c.] Sic Dio iterum p. 758. A. Conſentit plane *Zonaras*. Sed *Euſebius* biduum addit, ἡμέρας κβ. *Suetonius* 11. *exceſſit in eadem, qua pater, villa. Idibus Septembris* (d. 13 Sept.) *poſt biennium ac menſes duos dieſque viginti, quam ſucceſſerat patri, altero & quadrageſimo ætatis anno.* Sic & *Eutropius* VII. 14. 9. niſi quod perperam *menſes octo* ponit, & *Victor* Cæſ. X. 5. *menſes fere novem.* rectius *menſes duos* Victor alter Epit. X. 1. Succeſſit patri d. 23 Jun. A. U. C. 832. mortuus d. 13 Sept. A. U. C. 834. Interſunt ergo anni II. menſes II. dies XX. Sed vitæ ſpatium neque apud Dionem, neque apud ipſum Suetonium, & cum ſequentes, Eutropium, ac Victorem Epit. convenit cum nativitatis tempore Suetonio tradito, § 117. Nam a die 30 Dec. A. U. C. 794. usque ad diem mortis, vixerit Titus annos XXXIX. menſes VIII. dies XV. Sed novum nobis jam non eſt, Suetonium, ſecum ipſum rationes non inire. vide p. 733. § 74. & videtur is accuratior eſſe in tempore nativitatis quam vitæ: unde fruſtra ei conciliando inſudant viri docti apud *Tillemont* T. II. p. 851. Tolerabilius *Victor* Cæſ. X. 15. *vixit annos XLI.*

§ 120. (l. 19.) διά τε τοὺς πολεμίους] Vide de Auguſto *Dionem* p. 599. B.

§ 121. (l. 24.) τάχα ἂν ἐλεγχθεὶς, εἴγε ἐπὶ μακρὸν] Sic & de Macrino judicat *Dio* in Exc. Peir. p. 758. ſq. apud Leuncl. p. 895. Sed puto injuriam, Tito certe, optimo Principi, fieri. Fuiſſe enim ad maleficia minime proclivem, ſed natura mitem, placabilem, benevolentiſſimum, tota vita ante acta probat, in primis commiſeratio gentis Judaicæ p. 746. § 22. & deprecatio pro Ægyptiis p. 749. § 55. & pro fratre p. 745. § 13. quem animum erga Domitianum ſervavit Imperator, ſæpius ſibi inſidiantem cum lacrymis orans, *ut tandem mutuo erga ſe animo vellet eſſe. Suet.* 9. Taceo alia, quæ in principatu egit, præclara & ſupra ſimulationem poſita. Quemadmodum & omnino ea ambitione fuit, ut voluptatibus juventutis privatæ ſerio nuncium miſerit vir idemque Princeps.

§ 122. (l. 27.) οὐδένα — ἀπέκτεινεν] Vide egregia hanc in rem apud Suet. c. 9.

§ 123. (l. 42.) γράμματα ἐξέθηκε βεβαιῶν] *Suetonius* c. 8. *Natura autem benevolentiſſimus, cum ex inſtituto Tiberii omnes dehinc Cæſares beneficia a ſuperioribus conceſſa principibus, aliter*

τός ποτε ἐδέξατο, οὔτ᾽ ἄλλοις ἐπέτρεψεν λέγων ὅτι, “ Ἐγὼ μὲν οὐδὲν οὔθ᾽ ὑβρισθῆναι, “ οὔτε προπηλακισθῆναι δύναμαι. οὔτε γὰρ “ ἄξιόν τι ἐπηγορίας ποιῶ, οὔτε μοι μέλει “ τῶν ψευδῶς λεγομένων. οἱ δὲ μετηλλαχό- “ τες τῶν αὐτοκρατόρων, αὐτοὶ ἑαυτοῖς, “ ἄνπερ ὡς ἀληθῶς ἥρωές τε ὦσι καὶ δύνα- “ μίν τινα ἔχωσι, τιμωρήσουσιν, ἄν τί “ τις αὐτοὺς ἀδικήσῃ. „ πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα πρός τε τὸ ἀσφαλὲς καὶ πρὸς τὸ ἄλυπον τῶν ἀνθρώπων κατεστήσατο. καὶ γὰρ [123] γράμματα ἐξέθηκε, βεβαιῶν πάντα τὰ ὑπὸ τῶν προτέρων αὐτοκρατόρων [r] δοθέντα τισὶν, ὥστε
D μὴ καθ᾽ ἑκάστους σφῶν αἰτοῦντας αὐτὸν πράγματα ἔχειν. τούς τε [124] μηνυτὰς ἐξήλασεν ἐκ τῆς πόλεως.

Καὶ τούτῳ [125] πολέμου αὖθις ἐν τῇ Βρεττανίᾳ γενομένου, τά τε τῶν ἐκεῖ πολεμίων [126] Γναῖος Ἰούλιος Ἀγρικόλας [127] πάντα κατέδραμε, καὶ πρῶτός γε Ῥωμαίων, ὧν ἡμεῖς ἴσμεν, ἔγνω τοῦθ᾽ ὅτι [128] ἡ Βρεττανία περίῤῥυτός ἐστι. [129] στρατιῶται γάρ τινες στασιάσαντες, καὶ ἑκατοντάρχους χιλίαρχόν τε φονεύσαντες, ἐς πλοῖα κατέφυγον καὶ ἐξαναχθέντες περιέπλευσαν τὰ
E πρὸς ἑσπέραν αὐτῆς, ὥς που τό, τε κῦμα καὶ ὁ ἄνεμος αὐτοὺς ἔφερε· καὶ ἔλαθον ἐκ τοῦ ἐπὶ θάτερα, πρὸς τὰ στρατόπεδα τὰ ταύτῃ ὄντα προσχόντες. κἀκ τούτου [130] καὶ ἄλλους ὁ Ἀγρικόλας πειράσοντας τὸν περίπλουν πέμψας, ἔμαθε καὶ παρ᾽ ἐκείνων ὅτι νῆσός ἐστιν. ἐν μὲν τῇ Βρεττανίᾳ ταῦτ᾽ ἐγένετο, καὶ ἀπ᾽ αὐτῶν [131] ὁ μὲν Τίτος αὐτοκράτωρ τὸ πεντεκαιδέκατον ἐπεκλήθη· ὁ δὲ Ἀγρικόλας [132] ἔν τε ἀτιμίᾳ τὸ λοιπὸν τοῦ βίου, καὶ ἐν ἐνδείᾳ, ἅτε καὶ μείζο-
755 να ἢ κατὰ στρατηγὸν καταπράξας, ἔζησε. καὶ
τέλος

A.U.C. 832 Fl. Veſpaſiano IX. & T. Veſpaſ. VII. COSS.

principem nunquam cognovit, neque permiſit aliis, ut cognoſcerent. “ Nemo enim, „ inquit, “ injuria me afficere, aut contumeliam inferre mihi poteſt, propterea, quod nihil ago reprehenſione dignum: ea vero, quæ falſo de me dicuntur, prorſus non curo. Porro principes, qui vitam cum morte commutarunt, ipſi ſe (ſi vere heroes ſunt, aut ſi quidquam poſſunt) ulciſcentur, ſi quis eis injuriam faciat. „ Multa quoque alia conſtituit, ad ſecuritatem & tranquillitatem hominum, propoſitis edictis, quibus omnia beneficia, quæ ſuperiores principes aliquibus dederant, confirmabantur; ne, dum ea quemque pro ſe poſtulare oporteret, ſinguli moleſtiam caperent. Delatores quoque ex urbe expulit.

20. Eodem tempore alterum bellum extitit in Britannia, quo bello Cnæus Julius Agricola regionem hoſtium univerſam vaſtavit, primusque omnium Romanorum, quod ſciamus, Britanniam mari undique circumfuſam eſſe cognovit. Quum enim milites quidam, facta ſeditione, interfectisque centurionibus ſuis & tribuno, ad naves confugiſſent, atque inde ſolviſſent; circumnavigarunt eam partem Britanniæ, quæ ſpectat ad occidentem ſolem, ut fluctibus ventoque ferebantur: quumque imprudentes ad alteram partem, & ad caſtra Romanorum, quæ ibi erant, appuliſſent; Agricola & alios miſit, qui navibus eundem in ambitu curſum tentarent, ex quibus ipſis etiam inſulam eſſe comperit. His rebus geſtis in Britannia, Titus imperator decimumquintum appellatus eſt: Agricola reliquum vitæ tempus in ignominia & paupertate tranſegit: ſcilicet quod majora, quam prætori par eſſet,

r δοθέντα. ita Z. vulgatum βεβαιωθέντα irrepſit in Xiph. errore librarii, qui antecedens βεβαιῶν adhuc in mente habens pro verbo ſequenti per confuſionem expreſſit cum ejus terminatione. habeo hic conſentientem Sylb. qui & ſequenti verſu congruentius ſcribi putat: ὥστε μὴ, καθ᾽ ἑκάστους σφῶν αἰτοῦντας, αὐτοὺς πράγματα ἔχειν, vel αὐτούς τε ἅμα καὶ αὐτὸν πράγματα ἔχειν. mihi aptius ſic videtur: ὥστε μὴ καὶ ἑκάστους σφῶν, αἰτοῦντας αὐτὸν, πράγματα ἔχειν. ubi una tantum literula mutata eſt, ſenſusque evadit accommodatior ad laudem Titi, qui non ſe, ſed ceteros moleſtia volebat liberare.

ter rata non haberent, quam ſi eadem iisdem & ipſi dediſſent: primus præterita omnia uno confirmavit edicto, nec a ſe peti paſſus eſt.

§ 124. (l. 45.) μηνυτὰς ἐξήλασεν] Prævivit ergo Trajano hac in re Titus. *Suetonius* 8. *Inter adverſa temporum & delatores mandatoresque erant ex licentia veteri: hos aſſidue in foro flagellis ac fuſtibus cæſos, ac noviſſime traductos per amphitheatri arenam, partim ſubjici ac venire imperavit, partim in aſperrimas inſularum avehi.* Simile edictum Nervæ integrum nobis conſervavit *Plinius* Epiſt. X. 66. Zonaras hæc de Tito omittit p. 578. B. loco autem eorum affert ſequentia: ἦν δὲ περὶ χρήματα ἀκριβὴς, καὶ οὐ μάτην ἀνήλισκεν. οὐδένα μέντοι διὰ ταῦτα ἐκόλασέ ποτε.

§ 125. (l. 47.) πολέμου αὖθις ἐν τῇ Βρεττανίᾳ] Poſt Suetonium Paulinum, de quo p. 700. ſequentes præfecti, Petronius Turpilianus, Trebellius Maximus, Vettius Bolanus, nihil ultra auſi, ſegnius egerant. Sed ſub Veſpaſiano Petilius Cerialis Brigantes aggreſſus domuit. Julius deinde Frontinus Silurum pugnacem gentem armis ſubegit. Paulo ante Agricolæ adventum Ordovicum civitas alam in finibus ſuis agentem prope univerſam obtriverat. *Tac.* Vit. Agr. c. 16. 17. 18.

§ 126. (l. 48.) Γν. Ἰούλιος Ἀγρικόλας] Forojulienſis, natus Id. Jun. A. U. C. 702. patre Julio Græcino, ſenatorii ordinis, matre Julia Procilla. Caſtrorum rudimenta in Suetonii Paulini contubernio poſuit: reverſus Domitiam Decidianam duxit: poſt honores quæſturæ & præturæ, a Muciano viceſimæ legioni in Britannia præfectus eſt. Redeuntem Veſpaſianus Aquitaniæ præfecit: geſſit deinde conſulatum A. U. C. 830. hinc Britanniæ præpoſitus. Vide *Tacitum* ejus generum, in Vita Agr. c. 4. ſq. & 44. Britanniam autem octo annis univerſam perdomuit. *Id.* c. 33. nempe ab A. U. C. 831 — 838. vide *Tillemont* Tito not. 3. T. II. p. 852. ſqq.

§ 127. (l. 49.) πάντα κατέδραμε] Conf. *Tacitum* Vit. Agr. c. 18 — 38.

§ 128. (l. 51.) ὅτι ἡ Βρεττανία περίῤῥυτος] Orcades etiam inventæ & domitæ, diſpecta & Thyle. *Tac.* c. 10. conf. *Dionem* in Severo. p. 866. E.

§ 129. (l. 52.) στρατιῶται γάρ τινες] *Cohors Uſipiorum per Germanias conſcripta*, alterum hunc orbem terrarum prima detexit, ut pluribus narrat *Tacitus* c. 28. ſexta æſtate præfecturæ Agricolæ. c. 25. h. e. A. U. C. 836.

§ 130. (l. 58.) καὶ ἄλλους ὁ Ἀγρικόλας] Ex finibus Horeſtorum, & Trutulenſi portu; ut *Tacitus* auctor eſt c. 38. Sed loca ſunt, conjecturis incertis vix hodie invenienda: tempus autem idem Tacitus indicat, octavam æſtatem c. 33, 3. ſub Domitiano. c. 39.

§ 131. (l. 62.) ὁ μὲν Τίτος αὐτοκράτωρ τὸ ιε´.] Eam appellationem Imperatoris XV. confirmant nummi apud *Mediobarbum* p. 124. ſq. & *Goltzium* p. 56. unde diſcimus, datam eſſe Tito Conſuli VII. A. U. C. 832. paulo poſt obitum patris: ſed & reperimus eundem poſtea XVI. & XVII. Imperatorem. Atque hæc ob victorias de nationibus usque ad Taum æſtuarium, & intra Bodotriam. *Tac.* c. 22. ſq. Inſulam enim eſſe Britanniam, non ante annum Agricolæ octavum ſub Domitiano detectum eſt, ut apparet ex *Tacito* c. 38. ſq.

§ 132. (l. 63.) ἔν τε ἀτιμίᾳ τὸ λοιπὸν] *Tacitus* Vit. Agr. c. 40, 3. *noctu in urbem, noctu in palatium, ita ut præceptum erat, venit: exceptusque brevi oſculo & nullo ſermone, turbæ ſervientium immixtus eſt.*

A.U.C. 832 Fl. Veſpaſ. IX. & T. Veſpaſ. VII. COSS.

eſſet, effecerat: ob easque cauſas a Domitiano tandem interfectus eſt, quamvis ab illo ipſo honores triumphales impetraſſet.

21. Per id tempus accidere in Campania horribilia quædam, quæ magnam admirationem habent. Nam ſub autumni tempus ingens incendium repente excitatum eſt. Veſuvius mons mare ſpectat ad Neapolin, habetque fontes ignis uberrimos: ac olim quidem ex omni parte æqualis erat verticis, ſic ut ex medio ejus ignis exiſteret. Nam ea parte tantum flammas alit, extrinſecus autem undiquaque intactus ab igne permanet ad hæc tempora. Ex quo fit, quum ignis externas partes nunquam exurat, eaque quæ ſunt in medio, tantum conſumantur igni, rediganturque in cineres; ut vertices, qui circum ſunt, usque adhuc veterem altitudinem habeant, pars autem inflammata, temporis progreſſu conſumta, & ſubſidendo concava facta ſit; ita ut totus mons (ſi licet parva cum magnis conferre) formam habeat amphitheatri. Culmina montis ejus multas arbores habent, viteſque: ipſe interior ambitus igni permittitur, utque fumum interdiu, ita noctu flammam reddit, ſic ut in eo ſuffimenta plurima varii generis fieri ſemper videantur. Et hoc quidem ita ſemper, aliquando intenſius, aliquando remiſſius, evenit: ad hæc & cinerem nonnunquam projicit, quoties multa ſimul ſubſidunt, emittitque ſaxa, quando vi venti adigitur: tum reſonat mugitque, quod minime denſas ſed tenues & occultas reſpirationes habet.

[133] τέλος ἐσφάγη [s] διὰ ταῦτ[illegible], καίπερ τὰς ἐπινικίους τιμὰς [t] πα[illegible] [134] τ[illegible]του λαβών.

Ἐν δὲ τῇ Καμπανίᾳ φοβερά [illegible] σά συνηνέχθη. πῦρ γὰρ μέγα [illegible] φθινόπωρον ἐξαπιναίως ἐξῆφθη. [illegible]ρος τὸ [u] Βέσβιον ἔςι μὲν πρὸς τῇ [illegible] κατὰ Νέαν πόλιν, ἔχει δὲ πυρὸς πηγὰς ἀφθόνους. καὶ ἦν μέν ποτε [136] πᾶν ὁμοίως ὑψηλὸν, καὶ [137] ἀπ' αὐτοῦ μέσου τὸ πῦρ ἀνέτελλε. ταύτῃ γὰρ πεπύρωται μόνον, τὰ δὲ ἔξωθεν αὐτοῦ B
[138] πάντα ἄπυρα καὶ νῦν ἔτι διαμένει. ἐκ δὲ τούτου, ἐκείνων μὲν ἀκαύςων ἀεὶ ὄντων, τῶν δὲ ἐν τῷ μέσῳ [x] κραυρουμένων καὶ τεφρουμένων, αἱ πέριξ κορυφαὶ τὸ ἀρχαῖον ὕψος ἐς δεῦρο ἔχουσι· τὸ δὲ ἔμπυρον πᾶν, [y] δαπανηθὲν [139] ἐν τῷ χρόνῳ, κοῖλον ἐκ τοῦ [y] συνίζειν γέγονεν, ὥστε [140] κυνηγετικῷ τινι θεάτρῳ τὸ ὄρος σύμπαν (ὡς μικρὰ μεγάλοις εἰκάσαι) ἐοικέναι. καὶ αὐτοῦ τὰ μὲν ἄκρα, καὶ δένδρα καὶ ἀμπέλους πολλὰς ἔχει, ὁ δὲ δὴ κύκλος ἀνεῖται τῷ πυρὶ, C
καὶ ἀναδίδωσι [141] τῆς μὲν ἡμέρας καπνὸν, τῆς δὲ νυκτὸς φλόγα· ὥστε δόξαι πολλὰ ἐν αὐτῷ καὶ παντοδαπὰ θυμιᾶσθαι θυμιάματα. καὶ τοῦτο μὲν οὕτως [yy] ἀεὶ, ποτὲ μὲν ἐπὶ μᾶλλον, ποτὲ δὲ ἐπὶ ἧττον, γίνεται· πολλάκις δὲ [z] καὶ τέφραν ἀναβάλλει, ὅταν ἀθρόον τι ὑφιζήσῃ, καὶ λίθους ἀναπέμπει, ὅταν ὑπὸ πνεύματος ἐκβιασθῇ. [142] ἠχεῖ τε καὶ βοᾷ, ἅτε μὴ [a] συμπεπιλημένας, ἀλλ' ἀραιὰς καὶ [b] λαθραίας τὰς ἀναπνοὰς ἔχων.

22. Quum igitur Veſuvius ejusmodi ſit, hæc in eo quotannis fere fieri ſolent. Et quamvis cætera, quæ quondam acciderunt, magna & inuſitata eſſe viſa ſint iis, qui quovis tempore illa oculis uſurparunt; tamen, vel omnia conjuncta in unum, exilia habeantur neceſſe

Τοιοῦτον μὲν τὸ [u] Βέσβιόν ἐςι, καὶ ταῦτα ἐν αὐτῷ κατ' ἔτος ὡς πλήθει γίνεται. ἀλλὰ τὰ μὲν D
ἄλλα, ὅσα ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ συνηνέχθη, εἰ καὶ μεγάλα παρὰ τὸ καθεςηκὸς τοῖς ἀεὶ ὁρῶσιν αὐτοῖς εἶναι ἔδοξε, σμικρὰ ἂν πρὸς τὰ τότε συμβάντα, καὶ τὰ πάντα εἰς ἓν συναχθέντα, νομισθείη.

ἔχε

s διὰ ταῦτα. δι' αὐτὰ ταῦτα, Pal. Coisl. Br. *t* vulgo, παρὰ τοῦ Τίτου. ſed a Domitiano id factum eſſe teſtis eſt irrefragabilis gener Agricolæ Tacitus in ejus vita cap. 40. Caſaubonus ad Suetonii Domit. 10. ſic emendavit, ut ſcripſimus, quam *emendationem plane elegantem* utique dico poſt ipſum Caſaubonum. neque Dio poſt nominatum modo Domitianum, pergere poterat: καίπερ παρὰ τοῦ Τίτου. *u* Βίσβιον. ſic Z. alii. Βεσσύβιον, L. ad marg. hic, & infra. Οὐεσσούιον ſcribitur apud Strab. p. 247. & conſtat ſane hoc eſſe & antiquius & accuratius nomen montis. τὸ δὲ ὑψηλὸν τε καὶ τὸ ὄνομα τοῦ λόφου Βέσβιον, (alii Βέσβιον) inquit Galenus de methodo med. lib. V. c. 12. P. IV. p. 92, 11. edit. Baſil. & ſic *Veſbium* ſeu *Veſvium* vocant Columella, Silius Ital. Statius, Martialis; ut mutandum nihil ſit in Dione. plura Cluverius Ital antiq. IV. p. 1157. ſq. *x* κραυρουμένων. corrigendus hinc Zon. p. 578. D. ubi καραυνουμένων, perperam. *y* δαπανηθὲν ἐν τῷ χρόνῳ. præpoſitio ἐν perperam e præcedentis participii fine repetita videtur. Sylb. ſtatim συνιζάνειν Zon. habet pro συνίζειν. *yy* ἀεὶ. αἰεὶ, RS. *z* καὶ τέφραν. particula καὶ addita e Pal. & Mer. apud Sylb. HS. edit. maj. & L. exſtat & in Coisl. & Br. deſideratur autem apud RS. & HS. edit. min. *a* συμπεπιλημένας. in Zon. Cangii male eſt συμπεπλεγμένας. *b* λαθραίας τὰς ἀναπνοὰς ἔχων. ἀραιὰς καὶ ἐλευθέρας τὰς ἀναπνοὰς ἔχον. Z. maſc. ἔχων etiam in Pal. reperiri teſtatur Sylb. & ſic in Br. ut referatur non ad τὸ ὄρος, ſed ad ὁ κύκλος.

§ 133. (l. 66.) τέλος ἐσφάγη] *Tacitus* 43, 3. *Augebat miſerationem conſtans rumor, veneno interceptum. Nobis nihil comperti affirmare auſim.* Obiit anno ætatis 56. X Kal. Sept. Collega Priſcoque Coſſ. A. U. C. 846. *Id.* 44. 1.

§ 134. (l. 67.) παρ' αὐτοῦ τούτου] *Tacitus* c. 39. 1. *Hunc rerum curſum, quanquam nulla verborum jactantia epiſtolis Agricolæ auctum, ut Domitiano moris erat, fronte lætus, pectore anxius excepit — Sed optimum in præſentia ſtatuit reponere odium, donec impetus famæ & favor exercitus langueſceret — Igitur triumphalia ornamenta, & inluſtris ſtatuæ honorem, & quicquid pro triumpho datur, multo verborum honore cumulata, decerni in ſenatu jubet.*

§ 135. (l. 71.) ὄρος τὸ Βέσβιον] Præmittit huic incendio Zonaras p. 578. B. ſq. Pſeudoneronem: ἐπὶ τούτου καὶ ὁ ψευδονέρων ἐφάνη· ὃς Ἀσιανὸς ἦν, ἐκαλεῖτο δὲ Τερέντιος Μάξιμος, προσεοικὼς δὲ τῷ Νέρωνι καὶ τὸ εἶδος καὶ τὴν φωνήν. καὶ γὰρ καὶ ἐκιθαρῴδει. ἔκ τε τῆς Ἀσίας τινὰς προσεποιήσατο, καὶ ἐπὶ τὸν Εὐφράτην προχωρῶν, πολλῷ πλείους ἀνηρτήσατο. καὶ τέλος πρὸς Ἀρτάβανον τὸν τῶν Πάρθων κατέφυγεν ἀρχηγὸν, ὃς καὶ δι' ὀργῆς τὸν Τίτον ποιούμενος ἐδέξατο τοῦτον, καὶ κατάγειν ἐς Ῥώμην παρεσκευάζετο. vide ſupra p. 732. § 57. Serius tamen hæc contigiſſe dixeris incendio Veſuvii, quia pergit: ἐν δὲ τῷ πρώτῳ τῆς ἡγεμονίας τοῦ Τίτου ἔτει πῦρ ἐν Καμπανίᾳ &c. Hujus incendii meminerunt & *Suetonius* Tit. 8. *Victor.* Epit. X. 12. *Euſebius* Chron. *Zonaras* p. 578. D. *Oroſius* VII. 9. *Statius* Sylv. IV. 8. v. 5. maxime *Plinius* junior Epiſt. VI. 16. & 20. qui ſimul incendium & avunculi ſui in eo interitum deſcribit. *Joſephus* Ant. XX. 7. § 3. Druſillam (Felicis uxorem) una cum filiolo Agrippa eodem incendio periiſſe dicit: hæc enim ibi omnino intelligenda eſt, & apud Zonaram T. I. p. 287. C. non ut Havercampius, Berenice; nec, ut alii, uxor filioli. Accidit incendium IX. Kal. Sept. aut Kal. Nov. A. U. C. 832. Chr. 79. ut infra oſtendam § 152.

§ 136. (l. 74.) πᾶν ὁμοίως ὑψηλὸν] Ita de ſua h. e. Auguſti ætate *Strabo* V. p. 247. αὐτὴ (κορυφὴ) ἐπίπεδος μὲν πολὺ μέρος ἐςίν.

§ 137. (l. 75.) ἀπ' αὐτοῦ μέσου τὸ πῦρ] *Euſebius: Mons Veſuvius ruptus in vertice:* τὸ Βέσβιον ὄρος κατὰ κορυφῆς ῥαγὲν πῦρ ἀνέβλυσε, quaſi tum primum dehiſcere cœpiſſet. Sed campus pariter ac mons antiquitus φλεγραῖος dictus a φλέγειν, non alia de cauſa, quam quod pridem arſiſſet. Ita ſenſit &

Diodorus

ἔσχε γὰρ οὕτως· ἄνδρες πολλοὶ καὶ μεγάλοι πᾶσαν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ὑπερβεβληκότες, [143] οἷοι οἱ γίγαντες γράφονται, τοῦτο μὲν ἐν τῷ ὄρει, τοῦτο δὲ ἐν τῇ περὶ αὐτὸ χώρᾳ, ταῖς τε πόλεσι, μεθ' ἡμέραν καὶ νύκτωρ ἐν τῇ γῇ περινοστοῦντες,
E καὶ ἐν τῷ ἀέρι διαφοιτῶντες ἐφαντάζοντο. καὶ μετὰ [c] τοῦτο αὐχμοί τε δεινοὶ καὶ [144] σεισμοὶ ἐξαίφνης σφοδροὶ ἐγίνοντο, ὥστε καὶ τὸ πεδίον ἐκεῖνο πᾶν ἀναβράττεσθαι· καὶ τὰ ἄκρα ἀναπηδᾶν. ἠχαί τε, αἱ μὲν [c] ὑπόγειοι, βρονταῖς ἐοικυῖαι, αἱ δὲ ἐπίγειοι, μυκηθμοῖς ὅμοιαι συνέβαινον· καὶ ἥ τε θάλασσα συνέβρεμε, καὶ ὁ οὐρανὸς συνεπήχει· κἀκ τούτου κτύπος τε ἐξαίσιος ἐξαπιναίως, ὡς καὶ τῶν ὀρῶν συμ-
756 πιπτόντων, ἐξηκούσθη· καὶ ἀνέθορον πρῶτον μὲν [145] λίθοι ὑπερμεγέθεις, ὥστε καὶ ἐς αὐτὰ τὰ ἄκρα ἐξικέσθαι· ἔπειτα πῦρ πολὺ καὶ καπνὸς [cc] ἄπλετος, ὥστε πάντα μὲν τὸν ἀέρα συσκιασθῆναι, πάντα δὲ τὸν ἥλιον συγκρυφθῆναι, καθάπερ ἐκλελοιπότα.

Νὺξ [146] τε οὖν [d] ἐξ ἡμέρας, καὶ σκότος ἐκ φωτὸς ἐγένετο· καὶ ἐδόκουν οἱ μὲν τοὺς γίγαντας ἐπανίστασθαι, (πολλὰ γὰρ καὶ τότε εἴδωλα αὐτῶν ἐν τῷ καπνῷ διεφαίνετο, καὶ προσέτι καὶ σαλπίγγων τις [e] βοὴ ἠκούετο) οἱ δὲ καὶ [147] ἐς χάος ἢ καὶ πῦρ τὸν κόσμον πάντα ἀναλίσκεσθαι. καὶ διὰ
B ταῦτ' ἔφυγον, οἱ μὲν ἐκ τῶν οἰκιῶν ἐς τὰς ὁδούς, οἱ δὲ ἔξωθεν, εἴσω· ἔκ τε τῆς θαλάσσης ἐς τὴν γῆν, καὶ ἐξ ἐκείνης ἐς τὴν θάλασσαν οἱ ἄλλοι τε ταραττόμενοι, καὶ πᾶν τὸ ἀπὸ σφῶν ἀπὸν ἀσφαλέστερον τοῦ παρόντος ἡγούμενοι. ταῦτά τε ἅμα ἐγίγνετο, καὶ τέφρα ἀμύθητος [f] ἐφυσήθη, καὶ τήν τε γῆν τήν τε θάλασσαν καὶ τὸν ἀέρα πάντα κατέσχε. καὶ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα, ὥς που καὶ ἔτυχε, καὶ ἀνθρώποις καὶ χώραις καὶ βοσκήμασιν ἐλυμήνατο, τοὺς δὲ δὴ ἰχθύας, τά τε ὄρνεα πάντα
C διέφθειρε· καὶ προσέτι καὶ πόλεις δύο ὅλας, [148] τό, τε [g] Ἡρκουλάνεον καὶ τοὺς Πομπηΐους, ἐν

ceſſe eſt ad ea quæ tum evenerunt. Res ita habebat: magnus numerus hominum, magnitudine ſua omnem humanam naturam excedentium, quales gigantes pinguntur, modo in monte, modo in regione circumjacente, ac proximis civitatibus, interdiu noctuque in terra vagari, verſarique in aere viſus eſt. Poſt hæc conſequuta eſt maxima ſiccitas, ac repente ita graves terræ motus facti, ut & omnis ea planicies fervore quodam ſuccuteretur, & ſumma quæque ſubſultarent. • Adhæc ſonitus cum ſubterranei, tonitrubus, tum ſuper terram, mugitibus ſimiles, extiterunt. Deinde mare ſimul fremere, cœlum una perſonare, ingensque & repentinus fragor, quaſi montes ſimul corruerent, exaudiri. Tum exſilire primum immenſi lapides, & ad ſummos vertices pertingere: deinde magna copia ignis fumique, ita ut omnem aerem obſcuraret, occultaretque ſolem non aliter, quam ſi defeciſſet.

A.U.C.832 Fl. Veſpaſ. IX. & T. Veſpaſ. VII. COSS.

23. Igitur ex die nox, & tenebræ ex luce factæ erant, putantibus nonnullis, gigantes reſurgere, quod multa tunc quoque eorum ſimulacra per fumum conſpicerentur, quodque præterea clangor quidam tubarum audiretur. Alii exiſtimabant, aut mundum univerſum in chaos redigi, aut igne conſumi; ob eamque cauſam, properabant alii ex ædibus in vias, alii de viis in ædes confugere; rurſus alii e mari in continentem, alii ex continenti in mare ſe recepere conturbati; ea omnia, quæ abeſſent a ſe, exiſtimantes tutiora rebus præſentibus. Interea dum hæc fiebant, ſimul ineffabilis copia cineris a vento egeſta, terram pariter, & mare atque aera totum occupavit: quæ res multa damna (ut fors tulerat) hominibus, agris, pecoribus importavit, piſces, volucreſque omnes peremit, duaſque integras urbes, Herculaneum &

c μετὰ τοῦτο. ſic Sylb. HS. edit. maj. & L. μετὰ τοῦτ' RS. & HS. edit. min. & Br. mox pro ὑπόγειοι, malim ὑπόγειαι. & poſtea ὑπόγ. pro ἐπίγ. καὶ ante ἐπίγ. inſerit Br. cc ἄπλετος, L. ceteri ἄπλειστος. d ἐξ ἡμέρας. ſic reſcripſimus, pro ἡμέρας, ex cod. Br. Stephanus tamen cum interprete ſic legit, ut mox ἐκ φωτός, probante Sylburgio. e βοὴ ἠκούετο, οἱ δὲ καὶ ἐς χάος. voces βοὴ & καὶ abſunt a Pal. f ἐφυσήθη. ἀνεφυσήθη. Z. mox τήν τε γῆν, Sylb. HS. edit. maj. & L. item Br. melius quam τήν γε γῆν, quod eſt apud HS. edit. min. & RS. g Ἡρκουλάνεον καὶ τοὺς Πομπηΐους. prior urbs Ἑρκουλάνεον ſcribitur ap. Z. Ἡρκουλάνεον, in Br. Ἡράκλειον apud Antoninum IV. §48. alteram Πομπηΐους ſcripſi cum Z. Antonino, ceteris; cum vulgo hic Πομπηΐους legeretur.

Diodorus IV. 21. ἔχων πολλὰ σημεῖα τοῦ κεκαῦσθαι κατὰ τοὺς ἀρχαίους χρόνους. & *Strabo* l. c. quia vertex ἄκαρπος & τεφρώδης ſit, concludit: ὡς τεκμαίροιτ' ἄν τις, τὸ χωρίον τοῦτο καίεσθαι πρότερον, καὶ ἔχειν κρατῆρας πυρός, σβεσθῆναι δὲ ἐπιλιπούσης τῆς ὕλης. adde *Vitruvium* II. 6. Verum hoc incendium omnino primum eſt, quod certior hiſtoria docet.

§138. (l.77.) πάντα ἄπυρα] At A. Chr. 1631. ad latera etiam Veſuvii novem canalibus flamma erupit, ipſa deinde materia projecta obturatis.

§139. (l.81.) ἀναπνευσθὲν ἐν τῷ χρόνῳ] Conf. *Camillum Peregrinum* Diſſ. II. de Campania Felice Tom. IX. P. II. Theſ. Ital. p. 229. ſq.

§140. (l.83.) κυνηγετικῷ τινι θεάτρῳ] Amphitheatrum enim a ſummo ambitu introrſus per declivia ſcalarum ſenſim vergit ad imam cavitatem. conf. *Lipſium* de Amphitheatro c. 8. T. III. Opp. p. 563.

§141. (l.87.) τῆς μὲν ἡμέρας καπνόν, τῆς δὲ νυκτὸς φλόγα] Imago columnæ nubis & ignis: Exod. XIII, 21. quæ proinde una tantum, non duplex, qualem ſibi nonnulli finxerunt. conf. *Plin.* Epiſt. VI. 16, 13.

§142. (l.94.) ἠχῆ τε καὶ βοῇ] Mugitum Veſuvii ſua ætate Capuæ auditum Dio commemorat p. 860. C.

§143. (l.4.) οἷοι οἱ γίγαντες] Forte ex veteri fabula de gigantum ad Phlegram internecione, apud *Diodorum Sic.* IV. 21. *Silium Ital.* XII. 143. ſqq. &c. hærebat aliquid hominibus credulis, ut fumum, vapores, & exhalationes, eſſe manes gigantum crederent. Eosdem &, infra p. 756. A. *reſurgere* opinabantur homines. Ita enim ἀνίστασθαι vertendum; non *ſeditionem facere*, ut Blancus, vel *contra ſe inſurgere*, ut Leunclavius.

§144. (l.9.) σεισμοὶ ἐξαίφνης σφοδροὶ] *Plin.* Epiſt. VI. 16, 15. 20, 3. & 6.

§145. (l.17.) λίθοι ὑπερμεγέθεις] *Plin.* Epiſt. VI. 16, 11.

§146. (l.23.) νύξ τε οὖν ἐξ ἡμέρας] *Plin.* Ep. VI. 16, 17. *Jam dies alibi, illic nox omnibus noctibus nigrior denſiorque: quam tamen faces multæ variaque lumina ſolvebant.*

§147. (l.27.) ἐς χάος ἢ καὶ πῦρ τὸν κόσμον] *Plin.* 20, 15. *æternam illam & noviſſimam noctem interpretabantur.* vide eund. §17.

§148. (l.40.) τὸ Ἡρκουλάνεον καὶ τοὺς Πομπηΐους] Alii aliter ſcribunt. *Herculaneum* cum Dione rectius vocant *Vellejus* II. 16. *Mela* II. 4. *Seneca* N. Q. VI. 1. 26. *Florus* I. 16. conſentientibus lapidibus. Oppidum Campaniæ ſitum inter Neapolin & Pompejos ad mare, ſub Veſuvii montis radicibus. v. *Dionyſ. Hal.* I. p. 35, 15. Strab. V. p. 246. ſq. Plin. III. 5. ubi nunc plerisque exiſtimatur eſſe Torre del Greco. Pompeji vel Pompejum colonia ibidem apud Sarnum fl. inter Torre del Greco & Portici, ubi hodie Caſtel a mare di Stabia, De utraque *Strabo* lib. V. p 246. ſq. *Plin.* III. 5. alii: recentius, *Jul. Cæſ. Capaccius* in Antiquitatt. Campaniæ. Tom. IX. P. III. Theſ. Ital. p. 63. ſqq. Herculaneum & Pompejos jam antea tempore Neronis Non. Febr. A. U. C. 816. terræ motu periiſſe, narrat

A.U.C.832 Fl. Veſpaſ. IX.&T.Veſpaſ. VII. COSS.

& Pompejos, populo ſedente in theatro, penitus obruit. Poſtremo tantus fuit cinis, ut pars inde pervenerit in Africam, Syriam, & Ægyptum, introieritque Romam, ejusque aerem compleverit, & ſolem obſcuraverit. Nec mediocris etiam Romæ trepidatio complures ad dies orta eſt, quum omnes ignorarent id, quod factum erat, nec quid eſſet, conjectura aſſequi poſſent. Itaque & ii putare cœperunt, omnia ſurſum deorſum ferri, ſolemque in terram delapſum extingui, ac terram in cœlum adſcendere. Quanquam autem hic cinis non ſtatim attulit magna incommoda populo Romano, tamen idem poſtea morbum peſtilentem & gravem immiſit.

[149] ἐν θεάτρῳ τοῦ ὁμίλου [b] αὐτῆς καθημένου, κατέχωσε. τοσαύτη γὰρ ἡ πᾶσα κόνις ἐγένετο, ὥστ' ἀπ' αὐτῆς ἦλθε μὲν [i] καὶ ἐς Ἀφρικὴν καὶ Συρίαν καὶ ἐς Αἴγυπτον, ἐσῆλθε δὲ καὶ ἐς τὴν Ῥώμην, καὶ τόν τε ἀέρα τὸν ὑπὲρ αὐτῆς ἐπλήρωσε, καὶ τὸν ἥλιον ἐπεσκίασε. καὶ συνέβη κἀνταῦθα δέος οὐ μικρὸν [k] ἐπὶ πολλαῖς ἡμέραις, οὔτ' εἰδόσι τοῖς ἀνθρώποις τὸ γεγονὸς, οὔτ' εἰκάσαι δυναμένοις. ἀλλ' ἐνόμιζον καὶ ἐκεῖνοι πάντα ἄνω τε καὶ κάτω καταστρέφεσθαι, καὶ [150] τὸν μὲν ἥλιον ἐς τὴν γῆν ἀφανίζεσθαι, τὴν δὲ γῆν ἐς τὸν οὐρανὸν ἀνιέναι. D ἡ μὲν οὖν τέφρα αὕτη οὐδὲν μέγα τότε κακὸν αὐτοὺς εἰργάσατο· ὕστερον [l] γὰρ [151] νόσον σφίσι λοιμώδη δεινὴν ἐνέβαλε.

A.U.C.833 T. Veſpaſ. VIII. & Domitiano VII. COSS.

24. Ignis autem alius ſupra terram exortus anno inſequenti, magnam admodum Romæ partem abſumſit interea, dum Titus ad viſendam Campaniæ calamitatem profectus abeſſet. Nam Serapidis fanum, fanum Iſidis, Septa, templum Neptuni, balneum Agrippæ, Pantheon, Diribitorium, theatrum Balbi, ſcena Pompeji, Octaviana ædificia una cum libris, templum Jovis Capitolini, cum proximis templis, igni conſumpta ſunt. Ita id malum divinum potius, quam humanum fuit. Licet enim cuilibet ex iis, quæ commemoravi, cætera quæ eo incendio perierunt, conjicere. Titus ad Campanos

Πῦρ δὲ δὴ [152] ἕτερον ἐπίγειον τῷ ἑξῆς ἔτει πολλὰ πάνυ τῆς Ῥώμης, τοῦ Τίτου πρὸς τὸ πάθημα τὸ ἐν τῇ Καμπανίᾳ γενόμενον ἐκδημήσαντος, ἐπενείματο. καὶ γὰρ [153] τὸ Σεραπεῖον, καὶ τὸ Ἰσεῖον, τά τε Σεπτὰ, καὶ τὸ Ποσειδώνειον, τό, τε βαλανεῖον τὸ τοῦ Ἀγρίππου, καὶ τὸ Πάνθειον, τό, τε [m] Δειριβιτώριον, καὶ E τὸ τοῦ Βάλβου θέατρον, καὶ τὴν τοῦ Πομπηίου σκηνὴν, καὶ τὰ Ὀκταούϊα οἰκήματα καὶ μετὰ τῶν βιβλίων, τόν τε [154] νεὼν τοῦ Διὸς τοῦ [n] Καπιτωλίνου μετὰ τῶν συνναίων αὐτοῦ κατέκαυσεν. οὕτω τε τὸ κακὸν οὐκ ἀνθρώπινον, ἀλλὰ δαιμόνιον ἐγένετο. πάρεστι γὰρ ἐκ τούτων ὧν κατέλεξα, παντί τῳ τεκμήρασθαι καὶ τἄλλα τὰ ἀπολλύμενα. ὁ δ' οὖν Τίτος [155] τοῖς μὲν

b αὐτῆς. αὐτῶν, Z. ad utramque urbem referens. *i* καὶ ἐς Ἀφρ. καὶ Συρ. καὶ ἐς Αἰγ. hæc apud Z. quoque reperiunda, deſiderantur in Pal. librario, ut arbitror, ab ἦλθε quod præcedit, ad ἐσῆλθε quod ſequitur, oculis aberrante. *k* ἐπὶ πολλαῖς ἡμέραις. malim ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας, ut pag. ſq. ἐφ' ἑκατὸν ἡμέρας. HS. *l* ὕστερον γάρ. pro γὰρ mallet forte aliquis δέ. poteſt tamen hæc periodus παρενθετικῶς accipi. Sylb. *m* Δειριβιτώριον. hoc repoſui pro Δειριβιτώρειον, ſecutus Dionem p. 553. D. 645. C. ſtatim Ὀκταούϊα habet Br. pro Ὀκταουΐα. *n* τοῦ Καπιτωλίνου. ſic alias ſcribitur apud Dionem. hic vulgo Καπιτωλίου, pro quo τοῦ Καπιτωλινίου, L. ad marg.

narrat *Seneca* N. Q. VI. 1. 26. quanquam *Tacitus* Ann. XV. 22. ad annum ſuperiorem refert: unde nova hac cinerum Veſuvianorum calamitate urbes adhuc profundius ſepultas eſſe, recte judicat Cel. *Camillus Peregrinus* loco mox laudando. De hac iterata clade ex incendio Veſuvii, vide *Martial.* IV. 44, 6. ſſ. *Tertullianum* de Pallio c. 2. Apologet. c. 40. *Antoninum* IV. 48. & ibi Gatakerum. Inventum recentius ſub terra Herculaneum eſſe, & monumenta ejus regio plane conſilio & juſſu Potentiſſimi CAROLI inveſtigari ac ſervari, ſatis conſtat. Longum eſſet, ſcripta jam hac de re Em. Quirini, Ill. Marchionum Marcelli de Venuti & Scip. Maffei, Præſtantiſſimi Gorii, exterorum item, March. Hoſpitalii, Angli cujusdam pictoris, & ex noſtratibus Theoph. Lud. Munteri, aliorumque plurima recenſere; exſpectamus aliquando pleniora.

§ 149. (l. 41.) ἐν θεάτρῳ τοῦ ὁμίλου αὐτῆς καθ.] Vir Cl. *Camillus Peregrinus* Diſſ. II. Campaniæ Felicis in Theſ. Ital. T. IX. P. II. p. 238. ſq. hoc referendum putat rectius ad terræ motum, qui tempore Neronis accidit, quam ad incendium Veſuvii: in qua ſententia eſt & *Pet. la Sena* c. 4. Gymnaſii Neapolitani, niſi quod minus probabiliter Pompejos everſos putat, ſedente populo, non in theatro ſuo, ſed Neapolitano, ad ſpectacula Neronis.

§ 150 (l. 50.) τὸν μὲν ἥλιον ἐς τὴν γῆν ἀφανίζεσθαι] Notæ ſunt ſimiles S. Scripturæ locutiones; Matth. XXIV. 29. Marc. XIII. 25. &c. quas recte interpretabitur, qui cogitet, quomodo ſoleant homines in magna calamitate affecti eſſe, quibus tunc præ anxietate omnia miſceri, cœlum ruere, univerſum interire videtur. Sic vaticinia V. T. ſimilia recte expoſuit *Maimonides* in Moreh Neb. P. II. c. 29.

§ 151. (l. 53.) νόσον σφίσι λοιμώδη] Vide *Sueton.* 8, 9. ſq. *Euſebius* ad patris tempora refert.

§ 152. (l. 55.) πῦρ δὲ δὴ ἕτερον ἐπίγειον τῷ ἑξῆς ἔτει] *Incendium Romæ per triduum, totidemque noctes*, *Suet.* 8. adde *Victor.* X. 12. *Oros.* VII. 9. *Cedrenum* p. 217. D. Ceterum quando τῷ ἑξῆς ἔτει incendium urbis contigiſſe dicit, anno nempe Veſuvii incendium ſequente: & iterum p. 757. F. τῷ ἐπιγιγνομένῳ ἔτει, Flavio & Pollione Coſſ. ſeu A. U. C. 834. mortuum eſſe Titum: patet hoc incendium fuiſſe A. 833 & Veſuvium arſiſſe A. U. 832. ut recte colligit *Tillemontius* not. 4. ad Tit. p. 855. De die autem Veſuviani incendii incertos nos relinquunt Plinii codices, nonum Kal. Sept. defendente *Jo. Maſſono* in Vita Plin. ad an. 17. ſq. Kalendas Nov. *Tillemontio* l. c. ex Dionis verbis κατ' αὐτὸ τὸ φθινόπωρον. quamvis & autumni initium a XV. vel XXII. Auguſti, vel altius ductum eſſe a veteribus, laudatus Maſſonus oſtendit.

§ 153. (l. 58.) τὸ Σεραπεῖον καὶ τὸ Ἰσεῖον &c.] Omnia fere hæc ædificia in campo Martio, regione urbis IX. vide *Ol. Borrichium* antiq. Urbis Rom. facie c. 11. T. IV. Theſ. Græv. p. 1576. & 1579. ſq. De Iſidis templo idem teſtatur *Scholiaſtes Juvenalis* VI. 529. ad illa: *ædem Iſidis antiquo quæ proxima ſurgit ovili:* nam plura ceteroquin Romæ fuerunt Iſidis templa. vide *Ge. Fabricium* Deſcr. Urb. Romæ c. 9. T. III. Theſ. Græv. p. 427. & de Iſidis & Serapidis cultu apud Romanos *Fabricium* noſtrum ad p. 142 E. Porro de Septis eundem ad p. 512. B. de templo Neptuni p. 515. A. de Thermis Agrippæ p. 542. A. de Pantheo p. 515. B. de Diribitorio p. 553. D. de Balbi Theatro p. 539. A. de Pompeji Scena & theatro p. 107. E. 669. C. de Octavianis ædificiis p. 417. E. *Euſebius* Domitiano tribuit ædificatum rurſus Iſium, Serapium, Capitolium, Pantheum. Adde *Eutropium* VII. 15. 6. *Suetonium* Domit. 5. & 20. ubi bibliothecas incendio abſumtas eundem reparaſſe dicit. Sed jam Titus, *urbis incendio nihil niſi ſibi publice periiſſe teſtatus, cuncta prætoriorum ſuorum ornamenta, operibus ac templis deſtinavit, præpoſuitque complures ex equeſtri ordine, quo quæque maturius peragerentur:* ut refert idem *Suetonius* Tit. 8. Hinc *Victor* de Domitiano: XI. 4. *multa opera inchoata per patrem, vel fratris ſtudio, atque in primis Capitolium abſolvit.*

§ 154. (l. 63.) νεὼν τοῦ Διὸς — μετὰ τῶν συνναίων] Templum Jovis Capitolini, ex incendio Vitelliano modo reſtauratum a patre. vide p. 741. § 92. p. 749. § 62. σύνναοι erant Juno atque Minerva. vide *Alex. Donatum* Tom. III. Theſ. Græv. p. 577. ſqq. & *Ge. Fabricium* ibid. p. 420. ſq. Reſtituere cœpit ipſe Titus; quo referendum marmor fratrum Arvalium acta continens, quod VII. Id. Decembr. M. Tillio Frugi & T. Vinicio Juliano Coſſ. (ſuffectis A. 833.) vota nuncupata ad reſtitutionem & dedicationem Capitolii ab Imp. T. Cæſare Veſpaſiano Aug. memorat; eruditiſſime explicatum a *Phil. a Turre* in Monum. Vet. Antii lib. I. c. 7. p. 94. ſqq. Abſolvit Domitianus. *Suet.* Domit. 5. *Plut.* Poplic. p. 105. A. *Eutrop.* VII. 15. 6. *Victor.* Cæſ. XI. 4.

§ 155. (l. 67.) τοῖς μὲν Καμπανοῖς δύο ἄνδρας] Id de Curatoribus reſtituendæ Campaniæ, & bonis eorum, quorum heredes

μὲν Καμπανοῖς δύο ἄνδρας ἐκ τῶν ὑπατευκότων οἰκιστὰς ἔπεμψε, καὶ χρήματα ἄλλα τε, [o] καὶ τὰ τῶν ἄνευ κληρονόμων τεθνηκότων ἐδωρήσατο· αὐτὸς δὲ οὐδὲν
757 οὔτε παρ' ἰδιώτου, οὔτε παρὰ πόλεως, οὔτε παρὰ βασιλέως, καίτοι πολλῶν πολλὰ διδόντων αὐτῷ καὶ ὑπισχνουμένων, ἔλαβεν· [p] ἀνέστησε μέντοι καὶ ἐκ τῶν ὑπαρχόντων πάντα.

Καὶ ἐπὶ μὲν τοῖς ἄλλοις οὐδὲν ἐξαίρετον ἔπραξε· τὸ δὲ δὴ [156] θέατρον τὸ κυνηγετικὸν, τό, τε βαλανεῖον τὸ ἐπώνυμον αὐτοῦ ἱερώσας, πολλὰ καὶ θαυμαστὰ ἐποίησε. [q] γέρανοί [157] τε γὰρ ἀλλήλοις ἐμαχέσαντο, καὶ ἐλέφαντες τέσσαρες, ἄλλα τε ἐς [158] ἐνακισχίλια καὶ βοτὰ καὶ θηρία ἐπεσφάγη, καὶ αὐτὰ καὶ γυναῖκες, οὐ μέντοι ἐπιφανεῖς, συγκατειργάσαντο. ἄνδρες τε πολλοὶ
B μὲν ἐμονομάχησαν, πολλοὶ δὲ καὶ ἀθρόοι ἔν τε πεζομαχίαις καὶ ἐν ναυμαχίαις ἠγωνίσαντο. τὸ γὰρ θέατρον αὐτὸ ἐκεῖνο [159] ὕδατος ἐξαίφνης πληρώσας, εἰσήγαγε μὲν καὶ ἵππους καὶ ταύρους καὶ ἄλλα τινὰ χειροήθη, δεδιδαγμένα πάνθ' ὅσα ἐπὶ τῆς γῆς, πράττειν καὶ ἐν τῷ ὑγρῷ· εἰσήγαγε δὲ καὶ ἀνθρώπους ἐπὶ πλοίων. καὶ οὗτοι μὲν ἐκεῖ, ὡς [160] οἱ μὲν Κερκυραῖοι, οἱ δὲ Κορίνθιοι ὄντες, ἐναυμάχησαν· ἄλλοι δὲ ἔξω ἐν τῷ [161] ἄλσει τῷ τοῦ Γαΐου τοῦ τε Λου-
C κίου, ὅ ποτε ὁ Αὔγουστος ἐπ' αὐτὸ τοῦτ' ὠρύξατο. καὶ γὰρ ἐνταῦθα τῇ μὲν πρώτῃ ἡμέρᾳ μονομαχία

Campanos miſit duos viros conſulares, reſtituendæ regioni, iisque præter aliam pecuniam dedit eam potiſſimum, quam reliquiſſent ii qui ſine hæredibus mortui eſſent. Ipſe nihil a privatis, aut civitatibus, aut regibus, quum ei multi multa darent ac pollicerentur, accepit: ſed omnia reſtituit ex iis, quæ ſibi ſuppetebant. A.U.C.833 T. Veſpaſ. VIII. & Domitian. VII. COSS.

25. Et occaſione quidem cæterorum, nihil eximium edidit. At quum amphitheatrum, & denominatum ab ſe balineum dedicaret, multa eaque admirabilia exhibuit. Grues enim certaverunt inter ſe; & quatuor elephanti, ac pecorum ferarumque millia novem interfecta ſunt, quæ mulieres quoque, non tamen nobiles, una confecerunt. Multi viri certaverunt munere gladiatorio: multi quoque conferti pedeſtria ac navalia prœlia commiſerunt. Nam amphitheatro iſto derepente aqua impleto, in ipſum equos taurosque, aliaque manſueta animalia introduxit; quæ condocefacta fuerant eadem in aqua facere omnia, quæ in terra conſueverant. Introduxit & homines in navibus, qui in Corcyrenſes & Corinthios diviſi, prœlio ibi navali certaverunt. Extra urbem pugnatum eſt ab aliis in nemore Caji & Lucii, quod Auguſtus effodi ob eandem cauſam juſſerat. Ibi enim primo die ludus gladiatorius, cædesque

[o] καὶ τὰ τῶν. ita Z. vulgo καὶ τὰ χρήματα τῶν. [p] ἀνέστησε τε καὶ ἐκ τῶν ὑπ. ſic vulgo. Zon: πολλὰ δὲ τῶν δημοσίων ἔργων ἀνέστησεν, ut hic talis quæpiam requiri videatur lectio: ἀνέστησε δὲ καὶ τὰ ἐν τῇ πόλει ἐκ τῶν ὑπαρχόντων ἅπαντα. Sylb. ex illis corruptis faciunda hæc integra: ἀνέστησε δὲ οἴκοθεν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων πάντα, nimirum ex οἴκοθεν profluxit illud τοι καὶ L. ἀνέστησε μέν τοι Coisl. Br. [q] γέρανοί τε. grues in theatrum productas ad pugnam, quis veterum narrat, præter Dionem? commiſſiones gallorum & coturnicum fuere quidem inter ſpectacula; ſed Græcorum, non Romanorum. lego Γερμανοί τε γὰρ ἀλλήλοις ἐμαχέσαντο, en metamorphoſin! unius literulæ adjectione de gruibus facimus Germanos, ſæpius in theatrum productos alias. Caſaub. ad Sueton. c. 7.

des non exſtabant, totidem verbis habet *Suetonius* 8. Ipſum Titum quod eo profectum ſciamus, uni Dioni debetur. Reſtituta per Titum multa eſſe, adhuc lapides loquuntur, v. g. apud *Benedictum de Falco* in Antiquitatibus Neapolis p. 38. T. IX. Theſ. Ital. P. I. & *Capacium* ibid. P. II. p. 150.

§156. (l. 76.) θέατρον τὸ κυνηγετικὸν] Amphitheatrum urbe media Veſpaſianus pater, ut deſtinaſſe compererat Auguſtum, facere inſtituit: *Suet.* Veſp. 9. eoque Titus dedicato, thermisque juxta celeriter exſtructis, munus edidit apparatiſſimum largiſſimumque. *Suet.* Tit. 7. Factum hoc ſecundum Dionem A. U. C. 833. ſed A. 834. ſecundum marmor Fratrum Arval. apud *Phil. a Turre* p. 97. Supereſt amphitheatri bona pars inter Palatium, Cælium & ædem Mariæ Novæ. vide *Lipſium* de Amphith. c. 1. & 6. ſq. & *Alex. Donatum* T. III. Græv. p. 691. ſq. Thermarum pariter veſtigia ſuperſunt, non longe a templo *S.* Petri ad vincula: quæ delineata vide ap. *Donatum* T. III. Græv. p. 701. adde *Ge. Fabricium* p. 459. ſq. & *Marlianum* p. 150. *Patinum* ad Suet. c. 8.

§157. (l. 78.) γέρανοί τε γὰρ ἀλλήλοις] *Grues* in Germanos nobis transformat *Caſaubonus.* Sed quæro: hoccine Dio primo loco retuliſſet ad πολλὰ καὶ θαυμαστά? Eratne Germanus tam rara avis in hac arena? & quodnam quæſo nuper bellum cum Germanis, unde captivi inter ſe depugnarent? Cur etiam Dio, aliis interjectis, rurſus diceret: ἄνδρες τε πολλοὶ μὲν ἐμονομάχησαν? ex quibus potius manifeſtum eſt, voluiſſe eum primo animalium commiſſiones & venationes, deinde & hominum in ſicco narrare; atque ſic progredi ad animalium hominumque pugnas in aqua amphitheatro inducta. Ut Græcis gallorum, ſic Romanis coturnicum certamen uſitatum fuit. vide *Pet. Caſtellanum* de carnium eſu IV. 2. T. IX. Theſ. Gronov. p. 432. & *Jo. Meurſium* in Themide Attica II. 25. T. V. Gronov. p. 1984. D. *Euſtathius* ad Il. ι. fol. v. 125. ἤκουον δὲ καὶ Ῥωμαίους ἐποίουν δι' ὀρνίθων μονομαχίας, κήρυκος προφωνοῦντος τὸ Πούλλοι πούγνατε, ἤγουν τὰ πουλλία μάχεσθε. Novum tamen gruum certamen fuerit apud Romanos; ſed vel ideo θαυμαστὸν magis gratumque, & quod redoleret fabulam de pugna gruum cum pygmæis. Sic & nanos inter ſe pugnantes videmus infra p. 763. A. & *Statius* Sylv. I. 6. v. 63. ſq. poſtquam pumilionum certamen deſcripſerat: *Caſuraque vagis grues rapinis Mirantur pumilos ferociores.*

§158. (l. 80.) ἐνακισχίλια] Quinque millia *Hieronymus* in Euſeb. *Suetonius*, 7. *Eutropius* VII. 14, 8. ſed ferarum, illis noſter καὶ βοτὰ καὶ θηρία.

§159. (l. 85.) ὕδατος ἐξαίφνης πληρώσας] Sic Nero in amphitheatro naumachiam exhibuit. p. 694. A. §63. ſq. ſic Domitianus ap. *Sueton.* 4. aqua nempe per fiſtulas ſeu canales immiſſa. vide *Schefferum* Mil. nav. 2. *Martial.* de Spectac. ep. 23.

§160. (l. 90.) οἱ μὲν Κερκυραῖοι, οἱ δὲ Κορίνθιοι] De horum vero navali bello conf. *Diodorum Sic.* XII. 30. ſq. T. I. p. 497. ſq. De Titi, vel ut alii, Domitiani naumachia, Martialis de Spectac. epigr. 28.

§161. (l. 92.) ἄλσει τοῦ Γαΐου τοῦ τε Λουκίου] Cajus & Lucius Cæſares, nepotes Auguſti ex Julia filia & M. Agrippa. *Tac.* Ann. I. 3. 3. ſq. Horum Cæſarum nemus, circumpoſuerat Auguſtus veteri naumachiæ, non vero in ipſa naumachia repleta plantaverat. p. 699. § 141. Scio eam cum nemore a viris doctis collocari regione urbis V. in Eſquiliis. vide *Alex. Donatum* Tom. III. Theſ. Græv. p. 791. & *Famianum Nardinum* Tom. IV. p. 1067. ſq. & p. 1281. C. Sed nullum illis fundamentum eſt, quam nomen loci, hodie *Galuccio* vel *Galluzzo* dicti. Id autem ſi ex Caji & Lucii nominibus conflatum eſſet, quod incertum, non ſtatim nemus eorum aut naumachiam Auguſti, ſed forte Porticum Baſilicamque eorum nomine ibi exſtructam doceret, ex *Suetonio* Aug. 29. Nam ubicunque apud veteres locus nemoris Cæſarum & naumachiæ Auguſti diſtinctius definitur, ibi prope eſt Tiberis, quod ex Taciti, Suetonii & Dionis locis ſupra oſtendimus. Fuit itaque regione IX. ſive Circo Flaminio ad Tiberim. Idque evincitur etiam præſenti loco Dionis, ubi ludos hos & naumachiam dicit factam ἔξω, quod non vertendum erat *extra hunc locum*, nempe ubi prior naumachia Dioni deſcripta, ſed *extra urbem*; ſic p. 791. A. ἔξω accipitur. Nam prior naumachia in amphitheatro facta erat *urbe media*, ut ait *Suetonius* § 156. ſed regio hæc IX. tota erat extra urbem. vide *Nardinum* apud Græv. p. 1250. E. Inſtant: *Suetonius* 7. Titum uſum eſſe ait *veteri naumachia.* c. 7. Vetus, inquam, naumachia hæc ipſa vocatur, non ratione alterius novæ Auguſti, ſed ratione novæ naumachiæ, quam Domitianus excitavit. *Id.* Domit. 5. *Dio* p. 762. D. §47. vel, ſi mavis, naumachiæ Caligulæ, de qua *Dio* p. 647. D.

A.U.C.833 T. Veſpaſ. VIII. & Domitian. VII. COSS.

que belluarum facta eſt; lacu, qua parte ſtatuas ſpectat, aſſeribus inædificato, & foris ac tabulatis undique circumdato. Poſtridie ejus diei ludi circenſes, tertio die navale prœlium factum eſt, hominum trium millium: poſt hæc pedeſtris pugna conſequuta eſt. Nam Athenienſes, ſuperatis Syracuſanis, (his enim nominibus uſi pugnaverunt) in inſulam exſcenderunt, & murum quendam adorti, qui circum ejus loci monumentum ductus erat, ceperunt. Fuere per centum dies ejusmodi ſpectacula paſcendis oculis. Sed & plebi utile fuit, quod Titus parvos globos ligneos de ſuperiore loco jaceret in theatrum, qui teſſeram continebant alicujus eſculenti, veſtisve aut vaſis argentei, aut aurei, equorumque, & jumentorum, & pecudum, ac mancipiorum. Quos globos qui rapuiſſet, attuliſſetque ad diſpenſatores munerum; quod inſcriptum erat, conſequebatur.

μονομαχία [s] καὶ θηρίων σφαγὴ, [162] καταοικοδομηθείσης σανίσι τῆς κατὰ πρόσωπον τῶν εἰκόνων λίμνης, καὶ ἰκρία πέριξ λαβούσης. τῇ δὲ δευτέρᾳ, ἱπποδρομία· καὶ τῇ τρίτῃ, ναυμαχία τρισχιλίων ἀνδρῶν· καὶ μετὰ τοῦτο καὶ πεζομαχία ἐγένετο. νικήσαντες γὰρ [163] οἱ Ἀθηναῖοι τοὺς Συρακουσίους, (τούτοις γὰρ τοῖς ὀνόμασι χρησάμενοι ἐναυμάχησαν) ἐπεξῆλθον ἐς τὸ νησίδιον, καὶ προσβαλόντες τείχει τινὶ περὶ τὸ μνημεῖον πεποιημένῳ, εἷλον αὐτό. ταῦτα μὲν ἐς ὄψιν ἥκοντα καὶ ἐφ' ἑκατὸν ἡμέρας ἐγένετο. παρέσχε D
δέ τινα καὶ ἐς ὠφέλειαν φέροντα αὐτοῖς. [t] σφαίρια [164] γὰρ ξύλινα μικρὰ ἄνωθεν ἐς τὸ θέατρον ἐρρίπτει, σύμβολον ἔχοντα, τὸ μὲν ἐδωδίμου τινὸς, τὸ δὲ ἐσθῆτος, τὸ δὲ ἀργυροῦ σκεύους, ἄλλο χρυσοῦ, ἵππων, ὑποζυγίων, βοσκημάτων, ἀνδραπόδων· ἃ ἁρπάσαντάς τινας ἔδει πρὸς τοὺς δοτῆρας [u] αὐτῶν ἀπενεγκεῖν, καὶ λαβεῖν τὸ ἐπιγεγραμμένον.

A.U.C.834 Flavio Baſſo & Aſin. Pollione COSS.

26. His peractis rebus, poſtremo die flevit, inſpectante univerſo populo, nec amplius quicquam magnum geſſit: ſed inſequenti anno, Flavio & Pollione conſulibus, dedicatis jam iis, quæ ſupra dicta ſunt, in iisdem aquis, in quibus pater obierat, mortuus eſt. Fama eſt, fratrem ei mortem attuliſſe; præſertim, quod inſidiis ab eo petitus ante fuerat; alii morbo exſtinctum tradunt. Quum enim adhuc reſpiraret, poſſetque forſan convaleſcere, Domitianus ipſum in arcam plenam nivis conjecit, quo celerius moreretur. Eo quidem certe adhuc vivo Romam equo vectus abiit, introiitque in caſtra, ac nomen & potentiam imperatoris accepit, deditque militibus, quantum eis frater dederat. Titus moriens, in uno ſe tantum deliquiſſe

Διατελέσας δὲ ταῦτα, καὶ τῇ γε τελευταίᾳ ἡμέρᾳ [165] κατωδακρύσας, ὥστε πάντα τὸν δῆμον ἰδεῖν, οὐδὲν ἔτι μέγα ἔπραξεν, ἀλλὰ τῷ ἐπιγιγνομένῳ ἔτει, [166] ἐπί E
τε τοῦ [x] Φλαβίου καὶ ἐπὶ τοῦ Πωλίωνος τῶν ὑπάτων, καθιερώσας ὅσα εἴρηται, μετήλλαξεν [167] ἐν τοῖς ὕδασιν, ἐν οἷς καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ· ὡς μὲν ἡ φήμη λέγει, [168] πρὸς τοῦ ἀδελφοῦ, ἄλλως θ' ὅτι καὶ πρότερον [y] ἐπεβεβούλευτο ὑπ' αὐτοῦ· ὡς δέ τινες γράφουσι, νοσήσας. ἔμπνουν [z] γάρ τοι αὐτὸν ὄντα, καὶ τάχα περιγενέσθαι δυνάμενον, ἐς λάρνακα χιόνος πολλῆς γέμουσαν ὁ Δομιτιανὸς ἐνέβαλεν, [a] ἵνα θᾶσσον ἀποθάνῃ. ἔτι γοῦν ζῶντος αὐτοῦ ἔς τε τὴν Ῥώμην ἀφίππευσε, καὶ ἐς τὸ στρατόπεδον εἰσῆλθε, τήν τε ἐπίκλησιν καὶ τὴν ἐξουσίαν τοῦ αὐτοκράτορος ἔλαβε, δοὺς αὐτοῖς ὅσον περ καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἐδεδώκει. ὁ δ' οὖν Τίτος ἀποψύχων, εἶπε μὲν, ὅτι [169] Ἓν μόνον ἐπλημμέλησα·

[s] μονομαχία καὶ θηρ. ναυμαχία legiſſe videtur Blancus, *bellum navale*. τε καὶ θηρίων. Coisl. Br. [t] σφαίρια. σφαιρία, RS. Z. Coisl. Br. [u] αὐτῶν. ſic & Z. intellige munera. ſed αὐτοῦ, vir doctus ad marg. & Blancus interpres, reddens *diſpenſatores Titi*. poſt ſequens ἐπιγεγραμμένον, Z. p. 579. B. addit: τούτου δεῖ καὶ ἡ ἀοίδιμος ἐκείνη φωνὴ εἰπόντος· σήμερον οὐκ ἐβασίλευσα, ἐπεὶ οὐδένα εὐηργέτησα. [x] Φλαβίου. ſcribo Πλαυτίου, quod verum huic conſuli nomen fuit. L. ſic ſcribi mavult etiam Glandorpius Onomaſt. p. 345. vid. not. [y] ἐπεβεβούλευτο. ἐπεβούλευτο, HS. edit. min. perperam. [z] ἔμπνουν γάρ τοι αὐτόν. rectius, ἔμπνουν γὰρ ἔτι αὐτόν. L. [a] ἵνα θᾶσσον ἀποθάνῃ. hæc omittit Z. eorumque loco ponit: ὡς δεομένης τῆς νόσου τάχα τινὸς περιψύξεως. unde conjicio, Dionem utrumque ſcripſiſſe, hoc nexu: λόγῳ μὲν, ὡς δεομένης &c. ἔργῳ δὲ, ἵνα θᾶσσον ἀποθάνῃ.

§ 162. (l. 95.) καταοικοδομηθείσης σανίσι] Hæc eſt *Naumachia præcluſa*, in qua cœnabat Nero. *Suet.* Ner. 27. Nempe navibus aut vaſis vinariis tabulata ſuperinjiciebantur, p. 699. § 141. p. 707. D. § 77. ut lacus his tegeretur. Quod tamen hic non ſuper toto lacu factum, ſed qua parte ſtatuas ſpectabat: intelligo ſtatuas Caji & Lucii Cæſarum, quæ ad lacum poſitæ erant. Eorum forte & μνημεῖον fuit, hic memoratum & lib. LXXVIII.

§ 163. (l. 100.) οἱ Ἀθηναῖοι τοὺς Συρακουσίους] Ita acciderat initio belli, quod Athenienſes Syracuſanis intulerunt. *Diodor. Sic.* XIII. 9. T. I. p. 548. ſq. quanquam poſtea Syracuſani vicerint. *id.* c. 13. p. 551. ſq.

§ 164. (l. 7.) σφαίρια γὰρ ξύλινα] De his dixi p. 698. § 124.

§ 165. (l. 15.) κατωδακρύσας] Confirmat *Suetonius* 10. *Victor* Epit. X. 15.

§ 166. (l. 16.) ἐπί τε τοῦ Φλαβίου] Male vulgo in Faſtis, M. Plautius Silvanus & M. Annius Verus Pollio, hi Coſſ. nominantur. Veriora nomina Dioni conſentanea ex monumento Fratrum Arval. detexit vir Præſtantiſſimus *Phil. a Turre* Monum. vet. Antii I. 7. p. 95. *L. Fl. Silva Nonius Baſſus & Aſinius Pollio Verrucoſus.*

§ 167. (l. 18.) ἐν τοῖς ὕδασι] Aquis Cutyliis p. 753. A. § 109.

§ 168. (l. 20) πρὸς τοῦ ἀδελφοῦ] *Veneno*, inquit *Victor.* Cæſ. X. 5. XI. 1. *Suidas* Δομιτ. *Evagrius* III. 41. *lepore marino*, ὑπὸ τοῦ θαλαττίου λαγώ, *Philoſtratus* Apollon. VI. 32. & *Tzetzes* Chil. VI. v. 278. θαλάττιος, *Euſebius* Chron. priore: neſcio an ex fabula Judaica, Titum muſca in cerebrum ejus immiſſa periiſſe, de qua conſulendus *Jo. Morinus* in Exercit. Bibl. p. 356. & 382. b. Addit tamen Euſebius: ὡς δὲ Ἕλληνες ἱστοροῦσι, φαρμάκῳ Δομετιανὸς αὐτὸν ἀνεῖλεν. Sed in latinis Hieronymi: *Titus morbo periit.* *Plutarchus* de tuenda ſanit. p. 123. D. Titum inter eos refert, quos balneum perdidit, & qui jam cibum capere non poſſunt niſi loti: ὧν καὶ Τίτος ἦν ὁ αὐτοκράτωρ, ὥς φασιν οἱ νοσηλεύσαντες. *Febris nactus*, ait *Suetonius* 10. ſed in Domitiano 2. *Neque ceſſavit ex eo inſidias ſtruere fratri clam palamque: quoad correptum gravi valetudine, prius quam plane efflaret animam, pro mortuo deſeri juſſit.* *Cedrenus* p. 217. B. ſicut *Dio* ſtatim, in ciſtam nive plenam conjectum refert. Inconſtantia autem hiſtoricorum oſtendit, nihil certi de morte ejus in vulgus emanaſſe.

§ 169. (l. 29.) ἓν μόνον ἐπλημμέλησα] Plane hic Dio expreſſit *Suetonium* Tit. 10. *Eripi ſibi vitam immerenti: neque enim exſtare ullum ſuum factum pœnitendum, excepto duntaxat uno. Id quale fuerit, neque ipſe tunc prodidit, neque cuiquam facile ſuccurrit. Quidam opinantur, conſuetudinem recordatum, quam cum fratris uxore habuerit; ſed nullam habuiſſe, perſancte Domitia jurabat, haud negatura, ſi qua omnino fuiſſet,*

λησω· τί δὲ δὴ τοῦτο εἴη, οὐ διεσάφησεν, ἀλλ' οὐδ' ἄλλος οὐδεὶς ἀκριβῶς [b] ἀνέγνω. οἱ μὲν γὰρ τὸ, οἱ δὲ τὸ κατείκασαν. κρατεῖ δ' οὖν, ὡς μέν τινες λέγουσιν, ὅτι τὴν Δομιτίαν τὴν τοῦ ἀδελφοῦ γυναῖκα ἔσχεν· [c] οἱ δ' ἕτεροι, (οἷς ἐγὼ πείθομαι) ὅτι τὸν Δομιτιανὸν σαφῶς ἐπιβουλεύσαντά οἱ λαβὼν, οὐκ ἀπέκτεινεν, ἀλλ' αὐτός τε ὑπ' ἐκείνου παθεῖν τοῦτο μᾶλλον εἵλετο, καὶ τὴν τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἀνδρὶ τοιούτῳ ἐξέδωκεν, οἷον ἡ διέξοδος τοῦ λόγου δηλώσει. ἦρξε δὲ δύο ἔτη καὶ μῆνας δύο, ἡμέρας τε εἴκοσιν,
170 ὡς προείρηται.

quiſſe dixit; id autem quid eſſet, non aperuit, nec quiſquam certo novit, aliud aliis conjicientibus. Potior ſententia eſt, ut nonnulli tradunt, quod Domitiam uxorem fratris amaviſſet: alii putant, (quibus ego aſſentior) quod Domitianum manifeſto deprehenſum in adparatu inſidiarum, non interfeciſſet, ſed id ab eo pati maluiſſet: & quod traderet imperium Romanum tali viro, qualem hiſtoriæ filum declarabit. Regnavit, ut ſupra dictum eſt, annos duos, menſes duos, dies viginti.

A.U.C 834 Fl. Baſſo & Aſin. Pollione COSS.

b ἀνέγνω. forſan aptius diviſe, ἂν ἔγνω. Sylb. ſimplicius, ἔγνω. L. *c* ſcio ἔχειν in amoribus uſurpari: & tamen hic malim ἐν ἔρωτι ἔχειν. quanquam cum vulgata facit Z. οἱ δ' ἕτεροι. ſic Sylb. HS. edit. maj. & L. οἱ δὲ ἕτεροι, RS. & HS. edit. min. item Br.

ſet, imo etiam gloriatura, quod illi promtiſſimum erat in omnibus probris.

§ 170. (l. 40.) ὡς προείρηται] Supra p. 754. A. § 119.

DIONIS
HISTORIÆ ROMANÆ.
LIBRI LXVII. EXCERPTA
PER
JO. XIPHILINUM.

Inſeruntur Fragmenta Dionis integra, quæ reperiri potuerunt.

SUMMA CAPITA LIBRI LXVII.

Domitiani ſævum ingenium: odium in patrem fratremque. c. 1. 2.

Domitiam repudiat: Juliam amat: Veſtales occidit. c. 3.

Germanicum bellum. c. 4. 5.

Bellum Dacicum cum Decebalo. c. 6. 7.

Spectacula & convivia Domitiani nocturna. c. 8. 9.

Dacico bello geſta. c. 10.

Antonius, Germaniæ præſes, rebellat; multi occiduntur. c. 11 — 14.

Ut Domitianus, inſidiis a quibusdam ſtructis, occiſus fuerit. c. 15 — 18.

Temporis ſpatium.

poſt C.N.	U.C.			DOMIT.
81.	834.	L. Fl. Silva Nonius Baſſus	& Aſinius Pollio Verrucoſus Coſſ.	I. 13. Sept.
82.	835.	Domitianus Aug. VIII,	& T. Flavius Sabinus.	II.
83.	836.	Domitianus Aug. IX,	& Q. Petilius Rufus II.	III.
84.	837.	Domitianus Aug. X,	& T. Aurelius Sabinus.	IV.
85.	838.	Domitianus Aug. XI,	& T. Aurelius Fulvus,	V.
86.	839.	Domitianus Aug. XII,	& Ser. Cornelius Dolabella.	VI.
87.	840.	Domitianus Aug. XIII,	& A. Voluſius Saturninus.	VII.
88.	841.	Domitianus Aug. XIV,	& L. Minucius Rufus.	VIII.
89.	842.	T. Aurelius Fulvus II,	& A. Sempronius Atratinus.	IX.
90.	843.	Domitianus Aug. XV,	& M. Coccejus Nerva II.	X.
91.	844.	M. Ulpius Trajanus,	& Manius Acilius Glabrio.	XI.
92.	845.	Domitianus Aug. XVI,	& Q. Voluſius Saturninus.	XII.
93.	846.	Sex. Pompejus Collega	& Cornelius Priſcus.	XIII.
94.	847.	L. Nonius Aſprenas,	& M. Arricinius Clemens.	XIV.
95.	848.	Domitianus Aug. XVII,	& T. Flavius Clemens.	XV.
96.	849.	Manlius Valens,	& Antiſtius Veter.	XVI. †18. Sept.

A.U.C.834 Flavio & Pollione COSS.

1. Domitianus homo erat audax & iracundus; idem præterea inſidiator & occultus: itaque ex altero præceps, ex altero fraudulentus erat. Multa enim nonnullis damna, irruens celeriter inſtar fulminis, multa contra & præmeditatus inferebat. Minervam præcipue ex omnibus diis coluit, atque ob eam cauſam Quinquatria magnifice celebravit: in quibus certamina poetarum, oratorum, gladiatorumque quotannis fere exhibebat in Albano. *Nam

Δομιτιανὸς [1] δὲ [a] ἦν μὲν καὶ θρασὺς καὶ 759
ὀργίλος, ἦν δὲ καὶ ἐπίβουλος καὶ κρυψίνους· ὥστε ἀφ' ἑκατέρων, τῶν μὲν τὸ προπετὲς, τῶν δὲ τὸ δόλιον ἔχων, πολλὰ μὲν [b] ὡς σκηπτὸς ὀξέως ἐμπίπτων τισὶν, ἐλυμαίνετο, πολλὰ δὲ καὶ ἐκ παρασκευῆς ἐκακούργει. [c] Θεὸν μὲν γὰρ [2] τὴν Ἀθηνᾶν ἐς τὰ μάλιστα ἤγαλλε, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὰ [3] Παναθήναια μεγάλως ἑώρταζε· καὶ ἐν αὐτοῖς ἀγῶνας καὶ ποιητῶν καὶ λογογράφων, μονομάχων B
τε κατ' ἔτος, ὡς εἰπεῖν, ἐν τῷ Ἀλβανῷ ἐποίει. τοῦτο

a ἦν μὲν καί. ἦν μὲν γὰρ καί. Peir. forte alio nexu antecedentium. *b* ὡς σκηπτὸς. ὥσπερ σκηπτὸς, Peir.
c Θεὸν μέν. Θεῶν μέν. Pal. & ſic Sylb.

§ 1. (l. 1.) Δομιτιανὸς δὲ ἦν μὲν &c.] T. Flavius Sabinus Domitianus, ut integre ſcribitur apud *Goltzium* p. 58. B. natus teſte *Suetonio* Domit. 1, 1. IX. Kal. Nov. ſeu 24 Octob. patre Conſule deſignato, id eſt, A. U. C. 804. Chr. 51. initio a cæde abhorruit, *Id.* 9, 1. deinde inopia rapax, metu ſævus, *Id.* 3, 3. tum & magnæ & callidæ inopinatæque ſævitiæ. *Id.* 11, 1. Deſcribunt vitia ejus, præter alios, *Jo. Antiochenus* in Exc. Peir. p. 817. ſq. *Suidas* in Δομιτιανός. *Philoſtratus* Apollon. VII. 4.

§ 2. (l. 6.) τὴν Ἀθηνᾶν] Pleroſque Imperatores peculiare numen ſupra cetera coluiſſe, & in numis expreſſiſſe, annotavit *Patinus* ad Suet. c. 15. Minerva frequens in Domitiani numis, qui adeo Minervæ filius videri volebat, ut refert *Philoſtratus* Apollon. VII. 24. ſic ut Tarentinum quendam magiſtratum ideo accuſatum ſcribat, quod ſacrificans publicis precibus non addidiſſet, Domitianum Minervæ filium eſſe. Vide ibi *Olearium*. Domum qua natus erat, regione urbis VI. ad Malum Punicum, poſtea in templum gentis Flaviæ convertit. *Suet.* 1. *Martial.* IX. 2. nempe, ut ex *P. Victore* Reg. VI. apparet, *templum Minervæ Flavianæ*. *Euſebius* inter opera Romæ a Domitiano exſtructa refert *Minervam Chalcidicam*, quod fanum, ab Auguſto dedicatum, teſte *Dione* p. 459. D. Domitianus inſtauraſſe merito videtur *Joſepho Scaligero* p. 203. b. Attamen, quoniam id fuit regione urbis IX. non confundi debet cum templo Minervæ Flavianæ, a Domitiano pariter exædificato. Odeum quoque Domitiani Regione IX. *Minervium & Templum Palladis novum* fuiſſe dictum, cenſet *Theod. Marcilius* ad Suet. Domit. c. 5. Conf. & *Statium* Sylv. IV. 1. 22.

§ 3. (l. 8.) Παναθήναια μεγάλως ἑώρταζε] *Suetonius* 4. *Celebrabat & in Albano quotannis Quinquatria Minervæ, cui collegium inſtituerat, ex quo ſorte ducti magiſterio fungerentur, redderentque eximias venationes, & ſcenicos ludos, ſuperque oratorum ac poetarum certamina.* Apud Græcos Παναθήναια μεγάλα quinto quoque anno celebrabantur, inter alia, muſicis & poeticis certaminibus: μικρὰ autem quotannis. vide *Meurſii* Panathenaica T. VII. Theſ. Gronov. p. 85. ſqq. Et tamen credibile eſt, majora Panathenæa a Domitiano inſtituta eſſe; niſi adeo expreſſius pro μεγάλως placeat μεγάλα, quod tamen minus neceſſarium eſſe fateor.

[4] τοῦτο γὰρ τὸ χωρίον ὑπὸ τὸ ὄρος τὸ Ἀλβανὸν, ἀφ' οὗπερ οὕτως ὠνομάσθη, [d] ὄν, ὥσπερ τινὰ ἀκρόπολιν ἐξείλετο. ἄνθρωπον δὲ ἐφίλησε μὲν ἀληθῶς οὐδένα, πλὴν γυναικῶν τινων [5] ἐπλάττετο δὲ ἀγαπᾷν ἀεὶ, ὃν ἀεὶ μάλιστα ἀποσφάξαι ἤθελεν. οὕτω γὰρ ἄπιστος καὶ πρὸς αὐτοὺς τοὺς χαριζομένους τι, [e] ἔς τε τὰ δεινότατα ὑπηρετοῦντας αὐτῷ,
C ἐγένετο, ὥσθ' ὁπότε τινὲς ἢ χρήματα αὐτῷ πολλὰ πορίσειαν, ἢ ἀνθρώπους πολλοὺς συκοφαντήσειαν, πάντως αὐτοὺς ἔφθειρε, καὶ μάλιστα τοὺς δούλους τοὺς κατὰ δεσποτῶν τι [f] μηνύσαντας. [καὶ οὕτω καὶ ἐκεῖνοι, καίπερ ἀργύριον, καὶ τιμὰς, καὶ ἀρχὰς ὁμοῦ οἱ λαμβάνοντες, οὔτ' ἐντιμότερον τῶν ἑτέρων, οὔτ' ἀσφαλέστερον διῆγον. ἀλλ' ἐπ' αὐτοῖς, οἷς ὑπὸ τοῦ Δομιτιανοῦ παρακαλούμενοι ἔπραττον, ἀπώλλυντο, ἵνα δὴ καὶ τὰ ἀδικήματα ὑπ' αὐτῶν μόνων γεγονέναι δοκῇ. τῇ δ' αὐτῇ ταύτῃ διανοίᾳ καὶ προέγραψέ ποτε, ὅτι αὐτοκράτωρ ὅταν μὴ κολάζῃ τοὺς συκοφάντας, [6] αὐτὸς σφᾶς ποιεῖ τοιούτους.]

Τοιοῦτος δὲ δὴ πρὸς πάντας παρ' ὅλην τὴν ἡγεμονίαν γενόμενος, πολὺ καὶ ἑαυτὸν ὑπερεβάλετο ἐν τῇ τῶν [7] τοῦ πατρὸς τοῦ τε ἀδελφοῦ φίλων ἀτιμίᾳ τε καὶ ὀλεθρίᾳ μεταχειρίσει. [g] [καίτοι καὶ αὐτὸς [8] γράμμα ἐξέθηκε, τηρῶν πάντα τὰ πρός τε ἐκείνων καὶ πρὸς τῶν ἄλλων αὐτοκρατόρων δοθέντα τισίν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν καλλώπισμα ἄλλως ἦν.] ἐμίσει τε γὰρ αὐτοὺς, ὅτι μὴ πάνθ' ὅσα ᾔτει, πολλά τε καὶ οὐ προσήκοντα [h] ὄντα, παρέχοι αὐτῷ· καὶ ὅτι ἐν τιμῇ τινι ἐγεγένηντο. [i] [πᾶν γὰρ τὸ ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς ἀγαπηθέν τε ὑπ' αὐτῶν καὶ δυνηθὲν, ἐν ἐχθροῦ μοίρᾳ ἐτίθετο.] καὶ διὰ τοῦτο, [i] καίπερ καὶ αὐτὸς [9] Ἐαρί-
D νου τινὸς εὐνούχου ἐρῶν, ὅμως, ἐπειδὴ καὶ ὁ Τίτος ἰσχυρῶς [10] περὶ τοὺς ἐκτομίας ἐσπουδάκει, ἀπηγόρευσεν ἐπὶ ἐκείνου ὕβρει, μηδένα ἔτι ἐν τῇ τῶν Ῥωμαίων ἀρχῇ ἐκτέμνεσθαι. τὸ δ' ὅλον, ἔλεγε τοὺς αὐτοκράτορας, τοὺς μὴ πολλοὺς κολάζοντας, οὐκ ἀγαθοὺς, ἀλλ' εὐτυχεῖς εἶναι. [k] [αὐτὸς δ' οὐκ ἐφρόντιζεν οὐδὲ τῶν τὸν Τίτον ἐπαινούντων, ὅτι μηδένα βουλευτὴν ἀπέκτεινεν, οὐδ' ὅτι ἡ γερουσία πολλάκις ἠξίου ψηφισθῆναι, μὴ ἐξεῖναι τῷ αὐτοκράτορι [11] τῶν ὁμοτίμων

Nam cum locum ab Albano monte, ſub quo erat, ita cognominatum, tanquam arcem aliquam elegerat. Neminem unquam vere dilexit, præter paucas mulieres: quanquam eum ſe diligere ſimulabat ſemper, quem cum maxime interfectum cuperet. Tam perfidus autem erat erga illos ipſos, qui aliquid ei gratificabantur, aut obſequebantur in indigniſſimis rebus; ut eos, poſtquam maximam ipſi pecuniam ſuppeditaſſent, aut multos homines eſſent calumniati, nihilominus perderet, præſertim ſervos, ſi quid contra dominos detuliſſent. [Adeo & illi, tametſi præmia atque honores, & magiſtratus una cum ipſo acciperent, nihilo majore quam cæteri dignitate aut ſecuritate agebant; ſed ob hæc ipſa, quæ rogati a Domitiano patraverant, necabantur, quo ab iis ſolis profecta eſſe viderentur ſcelera. Eoque conſilio quondam in edicto ſcripſit, principem, qui delatores non puniat, ipſum tales efficere.] A.U.C. 834 Flavio & Pollione COSS.

2. Quumque ſe talem erga omnes præſtiterit ſemper in ſuo principatu, tum vero ſe ipſum longe ſuperavit, patris fratriſque amicis ignominia & exitio afficiendis; [quamvis cuncta ab iis & ſuperioribus principibus conceſſa beneficia ipſe edicto confirmaſſet. Verum id ad ſpeciem boni temere ſimulaverat.] Eos enim oderat propterea, quod ſibi non omnia, quæ poſtulabat, quorum erant & multa & minus honeſta, conceſſiſſent; & quod antea in aliquo honore fuiſſent. [Quicunque enim aut patri aut fratri acceptiſſimi exſtitiſſent, & apud illos potentia valuiſſent, eos ipſe hoſtium habebat loco.] Quam ob rem, etſi ipſe Earinum eunuchum amabat, tamen quod Titus exſectos quoque plurimum dilexerat, vetuit in ejus contumeliam, ne quis in poſterum intra fines imperii Romani caſtraretur. Cæterum dicebat, imperatores, a quibus non multi homines punirentur, fortunatos magis, quam bonos eſſe. [Idem ſpernebat eos, qui Titum laudabant propterea, quod neminem ſenatorem occidiſſet; nec movebatur deſiderio patrum identidem flagitantium, ut Senatusconſultum fieret, quo necandi ſenatoris

§94. (l. 87.) διαβληθεὶς ὑπ' ἀστρολόγων] Credo, quod *habere imperatoriam geneſin ferebatur*, ut Metius Pompoſianus p. 765. §66. nam aſtrologorum reſponſis multum commovebatur Domitianus, teſte *Suetonio* 14. 15. Sed *Suidas* in Δομετιανός· Νέρβαν μετέστησεν, ὡς ἐπιβουλεύοντα τῇ βασιλείᾳ. Et ſic *Philoſtratus* Apollon. VII. 8. de Orfito, Rufo, & Nerva: τούτους Δομετιανὸς ἐπιβουλεύειν ἑαυτῷ φήσας, οἱ μὲν ἐς νήσους κατέρχθησαν, Νερούᾳ δὲ προσέταξεν οἰκεῖν Τάραντα. Quæ imputata facilius concilio cum Dione, quam tentata, ut mox tradit Philoſtratus: ὁρμῆς μὲν ἐνδειξάμενοί τι ἐπὶ τὸν τύραννον, ἔπειτ' ἐκπεσόντες ὧν ἀνενοῦντο.

§95. (l. 94.) ἀπεσφάξεν ἂν] Nervam in exilium actum eſſe, præter *Philoſtratum* l. c. & c. 11. p. 287. *Suidas*, in Δομετιανός, refert. *Victor* Cæſ. XII. 2. ait, eum ad Sequanos tyranni metu defeciſſe, ibique imperium arbitrio legionum cepiſſe. Sed Romæ tum fuiſſe Nervam, ex Dione colligitur: & tota illa narratio Philoſtrati de Apollonio Romam profecto, ſeque & Nervam abſentem defendente, mihi ſuſpecta eſt, ut exilium Nervæ malim in medio relinquere. Quis enim revocaſſet Romam?

§96. (l. 2.) Ῥούστικον ξίφει προσιέναι οἱ] Arulenum Ruſticum, quem interfecerat. p. 765. D. §75.

§97. (l. 3.) τὴν Ἀθηνᾶν] Aliter *Suetonius* 15. *Minervam, quam ſuperſtitioſe colebat,* (vide ſupra p. 759. §2.) *ſomniavit excedere ſacrario, negantem ultra ſe tueri eum poſſe, quod exarmata eſſet a Jove.* Alia etiam prodigia legas ibid.

§98. (l. 8.) Λαργῖνός τις Πρόκλος] *Suetonius* 16. *Dehinc mane aruſpicem ex Germania miſſum, qui conſultus de fulgure mutationem rerum prædixerat, audiit condemnavitque.*

§99. (l. 17.) ἕτερος τέ τις] Aſcletarion, ut prodidit *Suetonius* 15. rem eandem narrans. Aſclepius, male, vocatur in *Chron. Paſchali.* Νεροίαν appellat Cedrenus. p. 245. C.

§100. (l. 22.) ζῶν κατακαυθῆναι] Ita & *Zonaras.* At *Suetonius* 15. *interfici quidem ſine mora, ſed ad coarguendam temeritatem artis, ſepeliri quoque accuratiſſime imperavit. Quod cum fieret, evenit, ut repentina tempeſtate, dejecto funere, ſemiuſtum cadaver diſcerperent canes.* Imo liberatum a canibus, non laceratum, ſcribit *Conſtantin. Manaſſes* Comp. Chron. p. 43. ſq.

§101 (l. 31.) τοῦ ξίφους ὃ ἀεί] Refert *Suetonius* 17. *puerum,* qui curæ larium cubiculi præerat, *juſſum a Domitiano, ad primum ſtatim vulnus, pugionem pulvino ſubditum porrigere, ac miniſtros vocare, neque ad caput quidquam, excepto capulo, & præterea omnia clauſa reperiſſe.*

§102. (l. 34.) τὸν Στέφανον ἐῤῥωμενέστερον — ἐσέπεμψε] *Stephanus Domitillæ procurator, & tunc interceptarum pecuniarum reus, conſilium operamque obtulit: ac ſiniſteriore brachio velut ægro, lanis faſciisque per aliquot dies ad avertendam ſuſpicionem obvoluto, ad ipſam horam dolum interjecit: profeſſusque conſpirationis indicium, & ob hoc admiſſus, legenti traditum a ſe libellum & attonito ſuffodit inguina.* *Sueton.* 17. adde *Victorem* Epit. XI. 11. De ſimulatione vulneris eadem *Philoſtratus* Apollon. VIII. 25. p. 366. addens, Stephanum intromiſſum ἐς τὸν ἀνδρῶνα, dixiſſe: Clemens non eſt mortuus, ut tu arbitraris, ſed adverſus te nunc quidem ſe comparat. Hæc utcunque conciliantur. Sed quis ferat auctorem *Chronici Alexandrini*, quando a Senatoribus in templo Jovis, ubi ſacra facturus erat, interfectum dicit?

§103. (l. 36.) ἀλλὰ καταβληθεὶς ὑπ' αὐτοῦ] Conf. *Sueton.* 17. & *Philoſtratum* l. c.

A.U.C.849 Manl. Valente & Antiſt. Vetere COSS.

terram proſtratus eſt. Tum Parthenius veritus, ne Domitianus evaderet, irrupit; aut Maximum inſuper libertum (ut quidam putant) immiſit. Ita tum Domitianus occiſus eſt, etiam Stephanus, accurrentibus in eum ſubito iis, qui conſcii conjurationis non fuerant, una periit.

18. Quod vero paulo ante dicebam, mihi præ cæteris admirabile videri; hoc eſt, quod Apollonius quidam Tyaneus eo ipſo die & hora eadem, qua Domitianus occidebatur, (nam id exacte poſtea reſcitum eſt ex iis, qui utrobique fuerunt) quum in editum ſaxum, ſive Epheſi, ſive alibi, conſcendiſſet; multitudine hominum convocata, in hunc modum dixit: "Recte vero Stephane, bene Stephane, percute homicidam: percuſſiſti, vulneraſti, occidiſti." Quod etſi millies ſe credere, quis neget, tamen hoc modo accidit. Vixit Domitianus annos quatuor & XL. menſes X. dies ſex & XX. Regnavit annos XV. dies V. Corpus ejus Phyllis nutrix furata ſepelivit.

βληθεὶς ὑπ' αὐτοῦ ἔκειτο. οὕτω [m] δ[illegible] διαφύγῃ, ἐπεισεπήδησεν, ἢ, ὥς [illegible] [104] Μάξιμον ἐξελεύθερον ἐπεισέπεμψ[illegible] Δομιτιανὸς οὕτω κατεσφάγη, καὶ ὁ Στέφ[illegible], παραχρῆμα συνδραμόντων ἐπ' αὐτὸν τῶν οὐ συμμετεσχηκότων τῆς συνωμοσίας, [n] προσαπώλετο.

Ὃ δ' εἶπον, ὅτι ὑπὲρ πάντα τἆλλα θαυμάσας ἔχω, τόδ' ἐστὶν [105] Ἀπολλώνιός τις Τυανεὺς ἔν τε τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ καὶ τῇ ὥρᾳ αὐτῇ ἐκείνῃ, ἐν ᾗ ὁ Δομιτιανὸς ἐσφάττετο, (τοῦτο γὰρ ὕστερον ἐκ τῶν ἑκατέρωθεν γενομένων ἠκριβώθη) ἀναβὰς ἐπί τινα λίθον ὑψηλὸν ἐν Ἐφέσῳ, ἢ καὶ ἑτέρωθι, καὶ συγκαλέσας τὸ πλῆθος, ταῦτα εἶπε· "Καλῶς Στέφανε, εὖγε Στέφανε, παῖε τὸν μιαιφόνον. ἔπληξας, ἔτρωσας, ἀπέκτεινας." τοῦτο μὲν οὕτως ἐγένετο, κἂν μυριάκις τις ἀπιστήσῃ. Δομιτιανὸς δὲ [106] ἔζησε μὲν ἔτη τέσσαρα καὶ τεσσαράκοντα, μῆνας δέκα, καὶ ἡμέρας ἓξ καὶ εἴκοσιν· ἐμονάρχησε δὲ ἔτη πεντεκαίδεκα, καὶ ἡμέρας πέντε· καὶ αὐτοῦ τὸ σῶμα [107] Φυλλὶς ἡ τροφὸς κλέψασα ἔθαψεν.

m οὕτω δὲ. aptius forte τοῦτο δὲ. Sylb. n προσαπώλετο. verbum hoc addidi ex Z. quod male omiſſum videtur a Xiph. aut ejus exſcriptoribus, nam durius eſt, κατεσφάγη hic repetere.

§ 104. (l. 39.) Μάξιμον ἐξελεύθερον] *Suetonius* 17. *Saucium ac repugnantem adorti Clodianus cornicularius, & Maximus Parthenii libertus, & Saturius decurio cubiculariorum, & quidam e gladiatorio ludo, vulneribus ſeptem contrucidaverunt.*

§ 105. (l. 45.) Ἀπολλώνιός τις Τυανεὺς] Narrat fuſius *Philoſtratus* VIII. 26. ſq. cumque laudans *Tzetzes* Chil. III. v. 962. ſqq. Quid autem de tota Apollonii fabula ſentiendum ſit, vel ex eo judicari poteſt, quod idem antea delatus apud Domitianum, & in vinculis ad eum adductus, dicitur diſparuiſſe, & Puteolis tridui a Roma itinere eadem hora viſus eſſe: quod brevibus ex Philoſtrati lib. VII. VIII. 10. ſq. narrat *Cedrenus* p. 245. C. D.

§ 106. (l. 54.) ἔζησε μὲν] *Suetonius* 17. *Occiſus eſt XIV. Kal. Octobris* (d. 18 Sept. A. U. C. 849. Chr. 96.) *anno ætatis XLV. imperii XV.* Eadem ætas tempusque imperii apud *Eutropium* VII. 15. 7. *Victorem* Cæſ. XI. 7. *poſt annum XLV. vitæ*, ait alter *Victor* Epit. XI. 12. Taceo ceteros, parum hinc abeuntes, præter *Euſebium* Hieronymi, ubi tamen pro *anno ætatis XXXV*, reſcribendum puto XLV. *Chryſeros* regnaſſe dicit ἔτη ιε'. μῆνας ε'. ἡμέρας ς', *Nicephorus* ἔτη ιε'. μῆνας ι'. Natus eſt A. U. C. 804. d. 24 Octob. vide ſupra p. 759. § I. Cœpit regnare d. 13 Sept. A. U. C. 834. vide p. 754 § 119. quæ exacte calculo Dionis conveniunt, quem Zonaras quoque ſervavit; niſi quod accuratius dies VI. ſupra annos XV. imperii numeraveris.

§ 107. (l. 57.) Φυλλὶς ἡ τροφὸς] *Suetonius* 17. *Cadaver ejus populari ſandapila per veſpillones exportatum, Phyllis nutrix in ſuburbano ſuo Latina via funeravit: ſed reliquias templo Flaviæ gentis clam intulit, cineribusque Juliæ filiæ Titi, quam & ipſa educaverat, commiſcuit.*

DIONIS
HISTORIÆ ROMANÆ
LIBRI LXVIII. EXCERPTA
PER
JO. XIPHILINUM.

Inſeruntur Fragmenta Dionis integra, quæ reperiri potuerunt.

SUMMA CAPITA LIBRI LXVIII.

Domitiani pleraque reſcinduntur. c. 1.
Nervæ Cæſ. Aug. virtutes: in Virginium benignitas. c. 2.
Craſſi conjuratio: prætorianorum ſeditio: Trajani adoptio. c. 3.
Trajani patria & laus: Nerva moritur. c. 4.
Trajanus ut occeperit imperium. c. 5.
Bellum in Decebalum ſuſcipit, illi formidandus, ſuis charus. c. 6. 7.
Dacos vincit & de iis triumphat. c. 8 — 10.
Alterum adverſus Dacos bellum. c. 11. 12.
Ut ponte lapideo Trajanus Danubium ſtraverit. c. 13.
Decebalo exſtincto, Daci in provinciam redacti: Arabia capta. c. 14.
Legationes: Pomptinæ paludes ſtratæ: Statuæ bene meritis: columna Trajani. c. 15. 16.
Expeditio contra Parthos ob Exedarem Armenia pulſum, & Parthamaſirin inductum. c. 17. 18.
Parthamaſiridi Trajanum adeunti Armenia adimitur. c. 19. 20.
Ut Augarus Oſroenus a Trajano veniam impetrarit. c. 21.
De Mani & Maniſari legatis ad Trajanum. c. 22.
Trajanus Optimus: Niſibi & Batanis captis, Parthicus dicitur. c. 23.
De terræ motu ingenti Antiochiæ. c. 24. 25.
Tigride juncto, Adiabenen, Meſopotamiam, Cteſiphontem capit. c. 26 — 28.
Pleraque amittit & recuperat: Parthis regem dat. c. 29. 30.
Atrenos fruſtra oppugnat. c. 31.
Judæi in Cyrene, Ægypto, Cypro, rebellantes, per Luſium præcipue domantur. c. 32.
Parthi regem impoſitum ejiciunt: Trajanus moritur. c. 33.

769

Temporis ſpatium.

poſt C.N.	U.C.			NERVÆ
96.	849.	C. Manlius Valens,	& C. Antiſtius Veter.	I. †18. Sept.
97.	850.	Nerva Cæſ. Aug. III,	& L. Verginius Rufus III.	II.
98.	851.	Nerva Cæſ. Aug. IV,	& Nerva Trajanus Cæſ. II.	III. †27. Jan.
				TRAJANI
99.	852.	C. Soſius Senecio II,	& A. Cornelius Palma.	II.
100.	853.	Nerva Trajanus Aug. III,	& Sex. Jul. Frontinus III.	III.
101.	854.	Nerva Trajanus Aug. IV,	& Sex. Articulejus Pætus.	IV.
102.	855.	C. Soſius Senecio III.	& L. Licinius Sura II.	V.
103.	856.	Nerva Trajanus Aug. V.	& Q. Meſſius Maximus II.	VI.
104.	857.	Suburanus II.	& P. Neratius Marcellus.	VII.
105.	858.	Ti. Julius Candidus II,	& A. Julius Quadratus. II.	VIII.
106.	859.	L. Cejonius Commodus Verus,	& L. Cerealis.	IX.
107.	860.	C. Soſius Senecio IV.	& L. Licinius Sura III.	X.
108.	861.	Ap. Trebonius Gallus,	& M. Atilius Bradua.	XI.
109.	862.	A. Cornelius Palma II,	& C. Calviſius Tullus II.	XII.
110.	863.	Clodius Priſcinus,	& Solenus Orfitus.	XIII.
111.	864.	C. Calpurnius Piſo,	& M. Vettius Bolanus.	XIV.
112.	865.	Nerva Trajanus Aug. VI,	& C. Julius Africanus.	XV.
113.	866.	L. Celſus,	& Clodius Criſpinus,	XVI.
114.	867.	Q. Ninnius Haſta,	& P. Manilius Vopiſcus.	XVII.
115.	868.	L. Vipſtanus Meſſala,	& M. Pedo Virgilianus.	XVIII.
116.	869.	L. Ælius Lamia,	& Ælianus Veter.	XIX.
117.	870.	Quinctius Niger,	& C. Vipſtanus Apronianus.	XX. † 11 Aug.

ϒ Μετὰ δὲ Δομιτιανὸν, ¹ Νερούαν Κοκκήϊον οἱ Ῥωμαῖοι ἀπέδειξαν αὐτοκράτορα.

1. Poſt Domitianum, Coccejus Nerva a Romanis imperator deſignatus eſt. Odio autem A.U.C.849 Manl. Valente & Antiſt. Vetere COSS.

§ 1. (l. 1.) Νερούαν Κοκκήϊον] *M. Coccejus M. F. Nerva*, ut eſt in Inſcr. apud *Almeloveenium* præf. num. XVIII. licet Narnienſis ex Umbria dicatur origine, apud *Victorem* Epit. XII. 1. vel Cretenſis, Cæſ. XII. 1. v. *Triſtan.* I. p. 432. ſq. *Tillemont* II. p. 222. & *nobilitatis mediæ*, ὄντων περιφανῶν πατέρων *Eutropio*, VIII. 1, 2. tamen coævo *Frontino* teſte, de Aquæd. § 102. avum jam Romæ cognominem habuit, curatorem aquarum, ſcientia juris illuſtrem, eum quem & *Tacitus* IV. 58, 1. conſularem vocat, nempe conſulem ſuffectum A. U. C. 775. *Gruter.* CLXXXVII. 5. 13. DCII. 4. ſic ut noſter Romæ natus videatur; matre nempe Sergia Lænatis F. Plautilla, *Gruter.* CCXLVI. 2. vel Sergia Lænatiſſa Plautilla, apud *Sponium* Miſc. p. 268. Ipſe poſt duos Conſulatus, alterum cum Veſpaſiano A. U. C. 824. alterum cum Domitiano an. 843. geſtum, factus Imperator, p. 767. operam dante Petronio Secundo, præfecto prætorio, & Parthenio interfectore Domitiani. *Eutrop.* VIII. 1, 3. Virum, alioquin ab æquitate omnibus laudatum, corpore tamen animoque jam fractum fuiſſe, dicit *Philoſtratus* Apollon. VIII. 10. p. 343. imo ut timidum & conſternatum caſibus deſcribit *Victor* Epit. XII, 1. ſqq. quod & hiſtoria confirmat.

A.U.C.849 Manl. Valente & Antiſt Vetere COSS.

autem Domitiani, ſtatuæ ejus, quarum pleræque argenteæ, multæ & aureæ erant, conflatæ ſunt; ex quibus grandis pecunia redacta eſt. Fuere quoque arcus triumphales, quos uni plurimos fecerant, diſturbati. Nerva autem eos, qui rei facti erant impietatis, abſolvit; exulesque reſtituit. Servos vero, ac libertos, qui inſidias dominis ſuis fecerant, omnes interfici juſſit: & hujus generis hominibus ne aliud quidem dominis crimen impingere, nec cæteris quenquam impietatis, aut ritus Judaici accuſare permiſit. Complures etiam ex calumniatoribus capitis fuere damnati, quos inter & Suras philoſophus erat. Quum igitur ex eo tumultus haud vulgaris extitiſſet, quod omnes ab omnibus accuſarentur; fertur Fronto conſul dixiſſe: Malum quidem eſſe, imperatorem habere, ſub quo nemini liceat quicquam facere; ſed multo pejus eſſe, quum omnia liceant omnibus. Quibus auditis, Nerva talia fieri in reliquum tempus vetuit. Erat Nerva ſenectute, & debilitate virium, qua cibum etiam evomere ſemper cogebatur, imbecillior.

2. Statuas aureas, aut argenteas, ſibi fieri vetuit;

ρα. ² μίσει δὲ τοῦ Δομιτιανοῦ, [illegible] αὐτοῦ, πολλαὶ μὲν ἀργυραῖ, ᵃ [illegible] καὶ χρυσαῖ οὖσαι, συνεχωνεύθησαν [illegible] αὐτῶν μεγάλα χρήματα συνελέγη· [illegible] ἀψῖδες, πλεῖσαι δὴ ἑνὶ ἀνδρὶ ποιούμεναι, καθῃρέθησαν. καὶ ὁ Νερούας ³ τούς τε κρινομένους ἐπ' ἀσεβείᾳ ἀφῆκε, καὶ ⁴ τοὺς φεύγοντας κατήγαγε ⁵ τούς τε δούλους καὶ τοὺς ἐξελευθέρους, τοὺς τοῖς δεσπόταις σφῶν ἐπιβουλεύσαντας, πάντας ἀπέκτεινε. καὶ τοῖς μὲν τοιούτοις οὐδ' ἄλλο τι ἔγκλημα ἐπιφέρειν ἐπὶ τοὺς δεσπότας ἐφῆκε, τοῖς δὲ δὴ ἄλλοις ⁶ οὔτ' ἀσεβείας, οὔτ' Ἰουδαϊκοῦ βίου, καταιτιᾶσθαί τινας συνεχώρησε. πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ᵇ συκοφαντησάντων, θάνατον κατεδικάσθησαν· ⁷ ἐν οἷς καὶ ᶜ Σέρας ἦν ὁ φιλόσοφος. ταραχῆς οὖν γενομένης οὐ τῆς τυχούσης, ἐκ τοῦ πάντας πάντων κατηγορεῖν, λέγεται ⁸ Φρόντωνα τὸν ὕπατον εἰπεῖν, ὡς κακὸν μέν ἐστιν αὐτοκράτορα ἔχειν, ἐφ' οὗ μηδενὶ μηδὲν ἔξεστι ποιεῖν, χεῖρον δὲ, ἐφ' οὗ πᾶσι πάντα. B καὶ ὁ Νερούας ἀκούσας ταῦτα, ἀπηγόρευσε τοῦ λοιποῦ γίνεσθαι τὰ τοιαῦτα. ἦν δὲ ὁ Νερούας ⁹ ὑπό τε τοῦ γήρως καὶ ὑπ' ἀῤῥωστίας (ἀφ' ἧς καὶ τὴν τροφὴν ἀεί ποτε ἤμει) ἀσθενέστερος. C

¹⁰ Ἀπεῖπε δὲ καὶ ἀνδριάντας αὐτῷ χρυσοῦς γίνεσθαι.

a πολλαὶ δὲ καὶ χρυσαῖ. hanc lectionem reſtitui ex Br. & prioribus editt. RS. HS. & Sylb. καὶ enim poſtea, per errorem, credo, omiſſum eſt in edit. maj. HS. quem ſequitur L. b συκοφαντησάντων. συκοφαντηθέντων, paſſive legit Blancus, quod vehementer probat L. ego illud malim c Σέρας. Merula, qui hæc ante vertit, Σούρας, legit.

§ 2. (l. 3.) μίσει δὲ τοῦ Δομιτιανοῦ] *Suetonius* Domit. 23. *Occiſum eum populus indifferenter, miles graviſſime tulit —— Contra Senatus adeo lætatus eſt, ut repleta certatim curia non temperarent, quin mortuum contumelioſiſſimo atque acerbiſſimo acclamationum genere lacerarent: ſcalas etiam inferri, clypeosque & imagines ejus coram detrahi, & ibidem ſolo affligi juberet: noviſſime eradendos ubique titulos, abolendamque omnem memoriam decerneret.* *Zonaras* p. 583. B. ἡ δὲ σύγκλητος καθαιρεθῆναι τὰς Δομιτιανοῦ τιμὰς ἐψηφίσατο. *Euſebius*: *Senatus decrevit, ut omnia quæ Domitianus ſtatuerat, in irritum deducerentur.* Sunt hodie inſcriptiones cum eraſo Domitiani nomine, apud *Gruterum* XII. 2. LXVIII. 1. CLXXX. 7. CCXLV. 2. Vide & *Fabrettum* ad Col. Traj. p. 208. *Marſilium* T. II. Danub. p. 101. & *Juſtum Fontanini* in Antiquitatibus Hortæ lib. I. c. III. p. 42. & 46. Theſ. Ital. T. VIII. P. III. p. 16. & 25. De ſtatuis & imaginibus ejus dejectis, concilis, conflatis, *Plinius* Paneg. 52, 4. ſq.

§ 3. (l. 8.) τοὺς κρινομένους ἐπ' ἀσεβείᾳ] *Petr. Zornius* in Hiſtoria Fiſci Judaici c. VI. § 1. p. 300. hunc locum exponit de Chriſtianis, quorum religio ἀσεβείας nomine veniat. Equidem non negaverim, Chriſtianos initius ſub Nerva habitos; attamen certum eſt, ἀσεβείας nomine crimen majeſtatis notari, vide *Fabric.* ad p. 607. E. & *Valeſ.* p. 749. § 57. idque ſub Domitiano valuiſſe, teſtantur Veteres. *Suetonius* 12. *ſatis erat objici qualecunque factum dictumque adverſus majeſtatem principis.* Imo *Plinius* Paneg. 33, 3. impietatis nomine eo ſenſu utitur, Domitiani tempora reſpiciens: *nemini impietas, ut ſolebat, objecta, quod odiſſet gladiatorem —— Demens ille, verique honoris ignarus, qui crimina majeſtatis in arena colligebat.* Eodem ſenſu accipe illud apud *Suetonium* Domit. 10. *impie locutus parmularius.* Quare cum Chriſtianiſmus ea ætate potius titulo ἀθεότητος & βίου Ἰουδαϊκοῦ traduceretur, § 6. & p. 766. § 82. ſq. his verbis Chriſtianos ſpeciatim tangi non mihi perſuaſerim.

§ 4. (l. 9.) τοὺς φεύγοντας κατήγαγε.] *Zonaras* p. 583. B. τοῖς ὑπ' ἐκείνου ἐξελαθεῖσι δόγματι ἐπανελθεῖν ἔγνωκε, καὶ τὰς οὐσίας ἀπολαβεῖν. Ita & *Euſebius*. Exules enim bonis mulctabantur. Numus Nervæ apud *Triſtanum* I. p. 360. EXULES. ROM. RED. S. P. Q. R. Eo tempore Joannem Evangeliſtam quoque ex Patmo rediiſſe, tradunt Scriptores Eccleſiaſtici.

§ 5. (l. 10.) τούς τε δούλους &c.] Servi delatores dominorum ne quidem in crimine majeſtatis auditi ſunt a bonis principibus, quanquam id crimen cum aliis nonnullis poſtea legibus excipitur. vide *Spanhem.* ad Juliani Orat. I. p. 221. ſq. Delatores, generatim Domitianus initio ſevere caſtigare videri volebat, inquiens: *qui delatores non caſtigat, irritat.* p. 759. § 6. (ubi non aſſentior *Valeſio*, elegantiore alluſione pro *irritat*, dici *inſtigat*. Puerilis hic luſus eſt.) Verum Domitianus poſtremo ipſe in capita Dominorum ſervos ſubornabat, monſtrabatque crimina, quæ tanquam delata puniret. p. 765. § 70. Hinc illud hominum genus templum forumque inſederat, ut nulla jam teſtamenta ſecura, nullius ſtatus certus eſſet. *Plin.* Pan. 34, 1. Quos capitali ſupplicio Nerva afficiens, dicitur edicto Titi, (de quo p. 754. § 124.) magna quædam adſtruxiſſe; apud eundem *Plinium* 35, 4. eoque tendunt forte numi & inſcriptiones: LIBERTAS. AUG. LIBERTAS. PUBLICA. LIBERTAS. RESTITUTA. apud *Triſtanum* I. p. 361. *Mediobarbum* p. 143. ſq. & *Gruterum* CCXLVI. 1. Sed Nervam, tumultu ex inquiſitione in delatores orto, deſtitiſſe, malumque hoc funditus exſcindere non potuiſſe, probant Trajani tempora.

§ 6. (l. 15.) οὔτ' ἀσεβείας, οὔτ' Ἰουδαϊκοῦ βίου] Majeſtatis crimen ſublatum Trajano quoque tribuit *Plinius* Paneg. 42, 1. forte quia Nervæ edictum renovavit, acuitque, & delatores penitus exſtirpavit. Judaiſmus, vere talis, permiſſus quidem erat a Tito, ſub penſitatione didrachmi; ſed ſub Domitiano, ut ait *Suetonius* Domit. 12, 5. *Judaicus fiſcus acerbiſſime actus eſt: ad quem deferebantur, qui vel improfeſſi Judaicam intra urbem viverent vitam,* (Chriſtiani, vide p. 766. § 83.) *vel diſſimulata origine, impoſita genti tributa non pependiſſent.* (Judæi, p. 748. C. § 43.) *Interfuiſſe me adoleſcentulum memini, cum a procuratore, frequentiſſimoque conſilio, inſpiceretur nonagenarius ſenex an circumſectus eſſet.* Hujus JUDAICI FISCI CALUMNIA (non ipſum tributum) SUBLATA eſt ſub Nerva, teſtibus nummis, ut diximus ſupra l. c.

§ 7. (l. 18.) ἐν οἷς καὶ Σέρας] Sera, aut potius S[illegible], quod nomen Romanis familiarius, fuit forte philoſophus [illegible] vide *Reineſium* epiſt. ad Rupertum p. 476.

§ 8. (l. 20.) Φρόντωνα τὸν ὕπατον] Quicquid ſit [illegible] ne Cos. A. U. C. 852. collega Trajani Cos. III. in [illegible] mutando, ut *Noriſius* Epoch. Syro-Maced. III. 2. [illegible] Epiſt. Conſ. p. 431. ſq. itemque *Morgagnus* epiſt. ad Polenum, in ejus Prolegomenis ad Frontini Aquæductus p. (7.) ſqq. contendunt contra Pagium; hunc tamen non Frontinum, [illegible] Frontonem fuiſſe credo; nempe M. Julium Frontonem [illegible] filium, qui ſub Trajano fuit Curator Viarum, *Gruter.* CI[illegible] & ad quem Trajani reſcriptum memorat Ulpianus Dig. [illegible] XLVIII. tit. 19. leg. 5. qui *togæ decus* vocatur *Martiali* E[illegible] I. 56. Cur enim a Dionis lectione temere recedamus, non ſatis cauſæ video: neque virum Romæ diu in dignitatibus verſatum, puto Frontini & Frontonis nomina confundere potuiſſe, ut

γίνεσθαι. τοῖς δὲ τῶν οὐσιῶν ἐπὶ τοῦ Δομι-
τιανοῦ μάτην ἐστερημένοις [11] πάντα ἀπέδωκεν,
770 ὅσα ἐν τῷ βασιλείῳ ἔτι ὄντα εὑρέθη. τοῖς
τε πάνυ πένησι τῶν Ῥωμαίων ἐς χιλιάδα
καὶ πεντακοσίας μυριάδας γῆς κτῆσιν ἐχαρίσα-
το, βουλευταῖς τισι τήν τε ἀγορασίαν αὐ-
τῶν καὶ τὴν διανομὴν προστάξας. χρημάτων
δὲ ἀπορῶν, [12] πολλὰ μὲν ἱμάτια, καὶ σκεύη
καὶ ἀργυρᾶ καὶ χρυσᾶ, ἄλλα τε ἔπιπλα,
καὶ ἐκ τῶν ἰδίων καὶ τῶν βασιλικῶν, πολ-
λὰ δὲ καὶ χωρία καὶ οἰκίας, μᾶλλον δὲ
πάντα, πλὴν τῶν ἀναγκαίων, ἀπέδοτο. οὐ
μέντοι καὶ περὶ τὰς τιμὰς αὐτῶν ἐμικρολογή-
B σατο, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῷ τούτῳ πολλοὺς εὐηρ-
γέτησε. καὶ πολλὰς μὲν θυσίας, πολλὰς δὲ
ἱπποδρομίας, [13] ἄλλας τέ τινας θέας κατέ-
λυσε, συστέλλων ὡς [d] οἷόν τε τὰ δαπανή-
ματα. ὤμοσε δὲ καὶ ἐν τῷ συνεδρίῳ, μη-
δένα τῶν βουλευτῶν φονεύσειν· ἐβεβαίωσέ τε
τὸν ὅρκον, καίπερ ἐπιβουλευθείς. ἔπραττε δὲ
οὐδὲν ὅ, τι μὴ [14] μετὰ τῶν πρώτων ἀνδρῶν.
ἐνομοθέτησε δὲ ἄλλα τε καὶ περὶ τοῦ [15] μὴ
εὐνουχίζεσθαί τινα, [16] μήτε ἀδελφιδῆν γαμεῖν.
τὸν δὲ [17] Ῥοῦφον τὸν Οὐεργίνιον, καίπερ πολλάκις
C αὐτοκράτορα ὀνομασθέντα, οὐκ ὤκνησεν ὑπατεύσας
συνάρχοντα προσλαβεῖν· ἐφ' οὗ τῷ μνήματι τελευ-
τήσαντος

tuit; bonaque, quæcunque adhuc in regio fiſco inventa ſunt, reſtituit iis, quibus ea Domitianus ſine cauſa ademerat. Civibus Romanis, qui in ſumma erant egeſtate, agrum dedit ad ſexcenties ſeſtertium, ejusque agri emendi ac dividundi negotium quibusdam viris ſenatorii ordinis demandavit. Quumque egeret pecunia, magnum numerum veſtium, multaque vaſa argentea atque aurea, & reliquam ſupellectilem, non modo de privatis ſuis, ſed etiam de principalibus rebus, multa etiam prædia, multasque domos, vel omnia potius, præter ea quæ neceſſaria erant, vendidit. Neque vero in pretiis harum rerum ſordidus, ſed in hoc ipſo benignus erga multos fuit. Multa ſacrificia, multosque ludos Circenſes, aliaque nonnulla ſpectacula ſuſtulit; ut ſumptus, quoad ejus fieri poſſet, minueret. Juravit etiam in ſenatu, nullum e ſenatoribus ſuo juſſu interfectum iri: idque jusjurandum, licet inſidiæ ipſi factæ eſſent, confirmavit. Quumque nihil abſque primariis viris gereret, multas leges tulit, præſertim ne quis eunuchum faceret, neve quis fratris filiam uxorem duceret. Verginium Rufum, qui ſæpe Imperator appellatus fuerat, non eſt gravatus collegam in conſulatu aſſumere: in cujus mortui

A.U.C.849 Manl. Valente & Antiſt. Vetere COSS.

A.U.C.850 Nerva III.& Verg. Rufo COSS.

d ὡς οἷόν τε τὰ δαπ. ſic ſcribendum eſſe cum articulo τὰ, judicat Sylb. uſi autem ſumus etiam auctoritate codicum Coiſl. & Br.

ut ii Hiſtorici, quos *Lucianus* de Conſcr. Hiſt. c. 21. T. II. p. 29. ait nomina eodem pacto ac Græci efferre, & Φρόντιν dicere Φρόντωνα. Neque tamen Dio Frontonem *anno poſt occiſum Domitianum* refert Conſulem factum a Nerva, ut ſcribit Panvinius, recte propterea notatus a Cl. Morgagno, ſed potius, ut eidem probe obſervatum eſt, ex Dione colligitur, Conſulem ſuffectum fuiſſe illo ipſo anno, quo Domitianus occiſus eſt, præſertim ſi conferas *Plinium* Epiſt. IX. 13, 4. *primis quidem diebus redditæ libertatis pro ſe quisque inimicos ſuos, duntaxat minores, incondito turbidoque clamore poſtulaverant ſimul & oppreſſerant.* Ergo ſi primis diebus Nervæ turbæ hæ ob delatores accuſatos acciderunt, Fronto non anno ſequenti demum 850. ſed anno 849. extremis menſibus Conſul fuit.

§ 9. (l. 25.) ὑπό τε τοῦ γήρως &c.] Agebat annum ætatis LXIV. vel ſecundum alios LXXI. vide infra § 34. De morbo ejus *Philoſtratus* Apollon. VIII. 10. p. 343. καταβέβλητο γὰρ τὸ σῶμα ὑπὸ τῆς νόσου, δι' ἣν καὶ ἡ γνώμη μετὰ ἄτης καὶ ἐνδεὶ (ἐς) τὰ οἰκεῖα ἱκανή. Vomitum ejus, quaſi ex terrore ortum, cum interfectores Domitiani ad necem quærerentur, tangit *Victor* Epit. XII. 6.

§ 10. (l. 28.) ἀπῆγε δὲ ἀνδριάντας &c.] Sic & Trajanus ejus exemplo, de quo *Plinius* Paneg. 52, 3.

§ 11. (l. 30.) πάντα ἀπέδωκε] Vide Zonaram & Euſebium § 4.

§ 12. (l. 36.) πολλὰ μὲν ἱμάτια — ἀπέδοτο] Id imitati ſunt alii. Vide exempla congeſta a *Caſaubono* ad Capitolini Marcum c. 17. T. I. Scriptt. Hiſt. Aug. p. 354. De M. Antonino vide infra p. 814. § 130.

§ 13. (l. 44.) ἄλλας τέ τινας θέας] Gladiatorum in primis ſpectacula. *Zonaras* p. 583. D. παρὰ τούτου τοῦ αὐτοκράτορος αἱ μονομαχίαι, καὶ ἡ τούτων θέα ἀπηγορεύθησαν. *Chronicon Paſchale* ad A. Chr. 97. ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ἐκωλύθησαν οἱ μονομάχοι, καὶ αἱ θέαι αὐτῶν, καὶ ἀντ' αὐτῶν ὑπεισῆλθεν ἡ τῶν κυνηγίων θέα. Sed non ſimpliciter interdicta eſſe gladiatoria certamina, colligitur ex infra dicendis § 20. Verius videtur, Nervam his ſpectaculis non magnopere delectatum, ut de Veſpaſiano tradit Dio p. 752. A. & de Marco p. 813. C. accedebant & ſumtus, nunc ex neceſſitate contrahendi.

§ 14. (l. 49.) μετὰ τῶν πρώτων] *Zonaras* p. 583. B. οὐδὲν γνώμης ἄτερ τῶν ἐξόχων τῶν τῆς βουλῆς.

§ 15. (l. 50.) μὴ εὐνουχίζεσθαι] Vide *Cedrenum* p. 247. B. Vetuerat jam Domitianus p. 759. § 10.

§ 16. (l. 51.) μήτε ἀδελφιδῆν γαμεῖν] Ambigunt de ſenſu legis, quæ & legitur apud *Zonaram* p. 583. D. Clariſſimi juris Interpretes. De fratris juxta ac ſororis filia exponit *Jac. Gothofredus* ad Cod. Theodoſ. lib. III. tit. 12. & *Leunclavius* ad marg. ſcilicet, quia ἀδελφιδῆ eſt θυγάτηρ ἀδελφοῦ ἢ ἀδελφῆς, ſecundum *Pollucem* III. 22. *Moſchopulum*, & alios: & utroque ſenſu adhibetur a Dione. Ad fratris autem filiam potius pertinere cenſet *Pet. Pithœus* in notis ad Moſaicarum & Romanarum legum collationem, Opp. p. 152. & *Oiſelius* ad Caji Inſtitutiones lib. I. tit. 4. § 3. *Spanh.* ad Juliani Orat. 1. p. 91. Hoc nempe volunt a Nerva ſublatum eſſe SCtum, factum olim in gratiam Claudii, Agrippinam fratris filiam ducentis, quo SCto omnibus venia talium conjugiorum data fuerat. *Zonar.* p. 566. D. *Sueton.* Claud. 26, 10. *Tacit.* XII. 5. ſqq. adde *Fabricium*. Contra de ſororis, non fratris filia, poſt *Cujacium* Obſſ. XIII. 16. interpretatur *Ger. Noodt* Obſſ. II. 5. T. I. Opp. p. 323. quoniam & ante, & poſt Nervam ſub Antonino, Lucillam filiam fratri Ælio Vero deſpondente, licuerit fratris filiam ducere: laxius autem, ut fit, SCti ſub Claudio facti indulgentiam accipientibus etiam de ſororis filia, Nervam lege occurriſſe. Utique vero fratris filiam ante Nervam a Claudii ætate ducere licuit; eoque jure etiam Domitiano Titi fratris filia oblata eſt in matrimonium: *Sueton.* 22, 3. licuit & poſt Nervam ſub Marco, de quo infra p. 802. § 11. nihil autem eſt cauſæ, cur vetitum interea a Nerva fuiſſe negemus, cum & poſtea per vices interdictum fuerit a Conſtantino & Conſtante, permiſſum rurſus ſub Baſiliſci tyrannide, iterum vetitum a Zenone. Dionem interpretor ex Dione p. 686. C. qui iisdem verbis de Claudio fratris filiam ducente ait, τὴν ἀδελφιδῆν ἔγημε, quibus Nerva hic vetat ἀδελφιδῆν μὴ γαμεῖν. conf. & *Zonar.* ibid. § 291. Conjugia quidem cum ſororis filia, cum jam antiquitus inceſta eſſent habita, ut auctor eſt *Suetonius* l. c. nec poſt Claudium unquam permiſſa, quod diſerte docent qui juris hujus hiſtoriam perſecuti ſunt, *Gothofredus* l. c. *Aleander* item & *Oiſelius* ad Inſtitutiones Caji l. c. & qui in Collatione legum Moſaicarum p. 90. ſqq. adducuntur JCti veteres, Ulpianus, Paulus, Papinianus; non opus erat, ut nova lege facta hoc interdiceret Nerva, ſed poterat ex veteri lege & more in inceſtos animadvertere. Alia ratio eſt eorum, qui poſtea rurſus conceſſerunt conjugia cum fratris filia; illi enim, ne hoc ad parem caſum cum ſororis filia traheretur, hunc expreſſis verbis debebant eximere. Exempla matrimoniorum cum filia fratris ſacra & profana affert *Pet. Poſſinus* in Diallactico, Catena Gr. Patt. in Matth. T. I. p. 564. ſqq. & Judæi ab omni tempore legitima habuerunt. Recentia eorum exempla videbis apud *Schudtium* in Memorabilibus Judaicis P. IV. Contin. I. p. 170.

§ 17. (l. 52.) Ῥοῦφον τὸν Οὐεργίνιον] Diximus de eo p. 725. § 127. ſqq. p. 729. § 22. ſq. Poſt hunc conſulatum mortuus eſt, publico funere elatus, laudatusque a Conſule Corn. Tacito. *Plin.* Epiſt. II. 1. Quartum enim conſulatum geſſiſſe, recte negat *Noriſius* epiſt. conſ. p. 59. & *Tillemont* T. II. p. 878. ſq.

A.U.C.850 Nerva III. & Verg. Rufo COSS. mortui ſepulchro inſcriptum fuit, eum ſuperato Vindice non ſibi imperium aſſeruiſſe, ſed patriæ.

3. Nerva quidem usque adeo bonus princeps fuit, ut aliquando dicere auſus ſit; ſe nihil feciſſe, quo minus poſſet depoſito imperio privatus tuto vivere. Quum autem Calpurnius Craſſus, ex priſca Craſſorum familia oriundus, cum aliis nonnullis contra eum conjuraſſet; eos, quum nondum reſcirent patefactam eſſe conjurationem, in ſpectaculo juxta ſe collocavit, iisque gladios tradidit in manus, eo quidem nomine, ut ſatisne acuti eſſent inſpicerent, quemadmodum fieri conſuevit; re vera autem, ut eis oſtenderet, ſibi nequaquam curæ eſſe, ſi vel in eodem loco ſtatim necaretur. Caſperius autem Ælianus, quem (ut antea quoque factum erat a Domitiano) prætorianis præfecerat, milites in eum concitavit; inſtigatos, ut quosdam ad ſupplicium depoſcerent. Quibus adeo reſtitit Nerva, ut etiam nudatum ipſis jugulum præbuerit,

τήσαντος [18] ἐπεγράφη, ὅτι "Νικήσας Βίνδικα "τὸ κράτος οὐχ ἑαυτῷ περιεποιήσατο, ἀλλὰ τῇ "πατρίδι."

Νερούας δὲ οὕτως ἦρχε καλῶς, ὥστε [e] ποτε εἰπεῖν, "Οὐδὲν τοιοῦτον πεποίηκα, ὥστε μὴ "δύνασθαι τήν ἀρχήν τε καταθέσθαι, καὶ "ἀσφαλῶς ἰδιωτεῦσαι." [19] Κράσσου τε Καλπουρνίου, τῶν Κράσσων ἐκείνων [f] ἐγγόνου, ἐπιβεβουλευκότος μετὰ καὶ ἄλλων αὐτῷ, παρεκαθίσατό τε αὐτοὺς ἐν τινὶ θέᾳ, ἀγνοοῦντας ἔτι ὅτι καταμεμήνυνται, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς ξίφη, λόγῳ μὲν, ἵν' ἐπισκέψωνται αὐτὰ, ([20] ὅπερ εἴωθε γενέσθαι) εἰ ὀξέα ἐστὶν, ἔργῳ δὲ ἐπιδεικνύμενος, ὅτι οὐδὲν αὐτῷ μέλει, κἂν αὐτοῦ παραχρῆμα ἀποθάνῃ. [21] Αἰλιανὸς δὲ ὁ Κασπέριος, ἄρχων καὶ ὑπ' αὐτοῦ, καθάπερ ὑπὸ τοῦ Δομιτιανοῦ, τῶν δορυφόρων γενόμενος, τοὺς στρατιώτας ἐστασίασε κατ' αὐτοῦ, παρασκευάσας ἐξαιτῆσαί τινας ὥστε θανατωθῆναι. πρὸς οὓς [22] ὁ Νερούας τοσοῦτον ἀντέσχεν, ὥστε καὶ τὴν κλεῖν ἀπογυμνῶσαι, καὶ D

[e] ποτὲ. hoc additum e Pal. ſcribit Sylb, ſed reperi in omnibus, quas poſſideo, editionibus. [f] ἐγγόνου. vocabulum Dioni familiare, quod ferre non poteſt L. hic ut alibi ad marg. ἐκγόνου ſcribens.

§ 18. (l. 55.) ἐπεγράφη, ὅτι νικήσας Βίνδικα] Verginius ſane juſſerat ſuo monumento inſcribi:

Hic ſitus eſt Rufus, pulſo qui Vindice quondam
Imperium adſeruit, non ſibi, ſed Patriæ.

vide *Plin.* Epiſt. VI. 10, 4. Sed quemadmodum alii multi elogium ſuum ſepulcro inſcribendum pararunt, ut docet Kirchmannus de Funer. Rom III. 20. ita Plinius queritur, ſe decimo anno poſt obitum ejus vidiſſe monumentum viri imperfectum, ejus cui cura mandata fuerat, inertia, & cineres ejus ſine titulo adhuc, ſine nomine jacentes. ibid. § 3. Quoniam tamen villa Alſienſis, quæ quondam Rufi fuerat, tunc ad ſocerum Plinii ſpectabat, non dubium eſt Eruditiſſimo *Hagenbuchio* de Inſcr. Turicenſi poſt Epiſtolas Epigr. p. 487. Plinium poſtea id diſtichon ſepulcro Rufi incidendum curaſſe, & inciſum vidiſſe Dionem.

§ 19. (l. 61.) Κράσσου τε Καλπουρνίου] *Aur. Victor* Epit. XII. 6. *Calpurnium Craſſum, promiſſis ingentibus animos militum pertentantem, detectum confeſſumque, Tarentum cum uxore removit, Patribus levitatem ejus increpantibus.* Idem propter iteratam conjurationem adverſus Trajanum, cauſa cognita, ſupplicio affectus eſt. p. 778. B. § 113.

§ 20. (l. 66) ὅπερ εἴωθε γενέσθαι] Mos enim, prius quam paria gladiatorum committerentur, ut gladii, quibus pugnare debebant, editori muneris publice exhiberentur, ſatisne eſſent acuti: ut bene adnotavit *Lipſius* Excurſu G. ad lib. III. Annal. Tac. ubi de gladiis Druſianis, vide *Dionem* p. 610. C. is enim Druſus frequenter munera edebat, & erat valde ſanguinarius. Nerva tamen neutiquam. § 13.

§ 21. (l. 69.) Αἰλιανὸς δὲ ὁ Κασπέριος] *Philoſtratus* Apollon. VII. 16. ſqq refert, Ælianum ſub Domitiano præfectum prætorio fuiſſe, cum Apollonius, Domitiano ob amicitiam cum Nerva ſuſpectus, Romæ vinculis teneretur: quod ſecundum Philoſtrati Chronologiam incidit in A. U. C. 845 vide p. 767 § 95. Sed poſtremo Norbanum & Petronium præfectos prætorio fuiſſe, conſtat ex Dione p. 766. D. § 91. ut proinde Norbanus in Æliani locum a Domitiano ſuffectus ſit, & viciſſim ut hic locus docet, Ælianus iterum in Norbani, a Nerva. Nam Petronium manſiſſe in hac dignitate veriſimile eſt, quia eo vel maxime adnitente, Nerva factus erat Imperator. vide *Eutrop.* VIII. 1, 3. Videtur ergo Ælianus Petronium collegam ex æmulatione de medio tollere voluiſſe, & milites ad ejus cædem magnis ſumtibus redemiſſe, ut mox dicam § 23.

§ 22. (l. 74.) ὁ Νερούας τοσοῦτον ἀντέσχεν] Confirmat *Victor* Epit. XII. 7.

§ 23. (l. 77.) ἐξεδόθησαν οὓς ὁ Αἰλιανὸς &c.] *Plinius* Paneg. 6, 1. *Imperator, & Parens generis humani, obſeſſus, captus, incluſus, ablata mitiſſimo ſeni ſervandorum hominum poteſtas.* Atque hic eſt furor motusque caſtrenſis, de quo *idem* c. 5, 7. nempe in caſtris prætorianorum a præfecto Æliano excitatus. *Victor* Epit. XII. 8. *Sed milites, neglecto Principe, requiſitos, Petronium uno ictu, Parthenium vero, demtis prius genitalibus & in os conjectis, jugulavere, redemto magnis ſumtibus Caſperio.* Sigerio, mavult *Grotius*, provocans ad Dionem, ubi Parthenius & Sigerius, ambo cubicularii, inſidias contra Domitianum inſtruxiſſe dicuntur. p. 766 D. Verum repugnare arbitror ſequentia: *qui ſcelere tam truci inſolentior, Nervam compulit referre apud populum gratias militibus, quia nefandos peſſimosque omnium mortalium peremiſſent.* Hoc enim facinus neutiquam in Sigerium, cædis pariter auctorem, ſed in Caſperium, facem ſeditionis militum contra cædis auctores ipſumque Nervam, convenit. Proinde non crediderim Caſperii nomen in mendo eſſe, ſed antecedentia, fortaſſe ſic legenda: *redemti magnis ſumtibus a Caſperio.* Hæc Dioni & Plinio conſentanea ſunt: & hac emendatione nititur mea conjectura, Caſperium id egiſſe, ut collegam de medio tolleret, ſolusque in illa Nervæ infirmitate dominaretur.

§ 24. (l. 78.) διὰ τὸ γῆρας βαθὺ &c.] De ætate ejus & morbo dixi p. 769. § 9. adde lenitatem nimiam, τρόπου χρηστότητα, quam *Zonaras*, ex Dione, ut puto, habet, & de qua extitat Junii Maurici jocus apud *Plin.* Epiſt. IV. 22, 6. *Victor.* Epit. XII. 5. vide & ſupra § 19.

§ 25. (l. 79.) ἀνελθὼν τε ἐς τὸ Καπιτώλιον] Diem adoptionis Trajani, anniverſaria ſolennitate celebratam eſſe, colligas ex *Suida* in ἀνεκοινώθη, (quanquam *Plinium* Epiſt. X. 60. ſq. & 103. ſq. de die ſucceſſionis loqui veriſimilius eſt. Nam & Hadrianus natalem utrumque & adoptionis & imperii, celebrari juſſit. *Spart.* c. 4.) Eam diem adoptionis ignorari judicat *Noriſius* de Votis Dec. p. 83 ſq. at in Epochis Syro-Maced. V. 6. p. 559. in Novembris initium putat incidere. Aliis apud *Tillemontium* T. II. p. 879. ſq. placet d. 28 Octobris A. U. C. 850. Chr. 97. *Jacobo de la Baune*, in vita Traj. ad an. 850. dies 18 Septembris, ex *Plin.* 92. 4. Nos ſic colligimus: Hadrianus diem 11 Auguſti (A. U. C. 870.) natalem Imperii ſui agnovit, teſte *Spartiano* c. 4. Jam cum Trajanus regnaverit annos XIX. menſes VI. dies XV. teſte Dione p. 786. fin. natalis Imperii ejus incidet in A. U. C. 851. d. 27. Jan. Ibi ergo retrogreſſi pedem figimus. Jam videamus, ordiendo a ſuperiori tempore, quo deducamur. Domitianus occiſus eſt A. U. C. 849. d. 18. Sept. vide p. 768. § 106. Atqui Nerva regnavit annum I. menſes IV. dies IX. p. 771. B. Ergo his additis, in eandem diem 27. Jan. A. U. C. 851. incidimus: quæ proinde erit Nervæ emortualis. Quodſi cum Trajano Nerva vixit tantum tribus menſibus, ut tradit *Victor* Epit. XII. 9. adoptio exeunte Octobri, aut ineunte Novembri A. U. C. 850. facta fuit: quæ conſona ſunt Plinio, optimo hac in re teſti. vide § 33. cujus & locis quam plurimis evincitur falſum eſſe, quod alter *Victor* Cæſ. XII. 2. ait, Nervam menſe XVI. ſemet abdicaſſe imperio. Neque enim depoſuit imperium, adoptans Trajanum, ſed eum participem fecit, ſervato ſibi Auguſti titulo. §. 27. ſic ut Trajanus ſub Imperatore eſſet, & ab eo tanquam Principe Conſulatum II. reciperet. *Plin.* Pan. 57, 3. 56, 3. neque adoptavit Trajanum menſe XVI. ſed XIII. menſe autem XVI. mortuus eſt. Difficultates, quæ ex inſcriptionibus quibusdam, Tribunitiam Nervæ poteſtatem III. prodentibus, moventur apud *Tillemontium* not. 5. T. II. p. 882. ſqq. nihili ſunt ad unius Plinii teſtimonium. Diem tamen certum adoptionis conficere non poſſumus.

καὶ τὴν σφαγὴν αὐτοῦ προδεῖξαι. οὐ μήν τι
E καὶ ἤνυσεν, ἀλλ' [23] ἀνηρέθησαν οὓς ὁ Αἰλιανὸς ἐβουλήθη. ὅθεν ὁ Νερούας, [24] διὰ τὸ γῆρας [g] βαθὺ καταφρονούμενος, [25] ἀνέβη τε ἐς τὸ Καπιτώλιον, καὶ ἔφη γεγωνήσας, “ [26] Ἀγαθῇ τύχῃ τῆς τε βουλῆς καὶ τοῦ “ δήμου τῶν Ῥωμαίων, καὶ ἐμοῦ αὐτοῦ, Μάρ“κον Οὔλπιον Νερούαν Τραϊανὸν ποιοῦμαι. „ καὶ μετὰ ταῦτα ἐν τῷ συνεδρίῳ [27] Καίσαρά τε αὐτὸν ἀπέδειξε, καὶ ἐπέστειλεν [h] αὐτῷ αὐτοχειρίᾳ (ʹ[28] ἦρχε δὲ τῆς Γερμανίας ἐκεῖνος)

771 [29] Τίσειαν Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα σοῖσι βέλεσσιν.

Οὕτω μὲν ὁ Τραϊανὸς Καῖσαρ, καὶ μετὰ τοῦτο αὐτοκράτωρ ἐγένετο, καίτοι [30] συγγενῶν τοῦ Νερούα ὄντων τινῶν. ἀλλ' οὐ γὰρ τῆς τῶν κοινῶν σωτηρίας ὁ ἀνὴρ τὴν συγγένειαν προετίμησεν· οὐδ' αὖ, ὅτι [31] Ἴβηρ ὁ Τραϊανὸς, ἀλλ' [32] οὐκ Ἰταλὸς, οὐδ' Ἰταλιώτης ἦν, ἧττόν τι παρὰ τοῦτο [i] αὐτὸς ἐποιήσατο, ἐπειδὴ μηδεὶς πρόσθεν ἀλλοεθνὴς τὸ τῶν Ῥωμαίων κράτος ἐσχήκει.
τὴν

buerit, & abſcindendum commonſtrarit; quanquam profecit nihil, quando illi utique, quos volebat Ælianus, interfecti ſunt. Hac de cauſa Nerva, cum propter ſenectutem præcipitatam contemtui eſſet, in Capitolium adſcendit, ibique magna voce; “ Quod felix fauſtumque ſit, „ inquit, “ ſenatui populoque Romano, mihique ipſi, Marcum Ulpium Nervam Trajanum adopto: „ eundemque poſtea in ſenatu Cæſarem deſignavit, atque ad eum ſua manu ſcripſit, Germaniæ tum præfectum: A.U.C.850 Nerva III. & Verg.Rufo COSS.

Telis ipſe tuis Danaos ulciſcere, noſtras
Ob lacrumas.

4. Itaque Trajanus, quanquam Nervæ propinqui non deerant, tunc Cæſar, ac poſtea imperator factus eſt. Nec enim ille conjunctionem ſanguinis antepoſuit publicæ ſaluti: neque rurſus eum ab adoptando Trajano deterruit, quod is homo Hiſpanus, non Italus erat, nec Italicus; quodque ante eum nemo alterius nationis imperium Romanum obtinuerat. Cenſebat

g τὸ γῆρας βαθύ. ita pro vulgato τὸ γῆρας, οὔτε καταφρ. ſcribendum eſſe ex Zon. recte exiſtimavit L. & Sylb. quod tutius puto, quam pro οὔτε reponere ἤδη, cum Sylb. aut οὕτω, cum HS. aut ἄγαν, cum Cl. D' Orvillio ad Charitonem p. 549. aut ſupplere οὔτε τιμώμενος οὔτε καταφρ. cum viro docto ad marg. mei Xiph. aut delere omnino οὔτε, cum Camerario. præmittit autem Zon: διὰ τρόπων χρηστότητα καὶ γῆρας βαθύ, quæ pariter Dionis eſſe, vix dubitandum.
h αὐτῷ. addidi ex Coisl. & Br. quod facile ſequenti αὐτοχειρίᾳ abſorberi potuit, adeoque in plurimis codd. & editis omnibus deſideratur. τῷ ἀνδρὶ ejus loco habet Zon. *i* αὐτός. malim αὐτόν.

§ 26. (l. 81.) ἀγαθῇ τύχῃ] Formula, paſſim etiam in inſcriptionibus occurrens, reſpondet latinæ, *quod bene vertat, quod felix fauſtumque ſit*, ut jam monuit *Briſſonius* de Formulis lib. I. pag. 67. Atque ita in Marmoribus Oxonienſibus II. LVII. CXLIII. & Append. VII. IX. X. XV. XIX. vertenda erat, non autem *Bonæ Fortunæ, cum bona Fortuna*, uti redditam legimus p. 47. 117. 277. Melius explicatur ibidem formula p. 27. ſq & 57. In *Longi* Paſtoralibus lib. I. p. 6. ἐπὶ τύχῃ χρηστῇ. Vide & *Gruterum* LXXIX. 7. CCCXVII. 3. *Georgii Wheleri* Itinerarium T. I. p. 124. 126. 212. 216. 218. &c. *Lucianum* T. I. p. 540. 542. 558. 628. &c.

§ 27. (l. 84.) Καίσαρά τε αὐτόν] *Plinius* Paneg. 8. 6. *Simul filius, ſimul Cæſar, mox Imperator, & conſors Tribunitiæ poteſtatis, & omnia pariter & ſtatim factus eſt.* Nervam Auguſti titulum ſibi reſervaſſe, docet *Triſtanus* T. I. p. 380. quod etiam de Imperatoris & Pontificis maximi dignitate probavit *Fabrettus* ad Col. Traj. p. 87. ſqq. adde *Tillemont* T. II. p. 881. ſq. Nempe Imperator quidem ſenſu militari, & cognomento Germanicus, ſicut & Nerva, dictus fuerat; *Plin.* Pan. 9, 2. *Goltz.* p. 63. *Ruben.* XXXIII. 17. ſicut & Titus adhuc Cæſar, Imperator III. apud *Gruterum* CCXLIV. 2. Verum non ideo ſtatim Imperator ſenſu civili fuit, ſed ut Dio pag. 771. A. μετὰ τοῦτο αὐτοκράτωρ ἐγένετο, intelligens tempus poſt obitum Nervæ. NEP. KAIC. TPAIANOC in numo Gabalenſium apud *Frœlich*, Tentam. p. 176.

§ 28. (l. 86.) ἦρχε δὲ τῆς Γερμανίας ἐκεῖνος] *Plinius* Pan. 9, 2. *cum Germaniæ præſideret*. Coloniæ Agrippinæ (in Germania inferiore) agentem, accepiſſe imperium, teſtantur *Eutropius* VIII. 2, 2. *Victor* Epit. XIII. 3. *Oroſius* VII. 12. *Euſebius*. Idque confirmat *Spartianus* in Hadriano c. 2. *Trajano a Nerva adoptato*, (ex Mœſia) *ad gratulationem exercitus miſſus, in Germaniam ſuperiorem translatus eſt: ex qua feſtinans ad Trajanum &c.* Nempe hic jam a Domitiano ab Hiſpania inter Germaniæ bella accitus, *Plin.* 14, 5. Germanici poſtea cognomen ſibi & Nervæ meruit, vide § 27. & victoriæ Nervæ adverſus Suevos teſtis eſt inſcriptio apud *Rubenium* ad numos Arſchotanos XXXIII. 7. confer & *Tillemontium* T. II. p. 241. ſq. & 264. Non autem veriſimile eſt, literas laureatas, quæ Nervæ ex Pannonia ipſa die adoptionis allatæ ſunt, teſte *Plinio* 8, 3. 16, 1. itemque numo apud *Mediobarbum* p. 145. a Trajano miſſas fuiſſe, ut tradit *Cedrenus* p. 247. nec enim id taciturus erat Plinius, ut recte etiam notavit Cl. *Geſnerus* ad c. 8. Quanquam poſtea Conſul & Imperator etiam Daciæ fines ad Danubium obiit, ut mox oſtendam § 44.

§ 29. (l. 87.) τίσειαν Δαναοί] *Homerus* Il. α. 42.

§ 30. (l. 90.) συγγενῶν τοῦ Νερούα] Quinam illi fuerint, non conſtat, nec ſatis firma eſt argumentatio *Triſtani* T. I. p. 370. quando uxorem habuiſſe Nervam colligit ex his *Plinii* 7, 4. *nulla adoptati cum eo, qui adoptabat, cognatio, nulla neceſſitudo — adoptatus es, non ut prius alius atque alius in gratiam uxoris.* Multo minus veriſimile eſt, quod idem Calpurnium Craſſum Nervæ filium fuiſſe ſuſpicatur ex *Dione* pag. 770. C. & *Victoris* Epitome XII. 6. quo nomine reprehenſus merito eſt a *Spanhemio* Diſſ. XI. p. 287. ſq. Id certius ex eodem *Victore* XIII. 6. conficitur, Licinium Suram Trajano ſua commendatione apud Nervam profuiſſe.

§ 31. (l. 93.) Ἴβηρ ὁ Τραϊανός] M. Ulpium Trajanum Crinitum *Italica, urbe Hiſpaniæ, ortum, ampliſſimi ordinis tamen atque conſulari loco*, ſcribit *Victor* Cæſ. XIII. 1. *Ex urbe Tudertina*, alter *Victor*. Sed Italicam nominant quoque *Euſebius*, *Eutropius* VIII. 2, 1. & *Appianus* Hiſp. p. 275. E. qui hanc urbem, quæ colonia Hiſpaniæ Bæticæ, Hiſpali vicina erat, refert a Scipione Africano conditam & claram natalibus Trajani & Hadriani fuiſſe: adde, & Theodoſii ſenioris, & Silii Italici, de quo conf. interpretes Itin. Antonini p. 413. Natus eſt Trajanus d. 18. Septembris (A. U. C. 806. Chr. 54) ut ex veteri Kalendario Rom. apud *Lambecium* Bibl. Vind. lib. IV. pag. 285. ubi Natalitia TRAIANI TRIVMPHAlia, ad d. 18. Sept. docuit *Noriſius* de Votis Dec. p. 83. & *Fabrettus* ad Col. Traj. p. 270. Itaque *Plinius* Pan. 92, 4. menſem Septembrem Trajani natalem vocat: & epiſt. X. 28. ſcribit, poſtquam XV. Kal. Oct. (d. 17. Sept.) Bithyniam intrarit, potuiſſe adhuc natalem Trajani celebrare. Decem ſtipendia fecit Tribunus. *Plin.* 15. 1. ſq. 14, 1. Prætor fuit A. U. C. 839. Chr. 89. teſte *Spartiano* in Hadr. c. 1. Conſul A. U. C. 844. Chr. 91. *Dio* p. 765. A. hinc in Hiſpaniam reverſus, atque inde a Domitiano in agitatam Germaniam excitus. *Plin.* 14, 5.

§ 32. (l. 94.) οὐκ Ἰταλὸς οὐδ' Ἰταλιώτης] *Ammonius*: Ἰταλοὶ, οἱ ἀρχῆθεν τὴν χώραν οἰκοῦντες· Ἰταλιῶται δὲ, ὅσοι τῶν Ἑλλήνων ἐπῴκησαν μετὰ ταῦτα. vel ſecundum *Heſychium*, οἱ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ διατρίβοντες. adde *Thomam Magiſtrum* & *Moſchopulum* in Σικελία. *Suidam* in Ἰταλία. Interpretes ad *Stephanum Byz.* in Ἰταλία & Σικελία. *Salmaſium* ad Vopiſci Carinum p. 842. a. *Lucianus* Vitar. auct. c. 6. T. I. p. 546. de Pythagora: Ἰταλιώτης δοκεῖ τις εἶναι τῶν ἀμφὶ Κρότωνα, καὶ Τάραντα, καὶ τὴν ταύτῃ Ἑλλάδα. Sic Græcus & Græcienſis, Siculus & Sicilienſis, Corinthius & Corinthienſis, Germanus & Germanicianus. *Feſtus* in Corinthienſis. Item Hiſpanus & Hiſpanienſis. vide *Caſaubon.* ad Spart. Hadr. c. 1. *Lipſ.* ad Vellej. Pat. lib. II. not. 114. Dionis mentem & vocabuli ſenſum non aſſequitur *Henr. Dodwellus* Prælect. IV. Cambd. § 6. p. 221. qui Dionem ſic interpretatur, quaſi ne ſtirpe quidem Italica Trajanum oriundum diceret; & V. Cl. *Chriſtoph. Cellarius* ad verba Eutropii, *natus Italicæ in Hiſpania*, exiſtimans repugnare his Xiphilini illa: οὐδ' Ἰταλιώτης, quæ ſic interpretatur: *neque Italus neque Italica colonia ortus, ſed* Ἴβηρ, *pure Hiſpanus.* Verum Ἰταλιώτης, *Italicus*, non eſt coloniæ

A.U.C. 851 Nerva IV. & Trajano II. COSS. bat enim virtutem cujusque, non patriam, ſpectari oportere. His confectis rebus, mortuus eſt. Regnavit annum unum, menſes quatuor, dies novem. Vixit annos LXV. menſes decem, dies decem.

5. Trajanus autem prius, quam imperium adipiſceretur, vidit in ſomnis, virum jam grandem natu, tunica & veſte prætexta, tum & corona ornatum, qualis pingitur ſenatus, primum in ſiniſtram partem juguli ipſius, poſt in dextram, annulo ſigillum imprimere. Ut autem imperator factus eſt, multa ſua manu ſcripſit ad ſenatum, atque illud in primis, ſe nullum unquam virum bonum interfecturum, aut notaturum ignominia: idque non tunc ſolum, ſed etiam poſtea jurejurando confirmavit, [& re præſtitit, quamvis inſidiis petitus. Quippe ab omni ſimulatione ac dolo & aſperitate natura erat alienus: ac bonos quidem amabat, amplectebatur, colebat, cæteros vero negligebat. Sed & ætas ipſa maturitatem ei quandam addiderat.] Ælianum autem, prætorianosque milites, qui contra Nervam ſeditionem fecerant, quaſi uti vellet eorum opera, arceſſitos de medio ſuſtulit.

A.U.C. 852 Soſio II. & Palma II. COSS. Poſtquam Romam venit, multa fecit ad corrigendum ſtatum reipublicæ, atque in gratiam bonorum. Nam reipublicæ curam inprimis

τὴν γὰρ ἀρετὴν, ἀλλ' οὐ τὴν πατρίδα τινὸς ἐξετάζειν δεῖν ᾤετο. πράξας δὲ ταῦτα, ³³ μετήλλαξεν, ἄρξας ³⁴ ἔτει ἑνὶ, καὶ μησὶ τέσσαρσι, ⁱ καὶ ἡμέραις ἐννέα· προσβεβήκει πέντε καὶ ἑξήκοντα ἔτη καὶ μῆνας δέκα καὶ ἡμέρας δέκα.

Τραϊανῷ δὲ ὄναρ ἐγεγόνει, πρὶν αὐταρχῆσαι, τοιόνδε· ἐδόκει ἄνδρα πρεσβύτην ἐν ἱματίῳ καὶ ἐσθῆτι περιπορφύρῳ, ἔτι δὲ καὶ στεφάνῳ ἐστολισμένον, (³⁵ οἵα που καὶ τὴν γερουσίαν γράφουσι) δακτυλίῳ τινὶ σφραγῖδα αὐτῷ ἔς τε τὴν ἀριστερὰν σφαγὴν, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ ἐς τὴν δεξιὰν ἐπιβεβληκέναι. ὡς δὲ αὐτοκράτωρ ἐγένετο, ἐπέστειλε τῇ βουλῇ αὐτοχειρίᾳ ἄλλα τε, καὶ ὡς ³⁶ οὐδένα ἄνδρα ἀγαθὸν ἀποσφάξοι ἢ ἀτιμάσοι. καὶ ταῦτα καὶ ὅρκοις οὐ τότε μόνον, ἀλλὰ καὶ ὕστερον ἐπιστώσατο, ᵏ [καὶ ἔργῳ ἐνεπέδωσε, καίπερ ἐπιβουλευθείς. τῇ τε γὰρ φύσει οὐδὲν οὔτε διπλοῦν οὔτε δόλιον, οὔτε τραχὺ εἶχεν· ἀλλὰ τοὺς μὲν ἀγαθοὺς ἐφίλει καὶ ἐδεξιοῦτο καὶ ἐτίμα, τῶν δὲ ἄλλων ἠμέλει. ὁ δὲ καὶ ὑπὸ τῆς ἡλικίας πεπαίτερος ἐγεγόνει.] ³⁷ Αἰλιανὸν δὲ καὶ τοὺς δορυφόρους τοὺς κατὰ Νερούα στασιάσαντας, ὡς καὶ χρησόμενός τι αὐτοῖς, μεταπεμψάμενος, ἐκποδὼν ἐποιήσατο. ³⁸ εἰς δὲ τὴν Ῥώμην εἰσελθὼν, πολλὰ ἐποίει ³⁹ πρός τε διόρθωσιν τῶν κοινῶν, καὶ πρὸς χάριν τῶν ἀγαθῶν· ἐκείνων τε διαφερόντως ἐπιμελούμενος, ὡς καὶ ταῖς πόλεσι ταῖς ἐν Ἰταλίᾳ

C

i καὶ ἡμέραις ἐννέα. dies omittit Z. mox, προσεβεβήκει δὲ, Br. k καὶ ἔργῳ ἐνεπέδωσε &c. vide Exc. Peir. p. 710.

coloniæ ab Italis plantatæ extra Italiam, ſed peregrinus advena in Italia habitans. Neque ſcio, an Cl. *Rupertus* in Oratore Hiſtor. p. 756. recte colligat, Trajanum in Italia natum, quia apud *Gruter*. CCCCLV. dicitur Italiæ SUÆ proſpexiſſe, contra autem p. CCXLVII. 3. DE PATERNA ET AVITA HISPANIA PATRIA MERITISSIMUS.

§ 33. (l. 98.) μετήλλαξεν] Tribus menſibus cum Trajano vixit. § 25. Non diu ſuperfuiſſe colligitur etiam ex *Plinio* Pan. 10, 4. ſq. qui adoptionis opus noviſſimum vocat, poſt quod ſtatim conſecrandus eſſet. adde Epiſt. X. 1. *Chronicon Paſchale* mortuum dicit die 25. Jan. verius eſt, die 27. Jan. A. U. C. 851. vide ſupra § 25. In hortis Salluſtianis deceſſiſſe refert *Euſebius*. Occaſionem morbi, prope ridiculam, tradit *Victor* Epit. XII. 10. *Qui, dum ſuggerente ira, voce quam maxima, contra quendam Regulum nomine inclamaret, ſudore correptus eſt. Quo refrigeſcente, horror corporis nimius initia febri præbuit, nec multo poſt vitam finivit — eoque die quo interiit ſolis defectio facta eſt.*

§ 34. (l. 99.) ἔτει ἑνὶ &c.] Ita & *Cedrenus* p. 247. *Victor* Epit. XII. 1. *menſes ſedecim, dies decem.* *Eutropius* VIII. 1, 4. habet tantum *dies octo*. Dies plane omittunt *Euſebius*, *Zonaras*, *Philoſtratus* VIII. 27. p. 368. *Julianus* Cæſ. Deos accuſat ἀνεπόπτως· τῷ γὰρ φονικῷ θηρίῳ τρὶς πέντε νείμαντες ἐνιαυτοὺς, ἕνα μόλις ἐδώκατε τούτῳ βασιλεῦσαι. Anno ætatis ſexageſimo tertio vitam finiviſſe ait *Victor* Epit. XII. 11. ſed anno LXXII. *Euſebius*, *Eutropius*, *Caſſiodorus*. Secundum Dionem nativitas ejus incidet in A. U. C. 785 d. 18. Dec.

§ 35. (l. 5.) οἵα που καὶ τὴν γερουσίαν γράφουσι] Apud *Liebium* p. 330. numus eſt græcus, Damaſcenorum, in cujus altera parte caput juvenile cum inſcr. ΔΗΜΟΣ ΡΩΜΑΙΩΝ. in altera figura ſtolata ſedens, capite laureato, globum dextra tenens, cum additis ΙΕΡΑ ΣΥΓΚΛΗΤΟΣ ΔΑΜασκηνῶν. vide & *Patin*. Theſ. p. 97. ſq. & inprimis numiſmata ejus ex ære mediæ & minimæ formæ, p. 4 ubi duodecim ἱερᾶς συγκλήτου numiſmata affert, quæ tamen omnia caput nudum ſenile habent. At ſimilis figura ſtans Nervæ orbem terrarum porrigit cum inſcr. PROVIDENTIA SENATUS. apud *Rubenium* in Arſchotanis XXXIII. 3. Loco globi ſceptrum tenet, manum Commodo porrigens apud eundem LI. 15. cum epigraphe PIETATI SENATUS. Vide *Spanhemium* T. I. Diſſ. III. p. 134. & 138. ſqq. qui te docebit, non modo Romanorum, ſed & Græcorum urbium βουλὴν ſeu γερουσίαν hoc modo pingi & appellari; ut non continuo omnes numi huius inſcriptionis, ad ſenatum Romanum referri debeant.

§ 36. (l. 9.) οὐδένα ἄνδρα ἀγαθὸν ἀποσφάξοι] Præſtitiſſe id Trajanum, teſtatur *Eutropius* VIII. 2, 11. & 13.

§ 37. (l. 17.) Αἰλιανὸν δὲ] Vide ſupra § 21. & 23.

§ 38 (l. 20.) εἰς δὲ τὴν Ῥώμην εἰσελθὼν] Non hoc dixit Dio, quod viſum Cl. *Dodwello* Præl. Cambden. IV. § 8. quaſi mox ab Imperii initio Trajanus ad urbem venerit, & inde ſtatim ad bellum Dacicum profectus ſit. Et ceteroquin multa reſecare potuit Xiphilinus, quæ ante adventum in urbem geſta Dio forte uberius narraverat, additis conſulibus. Numi vero, qui Nervam Trajano manum dantem ſiſtunt, occaſionem dedere aliis viris etiam doctiſſimis, ut vivo Nerva, Trajanum rediiſſe exiſtimarent. Vide Triſtanum eo nomine notatum a *Fabretto* ad Col. Traj. 271. & ſimiliter errantem *Rubenium* XXXIV. 2. imo, ſi verba recte capio, *Spanhemium* T. II. pag. 352. Sed ejusmodi numi non præſentiæ, ſed adoptionis tantum monumentum præbent: alii numi ADVENTum AUGuſti, non Cæſaris, loquuntur, ut probe monuit Dodwellus: & ſerius rediiſſe Trajanum A. U. C. 852. apparet, quod recuſavit A. U. C. 852. Conſulatum, quod eum abſens gerere non poterat. *Plin*. Pan. 60, 1. & tamen eodem anno Comitiis ſuis Conſularibus interfuit candidatus. 63, 1. & deſignatus eſt Conſul III. in annum 853. quo & Plinius Coſ. fuit 92, 2. vide etiam *Noriſium* de Votis Dec. p. 84.

§ 39. (l. 21.) πρός τε διόρθωσιν τῶν κοινῶν] *Plinius*, præter cetera uberiora, brevibus dicit c. 41, 1. *eundem collationes remiſiſſe, donativum reddidiſſe, congiarium obtuliſſe, delatores abegiſſe, vectigalia temperaſſe.* Pertinet huc illud *Victoris* Cæſ. XIII. 5. *annonæ perpetuæ mire conſultum, reperto firmatoque Piſtorum collegio: ſimul noſcendis ocius, quæ ubique e re publica gerebantur, admota media publici curſus.* ad quem locum vide inprimis *Spanhemium* Diſſ. XIII. p. 542. Sed ſingula perſequi hic non vacat. Reſcripta Trajani collegit, junctimque cum vita Nervæ & Trajani, & libro X. Epiſtolarum Plinii edidit *Conr. Rittershuſius*, Ambergæ 1609. 8. & recentius Vir Doctiſſimus *Jo. Aug. Bachius* D. vulgavit Trajanum, ſive de Legibus Trajani Imperatoris Commentarium. Lipſiæ 1747. 8. quos, velut hujus loci uberiores interpretes, ſi res poſtularit, adibis.

§ 40. (l. 24.) περὶ τὴν τῶν παίδων τροφὴν] Ea de re *Plinius* Paneg. c. 26. ſq. (quanquam Plinium tantum de urbis Romæ, Dionem de totius Italiæ infantibus loqui cenſet *Tillemont*. T. II. p. 894. ſq.) certe huc pertinent numi cum inſcr. ALIM. ITAL. unde patet, non tantum conſulatu III. ſed & IV. V. VI. hæc alimenta præbita fuiſſe. vide *Oiſelium* LXXV. 5. 6. *Mediobarbum* p. 152. 157. 160. 163. *Triſtanum* I. pag. 394. *Pueros Puellaſque Ulpianos* commemorat inſcriptio *Gruteri* MLXXXIV, 7. & nuper eruta tabula ænea pro pueris & puellis alimentariis reip. Velejatium, illuſtrata a Muratorio, & recenſita a Gorio, Viris Clariſſimis. Florent. 1749. fol. Præiverat quodammodo Nerva, teſte *Victore* Epit. XII. 4.

λίᾳ [40] πρὸς τὴν τῶν παίδων τροφὴν πολλὰ χαρίσασθαι, καὶ τούτους εὐεργετῶν. [41] Πλωτίνα δὲ ἡ
D γυνὴ αὐτοῦ, ὅτε πρῶτον ἐς τὸ παλάτιον ἐσῄει, [l] ἐπὶ τοὺς ἀναβαθμοὺς καὶ πρὸς τὸ πλῆθος μεταστραφεῖσα εἶπε, "Τοιαύτη μέντοι ἐνταῦθα εἰσέρχομαι, οἵα καὶ ἐξελθεῖν βούλομαι" καὶ οὕτω γε ἑαυτὴν διὰ πάσης τῆς ἀρχῆς διήγαγεν, ὥστε μηδεμίαν ἐπηγορίαν σχεῖν.

Διατρίψας δὲ ἐν τῇ Ῥώμῃ χρόνον τινὰ, [42] ἐστράτευσεν ἐπὶ Δακοὺς, τά τε πραχθέντα αὐτοῖς λογιζόμενος, τοῖς τε [43] χρήμασιν, ἃ κατ' ἔτος ἐλάμβανον, βαρυνόμενος· τάς
E τε δυνάμεις αὐτῶν αὐξανομένας, καὶ τὰ φρονήματα ὁρῶν. πυθόμενος δὲ [44] ὁ Δεκέβαλος τὴν ὁρμὴν αὐτοῦ, ἐφοβήθη ἅτε καὶ εὖ εἰδὼς, ὅτι πρότερον μὲν οὐ Ῥωμαίους, ἀλλὰ Δομιτιανὸν ἐνενικήκει, τότε δὲ ὡς πρός τε Ῥωμαίους καὶ πρὸς Τραϊανὸν αὐτοκράτορα πολεμήσοι. [45] πλεῖστον γὰρ ἐπί τε δικαιότητι, καὶ ἐπ' [m] ἀνδρίᾳ, τῇ τε ἁπλότητι τῶν ἠθῶν διέπρεψε. [46] τῷ τε γὰρ σώματι ἔῤῥω-
772 το, (δεύτερον [47] γὰρ καὶ τεσσαρακοστὸν ἔτος ἄγων ἦρξεν) [n] [ὡς [48] ἐξ ἴσου πάντα τοῖς ἄλλοις τρόπον τινὰ πονεῖσθαι] καὶ τῇ ψυχῇ ἤκμαζεν, [o] ὡς μήθ' ὑπὸ νεότητος θρασύνεσθαι, μήθ' ὑπὸ γήρως ἀμβλύνεσθαι. καὶ [49] οὔτ' ἐφθόνει, οὔτε καθῄρει τινὰ, ἀλλὰ καὶ

in primis geſſit, ſic ut civitatibus etiam Italiæ multa largitus ſit ad educationem liberorum; hos autem beneficiis ornavit. Hujus uxor Plotina, quum primum ingrederetur in palatium, converſa ad gradus & ad multitudinem; "Talis," inquit, "huc ingredior, qualem me exire cupio." Atque ita ſane ſe geſſit in toto principatu, ut omni reprehenſione caruerit. A.U.C. 852 Soſio II. & Palma II. COSS.

6. Trajanus autem, quum Romæ aliquamdiu commoratus eſſet, in Dacos cum exercitu proficiſcitur, quod ſecum ea, quæ feciſſent, reputaret; quodque pecunia, quam ipſi quotannis capiebant, gravaretur; & quod eorum copias indies augeri, efferrique animos animadverteret. Cognita ejus profectione, Decebalus pertimuit. Quippe ſciebat, antea non populum Romanum, ſed Domitianum ab ſe ſuperatum eſſe: nunc autem bellum ſibi fore cum populo Romano, Trajanoque imperatore, qui juſtitia, fortitudine, morumque integritate multum excelleret. Nam & corporis valebat viribus, (quippe qui imperium capeſſivit anno ætatis ſecundo & quadrageſimo) [ſic ut quemvis militarem laborem juxta ac gregarius quiſque facile toleraret:] & ita vigebat animo, ut non eum juventus temerarium, non ſegnem efficeret ſenectus. Nulli præterea invidebat, neminem loco A.U.C. 853 Trajano III. & Sex. Frontino COSS.

l ἐπὶ τοὺς ἀναβαθμοὺς καὶ πρὸς τὸ πλῆθος. ſcribo: ἐπὶ τῶν ἀναβαθμῶν πρὸς τὸ πλῆθος μεταστραφεῖσα. L. ſed lectio vulgata ſenſum æque commodum gignit. milites & populus pro gradibus palatii ſtabant, ad quos ante gradus palatii ſtantes verba facere ſolebant. v. Tacit. Hiſt. I. 29. Suet. Vitell. c. 15, 4. Ner. c. 8. Plotina autem hæc dicens, ſuperatis jam gradibus, ſtabat ante fores, nunc ingreſſura palatium. *m* ἀνδρίᾳ. ἀνδρείᾳ, Exc. Peir. p. 709. & mox pro διέπρεψε, διέπρεπε. *n* ὡς ἐξ ἴσου &c. hæc addita ſunt ex Exc. Peir. p. 709. *o* ὡς. ὥστε, Suid. in ἤκμαζεν.

§ 41. (l. 25.) Πλωτίνα] Plura in ſanctiſſimæ feminæ laudem *Plinius* Pan. 83. ſq. *Victor* Epit. XLII. 21. vide & *Triſtanum* p. 428. ſqq. qui, neſcio quo jure, illam Cretenſem facit p. 431. ſq.

§ 42. (l. 33.) ἐστράτευσεν ἐπὶ Δακοὺς] Dolendum eſt, non exſtare Caninii hiſtoriam belli Dacici, de qua *Plinius* epiſt. VIII. 4. vel potius ipſius Trajani Commentariorum de bello Dacico libros, quorum primum laudat *Priſcianus* VI. p. 682. ed. Putſchii, aut certe Commentarios de vita ejus Marii Maximi, Fabii Marcellini, Aurelii Veri, & Statii Valentis, quos memorat *Lampridius* in Alex. Sev. c. 48. Vide interim, quæ ad columnam Trajani attulerunt triumviri Doctiſſimi, Bellorius, Ciaconus, Fabrettus: & quæ recentius de hoc bello Dacico commentatus eſt Rev. *Jo. Baptiſta Braſchius* in Ecphraſi iconographica de tribus ſtatuis in Romano Capitolio erectis. Romæ 1724. 4. cap. 8. & 9. Trajanus poſt natalem ſuum menſem, h. e. Septembrem, A. U. C. 853. quo Plinius ſuffectus erat, Paneg. 92, 4. profectus videtur ad bellum Dacicum, ſiquidem hoc anno PROFECTIO AUG. in numis indicatur, apud *Mediob.* pag. 149. ſq. quorſum & VICT. GERM. referunt. *Plinius* c. 17. de hoc bello, non quidem tanquam decreto, ſed facile decernendo, loquitur. Suetusque jam erat Trajanus percurſare Danubii ripas gelu adſtrictas, & hiemem ſuam barbaris inferre, *Plin.* Pan. 12, 3. ſq. *Tillemontius* T. II. p. 899. ſqq. propoſitis hac de re difficultatibus, tandem in hanc quoque ſententiam inclinat.

§ 43. (l. 34.) χρήμασιν ἃ κατ' ἔτος ἐλάμβανον] Ex pacto Domitiani, p. 762. B. § 43.

§ 44. (l. 37.) ὁ Δεκέβαλος ἐφοβήθη] Decebali virtus laudatur ſupra p. 761. C. Sed jam Conſulatu II. Trajanus adſederat ferociſſimæ genti ad Danubium circa hyemem, barbaros fremitus non armorum magis quam togarum oſtentatione compeſcens, ſic ut illi latibulis ſuis clauſi tenerentur. Redierat omnibus terror & metus, & votum imperata faciendi. Abutor eloquentia *Plinii* Paneg. 12, 1. ſqq. 56, 4. ſqq. qui & Decebali hujus meminit epiſt. X. 16, 1.

§ 45. (l. 42.) πλεῖστον γὰρ ἐπί τε δικαιότητι] Si ab Oratoribus diſcedas, quorſum & *Poggium Florentinum* refero, *de Trajani Cæſaris excellentia* ſcribentem ad Bornium Bononienſem pag. 131. ſq. Opp. Hiſtorici quoque veteres in ejus laudem effuſi ſunt, nec habent quod reprehendant, præter ea, quæ Dio noſter attigit. Contra vero *Speculum mali Principis Trajanus* viſus eſt *C. A. Ruperto* in Oratore Hiſtorico, Norib. 1663. 12. Orat. XV. & *de Trajano non Optimo* Wittebergæ ſub Excellentiſſimi *Jo. Guil. Bergeri* præſidio A. 1725. diſputavit auctor M. *Jo. Henr. Bartels* Gedanenſis. Taceo *Tillemontium*, artic. VI. pag. 258. ſqq. alioſque paſſim nonnulla notantes.

§ 46. (l. 44.) τῷ τε γὰρ σώματι ἔῤῥωτο] *Plinius* 4, 7. *Jam firmitas, jam proceritas corporis, jam honor capitis, & dignitas oris, ad hoc ætatis indeflexa maturitas, nec ſine quodam munere Deum feſtinatis ſenectutis inſignibus ad augendam majeſtatem ornata cæſaries, nonne longe lateque principem oſtentant?*

§ 47. (l. 45.) δεύτερον καὶ τεσσαρακοστὸν ἔτος] Habes hunc Dionis locum etiam apud *Suidam* in πονεῖσθαι, quod nondum annotatum reperio; ſed ibi δεύτερον καὶ omittitur, & anno XL. ætatis Trajanus imperium dicitur capeſſiviſſe; quod tanto minus admittendum eſt, quoniam ne quidem numerus, annorum XLII. qui etiam eſt in Excerptis Peireſcianis, & Zonara pag. 584. B. ſatisfacit ætati LXIII. aut LXV. annorum, quam anno U. C. 870. moriens adſecutus dicitur. vide p. 786. § 209. Nam Trajanum A. U. C. 806. aut 804. in lucem editum, adeoque A. U. C. 851. cum adoptaretur, annum ætatis XLIV. aut XLV. agentem, ſupponit. Aut igitur τέταρτον καὶ τεσσαρακοστὸν hoc loco legendum fuerit, (quod tamen propter conſenſum Zonaræ & Peireſciani cod. durum fuerit) aut fatendum, Dionem in ætate univerſa Trajani conſtituenda, a ceteris hiſtoricis longius abire. Qua de re certo pronunciare non poſſumus, quoniam ætatem morientis vel Dio non prodidit, vel Xiphilinus reſecavit. Gravius etiam Dio vel erraret, vel diſſentiret a ceteris, ſi ille, quod *Dodwellus* cenſet, Prælect. Cambden. IV. § 2. & 4. 5. ætatem Trajani XLII. annorum non ad initium imperii, ſed expeditionis Dacicæ retuliſſet, ex male intellecto quem ſecutus ſit auctore, qui de prima Trajani ſub Domitiano expeditione locutus ſit, quæ in annum Trajani XLII. incidat. Sed nimius & præceps eſt in cenſendo Dione Dodwellus. Satis explicate Dio: μβ' ἔτος ἄγων ἦρξε, quod recte Zonaras exponit, ὅτε τῆς αὐταρχίας τέτυχηκεν.

§ 48. (l. 46.) ἐξ ἴσου πάντα τοῖς ἄλλοις] Vide *Plinium* cap. 13. ſq. Idem 19, 3. *ſic imperatorem commilitonemque miſcueras, ut ſtudium omnium laboremque & tanquam exactor intenderes, & tanquam particeps ſociusque relevares.*

§ 49. (l. 51.) οὔτ' ἐφθόνει, οὔτε καθῄρει τινὰ] Vide *Plinium* c. 24. 44. ſqq. 47. ſq. adde *Suidam* locis quæ laudavi in Variis Lectionibus, qui καθῄρει exponit: τοῦ ἀξιώματος κατέσπα.

A.U.C. 853 Trajano III. & Sex. Frontino COSS.

loco movebat; bonos omnes ornans honoribus, & dignitatibus augens. Ex quo fiebat, ut neque timeret eorum quemquam, nec haberet odio. Nullam fidem calumniis præbuit, nulli iræ mancipatus fuit: abſtinens ab aliena pecunia non minus, quam ab iniquis cædibus.

7. Magnos ſumptus fecit in belli pacisque negotia: cumque multa etiam, eaque apprime neceſſaria ædificaret, vias, portus, ædificia publica; nullius tamen unquam in ea ſanguinem profudit. Magnificus natura, & magnanimus: unde poſtquam Circum collapſum reſtituit, majoremque reddidit ac pulchriorem, inſcripſit in eo; perfeciſſe ſe, ut populo Romano ſufficeret. Amari a civibus cupiebat magis, quam honore affici. Cum populo humaniter, cum ſenatu honorifice verſabatur. Amabilis omnibus, nemini formidoloſus, præterquam hoſtibus. Quippe venationis, conviviorum, operum pariter & conſiliorum, ac jocorum quoque ſocium ſe præbebat eis, & ſæpe vel quartus vehebatur; veniebatque in ædes quorundam nulla munitus cuſtodia, ibique hilaritati ſe dabat. Doctrinæ quidem accuratioris, quæ ad eloquentiam ſpectat, expers, res ipſas, quæ doctrina tradi ſolent, & tenebat & præſtabat. Nihil denique non optimum inerat in Trajano. Nam etſi amoribus etiam puerorum & vino deditum

καὶ πάνυ πάντας τοὺς ἀγαθοὺς ἐτίμα [p] καὶ ἐμεγάλυνε· καὶ διὰ τοῦτο οὔτε ἐφοβεῖτό τινα αὐτῶν, οὔτε ἐμίσει. [50] διαβολαῖς τε ἥκιστα ἐπίστευε, καὶ ὀργῇ ἥκιστα ἐδουλοῦτο· τῶν τε χρημάτων τῶν ἀλλοτρίων ἴσα καὶ φόνων τῶν ἀδίκων ἀπείχετο.

Καὶ [51] ἐδαπάνα πάμπολλα μὲν ἐς τοὺς πολέμους, πάμπολλα δὲ ἐς τὰ τῆς εἰρήνης ἔργα· καὶ πλεῖστα καὶ ἀναγκαιότατα [52] καὶ ἐν ὁδοῖς B καὶ ἐν λιμέσι καὶ ἐν [53] οἰκοδομήμασι δημοσίοις κατασκευάσας, οὐδενὸς αἷμα εἰς οὐδὲν αὐτῶν ἀνάλωσεν. οὕτω γάρ που καὶ μεγαλόφρων καὶ μεγαλογνώμων ἔφυ, ὥστε καὶ [54] τῷ ἱπποδρόμῳ ἐπιγράψαι, ὅτι [55] ἐξαρκοῦντα αὐτὸν τῷ τῶν Ῥωμαίων δήμῳ ἐποίησεν, ἐπειδὴ διαφθαρέντα πη, καὶ μείζω καὶ περικαλλέστερον ἐξειργάσατο. [56] Φιλούμενός τε οὖν ἐπ' αὐτοῖς μᾶλλον, ἢ τιμώμενος ἔχαιρε, καὶ τῷ τε δήμῳ μετ' ἐπιεικείας συνεγίνετο, καὶ τῇ γερουσίᾳ σεμνοπρεπῶς ὡμίλει· ἀγαπητὸς μὲν [q] πᾶσι, φοβερὸς δὲ μηδενὶ, πλὴν πολεμίοις, ὤν. καὶ γὰρ θήρας C καὶ συμποσίων, ἔργων τε καὶ βουλευμάτων, σκωμμάτων τε [57] συμμετεῖχε σφίσι· καὶ πολλάκις καὶ [58] τέταρτος ὠχεῖτο, ἔς τε τὰς οἰκίας αὐτῶν καὶ ἄνευ γε φρουρᾶς ἔστιν ὧν εἰσιὼν [r] εὐθυμεῖτο. παιδείας [s] μὲν γὰρ ἀκριβοῦς, [59] ὅση ἐν λόγοις, οὐ μετέσχε· [60] τό γε μὴν ἔργον αὐτῆς καὶ ἠπίστατο καὶ ἐποίει· [t] οὐδ' ἔστιν ὅ, τι οὐκ ἄριστον εἶχε. καὶ οἶδα μὲν ὅτι καὶ [61] περὶ μειράκια

p καὶ ἐμεγάλυνε. hæc omittit Suid. locum laudans iterum in καθήρει. vide & eundem in ἀμβλύνω, & μετ' ὑπὸ νεότ. q πᾶσι. hujus loco τοῖς ὑπηκόοις ponit Z. r ἐυθυμεῖτο. ἐθυμεῖτο, perperam RS. & HS. edit. min. s μὲν γάρ. rectius ex Zonara leges μὲν οὖν. Sylb. t οὐδ' ἔστιν. οὐδὲ ἔστιν, RS. & HS. edit. min.

§ 50. (l. 54.) διαβολαῖς τε ἥκιστα] Exemplum, quam parum tribueret calumniatoribus, habes infra p. 777. E. De delatoribus punitis *Plinius* c. 34. ſq. 42. ſq. & ſupra pag. 869. § 3. & 5. Generatim de variis calumniatorum & delatorum pœnis conferri meretur *Henrici Brenemanni* eruditiſſimus liber, de lege Remnia & de fatis calumniatorum ſub Imperatoribus, in Theſ. Jur. T. III. p. 1573. ſqq.

§ 51. (l. 58.) ἐδαπάνα πάμπολλα] Hinc *Plinius* c. 41. quærere audet: *ſatisne computaverit imperii reditus, an tantas vires habeat frugalitas principis, ut tot impendiis, tot erogationibus ſola ſufficiat?*

§ 52. (l. 60.) καὶ ἐν ὁδοῖς] Omnes prope in Italia vias, lutoſas, impeditas, arduas, præcipites, aſperas, fluminibusve interceptas, refeciſſe & complanaſſe Trajanum, probat inſignis locus *Galeni*, jam a Triſtano & Bergierio laudatus, qui exſtat, de methodo med. lib. IX. cap. 8. Opp. Baſil. Parte IV. p. 134. lin. 28. ſqq. Viam Appiam ſtratis paludibus Pontinis continuavit Benevento Brundiſium. vide infra pag. 777. conf. & *Mediobarbum* pag. 158. ſqq. *Rubenium* XXXVI. 5. Viam Trajanam in urbe, regione XIV. memorat Victor.

§ 53 (l. 61.) οἰκοδομήμασι δημοσίοις] *Plinius* c. 50. ſq. & *Panſanias* V. 12. pag. 407. varia ejus opera commemorant. τῆς οἰκουμένης κτιστὴς vocatur in inſcr. apud *Triſtanum* I. pag. 432. & *Gruterum* MLXXXIV. 9. & 11. & ſic *Eutropius* VIII. 2, 12. *orbem terrarum ædificans.* Longum eſſet ſingula ejus opera commemorare: tot enim illa fuerunt, ut ob titulos ædificiis inſcriptos, Trajanum *herbam parietariam* appellare per ludibrium conſueverit Conſtantinus, teſte *Victore* Epit. XLI. 13. *Quid mali?* inquit Lipſius, *faciant alii Principes, & inſcribant.* Vide eum T. IV. Opp. p. 336. b. ubi de ædificiis publicis Trajani. adde *Tillemontium* T. II. art. 25. p. 341. ſqq.

§ 54. (l. 64.) τῷ ἱπποδρόμῳ] Circi Maximi latus arſerat incendio Neronis p. 709. § 84. quod ad hæc tempora reſtitutum non erat: ſiquidem ex naumachiæ Domitiani lapidibus hic circus, deuſtis utrimque lateribus, exſtructus eſt. *Suet.* Domit. 5. 3. *Immenſum latus Circi* vocat *Plinius* c. 50, 3. Conf. de hac Circi ampliatione *Mediobarbum* pag. 160. 164. *Oiſelium* XCVII. 4. *Rubenium* p. 56. *Pauſaniam* V. 12. pag. 406.

§ 55. (l. 65.) ἐξαρκοῦντα] Merito igitur nimis minutum numerum legi apud Plinium, judicat *Lipſius* l. c. pro *quinque millia*, legendum exiſtimans *quinquaginta millia*. Inſcriptio ibidem: Tribus XXXV. Quod Liberalitate Optimi Principis Commoda Earum Etiam Locorum Adjectione Ampliata Sint.

§ 56. (l. 67.) φιλούμενός τε οὖν ἐπ' αὐτοῖς] Legi meretur *Plinius* c. 72. ſq. ubi adeo illacrumaſſe Principem refert, perſpecta lætarum acclamationum fide & ſinceritate. adde cap. 85. ſq.

§ 57. (l. 74.) συμμετεῖχε σφίσι] Popularitatem ejus deſcribit pluribus *Eutropius* VIII. 2, 10. ſq. Quin *amicis culpantibus, quod nimis circa omnes communis eſſet, reſpondit: Talem ſe Imperatorem eſſe privatis, quales eſſe ſibi Imperatores privatus optaſſet.* ibid. § 15. adde *Plin.* Pan. c. 49.

§ 58. (l. 75.) καὶ τέταρτος ὠχεῖτο] Alius *Dionis* locus eſt plane conſimilis p. 791. A. in Hadriano: *ἀεί τε περὶ ἑαυτὸν καὶ ἐν τῇ Ῥώμῃ καὶ ἔξω τοὺς ἀρίστους εἶχε, καὶ συνῆν σφίσι καὶ ἐν τοῖς συμποσίοις· καὶ διὰ τοῦτο καὶ τέταρτος πολλάκις ὠχεῖτο.* *Fulvius Urſinus*, Vir ſolide doctus, in Appendice ad Ciacconium de Triclinio pag. 124. ſq. locum poſteriorem tangens, (nam hunc præſentem ſilentio prætermittit) legendum arbitratur ἐνωχεῖτο, exiſtimans, Hadrianum velut umbram ſæpe convivio interfuiſſe, & quartum in accumbendo locum lecti occupaſſe. Sic ſane apud *Horatium* Serm. I. 4. v. 86.

Sæpe tribus lectis videas cœnare quaternos.

& ſic vetus Dionis interpres *Blancus* utroque loco reddidit. Quanquam vero elegans videri poſſit emendatio; tamen, qui hoc in loco pariter ὠχεῖτο legi perpenderit, nec utrimque vitii librariorum ſuſpicionem eſſe, intellexerit, a præcipiti aſſenſu retrahetur. Salva igitur lectione & ſententia verbi ὀχεῖσθαι, *Eutropius* VIII. 2, 10. ſq. nobis interpres ſubveniat, ſic ſcribens: *vel cum feſtos dies habuiſſent, convivia cum iisdem indiſcreta viciſſim habens, ſæpe in vehiculis eorum ſedens.* Vides Eutropium cum conviviis pariter conjungere ſeſſionem in vehiculis eorum: quod diſtinctius *Pæanius: ὀχεῖτο δὲ καὶ τοῖς ὀχήμασιν ἐκείνων, τὸν βασιλικὸν ἀπολιπὼν δίφρον.* Nempe in δίφρῳ ſolus, aut uno ad ſummum ſocio adhibito, ſedebat Imperator; verum quo magis unus ex illis eſſe videretur, una cum ipſis in vehiculo capaciore ſedens τέταρτος ὠχεῖτο, ſive ad convivium, ſeu ab illo vectus.

§ 59. (l. 77.) ὅση ἐν λόγοις] *Victor* Epit. XIII. 8. *magis ſimpliciora ingenia, aut eruditiſſimos, quamvis ipſe parcæ eſſet ſcientiæ, moderateque eloquens, diligebat.* Contra *Julianus* Cæſ. p. 846. Sylb. non tam facultatem dicendi, quam ſegnitiem accuſat.

μειράκια καὶ περὶ οἶνον ἐσπουδάκει· ἀλλ', εἰ μέν τι ἐκ τούτων ἢ αἰσχρὸν ἢ κακὸν ἢ ἐδεδράκει ἢ ἐπεπόνθει, ἐπηγορίαν ἂν εἶχε· νῦν δὲ [u] τοῦ τε [62] οἴνου διακόρως ἔπινε, καὶ νήφων ἦν, ἔν
D τε τοῖς παιδικοῖς οὐδένα ἐλύπησεν. εἰ δὲ καὶ φιλοπόλεμος ἦν, ἀλλὰ τῇ τε κατορθώσει, καὶ τοῦ ἐχθίστου μὲν καθαιρέσει, τοῦ οἰκείου δὲ αὐξήσει ἠρκεῖτο. οὐδὲ γὰρ οὐδ' ὅπερ εἴωθεν ἐν τοῖς τοιούτοις γίγνεσθαι, τὸ τοὺς στρατιώτας ἐξογκοῦσθαί τε καὶ ὑπερφρονεῖν, συνέβη ποτὲ ἐπ' αὐτοῦ· οὕτως ἐγκρατῶς αὐτῶν ἦρχε. διὰ ταῦτα μὲν οὖν οὐκ ἀπεικότως ὁ Δεκέβαλος αὐτὸν ἐδεδίει.

Στρατεύσαντι δὲ τῷ Τραϊανῷ κατὰ τῶν Δακῶν, [x] καὶ ταῖς Τάπαις, ἔνθα ἐστρατοπέδευον οἱ βάρ-
E βαροι, πλησιάσαντι, [63] μύκης μέγας [y] προσεκομίσθη, γράμμασι Λατίνοις λέγων, ὅτι ἄλλοι τε τῶν συμμάχων καὶ [z] Βοῦρροι παραινοῦσι Τραϊανῷ ὀπίσω ἀπιέναι καὶ εἰρηνῆσαι. συμβαλὼν δὲ αὐτοῖς ὁ Τραϊανός, [a] πολλοὺς μὲν τῶν οἰκείων τραυματίας ἐπεῖδε, [64] πολλοὺς δὲ τῶν πολεμίων ἀπέκτεινεν· [b] ὅτε καὶ ἐπιλιπόντων τῶν ἐπιδέσμων, οὐδὲ τῆς
773 ἑαυτοῦ ἐσθῆτος λέγεται φείσασθαι, ἀλλ' ἐς τὰ [65] λαμπάδια ταύτην [c] κατατεμεῖν· τοῖς δὲ τελευτήσασι τῶν στρατιωτῶν ἐν τῇ μάχῃ [66] βωμόν τε στῆσαι, καὶ κατ' ἔτος ἐναγίζειν κελεῦσαι. ὡς δὲ καὶ ἐς [d] αὐτὰ τὰ ἄκρα ἐπεχείρησεν ἀναβῆναι, λόφους ἐκ λόφων μετὰ κινδύνων καταλαμβάνων, καὶ τοῖς [67] τῶν Δακῶν βασιλείοις ἐπέλασε· [68] ὅ, τε [e] Λούσιος ἑτέρωθι προσβαλών, καὶ ἐφόνευσε πολλούς,

ditum fuiſſe ſcio, tamen tum demum reprehendendus videretur, ſi ob eam cauſam turpiter aliquid aut nequiter feciſſet paſſusve eſſet. Jam vero, licet vinum largiter biberet, tamen ſobrius erat: & quod ad amores attinet, nemini moleſtus fuit. Quamvis etiam belli eſſet avidus; tamen & re bene geſta, & everſis hoſtibus, & incremento ſuorum, contentus fuit: neque ei unquam accidit, quod evenire in hujusmodi caſibus ſolet, ut milites ſe feroces & inſolentes præbuerint: usque adeo eos retinebat in officio. His de cauſis Decebalus merito eum verebatur. A.U.C 853 Trajano III. & Sex. Frontino COSS.

8. Poſtquam ergo Trajanus in Dacos exercitum duxit, nec longe abfuit ab Tapis, ubi barbari caſtra poſuerant, fungus ingens ad eum allatus eſt, in quo ſcriptum erat Latinis literis, Burros ſociosque omnes Trajanum hortari, ut domum reverteretur pacemque coleret. Sed Trajanus nihilominus conflixit. Quo in prœlio quanquam magna cædes hoſtium facta eſt, tamen multos ex ſuis ſaucios vidit. Quumque deficerent ea, quibus vulnera militum obligarentur, fertur ne veſti quidem ſuæ pepercisse, ſed eam in faſcias diſcidiſſe; cæſisque in prœlio ſtatuiſſe aram, & quotannis parentari juſſiſſe. Poſt contendit ad editiora loca montium, inde aliis aliisque collibus non ſine periculo occupatis, ad regiam Dacorum pervenit: Luſius autem hoſtes ex altera parte adortus, magnum numerum A.U.C 854 Trajano IV. & Sex. Pæto COSS.

[u] τοῦ τε οἴνου. τοῦτο, corrupte, apud RS. & HS. edit. min. ſic & paulo ante ἐδράκει apud RS. pro ἐδεδράκει.
[x] καὶ ταῖς Τάπαις. ſic malui cum Pal. pro vulg. τοῖς τόποις, ut ſupra p. 764. A. Sylb. quem ſequuntur HS. edit. maj. & L. ſic & Br. & RS. codex in margine. [y] προσεκομίσθη. προεκομίσθη, male, RS. Coisl. & Br. [z] Βοῦρροι. Βοῦρροι nominantur hi populi apud Theodoſium. L. vide p. 809. C. [a] πολλοὺς μὲν τῶν οἰκείων τραυματίας ἐπεῖδε. hæc deſunt in Coisl. & Br. vitio librarii, intermedia inter duplex πολλοὺς tranſſilientis. [b] ὅτε. ſic Sylb. HS. edit. maj. & L. ὅτι, minus bene RS. & HS. edit. min. ſtatim pro vulgato ἐπιλειπόντων. Suidas in λαμπάδια, habet ἐπιλειπόντων σφᾶς. ſed noſtram lectionem confirmat Z. [c] vulgo: ταύτην καταδεσμεῖν. verum Suidas, oratione directa: αὐτὴν κατέτεμε πᾶσαν. unde, pro καταδεσμεῖν, Suidam olim legiſſe rectius κατατεμεῖν, judicat eruditiſſimus Kuſterus, & ante eum HS. & Sylb. [d] αὐτὰ τὰ ἐπ' ἄκρα, vulgo. αὐτὰ abeſt a Pal. & præpoſitio ἐπὶ ſupervacua eſt, ut declarant hæc Zonaræ, ἐπεὶ δὲ τὰ ἄκρα κατέλαβε. Sylb. mihi non diſpliceret omnino τὰ ἔπακρα. HS. dixeris, ἐπ' ad marginem ſcriptum pro ἐς, in textum, ſed alieno loco, irrepſiſſe: ut vel ἐς αὐτὰ, vel ἐπ' αὐτὰ legi debeat. [e] Λούσιος. Λούκιος, RS. Coisl. & Br. vide Exc. Peir. & Dionem infra p. 781. 785. B. 786. ubi Luſius.

accuſat, quod Suræ conſueviſſet dicenda in mandatis dare: καίπερ δυνάμενος λέγειν, ὑπὸ ῥαθυμίας (ἐπιτρέπων γὰρ αὐτὰ τὰ πολλὰ τῷ Σούρᾳ γράφειν ὑπὲρ αὐτοῦ) φθεγγόμενος μᾶλλον ἢ λέγων, ἐπεδείκνυεν &c. Sed & infra dignitatem ſuam habere potuit Trajanus, Sophiſtam agere apud populum aut Senatum. Epigramma ejus ſatis acutum legitur in *Anthologia gr.* lib. II. cap. 13. & Dacica ab eo ſcripta eſſe *Priſcianus* teſtis eſt. vide *Voſſium* Hiſt. Lat. lib. I. p. 162.

§ 60. (l. 78.) τό γε μὴν ἔργον αὐτῆς] Cultiſſimus *Geſnerus* confert cum phraſi τὸ ἔργον τοῦ νόμου Rom. II, 15. ad illa *Plinii* Pan. 47, 1. *quem honorem dicendi magiſtris? quam dignationem ſapientiæ doctoribus habes? — tu easdem artes in complexu, oculis, auribus habes. Præſtas enim quæcunque præcipiunt, tantumque eas diligis, quantum ab illis probaris.* Philoſophi ergo, quos exulare juſſerat Domitianus, vel a Nerva, vel certe a Trajano revocati. Inter alios *Dio Chryſoſtomus* ei valde familiaris, ut ipſe prædicat initio Orat. III. & cum Trajano, ut refert *Philoſtratus* Sophiſt. I. 7. p. 488. in curru triumphali vectus eſt.

§ 61. (l. 80.) περὶ μειράκια] Hinc in *Juliani* Cæſ. p. 835, 34. Silenus, veniente Trajano, Ganymeden Jovi magna cura cuſtodiendum dicit. Trajanus τράγος *Tzetzi* Chil. II. v. 98. Eodem volunt tendere *Spartianum* in Adriano c. 2. verbis vel corruptis vel certe obſcurioribus: *fuitque in amore Trajani: nec tamen ei per pædagogum puerorum, quos Trajanus impenſius diligebat, Gallo favente, defuit.* Idem c. 4. diſertius ſcribit, Hadrianum *curaſſe* Trajani *delicatos*, eosdemque ſepeliſſe. Vide *Triſtanum* T. I. pag. 375. ſq. *Dodwellum* Prælect. Cambden. VII. § 1-4. p. 288. ſqq. *Dionem* p. 780. D. E.

§ 62. (l. 84.) οἴνου διακόρως] *Victor* Cæſ. XIII. 10. *Vinolentiam, quo vitio, uti Nerva, angebatur,* (alii, agebatur, vel tangebatur) *prudentia molliverat, curari vetans juſſa poſt longiores epulas.* in Epit. XIII. 4. *cibo vinoque paululum deditus erat.* *Julianus* Cæſ. p. 846, 22. ὑπὸ δὲ τῆς φιλοποσίας ἀμβλύτερος ἑαυτοῦ πολλάκις ἦν. Hadrianus apud *Spartianum* c. 3. *indulſiſſe vino ſe dicit, Trajani moribus obſequentem: atque ob hoc ſe a Trajano locupletiſſime muneratum.* Adde *Lampridium* in Alex. Severo c. 39. *Victorem* Epit. XLVIII. 10.

§ 63. (l. 95.) μύκης μέγας] Strategema, retro vertendo hoſti inventum, ſi religione teneretur. Burri συμμαχήσαντες τοῖς Ῥωμαίοις etiam infra p. 809. C. Memorantur & apud Tacitum de M. G. c. 43. inter gentes poſt tergum Marcomannorum & Quadorum poſitas. adde *Capitolinum* Antonino cap. 22.

§ 64. (l. 100.) πολλοὺς τῶν πολεμίων] Numus apud *Mediobarbum* pag. 149. fin. Trajano COS. III. in clypeo VICT. GERM. alii ibid. p. 150. victoriæ indices.

§ 65. (l. 3.) ἐς τὰ λαμπάδια ταύτην κατατεμεῖν] *Plinius* Pan. 13, 3. de priori ejus ad Danubium commoratione: *Quid, cum ſolatium feſſis, ægris opem ferres? Non tibi moris tua inire tentoria, niſi commilitonum ante luſtraſſes, nec requiem corpori, niſi poſt omnes, dare.*

§ 66. (l. 4.) βωμόν τε στῆσαι] Concrematis corporibus cæſorum, aram ſtatuit, & quotannis parentari juſſit: quem morem egregie illuſtrat *Fabrettus* ad Col. Traj. p. 65. ſq. adde de Germanico Cæſare, militibus ex Variana clade inſepultis, ſuprema perſolvente, *Tacitum* Annal. I. 61. ſq.

§ 67. (l. 8.) τῶν Δακῶν βασιλείοις] Sarmazegetuſam innuit, de qua p. 774. A. 777. A. B.

§ 68. (l. 8.) ὅ τε Λούσιος] Apud *Euſebium* Lyſias Quictus, Λυσίᾳ Κυήτῳ item Κουήτῳ, at in Hiſt. Eccl. IV. 2. pejus Λουκίῳ Κοΐντῳ. in Exc. Peir. infra Κύητος Λούσιος. Luſius Quietus rectius apud *Spartianum* Adr. c. 5. ubi vide Caſaub. adde cap. 7. Fuiſſe illum ex Mauris barbaris extra provinciam Mauritaniam, ſed Trajano percarum, & ab eo, quod Mardos debellaſſet, primo Conſulem, deinde ſucceſſorem imperii deſignatum,

A.U.C. 854 Trajano IV. & Sex. Pæto COSS.

rum eorum concidit, plures cepit vivos. Quo facto Decebalus legatos ad Trajanum miſit.

9. [Miſerat quidem jam ante, quam vinceretur, legatos, eosque non amplius e numero comatorum, ut prius, ſed pileatorum præſtantiſſimos. Illi vero, quum abjectis armis humi ſe proſtraviſſent, Trajanum precati ſunt in primis, ut ipſi Decebalo, nihil non eorum facturo, quæ juſſurus eſſet, poteſtatem faceret in conſpectum & colloquium imperatoris veniendi: ſin minus, ſaltem ut aliquis mitteretur, qui de pace cum eo ageret. Miſſi ſunt hoc nomine Sura Claudiusque Livianus, præfectus prætorii; ſed effectum omnino nihil. Quippe nec cum illis Decebalus auſus fuit ſermones conferre, ſed alios legatos tunc quoque miſit. Interim Trajanus & montes caſtellis munitos cepit, & in illis arma, tormenta bellica, captivos, ſignum illud denique reperit, quod captum ſub Fuſco fuerat. Decebalus ergo, cum has ob cauſas, tum quod Maximus eodem tempore ſororem ipſius, & oppidum quoddam munitum in poteſtatem redegiſſet, nullam non admiſit ultro condicionem ex iis, quæ imperabantur: non quo pactis ſtare decreviſſet, ſed ut ſe a præſenti clade reciperet.] Nam & arma ſe machinasque, & earum artifices tradere velle, transfugas dedere, diruere propugnacula; de regione, quam ex finitimis

λοὺς, καὶ ἐζώγρησε πλείονας. τηνικαῦτα ὁ Δεκέβαλος πρέσβεις ἔπεμψε.

f [Ἐπεπόμφει μὲν καὶ πρὸ τῆς ἥττης πρέσβεις, οὐκ ἔτι τῶν κομητῶν, ὥσπερ πρότερον, B
ἀλλὰ 69 τῶν πιλοφόρων τοὺς ἀρίστους. καὶ ἐκεῖνοι τά τε ὅπλα ῥίψαντες, καὶ ἑαυτοὺς ἐς τὴν γῆν καταβαλόντες, ἐδεήθησαν τοῦ Τραϊανοῦ, μάλιστα μὲν αὐτῷ τῷ Δεκεβάλῳ καὶ ἐς ὄψιν καὶ ἐς λόγους αὐτοῦ ἐλθεῖν, ὡς καὶ πάντα τὰ κελευσθησόμενα ποιήσοντι, ἐπιτραπῆναι· εἰ δὲ μὴ, C
σταλῆναί γέ τινα τὸν συμβησόμενον αὐτῷ. καὶ ἐπέμφθη 70 ὁ Σούρας καὶ 71 Κλαύδιος Λιβιανὸς ὁ ἔπαρχος· ἐπράχθη δὲ οὐδέν. ὁ γὰρ Δεκέβαλος οὐδὲ ἐκείνοις ἐτόλμησε g συμμῖξαι. ἔπεμψε δὲ καὶ τότε h τινάς. ὁ δὲ Τραϊανὸς ὄρη τε ἐντετειχισμένα ἔλαβε, καὶ ἐν αὐτοῖς τά, τε ὅπλα, τά τε μηχανήματα, καὶ τὰ αἰχμάλωτα, τό, τε σημεῖον τὸ 72 ἐπὶ τοῦ Φούσκου ἁλὸν, εὗρε. δι' οὖν ταῦτα ὁ Δεκέβαλος, ἄλλως τε, καὶ ἐπειδὴ 73 ὁ Μάξιμος ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ τήν τε ἀδελφὴν αὐτοῦ, καὶ χωρίον τι ἰσχυρὸν εἷλεν, D
οὐδὲν ὅ, τι οὐχ ἑτοίμως τῶν i προσταχθέντων ἔχρῃζε συνθέσθαι k οὐχ ὅτι καὶ ἐμμένειν αὐτοῖς ἔμελλεν, ἀλλ' ἵν' ἐκ τῶν παρόντων ἀναπνεύσῃ.] τά γὰρ ὅπλα καὶ τὰ μηχανήματα 74 τούς τε μηχανοποιοὺς παραδοῦναι, καὶ 75 τοὺς αὐτομόλους ἀποδοῦναι, τά τε ἐρύματα καθελεῖν, καὶ τῆς χώρας τῆς ἑαλωκυίας ἀποστῆναι, l καὶ προσέτι

f ἐπεπόμφει μὲν ὁ Δεκ. &c. hæc ex Theodoſio & Exc. Urſ. num. LII. pleniora longe his Xiphilini: τηνικαῦτα ὁ Δεκέβαλος πρέσβεις πέμψας τοὺς ἀρίστους τῶν πιλοφόρων, καὶ δι' αὐτῶν τοῦ αὐτοκράτορος δεηθεὶς, οὐδὲν ὅ τι οὐχ ἑτοίμως τῶν προσταχθέντων ἔχρῃζε συνθέσθαι. g συμμῖξαι. in MS. Urſinus ait fuiſſe συμμίξας. h τινάς. ſic L. ex ingenio. deeſt apud Urſ. ejusque loco aſteriſcus lacunæ ſignum. i προταχθέντων Exc. Urſ. & ſic Pal. & L. & RS. in variis Lect. προσταχθέντων. Xiph. quod præferendum duxi. nam & victor præſcribit conditiones, & ſic Romani loquuntur. Dio infra p. 775. B. & ſupra in his ipſis Excerptis πάντα τὰ κελευσθησόμενα ποιήσοντι. ſic enim rectius κελευσθησόμενα ſcribitur, quam apud Urſinum κελευθησόμενα. k οὐχ ὅ, τι καὶ usque ad ἀναπνεύσῃ. hæc negligentius omiſſa erant apud L. l καὶ προσέτι. hæc addidi ex Exc. Urſ. ex quibus & ſcripſi τούς τε αὐτοὺς pro vulgato τοὺς αὐτούς τε.

ſignatum, memoriæ prodidit *Themiſtius* apud Valeſium ad Euſeb. H. E. IV. 2. pag. 59. a. Adduxerat is Mauros equites, qui & in columnâ Trajani num. 198. repræſentantur, ut demonſtravit *Fabrettus* p. 5. ſq. vide infra p. 781. B. & 786. B. § 201. ſqq.

§ 69. (l. 14.) τῶν πιλοφόρων] Nolo hic de integris populis pileatis aut comatis multa congerere, quod forte in mentem alicui de Dacis etiam venire poterat ex *Victore* Cæſ. XIII. 3. *Domitis in provinciam Dacorum pileatis Sacisque nationibus.* Certum eſt, Pileatos Dioni notare nobiliores. Ita enim *Lucianus* in Scytha c. 1. T. I. p. 859. τοῖς πιλοφορικοῖς apud Scythas, opponit τοὺς πολλοὺς καὶ δημοτικοὺς, unde illi poſtea γένους τοῦ δοκιμωτάτου dicuntur c. 3. & τῶν ἐπιφανῶν c. 4. εὐπατριδῶν. c. 7. & Ulyſſes in tragœdiis pileatus inducebatur παράσημον εὐγενείας. vide *Voſſium* Inſtit. Poët. II. 16. p. 76. Interpres hujus loci diſertus eſt *Jornandes* in Gothicis pag. 86. edit. Lindenbrogii: *Dio, qui hiſtorias eorum* (Gothorum) *annaleſque compoſuit, dixit, primum Taraboſteos, deinde vocitatos Pileatos hos, qui inter eos generoſi extabant, ex quibus eis & reges & ſacerdotes ordinabantur.* Itemque *Petrus Patricius* in Eclogis Legationum Hœſchelii pag. 15. ὅτι Δεκέβαλος πρὸς Τραϊανὸν πρέσβεις ἔπεμψε πιλοφόρους· οὗτοι γάρ εἰσι παρ' αὐτοῖς οἱ τιμιώτεροι· πρότερον γὰρ κομήτας ἔπεμπεν εὐτελεστέρους δοκοῦντας παρ' αὐτοῖς εἶναι. Et, ne quid dubii ſuperſit, ſimiliter Marcomanni apud *Dionem* p. 817. C. ad Commodum mittunt δύο τῶν πρώτων, καὶ δύο ἄλλους τῶν καταδεεστέρων. Videor mihi in Columna Trajani ex utroque genere Dacos ſupplices obſervaſſe num. 186. 201. 262. In numis de DAC. CAP. Dacus eſt captivus pileatus, vide Arſchotanos XXXIV. 15. ſqq. & *Spanhemium* ad Juliani Cæſ. p. 75. & 236. b.

§ 70. (l. 21.) ὁ Σούρας] Licinius Sura, de quo p. 777. D. vide ſupra p. 772. § 59.

§ 71. (l. 21.) Κλαύδιος Λιβιανὸς ὁ ἔπαρχος] Videtur hic in locum Caſperii Aeliani aſſumtus, quem Trajanus interfecerat. p. 770. § 21. p. 771. § 37.

§ 72. (l. 27.) τὸ ἐπὶ τοῦ Φούσκου ἁλόν] Vide pag. 761. § 34. ſq.

§ 73. (l. 29.) ὁ Μάξιμος] Ejusdem mentio infra p. 785. B. Forte is ipſe eſt, qui Antonium ſub Domitiano rebellantem devicerat p. 764. § 55. ſq. Ita & viſum *Tillemontio* pag. 293. Pro ſequenti εἶχεν, videtur legendum εἷλεν, quæ ſæpius permutantur. Agitur enim de re ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ facta.

§ 74. (l. 34.) τούς τε μηχανοποιοὺς] δημιουργοὺς παντοίας τέχνης a Domitiano acceperat. p. 762. § 42.

§ 75. (l. 35.) τοὺς αὐτομόλους ἀποδοῦναι] Transfugiebant ad barbaros præcipue qui maleficii rei erant. Suidas in ὑπόδικοι, neſcio an ex Dione: στρατιῶται ὑπόδικοι ἐπὶ κακουργίᾳ, δρασμὸν βουλευσάμενοι παρὰ Δεκέβαλον, θανάτῳ κολάζονται.

§ 76. (l. 44.) ἐς τὴν γῆν πεσὼν καὶ προσκυνήσας αὐτῷ] De Perſica adoratione acceperant, ante Fabrettum, interpretes columnæ Trajani: quod a Trajani humanitate alienum eſſe, nec ipſius columnæ figuris exhiberi, diſputans Fabrettus p. 42. ſqq. non ſatis habuit, Xiphilini προσκυνεῖν mitius interpretari de ſupplicum habitu, ſed eo tandem devolvitur p. 45. ut ex rei adſpectu verba Dionis melius ipſo Xiphilino ſe reperiſſe confidat, nempe hæc: *ſedentique pro tribunali in conſpectum venit & concidit in genua, manusque tendens precatus eſt.* Scilicet ita Dio de Vercingetorige, p. 140. A. πεσὼν δὲ ἐς γόνυ, τώ τε χεῖρε προτείνας ἐδεῖτο. Nollem hæc Viro Eximio excidiſſent. Nam non tantum *Zonaras* p. 585. A. ſimiliter: ἐς οὖδας καταπεσὼν, αὐτῷ προσεκύνησεν, ſed & Excerpta Urſini, vel, ſi mavis, Theodoſii, quæ procul dubio integriora Dionis ipſis ejus verbis exhibent, a Xiphilino hic nihil recedunt: & προσκυνεῖν de aliis regibus barbaris Imperatores ſuppliciter venerantibus uſurpat *Dio* v. g. de Tigrane pag. 26. A. de Teridate pag. 712. B. & 717. A. ἐς γῆν τὸ γόνυ καθεὶς, καὶ τὰς χεῖρας ἐπαλλάξας — καὶ προσκυνήσας. Scilicet hæc eſt ſupplicatio dedititiorum aut captivorum, ut mox dicam § 7

§ 77. (l. 46.) πρέσβεις ἐπὶ τούτοις] More veteri … quem ut honorem Senatui haberent, ſervarunt etiam Imperatores, præcipue mites & boni. vide *Spanhem.* U. N. D… p. 140. ſq.

§ 78. (l. 49.) ἐν Ζερμιζεγεθούσῃ] Regia Dacorum p. … Ζαρμιζέγεθουσα βασίλειον, & Ζαρμιζεγέθουσα *Ptolemæo* p… 196. Sarmategete in Tab. Peutinger. SARMIZ conciſe, … ZARMIZÆGETHUSA, in lapidibus vetuſtis Daciæ S…

E προσέτι τούς τε αὐτοὺς ἐχθροὺς καὶ φίλους τοῖς Ῥωμαίοις νομίζειν, [m] [καὶ μήτ' αὐτῶν ὅλως τινὰ ὑποδέχεσθαι, μήτε στρατιώτῃ τινὶ ἐκ τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς χρῆσθαι, (τοὺς γὰρ πλείστους τούς τε ἀρίστους ἐκεῖθεν ἀναπείθων προσεποιεῖτο)] καὶ ἄκων ὡμολόγησε· πρός τε τὸν Τραϊανὸν [n] εἰσελθών, καὶ [76] ἐς τὴν γῆν πεσών, καὶ 774 προσκυνήσας [o] αὐτῷ, [p] [καὶ τὰ ὅπλα ἀποῤῥίψας. καὶ [77] πρέσβεις ἐπὶ τούτοις ἐς τὸ βουλευτήριον ἔπεμψεν, ὅπως καὶ παρ' ἐκείνου τὴν εἰρήνην βεβαιώσηται. ταῦτα συνθέμενος, καὶ στρατόπεδον [78] ἐν [q] Ζερμιζεγεθούσῃ καταλιπών, τήν τε ἄλλην χώραν φρουραῖς διαλαβών, ἐς Ἰταλίαν ἀνεκομίσθη.]

B Καὶ οἱ παρὰ τοῦ Δεκεβάλου πρέσβεις εἰς τὸ συνέδριον ἐσήχθησαν· τά τε ὅπλα καταθέντες, [79] συνῆψαν τὰς χεῖρας ἐν [r] αἰχμαλώτου σχήματι, καὶ εἶπόν τέ τινα, καὶ ἱκέτευσαν· καὶ οὕτω τήν τε εἰρήνην ἐσπείσαντο, καὶ τὰ ὅπλα ἀπέλαβον. Τραϊανὸς δὲ τά τε [80] νικητήρια ἤγαγε, καὶ Δακικὸς ἐπωνομάσθη· ἔν τε [81] τῷ θεάτρῳ [s] μονομάχους συνέβαλε (καὶ γὰρ ἔχαιρεν αὐτοῖς) καὶ [82] τοὺς ὀρχηστὰς ἐς τὸ θέατρον ἐπανήγαγε (καὶ C γὰρ ἑνὸς αὐτῶν [83] τοῦ Πυλάδου ἤρα·) οὐ μέντοι, οἷα πολεμικὸς ἀνήρ, τἆλλα ἧττον διῆγεν, ἢ καὶ ἧττον ἐδίκαζεν, ἀλλὰ [t] τοτὲ μὲν ἐν [84] τῇ ἀγορᾷ τοῦ Αὐγούστου, [t] τοτὲ δ' ἐν τῇ στοᾷ τῇ Λιουΐᾳ ὠνομασμένῃ, πολλάκις δὲ καὶ ἄλλοθι ἔκρινεν ἐπὶ βήματος. [u] ἐπεὶ δὲ

timis cepiſſet, decedere; & amicos hoſteſque eoſdem, quos populus Romanus haberet, exiſtimare; [nec omnino quemquam Romanorum excipere, nec ullo milite ex Romani imperii finibus uti, (plurimos enim & optimos inde ſibi perſuadendo adjungebat)] vel invitus conventione promiſit; & ad Trajanum profectus, ac proſtratus ad ipſius pedes, eum veneratus eſt, [armis prius abjectis. Legatos quoque ob has res ad ſenatum miſit, ut etiam ab eo rata pax haberetur. His ita pactis & conventis, caſtriſque ad Zermizegethuſam relictis, & regione cætera præſidiis munita, in Italiam Trajanus revectus eſt.] A.U.C. 854 Trajano IV & Sex. Pæto COSS.

10. Tum legati Decebali intromittuntur in ſenatum, qui depoſitis armis, junctiſque manibus more captivorum, pauca ſupplices loquuti, deinde confirmata pace, arma receperunt. Eoque facto Trajanus de Dacis triumphavit & Dacicus cognominatus eſt. Poſt in amphitheatro gladiatores commiſit, quibus delectabatur, ſaltatoreſque in theatrum reduxit: nam & quendam e numero eorum Pyladen amabat. Neque vero in illo, quo flagrabat, armorum ſtudio, minorem curam habuit cæterarum rerum, aut parcius cauſas diſceptavit. Nam modo in foro Auguſti, modo in porticu quæ Liviæ diceretur, ſæpe & aliis in locis, jus pro tribunali dicebat. A.U.C. 856 Trajano V. & Q. Maximo II. COSS.

m καὶ μήτ' αὐτῶν &c. hæc inſerta ex Exc. Urſ. deſiderantur apud Xiph. malui autem αὐτῶν ſcribere, quam αὐτὸν cum Urſino, aut cum L. μήθ' αὐτόν. n ἀσελθών. ſic Xiph. ἐλθών, Exc. Urſ. & Z. quod præferendum. o αὐτῷ. Xiph. αὐτόν, Exc. Urſ. uterque caſus jungitur verbo προσκυνεῖν. p καὶ τὰ ὅπλα &c. debentur hæc Excerptis Urſ. num. LII. nam apud Xiph. exſtant tantum extrema his verbis: Τραϊανὸς δὲ ἐπὶ τούτοις ἐς τὴν Ἰταλίαν ἀνεκομίσθη. q Ζερμιζεγεθούσῃ. ſic L. vide in notis. Ζερμιγεζεθούσῃ Exc. Urſ. r αἰχμαλώτου. melius αἰχμαλώτων, apud Z. s μονομάχους. male μονομάχοις ſcribitur apud RS. & HS. edit. min. t τοτὲ μὲν, τοτὲ δ' ἐν. τότε, τότε, RS. deſideratur etiam adverſativa δὲ apud RS. & HS. edit. min. eſt in Br. addita ab HS. edit. maj. & L. ex Pal. pro vulgato Ἰουλίᾳ, Blancus legit Λιουΐᾳ, Liviæ; quod genuinum eſt. u ἐπεὶ δὲ ὁ Δεκ. præmiſerat his L. excerptum Theodoſii τῶν δὲ Δακῶν &c. quod paulo aptius ſub finem paginæ hujus collocari arbitratus ſum.

moſii, ſeu in Analectis ad Lazium de Rep. Rom. Caſtrorum ibi poſitorum indicium præbent ruinæ opidi, prope Gradiſtiam Valachorum, quod Hungari lingua ſua *Warbel* i. e. locum caſtrorum appellant. Legi de his caſtris & ipſa urbe meretur *Zamoſius* l. c. p. 14. *Leunclavius* in notis p. 1040. a. *Victor* Cæſ. XIII. 4. *Caſtra ſuſpectioribus atque opportunis locis exſtructa.* Quod autem eadem urbs *Colonia Ulpia Trajana Aug. Dacica Sarmiz* vocatur apud *Leunclavium* in notis, *Zamoſium* & *Gruter*. CCCLIV. 5. de eo dubitat Illuſtriſſ. Comes *Marſilius* T. II. Danubii p. 65. ſq. quia hæc colonia nec ad flumen nec in monte, ſed in planitie poſita eſt. Et Leunclavianas inſcriptiones evidentius falſas judicant *Fabrettus* ad Col. Traj. p. 231. ſq. aliique harum rerum periti. Quo minus audiendus *Harduinus*, qui Trajanopolin Thraciæ cum Auguſta Trajana Daciæ eandem facit pag. 171. Opp. Sel. vide Eruditiſſimum *Eraſmum Frœlich.* S. I. in IV. Tentaminibus numariis p. 279.

§ 79. (l. 54.) συνῆψαν τὰς χεῖρας ἐν αἰχμαλώτου σχ.] Ita Cæſarem deprecatur Vercingetorix τὼ χεῖρε πιέσας p. 140. A. Ita Teridates Neronem, τὰς χεῖρας ἐπαλλάξας, ſupra § 76. quaſi vinctæ eſſent, ut bello captorum. Vide Scythas captos & ad remigandum deſtinatos in columna Theodoſii Conſtantinopolitana, quam Hiſtoriatam vocant, apud *Bandurium* T. II. Imperii Orientalis tab. XII. XIII. Hic omnia ſymbolice aguntur, quorſum & ſpectat depoſitio armorum p. 773. B. 774. A. B.

§ 80. (l. 57.) νικητήρια ἤγαγε] Hic triumphus *ex invicta gente primus. Plin.* Epiſt. VIII. 4, 2. Meminit ejus *Euſebius* ad A. Chr. 102. U. C. 855. *Scaliger* quidem p. 206. a. anno prius triumphatum vult ex numo, ubi COS. III. jam Dacicus ſcribitur. vide & *Mediob.* p. 150. Sed cum id cognomen nec in ceteris ejusdem, nec in ſequentis anni numis compareat, ad A. U. C. 855. referendus erit, quo COS. IIII. & in nonnullis cum addito DES. V. ſcribitur. Hoc enim anno cognominis hujus & triumphi veſtigia ſunt in numis apud *Mediob.* p. 151. ſq. *Fabrettum* p. 274. ſq. Quare & ſuſpecta aut corrigenda eſt inſcriptio Gruter. CCXLVI. 6. ex Panvinio: TRIB. POT. IIII. COS. IV. VICTO DECEBALO.

§ 81. (l. 58.) ἔν τε τῷ θεάτρῳ μονομάχους συνέβαλε] Unum hoc fuit ex vitiis Principis, quippe bellicoſi, & ab inveterata feritate Romanorum nondum ſatis revocati exemplo Veſpaſiani, p. 752. A. & Nervæ p. 770. § 13. Vide infra pag. 777. D. & *Plinium* Pan. 33, 1. ſq. qui blandiendi cauſa ſpectaculum gladiatorium ornat, *quod ad pulchra vulnera contemtumque mortis accenderet, quum in ſervorum etiam noxiorumque corporibus amor laudis & cupido victoriæ cerneretur.* Ipſe cum aliis gravibus viris ſecus de ejusmodi ſpectaculis ſenſiſſe videtur. Epiſt. IV. 22, 3.

§ 82. (l. 60.) τοὺς ὀρχηστὰς] Pantomimos & hiſtriones ſuſtulerat Domitianus. *Suet.* 7, 4. Nerva quoque ab iis alienior: p. 770. B. § 13. Sed rogatus a populo, ut reſtitueret. *Plin.* 46, 2. Contra proclivior in eosdem fuit Trajanus: ſiquidem rogatus licet a populo, ut pantomimorum ſpectaculum tolleret, idque tum faciens, teſte *Plinio* l. c. poſt bellum Dacicum reduxit: quo & pertinet apud *Gruterum* CCCXXXI. 6. M. ULPIUS. AUG. LIB. APOLAUSTUS. MAXIMUS. PANTOMIMORUM. CORONATUS. ADVERSUS. HISTRIONES. ET. OMNES. SCÆNICOS. ARTIFICES.

§ 83. (l. 61.) τοῦ Πυλάδου ἤρα] Pylades cognomen plurium Pantomimorum ex Pyladis domo, ſeu ſchola, de qua, & Bathylli, vide *Bulengerum* de Theatro l. 51. L. AELIUS. AUG. LIB. PYLADES. PANTOMIMUS. & L. AURELIUS. AUGG. LIB. PYLADES. HIERONICA. apud *Gruterum* CCCXXXI. 1. ἤρα interpretor ex vitio Trajani § 61.

§ 84. (l. 63.) τῇ ἀγορᾷ τοῦ Αὐγούστου] Meminit hujus fori una cum porticu Liviæ Dio p. 588. A. Unde & h. l. Λιουΐᾳ legendum eſſe colligitur. Blancus etiam non Ἰουλίᾳ ſed Λιουΐᾳ legiſſe videtur, & poſſunt hæc a librariis facile confundi, ut oſtendimus ſupra ad p. 570. A. Quanquam vero Livia poſtea etiam Julia dicta eſt p. 660. A. tamen nec Dio eam Juliam ſolet in ſequentibus appellare; & porticum Juliæ dictam ignorat antiquitas. conf. *Nardini* Rom. Vet. III. 9. T. IV. *Græv.* p. 1016. ſq. & *Donatum* de urbe Roma II. 21. T. III. *Græv.* p. 631. ſq. & *Fabricium* ad Dion. p. 537. C.

A.U.C.856 Traiano V. & Q. Maximo II. COSS.

bat. Quia vero nuntiabatur, Decebalum multa contra fœdus facere, arma comparare, transfugas recipere, arces inſtaurare, finitimas nationes per legatos ſollicitare, atque iis, qui prius ipſi fuerant adverſati, damna inferre, jamque Jazygum regionis partem nonnullam occupaviſſe, (quam his repetentibus deinde Trajanus non reſtituit:) ob has cauſas Decebalus hoſtis iterum a ſenatu judicatur. Trajanus denuo id bellum per ſe, non per alios duces, confecit.

11. Decebalus autem, partim, quod plurimi Daci ad Trajanum deficerent, partim ob alias cauſas, iterum pacem petiit. At quum ei perſuaderi non poſſet, ut arma, ſeque ipſum traderet; aperte jam copias contraxit, & his rationibus ad bellum finitimos invitavit; quod futurum diceret, ſi deſereretur ab eis, ut & ipſi periculo ſemet exponerent: tutius faciliusque ſecum, priusquam cladem accepiſſent, pugnando libertatem conſervaturos; quam ſi Dacos

A.U.C.857 Suburano II & Nerat. Marcello COSS.

pereuntes neglexiſſent, & ipſi deinceps ſociis nudati, cum hoſte luctari cogerentur. Quanquam vero Decebalus armis male rem gereret, tamen parum abfuit, quin Trajanum ipſum fraude & inſidiis e medio tolleret. Miſit enim transfugas in Myſiam, necem Trajani tentaturos: qui cum & antea ſemper facilis fuiſſet acceſſus, tum vero id temporis ob belli neceſſitatem cupienti cuivis adeundi & colloquendi poteſtatem facturus eſſet. Sed id quidem facinus minime perpetrare potuerunt, propterea, quod unus ipſorum, quum in ſuſpicionem veniſſet, captus, vi tormentorum inſidias omnes patefecerat.

12. Decebalus autem Longinum quendam, legionis Romanæ ducem, qui gravis ei in bellis fuerat, ad ſe vocavit, eique perſuaſit, ut in colloquium veniret, quaſi ipſe ſtatuiſſet imperata facere. Hunc comprehenſum interrogavit publice de Trajani conſiliis. Poſt, ubi nihil ille voluit profiteri, liberæ traditum cuſtodiæ omni

δὲ ὁ Δεκέβαλος [85] πολλὰ παρὰ τὰς συνθήκας ἐπηγγέλλετο αὐτῷ ποιῶν, καὶ ὅπλα κατεσκευάζετο, καὶ τοὺς αὐτομολοῦντας ἐδέχετο, τά τε ἐρύματα ἐπεσκεύαζε, παρά τε τοὺς ἀστυγείτονας ἐπρεσβεύετο, καὶ τοὺς τἀναντία οἱ φρονήσασι πρότερον, ἐλυμαίνετο καὶ [86] τῶν Ἰαζύγων καὶ χώραν τινὰ ἀπετέμετο, ἣν μετὰ E ταῦτα ἀπαιτήσασιν αὐτοῖς Τραϊανὸς οὐκ ἀπέδωκεν· οὕτω δὴ καὶ αὖθις πολέμιον αὐτὸν ἡ βουλὴ ἐψηφίσατο· καὶ ὁ Τραϊανὸς δι' ἑαυτοῦ καὶ αὖθις, [87] ἀλλ' οὐ δι' ἑτέρων στρατηγῶν, τὸν πρὸς ἐκεῖνον πόλεμον ἐποιήσατο.

[Τῶν δὲ Δακῶν συχνῶν μεθισταμένων πρὸς Τραϊανὸν, [x] καὶ δι' ἄλλα τινὰ, ἐδεήθη αὖθις ὁ Δεκέβαλος εἰρήνης. ὡς δ' οὐκ ἐπείσθη τά τε ὅπλα καὶ ἑαυτὸν παραδοῦναι, τὰς δυνάμεις φανερῶς ἤθροιζε καὶ τοὺς περιχώρους προσπαρεκάλει, λέγων ὅτι ἐὰν [y] αὐτὸν πρόωνται, καὶ αὐτοὶ κινδυνεύσουσι· καὶ ὅτι ἀσφαλέστερον καὶ ῥᾷον μεθ' ἑαυτοῦ, D πρίν τέ τι κακὸν παθεῖν, ἀγωνισάμενοι τὴν ἐλευθερίαν φυλάξουσι, ἢ ἂν σφᾶς τε ἀπολλυμένους περιίδωσι, καὶ αὐτοὶ ὕστερον, ἐρημωθέντες τῶν συμμάχων, [z] ὠθῶσιν.] καὶ ὁ Δεκέβαλος κατὰ μὲν τὸ ἰσχυρὸν κακῶς ἔπραττε· 775 [88] δόλῳ δὲ δὴ καὶ ἀπάτῃ ὀλίγου μὲν καὶ τὸν Τραϊανὸν ἀπέκτεινε, πέμψας [89] ἐς τὴν Μυσίαν αὐτομόλους τινὰς, εἴ πως αὐτὸν [90] εὐπρόσοδον ὄντα καὶ ἄλλως, τότε δὲ καὶ διὰ τὴν τοῦ πολέμου χρείαν πάντα ἁπλῶς τὸν βουλόμενον εἰς λόγους δεχόμενον, κατεργάσαιντο. ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐκ [a] ἐβουλήθησαν πρᾶξαι, συλληφθέντος τινὸς ἐξ ὑποψίας, καὶ πᾶν τὸ ἐπιβούλευμα αὐτοῦ ἐκ βασάνων ὁμολογήσαντος.

Λογγῖνον δέ τινα στρατοπέδου Ῥωμαϊκοῦ ἐξηγούμενον, B καὶ δεινὸν ἐν τοῖς [b] πολεμίοις αὐτῷ γεγενημένον, προσκαλεσάμενος, καὶ ἀναπείσας συμμῖξαί οἱ, ὡς καὶ τὰ προσταχθησόμενα ποιήσων, συνέλαβε, καὶ ἀνέκρινε δημοσίᾳ περὶ τῶν τοῦ Τραϊανοῦ βουλευμάτων. ἐπειδή τε μηδὲν ὁμολογῆσαι ἠθέλησεν,

x καὶ δι' ἄλλα τινά. ita legendum, non ut eſt in exemplari δι' ἄλλην τινά, niſi forte deſit verbum αἰτίαν, quod non placet. Urſ. y αὐτόν. & κινδυνεύσουσι. ſic edidit Urſ. cum in MS. eſſet αὐτῶν & κινδυνεύουσι. mox πρίν τέ τι, L. πρίν τι, Urſ. z ὠθῶσιν. ὠθισθῶσιν, L. ad marg. paſſivum enim omnino requiritur: niſi plane hoc ipſum ὠθῶσι decurtatum eſt ex πολεμωθῶσι. a ἐβουλήθησαν. probo conjecturam viri docti, qui ad marginem mei Xiph. ſcribendum judicat ἐδυνήθησαν. ſic Mer. alia manu. conſentit Z. qui ψευδαυτομόλους ait miſſos, ἵν' εἰ δυνηθῶσιν αὐτὸν διαχρήσωνται.
b πολεμίοις. πολέμοις, L. ad marg. potius πολεμικοῖς.

§ 85. (l. 66.) πολλὰ παρὰ τὰς συνθήκας ποιῶν] *Suidas* in ἐξυβρίζοντα. τὰ γὰρ ἐγκλήματα τοῦ Δεκεβάλου ἐς τοσόνδε προεληλύθει, ὥστε ἀναγκαῖον ἦν αὐτὸν πολέμῳ καταπαῦσαι ἐξυβρίζοντα. Quæ tamen non videntur eſſe ex Dione, ſed alio auctore; quod dicendum etiam de alio loco apud eundem in ἀτάσθαλα & παρείκοι. ὁ δὲ Τραϊανὸς ἔγνω μὲν, εἰ παρείκοι, ἐξελεῖν τὸ ἔθνος· εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ συντρίψας γε παῦσαι τῆς ἄγαν ἀτασθαλίας.

§ 86. (l. 71.) τῶν Ἰαζύγων καὶ χώραν τινά] De Jazygum regione confer p. 761. § 33.

§ 87. (l. 74) ἀλλ' οὐ δι' ἑτέρων στρατηγῶν] Pungit Domitianum, qui præ ignavia bellum adverſus Dacos geſſerat per duces. p. 761. D. § 38.

§ 88. (l. 89.) δόλῳ δὲ δὴ καὶ ἀπάτῃ] Rem tangit inſcriptio in ruinis Warhel reperta, quam attulit *Leunclavius* in notis p. 1040. b. *Triſtanus* I. p. 375. *Gruterus* LXXIII. 8. quæ tamen, pariter ut altera apud eoſdem, & *Gruterum* quidem CIII. 5. in Decebali mortem, ſpuria exiſtimanda eſt, ſtilo a priſcis inſcriptionibus multum abhorrente expreſſa.

§ 89. (l. 91.) ἐς τὴν Μυσίαν] De Myſia confer dicta pag. 761. § 33.

§ 90. (l. 92.) εὐπρόσοδον ὄντα] De facilitate Trajani domeſtica in admiſſionibus, *Plinius* Paneg. c. 47. ſq. qui & c. 56, 6. ſq. eundem ad ripam Danubii jura hoſtibus reddentem pingit, diverſo poſtulantium habitu, ac diſſonis vocibus, raraque ſine interprete oratione.

§ 91. (l. 8.) χώραν μέχρι τοῦ Ἴστρου] Jazygum credo & Suevorum e regno Vanionis, de quibus p. 761. § 33. vide & p. 774. E.

§ 92. (l. 37.) γεφύραν λιθίνην ἐν τῷ Ἴστρῳ] Meminerunt hujus pontis *Plinius* Epiſt. VIII. 4. *Victor* Cæſ. XIII. 4. *Euſebius*. *Tzetzes* ex Dione Chil. II. v. 65. *Procopius* de ædific. Juſtiniani lib. IV. c. 6. T. II. p. 81. Imaginem præbet Columna Trajani num. 260. ad quam vide *Fabrettum* pag. 301. Nummi etiam ſunt cum inſcr. DANUVIUS, & PONS TRAJANI DANUVIUS apud *Mediobarbum* p. 153. ſq. *Oiſelium* XXIV. 3. *Triſtanum* T. I. p. 395. *Fabrettum* l. c. de quibus tamen conſule judicium Com. *Marſilii* T. II. Danubii pag. 30. ſq. Inſcriptio apud *Leunclavium* not. p. 1040. b. SUB JUGUM ECCE RAPITUR ET DANUVIUS. Hæc apud Gruterum CCCXLVIII. 3. teſtatur, Trajanum ripæ Danubii præfectum & curatorem pontis reliquiſſe. De duobus caſtellis in utraque ripa Procopius l. c. qui & Apollodorum [illegible] hujus pontis fuiſſe, & ejus deſcriptionem reliquiſſe, innuit. Julius enim Lacer, quem nonnulli architectum fuiſſe tradidere, non fuit hujus pontis, ſed alterius biennio poſt conditi ad Tagum: vide *Fabrettum* p. 100. Locum hunc Dionis explicat *Lipſius* de Magn. Rom. III. 13. T. III. Opp. p. [illegible] quidem intempeſtive extollens. Nam [illegible] largimur, Dionem trabeationes pontis [illegible]

σεν, ἐν ἀδέσμῳ φυλακῇ [c] περιεῖπε· καὶ [d] [πρέσβυν δέ τινα πέμψας ὁ Δεκέβαλος πρὸς τὸν Τραϊανόν, ἠξίου τήν τε [91] χώραν μέχρι τοῦ Ἴστρου κομίσασθαι, καὶ τὰ χρήματα, ὅσα ἐς D τὸν πόλεμον ἐδεδαπανήκει, ἀπολαβεῖν,] ἐπὶ τῷ τὸν Λογγῖνον [e] οἱ ἀποδοῦναι. ἀποκρινομένου δέ τινα αὐτῷ μέσα, ἐξ ὧν οὔτε ἐν μεγάλῳ, οὔτε ἐν σμικρῷ λόγῳ, τὸν Λογγῖνον ποιεῖσθαι δόξειν ἔμελλε, τοῦ μήτ' ἀπολέσθαι αὐτόν, μήτ' ἐπὶ πολλῷ σφίσιν [f] ἀναδοθῆναι· [g] ὁ Δεκέβαλος μὲν ἔτι διασκοπῶν ὅ, τι πράξῃ, ἀνεῖχε. Λογγῖνος δὲ ἐν τούτῳ φαρμάκου [h] [διὰ τοῦ ἀπελευθέρου] εὐπορήσας, [ὑπέσχετό τε αὐτῷ τὸν Τραϊανὸν κατ- E αλλάξειν, ἵνα ὡς ἥκιστα ὑποτοπήσῃ τὸ γενησόμενον, μὴ καὶ φυλακὴν αὐτοῦ ἀκριβεστέραν ποιήσηται· καὶ γράμματά τινα ἱκετείαν ἔχοντα γράψας, ἔδωκε τῷ ἐξελευθέρῳ πρὸς τὸν Τραϊανὸν ἀποκομίσαι, ἵν' ἐν ἀσφαλείᾳ γένηται. καὶ οὕτως ἀπελθόντος αὐτοῦ, τὸ φάρμακον νυκτὸς] ἔπιε, καὶ ἀπέθανε. [Γενομένου δὲ τούτου, ὁ Δεκέβαλος ἐξῄτησε παρὰ τοῦ Τραϊανοῦ τὸν ἀπελεύθερον, τό τε σῶμα τοῦ Λογγίνου 776 καὶ δέκα αἰχμαλώτους ἀντιδώσειν οἱ ὑποσχόμενος. καὶ εὐθύ γε τὸν ἑκατοντάρχην τὸν ἁλόντα μετ' αὐτοῦ ἔπεμψε, ὡς καὶ ταῦτα διαπραξόντα· παρ' οὗ πάντα τὰ κατὰ τὸν Λογγῖνον ἐγνώσθη. οὐ μέντοι οὔτε ἐκεῖνον ὁ Τραϊανὸς ἀπέπεμψεν, οὔτε τὸν ἐξελεύθερον ἐξέδωκε, προτιμοτέραν τὴν σωτηρίαν [i] αὐτοῦ, πρὸς τὸ τῆς ἀρχῆς ἀξίωμα, τῆς τοῦ Λογγίνου ταφῆς ποιησάμενος.]

B Τραϊανὸς δὲ [92] γέφυραν λιθίνην ἐπὶ τοῦ Ἴστρου κατεσκευάσατο, περὶ ἧς οὐκ ἔχω πῶς ἂν ἀξίως αὐτὸν θαυμάσω. ἔστι μὲν γὰρ καὶ [93] τἆλλα αὐτοῦ ἔργα διαπρεπέστατα, τοῦτο δὲ καὶ ὑπὲρ ἐκεῖνα. ὡς γὰρ κρηπῖδες εἰσὶ λίθου τετραπέδου εἴκοσι, τὸ μὲν ὕψος πεντήκοντα C καὶ ἑκατὸν ποδῶν, πλὴν τῶν θεμελίων, τὸ δὲ πλάτος ἑξήκοντα· καὶ αὗται ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν ἀπ' ἀλλήλων πόδας ἀπέχουσαι, ἀψῖσι συνῳκοδόμηνται· πῶς οὐκ ἄν τις τὸ ἀνάλωμα τὸ ἐς αὐτὰς δαπανηθὲν, θαυμάσειε;

omni humanitate proſecutus eſt. [Miſſo deinde ad Trajanum legato quodam petiit, ut ager ad Iſtrum usque porrectus ſibi concederetur, & expenſæ in bellum pecuniæ ſolverentur;] atque ita Longinum ſe redditurum promiſit. Quum autem medium quiddam Trajanus reſpondiſſet, ex quo nec an magna, nec an exigua Longini ratio haberetur, appareret, quo nimirum ille nec periret, nec in redemtione magno Romanis conſtaret: ſecum ipſe amplius diſpiciens Decebalus, quid potiſſimum ageret, cunctabatur. At Longinus interea venenum liberti nactus opera, [ſimul & Decebalo reconciliationem cum Trajano pollicitus, ut ille quam minime ſuſpicaretur id, quod ipſe facturus eſſet, nec cuſtodias adhiberet accuratiores; ſcriptas quasdam ad Trajanum litteras, quæ ſupplicationem continebant, liberto tradidit perferendas, ut is in tuto eſſet. Hoc modo quum libertus ab eo diſceſſiſſet,] hauſto noctu veneno mortuus eſt. [Id ubi contigiſſet, libertum Decebalus a Trajano repetiit, ejusque loco ſe cum Longini cadaver, tum captivos decem redditurum promiſit: ſtatimque centurionem, qui cum Longino captus fuerat, ablegavit, qui res haſce conficeret. Ex eo cognita fuerunt omnia, quæ Longino accidiſſent. Nec tamen vel hunc remiſit Trajanus, vel libertum dedidit: quod potiorem ſalutis illius, ad majeſtatem imperii, quam ſepulturæ Longini, rationem habendam eſſe duxiſſet.

A.U.C.857 Suburano II. & Nerat. Marcello COSS.

13. Interim Trajanus pontem lapideum in Danubio faciendum curavit, quo equidem nomine digne ſatis admirari eum nequeo. Nam etſi cætera quoque Trajani opera ſunt magnifica, tamen is pons longe omnibus antecellit. Ejus pontis pilæ ſunt XX. ex lapide quadrato; ſingulæ, præter fundamentum, altitudine pedum CL. latitudine pedum LX. Diſtant inter ſe intervallo CLXX. pedum, ſuntque fornicibus devinctæ.

c περιεῖπε. verbum huic loco non admodum congruens judicat, & pro eo περιῆγε ſcribi vult idem vir doctus, quem modo laudavi. ſic & Mer. alia manu. *d* πρέσβυν δέ τινα &c. hæc petita ſunt ex Exc. Urſ. vel ſi mavis Theodoſii, num. LIV. apud Xiph. vero tantum legebantur hæc: πρὸς τὸν Τραϊανὸν ἐπέστελλεν, ἀξιῶν διαλλαγῆναί οἱ. ubi pro ἐπέστελλεν, ἀπέστελλεν ad marginem ponit L. & pro ἀξιῶν, ἐξιὼν corrupte edidit RS. *e* οἱ ἀποδοῦναι. ſic Exc. Urſ. ἀνακομίσασθαι, Xiph. *f* ἀναδοθῆναι. ſic Exc. Urſ. ἀνασωθῆναι, Xiph. ſed illud melius reſpondet ſuperioribus. vel ἀποδ. *g* ὁ Δεκέβαλος μὲν ἔτι διασκοπῶν ὅ, τι πράξῃ, ἀνεῖχε. articulum ὁ mutuatus ſum ex L. ceteri non agnoſcunt. apud Xiph. minus recte πράξει ſcribitur pro πράξῃ. *h* διὰ τοῦ ἀπελευθέρου &c. hæc uncis incluſa, deſiderantur apud Xiph. translata huc ex Exc. Urſ. l. c. *i* σωτηρίαν αὐτοῦ, πρὸς τὸ τῆς ἀρχῆς ἀξίωμα. σωτηρίαν αὐτῶν πρὸς τῷ τῆς ἀρχῆς ἀξιώματι, L. ad marg. ſed αὐτοῦ refer ad ἑκατόνταρχον, cetera quoque recte ſe habent, licet alio ſenſu, quam Leuncl. reddidit: *tum ſalutis horum, tum majeſtatis imperii.*

dum lapideum pontem dicit, ſed tantum pilas, (nam & alioquin ipſa columna Trajani refelleretur;) tamen plura ſunt in ejus narratione reprehendenda. Vir peritiſſimus *Gautierius* Traité des Ponts, Paris 1716. 8. p. 2. vel ex ſolis architecturæ legibus falſitatem deſcriptionis odoratus eſt: *Les dimenſions d'un pareil ouvrage ſont presque au deſſus de toutes les idées des Architectes d'aujour d'hui, s'il eſt vray q'uelles ayent été ainſi.* Sed & ex inſpectione ruderum certius ſic judicavit Illuſtriſſimus Comes *Marſilius* epiſt. ad Montfauconum, quæ Italice legitur in Giornale de' Letterati d'Italia T. XXII. p. 116. ſqq. (& Latine T. II. Theſauri Sallengriani p. 989.) *egli e ancor certo, che l'opera é di gran lunga inferiore all' altiſſima fama, che ne ha il mondo: perciocbe ella è una delle piu mezzane coſe fatta da eſſi. Dione tra gli altri, o non informato appieno della verità del fatto, come ad uno Storico ſi conviene, o adulatore che egli foſſe, cercò d'ingannare i poſteri alla magnifica bellezza di detto ponte.* Veriorem deſcriptionem, cum Dioniana conferendam, ex laudati Marſilii Danubio excerpſimus hanc: Locus ſexto miliari Italico infra Cataractam Danubii nunc *Demyrcapi* ſeu *Porta ferrea* dictam, ubi cis Danubium in Servia eſt *Tetislam*, trans Danubium in Walachia *Severinum & Ceruez*; T. I. tab. 16. & T. II. p. 25. ſq. & tab. 10. ſqq. non ubi flumen anguſtiſſimum, rapidiſſimum, altiſſimum, gurgitibus plenum, alveo limoſo, ut Dio, ſed infra gurgites, ubi flumen lentum, latitudo fere miliaris Italici, fundus arenoſus & ſolidus, ad ſummum III. orgyas altus. ibid. Ex pilis duabus utrinque in continente reſiduis, & veſtigiis reliquarum, colligitur, pilas fuiſſe latitudinis III. orgyarum, longitudinis VI. org. numero XXIII. fornices XXII. diſtantia orgyarum XVII. cum dimidia, ut totus pons ad 443. orgyas porrigeretur. ibid. p. 27. eſt autem orgya VI. pedum aut VII. Romanorum. p. 28. Altitudo pontis conjicitur pedum XLVIII. p. 28. ſq. Solæ pilæ lapideæ; fornices ex ligno, ut col. Trajani docet, altitudine fere VI. pedum detrahendorum de dictis XLVIII. Pilarum medium conſtat ex lapidibus heterogeneis, qui veſtiti ſunt lateribus coctis. p. 29. Superſunt & fortalitiorum utrinque rudera ad tuendum pontem p. 31. ſq.

§ 93. (l. 39.) τἆλλα αὐτοῦ ἔργα] De iis generatim dictum pag. 772. § 52. ſqq. Adjungam pontes nonnullos: ſuper Tigrim. *Mediob.* p. 157. ſuper Euphratem. *Idem* p. 162. ſuper Tagum. *Fabrett.* col. Traj. p. 100. ſuper Tormum in Hiſpania. *Bergierius* IV. 38. 2. de viis Rom. ſuper Aufidum. *Weſſeling* ad Antonin. p. 120.

A.U.C.857 Suburano II. & Nerat. Marcello COSS.

vinctæ. Quis vero ſumptus in iſtud opus factos, quis modum non admiretur, quo ſingulæ pilæ in fluvio magno & aqua vorticoſa, ſoloque limoſo defixæ ſunt, cum curſus ejus fluminis alio averti non potuerit? Latitudinem vero fluminis dixi, non quod majorem non occupet: (nam alicubi duplo triploque major reſtagnat:) ſed quod anguſtiſſima, pontique faciundo iis in locis aptiſſima pars, hujus ſit latitudinis. Quanto autem magis illic, e ſpatioſo ſtagno deſcendens, ac rurſus in ſtagnum majus procedens, in artum concluditur: tanto & rapidius fit, & profundius, ut id quoque ad difficultatem ſtructuræ pontis tendat. Ex quo Trajani magnitudo animi intelligi facile poteſt. Pons tamen nobis nunc nulli amplius eſt uſui, (nec enim tranſitur) ſed extant pilæ ejus, quaſi ea tantummodo de cauſa factæ ſint, ut conſtet ex iis, nihil eſſe, quod humano ingenio effici non poſſit. Hunc pontem Trajanus fecit, metuens ne Danubio frigoribus conglaciato, Romanis, qui trans flumen eſſent, bellum inferretur: ut eo caſu poſſet per pontem copias facile traducere. Sed Hadrianus contra metuens, ne barbari, oppreſſis cuſtodibus pontis, in Myſiam facile tranſirent, ſuperiorem ejus ſtruem diſturbari juſſit.

θαυμάσειε; πῶς δ᾽ οὐκ ἄν τις [illegible] αὐτῶν ἔν τε ποταμῷ πολλῷ καὶ ἐ[illegible] δῳ τε ἰλυώδει, ἐγένετο; οὐ γ[illegible] ψαι ποι τὸ ῥεῦμα ἠδυνήθη. τὸ [illegible] ποταμοῦ εἶπον, οὐχ ὅτι διὰ τοσ[illegible] (καὶ [illegible] ἐπὶ διπλάσιον ἔστιν οὗ, καὶ [illegible] πελαγίζει) ἀλλ᾽ ὅτι τό, τε σ[illegible] καὶ [illegible] τηδειότατον ἐς τὸ γεφυρωθῆναι [illegible] χωρίον, D
τοσοῦτόν ἐστιν· ὅσῳ δὲ δὴ ἐς στενὸν ταύτῃ ἐκ πελάγους μεγάλου καταβαίνων, καὶ ἐς πέλαγος αὖθις μεῖζον προχωρῶν [l] κατακλείεται, τόσῳ που καὶ ῥοωδέστατος καὶ βαθύτατος γίγνεται, ὥστε καὶ τοῦτο ἐς τὴν χαλεπότητα τῆς κατασκευῆς τῆς γεφύρας τείνειν. ἡ μὲν οὖν μεγαλόνοια τοῦ Τραϊανοῦ καὶ ἐκ τούτων δείκνυται· οὐ μέντοι καὶ [ll] εἰ ὠφέλειάν τινα ἡμῖν ἡ γέφυρα παρέχεται, ἀλλ᾽ ἑστᾶσιν αἱ κρηπῖδες, ἄλλως δίοδον οὐκ ἔχουσαι, καθάπερ ἐπ᾽ αὐτῷ τούτῳ μόνον γενόμεναι, ἵν᾽ ἐπιδείξωσι τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν οὐδὲν ὅ, τι οὐ δυναμένην ἐξεργάσασθαι. E
ὁ μὲν γὰρ Τρ[illegible], δείσας μή ποτε παγέντος τοῦ Ἴστρου, πόλεμος [illegible] Ῥωμαίοις γένηται, ἐποίησε τὴν [illegible], ἵνα [illegible] ἐπιβασίαι ῥᾳδίως δι᾽ αὐτῆς [illegible]. Ἀδρ[illegible] δὲ τοὐναντίον φοβηθεὶς, μὴ [illegible] τοὺς φρουροὺς αὐτῆς βιαζομέν[illegible] διάβασις ἐς τὴν Μυσίαν ᾖ, ἀφεῖλε τὴν ἐπιπ[illegible] κατασκευήν.

A.U.C.858 Candido II. & Quadrato II. COSS.

14. Igitur Trajanus eo ponte Danubium tranſiit: dein ſecurius bellum geſſit quam celerius, ac Dacos vix tandem ſubegit. Multa in eo bello ipſe ſtrenui imperatoris, ac viri fortis facinora edidit, multaque pericula milites ejus adierunt, fortiterque pugnarunt. Ex quibus unus eques, graviter ſaucius, exportatus e prœlio, ut qui ſanari adhuc poſſet, ubi deſperatam eſſe ſalutem

Τραϊανὸς δὲ διὰ [illegible]ύτης τῆς γεφύρας τὸν Ἴστρον περαιωθεὶς, καὶ δι᾽ ἀσφαλείας μᾶλλον ἢ διὰ σπουδῆς τὸν πόλεμον ποιούμενος, σὺν χρόνῳ καὶ [94] μόλις ἐκράτησε τῶν Δακῶν, πολλὰ μὲν αὐτὸς στρατηγίας ἔργα καὶ [m] ἀνδρίας ἐπιδειξάμενος, πολλὰ δὲ καὶ τῶν στρατιωτῶν αὐτῷ κινδυνευσάντων καὶ ἀριστευσάντων. ἔνθα δὴ καὶ ἱππεύς τις κακῶς πληγεὶς, 777
ἐξήχθη μὲν ἐκ τῆς μάχης, ὡς καὶ θεραπευθῆναι δυνάμενος·

k περιτρέψαι. ita RS. Sylb. HS. edit. maj. & L. itemque Pal. Coisl. & Br. ἐπιτρέψαι, HS. edit. min. verum eſt παρατρέψαι, quod recte Sylb. monet in Indice. conf. T. I. 35, 95. vel pro ἐπιτρέψαι, ἐκτρέψαι, ut p. 777. B. l κατακλείεται. ſic ceteri, & Coisl. Br. κατακλείεται, male, HS. edit. min. ll καὶ εἰ ὠφέλ. particula εἰ ſupervacua eſt, & forſan e fine præcedentis καὶ repetita. Sylb. forte ἔτι fuerat ſcriptum. m ἀνδρίας. ἀνδρείας, RS.

§ 94. (l. 74.) μόλις ἐκράτησε τῶν Δακῶν] Trajanus apud *Julianum* Cæſ. pag. 846, 33. ἐπράχθη δέ μοι τὸ ἔργον τοῦτο ἐν ἐνιαυτοῖς ἴσως που πέντε. Quinquennium tamen neutri bello Dacico ſeorſim poſſumus tribuere. Primum ab Octobri menſe A. U. C. 853. uſque ad finem A. 855. duravit, triumpho acto ſequenti A. 856. vide pag. 771. § 42. & pag. 774. § 80. Quare biennium in id inſumtum. Alterum bellum ſane Dio lente & ſecure geſtum eſſe indicat; (non primum, ut lapſu memoriæ opinatur *Fabrettus* pag. 274. tres propterea annos primæ expeditioni tribuens) eaque mihi ratio eſt, re ipſa confirmata, cur triennium huic bello adſcribam. Nam pons ſtruendus, ingentis ſane molis, annum vel ultra abſumſit; deinde lente & ſecure, inter multas difficultates, & præclare facta, bellum geſſit. Attamen ultra A. U. C. 859. ſecundum bellum proferre non poſſumus. Eo enim anno Imperator V. Tribunitia poteſtate IX. dictus eſt, procul dubio ob everſum Decebali regnum, in numo Goltzii p. 64. ſq. & inſcr. Gruter. CLXII. 2. Imperatoris deinde titulos non auxit ante A. U. C. 862. ob alia certe bella. Hinc bellum ſecundum ſub initium anni 857. cœptum, & anno 859. finitum, cum prioris belli biennio, Daciam ἐν ἐνιαυτοῖς ἴσως που πέντε, intra annos quinque perdomitam docet.

§ 95. (l. 84.) τὸ βασίλειον αὐτοῦ] Zermizegethuſam, de qua p. 774. § 78.

§ 96. (l. 86.) διεχρήσατο ἑαυτὸν] Idem dicit Inſcriptio apud *Leunclavium & Gruterum* CIII. 5. itemque *Triſtanum* T. I. p. 385. Sed hanc cum pluribus aliis falſi non immerito arguit *Fabrettus*. vide p. 774. § 78.

§ 97. (l. 88.) Δακία Ῥωμαίων ὑπήκοος] *Eutropius* VIII. 2, 4. *Daciam, Decibalo victo, ſubegit, provincia trans Danubium facta, in his agris, quos nunc Taiphali habent & Victophali & Thervingi. Ea provincia decies centena millia in circuitu tenet.* Vide eundem in Aureliano IX. 9, 10. *Victorem* Cæſ. XIII. 3. *Suidam* in Δακία. *Vopiſcum* in Aurel. c. 39. *Euſebium*: numos item DACIA. AUGUSTA. PROVINCIA. apud *Mediob.* pag. 154. ſqq. 161. *Arſchotan.* XXXIII. 21. &c. Daciæ Legatum Pro Prætore, inſcript. *Gruter.* CCCLIV. 5. Sub Gallieno eſt amiſſa. *S. Rufus* c. 8.

§ 98. (l. 88.) πόλεις ἐν αὐτῇ — κατῴκισεν] *Eutrop.* VIII. 3, 4. *Victor* Cæſ. XIII. 4. *deductæ coloniarum pleræque.* Sane, non unam *coloniam*, cum interprete *Blanco*, ſed plures, cum *Leunclavio*, in Dacia agnoſcere par eſt, & præter Coloniam Ulpiam, alias plures ex veteribus monumentis collegit *Fabrettus* p. 243. ad Col. Traj. Milites etiam in coloniam deductos in eadem columna agnoſcere Fabrettus ſibi viſus eſt pag. 10. ſq. Plurium etiam veſtigia comes Marſilius paſſim memorat T. II. ſplendidi operis.

§ 99. (l. 90.) οἱ τοῦ Δεκεβάλου θησαυροὶ] Confer Col. Traj. n. 308. *Fabrettum* p. 235. & Monumentum ei rei poſitum apud *Leunclavium* pag. 1041. a. *Suidas* in Κάσιον ὄρος. Κάσιος Ζεὺς, ἔνθα Τραϊανὸς ἀνέθηκε κρατῆρας ἀργυροῦς, καὶ κέρας βοὸς παμμέγεθες κεχρυσωμένον, ἀκροθίνια τῆς κατὰ τῶν Γετῶν νίκης. καὶ ἐπιγράμματα ἐν τοῖς ἀναθήμασιν Ἀδριανῷ πεποιημένα.

Ζηνὶ τόδ᾽ Αἰνεάδης Κασίῳ Τραϊανὸς ἄγαλμα &c.

Epigramma integrum ex membranis Palatinis primus produxit *Salmaſius* ad Spartiani Hadr. c. 14. p. 133. & inde *Kuſterus* ad Suid. itemque *Triſtanus* T. I. p. 42[illegible] ma cum verſione & notis *Boivini* junioris ex[illegible] *Acad. Inſcr.* p. 356. 359. 364. ſqq. item D[illegible] p. 392. ſqq. Proinde totum hoc de theſau[illegible] tis pro figmento habere nolim cum Ill. S[illegible] *res Eer* in Auraria Romano-Dacica, edita C[illegible] de Acta Erud. 1718. pag. 53. ſqq.) cap. 1[illegible] divitibus aurifodinis Daciæ, & earum per R[illegible] legio aurariarum, Trajani tempore in Daci[illegible] commen-

δυνάμενος· αἰσθόμενος δὲ ὡς ἀνιάτως ἔχοι, ἔκ τε τοῦ σκηνώματος ἐξεπήδησεν, (οὐ γάρ πω τὸ κακὸν αὐτοῦ καθῖκτο) καὶ ἐς τάξιν αὖθις καθιστὰς ἑαυτὸν, ἀπέθανε, μεγάλα ἐπιδειξάμενος. Δεκέβαλος δὲ, ὡς καὶ [95] τὸ βασίλειον αὐτοῦ, καὶ ἡ χώρα κατείληπτο σύμπασα, καὶ αὐτὸς ἐκινδύνευσεν ἁλῶναι, [96] διεχρήσατο ἑαυτὸν, καὶ ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ
B ἐς τὴν Ῥώμην ἀπεκομίσθη· καὶ οὕτως ἡ [97] Δακία Ῥωμαίων ὑπήκοος ἐγένετο, καὶ [98] πόλεις ἐν αὐτῇ ὁ Τραϊανὸς κατῴκισεν. εὑρέθησαν δὲ καὶ [99] οἱ τοῦ Δεκεβάλου θησαυροὶ, καίτοι ὑπὸ τὸν ποταμὸν [100] τὸν Σαργετίαν, τὸν παρὰ τοῖς βασιλείοις αὐτοῦ, κεκρυμμένοι. διὰ γὰρ αἰχμαλώτων τινῶν τόν τε ποταμὸν ἐξέτρεψε, καὶ τὸ ἔδαφος [n] αὐτοῦ ὤρυξε· καὶ ἐς αὐτὸ πολὺν μὲν ἄργυρον, πολὺν δὲ χρυσὸν, τά τε ἄλλα τὰ τιμιώτατα, καὶ ὑγρότητά τινα ἐνεγκεῖν δυνάμενα, ἐμβαλὼν, λίθους τε ἐπ' αὐτοῖς ἐπέθηκε, καὶ χοῦν ἐπεφόρησε· καὶ μετὰ
C τοῦτο τὸν ποταμὸν ἐπήγαγε. καὶ ἐς τὰ σπήλαια διὰ τῶν αὐτῶν ἐκείνων τά τε ἱμάτια καὶ τὰ ἄλλα τὰ ὁμοιότροπα κατέθετο. ποιήσας δὲ ταῦτα, διέφθειρεν αὐτοὺς, ἵνα μηδὲν ἐκλαλήσωσι. Βίκιλις δέ τις ἑταῖρος αὐτοῦ, τὸ γεγονὸς εἰδὼς, ἑάλω τε καὶ κατεμήνυσε ταῦτα. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τοῦτον χρόνον καὶ [101] Πάλμας τῆς Συρίας ἄρχων, [102] τὴν [o] Ἀραβίαν τὴν πρὸς τῇ Πέτρᾳ ἐχειρώσατο, καὶ Ῥωμαίων ὑπήκοον ἐποιήσατο.

[p] Πρὸς δὲ τὸν Τραϊανὸν, ἐς τὴν Ῥώμην ἐλθόντα, [q] πλεῖσται ὅσαι πρεσβεῖαι παρὰ βαρβάρων ἄλλων τε [103] καὶ Ἰνδῶν ἀφίκοντο. καὶ θέας ἐν τρισὶ καὶ
D εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ἡμέραις ἐποίησεν· ἐν αἷς [104] θηρία τε καὶ βοτὰ χίλιά [r] που καὶ μύριά που ἐσφάγη, καὶ μονομάχοι μύριοι ἠγωνίσαντο. [τοὺς δὲ πρεσβευτὰς, τοὺς παρὰ τῶν βασιλέων ἀφικνουμένους, ἐν τῷ

ſalutem cognovit; ex tabernaculo (nondum enim vis mali eum oppreſſerat) iterum in aciem proceſſit, magniſque rebus geſtis, mortuus concidit. Decebalus, poſtquam regiam, regionemque ſuam omnem captam eſſe cognovit, imminereque periculum, ne ipſe quoque caperetur, manus ſibi attulit. Ejus caput Romam perlatum eſt, & Dacia in poteſtatem populi Romani venit, in eaque Trajanus colonias inſtituit. Theſauri Decebali, quanquam ſub Sargetia flumine, regiam ejus præterlabente, reconditi erant, inventi ſunt. Decebalus enim, flumine opera captivorum averſo, effoſſoque ſolo, magnam vim argenti aurique, tum pretioſiſſimas quasque res, quæ humiditatem ferre poſſent, eo congeſſerat; iisque rebus magna lapidum aggerumque mole tectis, flumen priſtino alveo reſtituerat. Præterea veſtes, & alia, quæ ſunt ejusdem generis, abdiderat in ſpeluncas per eosdem captivos; eosque peracto negotio juſſerat occidi, ne quod actum erat, patefacerent. Sed Bicilis ſocius & familiaris Decebali, cui res erat cognita, captus, factum indicavit. Per idem tempus Palma, præfectus Syriæ, cepit eam Arabiæ partem, quæ Petram attingit, redegitque in ditionem populi Romani.

A.U.C. 858 Candido II. & Quadrato II. COSS.

15. Ad Trajanum vero, reverſum in urbem, quamplurimæ legationes a barbaris gentibus, atque adeo ab Indis, venerunt. Is ſpectacula edidit dierum centum viginti trium, in quibus jugulata ſunt ferarum altiliumque pecudum ad undecim millia; itemque gladiatorum decem millia certaverunt. [Legatos vero a regibus miſſos

A.U.C. 860 Soſio IV. & Sura III. COSS.

[n] ἔδαφος αὐτοῦ ὤρυξε. addit Zon: ἐς βάθος πολύ. [o] Ἀραβίαν. Ἀῤῥαβίαν, RS. & Sylb. edidit. [p] πρὸς δὲ τόν. particula δὲ addita ex Stephani adnotat. Sylb. deeſt apud RS. & HS. edit. min. ſcripſi autem pro vulgato παρὰ, πρὸς δὲ τὸν Τραϊ. quod confirmant Exc. Urſ. num. LV. [q] πλεῖσται ὅσαι πρεσβεῖαι παρὰ βαρβάρων ἄλλων τε καί. ſic Exc. Urſ. vulgo: πλεῖσται πρεσβεῖαι ἄλλων τε βαρβάρων καί. τῶν βαρβάρων cum articulo habet HS. edit. min. ſed τῶν etiam delet Coisl. [r] που. prius hoc uncis incluſum Leunclavius exhibet, delendum exiſtimans. elegantius forte poſterius deleveris. fragmentum ſequens eſt ex Urſino num. LI. Leunclavio neglectum.

commentatur. (conf. & *Fabrettum* p. 245. ſq.) Facile tamen ei aſſentior, Foro & Columnæ Trajani theſauros Decebali vix ſuffeciſſe. Quod autem *Tzetzes* Chil. VI. v. 471. ſqq. quaſi ex Diodoro narrat, Xermodigeſtum Audoleontis Pæonum regis amicum, theſauros ab eo ſub Sargentia flumine, captivorum, dein necatorum, opera defoſſos, Lyſimacho, vel cuidam Thraciæ regum prodidiſſe: in eo videtur, memoria lapſus, hanc Dionis hiſtoriam alio traxiſſe. confer *eund.* Chil. II. v. 61. Nec magis credendum, quod reliquum Decebalici hujus theſauri, aureos numos amplius 40000 &c. recentius repererint piſcatores, ut refert *Lazius* de Rep. Rom. XII. Sect. II. c. 1. p. 927.

§ 100. (l. 91.) τὸν Σαργετίαν] *Strel*, Hungaris; *Strey* ſcribitur apud Marſilium; *Iſtrig*, Germanis; eſt in Tranſylvania, ſecundum fines Hungariæ in flumen Marum (Maroſch) atque inde in Danubium influens.

§ 101. (l. 4.) Πάλμας τῆς Συρίας ἄρχων] A. Cornelius Palma, cujus mentio apud *Gruter.* CCCV. 3. Conſul A. U. C. 852. & II. anno 862. qui Hadriano infenſus, ab eo, vel, ut ipſe ſcripſit, ſe invito, a ſenatu, quod cum Nigrino conſpiraſſet, Terracinæ occiſus eſt, teſte *Spartiano* Hadr. c. 4. & 7. infra p. 788. D. Expeditio hæc circa tempus belli II. Dacici, ut refert Dio, adeoque circa A. U. C. 858. peracta eſt. Aera inde Petræorum & Boſtrenorum initium ab hoc anno, Candido & Quadrato Coſſ. cepit, ut *Faſti Alexandrini* itemque *Euſebius* Chron. teſtantur.

§ 102. (l. 4.) τὴν Ἀραβίαν τὴν πρὸς τῇ Πέτρᾳ] Petra urbs Idumææ, quæ ad Arabiam Nabatæam adeoque Petræam, refertur. vide *Relandi* Palæſtinam L. III. pag. 926. ſqq. & *Bernardum* ad Joſeph. T. I. Haverc. p. 208. Arabiam ſubactam & in provinciam redactam, teſtatur *Eutropius* VIII. 2, 9. teſtantur numi ARAB. ADQ. item ARABIA. AUG. PROVINCIA. apud *Scaligerum* ad Euſeb. p. 206. b. *Triſtanum* T. I. p. 390. ſq. *Mediobarbum* p. 153. 159. 162. *Spanhemium* Diſſ. IV. p. 185. & ad Julianum p. 164. *Fabrettum* p. 277. Arabia Felix, ſi ab una infelici expeditione Aelii Galli ſub Auguſto diſceſſeris, de qua *Dio* p. 516. B. prorſus intacta Romanis permanſit, ut probe demonſtravit Cl. *Alb. Schultens*, nunc literarum bonarum detrimento vivis ereptus, in Orat. de Regina Sabæorum. p. 24. ſqq. neque ſunt magni momenti, quæ de Trajano ulterius in Arabiam Felicem penetrante diſputat *Tillemontius* T. II. p. 333. ſq. vide & infra p. 785. § 191.

§ 103. (l. 9.) καὶ Ἰνδῶν] Equidem diſcutiendum aliis relinquo, num aliqua ſit, aut hic intelligatur India, Arabiæ Petrææ finitima, ex qua legatos hos veniſſe, quamque poſtea a Trajano ſubactam eſſe, contendit *Dodwellus* Præl. Cambden. IV. § 10. p. 235. ſq. Hoc ſcio, poſtea cogitatam Trajano Indiam illam dici a veteribus, quæ ultra Indum flumen eſt, Alexandri victoriarum terminus. vide p. 784. § 176 & 181. Quanquam difficile dictu eſt, quomodo ex ultimo hoc orbe terrarum legati Romam exciti ſint, idque fama expeditionis Palmæ in Arabiam Petræam, nimium quantum a ſe remotam.

§ 104. (l. 10.) θηρία καὶ βοτὰ] Venationis ſtudioſum fuiſſe Trajanum, non modo diſerte *Plinius* ſcribit Paneg. c. 81. ſed etiam, ad Trajanum ſub optimi Principis perſona reſpiciens, *Dio Chryſoſtomus* ſubinnuit circa finem Orat. III. περὶ βασιλείας. Triumphum ante hæc ſpectacula de Dacis iterum habitum eſſe, tacente licet Xiphilino, ſcimus ex *Plinio* Epiſt. VIII. 4. 2. *actos bis triumphos, quorum alter ex invicta gente primus, alter noviſſimus fuit.* Conf. *Fabrettum* p. 308. ſq. ubi id ex nummis etiam confirmare conatur.

A.U.C. 860 Soſio IV. & Sura III. COSS.

miſſos ſpectare in ſenatorum ſede juſſit.] Iisdem temporibus ſtravit paludes Pomptinas lapidibus, exſtruxitque juxta vias ædificia, pontesque in iis magnificentiſſimos fecit: ac monetam omnem adtritam & deminutam conflavit. Licinium Suram, poſtquam deceſſerat, publice ſepeliri, eique ſtatuam collocari juſſit. Hic adeo dives fuerat & gloriæ cupidus, ut gymnaſium ædificaverit populo Romano: tantaque fide atque amicitia ipſe erga Trajanum, mutuaque Trajani fuerat uſus, ut quum ſæpe eſſet apud Imperatorem per calumniam accuſatus, [quemadmodum omnibus iis uſu venire ſolet, qui apud principem plurimum poſſunt, nunquam Trajanus eum ſuſpectum aut inviſum habuerit: ſed cum obtrectatores Suræ eo magis inſtarent,] ultro domum ejus non vocatus ad cœnam venerit; dimiſſoque ſatellitio omni, primum arceſſito medico Suræ oculos inungendos, deinde ejusdem tonſori vocato barbam radendam permiſerit. Nam hæc vetus conſuetudo omnium Romanorum, ac imperatorum quoque ipſorum fuit. Hadrianus enim primus barbam nutrivit. Poſt hæc Trajanus lotus cœnavit, poſteroque die amicis ſuis, qui Suram criminari ſemper conſueverant, reſpondit;

τῷ βουλευτικῷ θεάσασθαι ἐπ[illegible] ἄλλους χρόνους [105] τά τε ἕλη τὰ [illegible] σε λίθῳ, καὶ τὰς ὁδοὺς [illegible] γεφύραις μεγαλοπρεπεστάταις [illegible] τὸ τε νόμισμα πᾶν τὸ ἐξίτηλον [illegible] [106] δὲ ^u^ Σούρᾳ τῷ Λικινίῳ [illegible] δημοσίαν καὶ ἀνδριάντα ἔδωκε τελ[illegible] ὅστις ἐς τοῦτο καὶ πλούτου [illegible] ἀφίκετο, ὥστε καὶ γυμνάσιον Ῥωμα[illegible]αι. E
τοσαύτῃ δὲ φιλίᾳ καὶ πίστει ^x^ [ὁ [illegible] τὸν Τραϊανὸν ἐχρήσατο, καὶ Τραϊανὸς [illegible], ὥστε πολλάκις αὐτὸν (οἷά που περὶ πάντας [illegible] τοῖς αὐτοκράτορσι δυναμένους γίνεσθαι πέφυκε) διαβληθέντα, οὔτε ὑπώπτευσέ ποτε, οὔτε ἐμίσησε. ἀλλὰ καὶ ἐγκειμένων οἱ τῶν φθονούντων αὐτῷ, ἄκαδε ἄκλητος πρὸς αὐτὸν] ἐπὶ δεῖπνον ἦλθε καὶ πᾶσαν τὴν φρουρὰν ἀποπέμψας, [illegible] πρῶτον μὲν τὸν ἰατρὸν αὐτοῦ, καὶ δι' ἐ[illegible] ὀφθαλμοὺς ὑπηλείψατο, ἔπειτα [illegible] τὸ [108] γένειον ἐξύρατο. [illegible] πάντες οἱ ἄλλοι, κα[illegible] ἐποίουν. Ἀδ[illegible]ιανὸς γὰρ πρ[illegible] πράξας δὲ [illegible]ῦτα, καὶ [illegible] καὶ 778
δειπν[illegible]ας, ἔπειτα [illegible] ἀεί τι περὶ αὐτοῦ [illegible] ὑστεραίᾳ, ὅτι

s Πόντινα. ſic ſcripſi pro vulgato Ποντικά, ut ſibi conſtaret Dio p. 242. D. 2[illegible]minant Latini. *t* ἐξεχώννυσι. rectius συνεχώννυσι, Sylb. *u* Σούρᾳ. ita reſcripſi pro [illegible] ipſum p. 773. C. & Exc. Peir. p. 710. *x* ὁ Σούρας πρὸς τὸν Τραϊανὸν &c. hæc petita [illegible]tius legebantur apud Xiph: πρὸς ἀλλήλους ἐπέχρητο, ὥστε πολλάκις αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτοκράτορα διαβληθ[illegible] αὐτῷ ἐπὶ πολὺ ἐγκειμένων, ὁ Τραϊανὸς οἴκαδε πρὸς αὐτὸν ἄκλητος &c. *y* τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπηλείψατο. ſic [illegible] certius docuerunt Exc. Peir. vulgo deſideratur ὑπηλείψατο, cumque nec Zonaras verbum illud habeat, nec deficienti[illegible]um in Pal. aliisve codicibus exſtet, Sylburgio placet ſuppleri ἐκαθάρθη, ἐθεραπεύθη aut ſimile quid. unus HS. propius abeſt a vero, ἠλείφετο ſupplens. *z* τοῦτο γὰρ (cum interjectis) usque ad καθίδαξε. hæc non leguntur in Exc. Peir. *a* φίλοις τοῖς. hæc duo vocabula omittunt Exc. Peir. *b* τῇ ὑστεραίᾳ. ſic Exc. Peir. & Z. melius quam vulgo, τῆς ὑστεραίας.

§ 105. (l. 15.) τά ἕλη τὰ Πόντινα] Palus Pomptina, quaſi Pometina, a Sueſſa Pometia Volſcorum urbe, ad XV. millia paſſuum latitudine, iter facturis via Appia Tarracinam objiciebatur; cumque Appius viam flexuoſo anfractu circa hanc paludem duxiſſet, recta perrecturi cogebantur lintre paludem trajicere noctu, ut ſic expoſiti ad viam Appiam redirent. vide *Plin.* H. N. III. 5. XXVI. 4. *Horat.* Sat. I. 5. v. 6. ſqq. *Strab.* V. pag. 233. *Dion.* p. 242. D. *Bergierium* de Imp. Rom. viis lib. I. Sect. 17. § 8. ſq. T. X. Theſ. Græv pag. 51. Siccari cœpta palus jam a Corn. Cethego Coſ. A. U. C. 594. *Liv.* Epit. 47. Cæſar etiam paludem aggeribus complanare volebat, quod non perfectum eſt. *Dio* p. 242. D. 274. B. Trajanum perfeciſſe teſtatur inſcriptio apud *Gruterum* CXCIX. 1. quæ tamen perperam ponit Trajanum Trib. Pot. V. cum ex altera Inſcriptione p. MXIX. 8. quatenus correcta eſt a *Fabretto* ad Col. Traj. p. 291. qui ipſe inſpexit, pateat, perfectum id eſſe Trajano TRIB. POT. XIIII. IMP. VI. COS. V. hoc eſt, A. U. C. 863. aut 864. quod Dioni conſentaneum eſt, ſic, ut Trajanus poſt confectum Dacicum bellum, A. U. C. 860. rediens & triumphans, inter ſpectaculorum tempus cœperit paludem ſternere, perfeceritque triennio, quo & via Benevento Brundiſium ſtrata eſt TR. POT. XIII. vide Inſcr. apud *Panvin.* Faſt. p. 217. quin amplius via qua a Pontico mari in Galliam usque ibatur, ſecundum *Victorem* Cæſ. XIII. 3. Quare & numus apud Alex. Donatum T. III. Theſ. Græv. p. 683. in quo VIA TRAJANA. & quidem ipſo COS. III. correctionem admittit, vel ut numerus plane omittendus ſit, ut apud *Mediobarbum* p. 158. ex indice Cavotortæ factum eſt in eodem aut ſimili certe numo, vel ut COS. VI. ponatur. ibid. p. 159. ſq. Poſtea hæc via reparata ſub Theodorico Rege. *Gruter.* CLII. 8.

§ 106. (l. 19.) τῷ δὲ Σούρᾳ] L. Licinius Sura, Coſ. primum ſuffectus A. U. C. 851. menſe Julio, deinde ordinarius II. 855. & III. 860. Ter conſulem teſtantur & inſcriptiones apud *Gruterum* CCCCXXIX. 3–9. quæ quod Tarraconenſium & Barcinonenſium ſunt, originem Licinii prodere videntur *Tillemontio* p. 289. Eum Trajano apud Nervam commendatione profuiſſe, ſupra obſervatum p. 771. § 30. & ſcripto concepiſſe, quæ Trajanus proponi volebat. p. 772. § 59. Hadrianus quoque, ſuffragante Sura, ad Trajani amicitiam pleniorem rediit, auctore Spartiano c. 2. 3. & in ejus locum dictandis orationibus ſucceſſit. ibid. Honori Suræ Trajanus etiam lavacra & thermas inſcripſit, teſte *Victore* Cæſ. XIII. 8. Epit. XIII. 6.

§ 107. (l. 31.) τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπηλείψατο] Quanquam & de fuco oculorum Elagabali dicatur p. 913. B. τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐνηλείφετο; quod alias eſt ὑπογράφειν; tamen & Trajani neutiquam muliebris perſona, & medicus hanc in rem adhibitus, cogitare potius nos jubent de unguento, quale apud Galenum paſſim occurrit, & *Horat.* Sat. I. 5. v. 30. ſanandis aut conſervandis oculis adhibito, per *Medicum Ocularium* ſeu *Medicum ab oculis*, ut vocatur in Inſcr. *Gruter.* CCCC. 7. CCCCXVI. 8. CCCCXLIII. 4. DCXXXIV. 2. DCXXXV. 3. & apud *Sponium* Recherches p. 423. ſq. *Ophthalmicum*, ut audit *Martiali* VIII. 74. ἰατρὸν ὀφθαλμῶν, *Luciano* in Nigrino. c. 2. T. I. p. 40. ubi vide Cel. *Hemſterhuſium.* adde *Meibomium* ad Jusjur. Hippocr. XVI. 29. p. 160. ſq. & *Vinckium* in Amœnitatibus philologico-medicis p. 486. ſq. Nam ex more veteri Ægyptiorum ſingulis morbis ſinguli erant Medici. *Herodotus* II. 84. μιῆς νούσου ἕκαστος ἰητρός ἐστι, καὶ οὐ πλεόνων — οἱ μὲν γὰρ ὀφθαλμῶν ἰητροὶ κατεστέασι, οἱ δὲ κεφαλῆς, οἱ δὲ ὀδόντων. Unde Cyrus ab Amaſi petit ἰητρὸν ὀφθαλμῶν ὃς εἴη ἄριστος τῶν ἐν Αἰγύπτῳ. ibid. III. 1.

§ 108. (l. 33.) γένειον ἐξύρατο] Ita Cæſar. *Suet.* 63, 3. ita Auguſtus. id. 79, 1. ita ceteri, quod vel numi demonſtrant usque ad Hadrianum, qui apud *Julianum* Cæſ. p. 835, 36. primus producitur βαθὺν ἔχων πώγωνα, *promiſſa barba, ut vulnera, quæ in facie naturalia erant, tegeret*, ut ait *Spartianus* Hadr. c. 26. vel ut Numam imitaretur, quia illi ſimilem fore ſortes Virgilianæ Æn. VI. 809. prædixerant:

— *noſco crines incanaque menta*
Regis Romani.

Spart. Hadr. c. 2. *Dodwel* Prælect. Cambd. VII. p. 294. ſqq. Poſt eum fere omnes Imperatores usque ad Conſtantinum barbati, niſi quod luxuriantes interdum barbam poſuerunt, ut L. Verus in Syria ad amicæ arbitrium, apud [illegible] Caracallus Antiochiæ, teſte *Dione* p. 879. [illegible] lus. *eod.* p. 913. C. a cujus ætate barba etiam [illegible] inſtar lanuginis tantum. A Conſtantino r[illegible] ad Mauritium (excepto Juliano) & deind[illegible]

§ 109. (l. 45.) τῷ μέλλοντι τῶν δορυφ[illegible] dem inclinarem ad lectionem Blanci, αὐτῷ [illegible] & apud *Victorem* Cæſ. XIII. 9. vel intellig[illegible]

ὅτι „ Εἰ ἤθελέ με Σούρας ἀποκτεῖναι, χθὲς ἂν ἀπέκτεινε.

Μέγα μὲν οὖν ἐποίησε καὶ [c] τὸ ἀποκινδυνεῦσαι πρὸς διαβεβλημένον ἄνθρωπον, [d] πολὺ δὲ δὴ μεῖζον, ὅτι ἐπίστευσε μηδὲν ἂν ποτε ὑπ' αὐτοῦ παθεῖν. ἀλλὰ καὶ ὅτε πρῶτον [e] τῷ [109] μέλλοντι τῶν δορυφόρων ἐπάρξειν [110] τὸ ξίφος, ὃ παραζώννυσθαι αὐτὸν ἐχρῆν,

B ὤρεξεν, ἐγύμνωσέ τε αὐτὸ, καὶ ἀνατείνας ἔφη, „ [111] Λάβε τοῦτο τὸ ξίφος, ἵνα, ἂν „ μὲν καλῶς ἄρχω, ὑπὲρ ἐμοῦ, ἂν δὲ κακῶς, „ κατ' ἐμοῦ αὐτῷ χρήσῃ. „ ἔστησε δὲ καὶ [112] τοῦ Σοσσίου τοῦ τε Πάλμου καὶ τοῦ Κέλσου εἰκόνας· οὕτω που αὐτοὺς τῶν ἄλλων προετίμησε. τοὺς μέντοι ἐπιβουλεύσαντας αὐτῷ, ἐν οἷς [113] ἦν καὶ Κράσσος, ἐτιμωρεῖτο, εἰσάγων εἰς τὴν βουλήν. κατεσκεύασε δὲ καὶ [114] βιβλίων ἀποθήκας· καὶ ἔστησεν [115] ἐν τῇ ἀγορᾷ καὶ κίονα μέγιστον, ἅμα μὲν [116] ἐς ταφὴν ἑαυτῷ, ἅμα

C δὲ [117] εἰς ἐπίδειξιν τοῦ κατὰ τὴν ἀγορὰν ἔργου. παντὸς γὰρ τοῦ χωρίου ἐκείνου ὀρεινοῦ ὄντος, κατέσκαψε τοσοῦτον ὅσον ὁ κίων ἀνίσχει, καὶ τὴν ἀγορὰν ἐκ τούτου πεδινὴν κατεσκεύασε.

Μετὰ δὲ ταῦτα ἐστράτευσεν ἐπ' Ἀρμενίους καὶ Πάρθους, πρόφασιν μὲν ὅτι μὴ τὸ διάδημα ὑπ'

αὐτοῦ

reſpondit: “ Si me Sura interficere voluiſſet, heri quidem certe interfeciſſet. „ A.U.C.860 Soſſio IV. & Sura III. COSS.

16. Itaque permagnum fuit, quod Trajanus in homine accuſato inſidiarum, periclitari voluerit; ſed multo profecto majus, quod nunquam crediderit, mali quicquam ab illo ſibi eſſe metuendum. Quin etiam, quum illi qui præfecti prætorianorum munere functurus erat, gladium, quo cingi debebat præberet; eo nudato, atque porrecto: “ Accipe gladium hunc, „ ait, “ ut eo, ſi recte imperem, pro me; ſin nequiter, contra me utaris. „ Soſſio quoque, & Palmæ, & Celſo ſtatuas poſuit, quos viros habuit in honore præ cæteris omnibus. In eos vero, qui contra ſe conjuraverant, in quorum numero Craſſus fuit, re ad ſenatum delata, animadvertit. Bibliothecas exſtruxit, ac in foro columnam maximam collocavit, partim ſepeliendi ſui cauſa, partim ut opus, quod ipſe circa forum fecerat, poſteris oſtenderet. Nam eum locum, cum montoſus undiquaque eſſet, tanta altitudine, quanta columnæ eſt, juſſit effodi; forumque eo pacto complanavit.

17. Poſt hæc bellum intulit Armeniis Parthiſque, eo quidem nomine, quod rex Armeniorum A.U.C.867 Q. Haſta & P. Vopiſco COSS.

[c] τὸ ἀποκινδυνεῦσαι. ſic Exc. Peir. vulgo ſimplex κινδυνεῦσαι legitur, pro quo διακινδυνεῦσαι eſt in Pal. Mer. Coiſl. Br. quod ipſum non minus probum eſſe, aſſentior cultiſſimo d'Orvillio ad Charitonem p. 670. [d] πολὺ δὲ δὴ. δὴ additum ex Exc. Peir. [e] πρῶτον τῷ. Blancus αὐτῷ legerat, & ad Suram retulerat. Xyl. vulgatam lectionem exprimere maluit, cum quo facit Zon. in Victoris breviario præfectus *Saburanus* dicitur, pro quo *Suranum* fortaſſe aliquis malit, ut in conſularibus faſtis Panvinii p. 35. Sylb.

tibus eſſe, vel pro *Sabutano* reſcribendum, viri quidam docti cenſent; ſed temporum ratio me reddit ancipitem. Nam Sura jam Coſ. fuit A. U. C. 851. menſe Jul. § 106. Atqui Trajanus hoc ipſo anno demum ſucceſſit Nervæ d. 27. Jan. pag. 770. § 25. & rediit demum Romam A. 852. pag. 772. § 38. Quare *hoc* fieri non potuit, niſi Suram eodem anno ineunte *præfectum* prætorio, eodemque medio Conſulem exiſtimaveris.

§ 110. (l. 46.) τὸ ξίφος, ὃ παραζώννυσθαι] Hinc periphraſis præfecti prætorio ἐφ' ᾧ τὸ ξίφος ἦν, apud *Philoſtratum* Apollon. IV. 42. p. 183. VII. 16. p. 296. *Cum inſigne poteſtatis, uti mos eſt, pugionem daret. Victor* Cæſ. XIII. 9. confer *Pet. Fabrum* Semeſtr. I. 3. p. 19. ſq. III. p. 165.

§ 111. (l. 48.) λάβε τοῦτο τὸ ξίφος] Laudant dictum *Suidas* in Τραϊανὸς, *Cedrenus* p. 248. *Victor* l. c. Tangit & *Plinius* Pan. 67, 8. unde primis Trajani annis pronunciatum eſſe colligitur.

§ 112. (l. 51.) τοῦ Σοσσίου, τοῦ τε Πάλμου καὶ τοῦ Κέλσου] De Palma dictum modo § 101. L. Publilius Celſus cum Hadriano ſuffectus Conſul fuit A. U. C. 862. & quoniam pariter ut Palma Hadriano ſemper adverſatus fuerat, & cum Nigrino conſpiraverat, *Bajis* occiſus eſt, ut refert *Spartianus* Hadr. c. 4. & 7. Soſſius, vel, ut Spartiano vocatur, Soſius Pappus, vir ſenatorii ordinis, amicus Hadriani fuit, non confundendus, ut a *Tillemontio* factum T. II. p. 891. cum Soſio Senecione quartum Conſule, circa eadem tempora claro, cui Plutarchus varia dedicavit, & ad quem Plinius ſcripſit. Patet autem, ſtatuas vivis eſſe poſitas, & probabile eſt poſitas in foro Trajani, inter ſpolia Dacica.

§ 113. (l. 53.) ἦν καὶ Κράσσος] Calpurnius Craſſus, de quo p. 770. § 19. Is, credo, eſt de quo *Eutropius* VIII. 2, 13. *Nihil non tranquillum & placidum agens, adeo, ut omni ejus ætate unus ſenator damnatus ſit; atque is tamen per ſenatum, ignorante Trajano.*

§ 114. (l. 55.) βιβλίων ἀποθήκας] Numus apud *Mediobarbum* p. 160. Trajano COS. VI. in cujus averſa — ECA. TRA. forte BIBLIOTHECA TRAJANI. Erat in foro ejus ad templum & Baſilicam, tranſlata deinde ad Thermas Diocletianas. Sed & Bibliothecæ plurium numero memorantur, quod de Græca & Latina intelligi ſolet, unde & Dio ἀποθήκας. Ibi & veterum fuere prætorum edicta, teſte *Gellio* N. A. XI. 17. ibidem libri lintei & elephantini, Principum geſta & Senatusconſulta, auctore *Vopiſco* in Aureliano c. 1. & 8. & in Tacito cap. 8. & Probo c. 2. confer *Famianum Nardinum* Rom. Vet. lib. V. c. 9. Tom. IV. Græv. p. 1189. & *Sylveſt. Lurſenium* de Bibliothecis Romanis p. 294. ſq. & de templo ac Bibl. Apollinis Palatini, paſſim.

§ 115. (l. 56.) ἐν τῇ ἀγορᾷ καὶ κίονα μέγιστον] Forum Trajani, prope forum Nervæ, regione urbis VIII. complanata parte montis Quirinalis, ædificatum eſt ab eodem Apollodoro Damaſceno, qui pontem Danubii ſtruxerat, arcu triumphali, templo, bibliotheca, baſilica, columna, ipſo Trajano ex ære equo inſidente, circum porticibus multiſque ſtatuis, inſigne. confer *Pauſaniam* IV. 12. p. 406. *Gellium* XIII. 24. *Ammianum Marc.* XVI. 11. *Dionem* p. 789. C. *Marlianum* Topogr. Urb. Rom. V. 1. T. III. Græv. p. 163. ſqq. *Alex. Donatum* de Urbe Roma II. 24. ibid. pag. 637. ſqq. *Fam. Nardinum* Rom. Vet. V. 9. T. IV. Græv. pag. 1186. ſqq. Numos ad forum Trajani ejusque partes ſpectantes vide apud *Mediobarbum* p. 158. ſqq. quem compendii cauſa nominare ſoleo, alias adi *Arſchotan.* Tab. XXXVI. *Patin.* Theſ. p. 157. & Imperator. æris med. p. 141. *Beger.* Theſ. Brand. Contin. p. 644. *Pedruſi* T. VI. Muſei Farneſ. Tab. 24. 25. 26. ubi neſcio quam recte aquilam in ſumma columna conſtituit. confer accuratiorem multo *Petrum Piovene* T. X. tab. 8. Columnæ Trajani altitudo fuit CXXVIII. pedum, quanta perfoſſi montis, præter coloſſum XXII. pedum, qui referebat effigiem Trajani haſtam atque pilam tenentis. Intus cochlis eſt graduum CLXXXV. cui lucem præbent XLV. feneſtellæ: (*Philander* ad Vitruv. IX. 2. gradus ponit CLXXXII. feneſtras XLIV.) extus Pario marmore incruſtata eſt. Sculptura anaglyphica, capreoli inſtar circumvoluta, continet MMD. hominum figuras, præter equos, arma &c. quæ figuræ in plano conſiſtentibus omnes ejuſdem magnitudinis eſſe videntur. Triumphalis eſt & hiſtoriata, res in Dacia geſtas continens. Inſcriptio teſtatur, columnam hanc Trajano poſitam, non ab ipſo; ſed a S. P. Q. R. anno Trib. Pot. XVII. hoc eſt A. U. C. 867. Chr. 114. cum ipſe bello Armenico & Parthico eſſet diſtrictus. Reſarciri curavit, impoſito S. Petri ex inaurato ære ſimulacro, Sixtus V. Pont.

§ 116. (l. 57.) ἐς ταφὴν ἑαυτῷ] Cineres Trajani Romam relati, in urna aurea, ſub columna repoſiti. *Dio.* pag. 788. C. *Eutrop.* VIII. 2, 17. *Victor* Epit. XIII. 11. Sunt qui in pila, quam tenebat coloſſus, cineres conditos dicant: quo fundamento, adhuc requiro.

§ 117. l. 58.) εἰς ἐπίδειξιν τοῦ &c.] Sic inſcriptio columnæ: AD. DECLARANDUM. QUANTÆ. ALTITUDINIS. MONS. ET. LOCUS. TAN — BUS. SIT. EGESTUS. Supple TANTIS. OPERIBUS. quod etiam ex menſura lacunæ probavit *Fabrettus* p. 52.

A.U.C. 867 Q. Haſta & P. Vopiſco COSS.

niorum non ab ſe, ſed a rege Parthorum diadema accepiſſet: ſed re vera id bellum ſuſcepit adductus gloriæ cupiditate. [Hac vero expeditione contra Parthos inſtituta quum Athenas veniſſet, legati quidam Oſrois illic eum convenere, qui & pacem petebant, & munera ſecum adferebant. Nam quia de profectione Trajani Oſroës acceperat, quodque factis ille minas ſuas approbaret, cœperat trepidare; remiſſaque animi elatione, miſerat oratum ſuppliciter, ne bello invaderetur; & Armeniam pro Parthamaſiride, Pacori & ipſo filio, petebat; utque diadema illi mitteretur, rogabat. Etenim Exedarem, qui nec erga Romanos, nec erga Parthos ex officio ſe gereret, regno abdicatum per ſe ajebat. Trajanus autem nec accepit illa munera, nec aliud quidquam vel reſpondit, vel reſcripſit, præter hoc ſolum: amicitiam factis, non verbis judicandam: ideoque ſe, poſtquam in Syriam veniſſet, facturum omnia, quæ fieri par eſſet. In hac ſententia perſiſtens, Aſia Lyciaque & finitimis provinciis peragratis, Seleuciam venit.

18. Antiochiæ quum eſſet, Augarus Oſroënus ei non ipſe quidem occurrit; munera tamen, & legatos, cum mandatis ab amicitia non alienis, miſit. Is enim pariter & Trajanum, & Parthos metuens, utrique parti ſtudebat; ac propterea cum Trajano congredi noluit.] Poſtquam fines hoſtium invaſerat, ſatrapæ, qui regionem tenebant, regesque cum muneribus ei proceſſerunt obviam; in quibus & equus erat, doctus hominem ita venerari, ut flecteret anteriora genua, & cervicem pedibus ejus, qui prope adeſſet, ſubmitteret. Trajanus itaque, cunctis

αὐτοῦ εἰλήφει, ἀλλὰ [118] παρὰ τ[illegible] λέως, ὁ τῶν Ἀρμενίων βασιλεύς [illegible] [119] δόξης ἐπιθυμίᾳ. f [στρατ[illegible] ἐπὶ Πάρθους, καὶ ἐς Ἀθή[illegible] D πρεσβεία αὐτῷ ἐνταῦθα [120] πα[illegible] ἐνέτυχε, τῆς εἰρήνης δεομένη, [illegible] ρουσα. ἐπειδὴ γὰρ ἔγνω τήν τε ὁρμὴν αὐτοῦ, καὶ ὅτι τοῖς ἔργοις τὰς ἀπειλὰς ἐτεκμηρίου, κατέδεισε· καὶ ὑφεὶς τοῦ φρονήματος, ἔπεμψεν ἱκετεύων μὴ πολεμηθῆναι, τήν τε Ἀρμενίαν g Παρθαμασίριδι [121] Πακόρου καὶ αὐτῷ υἱεῖ ᾔτει, καὶ ἐδεῖτο τὸ διάδημα αὐτῷ πεμφθῆναι. E τὸν γὰρ Ἐξηδάρην, ὡς οὐκ ἐπιτήδειον οὔτε τοῖς Ῥωμαίοις οὔτε τοῖς Πάρθοις ὄντα, h πεπαυκέναι ἔλεγε. καὶ ὃς οὔτε τὰ δῶρα ἔλαβεν, οὔτ' ἄλλο τι ἀπεκρίνατο, ἢ καὶ ἐπέστειλε, πλὴν ὅτι ἡ φιλία ἔργοις καὶ οὐ λόγοις κρίνεται· κα[illegible] ἐπειδὰν εἰς τὴν Συρίαν ἔλθῃ, πά[illegible] ποιήσει. καὶ οὕτω διανοίας [illegible] Ἀσίας, καὶ ἐπὶ i Λυκία[illegible], ἐς Σελεύκειαν ἐκομίσ[illegible]

Γενομένῳ δὲ αὐ[illegible] Αὔγαρος 779 ὁ Ὀσροηνὸς αὐτ[illegible] δῶρα δὲ δὴ καὶ λόγους φ[illegible] τε γὰρ ὁμοίως, καὶ τ[illegible] ἐπημφοτέριζε, καὶ δ[illegible] οἱ συμμῖξαι.] ἐπεὶ [illegible] πολεμίαν, ἀπήντων αὐτῷ οἱ [illegible] μετὰ δώρων ἐν οἷς [illegible] προσκυνεῖν. B τοῖς τε [illegible] ὤκλαζε, καὶ τὴν κεφαλὴν ὑπὸ [illegible] πόδας ὑπετίθει. Τραϊανὸς δὲ, ἀμαχεὶ πάντα χειρούμενος, [123] ἐς Σάταλα ἦλθε, καὶ [124] ἐς Ἐλέγειαν,

f στρατεύσαντος δ' αὐτοῦ &c. hæc ſuppeditarunt Exc. Urſ. num. LVI. g Παρθαμασίριδι. Παρθαμασίριδι hic Exc. Urſ. minus recte, nam ſequenti fragmento & apud Xiph. Παρθαμάσιρις ſcribitur. h πεπαυκέναι ἔλεγε. ſic L. πεπαυκέναι ἔλεγε, edidit Urſ. ſimul in margine adjiciens: γρ. πεπαυκέναι. i Λυκίας edidit Urſ. nec cauſæ aliquid video, cur Κιλικίας ſcripſerit Leunclavius. nam poſt Aſiam minorem in hoc itinere prima eſt Lycia; deinde Pamphilia & Cilicia, quæ hic nomine τῶν ἐχομένων ἐθνῶν indicantur. k ἴφθη. γρ. ὤφθη, Urſ. ad marg. præcedens Αὔγαρος, verius Ἄγβαρος vel Ἄκβαρος ſcribi, dicit Valeſ. ad Exc. Peir. p. 713. ſed tamen Αὔγαρος ſcripſiſſe Dionem, patet ex Suida in Αὔγαρος. in cæteris Suidæ locis modo Ἄγβαρος, modo Αὔγαρος ſcribitur.

§ 118. (l. 64.) παρὰ τοῦ Πάρθων βασιλέως] Rege Armeniæ Exedare Pacori II. filio § 121. per Choſroen dejecto, Parthamaſiris ab eo diadema acceperat. vide *Reinerum Reineccium* Hiſt. Jul. T. III. p. 220. ſq. Quanquam Trajano jam antea cum Pacoro II. controverſias fuiſſe, colligimus ex *Suida*, in ἐπίδαμα.

§ 119. (l. 66.) δόξης ἐπιθυμίᾳ] *Cupidinem triumphandi* Trajano pariter objicit *Victor*, Epit. XLVIII. 10. Alexandrum æmulandi ſtudium *Dio* p. 784. D. Ad hanc expeditionem Parthicam referri ſolet numus: PROFECT. AUG. apud Mediob. p. 160. qui tamen anni indicium non habet. Videtur cœpta A. U. C. 867. quo Imp. VII. & ſequenti Imp. VIII. & IX. audit; quo & Parthici cognomen meruit. vide *Fabrettum* ad Col. Traj. p. 292. qui ante hunc annum id cognominis in nullo genuino vel marmore vel numo reperiri docuit. Multum hinc abit Doctiſſ. *Tillemontius* T. II. not. 17. p. 917. ſqq. qui jam A. U. C. 859. Chr. 106. ad bellum Parthicum profectum eſſe contendit, ſed cogitur duplicem Trajani in Parthos profectionem ſtatuere, & ad ſecundam hæc Dionis referre p. 939. ſq.

§ 120. (l. 68.) παρὰ τοῦ Ὀσρόου] Oſroes vel Choſroes, item Coſroes ſcribitur. vide *Caſaubonum* ad Spartiani Hadr. c. 13. p. 128. מלך כוזר vide *Buxtorfium* ad librum Coſari p. 6. not. 6. Plures ejus nominis apud Perſas noti ſunt: hic Pacori II. frater fuit. vide *Reineccium* l. c. De donis Trajano oblatis, loquitur, ni fallor, locus neſcio cujus apud *Suidam* in σαμψήρας. δῶρα φέρει Τραϊανῷ ὑφάσματα σηρικὰ, καὶ σαμψήρας. αἱ δέ εἰσι σπάθαι βαρβαρικαί. Meminerat Choſrois *Arrianus* in Parthicis apud Suidam in ἀπόρατον & γυμνασιμαχῆσαι.

§ 121. (l. 74.) Πακόρου καὶ αὐτῷ υἱεῖ] Verba καὶ αὐτῷ refer ad Exedarem pulſum ab Oſroe, ſed pariter filium Pacori II. & ἀδελφιδοῦν Oſrois. p. 779. E. Ita non neceſſe erit, pro ἀδελφιδοῦν reponere ἀδελφὸν, invitis codicibus; quod viſum eſt *Tillemontio* T. II. p. 926. not. 18. propterea quod καὶ αὐτῷ ad Oſroem manifeſte ſpectare ſibi perſuaſerat.

§ 122. (l. 86.) Αὔγαρος ὁ Ὀσροηνὸς] Regum Oſroenorum Edeſſæ id commune nomen fuiſſe, *Valeſius* infra ad p. 780. D. oſtendit. confer & *Reinerum Reineccium* Hiſt. Jul. III. p. 282. ſqq. *Noriſium* Epoch. Syro-Mac. p. 106. & 108. ſq. & quæ nos infra p. 848. § 3. Habere enim nomen hoc Arabibus Magni ſignificationem, obſervavit *Spanhemius* T. I. p. 126. 446. & 535. ſq. & quanquam Ἄγβαρος vel Ἄκβαρος, nempe ex Arabico, *Potens*, ſcribi malit *Valeſius* l. c. tamen ex numis & Abulpharajo aliiſque, Ἄβγαρος genuinum eſſe, laudatus Spanhemius docet contra Valeſium. Αὔγαρος etiam apud *Photium* p. 76. edit Rohtom. Hic Abgarus V. eſt apud Reineccium. Pacorum ei Regnum Edeſſenum magna pecunia vendidiſſe, diſcimus ex *Suida* in ὠνητὸν. καὶ τὴν χώραν ἐπιτρέπων Τραϊανῷ Αὐγάρῳ, καίπερ ὅτι ὠνητὴν ἐκ Πακόρου ἔχει λαβὼν πολλῶν χρημάτων· καὶ τοῦτο ἀσμένως τῷ βασιλεῖ γίνεται.

§ 123. (l. 97.) ἐς Σάταλα ἦλθε] De Satalis Armeniæ minoris vide *Stephanum Byz.* & *Antonini* Itiner. p. 183. *Hieroclis* Synecdemum *ibid.* p. 702. ſq.

§ 124. (l. 97.) ἐς Ἐλέγειαν] Erat ad Euphratem, occurrente Tauro monte. *Plin.* V. 24. *Salmaſ.* ad Solin. pag. 441[illegible] 443. a. b. *Steph. Byz. Xiphilin.* p. 802. B.

§ 125. (l. 99.) τὸν Ἡνιόχων βασιλέα] Heniochi, pop[illegible] Sarmatiæ Aſiaticæ circa Coracem montem & oram maris [illegible] xini, Circaſſi hodie. vide *Reineccium* Hiſt. Jul. III. pag. [illegible] Rex ille Anchialus nominatur infra. D. Macheloni, q[illegible] Heniochis jungit infra, pariter ſunt ad Pontum Eux. vide [illegible] *rianum* in Periplo Pont. Eux. p. 123. edit. Blancardi, q[illegible] Anchiali meminit.

Ἐλέγειαν, τῆς Ἀρμενίας [l] χωρία· καὶ [125] τὸν Ἡνιόχων βασιλέα ἐτίμησε, [126] Παρθαμάσιριν δὲ τὸν Ἀρμενίων ἐτιμωρήσατο. ἐπεὶ δὲ πᾶσαν [127] τὴν Ἀρμενίων χώραν εἷλε, καὶ πολλοὺς τῶν βασιλέων, τοὺς μὲν ὑποπεσόντας ἐς τοῖς φίλοις ἦγε, τοὺς δέ [128] τινας
C καὶ [m] ἀπειθοῦντας ἀμαχεὶ ἐχειροῦτο.

[n] [Ὁ δὲ Παρθαμάσιρις βίαιόν τι ἐποίησε. γράψας δὴ τὰ πρῶτα τῷ Τραϊανῷ ὡς βασιλεὺς, ἐπειδὴ μηδὲν ἀντεγράφη, ἐπέστειλέ τε αὖθις, τὸ ὄνομα τοῦτο περικόψας, καὶ ἤτησε Μάρκον Ἰούνιον τὸν τῆς Καππαδοκίας ἄρχοντα πεμφθῆναί οἱ, ὡς καὶ δι᾽ αὐ-
D τοῦ τι αἰτησόμενος. ὁ οὖν Τραϊανὸς ἐκείνῳ μὲν τὸν τοῦ Ἰουνίου υἱὸν ἔπεμψεν, αὐτὸς δὲ [129] μέχρι Σαμοσάτων προχωρήσας, καὶ ἀμαχεὶ αὐτὰ παραλαβὼν, ἐς τὰ [o] Σάταλα ἦλθε, καὶ [130] Ἀγχίαλον τὸν Ἡνιόχων τε καὶ Μαχελόνων βασιλέα δώροις ἠμείψατο· ἐν δὲ Ἐλεγείᾳ τῆς Ἀρμενίας τὸν Παρθαμάσιριν προσεδέξατο. καθῆστο δὲ ἐπὶ βήματος ἐν τῷ ταφρεύματι. καὶ ὃς ἀσπασάμενος αὐτὸν, [131] τό τε διάδημα ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἀφεῖλε, καὶ πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ ἔθηκε, σιγῇ τε εἱστήκει, καὶ προσεδόκα αὐτὸ ἀπολήψεσθαι. συμβοησάντων δὲ ἐπὶ τούτῳ τῶν στρατιωτῶν καὶ
E [132] αὐτοκράτορα τὸν Τραϊανὸν ὡς καὶ ἐπὶ νίκῃ τινὶ ἐπικαλεσάντων (νίκην γὰρ [p] ἀσώληνον ἄναιμον ὠνόμαζον, ὅτι τὸν βασιλέα τὸν Ἀρσακίδην, τὸν Πακόρου παῖδα, τὸν [q] Ὀσρόου ἀδελφιδοῦν, προσεστηκότα αὐτῷ ἄνευ διαδήματος, [r] εἶδον ὥσπερ αἰχμάλωτον) ἐξεπλάγη τε, καὶ ἐνόμισεν ἐπὶ ὕβρει καὶ ὀλέθρῳ αὐτοῦ γεγονέναι. καὶ μετεστράφη

cunctis ſine prœlio captis, Satala, & Elegiam, quæ ſunt urbes Armeniæ, profectus, Heniochorum regem honore affecit, & Parthamaſiridem regem Armeniorum punivit: captaque Armenia tota, reges, qui deditionem fecerant, habuit in numero amicorum: cæteros, qui obſequium negaverant, absque pugna cepit. A.U.C.867 Q. Haſta & P. Vopiſco COSS.

19. [Nimirum Parthamaſiris, ceu vi cogente, hujusmodi quiddam fecit. Primum Trajano ſcripſit, tanquam rex: ſed quia nihil reſcriptum eſſet, alias denuo litteras dedit, omiſſo nomine regio; Marcumque Junium, Cappadociæ præſidem, ad ſe mitti poſtulavit, velut aliquid per eum petiturus. At Trajanus Junii filio ad eum ire juſſo, Samoſata progreſſus ipſe, citra pugnam oppido potitus eſt. Inde Satala pervenit, & Anchialum, Heniochorum Machelonumque regem donis remuneratus eſt. Ad oppidum autem Armeniæ Elegiam Parthamaſiridi copiam adeundi ſui fecit. Intra munitionem caſtrorum ipſe pro tribunali conſederat. Parthamaſiris, eo ſalutato, diadema capiti detraxit, eoque ad Trajani pedes poſito, tacitus adſtitit; dum id ſibi redderetur, exſpectans. Quum autem hoc facto, milites clamorem una ſuſtuliſſent, ac Trajanum tanquam in victoria quadam imperatorem adpellaſſent: (quippe victoriam hanc ſine bello partam, & incruentam vocabant propterea, quod regem Arſacidam, Pacori filium, Oſrois e fratre genitum, adſtantem Trajano ſine diademate videbant, veluti captivum:) perterritus Parthamaſiris, ad contumeliam perniciemque ſuam id factum putavit. Quamobrem ſe convertit, quaſi fugiturus. Ubi vero circumdatum

l χωρία. χωρίον L. ad marg. quaſi ad Elegiam tantum referendum, quæ eſt Armeniæ majoris trans Euphratem, cum Satala ſit Armeniæ minoris. *m* ἀπειθοῦντας. ſic utique ex Coisl. & Br. ſcribendum duxi, pro corrupto ἀποθανόντας, quod vulgo legitur. ἀποκαμόντας, licet dubitanter, ſubſtituebat Sylb. *n* ὁ δὲ Παρθαμάσιρις &c. eſt ſupplementum ex Exc. Urſ. num. LVII. quod uberius narrat, quæ paulo ante brevioribus ex Xiphilino leguntur. poteram ſane iſta Xiphilini inde a verbis Τραϊανὸς δὲ ἀμαχεὶ &c. a textu reſecare & huc transferre; ſed quoniam patitur ſtilus hiſtoricus ejusmodi Exergaſiam breviorum, reliqui. *o* Σάταλα. hoc verum nomen urbis repoſui ex ſuperioribus Xiphilini, pro vulgato Σάτα. ceterum paulo ante Σαμοσάτων προχωρήσας, pro corrupto Σαμοσάτεν προσχωρήσας, quod eſt apud Urſ. recte ſcripſit L. ex ingenio. vide p. 405. B. *p* ἀσώληνον. vox corrupta, pro qua ἀπόλεμον ad marg. ponit L. ἀσύλητον, MS. Sylburgii. *q* Ὀσρόου. in MS. erat Ὀῤῥόου. pro ἀδελφιδοῦν Tillemontius Tom. II. p. 927. vult ἀδελφόν. ſed vide § 121. *r* εἶδον. ſic L. ᾖδον, minus bene Urſ.

§ 126. (l. 99.) Παρθαμάσιριν ἐτιμωρήσατο] Φατόσιρις, male, *Pæanio.* Parthamaſiris Pacori filius, Rex Armeniæ ab Oſroe conſtitutus § 121. Hic Παρθαμασίριν vulgo legebatur, quod, quoniam non reſpondebat reliquis locis, correxi: nam & ſtatim apud Theodoſium & in Excerptis Urſini legitur Παρθαμάσιριν. *Salmaſius* ad Spartiani Adr. c. 5. pag. 48. obiter inſpexit Dionem, quando Παρθαμάσιριν ibi Regem dici ait, & ἐτιμωρήσατο explicat, *occidit;* atque *Eutropium*, qui occiſum dixerat Parthamaſirin VIII. 2, 5. contra Caſaubonum defendit. Recte *Caſaubonus* ad Spart. hoc falſum eſſe ait conſtare ex Dione, nempe ex fragmento Urſini LVII. quod his Xiphilini ſubjungitur, quodque Salmaſius tum forte neglexerat conſulere. *Sextus Rufus* c. 20. *ſublato diademate, Regi Armeniæ majoris regnum ademit.* Huc refert *Morellus* Specim. p. 59. ſq. Trajani numum, in quo REX PARTHUS. vide infra pag. 785. § 190.

§ 127. (l. 1.) τὴν Ἀρμενίων χώραν εἷλε] Numi ARMENIA. SUBACTA. IMP. VI. COS. VI. item: ARMENIÆ ET. MESOPOTAMIA. IN. P. P. R. REDACTÆ. memorantur apud *Panvinium* de Imp. Rom. c. 19. T. I. Theſ. Græv. p. 429. *Mediob.* p. 162. *Rubenium* XXXIV. 9. confer & *Eutropium* VIII. 2, 5. *Euſebium* ad A. Chr. CIII. *Sext. Rufum* c. 20. apud quos & aliæ multæ gentes in poteſtatem redactæ memorantur, ſuffragantibus numis apud *Mediob.* p. 162. ſq. *Ruben.* XXXV. 11. *Spanhem.* T. I. p. 490. *Fabrett.* Col. Traj. p. 23. Ceterum ſi apud Panvinium recte IMP. VI. dicitur Trajanus, neceſſe fuerit, initio belli A. U. C. 867. hæc contigiſſe; nam eodem anno jam IMP. VII. ſalutatur. confer quæ Dio infra lit. D. § 132.

§ 128. (l. 3.) τινὰς καὶ ἀπειθοῦντας] *Eutropius* VIII. 2, 7. *Carduenos, Marcomedos occupavit: & Anthemuſium magnam Perſidis regionem; Seleuciam & Cteſiphontem, Babylonem & Edeſſios vicit ac tenuit.* Ita fere & *Sex. Rufus.* Edeſſenos tamen Eutropius male victos refert. Mannum Arabiæ, Maniſarum ditionis forte Meſopotamiæ, Mebarſapen Adiabenes, Regulos a Dione reſpici, patet ex p. 781. A. ſq.

§ 129. (l. 13.) μέχρι Σαμοσάτων] Samoſata, Syriæ urbs ad Euphraten, natura munita, Comagenes metropolis, Luciani patria. vide *Strab.* XIV. p. 664. XVI. p. 749. *Luc. Holſtenium* ad Steph. Byz. & *Triſtanum* T. I. p. 606. ſq.

§ 130. (l. 15.) Ἀγχίαλον] Nomen non urbibus modo, apud *Liebium* p. 341. ſed & hominibus tributum, ut oſtendit *Tho. Pinedo* pag. 20. ad Steph. Byz. qui unus recte explicavit illud *Martialis* XI. 95. *jura, verpe, per Anchialum,* i. e. per puerum, ſic vocatum, quem deperis. Ut fruſtra hic ſint, qui multo labore neſcio quid ſacramenti Judaici per Anchialum comminiſcuntur.

§ 131. (l. 20.) τό τε διάδημα ἀπὸ τῆς κεφαλῆς] Tiaram cum Diademate pariter Teridates ante effigiem Neronis p. 712. § 116. & coram ipſo Nerone p. 717. § 12. depoſuerat, ab eo vaſalli inſtar recepturus. ib. § 19.

§ 132. (l. 24.) αὐτοκράτορα τὸν Τραϊανὸν] Ita moris in hujusmodi occaſione. vide ll. cc. § 131. Probabile eſt, IMP. VII. tunc dictum A. U. C. 867. cum eſſet TR. POT. XVIII. COS. VI. ut eſt in Inſcriptionibus apud *Gruter.* p. CCXLVII. 5. & apud *Fabrettum* p. 293. vide ſupra § 127.

A.U.C.867 Q. Haſta & P. Vopiſco COSS.

datum ſe militum corona conſpexit, deprecatus eſt, ne quid in turba dicere cogeretur. Itaque deductus in Trajani tentorium, nihil eorum, quæ volebat, impetravit.

20. Exſiliente vero Parthamaſiride præ iracundia, etiam inde mediis e caſtris eum Trajanus arceſſivit, iterumque conſcenſo tribunali, juſſit, quæcunque vellet, audientibus univerſis, dicere: ne qui forte neſcii eorum, quæ ſeorſum inter ipſos acta fuiſſent, diverſa quædam confictis fabellis ſpargerent. Id vero quum inaudiſſet Parthamaſiris, non continere ſe potuit amplius, ſed magna libertate quum alia protulit in medium; tum quod minime victus, nec bello captus, ſed ſponte ſua veniſſet, perſuaſus futurum, uti nec ulla ſibi inferretur injuria, & ut regnum perinde conſequeretur, ac a Nerone Teridates. Ei Trajanus cum alia reſpondit, quæ ad rem facerent, tum Armeniam nemini ſe relicturum dixit, quod ea juris Romani, præſidem Romanum habitura eſſet: ipſi tamen abeundi, quo vellet, poteſtatem facturum. Hoc modo Parthamaſiridem cum iis Parthis, quos ſecum habebat, dimiſit: quum equites quoſdam ipſis duces dediſſet, uti nec cum aliquo colloquerentur, nec novi quid moliri poſſent. Omnes autem Armenios, quotquot cum ipſo venerant, in patria, quod jam ſibi ſubjecti eſſent, manere juſſit.]

21. [Quumque præſidia Trajanus in locis opportunis reliquiſſet, Edeſſam venit, ibique primum Augarum vidit. Nam antea quidem ille

φη μὲν ὡς καὶ [s] φευξόμενος, [illegible] δὲ ὅτι [illegible]ριεσοίχισαι, ἐξῃτήσατο τὸ μὴ ἐν [illegible] εἰπεῖν. καὶ οὕτως ἐς τὴν σκηνὴν εσα[illegible], [illegible]νὸς ἔτυχεν ὧν ἐβούλετο.

[t] Ἐκπηδήσαντος οὖν ὀργῇ, καὶ [illegible] τοῦ στρατοπέδου μετεπέμψατο αὐτὸν ὁ [illegible], καὶ ἀναβὰς αὖθις ἐπὶ τὸ βῆμα, [illegible] αὐτῷ πάντων ἀκουόντων εἰπεῖν, [illegible] ἵνα μὴ ἀγνοήσαντές τινες τὰ κατα[illegible] εἰρημένα, λογοποιήσωσί τινα διάφορα. Ἀκούσας τοῦτο ὁ Παρθαμάσιρις, οὐκέτι τὴν ἡσυχίαν ἦγεν, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς παῤῥησίας ἄλλα τέ τινα εἶπε, καὶ ὅτι οὐχ ἡττηθεὶς οὐδὲ ζωγρηθεὶς, ἀλλ' ἑκὼν ἀφίκετο, πιστεύσας ὅτι οὔτε τι ἀδικηθήσεται, καὶ τὴν βασιλείαν ἀπολήψεται, ὥσπερ καὶ ὁ Τηριδάτης παρὰ τοῦ Νέρωνος. καὶ αὐτῷ ὁ Τραϊανὸς [illegible] τἆλλα ἀντέλεξεν ὅσα ἥρμοζε, [illegible] ἔφη. [illegible] ἄρχοντα [illegible], ὅ[illegible] [illegible] τὸν μὲν [illegible] Παρθῶν [illegible] οἱ [illegible] σφίσιν [illegible], ὅπως [illegible] νεοχμώσωσι, [illegible] μετ' [illegible] χώραν, [illegible]] [illegible] ὁ Τραϊανὸς [illegible] Ἔδεσσαν [illegible] πρῶτον [illegible] πρέσβεις καὶ

B

C

s φευξόμενος. φευξούμενος, Exc. Urſ. *t* ἐκπηδήσαντος. ſic L. melius quam apud Urſ. ἐσπηδήσαντος. *u* ὄντας, μόνας. hæc Urſ. reſcripſit pro corruptis ſui codicis ὄντος μόνας. Urſinum ſequitur L. *x* φρουρὰς δὲ ἐν &c. hoc & ſequens fragmentum ex Exc. Urſ. num. LVIII. LIX. unde video & Suidam in ἱκέτευμα decerpſiſſe: ὁ γὰρ Αὔγαρος ἀπήντησε Τραϊανῷ προσιόντι, uſque ad ἱκέτευμα ἦν, omiſſis tantum verbis καὶ ἀπελογήσατο. nondum id obſervatum eſt Suidæ editoribus. *y* Ἔδεσσαν. ita p. 785. B. & ſic ſcribendum ex antiquis auctoribus v. g. Stephan. & numiſmatibus apud Spanhem. T. I. p. 602. ſq. non Ἔδεσαν, ut ex numis vult Urſ. in not. & L. in textu. αἴδεσαν, Urſ. in textu. & Αἰδέσσης, Αἴδεσσαν, Exc. Peir. p. 710. fin. & 713.

§ 133. (l. 51.) ἄρχοντα Ῥωμαῖον ἕξειν] Nempe a Pompeji M. ætate Armenia reges varios habuerat Romanorum voluntate, quos ſuppeditabit *Rein. Reineccius* Hiſt. Jul. T. III. pag. 235. ſq. 219. & *Onuphr. Panvinius* Imp. Rom. c. 19. T. I. Theſ. Græv. p. 428. ſq. Sed, ſi dicendum quod res eſt, hi ipſi reges etiam, ne de ceteris dicam, multo plus adhuc Parthis quam Romanis ſuberant. Nunc primum Armenia cœpit provincia eſſe, impoſito legato conſulari; quanquam mox Hadrianus Armeniam, Meſopotamiam, & Aſſyriam Parthis reddidit. p. 790. § 49.

§ 134. (l. 61.) ἦλθεν ἐς Ἔδεσσαν] Pertinent huc illa *Suidæ* in Ἔδεσσα. πόλις Συρίας· εἰς ἣν ἀφικομένῳ Τραϊανῷ ὑπαντιάζει πρὸ τῆς πόλεως Αὔγαρος, ἵππους τε δῶρ' ἄγων ν' καὶ σ', καὶ τοὺς κατάφρακτους θώρακας ἱππεῦσι καὶ τοῖς ἵπποις ν' καὶ σ', καὶ βέλη ἑξάκις μύρια. ὁ δὲ Τραϊανὸς τρεῖς λαβὼν θώρακας, τἆλλα ξύμπαντα αὐτὸν ἔχειν ἐκέλευσεν. *Edeſſa, urbs Syriæ, ad quam proficiſcenti Trajano Abgarus ante urbem occurrit, dona adducens CCL. equos, & cataphractas loricas, pro equitibus & equis CCL. & telorum LX M. Trajanus vero, tribus tantum loricis acceptis, cetera omnia ipſum ſervare juſſit.* Defeciſſe poſtea Abgarum, & Edeſſam propterea incenſam eſſe, colligimus ex *Dione* infra p. 785. B.

§ 135. (l. 65.) ὁ Μάννος] Sic in numis apud *Spanh.* II. p. 578. non Μάνος. Regulus, ut puto, Arabiæ deſertæ, quæ non tantum finitima erat Meſopotamiæ, ſed cujus pars etiam trans Euphratem in ipſa Meſopotamia ſita erat; eamque partem puto hic deſignari, cum & Edeſſa & Anthemuſia trans Euphraten fuerint. Sed hunc quoque Regulum minus fidum Trajano fuiſſe, conficitur ex fragmento apud *Suidam* in Μάννος, & in ἀπεχώρησε, ac in δεξιός. Eſt vero alius ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΑΝΝΟΣ ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΣ in numis, tempore L. Veri, quem hujus filium vel nepotem fuiſſe ſtatuit Ill. *Spanhemius* de U. N. T. II. p. 578. ſq. Arabiam captam vel acquiſitam circa hæc tempora numi loquuntur. *Mediob.* p. 162.

§ 136. (l. 66.) ὁ Σποράκης τῆς Ἀνθεμουσίας φύλαρχος] *Suidas* in ὑφηγήσονται. ὁ δὲ Τραϊανὸς ἐξελαύνει ὡς ἐπὶ τὴν Ἀνθεμουσίαν γῆν. ἐπὶ ταύτην γὰρ καὶ Ἄγβαρος (en inconſtantiam meram librariorum, nam Αὔγαρος ſcribitur in hoc ipſo loco repetito in Ἀνθεμοῦς) ὑφηγεῖτο ἰέναι. *Trajanus autem in Anthemuſiam regionem proficiſcitur, quo ut iret, Abgarus etiam erat ei auctor.* Anthemuſia Meſopotamiæ regio, Armeniæ vicina, circa fluvium Chaboram. vide *Strab.* XVI. p. 747. ſq. ibique Caſaub. & Palmerium. *Plin.* H. N. V. 24. VI. 26. *Tacit.* Annal. VI. 41, 3. *Steph. Byz.* in Ἀνθεμοῦς. Phylarchas vero Meſopotamiæ principes vocari, docet idem *Suidas* in φυλάρχης. *Procopius* Lib. II. c. 12. Perſic. p. 117. Abgarum, & *Spartianus* Hadr. cap. 13. ceteros harum regionum dominos *Toparchas* nominat. Quod ſupereſt, Excerpta Urſini hunc Dionis locum nobis plenius & integrius ſervarunt, quam Excerpta Conſtantini Peireſciana, in quibus ſic legitur: ὅτι ὁ παῖς ὁ τοῦ Ἀγβάρου τοῦ τῆς Αἰδέσσης ἄρχοντος, Ἀρβάνδης, καλὸς καὶ ὡραῖος ὢν, τῷ Τραϊανῷ ᾠκείωτο. καὶ ἀπαντήσας τῷ Τραϊανῷ ὁ Σποράκης τὴν Αἴδεσσαν διερχομένῳ συγγνώμης ἔτυχεν. ὁ γὰρ παῖς λαμπρὸν οἱ ἱκέτευμα ἦν. Huc ſpectat ſequens Valeſii annotatio.

ὁ Σποράκης] Legendum Ἄγβαρος. Sporaces enim erat Anthemuſiæ regulus. At hoc loco de Edeſſæ regulo ſermo eſt, cui nomen fuit Agbaro: quanquam in vulgatis codicibus Αὔγαρος ſcribi ſolet. Sed Ἄγβαρος vel Ἄκβαρος verior ſcriptura eſt, quam & noſter codex firmat, & *Suidas* in ὑφεῖται (imo in ὑφηγήσονται, vel potius ὑφηγεῖτο & in ἀνθεμοῦς) & φυλάρχης & ἄγβαρος. Quin etiam *Tacitus* XII. (Ann. 12, 3. 14, 2. ubi tamen Ryckius edidit Abgarus) Acbarum quendam mem[illegible] Arabum regem, cujus regia erat Edeſſa. Fuitque nomen c[illegible] mune omnium Oſdroenæ regulorum. Primus in hiſtoriis [illegible] currit Acbarus ille Oſdroenorum regulus, qui Craſſum [illegible] circumventum prodidit Parthis, teſte *Dione* lib. XL. (p. 1[illegible] E. ſq.) ubi Αὔγαρος Ὀσροηνὸς perperam ſcribitur. In *Plu*[illegible] *chi* Craſſo (pag. 555. C.) φύλαρχος Ἀράβων Ἀριάμνης vocat[illegible] ſed in *Appiani* Parthicis (p. 140. A. B. 142. A. B.) quæ [illegible]

D καὶ δῶρα τῷ βασιλεῖ πολλάκις ἔπεμψεν, αὐτὸς δὲ yy ἄλλοτε κατ' ἄλλας προφάσεις οὐ z παρεγένετο, ὥσπερ οὔτε 135 ὁ a Μάννος ὁ τῆς Ἀραβίας τῆς πλησιοχώρου, οὔτε 136 ὁ Σποράκης ὁ τῆς Ἀνθεμουσίας φύλαρχος. τότε δὲ τὰ μὲν καὶ ὑπὸ τοῦ υἱέως Ἀρβάνδου, καλοῦ καὶ ὡραίου ὄντος, καὶ διὰ b τοῦτο 137 τῷ Τραϊανῷ ᾠκειωμένου, πεισθείς, τὰ δὲ καὶ τὴν παρουσίαν αὐτοῦ φοβηθείς, ἀπήντησέ τε αὐτῷ προσιόντι, 138 καὶ ἀπελογήσατο,

E συγγνώμης τε ἔτυχεν. ὁ γὰρ παῖς λαμπρὸν οἱ ἱκέτευμα ἦν. καὶ ὁ μὲν φίλος τε ἐκ τούτου τῷ Τραϊανῷ ἐγένετο, καὶ εἱστίασεν αὐτόν· ἔν τε τῷ δείπνῳ παῖδα ἑαυτοῦ 139 ὀρχησάμενον βαρβαρικῶς πως παρήγαγεν.]

[Τοῦ δὲ Τραϊανοῦ ἐς Μεσοποταμίαν ἐλθόν-

781 τος, καὶ τοῦ Μάννου ἐπικηρυκευσαμένου, καὶ 140 τοῦ Μανισάρου πρέσβεις ὑπὲρ εἰρήνης διὰ τὸ τὸν Ὀσρόην ἐπιστρατεύειν αὐτῷ, πέμψαντος, καὶ τῆς τε Ἀρμενίας καὶ τῆς Μεσοποταμίας ἐκλειπεῖν ἀποστῆναι ἑτοίμως ἔχοντος· οὔτε ἐκείνῳ πιστεύσειν ἔφη, πρὶν ἀνελθὼν πρὸς αὐτόν, ὥσπερ ὑπισχνεῖτο, τοῖς ἔργοις τὰς ἐπαγγελίας βεβαιώσῃ, καὶ c τὸν Μάννον ὑπώπτευσεν, ἄλλως τε d καὶ ὅτι 141 συμμαχίαν e Μηβαρσάπῃ τῷ τῆς Ἀδιαβηνῆς

B βασιλεῖ πέμψας, πᾶσαν αὐτὴν ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἀποβεβλήκει. Διόπερ οὐδέποτε ἐπιόντας αὐτοὺς ὑπέμεινεν, ἀλλ' ἐς τὴν Ἀδιαβηνὴν πρὸς ἐκείνους ἐξεχώρησε. καὶ οὕτω τά

A.U.C.867 Q. Hasta & P. Vopiſco COSS.

ille tam legatos, quam munera, ſæpius ad imperatorem miſerat: ſed ipſe, alia aliaque cauſa-tus, non acceſſerat, uti nec Mannus Arabiæ finitimæ, nec Sporaces, Anthemuſiæ phylarchus ſive princeps. Tunc vero partim perſuaſus ab Arbande filio, qui propter egregiam, qua præſtabat, formam, Trajani familiaritatem adeptus erat, partim ejus jamjam præſentis metu perculſus; adventanti profectus eſt obviam, & poſtquam ſe purgaſſet, veniam conſecutus eſt. Nam filius ei ſplendidæ ſupplicationis inſtar aderat. Augarus quidem inde Trajani amicitiam meruit, eique tunc epulum præbuit, in quo filium barbaro quodam more ſaltantem produxit.]

22. [Quum autem veniſſet in Meſopotamiam Trajanus, jamque miſſi pacis componendæ præcones & legati eſſent, tam a Manno, quam a Maniſaro, cui bellum Oſroes inferebat, quique ideo ſe Armenia Meſopotamiaque, quam ceperat, ultro ceſſurum pollicebatur: Maniſaro ſe fidem non prius habiturum reſpondit, quam profectus ad ſe, quemadmodum pollicebatur, ipſis factis promiſſa confirmaſſet: Mannum quoque quum aliis de cauſis ſuſpectum habuit, tum quod auxiliares ille copias Adiabenæ regi Mebarſapi ſuppeditaſſet, illaſque omnes a Romanis interceptas amiſiſſet. Ideoque non amplius eos, ut ad ſe venirent, exſpectandos duxit; ſed in Adiabenen ad ipſos deflexit. Hoc modo tum Singara, tum alia quædam oppida

yy ἄλλοτε, in exemplari mendoſe ſcriptum erat ἀλλ' ὅτι. Urſ. z παρεγίνετο. ſic L. παρεγένετο, Urſ. a οὔτε ὁ Μάννος. οὔτε, ex ingenio, L. Μάννος rectius in Exc. Urſ. legitur, quam Μάνος apud L. b διὰ τοῦτο τῷ. διὰ τοῦ τῷ, MS. hæc & ſequentia paulo aliter leguntur in Exc. Peir. p. 710. 713. c τὸν Μάννον ὑπώπτευσεν. Μάνον ſemper L. ſed cum duplici ν Urſinus & numi. vide Spanhem. T. II. numiſm. p. 578. ὑπώπτευεν, Urſ. edidit. ὑπώπτευσεν, L. d καὶ ὅτι. ſic reſcripſi ex Exc. Urſ. inverſo ordine ὅτι καὶ, L. e Μηβαρσάπῃ. uno in loco MS. Urſ. erat Βηβαρσάπῃ. unde & Urſinus ita legendum in altero judicat. ſed & MS. Leunclavii habebat Μηβαρσάπῃ. quod rectius ſecutus eſt utrobique L.

ex Plutarcho compilata, Ἄκβαρος ſcribitur optime. Proximus huic eſt Acbarus ille, qui ad Servatorem noſtrum literas ſcripſit, teſte *Euſebio* lib. H. E. (I. 13.) & *Procopio* in Perſicis. (p. 118.) Poſt hunc occurrit Acbarus ille temporibus Claudii Aug. de quo *Tacitus* lib. XII. Deinde noſter ſub Trajano. Fuit & Agbarus quidam Osdroenorum regulus, qui ad Severum transfugit, teſte *Herodiano* lib. III. 9, 5. & *Dione* lib. LXXIX. p. 914. B. (adde p. 875. D. E.) VALES.

§ 137. (l. 69.) τῷ Τραϊανῷ ᾠκειωμένου] Nimirum ὅτι περὶ μειράκια ἐσπουδάκει. p. 772. C. § 6. En Trajanum ad puerum alludentem, ex *Suida* in ἐλλόβια. ὁ δὲ Τραϊανὸς λέγει τῷ Αὐγάρου παιδί· μέμφομαί σε, ὅτι μὴ πρόσθεν ἧκες παρ' ἐμὲ συστρατεύσων, καὶ πόνων συμμεθέξων. καὶ ἐπὶ τῷδε ἂν ἡδέως τῶν ἐλλοβίων τούτων τὸ ἕτερόν σου ἀποσπάσαιμι· ἐφαψάμενος ἅμα τοῦ ὠτὸς τοῦ ἑτέρου. τῷ δὲ ἦν ἄμφω τὰ ὦτα τετρημένα, καὶ ἐξ ἀμφοῖν χρυσᾶ ἐνώτια ἐξηρτημένα. *Trajanus filio Abgari, incuſo te, inquit, quod non ante ad me veneris, mecum militaturus, & eorundem laborum ſocius futurus; & propterea alteram harum inaurium libens tibi avellerem; ſimul alteram aurem attrectans. Erant vero illi ambæ aures perforatæ, & ex ambabus inaures aureæ pendebant.* De auribus inter oſculandum prehendi ſolitis, vide Paulum Voet in notis ad Herodiani Marcum & Commodum. Ultraj. 1644. 12. p. 203. ſqq. De pulchritudine ejus agit alius apud Suidam locus in ἀκμή. ἧκε παρὰ βασιλέως παῖς Αὐγάρου καλὸς καὶ μέγας, καὶ ἐν ὥρᾳ ἀκμῆς.

§ 138. (l. 71.) καὶ ἀπελογήσατο] Regionem omnem, licet magna pecunia emtam a Pacoro, permiſiſſe Trajano, dicit locus apud *Suidam* ſupra laudatus § 122.

§ 139. (l. 76.) ὀρχησάμενον βαρβαρικῶς] Ita moris in conviviis & publicis gaudiis apud Orientales. vide *Grotium* ad Matth. XIV. 6. *Jo. Weitzii* Heortologium p. 350. ſqq. 356. *Stuckii* Antiq. Conviv. III. 21. p. 612. ſq. quod genus ſaltandi, præſertim barbaricum, cum inverecundis aliquando geſtibus conjunctum fuiſſe, dubitari nequit. vide II. Sam. VI. 14. ſqq. *Plautus* Sticho V. 4. 53. *vin amicam huc evocemus, ea ſaltabit.*

§ 140. (l. 80.) καὶ τοῦ Μανισάρου] Quis ille Maniſarus ſit, non ſatis conſtat. Videtur tamen Dio p. 783. D. bellum ejus cum Oſroe ad ἐμφυλίους Parthorum πολέμους referre: unde ex Arſacidarum familia eum fuiſſe veriſimile eſt. Ill. Marchio *Scipio Maffejus* in Antiqu. Galliæ pag. 173. coll. p. 106. pro Μανισάρου reſcribendum eſſe cenſet Μαννήσου, Monneſum enim conjicit Oſroi bello infeſtum Meſopotamia & Armenia potitum eſſe, ita ut Regis titulo monetam procuderit. ΒΑCΙΛΕΩC. ΜΟΝΝΗCΟΥ. CΩΤΗΡΟC. ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ. Is enim numus ſignatus anno 425. æræ Seleucidarum in Trajani tempora incidit.

§ 141. (l. 87.) συμμαχίαν Μηβαρσάπῃ τῷ τῆς Ἀδιαβηνῆς] Nomen Μηβαρσάπης exprimit formam Participii Hebræorum: unde id prætuli alteri lectioni, Urſino probatæ, Βηβαρσάπης. *Tillemontius* T. II. p. 319. hunc locum minus vere interpretatur. Etiam Doctiſſimus *Rein. Reineccius* Hiſt. Jul. T. III. p. 288. ſic accepit, quaſi Mebarſapes Parthis contra Trajanum adhærens, finibusque pulſus, per Mannum, regem Arabiæ recuperare ſua conatus ſit. Sed ex hoc loco non apparet, eum ex Adiabene jam tum pulſum fuiſſe: & neſcio quid *Leunclavio* in mentem venerit, quando verba πᾶσαν αὐτὴν ἀποβεβλήκει, ad Adiabenen, ut videtur, refert; cum ad συμμαχίαν referri debuiſſent. Nunc demum Trajanus ad Adiabenen, ubi Mannus & Mebarſapes erant, occupandam proficiſcitur. Erat autem Adiabene Aſſyriæ pars, inter Diabam & Adiabam flumina in Tigridem influentia. Vide præter *Suidam* & *Stephanum Byz.* in Ἀδιαβ. *Salmaſium* ad Solin. pag. 492. a. & de nomine Adiabenes ac fluminum *Bochartum* Geogr. pag. 273. ſqq. Adiabenes occupatæ teſtis numus apud *Mediob.* p. 162.

A.U.C. 867 Q. Haſta & P. Vopiſco COSS. da citra pugnam ullam, opera Luſii ducis, in poteſtatem venerunt.]

[Adenyſtræ, permunitum erat caſtellum. Eo miſſus fuerat ad Mebarſapem centurio quidam Sentius, legati nomine; & ab eo in vincula conjectus, in caſtello commorabatur. Quum autem Romani propius illuc acceſſiſſent, quosdam ex iis, quos vinculorum ſocios habebat, inſtruxit; & e vinculis una cum ipſis elapſus, interfecto præſidii magiſtro, portas ſuis popularibus aperuit.]

23. Tum vero multa Trajano decreta ſunt a ſenatu, ſed in primis Optimus cognominatus eſt. Pedibus iter faciebat ſemper cum exercitu, inſtruebatque milites ordine, quoties proficiſceretur, eosque variis modis ducebat: etiam pedibus, non ſecus quam cæteri, tranſibat flumina: [illegible] nunquam & per ſpeculatores falſos ſpar[illegible] nuntios, ut milites ſe pariter & ordinib[illegible] vandis exercerent, & ad omnia parati at[illegible] trepidi eſſent. Ad hæc Niſibi Ba[illegible] captis, Parthicus cognominatus eſt[illegible] cognomine Optimi multo magis, qu[illegible] ris omnibus, gloriari videbatur; qui[illegible] ad naturam moresque ejus magis, qu[illegible] ma pertineret.

A.U.C. 868 L. Meſſala & M. Pedone COSS. 24. Dum moraretur Antiochiæ, [illegible] tus ingens factus eſt, & multis civ[illegible] Antiochiæ præſertim, magna [illegible] Nam quum Trajanus illic hiemaret, [illegible] magnus eo numerus militum, magnaque privatorum hominum multitudo, litium, legationum, negotiationis, & ſpectandi cauſa, undique conveniſſet: id damnum ad omnes provincias populosque ita pertinuit, ut in urbe Antiochia, omnis terrarum orbis, ſubjectus imperio Romano, detrimentum acceperit. Hunc terræmotum multa

[142] τά τε Σίγγαρα, καὶ ἄλλα τινὰ [illegible]
95 [143] διὰ τοῦ f Λουσίου κατεσχέθη.]

g [Ἀδήνυστραι τεῖχος ἦν ἰσχυρὸν, [illegible] Σέντιός τις ἑκατόνταρχος πεμφθεὶς [illegible] Μηβαρσάπην πρεσβευτὴς, καὶ [illegible] αὐτοῦ, ἔν τε τῷ χωρίῳ ἐκείνῳ [illegible] ἐπειδὴ οἱ Ῥωμαῖοι ἐπλησίασαν αὐτῷ, [illegible] συνδεσμωτῶν τινας παρεσκεύασε, κα[illegible] αὐτῶν ἔκ τε τῶν δεσμῶν διαδρὰς, καὶ τὸν φρούραρχον ἀποκτείνας, ἀνέῳξε τὰς πύλας τοῖς ὁμοφύλοις.]

Τά τε ἄλλα δὲ ἐψηφίζετο τῷ Τραϊανῷ πολλὰ ἡ βουλὴ, [144] καὶ Ὄπτιμον, εἴτ' οὖν ἄριστον, ἐπωνόμασεν. [145] ἐβάδιζεν ἀεὶ μετὰ παντὸς τοῦ στρατοῦ πεζῇ, διεκόσμει τε αὐτοὺς κατὰ πᾶσαν b τὴν πορείαν, [146] καὶ διέταττεν, [illegible]ἄλλοτε ἄλλως [illegible] τούς τε ποταμοὺς, ὅσους γε καὶ ἐκεῖνοι, πε- D [illegible] καὶ ἔστιν ὅτε καὶ ἀγγελίας ψευδεῖς, [illegible] ἵν' ἅμα τε τὰ [illegible] πάντα καὶ [illegible] ἐπειδὴ καὶ [illegible] [147] [illegible] [148] Παρθι- E [illegible] προσ- [illegible] καὶ τῶν [illegible] ἐσεμνύνε- το.

[illegible] [149] σεισ- [illegible] κάμον πό- [illegible] ἐδυστύχησεν. [illegible]ντος, καὶ [illegible] ἰδιωτῶν κατά τε δίκας καὶ [illegible] ἐμπορίαν τε καὶ 782 θεωρίαν, πανταχόθεν συμπεφοιτηκότων, οὔτε ἔθνος οὐδὲν, οὔτε δῆμος οὐδεὶς ἀβλαβὴς ἐγένετο. καὶ οὕτως ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ πᾶσα ἡ οἰκουμένη ἡ ὑπὸ τοῖς Ῥωμαίοις οὖσα, ἐσφάλη. ἐγένοντο μὲν οὖν καὶ κεραυνοὶ πολλοὶ, καὶ ἀλλόκοτοι ἄνεμοι

f Λουσίου. alii Λουκίου, L. ad marg. ſed videtur eſſe Luſius Quietus Maurus, cujus meminerunt Exc. Peir. p. 710. g Ἀδήνυστραι τεῖχος &c. fragmentum ex Exc. Urſ. num. LX. additum. h τὴν πορείαν. ſic Sylb. HS. edit. maj. & L. it. Mer. & Br. omittunt articulum RS. & HS. edit. min. i καὶ τὰ τῶν προσκ. ſic vulgo. ſuſpicor Dionem ſcripſiſſe κατὰ τὰ τῶν προσκ. HS. malui καὶ διὰ τῶν προσκ. ſic certe eſt apud Suidam in καθιεὶς & προσκόπων, loco ex Dione expreſſo: ὁ δὲ Τραϊανὸς τινὰς ἀγγελίας ψευδεῖς, διὰ τῶν προσκόπων ἀεὶ καθιεὶς, εἴθιζεν ἅμα μὲν ἐν κόσμῳ πορεύεσθαι, ἅμα δὲ πρὸς τὰ φοβερὰ μὴ καταπίπτεσθαι. κατὰ ſcriptum in cod. Br.

§ 142. (l. 94.) τά τε Σίγγαρα] Prope Tigrim ergo fuerit, quod & *Julianus* Orat. I. p. 23. A. indicat; ubi vide in primis *Spanhemium* p. 170. ſq. quanquam *Stephanus Byz.* πόλις Ἀραβίας πρὸς τῇ Ἐδέσσῃ, ὡς Οὐράνιος ἐν πρώτῳ Ἀραβικῶν. quibus verbis ad Euphratem potius collocatur. vide & *Plinium* H. N. V. 24.

§ 143. (l. 95.) διὰ τοῦ Λουσίου] Per Luſium Quietum. p. 773. § 68. & infra p. 786. B.

§ 144. (l. 6.) καὶ Ὄπτιμον] Obſerva morem hiſtoricorum Græcorum, cognomina etiam latina retinendi, ut πῖος, ἰοῦστος, μάγνος, αὔγουστος, πατρόβουλος, ὄπτιμα &c. Cognomen quidem Optimi Trajano dudum a ſenatu tributum fuiſſe, conſtat ex *Plinio* Paneg. 1, 2. 2, 7. 88, 4. ſqq. & ex numis quam plurimis, inde a Conſulatu II. apud *Mediobarbum* p. 148. ſqq. OPTIMO. PRINCIPI. quod & Nervæ tributum deprehenditur. Verum aut non datum, aut non admiſſum eſt a Trajano, tanquam ſolenne cognomen, titulis Auguſti, Germanici, Dacici, præmittendum, ante annum Trib. Pot. XVIII. A. U. C. 868. Chr. 115. quod ex numis & lapidibus demonſtravit Em. *Noriſius* Epoch. Syro-Maced. pag. 286. ſqq. & pluribus *Fabrettus* ad Col. Traj. p. 285. D. p. 293. ſqq. ubi inter alia p. 296. A. *ita ut excuſandos putem Xiphilinum & Zonaram, ſi poſt Armeniam captam Trajanum hoc cognomento honoratum a ſenatu dixerunt; cum equidem de ſenatus decreto erraverint, de uſu tamen cognominis vera locutos appareat.* Quoniam vero Optimi cognomen alicubi adſcriptum legimus, ſine addito Parthici, adeoque ante Parthici cognomen tributum, & quidem Idibus Jan. Meſſala & Pedone Coſſ. (A. U. C. 868.) *ſatis probabiliter*, inquit Noriſius, *conjicere poſſumus, anno Juliano ſuperiori, æra Chriſti* 114. *U. C.* 867. *inter ſolennia Natalis genuini Trajani XIV. Kal. Octobris, a Senatu decretum fuiſſe, ut cognomen Optimi ante titulum Auguſti eidem Principi deferretur.* Quæ magis etiam & verius non tam excuſant quam defendunt Dionem. Qui vero non attenderunt ad diſcrimen appellationis, cum poſt omnia nomina OPTIMO. PRINCIPI. inſcribuntur numi, & cum TRAJANO. OPTIMO. AUG. GERM. DACICO. illi nequicquam Dionem vel cum numis conciliare ſtuduerunt, vel reprehenderunt. vide *Tillemont*. T. II. p. 893. ſq. Ad poſteriorem claſſem pertinet & *Dodwellus* Prælect. Cambden. IV. § 7. qui & allatam jam a *Lipſio* ad Plin. Paneg. c. 2. defenſionem hanc Dionis fruſtra infringere conatur.

§ 145. (l. 7.) ἐβάδιζεν ἀεὶ] Ita conſueverat ſemper. *Plinius* Pan. 14, 2. *Per hoc omne ſpatium quum legiones duceres, — non vehiculum unquam, non equum reſpexiſti.*

§ 146. (l. 9.) καὶ διέταττεν ἄλλοτε ἄλλως ἄγων] Ex hoc fo[illegible] petita ſunt, quæ *Suidas* habet in μεταξὺ. Τραϊανὸς δὲ κα[illegible] ἔργων ἐκούφιζε τοῦ πλήθους τὸν κάματον, καὶ μεταξὺ [illegible] ἄλλοτε ἄλλως ἔταττε.

§ 147. (l. 15.) Νίσιβιν ἑλὼν καὶ τὰς Βάτνας] De N[illegible] *bricius* noſter ad p. 3. Batana, vel Ecbatana Syriæ in[illegible] apud Euphratem, de qua *Stephanus Byz.* in Βατανία[illegible] τανα, & Ἀγβάτανα, non confundi debent cum Ecbat[illegible] diæ trans Tigrim, de qua urbe in primis *Bochart*[illegible] p. 221. ſqq. Nam poſtea demum Trajanus Tigri[illegible]

μον ἀλλ' οὔτι καὶ προσεδόκησεν ἄν τις ἐκ τούτων τοσαῦτα κακὰ γενήσεσθαι. πρῶτον μὲν γὰρ μύκημα ἐξαπίνης μέγα ἐβρυχήσατο, ἔπειτα βρασμὸς ἐπ' αὐτῷ βιαιότατος [k] ἐπεγίνετο· καὶ ἄνω μὲν ἡ γῆ πᾶσα ἀνεβάλλετο, ἄνω δὲ καὶ τὰ [B] οἰκοδομήματα ἀνεπήδα· καὶ τὰ μὲν ἀνέκαθεν αἰωρούμενα συνέπιπτε καὶ κατερρήγνυτο, τὰ δὲ, καὶ δεῦρο καὶ ἐκεῖσε κλονούμενα ὥσπερ ἐν σάλῳ περιετρέπετο, καὶ ἐπὶ πολὺ καὶ τοῦ ὑπαίθρου προκατελάμβανεν. ὅ, τε κτύπος θραυομένων καὶ καταγνυμένων ξύλων ὁμοῦ, κεράμων, λίθων, ἐκπληκτικώτατος ἐγίνετο, καὶ ἡ κόνις πλείστη ὅση ἠγείρετο· ὥστε μήτε ἰδεῖν τινα, μήτε εἰπεῖν, μήτ' ἀκοῦσαί τι δύνασθαι. τῶν δὲ δὴ ἀνθρώπων πολλοὶ μὲν καὶ ἐκτὸς τῶν οἰκιῶν ὄντες ἐπόνησαν. ἀναβαλλόμενοί τε γὰρ καὶ ἀναῤῥιπτούμενοι βιαίως, εἶθ' ὥσπερ ἀπὸ κρημνοῦ φερόμενοι [C] προσηράσσοντο· καὶ οἱ μὲν ἐπηροῦντο, οἱ δὲ ἔθνησκον. καί τινα καὶ δένδρα αὐταῖς ῥίζαις ἀνέθορε. τῶν δὲ ἐν ταῖς οἰκίαις καταληφθέντων ἀνεξεύρετος ἀριθμὸς ἀπώλετο. παμπόλλους μὲν γὰρ καὶ αὐτὴ ἡ τῶν συμπιπτόντων ῥύμη ἔφθειρε, παμπληθεῖς δὲ καὶ τὰ χώματα ἔπνιξεν. ὅσοι δὲ δὴ μέρους τοῦ σώματος σφῶν ὑπὸ λίθων ἢ ξύλων κρατούμενοι ἔκειντο, δεινῶς ἐταλαιπώρησαν, μήτε ζῆν ἔτι μήτ' ἀποθανεῖν αὐτίκα δυνάμενοι.

Καὶ [150] ἐσώθησαν γὰρ ὅμως καὶ ἐκ τούτων, ἅτε καὶ ἐν ἀμυθήτῳ πλήθει, συχνοί· [D] οὐδὲ ἐκεῖνοι πάντες ἀπαθεῖς ὑπεχώρησαν. συχνοὶ μὲν γὰρ σκελῶν, συχνοὶ δὲ ὤμων ἐστερήθησαν, ἄλλοι κεφαλῆς. ἄλλοι αἷμα ἤμουν· [151] ὧν εἷς καὶ ὁ Πέδων ὁ ὕπατος ἐγένετο· [l] καὶ εὐθύς τε γὰρ ἀπέθανε. συνελόντι δὲ εἰπεῖν, οὐδὲν τοπαράπαν βιαίου [m] πάθους τότε τοῖς ἀνθρώποις ἐκείνοις οὐ συνηνέχθη. καὶ ἐπὶ πολλὰς μὲν ἡμέρας καὶ νύκτας σείοντος τοῦ θεοῦ, ἐν ἀπόροις καὶ ἀμηχάνοις ἦσαν οἱ

A.U.C. 868 L. Meſſala & M Pedone COSS.

multa præceſſere fulmina, & venti inſolentes: ſed ex iis tanta calamitas nunquam ſperabatur futura. Cum primum de improviſo mugitus terræ ingens editus eſt, inde ſecuta ſuccuſſio violentiſſima, qua partim tellus ipſa tota ſurſum jactabatur, partim ædificia ſubſultabant: quorum quædam in altum elata, denuo collabentia diruebantur; alia tanquam ſalo huc illuc jactata ſubvertebantur, magnamque ſubdivalis etiam ſpatii partem occupabant: dumque tigna ſimul, & lateres, & ſaxa rumperentur, fragor maxime terribilis exiſtebat, & pulvis plurimus excitabatur, ut non videre, non loqui, non audire quicquam per ea liceret. Multi mortales etiam extra ædes afflicti fuere, quod ſurſum agitati jactatique violenter, tandem velut ex præcipitio delati allidrentur: qua ex re alii mutilati ſunt, alii interiere. Arbores etiam nonnullæ cum ipſis radicibus ſubſultarunt. Eorum vero, qui in ædibus remanſerant, infinita multitudo periit. Plurimos enim ipſe rerum corruentium impetus extinxit, plurimos terra ſuperfuſa ſuffocavit. Qui parte corporis aliqua detenti a lapidibus ligniſve jacebant, longe miſerrimi erant; cum neque amplius vivere, neque mori ſtatim poſſent.

25. Et quanquam multi, ex infinita ſcilicet iſta multitudine, evaſerant, tamen nec illi ipſi omnes incolumes abierunt: quum alii fractis cruribus, alii privati brachiis, nonnulli fracto capite, complures ſanguinem evomere ſpectarentur. In horum numero fuit & Pedo conſul, qui ſtatim poſt mortuus eſt. In ſumma, nullum fuit omnino violenti mali genus, quod non ſit illis hominibus tunc illatum. Præterea in hoc terræ motu, per dies noctesque complures facto divinitus, homines inopes conſilii neſciebant

k ἐπεγίνετο. ἐπεγένετο, Coisl. Br. l καὶ εὐθύς τε γὰρ ἀπέθανε. τε poſt εὐθὺς vel ſuperfluum eſt, vel aliud poſt ſe membrum poſtulat. Sylb. non immerito quis ſuſpicetur ſcriptum fuiſſe: καὶ (εὐθύς τε γὰρ ἀπέθανεν καὶ, ſequente alio verbo cum aliis vocibus quibus parentheſis clauderetur. nam εὐθὺς γε γὰρ nimis dure auribus ſonat. HS. m βιαίου πάθους. deeſſe puto ἄλλο, niſi forte putandus eſt Dio βίαιον πάθος ſcripſiſſe. HS. eſt eadem locutio ut p. 704. B. οὐδὲν τῶν δυνατῶν ἐστὶν ὃ τι οὐκ ἐγένετο.

pag. 783. B. Imperator VIII. tunc dictus videtur ex numis apud *Mediobarbum* p. 162.

§ 148. (l. 15.) Παρθικός] Tributum eſt ei hoc cognomen primum a militibus, Niſibi & Batanis captis, A. U. C. 867. Chr. 114. Poſtea Babylone & Cteſiphonte captis, rurſus Imperator appellatus eſt, confirmato *Parthici* cognomine, etiam a Senatu, ut *Dio* indicat p. 784. C. & jam annotaverat *Noriſius* p. 289. ad nummum quoque provocans. vide & *Fabrettum* p. 285. D. 288. D. 292. ſqq. & de numis cognomen hoc, & PARTHIA CAPTA præferentibus, *Mediobarbum* p. 161. ſq. *Goltzium* p. 65. ſq.

§ 149. (l. 20.) σεισμὸς ἐξαίσιος] *Euſebius* triplicis terræ motus meminit, per Aſiam A. Chr. 106. per Galatiam A. Chr. 111. in Antiochia παρόντος Τραϊανοῦ, A. Chr. 114. Accuratius Dio p. 782. D. Pedone Conſule, ſeu A. U. C. 868. Chr. 115. vide *Valeſium* ad Evagrium II. 12. p. 72. b. & *Noriſium* Epoch. Syro-Mac. III. 6. p. 213. ſq. qui ante initium veris contigiſſe docet, Dioni convenienter, qui poſt hunc terræ motum p. 738. B. ἐς τὴν τῶν πολεμίων ὑπὸ τὸ ἔαρ ὑπήχθη. *Tillemontius* T. II. p. 933. ſqq. quanquam primo Dionem non tam unum ſequi, quam conciliare cum ceteris tentaverat, tamen lectis Noriſii rationibus ceſſit. Confer & *Victorem* Cæſ. XIII. 11. Epit. XIII. 12. *Oroſium* VII. 12. Vaticinium aliquod Apollonii ad hunc terræ motum reſpicere, veriſimile eſt, apud *Philoſtratum* VI. 38. p. 275. ubi vide Olearium. Ceterum vix eſt cur moneam, Antiochiam Syriæ ad Orontem intelligi, (uti & diſerte addit Zonaras) quæ & ἐπὶ Δάφνῃ vocata eſt, quod ſita eſſet παρ' ἱερὰ Τέμπεα Δάφνης, ut ait *Dionyſius* Perieg. v. 916. ſq. confer *Olearium* ad Philoſtr. p. 19. a.

§ 150. (l. 57.) ἐσώθησαν γὰρ ὅμως] Superſtites huic cladi templum in Daphne condiderunt cum hac inſcriptione: οἱ σωθέντες ἀνέστησαν Διὶ σωτῆρι, teſte *Malela* in Chronographia p. 359. Similia leguntur apud *Euſtathium* ad Dionyſii Perieg. in ſupplemento lacunæ, edit. Oxon. 1697. 8. pag. 314. ταύτην σεισμὸς ἐκάκωσεν ἐπὶ Τραϊανοῦ, ὥστε τοὺς Ἀντιόχους (ſcr. Ἀντιοχέας) ἐγγράψαι (f. τῷ τῆς Δάφνης ναῷ) οἱ ζήσαντες ἀνέστησαν ἐν (ſcr. ἀνεστήσαμεν) Θεῷ Σωτῆρι.

§ 151. (l. 62.) ὧν εἷς καὶ Πέδων ὁ ὕπ.] *Dioni & Euſebio Πέδων eſt, a pedibus ficta appellatione*, inquit *Reineſius* Inſcr. I. 105. p. 146. Errat de utroque. Chronicon Paſchale eſt, ubi ſic ſcribitur p. 253. C. Q. PEDONE edidit idem Reineſius; melius *Fabrettus* ad Col. Traj. p. 293. M. PEDONE. Nam M. Vergilianus Pedo dicitur in quatuor inſcriptionibus apud *Gruterum* LXXIV. 1. CCC. 1. MLXVI. 5. MLXX. 1. Conſul fuit cum M. Vipſtanio Meſſala A. U. C. 868. Chr. 115. *Rupertum*, Virum Doctiſſimum, hic non audiendum puto, qui in Specimine Faſtorum ſuorum, quod de rebus Trajani dedit poſt Orationem XV. Oratoris hiſtorici pag. 779. Πίσων pro Πέδων legi vult, ut cum Evagrio hunc terræ motum referat ad A. U. C. 864. Chr. 111. quo Piſo Coſ. fuit. Hæc enim mutatio, invitis codicibus ſuſcepta, ex eo tantum nata eſt, quod res Trajani male per annos digeſſiſſet, adeoque & Transeuphratenſem expeditionem factam opinetur ante Pedonem conſulem.

A.U.C.868
L. Meſſala
& M. Pedo-
ne COSS.

bant huic malo mederi, quod alii diſturbatis ædificiis obruti opprimerentur, alii fame interirent: id quod accidit iis, qui vitam ſervaverant inter tigna ſic inclinata invicem, ut vacuum ſpacium in medio relinquerent, aut in fornice quodam inter columnas. Quum malum tandem ceſſaſſet, fuit, qui ruinis audacter conſcenſis, vocem ibi vivæ mulieris intellexit. Ea ſecum habebat infantem, eumque lacte ſuo, perinde ut ſe ipſam, adhuc ſuſtentaverat. Quare erutam illam una cum infante incolumem ſervarunt. Cæteris autem hinc perveſtigatis ruderibus, neminem amplius vivum invenire potuerunt, præter puerum, matris adeo mortuæ ubera ſugentem. Mortuos autem cum inde extraherent, jam ne ſe quidem ipſi ſalvos eſſe lætabantur. Tanta calamitas Antiochiam invaſerat. Trajanus vero per fe[illegible] neſtram ex ædibus, in quibus erat, effugit, [illegible] nam inuſitatæ quidam, & plus quam humanæ vir magnitudinis, accedens, eduxit eum foras, [illegible] ita ut leviſſimo vulnere accepto ſuperſtes manſe[illegible]rit. Quumque plures ad dies terræ motus du[illegible]raret, in Circo ſub dio agitabat. Caſius quo[illegible]que mons ita concuſſus eſt, ut ejus culmina in[illegible]clinata abrumpi, & ipſi urbi ruinam minari v[illegible]derentur. Subſedere præterea alii montes, & [illegible] aquæ copioſæ, ubi antea viſæ fuerant nunquam [illegible] extiterunt; contra nonnullæ, ubi fluxerant [illegible] defecerunt.

26. Ineunte vere Trajanus in hoſtilem ter[illegible]ram

οἱ ἄνθρωποι, οἱ μὲν [illegible] οἰκοδομημάτων καταχωννύμε[illegible] οἱ δὲ καὶ ⁿ λιμῷ ἀπολ[illegible] βη ἐν διακένῳ τινὶ, τῶ[illegible] θέντων, ἢ καὶ ἐν ἀψιδ[illegible] λίῳ σωθῆναι. καταστάντος [illegible] θαρσήσας τις ἐπιβῆναι τ[illegible] ναικὸς ζώσης ᾔσθετο. α[illegible] ἀλλὰ καὶ βρέφος εἶχε, καὶ τρέφουσα τῷ γάλακτι καὶ ἑαυτὴν καὶ τὸ παιδίον, ᵠ ἀντήρκεσεν. ἐκείνην τε ἀνορύξαντες ἀνεσώσαντο μετὰ τοῦ τέκνου, κἀκ τούτου καὶ τἄλλα ἀνηρεύνων, ἐν οἷς ζῶντα μὲν οὐδένα ἔτι, [illegible] μητέρα καὶ 783 [illegible] ἠδυνήθησαν. [illegible] ἐπὶ τῇ [illegible] α μὲν τότε [illegible] Τραϊανὸς δὲ [illegible] κήματος ἐν ᾧ [illegible] τος ἢ κατ' [illegible], ὥστε μι[illegible] ὡς δ' ἐπὶ [illegible], ὑπαίθριος [illegible] δὲ καὶ [illegible], ὥστε τὰ ἄκρα [illegible] ἀπορρήγνυσθαι, καὶ B [illegible] ¹⁵³ ὄρη τε [illegible] μὲν πρότερον [illegible]

[illegible] ¹⁵⁴ ὑπὸ τὸ ἔαρ

n λιμῷ. id repoſui pro vulgato λοιμῷ, jubente contextu. [illegible] edit Br.
o [illegible]. id poſt Sylb. recepi ex Pal. & Br. pro vulgato [illegible], qua in re nullam temeritatis notam reformido.
p μέταστυλίῳ. ſic ſcribendum duxi ex Coisl. & Br. pro vulg. μέταστηλίῳ. q ἀντήρκεσεν. ſic vulgo. hic unum vetus exemplar habet ἀντήρκεσεν, quod pro mea emendatione pag. 734. facit. HS. ego recepi ex Br. r μαστοῦ. μαστῷ, Pal. Coisl. Br. s τὸ Κάσιον. id reſcripſi ex Mer. Coisl. & Br. pro vulgato τὸ Κοράσιον, quod nomen conflatum primo arbitror confuſione librarii, ὄρος Κάσιον cogitantis, vel etiam legentis. Ὀροκάσιον una voce ſcriptum putat Caſaub. ad Spart. Hadr. p. 132. ex Procopio. intelligitur Caſius Antiochiæ imminens. Κάσσιον reperitur in cod. Coislr. Ἐς τὴν τῶν πολ. ſic Sylb. HS. edit. maj & L. ſic Pal. Mer. Br. ſed artic. τῶν deeſt apud RS. & HS. edit. min. mox ἐπεὶ, pro ἐπειδὴ, Br. δὲ ſequens deeſt apud RS.

§ 152. (l. 92.) αὐτὸ τὸ Κάσιον] Caſius mons duplex, alter ad Peluſium in Ægypto, alter in Syria Antiochena, ſupra Seleuciam. De hoc non dubium eſt hic verba fieri. Erat ſummæ altitudinis *Plin.* H. N. V. 22. *Dionyſ.* Perieges. v. 880. & 901. *Solinus: ut lucem prius videas, quam auſpicetur dies.* Unde & eum viſendi ſolis ortus gratia adſcendit de nocte Hadrianus, teſte *Spartiano* c. 14. Vide *Salmaſium* ad Solin. p. 436. & 401. a. *Cellarium* Geogr. II. p. 412. ſq. cujus rei memoria in numo Hadriani ſervata videtur *Pignolio* de Col. Antonini c. 7. p. 123. ſq. In hoc non minus quam in altero monte ad Peluſium colebatur Jupiter Caſius, ut oſtenditur numo apud *Triſtanum* T. I. p. 425. ſqq. in cujus adverſa ATT. KAIC. NEP. TPAIANOC, in averſa templum in monte cum inſcr. CEΛETKEΩN Πιερίας CTPIAC. infra ZETC. KACIOC. vide alium ſimilem apud *Liebium* p. 308. plures apud *Pet. Piovene* T. X. Muſei Farnes. Tab. XVI. confer & *Noriſium* Epoch. Syro-Mac. III. 6. pag. 236. ſq. Unde in hoc ipſo monte Trajanum dona illa Jovi Caſio obtuliſſe veriſimile eſt, quæ Epigrammate ornata eſſe ab Hadriano diximus pag. 777. § 99. quemadmodum & Hadrianus in hoc monte ſacra fecit. *Spartian.* cap. 14. Nec video cur neceſſario apud *Suidam* in Κάσιον ὄρος, ubi de donis Trajani Caſio Jovi oblatis agitur, pro corruptis πρὸς τῷ Εὐφράτῃ, legendum ſit πρὸς τῷ Πηλουσίῳ, ut viſum eſt Viris Cel. Salmaſio & Kuſtero: quidni πρὸς τῷ Ὀρόντῃ? an quia poſt Epigramma Hadriani ſequitur ὅτι οἱ Κάσιοι Πηλουσιῶται? At facile agnoſcas, illa huc inepte tranſlata eſſe ex voce ἅμματα; aut ſi forte hic repetenda ſint, novo ornanda eſſe titulo: Κάσιοι Πηλουσιῶται. Ejuſmodi certe confuſiones articulorum a librariis commiſſas, ſæpius Suidæ fraudi fuiſſe, jam aliquoties annotatum.

§ 153. (l. 94.) ὄρη τε ἄλλα ὑφίζησε] Confer de hac mutatione ſuperficiei terræ, *Anton. Lazarum Morum*, de Croſtacei. Venet. 1740. 4. lib. II. & quæ recentiſſime P. *Bouffon* in Hiſtoire Phyſique de la Terre T. I. taceo alios.

§ 154. (l. 97.) ὑπὸ τὸ ἔαρ] Vere anni 868. vide § 149.

§ 155. (l. 3.) ἔζευξεν αὐτόν] Rationem Romanorum pontes navibus ſtruendi deſcribit *Arrianus* lib. V. Exped. Alex. M. p. 204. ſq. *Vegetius* III. 7. *Florus* III. 5, 22. & *Suidas* in ζεῦγμα, alii apud *Lipſium* Poliorcet. lib. II. Dial. V. T. III. Opp. p. 302. ſqq. Plures ejuſmodi pontes navibus impoſiti ſunt apud *Ciaconum* in Iconibus Col. Traj. Sed Trajanum claſſe quinquaginta navium trifariam diviſæ, flumen, neſcio quod, tranſeuntem, ex Arriano, vel Appiano, ſiſtit *Suidas* in ναῦς, quæ tamen ad hæc pontium ſubſidia ſpectare non videntur.

§ 156. (l. 3.) κατὰ τὸ Κάρδυνον ὄρος] K cum Γ facile permutatur, & Καρδοῦχοι *Suidæ* dicuntur, qui Γορδυαῖοι *Stephano Byz.* & Κορδυαίων ὄρος *Beroſo* apud Joſephum A. I. 3. § 6. qui Γορδυαῖα ὄρη *Ptolemæo* p. 134. & *Straboni* XI. p. 529. II. p. 80. Attamen, ſicut *Dio* ipſe Κορδουηνὴν vel Κορδύνην regionem appellat p. 31. C. ita forte Κόρδυνον ὄρος ab eo ſcriptum fuit. Neque tamen me fugiunt, quæ *Bochartus* Geogr. pag. 20. ſqq. magna ut ſolet eruditione de appellatione montis *Kardu, Kardon, Kardynus*, ex Orientalibus & Græcis Scriptoribus attulit. vide & *Eutrop.* VIII. 2, 7. Latine *Gordyæos* tutius vocabimus. De re, *Plinius* H. N. VI. 27. *Tigris autem ex Armenia acceptis fluminibus — & quam diximus Meſopotamiam faciens, luſtratis montibus Gordyæorum circa Apamiam Meſenes opidum &c.* *Strabo* XVI. p. 74[illegible] γρις — ἀνίσχει πάλιν οὐ πολὺ ἄπωθεν τῆς Γορδυαίας [illegible] (e meatu ſubterraneo) *prodit non procul a Gordyæa.* [illegible] *Plinius* VI. 15. *Adiabenis connectuntur Carduchi quon*[illegible] *cti, nunc Cordueni, præfluente Tigri.* vide & *Ptolemæum* [illegible]

§ 157. (l. 14.) τήν τε Ἀδιαβηνὴν] Memoriam rei [illegible] numus, in cujus averſa captivi imago, inter ſpolia a[illegible] quæ Trajanus paludatus protegit, cum inſcriptione [illegible] S. P. Q. R. OPTIMO. PRINCIPI. vide *Mediob.* p. [illegible]

§ 158. (l. 15.) ἔτι δὲ τῆς Ἀσσυρίας μέρος] Par[illegible]

ἔαρ ὑπήχθη. ἐπειδὴ δὲ ἡ χώρα ἡ πρὸς τῷ Τίγριδι ἄφορος ναυπηγησίμων ξύλων ἐστὶ, τὰ πλοῖα, ἃ ἐν ταῖς ὕλαις ταῖς περὶ τὴν Νίσιβιν ἐπεποίητο, ἐπὶ τὸν ποταμὸν ἤγαγεν ἐφ᾽ ἁμάξαις. οὕτω γάρ πως κατεσκεύαστο ὥστε διαλύεσθαι καὶ συμπήγνυσθαι. καὶ [155] ἔζευξεν [u] αὐτὸν [156] κατὰ τὸ Καρδύχιον ὄρος ἐπιπονώτατα· οἱ γὰρ βάρβαροι ἀντικαταστάντες ἐκώλυον. ἀλλ᾽ (ἦν γὰρ πολλὴ τῷ Τραϊανῷ καὶ τῶν νεῶν καὶ τῶν στρατιωτῶν περιουσία) αἱ μὲν ἐζεύγνυντο πολλῷ τάχει, αἱ δὲ πρὸ ἐκείνων ἀνεκώχευον, ὁπλίτας τε καὶ τοξότας φέρουσαι· ἕτεραι δὲ ἔνθεν καὶ ἔνθεν ὡς διαβησόμεναι ἐπείρων. ἔκ τε οὖν τούτων, καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς ἐκπλήξεως, τοῦ τοσαύτας ἅμα ναῦς ἀθρόας ἐξ ἠπείρου ἀξύλου ἀποφανῆναι, ἐνέδοσαν οἱ βάρβαροι, καὶ ἐπεραιώθησαν οἱ Ῥωμαῖοι· καὶ [157] τήν τε [x] Ἀδιαβηνὴν ἅπασαν

D παρεστήσαντο, ([158] ἔστι δὲ τῆς [y] Ἀσσυρίας τῆς περὶ Νῖνον μέρος αὕτη· καὶ [159] τά τε Ἄρβηλα, καὶ τὰ Γαυγάμηλα, παρ᾽ οἷς ὁ Ἀλέξανδρος τὸν Δαρεῖον ἐνίκησε, ταῦτα [z] τῆσδ᾽ ἐστί· καὶ που [160] καὶ [a] Ἀτυρία διὰ τοῦτο βαρβαριστὶ, τῶν Σίγμα ἐς τὸ Ταῦ μεταπεσόντων, ἐκλήθη.) καὶ μετὰ ταῦτα καὶ [161] μέχρι τῆς Βαβυλῶνος αὐτῆς ἐχώρησαν κατὰ πολλὴν τῶν κωλυόντων αὐτοὺς ἐρημίαν, ἅτε καὶ τῆς τῶν Πάρθων δυνάμεως [162] ἐκ τῶν ἐμφυλίων πολέμων ἐφθαρμένης, καὶ τότε ἔτι στασιαζούσης.

E Ἔνθα μέντοι [163] τήν τε ἄσφαλτον εἶδε Τραϊανὸς, ἐξ ἧς τὰ τείχη Βαβυλῶνος ᾠκοδόμητο.

ram ingreditur. Quumque ea regio, quæ ad Tigrim fluvium ſpectabat, materiam ad ædificandas naves non ferret; ea navigia, quæ in ſilvis apud Niſibin fecerat, plauſtris ad flumen convehi juſſit. Sic enim comparata fuerant, ut diſſolvi & conjungi poſſent. Inde flumen ponte junxit, magna quidem cum moleſtia, ad montes Gordyæos; quum barbari ex adverſo conſiſtentes impedirent. Sed tanta Trajano erat navium copia, tantaque multitudo militum; ut aliæ celerrime conjungerentur, aliæ plenæ gravis armaturæ militibus atque ſagittariis, vim hoſtium ante prohiberent; aliæ aliis in locis periculum, quaſi traſituræ, facerent. His rebus perterriti barbari, ſimul quod tanta multitudo navigiorum in regione arboribus vacua conſpiceretur, ipſi terga dant: Romani flumen tranſeunt, Adiabenemque omnem redigunt in poteſtatem. (Hæc Aſſyriæ circa Ninum pars eſt: Arbela item & Gaugamela, ubi Alexander Darium ſuperaverat, ipſa quoque ſunt hujus partis Aſſyriæ; quæ propterea etiam Atyria quibusdam locis dicitur, quod barbari duplex SS. in T. mutare ſolent.) Poſt, ipſam Babylonem usque veniunt, magna ubique hoſtium, a quibus prohiberentur, ſolitudine. Nam Parthorum copiæ comminutæ erant bellis civilibus, inter quos durabat adhuc ſeditio.

A.U.C 868 L. Meſſala & M. Pedone COSS.

27. Ibi Trajanus vidit lacum bituminis, ex quo mœnia Babylonis ædificata fuerant. Cujus

u ἔζευξεν αὐτὰ, vulgo. ἔζευξεν αὐτὸν, ſcil. τὸν ποταμὸν, Pal. Br. *ponte Trigridem junxit.* quod verum eſt, & Blancus etiam in ſua verſione expreſſerat. x Ἀδιαβηνὴν. Ἀδιαμηνὴν, Coisl. Br. corrupte. y τῆς Ἀσσυρίας. τῆς Ἀσυρίας, Coisl. τῆς Συρίας, Z. z ταῦτα τῆσδ᾽ ἐστί. ſic vulgo. forte legendum: καὶ ταῦτα δὲ τῆσδ᾽ ἐστί, ut ſignificet, eas quoque urbes eſſe Aſſyriæ. Sylb. vide § 158. a Ἀτυρία. Ἀτ]υρία, L. ad marg. ſcilicet ut reſpondeat geminato Sigma; quod non eſt neceſſe, cum Dio τὸ T. ſcribat, non τὰ T. & apud Strabonem ſub init. lib. XVI. Ἀτουρία vocetur. ſequens διὰ τοῦτο quorſum referatur, obſcurum eſſe dicit Sylb. unde & L. velut redundas uncis circumſcripſit. ego puto referri ad Adiabenem, propterea, quod pars eſt Aſſyriæ, Atyriæ nomine venientem.

quæ hic incipit, vulgo ſtatim finiunt in αὕτη. Credo me eam non temere produxiſſe usque ad ἐκλήθη, atque ſic perplexa expediviſſe; niſi quod pro ταῦτα τῆσδ᾽ ἐστί, malim ταὐτὰ τῆσδ᾽ ἐστί. *Plinius* V. 12. *Ultra Armeniam Adiabene, Aſſyria ante dicta.* *Id.* VI. 12. *Adiabene Aſſyriorum initium.* *Ammianus Marc.* XXIII. 6. pag. 401. edit. Gronov. *Juxta hunc circuitum Adiabena eſt, Aſſyria priſcis temporibus vocitata.* vide *Jo. Henr. Majum* fil. de regno Adiabeno Marp. 1727. 8. p. 6. ſqq. Hinc & Adiabene comprehenditur titulis numorum: VICT. ASSYR. & ASSYRIA. IN. POTESTATEM. P. R. RED. apud *Mediob.* p, 160. 162.

§ 159. (l. 16.) τά τε Ἄρβηλα καὶ τὰ Γαυγάμηλα] Arbela urbs ad Lycum ſeu Diabam amnem, DC. vel D. ſtadiis diſtans Gaugamelis, ignobiliore vico ad Bumadum amnem poſito. vide *Curtium* IV. 9, 9. ſq. *Arrianum* Exped. Alex. VI. p. 247. *Strabonem* XVII. p. 814. XI. p. 532. II. p. 79. XVI. p. 737. *Plutarchum* in Alex. M. p. 683. A. ubi pro corrupto Παυσαμήλοις ſcribendum Γαυγαμήλοις. *Plinium* VI. 26. *Marcellinum* XXIII. 6. p. 402. *Cellarium* Geogr. II. pag. 770. *Bochartum* p. 277. Recte vero *Plutarchus* & *Arrianus* viciſſe dicunt Alexandrum ad Gaugamela, ſicut & *Strabo* pag. 737. Nam ut *Arrianus* docuit, Arbelis tantum propter celebritatem loci, potius quam Gaugamelis obſcuro pago, gloria victoriæ a Scriptoribus vindicatur. Unde *Curtius* VI. 1, 21. IV. 9, 9. cum Darium ab Arbelis profectum, caſtra ad Bumadum (h. e. ad Gaugamela) poſuiſſe dixerat, poſt pugnam celerrima fuga Arbela rediiſſe ait, l. c. & IV. 16, 9. V. 1, 3. Proinde *Dio* & *Zonaras*: παρ᾽ οἷς ὁ Ἀλέξανδρος τὸν Δαρεῖον ἐνίκησε, quod uterque locus a victoria nomen tuliſſet, uterque in vicinia eſſet pugnæ, quanquam alter propior altero.

§ 160. (l. 19.) καὶ Ἀτυρία] *Strabo* XVI. p. 736. ἧς (γῆς Ἀσσυρίας) ἐν μέρει καὶ ἡ Ἀτουρία ἐστὶν, ἐν ᾗπερ ἡ Νῖνος, ubi *Caſaubonus*: *neſcio quam id verum ſit quod ſcribit Dio in Trajano, ſic a barbaris fuiſſe vocatam* τὴν Ἀδιαβηνὴν, *mutato σ in τ.* Attamen Adiabenen ſtrictius Aſſyriam antea dictam fuiſſe probavimus § 158. idque vocabulum Babyloniis blæſe

אתוראה vel אתור ſonare ex *Onkeloſo* & *Jonathane* ſatis conſtat; Gen. X. 11. Num. XXIV. 22. & ſpeciatim, blæſum Ἀτουρία de Adiabene accipi, Strabonis teſtimonio continetur, cujus prope ipſis verbis loquitur Dio: ἔστι δὲ τῆς περὶ Νῖνον μέρος αὕτη, vide & *Steph. Byz.* in Νῖνος. Quare non video dubitandi locum.

§ 161. (l. 21.) μέχρι τῆς Βαβυλῶνος] *Euſebius* ad A. Chr. 103. *Seleuciam, Cteſiphontem, Babylonem occupavit & tenuit.* Numos huc tendentes vide apud *Scaligerum* pag. 206. b. *Mediob.* p. 162. Nullam rationem video, cur Tillemontius T. II. p. 993. h. l. Trajanum nunc nolit perveniſſe ad urbem Babylonem, ſed tantum in provinciam Babyloniam: (quaſi legendum ſit τῆς Βαβυλωνίας) deinde autem in Dione demum p. 785. A. adventum Trajani in urbem Babylonem tradi verbis, licet corruptis, ἐν πλόῳ, pro quibus legendum ſit ἐν Βαβυλῶνι. Nempe Vir præſtantiſſimus in tota Trajani hiſtoria ſæpiuſcule a vera temporum ratione aberravit: quæ illi cauſa fuit, cur varia loca mendi poſtulare aut durius interpretari cogeretur.

§ 162. (l. 23.) ἐκ τῶν ἐμφυλίων πολέμων] In familia Arſacidarum. Nam & Armeniam Exedari fratris filio ademtam Oſroes ejus fratri Parthamaſiridi dederat p. 778. § 118. ſqq. & contra Maniſarum, Armeniæ ac Meſopotamiæ inhiantem bellum geſſerat. p. 781. A. Et alii forte præter hos motus fuerunt, qui jam nos latent. Parthamaſpaten quoque adverſus Oſroen novis rebus ſtuduiſſe, colligo infra p. 785. § 190.

§ 163. (l. 26.) τήν τε ἄσφαλτον] Vide *Juſtinum* I. 2, 7. *Curtium* V. 1, 17. & 25. & Commentatores ad ea loca. *Tzetzen* Chil. IX. v. 561. ſqq. ad Lycophr. pag. 102. v. 704. *Suidas* in Ἀδιαβηνή. ἐν αὐτῇ δὲ ἔστι καὶ ἡ ἄσφαλτος, ἡ λεγομένη νάφθα. Errat vero præter Tzetzen Suidas, vel quicunque hæc ex Dione interpolata memoriæ prodidit, quando *naphtham*, velut *bitumen liquidum*, Babyloniæ eſſe, & murorum compagi adhibitam, tradit. Veriora *Strabo* XVI. pag. 743. γίνεται (ſcr. γίγνεται) δ᾽ ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ ἡ ἄσφαλτος πολλὴ, περὶ ἧς Ἐρατοσθένης μὲν οὕτως εἴρηκεν. ὅτι ἡ μὲν ὑγρὰ,

A.U.C.868 L. Meſſala & M.Pedone COSS.

jus tanta vis eſt, ut permixtum cum lateribus aut minutis lapidibus, quovis ſaxo hæc mœnia, ferroque validiora efficiat. Oſtium quoque illud ſpectavit, unde tam gravis halitus emittitur, ut omnia animalia terreſtria, omnes volucres necet, ſi vel tantillum olfactu perceperint. Quodſi is halitus ſe altius efferret, aut late circumfunderetur, habitari certe locus is non poſſet: nunc quaſi in ſe ipſe revolutus, ſuo loco continetur. Ego quidem aliam huic conſimilem cavernam vidi Hierapoli, quod eſt oppidum Aſiæ; fecique periculum in avibus, ipſe deſuper inclinato corpore ſpectans halitum: quippe in ciſterna quadam concluditur, ſu[illegible] qua exſtructum eſt ædificium, unde ſpect[illegible] poſſit. Is ſpiritus omnibus animantibus [illegible]ſtilens eſt, præterquam caſtratis hominibu[illegible] cujus rei cauſam equidem excogitare neque[illegible] viſa tantum auditaque, ut vidi audivique, refero.

28. Conſtituerat quidem Trajanus Euphra[illegible] tem facta foſſa in Tigrim derivare, ut per ea[illegible] naves ad pontem faciendum duceret. Sed ub[illegible] eum multo altiorem Tigri eſſe intellexit, mutavit conſilium; veritus ne, ſi id faceret, Euphrates navigari non poſſet, quando omnis aqua in declivem partem ferretur. Igitur navibus ope ſubjectorum pulvinorum transportatis per

μητο. [164] τοσαύτην γὰρ ἀσφάλει[illegible] πλίνθοις ὀπταῖς ἢ καὶ λίθοις λεπτοῖς συμμιχ[illegible] ἔχεται, ὥστε καὶ πέτρας καὶ σι[illegible] τὸς ἰσχυρότερα αὐτὰ ποιεῖν. [165] καὶ τὸ σ[illegible]μιον ἐθεάσατο, ἐξ οὗ πνεῦμα δειν[illegible] ται, ὥστε πᾶν μὲν ἐπίγειον ζῶον, [illegible] πετεινὸν ἀποφθείρειν, εἰ καὶ ἐφ' [illegible] ὀσφραίνοιτό τι αὐτοῦ. [b] καὶ εἴπερ [illegible] ἄνω ἐχώρει, ἢ καὶ πέριξ ἐσκεδάννυ[illegible] ἂν ᾠκεῖτο ὁ χῶρος· νῦν δὲ αὐτὸ ἐν ἑαυτῷ ἀνακυκλούμενον κατὰ χώραν μένει. εἶδον ἐγὼ τοιοῦτον ἕτερον [166] ἐν Ἱερα[illegible] τῆς Ἀσίας καὶ ἐπειράθην [illegible] ὑπερκύ- [illegible] καλακέ- [illegible] ὑπὲρ [illegible] φύλαγμα, [illegible] ἀποτετμημέ- [illegible] ἔχω. [illegible] ὡς [illegible] 784

[illegible] τὸν Εὐφράτην [illegible] ἀγαγεῖν, ἵνα [illegible] γέφυραν αὐτῷ [illegible], ὅτι πολὺ [illegible] τοῦτο μὲν [illegible] τὸν Εὐφράτην [illegible] ἐς τὸ [illegible] [168] ὑπερενεγκὼν δὴ τὰ πλεῖα B

b ὀσφραίνοιτο. ὄσφροιτο, Coisl. ἴσφροιτο, Br.

c πα[illegible] aliter [illegible] aliquis [illegible] modi enallage paſſim obvia eſt. Sylb.

ἣν καλοῦσι νάφθαν, γίνεται ἐν τῇ Σουσίδι, ἡ δὲ ξηρὰ, δυναμένη πήττεσθαι, ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ — ἐνταῦθα δὲ συνίσταται βῶλοι μεγάλαι πρὸς τὰς οἰκοδομὰς ἐπιτήδειαι, τὰς διὰ τῆς ὀπτῆς πλίνθου — περὶ μὲν οὖν τῆς ξηρᾶς εἴρηται, πόσον τὸ χρήσιμον, τὸ ἐκ τῶν οἰκοδομιῶν μάλιστα. *Plinius* XXXV. 15. *Sunt, qui & naphtham bituminis generi adſcribant. Verum ardens ejus vis ignium naturæ cognata, procul ab omni uſu abeſt.* Naphtham longe aliter deſcribit *Dio* pag. 855. C. & in Fragm. CLXXVIII.

§ 164. (l. 28.) τοσαύτην γὰρ ἀσφάλειαν] *Suidas* l. c. τοσαύτην δὲ ἀσφάλειαν ποιεῖ τοῖς κτίσμασιν ἡ ἄσφαλτος, ὥστε ταῖς ὀπταῖς πλίνθοις, καὶ τοῖς λεπτοῖς λίθοις συμμιγεῖσα, ἰσχυροτέρα γίνεται παντὸς σιδήρου. Hæc iisdem verbis in *Codini* Originibus Cpol. p. 13. legi jam annotavit Cel. Kuſterus, non dubitans ex eodem auctore utrumque ſua deſcripſiſſe. Vides ex præſenti loco Dionis, vix alium auctorem quærendum eſſe, præter noſtrum, cui forte poſtliminio reſtituendum fuerit συμμιγεῖσα, pro συμμιχθεῖσα.

§ 165. (l. 31.) καὶ τὸ στόμιον ἐθεάσατο] Audiamus *Suidam* l. c. ἐκεῖσε δὲ ἐστι καὶ τὸ ἄορνον στόμιον (στόμα Codin.) ἐξ οὗ δεινὸν πνεῦμα ἀναδίδοται, ὥστε πᾶν μὲν ἐπίγειον ζῶον, πᾶν δὲ πτηνὸν (πετεινὸν Codin.) ἀποφθείρειν, καὶ εἰ πρὸς τὸ τυχὸν ὀσφρήσαιτο. καὶ εἰ ἐσκεδάννυτο, οὐκ ἂν ᾠκίσθη ὁ χῶρος. ἀλλὰ κατ' ἐνθάδε ἄνεισι (ἄνεισι Codin.) καὶ ὀλίγον ἀνερχόμενον πάλιν ἀνακυκλοῦται· καὶ ἐκ τούτου τά τε ἐν ὑψηλοτέρῳ πετόμενα σώζεται, καὶ τὰ πέριξ νεμόμενα. Codex Vaticanus Codini (ut eſt apud Kuſterum) addit: λέγει δὲ ὁ Δίων τοιοῦτον ἑωρακέναι ἐν Ἱεραπόλει τῆς Ἀσίας, ὅπερ πάντα τὰ ὀσφραινόμενα φθείρει πλὴν τῶν εὐνούχων. Qui ipſe Dionis locus his verbis laudatur etiam poſt adductum Suidæ locum de Ἀδιαβηνῇ in Excerptis ex MSto Regio, quæ ſunt inter Voſſiana Bibliothecæ Leidenſis. Ceterum Interpres Codini πάντα τὰ ὀσφραινόμενα φθείρει, male vertit: *omnia odore ſuo corrumpit.* Multa horum iisdem quoque verbis leguntur apud *Tzetzen* Fragm. X. *Euſtathium* ad Dionyſii Perieg. v. 1143. ubi & de pluribus ἀόρνοις. Confer & *Olearium* ad Philoſtr. Apollon. II. 10. p. 59. not. 7. 8.

§ 166. (l. 39.) ἐν Ἱεραπόλει τῆς Ἀσίας] Hoc eſt *Plutonium* in Hierapoli Phrygiæ; vel inter Phrygiam & Lydiam, ut eſt apud *Stephanum Byz.* quod Plutonium deſcribit etiam *Strabo* XIII. p. 629. ſq. adde eundem XII. p. 579. *Euſtathium* l. c. *Plinium* II. 93. *Apulejum* de Mundo p. 729. edit. in uſ. Delph. *Ammianum Marc.* XXIII. 6. p. 401. edit. in uſ. Delph.

§ 167. (l. 44.) τῶν τὰ αἰδοῖα ἀποτετμημένων] Fabula hæc inde orta videtur, quod ibi Matris Magnæ ſacerdotes eſſent, quos vel conſuetudo vel remedia adhibita contra noxam tuebantur. Certe *Plinius* l. c. *Matris tantum Magnæ ſacerdoti*[illegible] *immunem* fuiſſe ſcribit: & *Strabo* ad remedia quoque provocat, εἴτε ἀντιδότοις τισὶ δυνάμεσι τούτου συμβαίνοντος.

§ 168. (l. 48.) τὸν Εὐφράτην κατὰ διώρυχα] Vix credibile eſt, ignoraſſe Dionem exiſtentes jam tunc διώρυχας, canales inter Euphratem & Tigrim, inprimis Βασίλειον ποταμὸν inter Babylonem & Seleuciam e regione Cteſiphontis, quorum meminerunt *Herodotus* I. 193. *Strabo* XI. p. 521. 529. XV. p. 729. II. p. 79. *Arrianus* lib. VII. p. 282. *Ptolemæus* V. 18. *Plinius* lib. V. 26. & VI. 26. 28. ubi vide *Harduin.* not. XCII. Etiam *Herodotus* ait: καὶ ἡ μεγίστη τῶν διωρύχων ἐστὶ νηυσὶ περητός. Quid igitur opus nunc erat Trajano τὸν Εὐφράτην κατὰ διώρυχα εἰς τὸν Τίγριν καταγαγεῖν, ut navibus traductis Cteſiphontem tranſiret? Occurrit huic dubio ipſe Dio: Scilicet, quia tunc aqua omni per Pallacopam in paludes derivata, foſſa illa ad Tigrim pertinens, & olim navigabilis, ſucceſſu temporis tota exaruerat, & limo ac terra fere oppleta erat, adeoque nunc de novo quaſi fuiſſet effodienda. Nam poſt Nitocridis opus, quæ Euphratis exitum in Pallacopam repagulis coercuerat, teſte *Herodoto* I. 185. Cyrus ruptis repagulis, flumen totum in ſtagna & paludes derivaverat, ad capiendam facilius Babylonem, ibid. 194. ſic ut regionem omnem ad Arabiam usque obrueret, contra Meſopotamiæ campis aquam ſubtraheret, niſi quis Pallacopam rurſus obſtrueret; quod tentaverat quidem, ſed non perfecerat Alexander; ut auctor *Arrianus* p. 303. nec unquam poſtea perfectum videtur, ſic, ut foſſa regia rurſus navigabilis fieret; licet forte pro majori minorive ſtudio Principum reparandi repagula Pallacopæ, aut foſſam renovandi, hæc cum ceteris plus minusve aquæ caperet, aut ea penitus ſubtracta, ſicca deſtitueretur. Confer de Euphrate hinc per Naar Malca ad Tigridem, hinc per Pallacopam in paludes diducto *Marshamum* Can. Chron. Sæc. XVIII. p. 588. ſq. & 627. Accedebat diverſa anni tempeſtas: ſiquidem Euphrates, cum ſol in Cancri viceſima parte eſſet, redundans, Meſopotamiam & ejus canales irrigabat: ſed ſole in viceſimam nonam Virginis transgreſſo, totus remeabat. *Plin.* V. 26. *Arrian.* ll. cc. Unde *Ammianus* XXIV. c. 6. *Ventum eſt hinc ad foſſile flumen, Naarmalcha nomine — tunc aridum.* Hanc unam video rationem conciliandi Dionem cum reliquis Hiſtoricis. Vide interim & Cl. *Hemſterhuſium* ad Lucian. T. II. p. 468. Recte ergo Dio ait, verendum fuiſſe, ſi Euphrates jam prope exhauſtus paludibus, foſſa etiam latius altiusque ducta in Tigrim derivaretur, ut vadoſus magis, naves jam amplius ferre poſſet.

§ 169. (l. 55.) ὑπερενεγκὼν δὴ τὰ πλοῖα ὁλκοῖς] De transvectione

πλοῖα ὁλκοῖς, διὰ [170] τοῦ μέσου τῶν ποταμῶν ἐλαχίστου ὄντος (τὸ γὰρ ῥεῦμα τὸ τοῦ Εὐφράτου πᾶν ἐς θ' ἕλος ἐκπίπτει, καὶ ἐκεῖθέν πως
C [171] τῷ Τίγριδι συμμίγνυται) [172] τὸν Τίγριν ἐπεραιώθη, καὶ [173] ἐς τὴν Κτησιφῶντα εἰσῆλθε. παραλαβών τε αὐτὴν, [174] αὐτοκράτωρ ἐπωνομάσθη, καὶ τὴν ἐπίκλησιν τοῦ Παρθικοῦ ἐβεβαιώσατο. ἐψηφίσθη δὲ αὐτῷ παρὰ τῆς βουλῆς τά τε ἄλλα, καὶ [175] νικητήρια ὅσα ἐθελήσει διεορτάσαι. ἑλὼν δὲ τὴν Κτησιφῶντα, ἐπεθύμησεν [176] ἐς τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν καταπλεῦσαι. αὕτη δὲ τοῦ τε Ὠκεανοῦ μοῖρά ἐστι, καὶ [177] ἀπό τινος ἐνδυναστεύσαντός ποτε ἐν αὐτῇ οὕτω κέκληται. καὶ τὴν μὲν νῆσον τὴν ἐν τῷ Τίγριδι [178] τὴν Μεσσήνην, ἧς [d] Ἀθάμβιλος ἐβασίλευεν, ἀπόνως ᾠκειώσατο. [e] [καὶ οὗτος πιστὸς διέμεινε τῷ Τραϊανῷ, καίπερ ἀποτελεῖν προσταχθείς.] ὑπὸ δὲ δὴ
D χειμῶνος, τῆς τε [179] τοῦ Τίγριδος ὀξύτητος, καὶ τῆς τοῦ Ὠκεανοῦ ἀναῤῥοίας, ἐκινδύνευσε. καὶ οἱ [180] τὸν χάρακα δὲ [f] τὸν Σπασίνου καλούμενον οἰκοῦντες (ἐν δὲ δὴ τῇ τοῦ Ἀθαμβίλου ἐπικρατείᾳ ἦσαν) φιλικῶς αὐτὸν ὑπεδέξαντο.

Κἀντεῦθεν ἐπ' αὐτὸν τὸν Ὠκεανὸν ἐλθὼν, τήν τε φύσιν αὐτοῦ καταμαθὼν, καὶ πλοῖόν τι ἐς Ἰνδίαν πλέον ἰδὼν, εἶπεν ὅτι, „ Πάντως ἂν καὶ „ ἐπὶ τοὺς Ἰνδοὺς, εἰ νέος ἔτι ἦν, ἐπεραιώ„ θην. „ [181] Ἰνδούς τε γὰρ ἐνενόει, καὶ τὰ ἐκείνων πράγματα ἐπολυπραγμόνει· τόν τε Ἀλέξανδρον

per interjectum utrique flumini ſpatium, qua breviſſimum eſt, (nam Euphrates hinc totus in paludem fluit, indeque cum Tigri conjungitur) Tigrim trajicit, poſt Cteſiphontem ingreditur. Qua urbe in fidem accepta, imperator appellatus eſt, confirmato Parthici cognomine: Multa ei decrevit ſenatus, ſed in primis, ut triumphos, quotquot vellet, celebraret. Poſtquam Cteſiphontem ceperat, invaſit eum cupiditas ſecundo flumine in mare rubrum navigandi. Sinus is eſt maris Oceani, quem ſinum Erythræum, ab Erythro, qui regnum illic quondam tenuit, appellant. Meſenem quoque inſulam Tigridis, in qua Athambilus regnabat, nullo labore cepit. [Hic Athambilus fidus Trajano permanſit, tametſi tributum ei impoſitum fuiſſet.] Trajanus autem iis in locis, propter vim tempeſtatis, & rapidum Tigrim, æſtumque maris, in magnum periculum venit. Sed qui Spaſini vallum (urbem ita dictam) habitabant, erantque in ditione Athambili, Trajanum amice receperunt.

A.U.C.868 L. Meſſala & M.Pedone COSS.

29. Inde venit ad ipſum Oceanum, cujus cognita natura, in eoque viſo navigio, quod curſum in Indiam tenebat, “ Ego quidem, „ inquit, “ omnino, ſi juvenis adhuc eſſem, in Indiam quoque trajicerem. „ De Indis enim cogitare cœpit, ac de rebus ejus gentis curioſe quærere:

d Ἀθάμβιλος. ὁ Σάμβιλος, Exc. Peir. p. 713. *e* καὶ οὗτος &c. hæc adjeci ex Exc. Peir. *f* τὸν Σπασίνου. ſic Exc. Peir. & Br. quam veram eſſe ſcripturam docet Sylb. ex Leopardo. vulgo, τὸν Τεσπασίνου. vel RS. τὸ Τεσπ.

vectione navium vide *Fabricium* noſtrum ad pag. 426. B. & quos ille laudat. Adde Doctiſſ. *Weſſelingii* Obſſ. I. 28. pag. 121. ſq. ὁλκοὶ & χαμουλκοὶ ſunt machinæ trahendis navibus. vide *Pollucem* VII. 191. X. 148. *Horatius* Od. I. 4. 2. *trahuntque ſiccas machinæ carinas.* Subjiciebantur utrinque in ſulcis pulvini ut vocat *Iſidorus*, XIX. 2. vel pelles adhuc lubricæ animalibus recens detractæ, quibus incumbentes navium ventres, eo facilius machinis promoverentur. confer *Tzetzen* Chil. IX. v. 70. ſqq.

§ 170. (l. 56.) τοῦ μέσου τῶν ποταμῶν ἐλαχίστου ὄντος] *Strabo* XVI. p. 746. CC. ſtadiorum fuiſſe indicat: τὸ ἐλάχιστον (διάστημα) μικρῷ πλέον τῶν διακοσίων (σταδίων) κατὰ Σελεύκειάν που καὶ Βαβυλῶνα. Tranſvectæ igitur ſunt naves non procul ab eo tractu ubi erat Naarmalca, ſed tunc aridus, limoque forte & terra obrutus, § 168.

§ 171. (l. 59.) τῷ Τίγριδι συμμίγνυται] Vide *Salmaſium* ad Solin. p. 495. a.

§ 172. (l. 59.) τὸν Τίγριν ἐπεραιώθη] Ponte navali, ut ſupra pag. 783. § 155. Sed cum jam ſemel Tigrim ponte navali tranſiiſſet in Adiabenen, l. c. conſequens eſt, illum non modo remeaſſe in Meſopotamiam, quam poſtea, μετὰ ταῦτα, occupavit, ut ibi diſerte tradit Dio, p. 783. D. ſed & claſſem priorem hic adhiberi, quacunque de cauſa, non potuiſſe.

§ 173. (l. 60.) ἐς τὴν Κτησιφῶντα] Cteſiphon e regione Seleuciæ condita a Parthis. *Plin.* VI. 26. *Strab.* XVI. 26. pag 743. *Salmaſ.* ad Solin. p. 874. b.

§ 174. (l. 61.) αὐτοκράτωρ ἐπωνομάσθη] Imperator IX. A. U. C. 868 ut numi teſtantur, in quibus & frequens Parthici cognomen & PARTHIA CAPTA. apud *Mediob.* p. 163.

§ 175. (l. 64.) νικητήρια ὅσα ἐθελήσει] Repetitur infra E & additur ratio.

§ 176. (l. 66.) ἐς τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν] In ſinum Perſicum & adjacens mare. Nam non modo ſinus Arabicus, ſed & Perſicus, imo totus Oceanus hoc nomine venit. Confer, ut alios taceam, *Salmaſium* ad Solin. p. 341. ſqq. 353. b. *Job. Ludolfum* Comm. ad Hiſt. Aeth. p. 80. ſq & *Hadr. Relandi* Diſſ. de Mari Erythræo, in ejus Miſcellaneis P. I. p. 59. ſqq. *Eutropius* ait VIII. 2, 7. *in mari rubro claſſem inſtituit, ut per eam Indiæ fines vaſtaret.* Idem ex hoc *Euſebius*, & *Sex. Rufus* c. 20. quod refellitur a *Scaligero* p. 206. b. Numi apud Scalig. & *Mediob.* p. 157. ex Occone, in quibus INDIA PROvincia P. R. pertinent ad eos, credo, de quibus *Vaillantius* in Numiſmat. Imp. Rom. T. I. p. 52. monet, *multos deſcribi ab Occone nummos Trajani, & quidem hiſtoricos, quos dubiæ fidei aut novos exiſtimamus, cum multos ex iis ab Antiquariis probatis hactenus non inſpectos fuiſſe acceperimus.* Neque enim hos ipſos alius quiſquam, quod ſciam, ex αὐτοψίᾳ deſcribit. Fruſtra ſane *Dodwellus* Præl. Cambden. IV. § 10. p. 234. etiam ex his numis a Trajano Indiam debellatam defendit, Indiam aliquam Arabiæ finitimam intelligens, & Dionem accuſans malignitatis erga hunc Principem, quod præter Armeniam & Meſopotamiam nullas ab eo victas provincias agnoſcat. India procul dubio a veteribus eadem deſignatur, in quam Alexandri M. victoriæ penetrarunt; quam vero Trajanus non attigit.

§ 177. (l. 67.) ἀπό τινος ἐνδυναστεύοντος] A Rege Erythro, qui mortuus in hoc mare projectus dicitur, ſepulcro illi ſtatuto hujus tituli: ἐνθάδε τάφος ἁλὸς παρμεδέοντος Ἐρυθροῦ. Ita vulgo veteres Græci Latinique. Sunt & qui in Erythro Edomum ſibi inveniſſe viſi ſunt. Sed Mare Edom nuſquam invenies, neque ἐρυθραῖον orientis linguam ſapit. *Relandi* probabilis conjectura eſt, Diſſ. p. 78. ſqq. ita dictum, quod rubens & ἐρυθρὸν vocari ſoleat omne quod æſtu calet & ſub zona torrida ſeu rubente poſitum eſt.

§ 178. (l. 69.) τὴν Μεσσήνην] Meſene nomen eſt multis locis in medio poſitis tributum: unde & *Stephanus Byz.* ex Aſinio Quadrato monet, δι' ἑνὸς σ' ſcribendum eſſe Μεσήνη, quanquam ibi, vel omnem Meſopotamiam intelligit, ut *Salmaſio* viſum ad Solin. p. 492. a. vel inferiorem regionem interamnem, ut cenſet *Holſtenius* ad Steph. Quicquid ejus ſit, illa Meſene non eſt hujus loci, ſed Inſula, quæ erat inter oſtia Tigridis & Eulæi, de qua alibi *Stephanus*: Σπασίνου χάραξ πόλις ἐν τῇ μέσῃ τοῦ Τίγρητος Μεσήνῃ. Cum uno σ etiam h. l. ſcribit codex Breslavienſis.

§ 179. (l. 73.) τοῦ Τίγριδος ὀξύτητος] Nam – ποταμῶν ὤκιστος ἁπάντων Τίγρις ἐυῤῥείτης φέρεται, ut ait *Dionyſius* Perieg. v. 983. & οὐκ ἂν ἐκείνου ἐν πᾶσιν ποταμοῖσι θοώτερον ἄλλον ἴδοιο. v. 990. confer *Curtium* IV. 9, 16. De Etymo Euſtathius v. 976. διὸ, φασὶ, καὶ Τίγρις καλεῖται, ἤγουν ταχὺς ὡς βέλος. Μῆδοι γὰρ Τίγριν καλοῦσι τὸ τόξευμα. Vide *Relandi* Diſſ. Miſcell. P. I. p. 43. ſq. & de Chidekel, qui Tigris eſt, *Hilleri* Onomaſticon p. 581.

§ 180. (l. 75.) τὸν χάρακα τὸν Σπασίνου] Oppidum Perſici ſinus intimi, inter confluentes, dextra Tigrim, læva Eulæum, conditum primo ab Alexandro M. ſæpius flumine dirutum, quod denique Spaſines Sogdonaci filius, rex finitimorum Arabum, oppoſitis molibus reſtituit. *Plin.* VI. 27. *Salmaſ.* ad Solin. p. 347. b. & 493. b. fin.

§ 181. (l. 82.) Ἰνδούς τε γὰρ ἐνενόει] Vide ſupra § 176. τῶν αὐτῶν Ἀλεξάνδρῳ σωφρονέστερον ἄρξω, inquit apud *Julianum*

A.U.C.868 L. Meſſala & M. Pedone COSS.

quærere: tum Alexandrum beatum dicere, ſeque longius illo progreſſurum fuiſſe: idque ſcripſit ad ſenatum, quum tamen ea, quæ ceperat, tueri non poſſet. Cujus rei cauſa ſenatus præter alia multa decrevit, ut triumphos de quotcunque provinciis vellet, ageret. Nam quum Trajanus plurimas gentes ab ſe ſuperatas eſſe nunquam non ſcriberet, ſen[illegible] neque cognoſcere, neque nominare ſati[illegible] rat. Itaque cum alia multa, tum vero [illegible] triumphalem in foro ipſius ædificari juſſi[illegible] rabatque ſe, ut redeunti longius obvia[illegible] cederet. Sed erat in fatis, ut nunquan[illegible] bem rediret, nec dignum aliquid rebu[illegible] geſtis ederet, atque etiam illa ipſa rurſun[illegible] teret. Dum enim navigat verſus Oce[illegible] atque inde revehitur; ea, quæ ceperat, [illegible] maximo tumultu defecerunt; alii præſidi[illegible] apud ipſos reliquerat, ejectis, alii cæſis.

30. Atque hæc ad Trajanum, dum [illegible] navi, perferuntur. Navigaverat autem [illegible] ma adductus, quæ tamen opinioni non r[illegible] dit: ſiquidem nihil vidit præter aggeres, [illegible] las, ruinas: itemque propter Alexandrun[illegible] etiam parentavit in iis ædibus, in quibus [illegible] tem obierat. Igitur cognita defectione [illegible] ſium & Maximum contra rebelles [illegible] Maximus prœlio ſuperatus, obiit; Luſiu[illegible] alia præclare geſſit, tum Niſibin recupe[illegible] Edeſſam expugnavit, direptamque inc[illegible] Seleucia ab Erucio Claro, & Julio Alexand[illegible] legatis, capta & incenſa eſt. Trajanus me[illegible] ne Parthi quoque aliquid rerum novarum [illegible] rentur, regem eis dare conſtituit. Itaq[illegible] Cteſiphontem venit, convocatis in ma[illegible] planitiem

Ἀλέξανδρον ἐμακάριζε, καὶ ἔλεγε καὶ ἐκείνου E
περαιτέρω προκεχωρηκέναι[g] καὶ τοῦτο καὶ τῇ βουλῇ ἐπέστειλε, μὴ δυνηθεὶς μηδὲ ἃ[h] κεχείρωται σῶσαι. καὶ ἐπ' αὐτῷ ἄλλα τε ἔλαβε, καὶ ἐπινίκια ὅσων ἂν[i] ἐθελήσῃ ἐθνῶν πέμψαι. διὰ γὰρ τὸ πλῆθος τῶν ἀεὶ σφίσι γραφομένων, οὔτε συνεῖναί τινα αὐτῶν, οὔτε ὀνομάσαι καλῶς [illegible] 785
[illegible] B
[illegible] Ῥωμαίους,

g περαιτέρω. περαιωτέρω, HS. edit. min. prius confirmat & Coisl. h κεχείρωται. aptius fortaſſe κεχείρωτο, Sylb. i ἐθελήσῃ. hoc verbum deſideratur in Coisl. Br. k ἐξέβαλον. aptius, ἐξέβαλον, Sylb. mox pro ἐν πλοίῳ, ἐν Βαβυλῶνι vult Tillemont T. II. p. 933. ſine neceſſitate. vide § 161 mox ἐνέγησεν pro ἐνήγισεν, corrupte, RS. l Λούσιον. Λούκιον, RS. & ubique L. ad marg. vide p. 781. B. m Ἔδεσσαν. Ἔδεσαν, Coisl. Br. vide p. 780. C. n Ἐρυκίου. Ἐρουκίου, L. ad marg.

lianum Cæſ. p. 880, 14 Quod autem Dio dicit, ne parta quidem tueri potuiſſe Trajanum, id reprehenſione non caruit Cel. *Dodwelli* Præl. Cambden. IV. § 9. quaſi ea Dio acceperit ab auctore in Hadriani gratiam ſcribente, nempe ad hunc excuſandum cur victas a Trajano provincias reliquerit. Sed eventus docuit, vera ſcripſiſſe Dionem, & Hadrianum tutius longe, ex Auguſti conſilio, a prolatandis finibus abſtinuiſſe. confer *Spartiani* locum in Hadr. c. 5. infra p. 790. § 49.

§ 182. (l. 91.) ἁψῖδα αὐτῷ τροπαιοφόρον] Triumphalis arcus in foro Trajani, cujus reliquiæ quædam in Arcu Conſtantini hodie viſuntur, ad Dacos ſpectabat, ut oſtendit *Alex. Donatus* de Urbe Roma, III. 6. T. III. Theſ. Græv. p. 682. ſq. niſi cum *Pancirollo* ibid. p. 326. B. dicere velis, omnes Trajani victorias in hoc arcu triumphali fuiſſe expreſſas.

§ 183. (l. 97.) ἐν ᾧ ἐπὶ τὸν ὠκεανὸν κατέπλει] Circa Meſenen occupatus § 178. ſqq. & luſtrandorum veterum monumentorum curioſus, ut mox Dio.

§ 184. (l. 6.) ᾧ καὶ ἐνήγισεν] Dis Manibus ſacra faciens, de quo ritu dictum ſupra p. 736. § 35. Ita moris erat, quoties ad ſepulcra, vel loca emortualia virorum clarorum accederent. De ædibus, in quibus Alexander mortuus eſt, vide *Arrianum* Exped. Alex. lib. VII. p. 308.

§ 185. (l. 8.) τόν τε Λούσιον καὶ Μάξιμον] De Luſio Quieto vide p. 773. § 68. & mox *Dionem* p. 786. B. De Maximo pariter actum p. 773. § 73. & 764. § 55. ſq.

§ 186. (l. 11.) Νίσιβιν ἀνέλαβε] Vide p. 781. § 147.

§ 187. (l. 11.) τήν τε Ἔδεσσαν ἐξεπολιόρκησε] Ubi Abgarus Rex, qui proinde defecit. confer p. 780. § 134.

§ 188. (l. 13.) Σελεύκεια] Seleucia in Meſopotamia ad Tigrim e regione Cteſiphontis a Seleuco Antiochi filio condita. Aliæ ſunt ejuſdem nominis urbes octo. vide *Luc. Holſtenium* ad Steph. Byz.

§ 189. (l. 14.) Ἐρυκίου Κλάρου] Idem, credo, qui Præfectus Urbis fuit & Conſul ſuffectus paulo poſt A. U. C. 870. Chr. 117. cum Julio Alexandro. Meminit ejus *Plinius* Epiſt. II. 9, 4. *Gellius* VI. 6. XIII. 17. *Spartianus* Severo c. 1. Julii Alexandri filius eſſe potuit is, qui periit ſub Commodo, pag. 823. D. E.

§ 190. (l. 21.) Παρθαμασπάτην τοῖς Πάρθοις] Erat tum Parthorum rex Oſroes p. 778. D. cujus fratrem Parthamaſpaten fuiſſe, conjicit *Rein. Reineccius* Hiſt. Jul. T. III. pag. 220. *Malelas* in Chronographia p. 357. Sanatrucis Perſarum regis ἐξάδελφον facit, filium Oſrois; provocatque ad Arianum Chronographum. Quiſquis fuerit, ex familia Arſacidarum fuiſſe, & cum Trajano adverſus Oſroem feciſſe videtur. p. 783. § 162. ut diſerte ſcribit *Malelas* l. c. Non confundendus eſt cum Parthamaſiride, Pacori, fratris Oſrois, filio, quem Oſroes Armeniæ præfecerat, Trajanus ex ea ejecerat. p. 779. § 126. Illius confuſionis ergo notatur Caſaubono & Salmaſio *Spartianus* in Hadr. c. 5. ubi Pſammatoſſirin, Parthis Regem a Trajano factum, pro Parthamaſirin ſcriptum eſſe veriſimile eſt. REX. PARTHIS. DATUS. item REX. PARTHUS. in numis eſt apud *Mediobarbum* p. 162. ſq. *Ruben.* XXXIII. 20. *Spanhem.* XIII. p. 580. ſq. ex quibus tamen poſteriorem de Parthamaſiride Partho, ex familia Arſacidarum, Armeniæ regno per Trajanum exuto, poſt *Morellum* p. 61. Specim., merito explicat Spanhemius. Parthamaſpaten deinde a Parthis pulſum eſſe, paulo poſt dicet *Dio.* p. 786. C.

§ 191. (l. 24.) ἐς τὴν Ἀραβίαν ἦλθε, κ. τ. λ.] Arabiam intelligo quæ erat inter Euphratem & Tigrim poſita. Sic infra p. 854. D. Severus in tranſitu per Meſopotamiam Atra aggreditur, ubi Dio tamen eam urbem Arabibus tribuit. p. 855. B. D. *Stephanus Byz.* ex Arriani lib. XVII. Parthicorum: Ἄτραι πόλις μεταξὺ Εὐφράτου καὶ Τίγριδος. Rurſus autem in

Λιβανοῖς

C Ῥωμαίους, πάντας δὲ τοὺς Πάρθους τοὺς ἐκεῖ τότε
ὄντας· καὶ ἐπὶ βῆμα ὑψηλὸν ἀναβὰς, καὶ μεγαλη-
γορήσας ὑπὲρ ὧν καὶ κατειργάσατο, [190] Παρθαμα-
σπάτην τοῖς Πάρθοις βασιλέα ἀπέδειξεν, τὸ διά-
δημα αὐτῷ ἐπιθείς.

planitiem Romanis omnibus Parthiſque, qui aderant, excelſum tribunal conſcendit. Ibi apud eos de rebus ab ſe geſtis gloriatur, deinde Parthis regem Parthamaſpaten deſignat, eique diadema imponit.

A.U.C. 868 L. Meſſala & M. Pedone COSS.

Μετὰ δὲ ταῦτα [191] ἐς τὴν ° Ἀραβίαν ἦλθε,
καὶ τοῖς ᵖ Ἀτρηνοῖς, ἐπειδὴ καὶ αὐτοὶ ἀφειςήκε-
σαν, ἐπεχείρησε. καὶ ἔςι μὲν οὔτε μεγάλη οὔτε
εὐδαίμων ἡ πόλις· ἥ τε πέριξ χώρα ἔρημος ἐπὶ
πλεῖςόν ἐςι, καὶ οὔθ' ὕδωρ, ὅ τι μὴ βραχὺ καὶ
τοῦτο δυσχερὲς, οὔτε ξύλον, οὔτε χιλὸν ἔχει· καὶ
πρός ᵠ τε αὐτῶν τούτων, ἀδύνατον τὴν προσεδρίαν
D πλήθει ᵠ ποιούντων, πρός τε τοῦ [192] ἡλίου, ᾧπερ
που καὶ ἀνάκειται, ῥύεται. οὔτε γὰρ ὑπὸ Τραϊα-
νοῦ τότε, οὔτε ὑπὸ Σεβήρου ὕςερον ἥλω, καίτοι
καὶ καταβαλόντων μέρη τινὰ τοῦ τείχους αὐτῆς.
Τραϊανὸς δὲ τούς τε ἱππέας πρὸς τὸ τεῖχος προ-
πέμψας, ἐσφάλη, ὥστε καὶ ἐς τὸ ςρατόπεδον
αὐτοὺς ʳ ἐσαραχθῆναι· καὶ αὐτὸς παριππεύσας
βραχυτάτου ἐδέησε τρωθῆναι, καίπερ τὴν βασιλικὴν
ςολὴν ἀποθέμενος, ἵνα μὴ γνωρισθῇ. [193] τῆς δὲ
πολιᾶς αὐτοῦ τὸ γαῦρον καὶ τὸ σεμνοπρεπὲς τοῦ
προσώπου ἰδόντες, ὑπετόπησάν τε εἶναι ὃς ἦν, καὶ
ἐπετόξευσαν αὐτῷ, καὶ ἱππέα τινὰ τῶν συνόντων
E οἱ ἀπέκτειναν. ἐγένοντο δὲ βρονταὶ, καὶ ἴριδες
ὑπεφαίνοντο· ἀςραπαί τε καὶ ζάλη, χάλαζα καὶ
κεραυνοὶ τοῖς Ῥωμαίοις ἐνέπιπτον, ὁπότε προσβά-
λοιεν. καὶ ὁπότε οὖν δειπνοῖεν, [194] μυῖαι τοῖς
βρώμασι καὶ τοῖς πόμασι προσιζάνουσαι, δυσχε-
ρείας ἅπαντα ἐνεπίμπλων. καὶ Τραϊανὸς μὲν
786 ἐκεῖθεν οὕτως ἀπῆλθε, καὶ οὐ πολλῷ ὕςερον ἀῤῥω-
ςεῖν ἤρχετο.

31. Inde profectus in Arabiam, aggreditur Atrenos, qui & ipſi defecerant: quorum civitas neque magna eſt, nec dives. Sed & finitima regio longe lateque deſerta eſt, quod in ea aquæ raro, atque illæ quidem parum ſalubres, inveniantur, quodque ligni ibidem pabulique magna ſit penuria. His ergo rebus, quæ oppugnationem multitudine aggredi vetant; & a ſole, cui ſacra eſt, defenditur. Itaque eam neque Trajanus tunc, neque poſtea Severus cepit; quum tamen partem aliquam muri diruiſſent. Trajanus quidem equites ad muros præmiſerat: qui gravi damno affecti, cum in caſtra usque profligati eſſent, ipſe cum equitatu advectus, quanquam veſtem regiam depoſuiſſet, ne ex ea agnoſceretur, tamen vix vulnera effugit. Barbari enim canitiei dignitate, vultusque gravitate animadverſa, rati Trajanum eſſe, ut erat, non deſinebant contra eum jaculari; equitemque, qui erat ei proximus, occiderunt. Quoties vero impetum facerent, cœlum tonitru contremuit, irides viſæ ſunt, fulgura, procellæ, grando, fulmina in Romanos cadebant; & quoties cœnarent, muſcæ tam eſculentis, quam potulentis inſidentes, cuncta nauſea quadam implebant. Itaque Trajanus inde diſceſſit, nec multo tempore poſt in morbum incidit.

Καὶ ἐν τούτῳ [195] οἱ κατὰ Κυρήνην Ἰουδαῖοι, ˢ Ἀνδρείαν [196] τινὰ προςησάμενοι σφῶν, τούς τε Ῥωμαίους

32. Interim Judæi, qui circum Cyrenen habitabant, Andrea quodam duce conſtituto, Romanos

o Ἀραβίαν. Ἀῤῥαβίαν, RS. & Coisl. *p* Ἀτρηνοῖς. hoc reſcripſi pro vulgato Ἀγαρηνοῖς. conf. de Severo Atrenos fruſtra oppugnante p. 854. D. 855. quo minus autem Severum ad Agram pariter ac Atram male rem geſſiſſe ſuſpiceris cum Jac. de Bary apud Relandum Palæſt. p. 944. obſtat, quod urbs a Trajano & Severo oppugnata, apud Xiphilinum utroque in loco, Soli dicata fuiſſe legitur, quod & tradit Zonaras in Severo. mox ἀφεςήκασιν, RS. & HS. edit. min. *q* πρός τε αὐτῶν. ſic L. recepta emendatione Sylb. vulgo: πρός τι αὐτῶν. pro ſequenti ποιούντων, ποιῆσαι, vel ποιεῖσθαι ſubſtitui voluit Sylb. ποιεῖν τινά, L. ego medeor commate ad τούτων. *r* ἐσαραχθῆναι. ἐσῤῥαχθῆναι, RS. & HS. edit. utraque, item Sylb. *s* Ἀνδρείαν. ſic L. Ἀνδρίαν, ceteri. Ἀνδρέαν mavult Scaliger, ad Euſeb. p. 208. a.

Λιβυκαὶ, ex eodem Arriano: πόλις Συρίας ταῖς Ἄτραις γειτνιάζουσα. Sic & Abgarus Edeſſæ regulus τῶν Ἀραβίων vocatur. Erat ergo Atra urbs Arabiæ, qua ſe ultra Euphratem in Meſopotamiam porrigebat, quam Arabiam Meſopotamiæ ſeu Syriæ deſcribit etiam *Xenophon* de Exp. Cyri p. 255. velut deſertam. *Herodianus* in Severo III. 9, 6. Atra refert ad εὐδαίμονα Ἀραβίαν, confundens, credo, cum Ἄγρα Arabiæ Felicis, quam Aelius Gallus oppugnaverat, teſte *Strabone* XVI. p. 781. Certe, etiam ſi ultra Euphratem excurriſſet Severus, tamen longe a Felici Arabia aberat, pedemque potius in Deſertam tuliſſet. Hic apud Dionem ſcriptum quidem erat τοῖς Ἀγαρηνοῖς, ſed librariorum, puto, confuſione, ex literis nata. Nam Γ & Τ ſæpiſſime a librariis permutari multis exemplis conſtat, & obſervavit *Salmaſius* ad Solin. p. 498. b. F. Dio ſane, ſeu Xiphilinus eandem ſe dicit urbem deſignare, quam Severus fruſtra oppugnavit, cujus muri partem diruit, Soli dicatam, quæ Atra rectius infra vocatur.

§ 192. (l. 31.) ἡλίου, ᾧπερ που καὶ ἀνάκειται] Sol ubivis fere in oriente cultus, licet ſub variis nominibus, eique urbes complures dicatæ, ſicut ipſa nomina interdum indicant: quo ſpectat Βοστάμψα in Arabia Petræa, quod *Stephanus Byz.* recte exponit οἶκος ἡλίου; ſpectat Bethſchemeſch Danitarum 1 Reg. IV. 9. ſpectat Ircheres item Harcheres, urbs ſolis, mons ſolis. vide & *Scaligerum* ad Euſeb. p. 206.

§ 193. (l. 39.) τῆς πολιᾶς αὐτοῦ τὸ γαῦρον &c.] Confer locum *Plinii* Paneg. 4, 7.

§ 194. (l. 46.) μυῖαι τοῖς βρώμασι] Similia his videas in *G. Outhovii* judiciis Jehovæ Zebaoth. p. 111. ſqq.

§ 195. (l. 51.) οἱ κατὰ Κυρήνην Ἰουδαῖοι] Cyrene, urbs & regio Africæ, inter Tripolitanam & Marmaricam, *Cairoan* hodie. Ibi multos Judæos fuiſſe, vel ex Hiſtoria ſacra conſtat: Act. VI. 9. XI. 20. XIII. 1. eo enim bonam Judæorum partem traduxerat Ptolemæus Lagi, teſte *Joſepho* contra Apion. II. 4. p. 472. Sub Veſpaſiano etiam Judæus quidam Jonathan, arte textor, in Cyrenen delatus, fraudibus & præſtigiis ſeditionem Judæorum ibi degentium concitavit, quam deſcribit Joſephus de B. J. lib. VII. c. 11. § 1. T. II. p. 435. Has ſub Trajano turbas præter *Oroſium* VII. 12. tangit *Euſebius* in Chron. ad A. Chr. 115. *Judæi, qui in Libya erant, adverſum cohabitatores ſuos alienigenas dimicant. Similiter in Ægypto & Alexandria. Apud Cyrenen quoque & in Thebaide magna ſeditione contendunt. Verum gentilium pars ſuperat in Alexandria.* Fuſius rem enarrat in H. E. lib. IV. c. 2. ubi contigiſſe dicit anno Trajani XVIII. & ſequenti, U. C. 868. Chr. 115. & ſeqq.) duce ſeditionis Lucua, Λουκούᾳ τῷ βασιλεῖ αὐτῶν. Nam cum Græci & gentiles in Ægypto a Judæis primum ſuperati, Alexandriam confugiſſent, ibique degentes Judæos captos interfeciſſent, Judæos Cyrenaicos quoque Ægyptum latrociniis vaſtaſſe duce Lucua; contra quos miſſus M. Turbo multa eorum millia occiderit. Turbonis Judæos comprimentis, & ad deprimendum deinde tumultum Mauritaniæ (ab Hadriano) deſtinati, meminit & *Spartianus* Hadr. c. 5. qui & eundem poſt Mauritaniæ præfecturam, inſulis ornatum Pannoniæ, Daciæque ad tempus præfectum ait. cap. 6. ſq.

§ 196. (l. 52.) Ἀνδρείαν τινὰ προςησάμενοι] Lucuam bis nominat Euſebius, eumque non modo ἡγούμενον Cyrenaicorum, ſed & Judæorum βασιλέα vocat, cui opitulatum undique confluxerint. Ut vero Λουκᾶς eſt *Lucius* Latinorum: quo nomine quidam ex Cyrene memoratur Act. XIII. 1. Rom. XVI. 21.

A.U.C. 868
L. Meſſala & M. Pedone COSS.

manos pariter atque Græcos concidunt, veſcuntur eorum carnibus, rediminut ſe viſceribus eorum, oblinuntur ſanguine, & pellibus induuntur. Multos a vertice ſerris diſſecuere medios, multos objecere beſtiis, multos etiam certare inter ſe coegerunt, ita ut interierint hominum ad ducenta viginti millia. Præterea in Ægypto ſimilia multa perpetrarunt; item in Cypro, Artemione duce; ubi pariter deſiderata ſunt homin[illegible] ducenta quadraginta millia. Ex quo fit, ut Ju[illegible] in Cyprum venire non liceat: quod ſi fort[illegible] tempeſtatis in inſulam appulerit, interfic[illegible] Sed Judæi & ab aliis, & maxime a Lu[illegible] quem Trajanus miſerat, ſubacti ſunt. [Lu[illegible] hic Quietus erat quidem Maurus, Mauris[illegible] præfuerat, & præfecturam alæ Maurorum [illegible] ſerat; ſed damnatus quondam nequitiæ, [illegible] ignominia fuerat dimiſſus. Poſtea vero in[illegible] te bello Dacico, cum exercitus auxilio Ma[illegible] rum egeret, ipſe ultro cum equitatu Mauro[illegible] advenit, atque egregiam operam nav[illegible] Quam ob cauſam cum eſſet honoribus affec[illegible] longe plura ac majora altero bello Dacico faci[illegible] edidit. Tandem vero eo fortitudinis ſimul ac [illegible] tunæ bello Parthico hocce proceſſit, ut i[illegible] prætorios relatus, Conſulatumque adeptus [illegible] & provinciam Palæſtinam rexerit: quæ re[illegible] præcipue invidiam, hinc odium ac pernic[illegible] attulere.]

Ῥωμαίους καὶ τοὺς Ἕλληνας ἔφθειρον, καὶ [197] τάς τε σάρκας αὐτῶν ἐσιτοῦντο, καὶ τὰ ἔντερα ἀνεδοῦντο, τῷ τε αἵματι ἠλείφοντο, καὶ [t] τὰ ἀπολέμματα ἐνεδύοντο. πολλοὺς δὲ καὶ [198] μέσους ἀπὸ κορυφῆς διέπριον· θηρίοις ἑτέρους ἐδίδοσαν, καὶ μονομαχεῖν ἄλλους ἠνάγκαζον· ὥστε τὰς πάσας δύο καὶ εἴκοσι μυριάδας ἀπολέσθαι. [199] ἔν τε Αἰγύπτῳ πολλὰ ἔδρασαν ὅμοια, καὶ [200] ἐν τῇ Κύπρῳ, [illegible]

33. Cogita[illegible]

[illegible] Τραϊανὸς [illegible]

t τὰ ἀπολέμματα. τὰ deſideratur apud HS. edit. min[illegible] habet Coisl. & Br.
u ἡγουμένου σφίσιν. ἡγουμένου τινὸς σφίσιν, Br. [illegible] procul dubio legendum [illegible] Sylb.
y Λούσιος. ſic & RS. ceterique h. l. Λούκιος, L. ad marg[illegible] Dionis ex Exc. Peir. p. 710. ſcribitur ibi Κύϊτος, perperam. Quieti e[illegible] ſcribendum τὴν ἰφίταν.

21. quem Lucam eſſe Evangeliſtam nonnulli cenſent: ſic Λουκοῦς erit *Lucullus*. Multa Judæorum nomina ſimiliter in ᾶς cadentia ex Græcis Latiniſque contracta collegit *Hillerus* in præſtantiſſimo libro Onomaſtici ſacri p. 679. ſqq. Lucuas tamen hic, vel Lucullus Euſebii, vix alius poteſt eſſe, quam Andreas Dionis; cum Judæos Cyrenes, plures uno duces ſeditionis eodem tempore habuiſſe, neutiquam probabile ſit; licet Ægyptii Cypriique ſeparatim Artemionem ducem ſequerentur. Nec eſt, cur vel Euſebio, vel Dioni errorem in nomine tribuamus, quia jam a priſcis temporibus Judæi extra terram Iſraeliticam nomina habebant ſicut nomina gentilium, ut ſcribitur in *Talm. Hieroſ.* Gittin. f. 43. col. 2. init. adeoque præter nativa Hebraica, etiam alia Latina & Græca, confer Joh. I. 43. Act. XII. 12. XIII. 1. 9. *Grotium* ad Act. IX. 33. XIX. 22. XXI. 16. Igitur hic apud Latinos Lucullus, apud Græcos Andreas dictus fuerit: & forte gentilitio nomine eſt Barcochebas, nempe major, qui ut tradunt Judæi, favente R. Akiba, Regis ſ. Meſſiæ titulum ſibi arrogavit, & rebellavit ſub Trajano. vide *Sam. Petitum* Obſ. III. 4.

§ 197. (l. 53.) τάς τε σάρκας &c] Hæc parum Judaica, ſæpius & falſo Judæis crimini data ſunt. Sed & gentem pertinaciſſimam ſæpe rabies ad facienda nonnulla contra legem ſuam adegit.

§ 198. (l. 56.) μέσους ἀπὸ κορυφῆς διέπριον] Immane ſupplicium, ſed tamen non inſolens orientalibus, ipſiſque Judæis. confer *Caſaubonum & Pitiſcum* ad Suetonii Calig. 27, 4. *Excerpta Peir.* ex Diodoro Sic. p. 374. *Gatakeri* Adverſ. Poſtum. c. 45. *Grotium* ad Hebr. XI. 37. *Suicerum* in πρίω. *Fabricium* Cod. Pſeudep. V. T. p. 1088. Neque ſcio, an ab hac immanitate, æque vere, ac ingenioſe & docte, vindicatus ſit Davides Rex, a Celeb. *Jo. Andr. Danzio* in Diſſ. cui titulus: Davidis in Ammonitas devictos mitigata crudelitas. Jenæ 1710. 4.

§ 199. (l. 59.) ἔν τε Αἰγύπτῳ] Vide § 195. Lupus tunc temporis præfecturam Ægypti gerebat, ut ſcribit *Euſebius* H. E. IV. 2.

§ 200. (l. 60.) ἐν τῇ Κύπρῳ] *Euſebius* Chron. ad an. XIX. Trajani. *Salaminam Cypri, interfectis in ea gentilibus, ſubvertere Judæi.* Sic & in Græcis. vide *Scaligerum* p. 208. b. & plura apud *Meurſium* in Cypro p. 63. ſq. Salamine plures fuiſſe Judæos, quin totam Inſulam Paphos usque Judæis abundaſſe, ſcimus ex Act. XIII. 4. ſqq.

§ 201. (l. 65.) ἄλλοι τε καὶ Λούσιος] *Caſaubonus* ad Spartiani Hadr. c. 5. p. 50. b. hæc Dionis ita accepit, quaſi in Cyprum inſulam Luſius a Trajano miſſus ſit adverſus rebellantes Judæos. Sed non jam amplius de Cypro ſpeciatim Dioni ſermo eſt, verum de Ducibus per quos ubique locorum compreſſi ſunt, inter quos præter Turbonem § 196. præcipuus Luſius, non in Cyprum ſed in Meſopotamiam miſſus, ut diſerte ſcribit *Euſebius* H. E. IV. 2. ὁ δὲ αὐτοκράτωρ ὑποπτεύσας καὶ τοὺς ἐν Μεσοποταμίᾳ Ἰουδαίους ἐπιθήσεσθαι τοῖς αὐτόθι, Λουκίῳ Κυήτῳ (ſcr. Λουσίῳ Κοιήτῳ) προσέταξεν ἐκκαθᾶραι τῆς ἐπαρχίας αὐτούς. ὃς καὶ παραταξάμενος, πάμπολυ πλῆθος τῶν αὐτόθι φονεύει. ἐφ' ᾧ κατορθώματι, Ἰουδαίας ἡγεμὼν ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος ἀνεδείχθη. Idem in Chron. Judæos quaſi jam rebellantes, ταρασσομένους, ſiſtit.

§ 202. (l. 72.) τῆς τῶν Μαύρων συμμαχίας] Mauri equitatu valebant, equosque ſine freno regebant, ut oſtendit *Fabrettus*, in Columna Trajani eos ad Imperatorem venientes deprehendens p. 5. ſq. vide ſupra p. 773. § 68.

§ 203. (l. 78.) καὶ ὑπατεῦσαι, τῆς τε Παλαιστίνης ἄρξαι] Suffectus ergo Conſul fuerit A. U. C. 868. & inde Palæſtinæ præfectus, nempe non Procuratoris titulo, quali alias Palæſtina regebatur, ſed Legati pro Prætore, a Cæſare miſſi, cum exercitu, ad Judæos frenandos, (ſicut Tinius Rufus ſub Hadriano) quod ex his verbis Dionis recte colligit *Valeſius* ad Euſeb. H. E. IV. 2. Hinc ad regendos Mauros videtur translatus, A. U. C. 870. ut colligimus ex *Spartiano* Hadr. cap. 5. Plus invidiæ etiam Luſio conciliatum fuiſſet, ſi verum eſſet, quod ſcribit *Themiſtius* apud eundem *Valeſium*, eum a Trajano deſtinatum fuiſſe ſucceſſorem. Sed verba Spartiani, quæ hanc in rem Valeſius laudat, *Luſium Quietum, ſublatis gentibus Mauris, quos regebat, quia ſuſpectus imperio fuerat, exarmavit*, hoc non ſatis probare videntur. Mauri enim ſub initium imperii Hadriani laceſſebant Romanos, ut eſt ibidem: quos cum regeret Luſius, ipſe Maurus, videbatur res novas moliri, ſeu imperio inhiare: quare ex provincia revocatus Luſius eſt, & miſſus Turbo ad deprimendum tumultum Mauritaniæ. Hic videtur ſenſus eſſe verborum Spartiani. Haud multo poſt A. U. C. 871. occiſus eſt. vide p. 788. § 23.

C Τραϊανὸς δὲ, παρεσκευάζετο μὲν αὖθις ἐς τὴν Μεσοποταμίαν στρατεῦσαι· ὡς δὲ τῷ νοσήματι ἐπιέζετο, αὐτὸς μὲν ἐς τὴν Ἰταλίαν ὥρμησε πλεῖν, [a] Πόπλιον δὲ Αἴλιον Ἀδριανὸν ἐν τῇ Συρίᾳ κατέλιπε μετὰ τοῦ στρατοῦ. οὕτω μὲν οἱ Ῥωμαῖοι, [204] τῆς τε Ἀρμενίας καὶ τῆς Μεσοποταμίας τῆς πλείονος τῶν τε Πάρθων κρατήσαντες, μάτην ἐπόνησαν καὶ μάτην ἐκινδύνευσαν. καὶ γὰρ καὶ οἱ Πάρθοι [205] τὸν Παρθαμασπάτην ἀπαξιώσαντες, ἐν τῷ σφετέρῳ τρόπῳ ἤρξαντο βασιλεύεσθαι. ἐνόσησε δὲ ὁ [b] Τραϊανὸς, ὡς μὲν αὐτὸς ὑπώπτευσεν, ἐκ φαρμάκου λήψεως· ὡς δέ τινες λέγουσιν, [206] ἐπισχεθέντος αὐτῷ τοῦ αἵματος, ὃ κατ' [c] ἔτος κάτω διεχώρει. ἐγένετο μὲν γὰρ καὶ ἀπόπληκτος, ὥστε καὶ τοῦ σώματός τι παρεθῆναι, τὸ δ' ὅλον [207] ὑδρωπίασε. καὶ [208] ἐς Σελινοῦντα τῆς Κιλικίας ἐλθὼν, ἣν δὴ καὶ Τραϊανούπολιν καλοῦμεν, ἐξαίφνης ἀπέψυξε, μοναρχήσας [209] ἔτη δεκαεννέα, καὶ μῆνας ἓξ, ἡμέρας [d] τε πέντε καὶ δέκα.

33. Cogitabat quidem Trajanus iterum exercitum in Meſopotamiam traducere, ſed ingraveſcente morbo, in Italiam navigare inſtituit, P. Ælio Hadriano in Syria cum exercitu relicto. Itaque Romani, capta Armenia, ac magna parte Meſopotamiæ, ſuperatisque Parthis, fruſtra tot labores ſuſcepiſſe, totque adiiſſe pericula viſi ſunt, propterea, quod & Parthi Parthamaſpatem deteſtati, regi ſuis moribus cœperunt. Trajanus morbi ſui cauſam, venenum fuiſſe ſuſpicatus eſt: alii ſanguinem putant, qui dum per alvum quotannis profluere conſueviſſet, tum ſiſti cœpit. Quin & apoplexia correptus eſt, ut parte aliqua corporis enervatus ſit: ſed omnino aqua intercute laboravit. Tandem perlatus Selinuntem, urbem Ciliciæ, quam nos Trajanopolin appellamus, mortem illico obiit. Regnavit annos decem & novem, menſes VI, dies XV.

A.U.C. 870 Nigro & Aproniano Coss.

a Πόπλιον. Publii nomen omiſit Blancus, neſcio an ex negligentia. *b* ὁ Τραϊανός. articulum omittunt RS. & HS. edit. min. Br. *c* κατ' ἔτος. exiſtimarit fortaſſe aliquis legendum κατ' ἔθος. ſed vulgatam lectionem confirmat Zonaræ ἐτησίως. Sylb. *d* ἡμέρας τε πέντε καὶ δέκα. particula τε ex Pal. addita legitur apud Sylb. HS. edit. maj. & L. deeſt apud RS. & HS. edit. min. ceterum totum hoc de diebus omittit L.

§ 204. (l. 87.) τῆς Ἀρμενίας καὶ τῆς Μεσοποταμίας] Hadrianus proinde his provinciis, quas tueri non poterat, ceſſit, pag. 790. § 49.

§ 205. (l. 90.) [illegible]] Hic locus docet, Parthamaſpaten, de quo § 190. Romanis moribus fuiſſe imbutum, ſive antea fuerit obſes apud Romanos, ſive captus bello. Nam & filiam Oſrois Trajanus ceperat, quam poſtea reddidit Hadrianus, teſte *Spartiano* c. 13. Hunc Parthamaſpaten Hadrianus, *quod eum non magni ponderis apud Parthos videret, proximis gentibus regem dedit. id.* c. 5. ac propterea *Parthos in amicitia ſemper habuit, quod inde regem retraxit, quem Trajanus impoſuerat. id.* c. 21.

§ 206. (l. 94.) ἐπισχεθέντος αὐτῷ τοῦ αἵματος] Siſtebantur ergo Hæmorrhoides fluentes, quod fatale eſſe, Medicorum filii docebunt.

§ 207. (l. 97.) ὑδρωπίασε] Sic *Euſebius* in Chron. Can. & *Chronicon Paſchale.* Sed δυσεντερίας periiſſe idem *Euſebius* dicit Chron. prior. *Hieronymus: profluvio ventris,* & ſic *Eutropius* VIII. 2, 16.

§ 208. (l. 97.) ἐς Σελινοῦντα] Selinunte mortuum eſſe, etiam ſcribit Auctor *Chronici Paſchalis* pag. 253. C. quanquam eam urbem, quæ Ciliciæ eſt, τῆς Σελευκίας facit, vel ipſius vel librarii oſcitantia, qui ſcribere debuiſſet, ut *Euſebius:* ἐν Σελινοῦντι, κατὰ δὲ ἄλλους ἐν Σελευκίᾳ. *Eutropius* l. c. *apud Seleuciam Iſauriæ.* Sed Selinunte mortuum eſſe, confirmat nummus apud *Mediobarbum* pag. 163. S. P. Q. R. OPTIMO. PRINCIPI. SELINUNTEM. Ita & in Oraculo Sibyll. apud *Scaligerum* ad Euſeb. pag. 208. b. & *Triſtanum* I. p. 376. idemque ex inſcriptione demonſtravit *Fabrettus* ad Col. Traj. p. 185. Eadem urbs inde Trajanopolis dicta. vide *Weſſelingium* ad Antonini Itin. p. 709.

§ 209. (l. 99.) ἔτη ιθ'. καὶ μῆνας ϛ'. ἡμέρας ιε.] Ita & *Eutropius* l. c. atque *Cedrenus* p. 248. D. dies omittit *Euſebius, Nicephorus & Zonaras. Annos prope viginti,* imo *viginti* ei tribuit *Victor* Cæſ. XIII. 11. Epit XIII. 1. ἔτη ιθ', μῆνας θ', ἡμέρας ιϛ', *Chryſeros.* εἴκοσι ἔτη, *Julianus* Cæſ. pag. 846. 18. Anno ætatis LXIII. menſe IX. die IV. ſecundum *Eutropium* & *Hieronymum.* ὢν ἐτῶν ξδ, *Euſeb.* Chron. Can. & *Chron. Paſchale.* Vixiſſe annos LXIV. ſcribit *Victor* Epit. XIII. 13. Succeſſit Nervæ A. U. C. 851. d. 27. Jan. p. 770. § 25. ergo mortuus A. U. C. 870. d. 11. Aug. vel potius aliquot diebus ante. Nam usque ad nuncium Hadriano allatum, vitam regnumque Trajani Dio extendit, ne vacuum intervallum admittatur. Deceſſit ætatis (ſi calculo Dionis p. 772. § 47. ſtandum) anno LXI.

DIONIS HISTORIÆ ROMANÆ. LIBRI LXIX. EXCERPTA

PER

JO. XIPHILINUM.

Inſeruntur Fragmenta Dionis integra, quæ reperiri potuerunt.

SUMMA CAPITUM LIBRI LXIX.

Hadrianus non adoptatus, Plotinæ favore [illegible]. c. 1. 2.

De cædibus ab Hadriano perpetratis: de va[illegible] ejus eruditione, & invidia. c. 3. 4.

Virtutes, maxime comitas & liberalitas: ve[illegible] liqua remiſſa. c. 5—8.

Itinera: diſciplina militaris correcta: venatio[illegible] dium. c. 9. 10.

Ut Antinoum monumentis variis celeb[illegible] c. 11.

[illegible] ob Æliam Capitolinam conditam. [illegible] c. 12—14.

[illegible] Pharasmanes [illegible] 15. [illegible] & [illegible] c. 16.

[illegible] Commodum adoptat, Ser[illegible] occidit: [illegible]

Commodo mortuo Antoninum ad[illegible] ſimul [illegible] & Verum adoptante [illegible]

[illegible]

Temporis ſp[illegible] Conſules [illegible]

poſt C.N.	U.C.			HADRIANI
117.	870.	Quinctius Niger,	& Vipſtanus Apronianus.	[illegible] Aug.
118.	871.	Hadrianus Aug. II,	& [illegible] Fuſcus Salinator.	II.
119.	872.	Hadrianus Aug. III,	& [illegible]	III.
120.	873.	L. Catilius Severus,	& [illegible]	IV.
121.	874.	L. Annius Verus,	& [illegible]	V.
122.	875.	Acilius Aviola,	& [illegible]	VI.
123.	876.	Q. Arrius Pætinus,	& [illegible]	VII.
124.	877.	Manius Acilius Glabri[illegible]	& [illegible]	VIII.
125.	878.	P. Corn. Scipio Aſiati[illegible] II.	& Q. [illegible]	IX.
126.	879.	Annius Verus, III.	& L. Varius [illegible]	X.
127.	880.	Gallicanus,	& [illegible]	XI.
128.	881.	L. Non. Aſprenas Torq[illegible] II.	& M. [illegible]	XII.
129.	882.	Juventius Celſus, II.	& Marcellus [illegible]	XIII.
130.	883.	Q. Fabius Cat. llinus,	& M. Fla[illegible]	XIV.
131.	884.	Ser. Octavius Lænas Pontianus,	& M. Antonius Rufinus.	XV.
132.	885.	Augurinus,	& Severianus. alii, Sergianus.	XVI.
133.	886.	Hiberus,	& Junius Silanus Siſenna.	XVII.
134.	887.	Servianus, III.	& Vibius Varus.	XVIII.
135.	888.	Pontianus,	& Atilianus.	XIX.
136.	889.	L. Cejonius Commodus Verus,	& Sex. Vetulenus Civica Pompejanus.	XX.
137.	890.	L. Ælius Verus Cæſar,	& P. Cælius Balbinus Vibullius.	XXI.
138.	891.	Camerinus,	& Niger.	† 10 Jul.

A.U.C. 870 Quinctio Nigro & Vipſt. Aproniano COSS.

1. Hadrianus quidem a Trajano adoptatus non fuerat; erat autem municeps ejus, & tutorem eum habuerat; erat præterea cum

Ἀδριανὸς [1] δὲ, ὑπὸ μὲν Τραϊανοῦ [2] οὐκ ἐσεποιήθη. ἦν μὲν γὰρ πολίτης αὐτοῦ, καὶ [3] ἐπετροπεύθη ὑπ' αὐτοῦ, [4] γένους θ' οἱ ἐκοινώ-

§ 1. (l. 1.) Ἀδριανὸς] P. Aelius Hadrianus, *Majores ſuos apud Italicam* (Hiſpaniæ urbem p. 771. § 31.) *Scipionum temporibus reſediſſe, in libris vitæ ſuæ ipſe commemorat. Spart.* c. 1. quam urbem proinde *Appianus* Hiſpan. pag. 275 E. & *Dio* p. 792. C. πατρίδος Hadriani nomine indigitant, eoque inter *Italicenſes* refertur a *Gellio* XVI. 13. Sed inde jam *avus* (alii *atavus*) Hadriani *Marullinus* Romam commigrans, *primus in ſua familia ſenator populi Romani fuit. Spart.* l. c. & ipſe fuit βουλευτοῦ πατρὸς ἐστρατηγηκότος Ἀδριανοῦ Ἄφρου, teſte *Dione* p. 788. E. & *Suida*: atque adeo natus, non *Italicæ in Hiſpania*, ut tradit *Eutropius* VIII. 3, 3. & ex eo *Hieronymus* in Euſebii Chronico, ſed *Romæ IX. Kal. Febr.* (d. 24. Jan.) *Veſpaſiano VII. & Tito V. Coſſ.* (A. U. C. 829. Chr. 76.) ut auctor eſt *Spartianus*. Diem nativitatis confirmat vetus Kalendarium, de quo *Lambecius* Bibl. Vind. lib. IV. pag. 277. quod verba N. D. HADRIANI. illi dici apponit.

§ 2. (l. 1.) οὐκ ἐσεποιήθη] Quanquam Cel. *Dodwellus* Prælect. Cambden. XVII. § 4. 5. p. 536. ſqq. pro fabula habet, quæ de ſuppoſita Hadriani adoptione traduntur; tamen non rejiciendum videtur, quod præſes Ciliciæ ab hominibus non vulgaribus ejus loci, ubi Trajanus vitam clauſit, reſciverat. vide p. 788. A. 795. D. Sic & *Eutropius* VIII. 3. *Creatus eſt princeps ſine aliqua voluntate Trajani, ſed operam dante Plotina Trajani uxore: nam cum Trajanus quanquam conſobrinæ filium noluerat adoptare.* *Cedrenus* quoque, quanquam ſcripſerat p. 249. B. θνήσκει δὲ Τραϊανὸς, Ἀδριανὸν τὸν γαμβρὸν προχειρισάμενος βασιλέα, tamen ſubjicit p. 250. A. de Plotina τελευτήσαντος Τραϊανοῦ ἐπλάσατο ἐπιστολὴν, ὡς δῆθεν παρ' αὐτοῦ γραφεῖσαν πρὸς τὴν βουλὴν, ἔνθα υἱὸν καὶ διάδοχον τῆς βασιλείας ὠνόμασεν. Nec reticet *Spartianus* c. 4. eſſe, *qui factione Plotinæ, mortuo jam Trajano, Adrianum in adoptionem adſcitum prodiderint, ſuppoſito, qui pro Trajano feſſa voce loqueretur.* & *Victor* Cæſ. XIII. 11. eſſe, qui Plotinæ favore imperium adſequutum putent, *quæ viri teſtamento heredem regni inſtitutum ſimularat.* Alii alia de imperii ſucceſſione agit[illegible] Trajanum tradidere, ut pluribus narrat *Spartianus*. adde *Dionem* p. 795. D.

§ 3. (l. 3.) ἐπετροπεύθη ὑπ' αὐτοῦ] Decimo ætatis an[illegible] patre orbatus, Trajanum, & Cælium Attianum equitem R[illegible] tutores habuit. *Spart.* c. 1. *Dio* p. 788. A.

§ 4. (l. 3.) γένους θ' οἱ ἐκοινώνει] *Pater Aelius Adria[illegible] cognom[illegible]*

νει, καὶ [5] ἀδελφιδῆν αὐτοῦ ἐγεγαμήκει. τό, τε σύμπαν, [6] συνῆν αὐτῷ καὶ συνδιῄτᾶτο, τῇ τε Συρίᾳ ἐπὶ τῷ Παρθικῷ πολέμῳ προσετάχθη. οὐ μέντοι οὔτ' [7] ἄλλο τι ἐξαίρετον παρ' αὐτοῦ ἔλαβεν,
788 οὔθ' [8] ὕπατος ἐν πρώτοις ἐγένετο· ἀλλὰ καὶ Καίσαρα αὐτὸν καὶ αὐτοκράτορα, τοῦ Τραϊανοῦ ἄπαιδος μεταλλάξαντος, [9] ὅ, τε [a] Ἀττιανὸς, πολίτης αὐτοῦ ὢν, καὶ ἐπίτροπος γεγονὼς, καὶ ἡ [10] Πλωτίνα ἐξ ἐρωτικῆς φιλίας, πλησίον τε ὄντα, καὶ δύναμιν πολλὴν ἔχοντα, ἀπέδειξαν. ὁ γὰρ [11] πατήρ μου Ἀπρωνιανὸς, τῆς Κιλικίας ἄρξας, πάντα τὰ κατ' αὐτὸν ἐμεμαθήκει σαφῶς· ἔλεγε δὲ τά τε ἄλλα ὡς ἕκαστα, καὶ ὅτι ὁ θάνατος τοῦ Τραϊανοῦ ἡμέρας τινὰς διὰ
B τοῦτο συνεκρύφθη, [12] ἵν' ἡ ποίησις προεκφοιτήσοι. ἐδηλώθη δὲ τοῦτο καὶ ἐκ τῶν πρὸς τὴν βουλὴν γραμμάτων αὐτοῦ. ταῖς γὰρ ἐπιστολαῖς οὐκ αὐτὸς, ἀλλ' ἡ Πλωτίνα [b] ὑπέγραψεν· ὅπερ ἐπ' οὐδενὸς ἄλλου [c] ἐπεποιήκει.

Ἦν δὲ, ὅτε ἀνηγορεύθη αὐτοκράτωρ, Ἀδριανὸς ἐν τῇ [13] μητροπόλει Συρίας Ἀντιοχείᾳ,

cum eo vinculis propinquitatis conjunctus, neptemque ſororis ejus uxorem duxerat, & conſuetudine ejus plerumque ac convictu utebatur, Syriæ etiam a Trajano, ob Parthicum bellum, præfectus. Neque tamen aliud quidquam præcipui ab eo obtinuit: neque inter ordinarios conſul factus eſt. Verum Trajano ſine liberis defuncto, Attianus, qui municeps ejus erat, tutorque fuerat, & Plotina, ex amoris conſuetudine, Cæſarem eum imperatoremque deſignaverunt; quod non procul abeſſet, quodque magnas haberet copias. Apronianus enim pater meus, qui quum Ciliciæ præeſſet, res Hadriani omnes certo exploratas cognoverat, ſingula mihi narravit, atque illud in primis; mortem Trajani ideo per aliquot dies occultatam eſſe, ut adoptio prius emanaret: idque ex literis quoque ejus ad ſenatum cognitum fuit: quibus literis non ipſe, ſed Plotina ſubſcripſerat: quod in alio nullo negotio fecerat unquam.

A.U.C.870 Quinct. Nigro & Vipſt. Aproniano COSS.

2. Erat Hadrianus, quo die Imperator deſignatus eſt, Antiochiæ, quæ urbs eſt metropolis

a ὅ τε Ἀττιανός. hic Cælius Attianus, corrupte apud Zon. & Spartianum Tatianus. *b* ὑπέγραψεν. ὑπέγραφεν, perperam Coisl. & Br. *c* ἐπεποιήκει. interpres paſſive legit ἐπεποίητο, *factum fuerat*. ſed activum retineri poteſt, ſi præcedens ἐπὶ accipiatur pro ἐν, *alia nulla in re*. alioqui paſſivæ lectionis ſenſus foret, *ſub nullo alio Imperatore*. Sylb.

cognomento Afer, fuit conſobrinus Trajani Imperatoris. Spart. cap. 1. Nempe avo Hadriani Aelii conjux Ulpia, M. Ulpii Trajani ſoror, Trajani Auguſti amita: unde Hadriani pater fuit Trajani amitinus, quem & conſobrinum Latini dicunt; hinc ipſe *Trajani conſobrino genitus* dicitur *Victori* Epit. XIV. 1. perperam autem *conſobrinæ filius* aliis, *Eutropio* VIII. 3, 2. *Oroſio* VII. 13. & *Euſebio*.

§ 5. (l. 4.) ἀδελφιδῆν αὐτοῦ ἐγεγαμήκει] *Spartianus* c. 2. *Suffragante Sura ad amicitiam Trajani pleniorem rediit*, (id eſt, venit) *nepte per ſororem Trajani uxore accepta, favente Plotina, Trajano leviter, ut Marius Maximus dicit, volente.* Sororis filiam intelligit Caſaubonus, p. 8. dubium an & Spartianus ipſe ac Dio. Sed Julia Sabina vere neptis fuit ſororis Trajani Marcianæ Auguſtæ: cujus filia *Matidia*, ut apparet ex numis apud *Mediobarbum* p. 166. ſq. & 185. neptes, hæc *Sabina*, & altera *Matidia* junior, præter rem adhuc confuſa cum Matidia ſeniore, ut ex veteri inſcriptione primus docuit *M. Velſerus* ad Monumenta Auguſtana lap. XXXV. Operum p. 388. ſq. confer & *Reineſii* Inſcr. III. 18. *Patin.* Theſ. pag. 65. & Cl. *Mich. Angeli Zorzi* epiſtolam ad Apoſtolum Zenum in Giornale de Letterati d'Italia Tom. XXIX. pag. 233. ſqq. Nuptiæ, ut ex *Spartiani* c. 2. 3. conſtare poteſt, celebratæ ante Quæſturam Hadriani, quam geſſit A. U. C. 854. & conjugii memoria exſtare dicitur in numo apud *Mediob.* p. 167.

§ 6. (l. 5.) συνῆν αὐτῷ καὶ συνδιῄτᾶτο] Poſt Quæſturam Acta Senatus curavit, atque Trajanum ad bellum Dacicum familiarius proſecutus, cum eo vino indulſit, Secunda expeditione, primæ legioni Minerviæ præfectus, rebus præclare geſtis adamante gemma, quam Trajanus a Nerva acceperat, donatus eſt. Prætor factus A. U. C. 860. hinc legatus prætorius in Pannonia, denique Conſul A. U. C. 862. Poſt Suræ obitum Trajani familiaritas crevit, quod orationes, ejus loco, pro Imperatore dictaret. Plotinæ favore legatus expeditionis Parthicæ deſtinatus eſt. Hæc *Spartianus* c. 3. 4. De Syria ei mandata vide *Dionem* p. 786. C.

§ 7. (l. 7.) ἄλλο τι ἐξαίρετον] In cauſa forte erant invidi calumniatores, ut Servianus, ſororis ejus Paulinæ maritus. *Spart.* c. 2. & inimici Palma ac Celſus. *Id.* c. 4.

§ 8. (l. 8.) ὕπατος ἐν πρώτοις] Hadrianus primum Coſ. ſuffectus A. U. C. 862. nunc in annum 871. a Trajano videtur pariter ſuffectus tantum Cos. Designatus II. (*Mediob.* p. 168.) eſſe ex mente Dionis. (nam & ſuffecti ante deſignabantur. *Lipſius* ad Tac. XII. 53.) Argumentum enim Dionis, ad poſteriorem hunc conſulatum vel maxime ſpectans, tale neceſſario eſt concipiendum: Si Trajanus moriturus voluiſſet Hadrianum ſucceſſorem relinquere, præcipua quædam voluntatis in eum documenta edidiſſet, nec eum inter ſuffectos, ſed ordinarios, Conſulem deſignaſſet. Jam ſi hoc ita factum eſt, conſequens erit, Conſules deſignatos ordinarios in annum 871. Hadriano, nunc Auguſto, ſua dignitate ceſſiſſe. Factus enim eſt eo anno Conſul ordinarius.

§ 9. (l. 10.) ὁ Ἀττιανὸς] Τατιανὸς apud *Zonar.* unde *Caſaubonus* ad Spart. p. 10. putabat, Xiphilini lectionem ὅ τε Ἀττιανὸς corruptam eſſe ex ὁ Τατιανός. Sed particula τε neutiquam elidenda eſt velut redundans: opponuntur ὅ τε Ἀττιανὸς — καὶ ἡ Πλωτίνα. Et alioqui facilior eſt corruptio, qualis apud Zonaram, ut antecedentes literæ cum nominibus per errorem compingantur, qualia ſexcenta obſervarunt eruditi: *Perizonius* Animadverſ. Hiſt. p. 446. *Lipſius* ad Tacit. Ann. III. not. 109. XII. 7. not. 18. *Ryckius* ad eund. p. 30. vide & *Salmaſium* ad Spartiani l. c. qui Attianum ſemper legi in optimo codice Palatino docet. Cælius hic Attianus, eques Romanus, tutor Hadriani, eique ſub Trajano perpetua amicitia addictus, deinde ſub Hadriano præfectus prætorio, quin ornamentis conſularibus præditus & Senator factus, poſtremo tamen ab eo hoſtis loco habitus eſt. Spart. c. 1. 4. 8. 15.

§ 10. (l. 12.) Πλωτίνα ἐξ ἐρωτικῆς φιλίας] Vide ſupra § 2. Hæc ſi vera ſunt, quid facias numis *Pudicitiam* Plotinæ prædicantibus? apud *Mediob.* p. 164. ſq. & *Patin.* p. 9. quid Pliniano illi, Paneg. 83, 5. *Quid enim illa ſanctius? quid antiquius? nonne ſi Pontifici maximo deligenda ſit conjux, aut hanc, aut ſimilem (ubi eſt autem ſimilis?) elegerit?* confer *Triſtanum* I. p. 436. ſq. Sed non urgeo aſſentatoria: poterat tamen Plotina, vel ſine ejusmodi amore, quem Venus conciliaſſet, omni ſtudio in id incumbere, ut quidam ſuarum partium marito ſuccederet, utque Populus Romanus bellis civilibus ſuperſederet.

§ 11. (l. 14.) πατήρ μου Ἀπρωνιανὸς] Caſſium Aproniamum Dionis patrem, ſub Marco demum Ciliciæ præfuiſſe puto, ut oſtendam in vita Dionis: ergo audierat hoc, non ut coævus Trajani, aut qui ejus rebus interfuiſſet, ſed ab hominibus ſenibus eorum locorum, qui quæ olim acta fuerant, moriente Trajano, tum propius potuerant intueri, & nunc Aproniano narrare. Selinus enim, ubi deceſſit, Ciliciæ erat oppidum. p. 786. C. § 208. Ciliciam tunc nondum in duas provincias, ſed ab Arcadio demum, diviſam fuiſſe, contra Harduinum ex hoc etiam loco evicit Emin. *Noriſius* in Epoch. Syro-Mac. pag. 358. ſq. 371. ſq.

§ 12. (l. 18.) ἵν' ἡ ποίησις προεκφοιτήσοι] Ficta ſcilicet adoptio § 2. De tempore memorabilis eſt locus *Spartiani* c. 4. *V. Id. Auguſti* (9. Aug.) *die legatus Syriæ literas adoptionis accepit, quando & natalem adoptionis celebrari juſſit. III. Iduum earundem* (11. Aug.) *quando & natalem imperii inſtituit celebrandum, exceſſus ei Trajani nunciatus eſt.* In adoptionem Hadriani exſtant numi apud *Mediob.* p. 168. *Patin.* Theſ. p. 68. *Vaillant* P. II. p. 156.

§ 13. (l. 25.) μητροπόλει Συρίας Ἀντιοχείᾳ] De Antiochia Metropoli Syriæ, vide *Spanhemium* de U. N. T. I. pag. 584. ſqq. & *Noriſium* Epoch. Syro-Mac. p. 149. ſqq. Eamque dignitatem tunc ad Phœniciæ quoque urbes ſpectaſſe, diſcimus ex *Spartiano* c. 14. *Antiochenſes ita odio habuit, ut Syriam a Phœnice ſeparare voluerit, ne tot civitatum metropolis Antiochia diceretur.*

A.U.C.870 Quinct. Nigro & Vipſt. Aproniano COSS.

lis Syriæ, cui præerat: pridie vero ejus diei, viſum eſt ei in ſomnis, ignem de cœlo, quod maxime purum & ſerenum eſſet, in ſiniſtram partem juguli ipſius cadere, mox ſerpere in dexteram: quo igne neque perterritus, neque læſus eſſe ſibi videretur. Hadrianus a ſenatu petiit per literas, ut ſibi imperium confirmaret: negavitque velle ſibi ullos aut in præſentia, aut in poſterum, honores decerni, ut erat antea conſuetudo, niſi eos ipſe a ſenatu petiiſſet. Tra[illegible] oſſa in columna ipſius ſepulta fuerunt, [illegible] ſpectacula, quæ Parthica nominabantur, [illegible] multos annos celebrata ſunt: poſtea vero [illegible] alia multa, in uſu eſſe deſierunt. Quanquam vero Hadrianus imperaret humaniſſime, [[illegible] quadam ad Senatum epiſtola, inter cætera [illegible] magnifice de ſe ſcripſit, jure jurando confi[illegible] ſet, ſe nihil niſi e re publica eſſe facturum, [illegible] ſenatorum quenquam neci daturum, dira[illegible] precationes capiti ſuo minatus, ſi quid h[illegible] migraret;] tamen propter cædes quorundam [illegible] ſtantiſſimorum virorum, quas & initio pr[illegible] tus, & paulo ante quam moreretur, fecit, [illegible] diit: parumque abfuit, quin ob eam cau[illegible] in heroum quidem numerum referretur [illegible]

ἧς ἦρχεν. ἐδόκει δὲ ὄναρ, πρὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης, 14 πῦρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἔν τε αἰθρίᾳ καὶ ἐν εὐδίᾳ πολλῇ, ἐς τὴν ἀριστερὰν αὐτοῦ σφαγὴν ἐμπεσεῖν, ἔπειτα καὶ ἐπὶ τὴν δεξιὰν παρελθεῖν, μήτε ἐκφοβῆσαν αὐτὸν, μήτε βλάψαν. 15 ἔγραψε δὲ πρὸς τὴν βουλὴν ὁ Ἀδριανὸς, ἀξιῶν βεβαιωθῆναι αὐτῷ τὴν ἡγεμονίαν, [illegible] ἐκείνης, καὶ ἀπαγορεύων μηδὲν [illegible]

D

Ὁ μὲν οὖν τῶν Ἰουδαίων πόλεμος ἐς τοῦτο ἐτελεύτησεν. [123] ἕτερος δὲ ἐξ [o] Ἀλβανῶν (εἰσὶ δὲ Μασσαγέται) ἐκινήθη ὑπὸ Φαρασμάνου. καὶ τὴν μὲν Μηδίαν ἰσχυρῶς ἐλύπησε, τῆς δ' Ἀρμενίας τῆς τε Καππαδοκίας [p] ἀψάμενος, ἔπειτα τῶν Ἀλβανῶν τὰ μὲν δώροις [124] ὑπὸ τοῦ Οὐολογαίσου πεισθέντων, τὰ δὲ καὶ [125] Φλάβιον Ἀῤῥιανὸν τὸν τῆς Καππαδοκίας ἄρχοντα [q] φοβηθέντων, ἐπαύσατο. [πρεσβευτὰς δὲ πεμφθέντας παρὰ τοῦ Οὐολογαίσου,

tia colunt, ſua ſponte diſſolutum corruerat; quodque lupi & hyænæ multæ in urbes eorum, ululantes, introierant. Periere quoque ex Romanis complures in eo bello. Quamobrem Hadrianus, quum ſcriberet ad ſenatum, non eſt uſus illo exordio, quo uti imperatores conſueverunt: "Si vos liberique veſtri valetis, bene eſt; ego quidem & exercitus valemus." Poſt hæc Severum miſit in Bithyniam, quæ non armis illa quidem, ſed præſide juſto, prudente, & dignitate prædito indigebat: nam hæc in illo erant omnia. Is quidem ita ſe geſſit, reſque eorum privatas atque publicas ita adminiſtravit; ut nos ad hæc uſque tempora memoriam ejus crebris ſermonibus uſurpemus. [Cæterum ſenatui ſortique, Bithyniæ loco, tradita eſt Pamphylia.]

15. Confecto ad hunc modum bello Judaico, bellum Albanorum (hi ſunt Maſſagetæ) Pharasmanes movit; ac Mediam quidem vehementer vaſtavit, Armeniam vero Cappadociamque adtigit quidem, ſed Albanis partim muneribus a Vologæſo perſuaſis, partim metu Flavii Arriani præſidis Cappadociæ adductis, deſtitit. [Cæterum legatos miſſos cum a Vologæſo, tum ab Jazygibus, quorum ille Pharasmanem

[k] ὅπλων. ſic mutandum eſſe vulgatum ὅπως judicavit, HS. probantibus Exc. Peir. p. 715. ceterum hoc loco poſt ἔπεμψεν, addito aſteriſco, RS. p. 249. uſque ad alium aſteriſcum p. 251. inſerit perperam multa, quæ apud L. leguntur p. 803. D. τοὺς δ' ἐν Αἰγύπτῳ Ῥωμαίους νικήσαντες &c. uſque ad p. 805. B. κινδύνοις Μάρκος ὑπέταξεν. annotaverat interpres Blancus, maluit tamen græcum exemplar ſequi RS. [l] ἄρχοντος δέ. δὲ additum ex Pal. & Br. exhibent Sylb. HS. edit. maj. & L. deeſt apud RS. & HS. edit. min. [m] ἃ πάντα. ἅπαντα, RS. & HS. edit. min. male. [n] τῇ δὲ δὴ &c. vide Exc. Peir. pag. 714. [o] Ἀλανῶν vulgo. & Exc. Urſ. Ἀλβανῶν, Z. & Dio alias. quidam codices Ἀλαμανῶν, obſervante Sylburgio. ſic Br. Mer. in Exc. Urſ. LXXVIII. male hæc referuntur ad tempora Severi. Zonaras p. 590. C. Dionem diſerte laudans, inter Hadriani res refert. quod & Arriani ætas probat. ceterum in Excerptis laudatis ſic: τῶν Ἀλβανῶν τῶν καὶ Μασσαγετῶν καλουμένων κινηθέντων (νικηθέντων Urſ. marg.) ὑπὸ Φαρασμάνου, καὶ τὴν Ἀλβανίδα καὶ τὴν Μηδίαν ἰσχυρῶς λυπησάντων — ἀψαμένων ἔπειτα — ἐπαύσαντο. [p] ἀψάμενος. apud Z. legitur ἥψατο μέν. vera lectio eſt ἥψατο μόνον, *tantum attigit*. Sylb. [q] φοβηθέντων, ἐπαύσατο. ita reſcripſi, probante Sylb. ex Exc. Urſ. & Z. δείσαντων, ἐπαύσατο. vulgo, φοβηθέντες, ἐπαύσαντο. mox πρεσβευτὰς δὲ πεμφθέντας &c. cum ſequenti fragmento, eſt ex Exc. Urſ. num. LXI. LXII.

τοὺς δὲ ἑτέρους ὑπό τε ἑαυτοῦ αἱρεῖσθαι καὶ πρεσβευτὰς αὐτοῦ ἀντιστρατήγους ὀνομάζεσθαι, κἂν ἐκ τῶν ὑπατευκότων ὦσι, διέταξε. Jam illa diviſio provinciarum Cæſaris in Conſulares & Prætorias nullo auctore nititur. Provinciæ quidem populi Rom. ita diviſæ fuere, ut Aſia & Africa a Conſularibus regeretur, ceteræ a Prætoriis, ut Strabo & Dio ibidem teſtantur. At de Cæſaris provinciis id nemo veterum dixit, quippe illæ ex arbitrio principis pendebant, qui in eas pro libito aut Conſulares viros, aut Prætorios mittebat, ut diſerte ſcribit *Strabo* in fine libri ult. & *Dio* lib. LIII. (pag. 505. B. C.) his verbis: ἔκ τε τῶν ἐστρατηγηκότων καὶ ἐκ τῶν ὑπατευκότων ἄρχοντες ἀμφότεροι πέμπεσθαι ἐνομίσθησαν· καὶ αὐτῶν ὁ μὲν αὐτοκράτωρ ἔπεμπε τέ τινα καὶ ὁπότε ἤθελεν ἐποίει. τῇ δὲ δὴ βουλῇ ἰδίᾳ μὲν τοῖς ὑπατευκόσι τήν Ἀφρικὴν καὶ τὴν Ἀσίαν, καὶ τοῖς ἐστρατηγηκόσι τὰ λοιπὰ πάντα ἀπένειμε. Nihil clarius dici potuit. VALES.

§ 122. (l. 81.) ἀντὶ Βιθυνίας] Inter provincias Senatus & populi Rom. Pontum & Bithyniam fuiſſe, autores ſunt *Strabo* ac *Dio* (p. 503. D.) & hiſtoriæ ſcriptores. Tandem Hadrianus eam recepit, ejusque loco Pamphyliam Senatui conceſſit, ut ex hoc Dionis loco diſcimus. Hinc in veteri inſcriptione (*Gruter.* CCCCLXXI. 1. 2.) P. STATIO. P. F. PAULO. LEG. PRO. PR. PONT. ET. BITHYN. & in altera (*Gruter.* CCCCVII. 1.) L. FABIO. CILONI. LEG. PRO. PR. PROVINCIAR. MOESIÆ. SUPER. PONTI. ET. BITHYNIÆ. (adde L. Flavium Sulpicianum, qui ἀντιστράτηγος Βιθυνίας apud *Gruter.* MXCIV. 7. ſcilicet Pertinacis tempore, ut *Rupertus* epiſt. ad Reineſ. p. 580. ſq. vide in primis de vario Bithyniæ ſtatu *Spanhemium* de U. N. T. II. p. 592. ſqq.) VALES.

§ 123. (l. 83.) ἕτερος δὲ ἐξ Ἀλβανῶν] Ita *Zonaras*: ὁ δὲ πρὸς Ἀλβανοὺς (εἰσὶ δὲ Μασσαγέται κατὰ τὸν Δίωνα) ὑπὸ Φαρασμάνου ἐκινήθη. Albanos etiam Dio vocat alibi, & cum Iberis Armeniſque conjungit p. 27. A. D. 28. E. 30. A. 31. A. 84. C. 406. C. ut hoc loco. Sic alii, Tacitus, Juſtinus, Plinius, Florus, Spartianus, Joſephus; quanquam Alanos, longius remotos, cum Albanis, certe nominetenus, etiam bene multi confundunt. vide Interpretes ad *Lucan.* VIII. 223. *Reineccium* Hiſt. Jul. T. III. p. 321. Etiam *Arriani*, qui tum Cappadociam tenebat, hiſtoria Ἀλανική, ſive τὰ κατ' Ἀλανοὺς inſcribebatur, teſte *Photio*, cod. 58. hodie ἔκταξις κατὰ Ἀλανῶν. *Fabric.* Bibl. Gr. Vol. III. p. 277. Hunc Pharaſmanem a Pharaſmane Ibero diſtinguendum cenſent Viri Docti, *Caſaubonus* & *Salmaſius* ad Spart. p. 56. & 129. *Rein. Reineccius* l. c. p. 320. & 324. & forte *Leunclavius*, verba illa in Exc. Theodoſii, quæ mox ſequuntur, κατηγοροῦντος τινὰ Φαρασμάνου, vertens: *Pharaſmanem quendam accuſabat:* quaſi hic *quidam Pharaſmanes* minus notus a ſequenti Ibero diverſus eſſet; cum tamen verba græca id neutiquam ſonare, ſed κατηγοροῦντος τινὰ cohærere, cuivis manifeſtum ſit. Mihi non ſatis cauſæ videtur, cur de alio Pharaſmane quam Ibero, Dionem loqui dicamus. Enimvero Trajanus quidem Albanis regem dederat, Iberorum regem in fidem acceperat, *Eutrop.* VIII. 2. 5. ſq. & ipſe Hadrianus nemini Regum plura munera dederat quam Iberorum. *Spart.* c. 17. Pharaſmanes tamen rex invitationem Hadriani ſuperbe neglexerat, *Id.* c. 13. & ad illum venire contemſerat. *Id.* cap. 21. Tandem, ut hic Dio innuit, Romanos non magis quam Parthos veritus, Albanos ſollicitaſſe contra Romanos, Parthosque, & Cappadociam, quæ Romanorum erat, & Mediam, Armeniamque, quæ Parthorum, infeſtaſſe videtur; (vide ſimilia apud *Tacit.* Ann. VI. 33. 3.) donec Albanis per munera placatis, aut Flavium Arrianum Cappadociæ præſidem timentibus, ipſe accuſatus Romæ per legatos Vologæſi, eo profectus cum uxore, & honoribus, regnique acceſſione auctus eſt. Hæc optime cohærent. Idem poſtea *Pharaſmanes rex ad Antoninum Pium Romam venit, plusque illi quam Adriano detulit.* auctore *Capitolino* in Pio. cap. 9.

§ 124. (l. 87.) ὑπὸ τοῦ Οὐολογαίσου] Is Vologæſus II. Oſroe genitus, ut auguratur *Rein. Reineccius* T. III. Hiſt. Jul. p. 221.

§ 125. (l. 88.) Φλάβιον Ἀῤῥιανὸν] Is eſt cujus habemus Tactica, Periplum aliaque. vide § 123. διὰ Φλάβιον Ἀῤῥιανὸν — φοβηθέντων, habent Exc. Urſ.

A.U.C. 886 Hibero & Jun. Silano COSS. & ſeq.

manem in nonnullis accuſabat, hi pacem ſancire volebant, in ſenatum Hadrianus introduxit: quumque ſenatus ei negotium his reſpondendi commiſiſſet, & ſcripto reſponſa complexus eſt, & ipſis ea recitavit.]

[Pharasmani autem Ibero, cum uxore Romam profecto, imperium auxit, & in Capitolio ſacrificare permiſit, equeſtremque ſtatuam in æde Bellonæ poſuit; ac tam ipſius, quam filii ejus, aliorumque primariorum inter Iberos, exercitationem in armis, coram ſpectavit.]

16. Hadrianus quidem poſtea templum Iovis Olympii, in quo ipſius quoque ſtatua poſita fuit, Athenis perfecit, juſſitque in eo draconem allatum ex India collocari; ac Dionyſia, ut qui Archontis maximum apud eos magiſtratum gereret, veſte Athenienſi indutus, magnifice celebravit. Templum ſuum, quod Panhellenium vocant, Græcis, ut ædificarent, permiſit; propereaque inſtituit certamina, & magnam pecuniam, & frumentum annuum, omnemque Cephaleniam Athenienſibus dedit. Multas leges ſanxit, ſed præſertim, ut ne quis ſenator, neque per ſe, neque per alium, vectigalia conduceret.

σου, καὶ παρὰ τῶν Ἰαζύγων, ἐκ[illegible] ρoῦντος τινὰ Φαρασμάνου, τούτ[illegible] πιςουμένων, ἐς τὸ βουλευτήριον [illegible] καὶ παρ' αὐτοῦ τὰς ἀποκρίσεις [illegible]πεὶς, συνέγραψέ τε αὐτὰς, καὶ [illegible]

[Φαρασμάνῃ δὲ τῷ Ἴβηρι ἐς [illegible] τῆς γυναικὸς ἐλθόντι, τήν τε [illegible] καὶ θῦσαι ἐν τῷ Καπιτωλίῳ [illegible] τε ἐπὶ ἵππου ἐν τῷ Ἐνυείῳ ἔς[illegible] σίαν αὐτοῦ τε καὶ τοῦ υἱέος τῶν τε ἄλλων τῶν πρώτων Ἰβήρων [s] ἐν ὅπλοις εἶδεν.]

Ἀδριανὸς δὲ [t] τό, τε [126] Ὀλύμπιον τὸ ἐν ταῖς 795
Ἀθήναις, [127] ἐν ᾧ καὶ αὐτὸς ἵδρυται, ἐξεποίησε, καὶ δράκοντα ἐς αὐτὸ ἀπὸ Ἰνδίας κομισθέντα ἀνέθηκε. [128] τά τε Διονύσια, τὴν μεγίστην παρ' αὐτοῖς ἀρχὴν ἄρξας, ἐν τῇ [129] ἐσθῆτι τῇ ἐπιχωρίῳ λαμπρῶς ἐπετέλεσε. τόν τε σηκὸν τὸν ἑαυτοῦ, [130] τὸ Πανελλήνιον ὠνομασμένον, οἰκοδομήσασθαι τοῖς Ἕλλησιν ἐπέτρεψε, καὶ [131] ἀγῶνα ἐπ' αὐτῷ κατεστήσατο, χρήματά τε πολλὰ καὶ σῖτον ἐτήσιον, [132] τήν τε Κεφαλληνίαν ὅλην τοῖς Ἀθηναίοις ἐχαρίσατο. [133] ἐνομοθέτησε δὲ ἄλλα τε [u] πολλὰ, καὶ ἵνα μηδεὶς βουλευτὴς μήτ' αὐτὸς μήτε δι' ἑτέρου τέλος τι μισθῶται.

D

B

[r] ἐπήυξησε, καὶ θῦσαι. ita legendum pro ἀπηύξησε & θύσας, ut erat in exemplari corrupte. Urſ. [s] ἐν ὅπλοις. ſic L. ἐνόπλους, minus recte, Urſ. edidit. [t] τό τε Ὀλύμπιον. Caſaubonus ad Spart. p. 125. b. legit Ὀλυμπίου. ſed Salmaſius ib. Ὀλύμπιον ſolide defendit. pro τό, τε Blancus legiſſe videtur τότε, vertens, *eodem tempore*. [u] πολλά. abeſt a Pal.

§ 126. (l. 2.) τό τε Ὀλύμπιον τὸ ἐν Ἀθήναις] Hæc ad ſecundum adventum ſpectant p. 791. § 73. & 90. *Spartianus* c. 13. *Opera, quæ apud Athenienſes cœperat, dedicavit: ut Jovis Olympii ædem & aram ſibi: eodemque modo per Aſiam iter faciens templa ſui nominis conſecravit.* *Euſebius* ad annum XV. & XVI. *Hadrianus Eleuſinam inviſit, cum inſignes plurimas ædes Athenis feciſſet, agonem edidit, bibliothecamque miri operis exſtruxit.* Ædem vero Jovis Olympii non a fundamentis ædificavit, ſed dudum ſtructam deſtructamque & reſtaurari cœptam ab aliis, perfecit; quo forte tendit Dio, dicens ἐξεποίησε. *Philoſtratus* Sophiſt. I. 25. § 3. p. 533. δι' ἑξήκοντα καὶ πεντακοσίων (vel δι' ἓξ ἢ πέντε καὶ ἑπτακοσίων) ἐτῶν ἀποτελεσθὲν καθιερώσας. Hiſtoriam templi plenius dabit Meurſius in Athenis Atticis I. 10. Tom. IV. Theſ. Gronov. p. 849. ſq. Dedicatum Olymp. CCXXVII. anno 3. vel 4. ſeu U. C. 885. vel 886. Chr. 132. vel 133. Moles ingens ſtadiorum IV. in ambitu. vide *Pauſan.* I. 18. p. 42. ſq. *Sueton.* Aug. c. 60, 2. & ibi interpretes.

§ 127. (l. 3.) ἐν ᾧ καὶ αὐτὸς ἵδρυται] In templi περιβόλῳ plures Hadriani ſtatuæ fuerunt, teſte *Pauſan.* l. c. & V. 12. pag. 406. hæc in ipſo templo, *juxta Deum*, qualia ſimulacra juxta Deos Cæſari decreta apud *Sueton.* c. 76. Caligula ne hoc quidem contentus, voluerat τὸ ἄγαλμα τὸ τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου ἐς τὸ ἑαυτοῦ εἶδος μεταρρυθμίσαι, ut ait Dio p. 662. A. Hadrianus ſaltem id impetraſſe videtur, quod Auguſto olim deſtinatum erat, ut templum perfectum ejus Genio dedicarent. vide *Sueton.* Auguſto c. 6[illegible] Hinc & *Olympius* & Ζεὺς Ὀλύμπιος vocatur in nummis apud *Scaligerum* ad Euſeb. p. 215. b. *Spanh.* T. II. p. 497 ſq. & inſcriptionibus apud *Sponium* T. II. Itinerar. p. 351. *Reineſium* p. 335. *Muratorium* T. I. p. CCXXXV. ſq. *Whelerum* Itinerar. T. I. p. 232. edit. Gall. Unde & ludi Ἀδριάνεια Ὀλύμπια, vide *Salmaſium* ad Spart. p. 176. *Gothofr. Olearium* ad Philoſtr. p. 530. *Spanhemium* epiſt. V. ad Morellum § 9. Ceterum quod draconem ex India allatum in hoc templo nutriri juſſit, id ſacra Ægyptiorum redolet, apud quos aſpis σωτήριος in templis nutritus, teſte *Euſebio* Præp. Ev. I. 10. & *Aeliano* H. A. X. 31. vel potius imitatus eſt Hadrianus οἰκουρὸν ὄφιν, qui erat Urbanæ Minervæ & arcis cuſtos Athenis, de quo *Heſychius* in οἰκουρὸν, *Etymol. M.* in δράκαυλος, *Philoſtratus* Icon. II. 17. p. 837. De draconibus tutelaribus generatim *Spanhem.* T. I. p. 221.

§ 128. (l. 5.) τά τε Διονύσια, τὴν μεγίστην — ἀρχὴν ἄρξας] Vir Summus *Joſephus Scaliger* ad Euſeb. p. 215. a. his verbis adductis addit: *quod eſt flocci. imo* τὰ Διονύσια τὰ μεγάλα ἐποπτεύσας, *ut ſcripſerat Dio. Nam* τὰ Διονύσια *non ſunt* ἀρχὴ, *ſed* τελετή. Minime vero id dicitur iis verbis, Διονύσια eſſe ἀρχήν; ſed Liberalia Hadrianum celebraſſe, jure magiſtratus apud Athenienſes maximi, nempe Archontis. Eumque Scaligeri lapſum jam notavit *Salmaſius* ad illa *Spartiani* c. 13. pag. 123. *pro Agonotheta reſedit.* & *Meurſius* de Archontibus Athenienſium IV. 19. T. IV. Theſ. *Gronov.* pag. 1259. C. Nam, ut docet *Pollux* VIII. 89. ὁ ἄρχων διατίθησι τὰ Διονύσια καὶ Θαργήλια μετὰ τῶν ἐπιμελητῶν, *Archon Orgia diſponit & Thargelia cum ſuis Procuratoribus.* Intelligitur ex IX. annuis Archontibus primus, ἄρχων proprie dictus & ἐπώνυμος, quod anni ab eo in Faſtis ſignarentur. vide *Meurſium* l. c. p. 1160. ſq. Fuerat Hadrianus olim Athenis Archon, ante quam Imperator factus eſſet, ut libertus Hadriani *Phlegon* in Mirabil. c. 25. diſerte ſcribit: ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀδριανοῦ, τοῦ αὐτοκράτορος γενομένου, ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ αὐτοκράτορος Τραϊανοῦ τὸ ἕκτον καὶ Τίτου Σεξτίου Ἀφρικανοῦ, i. e. A. U. C. 865. Diſputat vero contra Caſaubonum *Salmaſius* l. c. non tantum antea fuiſſe Archontem, ſed & eo anno, quo Liberalia edidit, non fuiſſe, & Exarchontis tantum jure uſum eſſe; falli autem *Spartianum*, alio loco c. 19. quando hanc dignitatem Hadriano Imperatori tribuit. Arbiter utrinque advocatur Dio: nam ἀρχὴν ἄρξας Caſaubonus exponit, *cum magiſtratum cepiſſet*; Salmaſius, *cum magiſtratum geſſiſſet.* Quanquam vero Dionis vocabulum ἄρξας per ſe ambiguum ſit; tamen nemo dubitabit, ex Salmaſii ſententia diſtinctius eum ſcripturum fuiſſe: ὡς καὶ πάλαι τὴν μεγίστην παρ' αὐτοῖς ἀρχὴν ἄρξας. Neque vero videntur Athenienſes, quem olim privato detulerant honorem, eundem Imperatori offerre noluiſſe, aut Hadrianus oblatum adſpernatus eſſe. confer *Spart.* c. 19. Sicut ergo ἐσθῆτι ἐπιχωρίῳ Archontis tum indutum fuiſſe intelligit Dio, ita & tunc iterum Archontem fuiſſe ſatis aperte indicat. vide *Spanhem.* de U. N. IX. p. 694. & ad Juliani Orat. I. p. 76. ſq. cum alias verum Archontem Agonothetæ honore præter fas privaſſet Exarchon. Sic & Hadriani imitatione, Gallienus Athenis ἄρχων factus, teſte *Treb. Pollione* in Gallienis c. 11.

§ 129. (l. 6.) ἐσθῆτι τῇ ἐπιχωρίῳ] De Domitiano *Suetonius* 4, 11. *Certamini præſedit crepidatus, purpureaque amictus toga Græcanica* (i. e. pallio) *capite geſtans coronam auream.* Vide & de Claudio *Dionem* p. 668. D. de Nerone *Suetonium* 25, 3. de Commodo *Dionem* p. 825. C[illegible]

§ 130. (l. 8.) τὸ Πανελλήνιον ὠνομασμ[illegible] pag. 43. non Hadriani, ſed Jovis Panelle[illegible] templum dicit fuiſſe, idque non a Græci[illegible] exſtructum; ſecus ac Dio. vide *Meurſiu*[illegible] II. 13. T. IV. Theſ. Gronov. p. 879. S[illegible] eſt conciliare ex modo dictis § 127. ſi [illegible] dicamus id templum, quod genio ejus d[illegible]

§ 131. (l. 10.) ἀγῶνα ἐπ' αὐτῷ] Intell[illegible] ἀνεια, de quibus & aliis Ἀδριάνεια & Ἀδρ[illegible] adi *Salmaſium* ad Spart. pag. 176. & S[illegible] Oxon. III. Tomo IV. Opp. p. 1563. 1[illegible] gerum diſputant, ludos hos pro uno [illegible] Adde *Jo. Meurſium* Græciæ feriatæ lib. [illegible] nov. p. 835. & *Euſebium* ad annum Had[illegible]

A.U.C. 888 Pompejano & Attiliano COSS. & ſeq.

ἀ[illegible]ται. εἰς δὲ τὴν Ῥώμην ἐλθὼν, ἐπεὶ x ἔν τε θέᾳ βοῶν ὁ δῆμος ἁρματηλάτην τινὰ ἐλευθερωθῆναι ἐδεῖτο, ἀντεῖπε διὰ πινακίου γραφῆς, εἰπὼν ὅτι « Οὐ προσήκει ὑμῖν, οὔτε παρ' « ἐμοῦ αἰτεῖν ἵνα ἀλλότριον δοῦλον ἐλευθερώσω, « οὔτε τὸν δεσπότην αὐτοῦ βιάζεσθαι τοῦτο ποιῆ- « σαι. »

C Ἀρξάμενος [134] δὲ νοσεῖν, (αἷμα γὰρ εἰώθει μὲν αὐτῷ καὶ πρότερον διὰ τῆς ῥινὸς προχεῖσθαι, τότε δὲ ἰσχυρῶς ἐπλεόνασεν) ἀπεγνώσθη μὲν βιώσεσθαι· καὶ διὰ τοῦτο y Κόμμοδον [135] μὲν Λούκιον, καίτοι αἷμα ἐμοῦντα, Καίσαρα Ῥωμαίοις ἀπέδειξε. [136] Σερουιανὸν δὲ, [137] καὶ Φοῦσκον τὸν z ἔγγονον αὐτοῦ, ὡς καὶ ἀγανακτήσαντας ἐπὶ τούτῳ, ἐφόνευσε, τὸν μὲν ἐνενηκοντούτην ὄντα, τὸν δὲ ὀκτωκαιδεκέτην. πρὶν δὲ ἀποσφαγῆναι, ὁ Σερουιανὸς, a πῦρ τ' ᾔτησε, καὶ [138] θυμιῶν ἅμα, « Ὅτι μὲν οὐδὲν « ἀδικῶ, ἔφη, ὑμεῖς ὦ θεοὶ ἴστε· περὶ δὲ « Ἀδριανοῦ τοσοῦτον μόνον εὔχομαι, ἵνα ἐπιθυ-
D « μήσας ἀποθανεῖν, μὴ δυνηθῇ. » καὶ μέντοι καὶ διετέλεσεν Ἀδριανὸς [139] ἐπιπλεῖστον νοσῶν, πολλάκις μὲν ἀποσβῆναι εὐξάμενος, πολλάκις δὲ καὶ [140] ἀποκτανεῖν ἑαυτὸν ἐθελήσας. ἔστι γε αὐτοῦ

ceret. Poſtquam Romam venit, ac forte in ſpectaculo populus ab eo magnis clamoribus contendit, ut quendam aurigam manu mitteret; negavit ſe facturum, ſcripſitque in tabella, non decere populum Romanum ab ſe petere, ut alienum ſervum donaret libertate, aut dominum ad id faciendum compellere. „

17. Ut autem ægrotare cœpit, quod ſanguis, qui per nares ejus effundi antea conſueverat, tum vehementius effluxit, deſperatum eſt de vita ejus: quam ob cauſam Lucium Commodum, quamvis ille ſanguinem evomeret, Cæſarem Romanis deſignavit. Servianum vero, ejusque nepotem Fuſcum, quaſi id factum graviter ferrent, interfici juſſit; illum nonaginta, hunc decem & octo annos natum. Servianus, ante quam jugularetur, ignem popoſcit: deinde incenſo thure, “ Vos, „ inquit, “ dii immortales, quos habeo innocentiæ meæ teſtes, hoc unum rogo, ut Hadrianus, quum mori cupiat, non poſſit. „ Et ſane Hadrianus, quum diu morbo conflictaretur, ſæpius optavit exſtingui, ſæpius ipſe manus adferre ſibi voluit: exſtatque ejus epiſtola, in qua oſtenditur, quam miſerum

x ἔν τε θέᾳ. congruentius ἐν τῇ θέᾳ, vel ἔν τινι θέᾳ, Sylb. y Κόμμοδον. Κόμοδον, ſemper, Coisl. z ἔγγονον. ἔκγονον, L. ad marg. mox ἀγανακτήσαντας recte Sylb. HS. edit. maj. & L. quod confirmat Coisl. Br. & Z. ἀγανακτήσαντα, RS. & HS. edit. min. ἀγανακτήσαντες, Coisl. a Σερουιανὸς πῦρ τ' particulam τε omittunt RS. & HS. edit. min. itemque Br. & Z. de Serviani autem nomine vide notam.

§ 132. (l. 11.) *τήν τε Κεφαλληνίαν ὅλην*] Salvis tamen Cephaleniorum juribus & legibus, ut docet inſcriptio Athenis in baſi ſtatuæ Hadriani reperta: ΠΟΛΙΣ. ΠΑΛΕΩΝ. ΤΗΣ. ΚΕΦΑΛΛΑΝΙΑΣ. ΕΛΕΥΘΕΡΑ. ΚΑΙ. ΑΥΤΟΝΟΜΟΣ. apud *Reineſium* III. 85. p. 335. ubi & quatuor tribus Cephaleniorum fuiſſe, docetur, unde quid ὅλη Κεφαλληνία complexa ſit, intelligas. Ceterum de aliis in Athenienſes beneficiis Hadriani, & parte Athenarum ſub nomine novarum Athenarum, vel Hadrianopolis, ſtructa, vel potius de novis Athenis in Delo, apud *Gruter.* CCCCV. & *Onuphr.* Faſt. p. 224. ſq. vide *Meurſium* in Fortuna Athenar. T. V. Gronov. p. 1748. *Salmaſium* ad Spart. p. 185. *Scaligerum* ad Euſeb. p. 215. a. *Stephanum Byz.* in Ὀλύμπιον. & *Ge. Wheleri* Itinerarium, paſſim, p. 107. ſq. 117. ſq. 499. 618. 640. 888.

§ 133. (l. 12.) *ἐνομοθέτησε*] Hæc extra nexum poſita indicio ſunt, multa hic Xiphilinum intempeſtive reſecaſſe. Scripſerat forte Dio, de Athenienſibus loquens, quod *Euſebius* ad annum Hadriani VI. *Hadrianus Athenienſibus leges petentibus ex Draconis & Solonis reliquorumque libris jura compoſuit:* vel etiam de univerſæ Græciæ latis legibus: unde ΑΔΡΙΑΝΟΝ ΠΑΝΕΛΛΗΝΙΟΝ ΝΟΜΟΘΕΤΗΝ ΚΑΙ ΤΡΟΦΕΑ, laudat Inſcriptio *Muratorii* CCXXXVI. 1. Verumtamen, quod & *Jac. Gothofredo* viſum ad l. 97. Cod. Theodoſ. de Decurionibus lib. XII. tit. 1. interdictum hoc de non conducendis a Senatore vectigalibus ad Romanos pertinet. De omnibus certe quorumvis municipiorum decurionibus, quomodo hic ſermo fit, ut exiſtimat *Briſſonius* Antiqq. Jur. IV. 13. ex Xiphilini verbis non apparet. Leges alias ab Hadriano Romanis latas, memorat *Spartianus* c. 7. ſqq. 18. 22. Sed in ceteris colligendis otium faciet *Renati Botterau* Hadrianus Legiſlator, Pictavii 1661. 8. editus, & deinde a Viro Conſultiſſimo Chriſt. Godofredo Hofmanno recuſus Tomo II. Hiſtoriæ Juris. Lipſiæ 1726. 4. Adde *Jo. Chriſt. Schrœdteri* Diſſ. de Jure novo Hadrianeo in prima Digeſtorum parte comprehenſo. Jenæ 1726. & *Fabricium* Bibl. Gr. Vol. XII. p. 341. ſq. Spectant huc ex parte & ἀποφάσεις ejus, de quibus p. 788. § 29. De conſtitutionibus ejus in re & diſciplina militari dixi ad pag. 792. § 79.

§ 134. (l. 22.) *ἀρξάμενος δὲ νοσεῖν*] Morbus, ſi *Spartiano* c. 23. credimus, contractus eſt, quod nudo capite in ſummis imbribus & frigoribus incederet. vide p. 792. § 78.

§ 135. (l. 25.) *Κόμμοδον μὲν Λούκιον*] Plene, *L. Cejonius Commodus Verus*, poſt adoptionem *L. Aelius Verus Cæſar* dictus. Veri nomen ei *Spartianus* pluribus locis, & Hadrianus apud *Vopiſcum* Saturn. c. 8. tribuunt; ſed abjudicat Em. *Noriſius*, quoniam in faſtis & inſcriptionibus non reperitur. vide *Tillemont.* T. II. p. 975. ſq. Gener fuit Nigrini inſidiatoris, ſed forma commendatus. Eum prætura honoratum ſtatim Pannoniis impoſuit, decreto Conſulatu cum ſumptibus, (A. U. C. 889.) Imo eundem iterum Conſulem deſignavit (in A. U. C. 890.) *Spartianus* Hadr. cap. 23. & in Vero c. 2. ſqq. Confirmantur hæc ex Faſtis, itemque numis apud *Mediobarbum* p. 183. & 188. ſq. *Rubenium* XL. 13. ſqq. *Morellum* in Liebii Gotha num. p. 442. Adoptatus igitur eſt A. U. C. 888. Chr. 135. & in II. Conſulatu adhuc in Pannonia fuiſſe, colligitur ex inſcr. & numis: quanquam ex Pannonia medio tempore Romam rediiſſe aliis indiciis conſtet. vide *Tillemont* T. II. p. 977. ſqq. Negligentius *Victor* Cæſ. XIV. 5. *Deinde, uti ſolet, tranquillis rebus remiſſior, rus proprium Tibur ſeceſſit* (Hadrianus) *permiſſa urbe L. Aelio Cæſari.* Neque enim remiſſiorem nunc Hadrianum agnoſcas ex antecedentibus; neque urbs Aelio Cæſari, in Pannoniam profecto potuit permitti.

§ 136. (l. 27.) *Σερουιανὸν δὲ*] Sic ſupra ſcribitur p. 788. E. Sic etiam conſtanter apud Spartianum & in lapidibus *Panvinii* A. U. C. 860. *Gruter.* MLXXXIII. 9. CLXXV. 10. CXC. 6. CXV. 1. CCCCXXXI. 9. Unde corruptam apparet eſſe vulgatam ſcriptionem Σεβηριανὸς, quæ hoc loco & deinde in Severo p. 863. D. & apud Zonaram reperitur. Tertium Conſulem memorant inſcriptiones laudatæ: quod ei contigit favore Hadriani, *Spart.* c. 8. cujus ſororem Paulinam habebat in matrimonio. *Id.* c. 1. Nunc eum, quamvis deſtinatum aliquando imperio, nonagenarium, quaſi affectatorem imperii, mori coegit, ne ſibi ſuperviveret atque imperaret. *Id.* cap. 15. 23. ſqq. *Victor* Cæſ. XIV. 10. ſq. Epit. XIV. 9. haud obſcure innuit, Hadrianum vi morbi victum animo parum valuiſſe. Inſaniam & furorem diſerte vocat *Lampridius* in Elagab. c. 7.

§ 137. (l. 27.) *Φοῦσκον τὸν ἔγγονον αὐτοῦ*] *Spartianus* cap. 23. *Fuſcum, quod imperium præſagiis & oſtentis agitatus, ſperaret, in ſumma deteſtatione habuit.* Interfectum non diſerte dicit, ſed complectitur, credo, deinde ceterorum occiſorum numero. Fuit nepos Serviani ex filia & Claudio Fuſco Salinatore Conſule A. U. C. 871. *Plin.* Epiſt. III. 6. VI. 26.

§ 138. (l. 32.) *θυμιῶν ἅμα*] Libans forte Jovi Servatori, ut Seneca & Thraſea p. 714. § 137. Repetiit Severiani votum Quintillus Plautianus moriens, adverſus Severum. p. 863. D. Valeſii autem docta annotatio ad eum locum, exſecrationes (uti & vota) ad foculum concipi conſueviſſe, (nempe effuſo thure pro ſuffitu) confirmatur illo *Ariſtophanis* in Ranis v. 890 λιβανωτὸν δεῦρό τις καὶ πῦρ δότω, ὅπως ἂν εὔξωμαι.

§ 139. (l. 36.) *ἐπὶ πλεῖστον νοσῶν*] Phthiſi quippe laborabat. p. 796. C. unde in *lectualem morbum* incidiſſe ſcribit *Spartianus* c. 23. factus nempe κλινικὸς, quod in lentam tabem optime convenit, ut erudite monet *Salmaſius* pag. 201. confer *Scaligerum* ad Euſeb. pag. 218. a. & *Dionem* infra pag. 797. § 151.

§ 140. (l. 38.) *ἀποκτανεῖν ἑαυτὸν*] Vide p. 797. C. D.

A.U.C.888 Pompejano & Attiliano COSS. & ſeqq.

miſerum ſit cupientem mori, non poſſe. Hunc Servianum ipſe Hadrianus principatu dignum exiſtimaverat. Nam quum in convivio petiiſſet ab amicis, ut decem ſibi viros dignos principatu nominarent, paulum ſemet deinde inhibens, “ Novem, „ inquit, “ ex vobis audire cupio: ego enim unum, nempe Servianum, habeo. „

18. Fuere autem illis temporibus alii quoque optimi viri, quorum celeberrimi erant Turbo & Similis, qui & ſtatuis honorati fuere. Turbo, vir rei militaris peritiſſimus, præfectus prætorio fuit; nihilque in eo munere unquam molliter facere aut inſolenter eſt viſus. Vivebat enim tanquam unus e multis, quamvis totum diem moraretur cum principe, eumque ſæpe adiret ante mediam noctem, quando cæteri dormire inciperent. Quam ob rem Cornelius etiam Fronto, qui cauſis agendis inter ejus ætatis Romanos primas ferebat, quum aliquando veſpere profundo a cœna domum rediret, ac intellexiſſet a quodam, cui patrocinium promiſerat, Hadrianum jus dicere; habitu cœnatorio, quo tunc utebatur, ad tribunal ejus acceſſit, eumque ſalutavit, non matutina voce, “ Salve, „ ſed veſpertina, “ Vale, „ uſus. Turbo autem nunquam interdiu, ne ægrotus quidem, domi viſus eſt. Nam & Hadriano, conſulenti ſibi ut quieſceret, reſpondit: præfectum prætorio ſtantem mori oportere.

19. Similis vero, ut hunc ætate & honore anteibat, ita nemini viro principi (ut ego quidem arbitror)

[141] αὐτοῦ καὶ ἐπιστολή, αὐτὸ τοῦτ[illegible] ὅσον κακόν ἐστιν, ἐπιθυμοῦντά τινα [illegible] δύνασθαι. τὸν δὲ Σερουϊανὸν τοῦτον [illegible] [142] τῆς αὐταρχίας ἄξιον ἐνόμισεν εἶν[illegible] ποτὲ ἐν συμποσίῳ τοῖς φίλοις, ἵνα [illegible] δρας μοναρχεῖν δυναμένους ὀνομάσωσ[illegible] ἐπισχὼν, ἔφη ὅτι “ Ἐννέα δέομαι μ[illegible] “ ἕνα, τουτέστι Σερουϊανὸν, ἔχω. „

Γεγόνασι δὲ καὶ ἄλλοι τότε ἄρισ[illegible] ἐπιφανέστατοι [143] Τούρβων τε καὶ Σιμίλις ἦσαν, οἳ καὶ [c] ἀνδριάσιν ἐτιμήθησαν. Τούρβων μὲν, στρατηγικώτατος ἀνὴρ, ὃς καὶ ἔπαρχος γεγονὼς, εἶτ' οὖν ἄρχων τῶν δορυφόρων, οὔτε τι ἁβρὸν οὔτε τι ὑπερήφανον ἔπραξεν, ἀλλ' ὡς εἷς τῶν πολλῶν διεβίω. τά τε γὰρ ἄλλα καὶ τὴν ἡμέραν πᾶσαν πρὸς [d] τὸν βασιλέα διέτριβε, καὶ πολλάκις καὶ πρὸ 796 μέσων νυκτῶν πρὸς αὐτὸν ᾔει, ὅτε τινὲς τῶν ἄλλων καθεύδειν ἤρχοντο. ἀμέλει καὶ [144] Κορνήλιος Φρόντων, ὁ τὰ πρῶτα τῶν τότε Ῥωμαίων ἐν δίκαις φερόμενος, ἑσπέρας ποτὲ βαθείας ἀπὸ δείπνου οἴκαδε ἐπανιὼν, καὶ μαθὼν παρά τινος, ᾧ συνηγορήσειν ὑπέσχετο, [e] δικάζειν αὐτὸν, ἔν τε [145] τῇ στολῇ τῇ δειπνίτιδι, ὥσπερ εἶχεν, ἐς τὸ δικαστήριον αὐτοῦ ἐσῆλθε, καὶ ἠσπάσατο, οὔτι γε τῷ ἑωθινῷ προσρήματι, τῷ [146] Χαῖρε, ἀλλὰ τῷ ἑσπερινῷ, τῷ Ὑγίαινε, χρησάμενος. οἴκοι δὲ ὁ Τούρβων οὔποτε ἡμέρας, οὐδὲ νοσήσας, ὤφθη· ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν Ἀδριανὸν, συμβουλεύοντα αὐτῷ [f] ἀτρεμήσειν, εἶπεν, ὅτι [147] Τὸν ἔπαρχον ἑστῶτα ἀποθνήσκειν δεῖ. B

Ὁ δὲ δὴ Σίμιλις ἡλικίᾳ μὲν καὶ τάξει προήκων αὐτοῦ, ἐν τρόποις οὐδενὸς τῶν πάνυ, ὥς γε ἐγὼ νομίζω,

[b] ὁ Ἀδριανός. corrupti hic erant Xiphilini codices, in quibus ὁ Τραϊανός. verius Z. p. 590. D. Σευηριανὸς καὶ αὐτῷ τῷ Ἀδριανῷ ἄξιος τῆς αὐταρχίας νενόμισθο. vide § 142. [c] ἀνδριάσιν. ea eſt emendatio Sylburgii in indice, quam recipere non veritus ſum, cum vulgatum ἀνδρίας locum non habeat. [d] πρὸς τὸν βασιλέα. πρὸς τῷ βασιλέῳ, Peir. ſed illud confirmat Z. nec inſolens eſt Xiphilino βασιλέα vocare imperatorem, & ad eum refertur ſequens πρὸς αὐτὸν ᾔει. [e] δικάζειν αὐτὸν. ἤδη addit. Br. quod rei non convenit. [f] ἀτρεμήσειν. legitur quoque apud Z. cum aptius eſſe videatur ἀτρεμῆσαι, vel ἀτρεμίζειν. Sylb.

§ 141. (l. 39.) αὐτοῦ ἐπιστολή] Exclamaſſe id Hadrianum morientem, ait *Cedrenus* p. 250. A.

§ 142. (l. 42.) τῆς αὐταρχίας ἄξιον] Male hæc ad Trajanum relata erant. Trajanus non Servianum, ſed Neratium Priſcum volebat ſucceſſorem relinquere, teſte *Spartiano* cap. 4. contra Hadrianus Servianum. c. 23. Falſa igitur lectio vulgata erat, Trajanum loco Hadriani exhibens: quod licet nemo adhuc, quod ſciam, animadverterit, poterat non tantum ex Zonara, ſed & ipſo Dione colligi. Turbo enim & Similis ſub Hadriano præfecti prætorio fuerunt, infra § 148 ſq.

§ 143. (l. 48.) Τούρβων] Martius Livianus Turbo, de quo p. 786. § 195. & 203 p. 790. § 49. Ejus amicitia jam ſub Trajano uſus erat Hadrianus. *Spart.* c. 4. Eundem Mauritaniæ, hinc Pannoniæ infulis ornatum Daciæ præfecerat, titulo Ægyptiacæ præfecturæ: *Id.* c. 6. ſq. etiam loco Attiani præfectum prætorio conſtituerat: *Id.* c. 8. ſq. ſed ſub extremum graviter inſecutus eſt. *Id.* c. 15.

§ 144. (l. 56.) Κορνήλιος Φρόντων] Is credo eſt, cujus habemus de Differentiis Vocabulorum libellum: de quo libro, ipſoque Frontone adiſis *Fabricium* Bibl. Lat. Lib. IV. c. 7. n. 16. *Tillemontium* T. II. p. 589. ſq.

§ 145. (l. 61.) τῇ στολῇ τῇ δειπνίτιδι] *Spartianus* c. 22. *Hadrianus Senatores & equites Rom. ſemper in publico togatos eſſe juſſit, niſi ſi a cœna reverterentur.* Hinc de Cœnatoria *Martialis* XIV. 135.

Nec fora ſunt nobis; nec ſunt vadimonia nota:
Hic opus eſt pictis accubuiſſe toris.

Eam *Syntheſin* vocant veteres, eratque fere linea latior, qua ſe depoſitis ceteris veſtibus involvebant. Vide eam delineatam, ut puto, in ſene diſcubituro apud *Urſinum* ad Ciacconii Triclinium p. 116. ſq. & confer *Octav. Ferrarium* de Re Veſt. I. 30. ſq. Tom. VI. Theſ. Græv. p. 671. ſq. & in analectis cap. 23. p. 1096. Dubito igitur, an ſatis cauſæ fuerit *Pet. Fabro* Semeſtr. I. 15. p. 89. ut de veſte muliebri exponeret.

§ 146. (l. 63.) χαῖρε — ὑγίαινε] Diligentiſſime ergo Frontinus proprietatem & differentiam vocabulorum, de qua ipſe commentatus eſt, obſervavit. *Suetonius* Galba c. 4, 9. *ut liberti ſervique bis die frequentes adeſſent, ac mane ſalvere, veſperi valere ſibi ſinguli dicerent.* Matutinum *ave* quoque eſt Latinis. *Martial.* I. 56. 6. & veſpertinum Græcis etiam ἔῤῥωσο, ut Caſaubonus ad Spart. l. c. monuit. *Lucianus* ὑπὲρ τοῦ ἐν τῇ προσαγορεύσει πταίσματος ad Æſculapium T. I. p. 724. ſe excuſat: ὡς ἀφικόμενος παρά σε, ὡς προσείποιμι τὸ ἑωθινὸν, δέον τὴν συνήθη ταύτην φωνὴν ἀφεῖναι, καὶ χαίρειν κελεύειν ἐγὼ δ' ὁ χρυσοῦς ἐπιλαθόμενος ὑγιαίνειν σε ἠξίουν ubi tamen errorem ſuum utcunque defendit, & idem ante prælium ad Iſſum Hephæſtioni accidiſſe refert c. 8. p. 734. ut veniens mane ad Alexandrum diceret, ὑγίαινε βασιλεῦ, καιρὸς ἤδη παρατάττεσθαι, quod Alexander, ceteris perturbatis, in bonum omen traxerit. Confer *Thomam Magiſtrum* in χαίρειν, & de Latinis formulis *Briſſonium* lib. VIII. ſub extremum pag. 747. Eædem formulæ in adventu & abitu. Nero ad matrem abeuntem: ἔῤῥωσό μοι καὶ ὑγίαινε. *Dio* p. 695. D. unde *Artemidorus* cap. 85. negat bonum ſignum eſſe, ſi quis dicat audiatve ἔῤῥωσο καὶ ὑγίαινε, quod id dicant ἀπαλλαττόμενοι ἀλλήλων, καὶ πρὸς ὕπνον τρεπόμενοι. Hinc explicanda amphibolia Auguſti apud *Plutarchum* περὶ ἀδολεσχίας pag. 508. A. [illegible] neutiquam aſſecutus eſt. Auguſtus enim, cum [illegible] ſuo arcanum uxori proditum intellexiſſet, veni[illegible] tatum trito χαῖρε Καῖσαρ, reſpondet ὑγίαινε [illegible] imperite verſum: *Auguſtus contra: Sanam* [illegible] Reddendum erat: *Vale Fulvi.* Germanice di[illegible] gute Nacht. Errat vero & Plutarchus, *Fulvi*[illegible] *Fabium* dicere debebat, ut obſervamus ex [illegible] 5, 3. Sed hunc Plutarchi ejusque interpretis [illegible] ea jam notatum eſſe a *Jo. Rualdo* Animad[illegible] Plutarchum.

§ 147. (l. 67.) τὸν ἔπαρχον ἑστῶτα] Imita[illegible] ctum. p. 753. B.

μίζω, δεύτερος ἦν. ἔξεστι δὲ καὶ ἐξ ὀλιγοστῶν τεκμήρασθαι. τῷ τε γὰρ Τραϊανῷ, ἑκατοντάρχοῦντα αὐτὸν ἐσκαλέσαντί ποτε εἴσω [148] πρὸ τῶν ἐπάρχων, ἔφη· "Αἰσχρόν ἐστι, Καῖσαρ, ἑκατοντάρχῳ "σε, τῶν ἐπάρχων ἔξω ἑστηκότων, διαλέγεσθαι." καὶ [149] τὴν τῶν δορυφόρων ἀρχὴν [h] ἄκων τότε ἔλαβε, καὶ λαβὼν ἐξίστατο· μόλις τε ἀφεθεὶς, ἐν
C ἀγρῷ ἥσυχος ἑπτὰ ἔτη τὰ λοιπὰ τοῦ βίου διήγαγε, καὶ ἐπί γε τὸ μνῆμα [i] αὐτοῦ τοῦτο ἐπέγραψεν ὅτι, "Σίμιλις [k] μὲν ἐνταῦθα κεῖται, "βιοὺς μὲν ἔτη τόσα, [150] ζήσας δὲ ἔτη "ἑπτά."

Ἀδριανὸς δὲ [151] φθόῃ τε ἐκ τῆς πολλῆς τοῦ αἵματος ῥύσεως ἐχρῆτο, καὶ ἀπ' αὐτῆς καὶ ὑδρωπίασεν. ἐπεὶ δὲ συνέβη τὸν Λούκιον τὸν Κόμμοδον [152] ἐξαίφνης ἐγκαταλειφθῆναι ὑπὸ τοῦ αἵματος πολλοῦ τε καὶ ἀθρόου ἐκπεσόντος, συνεκάλεσε τοὺς πρώτους καὶ ἀξιολόγους τῶν βουλευτῶν οἴκαδε· καὶ κατακείμενος εἶπεν αὐτοῖς τάδε· "Ἐμοί,
D "ὦ ἄνδρες φίλοι, γόνον μὲν οὐκ ἔδωκεν ἡ φύσις "ποιήσασθαι, νόμῳ δὲ ὑμεῖς ἐδώκατε. [153] διαφέρει δὲ τοῦτο ἐκείνου, ὅτι τὸ μὲν γεννώμενον, "ὁποῖον ἂν δόξῃ τῷ δαιμονίῳ, γίγνεται· τὸ δὲ δὴ "ποιούμενον, αὐθαίρετόν τις αὐτὸς ἑαυτῷ προστίθεται· ὥστε παρὰ μὲν τῆς φύσεως ἀνάπηρον "καὶ ἄφρονα πολλάκις δίδοσθαί τινι, παρὰ δὲ τῆς "κρίσεως καὶ ἀρτιμελῆ καὶ ἀρτίνουν πάντως αἱρεῖσθαι. καὶ διὰ τοῦτο πρότερον μὲν τὸν Λούκιον ἐξ ἁπάντων ἐξελεξάμην, οἷον [l] οὐδ' ἂν "εὔξασθαι παῖδα ἠδυνήθην. ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνον τὸ
E "δαιμόνιον ἡμῶν ἀφείλετο, εὗρον ἀντ' ἐκείνου αὐτοκράτορα ὑμῖν, ὃν δίδωμι, εὐγενῆ, πρᾶον, [m] εὐεικτον,

arbitror) moribus & virtute ſecundus erat: idque licet ex re perexigua cognoſcere. Nam quum centurio eſſet, eumque Trajanus ante præfectos intro advocaviſſet; "Turpe," inquit, "eſt, Cæſar, cum centurione te, foris ſtantibus præfectis, colloqui." Idem prætorianorum præfecturam ſub Hadriano invitus accepit, & acceptam depoſuit, ac vix tandem dimiſſus, ruri reliquos ſeptem vitæ annos exegit, ſuoque ſepulchro moriens inſcribi juſſit hæc verba: "Hic jacet Similis, cujus ætas [tot] annorum fuit, ipſe ſeptem duntaxat annos vixit." A.U.C. 888 Pompejano & Attiliano COSS. & ſeqq.

20. Hadrianus autem ingenti effuſione ſanguinis contabuit, atque ob eam cauſam aqua etiam intercute laboravit. Itaque poſtquam accidit Lucium Commodum magna quoque effuſione ſanguinis una erumpentis, ſubito exſtingui, domum convocavit principes & ſpectatiſſimos ſenatorii ordinis, iiſque decumbens in lecto ait: "Mihi quidem, cariſſimi viri, natura filium non dedit, vos vero lege dediſtis. Id vero differt hoc ab illo, quod quidquid gignitur, tale naſcitur, quale viſum deo fuerit: quod autem adoptatur, id delectu proprio ſibi quis adſciſcit. Quo fit, ut a natura ſæpenumero mancus & inſanus alicui detur; a judicio, tum membris integer, tum mente ſanus omnino deligatur. Quamobrem ego antea Lucium Commodum unum ex omnibus delegeram, qualem ne quidem mihi optare potui filium. Sed quum Deus cum nobis eripuerit, alterum pro illo vobis imperatorem inveni; eumque vobis A.U.C. 891 Camerino & Nigro COSS.

g προήκων αὐτῶν, vulgo. προήκων αὐτοῦ, Z. rectius ad ſolum Turbonem referens. h ἄκων τότε. ἄκων τε, Coiſl. Br.
i μνῆμα αὐτοῦ τοῦτο ἐπέγραψεν, ſic Sylb. HS. edit. maj. & L. αὐτῷ, RS. & HS. edit. min. ſi αὐτοῦ retineatur, legendum ἐπέγραψαν, ſed altera lectio magis placet, inquit Steph. Sylb. k μέν. omittitur a Z. quod ſane rectius abeſt, vel Dionis eſſe cenſendum. mox pro ἔτη τόσα, Leunclavius Conſtantinopoli monitum ſe ſcribit a doctiſſimo Theodoſio Zygomala, in antiquis libris Cedreni (qui hæc Dionis verba recitat T. I. p. 249. D.) reperiri ἔτη ο΄. cumque & Zonaras τόσα habeat, hoc vitium ſimul ex tribus hiſtoricis tolli poſſe. id ſane probabilius, quam cum apud Joannem Gazenſem, quem MS. habebat Salmaſius, hæc inſcriptio ἜΤΗ Ν̄. *annos* tantum *quinquaginta* exhibet, ut teſtatur Salm. ad Spartianum. cap. 9. Similin etiam Σιμίλιον vocari apud Jo. Gazenſem, docet ibid. apud Cedrenum eſt Σίμμηλος. l οὐδ' ἂν εὔξασθαι. particulam ἂν ex Pal. exhibet primum Sylb. hinc & HS. & L. mox ἠδυνήθην ἐμαυτῷ γενέσθαι, Br. & Coiſl. & ἐκεῖνο τὸ δαιμόνιον ἡμῶν &c. verba ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνον, deſiderantur apud RS. & HS. edit. min. addita ex Pal. pro ἡμῶν, RS. & HS. habent ὑμῶν.
m εὐεικτον. id ſcriptum fuiſſe pro vulgato εὔεικτον, arbitratur HS. recte ſane, nam ita & Z. cujus ex auctoritate iſtam lectionem recepi. mox μήθ' ex RS. revocavi. ceteri μήδ'.

§ 148. (l. 73.) πρὸ τῶν ἐπάρχων] Præfectorum ut ſub Imperatoribus ſumma poſt ipſos dignitas & poteſtas erat, ita illi primi ad Imperatorem admitti ſolebant. Unde indicium ſingularis amoris Marci Antonini erga Junium Ruſticum merito reputat *Capitolinus* c. 3. quod ei ſemper ante præfectos oſculum dederit. Ceterum, cum mox Dio iterum dicat τῶν ἐπάρχων ἔξω ἑστηκότων, apparet ſane, duos eum præfectos prætorio tum fuiſſe indicare: quemadmodum & *Spartianus* c. 8. Attianum & Similin, hinc Turbonem & Septicium Clarum una præfectos fuiſſe ſub Hadriano, innuit; & c. 24. ſub fin. ſcribit: *ingreſſis ad ſe præfectis & filio.* Præter rem igitur negat Vir ſummus *Salmaſius* ad Spart. p. 77. poſſe ex Dione aut Spartiano colligi, duos illa tempeſtate fuiſſe præfectos. confer quæ attuli p. 766. § 91. Similin in inſcriptione arulæ inveniſſe ſibi viſus eſt *Fabrettus* Inſcr. p. 75. ſq.

§ 149. (l. 76.) τὴν δορυφόρων ἀρχὴν ἄκων τότε ἔλαβε] Id ſi de Trajani ætate intelligeretur, falſum eſſet. Nam *Joannes Gazenſis* apud Salmaſ. ad Spart. Hadr. p. 77. diſerte: Ἀδριανὸς Σιμίλιον — ἠνάγκασε τὴν ἀρχὴν τῶν δορυφόρων παραλαβεῖν. Explicandum igitur τότε de ætate Hadriani, ſicut diſtinctius feci in verſione. Zonaras p. 591. B. poſtquam ſuperiora ſub Trajano narraſſet, εἶτα, inquit, τῆς τῶν δορυφόρων ἀρχῆς ἄκων ἠξιώθη, nempe poſt Trajani ætatem. De dimiſſione ejus aliter *Spartianus* c. 8. *Quum Tatiano* (leg. Attiano) *ſucceſſorem dare non poſſet, quia non petebat, id egit ut peteret: atque ubi primum petiit, in Turbonem tranſtulit poteſtatem: quum quidem etiam Simili, alteri præfecto, Septitium Clarum ſucceſſorem dedit. Summotis his a præfectura quibus debebat imperium, Campaniam petit.*

§ 150. (l. 81.) ζήσας δὲ ἔτη ἑπτά] Nempe ut *Menander* apud Stobæum T. II. tit. 108.

Μικρόν τι τοῦ βίου καὶ στενὸν ζῶμεν χρόνον.

Exigua pars eſt vitæ quam nos vivimus:

ut *Seneca* idem expreſſit c. 2. de Brev. Vitæ. Vide plura hanc in rem collecta apud Eruditiſſimum *Gatakerum* de ſtilo N. T. c. 11. Opp. p. 76. Sic & interpretor epigramma, quod inter Lucianea legitur. T. III. p. 679. ἔτη τόσα, quod præcedit, poſſit a Dione eſſe, qui forte numerum annorum non habebat in promtu. vide p. 12. B. ipſum tamen Similin haud definire voluiſſe numerum, non aſſentior Fabretto.

§ 151. (l. 83.) φθόῃ] Vide ſupra § 139.

§ 152. (l. 86.) ἐξαίφνης ἐγκαταλειφθῆναι] *Spartianus* c. 24. *Per ſomnum periit, ipſis Calendis Januariis. Quare ab Adriano votorum cauſa lugeri eſt vetitum.* Vide *eund.* in Aelio Vero c. 3. ſq. Mortem Aelii incidere vulgo putant in A. U. C. 890. adeoque in ipſas hujus anni Calendas. Sed exſtant inſcriptiones apud *Gruterum* CCLII. 2. & MIX. 6. quarum illa Hadriani annum TR. P. XXI. oſtendit, qui incipiebat poſt d. VI. Id. Aug. A. U. C. 890. altera diſerte KAL. JUL. habet. Quare jam *Noriſius* mortem Aelii Veri rejecit ad Kal. Jan. A. U. C. 891. itemque *Tillemont* T. II. pag. 448. & 981. ſq. quod etiam ex numorum, quibus COS. II. inſcribitur, copia probari poſſit, judice Mediobarbo. p. 189. Addo, mortem ejus paulo ante Hadriani ipſius obitum & alteram adoptionem § 155. accidiſſe.

§ 153. (l. 91.) διαφέρει δὲ τοῦτο ἐκείνου] Lege hanc in rem *Plinium* Paneg. c. 7. *Tacitum* Hiſt. I. 16, 3.

A.U.C.891 Camerino & Nigro COSS.

bis do, nobilem, mitem, manſuetum, prudentem, qui nihil temere propter juventutem, nihil propter ſenectutem negligenter poteſt facere: qui & inſtitutus eſt ex præſcripto legum, & magiſtratus geſſit ex more majorum; ut neque ea, quæ ad imperium ſpectant, ignoret, & iis omnibus recte uti poſſit. Dico autem hunc Aurelium Antoninum; quem etſi intelligo difficillime negotiis implicari, abeſſeque longiſſime ab hac imperandi cupiditate, tamen non diffido curam habiturum mei veſtrique, & principatum vel invitum recepturum. „

“ εικτον, Φρόνιμον, μήθ' ὑπὸ [illegible] “ μήθ' ὑπὸ γήρως ἀμελὲς πο[illegible] “ ἡγμένον κατὰ τοὺς νόμους, [illegible] “ τὰ πάτρια, ὥϛε μήτε τι [illegible] “ ἀρχὴν Φερόντων, καὶ πᾶσιν [illegible] “ ϑαι χρήσαϑαι. λέγω δὲ [illegible] “ νῖνον τουτονί· ὃν εἰ καὶ τὰ μ[illegible] “ μονώτατόν τε ἀνδρῶν ὄντα, “ [illegible] “ της ἐπιθυμίας καθεϛηκότα [illegible] “ καὶ ἀφροντιϛήσειν οἴομαι ὅ[illegible] “ μῶν, ἀλλὰ καὶ ἄκοντα τη[illegible] “ ϑαι. „

21. Ita Antoninus Imperator factus eſt, qui quum liberos mares non haberet; Commodum, Commodi filium, ac Marcum inſuper Annium Verum ipſi adoptandos dedit: quod vellet in longius tempus futuros principes deſignare. Erat vero hic Marcus Annius, qui Catilius ante appellabatur, nepos Annii Veri, qui tertium conſul, ac præfectus urbi fuerat: ac juſſit quidem Hadrianus, ut ambos Antoninus adoptaret: at nihilominus alteri Verum prætulit, quum propter illius propinquitatem cum eo, tum propter ætatem, quodque jam indolem animi robuſtiſſimam oſtenderet: unde ad Romanæ vocis ſenſum facete alludens, etiam Veriſſimum nominabat.

22.Interim

Οὕτω μὲν ὁ Ἀντωνῖνος [155] αὐτοκράτωρ ἐγένετο. ἐπεὶ δὲ ἦν [156] ἄπαις ἀῤῥένων παίδων, τόν τε [157] Κομμόδου υἱὸν Κόμμοδον [158] εἰσεποίησεν [o] αὐτῷ, καὶ ἔτι πρὸς τούτῳ Μάρκον [p] Ἄννιον Βῆρον, βουληθεὶς ἐπιπλεῖϛον καὶ τοὺς μετὰ ταῦτα αὐταρχήσοντας ἀποδεῖξαι. ἦν δὲ οὗτος ὁ Ἄννιος Μάρκος, [159] ὁ Κατίλιος πρότερον ὀνομαζόμενος, [160] Ἀννίου Βήρου, τοῦ τρὶς ὑπατεύσαντος καὶ [q] πολιαρχήσαντος, ἔγγονος. καὶ ἀμφοτέρους μὲν εἰσποιήσασθαι τῷ Ἀντωνίνῳ ἐκέλευε, [161] προετίμησε δὲ τὸν Βῆρον διά τε τὴν συγγένειαν αὐτοῦ, καὶ διὰ τὴν ἡλικίαν, καὶ ὅτι φύσιν ψυχῆς ἐῤῥωμενεϛάτην ἤδη ὑπέφαινεν· ἀφ' οὗ [r] καὶ [162] Οὐηρίσσιμον αὐτὸν, πρὸς τὴν τοῦ [s] Ῥωμαϊκοῦ ῥήματος ἔννοιαν κομψευόμενος, ἀπεκάλει.

Ἀδριανὸς

B

n καὶ πόῤῥω τοιαύτης ἐπιθυμίας καθεϛηκότα. hæc deſunt in Coisl. o εἰσεποίησεν αὐτῷ. ita RS. recte. ceteri αὑτῷ. ſed αὐτῷ cum Br. legendum eſſe, ut Hadrianus intelligatur ab Antonino adoptari curaſſe Commodum & Verum, vidit Tillemontius, Hiſtoire des Empereurs, T. II, p. 1017. & ſane non tantum paulo infra Xiph. explicat, εἰσποιήσασθαι τῷ Ἀντωνίνῳ ἐκέλευε, ſed & Zonaras diſertius hæc ipſa enarrat: Ἀδριανὸς, ἐπεὶ ἄῤῥενος ὁ Ἀντωνῖνος ἠμοίρει γονῆς, τὸν Κομμόδου υἱὸν Κόμμοδον αὐτῷ εἰσεποίησε. p M. Ἀντωνῖνον Βῆρον, vulgo. Ἄννιον, Z. & Pal. qui codex mox δ' Ἄννιος Μάρκος, ut vera ſcriptura ſit, Ἄννιον, Ἄννιος, ſicut mox Ἀννίου Βήρου ἔγγονος in eodem Pal. appellatur, & apud Spartianum. Sylb. Ἄννιον, Ἄννιος, ſcribit Br. q χιλιαρχήσαντος ἔγγονος, vulgo. ἔκγονος, L. ad marg. quia vero præfectum Urbi vocat Capitolinus in Marco c. 1. pro χιλιαρχήσαντος, πολιαρχήσαντος ſcribendum eſſe recte ſuſpicatur Caſaub. ad Capitolin. l. c. mox pro Ἀντωνίνῳ, Ἀντωνίῳ, RS. & HS. edit. min. rurſus συγγένειαν αὐτοῦ, RS. ceteri αὑτοῦ. r καὶ Οὐηρίσσιμον, vulgo. καὶ abeſt a Pal. Οὐηρίσσιμον, cum Br. rectius ſcribi, docebit Spanh. T. II. de U. N. p. 340. s Ῥωμαϊκοῦ. Ἑλληνικοῦ, Pal. (Br. Coisl.) præpoſtere. Sylb.

§ 154. (l. 8.) Αὐρήλιον Ἀντωνῖνον] Varie ſcribitur ejus nomen apud Spartianum, Capitolinum, Eutropium, Victorem. Verum eſt, *T. Aurelius Fulvus* (*Fulvius* male apud *Capitolinum* c. 1.) a patre Aurelio Fulvo, cui a matre Arria Fadilla, ſeu avo potius materno Arrio Antonino, aut avia materna Bojonia Procilla, addi interdum videas unum aut plura cognomina *Arrii*, *Bojonii*, *Antonini*. Confer de majoribus & cognatione ejus *Tillemont*. T. II. p. 533. ſq. & de nominibus ejus *Vignolium* de Col. Antonini c. 6. Poſt adoptionem *T. Aelius Hadrianus Antoninus Pius* eſt dictus. Ita in inſcriptione *Ge. Wheleri* Itiner. T. I. p. 265. & alibi. Natus eſt XIII. Kal. Octobr. (19. Sept. ſic & Vetus Kalendarium apud Lambecium Bibl. Vindob. P. IV. lib. V. p. 285.) A. U. C. 839. Chr. 86. in villa Lanuvina. (Unde Inſcriptio Senatus & Populi Lanuvini Antonino poſita, apud *Begerum* Spicil. p. 102.) Conſul fuit cum Catilio Severo A. U. C. 873. & ab Hadriano inter IV. Conſulares Italiæ regundæ electus eſt. vide *Capitolinum* in Pio c. 1. 2. Fuit & Proconſul Aſiæ. *Id.* c. 3. & *Philoſtr.* Sophiſt. l. 25. § 3. p. 553. ſq. Ubique lenem ſe, ſanctum & gravem geſſit: frequens in conſiliis Hadriani, eique charus. *Capitolin.* l. c. Conſul nunc deſignatus II. ut apparet ex numis apud *Mediobarbum* p. 190. ſq.

§ 155. (l. 15.) αὐτοκράτωρ ἐγένετο] Jure adoptionis, quæ facta eſt V. Kal. Mart. ſeu d. 25. Febr. A. U. C. 891. Chr. 138. *factusque eſt patri & in imperio proconſulari & in tribunitia poteſtate collega. Capitolin.* c. 4. Vide & *Noriſium* de Votis Decenn. p. 85. 88. & in epiſt. Conſul. it. *Tillemont* T. II. p. 449. & 984. & *Dionem* p. 798. E. ſq. & ſupra § 152.

§ 156. (l. 16.) ἄπαις ἀῤῥένων παίδων] Habuit ceteroquin ex Annia Fauſtina, Annii Veri filia, cujus nimiam libertatem & vivendi facilitatem una cum animi ſui dolore compreſſit, filios mares duos, duas feminas, & per has generos Lamiam Syllanum & M. Antoninum. *Capitolin.* 1. 3. Unius ex filiolis, M. Galerii Antonini, qui poſtea imperante jam Pio natus videtur, memoriam, hiſtoricis licet ſilentibus, ſervatam habemus in numis Græcis, apud Mediobarbum p. 207. *Triſtan.* I. 614. *Patin.* Imp. Rom. ær. med. p. 186. *Jobert* Science des Med. V. Inſtruction Tab. VI. n. 3. quorum altera facies, ΘΕΑ. ΦΑΥϹΤΕΙΝΑ. oſtendit, eos poſt obitum Fauſtinæ, qui tertio imperii anno contigit, ut docet *Capitolinus* c. 6. cuſos eſſe. vide & *Zonaram* p. 591. C.

§ 157. (l. 17.) Κομμόδου υἱὸν Κόμμοδον] Commodi illius, qui antea ab Hadriano adoptatus fuerat § 135. filium intelligit. vide *Capitolinum* in Pio. c. 4. Filii nomen *L. Cejonius Aelius Commodus Verus Antoninus, qui ex Adriani voluntate Aelius appellatus eſt, ex Antonini conjunctione Verus & Antoninus. Id.* in Vero c. 1. L. Aurelius Verus Cæſar ſcribitur in numis. *Annium Verum* vocat *Spartianus* in Hadr. c. 24. & *Eutropius* VIII. 5, 2. Sed Annius nunquam vocatus eſt, ut monuit *Salmaſius* ad Spart. p. 237. Apud *Zonaram* p. 591. C. lacuna eſt: τὸν Κομμόδου υἱὸν Κόμμοδον αὐτῷ εἰσεποίησε, καὶ Μάρκον Ἄννιον Βῆρον ὀνόματι, ὃς Κατίλιος ὠνόμαστο πρότερον. Falſiſſimum enim, Commodo id nomen fuiſſe. Legendum ex Dione: καὶ Μάρκον Ἄννιον Βῆρον (repete ex antecedentibus εἰσεποίησε) ὃν καὶ Βηρίσσιμον ὠνόμασεν.

§ 158. (l. 17.) εἰσεποίησεν αὐτῷ] Eadem die 25. Febr. A. U. C. 891. vide *Tillemont.* T. II. p. 1016. ſqq. *Capitolinus* in Pio c. 4. *Adoptionis lex hujuſmodi data eſt: ut quemadmodum Antoninus ab Adriano adoptabatur, ita ſibi ille adoptaret M. Antoninum fratris uxoris ſuæ filium & L. Verum &c.* Sic de Tiberio *Suetonius* c. 15. 2. *Cajo & Lucio intra triennium defunctis, adoptatur ab Auguſto ſimul cum fratre eorum M. Agrippa, coactus prius ipſe Germanicum fratris ſui filium adoptare.* quod *Dio* p. 557. A. ſic effert: τὸν Γερμανικὸν ἐκ τῶν ἀδελφιδῶν, καίτοι καὶ αὐτῷ υἱὸν ἔχοντ[illegible] *ſius Germanicum Tiberio adoptandum d*[illegible] us, *coegit Tiberium, adoptare Germanic*[illegible] dictis ad Varias Lectiones, dubium eſ[illegible] αὐτῷ revocatum ex Rob. edit. pro αὑτῷ, [illegible] εἰσεποίησεν αὐτῷ (ſcil. Ἀντωνίνῳ) τὸν Κομ[illegible] Verum a Marco rurſus adoptatum, Marc[illegible] *Capitolinus* in Marco c. 5. *Spartianum* Ve[illegible] epiſtola (ſi genuina eſt) ad Marcum, ap[illegible] c. 1. illi aut ſibi & veritati minus conſt[illegible] tantum Marcum Veri patrem, Pium [illegible] vide *Capitolin.* Marco c. 7. Nam e[illegible]

C Ἀδριανὸς δὲ [163] μαγγανείαις μέν τισι καὶ γοητείαις ἐκενοῦτό ποτε τοῦ ὑγροῦ, πάλιν δ' αὐτοῦ διατάχους ἐπίμπλατο. ἐπεὶ δ' οὖν [164] πρὸς τὸ χεῖρον ἀεὶ ἐπεδίδου, καὶ καθ' ἑκάστην τρόπον τινὰ ἡμέραν ἀπώλλυτο, [165] ἀποθανεῖν ἐπεθύμησε· καὶ ᾔτει μὲν πολλάκις [166] καὶ φάρμακον καὶ ξίφος, ἐδίδου δὲ οὐδείς. ὡς δ' οὖν οὐδεὶς αὐτῷ, καίτοι χρήματα καὶ ἄδειαν ὑπισχνουμένῳ, ὑπήκουε, μετεπέμψατο Μάστορα ἄνδρα βάρβαρον Ἰάζυγα, ᾧ αἰχμαλώτῳ γενομένῳ, πρὸς τὰς θήρας, διά τε ἰσχὺν καὶ δι' εὐτολμίαν, ἐκέχρητο· D καὶ τὰ μὲν, ἀπειλῶν αὐτῷ, τὰ δὲ, ὑπισχνούμενος, ἠνάγκασεν αὐτὸν ἐπαγγείλασθαι τὴν σφαγήν. καί τι καὶ χωρίον ὑπὸ τὸν μαστὸν, [167] πρὸς ᵗ Ἑρμογένους τοῦ ἰατροῦ ἀποδειχθὲν, χρώματί τινι περιέγραψεν, ὅπως κατ' αὐτὸ πληγεὶς καιρίαν, ἀλύπως τελευτήσῃ. ἐπεὶ δ' οὐδὲ τοῦτο αὐτῷ προεχώρησεν, (ὁ γὰρ Μάστωρ, φοβηθεὶς τὸ πρᾶγμα, καὶ ἐκπλαγεὶς, ὑπεχώρησε) πολλὰ μὲν ἑαυτὸν ἐπὶ τῇ νόσῳ ὠδύρατο, πολλὰ δὲ καὶ ἐπὶ τῇ οὐκ ἐξουσίᾳ, ὅτι μὴ οἷός τ' ἦν ἑαυτὸν ἀναχρήσασθαι, καίτοι E [168] τοὺς ἄλλους ἔτι καὶ τότε δυνάμενος. καὶ τέλος τῆς τε ἀκριβείας τῆς κατὰ τὴν δίαιταν ἀπέσχετο, καὶ ταῖς μὴ προσηκούσαις ἐδωδαῖς καὶ ποτοῖς χρώμενος, ἐτελεύτησε, λέγων καὶ βοῶν τὸ

22. Interim Hadrianus aquam intercutem exhauſit quidem magicis artibus & præſtigiis, ſed ea mox iterum repletus eſt. Quumque magis magisque in pejus vergeret valetudo, atque ipſe mortem quodammodo quotidie obiret; vehementer cupiebat e vita diſcedere, poſtulabatque ſæpenumero venenum, aut gladium, quæ tamen a nemine impetrabat. Itaque poſtquam ei, licet pecuniam & impunitatem polliceuti, nemo pareret; vocari jubet Maſtorem, hominem barbarum, Jazygem natione, quo capto in bello, ad venationes, propter ejus vires & audaciam, uſus fuerat; eumque partim minis, partim pollicitationibus cogit, ut ipſi ſe promitteret necem allaturum. Deinde ei locum ſub mamma, ab Hermogene medico commonſtratum, colore quodam circumſcripſit, ut illo ipſo loco letaliter vulneratus, minore ſuo dolore moreretur. Quum ne hoc quidem ſucceſſiſſet, (nam Maſtor timore rei perterritus aufugit) otum vero multum lamentari cœpit, non ſolum morbi cauſa, ſed etiam, quod non poſſet mortem ſibi conſciſcere, quam adhuc aliis afferre poſſet. Tandem accurata diætæ obſervatione abſtinuit, & eſculentis potulentisque non convenientibus utens, vivendi finem fecit; moriensque

A.U.C. 891 Camerino & Nigro Coss.

ᵗ Ἑρμογένους. Ἀρχιγένους alii. vide § 167. pro ſequenti ἀποδειχθὲν, in RS. Pal. & Coisl. eſt ὑποδειχθέν.

Verus fratres, οἱ θειότατοι ἀδελφοί, Divi Fratres, in Jure Romano vocantur: uterque filius Pii, ſecundum *Spartian.* in Severo c. 20. Verus in nummo, adoptionem ejus teſtante, AUG. PII. FILIUS. apud Mediob. p. 234. & ſic in Apolog. II. Juſtini. Opp. p. 53. confer *Spanhem.* ad Juliani Orat. I. p. 47. ſq. Hadrianus, utriusque avus; ut in epiſtola Marci ad Verum, apud *Vulcatium* in Caſſio c. 2. *quid, avus tuus Adrianus dixerit.* Quanquam Verus & alia ratione Hadrianum avum agnoſcebat, quia filius erat Aelii Veri, quem Hadrianus antea adoptaverat. Ceterum *Spartianus* in Aelio Vero c. 6. ait, ab Hadriano conditionem additam, ut Antoninus Pius *filiam ſuam Vero, non Marco, daret:* ſed contra factum eſt, & filia minor Annia Fauſtina Marco data. confer & *Capitolinum* in Vero c. 2. & in Marco c. 6.

§ 159. (l. 21.) *ὁ Κατίλλιος πρότερον*] A Catilio Severo, materno proavo, bis conſule & præfecto urbi, ut eſt apud *Capitolinum* in Marco c. 1. ad quem locum tamen, præter Caſauboni & Salmaſii annotationes, confer diſputata a Doctiſſimo *Petro Weſſelingio* Obſſ. Variar. I. 23.

§ 160. (l. 22.) *Ἀννίου Βήρου τοῦ τρὶς ὑπ.*] *Capitolino* l. c. *avus Annius Verus iterum conſul & præfectus urbi* vocatur. Bis conſulem teſtantur monumenta. Annium Verum Coſ. cum Neratio Priſco invenio l. 6. D. lib. XLVIII. tit. 8. ad Leg. Corn. de Sicariis: quem nihil obſtat hunc noſtrum fuiſſe, quia Neratius Priſcus ſub Trajano floruit. *Spart.* Adr. c. 4. Deinde cum Aur. Augurino (A. U. C. 874.) Conſulem fuiſſe docet inſcriptio ab Illuſtri Copero communicata cum *Almeloveenio*, qui eam produxit Faſt. præf. * * 4. Et tunc iterum Conſulem fuiſſe, quanquam id in inſcriptione non additur, tradit *Capitolinus* ſtatim, cum Marcum ait natum Romæ VI. Kal. Maji (26. Apr.) *avo ſuo iterum & Augure* (Augurino) *Coſſ.* Tertium Conſul a nonnullis ponitur hic Verus A. U. C. 879. cum Bibulo. vide *Capitolin.* in Pertinace c. 15. Sed Veſpronium Candidum Verum mavult *Noriſius* epiſt. conſ. pag. 443. Quicquid ſit de Conſulatu tertio, Præfectum urbi fuiſſe, certum eſt ex veteri lapide apud *Gruterum* CCCCXXXI. 9. Quare non temere *Caſaubono* in mentem venit, Xiphilinum forte ſcripſiſſe πολιαρχήσαντος. Quid enim magnum erat, poſt tertium Conſulatum memorare adhuc, quod tribunus militum fuerit? At præfecturam urbis geſſerunt Viri Conſulares. *Zonaras* tamen pariter legit χιλιαρχήσαντος.

§ 161. (l. 24.) *προετίμησε δὲ τὸν Βῆρον*] Ut prior ſuccederet, velut filius Antonini natu maximus. vide pag. 801. E. Nam Vero ætas puerilis obſtabat. *Capitolin.* Marco, c. 16.

§ 162. (l. 27.) *Ὀυηρίσσιμον*] Veriſſimum dictum eſſe, veteres plurimi tradidere. vide *Caſaubonum* ad Capitolin. p. 290. & *Spanhemium* T. II. Diſſ. XI. p. 340. Apud *Vaillant* in Urb. Græc. num. p. 58. ΒΗΡΙΣΣΙΜΟΣ ΚΑΙΣΑΡ. Sed & utrumque nomen Veri & Veriſſimi geſſiſſe, recte obſervat *P. Weſſeling* Obſſ. Var. I. 23. Quo minus audiendus *Paulus Voet* in notis ad Herodiani Marcum & Commodum pag. 38. qui Βηρίσσιμος diminutivum exiſtimans, ſic dictum Antoninum putat κομιδῇ νέον, poſtea autem Verum. Cæſar adhuc M. Ἀυρήλιος Ὀυῆρος ſcribitur in nummis apud *Spanhem.* ad Juliani Cæſ. p. 85. *Gruter.* CCC. 1. habuitque filium Annium Verum, de quo infra. Addo, *Galenum* annotaſſe περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων, Tom. IV. pag. 362. lin. 51. Marcum adſcito collega Imperii Lucio, ſibi Antonini nomen ſervaſſe, illum Verum vocaſſe. *τὸν μὲν ὕστερον ὀνομαζόμενον Λούκιον κοινωνὸν ἐποιήσατο, καλέσας Βῆρον, ἑαυτὸν δὲ μετωνόμασεν Ἀντωνῖνον.* vide & *Capitolinum* in Vero. c. 4.

§ 163. (l. 30.) *μαγγανείαις*] *Caſaubono & Salmaſio* ad Spart. c. 25. p. 209. videtur Dio reſpicere ea quæ monitu Oraculi mulier quædam & cœcus Hadriano præſtiterunt, unde Hadrianum febris reliquit; quamvis Marius Maximus hæc per ſimulationem facta eſſe commemoret.

§ 164. (l. 32.) *πρὸς τὸ χεῖρον ἀεὶ ἐπεδίδου*] *Spartianus* c. 25. *Poſt hoc Adrianus Bajas petiit, Antonino Romæ ad imperandum relicto: ubi quum nihil proficeret, accerſito Antonino, in conſpectu ejus apud ipſas Bajas periit die VI. Iduum Juliarum.* Apud Bajas mortuum ſcribit quoque *Capitolinus* in Marco c. 6. *Victor* Cæſ. XIV. 12. *Euſebius*, Chron. In Campania, inquit *Eutropius* VIII. 3, 8. Tabe confectum *Victor* l. c. morbo intercutis aquæ *Euſebius* & alter *Victor* Epit. XIV. 9. Nec ſunt hæc pugnantia. vide *Dionem* p. 796. C.

§ 165. (l. 34.) *ἀποθανεῖν ἐπεθύμησε*] Ex imprecatione Serviani p. 795. D.

§ 166. (l. 35.) *καὶ φάρμακον*] *Spart.* c. 24. *Vict.* Epit. XIV. 12.

§ 167. (l. 44.) *πρὸς Ἑρμογένους τοῦ ἰατροῦ*] Hermogenes varii, etiam Medici, laudantur a *Fabricio* Bibl. Gr. Vol. IV. p. 433. & Vol. XIII. p. 180. ſq. inter quos tamen vix quisquam eſt pro hoc noſtro habendus. Sed & fruſtra de Hermogene quodam eſſemus ſolliciti, ſi valeret conjectura *Hieronymi Mercurialis* Var. Lect. lib. I. cap. 5. pro *Hermogene* apud Xiphilinum legendum eſſe *Archigenem*. Verum ſine magna id cauſa & contra codicum conſenſum ac fidem fieri, merito judicat *Fabricius* l. c. quanquam idem *Jo. Henr. Meibomius* ad Jusjur. Hippocr. c. 14. § 31. ſecure ſatis, nulla tamen ratione addita, cenſuit.

§ 168. (l. 52.) *τοὺς ἄλλους ἔτι καὶ τότε δυν.*] Ita & fecit, pluresque juſſit occidi, quos Antoninus reſervavit, *Pius*, ut quidam exiſtimarunt, inde dictus, quod multos ſenatores Adriano jam ſævienti eripuiſſet. *Spart.* c. 24. ſq. *Capitolin.* Pio. c. 2. & 6. *Lamprid.* Elagab. c. 7.

A.U.C. 891 Camerino & Nigro COSS. & ſeqq.

riensque exclamavit illud pervulgatum: Turba medicorum Regem perdidit.

23. Vixit annos LXII. menſes V, dies XIX. regnavit annos XX. menſes XI. Sepultus eſt juxta ipſum flumen, ad pontem Ælium, ubi monumentum fecerat. Nam Auguſti Mauſoleum plenum erat, in quo nemo amplius ſepultus eſt. Hadrianus in odium quidem populi, [cui alioquin optime imperaverat,] venit, propter nefarias & indignas cædes, quas initio & ſub finem principatus fecit. Alioqui ad cædes proclivis minime erat, adeo quidem, ut quum eum aliquando nonnulli offendiſſent, ſatis eſſe duxerit, ſi de iis in patriam ipſorum ſcriberetur, illos ſibi non placere: tum quoties rei facti erant ii, qui liberos habebant, pœnam eorum minuebat pro numero liberorum. [Nihilominus ſenatus diutiſſime recuſavit divinos ei honores decernere: queſtus de nonnullis qui eo imperante inſolenter ſe geſſerant, & propterea honores adepti erant, quos quidem ſupplicio affici volebat.]

* * *

[Julius Fabius, cum molliciem filii ferre non poſſet, in fluvium ſe projicere conatus eſt.]

* * *

τὸ δημῶδες, ὅτι « [169] Πολλοὶ ἰατ[illegible] « ἀπώλεσαν. »

Ἔζησε δὲ ἔτη [170] δύο μὲν καὶ ἑξ[illegible] δὲ πέντε, καὶ ἡμέρας ἐννεακαίδεκα· κ[illegible] [171] ἔτη εἴκοσι καὶ μῆνας ἕνδεκα. [illegible] [172] πρὸς αὐτῷ τῷ ποταμῷ, πρὸς τῇ [illegible] λίῳ· ἐνταῦθα γὰρ τὸ μνῆμα κατ[illegible] γὰρ τοῦ Αὐγούστου ἐπεπλήρωτο, κα[illegible] ἐν αὐτῷ ἐτέθη. οὗτος [173] ἐμισήθη [illegible] τοῦ δήμου, καίτοι τἆλλα ἄριστα αὐτῶν ἄρξας,] διά τε τοὺς πρώτους καὶ τελευταίους φόνους, ἅτε ἀδίκως καὶ ἀνοσίως γενομένους· ἐπεὶ οὕτω γε ἥκιστα 798
φονικὸς ἐγένετο, ὥστε καὶ προσκρουσάντων αὐτῷ τινῶν, ἀρκοῦν νομίζειν τὸ ταῖς πατρίσιν αὐτῶν αὐτὸ τοῦτο γράψαι, ὅτι αὐτῷ οὐκ ἀρέσκουσιν. ʸ εἴ τέ τινα τῶν τέκνα ἐχόντων ὀφλῆσαι πάντως τι ἔδει, ἀλλ' οὖν [174] πρός γε τὸν ἀριθμὸν τῶν παίδων καὶ τὰς τιμωρίας αὐτῶν ἐπεκούφιζεν. ᶻ [οὐ μέντοι ἀλλ' ἡ γερουσία ἐπὶ πολὺ ἀντέσχε, τὰς τιμὰς μὴ ψηφίσασθαι ἐθέλουσα, καὶ αἰτιωμένη τινὰς τῶν ἐπ' αὐτοῦ πλεονασάντων, καὶ διὰ τοῦτο τιμηθέντων, οὓς καὶ κολασθῆναι ἔδει.]

* * *

[Ὅτι ὁ Φάβιος Ἰούλιος μὴ φέρων τὴν τοῦ υἱέως μαλακίαν, ῥῖψαι ἑαυτὸν εἰς τὸν ποταμὸν ἠθέλησεν.]

* * *

u βασιλέα. τὸν βασιλέα, Pal. malim βασιλέας, ut ſit Jambus proverbialis ab Adriano uſurpatus. Sylb. Harduinus ad Plin. XXIX. 1. ſuſpicatur reſpici verſum Menandri, cujus hæc fuerit ſententia πολλῶν ἰατρῶν εἴσοδός μ' ἀπώλεσεν. ſed in Menandri reliquiis nihil tale reperio. x ὑπὸ τοῦ δήμου &c. Exc. Peir. p. 714. ubi in ſequentibus omittitur ἅτε. y εἴ τέ τινα, ſic Coisl. & Exc. Peir. vulgo εἴ τινα, ſine conjunctione. Sylburgio cum conjunctione δὲ legendum videtur, εἰ δέ τινα. forte τινάς. z οὐ μέντοι &c. fragmentum hoc cum ſequenti, quod nexu caret, eſt ex Exc. Peir. p. 714. ſq.

§ 169. (l. 56.) πολλοὶ ἰατροὶ] Apud *Plinium* XXIX. 1. memoratur *infelicis cujusdam monumenti inſcriptio: Turba ſe medicorum periiſſe.* ubi Harduinus: Senarius eſt, ut putant, Menandri Comici:

πολλῶν ἰατρῶν εἴσοδός μ' ἀπώλεσεν.

Sed quo auctore Menandro hæc adſcribantur, quæro adhuc. δημῶδες, ſeu vulgati proverbii loco fuiſſe, tantum indicat Dio: nec obſtat, dum certiora reperiantur, quo minus ex illo monumento, cujus velut notiſſimi Plinius meminit, petitum credamus. Simile eſt illud apud *Eraſmum* p. 217. πολλοὶ στρατηγοὶ Καρίαν ἀπώλεσαν.

§ 170. (l. 58.) δύο καὶ ἑξήκοντα] Sic & *Victor* Epit. XIV. 12. *vixit annos ſexaginta duos. Spartianus* c. 26. *vixit annis LXXII. menſibus V. diebus XVII.* ubi ex ipſius Spartiani calculo, qui d. 24 Jan. A. U. C. 829. natum dixerat, & d. 10 Julii A. 891. mortuum, ut indicavimus p. 787. § 1. & ſupra § 164. ſcribendum eſſe *annis LXII.* vix dubitari poteſt: quanquam amplius *Chronicon Paſchale* ὢν ἐτῶν ξζ'. *Eutropius* laxius: VIII. 3, 8. *major ſexagenario.* & ſic *Hieronymus* in Chron. Euſeb. Calculus temporis imperii, quem Dio ponit, patitur ut mortem Hadriani, cum Spartiano, figamus in die 10. Jul. A. U. C. 891. ſed vitæ ſpatium apud Dionem videtur mortem ejus ad diem 12. Julii proferre. Sequi autem præſtat Spartianum, qui accurate ſibi conſtat.

§ 171. (l. 60) ἔτη εἴκοσι καὶ μῆνας ια.] *Zonaras* p. 591. D. ἐπὶ εἴκοσι καὶ ἕνα ἐνιαυτὸν, μηνὸς ἑνὸς λείποντος. *Chronicon Paſchale & Euſebius*, ἔτη κα. *annos XXI.* vel μετὰ πρῶτον καὶ εἰκοστὸν ἔτος, ut eſt in Hiſt. Eccl. *Euſebii* IV. 10. *Victor* Cæſ. XIV. 12. *anno imperii, abſque menſe, viceſimo ſecundo. Eutropius* l. c. *imperii anno XXI. menſe X. die XXIX. Spartianus* c. 26. *imperavit annis XXI. menſibus XI. Cedrenus* pag. 249. B. ἔτη κβ'. Quoniam vero inſcriptiones quædam, ut *Gruterianæ* CCLII. 1. 7. CCLVI. 4. produnt annum TR. POT. XXII. ideo Em. *Noriſius* de votis Dec. p. 85. ſq. putabat, Eutropii calculum Dionio præferendum eſſe, & Hadrianum regnaſſe annos XXI. menſes X. dies XXIX. & mortuum eſſe non A. U. C. 891. Chr. 138. ſed U. C. 892. Chr. 139. quanquam Pii imperium ab A. 891. quo illi jam Hadrianus curam reip. reliquerit, numerari debeat. Sed Dionis calculum confirmant *Chryſeros* Marci libertus in ἀναγραφῇ αὐτοκρατόρων, poſt Euſebii Chron. p. 396. *Chronologus Anonymus* ſub Alexandro Sev. apud Labbeum Bibl. T. I. p. 308. & *Clemens Alex.* Strom. I. p. 339. D. Accedunt inſcriptiones a *Pagio* Diſſ. Conſ. p. 29. ſq. & 35. productæ, quæ Hadrianum ante Pii Conſulatum II. adeoque A. U. C. 891. mortuum docent. Et ceſſit tandem his rationibus *Noriſius* epiſt. Conſ. pag. 85. & erratum in illis inſcriptionibus agnoſcit, quæ TR. POT. XXII. Hadriani loquuntur. vide pluribus *Jo. Vignolium* de Columna Antonini Pii c. 4. p. 53. ſqq.

§ 172. (l. 61.) πρὸς αὐτῷ τῷ ποταμῷ] Primum, teſte *Spartiano* c. 25. *ſepultus eſt in villa Ciceroniana Puteolis:* & c. 27. *templum denique ei* (Antoninus) *pro ſepulcro apud Puteolos conſtituit, & quinquennale certamen, & flamines ſodales, & multa alia, quæ ad honorem quaſi numinis pertinerent.* Sed reliquiæ Hadriani Puteolis ab Antonino tranſlatæ ſunt Romam, & in hortis Domitiæ collocatæ. *Capitolin.* Pio. c. 5. Hinc ſepultæ juxta Tiberim in monumento ejus, quod erat prope pontem Hadriani. Nam ipſe *fecit & ſui nominis pontem* (ſcil. Aelium dictum) *& ſepulcrum juxta Tiberim Spart.* cap. 19. quod tamen Antoninus demum perfeciſſe videtur. vide *Capitolinum* in Pio c. 8. & *Jo. Antiochenſem* apud Salmaſium pag. 180. Meminit molis *Procopius* Gothicor. lib. I. c. 22. hodie caſtellum eſt; hiſtoriam dabit *Borrichius* T. IV. Theſ. Græv. p. 1612.

§ 173. (l. 64) ἐμισήθη] *Inviſus omnibus. Spart.* c. 25. vide & p. 799. § 5. De cædibus ejus p. 788. D. § 20. ſqq. p. 795. C. § 136. ſqq. Attamen pro excuſandis certe poſtremis cædibus facit vis morbi, ad inſaniam tandem eum adigens, ut diximus l. c. Miſerum vero eſt, odia paucorum licet maleficiorum manere in hominum animis, infinita beneficia evaneſcere. quod jam occupavimus p. 788. § 19.

§ 174. (l. 72.) πρὸς τὸν ἀριθμὸν τῶν π[illegible] in rem reſcriptum Hadriani apud Paulum [illegible] XLVIII. tit. 20. de bon. damn. annotavit [illegible] p. 33. ad L. Juliam & Papiam Poppæam.

DIONIS
HISTORIÆ ROMANÆ
LIBRI LXX. EXIGUÆ RELIQUIÆ
CUM
XIPHILINI SUPPLEMENTO.

SUMMA CAPITA LIBRI LXX.

Antoninus Pius ex adoptione ſuccedens conſecrationem Hadriani perficit. c. 1.

Pii cognomentum a ſenatu Antonino datur. (hactenus Dio) c. 2.

(Xiphilinus:) Chriſtianis minime infeſtus fuit: diligens in minimis: ſenex placide moritur. c. 3.

Terræ motus qui Bithyniam, Helleſpontum & præſertim Cyzicum afflixit. c. 4.

(Suidas:) Numæ comparatur: mitis & benignus. c. 5.

Juſtitiæ, non amplificando imperio ſtudet: unde barbari ſuas ad illum controverſias deferunt. c. 6. 7.

Temporis ſpatium.

poſt C.N.	U.C.			ANTONINI.
138.	891.	Camerinus,	& Niger Coſſ.	I. 10 Jul.
139.	892.	Antoninus Pius Aug. II,	& Bruttius Præſens.	II.
140.	893.	Antoninus Pius Aug. III,	& M. Aurelius, Cæſar, II.	III.
141.	894.	M. Peducæus Syloga Priſcinus,	& T. Hœnius Severus.	IV.
142.	895.	L. Cuſpius Rufinus,	& L. Statius Quadratus.	V.
143.	896.	C. Bellicius Torquatus,	& Tib. Claudius Atticus Herodes.	VI.
144.	897.	Avitus,	& Maximus.	VII.
145.	898.	Antoninus Pius Aug. IV,	& M. Aurelius Cæſar II,	VIII.
146.	899.	Sex. Erucius Clarus, II,	& Cn. Claudius Severus.	IX.
147.	900.	Largus,	& Meſſalinus.	X.
148.	901.	L. Torquatus III.	& C. Julianus Veter.	XI.
149.	902.	Sergius Scipio Orfitus,	& Q. Nonius Priſcus.	XII.
150.	903.	Gallicanus,	& Veter.	XIII.
151.	904.	Quinctilius Condianus,	& Quinctilius Maximus.	XIV.
152.	905.	M. Acilius Glabrio,	& M. Valerius Homullus.	XV.
153.	906.	C. Bruttius Præſens,	& A. Junius Rufinus.	XVI.
154.	907.	L. Ael. Aurelius Commodus,	& T. Sextius Lateranus.	XVII.
155.	908.	C. Julius Severus,	& M. Rufinus Sabinianus.	XVIII.
156.	909.	M. Cejonius Silvanus,	& C. Serius Augurinus.	XIX.
157.	910.	Barbarus,	& Regulus.	XX.
158.	911.	Tertullus,	& Sacerdos.	XXI.
159.	912.	Plautius Quinctillus,	& Statius Priſcus.	XXII.
160.	913.	T. Clodius Vibius Varus,	& App. Annius Atilius Bradua.	XXIII.
161.	914.	M. Ael. Aurel. Verus Cæſar III,	& L. Ael. Aurelius Commodus II.	†7 Mart.

Ισέον, ὅτι τὰ περὶ τοῦ Ἀντωνίνου τοῦ Εὐσεβοῦς ἐν τοῖς ἀντιγράφοις τοῦ Δίωνος [1] οὐχ εὑρίσκεται, παθόντων τι (ὡς εἰκὸς) τῶν βιβλίων· ὥστε ἀγνοεῖσθαι τὴν κατ᾽ αὐτὸν ἱστορίαν σχεδὸν σύμπασαν, πλὴν ὅτι τοῦ [2] Λουκίου Κομμόδου, ὃν ὁ Ἀδριανὸς ἐποιήσατο, πρὸ τοῦ Ἀδριανοῦ τελευτήσαντος, οὗτος
799 παρ᾽ ἐκείνου καὶ ἐποιήθη, καὶ αὐτοκράτωρ ἐγένετο· καὶ ὅτι μὴ βουλομένης τῆς γερουσίας τὰς [3] ἡρωϊκὰς τιμὰς δοῦναι

1. Sciendum eſt, hiſtoriam Antonini Pii non inveniri in exemplaribus Dionis; ut veriſimile ſit, aliquid ex eis periiſſe. Itaque omnis fere de Antonino hiſtoria ignoratur: tantum invenitur, eum Lucio Commodo, quem Hadrianus adoptaverat, ante Hadrianum exſtincto, ab eodem Hadriano adoptatum & imperatorem factum eſſe: itemque nolente ſenatu heroicos honores

A.U.C. 891 Camerino & Nigro COSS. & ſeqq.

§ 1. (l. 2.) οὐχ εὑρίσκεται] Nihil etiam de Pio in Excerptis Urſini, aut Peireſcianis: nec apud Zonaram Dionis veſtigia reperio, & quæ ille, Xiphilino non præeunte, Pio tribuit, Dionis forte eſſe, ſed ad Marcum pertinere, ſuo loco oſtendam p. 814. § 130. Nec Suidæ fragmentum, quod Leunclavius, tanquam Dionis, inſeruit, Dionis eſt. vide p. 800. § 21. Vetus ergo lacuna eſt, &, ut puto, inſanabilis, undecunque tandem profecta. Gordiani Antoniniados Libri XXX. Pii & Marci res complexi, de quibus *Capitolinus* in Gordianis c. 3. pariter perierunt.

Mirum eſt, nullum hic (in Excerptis Peir.) elogium exſtare Antonini Pii, qui tamen Princeps optimus ac laude digniſſimus fuit. Sed hujus rei hanc unam eſſe cauſam puto, quod ejus Imp. hiſtoria in Dionis libris deerat. Sane Xiphilinus defuiſſe in ſuis codicibus teſtatur, neque in Zonaræ exemplari extitiſſe pro certo habeo. Ceterum, ne nihil de hoc Imp. dicamus, nummum quendam hujus Principis obiter explicabimus, quem Occo & Golzius retulere. Serpens eſt in gyrum convolutus cum hac inſcriptione ΑΒΩΝΟΤΕΙΧΙΤΩΝ. ΓΛΑΤΚΩΝ. ſed literas adeo male deſcriptas fuiſſe ait Occo, vix ut aſſequi potuerit. Quo fit, ut affirmare non dubitem, legendum fuiſſe ΓΛΤΚΩΝ, non ΓΛΑΤΚΩΝ. Hujus emendationis auctorem habeo *Lucianum*. Is in Pſeudomanti (c. 9. & 18. T. II. p. 217. & 225.) ait, Alexandrum quendam celebre oraculum conſtituiſſe in oppido Paphlagoniæ cui Abonutichos nomen eſt, cum draconem quendam haberet, quem vocabat γλύκωνα, a quo oracula reddi fingebat: eundemque nummos nova figura percuſſiſſe, quorum ex una parte eſſet Glycon ille ſerpens. VALES.

§ 2. (l. 5.) Λουκίου Κομμόδου] Vide p. 796. § 135. De Pii adoptione vide p. 797. § 154. ſqq.

§ 3. (l. 8.) ἡρωϊκὰς τιμὰς δοῦναι] Idem jam dixerat *Dio*, p. 788. D. *Spartianus* Hadr. c. 27. *In mortuum eum a multis multa ſunt dicta. Acta ejus irrita fieri ſenatus volebat: nec appellatus eſſet divus, niſi Antoninus rogaſſet. Capitolinus* in Pio c. 5. *etiam repugnantibus cunctis inter divos eum retulit.* Adde *Eutropium* VIII. 3, 9. *Victorem* Cæſ. XIV. 13. *Zonaram* p. 592. ſq.

A.U.C. 891 Camerino & Nigro COSS. & ſeqq.

honores tribuere Hadriano vita functo, propter aliquot cædes virorum illuſtrium, quas fecerat; Antoninus multa flentem lamentantemque in ſenatu diſſeruiſſe, atque ita ad extremum dixiſſe: " Igitur nec ipſe princeps veſter ero, ſi ille improbus, inimicusque vobis, atque hoſtis fuit: nimirum omnia acta ejus, in quibus eſt adoptio mea, reſcindetis. „ Itaque ſenatum, quum hæc audiviſſet, reverentia Antonini, metuque quodammodo militum, Hadriano honores reddidiſſe.

2. Hæc quidem de Antonino apud Dionem tantummodo ſuperſunt: tum etiam, cum Auguſtum Piumque eſſe appellatum a ſenatu propterea, quod initio principatus ſui multis reis factis, poſtulatisque nonnullis nominatim ad ſupplicium, neminem punivit. " Non enim, „ inquit, " oportet ab his me rebus principatus exordium facere. „ Principio quoque hiſtoriæ Marci Veri, qui poſt Antoninum Imperator fuit, deſunt ea, quæ is erga Lucium Commodi filium, quem Marcus generum elegerat, quæque Lucius miſſus a ſocero in bellum, quod cum Vologæſo gerebatur, fecit. Quocirca pauca de iis rebus, ex aliorum libris collecta dicam: poſt ad ea, quæ in Dione ſequuntur, tranſibo.

3. Igitur

δοῦναι τῷ Ἀδριανῷ τελευτήσαντι, [illegible] ἐπιφανῶν ἀνδρῶν, ὁ Ἀντωνῖνος ἄλλα [illegible] καὶ ὀδυρόμενος αὐτοῖς διελέχθη, [illegible] " Οὐδὲ ἐγὼ ἄρα ὑμῶν ἄρξω, εἴγ[illegible] " καὶ ἐχθρὸς ὑμῖν καὶ πολέμιος ἐγ[illegible] " δηλονότι τὰ πραχθέντα ὑπ' α[illegible] " ἐμὴ ποίησίς ἐστι, καταλύσετε. „ [illegible] ἡ γερουσία, καὶ αἰδεσθεῖσα τὸν ἄνδ[illegible] τοὺς στρατιώτας φοβηθεῖσα, [a] ἀπέ[illegible] τὰς τιμάς.

Ταῦτα μόνα περὶ τοῦ Ἀντωνίνου ἐν τῷ Δίωνι σώζεται. καὶ ὅτι Αὔγουστον αὐτὸν [5] καὶ Εὐσεβῆ διὰ τοιαύτην αἰτίαν ἐπωνόμασεν ἡ βουλή· ἐπειδὴ ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς αὐτοκρατορίας αὐτοῦ, [6] πολλῶν αἰτιαθέντων, καί τινων καὶ ὀνομαστὶ ἐξαιτηθέντων, ὅμως οὐδένα ἐκόλασεν, εἰπὼν ὅτι, " Οὐ δεῖ με " ἀπὸ τοιούτων ἔργων τῆς προστασίας ὑμῶν " ἄρξασθαι. „ Οὐ σώζεται δὲ οὐδὲ τοῦ μετὰ Ἀντωνῖνον ἄρξαντος Μάρκου Βήρου τὰ πρῶτα τῶν ἱστορουμένων, [7] ὅσα περὶ τὸν Λούκιον τὸν τοῦ Κομμόδου υἱὸν, ὃν ὁ Μάρκος γαμβρὸν ἐποιήσατο, ἔπραξεν [b] οὗτος αὐτὸς, καὶ ὅσα οὗτος εἰς τὸν κατὰ Οὐολογαίσου πόλεμον ὑπὸ τοῦ πενθεροῦ πεμφθεὶς ἔδρασε. διὸ βραχέα περὶ τούτων [8] ἐξ ἑτέρων ἀναλεξάμενος βιβλίων ἐρῶ· εἶθ' οὕτως ἐπὶ τὰ ἑξῆς τοῦ Δίωνος μεταβήσομαι. C

Ὁ γὰρ

a τὸ δέ τι. τὸ δ' ἔτι, perperam RS. b οὗτος, abeſt a Pal.

§ 4. (l. 17.) ἀποδοῦναι τῷ Ἀδριανῷ τὰς τιμάς] *Zonaras*: τῷ κειμένῳ τὰς τιμὰς ἐψηφίσαντο. Teſtes conſecrationis ſunt numi, apud *Mediobarbum* p. 184. Ipſe Antoninus quid Puteolis inſtituerit in honorem Hadriani, diximus p 797. § 172. ſpectant eo & *Pialia*, ſeu Εὐσέβεια, de quibus *Caſaubonus* & *Salmaſius* ad Spart. p. 218. ſq. Romæ, ut puto, *Clypeum Adriano magnificentiſſimum poſuit & ſacerdotes inſtituit*, teſte *Capitolino* c. 5.

§ 5. (l. 20.) καὶ Εὐσεβῆ] *Pius* ergo, ſecundum Dionem, a pietate in patris amicos, decreto ſenatus, dictus eſt Antoninus: quanquam jam ante, quod vocatus ab Hadriano in ſenatum, eo ſocerum ætate feſſum manu levans veniſſet, Pius appellatus dicatur, ut memorant *Spartianus* Adr. c. 24. *Capitolinus* Pio c. 2. 4. Nec deridiculo ea ratio appellationis debebat eſſe Capitolino, quoniam omnes fere qui Pii cognominati ſunt, a publico quodam amoris erga parentes indicio ſic vocati deprehenduntur; quo ſpectant in primis numi, qui Anchiſen ab Ænea portatum exhibent, apud *Mediobarbum* pag. 191. & 197. Quid enim aliud Pietas vulgato ſenſu Latinis, *niſi voluntas grata in parentes?* ut ait *Cicero* pro Planco cap. 33. unde *Pialia*, Εὐσέβεια, ludi ab Antonino in honorem patris Hadriani inſtituti. vide § 4. Quanquam ergo Pius quis, etiam ob alias rationes, dici poſſit, ut docebit *Pet. Faber* Semeſtr, II. 2. p. 17. ſq. tamen vagis vocabuli indiciis, ſe duci paſſi ſunt, qui cognomen hoc Antonino inditum putarunt, vel propter omnis generis virtutes, ut *Cedrenus* T. I. p. 250. A. vel propter pietatem in Deos, ut *Pauſanias* VIII. 43. pag. 690. vel propter clementiam, ut *Eutropius* VIII. 4, 6. cui adde *Volcatium* in Caſſio c. 10. 11. vel quod plurimos morti ab Hadriano deſtinatos ſervaſſet, ut ſtatim *Dio*, & nos ſupra diximus p. 797. § 168. Vide plura de hac appellatione apud *Capitolinum* c. 2. & *Spanhemium* de U. N. T. II. p. 435. ſqq.

§ 6. (l. 22.) πολλῶν αἰτιαθέντων] Reſpicit eos, quos mortuo Hadriano, ſenatus nimis ſub illo valuiſſe queſtus, ſupplicio afficiendos putabat. p. 789 A. Ceteroquin & *his quos Hadrianus damnaverat, in ſenatu indulgentias petiit, dicens, etiam ipſum Adrianum hoc fuiſſe facturum. Capitolin.* Pio. c. 6. Idem poſtea, inſtantibus patribus, ad eos qui contra ipſum conjuraverant perſequendos, compreſſit quæſtionem, præfatus, *neceſſe non eſſe, ſceleris in ſemet ipſum cupidos indagari, ne ſi plures reperirentur, quantis odio eſſet, intelligeretur:* ut refert *Victor* Epit. XV. 6. Vide & *Capitolin.* c. 7. ſq.

§ 7. (l. 28.) ὅσα περὶ τὸν Λούκιον] Agnoſcimus hinc, Dionis non eſſe, ſed Xiphilini, quæ leguntur initio libri LXXI. de Lucio Vero in ſocietatem regni & in familiam aſſumto, miſſoque ad bellum contra Vologæſum. Videntur autem Dionis rurſus eſſe, quæ de bello contra Germanos agunt pag. 802. E. Quare cum Xiphilinus diſerte ſcribat: οὐ σώζεται ὅσα οὗτος εἰς τὸν κατὰ Οὐολογαίσου πόλεμον ὑπὸ τοῦ πενθεροῦ πεμφθεὶς ἔδρασε, immerito ille accuſatur a *Valeſio* ad Fragmenta apud Suidam ſub finem libri LXXI. § 162. quaſi bellum Armenicum & Parthicum totum reſecuerit.

§ 8. (l. 33.) ἐξ ἑτέρων ἀναλεξάμενος] Euſebium & Quadratum nominat infra. Sed vel ſic partem hanc hiſtoriæ admodum ſterilem reliquit.

§ 9. (l. 36.) καλός τε καὶ ἀγαθὸς γενέσθαι] Multa in laudem ejus attulit *Capitolinus* c. 2. & 5. ſqq. & *Victor* Cæſ. XV. 1. nulla fere vitiorum labe maculatum fuiſſe, ſcribit. Adde *M. Antoninum* Lib. I. ad ſe ipſum § 16.

§ 10. (l. 37.) οὔτε Χριστιανοῖς ἐπαχθής] Melito Sardianus apud *Euſebium* Hiſt. Eccl. IV. 26. p. 148. memorat, Antoninum ſcripſiſſe ad civitates, ne contra Chriſtianos tumultus excitarent: nominatim ad Lariſſæos, ad Theſſalonicenſes, ad Athenienſes, ad univerſos denique Græcos. Exſtat & apud *Juſtinum Martyrem* Apol. II. p. 100. epiſtola ad populos Aſiæ ſub nomine Antonini Pii, Trib. Pot. XV. Coſ. III. (h. e. anno Chr. 152. aut 153.) laudans Chriſtianos, & interdicens ne Chriſtianiſmi ergo quiſquam deferatur: ubi tamen pro ὕπ. τὸ γ'. Sylburgius repoſuit τὸ δ'. Cos. IV. quod utique hiſtoriæ monumentis convenienter faciendum erat, ſi Antonini Pii eſſet epiſtola. Verum eadem, quanquam in nonnullis locis diſcrepans, legitur apud *Euſebium* H. E. IV. 13. ſub nomine Marci Antonini Armenici Tr. Pot. XV. Coſ. III. (h. e. anno Chr. 161. aut 162.) & nihilominus ille, aliud docente inſcriptione, eam Pio vindicat c. 12. quod & facit *Nicephorus Calliſtus* III. 28. *Zonaras* p. 594. B. qui ſimul occaſione apologetici Juſtini editam ajunt. adde *Melitonem* apud Euſeb. IV. 26. Contra Marco tribuit *Chronicon Paſchale* ad an. X. epiſtolam inſerens, & occaſione apologiæ Melitonis ſcriptam tradens. Marco quoque adſcribit *Tertullianus* Apol. c. 5. Adi, ſi placet, de hac controverſia *Tillemontium* T. II. Memoires p. 382. & 651. ſqq. *Valeſium* ad Euſeb. l. c. & *Fabricium* in Luce Evangelii p. 225. ſqq. Id certum videtu[illegible] lam utrique & Pio & Marco adſignari non [illegible] terutram ſaltem inſcriptionem, vel illam a[illegible] alteram apud Euſebium, eſſe commentitian[illegible] ne veteres quidem ſibi conſtant, utri Imp[illegible] da ſit: & quamcunque teneas ſententiam[illegible] obſtant inextricabiles: operæ pretium fu[illegible] factum eſt adhuc luce diſcutere dubia, ni [illegible] ficta quibusdam liberius judicantibus debe[illegible]

§ 11. (l. 41.) ἐπιστολὴ τοῦ Ἀδρια[illegible] driani ad Minucium Fundanum Aſiæ Pro[illegible] *Euſebium* H. E. IV. 9. *Juſtinum Mart.* A[illegible] *Nicephorum Calliſtum* III. 27. Latina in[illegible] ejus *Melito* apud Euſeb. IV. 26. *Euſebi*[illegible]

Ὁ γὰρ Ἀντωνῖνος ὁμολογεῖται παρὰ πάντων [9] καλός τε καὶ ἀγαθὸς γενέσθαι, καὶ οὔτε τῶν ἄλλων ὑπηκόων τισὶ βαρύς, [10] οὔτε Χριστιανοῖς ἐπαχθής, ἀλλὰ πολλήν τινα τούτοις νέμων αἰδῶ, καὶ τῇ [c] τοῦ Ἀδριανοῦ τιμῇ, ἣν ἐκεῖνος ἐτίμα Χριστιανούς, προστιθείς. ὁ γὰρ
D τοῦ Παμφίλου Εὐσέβιος καὶ [11] ἐπιστολάς τινας τοῦ Ἀδριανοῦ ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ αὐτοῦ ἱστορίᾳ παρατίθεται, ἐν αἷς ἐκεῖνος δείκνυται τοῖς λυποῦσί τι ἢ κατηγοροῦσι τῶν Χριστιανῶν δεινὰ ἀπειλῶν, καὶ τὸν Ἡρακλέα ἐπομνύμενος ὡς τεύξονται τιμωρίας. λέγεται δὲ ὁ Ἀντωνῖνος [12] ζητητικὸς γενέσθαι, καὶ μηδὲ περὶ τὰ μικρὰ καὶ τὰ τυχόντα τῆς ἀκριβολογίας ἀφίστασθαι· ὅθεν αὐτὸν οἱ σκώπτοντες καὶ [13] κυμινοπρίστην ἐκάλουν. [14] [d] Κουαδράτος δὲ [15] γηραιὸν μέν φησιν αὐτὸν τελευτῆσαι, τὴν δὲ τελευτὴν ἡδίστην αὐτῷ [16] κατ' ἴσον ὕπνῳ τῷ μαλακωτάτῳ γενέσθαι.

E Ἐπὶ τοῦ Ἀντωνίνου λέγεται καὶ φοβερώτατος περὶ τὰ μέρη τῆς Βιθυνίας καὶ τοῦ Ἑλλησπόντου [17] σεισμὸς γενέσθαι, καὶ ἄλλας τε πόλεις κακωθῆναι ἰσχυρῶς καὶ πεσεῖν ὁλοσχερῶς, καὶ ἐξαιρέτως τὴν [18] Κύζικον, καὶ τὸν ἐν αὐτῇ ναὸν μέγιστόν τε καὶ κάλλιστον ναῶν ἁπάντων καταῤῥιφῆναι· ᾧ [e] τετραόργυιοι μὲν πάχος οἱ κίονες ἦσαν, ὕψος δὲ πεντήκοντα πηχέων, ἕκαστος πέτρας μιᾶς·

3. Igitur convenit inter omnes, Antoninum virum probum & bonum fuiſſe: nec enim cæteris ſubditis gravis, nec Chriſtianis infenſus fuit; quos vehementer obſervavit & coluit, ac honori, quo Hadrianus Chriſtianos proſecutus fuerat, quædam adſtruxit. Affertur enim ab Euſebio Pamphili in hiſtoria eccleſiaſtica epiſtola quædam Hadriani, qua oſtenditur graviter minatus iis, qui Chriſtianis moleſtiam crearent, quive illos deferrent, juratque Herculem, ſe in eos eſſe animadverſurum. Fertur autem Antoninus in inquirendo fuiſſe diligens, ac ne quidem in rebus minutis & vulgaribus ab exacta rimatione abſtinuiſſe: unde qui eum irridebant, idcirco cumini ſectorem appellarunt. Eundem ſenem obiiſſe Quadratus ſcribit, eique fuiſſe mortem dulciſſimam, ſimilemque ſomno placidiſſimo. A.U.C.891 Camerino & Nigro COSS. & ſeqq.

4. Ferunt & ſub Antonino in Bithynia atque in Helleſponto valde horribilem terræ motum eſſe factum, eoque complures alias civitates laboraſſe vehementer, ac penitus eſſe collapſas, & præſertim Cyzicum, ejusque urbis templum, omnium quæ ſunt maximum atque pulcherrimum, corruiſſe. Erant ejus templi columnæ craſſitudine quatuor ulnarum, altitudine cubitorum

c τοῦ Ἀδρ. τοῦ additum ex Pal. & Br. exhibet Sylb. HS. edit. maj. & L.
d Κουαδράτος. Κοδράτος, RS. Coisl. Br.
e τετραόργυιοι. τετράοργυι, RS. Z. & Br.

X. *Zonaras* p. 592. C. *Oroſius* VII. 13. ἐπιστολὰς plurium numero dicit Xiphilinus pro una epiſtola, ut latini *Literas*. Vide *Dionem* p. 788. B. & quæ hanc in rem notavit *Fabricius* in Cod. Apocr. N.T. p. 914 ſq. Ceterum de Chriſtianis in Ægypto non optime ſentire videtur Hadrianus in alia epiſtola ad Servianum Coſ. quam ex Phlegontis libris conſervavit *Vopiſcus* in Saturnino c. 8. quanquam apud *Lampridium* cap. 43. Chriſto templum facere voluiſſe dicitur, quod templa ſine ſimulacris in omnibus civitatibus juſſerat fieri. Sed vide ibi *Caſaubonum*.

§ 12. (l. 46.) ζητητικὸς γενέσθαι] Laudat in eo *Marcus Antoninus*. I. 16. καὶ τὸ ζητητικὸν ἀκριβῶς ἐν τοῖς συμβουλίοις, καὶ ἐπίμονον, ἀλλ' οὐ τὸ, Προαπέστη τῆς ἐρεύνης, ἀρκεσθεὶς ταῖς προχείροις φαντασίαις. Idem ex Patre ſe didiciſſe ſcribit filius, & huic tribuit *Dio* p. 804. A. B. Neque vero dubito, Xiphilinum loqui generatim, & intelligere accuratum & diligens ſtudium, in quacunque re etiam minima & obvia inquirendi & rimandi id quod verum rectumque eſſet.

§ 13. (l. 49.) κυμινοπρίστην ἐκάλουν] Silenus apud *Julianum* Cæſ. p. 836, 3. βαβαὶ τῆς μικρολογίας. ὥς εἶναί μοι δοκεῖ τῶν διαπριόντων τὸ κύμινον ὁ πρεσβύτης οὗτος. Perperam *Cantoclarus* interpres & *Triſtanus* T. I. p. 567. ſq. μικρολογίαν ad paucum ſermonem trahunt, Triſtanus etiam ipſum κυμινοπρίστην. Majori cum veriſimilitudine *Petavius* ad Julianum & *Menagius* in Amœnitat. Jur. c. 33. *Eraſmus* Adag. p. 82. intelligunt *avarum & ſordidum*. Habent quodammodo præeuntem *Zonaram* pag. 593. B. qui repetitis his Xiphilini verbis ſubjicit: οὐ μὴν διὰ τοῦτο ἐκ τῶν ὑπηκόων ἐχρηματίζετο &c. & quis neget, κυμινοπρίστην hoc ſenſu dici? *Theocritus* Idyl. X. fin. καταπρίων τὸ κύμινον. Scholiaſtes: καθ' ὃ λέγομεν τοὺς ἄγαν φειδωλοὺς κυμινοπρίστας καλεῖν. Adde *Ariſtotelem* Nicom. IV. 3. T. III. Opp. p. 59. C. Poſidippum apud *Athenæum* pag. 377. A. *Scholiaſten Ariſtoph.* Veſp. v. 1348. *Heſychium*. *Pollucem* III. 112. 115. *Euſtathius* ad Odyſſ. ξ'. p. 642, 16. φειδωλοὶ καὶ κίμβιξ καὶ γλίσχροι καὶ τὸ κύμινον πρίων, καὶ συνθέτως κυμινοπρίστης — καὶ κυμινοκίμβιξ. Neque hoc nego, Antoninum ob diligentiam nimiam male audiſſe. Nam *Marcus* I. 16. laudat in eo τὸ φυλακτικὸν τῶν ἀναγκαίων τῇ ἀρχῇ, καὶ ταμιευτικὸν τῆς χορηγίας, καὶ ὑπομενετικὸν τῆς ἐπὶ τῶν τοιούτων καταιτιάσεως. confer *Capitolinum* c. 7. Dico tamen, Xiphilinum, & forte Julianum quoque, generalius accipi debere *de cura minimorum*; quoniam ille κυμινοπρίστην vocatum ait propter τὸ ζητητικὸν, & τὴν ἀκριβολογίαν. hic autem ita ſiniſtre interpretatur τὸ σῶφρον εἰς τὴν πολιτείαν. Neque vero ubivis obtinet anguſtior notio μικρολογίας aut κυμινοπρίστου. Apud *Lucianum* Dial. Mort. X. 8. T. I. p. 369. μικρολογία de minutis diſceptatiunculis philoſophi videtur accipi: & in Vitar. Auctione c. 17. T. I. pag. 557. Socrates μικρολογίαν vocat leges de adulterio. *Iſocrates* de permutatione p. 310. edit. Henr. Steph. cavillatoribus ſuis exprobrat μικρολογίαν, quam mox φλυαρίαν appellat. Eadem ratio κυμινοπρίστου, nec alienum prorſus eſt illud ἀποδεκατοῦτε κύμινον. Matth. XXIII. 23. κύμινον ἐπὶ μικρολόγου· Μένανδρος, ait *Photius* in Lexico, citante Clerico in Indice ad Menandri Reliquias.

§ 14. (l. 49.) Κουαδράτος δὲ] Aſinius Quadratus, qui Hiſtoriam Romanam ſcripſit Jonica dialecto XV. Libris, ſub titulo Χιλιετηρίδος. Vide *Voſſium* de Hiſt. Græcis II. 16. p. 239. *Salmaſium* ad Capitolini Verum c. 8. p. 427. & ad Vulcatii Caſſium c. 1. p. 440. *Suidam* in Κοδράτος.

§ 15. (l. 50.) γηραιὸν μὲν] Annorum LXX. ſecundum *Capitolinum* c. 12. LXXIII. ſecundum *Eutropium* VIII. 4. 6. LXXV. ſecundum *Victorem* Cæſ. XVI. 3. LXXVII. ſecundum *Euſebium* Chron. pro quo LXVII. reſcribendum eſſe docet *Scaliger* p. 220. quod & *Chronico Paſchali* confirmatur; quanquam ibi perperam interfectus in Præconeſo traditur. Natus A. U. C. 839. Chr. 86. d. 19. Sept. vide pag. 797. § 154. Mortuus autem apud Lorium A. U. C. 914. Chr. 161. d. 7. Martii. vide infra p. 801. § 2. & *Tillemontium* T. II. des Empereurs p. 576. Ergo vixit annos LXXIV. menſes V. dies XVII.

§ 16. (l. 51.) κατ' ἴσον ὕπνῳ] *Capitolinus* c. 12. *Quaſi dormiret, ſpiritum reddidit apud Lorium.* Ita & *Zonaras*.

§ 17. (l. 55.) σεισμὸς γενέσθαι] Eadem *Zonaras*. Etiam *Capitolinus* cap. 9. terræ motus meminit, quo Rhodiorum & Aſiæ opida conciderint. *Pauſanias* VIII. 43. p. 689. Lyciorum & Carum urbes, itemque Coon & Rhodum nominat. Hujus ergo teſtimonio conſtat, leviculam eſſe conjecturam *Caſauboni*, qui apud Capitolinum, pro *Rhodiorum*, ex Xiphilino legi volebat *Cyzicenorum*. Subveniſſe Antoninum his aliisque urbibus ſumma liberalitate, teſtantur Capitolinus & Pauſanias l. c.

§ 18. (l. 57.) Κύζικον] Exſtat *Ariſtidis* Oratio T. I. Canteri p. 412. Jebbii p. 236. πανηγυρικὸς ἐν Κυζίκῳ περὶ τοῦ ναοῦ, in templi dedicatione habita cum Marcus & Verus regnarent, & nonnullas victorias obtinuiſſent. Attamen terræ motus nullam ab eo fieri mentionem, jam obſervatum eſt *Tillemontio* T. II. pag. 554. nec dubito ſubſcribere judicio Viri Eruditiſſimi *Sam. Jebb* M. D. in Collectaneis Hiſtoricis Ariſtidi præmiſſis ad A. U. C. 920. § 11. hallucinatum eſſe bonum Xiphilinum, & ad Pii tempora retuliſſe quæ auctor ſuus imperante Marco contigiſſe ſcripſerat, nempe de terræ motu qui poſthæc Smyrnam pluresque Aſiæ civitates afflixit. Sane *Zonaras* p. 593. C. eadem de Cyzico ſub Pio refert inter ea, quæ non Pio ſed Marco competere infra oſtendam p. 814. § 130. ubi & originem confuſionis hujus aperio.

AU.C.891 C.amerino & Nigro COSS. & ſeqq.

rum quinquaginta, ſingulæ ex ſingulis lapidibus: cætera, quæ in eo templo erant, ſingula magis admirari, quam laudare quis poſſit. Præterea ferunt, in continenti terra, ex hiſcente montis vertice maritimum fluctum erupiſſe, ſpumamque puri & limpidi maris procul inde in terram projectam fuiſſe. Ac de rebus quidem Antonini hæc in præſentia habui, quæ dicerem. Regnavit annos quatuor & viginti.

μιᾶς· καὶ τἆλλα τὰ ἐν αὐτῷ [illegible] μάσαι πλέον ἢ ἐπαινέσαι. π[illegible] σόγειον, [19] ἄνω κορυφῆς ὄρ[illegible] θαλάσσιόν φασιν [f] ἐκχυθῆναι [illegible] πολύ τε τῆς γῆς ἐλθεῖν ῥιπιζο[illegible] νην ἀκράτου καὶ διαυγοῦς θαλάσ[illegible] ὄυν τοῦ Ἀντωνίνου, τό γε νῦ[illegible] σαῦτα· ἦρξε δὲ [20] εἴκοσι κα[illegible] τη.

DIONIS [AUT POTIUS EUTROPII, VEL JO. ANTIOCHENI] E SUIDA.

[g] ΔΙΩΝΟΣ, [Η ΜΑΛΛΟΝ ΤΟΥ [illegible], Η ΙΩΑΝΝΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΩΣ] ΕΚ ΤΩΝ ΣΟΥΙΔΑ. B

5. Hic Imperator Antoninus vir optimus erat, & qui ſimilitudine imperii merito Numæ conferatur, ſicut Romulo Trajanus æquatur. Vixit Antoninus ingenti honeſtate, privatus: in imperio melior etiam ac modeſtior eſſe viſus eſt: nulli acerbus, aut gravis, cunctis benignus & mitis.

Οὗτος [21] ὁ βασιλεὺς Ἀντωνῖνος ἄριστος ἦν, καὶ [22] μάλιστα Νουμᾷ κατὰ τὸ τῆς ἡγεμονίας ὁμοιότροπον ἄξιος παραβάλλεσθαι, καθάπερ δὴ Ῥωμύλῳ Τραϊανὸς ὤφθη παραπλήσιος. τόν τε γὰρ [23] ἰδιώτην ὁ Ἀντωνῖνος ἄριστα καὶ ἐντιμότατα διετέλεσε βίον, καὶ κατὰ τὴν ἡγεμονίαν ἀμείνων ἔδοξεν εἶναι, καὶ σωφρονέστερος. C οὐδενὶ τραχὺς οὐδὲ φορτικὸς, ἀλλὰ πρὸς ἅπαντας χρηστός τε καὶ ἤπιος ἦν.

6. In re militari potius ex juſtitia, quam emolumento gloriam quærens, defendere magis provincias, quam amplificare ſtudens: quantum ejus fieri poterat, viros æquiſſimos ad adminiſtrandam rempublicam quærens: bonis præſidibus honorem habuit, improbos ſine aliqua acerbitate publicis a negotiis removit.

Ἔν γε μὴν [24] τοῖς πολεμικοῖς, ἀπὸ τοῦ δικαίου μᾶλλον, ἢ τοῦ κερδαλέου δόξαν θηρώμενος, φυλάττειν σώους, ἤπερ εἰς μέγεθος ἐκφέρειν τοὺς τῆς ἀρχῆς ἐγίνωσκεν [h] ὅρους· ἄνδρας, ὡς ἔνι μάλιστα, πλείστην τοῦ δικαίου ποιουμένους ἐπιμέλειαν, ταῖς τῶν δημοσίων [i] ἐφιστὰς διοικήσεσι, τοὺς μὲν ἀγαθοὺς [k] τῶν ἡγεμόνων, ταῖς παρ' αὐτοῦ τιμαῖς ἀμειβόμενος, [25] τούς γε D μὴν φαύλους δίχα τινὸς τραχύτητος τῶν κοινῶν ἀπελαύνων πραγμάτων.

7. Itaque non ſuis tantum, verum etiam extraneis admirationi erat adeo, ut finitimorum barbarorum plurimæ nationes, depoſitis armis, ad

Οὔκουν ὑπὸ τῶν οἰκείων μόνων, ἀλλ' ἤδη καὶ πρὸς τῶν [l] ἀλλοφύλων ἐθαυμάζετο· [m] ὡς τῶν προσοίκων τινὰς βαρβάρων τὰ ὅπλα καταθεμένους, [n] ἐπιτρέπειν τῷ

[f] ἐκχυθῆναι. ſic recte Sylb. HS. edit. maj. & L. ſic Pal. Br. & Mer. ſed ἐκλυθῆναι male RS. & HS. edit. min. paulo poſt τό τε γε νῦν habet RS. [g] Δίωνος. ita contendit L. in notis ad h. l. verum Exc. Peir. p. 818. ſq. teſtantur eſſe Joannis Antiocheni, ſicut indicavit etiam Kuſterus. nolui tamen expungere, ne ad majorem adeo ſterilitatem redigerem Xiphilinum.
[h] ὅρους addidit L. *provincias imperii* Eutropius. male tamen vocabulum ἄνδρας, quod ſequebatur, ejecerat L.
[i] ἐφιστὰς. id reſtitui pro ἐφίστη, quod Leunclavio placuerat. [k] τῶν ἡγεμόνων. ſic Exc. Peir. vulgo τὴν ἡγεμονίαν.

§ 19. (l. 63.) ἄνω κορυφῆς ὄρους] Urbs ſita in acclivi montis, cui nomen ἄρκτων ὄρος, *Urſorum mons*, ſupra quem alius *Dindymum*, uno cacumine; quanquam alii ſic dictum putant, quod in duo fiſſus eſſet cacumina. Vide *Valerii Flacci* Argon. II. 633. ſq. *Strabonem* XII. p. 575. & ibi *Caſaubonum*; itemque *Berkelium* ad Stephanum Byz. in Κύζικος.

§ 20. (l. 68.) εἴκοσι καὶ τέσσαρα ἔτη] *Victor* Cæſ. XV. 4. annos XX. *Chryſeros* apud Scalig. Chron. Euſeb. p. 396. ἔτη κβ'. μῆνας ζ'. ἡμέρας ε'. *Clemens Alex.* Strom. I. p. 339. D. ἔτη κβ'. μῆνας γ'. ἡμέρας ζ'. Alter *Victor* Epit. XV. 1. & *Chronicon Paſchale*, XXIII. *Euſebius* in Græcis XXIII. ſed apud *Hieronymum* annos XXII. menſes III. *Cedrenus* p. 250. & *Jo. Gazenſis* apud Salmaſium ad Capitolinum p. 282. cum Xiphilino & Zonara ponunt annos XXIV. Verum Hadrianus mortuus anno 891. d. 10. Jul. p. 797. § 170. ſq. ergo usque ad A. U. C. 914. d. 7. Martii, quo mortuum eſſe colligitur ex Marci initiis, regnavit tantum annos XXII. menſes VII. dies XXVI. Jam licet initium duxeris ab adoptione, d. 25. Febr. A. U. C. 891. ut facit *Noriſius* § 171. tamen nunquam conficies Xiphilini annos XXIV. quanquam Tribunitiam Poteſtatem XXIV. nempe inchoatam, numi omnino recte indicant.

§ 21. (l. 73.) οὗτος ὁ βασιλεὺς] Jo. Antiochenus, ex quo hæc Suidas ſumſit, de verbo ad verbum transtulit ex Latinis Eutropii: quem proinde & in latinis ſecuti ſumus. *Salmaſius* ad Capitolin. p. 271. ex incerto auctore eſſe ſcribit; ſed ex Eutropio eſſe ſenſit etiam *Leunclavius*, ſic tamen, ut Eutropium e Dione mutuatum eſſe putet. Verum, ut Græca certe ex latinis Eutropii facta ſunt a Joanne Antiocheno (quod Leunclavius videtur ignoraſſe) ita temerarium fuerit, tanquam Dionia odorari velle, quæ de tertia manu accepiſſemus, & quidem a Scriptore tantæ brevitatis, ut undecunque ſua hauſerit, vix umbram veri corporis relinquat.

§ 22. (l. 74.) μάλιστα Νουμᾷ] Eandem comparationem habes apud *Capitolinum* c. 2. & ult. & apud *Victorem* Epit. XV. 3. Hinc in Antonini numis *Virgo Veſtalis*, quia Veſtales Numa inſtituit. Vide *Liebii* Gotham Numm. p. 257.

§ 23. (l. 76.) ἰδιώτην βίον] Vitam ejus privatam deſcribit *Capitolinus* c. 2.

§ 24. (l. 81.) ἔν γε μὴν τοῖς πολεμικοῖς] *Capitolinus* c. ult. *Solus omnium prope principum prorſus ſine civili ſanguine & hoſtili, quantum ad ſe ipſum pertinet, vixit.* Adde *Victorem* Cæſ. XV. 5. Attamen, teſte *Capitolino* c. 5. coactus *per legatos ſuos plurima bella geſſit. Nam & Britannos per Lollium Urbicum legatum vicit, alio muro ceſpiticio ſubmotis barbaris ducto: & Mauros ad pacem poſtulandam coegit: & Germanos & Dacos, & multas gentes, atque Judæos rebellantes contudit per præſides ac legatos. In Achaja etiam atque Ægypto rebelliones repreſſit: Alanos molientes ſæpe refrenavit.* Mauros Libyum in ultimas Africæ ſolitudines expulſos, Brigantes Britanniæ magna agri parte privatos, Germanos aliosque Europæos & Sauromatas bello domitos, memorat *Pauſanias* VIII. 42. p. 689. ſqq. Regem Quadis itemque Armenis datum, loquuntur & numi apud *Mediobarbum* p. 193. ſqq. *Spanhemium* T. II. pag. 582. Britanniæ pacatæ teſtes ſunt alii apud *Mediob.* p. 195. ſq. *Begerum* Theſ. Brand. T. II. p. 665. *Liebium* p. 278. confer *Cambdenum* p. 703. ſq. Legionem VI. Victricem Antonini tempore fuiſſe in Britannia, apparet ex lapide, in *Philoſ. Transact.* abridg'd by *Benj. Motte* Voll. II. Parte IV. p. 49. Plura dabit *Alex. Gordon* in Itinerar. Septentrionali Britanniæ. Hinc & Imperator II. dicitur in numis haud paucis.

§ 25. (l. 87.) τούς γε μὴν φαύλους] Vide *Capitolinum* cap. 6. 7. 11.

[26] τῷ βασιλεῖ, τὰς δίκας διαλύεσθαι ταῖς ἐκείνου ψήφοις. αὐτὸς δὲ παρὰ τὸν ἰδιώτην βίον πολύ τι πλῆθος χρημάτων κεκτημένος, ἐπειδὴ παρῆλθεν ἐς τὴν ἡγεμονίαν, [27] τὴν μὲν ἑαυτοῦ περιουσίαν ἔς τε τῶν στρατιωτῶν καὶ τῶν φίλων ἀπανάλωσε δωρεάς· ° τῷ δὲ δημοσίῳ θησαυρῷ πλῆθος παντοδαπῶν ἀπέλιπε χρημάτων.

ad hunc imperatorêm controverſias ſuas litesque deferrent, ſententiæque ejus parerent. Hic ante imperium ditiſſimus, opes quidem omnes ſuas ſtipendiis militum, & circa amicos liberalitatibus, minuit; verum ærarium opulentum reliquit.

A.U.C 891 Camerino & Nigro COSS. & ſeqq.

l ἀδελφιδῶν. ἄλλων, MS. Peir. *m* ὡς. ſic vulgo, itemque in Exc. Peir. pro quo ὥστε poſuerat L. *n* ἐπιτρέπειν. vulgo ἐπιτρέποντας. emendatio illa, ſatis prona, Kuſtero pariter & Leunclavio probatur. *o* τῷ δὲ δημοσίῳ θησαυρῷ. eſt emendatio Leunclavii proba, quæ Kuſterum fugit, confirmata etiam Excerptis Peireſc. pro vulgato τῶν τε δημοσίων θησαυρῶν. neque tamen aſſentior Leunclavio, cum ad πλῆθος adjici vult ἄλλο. id tum demum admitterem, ſi Antoninus ſibi privatim diceretur theſauros collegiſſe, verum illos quos habebat potius exhauſit.

§ 26. (l. 93.) ἐπιτρέπειν τῷ βασιλεῖ τὰς δίκας] *Victor* Epit. XV. 3. *adeo trementibus eum atque amantibus cunctis regibus nationibusque & populis, ut parentem ſeu patronum magis quam dominum imperatoremve reputarent, omnesque uno ore in cæleſtium morem propitium optantes de controverſiis inter ſe judicem poſcerent. Quin etiam Indi, Bactriani, Hyrcani, legatos miſere, juſtitia tanti Imperatoris comperta.* Eodem pertinent hæc *Capitolini* c. 9. *Pharaſmanes rex ad eum Romam venit, plusque illi quam Adriano detulit. Pacorum regem Ladis dedit: Parthorum regem ab Armeniorum expugnatione ſolis literis repulit: Abgarum regem ex orientis partibus ſola auctoritate deduxit: cauſas regales terminavit: ſellam regiam Parthorum regi repetenti, quam Trajanus ceperat, pernegavit: Rimetbalcen in regnum Boſporanum, audito inter ipſum & curatorem negotio, remiſit &c.*

§ 27. (l. 27.) τὴν μὲν ἑαυτοῦ περιουσίαν &c.] Confer, quæ de liberalitate ejus in milites, populum, pueros, in pauperes & afflictos, in rhetores & philoſophos habet *Capitolinus* cap. 8–11. in populos & urbes *Pauſanias* VIII. 43. p. 689. ſq.

DIONIS

DIONIS
HISTORIÆ ROMANÆ
LIBRI LXXI. EXCERPTA
PER
JO. XIPHILINUM.

Inſeruntur Excerpta Dionis integra quæ reperiri potuerunt.

SUMMA CAPITA LIBRI LXXI.

Marcus Imp. Verum ſocium adſciſcit: bellum ei Parthicum mandat. c. 1. 2.
Bella cum Iazygibus, Marcomannis, Germanis. c. 3. & 5.
De bello Ægyptio Bucolorum. c. 4.
Marci induſtria in jure dicendo. c. 6.
Iazyges victi. c. 7.
Quadi, imbre divinitus miſſo Romanis, debellati. c. 8 & 10.
De legione Melitena Fulminatrice, Xiphilinus. c. 9.
Ut pluribus a barbaris, Quadis, Aſtingis, Iazygibus, Marcomannis, Nariſtis, ad Imp. legati venerint. c. 11—21.
Seditio Caſſii & Syriæ. c. 22—26.
Ut Caſſius cum filio interfectus. c. 27.
Marci clementia in Caſſianos: Fauſtinæ obitus & honores. c. 28—31.
Marci reditus & liberalitas. c. 32.
Cum Commodo fil. Scythas debellat: ipſe moritur. c. 33.
Marcus laudatur. c. 34. 35.

Temporis ſpatium.

poſt N.C.	U.C.			MARCI
161.	914.	M. Ael. Aurel. Verus Cæſ. III.	& L. Ael. Aurel. Commodus, II. Coſſ.	I. 7 Mart.
162.	915.	Junius Ruſticus,	& Vettius Aquilinus.	II.
163.	916.	L. Ælianus,	& Paſtor.	III.
164.	917.	M. Pompejus Macrinus,	& P. Juventius Celſus.	IV.
165.	918.	L. Arrius Pudens,	& M. Gavius Orfitus.	V.
166.	919.	Q. Servilius Pudens,	& L. Fufidius Pollio.	VI.
167.	920.	L. Aurelius Verus Aug. III,	& Quadratus.	VII.
168.	921.	T. Junius Montanus,	& L. Vettius Paulus.	VIII.
169.	922.	Q. Soſius Priſcus,	& P. Cælius Apollinaris.	IX.
170.	923.	M. Cornelius Cethegus,	& C. Erucius Clarus.	X.
171.	924.	L. Septimius Severus II,	& L. Alfidius Herennianus.	XI.
172.	925.	Maximus,	& Orfitus.	XII.
173.	926.	M. Aurelius Severus II.	& T. Claudius Pompejanus.	XIII.
174.	927.	Gallus,	& Flaccus.	XIV.
175.	928.	Piſo,	& Julianus.	XV.
176.	929.	Pollio II,	& Aper. II.	XVI.
177.	930.	L. Aurel. Commodus Aug.	& Quinctillus.	XVII.
178.	931.	Rufus,	& Orfitus.	XVIII.
179.	932.	Commodus Aug. II,	& T. Annius Aurel. Verus, II.	XIX.
180.	933.	L. Fulvius Bruttius Præſens, II,	& Sex. Quinctilius Condianus.	XX. † 17 Mart.

A.U.C. 914 M. Aurelio III. & L. Aurelio II. COSS.

1. Poſteaquam Marcus Antoninus, mortuo Antonino, a quo fuerat adoptatus, principatum adeptus eſt, ſtatim ſocium & participem imperii ſibi ſumſit Lucium Verum, Lucii Commodi

Μάρκος [1] δὲ Ἀντωνῖνος, ἐπειδὴ τοῦ ποιησαμένου αὐτὸν τελευτήσαντος Ἀντωνίνου [2] τὴν ἀρχὴν ἔσχε, [a] προσειλήφει [3] ἐς κοινωνίαν τοῦ κράτους εὐθὺς τὸν τοῦ Λουκίου [b] Κομμόδου υἱὸν 802
Λούκιον

[a] προσειλήφει. forte melius προσείληφεν. [b] Κομμόδου. Κομόδου, Z. & ſtatim Λούκιον Βῆρον Κόμοδον.

§ 1. (l. 1.) Μάρκος δὲ Ἀντωνῖνος] Quæ hic initio libri leguntur, de Marci & Lucii geſtis Parthico bello, Dionis non eſſe, ſed Xiphilini, ſupra monuimus p. 799. § 7. De Marco ejusque adoptione ſupra p. 797. § 158. ſqq. Natus VI. Kal. Maj. (26. Apr.) A. U. C. 874. *Capitolin.* Marco c. 1. In veteri Kalendario apud *Lambecium* Bibl. Vind. lib. IV. p. 280. VI. Kal. Maji N. M. ANTONINI.

§ 2. (l. 2.) τὴν ἀρχὴν ἔσχε] Die VII. Martii A. U. C. 914. Chr. 161. ſicut ex inſcriptionibus & numis docet *Noriſius* de votis Decennal. p. 87. ſq. & contra Lydiatum, qui ad Nonas Octobres vitam Pii profert, *Jo. Vignolius* de Columna Antonini Pii c. 4. p. 50. ſqq. cum Tribunitia illi Poteſtas dudum, nempe anno ſæculari U. C. 900. communicata eſſet, ut ex numis eſt manifeſtum. Solus autem jure tenebat imperium, partim ex voluntate Hadriani, qui eum velut natu maximum prætulerat, p. 797. § 161. partim Pii, qui moriens *M. Antonino remp. & filiam præſentibus præfectis commendavit, fortunamque auream, quæ in cubiculo principum poni ſolebat, transferri ad eum juſſit. Capit.* Pio c. 12. Ea jam voluntas Pii vigentis: unde ſolus Marcus cum Pio in numis apud *Mediob.* p. 211. ſq. ſolus Cæſar appellatus, demonſtrante *Tillemontio* T. II. p. 1022. ſq. Denique & defuncto Pio *illi ſoli ſenatus detulit imperium. Capitolin.* Vero. c. 3.

§ 3. (l. 3.) προσειλήφει ἐς κοινωνίαν] Vide *Capitolin.* Marco c. 7. *Victor.* Cæſ. XVI. 3. Epit. XVI. 5. Hinc *Spartianus* in Adr. c. 24. *Hi ſunt qui poſtea duo pariter Auguſti primi remp. gubernaverunt.* Idem in Vero [illegible] *Marco æquale geſſit imperium. Nam* [illegible] *Auguſti appellati ſunt.* Confer *Eutro*[illegible] *dem* Orat. T. I. p. 421. Canteri, p. 2[illegible] DIA. AUGUSTOR. in numis apud [illegible] XLV. 4. adde *Havercamp.* ad Oroſ. V[illegible] Tentam. p. 202. Quanquam, ſi r[illegible] plures ſimul Imperii participes fuerant, [illegible] Janus cum Nerva, Pius cum Hadria[illegible] Marci vero exemplum plures imitati fu[illegible] *hemium* de U. N. T. II. p. 376. & [illegible] tim *Ammianum* lib. XXVII. c. 6. Sed [illegible] pari poteſtate Auguſti fuerunt, ut doc[illegible] Juliani Orat. I. p. 48. quod & de Mar[illegible]

[a] Λούκιον Βῆρον. αὐτὸς μὲν [c] γὰρ [5] ἀσθενὴς ἦν τῷ σώματι, καὶ τὰ πολλὰ λόγοις ἐσχόλαζε. λέγεται γὰρ, καὶ αὐτοκράτωρ ὢν, μὴ αἰδεῖσθαι μηδὲ ὀκνεῖν [6] ἐς διδασκάλου φοιτᾷν, ἀλλὰ [7] καὶ Σέξτῳ προσιέναι τῷ ἐκ Βοιωτῶν φιλοσόφῳ, καὶ ἐς ἀκρόασιν τῶν [8] ῥητορικῶν Ἑρμογένους λόγων μὴ ὀκνῆσαι παραγενέσθαι. προσέκειτο δὲ [9] τοῖς [d] ἐκ τῆς στοᾶς μάλιστα δόγμασιν. ὁ δὲ Λούκιος, [10] ἔρρωτό τε καὶ νεώτερος ἦν, B τοῖς στρατιωτικοῖς τε ἔργοις καταλληλότερος. ὅθεν καὶ [11] γαμβρὸν αὐτὸν ἐπὶ τῇ θυγατρὶ [e] Λουκίλλᾳ ὁ Μάρκος ποιήσας, εἰς τὸν πρὸς Πάρθους ἔπεμψε πόλεμον.

Ὁ γὰρ [12] Οὐολόγαισος πολέμου ἦρξε, καὶ στρατόπεδόν τε ὅλον Ῥωμαϊκὸν τὸ [f] ὑπὸ Σεβηριανῷ τεταγμένον [13] ἐν τῇ Ἐλεγείᾳ, χωρίῳ τινὶ τῆς Ἀρμενίας, [g] ἐπισχὼν πάντοθεν, αὐτοῖς ἡγεμόσι κατετόξευσε καὶ διέφθειρε, καὶ τῆς Συρίας ταῖς πόλεσι

Commodi filium. Ipſe quidem corpore erat imbecillo, deditusque ſtudiis literarum. Ferunt enim non erubuiſſe eum, quum jam eſſet Imperator, nec piguiſſe, magiſtrorum ædes adire, ſed & frequentaſſe Sextum Bœotum philoſophum, & ad audiendas Hermogenis diſſertationes rhetoricas, venire haud gravatum eſſe; verum in primis Stoicorum præcepta ſequutus eſt. Lucius vero & robuſtus erat, & junior, tum etiam ad rem militarem aptior. Hunc Marcus, deſponſata ei Lucilla filia ſua, generum legit, & ad bellum cum Parthis gerendum miſit.

A.U.C. 914 M. Aurelio III. & L. Aurelio II. COSS.

2. Enimvero Vologæſus prior bellum intulerat, atque legionem integram Romanam ſub Severiano collocatam in Elegia, oppido Armeniæ quodam, undique concluſam, una cum ipſis ducibus ſagittarum ictibus confecerat, atque deleverat,

A.U.C. 915 Jun. Ruſtico & Vettio Aquilino COSS.

c γὰρ. abeſt a Pal. *d* ἐκ τῆς. pariter deſideratur in Pal. *e* Λουκίλλᾳ. Λουκίᾳ, Z. *f* ὑπὸ Σεβηριανῷ. interpres legit Σεβηριανοῦ, judice Sylb. quia reddidit *a Severiano.* *g* ἐπισχών. ſcribendum περισχών, ut p. 839. A. ἐν πεδίῳ περισχών. Sylb. HS. mox αὐτοῖς ἡγεμόσι κατετόξευσε. alias Dio in hujusmodi ſtructura ſermonis utitur compoſitis cum σὺν. v. g. συγκατετόξευσε.

§ 4. (l. 5.) Λούκιον Βῆρον] Confer dicta pag. 797. § 157. ſqq. Natum eſſe Romæ XVIII. Kal. Jan. (d. 15. Dec.) in prætura Patris ſui, hoc eſt A. U. C. 888. Chr. 135. ſcribit *Capitolinus* in Vero. c. 1. Diem confirmat vetus Kalendarium apud *Lambecium* lib. IV. Bibl. Vind. p. 288. Sed in anno fallit Capitolinus. Nam ipſo teſte c. 11. vixit annos XLII. Igitur cum mortuus ſit A. U. C. 922. exeunte Decembri, natus eſſe debet A. U. C. 881. quod eo magis veriſimile, quia vel ſic adoptatus A. U. C. 891. decennis tantum fuit, cum ex priori computo triennis tantum fuiſſet. confer *Caſaub.* ad Capitol. p. 408.

§ 5. (l. 5.) ἀσθενὴς ἦν τῷ σώμ.] Vide p. 804. B. C. pag. 816. A.

§ 6. (l. 8.) ἐς διδασκάλου φοιτᾷν] *Capitolinus* c. 3. *ut adſcitus jam in imperatoriam dignitatem, tamen ad domum Apollonii diſcendi cauſa veniret.* Confer de hoc Stoico philoſopho, quem Chalcide acciverat Pius, *eund.* c. 2. & in Pio cap. 10. *Eutrop.* VIII. 6, 5. *Marcum Antoninum* I. § 8. & 17. *Dionem* p. 815. D. *Scalig.* ad Euſeb. p. 220. *Salmaſ.* ad Capit. p. 295. *Gatakerum* ad Marcum p. 12, b. *Fabricium* Bibl. Gr. Vol. II. p. 389.

§ 7. (l. 8.) καὶ Σέξτῳ προσιέναι] Sextum Chæronenſem, Plutarchi ſororis filium, intelligit, quem inter doctores Marci in philoſophia, præter Xiphilinum, refert *Capitolinus* cap. 3. *Philoſtratus* Soph. II. 1. § 9. p. 557. & ex eo *Suidas* in Μάρκος. *Marcus* ipſe I. § 9. *Euſebius* Chron. I. & II. ut mirum ſit, quibus auctoribus *Eutropius* VIII. 6, 5. Marcum ab hoc *ad ſcientiam literarum Græcarum* inſtitutum ſcribat. Nam in Græcis audivit Alexandrum Grammaticum & Annium Marcum, Caninium Celerem, & Herodem Atticum, rhetores; teſte *Capitolino* c. 2. Non confundendus eſt hic philoſophus Stoicus cum Sexto Empirico, Stoicorum vel maxime adverſario. vide *Fabric.* Voll. II. p. 411. & III. p. 591. *Olearium* ad Philoſtr. l. c. & Cl. *Brukerum* Hiſt. phil. T. II. p. 575. ſq. quemadmodum effigies Chæronenſis Sexti ex numiſmate Sponii æreo, Miſcel. p. 140. pro Empirici effigie exhibetur in Laertii editione Wetſteniana, & Gallica verſione Pyrrhon. Hypot. Amſt. 1725. 12.

§ 8. (l. 9.) ῥητορικῶν Ἑρμογένους λόγων] Hermogenem, admodum juvenem, ex tempore dicentem, audivit, admiratus eſt, & muneribus mactavit Imperator. *Philoſtr.* Sophiſt. II. 7. p. 577. Plura de eo dabit *Suidas* in Ἑρμογένης. *Fabricius* Bibl. Gr. Vol. IV. p. 428. *Olearius* ad Philoſt. l. c. Cave autem hunc inter doctores Marci referas. Nam ipſe quindecim annos natus ad Marcum jam Imperatorem dixiſſe fertur: *en tibi, o Imperator, rhetorem pædagogo opus habentem.*

§ 9. (l. 11.) τοῖς ἐκ τῆς στοᾶς] Confer *Capitolinum* cap. 16. *Eutropium* VIII. 6, 3. & ex eo *Jo. Antiochenum* in Excerpt. Peir. p. 821. atque hinc *Suidam.* Vide & quæ pro ejus philoſophia in libris ad ſe ipſum contra cenſuram Bœcleri diſputat *Fabricius* noſter Bibl. Gr. Vol. IV. p. 24. Quanquam Bœclerus defenditur in Journ. des Sav. 1716. II. p. 349. conf. ut V. C. Jo. Dav. Kœleri, & Jac. Schalleri Academica ſcripta de Marci Philoſophia taceam, *Brukeri* Hiſt. Crit. philoſ. T. II. p. 580. ſqq. A Diogneto ſe primum philoſophiæ amorem hauſiſſe, τὸ ἐπιπαθῆναι τῇ φιλοσοφίᾳ — καὶ τὸ σκίμποδος καὶ δορᾶς ἐπιθυμῆσαι, ipſe teſtatur I. § 6. quem proinde Stoicorum catalogo inſerendum, & a Diogneto pingendi magiſtro apud *Capitolinum* c. 4. diſtinguendum puto cum Salmaſio. Vide tamen quæ poſt Caſaubonum diſputat Cl. *Brukerus* T. II. pag. 583. Marcus, Cæſar adhuc, φιλόσοφος cognominatur a *Juſtino Martyre* Apol. I. p. 43. B. & Apolog. II. p. 53. B. confer *Euſeb.* H. E. IV. 12. *Duodecimum* enim *annum ingreſſus habitum philoſophi aſſumſit*, teſte *Capitolino* c. 2. & ſic poſtea ὁ φιλόσοφος ἐν βασιλεῦσι Μάρκος. *Novell.* 108. ὁ φιλοσοφώτατος Μάρκος. *Novell.* 22. c. 19. publicum tamen hoc & ſolenne cognomen habuit nunquam.

§ 10. (l. 12.) ἔρρωτο καὶ νεώτερος ἦν] *Capitolinus* Vero c. 2. *amavit venatus, palæſtras & omnia exercitia juventutis.* Id. c. 3. *fuit ſtudioſus etiam Circenſium haud aliter quam gladiatorii muneris.* Quanquam vero & ipſe philoſophus vocatur apud *Juſtinum Mart.* l. c. tamen minus ingenioſus fuit ad literas; contra voluptuarius, & omnibus deliciis, ludis, jocis decenter aptiſſimus. *Capit.* c. 2. Deſcribitur a *Marco* I. § 14.

§ 11. (l. 14.) γαμβρὸν αὐτὸν ποιήσας] *Jamblichus* apud Photium p. 242. ὁ Ἀντωνῖνος Οὐῆρον τὸν αὐτοκράτορα καὶ ἀδελφὸν καὶ κηδεστὴν ἔπεμψε, Βολογαίσῳ τῷ Παρθυαίῳ πολεμήσοντα. Verum Antoninus deſpondit quidem ei filiam Lucillam A. U. C. 914. quo referendus numus apud *Mediob.* p. 234. ſed in Parthico demum bello ſub extremum filiam ad eum miſit, quam Verus Epheſum profectus ſuſcepit, poſtquam eam pater Brunduſium usque deduxiſſet. *Capitol.* Marco cap. 7. & 9. Vero c. 2. & 7.

§ 12. (l. 17.) Οὐολόγαισος πολέμου ἦρξε] Erat hic Vologæſus II. jam ſub Hadriano notus, p. 794. § 124. quem Antoninus Pius ab Armeniorum expugnatione ſolis literis repulerat. p. 800. § 26. *Capitolinus* c. 8. *Fuit eo tempore etiam Parthicum bellum, quod Vologeſus paratum ſub Pio, Marci & Veri tempore indixit, fugato Atido Corneliano, qui Syriam tunc adminiſtrabat.* *Id.* in Vero c. 6. *quum interfecto legato* (Severiano) *cæſis legionibus, Syriis defectionem cogitantibus, oriens vaſtaretur.* Bellum hoc Parthicum cœptum, ut videtur, A. U. C. 915. quo Profectio Auguſti in numis eſt apud Mediob. p. 234. Euſebio convenienter; deſcripſerant olim Arrianus in Parthicis, quem laudat *Stephanus Byz.* in Ἐλέγεια; & Quadratus, teſte *Capitolino* c. 8. & *Stephano* in Σόλυμα, aliique plures, quos perſtringit *Lucianus* de conſcr. Hiſtor. T. II. init. Idem Lucianus memorat, Severianum (qui a Solano male confunditur cum illo de quo dictum pag. 795. § 136.) a Parthis per Oſroem occiſum. c. 21. p. 29. ſq. Et c. 25. p. 33. refert, eum Gallum fuiſſe natione, & Alexandri oraculo excitatum ad impreſſionem in Armeniam faciendam, Othryade duce, arcu periiſſe, ἐπειδὴ παιδεὶς ὁ ἠλίθιος ἐκεῖνος Κελτὸς ἐνέβαλε, καὶ ἀπέσφαξεν αὐτῇ στρατιᾷ ὑπὸ τοῦ Ὀθρυάδου κατακοπείς. Othryadem & Oſroen eundem eſſe, non mihi perſuaſit *Solanus.* Diverſorum enim narratio eſt, aliis in ipſo prælio ab Othryade (legato, ſeu duce exercitus, ut puto) cæſum tradentibus, alio contra, (captum) juſſu Oſrois mortis genus ſibi elegiſſe. Vologæſus & Oſroes capiendi, junctim memorantur apud *Lucianum* p. 41. Oſroes proinde Arſacida, & ni fallor rex Armenis impoſitus, quo deinde per Caſſium ejecto, REX. ARMENIS. DAT. conſpicitur in numis apud *Mediob.* p. 235. nempe Soæmus p. 816. § 163. Sæpius de rege Armenis dando inter Parthos Romanosque certatum. vide p. 779. § 126.

§ 13. (l. 19.) ἐν τῇ Ἐλεγείᾳ] Vide ſupra p. 779. § 124.

A.U.C.915 Jun. Ruſtico & Vettio Aquilino COSS.

leverat, præterea vero civitates Syriæ frequenter, non ſine injecto terrore, invadebat. Lucius, ut venit Antiochiam, coacto maximo militum numero, cum optimos ſub ſe duces haberet, ipſe in oppido remanſit, ut inde conſtitueret omnia, & commeatum militibus compararet; Caſſio permiſit exercitum. Caſſius adorientem ſe Vologæſum fortiter ſuſtinuit, deſertumque tandem a ſociis, ac terga vertentem in Seleuciam usque & Cteſiphontem ſequutus, Seleuciam usque & Cteſiphontem venit: deinde vaſtata Seleucia atque incenſa,

A.U.C.918 L. Pudente & M.Orfito COSS.

regiam Vologæſi, quæ in urbe Cteſiphonte erat, ſolo æquavit. Quum autem reverteretur, magnum numerum militum partim fame partim morbo amiſit; rediit tamen in Syriam cum reliquis militibus. His de rebus maxime quidem elatus gloriabatur Lucius, verum ad extremum hæc ei fortuna potius detrimento fuit. Nam aliquanto tempore poſt, Marco adeo ſocero ſuo inſidias dicitur paraſſe, & veneno eſſe ſublatus ante, quam aliquid tentaſſet.

A.U.C.925 Maximo & Orfito COSS. & ſeq.

3. Marcus interim Caſſium toti Aſiæ præeſſe juſſit: ipſe barbaris, qui circum Iſtrum ſunt, Iazygibus & Marcomannis, nunc his, nunc illis, continenter, fere quam diu vixit, bella intulit; in quibus Pannoniam pro arce belli habebat. Eodem

σι πολὺς ἐπῄει καὶ φοβερός. ὁ δὲ Λούκιος, [14] ἐλθὼν εἰς Ἀντιόχειαν, καὶ πλείστους στρατιώτας συλλέξας, καὶ τοὺς [15] ἀρίστους τῶν ἡγεμόνων ὑφ' ἑαυτὸν ἔχων, αὐτὸς μὲν ἐν τῇ πόλει ἐκάθητο διατάττων ἕκαστα, καὶ τὰς τοῦ πολέμου χορηγίας συναγείρων· Κασσίῳ δὲ τὰ στρατεύματα ἐπέτρεψε. καὶ ὃς ἐπιόντα τε τὸν Οὐολόγαισον γενναίως ὑπέμεινε, καὶ τέλος ἐγκαταλειφθέντα ὑπὸ τῶν συμμάχων, καὶ ὀπίσω ἀναχωρήσαντα, ἐπεδίωξε μέχρι τε [16] Σελευκείας καὶ Κτησιφῶντος ἤλασε, καὶ τήν τε Σελεύκειαν διέφθειρεν ἐμπρήσας, καὶ τὰ τοῦ Οὐολογαίσου βασίλεια, τὰ ἐν τῇ Κτησιφῶντι, κατέσκαψεν. ἐν γε μὴν τῇ [b] ὑποστροφῇ πλείστους τῶν στρατιωτῶν ὑπὸ λιμοῦ καὶ νόσου ἀπέβαλεν· ἀπενόστησε δ' ὅμως εἰς τὴν Συρίαν μετὰ τῶν λοιπῶν στρατιωτῶν. καὶ ὁ μὲν Λούκιος τούτοις [17] ἐπεκυδαίνετο, καὶ μέγα ἐφρόνει· οὐ μὴν αὐτῷ καὶ τὰ τῆς ἄκρας εὐτυχίας ἐς ἀγαθόν τι ἀπέβη. λέγεται γὰρ μετὰ ταῦτα [18] καὶ τῷ πενθερῷ Μάρκῳ ἐπιβεβουλευκὼς, πρίν τι καὶ δρᾶσαι, φαρμάκῳ διαφθαρῆναι. D

Τὸν μέντοι [19] Κάσσιον ὁ Μάρκος τῆς Ἀσίας ἁπάσης ἐπιτροπεύειν [i] ἐκέλευσεν· αὐτὸς δὲ τοῖς [20] περὶ τὸν Ἴστρον βαρβάροις, Ἰάζυξί τε καὶ Μαρκομάνοις, ἄλλοτε ἄλλοις χρόνον συχνὸν ὡς εἰπεῖν δι' ὅλου τοῦ βίου, [21] τὴν Παννονίαν ἔχων ὁρμητήριον, ἐπολέμησε. E

b ὑποστροφῇ. ὑπογραφῇ, Coisl. Br. perperam.

i ἐκέλευσεν. ἐκέλευε, Pal. minus apte. Sylb.

§ 14. (l. 23.) ἐλθὼν εἰς Ἀντιόχειαν] Xiphilinus ad Veri laudem omnia convertit, itemque *Eutropius* VIII. 5, 6. & *Sextus Rufus* c. 21. Contra ceteri. *Capitolinus* c. 8. & 20. & in Vero c. 4. ſqq. cum Laodiceæ per hiemem, æſtate Antiochiæ & apud Daphnen, inter libidines, comeſſationes, aleam, venatus, & gladiatoria exercitia egiſſe tradit, cum Marcus, licet Romæ agens, omnia ad bellum neceſſaria diſponeret & ordinaret. Vide & *Suidam* in Βῆρος.

§ 15. (l. 24.) ἀρίστους τῶν ἡγεμόνων] *Capitolinus* in Vero c. 7. *Duces autem confecerunt Parthicum bellum, Statius Priſcus, & Avidius Caſſius, & Martius Verus, per quadriennium, ita ut Babylonem & Mediam pervenirent & Armeniam vendicarent.* *Idem* c. 9. *Geſtæ ſunt res in Armenia proſpere per Statium Priſcum, Artaxatis captis.* Vide de Armenia capta numos apud *Mediob.* p. 234. & 218. Caſſium contra Vologæſum ipſum profectum eſſe, & Syriæ præfuiſſe, apparet ex Xiphilino p. 803. D. Verus Cappadociam legatus obtinuit, p. 811. A. &, ut Valeſius infra pag. 809. § 65. docet, Statio Priſco in expeditione mortuo, ſucceſſit; poſtea Caſſio in Syriam ſucceſſor miſſus. p. 813. B.

§ 16. (l. 30.) Σελευκείας καὶ Κτησιφῶντος] Ambæ ad Tigrin, ſibi oppoſitæ, illa in occidentali, hæc orientali ripa. Vide p. 128. B. 130. A. 784. § 173. Seleuciam, cum milites Romanos ut amicos recepiſſet, contra fidem a Caſſio captam, tradit *Capitolinus* in Vero c. 8. purgante tamen factum Quadrato, quod Seleuceni primi fidem rupiſſent. adde *Eutropium* VIII. 5, 6. *Euſebium* ad an. IV. Cteſiphonte Parthorum reges per hiemem, propter aëris temperiem degere ſolebant, ut auctor eſt *Strabo* XVI. p. 743. Ea capta, Parthicus Maximus dicitur in numiſ apud *Mediob.* ad A. U. C. 918. p. 836. Pace firmata, Parthos Meſopotamia ceſſiſſe Romanis, haud obſcuris argumentis colligit *Tillemontius* T. II. p. 625. Poſt quinquennium reverſus, *Capit.* Marco cap. 13. una cum fratre triumphavit A. U. C. 920.

§ 17. (l. 37.) ἐπεκυδαίνετο] Parthicus Maximus, Parthiæ Reſtitutor, item Armeniacus, & Medicus dictus ab A. U. C. 918. in numis apud *Medi.barbum* p. 236. ſq. quæ tamen cognomina etiam Marco Romæ delata ſunt. *Capitolin.* Vero c. 7. & Marco c. 9. Rediit Romam Verus poſt quinquennium *Id.* Marco c. 13. & tum Patris Patriæ nomen utrique decretum eſt. *Id.* c. 9. & 12. Triumphum ambo celebrarunt. ibid. quod & docent numi, ad A. U. C. 920. *Mediob.* p. 220. 237. *Liebium* p. 85. Poſtea Verus fratrem minus coluit, diſſolutius vixit, & hinc ſimultates inter fratres. *Id.* Vero c. 8. 9.

§ 18. (l. 40.) μετὰ ταῦτα καὶ τῷ πενθερῷ M. ἐπιβ.] Enato inter Parthicum etiam Marcomannico bello, non diu poſt triumphum una cum fratre adverſus Victovalos & Marcomannos profectus eſt: unde poſtquam ſecuritati Illyrici atque Italiæ ſatis proſpectum videbatur, urgente Vero, urbanas voluptates deſiderante, Romam redire parabant. Quo in itinere Verus apoplexi correptus periit Altini Venetiæ. Ita *Capitolinus* Marco c. 13. 14. & Vero c. 9. adde *Victorem* Epit. XVI. 5. *Eutrop.* VIII. 5, 7. *Oroſium* VII. 15. Sed *Galenus*, qui Imperatores comitatus eſt, περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων T. IV. pag. 362. lin. 54. refert, peſtilentiam Aquilejæ, ubi tum morabantur, tam crudeliter graſſatam eſſe, ut cum paucis militibus fugiendum ſibi Romam eſſe duxerint. vide & *Ammianum* XXIII. 6. p. 403. Quæ de inſidiis Veri, & veneficio Marci, traduntur, ad rumores iniquos referenda ſunt; quanquam de Vero magis credibiles. Meminit ſuſpicionis Marci adverſus Verum *Philoſtratus* Sophiſt. II. 1. § 11. p. 560. & apertius *Capitolinus* in Vero c. 10. 11. rumoris, Verum cum Fabia ſorore conſilium iniiſſe de Marco tollendo, quod proditum Fauſtina necato Vero prævenerit: aliis tradentibus, Marcum cultro una parte venenato vulvam ſecuiſſe; & infectam partem fratri præbuiſſe. Vide *eund.* in Marco c. 15. & *Victorem* Cæſ. XVI. 5. ſqq. Sed hi auctores Marcum certe defendunt. Mortuus eſt Verus anno U. C. 922. exeunte, ut ex numis apud *Mediobarbum* p. 222. & 238. colligitur. vide & *Tillemont* T. II. p. 1046.

§ 19. (l. 43.) τὸν μέντοι Κάσσιον] Hic videtur rurſus Dio loqui. vide p. 799. § 7. Caſſio Marcus legiones Syriacas luxuria diffluentes dedit, ut eas corrigeret ſua diſciplinæ ſeveritate; de qua multa *Vulcatius* in Caſſio c. 4. ſqq. Erat igitur ἐν τῇ Συρίᾳ ἡγεμονεύων, p. 813. D. hoc eſt, legatus pro Prætore: cui ſucceſſor Verus miſſus. p. 813. B. Sed pro Ἀσίας ἁπάσης *Tillemontius* T. II. p. 665. putat a Dione ſcriptum fuiſſe ἀνατολῆς ἁπάσης. Ego Dionem ſic accipio: extra ordinem Caſſio, (ut quondam Corbuloni a Nerone, teſte *Tacito* XV. 25.) madatum fuiſſe imperium per totam Aſiam, ſi bellum ingrueret. Quare & in Armenia, Arabia, Ægypto res optime geſſit. *Vulcat.* c. 6. τὸν Ἀραβικὸν τόν τε Παρθικὸν πόλεμον κατωρθώσατο. *Dio* pag. 812. A. ἐκ Συρίας πεμφθεὶς ἐπὶ τοὺς βουκόλους. *Id.* 803. D.

§ 20. (l. 44.) περὶ τὸν Ἴστρον βαρβάρους] Poſt primam eamque breviſſimam cum fratre expeditionem, diu peregre abfuit. p. 814. A. p. 803. § 26.

§ 21. (l. 47.) τὴν Παννονίαν ἔχων ὁρμητήριον] Dio alias Pæoniam cum Pannonia male confundi docet p. 413. D. & ubivis Παννονίαν ſcribit, non Παιονίαν, ut h. l. legebatur. Igitur hæc ſcriptio eſt a Xiphilino vel ejus librariis, nec in Dione ferenda; vide infra p. 810. E. Sed nec Dio forte Παννονίαν vocavit ὁρμητήριον, quod de urbibus, magis quam regionibus, dici ſolet. Quare ſcripſerat, credo, Καρνοῦντον τῆς Παννονίας; quamvis & τῇ Παιονίᾳ nude Zonaras. Carnutum ſane, ſeu Carnuntum, ſedem Marci fuiſſe, teſtantur *Eutropius* VIII. 6, 9.

Ammianus

λέμησε. πολλοὶ δὲ καὶ [22] τῶν ὑπὲρ τὸν Ῥῆνον Κελτῶν μέχρι τῆς Ἰταλίας ἤλασαν, καὶ πολλὰ ἔδρασαν ἐς τοὺς Ῥωμαίους δεινά· οἷς ὁ Μάρκος ἀντεπιὼν, [23] Πομπηϊανόν τε καὶ Περτίνακα τοὺς ὑποστρατήγους ἀντικαθίστη. καὶ ἠρίστευσεν ὁ Περτίναξ, ὅστις καὶ ὕστερον αὐτοκράτωρ ἐγένετο. ἐν μέντοι τοῖς νεκροῖς τῶν βαρβάρων, καὶ [24] γυναικῶν σώματα ὡπλισμένα εὑρέθη. καίτοι δὲ ἰσχυροτάτου ἀγῶνος καὶ λαμπρᾶς νίκης γεγενημένης, ὅμως ὁ αὐτοκράτωρ αἰτηθεὶς παρὰ τῶν στρατιωτῶν, οὐκ ἔδωκε χρήματα, αὐτὸ τοῦτο εἰπὼν ὅτι, " Ὅσῳ ἂν πλεῖόν τι παρὰ τὸ καθεστηκὸς λάβωσι, τοῦτ' ἐκ τοῦ αἵματος τῶν τε γονέων σφῶν καὶ τῶν συγγενῶν [k] εἰσπράξεται. περὶ γάρ τοι τῆς αὐταρχίας ὁ θεὸς μόνος κρίνειν δύναται. " οὕτω καὶ
B σωφρόνως καὶ ἐγκρατῶς αὐτῶν ἦρχεν, ὥστε καίπερ ἐν τοσούτοις καὶ τηλικούτοις πολέμοις ὢν, μηδὲν ἔξω τοῦ προσήκοντος [l] μήτ' ἐκ κολακείας μήτ' ἐκ φόβου ποιῆσαι. τῶν δὲ Μαρκομάνων εὐτυχησάντων ἔν τινι μάχῃ, καὶ [25] τὸν [m] Βίνδικα τὸν Μακρῖνον ἔπαρχον ὄντα ἀποκτεινάντων, τούτῳ μὲν τρεῖς ἀνδριάντας ἔστησε· κρατήσας δὲ αὐτῶν, [26] Γερμανικὸς ὠνομάσθη. [27] Γερμανοὺς γὰρ τοὺς ἐν τοῖς ἄνω χωρίοις οἰκοῦντας ὀνομάζομεν.

C Καὶ [28] οἱ καλούμενοι δὲ Βουκόλοι κατὰ τὴν Αἴγυπτον

dem tempore multi Germanorum, qui trans Rhenum incolunt, venere uſque ad Italiam, & Romanis maxima attulerunt incommoda: quibus Marcus occurrit, Pompejano atque Pertinace legatis hoſti oppoſitis. Quo in bello optime ſe geſſit Pertinax, is qui poſtea Imperator factus eſt. Inter cadavera barbarorum, corpora quoque mulierum armata reperta ſunt. Confecto maximo prœlio, partaque inſigni victoria; Imperator, quum rogatus eſſet a militibus, pecuniam tamen non dedit, quod diceret; Si quid plus, quam eſſet uſitatum, acciperent, id ex ſanguine parentum ipſorum propinquorumque exactum iri: de principatu autem ſolum Deum poſſe decernere. Adeo enim temperanter iis imperabat, adeo retinebat eos in officio, ut quum tot tantaque bella gereret, nihil faceret contra, quam fas eſſet, aſſentationis aut timoris cauſa. Quum autem Marcomannis in quodam prœlio bene res ſucceſſiſſet, ab iiſque Macrinus Vindex præfectus interfectus eſſet, tres ei ſtatuas poſuit: illis vero ſuperatis, Germanicus appellatus eſt. Germanos enim eos, qui in ſuperioribus locis habitant, appellamus. A.U.C. 925 Maximo & Orfito COSS. & ſeq.

4. Adhæc motus latronum in Ægypto, qui

Bucoli

k εἰσπράξεται. cum Blanco leges εἰσπραχθήσεται, vel ſaltem εἰσπράξεται paſſiva ſignificatione accipies. Sylb. l μήτ' ἐκ κολακείας. omiſſum hic eſſe verbum εἰπεῖν, dixeris ex re ipſa, & ex Zon: μήτε τι θωπευτικὸν πρὸς τοὺς στρατιώτας εἰπεῖν, μήτε τι φόβῳ ποιῆσαι. m Βίνδικα τὸν Μάρκον, vulgo. accuſandi caſu Μάρκον cum MS. agnoſcit etiam Blancus. alioqui mallet aliquis Βίνδικα τὸν Μάρκον ὕπαρχον ὄντα. Sylb. rectius vir eximiæ eruditionis & ingenii Pet. Weſſelingius p. 188. Obſſ. Βίνδικα τὸν Μακρῖνον legendum eſſe docuit ex Gruteri Inſcriptt. p. DXIII. 1. ubi verum nomen.

Ammianus XXX. 17. *Victor* Cæſ. XVI. 13. *Euſebius* ad an. XVIII. Ejus opidi rudera creduntur exſtare ex adverſo confluentis Mari & Danubii, unde hinc Iazygibus, hinc Quadis & Marcomannis propinquus erat. Nam quod *Philoſtratus* ſcribit Sophiſt. II. 1. § 11. p. 560. [illegible] τῷ Σιρμίῳ χειμάζοντος, id falſo traditur de prima expeditione Marci, verius de ſecunda, quia eo loco mortuus eſt. p. 814. § 138.

§ 22. (l. 48.) τῶν ὑπὲρ τὸν Ῥῆνον Κελτῶν] Vide *Ammianum* XXXI. 5. p. 680. apud ceteros rara hujus invaſionis veſtigia: niſi quod *Capitolinus* in Marco c. 22. gentes omnes ab Illyrici limite uſque Galliam conſpiraſſe refert: & Pertinacem, in ejus vita cap. 2. Rhætias & Noricum ſcribit ab hoſtibus vindicaſſe.

§ 23. (l. 51.) Πομπηϊανὸν] Eſt hic Claudius Pompejanus, cui Marcus, poſt mortem Veri, filiam Lucillam viduam dedit in matrimonium, & quem bis conſulem fecit. *Capitol.* Marco c. 20. nempe A. U. C. 926. ut Faſti docent, & forte ſuffectum in A. U. C. 929. ut colligas ex epiſtola Marci apud *Vulcatium* in Caſſio c. 11. ſq. modo illa genuina eſt. Pompejani rurſus mentio p. 818. C. & p. 831. B. Lucilla in hoc matrimonio honores Auguſtæ retinuit. vide *Herodianum* I. 8, 6. ſqq. & numos id teſtantes apud *Spanhemium* de U. N. T. II. p. 291.

§ 24. (l. 54) γυναικῶν σώματα] Inter mulieres Scythicas, Sarmaticas, Cimbricas, fuiſſe & bellatrices, annotavit Doctiſſimus *Fabrettus* ad Col. Traj. p. 22. ſq.

§ 25. (l. 67.) τὸν Βίνδικα τὸν Μακρῖνον] Apud *Gruterum* DXIII. 1. literæ Coſini vel Coſini liberti AD. BASSÆUM. RUFUM. ET. AD. MACRINUM. VINDICEM. PR. P. R. E. V. quod Guttherius male explicabat *PRocuratorem Privatæ Rei Egregium Virum*, ut jam monuit Cl. *Weſſelingius* l. c. *PRæfectos PRætorio* intellige. Habuit enim & Marcus duos præfectos prætorio, ut teſtatur *Capitolinus* in Marco c. 22. *ducentibus exercitum legatis & præfectis prætorio.* Hoc monendum erat, ne Dionem, qui poſt Vindicem demum interfectum, Baſſæi velut præfecti prætorio meminit, ſic intelligas, quaſi Baſſæus Vindici ſucceſſerit. Vide quæ de binis præfectis attuli p. 766. § 91. Ceterum Baſſæus eodem, quo Vindex, honore poſtea a Marco mactatus eſt, ut ei tres ſtatuæ ponerentur, una armata in foro Trajani, altera civili habitu in templo D. Pii, tertia loricata in templo — ut diſcimus ex alia inſcriptione apud *Gruter.* CCCLXXV. 1. Ita ſolebat Marcus viros ampliſſimos honorare: *Capitolin.* cap. 13. eos præſertim, qui bello Marcomannico perierunt. *Id.* c. 22.

§ 26. (l. 70.) Γερμανικὸς ὠνομάσθη] Hiſtorici horum temporum omnia perturbant, ut niſi numi ſupereſſent, quo ordine quæque facta eſſent, ignoraremus. Reperitur jam GERMANICUS & GERMANIA. SUBACTA. in numis anni 922. quando una cum fratre profectus eſt ad hanc expeditionem. vide *Mediob.* p. 221. Anno ſequenti quievit Romæ propter peſtilentiam graſſantem; quanquam *Capitolinus* jam ante profectionem cum fratre luis hujus meminit cap. 13. vide autem *Galenum* ſupra § 17. Certe A. U. C. 924. celebrati ſunt Romæ PRIMI. DECENNALES & VOTA. SUSCEP. DECENN. II. *Mediob.* p. 222. Tum rurſus A. U. C. 925. cum iterum & ſolus profectus eſſet, revigeſcit GERMANICI cognomen & DE. GER. S. C. item GERMANIA. SUBACTA. *ib.* p. 223. *Havercamp.* ad Oroſ. pag. 495. donec VICTORIA. GERMANIÆ, maxima nempe illa de QUADIS conſecuta eſt, & ipſe Imperator VII. dictus A. U. C. 927. *ibid.* p. 224. Anno ſequenti 928. Caſſius rebellans occiditur: Commodus filius in Germaniam accitus venit, & in numo etiam GERMANICI nomen habet *ibid.* p. 225. Denique A. U. C. 929. amiſſa ad Taurum Fauſtina, Imperator VIII. & IX. dictus, Marcus cum filio Romæ triumphat de Germanis & Sarmatis, ac inde GERMANICI. SARMATICI. nomen habet. *ibid.* Hinc A. U. C. 930. nuptiæ Commodi cum Criſpina, & Marcus rurſus contra Germanos ſe accingit, & in eo tandem bello moritur A. U. C. 933. ibid. p. 226. ſq.

§ 27. (l. 70.) Γερμανοὺς γὰρ τοὺς ἐν τοῖς ἄνω χωρ.] Germania quidem omnis olim tractus ad Rhenum, & ſuperior & inferior. p. 114. A. 503. E. Sed illa Celtica plerumque Dioni dicitur: hic ſtrictius eam intelligit, quæ erat ſupra Vindeliciam & Noricum, Quados & Marcomannos, ſeu Moraviam & Bohemiam, ceteroſque ſuperiores complectens. Atque ita forte & capiendus eſt *Capitolinus* c. 8. *Catti in Germaniam ac Rhetiam irruperant*, confer *Cluverii* Germ. ant. lib. I. cap. 11. p. 77. ſq.

§ 28. (l. 73.) οἱ καλούμενοι δὲ Βουκόλοι] *Capitolinus* in Marco c. 21. *Quum per Ægyptum Bucolici milites gravia multa feciſſent, per Avidium Caſſium retuſi ſunt.* Eadem *Vulcatius* in vita Caſſii. c. 6. iiſdem verbis; nempe, ut ipſe indicat, ex eodem fonte, Mario Maximo. Sed qui *milites* Mario, rectius *latrones* dici debebant. Ægyptus paſſim paludoſa. vide *Weſſeling* ad Antonini Itin. p. 726. Βουκόλων vallis quædam in Ægypto, exundationes Nili recipiens, paludoſa & arundine ſepta, ubi latrones omnes degebant, partim in navigiis, partim in tuguriis, qua terra paululum ex aqua prominebat

A.U.C.925 Maximo & Orfito COSS.& ſq. Bucoli dicuntur, factus eſt; iique cæteros etiam Ægyptios, duce ſacerdote quodam & Iſidoro, ad defectionem ſollicitarunt. Hi enim primo ornati muliebri veſtitu, cum uxores ſe Bucolorum eſſe, Romanoque centurioni aurum pro viris ſuis daturas ſimulaſſent, eum accedentem ad ſe doloſe interfecerunt; mactatoque ejus comite, conjuraverunt ſuper viſceribus ejus, eademque comederunt. Hic Iſidorus fortitudine omnibus ſuæ ætatis antecelluit. Illi vero, cum acie poſtea viciſſent Romanos in Ægypto, parum aberat quin Alexandriam caperent; ſed Caſſius e Syria adverſum eos miſſus, diſcordiam ſeditionemque ita inter ipſos ſtrategemate quodam concitavit, ut a ſe ipſi diſtraherentur. Nam propter eorum deſperationem atque multitudinem, Romani non ſunt auſi cum univerſis aperto prœlio congredi; ſed illa arte Caſſius eos ſeditione disjunctos oppreſſit.

5. In bello autem, quod Marcus cum Germanis gerebat, (ut hæc quoque velut memoratu digna referam,) quidam adoleſcentulus captivus Marco, neſcio quid interroganti, “ Præ frigore, „ inquit, “ non poſſum tibi reſpondere: quamobrem ſi quid ex me vis cognoſcere, jube mihi veſtem, ſi quam habes, dari. „ Præterea miles quidam, quum eſſet noctu in Danubii cuſtodia, audiretque trans flumen clamorem captorum militum: ſtatim, ut erat, tranavit, & quum liberaſſet captos, revertit. Erat Marco Rufus Baſſæus præfectus prætorio, vir cætera bonus, ſed propter ruſticam originem ignarus literarum: quippe qui puer in paupertate educatus eſſet. [Unde & invitus ad militiam acceſſerat, & quæ diceret Marcus non ſatis capiebat.] Hunc quondam, cum forte vitem putaret, reprehendit non nemo; & quia non ſtatim ad juſſum primum deſcenderat, increpavit his verbis: “ Hem vero præfecte, deſcende. „ Quod quidem ille, velut ad ſuperbientem in humili condicione, protulit; ſed fortuna illi poſt hæc tribuit.

6. Imperator autem, quoties vacabat a bellis, jus

γυπτον κινηθέντες, καὶ τοὺς [illegible] Αἰγυπτίους προσαποστήσαντες ὑπὸ ἱερεῖ τ[illegible] καὶ Ἰσιδώρῳ· πρῶτον μὲν ἐν γυναικείοις στολ[illegible] τῶν Ῥωμαίων [n] ἠπατηκότες, [illegible] γυναῖκες τῶν Βουκόλων, καὶ χρυσ[illegible] αὐτῷ ὑπὲρ τῶν ἀνδρῶν, προσιόντα [illegible] καὶ τὸν συνόντα αὐτῷ κα[illegible], καὶ τε τῶν σπλάγχνων αὐτοῦ [illegible], καὶ ἐκεῖνα κατέφαγον. ἦν δὲ [illegible] πάντων τῶν καθ' ἑαυτὸν ἄριστος. [illegible] ἔπειτα D
ἐκ παρατάξεως τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ Ῥωμαίους νικήσαντες, μικροῦ καὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν εἷλον, εἰ μὴ Κάσσιος ἐκ Συρίας πεμφθεὶς ἐπ' αὐτοὺς, καὶ στρατηγήσας, ὥστε τὴν πρὸς ἀλλήλους σφῶν ὁμόνοιαν λῦσαι, καὶ ἀπ' ἀλλήλων ἀποχωρίσαι, (διὰ γὰρ τὴν ἀπόνοιαν καὶ τὸ πλῆθος αὐτῶν οὐκ [p] ἐθάῤῥησαν συμβαλεῖν [q] ἀθρόοις) οὕτω δὴ στασιάσαντας ἐχειρώσατο.

Ἐν δὲ τῷ πολέμῳ τοῦ Μάρκου τῷ πρὸς τοὺς Γερμανοὺς, ἵνα καὶ ταῦτα μνήμης ἀξιωθείη, μειράκιον μὲν αἰχμάλωτον ἐρωτηθέν τι ὑπ' αὐτοῦ, “ Οὐ δύναμαι, ἔφη, ἀποκρίνασθαί σοι ὑπὸ τοῦ ῥίγους· ὥστε εἴ τι μαθεῖν ἐθέλεις, κέλευσόν μοι ἱμάτιόν τι (εἴγε ἔχεις) δοθῆναι. „ στρατιώτης δέ τις νυκτὸς φυλακὴν τοῦ Ἴστρου ποιούμενος, καί E
τινα βοὴν ἐκ τῆς [r] περαίας στρατιωτῶν ἑαλωκότων ἀκούσας, διενήξατο εὐθὺς ὥσπερ εἶχε, καὶ λύσας αὐτοὺς ἀνεκομίσθη. ἦν δὲ τῷ Μάρκῳ [s] ὁ Ῥοῦφος ὁ Βασσαῖος ἔπαρχος, τὰ μὲν ἄλλα ἀγαθὸς, [t] ἀπαίδευτος δὲ ὑπ' ἀγροικίας, καὶ τά πρῶτά γε τοῦ βίου ἐν πενίᾳ τραφείς· [u] [ὅθεν οὐδὲ ἑκὼν ἐστράτευτο, 804
οὐδ' αὐτῷ ἐκείνῳ συνετὰ ἐφθέγγετο ὁ Μάρκος.] ἀναδενδράδα δέ ποτε αὐτὸν κλῶντα [x] ἀνέλαβέ τις, καὶ ἐπειδή γε μὴ εὐθὺς ἅμα τῷ πρώτῳ κελεύσματι κατέβη, ἐπετίμησεν αὐτῷ, καὶ ἔφη, “ Ὦ γε ἔπαρχε, κατάβηθι. „ τοῦτο γὰρ ὡς καὶ πρὸς [y] ὑπερηφανοῦντα καὶ τεταπεινωμένον αὐτὸν εἶπεν ὅπερ ἡ τύχη μετὰ ταῦτα αὐτῷ ἔδωκεν.

Ὁ δ' αὐτοκράτωρ, ὁσάκις ἀπὸ τοῦ πολέμου σχολὴν

[n] ἠπατηκότες. ἀπατηκότας, male RS. & HS. edit. min. [o] ἔπειτα ἐκ παρατάξεως τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ. ſequor hic codicem Breslav. editi omnes omittunt priora tria vocabula, & ſic ordiuntur: τοὺς δ' ἐν Αἰγ. vocabula autem iſta, inſerunt alieno loco p. 805. B. ἔπειτα ἐκ παρατάξεως τοὺς καλουμένους Κουάδους, quæ ſenſum ibi mirifice turbant. ratio harum turbarum petenda ex luxato folio antiqui codicis, quem pluriniMSS. & editi ſecuti ſunt. vide p.794.not. k. unde apparet, vocabula ἔπειτα ἐκ παρατάξεως, folio luxato, temere avulſa eſſe a τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ. utrumque locum Xiphilini feliciter reſtitui ope cod. Breſl. qui nullum lacunæ aut luxationis indicium præbet, adeoque ex integriori codice deſcriptus eſt. [p] ἐθάῤῥησαν. agnoſcit etiam Blancus & Br. Xylander mavult ἐθάῤῥησεν. Sylb. [q] ἀθρόοις. Br. & Coisl. addit αὐτοῖς. [r] περαίας. rectius περαίας. Sylb. Ind. [s] ὁ Ῥοῦφος ὁ Βασσαῖος. ſic correximus ex inſcript. Grut. de qua ſupra n[illegible]. nam Ῥοῦσος, quod vulgo legitur, nihili eſt. & pro Βασσαῖος melius ex eadem Inſcriptione Βασσαῖος. ſic alibi ap[illegible] CCCLXXV. 1. CCCLXXIV. 5. ceterum pro ſequenti ἔπαρχος, Camerarius legi voluit ὕπαρχος. [t] ἀπαίδ[illegible] ἀγροικίας. mavult ἀγροικος δὲ ὑπ' ἀπαιδευσίας, HS. præf. ad edit. maj. non magno diſcrimine. apud Apollodorum [illegible] in ἀδελφοῖς legitur: τύχῃ ἄγροικος, οὔτε παιδείαν ἔλαχε οὐδέν. de bello dictum. vide Grotii excerpta p. 803. [illegible] ἑκὼν &c. hæc petita ex Exc. Peir. p. 717. junxi, ut potui, iis quæ vulgo exſtant, licet forte paulo alio nexu & lo[illegible] Dione ſcripta fuerint. [x] ἀνέλαβε. aptius Camerarius legit ἀνεκάλεσε. Sylb. ſcribo καθέλαβε, HS. perperam ute[illegible] ὑπέρ τι φανοῦντα RS. edidit, quod ipſe emendavit in variis lectionibus ſubjunctis.

nebat ſtructis. vide in primis *Heliodorum* Æthiop. I. 2. & II. 5. p. 96. ſq. Loca *Bucolia* memorat *Hieronymus* in vita Hilarionis. T. IV. P. II. p. 89. *Bucolicum* oſtium Nili inde dictum, arte effoſſum, apud *Herodotum* II. 17. Ἡρακλεοβουκόλοι, Αἰγυπτιακὴ συνοικία apud *Stephanum Byz.* ubi neſcio an recte interpres, *Ægyptia vicinia*; crediderim *Colonia*. Seditio hæc orta, cum Caſſius Syriæ præeſſet, Syriæ autem præfuiſſe apparet quidem ex *Vulcatio* etiam, c. 5. qui & eum res in Armenia, Arabia, Ægypto optime geſſiſſe refert c. 6. Sed tempus Bucolicorum retuſorum nemo indicat, niſi *Capitolinum* in Marco c. 21. dixeris ordine narrationis ponere, paulo ante quam Marcus ad

bellum Marcomannicum profectus eſt: [illegible] aut 824. Cum ſecundum Dionis ordin[illegible] comannico, anno fere 826. factum fuiſ[illegible]

§ 29. (l. 77.) γυναῖκες τῶν βουκόλων] [illegible] cum Bucolis degebant, ibique pariebat[illegible] deinde piſcibus ex lacu ad ſolem aſſis [illegible] thiop. I. 2.

§ 30. (l. 4.) Ῥοῦφος ὁ Βασσαῖος] Vi[illegible] Avidius Caſſius apud *Vulcatium* c. 13. *A*[illegible] *torii noſtri philoſophi, ante triduum qu*[illegible] *pauperem, ſed ſubito divitem factum.*

σχολὴν ἦγεν, [31] ἐδίκαζε, καὶ ὕδωρ πλεῖστον τοῖς ῥήτορσι μετρεῖσθαι ἐκέλευε. τάς τε [z] πύστεις καὶ τὰς [32] ἀνακρίσεις ἐπὶ μακρότερον ἐποιεῖτο, ὥστε πανταχόθεν τὸ δίκαιον ἀκριβοῦν. καὶ κατὰ τοῦτο [a] ἕνδεκα πολλάκις καὶ δώδεκα ἡμέραις τὴν αὐτὴν δίκην, [b] καίπερ [33] νυκτὸς ἔστιν ὅτε, δικάζων ἔκρινε. B [34] Φιλόπονος γὰρ ἦν, καὶ ἀκριβῶς πᾶσι τοῖς τῇ ἀρχῇ προσήκουσι προσεφέρετο· καὶ οὐδὲν ἐν παρέργῳ οὔτε ἔλεγεν οὔτε ἔγραφεν οὔτε ἐποίει, ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ περὶ τοῦ βραχυτάτου ἡμέρας ὅλας ἀνήλισκεν, οὐκ ἀξιῶν τὸν αὐτοκράτορα ἐξ ἐπιδρομῆς τι πράττειν. καὶ γὰρ ἐνόμιζεν ὅτι κἂν ἐλάχιστόν τι παρίδῃ, διαβολὴν αὐτῷ τοῦτο καὶ ἐπὶ τὰ ἄλλα πάντα οἴσει. καίτοι οὕτως ἀσθενὴς τῷ σώματι ἐγένετο, ὥστε μήτε τὸ ψῦχος [bb] τήν γε πρώτην C ὑπομεῖναι, ἀλλὰ καὶ πρὶν διαλεχθῆναι τοῖς στρατιώταις, συνεληλυθόσιν ἤδη κατὰ τὸ παρηγγελμένον, ἀναχωρῆσαι, καὶ τροφὴν βραχυτάτην, καὶ ταύτην ἐν νυκτί, ἀεὶ λαμβάνειν. οὐ γάρ ἐστιν [c] ὅτε μεθ' ἡμέραν, πλὴν τοῦ [35] Φαρμάκου τοῦ θηριακοῦ καλουμένου, ἐσιτεῖτο. ἐλάμβανε δὲ τοῦ φαρμάκου, οὐχ οὕτως ὅτι ἐδεδίει τι, ὡς ὅτι τοῦ τε στομάχου καὶ τοῦ θώρακος φαύλως εἶχε· καὶ φασιν ὅτι δι' ἐκεῖνο αὐταρκεῖν πρός τε τἆλλα, καὶ πρὸς τοῦτο ἐδύνατο.

jus dicebat; & menſuram aquæ copioſam oratoribus concedi jubebat. In cauſis autem diligenter cognoſcendis atque examinandis, paulo erat longior, quo juſtum omni ex parte inveſtigaret: nam de eadem cauſa dies ſæpe XI. aut XII. aliquando etiam noctu, cognovit. Quum enim eſſet amans laboris, tum vero diligenter applicabat animum ad omnia, quæ ad principatum pertinerent. Nihil dicere ſolebat, nihil ſcribere aut facere obiter, ſed vel in minimis rebus dies totos ſæpenumero conſumere; quod exiſtimaret, non decere imperatorem curſim quicquam agere. Si quid enim prætermiſiſſet vel in minimis rebus, non putabat ſe poſſe in cæteris calumniam effugere. Et tamen erat valetudine usque adeo infirma, ut non modo frigus initio ſuſtinere non poſſet; ſed etiam ante, quam milites ex juſſu jam congregatos alloqueretur, ſecederet paululum, ac nonnihil cibi, idque etiam noctu, ſemper caperet. Nihil enim capiebat interdiu, præter medicamentum, quod theriacam appellant: quod pharmacum non tam ſumebat timoris cauſa, quam quod erat infirmo ſtomacho & pectore; ejusque beneficio & hoc incommodum, & cætera potuiſſe ſuſtinere, arbitrantur.

A.U.C.925 Maximo & Orfito COSS. & ſq.

Τοὺς δὲ [36] Ἰάζυγας οἱ Ῥωμαῖοι ἔν τε τῇ γῇ ποτε τότε, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ ἐν τῷ ποταμῷ D ἐνίκησαν. λέγω δὲ οὐχ ὅτι ναυμαχία τις ἐγένετο, ἀλλ' ὅτι διὰ τοῦ Ἴστρου πεπηγότος φεύγουσι σφίσιν ἐπακολουθήσαντες, καὶ ἐκεῖ ὡς ἐν ἠπείρῳ [d] ἐμαχήσαντο. αἰσθανόμενοι γὰρ οἱ Ἰάζυγες ὅτι ἐπιδιώκονται, ὑπέστησαν αὐτούς, ἐλπίσαντες ῥᾳδίως, ἅτε καὶ ἀήθεις τοῦ κρυστάλλου ὄντας, [e] κατεργάσασθαι. καὶ οἱ μὲν, κατὰ πρόσωπον αὐτοῖς συνέρραξαν· οἱ δὲ ἐκ τῶν πλαγίων [f] παριππεύσαντες. οἱ γὰρ ἵπποι σφῶν δεδιδαγμένοι, καὶ ἐν τῷ τοιούτῳ θεῖν ἀσφαλῶς, ἦσαν. ἰδόντες δὲ τοῦτο οἱ Ῥωμαῖοι, οὐκ ἐφοβήθησαν, ἀλλὰ συστραφέντες, καὶ E πᾶσιν ἅμα αὐτοῖς ἀντιμέτωποι γενόμενοι, τάς τε ἀσπίδας οἱ πλείους ἔθηκαν, καὶ τὸν ἕτερον πόδα ἐπ' αὐτῶν, ὅπως ἧττον ὀλισθαίνωσιν, ἀπερείσαντες, ἐδέξαντο σφᾶς προσπεσόντας· καὶ ἀντιλαμβανόμενοι

7. Eo tempore tandem Romani Iazygas vicere, primum in terra, poſt etiam in flumine; non quod navale prœlium factum ſit, ſed quod conglaciato Danubio, fugientes conſequuti, in eo perinde, atque in continente, pugnaverint. Nam Iazyges quum Romanos ſe inſequi intelligerent, ſperarentque facile ſe poſſe eos conficere, quod glaciei eſſent inſueti; impetum excepere. Ergo Romanos alii a fronte adoriuntur, alii a lateribus circumequitant, quod eorum equi in hujusmodi glacie currere tuto didicerant. Qua re animadverſa, Romani nihilo magis timent, ſed phalange facta, omnibus ſimul hoſtibus frontem obvertunt, magna pars ſcuta deponunt, atque quo minus cadant, in iis alterum pedem firmant. Hoc pacto eorum impetum primo ſuſtinere, arreptisque alii frænis, alii

z πύστεις. ita RS. Sylb. Coiſl. Pal. Br. ceteri πίστεις. præter neceſſitatem. a ἕνδεκα πολλάκις καὶ δώδεκα. ἐν δέκα πολλάκις καὶ ἐν δώδεκα, Pal. Br. b καίπερ νυκτὸς. καὶ τὰς νύκτας, aptius fortaſſe. Sylb. bb hic aſteriſcum ponit RS. notans aliquid deeſſe, quod reſpondeat verbis μήτε τὸ ψῦχος. tum τήν τε πρώτην exhibet idem RS. c ὅτε. ex ὅτε facio ὅ, τι. HS. ſine neceſſitate. d ἐμαχήσαντο. αἰσθανόμενοι γάρ. pro priore voce, ἐμαχέσαντο ad marg. ponit. L. & ſic Br. pro altera, αἰσθόμενοι ſcriptum eſt in Coiſl. & Br. e κατεργάσασθαι, ita Sylb. HS. edit. maj. & L. itemque Coiſl. & Br. κατεργάζεσθαι, RS. & HS. edit. min. forte datur tertium κατεργάσεσθαι. f παριππεύσαντες, ita Sylb. HS. edit. maj. & L. παρεπτεύσαντες, RS. περιππεύσαντες, HS. edit. min. cum quo facit Pal. qui leviculo errore περιππεύσαντες habet. monente Sylb. in indice. & ſic Br.

§ 31. (l. 17.) ἐδίκαζε, καὶ ὕδωρ πλεῖστον] Multas Marci conſtitutiones multam in judicando diligentiam laudat *Capitolinus* cap. 9. 10. 11. ὕδωρ pro clepſydra, vel tempore ad dicendum conceſſo, uſurpari, tralatitium eſt. *Æſchines* contra Cteſiph. p. 203. C. edit Volſii Aurel. Allobr. 1607. triplicem aquam memorat, actori, reo, & judicibus multam æſtimantibus datam. Mirari vero decet latera dicentium, aut patientiam audientium, apud Romanos, neſcio an diſceptationi accuratæ proficuam. Nam *Plinius* XIV, vel ut alii legunt XXIV. clepſydras ad dicendum accepit; Epiſt. II. 11, 4. certe dixit *horis pæne quinque*. Ex lege accuſator ſex horas, novem reus accipiebat *Idem* IV. 9. 9. Sed judex poterat pro dignitate cauſæ & deſiderio dicturi plus concedere. *Id.* VI. 2. 7. *Martial.* VIII. 7. 1. confer *Franc. Polleti* Hiſt. fori Romani L. I. c. 11. *Voſſii* Etymol. in Clepſydra. *Anton. Borremanſium* Var. Lect. c. 18.

§ 32. (l. 19.) ἀνακρίσεις ἐπὶ μακρότερον] Confer *Capitolin.* c. 24.

§ 33. (l. 22.) νυκτὸς ἔστιν ὅτε] Ita noctu interdum judicavit Auguſtus, teſte *Suetonio* c. 33. 1. ita Hadrianus p. 796. A. Vide & *Plin.* Epiſt. IV. 9, 14. & de Marco *Capitolin.* c. 10.

§ 34. (l. 23.) Φιλόπονος γὰρ ἦν] Hoc eſt τὸ φιλόπονον καὶ τὸ ζητητικόν, quod a patre didiciſſe ſe ſcribit πρὸς ἑαυτὸν I. 16. ſupra p. 799. § 12.

§ 35. (l. 37.) Φαρμάκου τοῦ θηριακοῦ] Theriacam Imperatori fecit Galenus, eaque illum, cum ad bellum Germanicum profectus eſſet, quotidie uſum teſtatur περὶ ἀντιδότων init. T. II. p. 424. edit. Baſil. quem morem optimates, ut ſunt principum imitatores, ſecuti ſunt. *ibid.* p. 427, 18. Æſculapius in numis ejus, propter ſuppeditata in ſomnis remedia contra ſanguinis excretionem & vertiginem. vide *Ruben.* ad num. Arſchot. XLVI. 2.

§ 36. (l. 43.) τοὺς δὲ Ἰάζυγας] Iazyges Metanaſtæ intelliguntur, qui erant trans Danubium, inter Moraviam & Tranſſylvaniam.

A.U.C.925 Maximo & Orfito COSS. & ſq.

alii ſcutis & contis eos ad ſe pertrahere; atque ita conſertis manibus viros juxta equosque proſternere: nec enim præ vi noſtrorum reniti jam amplius poterant, quo minus lubrico veſtigio laberentur. Quanquam enim etiam Romani ita labebantur; tamen ſive quis eorum caderet ſupinus, hoſtem una trahebat, & pedibus, ut in lucta fieri ſolet, in dorſum ſubvertebat, ut eo ſuperior eſſet: ſive pronus caderet, hoſtem ante cadentem oris morſu prehendebat. Nam barbari pugnæ hujus generis ſinexperti, quod & levioris eſſent armaturæ, reſiſtere minus poterant: ex quo factum eſt, ut pauci de multis effugerint.

οἱ μὲν τῶν χαλινῶν, οἱ δὲ [illegible] τε κοντῶν, ἐπεσπῶντο αὐτούς. κ[illegible] πλεκόμενοι, κατέβαλλον καὶ τοὺς [illegible] ἵππους. ἐκ γάρ τοι τῆς βία[illegible] 805 πρὸς τὸν ὄλισθον ἐδύναντο. [illegible] καὶ οἱ Ῥωμαῖοι· ἀλλ' [37] εἴθ' [illegible] ἔπεσεν, συνεφείλκετο τὸν ἀντίπαλο[illegible] ἐς τοὐπίσω ἀνεῤῥίπτει, ὥσπερ ἐν [illegible] ἐπάνωθεν αὐτοῦ ἐγίγνετο· εἴτε κα[illegible] ἐλάμβανεν αὐτὸν [ff] προκαταπίπτοντα [38] αὐτῷ τῷ στόματι. οἱ γὰρ βάρβαροι καὶ ἄπειροι [g] τοιουτοτρόπως ἀγωνίας, κουφότεροι ὄντες, οὐχ οἷοί τε ἦσαν ἀντέχειν· ὥστε καὶ ἀπὸ πολλῶν ὀλίγοι διέφυγον.

A.U.C.927 Gallo & Flacco COSS.

8. Igitur Marcus, multis magnisque prœliis & periculis, Marcomannos & Iazygas ſubegit. Poſt hæc bellum ei magnum, inſtructa acie, fuit cum iis, qui Quadi appellantur: quo in bello victoria præter ſpem, vel potius dei beneficio, feliciter conſequuta eſt, quando Romanos pugnantes, ex periculo in quo verſabantur, numen divinum mirabiliter liberavit. Erant a Quadis circumſepti in locis opportunis; quumque conſtipatis clypeis fortiter pugnarent, barbari intermittere prœlium cœperunt, ſperantes eos ipſo jam æſtu & ſiti venturos in poteſtatem; interim circumjacentia loca omnia ſic munimentis concluſerunt, (quod numero eſſent multo plures) ut aqua haberi nulla ex parte poſſet. Hic Romani in ſummis difficultatibus verſari, cum & labore & vulneribus, & ardore ſolis, ac ſiti

Μαρκομάνους μὲν οὖν καὶ Ἰάζυγας πολλοῖς καὶ [39] μεγάλοις ἀγῶσι καὶ κινδύνοις Μάρκος ὑπέταξεν. B [h] ἐπὶ δὲ [40] τοὺς καλουμένους Κουάδους καὶ πόλεμος αὐτῷ συνέστη μέγας, καὶ νίκη [i] παράδοξος εὐτυχήθη, [41] μᾶλλον δὲ παρὰ θεοῦ ἐδωρήθη. κινδυνεύσαντας γὰρ ἐν τῇ μάχῃ τοὺς Ῥωμαίους παραδοξότατα τὸ θεῖον ἐξέσωσε. κυκλωσάντων γὰρ αὐτοὺς τῶν Κουάδων ἐν τόποις ἐπιτηδείοις, συνασπίσαντες οἱ Ῥωμαῖοι, προθύμως ἠγωνίζοντο· καὶ οἱ βάρβαροι τὴν μὲν μάχην ἐπέσχον, προσδοκήσαντες C σφᾶς ῥᾳδίως ὑπό τε τοῦ καύματος καὶ ὑπὸ τοῦ δίψους αἱρήσειν· πάντα δὲ τὰ πέριξ διαλαβόντες ἀπέφραξαν, ὅπως μηδαμόθεν ὕδωρ λάβωσι. πολὺ γὰρ καὶ τῷ πλήθει περιῆσαν. τῶν οὖν Ῥωμαίων ἐν παντὶ κακοῦ, καὶ ἐκ τοῦ καμάτου καὶ ἐκ τῶν τραυμάτων, τοῦ τε ἡλίου καὶ τοῦ δίψους, γενομένων, καὶ μήτε μάχεσθαι διὰ ταῦτα μήτε χωρῆσαι

ff προκαταπίπτοντα. retineri poteſt; admitti tamen poteſt etiam προσκαταπίπτοντα. Sylb. g τοιουτοτρόπως ἀγωνίας. congruentius τοιουτοτρόπου ἀγωνίας. Sylb. pro ſequenti κουφότεροι ſcribendum videtur καὶ κουφότεροι. h ὑπέταξεν. ἔπειτα ἐκ παρατάξεως τοὺς καλ. Κουα. ſic vulgo. niſi quod ad verbum ὑπέταξεν, RS. & HS. edit. min. addunt: ἐπὶ δὲ τοὺς * ἔπεμψεν. ἔπειτα &c. ita & Coiſl. niſi quod ἔπεμψεν omittit. mera hæc eſt confuſio ex luxato antiqui codicis folio orta, de qua dixi p. 803. not. o. id inſpicienti editionem Roberti, cum qua cod. Pal. conſpirat, ad oculum patebit. nam vocabulum ἔπεμψεν poſtremum ante lacunam * p. 249. huc plane non pertinet, ſed ad verba Σεβῆρον ἐς Βιθυνίαν ἔπεμψεν. verba ἔπειτα ἐκ παρατάξεως, quæ poſt lacunam * habet Robertus p. 260. jungenda fuiſſent verbis lacunam priorem apud ipſum ſequentibus τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ Ῥωμαίους. ſola ἐπὶ δὲ τοὺς genuina & hujus loci ſunt, cui integritatem reddimus ope cod. Breſl. Leunclavius volebat ſic mederi: ἔπειτα ἐκ παρατάξεως τοῖς καλουμένοις Κουάδοις &c. ſed his nunc tutius abſtinemus. i παράδοξος. malit fortaſſe aliquis παραδόξως, inquit Stephanus, Sylb. ſed παράδοξος legitur & apud Z. & Br. & adverbio per ſe præferendum videtur.

§ 37. (l. 65.) εἴθ' ὕπτιος τις αὐτῶν ἔπεσεν] Hæ artes, nempe τὸ περιπλέκεσθαι, ὑποσκελίζειν, καταστρέφειν, pertinent ad luctam volutatoriam, & Pancratiaſtas, quo & hunc locum retulit *Pet. Faber* Agoniſt. I. 10. T. VIII. Theſ. Gronov. p. 1829. niſi quod leviculo memoriæ lapſu ibi & c. 11. Xiphilinum *in Adriano* laudat. confer, quæ doctiſſimus *Olearius* ad illa Philoſtrati, de Pancratio. p. 818. ſq. δεῖ γὰρ αὐτοῖς ὑπτιασμῶν τε, οἳ μὴ εἰσιν ἀσφαλεῖς τῷ παλαίοντι, καὶ συμπλοκῶν, ἐν αἷς περιγίνεσθαι χρή, οἷον πίπτοντα. & quæ de luctantibus calce Vir Summus *Valeſius* ad Ammianum XV. 3. p. 75. ſq. Neque multum abit a re præſenti locus *Luciani* Dial. Deor. T. I. p. 221. τὸν Ἔρωτα κατεπάλαισεν εὐθύς, οὐκ οἶδ' ὅπως ὑφέλκων τὼ πόδε, ubi legere non pigebit Cl. *Hemſterhuſii* eruditas annotationes. adde *Lucianum* ipſum in Anacharſi T. II. p. 883. ſqq.

§ 38. (l. 69.) αὐτῷ τῷ στόματι] Mordendo & fodiendo unguibus certare Pancratiaſtis etiam licebat apud Lacedæmonios, ad prælia ſe exercentes, apud ceterus non item. Vide *Philoſtratum* l. c. p. 819. *Lucianum* Demonacte c. 49. T. II. p. 391. *Fabrum* Agoniſt. c. 11. T. VIII. Gronov. p. 1837. ſq.

§ 39. (l. 74.) μεγάλοις ἀγῶσι καὶ κινδύνοις] *Capitolinus* c. 17. *Ipſe bellum Marcomannicum, ſed quantum nulla unquam memoria fuit, tum virtute, tum etiam felicitate tranſegit, & eo quidem tempore, quo peſtilentia gravis multa millia & popularium & militum interemerat. Eutropius* VIII. 6, 7. *Bellum ipſe unum geſſit Marcomannicum, ſed quantum nulla memoria fuit, adeo ut Punicis conferatur.* Marcus, propter multitudinem gentium, quæ conſpiraverant ab Illyrici limite usque ad Galliam, propter deletos exercitus, & propter ſævientem adhuc peſtilentiam, ſervos armaverat, nomine *voluntariorum*, gladiatores, nomine *obſequentium*; quin & latrones Dalmatiæ atque Dardaniæ milites fecerat, & Germanorum contra Germanos comparaverat auxilia: ut refert *Capitolinus* c. 21. Præfectos etiam prætorio a ſuis lateribus abſtractos in hoſtem mittere coactus, teſte *Dione* p. 803. § 25. Unde magnum utique bellum fuiſſe patet, quanquam illud in majus omnino extulit adſuetus jam adulatione ſtilus Romanorum. conf. Inſcriptionem apud *Scaligerum* ad Euſeb. p. 224. a. Marcomannis in deditionem acceptis, plurimi eorum in Italiam traducti. *Capitol.* c. 22.

§ 40. (l. 75.) ἐπὶ δὲ τοὺς καλουμένους] A. U. C. 927. ut infra docebo p. 806. § 51. Ductu Pertinacis adverſus Quados pugnatum eſſe, refert *Euſebius* ad an. XIII. Quadi πρὸς τῷ Γρανούᾳ, *ad Granuam fluvium*, ut Marcus ſub finem lib. I. πρὸς ἑαυτόν. Granua autem in Danubium e regione opidi Gran incidens allu[illegible] Neuſol. Al[illegible] Unde dubitari nequ[illegible] perioris, qua Moraviæ [illegible] Quousque autem ad ſep[illegible] cile eſt. *Tacitus* de Mor[illegible] 42. [illegible] riſcis, Marcomannis, Qu[illegible] *quatenus Danubio præt*[illegible] Germanorum & Sarm[illegible]

§ 41. (l. 77.) μᾶλλον δὲ [illegible] Marci tribuit *Capitolinus* c. 24. *Claudian*[illegible] norii v. 347. *Themiſtius* Orat. XV. p. 191 [illegible] preces memorat, quanquam Pio male a[illegible] πρὸς ἑαυτὸν V. 7. probat Athenienſium [illegible] pro impetranda pluvia preces, ὗσον, ὗσον, [illegible] de Jove Pluvio § 44.

§ 42. (l. 92.) νίφα πολλὴ ἐξαίφνης] Sim[illegible] dro M. ad Jovem Ammonem contenden[illegible] IV. 7, 13. Dario Saccas perſequenti, apud [illegible] Idem ſub Claudio in bello adverſus Ma[illegible] diſſe refert *Dio* p. 671. A. De Mario [illegible] Bocchum

χωρῆσαί πη δυναμένων, ἀλλ' ἔν τε τῇ τάξει
D καὶ τοῖς τόποις ἑστηκότων καὶ καταικαιομένων, νέφη πολλὰ ἐξαίφνης συνέδραμε, καὶ ὑετὸς πολὺς οὐκ ἀθεεὶ κατεῤῥάγη. καὶ γάρ τοι λόγος ἔχει, [43] Ἀρνοῦφίν τινα μάγον Αἰγύπτιον, συνόντα τῷ Μάρκῳ, ἄλλους τέ τινας δαίμονας, καὶ [44] τὸν Ἑρμῆν τὸν ἀέριον ὅτι μάλιστα, μαγγανείαις τισὶν ἐπικαλέσασθαι, καὶ δι' αὐτῶν τὸν ὄμβρον ἐπισπάσασθαι.

Ταῦτα μὲν περὶ τούτων ὁ Δίων φησίν· ἔοικε δὲ ψεύδεσθαι, εἴτε ἑκὼν εἴτε ἄκων. οἶμαι δὲ τὸ πλέον ἑκών. καὶ πῶς γὰρ οὔ; ὅστις οὐκ ἠγνόει τὸ
E τάγμα τῶν στρατιωτῶν [45] τὸ Κεραυνοβόλον ἰδίως καλούμενον, (ἐν γὰρ τῷ τῶν λοιπῶν καταλόγῳ καὶ αὐτοῦ μνημονεύει) ὅπερ ἀπ' οὐδεμιᾶς ἑτέρας αἰτίας, (οὐδὲ γὰρ ἄλλη τις λέγεται) ἢ ἀπὸ τοῦ κατὰ τόνδε συμβάντος τὸν πόλεμον οὕτω προσηγορεύθη· ὃ καὶ αἴτιον τότε τοῖς τε Ῥωμαίοις τῆς σωτηρίας ἐγένετο, καὶ τοῖς βαρβάροις τῆς ἀπωλείας· ἀλλ' οὐχ ὁ Ἀρνοῦφις ὁ μάγος. [46] οὐδὲ γὰρ μάγων συνουσίαις καὶ γοητείαις ὁ Μάρκος χαίρειν ἱστόρηται· ἔστι δὲ ὃ λέγω, τοιοῦτον· τάγμα ἦν τῷ
806 Μάρκῳ, (καλοῦσι δὲ τὸ τάγμα οἱ Ῥωμαῖοι λεγεῶνα) [47] τῶν [k] ἀπὸ Μελιτηνῆς στρατιωτῶν. εἰσὶ δὲ τὸν Χριστὸν πρεσβεύοντες ἅπαντες. ἐν οὖν τῇ μάχῃ ἐκείνῃ προσιόντα τῷ Μάρκῳ τὸν [l] ἔπαρχον, ἀμηχανοῦντι πρὸς τὴν περίστασιν, καὶ δεδιότι περὶ σύμπαντι τῷ στρατῷ, εἰπεῖν λέγεται, ὡς οἱ καλούμενοι Χριστιανοὶ οὐκ ἔστιν ὅ, τι οὐ δύνανται ταῖς εὐχαῖς, καὶ ὅτι παρὰ σφίσι τάγμα ὅλον τυγχάνει ὂν

ſiti vexarentur, nec ob eas res aut pugnare poſ- A.U.C.927 Gallo & Flacco COSS.
ſent, aut alio ſecedere, ſed in acie ſuis quisque locis ſtantes urerentur. Tum vero multæ nubes derepente ita coactæ ſunt, ut maximus imber ceciderit non ſine dei beneficio. Fertur enim Arnuphis quidam magus Ægyptius, qui cum Marco erat, Mercurium præſertim aërium, aliosque dæmonas, quibusdam artibus magicis invocaviſſe, ac per eos pluviam elicuiſſe.

9. Hæc quidem Dio de his tradidit. Sed is mihi mentiri videtur, ſeu volens, ſeu invitus fecerit: quanquam volentem magis arbitror. Quid enim? ignorare non poterat legionem militum, quæ Fulminatrix appellatur proprio nomine, cujus ipſe mentionem fecit in recenſione cæterarum. Atqui hæc nulla alia ex cauſa, (neque enim alia profertur) quam ex eo, quod in iſto bello accidit, id nominis accepit: eoque ipſa tunc ſalutis cauſa Romanis, barbaris exitii fuit, non Arnuphis ille magus; quum nusquam memoriæ proditum ſit, Marcum magorum ſocietate aut præſtigiis fuiſſe delectatum. Res autem, quam dico, ſic ſe habet. Quum Marcus legionem unam haberet a Melitene petitam, cujus milites omnes Chriſtum colebant, ad eum præfectus prætorianorum venit, neſcientem in illo prœlio, quid conſilii caperet, timentemque toti exercitui, eique dixiſſe fertur; nihil eſſe, quod ii, qui Chriſtiani nominantur, precibus impetrare non poſſint: eſſeque legionem integram

k ἀπὸ Μελιτηνῆς. non ex Melite, aut Melitene potius, regione Cappadociæ; ſed qui in hac regione collocati erant. • neque enim dubito, quin legendum ſit ἐπὶ Μελιτηνῆς, ut habet Euſebius lib. V. cap. 5. hiſt. eccleſ. unde hæc Xiph. ita fere doctiſſimus Salmaſius ad Capitolin. cap. 24. p. 383. vide § 47.

l ἔπαρχον. τοῦ δορυφορικοῦ addit Z. ſed & ἔπαρχος ſimpliciter dici poteſt, ſoletque.

Bochum pugnante, *Oroſius* V. 15. *Subito notum illud Romanorum adverſus Afros tempeſtatum imbriumque ſuffragium cœlo miſſum, inſperatæ ſaluti fuit.* Tacco certiora hiſtoriæ ſacræ • 1 Reg. XVIII. 45. coll. Jac. V. 18. Hac oportuna pluvia & tempeſtate nihil celebratius eſt, præſertim apud Chriſtianos. vide *Tillemont* T. II. p. 653.

§ 43. (l. 94.) Ἀρνοῦφίν τινα] Arnuphi quidam, alii Juliano Mago, qui Theurgica ſcripſit, tribuunt. vide *Suidam* in Ἀρνοῦφις & Ἰουλιανός, & de Juliano *Fabricium* Bibl. Gr. lib. I. c. 36. § 11. p. 251. Chaldæos & Magos generatim memorat *Lampridius* in Elagabalo c. 9. *Claudianus* l. c. Dio non ut verum perhibet, ſed ut traditionem quorundam. λόγος ἔχει.

§ 44. (l. 96.) τὸν Ἑρμῆν τὸν ἀέριον] Mercurius quidem in aëre volitans, velut Deorum nuntius, inducitur a veteribus; ſed illi nihil cum pluvia, quantum ſcio. Contra Jovis nomine aëra vel æthera intellexerunt ſapientiores, & cum pluvia, fulminibusque in aëre generatis Jupiter ipſe dicitur deſcendere. vide *Virgil.* Ecl. VII. 60. Jovi ergo hæc tribuenda erant, certe ex Theologia Romanorum: quemadmodum & hodie in columna Antonini Pii, quæ poſt mortem ejus poſita eſt, conſpicitur Jupiter Pluvius ſuper exercitum Romanum largiter effuſus. vide *Fam. Nardinum* Roma Vet. VI. 9. Theſ. Græv. T. IV. p. 1302. ſq. *Havercampii* editionem Apologetici Tertulliani. p. 62. Similiter in columna Trajani n. 133. ſubſidio Romanis contra Dacos venit Jupiter. Notus eſt Ζεὺς ὑέτιος & ὄμβριος, *Pluvius*, *Imbricitor*, *Uvidus*, de quo multa viri docti, *Broukhuſius* ad Tibull. I. 8. 26. p. 152. *Gataker* ad Antonin. V. 7. p. 191. *Hemſterhuſius* ad Lucian. T. I. p. 209. *Grævius* ad Heſiod. O. & D. v. 415. alii. Spectat & huc Ζεὺς καταιβάτης, propter demiſſam pluviam juxta ac fulmina ſic dictus, de quo Cl. *Pet. Burmanni* exſtat erudita commentatio, poſt Comment. de Vectigal. P. R. p. 254. ſſ. In ipſis quoque ſacris literis ſunt ejusmodi deſcriptiones Jehovæ de cœlo deſcendentis cum nubibus, imbre, tonitrubus. Traditio autem Mercurio id tribuens, loqui videtur ex Theologia, non Romanorum, ſed Ægyptiorum.

§ 45. (l. 2.) τὸ Κεραυνοβόλον ἰδίως] Sic & Zonaras p. 595. D. Xiphilinum hic ſecutus; ut de aliis non dicam. Κεραυνοφόρον verius apellat *Dio* p. 564. B. hoc eſt, non *Fulminatricem*, ſed *Fulmineam* vel *Fulminiferam*, vide § 48. mirorque, Blancum & Xylandrum, qui ſic verterant, reprehendi a *Leunclavio* in notis ad p. 774. quia ex præjudicata opinione ſumſerat, κεραυνοβόλον legi apud Dionem, l. c. Tam cæci ſumus, mente occupata. De hac Legione plurimorum ſcripta dabit *Fabricius* in Luce Evangelii p. 138. ſq.

§ 46. (l. 9.) οὐδὲ γὰρ μάγων συνουσίαις] Neque id Dio ex ſua ſententia, aut tanquam verum dixerat; ſed λόγος ἔχει. Sane jam a puero Marcus ex Diogneto, ut ipſe ſcribit I. 6. didicerat τὸ ἀπιστητικὸν τοῖς ὑπὸ τῶν τερατευομένων καὶ γοήτων περὶ ἐπῳδῶν, καὶ περὶ δαιμόνων ἀποπομπῆς καὶ τῶν τοιούτων λεγομένοις. vide ibi *Gatakerum*. A patre autem acceperat τὸ μὴ περὶ τοὺς θεοὺς δεισιδαίμον. *ibid.* I. 16. Ulpianus ex Decreto D. Pii ad Pacatum in Collat. Leg. Moſ. & Rom. Tit. XV. apud Pithœum Opp. p. 109. *D. Marcus eum qui motu Caſſiano vaticinatus erat, & multa quaſi extinctu Deorum dixerat, in inſulam Syrum relegavit.* Confirmat l. 30. D. lib. XLVIII. tit. 19. de pœnis: *Si quis aliquid fecerit, quo leves hominum animi ſuperſtitione Numinis terrerentur, D. Marcus ejusmodi homines in inſulam relegari juſſit.* Vide *Bynkershœckii* Obſſ. VI. 5. Quanquam *Superſtitionis* vocabulum, ſcio, eſt ejusmodi, quod in vitio ponunt omnes, etiam ii, qui aliorum judicio maxime ſuperſtitioſi ſunt. Quare nec omni δεισιδαιμονίᾳ vacaſſe Marcum diſputat S. R. *Moshemius* in Obſſ. Sacris p. 165. ſq. Vide & Diſſ. de ἀδεισιδαιμονίᾳ M. Antonini, ſub Cl. *Chriſtophori Wollii* præſidio habitam a Quirino Gottfr. Schachero. Lipſ. 1730. 4. & *Moſen Solanum* ad Lucian. T. II. p. 254. *Tillemont* T. II. p. 596. ſq.

§ 47. (l. 13.) τῶν ἀπὸ Μελιτηνῆς] Legio XII. Κεραυνοφόρος dicta, a Veſpaſiano in Cappadocia, & ſpeciatim Melitene locata erat. *Suet.* 8, 10. *Tac.* II. 81, 4. *Joſeph.* B. J. lib. IV. c. 1. § 3. *Dio* p. 564. B. ibique *Fabric.* Μελιτηνὴ autem præfectura Cappadociæ, habens caſtella in montibus, ut refert *Strabo* XII. p. 534. 537. vide de ea *Weſſeling.* ad Antonin. p. 209. unde Μελιτηνοῦ καλουμένη λεγεών, apud *Euſeb.* V. 5. Hiſt. Eccl. & *Joſeph.* l. c. nam & a locis cognomina dabantur legionibus. Xiphilinus autem non cognomen legionis a regione, ſed ipſam regionem, unde jam excita erat legio, nominat. Igitur non mutandum puto ἀπὸ Μελιτηνῆς, in ἐπὶ Μελ. ex Euſebio, ut perſuaſit ſibi *Salmaſius* ad Capitolin.

A.U.C. 927 Gallo & Flacco COSS.

gram in exercitu hominum hujus generis. Qua re cognita, Marcum ab iis petiiſſe, ut Deo ſuo ſupplicarent. Quod quum feciſſent, Deum eos exaudiſſe ſubito, percuſſiſſeque hoſtes fulmine, ac Romanos pluvia recreaſſe. His rebus Marcum vehementer obſtupefactum, edicto Chriſtianos honoraſſe, ipſamque legionem Fulminatricem appellaſſe: atque his de rebus epiſtola etiam Marci exſtare dicitur. Græci autem ſciunt, eam legionem Fulminatricem appellari, ejusque rei teſtes ipſi ſunt: cauſam vero, cur ita appellata ſit, non dicunt.

26. “ Itaque tantum illud vereor, commilitones, (dicam enim vobis omnino quod ſentio) ne aut ipſe manus ſibi afferat, quod pudore ſcilicet adductus non audebit in conſpectum noſtrum

n ἐδεδόκει. ἐδεδόχει, RS. Br. & Pal. quorum poſterius etſi receptius videtur, ſi tamen aliquis imperfectum ἐδόκει malit, non gravate aſſentiar. Sylb. in indice. o κολοιῶν. κολιῶν legitur apud RS. mox pro Ἀραβικὸν, Ἀῤῥαβικὸν, RS. & HS. edit. min. item Sylb.

ſii ſeditionem, ut annotavit *Capitolinus* c. 16. & *Vulcatius* c. 9. ſed de Martio Vero, Cappadociæ Legato, cujus mentio ſupra pag. 802. § 15. Quanquam & L. Verus dudum epiſtola ad Marcum indicium fecerat, Caſſium eſſe avidum imperii. *Vulcat.* cap. 1. quod cum ante temporis inſuper haberet Marcus, *ibid.* cap. 2. eventu manifeſto, Fauſtinæ fatetur verum fuiſſe: *Verus mihi de Avidio verum ſcripſerat, quod cuperet imperare. ibid.* c. 9. Nec enim ſatis cauſæ video, cur illum locum de Martio Vero intelligam cum *Salmaſio* p. 460. & *Reineſio* epiſt. ad Rupertum p. 597. quoniam verbum *ſcripſerat*, non de recenti nuncio, qualis erat Martii, ſed de diu ante miſſo loquitur; & quoniam Vulcatius ex hac ipſa epiſtola Marci probare vult, L. Verum jam mortuum fuiſſe, cum Caſſius rebellaret. Sed forte nihil attinet hac de re diſputare, quia cum *Tillemontio* T. II. p. 1053. ſq. haud levibus ex rationibus dubitare licet, an tota illa epiſtola genuina ſit.

§ 87. (l. 83.) ἀνέγνω τοιάδε] Aliam orationem Marci, qua uſus eſt apud amicos, Marius Maximus libris de vita Marci inſeruerat, ut notavit *Capitolinus* c. 25.

§ 88 (l. 87.) πρὸς τὸ δαιμόνιον] Sic Marcus epiſt. ad fratrem de Caſſio, apud *Vulcatium* c. 2. *Nam ſi ei divinitus debetur imperium, non poterimus interficere, etiamſi velimus. Scis enim proavi tui* (Trajani) *dictum: Succeſſorem ſuum nullus occidit. Sin minus, ipſe ſponte, ſine noſtra crudelitate, fatales laqueos inciderit.*

§ 89. (l. 8.) εἰ τοῦτο τῷ κοινῷ συμφέρειν] Marcus l. c. *Plane liberi mei pereant, ſi magis amari merebitur Avidius quam illi, & ſi reip. expedit Caſſium vivere quam liberos Marci.*

§ 90. (l. 18.) χρὴ θαῤῥεῖν] Præclare Marcus ipſe in recte factorum conſcientia fiduciam collocat, apud *Vulcatium* c. 8. Nam dicenti, *quid ſi ille* (Caſſius) *viciſſet?* reſpondit: *Non ſic deos coluimus, nec ſic vivimus, ut ille nos vinceret.*

§ 91. (l. 26.) ἀετὸς κολοιῶν ἢ καὶ λέων νεβρῶν] Eſt inverſum proverbium de re παραδόξῳ: graculus aquilam, hinnulus leonem.

§ 92. (l. 31.) ἔχετε καὶ ὑμεῖς Βῆρον] Martium Verum Legatum Cappadociæ § 86. jam jam præmittendum in Syriam p. 813. B. Præter hunc Verum, Marco operæ plurimum præſtitit Clodius Albinus in retinendis exercitibus Bithynicis qui deficere volebant, ut auctor eſt *Capitolinus* in Albino cap. 6. & 10.

§ 93. (l. 36.) ὡς τετελευτηκότος μου] Vide p. 810. § 85.

A.U.C.928 Piſone & Juliano COSS.

noſtrum venire; aut ne alius, cognito adventu meo, quod contra illum proficiſcar, id faciat. Mihi enim permagnum præmium belli atque victoriæ, quantum unquam accepit nemo, auferet. Quod vero præmium, dicet aliquis? homini, qui injuriam fecerit, ignoſcere: eique, qui amicitiam fidemque violaverit, amicum & fidelem permanere. Quæ etſi vobis fortaſſe videntur eſſe incredibilia, tamen eis fidem derogare non oportet. Non enim prorſus omnia bona ex hominibus exterminata ſunt, ſed ſunt adhuc apud nos antiquæ virtutis reliquiæ. Quod ſi quis mihi fidem non habeat, tanto cupio vehementius ea quæ videntur fieri non poſſe, facta ante oculos omnium ponere. Hæc enim ſola mihi ex malis præſentibus foret utilitas, ſi poſſem, re bene compoſita, oſtendere cunctis hominibus, licere civilibus etiam bellis recte uti. „

“ ὅτι τε ἥξω καὶ ὅτι ἐπ' αὐτὸν ὁρμῶμαι, τοῦτο “ ποιήσῃ. [p] μέγα γάρ μου ἆθλον καὶ τοῦ πολέ- “ μου καὶ τῆς νίκης, καὶ ἡλίκον οὐδεὶς πώποτε “ ἀνθρώπων ἔλαβεν, ἀφαιρήσεται. τί δὲ τοῦτό “ ἐστιν; [94] ἀδικήσαντα ἄνθρωπον ἀφεῖναι, πρὸς “ φιλίαν ὑπερβάντα φίλον μεῖναι, [q] πίστιν καταλύ- “ σαντα πιστὸν διαγενέσθαι. παράδοξα μὲν ἴσως C “ ταῦθ' ὑμῖν φαίνεται, ἀλλ' οὐκ ἀπιστεῖν ὑμᾶς “ αὐτοῖς δεῖ. οὐ γάρ που καὶ ἁπλῶς πάντα τὰ “ ἀγαθὰ ἐκ τῶν ἀνθρώπων ἀπόλωλεν, ἀλλ' ἔστι “ καὶ παρ' ἡμῖν ἔτι τῆς ἀρχαίας ἀρετῆς λείψα- “ νον. ἂν δέ που ἀπιστῇ τις, καὶ διὰ τοῦτο “ μεῖζόν ἐστί μοι τὸ ἐπιθύμημα, ἵνα ὃ μηδεὶς ἂν “ πιστεύσειε γενέσθαι δύνασθαι, τοῦτο ἴδῃ γενόμενον. “ ὡς ἔγωγε τοῦτ' ἂν μόνον ἐκ τῶν παρόντων κα- “ κῶν κερδάναιμι, εἰ δυνηθείην καλῶς θέσθαι τὸ “ πρᾶγμα, καὶ δεῖξαι πᾶσιν ἀνθρώποις, ὅτι D “ καὶ ἐμφυλίοις πολέμοις ἐστὶν ὀρθῶς χρήσα- “ σθαι. „

27. Hæc Marcus & apud milites concionatus eſt, & ad ſenatum ſcripſit, nihil Caſſium criminatus, niſi quod illum crebro ingratum vocabat. Caſſius quoque de Marco nihil unquam dixit contumelioſe, aut ſcripſit. Dum vero Marcus ſe ad bellum civile comparat, multæ ei victoriæ ſimul de diverſis barbaris nationibus, ac mors ipſius Caſſii nuntiatur. Antonius enim centurio in Caſſium pedibus iter facientem irruit, eumque de improviſo ſecundum cervicem vulneravit: quanquam id vulnus non fuit mortiferum, propterea, quod Antonius impetu equi prætervectus, facinus imperfectum reliquit; ita ut ille fere evaſiſſet, niſi eum decurio interim penitus confeciſſet. Hi abſciſſo ejus capite, ad imperatorem profecti ſunt. Ita Caſſius, qui hoc

Ταῦτα μὲν ὁ Μάρκος καὶ πρὸς τοὺς στρατιώτας εἶπε, καὶ [95] πρὸς τὴν γερουσίαν ἔγραψεν, οὐδὲν οὐδαμοῦ τὸν Κάσσιον [r] κακηγορήσας, πλὴν ὅτι ἀχάριστον αὐτὸν συνεχῶς ἀνεκάλει. οὐ μὴν [96] οὐδὲ ἐκεῖνος ὑβριστικόν τι οὔτε εἶπέ ποτε ἐς τὸν Μάρκον, οὔτ' ἔγραψε. παρασκευαζομένῳ δὲ Μάρκῳ πρὸς τὸν ἐμφύλιον πόλεμον, ἄλλαι τε πολλαὶ νῖκαι κατὰ διαφόρων βαρβάρων ἐν ταὐτῷ, καὶ [97] ὁ Κασσίου θάνατος ἀπηγγέλθη. E προσπεσὼν γὰρ βαδίζοντι τῷ Κασσίῳ Ἀντώνιος ἑκατόνταρχος, ἐξαίφνης ἔτρωσε κατὰ τοῦ αὐχένος οὐ πάνυ πληγῇ καιρίᾳ. καὶ ὁ μὲν τῇ ῥύμῃ τοῦ ἵππου ἐξαχθεὶς, ἀτελὲς τὸ τόλμημα κατέλιπεν, ὥστ' ὀλίγου διαφυγεῖν αὐτόν· ὁ δὲ δέκαρχος ἐν τούτῳ τὸ λοιπὸν προσκατειργάσατο. καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀποτεμόντες, πρὸς τὸν αὐτοκράτορα ὥρμησαν. καὶ ὁ μὲν οὕτω [98] μῆνάς τε

p μέγα. ſic legendum, non ut vulgo, μέγαν, vidit Xyl. & vir doctus ad Xiphilinum meum. res notiſſima eſt de diſcrimine vocum ἆθλος & ἆθλον. pro præcedenti ποιήσῃ, ποιήσει habet RS. q πίστιν καταλύσαντα πιστὸν &c. repetita omnino præpoſitione legendum πρὸς πίστιν &c. in Pal. & præpoſitio & adjectivum πιστὸν omittitur. Sylb. r κακηγορήσας. ſic Pal. *maledicens*, monente Sylb. in indice. accedit Br. quod utique præferendum duxi vulgato κατηγορήσας.

§ 94. (l. 48.) ἀδικήσαντα ἄνθρωπον ἀφεῖναι] Quantulum Marcus abeſt a Chriſti præceptis? Non ergo injuriam injuria vindicandam, non inimicum ulciſcendum exiſtimat. Ita Marcus ad Fauſtinam apud *Vulcatium* c. 11. *Si ex mea ſententia de bello judicatum eſſet, nec Avidius eſſet occiſus.* & Vulcatius de Caſſio c. 7. ſq. *quem quidem occidi non juſſit, ſed paſſus eſt, quum apud cunctos clarum eſſet, ſi poteſtatis ſuæ fuisſet, parſurum illi fuiſſe. Caput ejus ad Antoninum quum delatum eſſet, ille non exultavit, non elatus eſt, ſed etiam doluit ereptam ſibi eſſe occaſionem miſericordiæ. quum diceret, ſe vivum illum voluiſſe capere, ut illi exprobraret beneficia ſua, eumque ſervaret.* Vid. *eund.* c. 12. & *Capitolin.* c. 26.

§ 95. (l. 64.) πρὸς τὴν γερουσίαν ἔγραψε] Epiſtolam Marci ad Senatum, poſt interfectum Caſſium, habemus apud *Vulcatium* Caſſ. c. 12.

§ 96. (l. 66.) οὐδὲ ἐκεῖνος ὑβριστικόν] Contrarium *Vulcatius* tradit, apud quem c. 1. Verus ad Marcum: *te philoſopham aniculam, me luxurioſum morionem vocat.* Item *Vulcatius* c. 3. *Catilinam ſe gaudebat appellari, addens, futurum ſe Sergium ſi Dialogiſtam occidiſſet, Antoninum hoc nomine ſignificans.* Vide & Caſſii epiſtolam c. ult.

§ 97. (l. 70.) ὁ Κασσίου θάνατος] Caſſius hoſtis a ſenatu erat judicatus, bonaque ejus proſcripta per ærarium publicum. Amor autem Antonini in hoc maxime enituit, quod conſenſu omnium, præter Antiochenſes, & Alexandrinos, interemtus eſt, cumque ipſo præfectus prætorii quem fecerat, & Mæcianus filius, cui commiſſa erat Alexandria. *Capitolin.* c. 24. ſq. *Vulcat.* Caſſ. c. 7. Auctorem vero illi cædis Caſſii non produnt.

§ 98. (l. 78.) μῆνας τρεῖς καὶ ἡμ. ϛʹ] Apud *Mediobarbum* p. 233. numus eſt IMP. CÆS. AVIDIUS. CASSIUS. PERPET. in averſa FIDES. MILITUM. Sed qui fuerit in eo typus, non addit, nec unde habeat, aperit, nec alibi apud fide dignos auctores reperitur. De Diadumeno Macrini *Capitolinus* c. 14. *quod in ſomnis Antoninus fuiſſet.*

§ 99. (l. 80.) ὁ υἱὸς αὐτοῦ] Mæcianus § 97. Alter Heliodorus deportatus in exilium: filii ceteri omnes dimidiam amplius patrimonii partem acceperunt, & auro argentoque adjuti ſunt, mulieres etiam ornamentis. Alexandria filia & Druncianus gener liberam vagandi poteſtatem habuerunt. *Capitolin.* c. 26. *Vulcat.* Caſſ. [illegible] convenienter literis Marci ad Senatum, apud [illegible] c. 12. [illegible] Commodum omnes poſteros Caſſii vivos [illegible] quaſi in factione deprehenſos. *Id.* c. 13.

§ 100. (l. 87.) [illegible]] Antiochenſibus, qui multa in Marcum pro Caſſio dixerant, & Alexandrinis, qui multa [illegible] in Caſſium, ignovit. *Capitolin.* c. 25. ſq. *Vulcat.* Caſſ. c. 9.

§ 101. (l. 89) [illegible] Ita Marcus ad Senatum, apud *Vulcat.* [illegible] *Nemo ſenatorum puniatur, nullius fundatur viri nobilis ſanguis, deportati* [illegible] *proſcripti bona recipiant. Utinam* [illegible] *multos etiam ab inferis excitare. Non enim unquam* [illegible] *vindicta ſui doloris, quæ etſi juſtior fuerit* [illegible] Et ita factum eſt, docet idem c. 8. & [illegible] c. 25.

§ 102. (l. 2.) [illegible] *Vulcatius* c. 9. de familia Caſſii: *quum* [illegible] *vetuiſſet domus, damnum* [illegible] *quod in hoc petulantes fuiſſent.*

§ 103. (l. 3.) [illegible]] Marcus apud *Vulcat.* c. 12. [illegible] *ordinis & equeſtris,* [illegible] *famia, ab invidia,* [illegible] *tiſque hoc meis tempo*[illegible] *multu cecidit, probet*[illegible] Poſtrema forte ſic transponenda

813 τε τρεῖς καὶ [s] ἡμέρας ἓξ τὴν ἀρχὴν ὀνειρώξας, ἐσφάγη, καὶ [99] ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἑτέρωθι ὢν ἐφονεύθη.

Ὁ δὲ Μάρκος [t] [τοσοῦτον ἤχθετο τῷ τοῦ Κασσίου ὀλέθρῳ, ὥστε ἀποκεφαλισθέντος οὐδὲ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἰδεῖν ὑπέμεινεν, ἀλλά, πλὴν πλησιάσαι τοὺς αὐτόχειρας, ταφῆναί που ἐκέλευσεν.] ἐπιὼν δὲ τὰ ἔθνη τὰ τῷ Κασσίῳ συνεξαναστάντα, πάνυ [100] φιλανθρώπως πᾶσιν ἐχρήσατο, καὶ οὐδένα οὔτε τῶν ἐλαττόνων οὔτε τῶν ἐπιφανεστέρων διεχρήσατο. [u] [ὁ αὐτὸς [101] τῶν βουλευτῶν τινα τῶν σὺν τῷ Κασσίῳ ὄντ' ἀπέσφαξεν, οὔτε ἔδησεν, οὔτε ἐν ἄλλῃ τινὶ φρουρᾷ οὐδένα ἐποιήσατο· οὐ μὴν οὐδὲ ἐς τὸ δικαστήριον αὐτοῦ ἐσήγαγεν, ἀλλ' ἁπλῶς ὡς καὶ ἄλλο τι ἐγκαλουμένους πρὸς τὴν γερουσίαν ἔπεμψεν, ἡμέραν αὐτοῖς ῥητὴν δίκης προθείς. τῶν δ' ἄλλων ὀλίγους πάνυ, ὅσοι καὶ ἔργῳ τι οὐ μόνον τῷ Κασσίῳ συνεπεπράχεσαν, ἀλλὰ καὶ καθ' ἑαυτοὺς ἐκακουργήκεσαν, ἐδικαίωσε. τεκμήριον δὲ, ὅτι Φλάβιον Καλβίσιον, τὸν τῆς Αἰγύπτου ἄρχοντα, οὔτε ἐφόνευσεν, οὔτε τὴν οὐσίαν ἀφείλετο, ἀλλ' ἐς νῆσον ἁπλῶς ἐνέβαλε. τὰ δὲ ὑπομνήματα τὰ περὶ αὐτοῦ γενόμενα κατέκαυσεν, [102] ἵνα μηδ' ὀνείδισμά τι ἐξ αὐτῶν σχῇ· καὶ πάντας [103] τοὺς συγγενομένους αὐτῷ ἀφῆκε.]

Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τοῦτον χρόνον [104] μετήλλαξε καὶ ἡ Φαυστῖνα, εἴτε ὑπὸ τῆς ποδάγρας ἣν εἶχεν, εἴτε ἄλλως, ἵνα μὴ [105] ἐλεγχθῇ ἐφ' οἷς πρὸς τὸν Κάσσιον συνετέθειτο. καί τοι ὁ Μάρκος [106] τὰ γράμματα [τὰ ἐν [107] τοῖς κιβωτίοις εὑρεθέντα τοῦ Πούδεντος] διέφθειρε, [x] μηδὲ ἀναγνούς, ἵνα [y] [μηδ' ὄνομα τινῶν τῶν ἐπιβούλων μάθῃ, τῶν τι κατ' αὐτοῦ γεγραφότων, κἀκ τούτου] καὶ ἄκων [z] ἀναγκασθῇ μισῆσαί τινα. [a] λέγεται δὲ ὅτι καὶ Βῆρος

B εἰς τὴν Συρίαν, ἧς καὶ τὴν ἀρχὴν ἔλαβε, προπεμφθείς,

hoc pacto tres menſes & dies ſex imperium A.U.C.929 Pollione II. & Apro II. COSS. ſomniaverat, jugulatus; filiusque item ejus, qui alio in loco erat, interfectus eſt.

28. Marcus autem [Caſſii cæde adeo indoluit, ut nec caput ejus amputatum videre ſuſtinuerit, & interfectoribus non admiſſis, humari illud juſſerit.] Quum autem veniſſet ad nationes, quæ rebellionem una cum Caſſio fecerant, tractavit eas perhumaniter; neque quenquam vel ex humilioribus, vel illuſtrioribus interfecit. [Idem neminem de ſenatoribus, qui cum Caſſio feciſſent, necavit, aut in vinculis aliave ulla cuſtodia habuit: ſed neque ad tribunal ſuum citavit, verum quaſi alterius criminis reos ſimpliciter ad Senatum miſit, præſtituta die, qua ſe in judicio ſiſterent. E cæteris paucos admodum, qui non modo re ipſa Caſſio opem tuliſſent, ſed & ipſi per ſe gravia admiſiſſent facinora, ſupplicio affecit. Argumento eſt, quod Flavium Calviſium, præfectum Ægypti, nec vita, nec facultatibus ſpoliatum, tantummodo in inſulam relegavit: acta vero omnia, de eo confecta, cremavit, ne ullum ex eis probrum memoriæ illius adſpergeretur: poſtremo cunctis, qui ſeſe ei adjunxerant, veniam dedit.]

29. Sub idem hoc tempus Fauſtina moritur, ſive doloribus podagræ, quibus laborabat, ſive alia ex cauſa; ne ſcilicet ob ea, de quibus cum Caſſio convenerat, argueretur: quanquam Marcus literas, [in Pudentis ſcriniis repertas,] antequam eas legeret, igni tradiderat; ne [inſidiatoris ullius, qui adverſus ſe ſcripſiſſet, vel nomen diſceret, atque ideo] cogeretur quenquam invitus odiſſe. Ferunt nonnulli, Verum præmiſſum in Syriam, quam obtinuerat, literas in ſupellectili

s ἡμέρας ἓξ τὴν ἀρχὴν ὀνειρώξας. ita ſcribendum putavi ex Z. cui conſimilis locus apud Zoſimum p. 770, 23. Μαξίμῳ πᾶσαν ἔξεστιν ἐκεῖνος τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ὀνειροπολήσαντι. vulgatæ Xiphilini, quæ τὴν ἀρχὴν hic omittunt, mutilæ ſunt, quia ὀνειρώττειν per ſe nihil aliud eſt quam *ſomniare*, quod ſcopo non ſatisfacit: nec probare poſſum viri docti conjecturam, qui vocabula ἓξ ὀνειρώξας contrahit in unum ἐξονειρώξας, quia hoc pacto non magis ſatisfit ſcopo, & præterea ἡμέρας numero determinante deſtitutum relinquitur. t τοσοῦτον ἤχθετο &c. hæc ſunt ex Exc. Peir. p. 717. in quibus ordo melior foret hic: ἀποκεφαλισθέντος αὐτοῦ οὐδὲ τὴν κεφαλὴν ἰδεῖν. u ὁ αὐτὸς τῶν βουλευτῶν &c. vide Excerpt. Peir. p. 718. ex quibus & ſequentia τὰ ἐν τοῖς &c. x μηδὲ. μηδὲν, ſcil. γράμμα, Exc. Peir. y μηδ' ὄνομα &c. addita ex Exc. Peir. l. c. z ἀναγκασθῇ μισῆσαί τινα. αὐτοὺς ἀναγκασθῇ μισῆσαι, Exc. Peir. a λέγεται δὲ ὅτι. οἱ δὲ φασιν ὅτι, Exc. Peir.

nenda: *qui cecidit, in tumultu probetur occiſus.* Clementiani hanc commendat *Themiſtius* Orat. VII. p. 96. quo minus credibile eſt, quod JCti Ulpianus & Marcianus Cod. lib. IX. tit. 8. leg. 7. ſq. tradunt, Marcum Drunciani bona poſt ejus mortem adeo fiſco vindicari juſſiſſe, & conſtituiſſe, ut poſt mortem nocentium etiam crimen majeſtatis inchoari poſſit. Equidem jurare auſim, non Marci hæc eſſe, ſed Commodi. vide ſupra § 99. hujusque conſtitutionem, bonos JCtos, quocunque errore inductos, forte quod & filius interdum M. Antoninus ſcribitur, Patri perperam adſignaſſe.

§ 104. (l. 4.) μετήλλαξε καὶ ἡ Φαυστῖνα] *Capitolinus* c. 26. *Fauſtinam uxorem ſuam in radicibus montis Tauri, in vico Halalæ exanimatam ſubito morbo amiſit.* Mortua eſt Annia Galeria Fauſtina, Antonini Pii & Anniæ Fauſtinæ filia, in hibernis, ut ipſe Marcus indicat in epiſtola ad Herodem Atticum, apud *Philoſtratum* Soph. II. 1. § 12. p. 562. poſtquam eam ſecum in æſtivis habuerat, teſte *Capitolino* c. 26. adeoque poſt Caſſium deletum A. U. C. 929. Nam ſub Tribunitia ejus poteſtate XXX. quæ in annum dictum incidit, reperiuntur adhuc numi, ubi nondum diva vocatur, apud *Mediobarb.* pag. 225. Hinc diva & conſecrata, ſervata & in quibusdam Matris Caſtrorum appellatione. ibid. & p. 232. Ejus imago ... eſt in pulcherrimo marmore apud *Montfaucon* T. V. Suppl. Tab. LX. p. 139. Templum ejus ſub Tauri montis radicibus fundaverat Marcus, quod poſtea Elagabalus Jovi Syrio, ſeu Soli, templum fecit. *Spart.* Carac. c. 11.

§ 105. (l. 6.) ἐλεγχθῇ ἐφ' οἷς πρὸς τὸν Κάσσιον] Vide ſupra p. 810. § 83.

§ 106. (l. 7.) τὰ γράμματα διέφθειρε] Marco tribuit *Ammianus* XXI. 16. Factum id exemplo multorum aliorum. pag. 184. A. 219. D. 494. E. 642. E. 764. C. confer *Fabricium* ll. cc. & *Pet. Fabri* Semeſtr. III. p. 251.

§ 107. (l. 8.) ἐν τοῖς κιβωτίοις τοῦ Πούδεντος] Prænomen id videtur fuiſſe Caſſii. Neque enim exiſtimo libertum Caſſii hic intelligi, qui ejus epiſtolas curabat; quippe cum hic non Pudens, ſed Manilius dictus ſit, teſte *Dione* infra (pag. 820. C.) Integrum igitur Caſſii nomen id videtur fuiſſe, *Avidius Pudens Caſſius.* Quodſi quis forte addubitet, eo quod Volcatius Gallicanus nullam ejus prænominis mentionem fecerit, is velim cogitet, multa ab eo ſcriptore, quæ ad Caſſium ſpectabant, & omiſſa, & admiſſa etiam ſequius fuiſſe. Vel illud de familia & natalibus Caſſii, annon extremæ negligentiæ eſt? quod ejus patrem non nominat, eumque ex familia illa nobili Caſſiorum fuiſſe credit. Atqui conſtat, Caſſium Syrum fuiſſe, Heliodori cujusdam filium, quem quidem Heliodorum ſcribit Dio, ob rhetoricæ artis peritiam, ad præfecturam Ægypti perveniſſe. Ejus Heliodori meminit *Ariſtides* in Orat. IV. earum quæ ſacræ dicuntur. (T. I. p. 602. Canteri. 339. Jebbii.) Fuerat is Divo Hadriano perfamiliaris & ab epiſtolis, ut teſtatur *Dio* lib. LXIX. (p. 789. A. ubi vide § 34. & quæ monui p. 810. § 81.) *Spartianus* in Hadriano (c. 16.) *in ſumma*, inquit, *familiaritate Epictetum & Heliodorum philoſophos habuit.* Atqui Heliodorus philoſophus non fuit, ſed rhetor, ut præter Dionem docet *Philoſtratus* in Heliodoro. (Sophiſt. II. 32. p. 625. ſq.) VALES.

A.U.C.929 Pollione II. & Apro II. COSS.

pellectili Caſſii inventas aboleviſſe; quum diceret, id Marco gratum inprimis fore: ſi ille rem moleſte ferret, longe fore melius, ſe unum pro multis interire. Sed Marcus adeo non delectabatur cædibus, ut Romæ quoque ſpectaret gladiatores, tanquam athletas certantes ſine periculo. Nec enim gladiatoribus conceſſit unquam acuto ferro dimicare, ſed obtuſis gladiis & præpilatis omnes dimicare juſſit: [tantopere ab omni abhorrens cæde, ut leonem quendam, vorandis hominibus adſuefactum, induci quidem in theatrum juſſerit, flagitante populo; eum tamen neque ſpectaverit, neque ejus magiſtrum libertate donaverit, quamvis multum diuque a populo exoratus; ſed per præconem præceperit edici, nihil eſſe dignum libertate ab eo factum.]

30. Mortem Fauſtinæ vehementer luxit, ſcripſitque ad ſenatum, ne quis eorum, qui opem Caſſio tuliſſent, morte afficeretur: tanquam in eo dolore, quem ceperat ex interitu Fauſtinæ, hoc uno ſolatio uti poſſet. “ Abſit enim, „ inquit, “ ut mea cauſa veſtrum quiſquam meo veſtrove decreto capite damnetur. „ Ad extremum addidit: “ Quod ſi id a vobis non impetraro, ad mortem properabo. Uſque adeo per omnia purus, mitis, & pius erat: [neque ulla neceſſitate adduci unquam potuit, ut quidquam alienum a ſuis moribus admitteret, non atrocitate ſuſcepti ſceleris, non metu ſimilis, ex venia jam data, defectionis. Enimvero tantum aberat, ut falſæ conſpirationis ſeriem confingeret, ſcenamque nunquam cogitati criminis inſtrueret, ut iis etiam, qui apertiſſime adverſus

πεμφθεὶς, καὶ εὑρὼν αὐτὰ [b] ἐν τοῖς σκεύεσι τοῦ Κασσίου, ἠφάνισεν, εἰπὼν, ὅτι μάλιστα μὲν ἐκείνῳ [c] τοῦτ᾽ ἔσται κεχαρισμένον· ἂν δὲ καὶ χαλεπήνῃ τι, ἄμεινόν γε ἔσται, [d] ἕνα ἑαυτὸν ἀντὶ πολλῶν ἀπολέσθαι. Μάρκος γε μὴν οὕτω τι φόνοις οὐκ ἔχαιρεν, ὥστε καὶ τοὺς [108] μονομάχους ἐν τῇ Ῥώμῃ ὥσπερ ἀθλητὰς ἀκινδύνως ἑώρα μαχομένους. σιδήριον γὰρ οὐδέποτε οὐδενὶ αὐτῶν ὀξὺ [e] ἔδωκεν, ἀλλὰ καὶ ἀμβλέσιν, ὥσπερ ἐσφαιρωμένοις, πάντες ἐμάχοντο. [f] [καὶ οὕτω γε πόῤῥω παντὸς φόνου καθειστήκει, ὥστε καὶ λέοντά τινα δεδιδαγμένον ἀνθρώπους ἐσθίειν, ἐκέλευσε μὲν ἐσαχθῆναι, αἰτησαμένου τοῦ δήμου, οὔτε δὲ ἐκεῖνον εἶδεν, οὔτε τὸν διδάσκαλον αὐτοῦ ἠλευθέρωσε, καίπερ ἐπὶ πολὺ τῶν ἀνθρώπων ἐγκειμένων οἱ. ἀλλὰ καὶ κηρυχθῆναι προσέταξεν, ὅτι οὐδὲν ἄξιον ἐλευθερίας πεποίηκεν.] C

Τὴν δὲ Φαυστῖναν ἀποθανοῦσαν [109] ἰσχυρῶς πενθήσας, ἔγραψε τῇ βουλῇ, [110] μηδένα τῶν Κασσίῳ συναραμένων τεθνάναι, ὡς καὶ ἐκ μόνου τούτου, παραμυθίου τινὸς ἐπὶ τῇ Φαυστίνῃ τυχεῖν δυνησόμενος. “ Μὴ γὰρ γένοιτο, ἔφη, “ μηδένα ὑμῶν [g] ἐπ᾽ ἐμοὶ, μήτε τῇ ἐμῇ μήτε “ τῇ ὑμετέρᾳ ψήφῳ σφαγῆναι. „ καὶ τέλος ἔφη, ὅτι “ Ἂν μὴ τούτου τύχω, [h] σπεύσω “ [111] πρὸς τὸν θάνατον. „ οὕτω τι [112] καθαρὸς διὰ πάντων καὶ χρηστὸς καὶ εὐσεβὴς ἐγένετο. [i] [καὶ οὐδὲν αὐτὸν ἐξεβιάσατο ἔξω τι ἑαυτοῦ ἠθῶν πρᾶξαι, οὐχ ἡ ἀνοσιουργία τῶν τετολμημένων, οὐχ ἡ προσδοκία τῶν ὁμοίων ἐκ τῆς πρὸς ἐκείνους συγγνώμης. τοσοῦτον γὰρ ἀπέχε συμπλάσαι τινὰ ἐπιβουλὴν ἐψευσμένην, καὶ σκευωρήσασθαί τινα τραγῳδίαν μὴ γεγενημένην, ὥστε καὶ τοὺς φανερώτατα ἐπαναστάντας αὐτῷ, καὶ D

b ἐν τοῖς σκεύεσι τοῦ Κασσίου. deſunt in Exc. Peir. *c* τοῦτ᾽ ἔσται κεχαρισμένον. ſic ex mente Camerarii, Sylb. HS. edit. maj. & L. quod confirmant Exc. Peir. ſed RS. HS. edit. min. & Pal. habent ἔτι κεχαρισμένον. *d* ἕνα ἑαυτόν. ſic Blancus: *ſe unum*, itemque vulgatæ editiones. ἑαυτῶν Pal. αὐτῶν, alii. *e* ἔδωκεν. δέδωκεν, Exc. Peir. *f* καὶ οὕτω γε πόῤῥω &c. hæc iterum debentur Exc. Peir. p. 718. *g* ἐπ᾽ ἐμοί. ſic ex Pal. Sylb. ceteri. ὑπ᾽ ἐμοί, RS. HS. edit. min. muto ἐμοὶ in ἐμοῦ, HS. δι᾽ ἐμέ, Z. cujus ſententiam ſecutus reddo: *mea cauſa*. *h* σπεύσω. ſic vulgo, & Z. σπεύδω, Pal. *i* καὶ οὐδὲν αὐτὸν &c. vide Exc. Peir. l. c.

§ 108. (l. 19) μονομάχους ἐν τῇ Ῥώμῃ] Averſatus ſanguinem temere fuſum, ut Nerva & Veſpaſianus p. 752. § 94. Alias plumbeis veronibus utebantur, non nocituri. *Victor* Epit. XVII. 4. aut rudibus. vide p. 825. § 105. Sed & Marcus *gladiatoria ſpectacula omnifariam temperavit*, teſte *Capitolino* c. 11. nempe, quod ſumtibus modum ſtatuit, & gladiatores ad bellum traduxit, ut docet ibi *Caſaubonus* p. 332.

§ 109. (l. 30.) ἰσχυρῶς πενθήσας] Diis acceptum fert *Marcus* lib. I. § 17. quod uxorem nactus ſit ὀυτωσὶ πειθήνιον, οὕτω δὲ φιλόστοργον, οὕτω δὲ ἀφελῆ, *tam obſequentem, tam amantem, tam ſimplicem.* Hinc carpit in eo *Julianus* Cæſ. p. 836, 9. ὅτι πλέον ἢ προσῆκεν ἐπένθησεν, ἄλλως τε οὐδὲ κοσμίαν οὖσαν, *quod immoderatius defunctam luxiſſet, alioqui non probam.* Nam ut *Capitolinus* ait c. 26. *Petiit a Senatu ut honores Fauſtinæ ædemque decernerent, laudata eadem, quum tamen impudicitiæ fama graviter laboraſſet.*

§ 110. (l. 31.) μηδένα τῶν Κασσίῳ] Verba ejus ex epiſtola ad Senatum apud Vulcatium adduximus § 101. & 103.

§ 111. (l. 38.) σπεύσω πρὸς τὸν θάνατον] Hæc extrema epiſtolæ non addit *Vulcatius* Caſſ. c. 12.

§ 112. (l. 38.) καθαρὸς διὰ πάντων] *Capitolinus* cap. 29. *Ante tempus mortis, priusquam ad bellum Marcomannicum rediret, in Capitolio juravit, nullum ſenatorem ſe ſciente occiſum, quum etiam rebelles dixerit ſe ſervaturum fuiſſe, ſi ſciſſet.* Eandem innocentiam ipſe, in precibus pro pluvia apud Quados, Jovi oſtentat, referente *Themiſtio*: ταύτῃ τῇ χειρὶ προσετρεψάμην σε καὶ ἱκέτευσα τὸν ζωῆς δοτῆρα, ᾗ ζωὴν οὐκ ἀφειλόμην. Eadem fretus, ſacris Eleuſiniis initiari voluit, ut purum ſe probaret, infra § 117. Reliquæ benignitatis ejus, omnis vita teſtis eſt. Vide in primis *Capitolin.* c. 12.

§ 113. (l. 54.) ἐναργέστατα τῶν σφαγέων] Vide ſupra § 99.

§ 114. (l. 61.) μηδένα ἐν τῷ ἔθνει &c.] Id olim licebat. Ita ſub exitum Neronis *Ægyptum regebat Tiberius Alexander ejusdem nationis*, teſte *Tacito*. H. I. 11, 1. *Barn. Briſſonius* Antiq. Juris Civ. lib. I. c. 12. ab hac Marci conſtitutione non longe abhorrere ait aliam, cujus ſanciendæ auctorem *Spartianus* prodit Peſcennium Nigrum, in ejus vita cap. 7. *Ut nemo aſſideret in ſua provincia.* Peſcennius autem, cum magnæ auctoritatis fuerit apud Marcum et Commodum, ut ibidem Spartianus annotavit, conjecturam inde capit Briſſonius, ab illis Imperatoribus hanc eſſe conſtitutionem ſacratam. Non repugno, modo obſervetur diverſa ratio. Hoc enim ſancitum eſt, quo ſanctius integriusque jus diceretur, illud, ne provincia ad defectionem ſollic[illegible] Vide Commentatores ad Lib. I. Cod. tit. 41.

§ 115. (l. 61.) τ[illegible] ruptionem non anim[illegible] ſecuti erant interpre[illegible] Frigide ſane addere[illegible] *Romæ eſt.* Poteratn[illegible] ſtatuas in templo V[illegible] urbis eligeret? Et [illegible] gnatum erat templu[illegible] erant Romæ! Equid[illegible] *templum Romæ* Dex[illegible] templum Nympharu[illegible] mxi, et ſexcenta ali[illegible] quanquam pleraque [illegible] urbe Roma templu[illegible] Ἀφροδίτης τῆς τε Ῥ[illegible] et Ῥωμαίων, paulo [illegible] Dio narrat p. 789. [illegible] næ ſtatuas, & ante[illegible] iſſe, non dubitando[illegible] & συμβώμων θεῶν, [illegible] que, canens. lib. I. [illegible]

—*Urbis Vene*[illegible]

Templa, ſimul [illegible]

[illegible]

καὶ ὅπλα κατά τε αὐτοῦ καὶ κατὰ τοῦ υἱέος αὐτοῦ λαβόντας, καὶ στρατηγοὺς καὶ δημάρχους καὶ βασιλέας, ἀφεῖναι, καὶ μηδένα αὐτῶν, μήτε δι' ἑαυτοῦ, μήτε διὰ τῆς γερουσίας, μήτε δι' ἄλλης προφάσεως μηδεμιᾶς ἀποκτεῖναι. ἐξ οὗπερ καὶ πάνυ τι πιστεύω, ὅτι καὶ τὸν Κάσσιον αὐτὸν, εἴπερ ἐζωγρήκει, πάντως ἂν ἐσεσώκει.] καὶ γὰρ πολλοὺς καὶ [113] εὐηργέτησε τῶν σφαγέων, ὅσον τὸ ἐπ' αὐτοῖς, αὐτοῦ τε καὶ τοῦ υἱέος αὐτοῦ.

Ἐνομοθετήθη δὲ [k] τότε, [114] μηδένα ἐν τῷ ἔθνει, ὅθεν τὸ ἀρχαῖον ἐστὶν, ἄρχειν, ὅτι ὁ Κάσσιος ἐν τῇ Συρίᾳ, τὴν πατρίδα αὐτοῦ ἐχούσῃ, ἡγεμονεύων ἐνεόχμωσε. τῷ δὲ Μάρκῳ καὶ τῇ Φαυστίνῃ ἐψηφίσατο ἡ βουλὴ ἔν τε [115] τῷ Ἀφροδισίῳ τῷ Ῥω-
E μαίῳ εἰκόνας ἀργυρᾶς ἀνατεθῆναι, καὶ βωμὸν ἱδρυθῆναι, καὶ ἐπ' αὐτοῦ πάσας τὰς κόρας τὰς ἐν τῷ ἄστει γαμουμένας μετὰ τῶν νυμφίων θύειν, καὶ [116] ἐς τὸ θέατρον [l] χρυσῆν εἰκόνα τῆς Φαυστίνης ἐπὶ δίφρου ἀεὶ, ὁσάκις γ' ἂν ἐκεῖνος θεωρῇ, ἐσφέρεσθαί τε, καὶ ἐν τῇ προεδρίᾳ, ἐξ ἧς ζῶσα ἐθεᾶτο, τίθεσθαι, καὶ περὶ αὐτὴν τὰς γυναῖκας τὰς δυνάμει προεχούσας συγκαθίζεσθαι. ὁ δὲ Μάρκος, ἐλθὼν [117] ἐς τὰς Ἀθήνας, καὶ μυη-
814 θεὶς, ἔδωκε μὲν τοῖς Ἀθηναίοις τιμὰς, ἔδωκε δὲ καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις διδασκάλους ἐν ταῖς Ἀθήναις, [m] ἐπὶ πάσης λόγων παιδείας, [118] μισθὸν [n] ἐτήσιον φέροντας.

Ἐλθὼν [119] δὲ ἐς τὴν Ῥώμην, καὶ πρὸς τὸν δῆμον διαλεγόμενος, ἐπειδὴ μεταξὺ λέγοντος αὐτοῦ τά τε ἄλλα, καὶ ὅτι πολλοῖς ἔτεσιν ἀποδεδημηκὼς ἦν, [120] ἀνεβόησαν, “ Ὀκτώ „ καὶ [121] τοῦτο καὶ ταῖς χερσὶν, ἵνα δὴ καὶ χρυσοῦς τοσούτους ἐς τὸ δεῖπνον

adverſus ipſum inſurrexerant, & contra ipſum ac filium arma ceperant, ducibus juxta ac principibus civitatum & regibus, veniam dederit: nec quenquam illorum, aut ipſe per ſe, aut per ſenatum, aliave ulla ſub ſpecie interfecerit. Quam ob rem pro certo habeo, Caſſium, ſi vivus in poteſtatem ejus veniſſet, incolumitatem utique impertiturum fuiſſe.] Quin & in pleroſque eorum beneficia contulit, qui (quantum in ipſis erat) ſibi filioque necem machinati eſſent. A.U.C. 929 Pollione II. & Apro II. COSS.

31. Conſtituit autem tunc temporis, ut nemo cum imperio eſſet in ea provincia, ex qua antiquitus ortus eſſet; propterea quod Caſſius, quum in Syria, patriam ipſius complexa, imperium haberet, res novas molitus fuerat. Senatus Marco & Fauſtinæ decrevit ſtatuas argenteas in templo Veneris & Romæ collocari, aramque extrui, in qua virgines omnes, quæ nuberent in urbe, una cum ſponſis, ſacrificarent: præterea, ut in theatrum aurea imago Fauſtinæ ſemper inferretur in ſella, quoties Marcus ſpectaret, & in prima ſede, unde ſuperſtes ipſa ſpectare conſueverat, poneretur; eique omnes præſtantiſſimæ fœminæ aſſiderent. Marcus poſtquam Athenas venit, initiatusque fuit, magnos honores tribuit Athenienſibus, ſimul in urbe magiſtros omnis doctrinæ, annua mercede conductos, conſtituit ad omnium gentium utilitatem.

32. Quum autem Romam veniſſet, concionareturque apud populum, ac ſubinde diceret inter cætera, ſe multos annos peregrinatum abfuiſſe, conclamaretque multitudo, “ Octo „ idque ſignificaret porrectis manibus, ut totidem aureos

k τότε. id repoſui pro τόδε, ex Br. Pal. & Z. *l* χρυσῆν. ſic recte Sylb. HS. edit. maj. & L. item Coiſl. & Br. χρυσοῦν, RS. & HS. edit. min. iidem mox male ὁσάκις γὰρ ἄν. *m* ἐπὶ πάσης λόγων παιδείας. magis placeret πάσῃ λόγων παιδείᾳ, HS. utique, præſertim ſi cum ſequentibus conſtruatur; ſed patrio caſu etiam Z. cum verbo ἔταξε, & ſic ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ τεταγμένος apud Xiph. p. 379. 24. quo pacto etiam hic cum antecedenti ἔδωκε, vel ſi mavis ἔταξε, conſtrui poſſet. *n* μισθὸν ἐτήσιον. addit. Zon: ἐκ τοῦ ταμείου.

Scripſerat igitur Dio ἔν τε τῷ Ἀφροδισίῳ τῷ τε Ῥωμαίῳ, ubi ineptuli librarii, de alia vocis Ῥωμαίῳ ſignificatione quam adjectiva non cogitantes, particulam τε velut inconcinnam & ſuperfluam reſecarunt, vel trajecerunt, eoque & ſenſum hujus loci & rem ipſam obſcurarunt. Nemo enim veterum, præter unum Dionem, ne Zonaras quidem, rei meminit; quæ ipſa adeo obſcurata fugit recentiores, qui de templis Romæ & Veneris agentes, locum hunc Dionis, & cultum Deorum memorabilem, honoremque in iis Marco & Fauſtinæ a ſponſis habitum, ſicco pede præterierunt. Alias tangere aram Junonis nubentes ſolebant.

§ 116. (l. 65.) ἐς τὸ θέατρον χρυσῆν εἰκόνα] Honos qui Diis & Divis in ludorum ſolennibus, velut præſidibus, exhiberi ſolebat. vide *Spanhem.* de U. N. T. II. p. 209.

§ 117. (l. 70.) ἐς τὰς Ἀθήνας καὶ μυηθεὶς] *Capitolinus* c. 27. *Orientalibus rebus ordinatis, Athenis fuit, & inter alia Cereris templum* (& initialia Cereris, Salmaſ.) *adiit, ut ſe innocentem probaret, & ſacrarium ſolus ingreſſus eſt.* Quare Marcus apud *Philoſtratum* Soph. II. 1. § 12. p. 562. ſq. Herodis querelis reſpondet, ut ſi injuriam ſibi factam putet, pœnas a ſe repoſcat ἐν τῷ ἱερῷ τῆς ἐν ἄστει Ἀθηνᾶς, ἐν μυστηρίοις. ubi vide Olearium. Meminit & myſteriorum Athenis ſuſceptorum *Philoſtratus* in Adriano II. 10. § 4. p. 588. Fuit ergo Athenis poſt victum Caſſium, cum ex hibernis Romam contenderet.

§ 118. (l. 73.) μισθὸν ἐτήσιον] Annuum ſtipendium Grammaticorum, Rhetorum, Philoſophorum erat μυρίων ſcil. δραχμῶν, ſeu 40 000 HS. id eſt 1000 uncialium. Vide *Olearium* ad Philoſtr. Sophiſt. II. 2. p. 556. II. 11. § 1. p. 591. II. 23. § 2. p. 605. Marcus autem Herodi Sophiſtæ commiſerat, ut ſuo judicio Philoſophos ſtipendio conſtituendos eligeret. vide l. c. Sed jam Antoninus Pius *rhetoribus & philoſophis per omnes provincias & honores & ſalaria detulit*, teſte *Capitolino* in Pio c. 11. ubi legendus de ſalario annuo *Salmaſius* p. 275. ſq. imo jam ante hunc Hadrianus, ut auctor eſt *Victor* Cæſ. XIV. 1. poſtea Alexander Severus, apud *Lamprid.* c. 44. alii.

§ 119. (l. 75.) Ἐλθὼν ἐς τὴν Ῥώμην] *Lampridius* Commodo c. 2. *Cum patre Romam rediit. Poſt hæc venia legis annariæ impetrata, Coſ. eſt factus* (h. e. deſignatus in annum ſequentem 930.) *& cum patre Imperator eſt appellatus, V. Kal. Decemb. die,* (27. Nov.) *Pollione & Apro Coſſ.* (U. C. 929.) *& triumphavit cum patre:* nempe *X. Kal. Amazonias iiſdem Coſſ.* (23. Novemb.) *Id.* cap. 12. Vide & de triumpho cum Commodo *eund.* c. 17. *Eutrop.* VIII. 6, 10. *Euſeb.* ad annum XVIII. *Mediob.* p. 243.

§ 120. (l. 78.) ἀνεβόησαν ὀκτώ] Hi octo anni continui non ſunt intelligendi, ſed a primis belli initiis, ad quod cum fratre profectus eſt A. U. C. 922. cum interea temporis, fratre urgente, reverſus, annum & amplius in urbe quieviſſet, donec A. U. C. 925. iterum & ſolus profectus eſt. pag. 803. § 26.

§ 121. (l. 78.) καὶ τοῦτο καὶ ταῖς χερσὶν] Ita ſolebant veteres, ut ait *Seneca* epiſt. 88. *avaritiæ commodare digitos*, & aurum in ſpectaculis poſtulare aut promittere. *Suetonius* Claud. 21, 10. *adeo ut oblatos victoribus aureos, prolataque ſiniſtra, pariter cum vulgo, voce digitisque numeraret.* Atque hinc ſupputans divitias συντονωτάτοις τοῖς δακτύλοις fingitur a *Luciano* in Timone c. 13. T. I. p. 122. ubi vide *Hemſterhuſium* & fœnerator avarus in Cataplo c. 17. T. I. p. 640. μόνοις τοῖς δακτύλοις πλουτῶν. Alium locum in Gallo c. 31. T. II. pag. 749. emendat & explicat *Geſnerus*, in cujus cogitationem incidit etiam *Jac. Elſnerus* in Schediaſmate Critico p. 15. ſq. Octo ſignificabantur digito lævæ minimo & juxta eum medio ad palmam compoſitis. vide *Bedam* de temporum ratione T. XI. Theſ. Græv. pag. 1701. *Jo. Pierii Valeriani* Hieroglyph. lib. XXXVII. c. 1. *Pet. Fabrum* Semeſtr. III, 23. p. 354. ſq. confer infra p. 835. § 79.

A.U.C.929 Pollione II. & Apro II. COSS.

aureos in cœnam acciperet, ſubriſit, tum ipſe etiam “ Octo „ inquit, ac poſtea octo aureos viritim dedit, quantam ſummam nunquam ceperant antea. Quibus peractis, remiſit omnibus omnia, quæ fiſco ærariove publico debebantur, ab annis ſex & quadraginta, absque ſexdecim annis Hadriani, juſſitque ſyngraphas omnes ſcriptas de iis rebus in foro comburi. Pecuniam multis civitatibus largitus eſt, in quarum numero fuit Smyrna, quæ ingenti terræ motu conquaſſata fuerat; eamque ſenatori prætorio viro, reſtaurandam mandavit. Ex quo fit, ut mirer eos, qui Marcum reprehendunt, negantque liberalem fuiſſe. Is enim etſi re vera frugaliſſimus erat, tamen nulla in re deerat ſumptibus neceſſariis, licet in exigenda pecunia, ut ſupra dixi, nemini moleſtus eſſet, ac præter expenſas annuas, neceſſario ſumtus longe maximos faceret.

δεῖπνον λάβωσι, προσενεδείξαντο· [o] διαμειδιάσας [illegible] ἔφη καὶ αὐτὸς, “ Ὀκτώ. „ καὶ μετὰ ταῦ[illegible] [122] διακοσίας δραχμὰς αὐτοῖς κατένειμεν, ὅ[illegible] πω πρότερον εἰλήφεσαν. ταῦτά τε ἔπραξε, [illegible] τοῖς ὀφείλουσί τι τῷ βασιλικῷ καὶ τῷ [illegible] πᾶσι πάντα [123] τὰ ὀφειλόμενα ἀφῆκεν, [illegible] ἐτῶν ἓξ καὶ τεσσαράκοντα, [125] χωρὶς τῶν [illegible]κα τοῦ Ἀδριανοῦ· καὶ πάντα τὰ περὶ αὐτῶν γράμματα ἐν τῇ ἀγορᾷ καυθῆναι ἐκέλευσε. [126] χρήματά τε πολλαῖς πόλεσιν ἔδωκεν, ἐν αἷς [127] καὶ τῇ Σμύρνῃ δεινῶς ὑπὸ σεισμοῦ φθαρείσῃ· καὶ αὐτὴν καὶ βουλευτῇ ἐστρατηγηκότι ἀνοικοδομῆσαι προσέταξεν. ἀφ' οὗπερ καὶ νῦν θαυμάζω τῶν αἰτιωμένων αὐτὸν, ὡς [128] οὐ μεγαλόφρονα γενόμενον. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα [129] οἰκονομικώτατος ὡς ἀληθῶς ἦν, τῶν δ' ἀναγκαίων ἀναλωμάτων οὐδὲ ἓν ἐξίστατο, καίπερ μήτε τινὰ [130] εἰσπράξει χρημάτων, ὥσπερ εἶπον, λυπῶν, καὶ πλεῖστα ὅσα ἐξ ἀνάγκης ἔξω τῶν ἐγκυκλίων δαπανῶν. B C

A.U.C.930 Commodo & Quinctillo COSS.

33. Poſtquam res Scythicæ præſentiam ejus iterum poſtulare viſæ ſunt, Criſpinam celerius, quam vellet, ob hanc cauſam filio in matrimonium collocavit. Nam ambo Quintilii, etſi uterque eorum valebat prudentia, & fortitudine, ac uſu maximarum rerum, tamen id bellum conficere

Ἐπειδὴ δὲ τὰ Σκυθικὰ αὖθις αὐτοῦ ἐδεήθη, γυναῖκα τῷ υἱεῖ θᾶττον δι' αὐτὰ ἢ ἐβούλετο [131] Κρισπῖναν συνῴκισεν. οἱ γὰρ [132] Κυϊντίλιοι οὐκ ἠδυνήθησαν, καίπερ δύο τε ὄντες, καὶ φρόνημα καὶ ἀνδρίαν ἐμπειρίαν τε πολλὴν ἔχοντες, τὸν πόλεμον παῦσαι· καὶ διὰ τοῦτ' ἀναγκαίως D

o *διαμειδιάσας.* ſic Sylb. HS. edit. maj. & L. ex Sylburgii mente, qui *διεμειδίασε* illud, quod eſt apud RS. & HS. edit. min. improbat, propter augmentum parum uſitatum. confirmat Br.

§ 122. (l. 82.) *διακοσίας δραχμάς*] CC Drachmæ faciunt aureos VIII. ſinguli aurei XXV. drachmas. vide *Dionem* pag. 556. D. Sunt ergo 20 unciales.

§ 123. (l. 85.) *τὰ ὀφειλόμενα ἀφῆκε*] Memorat *Euſebius* ad an. XVIII. *Imperatores multis multa largiti ſunt, & pecuniam, quæ fiſco debebatur, provinciis concedentes, tabulas debitorum in medio Romanæ urbis foro incendi fecerunt.* confer & *Capitolin.* c. 23.

§ 124. (l. 85.) *ἀπὸ ἐτῶν ἓξ καὶ τεσσαράκοντα*] Explico cum Scaligero, de tempore XLV. annorum, nempe ab A. U. C. 885 — 930. uti *ἑκκαιδεκαέτη χρόνον* Hadriani, de ſpatio XV. annorum. vide ſupra p. 791.

§ 125. (l. 86.) *χωρὶς τῶν ἑκκαίδεκα τοῦ Ἀδριανοῦ*] Niſi Hadrianus repetiit remiſſionem, hiatus temporis intercedet XV. annorum, inter A. U. C. 870. quo edixit Hadrianus remiſſionem reliquorum veterum, & A. U. C. 885. a quo Marci remiſſio initium ducit. Aut igitur hoc intervallo nulla reliqua fuerint, quod prorſus non credibile; aut remiſſa non ſint, quod Marci inſtitutum non patitur. Nam qui ad XLV. annos præteritos liberalitatem ſuam extendebat, quidni idem ad LX. usque fuiſſet progreſſus?

§ 126. (l. 89.) *χρήματά τε πολλαῖς πόλεσιν*] Pecuniæ, quæ ad reſtitutionem urbium terræ motu collapſarum dabantur, Latinis *Commoda*, Græcis ſtrictius *χρήματα & λυσιτελῆ χρήματα*, dicebantur, ut annotavit *Kuhnius* ad Pauſan. pag. 689. De Marci autem in civitates varias liberalitate adiſis *Capitolinum* c. 11. & *Victorem* Epit. XVI. 2. & 12. Spectat huc Beneficentiæ templum ab ipſo exſtructum p. 815. B.

§ 127. (l. 90.) *καὶ τῇ Σμύρνῃ*] *Euſebius & Chronicon Paſchale* referunt ad annum Marci XIX. h. e. Chriſti 180. ſeu U. C. 933. Sed ſecundum ordinem Dionis, biennio aut triennio prius acciderit. Neſcio quam recte Cel. *Montfauconus* Ant. Expl. Tom. I. P. I. lib. III. c. 23. p. 182. Tab. CXVI. hujus ſimilisve cladis occaſione ſculptam dicat gemmam cum inſcr. ZMTP. AΠOΛ. ſeu *Σμύρνα ἀπόλωλε.* Sed de illo certe terræ motu legendus in primis *Ariſtides* Epiſtola ad Marcum & Commodum n. XLI. & Orationibus XX. XXI. XXII. confer *Spanhem.* de U. N. T. I. p. 649. ſq. Ariſtides Marcum adeo permovit, ut lacrymas tenere non potuerit: quare Ariſtidi velut *οἰκιστῇ* ſtatuam æneam prope Æſculapii ædem poſuere Smyrnenſes. Vide *Fabricii* Bibl. Gr. Vol. IV. pag. 373. ſqq. Quanquam recte *Philoſtratus* Sophiſt. II. 9. § 2. p. 583. de Ariſtide referens, ſibi perſuaſit, Marcum etiam ſine Ariſtide urbem, quam olim admiratus erat, reſtituturum fuiſſe. Ab Apollonio hanc Smyrnæ cladem prædictam eſſe, tradit idem *Philoſtratus* IV. 6. p. 144.

§ 128. (l. 93.) *οὐ μεγαλόφρονα*] Contrarium eſt *μικρόφρων.* Vide quæ de horum vocabulorum vi & poteſtate diximus p. 691. § 31. *Liberalitatis promtiſſimæ* dicitur *Eutropio* VIII. 6, 6. etiam *in editione munerum magnificus.* ibid. § 14. & apud *Capitolin.* c. 17.

§ 129. (l. 94.) *οἰκονομικώτατος*] *Parcus & diligens* apud *Capitolin.* c. 5. adde c. 23. *Cavit & ſumtibus publicis. Idem* c. 11. *Nihil vero magis & timuit & deprecatus eſt quam avaritiæ famam, de qua ſe multis epiſtolis purgat. Id.* c. 29.

§ 130. (l. 96.) *εἰσπράξει χρημάτων, ὥσπερ εἶπον*] Remittit nos Xiphilinus ad locum Dionis, quem in ejus epitome fruſtra quæras. Eſt vero ejusmodi locus apud *Zonaram* p. 593. B. quem ille ex fragmento quodam Dionis petiiſſe videtur, ſed perperam ad Pium retulit, cum Marco omnes ceteri hiſtorici adſcribant: *οὐ μὴν διὰ τοῦτο ἐκ τῶν ὑπηκόων ἐχρηματίζετο, ἀλλ' ἐν ἀπορίᾳ ποτὲ γεγονὼς ἀργυρίου, πολέμων ἐπικειμένων, οὔτε τέλος καινὸν ἐπενόησεν, οὔτ' αἰτῆσαι παρά του ἠνέσχετο χρήματα, ἀλλ' ἐν τῇ ἀγορᾷ πάντα τὰ ἐν τοῖς βασιλείοις κειμήλια θέμενος, καὶ ἅ τι πρὸς κόσμον ἦν τῇ αὐτοῦ γαμετῇ, ἀνεῖσθαι ταῦτα τὸν βουλόμενον προὔθηκεν. ὅθεν ἀθροίσας ἀργύρια, τοῖς στρατιώταις δέδωκε· καὶ νικήσας τὸν πόλεμον, ἐκτήσατο πολυπλάσια. καὶ κήρυγμα ἔθετο, τὸν βουλόμενον ἐκ τῶν ὠνησαμένων τὰ κτήματα τὰ βασιλικὰ ἀναδιδόναι τὸ ὠνηθὲν, καὶ λαμβάνειν τὸ τίμημα. καὶ τινὲς μὲν τοῦτο ἐποίησαν, οἱ δὲ πλείους οὐκ ἠθέλησαν, καὶ οὐδένα ἀναδοῦναι τὸ κτηθὲν αὐτῷ ἐβιάσατο.* *Nec tamen a ſubditis pecuniam exegit. Nam cum aliquando bellis urgentibus pecunia egeret, nec vectigal novum excogitavit, nec a quoquam poſtulare pecuniam voluit, ſed omnibus regiis ornamentis & uxoris ſuæ mundo muliebri, in foro venum expoſitis, pecuniam coactam militibus dedit. Victis autem hoſtibus, partaque præda longe maxima, per præconem edici juſſit, qui imperatoria inſtrumenta ex emtis vellet reſtituere, iis pretium redditum iri. Ac nonnulli* [illegible] *quorum neminem ad redde*[illegible] non de Pio, ceteri omnes [illegible] *Eutropius* VIII. 6, 11. *V*[illegible] *nus περὶ ἀρχαιολογίας* apu[illegible] qui ejus locum ex Dione p[illegible] Antoninus Pius, quanquam [illegible] fluas & prædia vendidit, [illegible] coactus id fecit, nec bell[illegible] geſſit. vide p. 800. § 24. [illegible] ptum fuiſſe Excerptis quibusdam Dionis, [illegible] fragmentum poſt Pii res geſtas *ἀκεφάλως* [illegible] pertinere ſibi perſuaſit. Eodem ut puto er[illegible] mentum Zonaras l. c. adſcribit: *τούτου* [illegible] *ἄνευ, τὸ τῶν τέκνων ἀδιαθέτων τελευτώντ*[illegible] *φαίνεσθαι τοὺς γονεῖς, καὶ διατιθεμένους τ*[illegible] *ἀνάγκην εἶναι τὸ νόμιμον μέρος τοῖς γονεῦσι* [illegible] paulo poſt: *περὶ τούτου τοῦ αὐτοκράτορος* [illegible] *τῆς συγκλήτου κατέπαυσε ψήφισμα, ὃ κατ*[illegible]

καίπερ αὐτοὶ [133] οἱ αὐτοκράτορες ἐξεστράτευσαν. ὁ δὲ Μάρκος καὶ χρήματα ἐκ τοῦ δημοσίου ᾔτησε τὴν βουλὴν, οὐχ ὅτι μὴ ἐκεῖνα ἐπὶ τῇ τοῦ κρατοῦντος ἐξουσίᾳ, ἀλλ' ὅτι ὁ Μάρκος πάντα τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου καὶ αὐτὰ καὶ τἄλλα ἔλεγεν εἶναι. "Ἡ-"μεῖς γὰρ, ἔφη, (πρὸς τὴν βουλὴν λέ-"γων) οὕτως οὐδὲν ἴδιον ἔχομεν, ὥστε καὶ "ἐν τῇ ὑμετέρᾳ οἰκίᾳ οἰκοῦμεν." ταῦτά τε εἰ-

E πὼν, καὶ [134] τὸ δόρυ, τὸ αἱματῶδες παρὰ τῷ Ἐνυείῳ ἐς τὸ πολέμιον δὴ χωρίον (ὥς γε καὶ τῶν συγγενομένων αὐτῷ ἤκουσα) ἀκοντίσας, [p] ἐξωρμήθη· καὶ [135] τῷ Πατέρνῳ δοὺς χεῖρα μεγάλην, ἔπεμψεν αὐτὸν εἰς τὸν τῆς μάχης ἀγῶνα. καὶ οἱ βάρβαροι ἀντέτειναν μὲν διὰ τῆς ἡμέρας ἁπάσης, κατεκόπησαν δὲ ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων πάντες. καὶ ὁ Μάρκος [136] τὸ δέκατον αὐτοκράτωρ προσηγορεύθη. καὶ [137] εἴγε πλεῖον ἐβεβιώκει, πάντα τὰ ἐκεῖ ἂν [q] ἐκεχείρωτο· νῦν δὲ τῇ [138] ἑπτακαιδεκάτῃ τοῦ Μαρτίου μετήλλαξεν, οὐχ ὑπὸ τῆς νόσου ἣν καὶ τότε ἐνόσησεν, [139] ἀλλ' ὑπὸ τῶν ἰατρῶν, ὡς ἐγὼ σαφῶς ἤκουσα, τῷ Κομμόδῳ χαριζομένων.

815 Μέλλων οὖν ἀποθνήσκειν, τοῦτόν τε [140] τοῖς στρατιώταις παρακατέθετο, (οὐ γὰρ ἤθελε δοκεῖν ὑπ' αὐτοῦ θνήσκειν) καὶ τῷ χιλιάρχῳ τὸ [141] σύνθημα

conficere non potuerunt. Quam ob rem ipſi imperatores neceſſario profecti ſunt. Tum Marcus pecuniam ex ærario petiit a ſenatu, non quod ea non eſſet in principis poteſtate, ſed quod diceret eam, cæteraque omnia, eſſe ſenatus populique Romani. "Nos enim," inquit, ſenatum adloquens, "usque adeo nihil habemus proprium, ut etiam veſtras ædes habitemus." Quumque hæc dixiſſet, haſtam cruentam juxta Bellonæ templum, quaſi in hoſticum, ut e familiaribus ejus accepi, contorſit; deinde contra hoſtes proficiſcitur. Paterno magnas copias dat, eumque ad prœlium committendum mittit. Reſtitere barbari totam diem: tandem vero omnes a Romanis cæſi ſunt. Marcus decimum Imperator appellatus eſt: qui ſi vixiſſet diutius, ea quæ in Scythia erant, omnia in ſuam poteſtatem redegiſſet. Sed deceſſit e vita XVI. Kal. April. non morbo, quo tum quoque laborabat, ſed (ut ego pro certo accepi) peremptus a medicis, qui Commodo gratificabantur.

A.U.C.931 Rufo & Orfito COSS.

A.U.C 933 Bruttio Præſente II. & Sex. Condiano COSS.

34. Quumque eſſet morti proximus, Commodum militibus commendavit, (nolebat enim ab illo interemtus videri) tribunoque militum teſſeram

p ἐξωρμήθη. ſic recte editio RS. Sylb. Coiſl. Br. ceteræ editiones ἐξηρμήθη. q ἐκεχείρωτο. ἐκεχείρωσο, perperam HS. edit. min.

λου γίγνεται Καίσαρος, θεσπίζων μηδενὶ ἐξεῖναι διαθήκην ποιεῖν, εἰ μὴ μέρος ὡρισμένον τῷ κοινῷ καταλείψει ταμιείῳ. ὅθεν νομίζεται καὶ μέχρι τοῦδε ταῖς διαθήκαις ἐγγράφεσθαι, ὅτι καὶ τῷ βασιλικῷ καταλιμπάνω τόδε. *Hujus lex eſſe fertur, ut parentes liberorum, qui inteſtati decedant, heredes ſint; & qui teſtamento facto orbi decedant, neceſſario legitimam partem parentibus relinquant.* item: *In hoc Imperatore illud etiam celebratur, quod Senatusconſultum Julii Cæſaris juſſu factum cremavit, quo edicebatur, ne cui teſtamenti factio eſſet, niſi certam partem ærario legaret. Unde moris eſt ad hoc usque tempus inſcribi teſtamentis: hoc Imperatorio fiſco relinquo.* Atqui Marcum non modo civilia multa correxiſſe dicit *Capitolinus* c. 27. & de viceſima hereditatum, de filiorum ſucceſſionibus pro parte materna, leges tuliſſe; cap. 11. vide Inſtitut. lib. III. tit. 4. ſed eidem diſerte legem, ut patres filiis inteſtatis ſuccederent, tribuit *Chronicon Paſchale* ad annum XVII. ὑπ. Πολλίωνος καὶ Ἄπρου. ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων νόμος ἐτέθη, ὥστε ἐξ ἀδιαθέτου κληρονομεῖν τὸν πατέρα τὰ τέκνα· καὶ τῷ ἀρχαρίῳ δὲ ποιεῖ τὸ τετραούγγιον ἐδίδοτο τῆς κληρονομίας. Eadem *Malelas* in Chronogr. pag. 369. quanquam JCti fortaſſis interceſſerint, ad Juſtinianum potius hanc legem relaturi. Sed antiquiorem ipſo Marco dixeris ex *Cic.* pro Cluent. c. 15. & 19. Alia de teſtamentis ſociorum tulit Pius ap. *Pauſ.* p. 690.

§ 131. (l. 1.) Κρισπίναν] *Capitolinus* c. 27. *Filio ſuo Bruttii Præſentis filiam junxit, nuptiis celebratis exemplo privatorum: quare etiam congiarium populo dedit.* Nuptiarum & congiarii dati monumentum præbent numi A. U. C. 930. apud *Mediobarbum* p. 242. ſq. & *Spanhem.* T. II. p. 292. Bruttius, ut vulgo putant, cum Pio A. U. C. 892. & iterum A. U. C. 933. Conſul fuit: mihi tamen hæc tempora nimis disjuncta invicem videntur. Meminit ejus *Lampridius* in Commodo c. 12. *Cenſorinus* c. 21.

§ 132. (l. 1.) Κονδιανοί] Condianus & Maximus, de quibus infra p. 819. B.

§ 133. (l. 5.) οἱ αὐτοκράτορες ἐξεστράτευσαν] Commodus poſt reditum a prima profectione, *cum patre imperator eſt appellatus* d. 27 Nov. A. U. C. 929. § 119. Nunc *iterum profectus* (in Germaniam) *III. Nonas Commodias* (3 Aug.) *Orphito & Ruffo Coſſ.* (A. U. C. 931. Chr. 178.) *Lamprid.* Comm. c. 12. Ergo & tum profectus Marcus, *triennio bellum poſtea cum Marcomannis, Hermunduris, Sarmatis, Quadis etiam, egit: & ſi anno uno ſuperfuiſſet, provincias ex his feciſſet,* ut refert *Capitolinus* c. 27.

§ 134. (l. 14.) τὸ δόρυ τὸ αἱματῶδες] Mos antiquus, ut fecialis haſtam ſanguineam f. ſanguine tinctam in hoſtium fines jaceret. Ejus moris umbra manſit, ut ex columella ante templum Bellonæ (non Martis, ut Xylander) haſta ejusmodi quaſi in hoſticum a Conſule, ad bellum hoc pacto indicendum, mitteretur. confer *Feſtum* in Bellona. *Publ. Victorem* Reg. IX. *Ovid.* Faſt. VI. 205. ſqq. alios apud erudițiſſ. *Stewechium* ad Veget. I. 6. Bellona telum vibrans dextra, ſiniſtra clypeum gerens, in nummo Claudii apud *Begerum* Contin. Theſ. Brandenb. p. 621. Sed videtur hoc ſub Cæſaribus in deſuetudinem veniſſe, nec enim Dio, ſi hoc ab omnibus factum fuiſſet, de Marco velut ſingulare annotaſſet.

§ 135. (l. 17.) τῷ Πατέρνῳ] Vide ſupra p. 808. A. & ibi varias lectiones. item p. 819. ibique *Valeſium.*

§ 136. (l. 21.) τὸ δέκατον αὐτοκράτωρ] Marcus Imperator X. in numis A. U. C. 932. Chr. 179. apud *Mediob.* p. 227.

§ 137. (l. 22.) εἴγε πλεῖον ἐβεβιώκει] Vide locum *Capitolini* § 133. & alium c. 24.

§ 138. (l. 23.) ἑπτακαιδεκάτῃ τοῦ Μαρτίου] *Tertullianus* Apologet. c. 25. *M. Aurelio apud Sirmium reip. exemto die XVI. Kal. Apr.* qui dies, niſi me fallunt omnia, eſt 17. Martii: nec capio *Caſaubonum* ad Capitol. p. 358. quando errare dicit, qui de die conſentire Dionem & Tertullianum ajunt. Diem VIII. Aprilis ponit *Chronicon Paſchale.* Apud Vendobonam obiiſſe tradit *Victor* Epit. XVI. 12, in Pannonia generatim *Euſebius.*

§ 139. (l. 25.) ἀλλ' ὑπὸ τῶν ἰατρῶν] *Cedrenus* p. 251. B. Dionem forte ſecutus, diſerte veneno necatum a filio ſcribit: neque id eſt a Commodi malitia alienum. *Capitolinus* cap. 28. neſcio an contagioſa lue periiſſe dicat, certe tum adhuc ſæviiſſe indicat, hæc Marco verba tribuens: *quid me fletis, & non magis de peſtilentia & communi morte cogitatis?* adde etiam: *filium ſtatim dimiſit, ne in eum morbus tranſiret.* At vero luem primo bello Marcomannico, quod cum fratre ſuſceperat, graſſatam eſſe, & *Capitolinus* ipſe c. 13. & Galenus aliique memorant; eam autem tam diu duraſſe, aut novam eſſe ortam, ceteri non prodidere.

§ 140. (l. 27.) τοῖς στρατιώταις παρακατέθετο] Oratio Marci ad amicos, filium commendantis, eſt apud *Herodianum* I. 4. Reprehendit hoc *Julianus* Cæſ. p. 836, 10. ὅτι τὴν ἀρχὴν συναπολλυμένην περιεῖδε, καὶ ταῦτα κηδεστὴν ἔχων, ὃς τῶν τε κοινῶν ἂν προέστη κρεῖττον, καὶ δὴ καὶ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ βέλτιον ἂν ἐπεμελήθη, ἢ αὐτὸς ἑαυτοῦ. *quod ruentis cum ipſo imperii nullam rationem habuiſſet; cum generum frugi haberet* (Claudium Pompejanum p. 802. § 23.) *quem ſummæ rei præponi longe fuiſſet utilius, quique filio ejus melius quam ipſe ſibi conſuluiſſet.* Et ſane ſollicitum de filii moribus Marcum fuiſſe, *Herodianus* I. 3. & *Capitolinus* c. 27. ſq. teſtantur; quin morti eum dare voluiſſe fertur. *Capitol.* c. 28. Sed hoc ſolum ad magnitudinem animi deerat, ut imperium vitamque non ante poneret, quam pater eſſe deſiiſſet.

§ 141. (l. 29.) σύνθημα αἰτοῦντι] Etiam a moribundis Imperatoribus teſſera petebatur. Sic Pius moriens *ſignum tribuno*

A.U.C.933 Bruttio Præſente II. & Sex. Condiano COSS.

teſſeram poſtulanti reſpondit: « Abi ad orientem ſolem; ego enim jam ad occaſum commeo. „ Mortuus, cum aliis multis honoribus affectus eſt, tum vero aureus in ipſa curia ſtatutus. Itaque Marcus diem obiit, [qui cum cæteras virtutes haberet omnes, tantaque eſſet in Deos religione, ut atris quoque diebus ſacrificaret domi, tum imperium omnium, qui unquam principatum quendam tenuerunt, geſſit optime; niſi quod corporis vires minus ſuppetebant, quod ipſum tamen ex infirmiſſimo laborum tolerantiſſimum præſtitit.] Sed præſertim in vita omni deditus fuit beneficentiæ; cui etiam templum ædificavit in Capitolio, quamque proprio quodam atque inaudito antea nomine nuncupavit. Neque vero ſe ſolum ab omnibus vitiis abſtinuit, [quum nec ſponte, nec imprudens delinqueret,] ſed etiam aliorum vitia, & maxime uxoris, tulit; dum ea nec inveſtigaret curioſius, nec puniret. Si quis autem boni quid faceret, eum collaudabat; eoque homine ad eam rem utebatur, cæteros non curabat. [Dicebat enim, fieri non poſſe, ut homines aliquis tales efficiat, quales habere velit: iis vero, qui ſint, prout aliquis eorum prodeſſe reipublicæ poſſit, utendum eſſe.] Ac Marcum quidem nihil ſimulate, ſed omnia ex virtute egiſſe, perſpicuum eſſe poteſt ex eo, quod quum octo & quinquaginta annos, menſesque decem, ac dies viginti & duos vixerit, in iisque ſub Antonino patre diu fuerit cum imperio, ipſeque decem ac novem annos, & dies undecim regnaverit; tamen

“ θημα αἰτοῦντι ἔφη, [142] “ Ἄπελθε [illegible] “ ἀνατέλλοντα· ἐγὼ γὰρ ἤδη δύομαι. „ [illegible] δὲ, ἄλλα τε πολλὰ εἰς τιμὴν ἔλαβε, κα[illegible] σοῦς ἐς αὐτὸ τὸ συνέδριον ἔστη. ὁ μὲν [illegible] κος [r] οὕτω μετήλλαξεν [ὅστις εἶχε μ[illegible] ἄλλας ἀρετὰς ἁπάσας, καὶ οὕτω θεοσεβ[illegible] καὶ ἐν ταῖς ἀποφράσιν οἴκοι θύειν, καὶ [s] ἄριστα δὴ ἁπάντων τῶν ἐν κράτει τινὶ γενομένων ἦρξε· πλὴν καθόσον οὐ πολλὰ τῷ σώματι ἀνδρίζεσθαι ἐδύνατο, καίτοι τοῦτο ἐξ ἀσθενεστάτου καρτερικώτατον ἀπέδειξε.] πλεῖστον δὲ ἐν εὐεργεσίᾳ διῆγεν. ὅθεν που καὶ ναὸν αὐτῆς [t] ἐν τῷ Καπιτωλίῳ ἱδρύσατο, ὀνόματί τινι ἰδιωτάτῳ καὶ μήπω ἀκουσθέντι προσκαλέσας [u] αὐτήν. B αὐτὸς μὲν γὰρ ἁπάντων τῶν ἁμαρτημάτων ἀπείχετο, [x] [καὶ οὔτε ἑκὼν οὔτε ἄκων ἐπλημμέλει] τὰ δὲ δὴ τῶν [y] ἄλλων ἁμαρτήματα, καὶ μάλιστα [144] τὰ τῆς γυναικὸς ἔφερε, καὶ οὔτε ἐπολυπραγμόνει, οὔτε ἐκόλαζε. [z] καὶ εἰ μέν τις χρηστόν τι ἔπραττεν, [145] ἐπῄνει, καὶ ἐχρῆτο εἰς ἐκεῖνο αὐτῷ, τῶν δὲ ἑτέρων οὐ προσεποιεῖτο· [a] [λέγων, “ ὅτι ποιῆσαι μέν τινι “ ἀνθρώπους, ὁποίους βούλεται ἔχειν, ἀδύ- “ νατόν ἐστι· τοῖς δὲ δὴ οὖσι προσήκει, ἐς C “ ὅ, τι ἂν τις αὐτῶν τῷ κοινῷ χρήσιμος ᾖ, “ χρῆσθαι.] „ καὶ ὅτι [b] [146] οὐ προσποιητῶς, ἀλλ᾽ ἐξ ἀρετῆς πάντα ἔπραττε, πρόδηλον. ἔτη [147] γὰρ [c] ὀκτὼ καὶ πεντήκοντα, καὶ μῆνας δέκα, ἡμέρας τε εἴκοσι καὶ δύο ζήσας, κἀν τούτοις [d] τῷ τε πρὶν [148] Ἀντωνίνῳ συχνὸν χρόνον ὑπάρξας, καὶ αὐτὸς [149] ἐννέα καὶ δέκα ἔτη, καὶ ἕνδεκα ἡμέρας αὐταρ-

r οὕτω μετήλλαξεν· ὅστις εἶχε μὲν &c. hæc pleniora, & ordine quodammodo mutato dedimus ex Exc. Peir. p. 721. & Suida in Μάρκος βασιλεύς, qui tamen, quæ Xiph. de philoſopho narrat, falſo ad Pium Antoninum retulit. Xiphilinus ſic: ἄριστα δὲ πάντων τῶν ἐν κράτει τινὶ γενομένων ἄρξας, οὕτω μετήλλαξεν. εἶχε μὲν γὰρ καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς, πλεῖστον δὲ &c.
s ἄριστα δὴ ἁπάντων. ἄριστα δὲ πάντων, vulgo apud Xiph. legitur, ubi tamen pro δὲ rectius δὴ ſcribendum eſſe, odoratus eſt Sylb. t ἐν τῷ Καπιτωλίῳ. hæc deſunt in Exc. Peir. & apud Suid. u αὐτήν. ſic vulgo, & in Exc. Peir. ac Suida. αὐτὸν, L. ad marg. templum innuens. x καὶ οὔτε ἑκὼν &c. Exc. Peir. & Suid. y ἄλλων. ἀλλοτρίων, Suid. minus bene. z καὶ εἰ μέν. ἀλλ᾽ εἰ μέν, Exc. Peir. Suid. a λέγων, ὅτι &c. ſunt addita ex Suida & Exc. Peir. niſi quod hæc καὶ λέγων habent. b καὶ ὅτι οὐ προσπ. &c. usque ad πρόδηλον, plane abſunt a Suida. in Exc. Peir. vero leguntur hæc, idem continentia: τοῦτο δὲ ἔφυσαν ἐκ προσποιήσεως ταῦτα, ἀλλ᾽ οὐκ ἐξ ἀρετῆς πράττειν, οὐκ ὀρθῶς φρονοῦντες. ἔτη γὰρ &c. c ὀκτὼ καὶ, deſiderantur apud Suid. ſic ſtatim καὶ δύο apud eundem omittitur, & contractiora omnino ſunt reliqua. d τῷ τε πρὶν Ἀντωνίνῳ. reponendum haud dubito τῷ τε πατρὶ Ἀντ. ex compendio ſcribendi πρι. natum πρὶν. ſtat a me Blancus. L.

no æquanimitatis dedit. *Capitol.* Pio c. 12. & Severus moriens *juſſit ſignum tribuno dari, Laboremus. Spart.* c. 23.

§ 142. (l. 30.) ἄπελθε πρὸς τὸν ἀνατέλλοντα] Tiberius ad Macronem, Cajo jam addictum: σὺ γε τὸν δυόμενον ἐγκαταλιπὼν, πρὸς τὸν ἀνατέλλοντα ἐπείγῃ. *Dio* p. 639. B. *occidentem ab eo deſeri, orientem ſpectari,* ut effert *Tacitus* Annal. VI. 46. Utrobique ſupplendum ἥλιον, quod addas licet Ellipſibus Boſianis. Petita enim eſt locutio a more multarum gentium, orientem ſolem adorantium.

§ 143. (l. 32.) χρυσοῦς ἐς αὐτὸ τὸ συνέδριον] Vetus mos, præclarorum virorum imagines in curia aut templo conſervandi. Scipionis Africani imaginem in Capitolio, in cella Jovis O. M. Catonis item in curia poſitam fuiſſe, memorat *Valerius Max.* VIII. 15, 1. ſq. Auguſtus præſertim inſtituerat, ut primariæ imagines in curia collocarentur ſuis locis diſtinctæ, ut docet *Lipſius* ad Tac. Ann. II. 83. not. 214. Ipſius Auguſti imago aurea ex curia petita in pompa ejus funebri ducta eſt. *Dio* p. 591. E. Druſilla aurea perinde ut Livia in curia juſſu Caji conſtituta. *Id.* p. 648. E. Severi pariter ſtatuam in curia poſitam reperimus p. 889. A. & Aureliani apud *Vopiſcum* c. 9. Marco mortuo, quisque etiam privatus *ſacrilegus judicatus eſt, qui ejus imaginem in ſua domo non habuit, qui per fortunam vel potuit habere vel debuit,* ut refert *Capitolinus* c. 18.

§ 144. (l. 46.) τὰ τῆς γυναικὸς ἔφερε] *Capitolinus* cap. 19. *Fauſtinam ſatis conſtat apud Cajetam conditiones ſibi & nauticas & gladiatorias elegiſſe: de qua quum diceretur Antonino Marco, ut repudiaret, ſi non occideret, dixiſſe fertur: Si uxorem dimittimus, reddamus & dotem. Dos autem quid erat, niſi imperium?* &c. Vide *eund.* c. 23. de amatis a Fauſtina Pantomimis. *Idem* c. 29. *Crimini ei datum eſt, quod adulteros uxoris promoverit, Tertullum & Utilium & Orphitum & Moderatum, ad varios honores.* Imprudentiam regendæ conjugis ei objicit *Victor* Cæſ. XVI. 2. vide & *Juliani* Cæſares p. 836, 9. & quæ nos ſupra pag. 813. § 109. pag. 810. § 83. ſq.

§ 145. (l. 49.) ἐπῄνει] *Capitolinus* c. 12. *Fuit per omnia moderatiſſimus in hominibus deterrendis a malo, invitandis ad bona, remunerandis copia, indulgentia liberandis: fecitque ex malis bonos, ex bonis optimos.*

§ 146. (l. 55.) οὐ προσποιητῶς] Id tamen etiam a nonnullis, ſed ſine ulla veri ſpecie, objectum eſt. Vide *Capitolinum* c. 29.

§ 147. (l. 57.) ἔτη ὀκτὼ καὶ πεντήκοντα] *Zonaras* p. 597. A. ἔτη πεντήκοντα καὶ ἐννέα. *Capitolinus* c. 18. & *Eutropius* VIII. 8, 1. anno XLI. vitæ obiiſſe dicunt. *Victor* Epit. XVI. 12. anno LIX. Natus eſt Marcus, ipſo Capitolino teſte d. 26. April, A. U. C. 874. vide p. 797. § 160. Mortuus autem, ſecundum *Dionem* d. 17. Martii A. U. C. 933. p. 814. § 138. Vixerit igitur annos LVIII. menſes X. dies XX. aut ſi is annus intercalaris fuit, XXI.

§ 148. (l. 59.) τῷ τε πρὶν Ἀντωνίνῳ] Per XXIII. annos in domo patris verſatus: *Capitol.* c. 7. nempe ab A. U. C. 891. d. 25. Febr. quo adoptatus eſt, usque ad A. U. C. 914. d. 7. Martii quo Pius mortuus.

§ 149. (l. 61.) ἐννέα καὶ δέκα ἔτη] Hic calculus ſupponit, Pium eſſe mortuum A. U. C. 914. d. 7. Martii, quod monumentis eſt conſentaneum. vide ſupra p. 801. § 2. Multum abeſt

ἀνταρχήσας, ὅμοιος διὰ πάντων ἐγένετο καὶ ἐν οὐδενὶ ἠλλοιώθη. οὕτως ὡς ἀληθῶς ἀγαθὸς ἀνὴρ ἦν, καὶ οὐδὲν προσποιητὸν εἶχε.

men ſui ſimilis in omni vita, nec ulla unquam in re mutatus fuit. Itaque vere fuit vir bonus, ab omni ſimulatione alieniſſimus.

A.U.C.933 BruttioPræſente II. & Sex.Condiano COSS.

Πάμπολλα μὲν γὰρ καὶ ὑπὸ παιδείας ὠφελήθη, D ἔν τε τοῖς ῥητορικοῖς, [e] ἔν τε τοῖς ἐκ φιλοσοφίας λόγοις ἀσκηθείς. τῶν μὲν γὰρ, τόν τε [150] Φρόντωνα τὸν Κορνήλιον καὶ τὸν [151] Ἡρώδην τὸν Κλαύδιον διδασκάλους εἶχε· τῶν δὲ, τόν τε [152] Ῥούστικον τὸν Ἰούνιον, καὶ [153] Ἀπολλώνιον τὸν Νικομήδεα, τοὺς Ζηνωνείους λόγους μελετῶντας. ἀφ᾽ οὗ δὴ παμπληθεῖς φιλοσοφεῖν ἐπλάττοντο, ἵν᾽ ὑπ᾽ αὐτοῦ πλουτίζωνται. πλεῖστον δὲ ὅμως ὑπὸ τῆς φύσεως ἐξήρθη. καὶ γὰρ [f] πρὶν ἐκείνοις ὁμιλῆσαι, E ἰσχυρῶς πρὸς ἀρετὴν ὥρμητο. τοῖς τε γὰρ συγγενέσι πᾶσι, πολλοῖς καὶ δυνατοῖς πλουσίοις τε οὖσιν, οὕτω τι ἔτι παῖς ὢν ἤρεσεν, ὥσθ᾽ ὑπὸ πάντων [g] αὐτῶν ἀγαπηθῆναι. καὶ διὰ τοῦτο ὑπὸ τοῦ Ἀδριανοῦ ὅτι μάλιστα εἰς τὸ γένος ποιηθεὶς, οὐχ ὑπερεφρόνησεν, [h] [ἀλλὰ, καίτοι νέος ὢν καὶ Καῖσαρ, τῷ Ἀντωνίνῳ παρὰ πᾶσαν τὴν ἀρχὴν ἐμμελέστατα ἐδούλευσε, καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς πρώτους ἀνεπαχθῶς ἐτίμησεν. ἠσπάζετό τε τοὺς ἀξιωτάτους [154] ἐν τῇ Τιβεριανῇ οἰκίᾳ ἐν ᾗ ᾤκει, πρὶν τὸν πατέρα ἰδεῖν, οὐχ ὅπως τὴν στολὴν τὴν καθήκουσαν ἐνδεδυκὼς, ἀλλὰ καὶ ἰδιωτικῶς ἐσταλμένος, καὶ ἐν αὐτῷ γε τῷ δωματίῳ ἐν ᾧ ἐκάθευδε. καὶ πολλοὺς νοσοῦντας ἐπεσκέπτετο, καὶ πρὸς τοὺς διδασκάλους οὐκ ἔστιν ὅτε οὐκ ἐφοίτα. μανδύας τε φαιὰς ὁσάκις γε καὶ ἄνευ τοῦ πατρὸς προῄει, ἐνεδύετο, καὶ [155] τῷ φωτὶ τῷ προηγουμένῳ οὐκ ἔστιν ὅτε καθ᾽ ἑαυτὸν

35. Magnum ei adjumentum attulit doctrina: nam rhetoricis & philoſophiæ præceptis exercitatus fuit, habuitque illorum Cornelium Frontonem, & Claudium Herodem, magiſtros: horum autem, Junium Ruſticum, & Nicomedem Apollonium, homines in præceptis Zenonis exercitatos. Ex quo factum eſt, ut magna hominum multitudo ſe philoſophari ſimulaverit, ut ab eo locupletarentur. Plurimum tamen ab ipſa natura evectus fuit. Antequam enim cum iis verſaretur, magnopere contendebat ad ſtudium virtutis: qua in re propinquis ſuis, qui multi erant, & potentes, & locupletes, ita ſatisfaciebat puer, ut omnibus maxime carus eſſet: atque ob eam cauſam præſertim ab Hadriano adoptatus in familiam, nihilo magis inſolens fuit. [Namque Antonino Pio, tametſi adoleſcens ac Cæſar, diligentiſſime toto imperii ejus tempore obſecutus eſt: viros etiam cæteros primarios modeſte coluit. Admittebat vero ad ſalutationem viros præcipuæ dignitatis, in domo Tiberiana in qua degebat, priusquam patrem vidiſſet, non tantum decenti ſuum ordinem, ſed & privati habitu indutus, idque in ipſo cubiculo in quo cubabat. Multos etiam ægrotantes viſere erat ſolitus, & magiſtrorum ſuorum auditoria frequentabat aſſidue. Quoties ſine patre prodiret in publicum, lacernas fuſci coloris induebat, neque lumen principibus

e ἔν τε τοῖς ἐκ φιλοσοφίας λόγοις. καὶ φιλοσοφίας Suid. *f* πρὶν ἐκείνοις. ſic Sylb. HS. edit. maj. & L. item Coisl. Br. πρὶν ἐν ἐκείνοις, RS. & HS. edit. min. *g* αὐτῶν. additum ex Pal. Br. & Mer. habent Sylb. HS. edit. maj. & L. in prioribus deeſt. *h* ἀλλὰ καίτοι νέος &c. addita ex Exc. Peir. p. 722.

abeſt *Capitolinus* c. 18. *octavo decimo anno imperii ſui.* Ita & *Victor* Cæſ. XVI. 14. Epit. XVI. 1. *Eutropius* VIII. 7, 1. Verum *Euſebius:* annos XIX. menſ. 1. *Chronicon Paſchale:* annos XIX.

§ 150. (l. 68.) Φρόντωνα τὸν Κορνήλιον] De Frontone ſupra p. 796. § 144. Meminit ejus *Antoninus* πρὸς ἑαυτὸν I. 11. Uſus eo eſt adoleſcens oratore latino, multumque ei detulit & ſtatuam in ſenatu petiit, teſte *Capitolino* c. 2. adde *Eutropium* VIII. 6, 5.

§ 151. (l. 69.) Ἡρώδην τὸν Κλαύδιον] Herodes Atticus Rhetor eſt inter præceptores Marci apud *Capitolinum* c. 2. Vide de eo *Philoſtratum* Sophiſt. II. 1. *Fabricium* Bibl. Gr. Vol. IV. p. 371.

§ 152. (l. 70.) Ῥούστικον τὸν Ἰούνιον] Hunc Stoicum præcipue & audivit & reveritus eſt, & omnia cum eo conſilia communicavit, ut pluribus narrat *Capitolinus* c. 3. Quæ ab eo didicerit Marcus, commemorat ipſe. I. 7. Filius forte fuit Junii Ruſtici a Domitiano occiſi.

§ 153. (l. 71.) Ἀπολλώνιον τὸν Νικομήδεα] Diximus de eo ſupra p. 802. § 6. Sed quoniam Νικομήδεα vulgo ſcribitur, quæſitum eſt, cur Dio Nicomedienſem appellet, quem ceteri omnes Chalcidenſem ſeu Chalcedonenſem dixere? *Gatakerus* ad Antoninum I. 8. pag. 12. b. Arriani nomen excidere potuiſſe apud *Dionem*, ſuſpicatur. Nam Arrianus & Nicomedienſis fuit, teſte *Euſebio* ad Antonini Pii annum IX. & *Stephano Byz.* in Νικομήδεια; & inter Marci Magiſtros recenſetur. Magis tamen me inclinare fateor ad *Salmaſii* opinionem, quam ad Capitolinum cap. 2. p. 295. attulit, *Nicomedes*, eſſe nomen Viri hujus, cognomento *Apollonii*. Nam & ceterorum magiſtrorum Antonini nomina & cognomina hoc ordine adducuntur hic a Dione: aliusque Nicomedes educator Veri memoratur apud *Capitolinum* in Vero c. 2. Nicomedes rex Bithyniæ, nomen Bithynis familiare. Sed conſequens eſt, hac conciliatione adhibita, non Νικομήδεα, ſed Νικομήδην ſcribendum a me fuiſſe.

§ 154 (l. 85.) ἐν τῇ Τιβεριανῇ] *Capitolinus* in Marco (c. 6.) *His ita geſtis, Pius in Tiberianam domum eum tranſgredi juſſit, & aulico faſtigio renitentem ornavit.* VALES.

Vide & *Valeſium* noſtrum de ſequenti verbo ἰδεῖν, quod eſt videre, pro viſere, ſeu ſalutare, ad Ammian. Marc. XIV. 7. p. 39.

§ 155. (l. 93.) τῷ φωτὶ τῷ προηγουμένῳ] Mos hic, ab Antonini tempore demum (quanquam velut jam receptus tunc notusque) memoratur, quo ignis non tantum Principi ſummo, ſed & ceteris de domo Auguſta præferebatur. Id πῦρ προπομπεῦον dicitur pluribus locis apud *Herodianum* I. 8, 8. I. 16, 9. II. 3, 5. II. 8, 10. VII. 1, 22. 6, 4. quod *Lipſius* Exc. A. ad I. Annal. Tac. non prunas, ut Perſarum & Veſtæ, ſed λαμπάδας eſſe, confecit ex *Antonino* I. 17. ubi Diis acceptum fert, τὸ ἐν αὐλῇ βιοῦντα μήτε δορυφορήσεως χρῄζειν, μήτε ἐσθήτων σημειωτῶν, μήτε λαμπάδων, καὶ ἀνδριάντων, τοιῶνδε (f. τοιῶν τε) τινῶν, καὶ τοῦ ὁμοίου κόμπου. Sic interpungenda ſunt verba, hoc ſenſu: *neque lampadibus, ſtatuisque, aut aliis iſtiusmodi, atque apparatu conſimili.* Aliena eſt Merici Caſauboni interpretatio, lampadas referentis ad ſimulacra lampades manibus geſtantia, quæ habere in ædibus ſolebant etiam privati: loquitur enim Marcus de apparatu pompæ publicæ, ubi lampades nihil aliud ſunt quam φῶς προηγούμενον Dioni. Sic p. 673. B. φῶς τοῖς ἀπιοῦσιν ἐκ τοῦ θεάτρου παρασχόντες, ſunt λαμπάδες. vide & p. 717. C. § 13. Eodem ſenſu πῦρ Herodiano. πυρφόρους apud *Euripidem* Phœniſſ. v. 694. de tædiferis Eleuſiniis interpretatur *Spanhemius* epiſt. IV. § 6. ad Morellum; quanquam Scholiaſtes πυροφόρους legens, exponit σιτοφόρους, ego autem ſine dubitatione ſic explico *Dionem* pag. 104. C. προσελθόντων πολλοὶ πῦρ φέροντες, ὡς καὶ μετὰ τοῦ βουλευτηρίου σφᾶς καταπρήσοντες. Nota Ceres πυρφόρος apud Eurip. Supplic. v. 260. a facibus ad Ætnam accenſis dicta: noti & ſacerdotes in bello πυρφόροι. *Tzetzes* ad Lycophr. v. 250. interpretatur λαμπαδοφόρους. Ejusmodi lampades Conſtantinopolitanis Imperatoribus poſtea præferebant Lampadarii, & dudum Cæſari, aſcendenti in Capitolium, prætulerant

more

A.U.C. 933 Bruttio Præſente II. & Sex Condiano COSS.

bus præferri ſolitum uſurpabat per ſe unquam. Princeps juventutis renunciatus, in forum cum reliquis deſcendit, tametſi Cæſar eſſet. Adeo egregia per naturam indole præditus, multum quoque inſtitutione profecit.] Græcis autem & Latinis cum eloquentiæ tum philoſophiæ præceptis ſemper imbuebatur, [quanquam virilem jam ingreſſus ætatem, & in ſpem imperii adoptatus.]

ἑαυτὸν ἐχρήσατο. καὶ [156] πρό[illegible] ἀποδειχθεὶς, ἐσῆλθεν [157] [illegible] μετὰ τῶν λοιπῶν, καίπερ Κ[illegible] μὲν οὖν ἄλλως τε καλῶς ἐπεφύ[illegible] παιδείας ἐπὶ πλεῖστον ὠφελή[illegible] [158] τε καὶ Λατίνων, ῥητορικῶν [illegible] φων λόγων [k] [καίπερ ἐς ἄ[illegible] καὶ ἐλπίδα αὐταρχήσειν ἔχω[illegible]] [illegible]πλατο.

36. Antequam Cæſar deſignaretur, brachia eburnea manusque habere in ſomnis viſus eſt, iisque ad omnia, non ſecus ac humanis, uti. Sed ex illo vehementi ſtudio atque exercitatione factum eſt, ut eſſet valde infirmo corpore; etſi principio fuerat bona valetudine, ita ut armis certaret, aprosque ex equo in venatione conficeret, [& epiſtolas complures, non modo adoleſcens, ſed & poſtea, intimis amicis ſua manu ſcriberet.] Nec uſus tamen eſt ea felicitate, qua dignus erat. Non enim recte valebat, & in mala plurima, toto propemodum imperii tempore, incidit. Quo magis equidem eum admirari ſoleo, quod & ipſe ſuperfuit difficillimis atque aſperrimis temporibus, & quod rempublicam conſervavit. Unum quidem hoc quoque relatum ad ipſius infelicitatem fuit, quod ſpe filii, quem optime, quoad ejus fieri potuit, educari atque inſtitui curaverat, vehementer fraudatus eſt: de quo jam dicendum eſt nobis: ab aureo ad ferreum, rubiginoſumque regnum, ut rebus tunc populo Romano, ita nunc delapſa nobis hiſtoria.

Καὶ πρὸ τοῦ Καῖσαρ ἀποδειχθῆναι, [159] ὄναρ ἔδοξεν ὤμους τε καὶ χεῖρας ἐλεφαντίνους ἔχειν, 816
καὶ αὐταῖς [l] πάντα ὅσα ταῖς ἀνθρώποις χρῆσθαι. ἐκ δ' οὖν [160] τῆς πολλῆς ἀσχολίας τε καὶ ἀσκήσεως ἀσθενέστατον [m] τὸ σῶμα ἔσχε, καίτοι τοσαύτῃ [n] εὐεξίᾳ ἀπ' ἀρχῆς χρησάμενος, ὥστε καὶ ὁπλομαχεῖν, [o] καὶ σῦς ἀγρίους ἐν θήρᾳ καταβάλλειν ἀπὸ ἵππου· [τάς τε ἐπιστολὰς τὰς πλείστας οὐ μόνον ἐν τῇ πρώτῃ ἡλικίᾳ, ἀλλὰ καὶ μετὰ ταῦτα αὐτοχειρίᾳ τοῖς πάνυ φίλοις γράφειν.] οὐ μέντοι καὶ [p] ἐπαξίως ἑαυτοῦ εὐδαιμόνησεν. οὔτε γὰρ [q] [τὸ σῶμα] ἔρρωτο, καὶ κακοῖς πλείστοις παρὰ πᾶσαν (ὡς εἰπεῖν) τὴν ἡγεμονίαν περιέπεσεν. ἀλλ' ἔγωγε ἐξ αὐτῶν τούτων μᾶλλον αὐτὸν τεθαύμακα, ὅτι ἔν τε ἀλλοκότοις καὶ ἐν ἐξαισίοις πράγμασιν [r] καὶ αὐτός τε διεγένετο, καὶ τὴν ἀρχὴν διεσώσατο. ἓν δ' οὖν [s] τοῦτο [161] ἐς τὴν οὐκ εὐδαιμονίαν αὐτοῦ συνηνέχθη, ὅτι τὸν υἱὸν καὶ θρέψας καὶ παιδεύσας ὡς οἷόν τε ἦν ἄριστα, πλεῖστον αὐτοῦ ὅσον διήμαρτε· περὶ οὗ ἤδη ῥητέον, ἀπὸ χρυσῆς τε βασιλείας ἐς σιδηρᾶν [t] καὶ κατιωμένην, τῶν τε πραγμάτων τοῖς τότε Ῥωμαίοις, καὶ ἡμῖν νῦν καταπεσούσης τῆς ἱστορίας.

FRAG-

i τε καὶ φιλοσόφων. καὶ φιλοσοφικῶν, Exc. Peir. k καίπερ ἐς ἄνδρας &c. vide Exc. Peir. l. c. l πάντα ὅσα τοῖς ἀνθρώποις. mallet aliquis ἐς πάνθ' ὅσα τοῖς ἀνθρ. Sylb. ſcribe, ὅσα τοῖς ἀνθρώποις, vel ὅσα ταῖς ἀνθρωπίναις, Caſaub. ad Capitolin. c. 5. p. 307. m τὸ σῶμα. σῶμα, Exc. Peir. omiſſo articulo. n εὐεξίᾳ addunt οἱ Exc. Peir.
o καὶ σῦς &c. usque ad ἵππου deſunt in Exc. Peir. quorum loco leguntur τάς τε ἐπιστολὰς &c. quæ viciſſim deerant in Xiph. p ἐπαξίως. ἀξίως, Exc. Peir. q τὸ σῶμα, hæc addita ex Exc. Peir. r καὶ, additum ex Exc. Peir. s τοῦτο. abeſt a Pal. t καὶ καταιτιωμένην. vox ſuſpecta mendi. Xyl. ſcribendum reor [illegible]. ſed libenter etiam expungerem τε poſt τῶν. HS. aptius, opinor, legemus κατιωμένην, *rubiginoſam*. (& ſic edidit Sylb.) præcedenti etiam verſu rectius fortaſſe ἀπὸ χρυσῆς τῆς βασιλ.

more regum Aſiaticorum elephanti [illegible], ut annotavit *Spanhemius* l. c. ubi & de lampadibus præferri ſolitis in myſteriis & pompali traductione ſimulacrorum. confer & *Andr. Chr. Eſchenbachii* Diſſ. de igne Auguſtis prælato, in ejus Diſſ. Academicis p. 519. ſqq.

§ 156. (l. 94.) πρόκριτος τῆς ἱππάδος] *Capitolinus* c. 6. *Conſulem ſecum Pius Marcum deſignavit, & Cæſaris appellatione donavit, & Sevirum turmis equitum Rom. jam Conſulem deſignatum creavit.* Itaque πρόκριτος τῆς ἱππάδος eſt Sevir turmis equitum Romanorum. Ego tamen Principem juventutis interpretatus ſum. Idem enim eſſe cenſui πρόκριτον τῆς ἱππάδος, ac πρόκριτον τῆς νεότητος. Eſt autem πρόκριτος τῆς νεότητος, princeps juventutis apud *Zonaram*, ſicut πρόκριτος τῆς γερουσίας eſt princeps Senatus, apud eundem Zonaram ſive *Dionem* (p. 496. C.) Differt tamen princeps juventutis a Seviro turmis equitum Rom. Nam princeps juventutis nudus honor videtur fuiſſe, perinde ac princeps Senatus. At Sevir nomen officii videtur fuiſſe, cui & ludorum Seviralium cura competebat, teſte Capitolino. Jungi autem plerumque hi duo honores ſolebant. *Zonaras* in Auguſto (p. 539. A.) τῷ δ' ἐφεξῆς ἔτει [illegible] ὁ Αὔγουστος ἐς τοὺς ἐφήβους τὸν Γάϊον ἔταξε, καὶ ἐς τὸ βουλευτήριον ἅμα ἐσήγαγε, καὶ πρόκριτον ἀπέφηνε τῆς νεότητος, ἰλαρχεῖν τε φυλῆς γενέσθαι ἐπέτρεψε. quæ ex Dione deſcripta eſſe, minime dubitandum eſt: ſic autem a Wolfio latine ſunt reddita: *Cajum principem juventutis deſignavit, & præfectum tribus eſſe juſſit.* Sed vertendum erat: *& Sevirum turmis equitum Rom.* eſſe juſſit. Vales.

§ 157. (l. 95.) ἐς τὴν ἀγορὰν μετὰ λοιπῶν] Vide *Valerium Max.* II. 2, 9. & nummos. v. g. Severi apud *Mediobarbum* pag. 277. in cujus averſa Princ. Juvent. Cos. cum tribus figuris equeſtribus decurrentibus, in honorem Getæ, qui tum primum Coſ. ſimulque princeps juventutis dictus erat.

§ 158. (l. 99.) Ἑλληνικῶν τε καὶ Λατίνων] Magiſtros ejus in Græcis Latiniſque vide apud *Capitolinum* c. 2. Ipſe tamen *Antoninus* l. 7. Ruſtico ſe debere dicit, quod Rhetoricæ Poëticæque ſtudiis abſtinuerit: nempe Stoicorum morem ſecutus. Audiviſſe tamen rhetores libenter, etiam cum Princeps eſſet, vidimus ſupra p. 802. A. § 6. ſqq.

§ 159. (l. 3.) ὄναρ ἔδοξεν] Vide *Capitolinum* c. 5. Cæſaris appellatione donatus eſt a Pio, eo anno quo eum conſulem deſignavit. *Id.* c. 6. h. e. A. U. C. 892.

§ 160. (l. 6.) τῆς πολλῆς ἀσχολίας] Confirmat infirmitatem ſtudiis contractam *Capitolinus* c. 3. antea *amavit pugilatum, luctamina & curſum, & aucupatus: & pila luſit apprime & venatus eſt: ſed ab omnibus his intentionibus ſtudium eum philoſophiæ abduxit. Id.* c. 4.

§ 161. (l. 19.) ἐς τὴν οὐκ εὐδαιμονίαν] Sic *Dio* p. 797. ἐν τῇ οὐκ ἐξουσίᾳ. p. 863. B. τῶν ἀναγκαίων οὐκ ἱστορίᾳ. *Capitolinus* c. 18. *Qui ſi felix fuiſſet, filium non reliquiſſet.* vide ſupra p. 810. § 84.

FRAGMENTA DIONIS EX SUIDA.

AD LIB. LXXI.

(ut opinatur Valeſius.)

* [Ὅτι [162] Μάρτιος Βῆρος τὸν Θουκυδίδην ἐκπέμπει, [163] καταγαγεῖν [u] Σόαιμον εἰς Ἀρμενίαν· ὃς δέει τῶν ὅπλων, καὶ τῇ οἰκείᾳ περὶ πάντα τὰ [x] προσπίπτοντα εὐβουλίᾳ, τοῦ πρόσω εἴχετο ἐῤῥωμένως. ἦν δὲ ἱκανὸς ὁ Μάρτιος οὐ μόνον ὅπλοις βιάσασθαι τοὺς ἀντιπολεμίους, ἢ ὀξύτητι προλαβεῖν, ἢ ἀπάτῃ κατασοφίσασθαι, ἥπερ ἐστὶ στρατηγῶν ἀλκή· ἀλλὰ καὶ λόγῳ πιθανῷ πεῖσαι, καὶ δωρεαῖς μεγαλόφροσιν οἰκειώσασθαι, καὶ ἐλπίδι ἀγαθῇ δελεάσαι. χάρις τε ἦν ἐπὶ πᾶσι τοῖς πρασσομένοις ὑπ' αὐτοῦ καὶ λεγομένοις, τὸ μὲν ἀγανακτοῦν ἑκάστου καὶ τὸ θυμούμενον παραμυθουμένη, τὸ δὲ ἐλπίζον ἔτι μᾶλλον αὔξουσα. [y] κολακείας τε καὶ δώρων, καὶ τῆς [z] παρὰ τραπέζαις δεξιώσεως, καιρὸν ᾔδει. οἷς προσὸν [a] τὸ πρὸς τὰς πράξεις σύντονον, καὶ τὸ πρὸς τοὺς ἐχθροὺς σὺν ὀξύτητι δραστήριον, αἱρετώτερον ἐδείκνυε τοῖς βαρβάροις εἶναι, τῆς φιλίας αὐτοῦ μᾶλλον ἢ τῆς ἔχθρας ἀντιποιεῖσθαι. ἀφικόμενος οὖν εἰς τὴν καινὴν πόλιν, ἣν φρουρὰ Ῥωμαίων κατεῖχεν [b] ὑπὸ [164] Πρίσκου κατασᾶσα, νεωτερίζειν πειρωμένους λόγῳ τε καὶ ἔργῳ σωφρονίσας, ἀπέφηνε πρώτην εἶναι τῆς Ἀρμενίας.]

Martius Verus Thucydidem miſit, qui Soæmum in Armeniam reduceret: atque is terrore non minus armorum, quam prudenti conſilio, quod ipſi ad omnes caſus paratum erat, cœpta ſtrenue exequebatur. Didicerat autem Martius hoſtes non armis ſolum ſubigere, & celeritate antevertere, & dolo circumvenire, in quo vis Imperatoris poſita eſt; ſed etiam facundia quadam orationis animos eorum flectere, & magnificis ſibi conciliare muneribus, & blanda ſpe ineſcare. Præterea in omnibus ejus factis & dictis inerat gratia quædam, quæ cujusvis indignationem & iram leniret, & ſpem multo etiam magis augeret. Ad hæc demulcendi homines, donisque capiendi, & epulis prolixe accipiendi tempus oportunum norat: quibus quidem omnibus cum accederet ſingularis in agendo intentio, & in rebus adverſus hoſtes gerendis ſtrenua promtitudo, fiebat, ut facile intelligerent barbari, magis e re ſua fore, ſi eum amicum, quam ſi inimicum haberent. Quare in novam urbem veniens, quam præſidium Romanorum a Priſco illic locatum tenebat, cum eos, qui res novas moliebantur, verbis factisque ad officium reduxiſſet, urbem Armeniæ principem effecit.

** [Ζεῦγμα. ζεύγνυνται δὲ Ῥωμαίοις ἀπονώτατα τῶν ποταμῶν τὰ ῥεύματα, ἅτε καὶ τοῦτο διὰ μελέτης ἀεὶ τοῖς στρατιώταις ὄν, καὶ ὥσπερ ἄλλο τι τῶν πολεμικῶν ἀσκούμενον ἐπί τε Ἴστρῳ καὶ Ῥήνῳ καὶ Εὐφράτῃ. ἔστι δὲ ὁ τρόπος, (οὐ γὰρ [c] οἶμαι δὴ πάντας εἰδέναι) τοιόσδε. πλατεῖαι μέν εἰσιν αἱ νῆες, δι' ὧν ὁ ποταμὸς ζεύγνυται· ἀνορμίζονται δὲ ὀλίγον ἄνω τοῦ ῥεύματος ὑπὲρ τὸν μέλλοντα

Ζεῦγμα. Fluvii a Romanis facillime junguntur, quoniam id militibus ſemper in uſu eſt, qui in hac, ut in alia re quavis bellica, ſe exercent, Iſtrum, Rhenum & Euphratem trajicientes. Ratio autem, quam non omnes ſcire puto, talis eſt. Naves, quibus amnis jungitur, ſunt latæ; eæque in ſuperiore parte fluvii, paulo ſupra locum jungendum, ripæ applicantur. Poſtquam autem

[u] Σίαιμον. vulgo Σύναιμον. Σύαιμον, MSS. Paris. ego Σόαιμον malui. Valeſ. ad Exc. Peir. p. 775. vide § 163.
[x] προσπίπτοντα. συμπίπτοντα edidit Valeſ. [y] κολακείας τε καὶ δώρων. vulgo καὶ omittitur, quod Valeſius exhibet. probe: nam & ſupra λόγος πιθανὸς & δωρεαὶ μεγαλόφρονες diſtinguuntur. [z] παρὰ τραπέζαις. περὶ τὰς τραπέζας edidit Valeſ. [a] τὸ πρὸς τὰς πράξεις. ſic ex MSS. Pariſ. Kuſt. & Valeſ. priores editiones πρὸς τὰς τραπέζας.
[b] ὑπὸ Πρίσκου. ſic Valeſ. in contextu. ſed in annotatione, ἐκ Πρίσκου, ut vulgo apud Suid. legitur. [c] οἶμαι. ex conjectura addidit Valeſ. quum in vulgatis codicibus deſit. ſed MSS. bibliothecæ regiæ habent οὐ γὰρ δεῖ, quaſi nefas eſſet hoc arcanum omnibus prodi: idque rectius judicat Valeſ.

§ 162. (l. 26.) *ὅτι Μάρτιος Βῆρος*] Hunc locum Suidas ex Collectaneis *περὶ ἀνδραγαθημάτων* Conſtantini exſcripſit: vel illud initium, *ὅτι*, ſatis declarat, inde ubi dixi deſumtum eſſe. In vulgatis quidem Suidæ libris ea vox omiſſa, ſed ex MSS. Bibliothecæ Regiæ eam reſtitui. Ac Dionis quidem id fragmentum eſſe, tametſi Suidas nomen auctoris reticet, tum ſtilus, tum hiſtoria, ac res ipſa convincit. Pertinet autem ad bellum Armenicum & Parthicum, quod Martius Verus geſſit auſpiciis Lucii Veri Auguſti. Id bellum fuſe enarraverat Dio lib. LXXI. quippe quod quadriennii tempore duraverat; ſed Xiphilinus totum reſecuit. (ſed vide p. 799 § 7.) Nos duo fragmenta ejus belli ſane luculenta edidimus. VALES.

Dedi hoc Valeſianæ auctoritati, ut duo illa fragmenta, præſertim hiſtoriam illuſtrantia, ſubjungerem. Ceterum poſterius Eunapii eſſe, Suidas ipſe indicat: *Ζεῦγμα. Εὐνάπιος, ζεύγνυνται δὲ &c.* quod cur Valeſius omiſerit, & tacitus præterierit, non video. Deſignat enim Suidas petitum ex Eunapii *χρονικῇ ἱστορίᾳ τῇ μετὰ Δέξιππον*. *Phot.* cod. LXXVII. locumque hunc Eunapii explicavit *Lipſius* Poliorcet. lib. II. Dial. 5. T. III. Opp. p. 302. Prius vero fragmentum ex Conſtantino eſſe, fortaſſis graviori argumento, quam ſolo *ὅτι* præmiſſo, cupiat quis demonſtrari. In ſtilo tamen, fateor, non exigua ſimilitudo eſt cum Dione; ut hinc aliqua probabilitas conjecturæ concilietur.

§ 163. (l. 27.) *καταγαγεῖν Σόαιμον*] Fuit Soæmus Armeniæ rex, Achæmenidis regis filius, Arſacidis nepos. Hic a Vologæſo Parthorum rege expulſus, ad Romanos confugit, atque in Senatorium ordinem relatus, Conſulatum quoque geſſit. Poſtea in regnum majoris Armeniæ ductu Martii Veri iterum reſtitutus eſt, ut ſcribit *Jamblichus Syrus* in libro de amoribus Rhodanis & Sinonidis, cujus verba referuntur in Bibliotheca Photii (Cod. XCIV. p. 241.) *λέγει δὲ καὶ ἑαυτὸν Βαβυλώνιον εἶναι συγγραφεύς, καὶ ἀκμάζειν ἐπὶ Σοαίμου τοῦ Ἀχαιμενίδου τοῦ Ἀρσακίδου, ὃς βασιλεὺς ἦν ἐκ πατέρων βασιλέων, γέγονε δὲ ὅμως καὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς τῆς ἐν Ῥώμῃ, καὶ ὕπατος δέ, εἶτα καὶ βασιλεὺς πάλιν τῆς μεγάλης Ἀρμενίας. Ῥωμαίων δὲ διαλαμβάνειν βασιλεύειν Ἀντωνῖνον καὶ Οὖηρον.* Hujus Jamblichi Syri meminit & *Theodorus Priſcianus* lib. II. de re medica. c. 11. VALES.

§ 164. (l. 47.) *ὑπὸ Πρίσκου*] Is eſt Statius Priſcus, de quo *Capitolinus* ſic ſcribit in Marco: (c. 9.) *Geſtæ ſunt res in Armenia proſpere per Statium Priſcum Artaxatis captis: delatumque Armeniaci nomen utrique principum.* Statio Priſco in ea expeditione mortuo ſucceſſit Martius Verus, ut innuit idem *Capitolinus* in Vero: (cap. 7.) *Duces*, inquit, *confecerunt Parthicum bellum, Statius Priſcus, Avidius Caſſius, & Martius Verus, quadriennio, ita ut Babylonem & Mediam pervenirent, & Armeniam vindicarent.* VALES.

autem ſignum datum eſt, unam primo navem dimittunt, quæ ſecundo flumine juxta ſuam ripam deſcendit. Ubi autem ad locum ponte jungendum pervenit, ſtoream ſaxis plenam in flumen conjiciunt, funi alligatam inſtar ancoræ: quo devincta navis juxta ripam ſiſtitur tabulis, pontis in modum ſtratis, quarum copiam ipſis navis affert; & ſubito usque ad exſcenſum conſternitur. Deinde aliam ab illa paululum diſtantem dimittunt, & mox aliam, donec ad ripam adverſam perduxerint pontem. Illa vero navis, quæ hoſtili ripæ proxima eſt, turres etiam, & portam, & ſagittarios & catapultas ſecum fert. Cum autem multa tela in ſtratores conjicerentur, Caſſius tela & catapultas immitti jubet. Tum primo invadentium barbarorum agmine proſtrato, cæteri ceſſerunt.

λεῖται ζεύγνυσθαι τόπον. ἐπὰν δὲ τ[illegible] θῇ, ἀφιᾶσι μίαν πρώτην ναῦν κατὰ [illegible] πλησίον τῆς οἰκείας ὄχθης. ἐπὰν [illegible] ζευγνύμενον ἥκει τόπον, ἐμβάλλου[illegible] Φορμὸν λίθων ἐμπεπλησμένον, καλ[illegible] ὥσπερ ἄγκυραν ἀφ᾽ οὗ δεθεῖσα ἡ [illegible] ὄχθῃ ἵσταται σανίσι καὶ ζεύγμασιν, [illegible] αὐτοῖς ἡ ναῦς Φέρει καὶ παραχρῆ[illegible] ἀποβάσεως καταστρώννυται. εἶτα [illegible] ὀλίγον ἀπ᾽ ἐκείνης, καὶ ἄλλην ἀπ᾽ ἐκείνης, ἔς τ᾽ ἐπὶ τὴν ἀντιπέραν ὄχθην ἐλάσωσι τὸ ζεῦγμα. ἡ δὲ πρὸς τῇ πολεμίᾳ ναῦς καὶ πύργους ἐπ᾽ αὐτῇ, καὶ πυλίδα, καὶ τοξότας, καὶ καταπέλτας Φέρει. βαλλομένων δὲ πολλῶν βελῶν ἐπὶ τοὺς ζευγνύντας, ὁ [165] Κάσσιος ἀφιέναι βέλη καὶ καταπέλτας κελεύει. πεσόντων δὲ τοῖς βαρβάροις τῶν πρώτων ἐφεστηκότων, ἕτεροι [d] εἶκον.

d εἶκον, ſic Valeſ. forte pariter ex conjectura. vulgo ἧκον legitur, cujus lectionis ſenſum ſic expreſſit interpres: *ſed primo barbaros invadentium agmine proſtrato, alii ſuccedunt.* quod utique tolerari poterat.

§ 165. (l. 73.) Κάσσιος] Hic eſt Avidius Caſſius legatus Veri, qui Vologæſum Parthorum regem fugavit, & Cteſiphontem ac Seleuciam cepit, ut narrat *Xiphilinus* ex Dione lib. LXXI. (p. 802. C.) ad quem librum hoc quoque fragmentum pertinet, ut ſatis conſtat. Ceterum cum hac expeditiſſima jungendorum pontium ratione, qua utebantur Romani, conferri poteſt ea, quam refert *Arrianus* lib. V. de geſtis Alexandri: (pag. 204. ſq. edit. Gronov.) quæ una eademque eſt cum illa Dionis noſtri. VALES.

DIONIS
HISTORIÆ ROMANÆ
LIBRI LXXII. EXCERPTA
PER
JO. XIPHILINUM.
Inſeruntur Fragmenta Dionis integra quæ reperiri potuerunt.

SUMMA CAPITA LIBRI LXXII.

De Commodo Aug. c. 1.
Ut pacem Commodus cum Marcomannis, Quadis & Burris pepigerit. c. 2. 3.
Inſidiæ Pompejani contra Commodum. c. 4.
De cæde Quintiliorum. c. 5—7.
De bello Britannico, & Ulpio Marcello duce. c. 8.
Ut Perennis præfectus prætorio cæſus fuerit. c. 9. 10.
Victorino ſtatua poſita. c. 11.
Cleandri Cæſariani facinora, & interitus. c. 12. 13.
Cædes aliæ factæ. c. 14.
Tituli Commodiani. c. 15.
De ſpectaculis a Commodo exhibitis, & ejus inſolentia. c. 16—21.
Commodus ex conjuratione interficitur. c. 22.
Dio hiſtoriam condere incipit. c. 23.
Prodigia mortem Commodi ſignificantia. c. 24.

Temporis ſpatium.

poſt N.C.	U.C.			COMMODI
180.	933.	L. Fulvius Bruttius Præſens II,	& Sex. Quinctilius Condianus Coſſ.	I. 17 Mart.
181.	934.	Commodus Aug. III,	& Antiſtius Burrus.	II.
182.	935.	C. Petronius Mamertinus,	& Cornelius Rufus.	III.
183.	936.	Commodus Aug. IV,	& Aufidius Victorinus II.	IV.
184.	937.	L. Eggius Marullus,	& Cn. Papirius Ælianus.	V.
185.	938.	Maternus,	& Bradua.	VI.
186.	939.	Commodus Aug. V,	& Acilius Glabrio II.	VII.
187.	940.	Criſpinus,	& Ælianus.	VIII.
188.	941.	C. Allius Fuſcianus II,	& Duillius Silanus II.	IX.
189.	942.	Junius Silanus,	& Servilius Silanus.	X.
190.	943.	Commodus Aug. VI,	& M. Petronius Septimianus.	XI.
191.	944.	Caſſius Apronianus,	& Bradua.	XII.
192.	945.	Commodus Aug. VII,	& P. Helvius Pertinax II.	XIII. †31 Dec.

817 Οὗτος [[1] ὁ Κόμμοδος] πανοῦργος μὲν οὐκ ἔφυ, [a] ἀλλ' εἰ καί τις ἄλλος ἀνθρώπων, [2] ἄκακος. ὑπὸ δὲ δὴ τῆς πολλῆς ἁπλότητος, καὶ [b] προσέτι καὶ δειλίας, [3] ἐδούλευσε τοῖς συνοῦσι, καὶ ὑπ' αὐτῶν ἀγνοίᾳ τὸ πρῶτον τοῦ κρείττονος ἁμαρτὼν, ἐς ἔθος, κἀκ τούτου ἐς φύσιν ἀσελγῆ καὶ μιαιφόνον προήχθη. [c] [καί μοι δοκεῖ καὶ τοῦτο καὶ ὁ Μάρκος [4] σαφῶς προγνῶναι.] ἦν δὲ [5] ἐννεακαιδεκαέτης, ὅτε μετήλλαξεν ὁ πατὴρ αὐτοῦ, πολλοὺς

1. Commodus minime vafer a natura erat, ſed ita ſimplex ut qui maxime. Ob nimiam vero ſimplicitatem, & timiditatem, ſerviebat iis, cum quibus verſabatur: ab iisque inductus in errorem, ignorantia primo meliorum in malam conſuetudinem, poſt ad flagitioſam & cruentam indolem profectus fuit. [Quod ipſum mihi Marcus videtur ſatis certo prævidiſſe.] Erat natus novendecim annos, quum

A.U.C. 933 Bruttio Præſente II. & Sex. Condiano COSS.

a ἀλλ' εἰ καί τις ἄλλος. ſic recte Exc. Peir. p. 722. & Br. unde jam non opus eſt meris conjecturis ad vulgata illa corrupta, ἀλλά καί τις ἀνθρώπων, quas dederunt nobis HS. Sylb. L. nec reticendum tamen, conjectura ſua verum aſſecutum eſſe HS. ἄλλος inſerit etiam Coisl. & Br. b προσέτι καί. addita ſunt ex Exc. Peir. c καί μοι δοκεῖ &c. his locupletarunt Xiphilinum Exc. Peir. l. c.

§ 1. (l. 1.) ὁ Κόμμοδος] Modo *Lucius*, modo *Marcus* Aurelius Commodus ſcribitur in numis apud *Mediobarb.* pag. 240. ſqq. Scilicet, ut obſervavit *Sponius* Recherches p. 80. iidem Romani diverſis interdum prænominibus & nominibus utebantur. Sic Geta modo Lucius modo Publius in numis, annotante *Frœlich* Tentam. p. 287. Natus eſt apud Lanuvium cum fratre Antonino Gemino prid. Kal. Sept. patre patruoque Coſſ. A. U. C. 914. Chr. 161. Antoninus quatridimus deceſſit. *Lamprid.* Comm. cap. 1. Habuit vero & alium fratrem, cum quo puer appellatus eſt Cæſar. Severum appellat *Lampridius* l. c. ſed eſt procul dubio *Verus Cæſar*, quem ſeptennem Marcus ad bellum profecturus amiſit, teſte *Capitolino* Marc. c. 21. & Severum pro Vero per errorem ſæpiſſime ſcribi ie docebit *Salmaſius* ad Lampr. p. 475. Hinc COMMODUS. CÆSAR. VERUS. CÆSAR. in numo utriusque effigiem exhibente; *Mediob.* p. 241. & in numo triumphali de Mauris & Britannis, pater duos ante ſe liberos in curru triumphali habet. vide *Arſchotanus* XLII. 1. Veriſſimum vocat *Herodianus* I. 2, 2. quod nomen tamen in numis non deprehenditur. confer *Spanhem.* T. II. p. 339. ſq. Sextum Verum dictum fuiſſe, ex Galeno contendit *Caſaubonus*: qua de re adi diſputantem *Tillemontium* T. II. p. 1034. ſq. Sorores Commodus habuit complures: unde Fecunditas Fauſtinæ prædicatur in numis apud *Patin.* Theſ. p. 72. ſq.

§ 2. (l. 3.) ἄκακος] Idem ſignificat quod ἀπλοϊκώτερος ſupra p. 810. E. Ita *Xiphilinus* Cleopatram deſcribit in Auguſto poſt init. ὅτι μὴ ἄκακος οὖσα γυνή, ἀλλὰ δραστηρία καὶ συνετή. *Homo minime malus*, apud Ciceronem, pro ſimplici & fraudis ignaro, ut ſcite annotavit *H. Stephanus* in Theſ. Gr. L.

§ 3. (l. 4.) ἐδούλευσε τοῖς συνοῦσι] Vide de Perenni infra, & *Herodianum* I. 8. 3.

§ 4. (l. 8.) σαφῶς προγνῶναι] Vide *Herodianum* I. 3. & quæ occupavimus p. 815. § 140.

§ 5. (l. 8.) ἐννεακαιδεκαέτης] Natus nunc annos XVIII. menſes VI. dies XVIII. confer § 1. & p. 814. § 138. Particeps Imperii factus d. 27. Nov. A. U. C. 929. *Lamprid.* Comm. cap. 2. *Noris* de Votis Dec. p. 88. ſq. Sed Tribunitia Poteſtas cum eo communicata, de qua *Capitolinus* Marc. cap. 27. numerari debet ab A. U. C. 928. data nempe ante profectionem Germanicam, & ut Noriſius ſuſpicatur, die 27 Febr. quo eadem ornati fuerant pater & avus, vel d. 7 Martii, natali patris Marci vide ſupra p. 810. § 78. pag. 814. § 119. & 133.

A.U.C. 933 Bruttio Præſente II. & Sex. Condiano COSS.

quum pater ejus mortuus eſt, multis ei & optimis ſenatorum curatoribus relictis; quorum conſiliis & admonitionibus valere juſſis, Commodus, facta cum barbaris pace, Romam contendit.

2. [Enimvero Marcomanni nec alimenta, nec virorum amplius copiam, ob multitudinem illorum, qui perierant, & ob agrorum vaſtationem perpetuam, habebant. Quamobrem duos duntaxat e primoribus, & duos ordinis inferioris, legatos ad Commodum de pace miſerunt. Is vero, cum eos ad internecionem delere nullo negotio poſſet, homo fugiens laboris, & ad urbanum properans otium, cum cæteris conditionibus, quibus pater quoque ejus pactus fuerat, tum his præſertim pacem fecit: ut transfugas & captivos, quos ab illo tempore accepiſſent, ſibi reſtituerent; & frumentum quoddam certum quotannis penderent, quod eis poſtea remiſit. Etiam arma ab ipſis quædam accepit, & militum millia tredecim a Quadis, pauciores a Marcomannis: pro quibus tamen aliquot eorum, qui ſingulis annis dandi erant, remiſit. Hoc etiam eis imperavit, ut neque ſæpius, neque pluribus in locis regionis ſuæ, congregarentur: ſed ſemel duntaxat menſe quolibet, ac unum in locum, centurione quodam Romano præſente: præter hæc, ne vel Iazygas, vel Burros, vel Vandilos bello peterent. His ergo legibus eis pacem dedit, & omnia caſtella, quæ erant in regione, ultra limites eis ademtos, deſeruit.]

3. [Burris quoque Commodus, quum legatos miſiſſent, pacem conceſſit. Nam antea, licet ſæpius rogatus, eam dare, noluerat; cum quod

πολλοὺς αὐτῷ καὶ τοὺς κρατίστους τῶν β[...] [6] ἐπιτρόπους καταλιπὼν ὧν ὁ Κόμμοδ[...] [7] ὑποθήκαις καὶ συμβουλίαις χαίρειν [...] καὶ τοῖς [8] βαρβάροις σπεισάμενος, εἰς τ[...] μην ἠπείχθη.

[[d] Οἱ μὲν γὰρ Μαρκομάνοι οὔτε τ[...], οὔτ' ἄνδρας συχνοὺς, ὑπό τε τοῦ πλήθους τῶν ἀπολλυμένων, καὶ ὑπὸ τῆς ἀεὶ τῶν χωρίων κακώσεως, ἔτι εἶχον. δύο γοῦν μόνους [9] τῶν πρώτων, καὶ δύο ἄλλους τῶν καταδεεστέρων, πρέσβεις πρὸς αὐτὸν ὑπὲρ τῆς εἰρήνης ἔπεμψαν. καὶ οὗτος [10] ἐξεργάσασθαι αὐτοὺς δυνάμενος ῥᾳδίως, μισόπονος δὲ δὴ ὢν, καὶ πρὸς τὰς ἀστικὰς ῥᾳστώνας ἐπειγόμενος, ἐσπείσατο αὐτοῖς ἐπί τε τοῖς ἄλλοις, [11] ἐφ' οἷς ὁ πατὴρ αὐτοῦ συνετέθειτο, καὶ ἵνα τούς τε αὐτομόλους καὶ τοὺς αἰχμαλώτους, οὓς μετὰ ταῦτα ἔλαβον, ἀποδῶσιν αὐτῷ, καὶ σῖτόν τινα κατ' ἔτος ταχτὸν τελῶσιν, ὃν ὕστερον αὐτοῖς ἀφῆκεν· ὅπλα τέ τινα παρ' αὐτῶν ἔλαβε, καὶ στρατιώτας παρὰ μὲν τῶν Κουάδων μυρίους καὶ τρισχιλίους, παρὰ δὲ τῶν Μαρκομάνων ἐλάττους· ἀνθ' ὧν ἀνῆκεν αὐτοῖς τῶν κατ' ἔτος διδόναι τινάς. προσεπέταξε μέντοι σφίσιν, ἵνα μήτε πολλάκις, μήτε [12] πολλαχοῦ τῆς χώρας ἀθροίζωνται, ἀλλ' ἅπαξ ἐν ἑκάστῳ μηνὶ, καὶ ἐς τόπον ἕνα, ἑκατοντάρχου τινὸς Ῥωμαίου παρόντος. πρὸς δὲ καὶ, ἵνα μήτε τοῖς [13] Ἰάζυξι, μήτε τοῖς Βούῤῥοις, μήτε [14] τοῖς Βανδήλοις πολεμῶσιν. ἐπὶ μὲν τούτοις συνηλλάγη, καὶ [e] τὰ [15] φρούρια πάντα, τὰ ἐν τῇ χώρᾳ αὐτῶν ὑπὲρ τὴν [16] μεθορίαν τὴν ἀποτετμημένην ὄντα, ἐξέλιπεν.]

[Καὶ τοῖς Βούῤῥοις δὲ ὁ [f] Κόμμοδος εἰρήνην ἔδωκε πρεσβεύσασι. πρότερον μὲν γὰρ, καίτοι πολλάκις αὐτὴν αἰτηθεὶς, οὐκ ἐποιήσατο, ὅτι τε ἐῤῥωντο,

C

D

E

d οἱ μὲν Μαρκομ. &c. fragmentum eſt Dionis ex Exc. Urſ. num. LXXIII. in quo lin. 32. τὸ κατ' ἔτος ſcrib. videtur.
e τὰ φρούρια. τά τε φρούρια, Exc. Urſ. f Κόμμοδος. in græcis æreis numiſmatibus modo duplici μμ, modo ſimplici Κόμοδος ſcribitur, cum tamen Κόμμοδος ſcribendum videatur. Urſ. eſt autem hoc fragmentum ſequens num. LXXIV.

§ 6. (l. 11.) ἐπιτρόπους καταλιπών] Vide orationem Marci extremam ad amicos, apud *Herodianum* I. 4, 9. Fuit inter hos tutores vel amicos Commodo relictos Pompejanus Lucillæ ſororis maritus. *Id.* I. 6, 11. itemque Pertinax. *Id.* II. 1, 10.

§ 7. (l. 12.) ὑποθήκαις καὶ συμβουλίαις] *Herodianus* I. 6. 1. ὀλίγου μὲν οὖν τινος χρόνου πάντα ἐπράττετο τῇ γνώμῃ τῶν πατρῴων φίλων. vide *eund.* c. 8. § 1. Sed mox *Patris miniſteria ſeniora ſubmovit, amicos ſenes abjecit*, ut ait *Lampridius* cap. 3.

§ 8. (l. 13.) βαρβάροις σπεισάμενος] Pater monuerat, ut attritos jam barbaros prorſus opprimeret. *Capitolin.* c. 28. *Vict.* Epit. XVII. 2. At ille cupidus deliciarum urbis, & impatiens moleſtiarum, diſſuadente licet Pompejano, profectionem edixit: barbaris coercendis alios præfecit, qui plurimos partim ſubegerunt, partim præmiis ad amicitiam Romanorum adjunxere. Hæc *Herod.* I. 6. & 7. Rediiſſe Commodum Romam illo ipſo anno U. C. 933 quo pater obierat, ſcimus ex *Lampridio* cap. 12. *Datus in perpetuum ab exercitu & ſenatu in domo Palatina Commodiana conſervandus XI. Cal. Romanas* (Novem. i. e. die 22. Octob.) *Præſente iterum Coſ.* (933.) Eodem ſpectat numus apud *Mediob.* p. 245. ADVENTUS. AUG.

§ 9. (l. 18.) τῶν πρώτων — τῶν καταδεεστέρων] Id eſt τῶν πιλοφόρων — τῶν κομητῶν. p. 773. B. § 69.

§ 10. (l. 21.) ἐξεργάσασθαι αὐτοὺς ῥᾳδίως] Nam pater, *ſi anno uno ſuperfuiſſet, provincias ex his feciſſet. Capitol.* Marc. cap. 27. vide ſupra p. 814. E.

§ 11. (l. 24.) ἐφ' οἷς ὁ πατὴρ αὐτοῦ] Vide *Dionem* p. 808. D. p. 809. E. ſq.

§ 12. (l. 33.) πολλαχοῦ τῆς χώρας ἀθροίζωνται] Id diligenter caverat Marcus p. 807. B. 808. D. 809. D.

§ 13. (l. 37.) Ἰάζυξι, μήτε τοῖς Βούῤῥοις] Solebant enim rapto vivere aſſuetæ gentes, ſi non Romanis, certe ſibi invicem infeſtæ eſſe. Vide quæ Iazyges & Burri a Marco petierant. p. 809. C.

§ 14. (l. 38.) τοῖς Βανδήλοις] *Vandalii* dicuntur *Tacito* Germ. 2, 5. Memorantur in hoc bello apud *Capitolinum* Marc. cap. 17. quanquam in Scriptoribus H. A. minus bene *Wandali* ſcriptum eſt.

§ 15. (l. 39.) φρούρια πάντα] De iis *Dio* p. 810. A.

§ 16. (l. 41.) μεθορίαν τὴν ἀποτετμημένην] Pactum erat, ut ad trigeſimum & octavum ſtadium ab Iſtro abeſſent. pag. 808. D.

§ 17. (l. 53.) τεσσαράκοντα πάλιν] Sicut Marcomanni § 16.

§ 18. (l. 60.) ἐπεβουλεύθη μὲν πολλάκις] A Pompejano, de quo mox: præterea a Materno, deſertore caſtrorum, de quo, & bello deſertorum inde dicto, *Herodianus*, I. 10. *Lampridius*, Comm. c. 16. *Spartianus*, Peſcen. cap. 3. Taceo Perennem inſidiarum falſo accuſatum. p. 821. D.

§ 19. (l. 66.) Πομπηιανοῦ κ. τ. λ.] Cl. Pompejanus is eſt qui Imperatoris Veri viduam Lucillam, filiam Marci, & ſororem Commodi duxerat uxorem. p. 802. § 23. p. 827. A. Pertinax poſtea imperavit. vide *Herodian.* II. 1, 9. ſq. Victorinus præfectus urbi, de quo pag. 822. A. B. *Spartianus* etiam Didium Julianum in hunc numerum refert, in Julian. c. 2.

§ 20. (l. 70.) ἐλθὼν δὲ εἰς τὴν Ῥώμην] Die 22. Octob. A. U. C. 933. vide § 8. *Lampridius* c. 3. *Romam ut rediit, ſubactore ſuo Antero* (leg. Saotero) *poſt ſe in curru locato, ita triumphavit, ut eum ſæpius cervice reflexa oſcula*[...]. Memorat & triumphum de Germanis *Euſebius* ad [...] & exſtat numus, in quo Imperator cum qu[...] libus ſpectatur TR. P. VI. IMP. IV. COS. [...] *Mediobarbum* p. 245. ad A. U. C. 934. *H*[...] tum narrat, quam frequenti occurſu civi[...] ac florum ſparſione in urbem deductus ſit[...]

818 ἐῤῥωντο, καὶ ὅτι οὐκ εἰρήνην, ἀλλὰ ἀνοχὴν ἐς τὸ
παρασκευάσασθαι λαβεῖν ἤθελον. τότε δὲ, ἐπειδὴ
ἐξετρυχώθησαν, συνηλλάγη σφίσιν, ὁμήρους λαβὼν,
καὶ αἰχμαλώτους παρά τε τῶν Βούῤῥων πολλοὺς,
καὶ παρὰ τῶν ἄλλων μυρίους καὶ πεντακισχιλίους
κομισάμενος, καὶ ἀναγκάσας τοὺς ἄλλους ὀμόσαι, ὥστε μὴ ἐνοικήσειν ποτὲ, μήτε ἐννέμειν
[17] τεσσαράκοντα στάδια τῆς χώρας σφῶν, τῆς
πρὸς τῇ Δακίᾳ οὔσης. [g] ὁ δὲ Σαβινιανὸς καὶ
Δακῶν τῶν προσόρων μυρίους καὶ δισχιλίους ἐκ
B τῆς οἰκείας ἐκπεσόντας, καὶ μέλλοντας τοῖς
ἄλλοις βοηθήσειν, ὑπηγάγετο, γῆν τινα αὐτοῖς ἐν τῇ Δακίᾳ τῇ ἡμετέρᾳ δοθήσεσθαι ὑποσχόμενος.]

Καὶ [18] ἐπεβουλεύθη μὲν ὁ Κόμμοδος πολλάκις
ὑπό τινων, [h] [πολλὰ δὲ καὶ ἀπρεπῆ ἔπραξε] καὶ
C πλείστους ἐφόνευσε καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας,
τοὺς μὲν φανερῶς, τοὺς δὲ λάθρα φαρμάκοις
καὶ, ὡς εἰπεῖν, πάντας τοὺς ἐπὶ τοῦ πατρὸς
αὐτοῦ καὶ ἐπ' αὐτοῦ ἐκείνου ἀνθήσαντας, πλὴν
[i] τοῦ τε [19] Πομπηϊανοῦ καὶ τοῦ Περτίνακος καὶ
τοῦ Βικτωρίνου. τούτους γὰρ, οὐκ οἶδ' ὅπως, οὐκ
ἀπέκτεινε. λέγω δὲ ταῦτά τε καὶ τὰ λοιπὰ
οὐκ ἐξ ἀλλοτρίας ἔτι παραδόσεως, ἀλλ' ἐξ οἰκείας ἤδη τηρήσεως. [20] ἐλθὼν δὲ εἰς τὴν Ῥώμην,
καὶ πρὸς τὴν γερουσίαν διαλεχθεὶς, ἄλλα τέ
τινα ἀπελήρησε, καί τι καὶ τοιοῦτον ἐν τοῖς
D αὐτοῦ ἐπαίνοις εἶπεν, ὅτι τὸν πατέρα ποτὲ ἐς
πηλὸν βαθὺν ἐμπεσόντα ἱππεύων ἐῤῥύσατο. τοιαῦτα μὲν τὰ σεμνολογήματα αὐτοῦ ἦν. ἐσιόντι
δὲ αὐτῷ ἐς τὸ θέατρον τὸ κυνηγετικὸν, [21] Κλαύδιος
Πομπηϊανὸς ἐπεβούλευσε. ξίφος γάρ τι ἐν αὐτῇ τῇ [22] τῆς εἰσόδου στενοχωρίᾳ ἀνατείνας,
" Ἰδοὺ, ἔφη, [23] τοῦτό σοι [k] ἡ βουλὴ πέπομφεν. " [l] οὗτος ἐνεγεγύητο μὲν [24] τὴν θυγατέρα [m] Λουκίλλης, ἐχρῆτο δὲ καὶ αὐτῇ ταύτῃ,

quod vires adhuc haberent, tum quod non pacem adeo, quam laxamentum ad parandum bellum, vellent conſequi. Tunc autem, quod bello jam exhauſti eſſent, reconciliationem admiſit, acceptis obſidibus; & multos quidem captivos a Burris, à cæteris vero XV. millia conſecutus, coactis etiam ſacramento promittere, nunquam ſe nec ſedes, nec paſcua quæſituros in regione ſua, Daciæ vicina limitibus, ad quintum milliarium. Sabinianus autem Dacorum finitimorum ad XII. millia, qui ſuo expulſi agro, cæteris opem laturi erant, ſuam in poteſtatem redegit; aliquam eis terræ partem in Dacia noſtra ſe conceſſurum pollicitus.]

A.U.C.933 Bruttio Præſente II. & Sex. Condiano COSS.

4. Paratæ autem ſunt Commodo ſæpius inſidiæ a multis, [& multa egit ipſe præter fas,] magnumque numerum virorum & mulierum partim palam interfecit, partim clam veneno ſuſtulit; omnes quidem fere eos, qui & patris temporibus & ſuis florentes erant, præter Pompejanum, & Pertinacem, & Victorinum. Hos enim neſcio quibus de cauſis non interfecit. Hæc autem ego, cæteraque omnia, quæ ſequuntur, non ex aliena amplius traditione, ſed a memet obſervata, ſcribo. Poſtquam vero Romam Commodus venit, orationem habuit in ſenatu, in qua cum alias nugas dixit, tum hoc poſuit in ſuis laudibus, quod patrem, in lutum profundum aliquando prolapſum, ipſe adequitans liberaſſet. Hujus nempe generis rebus gloriabatur. Ingredienti vero in amphitheatrum, Claudius Pompejanus inſidias ſtruxit, atque in anguſto quodam introitu protendens gladium, " Ecce, " inquit, " hunc tibi mittit ſenatus. " Hic quum uxorem duxiſſet filiam Lucillæ, non cum hac ſolum, ſed & cum matre ejus ſimul

[g] ὁ δὲ Σαβινιανός. ὁ αὐτὸς Σαβινιανός, Exc. Urſ. [h] πολλὰ δὲ καὶ ἀπρ. pauca hæc adjecimus ex Exc. Peir. p. 722.
[i] τοῦ τε Πομπ. ſic Br. & Sylb. credo ex Pal. it. HS. edit. maj. & L. τοῦ Πομπ. RS. & HS. edit. min. [k] ἡ βουλὴ πέπομφεν. delevi vulgatum ὤν, verbo πέπομφεν præmiſſum. nec enim ſententiæ convenit, nec apud Z. aut in Pal. legitur.
[l] ἐνεγεγύητο, ſcripſi ex Coisl. & Br. vulgo: οὗτος ἐνεγγύητο μὲν, vel, ut eſt apud RS. & HS. edit. min. οὗτος μὲν ἐνεγγύητο.
[m] Λουκίλλης. addit Zon: τῆς τοῦ Κομμόδου ὁμαίμονος, *ſororis Commodi.*

§ 21. (l.76.) Κλαύδιος Πομπηϊανὸς] Denſis tenebris hanc narrationem, præ nimio brevitatis ſtudio, involvit Xiphilinus; ut divinandum ſit, de alio illi Claudio Pompejano ſermonem eſſe, quam eo quem mox Lucillæ maritum vocat. Alium tamen eſſe hunc Pompejanum patet, quia hic juvenis fuit, ſuetus συννεανιεύεσθαι τῷ Κομμόδῳ, ut paulo poſt ait; ille grandævus, bis Conſul: *Capitolin.* Marc. c. 20. huic filia Lucillæ deſponſata, illi Lucilla ipſa nupta: hic propinquus Commodi, ille affinis: hic occiſus, ille ſalvus. *Lampridius* c. 4. *Crudelis vita Commodi Quadratum & Lucillam compulit ad ejus interfectionem conſilia inire, non ſine præf. præt. Tarutini Paterni conſilio. Datum autem eſt negotium peragendæ necis Claudio Pompejano propinquo.* Pompejanum etiam ex Dione vocat *Zonaras.* Nec obſtat, credo, *Herodianus* I. 8. ſqq. adſtipulante *Ammiano Marc.* XXIX. 4. quando Quintiano ait negotium hoc datum a Quadrato. Quin eundem patet eſſe, qui, ut multi alii, cognomine duplici, Pompejanus Quintianus appellatus, aliis Pompejani, aliis Quintiani nomine indicatur. Quare nec Κυιντιανὸς hic reponere neceſſe eſt, quod aliquando *Reineſio* epiſt. p. 471. in mentem venit; nec Κουαδρᾶτος, quod pro certo contendit *Valeſius* ad Ammian. l. c. Nam Quadratus conſilia quidem de cæde agitavit cum Lucilla, ſed negotium exſequendum datum eſt Pompejano, nemoque veterum Quadrato id tribuit, quod cædem tentarit. Hic Claudius Pompejanus Quintianus, filius Claudii, nempe Pompejani, vocatur a *Lampridio* c. 5. qui pariter eo tempore velut a latronibus occiſus ſit. Falli ea in re Lampridium cenſet *Caſaubonus,* quia Pompejanus ſenior Commodo fuit ſuperſtes. Sane fuit is qui Lucillam uxorem habebat; ſed de eo loqui Lampridium gratis ſumit Caſaubonus. Alium Claudium Pompejanum, propinquum Commodi, a Lampridio intelligi, vidit *Reineſius* Epiſt. ad Rupert. pag. 469. quod & inde evincitur, quia hujus filium Pompejanum juvenem Lampridius & Dio interfectum dicunt; ejus autem Pompejani, qui Lucillam habebat in matrimonio, filii ſuperſtites fuerunt, teſte *Dione* p. 827. A. Tantum turbarum dederunt tres Claudii Pompejani male diſtincti, & Quintianus nomine tantum, non perſona ab uno eorum diſtinctus. Videorque mihi diſſonantia veterum loca ad concordiam revocaſſe.

§ 22. (l.78.) τῆς εἰσόδου στενοχωρίᾳ] *Herodianus* I. 8, 11. ἐν τῇ τοῦ ἀμφιθεάτρου εἰσόδῳ (ζοφώδης δέ ἐστιν, καὶ λήσεσθαι ἤλπιζε) γυμνώσας τὸ ξιφίδιον. *in amphitheatri aditu, quippe obſcuro loco, ubi occultum ſe putabat fore, pugionem nudavit.* Res ex amphitheatri ſtructura facile intelligitur.

§ 23. (l.79.) τοῦτό σοι ἡ βουλὴ πέπομφεν] Confirmat *Herodianus* I. 8, 12. & *Lampridius* c. 4. hæc addens: *detexit facinus fatuus, nec implevit, multis cum eo participantibus cauſam.* Conſtantior miles ille apud *Dionem* p. 834. D. qui poſt eadem fere ad Pertinacem verba, τοῦτό σοι τὸ ξίφος οἱ στρατιῶται πεπόμφασι, ſtatim eum confodit.

§ 24. (l.80.) τὴν θυγατέρα Λουκίλλης] *Reineſius* epiſt. ad Rupert. p. 470. filiam Lucillæ ſuſpicatur fuiſſe Norbanam, ejusque filium Norbanum, ambo interfectos a Commodo: ſcilicet ex *Lampridio* c. 4. ubi vulgata lectio habet: *dein* (interfecti ſunt) *Norbana atque Norbanus, & Paralius, & mater ejus Lucilla in exilium exacta.* Verum Caſaubonus probe monuit, Paralium, græci nominis virum, Lucillæ filium eſſe non poſſe; diſtinguendum: *& Paralius & mater ejus. Lucilla in exilium exacta.* ita Pal. cod. quanquam ne vulgata quidem lectio Norbanam Lucillæ filiam fuiſſe docet. Conſequens eſt, nos filiæ nomen hodie ignorare.

A.U.C.933 Bruttio Præſente II. & Sex. Condiano COSS.

ſimul rem haberet; qua de cauſa Commodo ita familiaris erat, ut una ambo epularentur, una juvenarentur. Lucilla vero, fœmina nihilo æquior aut continentior, quam Commodus frater, Pompejanum virum ſuum dedignata, perſuaſit illi quem diximus Pompejano, ut Commodo inſidias faceret, eumque ita perdidit, & ipſa, patefacto ſcelere, interfecta eſt. Criſpinam quoque Commodus, iratus ei adulterii cauſa, occidit. Utraque, priusquam necaretur, in inſulam Capreas relegata fuerat. Marcia vero, Quadrati, unius ex iis, qui tum interfecti ſunt, pellex, & Eclectus, ejusdem cubicularius, alter quidem Commodi cubicularius, altera ejusdem pellex, poſtea Eclecti uxor facta eſt; quæ ipſa Commodum & Eclectum violenta morte affectos vidit. Hanc Chriſtianorum ſtudioſam fuiſſe, & quod eſſet apud Commodum maximæ autoritatis, multa in eos beneficia contuliſſe, memoriæ proditum eſt.

τῃ, [25] καὶ τῇ τῆς κόρης μητρί· καὶ διὰ ταῦτα τῷ Κομμόδῳ ᾠκείωτο, ὡς καὶ συνε[...] καὶ συννεανιεύεσθαι αὐτῷ. ἡ γὰρ Λ[...] E ⁿ οὐδὲ ἐπιεικεστέρα οὐδὲ σωφρονεστέρα τοῦ ἀ[...] Κομμόδου ὑπάρχουσα, [26] ἤχθετο μὲν τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς τῷ Πομπηϊανῷ· [27] ὅθεν καὶ ἀνέπεισε ° τὸν εἰρημένον, ἐπιθέσθαι τῷ Κομμόδῳ, καὶ [28] αὐτόν τε ἀπώλεσε, καὶ αὐτὴ [29] φωραθεῖσα ἐπανῃρέθη. ἀπέκτεινε δὲ καὶ ᵖ τὴν [30] Κρισπῖναν ὁ Κόμμοδος, ἐπὶ μοιχείᾳ δή τινι ὀργισθεὶς αὐτῇ. πρὸ δὲ τοῦ ἀναιρεθῆναι, καὶ ἀμφότεραι ἐς τὴν νῆσον τὴν Καπρίαν ὑπερωρίσθησαν. [31] Μαρκία δέ τις, [32] Κουαδράτου τῶν τότε φονευθέντων ἑνὸς παλλακή, καὶ Ἔκλεκτος πρόκοιτος, ὁ μὲν, 819 καὶ τοῦ Κομμόδου πρόκοιτος, ἡ δὲ, παλλακὴ ἐγένετο, καὶ τοῦ Ἐκλέκτου μετὰ ταῦτα γυνή· ᑫ καὶ [33] ἐπεῖδε καὶ ἐκείνους βιαίως ἀποθνήσκοντας. ἱστορεῖται δὲ αὐτὴ [34] πολλά τε ὑπὲρ τῶν Χριστιανῶν σπουδάσαι, καὶ πολλὰ αὐτοὺς εὐηργετηκέναι, ἅτε καὶ παρὰ τῷ Κομμόδῳ πᾶν δυναμένη.

A.U.C.934 Commodo III. & Antiſtio Burro COSS.

5. Occidit præterea Commodus [Salvium Julianum, & Tarrutenium Paternum inter Conſulares relatum; aliosque pariter multos, interque eos & matronam nobilem, neci dedit: quamvis Julianus, cum poſt obitum Marci quidvis perficere adverſus Commodum facile poſſet, ut pote vir clariſſimus, præpoſitus maximis copiis, & milites ſibi deditiſſimos habens; tamen cum ob ſuam moderationem, tum ob conſtantem

Commodi factus ſit, pellicemque ejus Damoſtratiam uxorem duxerit, & præter alios multos, Saoterum Nicomedienſem, qui ante ipſum eundem honorem habuerat, interfecerit: quanquam & ille potentiſſimus erat, & per eundem Nicomedienſes impetraverant a ſenatu, ut certamina celebrarent, templumque Commodo facerent. Hic igitur Cleander, altius a fortuna elatus, & largiebatur & vendebat dignitatem ſenatoriam, officia militaria, procurationes, imperia, ac poſtremo res omnes. Jamque multi, abſumptis omnibus ſuis facultatibus, cooptabantur in ordinem ſenatorium, ita ut dictum ſit de Julio Solone, homine admodum ignobili, eum facultatibus orbatum, in ſenatum eſſe relegatum. Neque vero Cleander hæc ſolum fecit, ſed etiam conſules XXV. in annum unum deſignavit: quod neque ante id tempus, neque poſt unquam factum eſt: in quorum numero Severus, qui poſtea factus eſt princeps, conſulatum geſſit. Quamobrem colligebat undique pecuniam, multoque plura acquiſivit, quam unquam ab ullis cubiculariis factum ſit. Ex his multa largiebatur Commodo, ejusque pellicibus: multa in ædificationem ædium, & balinearum, cæterasque res privatis juxta ac civitatibus utiles, impendebat.

A.U.C.937 Eggio Marullo & Papir. Æliano COSS.

A.U.C.938 Materno & Bradua COSS.

13. Sed ut Cleandrum fortuna ad tantum extulerat faſtigium, ita celeriter ipſe cecidit, periitque cum ignominia. Neque enim a militibus, ut Perennis, ſed a plebe interfectus eſt. Nam quum eſſet forte magna inopia rei frumentariæ, eamque Dionyſius Papirius, præfectus annonæ, feciſſet majorem, eo conſilio, ut populus Romanus culpam in Cleandrum, propter furta quæ faciebat, præcipue conjiceret, haberetque hominem odio, atque etiam (id quod accidit) interficeret; ludis Circenſibus, equis ſeptimo

A.U.C.942 duobus Silanis COSS.

k ἐς ἐνιαυτόν. ἐς ἐνιαυτοὺς πέντε καὶ εἴκοσι, legit Wolf. *in annos XXV.* ſed vulgatam lectionem tuentur hæc Zon: εἰς ἕνα ἐνιαυτὸν, & hæc Aelii Lampridii, cap. 6. *XXV. Coſſ. in unum annum.* Sylb. forte ἐς ἕνα ἐνιαυτὸν ſcripſerat Dio, & ἕνα tantum a librariis neglectum eſt, quippe cum principio ſequentis vocabuli coincidens. l ἀγωνίσασθαι. ἀγωνιᾶσθαι, Pal. Br.

§ 67. (l. 41.) Νικομηδεῖς καὶ ἀγῶνα] Ex æmulatione erga Nicæenſes, qui inſtituerant Κομμόδεια. *Spanhem.* epiſt. III. § 6. ad Morellum, ubi & ex h. l. aliisque numis docet, relictam Senatui ab Imperatoribus poteſtatem, templa & ludos in honorem ſuperſtitum adhuc Cæſarum conſecrandi aut concedendi. Templum, quod iis ædificandum conceſſum eſt, octo columnarum, reperitur in numis cum addito ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ ΔΙΣ ΝΕΩΚ. vide *Vaillant* num. pop. Græce loqu. p. 72. ubi ſecundum templum ſub Commodo accepiſſe annotavit. vide & p. 66. *Patinus* vero in num. Imp. ær. med. & min. p. 212. numum adducens, nihil hac de re ſe legiſſe fatetur.

§ 68. (l. 51.) ὑπάτους ἐς ἐνιαυτὸν] *Lampridius* c. 6. *Ad cujus* (Cleandri) *nutum etiam libertini in ſenatum atque in patricios lecti ſunt: tuncque primum XXV. Coſſ. in unum annum, venditaque omnes provinciæ.* Is annus vulgo creditur fuiſſe U. C. 938. Chr. 185. *Tillemontius* tamen T. II. p. 787. rejicit ad A. U. C. 942. Chr. 189.

§ 69. (l. 59.) ἐς οἰκίας καὶ ἐς βαλανεῖα] Gymnaſium maximum ædificaſſe, & balneum publicaſſe, ut populum ineſcaret, refert *Herodianus* I. 12, 10. Atque hæ ſunt notiſſimæ *Thermæ Commodianæ*, de quibus *Lampridius* c. 17. *præter lavacrum, quod Cleander, nomine ipſius fecerat, nulla exſtant.* Adde *Victorem* XVII. 3. *Euſeb.* ad ann. IV.

§ 70. (l. 67.) ἰσχυρὰ σιτοδεία] Vaſtata erat annona coemtione Cleandri, ut diſcas ex *Herodiano*, § 60. qui præter annonæ caritatem, inter cauſas mortis Cleandri refert odium vulgi, quod eſſet divitiis inexplebilis. *Lampridius* c. 14. nullam diſerte Cleandri mentionem facit, ubi de flagellata annona: *quum & annonam vaſtarent ii qui tunc rempublicam gerebant, etiam inopia ingens Romæ exorta eſt, quum fruges non deeſſent: & eos quidem, qui omnia vaſtabant, poſtea Commodus occidit atque proſcripſit.* Poſſis tamen *occiſos* intelligere Cleandrum, & Papirium Dionyſium præfectum annonæ, quem & *Dio* pag. 824. A. periiſſe dicet. Neque obſtat, quod aliam *Lampridius* c. 7. occaſionem interitus Cleandri indicare videatur his verbis: *cum inſidiis illum Arrius Antoninus fictis criminibus in Attali gratiam, quem in proconſulatu Aſiæ damnaverat, eſſet occiſus, nec eam tum invidiam, populo ſæviente, Commodus ferre potuiſſet, plebi ad pœnam donatus eſt.* Potuerunt plures cauſæ concurrere, aliis aliud hominis maleficium maxime incuſantibus. Ceterum videtur ex eo tempore Commodus claſſem Africanam inſtituiſſe, ſicut Alexandrinam Auguſtus. *Lampridius* c. 17. *Claſſem Africanam inſtituit, quæ ſubſidio eſſet, ſi forte Alexandrina frumenta ceſſaſſent.* Id inſtitutum celebratur in numo apud Triſtanum T. I. p. 725. ſq. & *Mediob.* p. 255. ad A. U. C. 943. Chr. 191. unde hoc anno aut præcedenti Cleandrum ſublatum eſſe veriſimile eſt.

§ 71. (l. 73.) τὸ ἕβδομον τῶν ἵππων ἀγωνίσασθαι] Miſſus certantium equorum erant XXIV. & ſingulis miſſibus quaterni quadrijugi currus, & totidem portis emiſſi, ſeptenos curſus ſeu δρόμους circa ſpinam conficiebant. Malim autem hunc locum de ſeptimo miſſu accipere, quam de ſeptimo unius miſſus curſu circa ſpinam, ut video ab *Argolo* exponi ad Onuphrium Panvinium de ludis Circ. T. IX. Grævii p. 158. Nam inter hæc ſeptem curricula in orbem continuo circumacta nullum erat intervallum quietis, quale ſupponit Dio. Apud eundem *Dionem* pag. 825. A. τριάκοντα ἵππων ἅμιλλαι, ſunt XXX. miſſus. Ceterum *Dio* infra pag. 850. C. obiter annotavit, tempore Cleandri, ſenis etiam curribus certatum eſſe in ſingulis miſſibus.

A.U.C. 942 duobus Silanis COSS.

ſeptimo loco certamen curſus inituris, magna multitudo puerorum in Circum accurrit: eos procera virgo & terribilis adſpectu ducebat, quæ dea fuiſſe ex iis, quæ poſtea acciderunt, exiſtimata eſt. Hi pueri quum primo maximos & truces clamores edidiſſent, eosque ſtatim populus quantis poterat clamoribus excepiſſet, tandem is exſiliens univerſus recta ad Commodum, qui erat in ſuburbano Quintilii, proficiſcitur: ibi Commodo multa fauſta ac felicia precatur, Cleandrum exſecratur maxime. Hic paucos milites contra iſtos mittit, a quibus pars vulnerata, pars interfecta eſt. Verum quum plebs ea re non modo non prohiberetur, ſed multo etiam magis contenderet, confiſa multitudine ſua & prætorianorum viribus; quumque jam non longe abeſſet a Commodo, quem hujus rei certiorem faciebat nemo: Marcia illa, pellex quondam Quadrati, ei rem omnem ſignificavit; eaque re Commodus adeo perterritus eſt, (quippe timidiſſimus erat) ut Cleandrum ſtatim, ejusque filium, qui in manibus Commodi educabatur, interfici juſſerit. Puer quidem ſolo alliſus interiit, ſed plebs corpore Cleandri tracto & lacerato, caput ejus per totam urbem geſtavit in pilo, nonnullosque ex eorum numero, qui ſub ipſo plurimum potuerant, interfecit.

14. Commodus autem, ubi expleverat animum voluptatibus ludisque, tum demum cædes meditabatur, occidebatque nobiles viros: in quorum numero fuit Julianus præfectus, quem publice amplecti atque oſculari, patremque appellare conſueverat: itemque Julius Alexander, is qui jaculis confecerat leonem ex equo: qui poſtquam interfectores adeſſe cognovit,

πλῆθός τι παιδίων εἰς τὸν ἱππόδρομον εἰσέδραμε, καὶ αὐτῶν παρθένος τις μεγάλη καὶ βλοσυρὰ ἡγεῖτο· ἣν δαίμονα ἐκ τῶν μετὰ ταῦτα συμβάντων ἐνόμισαν γεγονέναι. τά τε γὰρ παιδία συνεβόησαν πολλὰ καὶ δεινὰ, καὶ ὁ δῆμος παραλαβὼν αὐτὰ, οὐδὲν ὅ, τι οὐκ ἐξέκραγε· καὶ τέλος καταπηδήσας, ὥρμησε πρὸς τὸν Κόμμοδον, [72] ἐν τῷ Κυντιλίῳ [m] προαστείῳ ὄντα, πολλὰ μὲν ἐκείνῳ C κἀγαθὰ ἐπευχόμενος, πολλὰ δὲ καὶ κατὰ τοῦ Κλεάνδρου καταρώμενος. καὶ ὃς, στρατιώτας τινὰς ἐπ᾽ αὐτοὺς ἔπεμψε, καὶ ἔτρωσάν τινας καὶ ἀπέκτειναν. οὐ μέντοι καὶ ἀνείρχθη διὰ τοῦτο ὁ δῆμος, ἀλλὰ τῷ τε πλήθει σφῶν καὶ τῇ τῶν δορυφόρων ἰσχύϊ θαῤῥήσας, [n] ἐπὶ μᾶλλον ἠπείχθη. πλησιαζόντων δὲ αὐτῶν τῷ Κομμόδῳ, καὶ μηδενός οἱ μηνύοντος τὸ [o] γιγνόμενον, [73] Μαρκία ἐκείνη ἡ τοῦ Κουαδράτου, ἐσήγγειλε τὸ πραττόμενον· καὶ ὁ Κόμμοδος οὕτως ἔδεισεν, ἄλλως [p] τε καὶ δειλότατος ὢν, ὥστε αὐτίκα καὶ τὸν [74] Κλέανδρον καὶ τὸ παιδίον αὐτοῦ, ὃ καὶ ἐν ταῖς [q] τοῦ Κομμόδου χερσὶν ἐτρέφετο, σφαγῆναι κελεῦσαι. D καὶ τὸ μὲν παιδίον προσουδίσθη καὶ διεφθάρη, τὸ δὲ τοῦ Κλεάνδρου σῶμα παραλαβόντες οἱ Ῥωμαῖοι ἔσυραν καὶ ᾐκίσαντο, καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ διὰ πάσης τῆς πόλεως ἐπὶ [r] τοῦ κοντοῦ περιήνεγκαν, καί τινας καὶ ἄλλους τῶν μέγα ἐπ᾽ αὐτοῦ δυναμένων ἐφόνευσαν.

Κόμμοδος δὲ, ἀπὸ τῶν εὐθυμιῶν καὶ παιδιῶν ἀνανεύων, [75] ἐφόνα, καὶ τοὺς ἐπιφανεῖς ἄνδρας διεχειρίζετο· ὧν ἦν καὶ [76] Ἰουλιανὸς ὁ ἔπαρχος, ὃν καὶ δημοσίᾳ περιελάμβανέ τε καὶ κατεφίλει, καὶ πατέρα ὠνόμαζεν· [77] Ἰούλιός τε Ἀλέξανδρος. οὗτος μὲν [s] ὡς καὶ λέοντα ἀπὸ τοῦ ἵππου κατακοντίσας· ὅστις ἐπειδὴ καὶ τοὺς σφαγέας παρόν- E
τας

m προαστείῳ. ſic ſcribendum eſſe monuit Cam. Wolf. & L. ſequitur ſane p. 825. init. ἐκ τοῦ προαστείου ἐλάσας. & inſpicientes Zonaram, poſſumus ejus vel maxime auctoritate niti, ubi ſcribit: ὥρμησε πρὸς τὸν Κόμμοδον ἐν προαστείῳ ὄντα, recepimus igitur, pro vulgato ἄστει. mox ὄντι, male, RS. & HS. edit. min. n ἐπὶ μᾶλλον. poſſes etiam legere ἔτι μᾶλλον. Sylb. in indice. o γιγνόμενον. γινόμενον. Coisl. Br. p ἄλλως τε. particula τε abeſt a Pal. q τοῦ Κομμόδου. articulus τοῦ deſideratur apud RS. & HS. edit. min. additus ex Pal. apud Sylb. HS. edit. maj. & L. ſic & Br. r ἐπὶ τοῦ κοντοῦ. rectius ἐπὶ κοντοῦ, ſine articulo, ut apud Zon: ἐπὶ δόρατος. Sylb. s ὡς καὶ λέοντα. ὃ καὶ λέοντα, rectius, ut notatum etiam a L. ad marg.

§ 72. (l. 81.) ἐν τῷ Κυντιλίῳ προαστείῳ] *Herodianus* I. 11. 15. annotavit, Commodum, poſt evitatas Materni, (auctoris belli deſertorum p. 818. § 18.) inſidias, quas Commodo per licentiam feſti Matris Deum paraverat, raro prodiiſſe in publicum, τὰ πλεῖστα ἐν προαστείοις καὶ τοῖς ἀπωτέρω τῆς πόλεως βασιλικοῖς κτήμασι διατρίβων. & de hoc tumultu: I. 12, 11. διάγοντος ἐν προαστείῳ τοῦ Κομμόδου, ἐπελθόντες πανδημεὶ ἐβόων, καὶ τὸν Κλέανδρον εἰς θάνατον ᾔτουν. Quintilii occiſi p. 819. § 38. unde poſſeſſiones eorum in fiſcum redactæ, quanquam ſuburbanum hoc veteris Domini nomen retineret.

§ 73. (l. 90.) Μαρκία] De Marcia ſupra p. 818. E. § 32. ſq. Sed quod Dio Marciæ, id *Herodianus* pluribus Fadillæ, ſorori Commodi natu maximæ tribuit. I. 13. Marciam tamen plurimum apud eum valuiſſe, conſtat ex ſuperioribus: nec repugnat, ſi pariter accurriſſe Fadillam dicamus, quoniam in communi omnes periculo verſabantur.

§ 74. (l. 94.) Κλέανδρον καὶ τὸ παιδίον αὐτοῦ] Secundum *Herodianum*, filii duo Cleandri ſimul trucidati ſunt. I. 13, 11. Filios ex concubinis cum matribus interemtos memorat *Lampridius* cap. 7. Dio loqui videtur de illo filiolo, qui in ſinu Commodi educatus, primo ſtatim tumultu ſolo alliſus eſt.

§ 75. (l. 3.) ἐφόνα] Reverſus in urbem, ſed nemini fidens, omni calumniæ aures accommodans, plures necavit, ut fuſius narrat *Herodianus* I. 13, 12. ſq. *In Cleandri locum Julianus & Regillus ſubrogati ſunt, quos & ipſos poſtea pœnis affecit:* ut diſcimus ex *Lampridio* c. 7. qui bene longam ſeriem interemtorum ſubjungit.

§ 76. (l. 4.) Ἰουλιανὸς ὁ ἔπαρχος] Alius hic Julianus eſt, quam Salvius Julianus JCti filius, quem cum Paterno interfectum jam dixerat *Dio* p. 819. A. § 35. De utroque pariter diſtinctis locis & narratione diverſa *Lampridius*. Vide locum modo laudatum. Adde alium c. 11. *Præfectum præt. ſuum Julianum, togatum, præſente officio ſuo, in piſcinam detruſit: quem ſaltare etiam nudum ante concubinas ſuas juſſit quatientem cymbala, deformato vultu.* Qui locus neſcio an genus mortis indicet, quo Julianus affectus eſt.

§ 77. (l. 7.) Ἰούλιός τε Ἀλέξανδρος] Hic eſt omnino Alexander ille, de quo *Lampridius* c. 8. *Nec alia ulla fuit defectio præter Alexandri, qui poſtea ſe & ſuos interemit, & ſororis Lucillæ.*

§ 78. (l. 11.) τῶν Ἐμεσηνῶν, ὅθεν ἦν.] Sylburgii emendatio, in ſequentibus pro τοὺς ἑαυτοῦ legentis τούς τε ἑαυτοῦ, videtur ex Lampridii l. c. petita: *ſe & ſuos interemit.* Sed vel ſic concilio Dionem cum Lampridio, ſalva Dionis lectione, ſuos intelligo, non puerum, ejus delicias p. 824. Aliter explicat Caſaubonus, ſed Emeſenos ὅθεν ἦν. Quæ autem ſeditio ab Alexandro Emeſeno excitari potuit Emeſæ, niſi præfectura apud eos gaviſus eſt? an Commodus neglexit regnum Patris, de qua pag. 813. § 114. ne quis amplius præeſſet illi genti ex qua oriundus eſſet?

§ 79. (l. 14.) πρὸς τοὺς βαρβάρους] Parthos, credo.

§ 80. (l. 19.) ἀνῃρέθη δὲ καὶ Διονύσιος] Papirius Dionyſius præfectus annonæ. § 70.

§ 81. (l. 21.) νόσος μεγάλη] *Euſebius* refert ad annum [illegible]. Commodus tempore hujus peſtilentiæ graviſſimæ Laurentum ſeceſſit, propter ſalubritatem aëris ex lauri odore, juſſis de cauſa etiam in urbe ſuffitu & odoramentis aſſidue [illegible], ſed ſine fructu. Hæc *Herodianus* I. 12, 1. ſqq. [illegible] ante Cleandri interitum.

§ 82. (l. 22.) [illegible]] Ita & *Cedrenus* p. [illegible]

τας ἤθελο, ἐκείνους τε τῆς νυκτὸς ἐφόνευσε, καὶ [78] τῶν Ἐμεσηνῶν, ὅθεν ἦν, τοὺς ἐχθροὺς [t] τοὺς ἑαυτοῦ πάντας προσκατεχρήσατο. ποιήσας δὲ ταῦτα, ἵππον τε ἀνέβη, καὶ [79] πρὸς τοὺς βαρβάρους ὥρμησε· κἂν ἐξέφυγεν, εἰ μὴ παιδικά τινα συνεπῆ-
824 κτο. αὐτὸς μὲν [u] γὰρ κράτιστα ἵππευε, τὸ δὲ μειράκιον καμὸν οὐχ ὑπέμεινεν καταλιπεῖν, ἀλλ᾽ ὡς κατελαμβάνετο, ἀπέκτεινε καὶ [x] ἐκεῖνο καὶ ἑαυτόν. [80] ἀνῃρέθη δὲ καὶ Διονύσιος πρὸς τοῦ Κομμόδου, ὁ ἐπὶ τοῦ σίτου ταχθείς. γέγονε δὲ καὶ [81] νόσος [y] μεγάλη ὧν ἐγὼ οἶδα. [82] δισχίλιοι γοῦν πολλάκις ἡμέρας μιᾶς ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐτελεύτησαν. πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλως οὐκ ἐν τῷ ἄστει μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν ὅλῃ ὡς εἰπεῖν τῇ ἀρχῇ ὑπ᾽ ἀνδρῶν κακούργων ἀπέθανον. [83] βελό-
B νας γὰρ [z] μικρὰς δηλητηρίοις τισὶ φαρμάκοις ἐγχρίοντες, ἐνίεσαν [a] δι᾽ αὐτῶν ἐς ἑτέρους ἐπὶ μισθῷ τὸ δεινόν· ὅπερ που καὶ ἐπὶ τοῦ Δομιτιανοῦ ἐγεγόνει. καὶ οὗτοι μὲν ἐν οὐδενὶ λόγῳ ἀπώλλυντο.

Ἦν δὲ ἁπάντων νοσημάτων καὶ ἁπάντων κακουργημάτων χαλεπώτερος Ῥωμαίοις ὁ Κόμμοδος, διά τε τἆλλα, καὶ ὅτι ἠναγκάζοντο ἃ τῷ πατρὶ αὐτοῦ κατ᾽ εὔνοιαν ἐψηφίζοντο, ταῦτ᾽ ἐκείνῳ διὰ φόβον ἀπονέμειν ἐξ ἐπιτάγματος. [84] Κομμοδιανὴν γοῦν τήν τε Ῥώμην αὐτὴν, καὶ τὰ στρατόπεδα Κομμοδιανὰ, τήν τε ἡμέραν ἐν ᾗ ταῦτα ἐψηφίζε-
C το, [b] Κομμοδίαν καλεῖσθαι προσέταξεν. ἑαυτῷ δὲ ἄλλας τε [bb] παμπόλλας ἐπωνυμίας καὶ [85] τὴν Ἡρακλέους ἀπήνεγκε. τὴν δὲ [86] Ῥώμην, ἀθάνατον, εὐτυχῆ κολωνίαν, οἰκουμένην τῆς γῆς, (καὶ γὰρ ἄποικον αὐτὴν ἑαυτοῦ δοκεῖν ἐβούλετο) ἐπωνόμασε. καὶ [87] ἀνδριάς τε αὐτῷ χρυσοῦς χιλίων λιτρῶν μετά τε ταύρου καὶ βοὸς θηλείας ἐγένετο· καὶ τέλος [88] καὶ οἱ μῆνες ἀπ᾽ αὐτοῦ πάντες ἐπεκλήθησαν,

vit, eos de nocte trucidavit, & præterea Emeſenorum, ex quibus ipſe erat ortus, quotquot inimici ſui fuerant, omnes interemit. Quo facto, equo contendit ad barbaros: effugiſſetque omnino, niſi puerum, quem habebat in deliciis, comitem cepiſſet. Quum enim incitato equo iter faceret, adoleſcentulum defeſſum labore itineris nolebat relinquere, ac deprehenſus ab inſecutoribus, & illi & ſibi mortem attulit. Dionyſius quoque præfectus annonæ a Commodo occiſus eſt. Per id tempus tanta peſtilentia fuit, quantam nunquam fuiſſe cognovi: nam uno die moriebantur Romæ ſæpenumero ad duo millia hominum. Multi præterea non ſolum in urbe, ſed etiam in omni fere imperio Romano necabantur a maleficis hominibus; quod acus parvas oblinerent venenis peſtiferis, & luem mercede conducti in alios immitterent, quod malum extiterat etiam Domitiani temporibus; quanquam horum interitus nullo in numero reputabatur.

A.U.C.942 duobus Silanis COSS.

15. Sed nulla vis morbi, aut maleficiorum, gravior erat populo Romano, quam Commodus; cum alias ob cauſas, tum vero quod ea, quæ patri ejus pro ſua in ipſum benevolentia decreverat, eadem huic juſſus tribuere cogebatur timoris cauſa. Juſſus eſt autem Romam ipſam Commodianam, & exercitus Commodianos, denique diem, quo hæc decernebantur, Commodianum appellare. Multa vero cognomina ſibi ſumpſit Commodus, ſed præſertim Herculis: Romamque æternam, felicem, coloniam orbis terrarum appellavit: volebat enim omnino, urbem, ſuam eſſe coloniam, videri. Ad hæc ei ſtatua aurea mille librarum cum tauro & vacca facta eſt, menſesque tandem omnes ex eo nominati,

A.U.C.943 Commodo VI. & Petron. Septimiano COSS.

t τοὺς ἑαυτοῦ. forſan inſerta copula legendum τοὺς τε ἑαυτοῦ, vel καὶ τοὺς ἑαυτοῦ. Sylb. u γάρ. abeſt a RS. & HS. edit. min. additum ex Pal. apud Sylb. HS. edit. maj. & L. accedit Coisl. & Br. x ἐκεῖνο. ſcil. μειράκιον. ἐκεῖνον Pal. (& Br.) per Syntheſin. Sylb. y μεγάλη. muto μεγάλη in μεγίστη. HS. Wolf. ſed nec illud rejiciendum. z μικράς. haud ſcio an rectius μακράς. Sylb. a δι᾽ αὐτῶν. Wolfius ut ſuſpectum aſteriſco notarat. ſi ad τὰς βελόνας referas, nihil ſuſpicionis videtur ſubeſſe. vide p. 764. E. Sylb. b Κομμοδίαν. Κομμοδιανήν, L. ad marg. mox παμπόλλας. παμπόλλους, Pal. Br. genere communi.

§ 83. (l. 25.) βελόνας γὰρ μικράς] Maleficium ſimile ſub Domitiano p. 764 E. § 63.

§ 84. (l. 35.) Κομμοδιανὴν γοῦν τὴν Ῥώμην] Commodianam, ſcil. coloniam, ἀποικίαν. *Lampridius* c. 8. *Fuit præterea ea dementia, ut urbem Romam Coloniam Commodianam vocari voluerit, qui furor dicitur ei inter delinimenta Marciæ injectus.* *Id.* c. 15. *Urbem incendi juſſerat, utpote coloniam ſuam.* COLonia AUGuſta Felix, in numo lupam cum Romulo & Remo monſtrante, apud *Triſtanum* T. I. p. 716. vide & *Patin.* Theſ. p. 11. & 14. ſq. Senatus Commodianus, infra E. Ipſe in *domo* palatina *Commodiana* conſervandus. *Lampridius* c. 17. *Commodianum etiam P. R. dixit.* *Id.* cap. 15. *ſeculum aureum Commodianum nomine aſſimulans.* *Id.* c. 14. Unde numus Nicæenſium: ΚΟΜΟΔΟΥ ΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣ Ο ΚΟΣΜΟΣ ΕΥΤΥΧΕΙ apud *Spanhem.* T. II. p. 441. ſqq. & alia de felicitate temporum iſtorum blandimenta, apud *eund.* epiſt. IV. ad Morellum § 10. *Claſſem quoque Africanam Commodianam Herculeam appellavit.* *Lamprid.* c. 17. *Carthaginem Alexandriam Commodianam Togatam.* *ibid.*

§ 85. (l. 39.) τὴν Ἡρακλέους ἀπήνεγκε] Jam ante Commodum Imperatores cum Hercule componi ſolebant, & Hadrianus in numo Ἡρακλῆς Ῥωμαῖος vocatur apud *Liebium* p. 60. ſqq. ſolenne tamen hoc cognomen uſurpaverat nemo. *Lampridius* c. 8. *Appellatus eſt Romanus Hercules, quod feras Lanuvii in Amphitheatro occidiſſet — & eo quidem tempore, quo in ſenatum retulit de Commodiana facienda Roma, non ſolum ſenatus hoc libenter accepit, per irriſionem, quantum intelligitur; ſed etiam ſe ipſum Commodianum vocavit, Commodum Herculem & Deum appellans.* Sed Commodum ipſum auctorem hujus appellationis prodit *Herodianus* I. 14, 15. αὐτὸν Κόμμοδον καὶ Μάρκου υἱοῦ, Ἡρακλέα τε καὶ Διὸς υἱὸν αὐτὸν κελεύσας καλεῖσθαι. Ita fere & *Suidas* in Κόμοδος. Numi A. U. C. 943. Chr. 191. ſq. HERCULI. ROMANO. AUG. COS. IV. S. C. item HERCULI. COMMODIANO. id eſt, Romano. HERCULI. ROM. CONDITORI. apud Mediobarbum pag. 255. ſqq. Adde *Spanhem.* T. II. p. 492. ſqq.

§ 86. (l. 40.) Ῥώμην ἀθάνατον] *Romæ Æternæ* templum jam ſub Antonino ſtatutum, cum hac inſcriptione in numis conſpicitur apud *Mediob.* p. 191. 195. 198. & ut taceam cognomen hoc urbi tributum frequentius ſub Commodo, ab A. U. C. 930. & ſub ſequentibus Imperatoribus, apud *eund.* p. 250. ſqq. jam ſub Hadriano legitur *ibid.* p. 175. & 183. quemadmodum *Felix* non ſolum ſub Hadriano *ibid.* p. 180. 183. ſed jam ſub Nerva *ibid.* 144. vocatur, multoque magis ſub Commodo. *ibid.* p. 254. Quin & *Romæ Felici* templum nonnulli ſub Antonino animadvertiſſe ſibi viſi ſunt. *ibid.* p. 202.

§ 87. (l. 43.) ἀνδριάς τε αὐτῷ χρυσοῦς] Herculis ſcilicet habitu: quod egregie illuſtratur numo apud *Rubenium* LI. 21. in quo Commodus Herculis habitu cum bove & vacca, additis verbis, HERC. ROM. COND. COS. VII. P. P. *Herodianus* I. 14, 18. præter alias plures Commodi ſtatuas tota urbe poſitas, unam memorat e regione Curiæ, quæ arcum contenderet. (vide numum apud *Mediob.* p. 249.) pro qua poſt mortem ejus ſublata, ſenatus Libertatis imaginem repoſuit.

§ 88. (l. 45.) καὶ οἱ μῆνες] Unus Dio verum & integrum ordinem novæ appellationis menſium tradere voluit, ὥστε καταριθμεῖσθαι αὐτοὺς οὕτως, & re ipſa tradidit, ſicut & ex eo *Zonaras* pag. 599. D. cum ceteri, *Jo. Antiochenus* in Exc. Peir. p. 822. *Suidas* in Κόμοδος *Euſebius* ad an V. *Eutropius* VIII. 7, 3. *Victor* Cæſ. 17, 2. *Lampridius* c. 11. (ut nunc quidem legitur)

A.U.C.943 Commodo VI. & Petr. Septimiano COSS.

nominati, atque ita numerati ſunt: " Amazonius, Invictus, Felix, Pius, Lucius, Ælius, Aurelius, Commodus, Auguſtus, Herculeus, Romanus, Exuperatorius. „ Quorum nominum quum ipſe alia ſumeret alias, tamen cognomen Amazonii & Exuperatorii perpetuo retinebat, quaſi omnes homines longe in rebus omnibus ſuperaret. Uſque adeo immodice inſaniebat homo abjectiſſimus. Scribebat ad ſenatum his verbis: " Imperator Cæſar, Lucius Ælius Aurelius Commodus, Auguſtus, Pius, Felix, Sarmaticus, Germanicus Maximus, Britannicus, Pacator orbis terrarum, Invictus, Hercules Romanus, Pontifex Max. Tribuniciæ Poteſtatis XVIII. Imperator VIII. Conſul VII. Pater Patriæ; Conſulibus, Prætoribus, Tribunis Plebis, Senatuique Commodiano Felici, ſalutem. Pleræque ſtatuæ habitu Herculis ei collocatæ ſunt, decretumque fuit, ut id ævum, quo principatum teneret, nominaretur ſæculum aureum, idque in omnibus literis ſcriberetur.

κλήθησαν, ὥστε καταριθμεῖσθαι αὐτοὺς οὕτως· " [89] Ἀμαζόνιος, Ἀνίκητος, [90] Εὐτυχὴς, Εὐσεβὴς " Λούκιος, Αἴλιος, Αὐρήλιος, Κόμμοδος, Αὔγουστος, " [91] Ἡράκλειος, Ῥωμαῖος, [92] Ὑπεραίρων. „ αὐτὸς μὲν γὰρ ἄλλοτε ἄλλα μετελάμβανε τῶν ὀνομάτων· τὸ δ' [93] Ἀμαζόνιον καὶ τὸν Ὑπεραίροντα παγίως ἑαυτῷ ἔθετο, ὡς καὶ πᾶσιν ἁπλῶς πάντας ἀνθρώπους καθ' ὑπερβολὴν νικῶν· οὕτω καθ' ὑπερβολὴν ἐμεμήνει [94] τὸ κάθαρμα· καὶ τῇ βουλῇ οὕτως ἐπέστελλεν " Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ, Λούκιος Αἴλιος " Αὐρήλιος Κόμμοδος, Αὔγουστος, Εὐσεβὴς, Εὐτυ- D
" χὴς, Σαρματικὸς, Γερμανικὸς Μέγιστος, Βρεττανι-
" κὸς, Εἰρηνοποιὸς τῆς οἰκουμένης, Ἀνίκητος, [c] Ῥω- E
" μαῖος Ἡρακλῆς, Ἀρχιερεὺς, Δημαρχικῆς ἐξουσίας " τὸ ὀκτωκαιδέκατον, Αὐτοκράτωρ τὸ ὄγδοον, Ὕπατος τὸ ἕβδομον, Πατὴρ πατρίδος, ὑπάτοις, στρατηγοῖς, [d] δημαρχικοῖς, γερουσίᾳ Κομμοδιανῇ Εὐτυχεῖ, " χαίρειν. „ καὶ ἀνδριάντες αὐτοῦ παμπληθεῖς [95] ἐν Ἡρακλέος σχήματι ἔστησαν. καὶ τὸν [96] αἰῶνα τὸν ἐπ' αὐτοῦ, χρυσοῦν τε ὀνομάζεσθαι καὶ ἐς τὰ γράμματα πάντα ὁμοίως ἐσγράφεσθαι ἐψηφίσθη.

16. Hic vero aureus, hic Hercules, hic deus, (nam hoc quoque nomine appellabatur) aliquando de improviſo poſt meridiem ex ſuburbio celeriter Romam venit, ac triginta equorum certamina duabus horis perfecit. Quibus ex rebus fiebat vel maxime, ut eum pecunia deficeret. Erat enim & alias liberalis, populoque ſæpe CXL. denarios viritim dedit; maximam vero partem impendebat in ea, quæ ſupra dixi: [quocirca

Οὗτος οὖν [97] ὁ χρυσοῦς, οὗτος ὁ Ἡρακλῆς, οὗτος ὁ θεὸς, ([e] καὶ γὰρ τοῦτ' ἤκουεν) ἐξαίφνης ποτὲ μετὰ μεσημβρίαν ἐκ τοῦ προαστείου σπουδῇ ἐς 825
τὴν Ῥώμην ἐλάσας, [98] τριάκοντα ἵππων ἁμίλλας ἐν δυσὶν ὥραις ἐποίησεν. ὅθεν οὐχ ἥκιστα καὶ τὰ χρήματα αὐτὸν ἐπέλιπεν. ἦν μὲν γὰρ [f] καὶ φιλόδωρος, καὶ πολλάκις τῷ δήμῳ κατ' ἄνδρα [99] δραχμὰς ἑκατὸν καὶ τεσσαράκοντα ἔδωκεν· τὸ δὲ πλεῖστον εἰς ἐκεῖνα, ἃ εἶπον, ἐδαπάνα· [g] [καὶ διὰ τοῦτο

c Ῥωμαῖος Ἡρακλῆς. ſic editio Leuncl. in prioribus editionibus & apud Z. commate ſejunguntur, uti ipſa etiam nomina Commodi. d δημαρχικοῖς, *tribunitiis*, legitur etiam apud Z. interpres maluit δημάρχοις, *tribunis pl.* Sylb. e καὶ γὰρ τοῦτ' ἤκουεν. malim καὶ γὰρ καὶ τοῦτ' ἤκουεν, vel καὶ τοῦτο γὰρ ἤκουεν. Sylb. f καὶ φιλόδ. malim καὶ ἄλλως φιλόδ. p. 691. E. mox κατ' ἄνδρα δραχμὰς, habet in margine Pal. in textu autem, uti Br. κατὰ δραχμὰς, omiſſo nomine ἄνδρα.
g καὶ διὰ τοῦτο &c. hæc ſuppeditarunt Exc. Peir. p. 729. pro quibus apud Xiph. hæc tantum reperiebantur: ὅθεν καὶ ἐγκλήματα καὶ γυναιξὶ καὶ ἀνδράσιν ἐπιφέρων, ἵνα μὲν ἐφόνευσεν &c. attamen ex his, licet paucis, verba καὶ ἀνδράσιν, quæ & Z. habet, quæque deerant in Exc. Peir. retinuimus.

legitur) omnia perturbent: unde & recentiorum pleroſque hic errare nihil mirum. Dionis ordo conſentaneus eſt actis ſenatus, quæ *Lampridius* c. 11 & 12. collato c. 2. exhibet: unde & Lampridium ipſum ſecum in concordiam redigere non fruſtra conatus eſt *Caſaubonus*. Ordo igitur menſium, (ne te turbet diverſus ordo in epiſtolis adhibitus) hic eſt:

1. *Amazonius.*	1. Januarius.
2. *Invictus.*	2. Februarius.
3. *Felix.*	3. Martius.
4. *Pius.*	4. Aprilis.
5. *Lucius.*	5. Majus.
6. *Aelius.*	6. Junius.
7. *Aurelius.*	7. Julius.
8. *Commodus.*	8. Auguſtus.
9. *Auguſtus.*	9. September.
10. *Herculeus.*	10. October.
11. *Romanus.*	11. November.
12. *Exuperatorius.*	12. December.

Conf. *Salmaſ.* ad Lamprid. p. 505. *Fabricii* Menolog. p. 131. *Franc. Robortelli* menſium appellationem ex nominibus Imperatorum T. VIII. Theſ. Græv. p. 305. Abrogavit deinde nova nomina SCtum apud *Lamprid.* c. 20.

§ 89. (l. 47.) Ἀμαζόνιον] *Herodianus* I. 14. 17. nova menſium nomina pleraque ad Herculem relata fuiſſe ſcribit. Sed IV. tantum ἡρακλέους, ὑπεραίρων, ἀμαζόνιος, ἀνίκητος, eo ſpectare judicat *Caſaubonus* ad Lamprid. p. 505. Et habet Amazonii ſingulatim originem a Marcia concubina. *Lampridius* c. 11. Marcia Amazonia, cujus ſigno Commodus epiſtolas ſignabat, ut ipſe ad Albinum ſcribit apud *Capitolin.* Albin. c. 2. *ſignatas excipies ſigno Amazoniæ.*

§ 90. (l. 47.) Εὐτυχὴς, Εὐσεβὴς] Felix (poſt Sullam) dictus Commodus, ob Perennem interemtum. vide ad p. 820. § 47. Fateor autem, me non ſatis capere, quæ contra diſputat Ill. *Spanhemius* T. II. p. 441. Pii cognomen primus Antoninus accepit p. 799. § 5. Commodo autem per ludibrium tributum vult *Lampridius* c. 8. *Inter hæc, ſenatu ſemet riden-te, quum adulterum matris conſulem deſignaſſet, appellatus eſt Pius, quum occidiſſet Perennem, appellatus eſt Felix.* Utrumque poſtea ad ſequentes Imperatores tranſiit: unde *Spanhemius* l. c. probe monuit, Inſcriptiones apud *Gruterum* CCXLVIII. 9. 10. CCLIX. 1. CCLX. 1. M. AURELIO. ANTONINO. PIO. FELICI. non eſſe de Philoſopho Commodi patre, ſed Caracallo intelligendas.

§ 91. (l. 49.) Ἡράκλειον] *Lampridius* c. 11. non *Herculeum* ſed *Herculem* appellat, defendente Salmaſio, quoniam & menſis *Julius* non Julianus, *Auguſtus* non Auguſtanus dictus eſt: unde Ἡρακλῆς pro Ἡράκλειος ſcribendum videri poſſet, præſertim cum ſic cohæreant Ἡρακλῆς Ῥωμαῖος, quo nomine Commodus vocabatur § 85. ſq. & ſe vocat in inſcriptione epiſtolæ. Sed ut non dicam, *Idus Herculeas* bis occurrere apud ipſum Lampridium, Herculis certe Romani appellatio male diſtraheretur ad duos menſes denotandos, cum contra, deflexum inde ſeu Commodi ſeu menſis nomen *Herculeus*, ſejungi ab altero poſſit. Obſerva enim quatuor media menſium nomina verum Commodi nomen continere, *Lucius Aelius Aurelius Commodus*: his præmitti qu[illegible] *Amazonius, Invictus, Felix, Pius*: ſubju[illegible] *guſtus* (nam & hoc jam cognomen era[illegible] *Exuperatorius*. Nihil ergo mutamu[illegible] latur.

§ 92. (l. 49.) Ὑπεραίρων] *Exupera*[illegible] *peratorius*, reddit *Lampridius* cap. 11. [illegible] cur non *Exuperator* potius? Et ſane [illegible] mo *Exuperator omnium gentium*, apu[illegible] quo alius, *Victor omnium Gentium*. ib[illegible] 477. 494. Unde ſimul patet, recte D[illegible] ἀνθρώπους νικῶν. Sed iterum defle[illegible] menſis *Exuperatorius*: quo modo & [illegible] pud *Medioh.* p. 251. 354. & *Patin.* [illegible] Triad. Diſſ. p. 270. legit *Jovi Exupe*[illegible] & *Sponium* Miſcell. p. 71. *Reineſ.* l. [illegible] mentis Papenbroekianis a Cl. *Oude*[illegible] apud

τοῦτο οὔτε τἆλλα αὐτῷ, οὔτε τὰ πρὸς τοῦ Κλεάνδρου ποριθέντα, καίπερ ἀμύθητα ὄντα, ἐξήρκεσεν. ἀλλ' ἠναγκάσθη ἐγκλήματα καὶ γυναιξὶ καὶ ἀνδράσι, θανάτου μὲν οὐκ ἄξια, φόβου δέ τινος καὶ ἀπειλῆς γέμοντα, ἐπιφέρειν.] ὧν τοὺς μὲν ἐφόνευσεν, τοῖς δὲ [100] τὴν σωτηρίαν [b] τῆς οὐσίας αὐτῶν ἐπίπρασκε, [i] [καὶ ὡς παρ' ἑκόντων αὐτῶν τινα ἀνάγκῃ ἐλάμβανεν.] καὶ τέλος ἐν τοῖς γενεθλίοις

B τοῖς ἑαυτοῦ, ἡμᾶς τε καὶ [k] τὰς γυναῖκας ἡμῶν καὶ τοὺς παῖδας, δύο χρυσοῦς ἕκαστον, ὥσπερ τινὰ ἀπαρχὴν, [l] [κατ' ἔτος] ἐκέλευσέν οἱ ἀποφέρειν· τούς τε ἐν ταῖς ἄλλαις ἁπάσαις πόλεσι βουλευτὰς, [m] κατὰ πέντε δραχμάς. [n] [καὶ οὐδὲν ἐκ τούτων περιεποιεῖτο, ἀλλὰ πάντα κακῶς ἐς τὰ θηρία καὶ τοὺς μονομάχους ἀνήλισκεν.]

circa neque ulli reditus, nec innumerabiles licet a Cleandro ſuppeditatæ pecuniæ, ſufficere ipſi potuerunt; ſed coactus eſt etiam mulieribus juxta ac viris crimina affingere, non capitalia illa quidem, cum minis tamen & terrore conjuncta:] quibus partim mortem afferebat, partim ſalutem impendio facultatum vendebat, [tanquam a lubentibus multa per vim ac neceſſitatem capiens.] Natali denique ſuo die, a nobis, uxoribusque noſtris, & liberis, ſingulis binos aureos, tanquam aliquas primitias quotannis pendi ſibi juſſit: itemque a decurionibus ſingulis reliquorum oppidorum omnium, quinque denarios exegit. [Neque vero ex hac pecunia lucratus eſt quicquam, ſed omnem in venationibus & gladiatorum ſpectaculis male conſumſit.] A.U.C.943 Commodo VI. & Petr. Septimiano COSS.

Καὶ [101] ἐν μὲν τῷ δημοσίῳ οὐδαμόθεν ἅρματα ἤλασε, πλὴν εἰ μή που ἐν ἀσελήνῳ νυκτί· ἐπιθυμήσας μὲν καὶ δημοσίᾳ [o] ἁρματηλατῆσαι, αἰσχυνθεὶς δὲ καὶ ὀφθῆναι τοῦτο ποιῶν· οἴκοι [p] δὲ συνεχῶς τοῦτ' ἔπραττε, [102] τῇ πρασίνῃ

C σκευῇ χρώμενος. θηρία μέντοι πολλὰ μὲν οἴκοι ἀπέσφαξε, πολλὰ δὲ καὶ ἐν τῷ δημοσίῳ. καὶ μέντοι καὶ ἐμονομάχει, οἴκοι μὲν, [103] ὥστε καὶ φονεύειν [q] τινά· ([104] ἐν ξυρῷ τε ἑτέρων, ὡς καὶ τὰς τρίχας ἀφαιρῶν, παρέτεμνε τῶν μὲν ῥῖνα, τῶν δὲ ὦς, τῶν δὲ ἄλλο τι·) ἐν δὲ τῷ κοινῷ, [105] ἄνευ σιδήρου καὶ ἄνευ αἵματος ἀνθρωπείου. [r] ἐνέδυ δὲ, πρὶν μὲν εἰς τὸ θέατρον εἰσιέναι, χιτῶνα χειριδωτὸν σηρικὸν, λευκὸν,

17. Currus nunquam agitavit publice, niſi aliquando nocte obſcura: cupientem enim publice id facere retinuit pudor conſpectus hominum. Id vero domi faciebat aſſidue, praſino utens ornatu. Magnum quoque numerum belluarum domi confecit, multas etiam interfecit publice. Etiam more gladiatorio depugnabat, domi quidem ita, ut etiam nonnullos occideret; aliis novacula, tanquam ſi pilos adimeret, naſum, aliis aurem, aliis aliud quid præcidit: in publico autem, ſine ferro & ſine ſanguine humano depugnabat. Solebat ante, quam veniret in amphitheatrum, amictus eſſe tunica manicata ſerica, alba, auro diſtincta: cumque nos hoc A.U.C.945 Commodo VII. & Pertinace II. COSS.

b τῆς οὐσίας. ſic & Z. horum loco πολλοῦ eſt in Exc. Peir. *i* καὶ ὡς παρ' ἑκ. &c. vide eadem Exc. Peir. *k* τὰς γυναῖκας. ſic Exc. Peir. & Br. vulgo articulus deeſt. viciſſim ἡμῶν deſideratur in Exc. Peir. & poſtea βουλευτὰς, ſic ut illa videantur tributum omnibus & ſingulis ſine diſcrimine impoſitum indicare; quod minus probabile. *l* κατ' ἔτος. addunt Exc. Peireſc. ſcilicet recurrente quotannis natali ſuo. *m* κατὰ πέντε δραχμάς. ſic ſcribendum eſſe, pro vulgato καὶ τὰς πέντε δρ. recte conjecit Sylb. ut patet ex Exc. Peir. & Br. καὶ πέντε δρ. Coisl. καὶ τὰ πέντε δρ. Pal. *n* καὶ οὐδὲν ἐκ τούτων &c. additamentum, quod debetur Exc. Peir. l. c. aſteriſcum poſt δραχμὰς ponit RS. HS. edit. min. *o* ἁρματηλατῆσαι. ſic ex Pal. Sylb. HS. edit maj. & L. accedit Mer. Br. & Z. ἁρματηλάσαι, RS. & HS. edit. min. *p* οἴκοι δὲ. particula δὲ non exſtat apud RS. & HS. edit. min. addita ex Pal. a Sylb. HS edit. maj. & L. accedit his Coisl & Br. *q* τινά. τινάς, Wolf. præcedens ὥστε ex Pal. habent Sylb. HS. ed. maj. & L. ὡς ceteri. *r* ἐνέδυ δὲ, Br. Pal. Sylb. HS. edit. maj. & L. ceteri ἐνέδυσε. mox χειροδωτὸν RS. HS. ed. min.

apud alios ibi adductos legimus diſerte JOVI EXUPERANTISSIMO. vide & *Spanhemium* ad Juliani Cæſ. p. 422. & 494.

§ 93. (l. 51.) Ἀμαζόνιον καὶ τὸν Ὑπεραίροντα] Idem aliis verbis dicit *Lampridius* c. 17. ut bene ex h. l. Dionis explicat Salmaſius: *titulum* (Coloſſo) *more ſolito ſubſcripſit, ita ut illum Gladiatorium & Effeminatum non prætermitteret.* Gladiatorius enim titulus eſt ὑπεραίρων *Exuperator*, Effeminatus vero *Amazonius.*

§ 94. (l. 54.) τὸ κάθαρμα] Proprie *purgamentum, retrimentum;* ad abjectiſſimos & viliſſimos homines accommodatur. *Philo* de Charitate p. 716. C. alios homines a ſuperbis dicit haberi καθάρματα καὶ μηδέν. Apud *Lucianum* in Hermot. c. 81. T. I. pag. 826. Stoicus, ſolum ſe regem, reliquos ἀνδράποδα καὶ καθάρματα νομίζεσθαι. Diogenes apud *Laertium* VI. 32. ἀνθρώπους ἐκάλεσα οὐ καθάρματα. vide I Cor. IV. 13.

§ 95. (l. 64.) ἐν Ἡρακλέους σχήματι] Vide dicta § 85. ſq. *Lampridius* c. 9. *accepit ſtatuas in Herculis habitu, eique immolatum eſt ut Deo.*

§ 96. (l. 64.) αἰῶνα χρυσοῦν] *Lampr.* c. 14. *Seculum aureum, Commodianum nomine, aſſimulans.* Dionis judicio erat ferreum. p. 816. B.

§ 97. (l. 67.) ὁ χρυσοῦς — ὁ θεὸς] Similis locus p. 662. C. χρυσοῦς acute dicitur, & quod aureus ſtatutus erat, § 86. & ſeculum aureum præterea videri volebat, § 95. & quod ironice dici ſolet ὁ χρυσοῦς, *egregius, præclarus,* qui nullius eſt pretii, ut apud Lucianum T. I. p. 724. & alibi. Acumen tamen hoc eripit Dioni *Zonaras* p. 600. A. ἐκαλεῖτο γὰρ πρὸς τῶν ἄλλων ὀνόμασι καὶ χρυσοῦς καὶ Θεὸς. Deus, ſpeciatim Hercules § 85. & 94.

§ 98. (l. 70.) τριάκοντα ἵππων ἁμίλλας] Hoc eſt XXX. miſſus & in iis 120 quadrigarum: multiplicatis nempe miſſibus, ut ſub Nerone apud *Suet.* 22. 3. cum alias XXIV. miſſus tantum eſſent. *Lampridius* c. 16. *Circenſes multos addidit, ex libidine potius quam religione, & ut dominos factionum ditaret.* Male ergo interpres, *triginta equorum certamen.*

§ 99. (l. 74.) δραχμὰς ἑκατὸν καὶ τεσσαράκ.] 560 HS. ſeu 14. unciales. *Lampridius* c. 16. *denarios ſeptingenos vicenos quinos,* i. e. 2900. HS. ſeu XXIX. aureos, vel 72 unciales. Sed fidem id fere excedit, niſi pro denariis, Seſtertios Lampridius dixit. De Marco, qui CC Drachmas dederat, recte jam dixit Dio, ὅσον οὔπω πρότερον εἰλήφεσαν. p. 814. A.

§ 100. (l. 81.) τὴν σωτηρίαν ἐπίπρασκε] Omnia venalia fuiſſe tunc, demonſtrabit pluribus *Lampridius* c. 14.

§ 101. (l. 92.) ἐν μὲν τῷ δημοσίῳ] Ita & domi plerumque beſtias interfecit. *Lamprid.* c. 8. ceterum aliquando voluiſſe etiam in circo quadrigas agitare, refert *idem.* l. c.

§ 102. (l. 96.) τῇ πρασίνῃ σκευῇ] Vide p. 692. § 42.

§ 103. (l. 99.) ὥστε φονεύειν τινά] Adi *Victorem* Cæſ. XVII. 4. Epit. XVII. 4.

§ 104. (l. 100.) ἐν ξυρῷ τε ἑτέρων] *Caſaubonus* ad Lamprid. p. 488. hæc aliquando corrigenda cenſebat ἐν ξυρῷ, poſtea de domeſticis Commodi cædibus hic agi ex Zonara edoctus, temere tamen a Xiphilino in unam periodum putat congeſta, quæ ſeparatim expoſuerat Dio. Mederer, ſi liceret ſic connectere: ἐν ξυρῷ τε γὰρ &c. interim Parentheſi circumſcripſi. *Zonaras* p. 600. A. ὥσπερ δὲ τινων τὰς τρίχας ξυρῶν, τῶν μὲν τὰς ῥῖνας ἀπέτεμεν &c. Affine huic facto eſt illud *Lampridii* c. 11. *Imitatus eſt medicum, ut ſanguinem hominibus emitteret ſcalpris feralibus.*

§ 105. (l. 3.) ἄνευ σιδήρου] *In harena, rudibus — pugnavit. Lamprid.* c. 5 vide *Dionem* p. 826. C. Poſſis & de *vomeribus plumbeis* cogitare, ex *Victore* Cæſ. XVII. 4. Marcus loco ferri acuti, obtuſos & quaſi præpilatos gladios dedit gladiatoribus. p. 813. C.

A.U.C. 945 Commodo VII. & Pertinace II. COSS.

hoc ornatum habitu ſalutabamus: quum autem ingredi vellet in theatrum, induebatur purpurea, auro inſperſa, & chlamyde ſimili, more Græco, itemque corona ex auro gemmiſque Indicis facta: ferebat etiam caduceum, quale Mercurius ſolet. Pellis quidem leonis, clavaque geſtabantur ante eum in via: in theatris autem, ſive adeſſet ipſe præſens, ſive abeſſet, in ſella aurea collocabantur. Itaque habitu Mercurii introibat in theatrum, abjectiſque cæteris, quæ ferebat, præter tunicam, diſcalceatus ad rem gerendam aggrediebatur.

18. Ac prima quidem die centum urſos, de ſuperiore loco ex ambitu crepidinis, ſolus jaculis confecit. Erat enim amphitheatrum omne diviſum connexis quibuſdam diametris, rectum habentibus, circum quod inambulari poterat, ac ſeſe bifariam ſecantibus; quo facilius undique ex anguſto loco belluæ disjunctæ per partes quatuor, jaculis trajicerentur. Bibebat defeſſus in medio certamine, unoque hauſtu poculum clavæ figuram referens, vini dulciſſimi refrigerati, de manibus mulieris acceptum, eduxit. Quo exhauſto, ſtatim multitudo noſque omnes, tritum illud conviviis verbum acclamabamus: " Vivas. „ Neque vero quiſquam exiſtimare debet, me propterea contaminare gravitatem hiſtoriæ,

κὸν, [s] διάχρυσον. καὶ ἐν τούτῳ τε αὐτὸν τῷ σχήματι ὄντα ἠσπαζόμεθα. ἐσιὼν δὲ, [106] ὁλοπόρφυρον χρυσῷ καταπαστον, χλαμύδα τε ὁμοίαν [107] τὸν Ἑλληνικὸν τρόπον λαμβάνων, καὶ στέφανον ἔκ τε λίθων Ἰνδικῶν καὶ ἐκ χρυσοῦ πεποιημένον, κηρύκειόν τε τοιοῦτον φέρων ὁποῖον ὁ Ἑρμῆς. D
[108] ἡ γὰρ λεοντῆ τό, τε ῥόπαλον ἔν τε ταῖς ὁδοῖς προεφέρετο αὐτοῦ, καὶ ἐν τοῖς θεάτροις ἐπὶ δίφρου ἐπιχρύσου, εἴτε παρείη, εἴτε καὶ ἀπείη, ἐτίθετο. αὐτὸς δὲ ἐν τῷ τοῦ Ἑρμοῦ σχήματι ἐσῄει τε ἐς τὸ θέατρον, καὶ ἀποῤῥίψας τὰ ἄλλα, οὕτως [109] ἐν τῷ χιτῶνι [t] ἀνυπόδετος ἔργου εἴχετο.

Καὶ ἐν μὲν τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ ἄρκτους τε ἑκατὸν αὐτὸς [t] μόνος, ἄνωθεν ἀπὸ τῆς περιβολῆς τῆς κρηπῖδος [110] ἀκοντίζων, ἀπέκτεινε. διείληπτο γὰρ τὸ θέατρον πᾶν [111] συμπήκτοις τισὶ διαμέτροις, τήν τε στέγην περίδρομον ἔχουσι, καὶ [112] διχῇ τέμνουσιν ἄλληλα, ἵν' ἐξ ὀλίγου πανταχόθεν τετραχῇ τὰ θηρία μεμερισμένα, ῥᾷον E
ἀκοντίζηται. [113] καὶ ἔπιεν ἐν μέσῃ τῇ ἀγωνίᾳ καμών, [114] κύλικι [u] ῥοπαλωτῇ παρὰ γυναικὸς γλυκὺν οἶνον [115] ἐψυγμένον λαβὼν, ἀμυστί· ἐφ' ᾧ καὶ ὁ δῆμος καὶ ἡμεῖς παραχρῆμα πάντες, τοῦτο δὴ τὸ ἐν τοῖς συμποσίοις εἰωθὸς λέγεσθαι, [116] ἐξεβοήσαμεν, [x] " Ζήσειας. „ καὶ μή
μέ τις κηλιδοῦν τὸν τῆς ἱστορίας ὄγκον, ὅτι καὶ 826
τὰ τοιαῦτα συγγράφω, νομίσῃ. ἄλλως μὲν γὰρ

s διάχρυσον. hoc vocabulum reſcripſi, pro corrupto πάχρυσον. atque ita viſum quoque Camerario ad meum Xiph. ſic alias Dio & Xiph. certe magis placet quam καταχρυσον, quod Wolfio in mentem venit. t ἀνυπόδετος, retinui. alii cenſent ἀνυπόδητος ſcribendum. ſed vide Cl. Reitzium ad Lucian. II. p. 584. mox μόνος ex Br. pro μόνον. u ῥοπαλωτῇ. ſic recte Sylb. HS. edit. maj. & L. ſic Suidas in κύλιξ & ἀμυστί. ῥοπάλῳ τῇ, RS. & HS. edit. min. ἐψυγμένον, etiam RS. x ζήσαιας. ζήσαις, Peireſc. probante Valeſio. quod eo magis ſpeciem habet, ſi Grammaticorum ratio valet apud Suid. in ἀμυστί. τὸ ζῆσαι ἐπὶ τοῦ τελευτῆσαι τὴν ζωὴν φασὶν οἱ γραμματικοί. κινδυνεία οὖν ὁ τοῦτο λέγων ἀντὶ τοῦ εὔχεσθαι καταρᾶσθαι. vide & Etymol. M. in τίσαιμι. & Euſtath. ad Il. α. v. 41. p. 37. edit. Rom. & tamen Suidas illo in loco ζήσειας Commodo acclamatum ſcribit. & Z. adde Suid. in κύλιξ & ζήσειας.

§ 106. (l. 7.) ὁλοπόρφυρον χρυσῷ καταπαστον κ. τ. λ.] Etiam *Herodianus* I. 14. 16. ei tribuit ἁλουργῆ καὶ χρυσοϋφῆ ἐσθῆτα. Sericas tamen pariter intellige. *Lampridius* c. 13. *fuit vitio inter inguina prominenti, ita ut ejus tumorem per ſericas veſtes populus Romanus agnoſceret.* Inter res Commodi venditas a Pertinace, teſte *Capitolino* Pertin. cap. 8. *veſtis ſubtegmine ſerico, aureis filis inſignior, per tunicas penulaſque, lacernas & chirodotas Dalmatarum & cirratas militares, purpureaſque chlamydes Græcanicas.* *Lampridius* c. 8. *Dalmaticus in publico proceſſit, atque ita ſignum quadrigis emittendis dedit.*

§ 107. (l. 9.) τὸν Ἑλληνικὸν τρόπον] Græci chlamydati & crepidati certamina ſpectabant. vide *Lipſ.* ad Tac. Ann. XIV. 21. not. 69. & *Dionem* p. 668. D. vide infra § 109.

§ 108. (l. 12.) ἡ γὰρ λεοντῆ τό τε ῥόπαλον] Ideo Commodum, cum reliquo ſimul habitu ſpectatum, *Herodianus* I. 14. 16. καταγέλαστον vocat, καὶ ὑφ' ἑνὶ σχήματι θηλείας πολυτελείας καὶ ἡρώων ἰσχὺν μιμούμενον. Sed Alexandri exemplo excuſat *Athenæus* XII. p. 537. F. Is enim καθ' ἑκάστην ἡμέραν χλαμύδα τε πορφυρᾶν καὶ χιτῶνα μεσόλευκον, καὶ τὴν καυσίαν, ἔχουσαν τὸ διάδημα τὸ βασιλικὸν (ἐφόρει) ἐν δὲ τῇ συνουσίᾳ τά τε πέδιλα, καὶ τὸν πέτασον ἐπὶ τῇ κεφαλῇ, καὶ τὸ κηρύκειον ἐν τῇ χειρί, πολλάκις δὲ καὶ λεοντῆν καὶ ῥόπαλον, ὥσπερ ὁ Ἡρακλῆς. τί οὖν θαυμαστόν, εἰ καὶ καθ' ἡμᾶς Κόμμοδος ὁ αὐτοκράτωρ ἐπὶ τῶν ὀχημάτων παρακείμενον εἶχε τὸ Ἡράκλειον ῥόπαλον, ὑπεστρωμένης αὐτῷ λεοντῆς, καὶ Ἡρακλῆς καλεῖσθαι ἤθελεν. &c. *Alexander quotidie chlamydem geſtabat purpuream, tunicam albo clavatam, cauſiamque quæ diadema regium ſuſtineret: at amicis ad eum convenientibus, talaria, petaſum in capite, in manibus caduceum, nonnunquam & leonis pellem & clavam, inſtar Herculis. Quid igitur mirum, ſi Commodus Imperator apud nos in curru appoſitam habuit clavam Herculeam, ſubſtrata ipſi leonis pelle, & Hercules vocari voluit?* Vide & *Suidam* ex *Jo. Antiocheno* in Exc. Peir. p. 822. Conſueviſſe heroes ſe ornare exuviis ferarum, quas in venatione, velut militiæ tirocinio, necaſſent, imo barbaros etiam pellibus hoſtium, oſtendit *Fabrettus* ad Col. Traj. p. 222. ſq. Nullum fortius facinus cenſebatur, quam leonem dejicere. Id Lyſimachus apud *Pauſaniam* p. 22. id Polydamas ibid. p. 464. id Alexander apud *Plutarchum* in Alex. p. 688. E. id Trajanus, in numo contorniato apud *Havercamp.* n. XXI. id Hadrianus, apud *Spartian.* c. 26. & Athenæum p. 677. id Commodus quoque præſtiterat. Unde *Spartianus* in Caracallo 5. *Deorum nominibus appellari vetuit, quod Commodus fecerat, quum illi eum, quod leonem aliaſque feras occidiſſet, Herculem dicerent.* Hinc & Commodus leonem feriens in numis apud *Mediob.* p. 245. 247. ſq. & ſæpius cum leonis exuviis, & clava inſtar Herculis. Vide & de Caligula, λεοντῆν καὶ ῥόπαλον geſtante, *Dionem* p. 660. E.

§ 109. (l. 16.) ἐν τῷ χιτῶνι ἀνυπόδετος] γυμνόπους exponitur apud *Suid.* intellige diſcalceatum. Nam contenti ſoleis, ſeu crepidis, ludos ſpectabant. vide *Dionem* p. 645. B. *Sueton.* Domit. 4, 11. *Balduinum* de calceo c. 11. *Lipſium* Excurſu K ad II. Annal. Tac. *Pet. Fabrum,* Agoniſt. I. 19.

§ 110. (l. 20.) ἀκοντίζων ἀπέκτεινε] Manu in feriendo certus ad miraculum fuiſſe dicitur. vide *Lamprid.* cap. 13. *Herodian.* I. 15, 3. ſqq. *Suid.* & *Jo. Antiochenum* p. 822.

§ 111. (l. 21.) συμπήκτοις τισὶ διαμέτροις] *Herodianus* I. 15, 5. peridromum tantum nominat: τῷ δὲ Κομμόδῳ περίδρομος κύκλῳ κατεσκεύαστο, ὡς μὴ συστάδην [illegible] κινδυνεύοι, ἄνωθεν δὲ καὶ ἐξ ἀσφαλοῦς [illegible] λον ἢ ἀνδρείας παρέχοιτο δεῖξιν. Sed [illegible] eſt Peridromus, qui commeatum per [illegible] beret.

§ 112. (l. 23.) διχῇ τέμνουσιν ἄλληλα] [illegible] intelligitur ex eo, quia τετραχῇ τὰ θη[illegible]

§ 113. (l. 25.) καὶ ἔπιεν ἐν μέσῃ τῇ [illegible] ſedentem in amphitheatro vel theatro p[illegible] ſe, memorat *Lampridius* c. 13.

§ 114. (l. 26.) κύλικι ῥοπαλωτῇ] Sui[illegible] ubi hunc Dionis locum laudat, τὸ π[illegible] Unde hoc derivarit, non jam venit in [illegible] *calice in clavam formato.* Sed neque [illegible] ἀμυστί, cui ῥοπαλωτὸς idem quod ῥαβδωτ[illegible] *dam & ſulcis rectis diſtinctus.* Reſpexi[illegible] *tum,* cui ῥόπαλον, βακτηρία, ῥάβδος. S[illegible] *garum in modum ſtriatum,* hic ῥοπαλωτὸ[illegible] *modum formatum,* h. e. deſinens in cra[illegible]

γὰρ οὐκ ἂν εἶπον αὐτά· ἐπειδὴ δὲ πρός τε τοῦ αὐτοκράτορος ἐγένετο, καὶ παρὼν αὐτὸς ἐγὼ καὶ εἶδον ἕκαστα καὶ ἤκουσα καὶ ἐλάλησα, δίκαιον ἡγησάμην μηδὲν αὐτῶν ἀποκρύψασθαι, ἀλλὰ καὶ αὐτά, ὥσπερ τι ἄλλο τῶν μεγίστων καὶ ἀναγκαιοτάτων, τῇ μνήμῃ τῶν εἰς ἔπειτα ἐσομένων παραδοῦναι. καὶ μέντοι καὶ τἄλλα πάντα τὰ ἐπ' ἐμοῦ πραχθέντα καὶ λεπτουργήσω καὶ λεπτολογήσω μᾶλλον ἢ τὰ πρότερα, ὅτι τε συνεγενόμην αὐτοῖς, καὶ
B ὅτι μηδένα ἄλλον οἶδα τῶν τι δυναμένων ἐς [y] γραφὴν ἄξιον λόγου καταθέσθαι, διηκριβωκότα αὐτὰ ὁμοίως ἐμοί.

Ἐν μὲν οὖν τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ ταῦτ' ἐγένετο· ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις τότε μὲν βοτά, κάτω ἐς τὸ τοῦ κύκλου ἔδαφος καταβαίνων ἄνωθεν, ὅσα ἐπλησίαζε, τὰ δὲ καὶ προσαγόμενα, ἢ καὶ ἐν δικτύοις αὐτῷ προσφερόμενα, κατέκοπτε, καὶ τίγριν ἔσφαξεν, ἵππον τε ποτάμιον καὶ ἐλέφαντα.
C πράξας δὲ ταῦτα ἀπηλλάττετο· καὶ μετὰ τοῦτο ἐξ ἀρίστου [117] ἐμονομάχει. ἤσκει δὲ καὶ ἐχρῆτο τῇ [118] ὁπλίσει τῇ τοῦ σεκούτορος καλουμένου, τὴν μὲν [119] ἀσπίδα ἐν τῇ δεξιᾷ, τὸ δὲ [120] ξίφος τὸ ξύλινον ἐν τῇ ἀριστερᾷ ἔχων. καὶ πάνυ καὶ ἐπὶ τούτῳ μέγα ἐφρόνει ὅτι ἦν [121] ἐπαρίστερος. ἀντηγωνίζετο δὲ αὐτῷ [122] γυμναστής τις, ἢ καὶ μονομάχος, [123] νάρθηκα ἔχων· ἔστι μὲν ὅτε ὃν αὐτὸς

ſtoriæ, quod hæc ſcribo. Equidem hujuſmodi res non eram alioqui commemoraturus; ſed quum ea ab imperatore facta ſint, affuerimque ipſe præſens, viderimque ſingula & audiverim & loquutus ſim, æquum videbatur, nihil eorum reticere, ſed ea perinde ac ſi maxima eſſent, apprimeque neceſſaria, poſteris memoriæ prodita relinquere. Itaque & cætera, quæ hac ætate facta ſunt, accuratius diligentiusque perſcribam, quam ſuperiora, partim quod ego eis interfui, partim quod neminem alium ex iis, qui aliquid dignum opera litteris mandare poſſunt, ea tam accurate explorata habuiſſe, novi.

A.U.C. 945 Commodo VII. & Pertinace II. COSS.

19. His igitur rebus primo die confectis, reliquis diebus deſcendit de ſuperiore loco in ſolum amphitheatri, altileſque beſtias, quæcunque propius accederent, aut ad eum adductæ, vel in retibus oblatæ eſſent, occidit; tigrimque, & hippopotamum, & elephantum interfecit. His perfectis rebus, abiit. Inde a prandio gladiatorium certamen ſubibat, in quo exercendo utebatur armatura ſecutoris, clypeum dextra, gladium ligneum ſiniſtra tenens: ob eamque cauſam maxime gloriabatur, quod ſcæva eſſet. Certabat cum eo ludimagiſter aliquis, vel etiam gladiator, cui ferula erat in manibus; eumque ipſe provocabat interdum, interdum deligebat populus.

y γραφὴν. συγγραφὴν, Pal. Coisl. Br.

de Nymphæam radicem ῥόπαλον a figura dici obſervat *Salmaſius* ad Solin. p. 683. b. B. quod eſſet ῥοπαλοειδὴς, ſeu defineret in bulbum, ſicut & veretrum ſeu priapus inde ῥόπαλον dicitur. Quare ſi cui non placeat huic Herculi, cui ῥόπαλον ubique ad manus erat, etiam ſenſu eodem poculum ῥοπαλωτὸν, forma clavæ, velut poculum vere Herculeum tribuere, per me licebit explicare ex *Juvenali* II. 95. *vitreo bibit ille Priapo.* confer & *Plin.* XXXIII. 1. Sane inter vendita Commodi vaſa, a *Capitolino* in Pertin. c. 8. referuntur & *phallovitroboli.*

§ 115. (l. 27.) ἐψυγμένον] Occurrit iterum p. 862. E. mulſo perfuſam nivem memorat *Suet.* Domit. c. 20. *Athenæus* III. p. 124. D. τὸν οἶνον ἔψυχον ὑπὲρ τοῦ ψυχρότερον αὐτὸν πίνειν — ψυχόμενον ἐν τῷ φρέατι χιόνι μεμιγμένον. *Vinum, quo frigidius biberent, refrigerabant — puteo refrigeratum, dilutumque nive.*

§ 116. (l. 30.) ἐξεβοήσαμεν, ζήσειας] Suidæ locum velut ex Pherecrate ſumtum, laudat *Franc. Bern. Ferrarius* de Veterum acclamationibus VII. 13. T. VI. Græv. p. 218. deceptus nempe præcedentibus verbis, καὶ ἀμυστὶ Φερεκράτης ὅπερ. Et miror, unde poſt adductum Dionis locum, dilucidius eadem legi dicat apud Suidam, cum is nihil addat Dionis verbis. Ceterum recte hanc acclamationem tum maxime uſurpatam putat, cum quis uno hauſtu plurimum vini ebibiſſet: confirmatque ex Apuleji Aſino X. p. 334. edit. in uſ. Delph. quem locum tamen & hanc in rem laudaverat *Urſinus* Append. ad Ciacconium de Tricl. p. 187. ſq.

§ 117. (l. 53.) ἐμονομάχει] *Lampridius* c. 12. *Inter hæc refertur in literas, pugnaſſe illum ſub patre trecenties ſexagies quinquies: item poſtea tantum palmarum gladiatoriarum confeciſſe, vel victis retiariis vel occiſis, ut mille contingeret.* *Id.* cap. 11. *Ludum ſemper ingreſſus eſt: & quoties ingrederetur, publicis monumentis indi juſſit. Pugnaſſe autem dicitur ſeptingenties tricies quinquies.* Adde *Eutrop.* VIII. 7. 4. *Suidam* in Κόμοδος.

§ 118. (l. 54.) ὁπλίσει τῇ τοῦ σεκούτορος] Blancus: *armis cujusdam cui Secutor nomen fuit:* ridicule. Quis ſecutores non norit? Indicat autem Dio, ſingularia ſecutoribus arma fuiſſe; ſed cum & myrmillonibus & threcibus & hoplomachis, & provocatoribus, eadem arma fuerint, ſcutum & gladius, nondum ex Dione, nec forte ex alio quoquam veterum, ſatis diſtincte ſecutoris a ceteris diſcrimen intelligitur. Nec multum juvat *Iſidorus* Orig. XVIII. 55. loco gladii *cuſpidem*, loco ſcuti *maſſam plumbeam* ſecutori tribuens, *qua adverſarii jaculum impediret, ut antequam ille feriret recte, iſte ſuperaret.* Hoc tamen amplius tradit, cum retiario ſecutorem fuiſſe, quod & confirmatur loco *Lampridii* § 117. & *Juvenal.* VIII. 200. ſqq. Vide interim *Lipſium* Saturn. II. 7. T. III. Opp. p. 517. ſq. & c. 24. p. 543. *Salmaſio* itaque ad Lampr. p. 515. & *Joſepho Scaligero* ad Manil. pag. 377. vix aſſentiendum eſt, quando ſecutores eosdem putant, qui & ἔφεδροι dicebantur, & victis forte ſufficiebantur. (confer de vocis uſu *Spanhem.* ad Callim. Hymn. in Del. v. 125. p. 419. ſq.) Nam ſi victis omnibus ſuccenturiati eſſent, omnis etiam generis arma Secutori convenirent. Sed &, quantum ex *Luciani* Hermotimo c. 40. ſq. T. I. p. 783. ſqq. colligitur, dixeris unum tantum ἐφεδρεύοντα fuiſſe, idque non ſemper, ſed ſi numerus luctantium impar eſſet, is tantum qui acceperat γράμμα ἀνανταγώνιστον. unde vocabulum acute applicatur ad paraſitum, qui ſubſidiarius ad cœnam ſe admittendum ſperat, ſi quis vocatus, ob morbum venire non poſſit. T. II. p. 715. adde Plin. Epiſt. VIII. 14, 21. Quanquam vero plures interdum apud Romanos ἔφεδροι dati ſunt contra unum; tamen id rarius & prope crudele. Secutorum autem apud Romanos ad 5000, vel ut Lipſius legendum putat T. III. pag. 518. ad 2000 fuerunt, teſte *Cic.* ad Atticum lib. VII. 14.

§ 119. (l. 55.) ἀσπίδα ἐν τῇ δεξιᾷ] Clypeus alias læva geſtabatur; unde ἐπὶ δόρυ eſt ad dextram ſe convertere, ἐπ' ἀσπίδα, ad ſiniſtram. II Cor. VI. 7. Sed Commodus ſcævam ſe eſſe aut ambidextrum gloriabatur.

§ 120. (l. 55.) ξίφος τὸ ξύλινον] Rudem intelligit. vide § 104. ut in ludo gladiatorio pugnabatur, quod eſt *batuere.* conf. *Lipſ.* Saturn. I. 15. T. III. Opp. p. 505. qui tamen rudem in Gymnaſiis gladio ligneo in arena graviorem fuiſſe colligit ex Seneca, & Secutori gladium rectum, Threci incurvum, retiario dentatum adſcribit lib. I. Sat. c. 115. p. 505. a.

§ 121. (l. 57.) ἐπαρίστερος] ἀριστερὸς, p. 828 B. 831. A.

§ 122. (l. 58.) γυμναστής τις] *Laniſta,* ἐπιστάτης μονομάχων, qui tirones gladiatorios ſolebat inſtituere. vide *Lipſ.* l. c. pag. 504. Græculum magiſtrum vocat *Plinius* Pan. 13, 5.

Ἦν δὲ ὁ [16] Περτίναξ [k] Λίγυς ἐξ Ἄλβης Πομπηΐας, [17] πατρὸς οὐκ εὐγενοῦς, [18] γράμματα, ὅσον ἀποζῆν ἐξ αὐτῶν, ἠσκημένος. [l] κατὰ τοῦτο καὶ τῷ [19] Πομπηϊανῷ τῷ Κλαυδίῳ συνεγεγόνει, καὶ [l] κατὰ τοῦτ' ἐν τοῖς ἱππεῦσι χιλιαρχήσας, ἐς τοῦτο προεχώρησεν, ὥστε καὶ ἐκείνου αὐτοῦ αὐταρχῆσαι. καὶ ἔγωγε [m] τότε ἐπὶ τοῦ Περτίνακος καὶ πρῶτον καὶ ἔσχατον τὸν Πομ-

bant, gladiatorem, aurigam, ſcævam, hernioſum. Senatoribus autem illis, quibus a Commodo potiſſimum timor erat injectus, turba dictitabat: " euge, euge, ſalvus es, viciſti. " Tum, omnia, quæ in theatris dicere in honorem Commodi conſueverant concinnis quibusdam acclamationibus, ea transformantes in ridiculas voces cantillabant: quod illo liberati, & Pertinacem nondum metuentes, fructum libertatis ex intermedio tempore carperent, & in ejus ſecuritate libere loquendi dignitatem ſibi vindicarent. Nec enim ſatis erat, quod ſibi non timerent amplius, niſi in hac licentia confidenter etiam maledicerent. [Adeo enim diverſa omnium erat de Pertinace, ac fuerat de Commodo, opinio, ut plerique, cum primum audisſent quæ acciderant, ſuſpicarentur, eum rumorem ad tentandos animos a Commodo vulgatum eſſe; atque idcirco multi provinciarum præſides hujuſce rei nuncios in vincula conjicerent; non quo ipſi ea vera eſſe nollent, ſed quia periculoſius putabant, necem Commodi crediſſe, quam Pertinaci non acceſſiſſe. Quippe ab hoc quidem veniam quisque ejusmodi culpæ facile laturum ſe eſſe confidebat; apud illum vero ne innocentia quidem fiduciam cuiquam dabat.

A.U.C.945 Soſſ. Falcone & Erucio Claro COSS.

3. Pertinax autem Ligur erat natione, ex civitate Alba Pompeja, patre ignobili, ita in ſtudiis literarum verſatus, ut ex iis vitam toleraret. Qua de cauſa quum Claudio Pompejano familiaris, hinc inter equites dux vexillorum factus eſſet, eo pervenit, ut eidem Pompejano imperaret. Ego quidem Pertinacis temporibus Pompejanum & primum, & ultimum vidi: quod

f ὅσοις καὶ μάλιστα. ſic ex Sylburgii mente L. ceteri: ὅσοις μάλιστα καὶ ἐκ τοῦ Κομ. & ſic Br. ubi καὶ vel transponendum, vel in γε mutandum cenſebat Sylb. *g* ἄγε, ἄγε, ἐσώθης. εὖγε, εὖγε, ἐσώθης, ſcribendum. Caſaub. ad Lamprid. cap. 8. *h* τό, τε διὰ μέσου αὐτῶν. in omnibus editionibus τότε ſcriptum reperio, ſed procul dubio melius τό, τε διὰ μέσου αὐτῶν (cum interjectis) ἐκαρποῦντο. intervallum temporis medium, quo refertur etiam ſequens ἐν τῷ ἀδεεῖ αὐτοῦ, (ſcil. διὰ μέσου) quod minime mutandum in αὐτῶν, ut viſum viro docto. *i* τοσοῦτον γὰρ τὸ διάφ. &c. hæc ex Exc. Peireſc. pag. 729. adjecimus. *k* Λίγυς. ita recte Mer. Xyl. HS. edit. maj. Sylb. & L. Λίβυς lit. RS. & HS. edit. min. & Z. Λίμνος, Pal. *l* κατὰ τοῦτο. in alterutro membro vitioſum eſſe videtur, ac pro μετὰ τοῦτο ſuppoſitum. interpres in priori membro legit καὶ κατὰ τοῦτο, eamque ob rem, in poſteriori omittit κατὰ τοῦτο. Sylb. *m* τότε. ex Pal. habent HS. edit. maj. Sylb. & L. adde lit. τὸν RS. & HS. edit. min. quod plane delendum cenſuit Wolf. Ceterum quæ ſequuntur, ex Exc. Peir. p. 729. aucta ſunt quatuor additamentis, quæ uncis incluſa ſunt. In iisdem Exc. Peir. Πομπηΐανῷ ſcribitur pro Πομπηϊανῷ.

it autem validus ad hæc, (ſc. venationes) *alias debilis & infirmus, vitio etiam inter inguina prominenti, ita ut ejus tumorem per ſericas veſtes populus Romanus agnoſceret.* confer *Reineſium* p. 295. Var. Lect.

§ 14. (l. 53.) ὁ ὄχλος ἐπέλεγεν] Simile quid narrat *Herodianus* II. 2, 5.

§ 15. (l. 56.) εὐρύθμως ἐκβοᾷν] Statim Dio ἐξῇδον, nempe *modulatis carminibus,* ut de Auguſto *Suetonius* c. 57. *certis modis. Tac.* Annal. XVI. 4. vide quæ diximus p. 699. § 138. Rhythmum hunc ſolutum deſcripſi p. 827. § 144. isque deprehenditur in ſenatus exclamationibus apud *Lamprid.* Comm. c. 18. 19. Ad parodiam autem ſuperiorum laudum ſic fere concipiendæ eſſent execrationes: Cum clamaſſent antea, *Dominus es, Primus es, Feliciſſimus es: Vincis, Vinces, Unus ab omni memoria, Amazonie, vincis:* nunc contra: *Parricida es, Hoſtis es, Carnifex es: Jaces, Jacebis, unus ſine memoria, Amazonie, jaces.*

§ 16. (l. 75.) Περτίναξ Λίγυς ἐξ Ἄλβης Πομπηΐας] *Victor* Epit. XVIII. 4. *Libertino genitus patre apud Ligures in agro ſqualido Lollii Gentiani. Capitolinus* c. 1. *Natus eſt Pertinax in Apennino in villa Martis.* (Cluverius: *patris.* § 17. Palatinus: *villa matris.*) Villam credideris ad Apenninum, prope Albam Pompejam in Liguria, coloniam Pompeji M. ad Tanarum fl. Vid. *Cellarii* Geogr. Ant. II. 9. p. 659. ſq. *Cluverium* Ital. Antiq. lib. I. p. 85.

§ 17. (l. 76.) πατρὸς οὐκ εὐγενοῦς] *Capitolinus* c. 1. *Pater libertinus Helvius Succeſſus fuit, qui filio nomen ex continuatione lignariæ negotiationis, quod pertinaciter eam rem gereret, impoſuiſſe fertur.* Id. c. 3. *Juſſus eſt præterea a Perenne in Liguriam ſecedere in villam paternam. Nam pater ejus tabernam coctilitiam in Liguria exercuerat.* Coctilia ligna ſunt ἄκαπνα, ſeu ita cocta & præparata igne, ut parum fumi edant uſta; nec tamen ſunt carbones. vide Duumviros Doctiſſ. *Caſaubonum & Salmaſium* ad l. c. p. 536. Focus enim ſeu caminus veterum fumi emiſſarium per tectum non habebat.

§ 18. (l. 76.) γράμματα ὅσον ἀποζῆν] *Victor* Epit. XVIII. 4. *Fuit doctor literarum quæ a Grammaticis traduntur. Capitolinus* c. 1. *Puer datus Græco Grammatico, atque inde Sulpicio Apollinari, poſt quem idem Pertinax Grammaticen profeſſus eſt. Sed quum in ea minus quæſtus proficeret, per Lollianum Avitum conſularem virum, patris patronum, ducendi ordinis dignitatem petiit.* Si vixit docendis literis, & inde ordines duxit, quomodo a continuatione lignariæ negotiationis Pertinax dictus eſt? Forte id non magis verum, quam quod *Victor* Epit. XVIII. 1. ſcribit, ſic vocatum, quod coactus repugnansque imperium ſuſceperit.

§ 19. (l. 78.) Πομπηϊανῷ τῷ Κλαυδίῳ] Multum huic debebat. Nam cum ſuſpectus Marco in Dacia remotus eſſet, *per Claudium Pompejanum generum Marci, quaſi adjutor ei futurus, vexillis regendis adſcitus eſt,* teſte *Capit.* c. 2. Hinc re bene geſta & innocentia ejus detecta, emergendi habuit occaſionem. Igitur & Pompejano obtulit imperium. vide § 9.

A.U.C. 946 Soſſ. Falcone & Erucio Claro COSS.

quod propter timorem Commodi ruri vitam plurimum agebat, [raroque admodum in urbem commeabat,] ſenectutis & morbi oculorum excuſatione: [neque, me quidem præſente, ante hac in ſenatum venit.] Quin & poſt mortem Pertinacis iterum ægrotavit; [ſub eo autem & videbat & diſpiciebat, & ſenatoris partes implebat.] Nam Pertinax ei cum in cæteris maximum honorem tribuit, tum in ſenatu locum juxta ſe in ſubſellio dedit: [qui honos etiam Acilio Glabrioni a Pertinace habitus eſt; ſiquidem Glabrio pariter tunc temporis & audiebat recte & videbat. Hos igitur cum præcipue coleret] Pertinax, nobis quidem utebatur perquam populariter. Erat enim affabilis, & deſideria cujusque audiebat promte, & reſpondebat humaniter quid ſibi videretur. Convivio nos frugaliter excipiebat, & quoties id non faceret, mittebat aliis alia, etiam vilioris pretii. Quamobrem cum divites quidem & magnifici homines ridebant: cæteri, quibus virtus luxuria potior erat, laudabamus.

4. Quum autem adhuc eſſet in Britannia, poſt illam magnam ſeditionem, quam ſedavit, atque ejus rei cauſa laude dignus ab omnibus judicaretur: Romæ equus, nomine Pertinax, victor fuit, cujus equi Praſinæ factionis Commodus ſtudioſus erat: quumque viciſſet, ſtatim conclamatum eſt ab iis, qui erant earundem partium, “ En Pertinax eſt. „ Quo audito ii, qui erant contrariæ factionis, irati ſcilicet Commodo, bene precabantur: “ utinam quidem eſſet, „ inquiunt: quæ verba ad hominem, non ad equum referebant. Poſt hæc equum eundem, quum ob ſenectutem dimiſſus eſſet a curſu, & ruri ageret, Commodus arceſſiverat, & introduxerat in Circum, inauratis ungulis, ac inaurata pelle in dorſo ornatum: qui ubi de improviſo comparuit, rurſum conclamatum eſt ab omnibus, “ Ecce Pertinax adeſt. „ Id per ſe dictum

Πομπηϊανὸν εἶδον. ἐν γὰρ τοῖς ἀγροῖς τὰ πλεῖστα διὰ τὸν Κόμμοδον διῆγε, [καὶ ἐς τὸ ἄστυ ἐλάχιστα κατέβαινε,] τό, τε γῆρας καὶ τὸ τῶν ὀφθαλμῶν νόσημα προβαλλόμενος· [οὐδὲ ἔστιν ὅτε πρότερον ἐμοῦ παρόντος ἐς τὴν γερουσίαν ἐσῆλθε.] καὶ μέντοι καὶ μετὰ τὸν Περτίνακα πάλιν ἐνόσει. [ἐπὶ γὰρ ἐκείνου καὶ ἔβλεπε, καὶ ἑώρα, καὶ ἐβούλευε.] καὶ αὐτὸν ὁ Περτίναξ τά τε ἄλλα ἰσχυρῶς ἐτίμα, καὶ [n] ἐπὶ τοῦ βάθρου ἐν τῷ συνεδρίῳ [20] παρεκάθιζε. [καὶ τοῦτο καὶ τὸν [21] Γλαβρίωνα τὸν Ἀκίλιον ἐποίει. καὶ γὰρ ἐκεῖνος τότε καὶ ἤκουε καὶ ἔβλεπε. τούτους μὲν οὖν ἐς ὑπερβολὴν ἐτίμα.] ἐχρῆτο δὲ καὶ ἡμῖν δημοτικώτατα. καὶ γὰρ [22] εὐπροσήγορος ἦν ἤκουέ τε ἑτοίμως ὅ, τι τις ἀξιοίη, καὶ ἀπεκρίνετο ἀνθρωπίνως ὅσα αὐτῷ δοκοίη. [23] εἱστία τε ἡμᾶς σωφρόνως· καὶ ὁπότε μὴ τοῦτο ποιοίη, διέπεμπεν ἄλλοις ἄλλα καὶ τὰ εὐτελέστατα. D καὶ αὐτὸν ἐπὶ τούτῳ οἱ μὲν πλούσιοι καὶ [24] μεγάλαυχοι, διεγέλων· οἱ δὲ ἄλλοι, οἷς ἀρετὴ ἀσελγείας προτιμοτέρα ἦν, ἐπῃνοῦμεν.

Ἔτι δὲ ὄντος αὐτοῦ ἐν Βρεττανίᾳ, μετὰ τὴν μεγάλην ἐκείνην [25] στάσιν ἣν ἔπαυσε, καὶ ἐπαίνων παρὰ πᾶσιν ἀξιουμένου, [26] ἵππος τις ὄνομα Περτίναξ ἐνίκησεν ἐν τῇ Ῥώμῃ· ἦν δὲ [27] τῶν [o] πρασίων καὶ ὑπὸ τοῦ Κομμόδου ἐσπουδάζετο. τῶν οὖν στασιωτῶν αὐτοῦ μέγα ἀναβοησάντων, καὶ εἰπόντων [n] τοῦτο, “ Περτίναξ ἐστίν, „ οἱ ἕτεροι οἱ [28] ἀντιστασιασταὶ σφῶν, οἷα που ἀχθόμενοι τῷ Κομμόδῳ, προσεπεύξαντο, εἰπόντες οὐ πρὸς τὸν ἵππον, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἄνδρα· “ Εἰ γὰρ ὤφειλεν εἶναι. „ E ὕστερον δὲ τὸν αὐτὸν τοῦτον ἵππον [29] ἀπαλλαγέντα τε τῶν δρόμων ὑπὸ τοῦ γήρως, καὶ ἐν ἀγρῷ ὄντα, μετεπέμψατο ὁ Κόμμοδος, καὶ ἐσήγαγεν εἰς τὸν ἱππόδρομον, [30] τάς τε ὁπλὰς αὐτοῦ καταχρυσώσας, καὶ [p] τὰ [31] νῶτα δέρματι ἐπιχρύσῳ κοσμήσας· καὶ αὐτὸν οἱ ἄνθρωποι ἐξαπίνης ἰδόντες, 832 ἀνεβόησαν αὖθις, “ Περτίναξ ἐστί. „ καὶ ἦν μέν που

n ἐπὶ τοῦ βάθρου ἐν τῷ συνεδρίῳ, ita ſcribere malui, ſecutus Exc. Peir. quam ut vulgo: ἐπὶ τοῦ βάθρου ἐπὶ τοῦ συνεδρίου, quod eſt etiam in Pal. o πρασίων. ſic & Pal. & Br. & infra, in Avito, occurrit πρασίῳ στολῇ, p. 447. 1. edit. Sylb. hic vero πρασίνων ad marg. ponit L. mox, pro τοῦτο, Br. habet αὐτῷ τοῦτο, ſcribendum αὐτὸ τοῦτο. p τὰ νῶτα. ſic utique ſcribendum. intelliguntur *dorſualia*, ſeu *ephippia*, ut probe monuit Salmaſ. ad Capitolini Verum. cap. 6. vulgo hic τὰ ἐνῶτα legitur, quod nimis vagum eſt.

§ 20. (l. 92.) παρεκάθιζε] Vide ſupra § 9.

§ 21. (l. 92.) Γλαβρίωνα Ἀκίλιον] Qui bis Conſul fuerat, vir patriciorum nobiliſſimus, utpote qui ad Æneam originem ſtirpis ſuæ referebat. Eundem Pertinax, quo primum die Imperator ſalutatus in Senatum venit, manu prehenſum hortatus erat, ut imperium capeſſeret, & in ſella imperatoria ſedere vellet, teſte *Herodiano* lib. II. 3. 8. VALES.

§ 22. (l. 96.) εὐπροσήγορος ἦν] Plura hanc in rem *Herodianus* II. 4. 2. ſqq. *Capitolinus* cap. 9. 13. Sed obſcurat hanc laudem idem *Capitolinus* c. 12. *magis blandus quam benignus, nec unquam creditus ſimplex.* *Id.* c. 13. *omnes qui libere fabulas conferebant, male Pertinaci loquebantur, chreſtologum eum appellantes, qui bene loqueretur & male faceret.* Vide & *Victorem* Epit. XVIII. 4. Sed hanc credo maculam famæ Pertinacis adſperſerunt gurgites illi & voragines facultatum alienarum, quorum inexplebilem cupiditatem nec paſci rapinis ſinebat, nec ſatiabat donis, ipſe frugaliſſimus, & ærarii inopiæ ſublevandæ intentus.

§ 23. (l. 98.) εἱστία τε ἡμᾶς σωφρόνως] *Capitolinus* c. 6. *Ad convivium magiſtratus & proceres ſenatus rogavit, quam conſuetudinem Commodus prætermiſerat.* *Id.* c. 8. *Convivium imperatorium ex immenſo ad certum revocavit modum: ſumtus etiam omnes Commodi recidit.* *Idem* c. 12. illiberale ac prope ſordidum ejus convivium deſcribit, & c. 3. 9. 13. ejus avaritiam arguit. Immodice parcum appellat *Victor* Cæſ. XVIII. 1. Verum convivii diligentiam vindicat Dio: ab cupiditate pecuniæ eum liberat Herodianus II. 1. 11. ἦν γὰρ αὐτοῦ καὶ τοῦτο μέρος τῶν ἐγκωμίων, ὅτι πλεῖστα πάντων ἐγχαρισάμενος, πάντων οὐσίαν ἄχρι ἐλάττονα. Plura infra p. 832.

§ 24. (l. 2.) μεγάλαυχοι διεγέλων] *Capitolinus* c. 12. *Amicis, ſi quando de prandio ſuo mittere voluit, miſit offulas binas, aut omaſi partem, aliquando lumbos gallinaceos.* Dixeris, voluiſſe homines ſuo exemplo in re privata diligentes, in communi liberales reddere.

§ 25. (l. 6.) στάσιν ἣν ἔπαυσε] Vide *Capitolin.* c. 3. & pag. 821. § 57.

§ 26. (l. 7.) ἵππος τις ὄνομα Περτίναξ] De equorum [illegible] minibus propriis diximus p. 792. § 87 [illegible]

§ 27. (l. 8.) τῶν πρασίων] Comm[illegible] addictus. p. 825. B. De factionibus [illegible] § 42.

§ 28. (l. 11.) ἀντιστασιασταὶ] Venetæ [illegible] enim & praſinam ſtudia plerorumque, [illegible] videbantur; ceteræ parum favoris habeb[illegible]

§ 29. (l. 15.) ἀπαλλαγέντα τῶν δρόμων] [illegible] jam debiles facti, ex horreis fiſcalibus al[illegible] B. § 38.

§ 30. (l. 18.) τὰς ὁπλὰς καταχρυσώσας] [illegible] næ luxu notavimus p. 714. § 144.

§ 31. (l. 19.) τὰ νῶτα δέρματι] Q[illegible] dicta p. 721. § 67.

A.U.C.946 Soſſ. Falcone & Erucio Claro COSS.

που μαντικὸν αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ τὸ λεχθὲν, ἐπειδὴ [q] τῇ ἐσχάτῃ ἐν τῷ ἔτει ἐκείνῳ ἱπποδρομίᾳ ἐγένετο, καὶ εὐθὺς ἐπ' αὐτῇ τὸ κράτος ἐς τὸν Περτίνακα περιῆλθεν. ἐλογοποιήθη δὲ καὶ [32] ἐπὶ τοῦ ῥοπάλου τὰ ὅμοια, ἐπειδὴ τῷ Περτίνακι αὐτὸ ὁ Κόμμοδος [33] μονομαχήσειν τῇ τελευταίᾳ ἡμέρᾳ μέλλων ἔδωκεν.

Οὕτω μὲν ἐς τὴν ἀρχὴν ὁ Περτίναξ κατέστη· καὶ ἔλαβε τάς τε [34] ἄλλας ἐπικλήσεις τὰς προσηκούσας, καὶ ἑτέραν ἐπὶ τῷ δημοτικὸς εἶναι βούλεσθαι.
B [35] πρόκριτος γὰρ τῆς γερουσίας κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἐπωνομάσθη. καὶ εὐθὺς [36] εἰς κόσμον, ὅσα πρὶν πλημμελῶς εἶχε καὶ ἀτάκτως, καθίστατο. φιλανθρωπία τε γὰρ καὶ χρηστότης, καὶ οἰκονομία βελτίστη, καὶ πρόνοια τοῦ κοινοῦ ἐπιμελεστάτη, περὶ τὸν αὐτοκράτορα διεδείκνυτο. τά τε γὰρ ἄλλα, ὅσα ἂν ἀγαθὸς αὐτοκράτωρ, ἔπραττεν ὁ Περτίναξ, καὶ τὴν [37] ἀτιμίαν ἀφεῖλε τῶν ἀδίκως πεφονευμένων· καὶ προσέτι καὶ ἐπώμοσε, [r] μηδέποτε τοιαύτην δίκην προσδέξεσθαι. καὶ αὐτίκα οἱ μὲν, τοὺς συγγενεῖς, οἱ δὲ, τοὺς φίλους [s] ἀνεκάλουν μετὰ δακρύων ὁμοῦ καὶ χαρᾶς· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τοῦτο πρὶν
C ἐξῆν ποιεῖν. καὶ μετὰ ταῦτα ἀνορύττοντες τὰ σώματα, οἱ μὲν ὁλόκληρα, οἱ δὲ μέρη, ὥς που ἕκαστον αὐτῶν ἢ τοῦ ὀλέθρου ἢ τοῦ χρόνου εἶχεν, εὐθέτουν, καὶ ἐς τὰ προγονικὰ μνημεῖα ἀπετίθεντο. τοσαύτη δὲ ἄρα τότε τὸ βασίλειον εἶχεν ἀχρηματία, ὥστε [38] πέντε καὶ εἴκοσι [t] μυριάδας δραχμῶν μόνας εὑρεθῆναι. χαλεπῶς δ' οὖν ὁ Περτίναξ ἔκ τε τῶν εἰκόνων καὶ τῶν ὅπλων, τῶν τε [39] ἵππων καὶ ἐπίπλων, καὶ τῶν παιδικῶν τῶν τοῦ Κομμόδου ἀγείρας ἀργύριον, τοῖς τε δορυφόροις
D ἔδωκεν ὅσα ὑπέσχετο, [40] καὶ τῷ δήμῳ [u] καθ' ἑκατὸν δραχμάς. σύμπαντα γὰρ ὅσα ὁ Κόμμοδος ἐπί τε τῇ τρυφῇ, καὶ ἐς ὁπλομαχίαν, ἢ καὶ ἐς ἁρματηλασίαν [x] ἐκέκτητο, ἐς τὸ πωλητήριον ἐξετέθη· τὸ μὲν πλεῖστον, πράσεως ἕνεκα, ἤδη δὲ καὶ ἐς ἐπίδειξιν τῶν τε ἔργων αὐτοῦ καὶ τῶν διαιτημάτων, καὶ προσέτι καὶ εἰς ἔλεγχον τῶν ὠνησομένων αὐτά.

Ὁ δὲ

dictum portendebat futura, præſertim quum illo anno contigerit poſtremis ludis circenſibus: ſtatim enim poſt, imperium ad Pertinacem pervenit. Eadem quoque de clava ſermonibus jactata ſunt, quam Commodus, more gladiatorum pugnaturus extrema die, Pertinaci dederat.

5. Itaque Pertinax imperator conſtitutus eſt, & quum alias huic convenientes accepit appellationes, tum, quod popularis eſſe vellet, præterea Princeps Senatus vetere conſuetudine cognominatus eſt. Hinc vero ſtatim corrigere cœpit, quæ perverſe prius & perturbate fiebant: humanitas enim, & probitas, & optima adminiſtratio rei familiaris, ac diligentiſſima reipublicæ cura in hoc imperatore cernebantur. Quumque cætera faceret Pertinax, quæ a bono principe exſpectari poſſent; etiam eos qui contra jus faſque interfecti fuerant, infamiæ nota liberavit, juravitque inſuper, ſe nunquam hujuſcemodi cauſam in judicio admiſſurum. Itaque cœpere alii propinquos, alii amicos convocare cum lacrimis ſimul & gaudio, (nam ne id quidem licebat antea) hinc corpora mortuorum effodere, eaque vel integra, vel partes tantummodo, ut mortis genus tulerat, aut tempus, rite compoſita in monumentis majorum ſepelire. Eo tempore ærarium adeo exhauſtum fuit, ut in eo tantum inventum ſit decies ſeſtertium. Quamobrem Pertinax vix ex imaginibus armiſque, & equis, & ſupellectile Commodi, ac pueris, quos in deliciis habuerat, tantum pecuniæ redegit, unde prætorianis, quantum promiſerat, ac deinde populo viritim centum denarios daret: id quod fecit. Cuncta enim, quæ Commodus ad luxum, ad ludos gladiatorios, & ad currus agitandos comparaverat, haſtæ ſubjecit, maxime quidem vendendi cauſa, ſed & ut oſtenderet, quibus in rebus, & in quo genere vitæ Commodus verſatus eſſet, atque ut eos, qui illa empturi eſſent, cognoſceret.

6. Interea

q τῇ ἐσχάτῃ. ex Pal. repoſitum inquit Sylb. imo vero, ſic jam RS. ἡ ἐσχάτη, perperam, ſolus HS. edit. min.
r μηδέποτε, οὐδέποτε, Pal.
s ἀνεκάλουν. credo, ſcribendum eſſe συνεκάλουν, convocabant, quod & Blancus habet. ἀνακαλεῖν enim eſt revocare.
t μυριάδες μόνας εὑρῆσθαι, vulgo. μυριάδας μόνας εὑρεθῆναι, Z. quæ conſtructio præcedenti τοσαύτη ὥστε aptior eſt.
u καθ' ἑκατὸν δραχμάς. hæc vera eſt lectio, quam reſtitui ex Z. conſentanea ſtilo Dionis & Xiph. vulgo: καθ' ἕκαστον δραχμὰς ρ'. ſed nota ρ'. numeri centenarii abeſt a Pal. ſtr. & Coisl. numeruſque hic additus præter neceſſitatem ab aliis, quæri potius debebat in corrupto ἕκαστον. κατὰ autem diſtributionem per ſe indicat.
x ἐκέκτητο. ἐκέχρητο, Z.

§ 32. (l. 26.) ἐπὶ τοῦ ῥοπάλου] Clava Herculea cum pelle leonina in theatris in ſella ejus aurea collocabatur, p. 825. D. interdum & ea utebatur. p. 827. C.

§ 33. (l. 28.) μονομαχήσειν] Quod fiebat fere poſt prandium. p. 826. C. 827. E.

§ 34. (l. 30.) ἄλλας ἐπικλήσεις] *Capitolinus* c. 5. *Primus omnium ea die, qua Auguſtus appellatus, etiam Patris Patriæ nomen recepit: nec non ſimul etiam imperium proconſulare, nec non jus quartæ relationis.*

§ 35. (l. 32.) πρόκριτος τῆς γερουσίας] Exemplo Auguſti p. 496. C. & Tiberii. p. 607. A. vide *Fabricium* noſtrum.

§ 36. (l. 33.) εἰς κόσμον — καθίστατο] Præter ea quæ tetigimus p. 829. § 7. p. 831. § 23. *Herodianus* II. 4. 12. ſqq. hæc memorat. Quicquid erat inculti per Italiam ſoli colentibus adjudicavit, agricolis decem annorum immunitatem conceſſit: vectigalia nova, ripis, portubus, viis impoſita, ſuſtulit. *Capitolinus* pluribus locis hæc addit: quæſtiones majeſtatis penitus ſuſtulit cum jurejurando, delatores vinctos graviter puniri juſſit: legem tulit, ne inteſtatis fiſcus ſuccederet: annonæ conſultiſſime providit: reddidit dominis eos qui ſe ex privatis domibus in aulam contulerant: præmia militantibus poſuit: ærarium in ſuum ſtatum reſtituit: ad opera publica certum ſumtum conſtituit: reformandis viis pecuniam contulit: ſtipendia plurimis retro debita exſolvit: obeundis cunctis muneribus fiſcum parem fecit: omnibus poſſeſſiones reddidit quibus Commodus ademerat, ſed non ſine pretio: libertos aulicos vehementiſſime compreſſit, unde grande odium contraxit. Hæc, inquam, Capitolinus; unde vides, parſimoniam Pertinaci ad reſtituendas tam egregie res collapſas neceſſariam fuiſſe: vides breviſſimo tempore multa & magna ab eo præſtita eſſe; vides iniquiſſimi adverſus eum odii & calumniæ originem.

§ 37. (l. 39.) ἀτιμίαν ἀφεῖλε] *Capitol.* c. 6. *Revocavit etiam eos, qui deportati fuerant crimine majeſtatis, eorum memoria reſtituta qui occiſi fuerant.* Vide *eund.* c. 9.

§ 38. (l. 49.) πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας] Idem legitur infra p. 833. D. & apud *Capitolinum* c. 7.

§ 39. (l. 51.) ἵππων καὶ ἐπίπλων] Vide luxus obſcœni inſtrumenta, quæ vendidit, apud *Capitolinum* c. 8. Quod autem Dio ex iis χαλεπῶς, ægre donativum promiſſum & congiarium cogi potuiſſe ait, videtur a Capitolino c. 7. refelli, ubi pecuniam ejus nundinationis, *quæ ingens fuit*, militibus dono datam refert. vide p. 829. § 5.

§ 40. (l. 54.) καὶ τῷ δήμῳ] Summam confirmat *Capitolinus* cap. 15. quæ in nulla ratione ad donativum militum eſſe videtur, niſi multitudinem populi reputaveris.

A.U.C. 946 Soſſ. Falcone & Erucio Claro COSS.

6. Interea Lætus, non ſolum Pertinacem afficiebat laudibus, ſed etiam Commodum gravabat ignominia, [& quæ is commiſiſſet, in aprico ponebat.] Proinde barbaros quosdam, qui a Commodo, ut pacem ſervarent, magnam vim auri acceperant, domumque jam revertebantur, juſſit ex itinere revocari; repetitaque ab eis pecunia, " Referte, „ inquit, " veſtris hominibus, Pertinacem imperatorem eſſe. „ Erat enim illis Pertinacis nomen inprimis cognitum ex iis, quæ paſſi fuerant, quum ipſe in exercitu Marci militaret. Contra autem in contumeliam Commodi fecit quoque rem ejusmodi: quum aliquot copreas & ſcurras, quibus facies quidem deformes, ſed nomina & inſtituta vitæ multo erant turpiſſima, impudicitiæ ac petulantiæ cauſâ a Commodo nimium quantum locupletatos inveniſſet; horum & appellationes & multiplices facultates Lætus proſcripſit: quæ partim riſum populo, partim ſtomachum moverunt, ac triſtitiam. Tantas enim ut nonnulli eorum poſſiderent opes, multi adeo ſenatorum a Commodo necati fuerant. Neque vero Lætus perpetuam fidem ſervavit Pertinaci, vel potius ne paulum quidem. Nam quum ea, quæ cuperet, non eſſet conſequutus; milites, ut paulo poſt dicemus, contra eum concitavit.

Ὁ δὲ Λαῖτος τὸν Περτίνακα δι᾽ εὐφημίας ἦγε, καὶ τὸν Κόμμοδον ὕβριζε, [y] [καὶ ὅσα αὐτὸς κακῶς ἐποίησεν, ἐξήλεγχεν.] βαρβάρους γοῦν τινας χρυσίον παρ᾽ αὐτοῦ πολὺ [z] ἐπ᾽ εἰρήνῃ εἰληφότας μεταπεμψάμενος, (ἔτι γὰρ ἐν ὁδῷ ἦσαν) ἀπῄτησεν αὐτό, εἰπὼν ὅτι, [z] " Λέγετε τοῖς οἴκοι, Περτίνακα ἄρχειν. „ [z] ἤδεσαν γὰρ καὶ πάνυ τὸ ὄνομα αὐτοῦ, [a] ἐξ ὧν πεπόνθεσαν, ὅτε μετὰ τοῦ Μάρκου [b] ἐστράτευτο. καὶ ἕτερον δέ τι τοιόνδε ἐπὶ τῇ τοῦ Κομμόδου διαβολῇ ὁμοίως ἔπραξε. [43] κοπρίας τινὰς καὶ γελωτοποιούς, αἴσχιστα μὲν τὰ εἴδη, αἴσχιω δὲ τὰ ὀνόματα καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα [c] ἔχοντας, καὶ διὰ τὴν ὕβριν τήν τε ἀσέλγειαν [c] ὑπὸ τοῦ Κομμόδου ὑπερπλουτοῦντας εὑρών, ἐδημοσίευσε τάς τε προσηγορίας αὐτῶν, καὶ τὸ πλῆθος ὧν ἐκέκτηντο. καὶ ἦν ἐπὶ μὲν τοῖς γέλως, ἐπὶ δὲ τοῖς ὀργὴ καὶ λύπη. τοσαῦτα γάρ τινες αὐτῶν ἔχοντες ἦσαν, ἐφ᾽ ὅσοις ἐκεῖνος πολλοὺς καὶ τῶν βουλευτῶν [d] ἐσφάκει. οὐ μέντοι γε καὶ δι᾽ ὅλου ὁ Λαῖτος πιστὸς ἔμεινε τῷ Περτίνακι, μᾶλλον δὲ οὐδ᾽ ἐν ἀκαρεῖ. ὧν γὰρ ἤθελε μὴ τυγχάνων, προσπαρώξυνε τοὺς στρατιώτας (ὡς λελέξεται) κατ᾽ αὐτοῦ.

E

833

B

7. Pertinax autem Flavio Sulpiciano, ſocero ſuo, præfecturam urbis detulit: digno ſane viro, qui id muneris conſequeretur. Uxorem vero ſuam, Auguſtam, aut filium, Cæſarem (licet nobis decernentibus) fieri noluit; ſed utrumque repudiavit vehementer, vel quod imperium nondum plane confirmaſſet, vel quod a petulanti

Τὸν μὲν οὖν πενθερὸν αὐτοῦ ὁ Περτίναξ τὸν [e] Σουλπικιανὸν τὸν Φλάβιον πολιαρχεῖν ἔταξε, καὶ ἄλλως ἄξιον ὄντα τούτου τυχεῖν. οὔτε δὲ [44] τὴν γυναῖκα Αὐγοῦσταν, οὔτε τὸν υἱὸν Καίσαρα, καίπερ ψηφισαμένων ἡμῶν, ποιῆσαι ἠθέλησεν, ἀλλ᾽ ἑκάτερον ἰσχυρῶς διεκρούσατο, εἴτ᾽ οὖν ὅτι μηδέπω τὴν ἀρχὴν ἐρριζώκει, εἴτε καὶ ὅτι ἐκείνην [f] τε ἀκολασταί-

C

y καὶ ὅσα &c. hæc addidi ex Exc. Peir. p. 730. ubi cum ὁ Λαῖτος ὁ ὕπαρχος legatur, puto ſcribendum eſſe ὁ ἔπαρχος. vide p. 826. D. z λέγετε. ſic recte RS. & ceteri, præter HS. edit. min. qui λέγειν habet, quod & in Pal. reperiri teſtatur Sylb. contra, λέγετε, Coisl. Br. a ἐξ ὧν πεπόνθεσαν. ſine augmento. ἐξ ὧν ἐπεπόνθεσαν, Z. b ἐστράτευτο. id reſtitui pro vulgato ἐστρατεύετο, ex Peir. & Br. probante Valeſio. c ἔχοντας. ἔχοντα, RS. male. mox ὑπὸ τοῦ Κομμόδου, retineri poteſt, ſi ὑπερπλουτοῦντας paſſive accipiatur, *ſupra modum ditatos;* alioqui legendum fuerit ἐπὶ τοῦ Κομ. *ſub C. imperio.* Sylb. etiam neutra verba cum ὑπό, & πρός, cauſæ efficientis præpoſitionibus, conſtruuntur. d ἐσφάκει. vel ἐσφάλκει cum Pal. (Br. & Coisl.) legendum, vel ἐσφάχει, ut ἐπεπράχει, p. 719. Sylb. ἐσφάκει a σφάζω derivandum. e Σουλπικιανὸν τὸν Φλάκιον, vulgo. *Flavium Sulpicianum* vocat Capitolin. in Pertinace c. 13. ſicut uxorem Pertinacis, Sulpiciani filiam, *Flaviam,* cap. 5. unde Φλάβιον legendum, quod & Caſaubono viſum. conf. Reineſii & Ruperti epiſtolas p. 503. Gruter CCCCXIII. 1. occiſus deinde a Severo. vide Spartian. Severo c. 13. f ἐκείνην τε. pro τε ſententia requirit vel γε, vel ἔτι καὶ τότε, vel aliud quid conſimile. Sylb.

§ 41. (l. 67.) ἐπ᾽ εἰρήνῃ εἰληφότας] Pecuniam barbaris, pacis redimendæ cauſa, promiſerat Commodus, teſte *Herodiano* I. 6, 24. ſqq.

§ 42. (l. 70.) ἤδεσαν γὰρ πάνυ] Vide *Herodian.* II. 4, 4. ſq.

§ 43. (l. 74.) κοπρίας τινὰς καὶ γελωτοποιούς] Paraſitos ab Ægyptiis generatim ita vocatos eſſe, diſcimus ex oratione Auguſti apud *Dionem* p. 436. E. ubi κοπρίαι vulgo legitur; & ita hunc locum ibi laudat *Fabricius* noſter, quem videſis de uſu vocabuli. κοπρίας legit *Voſſius* Etymolog. κόπρειος ἀνήρ, κοπρολόγος, apud *Suidam,* & ſic κοπρία, aliaque derivata verbi. Ratio enim fugit *Torrentium,* Virum Doctiſſimum, ad Sueton. Tib. c. 61. & Claud. 8. quando *copreas* dictos putat, idque vocabulum a Dione leviter ad ſuæ linguæ fontes deflexum eſſe. Dicti ita ſunt propter αἴσχιστα εἴδη, ὀνόματα, ἐπιτηδεύματα, ut hic Dio innuit: nempe quod faciem ſtercore aut materia ſordida illitam haberent, ut hiſtriones noſtri; quod præter generalem appellationem, quisque privatim ſcurra *turpiſſimorum nominum dedecora* perferret, (ſeu præferret) ut ait *Capitolinus* c. 20. quas eorum προσηγορίας, ad infamiam aulæ Commodianæ patefaciendam, publice proſcripſit Pertinax; denique quod impuris & laſcivis ſermonibus geſtibusve quæſtum facerent.

§ 44. (l. 92.) τὴν γυναῖκα Αὐγοῦσταν] *Capitolinus* c. 5. *Eadem die qua Auguſtus eſt appellatus, & Flavia Titiana uxor ejus Auguſta eſt appellata.* Id. c. 6. *Filium ejus Pertinacem ſenatus Cæſarem appellavit. Sed Pertinax nec uxoris Auguſtæ appellationem recepit, & de filio dixit: Cum meruerit.* Id. c. 13. *Filios ſuos in palatio nutriri noluit.* Id. ibid. *Reliquit filium & filiam ſuperſtites, & uxorem Flavii Sulpiciani filiam, quem præfectum urbi loco ſuo fecerat. Circa uxoris pudicitiam minus curioſus fuit, quum palam citharœdum illa diligeret.* Confer de filio *Euſeb.* it. *Chron. Paſch.* & *Herodian.* II. 4, 18. Numi quidem Græci Flaviam Σεβαστὴν vocant apud *Spanhem.* T. II. p. 293. & *Vaillant* num. pop. Græce loqu. p. 77. ſed non ſunt Romæ vel ex SCto percuſſi, verum apud Ægyptios Flaviæ ſic adulantes. De ſtemmate ejus confer *Reineſii* epiſt. ad Rupert. p. 503. ſq.

§ 45. (l. 98.) οὐδὲ παιδίον ἔτι ὄντα] *Herodianus* II. 4, 18. ἤδη μειράκιον ὄντα — ἔν τε τῇ πατρῴᾳ [illegible] τὰ συνήθη προσιόντα διδασκαλεῖα καὶ γυμνάσι[illegible] ὡς τοῖς λοιποῖς παιδεύεσθαί τε καὶ πάντα π[illegible] φαντασίᾳ κομπῶδει παρεχόμενον βασιλικῇ. Hi[illegible] *ſuos ſtatim ut imperator factus eſt filios* (i[illegible] *emancipatos dederat.* Hic filius poſtea Per[illegible] crati flamen factus eſt ſub Severo. *Capitol.* [illegible] Antonino Caracallo occiſus, teſte *Herodia*[illegible]

§ 46. (l. 4.) παρὰ τῷ πάππῳ] Sic & C[illegible] Avum intellige maternum, Flavium Sulpi[illegible] ſte credo *Herodianus* l. c. ἐν τῇ πατρῴᾳ. [illegible]

§ 47. (l. 8.) τοῖς στρατιώταις — τοῦ [illegible] ſis odii militum egi p. 830. § 7. *Grave* [illegible] *ſum, quod in cauſa Falconis multos milit*[illegible] *ſtimonium occidi præceperat. Capitol.* c. [illegible]

λασαίνουσαν οὐκ ἠβουλήθη τὸ τῆς Αὐγούστης ὄνομα μιᾶναι· καὶ τὸν [45] υἱὸν, παιδίον ἔτι ὄντα, οὐκ ἠθέλησε, πρὶν παιδευθῆναι, τῷ τε [g] ὄρκῳ καὶ τῇ ἐλ-
C πίδι τῇ ἐκ τοῦ ὀνόματος διαφθαρῆναι· ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἐν τῷ παλατίῳ αὐτὸν ἔτρεφεν, ἀλλὰ καὶ πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτῷ πρότερον, ἐν τῇ πρώτῃ εὐθὺς ἡμέρᾳ ἀποθέμενος, ταῦτά τε τοῖς τέκνοις διένειμε, (καὶ γὰρ καὶ θυγατέρα εἶχε) καὶ [46] παρὰ τῷ πάππῳ διαιτᾶσθαι αὐτὰ ἐκέλευσεν, ὀλίγα ἅττα [h] αὐτοῖς, ὡς πατὴρ, καὶ οὐχ ὡς αὐτοκράτωρ, συγγινόμενος.

Ἐπεὶ οὖν οὔτε [47] τοῖς στρατιώταις ἁρπάζειν, οὔτε τοῖς Καισαρείοις ἀσελγαίνειν ἔτι ἐξῆν, δεινῶς οὗτοι ἐμίσουν αὐτόν. ἀλλ᾽ οἱ μὲν Καισάρειοι οὐδὲν, ἅτε καὶ [i] ἄοπλοι ὄντες, ἐνεωτέριζον·
D οἱ δὲ δὴ στρατιῶται οἱ δορυφόροι [48] καὶ ὁ Λαῖτος, ἐπεβούλευσαν αὐτῷ. καὶ πρῶτα μὲν [49] τὸν ὕπατον Φάλκωνα, ὅτι καὶ γένει καὶ χρήμασιν ἤκμαζεν, εἰς αὐτοκράτορα ἐπιλέγονται, καὶ ἐς τὸ στρατόπεδον αὐτὸν ἐσάξειν, τοῦ Περτίνακος ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ [50] τὴν τοῦ σίτου παρασκευὴν ἐξετάζοντος, ἤμελλον. μαθὼν δὲ τοῦτ᾽ ἐκεῖνος, σπουδῇ ἐς τὴν πόλιν ἦλθε, καὶ παρελθὼν εἰς τὴν γερουσίαν ἔφη· "Οὐ χρὴ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ὦ πατέρες, ὅτι [51] πέντε που καὶ εἴκοσι μυριάδας
E "δραχμῶν εὑρὼν, τοσοῦτον τοῖς στρατιώταις διένειμα, [k] ὅσον Μάρκος τε καὶ Λούκιος, οἷς "ἑξακισμύριαι καὶ ἑπτακισχίλιαι καὶ πεντακόσιαι "μυριάδες κατελείφθησαν. ἀλλ᾽ αἴτιοι τῆς "ἀχρηματίας ταύτης οἱ θαυμαστοὶ Καισάρειοι γε"γόνασι." καὶ [52] ἐψεύσατο μὲν ὁ Περτίναξ, ὅτι ἐπίσης τῷ Λουκίῳ καὶ τῷ Μάρκῳ τοῖς στρατιώταις ἐδωρήσατο· (ὁ μὲν γὰρ, ἐς πεντακισχιλίας, ὁ δὲ, ἐς τρισχιλίας αὐτοῖς ἐδεδώκει.) οἱ δὲ δὴ στρατιῶται

petulanti femina, Auguſtæ nomen pollui noluit: neque paſſus eſt filium, puerum adhuc, antequam erudiretur, faſtu & ſpe iſtius nominis, corrumpi. Sed ne in palatio quidem educavit, verum prima ſtatim die, qua principatum eſt adeptus, omnibus ſe facultatibus, quas habuerat antea, abdicavit, easque inter liberos diſtribuit: (erat enim ei & filia:) liberos vero apud avum juſſit degere, cum quibus perraro, ut pater, plerumque ut Imperator, verſatus eſt.

A.U.C. 946 Soſſ. Falcone & Erucio Claro COSS.

8. Quum autem non liceret amplius militibus rapere, aut Cæſarianis omnia pro libidine agere; utrisque in odium acerbiſſimum venit. Cæſariani quidem, quod inermes eſſent, nihil moliebantur; prætoriani vero milites, Lætusque, contra eum conjurarunt. Ac primum omnium Falconem conſulem, qui nobilitate & opibus clarus erat, imperatorem deligunt: cumque, quod tum forte Pertinax eſſet in mari, ut rei frumentariæ provideret, in caſtra ducere conſtituunt. Eo cognito, Pertinax Romam propere revertitur, dein in ſenatum venit, ac pauca in hanc ſententiam dicit: " Nolo vos latere, Patres conſcripti, me, quum in ærario decies admodum ſeſtertium invenerim, non minus, quam Marcus & Lucius, militibus dediſſe, quibus principibus relictum fuerat vicies ſepties millies ſeſtertium: cujus egeſtatis cauſa fuerunt præclari illi Cæſariani." Pertinax quidem in eo mentiebatur, quod ſe militibus parem pecuniam cum Lucio & Marco dediſſe diceret: ille enim vicena ſeſtertia viritim dederat, hic duodena. Verum milites ſimul & Cæſariani,

[g] ὄρκῳ. leg. ὄγκῳ. [h] αὐτοῖς. abeſt a Pal. [i] ἄοπλοι. ita legit Blancus, pro vulgato ἁπλοῖ, quod illum ex codice ſuo hauſiſſe probabile eſt; & vel ſi emendatio eſſet, quæ ingenio ejus debeatur, recipienda viſa eſt. [k] ὅσον. ita ſcribendum judicavit, pro vulgato ὥστε, L. & ante eum Wolfius ad Xiph. meum. recte omnino, ut deinde ἐπίσης τῷ Λουκίῳ καὶ τῷ Μάρκῳ.

ſunt miniſtri aulici, maxime liberti. Nam, ut refert *Capitolinus* cap. 8. *a libertis etiam ea exegit quibus Commodo vendente ditati fuerant.* & c. 14. *libertos aulicos vehementiſſime compreſſit: unde grande quoque odium contraxit. Id.* c. 11. *Enimvero tantum odium in Pertinacem omnium aulicorum fuit, ut ad facinus milites hortarentur. Id.* c. 14. *Milites enim & aulici odio habuerunt.* In eo ſibi male conſuluit, quod *nullum ex iis, quos Commodus rebus agendis impoſuerat, mutavit, exſpectans urbis natalem* (XI. vel XII. Kal. Maj.) *quod eum diem rerum principium volebat eſſe: atque ideo etiam in balneis ei Commodiani miniſtri necem paraſſe dicuntur:* ut auctor idem *Capitolinus* c. 12.

§ 48. (l. 12.) καὶ ὁ Λαῖτος] De Læto tacent ceteri. Impulſorem Julianum produnt *Eutropius* VIII. 8, 2. *Victor* Cæſ. XVIII. 2. Epit. XVIII. 2. *Spartianus* Julian. c. 3. *Oroſius* VII. 16. *Euſebius.* Auctore Albino id factum tradit *Capitolinus* Albin. c. 1. & ult. nempe quod Pertinax literas Commodi de occidendo Albino in ejus odium publicarit, hunc occidendi Pertinacis Juliano auctorem fuiſſe. Vide *Eutrop.* VIII. 10, 9. *Victor.* Cæſ. XX. 9. *Oroſ.* VII. 17. Adeſt tamen Dioni *Capitolinus* Pert. cap. 10. *Sed Pertinaci factio præparata eſt per Letum præfectum prætorii, & eos quos Pertinacis ſanctimonia offenderat. Letum enim pœnituerat, quod Imperatorem fecerat Pertinacem, idcirco quia eum velut ſtultum intimatorem nonnullarum rerum reprehendebat.* Conſpirant ea quæ affert c. 11. *Pertinax Letum præf. præt. ad eos* (milites) *miſit. Sed ille declinatis militibus per porticus egreſſus, adoperto capite, domum ſe contulit.*

§ 49. (l. 13.) τὸν ὕπατον Φάλκωνα] Q. Soſius Falco Coſ. A.U.C. 946. quem Commodus pridie Kal. Jan. voluerat interficere. p. 828. A. Mirum autem, de eo ſurrogando Lætum cogitaſſe. Nam *quum Leto gratias egiſſet Pertinax,* (in Senatu) *Falco Conſul dixit: Qualis imperator es futurus, hinc intelligimus, quod Letum & Marcium, miniſtros ſcelerum Commodi poſt te videmus:* ut eſt apud *Capitolinum* c. 5. Sed cum hæc dicendi licentia facile Pertinacem poſſet offendere, & viciſſim Pertinacis reſponſio, *Juvenis es Conſul, nec parendi ſcis neceſſitatem,* ingrata Falconi eſſe deberet; ex mutua ſimultate prona Falconis conſpiratio fuit cum Læto, nunc pariter Pertinaci infenſo § 48. Ergo auctore Læto *inſidias paravit ei Falco, volens imperare: de quo conqueſtus eſt in ſenatu — Falconi tamen pepercit, & a ſenatu impunitatem ejus petiit. Denique Falco in rebus ſuis ſecurus vixit, & herede filio periit: quamvis multi Falconem neſciſſe dixerunt, imperium ſibi parari.* Ita *Capitolinus* c. 6.

§ 50. (l. 17.) τὴν τοῦ σίτου παρασκευὴν] Nam *annonæ conſultiſſime providit,* teſte *Capitolino* c. 7.

§ 51. (l. 21.) πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας] Vide pag. 832. C. § 38.

§ 52. (l. 27.) ἐψεύσατο μὲν ὁ Περτίναξ] *Capitolinus* in Marco c. 7. ait: (Marcus & Verus) *pariter caſtra prætoria petiverunt, & vicena millia nummum ſingulis ob participatum imperium militibus promiſerunt.* Quem ſi ſequi liceret, ſalvus eſſet Pertinacis pudor, quia ipſe unus dederat duodena ſeſtertia pag. 830. B. adeoque tantundem, imo amplius, quantum ſinguli Auguſti Marcus & Verus. Sed cum Imperatores ſinguli conſueſſent vicena prætorianis dare, primum veriſimile non eſt, Marcum, communicato imperio cum fratre & genero, nil amplius pro ambobus promiſiſſe: unde fides major eſt penes Dionem, qui amplius Verum duodena refert dediſſe. Neque id mirum videri debet, quod pro Vero minus quam pro Marco promiſſum ſit, quia & duo Auguſti diſpari quodammodo poteſtate interdum fuerunt. p. 801. § 3. Præterea Dioni præſenti credendum eſt, Pertinacem hæc ea ſententia jactaſſe, quaſi ipſe ſolus tantundem, quantum ambo Auguſti, Marcus & Verus, dederit.

A.U.C. 946 Soſſ. Falcone & Erucio Claro COSS.

ſariani, quorum tum magnus numerus aderat in ſenatu, graviter indignabantur, & diro quodam modo murmurabant. Quum autem nos eſſemus Falconem damnaturi, [ac jam hoſtem appellaremus,] ſurrexit Pertinax, & exclamans, "Abſit," inquit, "ut me tenente principatum, ullus ſenator vel jure interfici jubeatur:" [ſic Falco incolumis abiit.]

9. Lætus vero, occaſione ex cauſa Falconis arrepta, magnum numerum militum, quaſi juſſu imperatoris, interfecit. Quod ubi cæteri intellexere, metuentes, ne ipſi quoque interirent, tumultuati ſunt. Ex iis ducenti audaciores cæteris, in palatium, protenſis gladiis, contendunt: quorum adventum non ante cognovit Pertinax, quam illi ad palatium evaſiſſent. Ibi demum ad eum uxor ejus accurrit, rem omnem ſignificans. Quo cognito, Pertinax facinus, ſive excelſi animi, ſive inconſiderati, aut quocunque tandem nomine id quis volet appellare, fecit. Nam quum poſſet facile irruentes interficere, (quippe qui & vigilibus nocturnis, & equitibus munitus eſſet, magnumque numerum etiam aliorum hominum haberet tunc præſentem in palatio) vel ſaltem abdere ſe, & clauſis portis palatii, cæteriſque januis interjectis aliquo aufugere, neutrum eorum fecit: ſed ratus ſe adſpectu eos eſſe perterrefacturum, & perſuaſurum oratione, accedentibus iis, qui jam domum ipſius ingreſſi erant, occurrit. Nec enim ab aliis commilitonibus prohibiti erant, janitoreſque, & reliqui Cæſariani, non modo non clauſerant portas, ſed etiam aditus omnes patefecerant.

10. Ut primum videre Pertinacem milites, omnes

τιῶται καὶ οἱ Καισάρειοι, [53] παρόντες ἐν τῷ συνεδρίῳ, (πάμπολλοι δὲ ἦσαν) [54] δεινῶς ἠγανάκτησαν, καὶ φοβερόν τι [l] διετονθόρυσαν. μελλόντων [illegible] ἡμῶν καταψηφίσασθαι τοῦ Φάλκωνος, [m] [καὶ ἤδη γε αὐτὸν πολέμιον ὀνομαζόντων,] ἀναστὰς ὁ Περτίναξ καὶ ἀνακραγών, "Μὴ γένοιτο, ἔφη, μηδένα βουλευτὴν ἐμοῦ ἄρχοντος μηδὲ δικαίως θανατωθῆναι." [καὶ ὁ μὲν [55] οὕτως ἐσώθη.]

Ὁ δὲ Λαῖτος, παραλαβὼν τὴν κατὰ τὸν Φάλκωνα ἀφορμήν, πολλοὺς τῶν στρατιωτῶν, [n] ὡς καὶ [56] ἐκείνου κελεύοντος, διέφθειρεν. οἱ δὲ λοιποί, τοῦτο αἰσθόμενοι, καὶ φοβηθέντες μὴ καὶ αὐτοὶ προσαπόλωνται, ἐθορύβησαν. [57] διακόσιοι δὲ οἱ τῶν ἄλλων θρασύτεροι, καὶ ἐς τὸ B παλάτιον τὰ ξίφη ἀνατετακότες ὥρμησαν. [58] οὐδὲ ἔγνω πρότερον προσιόντας ὁ Περτίναξ αὐτούς, πρὶν ἄνω γενέσθαι. τότε δὲ [59] ἡ γυνὴ αὐτοῦ εἰσδραμοῦσα ἐμήνυσεν αὐτῷ τὸ γενόμενον. μαθὼν οὖν ταῦτ' ἐκεῖνος, πρᾶγμα, εἴτ' οὖν γενναῖον, εἴτε ἀνόητον, εἴθ' ὅπως τις [nn] αὐτὸ ὀνομάσαι ἐθέλει, ἔπραξε. δυνηθεὶς γὰρ ἂν μάλιστα μὲν ἀποκτεῖναι τοὺς ἐπελθόντας, (τῇ τε γὰρ [60] νυκτερινῇ φυλακῇ καὶ τοῖς ἱππεῦσιν ὥπλιστο, καὶ ἦσαν καὶ ἄλλοι ἐν τῷ παλατίῳ τότε ἄνθρωποι πολλοί) εἰ δὲ μή, [61] κατακρυφθῆναί γε καὶ διαφυγεῖν ποι, τάς τε πύλας C τοῦ παλατίου καὶ τὰς ἄλλας [o] τὰς διὰ μέσου θύρας κλείσας, [p] τούτων μὲν οὐδέτερον ἐποίησεν· ἐλπίσας δὲ καταπλήξειν αὐτοὺς ὀφθείς, καὶ [62] πείσειν ἀκουσθείς, ἀπήντησε τοῖς προσιοῦσιν, ἐν τῇ οἰκίᾳ ἤδη οὖσιν. οὔτε γὰρ τῶν συστρατιωτῶν τις αὐτοὺς εἶρξε, καὶ οἱ πυλωροὶ οἵ τε ἄλλοι Καισάρειοι οὐχ ὅτι τι συνέκλεισαν, ἀλλὰ καὶ πάντα ἁπλῶς προσανέῳξαν.

Ἰδόντες δ' οὖν οἱ στρατιῶται, τὸ μὲν [63] πρῶτον

l διετονθόρυσαν. διεθορύβησαν ſcribendum, RS. HS. atque ita legere quoſdam codices, in indice innuit Sylb. videtur tamen illud præferendum, etiam ἀγανακτεῖν & τονθορύζειν conjunguntur apud Suidam. *m* καὶ ἤδη γε &c. hæc addunt Exc. Peir. p. 730 perinde ut ſequens: καὶ ὁ μὲν οὕτως ἐσώθη. *n* ὡς καὶ ἐκείνου. ὡς ἐκείνου. Z. quod male Xyl. ad Falconem retulerat, cum ad Pertinacem ſpectet. *nn* αὐτό. αὐτόν, RS. *o* ἄλλας τὰς διὰ μέσου. ſic Coiſl. Br. ἄλλας διὰ μέσου, vulgo. *p* τούτων. τοῦτον, perperam, RS.

§ 53. (l. 31.) παρόντες ἐν τῷ συνεδρίῳ] Nota præſentes in ſenatu milites & Cæſarianos, qui non erant de Senatu. Lætum præfectum prætorio adfuiſſe innuit *Capitolinus* § 49 idemque de tribunis dicendum: ut taceam eos qui e militibus forte lecti erant in ſenatum. vide p. 237. B. 377. D. Ex Cæſarianis autem abeſſe vix poterant, qui a libellis, ab epiſtolis, ab actis principis erant, & ut ex hoc Dionis loco colligas, qui ærario principis præerant.

§ 54. (l. 32.) δεινῶς ἠγανάκτησαν] Milites, quod plus datum ſibi audirent, quam ipſi accepiſſent; Cæſariani, quod penuriæ ærarii cauſa dicerentur.

§ 55. (l. 38.) οὕτως ἐσώθη] Vide § 49.

§ 56. (l. 41.) ὡς καὶ ἐκείνου κελεύοντος] Huc tendunt illa *Capitolini* ſupra adducta § 47.

§ 57. (l. 43.) διακόσιοι δὲ] *Capitolinus* c. 11. *Trecenti igitur de caſtris armati ad imperatorias ædes cuneo facto milites venere.* Ubi Caſaubonus ex Dione & Zonara legendum putat *Ducenti*; invitis tamen membranis.

§ 58. (l. 45.) οὐδὲ ἔγνω πρότερον] *Capitolinus* l. c. *neque aut arceri potuit* (globus militum) *aut Imperatori nunciari. Enimvero tantum odium in Pertinacem omnium aulicorum fuit, ut ad facinus milites hortarentur.*

§ 59. (l. 47.) ἡ γυνὴ αὐτοῦ] Amicos nunciantes & fugam ſuadentes affert *Herodianus* II. 5, 5.

§ 60. (l. 53.) νυκτερινῇ φυλακῇ καὶ τοῖς ἱππεῦσιν] Non intelligendi ſunt nocturni vigiles urbani, incendiorum cauſa ab Auguſto ex libertis inſtituti, cohortibus VII. & paſſim circa portam & muros ad regiones XIV. urbis diſpoſiti; rarius ad tumultus in graviore annona adhibiti; de quibus a cuſtodia corporis Auguſti diſtinctis, vide Dionem pag. 566. C. D. & ibi Fabric. & p. 565. A. Sed intelligendæ ſunt *excubiæ* ſeu excubitores ex prætorianis, qui per vices ſub excubante tribuno in veſtibulo palatii ad ſecuritatem imperatoris ſtationem habebant, eumque etiam, ſi ad alienam domum ſe conferret, comitabantur. vide *Sueton.* Claud. 42, 6 Ner. 8, 1. 9, 4. Galb. 10, 4. Oth. 4. 3. 6, 1. συστρατιωτῶν ceterorum ſtatim appellat Dio. His adjuncti erant ex prætorianis equites, quos prætorianis admixtos fuiſſe, vel ex Dione patet pag. 839. A. ubi Severum ait prætorianis, propter interfectum & proditum Pertinacem, arma equoſque ademiſſe.

§ 61. (l. 55.) κατακρυφθῆναί γε καὶ διαφυγεῖν] Id indignum [illegible] imperatoria majeſtate & ante acta vita ratus eſt, ut refert *Herodianus* II. 5, 6.

§ 62. (l. 60.) πείσειν ἀκουσθείς] *Capitolinus* c. 11. *Pertinax ad eos proceſſit eoſque longa & gravi oratione placavit.* [illegible] orationem affert *Herodianus* II. 5, 7. ſqq.

§ 63. (l. 65.) πρῶτον ᾐδέσθησαν] *Herodian.* II. 5, 14[illegible]

§ 64. (l. 66.) πλὴν εἷς] *Capitolinus* c. 11. *Cum* [illegible] *quidam unus e Tungris, in iram & timorem milites* [illegible] *adduxiſſet, haſtam in pectus Pertinacis objecit. Tunc* [illegible] *catus Jovem Ultorem toga caput operuit atque a cete*[illegible] *foſſus eſt.*

§ 65. (l. 69.) τοῦτό σοι τὸ ξίφος] Eadem vox Claudii Pom[illegible] pejani ad Commodum, ſed impari animo. pag. 818 D. [illegible]

§ 66. (l. 73.) καὶ τὸν Ἔκλεκτον] *Capitolinus* c. 11 [illegible] *lectus quidem, confoſſis duobus, cum eodem periit, reliqui* [illegible] *tem cubicularii palatini diffugerunt.*

§ 67. (l. 79.) περί τε ὄρθρον περιέπεμψαν] Sic & *Capito*[illegible] c. 14. *Victor* Epit. XVIII. 2. Sed *Herodianus* II. 5, 1[illegible] dit, milites ſtatim perpetrato ſcelere, multitudinem d[illegible] tes, præ ejus metu, in caſtra rediiſſe.

§ 68. (l. 85.) ἔτη ἑπτὰ καὶ ἑξήκοντα] *Eutropius* VI[illegible] & *Chron. Paſchal.* tradit, ſeptuagenariam attigiſſe [illegible] *Euſebius* ſeptuagenario majorem fuiſſe. Melius *Victo*[illegible]

D τον ἠδέσθησαν, [64] πλὴν ἑνὸς, τούς τε ὀφθαλμοὺς καὶ ἐς τὸ δάπεδον [q] ἔρεισαν, καὶ τὰ ξίφη ἐς τοὺς κουλεοὺς ἐνκατέθεντο· ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνος προπηδήσας, εἶπέ τε, ὅτι [65] « Τοῦτό σοι τὸ « ξίφος οἱ στρατιῶται πεπόμφασι, » καὶ προσπεσὼν εὐθὺς ἔπληξεν αὐτὸν, οὐκ ἐπέσχον, ἀλλὰ τόν τε αὐτοκράτορα σφῶν κατέκοψαν, [66] καὶ τὸν Ἔκλεκτον. μόνος γὰρ δὴ οὗτος οὔτ᾽ ἐγκατέλιπεν αὐτὸν, καὶ [qq] ἐπήμυνεν αὐτῷ ὅσον ἠδυνήθη, ὥστε καὶ τρῶσαί τινας. ὅθεν ἐγὼ καὶ πρὸ τοῦ ἄνδρα αὐτὸν ἀγαθὸν γεγονέναι νομίζων, τότε δὴ καὶ πάνυ ἐθαύμασα. ἀποτεμόντες
E δὲ οἱ στρατιῶται τὴν κεφαλὴν τοῦ Περτίνακος, [67] [r] περί τε δόρυ περιέπειραν, τῷ ἔργῳ ἐλλαμπρυνόμενοι. οὕτω μὲν ὁ Περτίναξ, ἐπιχειρήσας ἐν ὀλίγῳ πάντα ἀνακαλέσασθαι, ἐτελεύτησεν· οὐδὲ ἔγνω, καίπερ ἐμπειρότατος πραγμάτων ὤν, ὅτι ἀδύνατόν ἐστιν ἀθρόα τινὰ ἀσφαλῶς ἐπανορθοῦσθαι, ἀλλ᾽ εἴπερ τι ἄλλο, καὶ πολιτικὴ κατάστασις καὶ χρόνου καὶ σοφίας χρήζει. [s] ἐβίω δὲ [68] ἔτη ἑπτὰ καὶ ἑξήκοντα, τεττάρων μηνῶν [t] καὶ τριῶν ἡμερῶν δέοντα. ἦρξε δὲ [69] ἡμέρας ὀγδοήκοντα καὶ ἑπτά.

835 Διαγγελλομένου δὲ [70] τοῦ κατὰ τὸν Περτίνακα πάθους, οἱ μὲν ἐς τὰς [u] οἰκίας ἔτρεχον, οἱ δὲ ἐς τὰς τῶν στρατιωτῶν, καὶ τῆς ἑαυτῶν ἀσφαλείας πρόνοιαν ἐποιοῦντο. [71] Σουλπικιανὸς δὲ (ἔτυχε γὰρ παρὰ τοῦ Περτίνακος ἀποσταλεὶς εἰς τὸ στρατόπεδον, ἵνα τὰ ἐκεῖ καταστήσηται) ἔμενέ τε ἐν αὐτῷ, καὶ ἔπραττεν ὅπως ἂν [72] αὐτοκράτωρ ἀποδειχθῇ. κἀν τούτῳ [73] Ἰουλιανὸς ὁ Δίδιος, [x] [τὸ μὲν γένος βουλευτικὸν, τὸν δὲ τρόπον δεινὸν ἔχων,] χρηματιστής [y] τε ἄπληστος καὶ [74] ἀναλωτὴς ἀσελγὴς, νεωτέρων τε ἀεὶ πραγμάτων ἐπιθυμῶν, (διὸ καὶ
B [75] πρὸς τοῦ Κομμόδου εἰς τὴν ἑαυτοῦ [76] πατρίδα τὸ Μεδιόλανον ἐξελήλατο) οὗτος οὖν ἀκούσας τὸν θάνατον

omnes pudere cœpit, præter unum: jamque oculos in terram defixerant, & gladios in vaginas condiderant, quum ille unus proſiliens ad eum; « Hunc tibi milites, » inquit, « gladium mittunt; » ſtatimque irruit in Pertinacem, eumque percuſſit. Quo facto, neque ſe continuerunt cæteri milites, ſed imperatorem ſuum una cum Eclecto occiderunt. Nam is ſolus Pertinacem non deſeruit, quin ei, quoad potuit, opem tulit, ſic ut nonnullos milites vulneraret. Quem ego cum virum bonum antea ſemper exiſtimaſſem, tum vero ſum maxime admiratus. Milites abſciſſum Pertinacis caput, facinore iſthoc gloriabundi, haſta præfixere. Ita Pertinax, dum conatur omnia brevi temporis ſpatio emendare, moritur: neque intelligebat, homo ceteroqui rerum peritiſſimus, multa ſimul tuto corrigi non poſſe; ſed reipublicæ conſtitutionem vel in primis & tempus & ſapientiam requirere. Vixit annos LXVII. quatuor menſibus & tribus diebus exceptis. Regnavit dies LXXXVII.

A.U.C.946 Soſſ. Falcone & Erucio Claro COSS.

11. Renunciata cæde Pertinacis, alii domum ſuam confugerunt, alii in ædes militum, ſuæ quisque ſaluti proſpicientes. Sulpicianus autem, quem Pertinax ad ſedandos prætorianos milites in caſtra miſerat, in iis manebat interim, id agens, ut a militibus ipſe Imperator deſignaretur. Intera Didius Julianus, [genere quidem ſenatorio, cæterum moribus perditiſſimis,] non minus inexplebilis in corradenda pecunia, quam in profundenda luxurioſus, ac novarum ſemper rerum cupidus; quibus etiam de cauſis Mediolanum in patriam ſuam a Commodo relegatus fuerat; ut primum cædem Pertinacis intellexit,

q ἔρεισαν. ἤρεισαν, L. ad marg. quod jam antea monuerat Sylb. in indice. ſed & ſine augmento reperitur.
qq ἐπήμυνεν. ἐπήμυνεν, RS. r περί τε δόρυ περιέπειραν. membrum deeſſe, declarat τε. talis ergo quæpiam requiritur lectio: περί τε δόρυ περιέπειραν, καὶ διὰ τῆς πόλεως περιήνεγκαν. apud Zonaram brevius: δόρατι περιπαρέντες περιῆγον. Sylb. corrige: περὶ τὸ δόρυ περιέπειραν. L. quanquam illud περιῆγον ex re intelligi poſſit, ut p. 730. D. de Galba; tamen quia τὸ pro τε vix locum habet, ubi haſta indefinite indicatur, inclino ad Sylburgii ſententiam. s ἐβίω. ita ſcripſi ex Z. & ita ſemper Dio. ἐπεβίωσε, RS. HS. ἐπεβίω, Sylb. HS. ed. maj. & L. t καὶ τριῶν ἡμερῶν. hæc non addit Z.
u τὰς οἰκίας. quanquam alias ſufficeret ad proprias ædes denotandas, tamen quia ſequitur, ἐς τὰς τῶν στρατιωτῶν, videtur requirere additum τὰς ἰδίας οἰκίας. x τὸ μὲν γένος &c. adjecta ſunt ex Exc. Peir. p. 730. y χρηματιστής τε ἄπληστος. χρημάτων ἐπιθυμητὴς ἄπληστος, Exer. Peir. ſed χρηματιστὴς etiam habet Z.

XVIII. 2. *annos natus ſeptem atque ſexaginta.* *Capitolinus* c. 15. *Vixit annis LX. menſibus VII. diebus XXVI.* Natus eſt, ſecundum Capitolinum, Kal. Aug. A. U. C. 879. Chr. 126. vide p. 830. § 1. mortuus, ſecundum Dionem, A. U. C. 946. Chr. 193. d. 28. Mart. vide § 69. Vixit ergo annos LXVI. menſes VII. dies XXVIII. ſeu, quod idem eſt, annos LXVII. demtis menſibus IV. diebus III.

§ 69. (l. 87.) ἡμέρας ὀγδοήκοντα καὶ ἑπτά] Sic & *Cedrenus* p. 251. C. A Kalendis igitur Januariis mors incidet in d. 28. Mart. Sed *Capitolinus* c. 15. imperavit menſibus II diebus XXV. fuerit ergo poſtremus ipſi dies 25. Mart. *Victor* Epit. XVIII. 1. *imperavit dies octoginta quinque*, adeoque ad 26. Martii. *Victor* Cæſ. XVIII. & *Eutropius* VIII. 8, 2. *octogeſimo imperii die*, h. e. die 21. Mart. *Euſebius* menſes VI. quod ad Junium porrigitur.

§ 70. (l. 88.) τοῦ κατὰ τὸν Περτίνακα πάθους] Luctum populi & ſenatus, ex fama cædis ejus ortum, deſcribit *Herodianus* II. 6, 1. ſqq. vide & *Capitolinum* cap. 14. *Victorem* Epit. XVIII. 6.

§ 71. (l. 91.) Σουλπικιανὸς] Flavius Sulpicianus, ſocer Pertinacis, præfectus urbi. p. 833. B. in Var. Lect. & § 44.

§ 72. (l. 94.) αὐτοκράτωρ ἀποδειχθῇ] Idem tradit *Spartianus* in Juliano c. 2. & 3. item *Herodianus* II. 6, 12.

§ 73. (l. 95.) Ἰουλιανὸς ὁ Δίδιος] M. Didius Salvius Julianus, poſtea dictus eſt M. Didius Commodus Severus Julianus, genitus eſt patre Petronio Didio Severo, matre Clara Æmilia. *Spart.* c. 1. Salvium Julianum JCtum nobiliſſimum proavum ejus facit *Spartianus* l. c. & ad ejus mentem *Caſaubonus* pag. 571. Genealogiam Juliani pleniorem exhibet, ſed avum hujus perhibet *Eutropius* VIII. 9, 1. quod mihi magis veriſimile. *Victor* Cæſ. XIX. 2. cum avo vel proavo perperam confundit, Edictum ei perpetuum tribuens. *Fuit Conſul cum Pertinace, & in Proconſulatu Africæ eidem ſucceſſit; & ſemper ab eo collega eſt & ſucceſſor appellatus.* Ita *Spartianus* cap. 2. adde *Capitolin.* Pertin. c. 14. Præterea Belgium, Dalmatiam, Germaniam inferiorem & Bithyniam rexerat. *Spart.* l. c. *Ex præfectura vigilum ad inſignia dominatus proceſſit*, inquit *Victor* Cæſ. XIX. 1. quod non magis verum eſt, quam quod ὕπατον vocat *Jo. Antiochenus* in Exc. Peir. p. 822. Rectius *Herodianus* II. 6, 9. Ἰουλιανῷ, ἤδη μὲν τὴν ὕπατον τετελεκότι ἀρχήν.

§ 74. (l. 97.) ἀναλωτὴς ἀσελγὴς] Confirmat *Herodianus* l. c. vide & *Jo. Antiochenum* & *Suidam*. Meliora omnia de eo *Spartianus*, qui ſpeciatim in victu maximæ parſimoniæ fuiſſe perhibet c. 3.

§ 75. (l. 99.) πρὸς τοῦ Κομμόδου] Non diffitetur *Spartianus* c. 2. *Factus eſt reus per quendam Severum clariſſimum militem, conjurationis cum Salvio contra Commodum: ſed a Commodo, quia multos jam ſenatores occiderat, & quidem nobiles ac potentes, in cauſis majeſtatis, ne triſtius gravaretur, Didius liberatus eſt, accuſatore damnato. Abſolutus, iterum ad regendam provinciam miſſus eſt.*

§ 76. (l. 99.) πατρίδα τὸ Μεδιόλανον] Mediolanenſem Julianum dicit *Victor* Epit. XIX. 1. Nempe *avus* illi *paternus Inſuber Mediolanenſis. Spart.* c. 1.

A.U.C. 946 Soſſ. Falcone & Erucio Claro COSS.

tellexit, propere ad exercitum contendit. Quumque ad portas munimenti acceſſiſſet, petere cœpit a militibus Romanum imperium. Hic vero res turpiſſima, atque indigniſſima nomine urbis accidit. Roma enim, una cum toto ſuo imperio, quaſi in foro aut mercatu venalis propoſita eſt: eamque vendebant ii, qui imperatorem ſuum occiderant. Emturiebant autem Sulpicianus & Julianus, contra licentes invicem, ille intus, hic foris; atque paulatim eo ventum eſt, ut ſingulis militibus, vicena ſeſtertia licentes promitterent. Erant enim, qui utrique renuntiarent, dicerentque Juliano, “ Sulpicianus tantum nobis dabit; quid tu adjicis? „ itemque Sulpiciano, “ Julianus nobis tantum promittit; quid tu præterea polliceris? „ Potior autem fuiſſet Sulpicianus, (quippe intra caſtra, & præfectus urbis erat, priorque vicena ſeſtertia promiſerat) niſi Julianus non ſenſim amplius, ſed ſimul quinis millibus nummum eundem ſuperaſſet, eamque ſummam, magna voce clamitans, manibus ſimul oſtendiſſet. Tanta enim acceſſione mancipati milites, metuentesque ne Sulpicianus cædem aliquando Pertinacis ulciſceretur, quod Julianus ajebat fore; hunc recipiunt, & imperatorem deſignant.

12. Itaque Julianus in forum atque in ſenatum ſub veſperum contendit, magnum ducens numerum prætorianorum, cum ſignis multis, non ſecus quam ſi eos educeret ad aliquod prœlium; quod quidem faciebat, quo nos populumque perterritos ſibi adjungeret. Nam & aliis rebus eum milites efferebant, & Commodum appellabant. His cognitis rebus, nos, ut cuique nuntiatum eſt, in timorem Juliani militumque venimus, & maxime ii, quibus aliquid cum

θάνατον τοῦ Περτίνακος, [77] σπουδῇ ἐς τὸ στρατόπεδον παρεγένετο, καὶ πρὸς ταῖς πύλαις τοῦ τείχους ἑστὼς, παρεκάλει τοὺς στρατιώτας ὑπὲρ τῆς τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίας. ὅτε δὴ καὶ πρᾶγμα αἴσχιστόν τε καὶ ἀνάξιον τῆς Ῥώμης ἐγένετο. ὥσπερ γὰρ ἐν ἀγορᾷ καὶ ἐν πωλητηρίῳ τινὶ, καὶ αὐτὴ καὶ ἡ ἀρχὴ αὐτῆς πᾶσα ἀπεκηρύχθη. καὶ αὐτὰς ἐπίπρασκον μὲν οἱ τὸν αὐτοκράτορα σφῶν ἀπεκτονότες, C ὠνητιῶν δὲ ὅ, τε Σουλπικιανὸς καὶ ὁ Ἰουλιανὸς, ὑπερβάλλοντες ἀλλήλους, ὁ μὲν ἔνδοθεν, ὁ δὲ ἔξωθεν· καὶ μέχρι γε πεντακισχιλίων δραχμῶν κατ' ἄνδρα κατὰ βραχὺ προστιθέντες προῆλθον, διαγγελλόντων [z] τινῶν καὶ λεγόντων [a] τῷ τε Ἰουλιανῷ, “ ὅτι Σουλπικιανὸς τοσοῦτον δίδωσι, τί οὖν σὺ “ προστίθης; „ καὶ τῷ Σουλπικιανῷ, “ ὅτι Ἰουλιανὸς τοσοῦτον ἐπαγγέλλεται, τί οὖν σὺ προσυπισχνῇ; „ κἂν ἐπεκράτησεν ὁ Σουλπικιανὸς, ἔνδον τε ὢν καὶ πολιαρχῶν, [b] τούς τε πεντακισχιλίους D πρότερος ὀνομάσας, [78] εἰ μὴ ὁ Ἰουλιανὸς οὐκέτι κατ' ὀλίγον, ἀλλὰ χιλίαις καὶ διακοσίαις καὶ πεντήκοντα ἅμα δραχμαῖς ὑπερέβαλε, καὶ τῇ φωνῇ μέγα βοῶν, καὶ [79] ταῖς χερσὶν ἐνδεικνύμενος. τῇ τε γὰρ ὑπερβολῇ αὐτοῦ δουλωθέντες, καὶ ἅμα καὶ τὸν Σουλπικιανὸν, ὡς καὶ [80] τιμωρήσοντα [c] τῷ Περτίνακι, φοβηθέντες, ὅπερ ὁ Ἰουλιανὸς αὐτοῖς ὑπέτεινεν, ἐσεδέξαντό τε αὐτὸν καὶ αὐτοκράτορα ἀπέδειξαν.

Καὶ ὁ μὲν οὕτω πρὸς ἑσπέραν ἔς τε τὴν ἀγορὰν καὶ πρὸς τὸ βουλευτήριον ἠπείχθη, [81] παμπληθεῖς δορυφόρους μετὰ σημείων συχνῶν ὥσπερ ἐς πρᾶξίν τινα ἄγων, ἵνα καὶ E ἡμᾶς καὶ τὸν δῆμον [d] προσκαταπλήξας προσθῆται. καὶ αὐτὸν οἱ στρατιῶται τά τε ἄλλα ἐμεγάλυνον, καὶ [82] Κόμμοδον ἐπωνόμαζον. ἡμεῖς δὲ πυνθανόμενοι ταῦτα, ὥς που ἑκάστῳ διηγγέλλετο, ἐφοβούμεθα μὲν τὸν Ἰουλιανὸν καὶ τοὺς στρατιώτας, καὶ μάλιστα ὅσοι

z τινῶν. deſideratur apud RS. & HS. edit. min. ceteri eddiderunt ex Pal. accedit & Coisl. Br. & Z. τινῶν ἑκατέρῳ, L. ad marg. verum illud ἑκατέρῳ ex Zon. petitum, ibi poſitum eſt brevitatis ſtudio, pro eo quod hic ſeparatim dicitur τῷ Ἰουλιανῷ καὶ τῷ Σουλπικιανῷ, adeoque hic ἑκατέρῳ non eſt neceſſarium. a τῷ τε Ἰουλιανῷ. ſic recte Xyl. & Sylb. atque hinc HS. edit. maj. & L. ὅτι τε Ἰουλιανὸς, RS. & HS. edit. min. Pal. & Br. b τούς τε πεντακισχιλίους. congruentius τάς τε πεντακισχιλίας, ſcil. δραχμάς. Sylb. ea enim uſitata ellipſis eſt. c τῷ Περτίνακι. οἷα δὴ κηδεστῇ, addit Z. *Pertinacis ſoceri.* d προσκαταπλήξας. ſic editi omnes. unde in Sylburgii notationibus errore typographi legitur: *rectius fortaſſe* προσκαταπλήξας. voluit dicere Sylburgius, προκαταπλήξας.

§ 77. (l. 1.) σπουδῇ ἐς τὸ στρατόπεδον] Excitatus, ut *Herodianus* auctor eſt, II. 6, 7. ſqq. ab uxore (Manlia Scantilla) & filia (Didia Clara) inter epulas, ut opibus ſuis emeret imperium, quod edicto militum de muro caſtrorum plus licitanti venale proponi audiſſent. vide & *Zoſimum* l. 7. At ſi *Spartiano* c. 2. ſq. credimus, Julianus cum genero (Cornelio Repentino) volens ire in ſenatum, a duobus tribunis monitus eſt, ut locum arriperet, qui renitentem, quod jam alius Imperator dictus eſſet, in caſtra duxerunt. Addit Spartianus, uxorem & filiam poſtea Auguſtas a ſenatu appellatas trepide & invitas in palatium tranſiiſſe, quaſi jam præſagientes exitium. Sed Spartianus auctor per ſe levis & tempore inferior, in Juliano etiam ſequitur auctores partium ſtudio ductos.

§ 78. (l. 19.) εἰ μὴ ὁ Ἰουλιανὸς οὐκέτι κατ' ὀλίγον] *Spartianus* licitationem plane ſilet: dicit autem de donativo c. 2. *Sane quum vicena quina millia militibus promiſiſſet, tricena dedit.* Summa promiſſa cum Dione convenit. Nam πεντακισχιλίαις δραχμαῖς, de quibus ſupra, & nunc adjectæ 1250 drachmæ, faciunt 6250 drachmas, ſeu 25000 HS. Sed tricena pro his data prorſus refellit *Herodianus* II. 7, 2. & 11, 12. ſq. qui facultates ejus non magis quam ærarium exhauſtum implendis promiſſis dicit ſuffeciſſe, ſic ut ſpem militum fefellerit, eosque ſemel offenſos, coacta tandem ab amicis, templis, locisque publicis pecunia placare non potuerit, quippe exſolvi ſibi debitum, non dari munus, exiſtimantes.

§ 79. (l. 22.) ταῖς χερσὶν ἐνδεικνύμενος] Minus caute priores interpretes, *in manibus oſtendiſſet*; quod contra verum accipi poterat, quaſi ſummam in manibus geſtatam, & jam repræſentandam, oſtentaſſet. Potius manibus, id eſt digitorum flexu, numerum aureorum promiſſorum indicabat. Ita Marcus aureos octo ſe daturum ταῖς χερσὶ προσεπεδείξατο p. 814. A. § 121. Ita Julianus ipſe, auctore *Spartiano* c. 4. iratum populum pollicitationibus aureorum, quos digitis oſtendebat ut fidem faceret, placare conatus eſt. Ergo ſi & hic, ut moris fuit, aureos digitis *adnumeravit, non drachmas aut ſeſtertios* vel ſeſtertia: vicena *millia HS.* prius promiſſa, ſignificavit nomine ducentorum aureorum, quina millia adjecta, nomine quinquaginta aureorum. Ducenti autem exprimebantur, cum ſummus pollex dextræ inter medios indicis & impudici artus immittebatur: quinquaginta addebantur, lævæ manus pollice ad modum græci Γ verſus palmam inclinato.

§ 80. (l. 24.) τιμωρήσοντα τῷ Περτίνακι] *Spartianus c. 3. Primum Julianus monuit prætorianos, ne eum facerent imperatorem, qui Pertinacem vindicaret: deinde ſcripſit in tabulis, ſe Commodi memoriam reſtituturum.* Metu, vindicandæ per Sulpicianum cædis, milites hunc repudiaſſe, refert quoque *Herodianus* II. 6, 13.

§ 81. (l. 29.) παμπληθεῖς δορυφόρους] *Spartianus* c. 3. *Inde habita concione militari, veſpera in ſenatum venit, totumque ſe ſenatui permiſit.* Hic deſideres prætorianos armatos, ad metum ſenatui incutiendum comitantes Julianum. Sed & *Herodianus* II. 6, 18. ſqq. peccat, quod Julianum a militibus phalange facta contra vim plebis, ſtatim in palatium deductum refert, nulla ſenatus facta mentione. Præfectos prætorio Julianus jam in caſtris, ſuffragiis prætorianorum, fecerat Flavium Genialem & Tullium Criſpinum; ut diſcimus ex *Spartiano* l. c.

[e] ὅσοι τὶ οἱ πρὸς τὸν Περτίνακα ἐπιτήδειοι· καὶ γὰρ ἐγὼ ὡς ἐξ αὐτῶν ἦν, ἐπειδὴ ὑπό τε τοῦ Περτίνακος τά τε ἄλλα [f] ἐτετιμήμην, καὶ στρατηγὸς ἀπεδεδείγμην, καὶ ἐκεῖνον πολλὰ πολλάκις ἐν δίκαις [83] συναγορεύων τισὶν ἀδικοῦντα ἐπεδεδείχειν· ὅμως δ' οὖν καὶ διὰ
836 ταῦτα (οὐ γὰρ ἐδόκει ἡμῖν ἀσφαλὲς εἶναι, οἴκοι, μὴ καὶ ἐξ αὐτοῦ τούτου ὑποπτευθῶμεν, καταμεῖναι) [g] προήλθομεν, οὐχ ὅτι δεδουλωμένοι, ἀλλὰ καὶ δεδειπνηκότες καὶ ὠσάμενοι διὰ τῶν στρατιωτῶν, ἐς τὸ βουλευτήριον εἰσήλθομεν, καὶ ἠκούσαμεν αὐτοῦ τά τε ἄλλα ἀξίως ἑαυτοῦ λέγοντος, καὶ ὅτι, "Ὑμᾶς τε ὁρῶ ἄρχοντος δεομένους, καὶ "αὐτὸς, εἰ καί τις ἄλλος, [84] ἀξιώτατός "εἰμι ὑμῶν ἡγεμονεῦσαι. καὶ εἶπον ἂν πάντα "τὰ προσόντα μοι ἀγαθὰ, εἰ μὴ καὶ ᾔδειτε, "καὶ [h] πεπειραμένοι μου ἦτε. διὸ οὐδὲ ἐδεή-
B "θην πολλοὺς στρατιώτας ἐπάγεσθαι, ἀλλ' αὐτὸς "μόνος πρὸς ὑμᾶς ἀφῖγμαι, ἵνα μοι τὰ ὑπ' "ἐκείνων δοθέντα ἐπικυρώσητε." μόνος τε γὰρ ἥκω, ἔλεγε, πᾶν μὲν ἔξωθεν τὸ βουλευτήριον ὁπλίταις περιεστοιχισμένος, πολλοὺς δὲ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ συνεδρίῳ στρατιώτας ἔχων. καὶ τοῦ συνειδότος ἡμᾶς τοῦ περὶ αὐτὸν ἀνεμίμνησκεν, ἐξ οὗ καὶ ἐμισοῦμεν αὐτὸν καὶ ἐφοβούμεθα.

Καὶ ὁ μὲν, οὕτω τὴν αὐταρχίαν καὶ [85] ἐκ τῶν τῆς βουλῆς [i] δογμάτων βεβαιωσάμενος, ἀνῆλθεν ἐς τὸ παλάτιον. καὶ εὑρὼν [86] τὸ δεῖπνον τὸ τῷ Περτίνακι παρεσκευασμένον, πολλά τε αὐτοῦ κατε-
C γέλασε, καὶ μεταπεμψάμενος, ὅθεν τι καὶ ὁπωσοῦν εὑρεθῆναι τότε ἠδυνήθη πολυτίμητον, διεπίμπλατο, ἔνδον ἔτι τοῦ νεκροῦ κειμένου, [87] καὶ ἐκύβευεν, ἄλλους τε καὶ Πυλάδην τὸν ὀρχηστὴν παραλαβών. [88] τῇ [ii] δὲ δὴ ὑστεραίᾳ ἡμεῖς μὲν ἀνῄειμεν ὡς αὐτὸν, πλαττόμενοι τρόπον τινὰ καὶ σχηματιζόμενοι, ὅπως

cum Pertinace neceſſitudinis intercederet. Fui & ego ex eorum numero: me enim Pertinax cum aliis affecerat honoribus, tum prætorem deſignaverat: egoque Julianum ſæpe in cauſis agendis, quum patrocinium aliquorum ſuſcepiſſem, multa nefarie egiſſe oſtenderam. Tamen quod tutum non videbatur eſſe, domi remanere, ne vel propterea in ſuſpicionem veniremus, non quidem quaſi in ſervitutem redacti, prodivimus, ſed ante cœnati; & per milites medios perrumpentes, introivimus in ſenatum. Ibi Julianum multa ſe digna dicentem audivimus, atque illud inprimis: " Video vos imperatore opus habere, meque imperio in vos præ aliis digniſſimum eſſe. Dicerem autem apud vos de meis virtutibus, niſi eas jam cognitas haberetis, meique antea experimentum feciſſetis. Quamobrem mihi non opus fuit multis militibus, ſolusque ad vos veni; ut ea, quæ mihi ab illis data ſunt, confirmetis. „ Solum enim ſe veniſſe dicebat is, qui & foris curiam univerſam armatis circumſepſerat, & in ipſo adeo ſenatu complures habebat milites. Idem conſcientiæ nos de rebus ſuis admonebat; quæ tamen odium ſimul & metum ipſius in nobis renovabat.

A.U.C.946 Soſſ. Falcone & Erucio Claro COSS.

13. Hoc modo quum imperium ſenatus etiam conſultis ſtabiliviſſet, in palatium proficiſcitur: ubi quum inveniſſet cœnam paratam Pertinaci, deriſit illam vehementer, & arceſſitis, unde & quoquo modo tum potuit, pretioſiſſiims quibusque rebus, mortuo adhuc intus jacente, ſemet ingurgitavit, luſit aleis, & Pyladem ſaltatorem cum aliis quibusdem adſumſit. Poſtridie ejus diei nos ad eum venimus, ſimulantes aliqua ratione, & ſpeciem induentes,

e ὅσοι τὶ οἱ πρὸς τὸν Περτίνακα ἐπιτήδειοι. nihil diſcrepat Pal. (& Br.) niſi quod pro οἱ ἐπιτήδειοι habet ἦ ἐπιτήδειον. unde conjicio, veram ſcripturam eſſe, ὅσοις τε ἦν πρὸς τὸν Περτίνακα ἐπιτήδειον. Sylb. poſſes etiam ex Pal. colligere, poſt verba ὅσοι τε aliquid deeſſe. vel legas licet: ὅσοι γε οἱ &c. *f* ἐτετιμήμην. ita ſine dubio ſcribendum, pro vulgato ἐτετιμήμην. ſequitur etiam ἀπεδεδείγμην. vidit hoc Sylb. *g* προήλθομεν. ita reſcripſi ex Pal. Coisl. & Br. pro vulgato προσήλθομεν. oppoſitum eſt οἴκοι καταμεῖναι. *h* πεπειραμένοι. ſic Sylb. HS. edit. maj. & L. item Coisl. & Br. ſed πεπαρασμένοι, RS. & HS. edit. min. *i* πραγμάτων. ſic vulgo. vitioſe, pro quo confidenter ajo reponendum δογμάτων, quod *ſenatusconſulta* denotat L. προστιγμάτων vult Caſaubonus ad Spartian. p. 575. illud prætuli, & aliis in locis ſimiliter corruptum obſervavi. *ii* δὲ. Sylb. HS. edit. maj. & L. τε ceteri.

§ 82. (l. 33.) Κόμμοδον ἐπωνόμαζον] *Herodianus* II. 6, 17. καὶ πρὸς τῷ οἰκείῳ ἐκ γένους ὀνόματι Κόμμοδον ἀξιοῦσιν ἀποκαλεῖσθαι. Rationem pete ex § 80. quemadmodum & *multa, quæ Commodus ſtatuerat, Pertinax tulerat, ad conciliandum favorem populi,* (Julianus deinde) *reſtituit,* teſte *Spartiano* c. 4. Commodi nomen, quanquam rarius, legitur tamen in numis. vide *Mediob.* p. 262.

§ 83. (l. 41.) συναγορεύων τισὶ] Id feciſſe Dionem, quo tempore prætor fuit, non mirabitur, qui noverit prætores quoque, imo his ſuperiores conſules, apud aliud tribunal interdum periculis amicorum adfuiſſe patronos, cauſasque eorum peroraſſe: quod Dio hic apud tribunal ipſius Pertinacis videtur feciſſe.

§ 84. (l. 51.) ἀξιώτατός εἰμι] Credamus Dioni, qui ſenatui interfuit, non *Spartiano,* qui neſcio quo auctore: c. 3. *totum ſe ſenatui permiſit.*

§ 85. (l. 63.) ἐκ τῶν τῆς βουλῆς δογμάτων] *Spartianus* c. 3. *Facto ſenatusconſulto imperator eſt appellatus, & tribunitiam poteſtatem, jus proconſulare, in patricias familias relatus, emeruit. Uxor etiam Mallia Scantilla, & filia ejus Didia Clara, Auguſtæ ſunt appellatæ.* Senatusconſulta ſunt δόγματα; unde Leunclavii potius quam Caſauboni emendatio placuit.

§ 86. (l. 65.) τὸ δεῖπνον τὸ τῷ Περτίνακι] Ex odio hoc diſſeminatum eſſe, contendit *Spartianus* c. 3. tantum non nominatim Dionem incuſans: *Etiam hi primum, qui Julianum odiſſe cœperunt, diſſeminarunt, prima ſtatim die Pertinacis cœna deſpecta, luxurioſum paraſſe convivium, oſtreis & altilibus & piſcibus adornatum: quod falſum fuiſſe conſtat.* Sed unde tibi, Spartiane, falſum eſſe conſtat? quem auctorem laudas? non ſufficiunt nobis hæc tua: *nam Julianus tantæ parſimoniæ fuiſſe perhibetur &c.* perhibetur autem? a quo? Dionem ſcimus poſtridie mane, & poſtea ſæpius, Imperatorem ſalutatum veniſſe in palatium, & forte conviviis interfuiſſe; pag. 837. A. ut quæ ejus eſſet vivendi ratio oculis cerneret. Sed oderat Julianum. p. 835. E. Imo oderat propter vitia, quæ eadem, ut pervulgata, *Herodianus* quoque, non levis eadem ætate ſcriptor, confirmat. II. 7, 1. ἐπεὶ παρῆλθεν εἰς τὴν ἀρχὴν, τρυφαῖς ἐσχόλαζε καὶ κραιπάλαις, τῇ μὲν τῶν δημοσίων ἐπιμελείᾳ ῥαθύμως προσφερόμενος, εἰς δὲ τὸ ἁβροδίαιτον καὶ ἄσεμνον ἐπιδεδωκὼς ἑαυτόν. Idemque paulo poſt ait, multitudinem propalam prætereuntem ὡς αἰσχραῖς τε καὶ ἀμφιβόλοις ἡδοναῖς σχολάζοντα, vide & *Jo. Antiochenum* & *Suidam.*

§ 87. (l. 69.) καὶ ἐκύβευεν] *Spartianus* c. 9. *Objecta ſaue ſunt Juliano hæc, quod guloſus fuiſſet, quod aleator, quod armis gladiatoriis exercitus eſſet.*

§ 88. (l. 71.) τῇ δὲ δὴ ὑστεραίᾳ] *Spartianus* c. 4. *Ubi primum illuxit, ſenatum & equeſtrem ordinem in palatium venientem admiſit, atque unumquemque, ut erat ætas, vel patrem* (lege *fratrem* cum Grutero) *vel filium, vel parentem affatus blandiſſime eſt.* Scilicet ἀκράτῳ θωπείᾳ χρώμενος. pag. 837 A. B.

A.U.C.946 Soſſ. Falco-ne & Erucio Claro COSS.

duentes, ne mœror noſter deprehenderetur. Populus palam torvum præ ſe tulit vultum; quiſque in vulgus ſpargere quod collibuiſſet, comparare ſe ad faciendum quæ poſſet. Tandem quum ille veniſſet ad curiam, eſſetque Jano, qui erat ante fores curiæ, ſacrificaturus; quaſi de compoſito, conclamatum eſt ab omnibus, eum rapuiſſe imperium, & parricidam eſſe. Cum ille diſſimularet moleſtiam, & pecuniam eis promitteret, tum ſuccenſent vehementius, quod vellet ipſos pecunia corrumpere, exclamantque ſimul omnes; "Nolumus, non accipimus: & una, quæ in ambitu curiæ ſita erant ædificia, clamore horribili reboarunt. His Julianus auditis, diutius teneri non potuit, quin proxime adſtantes quoſque interfici juberet. Populus ea re multo gravius concitatus, non deſinebat Pertinacem deſiderare, Juliano maledicere, deos invocare, milites exſecrari. Quin etiam, multis licet paſſim per urbem ſauciatis, ac interfectis, reſiſtebant. Ad extremum arma omnes capiunt, & in Circum undique concurrunt: ibi tranſigunt eam noctem, & poſterum diem ſine cibo & potu, inclamantes quum cæteros milites, tum maxime Peſcennium Nigrum, & eos qui cum hoc erant in Syria; utque ſibi opem ferrent, petentes. Tandem clamore, fame, vigiliis, confecti diſceſſerunt, & quieverunt interea, dum exſpectarent externa auxilia.

ὅπως μὴ καταφωραθῶμεν ἐπὶ τῇ λύπῃ γενόμενοι. ὁ δὲ δῆμος [89] ἐσκυθρώπαζε φανερῶς, καὶ διελάλει ὅσα ἤθελον, καὶ παρεσκευάζοντο πρᾶξαι ὅσα ἐδύναντο. καὶ τέλος, ἐπειδὴ πρὸς τὸ συνέδριον ἦλθε, καὶ [90] τῷ Ἰανῷ τῷ πρὸ τῶν θυρῶν αὐτοῦ θύσειν ἔμελλεν, ἐξέκραγον πάντες, ὥσπερ ἐκ συγκειμένου D
τινός, τῆς τε ἀρχῆς ἅρπαγα αὐτὸν [91] καὶ πατροφόνον ὀνομάζοντες. ὡς δὲ προσποιησάμενος μὴ χαλεπαίνειν, ἀργύριόν τι αὐτοῖς ὑπέσχετο, ἀγανακτήσαντες ὡς καὶ δεκαζόμενοι, ἀνεβόησαν ἅμα πάντες, "Οὐ θέλομεν, οὐ λαμβάνομεν." καὶ αὐτοῖς καὶ τὰ πέριξ οἰκοδομήματα φρικῶδές τι συνεπήχησαν. ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Ἰουλιανὸς οὐκέτ' ἐκαρτέρησεν, ἀλλὰ τοὺς ἐγγὺς προσεστηκότας [92] κτεινεσθαι προσέταξε. E
καὶ ὁ δῆμος ἔτι καὶ μᾶλλον ἐπιπαρωξύνθη, καὶ οὐκ ἐπαύσατο οὔτε τὸν Περτίνακα ποθῶν, οὔτε τὸν Ἰουλιανὸν λοιδορῶν, οὔτε τοὺς θεοὺς ἐπιβοώμενος, οὔτε [93] τοῖς στρατιώταις ἐπαρώμενος. ἀλλὰ καίτοι πολλοὶ καὶ πολλαχοῦ τῆς πόλεως καὶ τιτρωσκόμενοι καὶ φονευόμενοι, ἀντεῖχον. καὶ τέλος ὅπλα ἁρπάσαντες [94] συνέδραμον ἐς τὸν ἱππόδρομον κἀνταῦθα διετέλεσαν τὴν νύκτα καὶ τὴν μετ' αὐτὴν ἡμέραν ἄσιτοι καὶ ἄποτοι, [k] ἐπιβοῶντες τούς τε λοιποὺς στρατιώτας, καὶ μάλιστα [95] τὸν Νίγρον τὸν Πεσκέννιον καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ ἐν τῇ Συρίᾳ ὄντας, ἐπαμῦναι σφίσι δεόμενοι. καὶ μετὰ τοῦτο τῇ τε κραυγῇ καὶ τῷ λιμῷ τῇ τε ἀγρυπνίᾳ 837
κακωθέντες, διελύθησαν, καὶ ἡσυχίαν ἦγον, τὰς
I ἔξωθεν ἐλπίδας ἀναμένοντες.

14. Julianus, rapto in hunc modum imperio, illiberaliter res capeſſere cœpit, blandiri ſenatui, & potentiſſimis quibuſque, multa eis pro-

Ἰουλιανὸς δὲ, οὕτω τὴν ἀρχὴν ἁρπάσας, [l] ἀνελευθέρως τοῖς πράγμασιν ἐχρῆτο, [96] θωπεύων τὴν βουλὴν καὶ τούς τι δυναμένους· καὶ τὰ μὲν ἐπαγγελλό-

k ἐπιβοῶντες. ſic ſcribendum eſſe, conjectura aſſecutus eram, cum inſpicienti Zonaram, non male me divinaſſe apparuit, unde recepi pro ſimplici βοῶντες. ſic & pag. 837. D. ἐπίκλητος ὑπὸ τοῦ δήμου vocatur Niger, vel ἐπικεκλημένος apud Z. pro ſequenti στρατιώτας, etiam στρατηγοὺς legi poſſe innuit Sylb. ſed στρατιώτας etiam Z. l ἀνελευθέρως. vulgo ἀνελευθέρων. ἀνελευθέρως ſcribendum eſſe ex alio loco apparet. HS. is locus eſt apud Z. unde hunc non inſpexiſſe videtur Sylb. his verbis: legendum videtur ὡς ἀνελευθέρου, vel adverbialiter ἀνελευθέρως.

§ 89. (l.74.) ἐσκυθρώπαζε φανερῶς] *Capitolinus* Pertin. cap. 24. *Populus mortem ejus indigniſſime tulit, quia videbat, omnia per eum antiqua poſſe reſtitui.* Sic & *Spartianus* c. 3. *Erat in odio populi Didius Julianus ob hoc, quod creditum fuerat, emendationem temporum Commodi Pertinacis auctoritate reparandam.* *Idem* c. 4. conviciis, lapidatione & diris proſecutos eſſe Julianum, oſtendit. Confer *Eund.* in Peſcen. c. 2. & *Herodian.* II. 6, 1. & 7, 4.

§ 90. (l.77.) τῷ Ἰανῷ τῷ πρὸ τῶν θυρῶν] Hæc ſunt, quæ Dio vocat ἐσιτήρια p. 837. C. ὅτε τὰ ἐσιτήρια πρὸ τοῦ βουλευτηρίου ἔθυεν Ἰουλιανός. *Herodianus* de Caracallo IV. 5, 2. ἐσελθὼν δὲ (ἐς τὴν σύγκλητον) καὶ θύσας, Dionis interpretem, qui ἐσιτήρια Juliani ad annum novum *Kalendis Januariis* retulerat, jam notatum vide ab eruditiſſimo *Valeſio* ad fragm. CXX. § 162. Ipſe refert ad morem ab Auguſto primum inſtitutum, teſte *Suetonio* Aug. c. 35. *ut prius quam conſideret quiſque, thure ac mero ſupplicaret apud aram ejus dei, in cujus templo coiretur.* Cui ſimile fuit apud Athenienſes ut Palladi ἐσιτήρια Senatores facerent: quemadmodum & Διὸς βουλαίου ara poſita fuit in curiæ ingreſſu. vide *Spanhem.* de U. N. T. I. p. 133. Pace tamen Præſtantiſſimi Valeſii monendum eſt, aliquid diſcriminis intercedere inter ſenatorum, curiam introeuntium, ſupplicationem, quæ thure tantum & mero fiebat, vide *Herodian.* V. 5, 14. & inter ſummorum magiſtratuum ἐσιτήρια, quæ victimis mactatis & extorum inſpectione. Illud ab Auguſto, hoc antiquius. *Gellius* XIV. 7. ex Varrone: *immolareque hoſtiam prius, auſpicarique debere qui ſenatum habiturus eſſet.* Sic Conſul L. Æmilius Paulus A. U. C. 586. in veteri monumento apud Pighium T. II. p. 378. & *Grævium* ad Suet. p. 778. *bene mane ſacrificavit ad Apollinis — hora octava ſenatus coactus.* Cæſarem quoque id moris tenuiſſe, ex eodem *Suetonio* intelligitur, in Cæſ. 18, 10. quo teſte, Cæſar, extremo die, *pluribus hoſtiis cæſis, cum litare non poſſet, introiit curiam, ſpreta religione.* προθυομένῳ τοῦ βουλευτηρίου. *Appian.* II. Civil. p. 501. A. Hoc ſenſu de Juliano *Spartianus* c. 4. *deſcendenti in curiam diras imprecati ſunt: rem divinam facienti, ne litaret, optarunt.* Veriora de hoc ritu *Caſaubonus* ad Suet. Aug. l. c. Ceterum ex Dione diſcimus, Jano ſpeciatim ante curiam ſtatuto fuiſſe ſacrificatum. Nam ut januæ omnes Jano ſacræ erant, utque is velut θυραῖος θεὸς januis præerat, ita ante curiam Jani ara fuit, cui hæc aditialia ſacra ferrent, ſenatores quidem thure ac mero, Imperatores hoſtiis.

§ 91. (l.79.) καὶ πατροφόνον] *Parricidam*, ob cædem Pertinacis. vide p. 833. § 48.

§ 92. (l.86.) κτείνεσθαι προσέταξε] *Spartianus* c. 4. *E ſenatu in Capitolium pergenti populus obſtitit, ſed ferro & vulneribus, & pollicitationibus aureorum, quos digitis oſtendebat ipſe Julianus ut fidem faceret, ſubmotus atque depulſus eſt.* De aureis promiſſis vide § 79.

§ 93. (l.90.) τοῖς στρατιώταις ἐπαρώμενος] *Spart*[illegible] l. c. *Populus autem in milites vehementiſſime invehebat*[illegible] *qui ob pecuniam Pertinacem occidiſſent.*

§ 94. (l.93.) συνέδραμον ἐς τὸν ἱππόδρομον] In [illegible] ſe recipere conſueviſſe multitudinem tumultuarie coëu[illegible] hac occaſione annotavit *Herodianus* II. 7, 4. ἔς τε τὸν [illegible] ὅπου μάλιστα τὸ πλῆθος συνιὸν ἐκκλησιάζει, τὸν Ἰο[illegible] βλασφήμουν. *Spartianus* autem l. c. ſeu Herodiani [illegible] verſe acceperit, ſeu alios ſecutus ſit auctores, non ar[illegible] populum, ſui defendendi cauſa, ſed ad ſpectaculum [illegible] dicit in Circo: *Inde ad Circenſe ſpectaculum itum* [illegible] *Sed occupatis indifferenter omnium ſubſelliis populus gem*[illegible] *vicia in Julianum.* Diſ[illegible] etiam in Peſcennio c. [illegible] *ludos Circenſes Julianus* [illegible] Unde mani[illegible] eſt, nequicquam Caſaubon[illegible] Spartiano voluiſſe ſubvenire, quaſi per *Circe*[illegible] ſed [illegible] *& locus ſpectaculor*[illegible]

§ 95. (l.96.) τὸν [illegible] *Pefce*[illegible] *grum, qui jam imperare* [illegible] *præſid*[illegible] *vit.* *Herodianus* II. 7, 5. [illegible] Ῥωμαίων [illegible] σεμνῆς βασιλείας προστάτην Νίγρον [illegible]το. Non populum modo, ſed & ſenatores ei faviſſe, & feliciter optaſſe, [illegible] *Spartianus* in Peſc. c. 2. ſq.

§ 96. (l.3.) θωπεύων τὴν βουλὴν] Vide p. 836. [illegible]

γελλόμενος, τὰ δὲ χαριζόμενος, προσεγέλα τε καὶ προσέπαιζε πρὸς τοὺς τυχόντας· ἔς τε τὰ θέατρα συνεχῶς ἐσεφοίτα, καὶ συμπόσια πολλὰ συνεκρότει· τό, τε σύμπαν, οὐδὲν ὅ, τι οὐκ ἐπὶ θεραπείᾳ
B ἡμῶν ἐποίει. οὐ μέντοι καὶ πιθανὸς ἦν, ἀλλ' ὡς ἀκράτῳ τῇ θωπείᾳ χρώμενος ὑπωπτεύετο. πᾶν γὰρ τὸ ἔξωθεν τοῦ εἰκότος, κἂν χαρίζεσθαι [m] τισὶ δοκῇ, δολερὸν τοῖς νοῦν ἔχουσι νομίζεται. ἐν μὲν δὴ τῇ Ῥώμῃ ταῦτα ἐγίνετο. περὶ δὲ τῶν ἔξω ταύτης γενομένων καὶ νεωτερισθέντων ἤδη ἐρῶ. τρεῖς γὰρ δὴ τότε ἄνδρες, τριῶν ἕκαστος πολιτικῶν στρατοπέδων καὶ ἄλλων ξενικῶν συχνῶν ἄρχοντες, ἀντελάβοντο τῶν πραγμάτων, ὅ, τε Σεβῆρος καὶ ὁ Νίγρος καὶ ὁ [97] Ἀλβῖνος· οὗτος μέν, τῆς Βρεττανίας ἄρ-
C χων, [98] Σεβῆρος δέ, τῆς [n] Παννονίας, [99] Νίγρος δέ, τῆς Συρίας. καὶ τούτους ἄρα οἱ ἀστέρες οἱ τρεῖς, οἱ ἐξαίφνης φανέντες, καὶ τὸν ἥλιον περιέχοντες, [100] ὅτε τὰ εἰσιτήρια πρὸ τοῦ βουλευτηρίου ἔθυεν [o] ὁ Ἰουλιανὸς παρόντων ἡμῶν, ὑπῃνίττοντο. οὕτω γὰρ ἐκφανέστατοι ἦσαν, ὥστε καὶ τοὺς στρατιώτας συνεχῶς τε αὐτοὺς ὁρᾶν, καὶ ἀλλήλοις ἀντεπιδεικνύειν, καὶ προσέτι καὶ διαθροεῖν ὅτι [p] δεινὸν αὐτῷ συμβήσεται. ἡμεῖς γάρ, εἰ καὶ τὰ μάλιστα καὶ ηὐχόμεθα ταῦθ' οὕτω γενέσθαι, καὶ ἠλπίζομεν, ἀλλ' ὑπό γε τοῦ παρόντος δέους οὐδ' ἀναβλέπειν
D εἰς αὐτούς, εἰ μὴ παρορῶντές πως, ἐτολμῶμεν. καὶ τοιοῦτο μὲν τοῦτο οἶδα γινόμενον.

Τῶν δὲ δὴ τριῶν ἡγεμόνων, ὧν εἴρηκα, [101] δεινότατος ὁ Σεβῆρος [q] [ἦν, τό τε μέλλον ἀκριβῶς προνοῆσαι, καὶ τὸ παρὸν ἀσφαλῶς διοικῆσαι, καὶ πᾶν τὸ κεκρυμμένον ὡς καὶ ἐμφανὲς ἐξευρεῖν, πᾶν δὲ

τὸ

promittere & largiri, ridere & jocari cum obviis, frequentare continuo theatra, multa convivia agitare; poſtremo nihil prætermittere, quod ad nos demerendos ſpectaret. Sed nemo noſtrum ei fidebat, eratque ſuſpecta omnibus immoderata ejus aſſentatio. Nam quod extra modum fit, licet videatur quibusdam eſſe gratum, tamen prudentibus fraude non carere exiſtimatur. Quæ quum Romæ facta ſint, nunc quid foris actum ſit, & qui novi motus exſtiterint, dicendum eſt. Erant tunc temporis tres viri, Severus, Niger, Albinus, quorum ſingulis ſuberant tres legiones ex civibus Romanis, & alii milites exteri quamplurimi: hi remp. capeſſiverunt. Albinus præerat Britanniæ: Severus, Pannoniæ: Niger, Syriæ. Hos viros ſtellæ tres ſignificabant, quæ viſæ derepente circum ſolem fuerunt, quum Julianus ante curiam ſacra pro adeundo imperio faceret, nobis præſentibus. Erant enim adeo conſpicuæ, ut eas milites etiam perpetuo inſpicerent, & invicem commonſtrarent, vulgarentque, Juliano magnum aliquod malum impendere. Nos autem quanquam id optabamus vel maxime, & ſperabamus fore; tamen eas aperte intueri non audebamus, timoris præſentis cauſa; niſi forte id aliquando furtim fieret. Attamen portentum ejusmodi accidiſſe, certo ſcio.

A.U.C. 946 Soſſ. Falcone & Erucio Claro COSS.

15. Ex tribus autem ducibus, de quibus paulo ante dicebam, Severus [ſagacitate animi multum præſtabat, cum & futura prævideret acriter, & præſentia tutiſſime adminiſtraret; poſ-

ſetque

m τισὶ. ita ſcribo ex Coisl. & Br. τοῖς τισὶ opponuntur οἱ νοῦν ἔχοντες. vulgo τι σοί. pro quo τι σοί, Wolf. legendum cenſuit. in Pal. pro σοὶ eſt δὲ, ita tamen ut σ ex δ factum videatur. Sylb. qui ipſe τισὶ legendum eſſe perſpexit. n Παννονίας. ſic Z. Πανονίας, Coisl. vulgo Παιονίας, perperam. vide infra p. 844. A. o ὁ Ἰουλιανός. cum articulo, Coisl. & Br. vulgo artic. deeſt. p δεινόν. δεινόν τι, Wolf. q ὁ Σεβῆρος ἦν τό τε μέλλον &c. hæc ſuppeditarunt Exc. Peir. p. 730. vulgo: ὁ Σεβῆρος ὢν καὶ προγνοὺς ὅτι &c. Videtur tamen & in Græcis Excerptor. Peir. apud Valeſ. deeſſe membrum. quorſum enim ille ultimum membrum in verſione bis efferret: *ambigua negotia haud minus quam expedita diſcernere, denique difficillimum quidque nullo negotio conficere promptiſſimus erat.*

§ 97. (l. 19.) Ἀλβῖνος μὲν τῆς Βρεττανίας] D. Clodius Septimius Albinus, familia nobili, Adrumetinus ex Africa, patre Cejonio Poſthumio, matre Aurelia Meſſalina, militiæ deditus a juventute, poſt res in Gallia præclare geſtas jam a Commodo Cæſar dictus; quod tamen ille reſpuit, dicens Commodum quærere, qui aut cum ipſo perirent, aut quos cum cauſa ipſe poſſet occidere. Sed eundem poſtea Severus Conſulem & Cæſarem dixit. Vide *Capitolin.* in Albino, qui in Gallia Imperatorem appellatum dicit c. 1. perinde ut *Spartianus* Peſc. c. 2. *Eutrop.* VIII. 10. *Victor*, Epit. XX. 2. Cæſ. XX. 9. Sed Britannicos exercitus ei verius tribuit *Spartianus* in Julian. c. 5. & *Herodianus* II. 15, 1. *Capitolinus* ipſe c. 13. ſq. quanquam ſucceſſorem ei a Commodo Junium Severum eſſe miſſum ait. Ex Britannia in Galliam transmiſit demum contra Severum ducens. *Herodianus* III. 7, 2. 6, 13. Vitiis multis eum oneravit Severus de rebus ſuis ſcribens, apud *Capitolin.* c. 1. & in oratione apud *Herodian.* III. 6, 15. quod refellit Capitolinus l. c. ſic tamen ut in recenſendis ejus vitiis ipſe non parcus ſit. c. 11.

§ 98. (l. 20.) Σεβῆρος δὲ τῆς Παννονίας] *Herodianus* II. 9, 2. ἡγεῖτο δὲ Παιόνων πάντων Σεβῆρος. Hoic ſcriptori, ut pluribus aliis Græcis, etiam *Thucydidi* II. 98. Παιονίας appellatio condonanda eſt; in Dione, qui ipſe Pannoniæ præfuit, & eam a Græcis verum neſcientibus Παιονίαν dici obſervat, pag. 413. C. ferenda utique non eſt, quippe a librariis unice profecta: unde hanc ſcripturam plurimis locis eliminavi. Sed & a Strabone, Ptolemæo, aliis Παννονίαν dici illam quæ ad Iſtrum eſt, poſt Cellarium, oſtendit *Politus* ad Euſtath. T. I. p. 263. ſq. contra Salvinum, qui id ſingulare eſſe Dioni, & apud ceteros vix obvium exiſtimaverat. Vide *eund.* T. II. pag. 777. ſq. Neque ſcio an Dionis, Strabonis & Ptolemæi auctoritati Plutarchum, Herodianum, Pæanium, Zoſimum, velut graviſſimos hac in re ſcriptores, recte opponat *Cellarius* Geogr. II. 8. p. 547. *Victor* Cæſ. XIX. 4. Severi provinciam cum provincia Peſcennii permutat: *Septimius Severus, forte Syriæ legatus, in extremis terris bellum gerebat.* Rectius alter *Victor* Epit. XIX. 2. *Hoc tempore Niger Peſcennius apud Antiochiam, in Pannoniæ Saboria Septimius Severus, creantur Auguſti.* *Spartianus* Sev. c. 5. *a Germanicis legionibus — imperator eſt appellatus apud Carnutum.* Læto ſuffragante exercitui Germanico præpoſitum refert *id.* c. 4. Quæ legiones fuerint, nummi docebunt apud *Mediob.* p. 267. ſq.

§ 99. (l. 20.) Νίγρος δὲ] C. Peſcennius Niger, interdum Nigerius in numis, Νίγερος vel Νίγερος in rarioribus maximi moduli apud *Havercampium* ad Oroſ. p. 500. cognomen Juſti ſumſit, quod legitur in numo apud *Liebium* p. 447. & *Vaillant* T. II. p. 212. Genitus patre Annio Fuſco, matre Lampridia, poſt varios ducatus, ſuffragio Narciſſi exercitus Syriacos regendos accepit. *Spart.* Peſcen. c. 1. vide infra p. 842. B. *Herodianus* II. 7. 7. ſq. præfecturam ejus ut ampliſſimam deſcribit, quippe Phœnicen omnemque ad Euphratem usque regionem complexam. Apud *Victorem* Cæſ. XX. 9. Ægyptum dux obtinuiſſe dicitur: & *Eutropius* VIII. 10, 6. ait, eum in Ægypto & Syria rebellaſſe. Non crediderim Ægypto præfectum, quæ equiti ſeparatim dari ſolebat, ſed eam Nigro acceſſiſſe. vide *Spart.* c. 5. Poſt Severum & Albinum nomen Imperatoris ſumſiſſe Peſcennium, ſcribit idem *Spartianus* c. 2. quod refellit *Herodianus* II. 8. & 9. quamvis in exſequenda re tardiorem fuiſſe indicat. De juſtitia & æquitate Nigri, vide *Herodian.* II. 7. 7. ſq. *Spart.* c. 3. ſq. & 6. aliud tamen Severi de eo judicium fuiſſe, legas ibid. c. 5. & apud *Victor.* Epit. XX. 1.

§ 100. (l. 23.) ὅτε τὰ εἰσιτήρια] Vide dicta § 90.

§ 101. (l. 33.) δεινότατος ὁ Σεβῆρος] *Herodianus* ita: II. 9, 2. τὸ μὲν γένος Λίβυς, ἐς δὲ τὴν τῶν πραγμάτων διοίκησιν γενναῖος ἅμα καὶ θυμοειδής, σκληρῷ τε βίῳ καὶ τραχεῖ ἐνειθισμένος, πόνοις τε ἀντέχων ῥᾷστα, νοῆσαί τε ὀξύς, καὶ τὸ νοηθὲν ἐπιτελέσαι ταχύς. Vide *eund.* II. 15, 1.

A.U.C. 946 Soſſ. Falcone & Erucio Claro COSS.

ſetque occulta quælibet non ſecus ac manifeſta perſpicere, & difficillima negotia velut expeditiſſima exequi.] Is quum prænoviſſet fore, ſublato Juliano, ut ipſi poſtea triumviri inter ſe colliſi de imperio contenderent, ſtatuit propinquiorem ſibi devincire, deditque literas homini fideli ad Albinum, per quas eum Cæſarem faciebat. Nigrum enim noluit, qui ſe propterea efferebat, quod ejus fidem atque auxilium populus imploraſſet. Itaque Albinus, qui ſe Severi ſocium in principatu ſperabat fore, loco ſuo manſit. Severus autem, devincta ſibi omni Europa, præter Byzantium, Romam contendit: nunquam arma deponens, ſed inter delectos ſexcentos milites optimos medius dies noctesque verſatus. Nec enim illi thoracem unquam exuerunt, antequam Romam veniſſent.

16. His cognitis rebus, Julianus Severum hoſtem judicat de autoritate ſenatus, comparatque ſe contra eum: [foſſam in ſuburbio duci, portasque in vallo ſtatui jubet: quaſi ipſe in ea caſtra venturus, atque inde bellum geſturus eſſet.] Per eos dies Roma, tanquam in hoſtili terra, nihil fuit aliud, quam caſtra. Nam magnus erat tumultus ſtabulantium exercentiumque ſe virorum, equorum, elephantorum: ingens præterea timor reliquis civibus ab armatis injectus eſt, [quippe quibus cives odio eſſent.] Nos interdum vix riſum tenebamus, quod prætoriani nihil facerent dignum ſuo nomine, aut promiſſis; molliter tantum & delicate vivere adſueti; & quod milites ejus claſſis, quæ apud Miſenum erat in ſtatione, arceſſiti, ne quidem quomodo ſe exercerent, ſatis norant; nec elephanti,

τὸ δυσδιάθετον ὡς καὶ ῥᾷστον ἐξεργάσασθαι.] προγνοὺς οὖν, ὅτι μετὰ τὸ καταλῦσαι τὸν Ἰουλιανὸν, καὶ σφίσιν αὐτοῖς οἱ τρεῖς συναράξουσι καὶ ἀντιπολεμήσουσιν ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς, ἐγνώκει τὸν ἐγγύτερον αὐτῷ [102] τὸν ἐγγύτερον αὐτῷ προσποιήσασθαι. καὶ γράμματά τινι τῶν πιστῶν δοὺς, τῷ Ἀλβίνῳ ἐπεπόμφει, [103] Καίσαρα αὐτὸν ποιῶν. τὸν γὰρ δὴ Νίγρον, φρόνημα ἔχοντα ἐκ τοῦ ἐπίκλητον ὑπὸ τοῦ δήμου γεγονέναι, ἀπέγνω. καὶ ὁ Ἀλβῖνος, ὡς καὶ κοινωνὸς τῆς ἀρχῆς τῷ Σεβήρῳ ἐσόμενος, κατὰ χώραν ἔμενεν. ὁ δὲ Σεβῆρος τὰ ἐν τῇ Εὐρώπῃ πάντα [104] πλὴν τοῦ Βυζαντίου προσποιησάμενος, ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἠπείγετο, [105] οὐδέποτε ἔξω τῶν ὅπλων γινόμενος, ἀλλ' ἑξακοσίους τοὺς ἀρίστους ἐπιλεξάμενος, ἐν μέσοις αὐτοῖς μεθ' ἡμέραν καὶ νύκτωρ διῆγεν· οὐδὲ ἀπεδύσαντό ποτε ἐκεῖνοι τοὺς θώρακας, πρὶν ἐν τῇ Ῥώμῃ γενέσθαι. E

Καὶ ὁ Ἰουλιανὸς ταῦτα μαθὼν, [106] πολέμιόν τε τὸν Σεβῆρον διὰ τῆς βουλῆς ἐποιήσατο, καὶ [107] παρεσκευάζετο κατ' αὐτοῦ. r [καὶ 838 γὰρ τάφρευμα ἐν τῷ προαστείῳ διετάφρευσε, καὶ πύλας ἐπ' αὐτῷ ἐπέστησεν, ὡς καὶ ἐνταῦθα ἐκστρατεύσων καὶ ἐκεῖθεν πολεμήσων.] καὶ ἐγένετο ἡ πόλις ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις οὐδὲν ἄλλο ἢ στρατόπεδον, ὥσπερ ἐν πολεμίᾳ. πολλὴ μὲν γὰρ ταραχὴ s καὶ αὐλιζομένων καὶ γυμναζομένων ὡς ἑκάστων, ἀνδρῶν, ἵππων, ἐλεφάντων. πολὺς δὲ καὶ φόβος ἐς τοὺς λοιποὺς ἐκ τῶν ὡπλισμένων, t [ἅτε καὶ μισούντων σφᾶς,] ἐγένετο. ἔστι δ' ὅτε καὶ γέλως ἡμᾶς ἐλάμβανεν. [108] οὔτε γὰρ οἱ δορυφόροι ἄξιόν τι τοῦ τε ὀνόματος καὶ τῆς ἐπαγγελίας σφῶν, ἅτε καὶ ἁβρῶς διαιτᾶσθαι μεμαθηκότες, ἐποίουν. καὶ [109] οἱ ἐκ τοῦ ναυτικοῦ u τοῦ ἐν τῷ Μισηνῷ ναυλοχοῦντος μεταπεμ- B

r καὶ γὰρ τάφρευμα &c. hæc leguntur in Exc. Peir. p. 730. ſq. s καὶ αὐλιζομένων καὶ γυμναζομένων ὡς ἑκάστων, ἀνδρῶν, ἵππων, ἐλεφάντων. ſic Exc. Peir. vulgo paulo aliter: αὐλιζομένων καὶ γυμναζομένων ἵππων, ἀνδρῶν, ἐλεφάντων. t ἅτε καὶ μισ. addidimus ex Exc. Peir. u τοῦ ἐν τῷ Ἀμισηνῷ ναυλοχοῦντος. hæc omittunt Exc. Peir. pro Ἀμισηνῷ autem rectius Μισηνῷ ſcribi, jam obſervavit Sylb. in Indice.

§ 102 (l. 41.) τὸν ἐγγύτερον αὐτῷ] *Herodianus* II. 15, 3. μή πως τὴν Ῥώμην, οὐ πολύ τε ἀφεστῶσαν, ἐκείνου κατὰ τὴν ἀνατολὴν ἀσχοληθέντος, ὑποποιήσηται. *ne Romam haut procul a Britannia diſtantem, ſe bellis orientalibus implicito, occuparet.*

§ 103. (l. 43.) Καίσαρα αὐτὸν ποιῶν] Nigrum pariter & Albinum ſerio primum ſubſtituere ſibi voluiſſe Severum, poſtea amore filiorum & invidia Albini ſententiam mutaſſe, dicit *Capitolinus* Alb. c. 3. 6. adde *Spart.* Sev. c. 6. & Peſc. c. 4. Verum *Herodianus* II. 15, 2. rectius hoc aſtui cum Dione tribuit; & II. 9, 18. & 14, 9. Severum ait maxime ad amorem ſimulandum & ad fallendum fuiſſe aptum; quod & apparet ex epiſtola Severi ad Albinum humaniſſima, apud *Capitol.* c. 7. & *Herod.* III. 5, 7. ſqq. cum qua tamen ſimul percuſſores in eum miſit. confer *Dionem* infra p. 850. A. Numos cum inſcr. D. CLOD. SEPT. ALBIN. CÆS. annis V. C. 946. ſq. exhibet *Mediob.* p. 265.

§ 104. (l. 47.) πλὴν τοῦ Βυζαντίου] De Byzantio repugnante infra p. 844. ſq. *Imperator eſt appellatus apud Carnutum idibus Auguſtis,* inquit *Spartianus* Sev. c. 5. ſed vide p. 839. § 126. *in Sabaria Pannoniæ,* inquit *Victor* Epit. XIX. 2. Ab Illyricis, quibus Pertinacis memoria in primis chara erat, tum & ceteris, quaſi ultor Pertinacis exceptus, atque in verba ejus juratum eſt. vide *Herodian.* II. 9. 11. ſqq. & 10. toto *Spart.* Sev. c. 5. Hinc & Pertinacis nomen ſuſcepit, ut præter *Eutrop.* VIII. 10, 4. & *Euſeb.* tradit *Herodianus* II. 10, 1. & 19. item *Spartianus* c. 7. & 14. quanquam Spartianus c. 17. putat, nomen hoc ei non tam ſua voluntate, quam ob parſimoniam tributum; & *Victor,* quia eſſet crudelis. Legitur vero in omnibus ejus numis inde ab initio ſumti Imperii. vide *Spanhem.* Diſſ. XII. p. 508. ſq. & duobus ab *Havercampio* primum vulgatis ad Oroſ. p. 498. ſq. & inſcriptione apud *Spanhemium* epiſt. I. ad Morell. § 17.

§ 105. (l. 49.) οὐδέποτε ἔξω τῶν ὅπλων] Celeritatem itineris deſcribit *Herodianus* II. 11, 1. ſq.

§ 106. (l. 54.) πολέμιον τὸν Σεβῆρον] Vide *Spartianum* in Sev. c. 5. & Julian. c. 5. ubi & miſſos dicit legatos ad exercitum Severi, qui ſuaderent Severum repudiari, miſſum ſucceſſorem Severo Valerium Catulinum, miſſum percuſſorem Aquilium centurionem. vide *eund.* in Peſc. c. 2.

§ 107. (l. 56.) παρεσκευάζετο κατ' αὐτοῦ] In urbe; ſuadentibus licet amicis, ut exercitum educeret, atque Alpium anguſtias occuparet. *Herodian.* II. 11, 15. ſqq.

§ 108. (l. 66.) οὔτε γὰρ οἱ δορυφόροι ἄξιον] Quippe qui urbana luxuria diſſoluti, vicarios operis, quod præſcribebatur, conducerent. *Spart.* Jul. c. 5. ſq.

§ 109. (l. 69.) οἱ ἐκ τοῦ ναυτικοῦ] Apud Miſenum enim & Ravennam ſingulæ legiones cum claſſibus ſtabant, quas veras legiones fuiſſe contra Lipſium evincit *Fabrettus* ad Col. Traj. p. 83. ſq.

§ 110. (l. 72.) ἀχθόμενοι τοῖς πύργοις] Locus *Herodiani* II. 11, 18. quanquam mutilus, docet tamen, apud Dionem non eſſe ἵπποις, ſed πύργοις, legendum. Eſt autem hic: τοὺς τε ἐλέφαντας πάντας, οὓς εἰς πομπὴν * ὑπηρετῶν ἐπὶ νώτων [illegible] ἐκπαιδεύων παρῆσαν· οἰόμενοι οὕτως ἐκπλήξειν τούς τε Ἰλλυρικοὺς, καὶ τὴν τῶν πολεμίων ἵππον διαταράξειν ὄψει καὶ μεγέθει θηρίων μὴ πρότερον αὐτοῖς ἑωραμένων. Nempe elephanti ſemel domiti non terrentur equis, ſed terrent equos, (perinde ac camели.) Locus jam mihi occurrit *Oroſii* duplex. Is lib. IV. 1. (ex *Floro* I. 18, 8.) De Py[illegible] *Introductas autem inter occurrentia agmina ele[illegible] odore graves, mole terribiles, ut vi[illegible] di genere circumventi & territi,* [illegible]*, diffugerunt.* *Idem* V. 13. Cn. [illegible] Pro[illegible]oges vicisse refert, *maxime cum elepha[illegible] beſtiarum hoſteſque conterriti diffugiſſent.* adde Front[illegible] g. II. 4, 12. ſq. *Polien.* IV. 20. VIII. 23, 5. Quæ ut Herodiano illuſtrando faciunt, ita oſtendunt, Dionem, ſi quam equorum voluiſſet mentionem facere, non dicturum fuiſſe οἱ ἐλέφαντες ἀχθόμενοι

A.U.C. 946 Soſſ. Falcone & Erucio Claro COSS.

πεμφθέντες, οὐδ᾽ ὅπως [x] γυμνάσωνται ᾔδεσαν οἵ τε ἐλέφαντες [110] ἀχθόμενοι τοῖς [y] πύργοις, οὐδ᾽ αὐτοὺς ἔτι τοὺς [z] ἐπιβάτας ἔφερον, [ἀλλὰ καὶ ἐκείνους κατέβαλον.] μάλιστα δὲ ἐγελῶμεν, ὅτι τὸ παλάτιον [a] κιγκλίσι τε καὶ θύραις ἰσχυραῖς ἐκρατύνατο. ἐπεὶ γὰρ τὸν Περτίνακα οὐκ ἂν ποτὲ οἱ στρατιῶται ῥαδίως οὕτως, εἴπερ συνεκέκλειστο, πεφονευκέναι ἐδόκουν, ἐπίστευεν ὅτι δυνήσεται κατακλεισθεὶς [b] ἐν αὐτῷ, ἂν ἡττηθῇ, περιγενέσθαι. ἔσφαξε μὲν οὖν καὶ [111] τὸν Λαῖτον,
C καὶ τὴν Μαρκίαν· ὥστε σύμπαντας τοὺς ἐπιβουλεύσαντας τῷ Κομμόδῳ φθαρῆναι. καὶ [112] τὸν [c] Νάρκισσον ὕστερον ὁ Σεβῆρος θηρίοις ἔδωκεν, αὐτὸ τοῦτο κηρύξας ὅτι, “Οὗτός ἐστιν ὁ Κόμμοδον “ἀποπνίξας.” [113] ἔκτεινε δὲ καὶ παῖδας συχνοὺς ἐπὶ μαγγανεύμασιν, ὡς καὶ ἀποστρέψαι τι τῶν μελλόντων, εἰ προμάθοι αὐτά, δυνησόμενος. ἐπί τε τὸν Σεβῆρον ἀεί τινας, [114] ὡς δολοφονήσοντας αὐτόν, ἀπέστειλεν. [115] [d] [Βεσπρώνιος δὲ Κάνδιδος, ἀξιώσει μὲν ἐς τὰ πρῶτα ἀνήκων, σκυθρωπότητι δὲ καὶ ἀγροικίᾳ πολὺ πλείω προφέρων, ἐκινδύνευσεν ἀποθανεῖν ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν.]

Ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνος ἐς τὴν Ἰταλίαν ἀφίκετο, καὶ
D [116] τὴν Ῥάβενναν ἀκονιτὶ παρέλαβε, καὶ οὓς ἐκεῖνος ἐπ᾽ αὐτὸν ἔπεμπεν, ἢ πείσοντας ὑποστρέψαι, ἢ εἴρξοντας τῶν παρόδων, [117] προσεχώρουν αὐτῷ· οἵ τε δορυφόροι, οἷς μάλιστα ὁ Ἰουλιανὸς ἐθάρρει, τῇ τε συνεχείᾳ τῶν πόνων ἀπεκναίοντο, καὶ πρὸς τὴν φήμην τῆς τοῦ Σεβήρου παρουσίας δεινῶς ἐξεπλήττοντο· συγκαλέσας ἡμᾶς ὁ Ἰουλιανός, [118] κοινωνὸν αὐτῷ τῆς ἀρχῆς ἐκέλευε τὸν Σεβῆρον ψηφίσασθαι. [e] [καὶ ὁ [119] Φούλβιος, ὃς ἐπὶ πονηρίᾳ καὶ ἀπληστίᾳ, ἀσελγείᾳ τε ὑπὸ Περτίνακος, ὅτε τῆς Ἀφρικῆς ἦρχε, καταδεδίκαστο, τότε ἐν τοῖς πρώτοις ὑπ᾽ αὐτοῦ

phanti, gravati turribus, ſeſſores jam ſuos ferrent, [ſed & illas ſimul dejicerent.] Præſertim vero ridebamus, quod palatium cancellis, & firmiſſimis januis muniebat. Nam Julianus, quum putaret, Pertinacem non tam facile occiſum fuiſſe a militibus, ſepto palatio; credidit ſe, ſi forte vinceretur, concluſum in eo, ſuperſtitem eſſe victurum. Interim Lætum & Marciam interfecit, ita ut omnes, qui contra Commodum conjuraverant, interierint. Narciſſum enim Severus poſtea beſtiis objecit, præconem jubens hæc pronuntiare: “Hic eſt, qui Commodum ſuffocavit.” Complures etiam pueros ad ſacra magica Julianus mactavit, quaſi ſi quid eorum, quæ futura erant, avertendi poteſtatem habiturus eſſet, modo ea ante cognoviſſet. Crebro miſit contra Severum, qui eum ex inſidiis interficerent: [legatoſque ad milites; inter quos Veſpronius Candidus, dignitate quidem vir primarius, cæterum incredibili quadam moroſitate & aſperitate, parum abfuit quin a militibus necaretur.]

17. Sed poſtquam ille in Italiam venit, Ravennamque nullo labore cepit, atque ii, quos Julianus contra eum miſerat, ut vel ei perſuaderent reditum, vel prohiberent aditibus, ad ipſum defecerunt; ac prætoriani, quibus Julianus magnopere confidebat, perpetuis laboribus defatigati, allatiſque rumoribus de adventu Severi graviter perterriti ſunt: Julianus nos convocat, jubetque, ut Severum ſocium imperii decernamus. [Tunc temporis & Fulvius, qui a Pertinace olim Africæ proconſule, ob malitiam & cupiditatem ac petulantiam, damnatus fuiſſet, ab

x γυμνάσωνται. γυμνᾶσαι, Exc. Peir. minus bene. *y* τοῖς πύργοις. ſic omnino ſcribendum ex Exc. Peir. & Suida in ἐπιστάτας, non ἵπποις, ut vulgo. *z* ἐπιβάτας. ἐπιστάτας, Exc. Peir. ſequentia, ἀλλὰ καὶ ἐκείνους κατέβαλον, addita ex Exc. Peir. *a* κιγκλίσι. Pal. & Mer. codices in margine μοχλοῖς *vectibus*. ut Sylb. in indice monuit; quæ gloſſa eſt. *b* ἐν αὐτῷ. ἐν αὐτῇ, Peir. *c* Νάρκισσον. Ναρκισσιανόν, Coisl. Br. *d* Βεσπρώνιος &c. fragmentum Dionis ex Exc. Peir. p. 733. quod huc pertinere apparet ex Spartiani Didio Jul. c. 5. *e* καὶ ὁ Φούλβιος &c. vide Exc. Peir. l. c. & Valeſ.

νοι τοῖς ἵπποις, ſed οἱ ἵπποι ἀχθόμενοι τοῖς ἐλέφασι Suſpicor autem, apud Herodianum deeſſe integrum verſum, ex veriore Dionis lectione aliquatenus reſtituendum, hoc ſenſu: οὐκ εἰς πομπὴν μόνον ἦγε, τοὺς ἐπιβάτας καὶ τὸ βάρος τῶν πύργων ἐπὶ νώτων φέρειν ἐπειρᾶτο παιδεύειν.

§ 111. (l. 80.) τὸν Λαῖτον καὶ τὴν Μαρκίαν] Lætum velut *fautorem Severi, quum per eum Commodi manus evaſiſſet. Spart.* Julian. c. 6. Nam accuſatus Severus, quaſi in Sicilia Chaldæos de imperio conſuluiſſet, (per Lætum, tunc præfectum prætorio) non modo abſolutus eſt, ſed & ſuffragante eodem Læto poſt conſulatum exercitui Germanico præfectus. *id.* Sever. c. 4. Marciam quoque interfectam dicit *idem* loco ſuperiore, ſed rationem non addit: niſi forte hæc eſt, quod Marcia Pertinacem, occiſo Commodo, per Electum & Lætum, creaſſet Imperatorem, p. 830. § 3. & ad ejus ac mariti ſui Electi necem vindicandam prona videbatur. p. 834. § 66. præſertim cum Severus ſe ultorem Pertinacis perhiberet. p. 837. § 104.

§ 112. (l. 82.) τὸν Νάρκισσον ὕστερον] Vide ſupra p. 828. § 153. quippe cujus ſuffragio Peſcennius eſſet Syriacis legionibus præfectus.

§ 113. (l. 85.) ἔκτεινε δὲ καὶ παῖδας] Rem confirmat *Spartianus* Julian. c. 7. ſed has hoſtias humanas quaſi ἀποτροπαίους ſiſtit, *quibus putaret vel odium populi deliniri, vel militum arma compeſci.* Dio alium finem indicat, nempe ad cognoſcenda quæ ſibi impenderent mala, inſpectis puerorum extis; quæ ſi inde cognoviſſet, aliis deinde ſacrificiis aut artibus magicis averteret: ὡς καὶ ἀποστρέψαι τι τῶν μελλόντων, εἰ προμάθοι αὐτά, δυνησόμενος. Simile eſt facinus Elagabali apud *Lamprid.* Heliog. c. 8. *Cædit & humanas hoſtias, lectis ad hoc pueris nobilibus & decoris per omnem Italiam patrimis & matrimis — quum inſpiceret exta puerilia & excuteret hoſtias ad ritum gentilem ſuum.* Antinoi ſacrificium huc referendum non eſſe, ſupra monui p. 793. § 99. Solebant olim Romani ſupplicationibus, & prodigiis per ſacrificia procurandis, patrimos & matrimos adhibere, tanquam miniſtros, vide *Livium* XXXVII. 3. *Jul. Obſeq.* 55. & 100. Sed quod ipſi ſacrificium fierent, id *Spartianus* l. c. recte hoſtias dicit Romanis ſacris non convenientes.

§ 114. (l. 88.) ὡς δολοφονήσοντας] Aquilium centurionem. p. 837. § 106.

§ 115. (l. 89.) Βεσπρώνιος δὲ Κάνδιδος] Nexum hujus fragmenti explicabit *Spartianus* Julian. c. 5. *Miſſi ſunt præterea legati conſulares a ſenatu ad milites, qui ſuaderent, ut Severus repudiaretur, & is eſſet Imperator quem Senatus elegerat. Inter ceteros legatus eſt Veſpronius Candidus, vetus Conſularis, olim militibus inviſus ob durum & ſordidum imperium.* Idem tamen adeo non diſplicuit Severo, ut & poſtea eo legato ſæpius uteretur. vide p. 842. E. 849. B.

§ 116. (l. 94.) τὴν Ῥάβενναν ἀκονιτί] *Spart.* c. 6. *Severus claſſem Ravennatem occupat — Tullius Criſpinus præfectus prætorio, contra Severum miſſus, ut claſſem produceret, repulſus Romam rediit.*

§ 117. (l. 96.) προσεχώρουν αὐτῷ] *Spart.* Julian. c. 6.

§ 118. (l. 100.) κοινωνὸν αὐτῷ τῆς ἀρχῆς] Ejusmodi SCtum etiam factum refert *Spartianus* l. c. quanquam *pacem ſimulatam* vocans. *ibid. incertum vere id an dolo fecerit. Id.* Sev. c. 6. reſpuente Severo. *Id.* c. 7. Aliud Juliani conſilium addit *Herodianus* II. 12, 5. & 7. cum priori nihil profeciſſet, voluiſſe eum ἐξομόσασθαι τὴν ἀρχὴν καὶ παραχωρῆσαι πάσης τῆς δυναστείας Σεβήρῳ.

§ 119. (l. 2.) Φλαύβιος] Fulvium verti, quaſi Φούλβιος legeretur. Exiſtimavi enim hunc quisquis fuit materno genere conjunctum fuiſſe Severo, eamque ob propinquitatem a Didio Juliano, adventantis Severi metu percito, promotum fuiſſe ad ampliſſimam dignitatem. Sane hunc Fulvium Afrum fuiſſe, ſatis innuit Dio. Mater porro Severi Fulvia Pia dicta eſt. Avus maternus Fulvius Pius, teſte *Spartiano* (c. 1.) VALES.

A.U.C. 946 Soſſ. Falcone & Erucio Claro COSS.

ab eodem Juliano, in gratiam Severi, inter primores adſcitus eſt.] Interea prætoriani, perſuaſi Severi literis, ſe, ſi modo Pertinacis interfectores dederent, & ab armis diſcederent, nullum damnum paſſuros; interfectores comprehendunt, idque factum eſſe Silio Meſſalæ conſuli ſignificant. Hic conſul nos convocat in Athenæum, quod nomen traxit ab exercitatione eorum, qui in ipſo erudiuntur; & quid factum ſit a militibus, exponit. Nos Juliano capitis damnato, Severum imperatorem appellavimus, & Pertinaci heroicos hŏnores reddidimus. Itaque Julianus interfectus eſt, jacens in palatio, nihilque dixit niſi hoc: “ Quid ergo crudelius admiſi? quem interfeci? „ Vixit annos LX. menſes IV. dies totidem, ex quibus imperavit dies LXVI.

τοῦ ἐκείνου, τῇ τοῦ Σεβήρου χάριτι, ἀπεδέδεικτο.] οἱ δὲ δὴ στρατιῶται, ἐκ γραμμάτων τοῦ Σεβήρου πεισθέντες, ὅτι [f] οὐδὲν κακόν, ἂν τοὺς [120] σφαγέας τοῦ Περτίνακος ἐκδῶσι, καὶ αὐτοὶ τὴν ἡσυχίαν ἄγωσι, πείσονται, τούς τε ἀποκτείναντας τὸν Περτίνακα συνέλαβον, καὶ αὐτὸ τοῦτο [121] Σιλίῳ [g] Μεσσάλᾳ τῷ ὑπατεύοντι τότε ἐμήνυσαν· καὶ ὃς, συναγαγὼν ἡμᾶς ἐς [122] τὸ Ἀθήναιον καλούμενον ἀπὸ τῆς ἐν αὐτῷ τῶν [h] παιδευομένων ἀσκήσεως, τὰ παρὰ τῶν στρατιωτῶν ἐδήλωσε· καὶ τοῦ τε [123] Ἰουλιανοῦ θάνατον κατεψηφισάμεθα, καὶ τὸν Σεβῆρον αὐτοκράτορα ὠνομάσαμεν, τῷ τε [124] Περτίνακι ἡρωϊκὰς τιμὰς ἀπεδώκαμεν. ὁ μὲν οὖν Ἰουλιανὸς οὕτως ἐν αὐτῷ τῷ παλατίῳ κατακείμενος ἐφονεύθη, [125] τοσοῦτον μόνον εἰπών, “ Καὶ τί δεινὸν ἐποίησα; τίνα ἀπέκτεινα; „ 839
ἔζησε δὲ [126] ἑξήκοντά τε ἔτη καὶ μῆνας τέσσαρας, καὶ ἡμέρας ἴσας, ἀφ' ὧν [i] ἓξ καὶ ἑξήκοντα ἦρξεν ἡμέρας.

f poſt οὐδὲν, & mox poſt Περτίνακος, vacat in Pal. (& Br.) ſpatium, unius vocabuli capax, cum tamen integra ſit ſententia. Sylb. *g* Μεσσάλᾳ. Μεσάλᾳ, ſemper, Coisl. Br. *h* παιδευομένων. ſic Sylb. HS. edit. maj. & L. ex Pal. cui adſentit Coisl. & Br. πεπαιδευμένων, RS. & HS. edit. min. *i* ἓξ καὶ ἑξήκοντα. ἑξήκοντα tantum, omiſſo ἓξ habet Z.

§ 120. (l. 7.) σφαγέας τοῦ Περτίνακος] *Spartianus* Jul. c. 8. *præmiſerat literas Severus, quibus jubebat interfectores Pertinacis ſervari.* Iis literis *ſignum vel deſerendi vel occidendi Juliani* prætorianis dediſſe, ſcribit *Idem* Sev. c. 5.

§ 121. (l. 10.) Σιλίῳ Μεσσάλᾳ] Conſuli ſuffecto a Kal. Maj.

§ 122. (l. 12.) τὸ Ἀθήναιον καλούμενον] Athenæum quod condiderat Hadrianus, conſtitutis ibi doctoribus cum ſalario: cujus tanquam ludi ingenuarum artium, quo & audiendorum Græcorum Latinorumque Rhetorum & Poëtarum cauſa iretur, meminerunt *Victor* Cæſ. XIV. 3. *Capitolinus* Pertin. cap. 11. *Lampridius* Alex. Sev. c. 35. *Capitolinus* Gordian. Sen. cap. 3. Fuit in Capitolio. vide *Nardinum* Rom. Vet. V. 13. Tom. IV. Grævii p. 1221. ſq.

§ 123. (l. 14.) Ἰουλιανοῦ θάνατον] *Spartianus* Jul. cap. 8. *Actum eſt denique, ut Juliano ſenatus auctoritate abrogaretur imperium, & abrogatum eſt, appellatusque ſtatim Severus Imperator: quum fingeretur, quod veneno ſe abſumpſiſſet Julianus, miſſi tamen a ſenatu, quorum cura per militem gregarium in palatio idem Julianus occiſus eſt. — Corpus ejus a Severo uxori Manliæ Scantillæ ac filiæ ad ſepulturam eſt redditum, & in proavi monumento translatum, milliario quinto, via Lavicana.* Priora confirmat *Herodianus* II. 12, 9. ſqq. *Victor* autem Epit. XIX. 3. *ab hoc Severo Julianus in abditas Palatii balneas ductus, extenta damnatorum modo cervice, decollatur, caputque ejus in roſtris ponitur.* Magis mira etiam *Chronicon Paſch.*

§ 124. (l. 16.) Περτίνακι ἡρωϊκὰς τιμὰς] *Capitolinus* Pertin. c. 14. *Quum ipſe quoque* (Julianus) *a militibus deſertus jam eſſet, per Senatum & Populum Pertinax in Deos relatus eſt.* Julianus enim de eo, metu militum, neque male neque bene egerat. vide *Lamprid.* Jul. c. 4.

§ 125. (l. 18.) τοσοῦτον μόνον εἰπών] *Spart.* c. 8. *fidem Cæſaris implorans, hoc eſt Severi.* *Herodianus* II. 12, 12. αἰσχρῶς ὀλοφυρόμενος ἐφονεύθη.

§ 126. (l. 20.) ἑξήκοντά τε ἔτη] *Spartianus* c. 9. *Vixit annis LVI. menſibus IV. imperavit menſibus II. diebus V.* *Victor* Epit. XIX. 1. *imperavit menſibus VII.* Sic & *Eutropius* VIII. 9. 2. *Cedrenus* p. 251. D. *dies LXVI.* ut Dio. Quoniam Pertinacis mors A. U. C. 946. Chr. 193. d. 28. Mart. contigit, p. 834. § 68. ſq. dies LXVI. additi mortem Juliani figunt in ejusdem anni Kalendis Junii. Aberrat a vero *Spartianus* Sev. cap. 5. qui Severum Imperatorem dictum ait apud Carnutum *Idibus Auguſti.* Id enim apud exercitum neceſſario fieri debuit ante Junium, nempe Idibus Maji, quod & tempori regni Juliani, quod ipſe Spartianus ponit, magis conſentaneum eſt.

DIONIS
HISTORIÆ ROMANÆ
LIBRI LXXIV. EXCERPTA
PER
JO. XIPHILINUM.

Inſeruntur Fragmenta Dionis integra quæ reperiri potuerunt.

SUMMA CAPITA LIBRI LXXIV.

Severus prætorianos Pertinacis percuſſores ulciſcitur, urbem ingreditur. c. 1. 2.

Prodigia, quæ Severo imperium portenderant. c. 3.

Pompa funeris, quod Pertinaci fieri curavit. c. 4. 5.

Bellum Severi Aug. contra Peſcennium Nigrum. c. 6—9.

Byzantii expugnatio. c. 10—14.

Temporis ſpatium.

poſt N.C.	U.C.			SEVERI
193.	946.	Q. Soſſius Falco,	& C. Erucius Clarus COSS.	I. Kal. Jun.
194.	947.	L. Septimius Severus Aug. II,	& D. Clodius Septimius Albinus Cæſ.	II.
195.	948.	Scapula Tertullus,	& Tinejus Clemens.	III.
196.	949.	C. Domitius Dexter. II,	& L. Valerius Meſſala Priſcus.	IV.

A Σεβῆρος ¹ μὲν δὴ, αὐτοκράτωρ οὕτω γενόμενος,
τοὺς μὲν χειρουργήσαντας ² τὸ κατὰ τὸν
Περτίνακα ἔργον, θανάτῳ ἐζημίωσε· τοὺς δὲ ἄλλους,
πρὶν ἐν τῇ Ῥώμῃ γενέσθαι, ³ δορυφόρους μεταπεμψάμενος,
καὶ ἐν πεδίῳ περισχὼν, οὐκ εἰδότας τὸ μέλλον
C σφίσι συμβήσεσθαι, πολλά τε καὶ πικρὰ ὑπὲρ τῆς εἰς
B τὸν αὐτοκράτορα σφῶν παρανομίας ὀνειδίσας ᵃ αὐτοὺς,
⁴ τῶν τε ὅπλων ἀπέλυσε, τούς τε ⁵ ἵππους ἀφείλετο,
καὶ ⁶ τῆς Ῥώμης ἀπήλασεν. ἔνθα δὴ οἱ μὲν ἄλλοι καὶ
ἄκοντες τά τε ὅπλα ἀπερρίπτουν, καὶ τοὺς ἵππους
ἠφίεσαν, ἔν τε τοῖς χιτῶσιν ἄζωστοι ἐσκεδάννυντο· εἷς
δέ τις, οὐκ ἐθελήσαντος τοῦ ἵππου ἀποστῆναι, ἀλλ'
ἐπακολουθοῦντος αὐτῷ καὶ χρεμετίζοντος, καὶ ἐκεῖνον
καὶ ἑαυτὸν κατεχρήσατο· καὶ ἐδόκει τοῖς ὁρῶσι καὶ ὁ
ἵππος

7. Poſtea temporis rurſus ad Iſſum apud Portas, quæ vocantur, maximum prœlium commiſſum eſt. Præerant exercitui Severiano Valerianus & Anulinus: Niger ſuas legiones ipſe præſens ad prœlium inſtruxerat. Hic autem aditus, propter anguſtiam, Ciliciarum Portarum nomen habet. Nam ab una parte prærupti montes ſurſum tendunt, ex altera profunda præcipitia in mare vergunt. [Erat alioqui Niger parum prudens, multaque ab illo, quæ præclare perficere potuiſſet, ſequius ſunt geſta: tum vero magis etiam arrogantia inflatus eſt, adeo ut novum ſe Alexandrum appellari libenter audiret; & interroganti, " Quis tibi hoc ut faceres permiſit? „ gladium oſtentans, " hic, „ diceret.] Hic Niger collocatis in colle natura ſua munito caſtris, ante milites gravis armaturæ, poſt jaculatores funditoresque, poſtremo omnium ſagittarios inſtruxit, ut & illi irruentes hoſtes cominus arcerent, & hi eminus ſuper illos viribus ſuis uterentur. A dextra lævaque partim præcipitiis, quæ ad mare ſpectabant; partim ſilva impervia munitus erat. Inſtructo in hunc modum exercitu, impedimenta a tergo collocat, ut ſi quis fugere cupiat, tamen non poſſit. Qua re animadverſa, Anulinus primum opponit ſcutatos, poſt eos, inſtruit omnes milites levis armaturæ: hos ut hoſtes eminus ultra illos arceant; illos, ut tutum viciſſim aſcenſum velitibus præſtent. Equites miſit cum Valeriano, ut ſilvam, quoquo modo poſſent, circumirent; juſſitque, ut Nigrianos a tergo de improviſo adorirentur. Poſteaquam ventum eſt ad manus, Severianis ſcuta partim opponentibus, partim ſuper capita attolentibus, in modum teſtudinis, atque ita propius ad hoſtes accedentibus, pugna utrinque diutiſſime æqualis

τιώταις τὴν φυγὴν ὀνειδίζοντος, αἰσχυνθέντες οἱ περὶ αὐτὸν, ὑπέστρεψαν, καὶ τῶν ἐναντίων ἀντεπεκράτησαν. καὶ ἂν πανωλεθρίᾳ τούτους διέφθειραν, εἰ μὴ ἡ πόλις ἐγγὺς ἦν, καὶ νὺξ σκοτεινὴ ἐγένετο. 843

[46] Μετὰ δὲ ταῦτα [z] ἐν Ἰσσῷ πρὸς ταῖς καλουμέναις Πύλαις μεγίστη γίνεται μάχη, τῷ μὲν Σεβηρείῳ στρατεύματι Οὐαλεριανοῦ τε καὶ Ἀνυλλίνου ἐπιστατούντων, Νίγρου δὲ αὐτοῦ τοῖς οἰκείοις παρόντος τάγμασι, καὶ συντάσσοντος ἐς τὸν πόλεμον. ἡ δὲ εἰσβολὴ αὕτη, αἱ [47] Κιλίκειοι πύλαι, διὰ τὴν στενότητα οὕτω προσαγορεύονται. ἔνθεν μὲν γὰρ ὄρη ἀπότομα ἀνατείνει, ἔνθεν δὲ κρημνοὶ βαθεῖς εἰς τὴν θάλασσαν καθήκουσιν. [a] [ὁ δὲ Νίγρος ἦν μὲν οὐδ' ἄλλως ἀρτίφρων, ἀλλὰ καὶ πάνυ πολλὰ δυνηθεὶς ἐπλημμέλησε. τότε δὲ καὶ μᾶλλον ὠγκώθη, ὥστε τοῖς μὲν τὸν Ἀλέξανδρον αὐτὸν νέον ὀνομάζουσι χαίρειν, τῷ δὲ ἐρομένῳ, " τίς σοι ταῦτα ποιεῖν ἐπιτέτροφεν; τὸ ξίφος δεῖξαι, καὶ εἰπεῖν, " ὅτι τοῦτο. „] ὁ οὖν Νίγρος στρατόπεδον ἐνταῦθα ἐπὶ λόφου τινὸς ἰσχυροῦ ἐποιήσατο, καὶ πρώτους μὲν τοὺς ὁπλίτας, ἔπειτα τοὺς ἀκοντιστάς τούς τε λιθοβόλους, καὶ τοξότας ἐπὶ πᾶσιν ἔταξεν ἵν' οἱ μὲν ἐκ χειρὸς τοὺς προσμιγνύντας σφίσιν ἀμύνοιντο, οἱ δὲ ἐκ πολλοῦ τῇ ἰσχύϊ καὶ ὑπὲρ ἐκείνων χρῶντο. τό, τε γὰρ ἐπ' ἀριστερᾷ καὶ τὸ ἐπὶ δεξιᾷ, ὑπό τε τῶν κρημνῶν πρὸς τῇ θαλάσσῃ, ὑπό τε τῆς ὕλης ἀνεκβάτου οὔσης ἐπέφρακτο. τό, τε οὖν στράτευμα οὕτω διέταξε, B καὶ τὰ σκευοφόρα ἐπ' αὐτῷ κατεχώρισεν, ὅπως, ἄν τις αὐτῶν φυγεῖν ἐθελήσῃ, μὴ δυνηθῇ. ὁ οὖν Ἀνυλλῖνος, ἀνιδὼν τοῦτο, τὴν μὲν ἀσπίδα προεβάλετο, καὶ ἐπ' αὐτῇ τὸ κοῦφον πᾶν ἐπέταξεν, ἵν' οἱ μὲν πόῤῥωθεν ὑπὲρ αὐτῶν ἀνείργωσι τοὺς ἐναντίους, οἱ δ' ἀσφαλῆ τὴν ἄνοδον σφίσιν ἀντιπαράσχωσι. C τοὺς δ' ἱππέας μετὰ Οὐαλεριανοῦ ἔπεμψε, τήν τε ὕλην τρόπον τινὰ περιελθεῖν, καὶ κατὰ νώτου τοῖς Νιγρείοις αἰφνίδιον ἐπιπεσεῖν κελεύσας. ἐπεὶ δὲ εἰς χεῖρας ᾔεσαν, τῶν Σεβηρείων τὰς ἀσπίδας τὰς μὲν προβαλλομένων, τὰς δὲ ἐπιβαλλομένων, [48] ἐς χελώνης D

z ἐν Ἰσσῷ. ſcripturam ſecutus eſt aliam Blancus, nimirum hanc, ἐν ἴσῳ. vertit enim, *æqualis acrisque pugna commiſſa eſt.* ſed altera lectio verior. L. a ὁ δὲ Νίγρος ἦν &c. fragmentum Dionis ex Exc. Peir. p. 734. quod huc pertinere videtur propter appellationem *novi Alexandri*, quæ occaſionem ex Iſſo cepit, ubi caſtra olim Alexander habuerat. vide Herodianum utramque pugnam contendentem lib. III. c. 4. ceterum in hoc fragmento manca videntur eſſe hæc, πάνυ πολλὰ δυνηθεὶς, ἐπλημμέλησε. puto ſcripſiſſe Dionem, πάνυ πολλὰ κατορθῶσαι δυνηθεὶς, κτλ.

§ 46. (l. 25.) μετὰ δὲ ταῦτα ἐν Ἰσσῷ] Niger a clade ad Nicæam profectus erat Antiochiam, ut novos exercitus pecuniamque contraheret. *Herodian.* III. 2, 21. Severus autem ex Bithynia & Galatia Cappadociam ingreſſus, Tauri montis anguſtias, firmis a Nigro præſidiis munitas, occupaverat, poſtquam imbribus effuſis ortus torrens munitionibus convulſis Nigrianos cedere coegiſſet. *id.* c. 3. Hinc in Cilicia Niger novis ex Syria contractis copiis occurrens Severo, confligit iterum ad Iſſum, pari cum Dario fortuna. *id.* c. 4.

§ 47. (l. 30.) Κιλίκειοι πύλαι] *Ciliciæ Portæ. Plin.* VI. 34. αἱ πύλαι λεγόμεναι ὅριον Κιλίκων τε καὶ Σύρων. *Strab.* XIV. p. 676. adde *Diodor. Sic.* XIV. 20. pluribus *Cellarium* Notit. Orb. Ant. T. II. p. 247. ſq. 251. 263. Erant ad ſinum maris Iſſicum, hinc monte Amano, hinc mari ipſo clauſæ. Locum pugnæ ſic deſcribit *Herodianus* III. 4, 4 συνέρχεται δὲ ἑκατέρωθεν ὁ στρατὸς εἰς τὸ κατὰ τὸν Ἰσσικὸν καλούμενον κόλπον πεδίον, πλατύτατόν τε καὶ ἐπιμηκέστατον· ᾧ περίκειται μὲν λόφοι εἰς θεάτρου σχῆμα, αἰγιαλὸς δὲ ἐπὶ θαλάσσης μέγιστος ἐκτείνεται ὥσπερ τῆς φύσεως ἐργασαμένης στάδιον μάχης. Dicit deinde, non locum modo congreſſus, ſed & fortunam eandem fuiſſe, ut in Darii cum Alexandro prœlio. Hoc tamen certe interceſſit diſcrimen, quod nunc qui pro Alexandro ſe gerebat, ſuccubuit. Cicero fere ibidem caſtra habuit & imperator appellatus eſt. ad Attic. V. 20. famil. II. 20. Numos in Severi victoriam, poſt Vaillantium, *Spanhemius* epiſt. V. (quæ apud Liebium III. eſt) ad Morell. § 8. & *Liebius* p. 376. illuſtrarunt.

§ 48. (l. 61.) ἐς χελώνης τρόπον] χελώνην συνασπίσαι dicit *Dio* p. 409. B. ubi plura Fabricius noſter de hoc artificio contra telorum jactum. Nota autem hic duplicem rationem jungendi ſcuta diſtincte indicatam: nam προβαλλόμενοι τὰς ἀσπίδας erant, qui in phalangis quatuor lateribus exterius conſtituti, corpora objectis ſcutis muniebant; ἐπιβαλλόμενοι τὰς ἀσπίδας, qui interius locati capita a jactu tuebantur.

§ 49. (l. 66.) εἰ μὴ νίφα &c.] *Herodian.* III. 3, 9. ſqq. cœlum Severianis militans, [illegible] non hoc loco, ſed ad Taurum [illegible] § 46.

§ 50. (l. 82.) [illegible] Vide *Herodian.* III. 4, 10.

§ 51. (l. 86) [illegible] Non nomine tantum Niger, ſed & colore [illegible] Spartian. Peſcen. cap. 6. *cervice adeo nigra,* [illegible] *ex eo Nigri nomen acceperit.* Hinc apud [illegible] c. 12. epigramma in ſimulacrum ejus ex Thebaico [illegible]:

Nigrum nomen habet [illegible]
Ut conſen[illegible]

Nempe, ut bene [illegible] Salmaſius, diu fuerat in Ægypto Peſcennius, atque ibi [illegible] colorem contraxerat.

§ 52. (l. 90.) [illegible] Antiocheni Nigro conſtanter ſtu[illegible] quod & teſtantur numi duo rariſſimi

νης τρόπον, καὶ οὕτω πλησιασάντων τοῖς ἐναντίοις, ἐγένετο μὲν ἰσόῤῥοπος ἡ μάχη ἐπὶ μακρότατον· ἔπειτα οἱ τοῦ Νίγρου πολὺ τῷ πλήθει σφῶν καὶ τῇ τοῦ χωρίου φύσει προέχον. κἂν παντελῶς ἐκράτησαν, [49] εἰ μὴ νέφη ἐξ αἰθρίας, καὶ ἄνεμος ἐκ νηνεμίας, βρονταί τε σκληραὶ καὶ ἀστραπαὶ ὀξεῖαι μεθ' ὑετοῦ λάβρου κατὰ πρόσωπον αὐτοῖς προσέπεσον. τοὺς μὲν γὰρ Σεβηρείους, ἅτε καὶ κατόπιν [b] ὄντας, οὐκ ἐλύπει ταῦτα· τοὺς δὲ Νιγρείους, ἐμπίπτοντας ἐξ ἐναντίας,
E ἰσχυρῶς ἐτάραττε. μέγιστον δ' αὕτη ἡ συντυχία τοῦ γενομένου τοῖς μὲν θάρσος, ὡς καὶ παρὰ τοῦ θείου βοηθουμένοις, τοῖς δὲ δέος, ὡς καὶ ὑπ' αὐτοῦ πολεμουμένοις, ἐμβαλοῦσα, τοὺς μὲν καὶ ὑπὲρ τὴν ἰσχὺν ἐπέῤῥωσε, τοὺς δὲ καὶ παρὰ τὴν δύναμιν ἐξεφόβησε· καὶ σφίσι φεύγουσιν ἤδη ὁ Οὐαλεριανὸς ἐπεφάνη. ἰδόντες οὖν αὐτὸν, ἀνάπαλιν ἐτράποντο· καὶ μετὰ τοῦτο, τοῦ Ἀνυλίνου σφᾶς ἀνακόψαντος, ἀνέστρεψαν εἶτ' ἄνω καὶ κάτω διατρέχοντες, ὅπῃ διαπέσοιεν, ἐπλανῶντο.

[50] Καὶ [c] φθόρον δὴ τοῦτον πλεῖστον ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ συνέβη γενέσθαι. δύο γὰρ μυριάδες τῶν
844 μετὰ τοῦ Νίγρου διώλοντο. καὶ τοῦτ' ἄρα τὸ τοῦ ἱερέως ὄναρ ἐδήλου. ἐν γὰρ τῇ Παννονίᾳ ὄντος τοῦ Σεβήρου, ὁ ἱερεὺς τοῦ Διὸς ὄναρ εἶδεν [51] ἄνδρα τινὰ μέλανα ἐς τὸ στρατόπεδον αὐτοῦ ἐσβιαζόμενον, καὶ ὑπὸ [d] χειρῶν ἀπολλύμενον. τὸ γὰρ ὄνομα τοῦ Νίγρου ἐξελληνίζοντες οἱ ἄνθρωποι, τὸν μέλανα ἐκεῖνον εἶναι ἔγνωσαν. [52] ἁλούσης δὲ τῆς Ἀντιοχείας οὐ πολλῷ ὕστερον, ἔφυγε μὲν ἀπ' αὐτῆς ὡς πρὸς τὸν Εὐφράτην ὁ Νίγρος, διανοούμενος ἐς τοὺς βαρβάρους φυγεῖν· [53] ἑάλω δὲ ὑπὸ τῶν κα-
B ταδιωξάντων, καὶ ἀπετμήθη τὴν κεφαλήν. καὶ ταύτην ὁ Σεβῆρος [54] ἐς τὸ Βυζάντιον πέμψας, ἀνεσταύρωσεν, ἵν' ἰδόντες [e] αὐτὴν οἱ Βυζάντιοι προσχωρήσωσι. μετὰ δὲ ταῦτα ὁ Σεβῆρος τοὺς τὰ τοῦ Νίγρου φρονήσαντας ἐδικαίου· [f] [καὶ τὰς πόλεις τούς τε ἰδιώτας, τοὺς μὲν ἐκόλαζεν, τοὺς δὲ ἠμείβετο. [55] τῶν δὲ δὴ βουλευτῶν τῶν Ῥωμαίων ἀπέκτεινε μὲν οὐδένα, τοὺς δὲ δὴ πλείους τὰς οὐσίας ἀφείλετο, καὶ ἐς νήσους κατέκλεισεν· ἠργυρολόγησε

æqualis fuit. Cœpere poſt Nigriani multitudine & natura loci valde ſuperiores eſſe, viciſſentque omnino; niſi cœlo ſereno, & nulla vi ventorum perturbato, nubes, venti, horribilia tonitrua, ac vehementia fulgura, cum imbre impetuoſo, exſtitiſſent, & in adverſos eorum vultus incidiſſent. Quæ res ut moleſtiam non exhibebant Severianis, quod a tergo eſſent; ita Nigrianos, quod irruerent ex adverſo, maxime conturbabant. Itaque is rerum caſus animos addidit Severianis, quaſi opem ferente Deo; hoſtibus timorem fecit, quaſi oppugnatis divinitus: atque illos adeo ſupra virium modum confirmavit, hos ultra quam vires admittere videbantur, perterrefecit. Quibus jam ſe fugæ mandantibus, Valerianus apparuit. Hunc ut vident, ſeſe denuo convertunt: ſed quum eos Anulinus ex altera parte arceret, rurſum terga vertunt, & ſurſum deorſum currentes, ſi qua evadere poſſint, vagantur.

A.U.C. 947 Severo II. & Cl. Albino COSS. & ſq.

8. In hoc prœlio maxima cædes facta eſt: deſiderata ſunt enim Nigrianorum viginti millia: eamque cladem ſomnium flaminis ante ſignificaverat. Nam quum Severus eſſet in Pannonia, flamen Dialis vidit in ſomnis nigrum quendam hominem, qui per vim irrueret in caſtra Severi, ac poſtea ſub manibus conficeretur: quod ſomnium ad Nigrum pertinuiſſe, nominis hujus ſignificatio docuit. Capta non multo poſt Antiochia, Niger ex ea ad Euphratem fuga contendit, in animo habens, apud barbaros perfugium quærere: ſed eum inſequuti Severiani capiunt, eique caput abſcindunt. Id Severus miſit Byzantium, & ſummo palo præfixit, ut eo capite viſo Byzantii in fidem venirent. His rebus geſtis, Severus eos, qui cum Nigro fecerant, perſequi cœpit; [civitatibusque juxta ac privatis hinc pœnas hinc præmia tribuit. Senatorum vero populi Romani occidit quidem neminem, at pleroſque bonis exuit, aut in inſulas relegavit. Cæterum in cogendam pecuniam incubuit

[b] ὄντας. melius ὄντα. & poſtea ἐμπίπτοντα. niſi tempeſtatem forte inter medias acies exſtitiſſe fingas, a cujus tergo quaſi Severiani conſtituti fuerint. ſed hæc utique coacta ſunt. poſtea αὕτη ἡ συντ. edidit RS. [c] φθόρον δὴ τοῦτον πλεῖστον. ſic Pal. Br. vulgo ἤδη pro δὲ. pro τοῦτον etiam τούτων legi poſſe, cenſet Sylb. [d] ὑπὸ χειρῶν. militum ſc. Sylb. in indice. quidni χειρῶν ἀνθρώπων, ut interpres legit? HS. idem videtur ſignificare, quod ἐν χερσί. [e] ἰδόντες αὐτήν. ſcil. κεφαλήν. ita ſcribendum eſſe ſuadet ipſa res, & confirmat Z. vulgo αὐτόν. [f] καὶ τὰς πόλεις τούς τε &c. Dionis hæc, Xiphilino præterita, ſuppeditarunt Exc. Peir. p. 734. ſq. in quibus ipſis tamen quædam omiſſa videntur ante verba καὶ ἠθύνετο μέν που καὶ αὐτὸς τοῦτο, quæ ad hominum iniqua judicia referri recte vidit Valeſius.

ſimi maximi moduli in Nigrum, ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ, apud *Havercamp.* ad Oros. p. 500. ſq. & alius numus apud *Pedruſi* T. V. tab. XVIII. num. 1. & *Spanh.* de U. N. Diſſ. XI. pag. 242. dubiæ tamen fidei ejus judicio, vel adulterinus plane & recens ſi *Harduinum* audimus, qui neſcio quo jure ad Antiochiam Cariæ refert, ad quam non magis pertinere videtur, quam alius M. Aurelii, ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ, ad eandem Cariæ Antiochiam ab eo relatus, cum ad Syriacam ſpectet. Antiochenſium nunc odio Laodiceni Severo favebant. *Herodian.* III. 3, 3. vide infra § 80. *Igitur Antiochenſibus iratior fuit Severus, quod & adminiſtrantem ſe in oriente riſerant, & Nigrum etiam victu juverant: denique multa his ademit.* *Spart.* Sev. c. 9. Antiochia proinde capta Laodicenis adjudicatur. *Herod.* III. 6, 19. in ſolatium nempe calamitatis, quia Niger Laodiceam deficientem, immiſſis Mauris, vaſtaverat. *Id.* III. 3, 5. ſq. Hinc Laodicea metropolis & juris Italici colonia facta, & *Severiana* vel *Septimia* dicta in numis. vide *Noriſii* Epochas Syro-Maced. III. 2. p. 274. ſqq.

§ 53. (l. 93.) ἑάλω δὲ] ἔν τινι προαστείῳ, *in ſuburbio* Antiochiæ, teſte *Herodiano* III. 4, 13. ſq. *inventus juxta paludem ſemivivus,* ut ait *Spart.* Peſc. c. 9. apud Cyzicum c. 5. quod falſum eſſe monui § 43.

§ 54. (l. 95.) ἐς τὸ Βυζάντιον πέμψας] Confundit res *Spartianus* Peſc. c. 6. *hujus caput circumlatum pilo Romam miſſum.* confer *eund.* in Severo c. 9. Albini enim caput Romam miſſum, teſte *Herodiano* III. 8, 2. Nigri vero Byzantium, ut eo citius ad deditionem compelleretur civitas in defendendis Nigri partibus pertinaciſſima.

§ 55. (l. 100.) τῶν βουλευτῶν ἀπέκτεινε οὐδένα] Lampridius (ſeu *Spartianus* c. 9.) *neque quenquam Senatorum, qui Nigri partium fuerant, præter unum, ſupplicio affecit.* & mox: *in multos animadvertit, præter ordinem ſenatorium, qui Nigrum fuerant ſecuti. Eos ſenatores occidit, qui cum Nigro militaverant ducum vel tribunorum nomine.* (De his & *Herodianus* III. 4, 16. τοὺς φίλους αὐτοῦ — πάντας ἀφειδῶς ἐκόλασε.) Porro Severus, principatus exordio, more bonorum principum, juraverat, ſe nullum ſenatorem occiſurum, & Senatusconſultum de ea re fieri juſſerat. Verum ipſemet primus contra eam legem peccavit, quippe qui multos ſenatores ſuſtulerit, atque in his Julium Solinum, qui id Senatuſc de quo dixi, perſcripſerat. Is eſt, ut opinor C. Julius Solinus, cujus liber exſtat Polyhiſtoris titulo. (ſed vide ſupra § 12.) Xiphilinus quidem & Zonaras Ἰούλιον Σόλωνα eum appellant tum hic tum in rebus Commodi.

VALES.

A.U.C. 947 Severo II. & Cl. Albino COSS. & ſq.

incubuit acriter. Ut enim cætera omittam, quæcunque privati juxta & nationes, non modo ſponte, ſed & cogente metu, Nigro contulerant, eorum ipſe quadruplum exegit. Neque vero erat neſcius, id ab omnibus improbari: ſed cum plurima pecunia opus haberet, ſermones hominum parvi pendebat.]

9. Caſſius autem Clemens ſenator, quum apud ipſum Severum cauſa ejus ageretur, non modo verum non celavit, ſed etiam libere in hanc ſententiam dixit: " Ego te antea, æque ac Nigrum, ignorabam. In ipſius autem partibus deprehenſus, neceſſario præſentibus ſervii; non ut tibi bellum inferrem, ſed ut Julianum opprimerem. Nihil igitur in hac re peccavi, quod principio eidem, cui tu, conſilio ſtudui, & quod ad te poſtea, relicto eo, qui mihi datus erat divinitus, non defeci. Neque enim tu quenquam eorum, qui nunc tibi in judicio aſſident, voluiſſes, te prodito, ad illum perfugere. Noli igitur noſtra corpora aut nomina æſtimare, ſed res ipſas. Etenim omnia, quæ in nobis damnaveris, eadem in te ipſo ſociiſque tuis damnes neceſſe eſt. Nam ſi vel maxime tu nullo judicio aut ſententia reus peragaris, tamen fama hominum, quam nulla unquam delebit oblivio, videberis eadem, quia aliis acciderint, reprehendiſſe. „ Severus hominis admiratus libertatem loquendi, dimidiam ei partem bonorum conceſſit. [Accuſati vero quoque ſunt per calumniam plurimi, quod Nigri partes foviſſent, qui tamen Nigrum nunquam viderant, neque auxilio adjuverant. Tentabat autem Severus Erucium Clarum, quem adverſus puniendos indicem ac delatorem ſubornaret; quo & viri exiſtimatio imminueretur, & ex nobilitate illius, famaque virtutis, major auctoritas judicio accederet. Itaque veniam & incolumitatem ei pollicitus eſt, ſi hanc ſibi operam præſtare vellet. Sed cum mori potius Clarus, quam ejusmodi delationem ſuſcipere mallet, converſus

λόγησέ τε δεινῶς. τά τε γὰρ ἄλλα, καὶ ὅσα τῷ Νίγρῳ καὶ ἰδιῶταί τινες καὶ δῆμοι, οὐχ ὅτι ἑκούσιοι, ἀλλὰ καὶ ἀναγκαστοὶ ἐδεδώκεσαν, τετραπλάσια ἐπεισέπραξε. καὶ ᾐσθάνετο μέν που καὶ αὐτὸς τοῦτο· πολλῶν δὲ δὴ χρημάτων χρῄζων, ἐν οὐδενὶ λόγῳ τὰ θρυλλούμενα ἐποιεῖτο.]

[56] Κάσσιος δὲ [g] Κλήμης βουλευτὴς παρ᾽ αὐτῷ τῷ Σεβήρῳ κρινόμενος, οὐκ ἀπεκρύψατο τὴν ἀλήθειαν, ἀλλ᾽ [h] ὧδέ πως ἐπαῤῥησιάσατο· " Ἐγὼ, " ἔφη, οὔτε σὲ οὔτε Νίγρον ἠπιστάμην· καταληφθεὶς δὲ δὴ ἐν τῇ ἐκείνου μερίδι, τὸ παρὸν " ἀναγκαίως ἐθεράπευσα, οὐχ ὡς σοὶ πολεμήσων, " ἀλλ᾽ ὡς Ἰουλιανὸν καταλύσων. οὔτ᾽ οὖν ἐν " τούτῳ τι ἠδίκησα, τὰ αὐτά σοι κατ᾽ ἀρχὰς " σπουδάσας, οὔθ᾽ ὅτι μὴ πρὸς σὲ ὕστερον, ἐγκαταλιπὼν ἅπαξ ὃν ὑπὸ τοῦ δαιμονίου ἔλαβον, " μετέστην. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ σὺ τῶν παρακαθημένων σοι καὶ συνδικαζόντων τούτων οὐδένα ἂν " ἠθέλησας προδόντα σὲ πρὸς ἐκεῖνον αὐτομολῆσαι. ἐξέταζε οὖν μὴ τὰ σώματα ἡμῶν, μηδὲ " τὰ ὀνόματα, ἀλλ᾽ αὐτὰ τὰ πράγματα. πᾶν " γὰρ ὅ, τι ἂν ἡμῶν καταγνῷς, τοῦτο καὶ σεαυτοῦ καὶ τῶν σῶν ἑταίρων καταψηφιῇ. καὶ D " γὰρ εἰ τὰ μάλιστα μήτε δίκῃ μήτ᾽ ἀποφάσει τινὶ ἁλώσῃ, ἀλλὰ τῇ παρὰ τοῖς " ἀνθρώποις φήμῃ, ἧς ἐς ἀΐδιον μνήμη καταλείψεται, δόξεις [i] ταὐτὰ, ἐφ᾽ οἷς " συνέβη ἑτέροις, ἐγκαλεῖν. „ τοῦτον μὲν οὖν ὁ Σεβῆρος τῆς παῤῥησίας θαυμάσας, τὴν ἡμίσειαν αὐτῷ τῆς οὐσίας ἔχειν συνεχώρησεν· [k] [συχνοὶ δὲ ὡς καὶ τὰ τοῦ Νίγρου φρονήσαντες, καὶ τῶν οὔτ᾽ ἰδόντων ποτὲ αὐτὸν, οὔτε συναραμένων οἱ, ἐπηρεάσθησαν. ἐπεχείρησε δὲ ὁ Σεβῆρος τοὺς τιμωρουμένους ὑπ᾽ αὐτοῦ τῷ [57] Κλάρῳ τῷ Ἐρυκίῳ μηνυτῇ κατ᾽ αὐτῶν χρήσασθαι, [58] ἵνα τόν τε ἄνδρα διαβάλῃ, καὶ τὸν ἔλεγχον ἀξιοχρεώτερον πρός τε τὸ γένος αὐτοῦ, καὶ πρὸς τὴν δόξαν ποιεῖσθαι νομισθείη. καὶ τήν γε σωτηρίαν τήν τε ἄδειαν αὐτῷ δώσειν ὑπέσχετο. ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνος ἀποθανεῖν μᾶλλον, ἢ τοιοῦτόν τι

g Κλήμης. ita Z. Br. & Coiſl. rectius quam vulgo Κλήμεντ. b ὧδί πως. ſic omnes editiones, præter L. qui ὧδί πως ſcripſerat, quod reperio etiam in Br. mox καταληφθεὶς legendum eſſe, pro καταλαμφθεὶς, monuit quidem L. ſed non laudavit autorem Zonaram, quem nos ſecuti, vocem recepimus. i ταὐτὰ ſcripſi pro vulgato ταῦτα. k συχνοὶ δὲ ὡς καὶ &c. fragmentum Dionis ex Exc. Peir. p. 737. huc ni fallor referendum: in quo ſcripſi ἐπηρεάσθησαν pro ἐπηρεάσθησαν. ceterum pro τοὺς τιμωρουμένους ὑπ᾽ αὐτοῦ &c. κατ᾽ αὐτῶν χρήσασθαι, videtur dicendum fuiſſe: κατὰ τῶν τιμωρουμένων ὑπ᾽ αὐτοῦ &c. χρήσασθαι. vel χρησάμενος, δικάσασθαι. in fine autem fragmenti, pro τὸ τότε αὐτοῦ, MS. habebat τὸ τότε αὐτῷ.

§ 56. (l. 10.) Κάσσιος δὲ Κλήμης] Non poſſum a me impetrare, ut aſſentiar Summo Viro, qui ad *Spartiani* Severum c. 17. p. 621. (collato *Victore* Cæſ. XX. 11.) exiſtimat, hunc Clementem indicari a Spartiano & Victore, ubi tradunt fuiſſe quendam ex hoſtibus victis, qui puniendus ad Severum dixerit: *quid quæſo faceres tu, ſi hic eſſes?* cui Severus: *ea perferrem quæ tu.* Is enim necatus eſt, cum Clemens liberatus ſit: is partium Albini, Clemens Nigri: neque eadem cum Clemente vel dixiſſe, vel reſponſa accepiſſe legitur.

§ 57. (l. 37.) Κλάρῳ τῷ Ἐρυκίῳ] Erucius Clarus Coſ. A. U. C. 946. p. 828. A. filius forte ejus Erucii Clari, quo Conſule natus erat Severus, teſte *Spart.* cap. 1. & cujus *Gellius* meminit VI. 6. Hunc interfectum a Severo *Spartianus* dicit cap. 13.

§ 58. (l. 39.) ἵνα τὸν ἄνδρα διαβάλῃ] Turpe enim eſt Senatori, nedum Conſulari, delationem exercere. Hinc *Tacitus* alicubi (forte Ann. IV. 68. ſq.) ut novum & indecorum notat, quod Senator delatoris partes ſuſtineret. Sane ſenatoria perſona indicium profiteri non poteſt ſalvis legibus, ut ait *Aſconius* in Divinationem (cap. 11.) & Marcianus in lege 18. D. de jure fiſci. lib. XLIX. tit. 14. *Clariſſimi viri deferre non poſſunt.* Itaque Dio lib. LVIII. merito Tiberium accuſat, qui cum neſcio quis, qui olim centurio fuerat, indicium profiteri vellet, vetuit ne quisquam veteranus indicium profiteretur, cum tamen & equites & ſenatores id facere permitteret. p. 635. A.
VALES.

§ 59. (l. 51.) ὁ δὲ κόλπος αὐτῶν] De Byzantii ſitu confer pluribus *Caroli du Freſne* Hiſtoriam [illegible]antinam P. II. lib. I. de Cpoli Chriſtiana c. 1.

§ 60. (l. 55.) τοῦ Βοσπόρου [illegible] *Cangium* l. c. cap. 14. Freti naturam & cu[illegible] [illegible]pontidem, accommoditates inde By[illegible] copioſiſſime deſcripſit *Polybius* l[illegible] [illegible]cit. Annal. XII. 63. & ibi Li[illegible] [illegible]des in nummis, apud *Sp*[illegible]

§ 61. (l. 56.) [illegible] dicto. *Cangius* c. [illegible]

§ 62. (l. 60.) τ[illegible] Ceratinus [illegible] de quo *Cangius* c. 3. [illegible] Duplicis portus poſtea memini[illegible] Ceratinus per ſe totus p[illegible] ſecundum *Procopium* l. 1. de [illegible] res intra hunc ſinum, & intra [illegible] runt, catenis clauſi vide infra. [illegible] eruditiſſimus Cangius pag. 11. ſcri[illegible] Dionis haud omnino facile eſſe, aſſequi, qua urbis [illegible] portus fuerint,

τι ἐνδεῖξαι ἔμελλε, πρὸς τὸν Ἰουλιανὸν ἐτράπετο, καὶ τοῦτον ἀνέπεισεν. καὶ διὰ τοῦτ' αὐτὸν ἀφῆκεν, ὅσον γε μήτ' ἀποκτεῖναι, μήτ' ἀτιμάσαι. ταῖς γὰρ δὴ βασάνοις ἰσχυρῶς πάντα ὑπ' αὐτοῦ ἠκρίβωσεν, ἐν οὐδενὶ λόγῳ τὸ ἀξίωμα τὸ τότε αὐτοῦ ποιησάμενος.]

Οἱ δὲ δὴ Βυζάντιοι καὶ ζῶντος τοῦ Νίγρου καὶ τελευτήσαντος, πολλὰ καὶ θαυμαστὰ ἔδρασαν. [59] ἡ δὲ πόλις αὐτῶν [l] ἐν καιρῷ πάνυ καὶ τῶν ἠπείρων καὶ τῆς διὰ μέσου σφῶν θαλάσσης
E κεῖται, τῇ τε τοῦ χωρίου ἅμα καὶ τῇ [60] τοῦ Βοσπόρου φύσει ἰσχυρῶς παρεσκευασμένη. αὐτή τε γὰρ [61] ἐπὶ μετεώρου πεπόλισται, προέχουσα ἐς τὴν θάλασσαν· καὶ ἐκείνη χειμάῤῥου δίκην ἐκ τοῦ Πόντου καταθέουσα, τῇ τε ἄκρᾳ προσπίπτει, καὶ μέρει μέν τινι ἐς τὰ δεξιὰ ἀποτρέπεται, κἀνταῦθα [62] τόν τε κόλπον καὶ τοὺς λιμένας ποιεῖ· τῷ δὲ δὴ πλείονι πρὸς τὴν Προποντίδα παρ' αὐτὴν τὴν πόλιν πολλῇ σπουδῇ χωρεῖ. καὶ μέντοι καὶ τὰ [63] τείχη καρτερώτατα εἶχον. ὅ, τε γὰρ
845 θώραξ αὐτῶν λίθοις τετραπέδοις παχέσι συνῳκοδόμητο, πλαξὶ χαλκαῖς συνδουμένοις, καὶ τὰ ἐντὸς αὐτοῦ καὶ χώμασι καὶ οἰκοδομήμασιν ὠχύρωτο· ὥστε καὶ ἓν τεῖχος παχὺ τὸ πᾶν εἶναι δοκεῖν, καὶ ἐπάνωθεν αὐτοῦ περίδρομον καὶ στεγανὸν καὶ εὐφύλακτον ὑπάρχειν. [64] πύργοι τε [m] πολλοὶ καὶ μεγάλοι ἔξω τε ἐκκείμενοι, καὶ θυρίδας πέριξ ἐπαλλήλας ἔχοντες ἦσαν ὥστε τοὺς προσβάλλοντας τῷ κύκλῳ ἐντὸς αὐτῶν ἀπολαμβάνεσθαι. δι' ὀλίγου τε γὰρ καὶ οὐ κατευθὺ, ἀλλ' οἱ μὲν τῇ, οἱ δὲ τῇ σκολιώτερον ᾠκοδομημένοι, πᾶν τὸ
B προσπίπτον σφίσιν ἐνεκυκλοῦντο. τοῦ δὲ δὴ περιβόλου τὰ μὲν πρὸ τῆς ἠπείρου, [n] μέγα ὕψος, ὥστε καὶ τοὺς τυχόντας ἀπ' αὐτῶν ἀμύνασθαι· τὰ δὲ πρὸς τῇ θαλάττῃ, ἧττον. αἵ τε γὰρ πέτραι ἐφ' ὧν ἐπῳκοδόμηντο, καὶ ἡ τοῦ Βοσπόρου δεινότης, θαυμαστῶς σφίσι συνεμάχουν· [65] οἵ τε λιμένες ἐντὸς τείχους, [66] ἀμφότεροι κλειστοὶ ἁλύσεσιν ἦσαν, καὶ [67] αἱ χηλαὶ αὐτῶν πύργους ἐφ' ἑκάτερα

converſus ad Julianum Severus, id ut faceret homini perſuaſit. Qua de cauſa eum a mortis certe ſupplicio & infamia immunem dimiſit; cæterum tormentis acerrimis cuncta ex eo accurate quæſivit, nulla præſentis ejus dignitatis ratione habita.]

A.U.C.947 Severo II.& Cl. Albino COSS.&ſq.

10. Byzantii autem, non ſolum Nigro vivo, ſed etiam mortuo, multa eaque admirabilia geſſerunt. Eorum urbs ſita in opportuno loco, propter continentem, quam habet utrinque, & mare quod medium intercedit, loci ipſius Bosporique natura munitiſſima eſt. Nam quum ædificata ſit in edito loco, prominet in mare, quod veluti torrens fertur ex Ponto, & promontorio urbis adlabitur, flectiturque aliqua ex parte ad dexteram, ubi ſinum & portus facit: majori vero ex parte in Propontidem prope ipſam urbem magna celeritate defluit. Habebant vero mœnia munitiſſima, quorum lorica conſtructa erat craſſis & quadratis ſaxis, ferrearum laminarum ope inter ſe colligatis: interius aggeribus ædificiiſque ita fuerant munita, ut totum opus tantum unus murus craſſior eſſe videretur; ſuper quo ambitus erat opertus, & tutus. Aderant & plures magnæ turres projectæ extrinſecus, quæ oſtiola undique ſibi reſpondentia habebant: quo fiebat, ut qui ambitum murorum invaderent, intra turres ipſas interciperentur. Nam exiguo intervallo, nec directo ordine, ſed hac illac ſtructæ in ſinuatis murorum anfractibus, quidquid ad muros accederet, intra ſe concludebant. Ambientis urbem muri partes obverſæ continenti magnam altitudinem habebant, ita ut quemlibet inde rejicere hoſtem poſſent; at mari obverſæ, minorem. Ab hac enim parte, ſcopuli, quibus inædificata erant mœnia, cum ipſo impetu Boſpori, mirifice eos tuebantur. Præterea ambo portus intra murum catenis claudebantur; & projectæ in mare portuum ſaxeæ moles, ab utraque parte turres

l ἐν καιρῷ. forte ἐγκαίρως, Cangius in Cpoli Chriſtiana p. 1. ſane Polybius lib. IV. p. 306. A. Βυζάντιοι, inquit, εὐκαιρότατον οἰκοῦσι τόπον. poſſemus tamen & cum Procopio lib. I. de ædific. cap. 5. ἐν καλῷ legere. & ſic in loco ſimillimo apud Dionem p. 174. B. vide & Lamb. Bos ellipſes, in τόπῳ. niſi malis ἐν καιρίῳ, ſc. μέρει. vide eund. quod quamvis ad literas magis accedens non præfero. *m* πολλοί. deſideratur apud RS. & HS. edit. min. ex Mer. additum a ceteris. habet & Br. *n* μέγα ὕψος. verbum aliquod aut poſt ὕψος, aut poſt ἠπείρου deſideratur, puto ἦχον. L.

erint, num ad Propontidem, an ad ſinum Ceratinum. At Dio ibi ſinum ſimul & portus effici dicit, ubi ex Ponto inſtar torrentis delatum mare apud Acropolin Byzantii dextrorſum flectitur. Atqui ſi unus idemque flexus in dextrum, & ſinum & portus efficit, non alibi quam in ipſo ſinu portus ſiti eſſe potuerunt, neque ad propontidem quærendi ſunt. Patebit hoc ipſum ex catena prætenſa, de qua infra § 65.

§ 63. (l. 64.) τείχη καρτερώτατα] Adi laudatum *Cangium* c. 8. & qui in primis cum Dione conſpirat, *Herodianum* III. 1. 14. ſq. Fallitur tamen præſtantiſſimus *Kuſterus*, qui Suidæ fragmentum in Βυζάντιον ex Dione ſeu Xiphilino αὐτολεξεὶ deſcriptum dicit; quod de poſterioribus tantum verum eſt, quæ de ſeptem turribus agunt p. 847. Prima enim deſcripta ſunt ex Herodiano III. 1, 14.

§ 64. (l. 71.) πύργοι τε πολλοί] De his *Cangius* c. 9. pag. 12. ſq. ſecundum Codinum fuerunt numero XXVII.

§ 65. (l. 82.) οἵ τε λιμένες ἐντὸς τείχους] Vide ſupra § 62. Sinus Ceratinus, τὸ κέρας τὸ Βυζαντίων, ſeu κόλπος ἐοικὼς ἐλάφου κέρατι, ut ait *Strabo* VII. p. 319. ſq. εἰς πλείονας σχίζεται κόλπους, ὡς ἂν κλάδους τινάς. *in plures ramos ſeu minores ſinus ſinditur.* Hinc pluribus portubus aptus, quorum Dionyſius Byzantinus tres Byzantio adſcribit; Cangius vero ex hoc Dionis loco colligit, tertium ante Severi tempora velut inutilem exaggeratum fuiſſe.

§ 66. (l. 83.) ἀμφότεροι κλειστοὶ ἁλύσεσιν] Probat quidem *Cangius* c. 6. pluribus veterum & recentiorum locis, toti ſinui Ceratino, ab Acropoli ad caſtellum Galaticum in adverſo ſinus littore, prætenſam aliquando fuiſſe catenam unam, trabibus innatantem, cujus extrema utrinque a crepidinibus Acropoleos & caſtelli Galatici ſuſpenſa & firmata fuerint. Sed ſi ejusmodi grandem catenam intellexiſſet Dio, non dixiſſet ἀμφοτέρους λιμένας κλειστοὺς ἁλύσεσι, quod aliter intelligere non poſſumus, quam ſingulis tunc temporis portubus peculiaribus in ſinu Ceratino prætenſas fuiſſe ſingulas catenas, a ſaxeis molibus in mare projectis ſuſpenſas.

§ 67. (l. 84.) αἱ χηλαὶ αὐτῶν] χηλὴ proprie forfex, item ungula biſulca, qualis bovis, ovis, capræ, deinde metaphorice promontorium, & porrecta in mare ſaxea moles. *Suidas* in χηλαί. λέγεται δὲ τὰ τῶν θαλαττίων ἔρματα χηλαὶ καρκίνων, καὶ τῶν λιμένων αἱ ἐξοχαί. Kuſterus ſic vertit: *item* χηλαὶ *vocantur cancrorum brachia, & ſaxeæ moles portubus objectæ.* ſed in notis vel corrupta vel mutila putat, nec ſe quem ſenſum habere poſſint videre. Ego ſic intelligo: *maritimorum item locorum oſtia, & prominentes portuum moles, vocantur cancrorum brachia.* confer & de voce *Pollucem* I. 102. *Cangium* pag. 11. & *la Cerdam* ad Virgil. Æn. IX. 710. not. 10. Cel. *Jac. Phil. d'Orvillium* in nuperrimis ad Charitonem eruditis annotationibus p. 116.

A.U.C. 947 Severo II. & Cl. Albino COSS. & ſq.

turres eminentes ſuſtinebant; adeo quidem, ut acceſſum navibus hoſtium difficilem efficerent. In ſumma, Boſporus maximum Byzantiis adfert adjumentum, in cujus fluxum ſi navis ſemel venerit, ad terram vel invita appellitur. Quæ res ut eſt amicis gratiſſima, ita hoſtibus moleſtiſſima. C

11. Neque vero Byzantium ita ſolum muro muniebatur, ſed erant inſuper in eo muro ubivis machinæ cujusvis generis, quibus partim ſaxa grandia trabesque conjiciebant in hoſtes, ſi quando propius accederent; partim emittebant lapides, telaque, atque haſtas, ſi abeſſent longius: ita ut nemo ad ea loca, ex ſatis magno intervallo poſſet accedere ſine periculo. Inerant nonnullis machinis harpagones, quæ demittebantur ſubito, attrahebantque celeriter machinas juxta & naves hoſtium. Has Byzantiorum machinas magnam partem Priſcus municeps meus conſtruxerat: quam ob cauſam poſtea & reus capitis factus, & abſolutus eſt. Nam Severus, cognita viri arte, vetuit ipſum morte multari, ejusque opera deinceps cum in multis aliis rebus, tum in Atrorum oppugnatione eſt uſus. Solæ ſane machinæ, quas ille fecerat, non ſunt a barbaris exuſtæ. Byzantiis quoque paratæ naves erant quingentæ, magna ex parte uniremes, nonnullæ etiam biremes, & roſtratæ: quædam utrimque a prora puppique gubernaculis inſtructæ, utrinque gubernatores & nautas habebant, quo absque converſione & adnavigarent & recederent, & hoſtes acceſſu pariter ac receſſu ſuo fallerent. D E

12. Igitur Byzantii illis quidem temporibus multa egerunt, multa etiam paſſi ſunt, dum toto trium annorum ſpatio a cunctis fere orbis terrarum claſſibus oppugnarentur. Ego pauca ex iis referam, quæ nonnullam admirationem habent. Capiebant quidem navigia quædam prætereuntia, quæ ipſi ex inſidiis adoriebantur opportune: ſed & capiebant triremes in ipſa ſtatione hoſtium, quas præciſis ancoris per ſubmiſſos ſub aquis urinatores, & clavis, quibus funes e littore 846

ἑκάτερα πολὺ προέχοντας ἔφερον, ὥστ' ἄπορον [o] τῷ πολεμίῳ τὸν πρόσπλουν ποιεῖν. τὸ δ' ὅλον, ὁ Βόσπορος σφᾶς μέγιστα ὠφελεῖ. ἀνάγκη γὰρ πᾶσα, ἄν ἅπαξ τις ἐς τὸ ῥεῦμα ἐμπέσῃ, καὶ ἄκοντα αὐτὸν πρὸς τὴν γῆν ἐμπεσεῖν. τοῦτο δὲ τῷ μὲν φίλῳ ἥδιστόν ἐστι, τῷ δὲ ἐναντίῳ ἀπορώτατον.

Οὕτω μὲν οὖν τὸ Βυζάντιον ἐτετείχιστο· καὶ προσέτι καὶ μηχαναὶ κατὰ παντὸς τοῦ τείχους ποικιλώταται ἦσαν. τοῦτο μὲν γὰρ, ἐπὶ τοὺς πλησιάζοντας καὶ πέτρας καὶ δοκοὺς ἐνέβαλλον· τοῦτο δὲ, ἐπὶ τοὺς ἀφεστηκότας καὶ λίθους καὶ βέλη δόρατά τε ἠφίεσαν· ὥστε ἐντὸς πολλοῦ χωρίου μηδένα αὐτῶν ἀκινδύνως πελάσαι δύνασθαι· [p] ἁρπάγας τε ἕτεραι ἔχουσαι, καὶ καθίεντο ἐξαπιναίως, καὶ ἀνέσπων διὰ βραχέος καὶ πλοῖα καὶ μηχανήματα. [68] Πρίσκος πολίτης ἐμὸς τὰ πλείω αὐτῶν ἐτεκτήνατο· καὶ διὰ τοῦτο [q] θανάτου τε ἅμα ὦφλε καὶ ἐσώθη. ὁ γὰρ Σεβῆρος, τὴν τέχνην αὐτοῦ μαθὼν, ἐκώλυσεν αὐτὸν ἀποθανεῖν· κἀκ τούτου ἔς τε ἄλλα τινὰ αὐτῷ ἐχρήσατο, καὶ ἐς τὴν τῶν Ἀτρῶν πολιορκίαν· καὶ μόνα γε τὰ ἐκείνου μηχανήματα οὐκ ἐκαύθη ὑπὸ τῶν βαρβάρων. καὶ πλοῖα δὲ τοῖς Βυζαντίοις πεντακόσια, τὸ μὲν πλεῖστον μονήρη, ἔστι δ' ἃ καὶ δίκροτα κατεσκεύαστο, ἐμβόλους ἔχοντα· καί τινα αὐτῶν [69] ἑκατέρωθεν καὶ ἐκ τῆς πρύμνης καὶ ἐκ τῆς πρώρας πηδαλίοις ἤσκητο, καὶ [r] κυβερνήτας ναύτας τε διπλοῦς εἶχεν, ὅπως αὐτοὶ μὴ [s] ἀναστρεφόμενοι καὶ ἐπιπλέωσι καὶ ἀναχωρῶσι, καὶ τοὺς ἐναντίους καὶ ἐν τῷ [t] προσπλῷ καὶ ἐν τῷ ἀπόπλῳ σφῶν σφάλλωσι.

Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἔδρασαν καὶ ἔπαθον οἱ Βυζάντιοι, ἅτε τοῖς ἐκ τῆς οἰκουμένης (ὡς εἰπεῖν) στόλοις ἐπὶ [70] ὅλον τριετῆ χρόνον πολιορκούμενοι. ὀλίγα δὲ ἐκλέξομαι, ἃ καὶ τὰ ἐχόμενά τινος θαύματος. ᾕρουν μὲν γὰρ [u] πλοῖά τινα παραπλέοντα, εὐκαίρως ἐπιτιθέμενοι· ᾕρουν δὲ καὶ τριήρεις τῶν ἐν τῷ ὅρμῳ τῶν ἐναντίων οὐσῶν. τὰς γὰρ ἀγκύρας αὐτῶν [71] ὑφύδροις κολυμβηταῖς ὑποτέμνοντες, καὶ [x] ἥλους ἐς τοὺς ταρσοὺς σφῶν, καλωδίοις ἐκ [x] τῆς φιλίας ἐκδεδεμένους, ἐμπηγνύντες,

o τῷ πολεμίῳ. vulgo πολέμῳ ſed Blancus πολεμίῳ aut habuit in codice ſuo, aut ſcribendum judicavit. p ἁρπάγας. ſic edidit L. monitu H. Stephani, ex ἁρπάγη. ceteri ἅρπαγας ex ἅρπαξ. paulo poſt delevi punctum poſt βραχέος, & conjunxi ἀνέσπων καὶ πλοῖα καὶ μηχανήματα. id enim Archimedes quoque Syracuſis fecit. Tzetz. Chil. II, v. 110. ita verbo ἀνέσπων non deerit objectum, nec inconcinna conſtructio evadet μηχανήματα—τὰ πλείω αὐτῶν. q θανάτου τε ἅμα ὦφλε. θανάτου τε δίκην ἅμα ὦφλε, Wolf. ut notatum reperio ad marginem mei Xiph. poſſit per ellipſin vocis δίκην notiſſimam defendi, ut factum a Sylb. in Ind. malim tamen ſcribi θανάτου τε ἅμα ὦφλε. r κυβερνήτας ναύτας τε. vocabulum ναύτας delendum putat Salmaſius, maleque repetitum ex præcedenti νήτας. omiſit Suidas in δίκροτα; non ſolum de nautis, ſed & gubernatoribus. s ἀναστρεφόμενοι. μεταστρεφόμενοι, Suidas in δίκροτα, quod præfert Kuſterus. t προσπλῷ. παράπλῳ, Suid. l. c. u πλοῖα. καὶ πλοῖα, Coisl. x ἥλους. ita ſcripſi pro vulgato ὅλους. habet illam veriorem lectionem Z. quanquam idem quoque, omiſſo Zonaræ nomine, monuit L. pro ſeq. ἐκ τῆς [illegible] ἐκ τῆς φλοιᾶς, poſſe, Salmaſ. Blancus plane omiſit. ego Dionem ſcripſiſſe dico ἐκ τῆς φλοιᾶς, vel ἐκ τοῦ φλοιοῦ u[illegible]ntur funes e corticibus arborum facti, quemadmodum præ inopia rerum aliarum e mulierum quoque capillis f[illegible] ſunt. φλοιὰ autem fœmineo genere fortaſſis Dioni dicitur, ſicut ἠχὼ dixit pro ἦχον. L. utrique con[illegible], cum fine [illegible] dicendum potius fuiſſet ἐκ φλοιᾶς, vel ἐκ φλοιοῦς. nec neceſſe eſt quicquam mutare. [illegible], non quidem abſurdo illo ſenſu, quem ſibi fingit Leuncl. quaſi funiculi ex amicitia intel[illegible] ſed ſubintellecto γῆς, vel ὄχθης, ut alias ſæpiſſime p. 9. E. 112. E. 133. C. *funes, e terra ſeu litore ſuo r*[illegible]

§ 68. (l. 100.) Πρίσκος] Ejus iterum mentio p. 855. B. ubi de Atrorum obſidione.

§ 69. (l. 11.) ἑκατέρωθεν καὶ ἐκ τῆς πρύμνης] Hinc apud *Suidam* ἀμφίπρυμνοι, quaſi utrinque puppim habentes, dicuntur in fragmento neſcio cujus Scriptoris: ἔμπαλιν διελθεῖν παρεσκεύασε τὸν Ἱερὸν ἐν ταῖς ἀμφιπρύμνοις τῶν νεῶν. *Heſychius* explicat πλοῖον ἑκατέρωθεν πρύμνας ἔχον. Res eſt vetuſtiſſima, ut vel ex Argonautis conſtat, quanquam Chabriæ inventum dicit *Polyænus* III. 11, 14. paſſim apud antiquos plurium numero memorantur unius navis *gubernacula* vel *moderamina*, apud *Ovid.* Met. III, 644. aut *utrumque regimen* apud *Apulejum* Aſin. [illegible] Act. XXV[illegible] hac de re laudari vid[illegible] T. I. pag. 355. ſqq. ex[illegible] Ceterum nautas, hoc eſt [illegible] non memoratos, nondum [illegible] rant enim tergis obverſis ſede[illegible] remis incitantes.

§ 70. (l. 19.) ὅλον τριετῆ χρόνον] [illegible] τρισὶν ἔτεσιν ἀντέσχε πολέμῳ καὶ λιμῷ. [illegible] Byzantium quidem a fine A. U. C. 94[illegible] 949. Patet

πηγνύντες, ἐπεσπῶντο ὥστ' αὐτὰς [y] ἐφ' ἑαυτῶν αὐτομάτας προσπλεούσας ὁρᾶσθαι, μήτε ἐρέτου μήτ' ἀνέμου μηδενὸς ἐπισπέρχοντος. ἤδη
B δὲ καὶ ἐθελονταί τινες ἔμποροι, ὡς καὶ ἄκοντες ὑπ' αὐτῶν ἡλίσκοντο· καὶ τὰ ἀγώγιμα μεγάλων χρημάτων πωλήσαντες, ἐξέπλεον ἐκδιδράσκοντες. ἐπεὶ δὲ πάντων αὐτοῖς ἐκδαπανηθέντων τῶν ἔνδον, [z] ἐς τὸ στενὸν κομιδῇ τῶν τε πραγμάτων καὶ τῶν ἐλπίδων τῶν ἐπ' αὐτοῖς [a] ἐληλύθεσαν, πρότερον μὲν, καίπερ πάνυ πιεζόμενοι, ἅτε καὶ τῶν ἔξω πάντων ἀποκεκλεισμένοι, ὅμως ἀντεῖχον, καὶ ἔς τε τὰς ναῦς [72] τοῖς τε ξύλοις τοῖς ἐκ τῶν οἰκιῶν, καὶ [73] ταῖς θριξὶ ταῖς ἐκ τῶν γυναικῶν, σχοινία ἀπ' αὐτῶν πλέκοντες, ἐχρῶντο· καὶ ὁπότε τινὲς τῷ τείχει προσβάλλοιεν, τούς τε λί-
C θους σφίσι [74] τοὺς ἐκ τῶν θεάτρων, καὶ ἵππους χαλκοῦς καὶ ἀνδριάντας χαλκοῦς ὅλους ἐπερρίπτουν. ἐπεὶ δὲ καὶ ἡ τροφὴ σφᾶς ἐπέλιπεν ἡ νενομισμένη, καὶ [75] δέρματα διαβρέχοντες ἤσθιον· [b] εἶτα καὶ ταῦτα καταναλώθη, οἱ μὲν πλεῖους ἐξέπλευσαν, τηρήσαντες ζάλην καὶ καταιγίδα, ὥστε μηδένα ἀνταναχθῆναι σφίσιν, ἵν' ἢ ἀπόλωνται, ἢ ἐπισιτίσωνται. καὶ προσπίπτοντες ἀπροσδοκήτως τοῖς ἀγροῖς, πάνθ' ὁμοίως ἐλῄζοντο. οἱ δ' ὑπολειπόμενοι, δεινότατον ἔργον ἔδρασαν· ἐπεὶ γὰρ [c] ἐν τῷ ἀσθενεστάτῳ ἐγένοντο, ἐπ' ἀλλήλους ἐτράποντο καὶ [76] ἀλλήλων ἐγεύοντο.

D Οὗτοι μὲν οὖν ἐν τούτοις ἦσαν· οἱ δ' ἄλλοι, ἐπεὶ τὰ σκάφη καὶ ὑπὲρ τὴν δύναμιν αὐτῶν κατεγέμισαν, ἦραν, χειμῶνα μέγαν καὶ τότε ἐπιτηρήσαντες. οὐ μὴν καὶ ὤναντό γε αὐτοῦ. οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι, καταβαρεῖς αὐτοὺς καὶ βραχὺ πάνυ τοῦ ὕδατος ὑπερέχοντας ἰδόντες, ἀντανήχθησαν. καὶ αὐτοῖς ἐσκεδασμένοις (ὥς που καὶ ὁ ἄνεμος καὶ ὁ κλύδων ἦγε) προσπίπτοντες, ναυμαχίας μὲν οὐδὲν ἔργον ἔσχον, τὰ δὲ δὴ πλοῖα αὐτῶν ἀφειδῶς ἔκοπτον, πολλὰ μὲν τοῖς κοντοῖς ὠθοῦντες, πολλὰ δὲ καὶ τοῖς ἐμβόλοις
E ἀναρρηγνύντες, ἔστι δ' ἃ καὶ αὐτῇ τῇ προσβολῇ σφῶν [d] ἀνατρέποντες. καὶ ἐκεῖνοι δρᾶσαι μὲν οὐδὲν, οὐδ' εἰ τὰ μάλιστα ἤθελον, ἠδύναντο· διαφυγεῖν δέ πῃ πειρώμενοι, οἱ μὲν ὑπὸ τοῦ πνεύματος, ἀπλήστως

littore ſuo alligati erant, in latera navium defixis, adtrahebant: ita ut illæ ſua ſponte curſum ad ipſos facere viderentur, nullis remigibus aut vento incitatæ. Jam vero ab iis plerique mercatores volentes capiebantur, velut inviti; qui poſtquam magno pretio vendidiſſent ea, quæ vexerant, aufugientes avehebantur. Conſumptis vero rebus omnibus, quæ intus erant, Byzantii in ſummas rerum & ſpei anguſtias adducti, primo quidem, licet afflicti vehementer, quod erant undique interclusi, tamen fortiter reſiſtunt, utunturque materia ædium ad naves, & funiculos ex mulierum capillis faciunt: & quando hoſtes murum invaderent, lapides ex theatris, & equos ex ære, ſtatuasque æneas integras jaculari in eos cœperunt. Poſtquam & cibus uſitatus eos defecit, pelles adeo animalium maceratas comederunt: quibus conſumptis, magna pars abnavigat, obſervata tempeſtate & procellis, ut eis nemo poſſet occurrere: idque faciunt, ut vel intereant, vel commeatum comparent. Tum vero inopinato irruunt in agros, cunctaque ſine diſcrimine prædantur. Qui remanſerant in urbe, facinus graviſſimum fecerunt: nam ut fuere maxime debilitati, cœperunt mutuo contra ſe converti, ſeque inter ſe comedere.

A.U.C. 949 Domit. Dextroll. & Val. Meſſala COSS.

13. Atque horum quidem eo res erant loco. Alii, quum naves etiam ſupra modum oneraſſent, tunc quoque magna tempeſtate obſervata ſolverunt, quod tamen nihil eis profuit. Nam Romani, ut videbant eos pondere preſſos, ita ut parum ſupra aquam exſtarent, contra ferebantur, irruebantque in eos diſperſos, ut ventus & tempeſtas tulerat: ita ut nullo facto prœlio navali, continuo eorum naves tunderent, earumque partem impellerent contis, partem roſtris confringerent, nonnullas ipſo impetu ſuo ſubverterent. Illi, ſi maxime voluiſſent, tamen nihil poterant efficere; quod ſi conabantur fugere, vel vento uſi nimio ſubmergebantur, vel capti ab hoſtibus peribant. Hæc dum intuerentur

y ἐφ' ἑαυτῶν. ἀφ' ἑαυτῶν, L. ſed illud rectius pro *per ſe ipſæ*. z ἐς οὖν στενὸν, vulgo. ἐς τὸ στενὸν, L. marg. vide infra C. a ἐληλύθεσαν, ſic Sylb. HS. edit. maj. & L. ἠληλύθεσαν, RS. & HS. edit. min. b ἅτε καὶ ταῦτα. ſcribendum εἶτα ἐπεὶ καὶ ταῦτα. L. c ἐν τῷ ἀσθενεστάτῳ. ἐν τῷ ἐσχάτῳ, Salmaſ. d ἀνατρέποντες. ſic Sylb. HS. edit. maj. L. Br. & Coisl. ἀνατρύποντες, RS. & HS. edit. min. vel rectius ἀνατρυπῶντες *perforantes*, ut Schotto teſte quosdam codices habere affirmat Sylb. ſtatim, οὐθὲν pro οὐδὲν, Coisl. & Sylb. forte ex Pal.

tet hinc, minus vere ſcripſiſſe *Herodianum* III. 6, 18. eodem tempore Severum profectum eſſe adverſus Albinum, quo adverſus Byzantium expugnandum alias copias miſit. Nam Albinus usque ad A. U. C. 950. ſuperfuit, ut ex nummis apparet apud *Mediob.* p. 266. & Severus usque ad expugnatam penitus urbem in Meſopotamia manſit; p. 847. C. atque interea Oſrognos, Adiabenos & Arabes debellavit. p. 848. A. Patet etiam, falſum eſſe quod Chronologi vulgo tradunt, Byzantium captum eſſe anno imperii Severi quinto. Nam ejus anni initio jam vicerat Albinum, adverſus quem expugnato demum Byzantio profectus eſt. Meminit obſidionis *Philoſtratus* in vita Hippodromi Soph. II. 27. § 2. p. 616.

§ 71. (l. 21.) ὑφύδρους κολυμβητὰς ὑποπέμποντες] Simili urinatorum artificio adverſus molem Alexandri utebantur Tyrii apud *Curtium* IV. 3, 10.

§ 72. (l. 38.) τοῖς ξύλοις τοῖς ἐκ τῶν οἰκιῶν] Id neceſſitas olim docuit Carthaginienses apud *Appian.* Pun. p. 75. B. 83. E. & *Florum* II. 15, 10.

§ 73. (l. 39.) ταῖς θριξὶ ταῖς ἐκ τῶν γυναικῶν] Sæpius veteres mulierum capillis ad funes uſi ſunt. Nota ex *Lactantio* de falſa Relig. I. 20, 27. ædes, quam Veneri Calvæ conſecrarunt Romani, quum obſeſſi in Capitolio a Gallis ex mulierum capillis tormenta feciſſent. vide & *Plutarch.* de vitando ære alieno p. 828. C. *Flor.* II. 15, 10. *Caſ.* B. C. III. 9. *Pauſan.* VII. 5. p. 534. *Strab.* XVII. p. 833. *Capitolin.* Maximino jun. c. 7. & in Maximo & Balbino c. 11. *Veget.* IV. 9. *Polyæn.* VIII. 67. *Frontin.* Strateg. I. 7, 3. & 4. *Vitruv.* X. 16. ſq. *Heronis* Belopœeca, inter veteres Mathematicos. Paris 1693. fol. pag. 140. ſq. adde *Lipſium* Poliorcet. III. 3. T. III. Opp. p. 321. b.

§ 74. (l. 42.) τοὺς ἐκ τῶν θεάτρων &c.] Theatra Byzantii jam ante Severum habuere. vide *Cangium* in Cpoli Chriſt. lib. I. c. 12. *Suidam* in Σεβῆρος, & *Herodian.* III. 6, 19. quæ cum balneis &c. Severus urbi reſtituit, ut dicemus infra pag. 847. D. *Urbem vero Byzantiorum fuiſſe* etiam *refertiſſimam atque ornatiſſimam ſignis, quis ignorat?* verba ſunt *Ciceronis* de Provinc. Conſ. c. 4. Sed nulli rei parcit neceſſitas, ſicut apud Carthaginienſes *in armorum officinis aurum & argentum pro ære ferroque conflatum eſt*, teſte Floro l. c.

§ 75. (l. 45.) δέρματα διαβρέχοντες ἤσθιον] Similia extremæ famis ingenia dabit *Fabrettus* ad Col. Traj. p. 214. ſq.

§ 76. (l. 53.) ἀλλήλων ἐγεύοντο] *Herodianus* III. 6, 19. ſcribit ἐσχάτῳ λιμῷ. Exemplorum hujusmodi plena eſt omnis hiſtoria. vide *Lipſium* de Conſtantia II. 23. T. V. Opp. pag. 414. b.

A.U.C. 949 Domit. Dextroli & Val. Meſſala COSS.

rentur ii, qui erant in urbe, deorum opem implorabant; & modo ad hos, modo ad illos caſus exclamabant, prout tale ſpectaculum aliquod, vel clades oculis cujusque offerebatur. Sed poſtquam omnes ſuos vident penitus interire, tum frequentes iterum lamentatione & ejulatu complent omnia; ex eoque tempore, quod erat reliquum diei, noctemque totam lugent. Tot enim erant tabulæ fractarum navium, ut earum nonnullæ in inſulas, & in Aſiam perferrentur; ex quibus illæ gentes cladem Byzantiorum ante, quam eam audirent, cognoſcebant. Poſtero die multo magis crevit calamitas. Nam ubi tempeſtas ceſſavit, totum mare proximum Byzantio cadaveribus, fractisque navibus, & ſanguine refertum, atque horum pars in continentem ejecta erat: quo factum, ut calamitas, ex hoc aſpectu, gravior quam pro re ipſa videretur.

ἀπλήστως αὐτῷ χρώμενοι, ἐβαπτίζοντο· οἱ δ' ὑπὸ τῶν ἐναντίων καταλαμβανόμενοι, διώλλυντο. θεώμενοι δὲ ταῦτα οἱ ἐν τῷ Βυζαντίῳ, τέως μὲν ἐθεοκλύτουν, καὶ ἐπεβόων ἄλλοτε ἄλλοις τοῖς γινομένοις, ὡς ἑκάστῳ τι τῆς θέας ἐκείνης ἢ τοῦ πάθους προσέπιπτεν. ἐπεὶ δὲ [e] πανσυδεὶ αὐτοὺς 847 ἀπολλυμένους εἶδον, τότε δὴ ἀθρόοι καὶ ἀνῴμωξαν καὶ ἀνεθρήνησαν καὶ τούτου τό, τε λοιπὸν τῆς ἡμέρας καὶ τὴν νύκτα πᾶσαν ἐπένθουν. τοσαῦτα γὰρ τὰ πάντα ναυάγια ἐγένετο, ὥστε καὶ ἐς τὰς νήσους καὶ ἐς τὴν Ἀσίαν ἐξενεχθῆναί τινα, καὶ ἀπ' αὐτῶν καὶ τὴν ἧτταν σφῶν, καὶ πρὶν ἀκουσθῆναι, γνωσθῆναι. καὶ τῇ ὑστεραίᾳ τοῖς Βυζαντίοις ἐπὶ μεῖζον τὸ δεινὸν ηὐξήθη. ὡς γὰρ ὁ κλύδων ἐστόρεσο, πᾶσα ἡ θάλασσα ἡ πρὸς τῷ Βυζαντίῳ καὶ τῶν νεκρῶν καὶ τῶν ναυαγίων καὶ τοῦ αἵματος ἐπληρώθη, πολλὰ δὲ καὶ εἰς τὴν γῆν ἐξεβράσθη· ὥστε καὶ χαλεπώτερον ἐκ τῆς ὄψεως σφῶν τὸ δεινὸν αὐτοῦ τοῦ ἔργου φανῆναι.

14. Ita Byzantii vel inviti ſtatim urbis deditionem faciunt. Qua deditione facta, Romani omnes Byzantiorum milites, eosque qui magiſtratum apud illos geſſerant, occidunt: præterea pugilem quendam, qui magnam opem tulerat Byzantiis, & Romanos magnis incommodis affecerat. Is enim confeſtim unum ex militibus pugno percuſſit, & alteri calcibus inſultavit, ut ambo ea re commori, ipſum interficerent, id quod factum eſt. Capto Byzantio, Severus tantam lætitiam percepit, cum eſſet tum in Meſopotamia, ut militibus dixerit: " Tandem & Byzantium cepimus. „ Civitati abſtulit libertatem, eamque privavit jure civitatis, fecitque tributariam, bonis civium publicatis. Urbem, omnemque regionem, quæ erat ſub urbis poteſtate, Perinthiis conceſſit. Hi Byzantio uſi ſunt ut vico, & a nullo genere injuriæ abſtinuerunt. Et hæc quidem jure quodam-

Παρέδοσαν μὲν οὖν αὐτίκα τὴν πόλιν καὶ ἄκοντες οἱ Βυζάντιοι. Ῥωμαῖοι δέ, [77] τοὺς μὲν στρατιώτας καὶ τοὺς ἐν τέλει διεχρήσαντο πάντας, πλὴν τοῦ [f] πύκτου, ὃς πολλὰ τοὺς Βυζαντίους ὠφέλησε, καὶ τοὺς Ῥωμαίους ἔβλαψεν. οὗτος γὰρ παραχρῆμα πὺξ τε παίσας τῶν στρατιωτῶν τινα, καὶ ἑτέρῳ λὰξ [g] ἐνθορῶν, ὅπως ὀργισθέντες διαφθείρωσιν αὐτόν, προσαπώλετο. C ὁ δὲ Σεβῆρος οὕτως ἥσθη ἐπὶ τῇ ἁλώσει τοῦ Βυζαντίου, ὡς καὶ πρὸς τοὺς στρατιώτας, ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ τότε ὤν, αὐτὸ τοῦτο εἰπεῖν, " Εἵλομεν δὲ καὶ τὸ Βυ- " ζάντιον. „ [78] ἔπαυσε δὲ τὴν πόλιν τῆς τε ἐλευθερίας καὶ τοῦ ἀξιώματος τοῦ πολιτικοῦ. καὶ δασμοφόρον ἀποφήνας, τάς τε οὐσίας τῶν πολιτῶν δημεύσας, αὐτήν τε καὶ τὴν χώραν αὐτῆς [79] Περινθίοις ἐχαρίσατο, καὶ αὐτῇ ἐκεῖνοι οἷα κώμῃ χρώμενοι [80] οὐδὲν ὅ, τι οὐχ ὕβριζον. ταῦτα μὲν οὖν δικαίως πως ποιῆσαι ἔδοξε· τὰ δὲ δὴ [81] τείχη τῆς πόλεως διαλύσας, ἐκείνους μὲν D οὐδὲν

e πανσυδὶ, πασσυδὶ, Pal. monente Sylb. in indice. adde Br. πασσυδὶ alias apud Dionem frequenter, quod damnat quidem Suidas in πασσυδὶ, ὅπερ ἀγνοήσαντές τινες γράφουσι πασσυδί. ſed utroque modo, ut alia hujus generis, ſcribitur. vide Cl. Waſſe ad Thucyd. lib. VIII. init. f πύκτου. Πύκτου RS. & HS. edit. min. Pyctæ excepto, Blancus. g ἐνθορῶν, ſic HS edit. maj. & L. & Mer. alia manu. pro ἐνθηρῶν, quod extat apud Pal. RS. & HS. edit. min. eſt autem vera emendatio Wolfii & Sylburgii, in indice; quanquam uterque ἐνθορὼν ſcribi maluit, atque ita edidit Sylb. in ſcriptoribus græcis hiſt. Rom. p. 404, 12. utrumque probum.

§ 77. (l. 89.) τοὺς μὲν στρατιώτας καὶ τοὺς ἐν τέλει διεχρήσαντο, πλὴν &c.] Hos ſolos interfectos intellige, præterea neminem, niſi pugilem illum. Nam apud Suidam in Σεβῆρος legitur fragmentum nonneminis, quod Severum venientem Byzantium teſtatur a cæde civium, fauſta precantium & delicti veniam petentium, abſtinuiſſe. Clarius credo hæc dixerat Dio, verbis quæ vel exciderunt, vel nimio contrahendi ſtudio omiſſa ſunt a Xiphilino, forte ſic — διεχρήσαντο, τοὺς δ' ἄλλους ἐλέησαν πάντας, πλὴν τοῦ πύκτου.

§ 78. (l. 99.) ἔπαυσε τὴν πόλιν τῆς ἐλευθερίας] Libertatem ſub Romanis adepti erant ob egregiam operam bello Mithridatico navatam: quin & ſub Cajo imperatore Metropoleos nomine urbem donatam fuiſſe, numi teſtantur. vide Cangium Cpoli Chriſt. I. 16. p. 20.

§ 79. (l. 3.) Περινθίοις ἐχαρίσατο] Perinthus urbs Thraciæ ad Propontidem nobiliſſima, & æmula Byzantii, ut mox dicam § 80. Herodianus (III. 6, 19. παντός τε κόσμου καὶ τιμῆς ἀφαιρεθὲν τὸ Βυζάντιον, κώμης δουλεύειν Περινθίοις ἐδόθη. Hinc Perinthii grati erga Severum animi monumentum reliquerunt in marmore, quod eſt apud Selden. Vol. II. T. II. p. 1476. Reineſ. Inſcr. III. 35. p. 312. & Ge. Whelerum Itinerar. T. I. p. 124. edit. Gall. Ἀγαθῇ τύχῃ, αὐτοκράτορα Καίσαρα M. Σεπτίμιον Σεουῆρον, Εὐσεβῆ, Περτίνακα, Σεβαστόν, Ἀραβικόν, (Ἀραβικὸν) Ἀδιαβηνικόν, Παρθικὸν Μέγιστον, ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος τῶν νεωκόρων Περινθίων. Taceo ludos Σευήρια, qui occurrunt in numis Perinthiorum.

§ 80. (l. 4.) οὐδὲν ὅ, τι οὐχ ὕβριζον] Æmulam fuiſſe Byzantii, & Severi partibus ex eadem æmulatione ſtudentem, hinc colligas. vide p. 842. § 42. Eam peſtem, antiquum vitium Græcorum, florentibus tum civitatibus incubuiſſe, Herodianus exemplo Nicomedenſium & Nicæenſium, Laodicenſium & Antiochenſium, Tyriorum & Berytiorum confirmat. III. 2, 13. ſq. 3, 3. ſq. Hinc idem III. 6, 19. Byzantium ſimili ratione Perinthiis tributum dicit, ut Antiochiam Laodicenis. confer & de Antiochia & Laodicea Spanhem. de U. N. Diſſ. IX. p. 595. 58[illegible] ſqq. & de Nicæa & Nicomedia eund. p. 589. ſqq. 633. [illegible]

§ 81. (l. 6.) [illegible] πόλεως διαλύσας] Si Herodianum III. 6, 19. audimus, [illegible] verſa, πᾶσα ἡ πόλις κατεσκάφη, καὶ θεάτρων τι καὶ [illegible] τε κόσμου καὶ τιμῆς ἀφαιρεθὲν τὸ Βυζ. Quoniam [illegible] ſolos muros dirutos a Severo memorat, reliqua calam[illegible] [illegible]ſit Perinthiis tribuenda. Severus autem Byzantio th[illegible] circum & amphitheatrum reſtituit, aliaque magnifica, [illegible]eum Severianum, templum Apollinis &c. in eo exſtruxit, vel certe cœpit exſtru[illegible] ciente affecta filio Antonino, unde urbi An[illegible] rum Auguſtæ nomen datum. vide Suida[illegible] num p. 252, B. Malelam p. 384. ſq. Chro[illegible] pag. 265. itemque Cangium pag. 21. Antoninu[illegible]ventu ſuo Antiochenſibus & Byzantiis jura vetuſta reſtituiſſe, refert Spartianus in Carac. c. 1.

οὐδὲν πλέον τῆς στερήσεως τῆς δόξης, [h] ἣν ἐκ τῆς ἐπιδείξεως αὐτῶν ἐκαρποῦντο, ἐλύπησε· τῶν δὲ δὴ Ῥωμαίων μέγα καὶ φυλακτήριον καὶ ὁρμητήριον πρὸς τοὺς ἐκ τοῦ Πόντου καὶ τῆς Ἀσίας βαρβάρους καθεῖλε. καὶ εἶδον ἐγὼ τά τε τείχη πεπτωκότα, ὥσπερ ὑπὸ ἄλλων τινῶν, ἀλλ' οὐχ ὑπὸ Ῥωμαίων ἑαλωκότα· ἐτεθεάμην δὲ αὐτὰ καὶ ἑστηκότα, καὶ ἠκηκόειν αὐτῶν καὶ λαλούντων. [82] ἑπτὰ μὲν γὰρ [i] ἀπὸ τῶν Θρᾳκίων πυλῶν πύργοι [k] καθήκοντες πρὸς τὴν θάλασσαν ἦσαν. [l] τούτων δ' [83] εἰ μέν τις ἄλλῳ τῳ προσέμιξεν, ἥσυχος ἦν· εἰ δὲ δὴ τῷ πρώτῳ ἐνεβόησέ τινα, ἢ καὶ λίθον ἐνέῤῥιψεν, [m] αὐτός
E
τε ἤχει καὶ ἐλάλει, καὶ τῷ δευτέρῳ τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιεῖν παρεδίδου· καὶ οὕτω διὰ πάντων ὁμοίως ἐχώρει, οὐδὲ ἐπετάραττον ἀλλήλους, ἀλλ' ἐν τῷ μέρει πάντες, παρὰ τοῦ πρὸ αὐτοῦ ἕτερος, τήν τε [n] ἠχὴν καὶ τὴν φωνὴν διεδέχοντό τε καὶ παρεπέμποντο. τοιαῦτα μὲν τὰ τῶν Βυζαντίων τείχη ἦν.

quodammodo feciſſe viſus eſt Severus. Muris autem oppidi dirutis, Byzantios quidem nulla moleſtia majori adfecit, niſi quod ipſos ea gloria ſpoliavit, quam ex eorum oſtentatione perciperent: at populo Romano inſigne præſidium, & arcem belli contra Ponti & Aſiæ barbaros, deſtruxit. Ego quidem mœnia ita diruta ſpectavi, ac ſi ea barbari cepiſſent, non Romani: videramque ea, quum adhuc ſtarent, & loquentia quoque audieram. A porta enim Thracia ſeptem turres ad mare pertinebant; quarum ſi quis aliam quandam allocutus fuiſſet, ea ſilebat. Sin autem primam acclamaſſet, aut lapidem injeciſſet, tum ipſa ſonum & voces reddebat, atque id ipſum alteri faciundum tradebat; atque ita ſonus dimanabat ad omnes turres, nec alia turbabat aliam, ſed quæque per vices a proxime antecedenti ſonum vocemque acceptam ad ſequentem transmittebant. Et hujusmodi quidem erant illi Byzantiorum muri.

A.U.C.949 Domit. Dextro II. & Val. Meſſala COSS.

h ἦν. ἣ, RS. *i* ἀπὸ τῶν Θρᾳκίων πυλῶν. ſic & Suidas in Βυζάντιον, cujus loci initium eſt ex Herodiano, (non, ut ibi Kuſterus ſcribit, Dione vel Xiphilino) hæc autem verba utique ex Xiphilino mutuatus eſt, quæ tamen aliter legenda putat Cangius in CPoli Chriſtiana p. 13. nempe ἀπὸ τῶν εἰς Θρᾴκιον πυλῶν, quia Xenophon τὰς πύλας τὰς ἐπὶ τὸ Θρᾴκιον καλουμένας, ſcil. πεδίον, memorat. neque tamen video rationem, cur non ut campus, ſic & porta adjacens Thracia dici potuerit. etiam Cedrenus p. 252. A. Θρᾳκικῶν πυλῶν. *k* καθεστηκότες, vulgo. καθήκοντες, Suid. l. c. quod magis congruit cum re & Accuſativo præpoſitionis πρός. *l* τούτων δ' εἰ μέν τις ἄλλῳ τῳ &c. Suidas omiſſis his: τούτων δὲ εἴ τις πρώτῳ ἐνεβόησέ τι, ἢ λίθον ἐνέῤῥιψεν. *m* αὐτός τε ἤχει καὶ ἐλάλει. ita reſcripſi ex Suida & Cedreno, pro vulgatis αὐτός τε μηχανῇ τινι ἐλάλει. id enim ſtatim Dio ἠχὴν καὶ φωνὴν vocat. *n* ἠχὴν. ſic ſcribendum eſſe ex Pal. monuit Sylb. accedit Br. agnovit & defendit L. vulgo tamen omnes ἠχὼ, præter Sylb. in ſcriptoribus gr. hiſt. Rom. & Cangium l. c.

§ 82. (l. 15.) *ἑπτὰ μὲν ἀπὸ τῶν Θρᾳκίων πυλῶν πύργοι*] Θρᾴκιος eſt etiam apud *Steph. Byz.* non Θρακικὸς, ut apud *Cedrenum*. De ſeptem hiſce turribus vocalibus vide *Cangium* Lib. I. c. 9.

§ 83. (l. 17.) *τούτων εἰ μέν τις ἄλλῳ τῳ προσέμιξεν*] *Cangius* p. 13. reddit: *in quibus ſi quis cum alio ſermonem contuliſſet.* Verum ἄλλῳ τῳ non ad hominem, ſed ad turrim quandam ex ceteris, τούτων τῶν πύργων, manifeſte referri debet. Centrum ergo phonicum, unde ſe ad ceteras ſonus diffundebat, fuit in prima, vel ad primam a Porta Thracia, loco urbis maxime debili, qui periculum intentatum ceteris nunciare debebat, ſive ſoni propagationem Echo quædam, ſive canales phonici ſeu phonocamptici præſtarent. Vellem, Kircherus in Phonurgia aut Muſurgia ſua hujus artificii rationem explicaſſet. Sed is, quantum video, neque harum turrium, nec ſtatuæ Memnonis aut ſimilium fecit mentionem, quæ utut miranda, tamen difficile eſt teſtibus auritis non credere, qualis de his turribus Dio fuit, & de Memnone plures alii in Inſcriptionibus, quas exhibet Præſtantiſſimus *Pocokius* in Itinerario Ægyptiaco Tab. XXXVIII. ſq. & emendatius *Jo. Henr. Leichius*, non ſine gravi detrimento bonarum literarum vitæ qua dignus erat longiori ereptus, in Appendice ad græcas Muratorii Inſcriptiones & ſepulchralia carmina. Lipſiæ 1745. 4. p. 75. ſqq.

DIONIS HISTORIÆ ROMANÆ LIBRI LXXV. EXCERPTA

PER

JO. XIPHILINUM.

Inſeruntur Fragmenta Dionis integra quæ reperiri potuerunt.

SUMMA CAPITA LIBRI LXXV.

Severi bellum adverſus Oſroënos, Adiabenos, & Arabes. c. 1—3.
Bellum Severi adverſus Albinum Cæſarem. c. 4. 5.
Ut Albinus a Severo victus interierit. c. 6. 7.
Inſolentia Severi poſt victoriam. c. 7. 8.
Severi expeditio Parthica. c. 9.
Ut Atrenos irrito conatu oppugnarit. c. 10—12.
Ut in Ægyptum profectus fuerit: & de Nili origine. c. 13.
De Plautiani potentia & tyrannide. c. 14—16.

Temporis ſpatium,

poſt C.N.	U.C.			SEVERI
195.	948.	Scapula Tertullus,	& Tinejus Clemens COSS.	III. Kal. Jun.
196.	949.	C. Domitius Dexter II.	& L. Valerius Meſſala Priſcus.	IV.
197.	950.	Ap. Claudius Lateranus,	& Rufinus.	V.
198.	951.	Ti. Saturninus,	& C. Gallus.	VI.
199.	952.	P. Cornelius Anullinus,	& M. Aufidius Fronto.	VII.
200.	953.	Ti. Claudius Severus,	& C. Aufidius Victorinus.	VIII.
201.	954.	L. Annius Fabianus,	& M. Nonius Mucianus.	IX.
202.	955.	L. Septimius Severus Aug. III.	& M. Aurel. Antoninus Aug.	X.

A.U.C. 948 Scap. Tertullo & Tinejo Clemente COSS.

I. Dum vero muri Byzantiorum oppugnarentur, Severus gloriæ cupiditate inductus, exercitum contra barbaros, Oſroenos, Adiabenos, & Arabes duxit. [Oſroeni quidem & Adiabeni defecerant, & Niſibin obſederant; at victi a Severo, legatos ad eum poſt mortem Nigri miſerunt, non deprecatum, quod injuſte ſe geſſiſſent: ſed ut beneficium adeo poſtularent, quod ea Severi cauſa feciſſent. Ajebant enim, ſe milites illos, qui a Nigri partibus ſtetiſſent, Severi cauſa necaſſe. Miſerunt ei & munera quædam; præterea captivos & ſpolia, quæ quidem eſſent reſidua, ſe reddituros polliciti ſunt. Non tamen ea caſtella, quæ ceperant, deſerere; nec impoſitionem tributi admittere volebant. Immo reliquos etiam milites Romanos ex regione ſua abduci poſtulabant. Has

Σεβῆρος δὲ, [1] ἐν ᾧ ταῦτα ἐπολιορκεῖτο, κατὰ τῶν βαρβάρων, [2] ἐπιθυμίᾳ δόξης, ἐςράτευσε, τῶν τε Ὀσροηνῶν καὶ τῶν Ἀδιαβηνῶν καὶ τῶν [a] Ἀραβίων. [b] [οἱ μὲν [3] Ὀσροηνοὶ καὶ οἱ Ἀδιαβηνοὶ ἀποςάντες, καὶ Νίσιβιν πολιορκοῦντες, καὶ ἡττηθέντες ὑπὸ Σεβήρου, ἐπρεσβεύσαντο πρὸς αὐτὸν μετὰ τὸν τοῦ [c] Νίγρου θάνατον, οὐχ ὅπως ὡς καὶ ἠδικηκότες τι παραιτούμενοι, ἀλλὰ καὶ εὐεργεσίαν ἀπαιτοῦντες, ὡς καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦτο πεποιηκότες. τοὺς γὰρ ςρατιώτας, τὰ τοῦ Νίγρου Φρονήσαντας, [d] ἔλεγον ἐκείνου ἕνεκα ἐφθαρκέναι καί τινα καὶ δῶρα αὐτῷ ἔπεμψαν, τούς τε αἰχμαλώτους καὶ τὰ λάφυρα τὰ περιόντα ἀποδώσειν ὑπέχοντο. οὐ μέντοι οὔτε τὰ τείχη, ἃ ᾑρήκεσαν, ἐκλιπεῖν, οὔτε φόρους λαβεῖν ἤθελον, ἀλλὰ καὶ τοὺς λοιποὺς ἐξαχθῆναι ἐκ τῆς χώρας ἠξίουν. διὰ ταῦτα A B

a Ἀραβίων. cum ſimplici ρ' ſcribendum putavi, ut alias. vulgo Ἀῤῥαβίων. *b* οἱ μὲν Ὀσροηνοὶ &c. hoc Dionis fragmentum cum ſequenti exſtat in Exc. Urſ. num. LXXV. LXXVI. Ὀσροηνοὶ pro Ὀῤῥοηνοὶ ſcripſi, hic & p. 131. B. ut Z. & Xiph. *c* Νίγρου. Onuphrius Panvinius in ſuis Commentariis Nigerium vocat. Urſ. *d* Ἔλεγον. in exemplari ſcriptum erat Ἔλεγτον, ut videtur, corrupte. Urſ.

§ 1. (l. 1.) ἐν ᾧ ταῦτα ἐπολιορκεῖτο] Falſi ergo arguitur *Herodianus* III. 6, 18. collato c. 5, 1. & 9, 1. Severum, durante obſidione, tradens adverſus Albinum profectum eſſe, atque ſimul bellum adverſus Atrenos & Parthos diſtuliſſe, idque confecto demum Albiniano bello exſecutum eſſe. Certe & *Spartianus* c. 9. ſq. Dioni conſentiens, poſt Arabes, Adiabenos, Parthosque domitos, Romam rediiſſe Severum, & tum demum de Albini motibus nuncium accepiſſe refert. ſupra § 70. De Parthico tamen bello dilato, vide mox.

§ 2. (l. 2.) ἐπιθυμίᾳ δόξης] Argumentum belli prætendebatur, quod hi reges cum Peſcennio ſenſiſſent. *Spart.* c. 9. *Herodian.* III. 5, 1. ſq. III. 9, 2. nempe quod Atrenorum rex Barſemius ſagittarios auxilio miſiſſet, Parthus ſatrapis auxilia imperaſſet. *Id.* III. 1, 4. ſq. Sed & ex ſua ſententia *Herodianus* III. 9, 1. βουλόμενος δόξαν ἀραβικὴν νίκης. & ex communi *Spartianus* cap. 15. *Erat ſane in ſermone vulgari, Parthicum bellum affectare Septimium Severum gloriæ cupiditate, non aliqua neceſſitate deductum.* Parthicum tamen bellum tunc temporis dilatum eſt propter Albinum p. 850. A. & poſt eum oppreſſum demum geri cœpit p. 853. E. quanquam jam tum propter aliquas legationes de pace, aut velitationes, *Parthicus*, Arabicus, Adiabenicus in numis dicitur apud *Mediob.* p. 270. ſq. vide & ſupra § 79. *Spart.* c. 9.

§ 3. (l. 4.) Ὀσροηνοὶ καὶ Ἀδιαβηνοὶ] Oſrhoënus ſeu Edeſſenus rex, *Abgarus* recte appellatur ab *Herodiano* III. 9, 5. id enim nomen his regulis familiare; hic vero Abgarus, cujus & *Dio* meminit p. 875. D. 914. B. ordine ſeptimus eſt apud *Reinerum Reineccium* Hiſt. Jul. T. III. p. 284. Male *Spartianus* cap. 18. & *Victor* Cæſ. XX. 14. Parthis Abgarum regem tribuit, quorum rex tum fuit potius *Vologæſus Sanatruci filius*, ſecundum *Dionem* pag. 854. A. D. vel ſecundum *Herodianum* III. 9, 18. *Artabanus*, qui fuit Vologeſi [illegible] armiſque cum eo de regno contendit, [illegible] lus obtinuit. vide *Reineccium* p. 222. [illegible] re fateor, quæ Doctiſſ. Arnzenius pro [illegible]ndo Victore, contra *Spanhemium* in primis, de U. N. Diſſ. VIII. pag. 536. ſqq. attulit.

849 τα ὁ πόλεμος οὗτος συνέστη.] [[4] οἱ δὲ Ἀράβιοι, ἐπειδὴ μηδεὶς σφίσι τῶν πλησιοχώρων βοηθῆσαι ἠθέλησε, πρὸς Σεβῆρον αὖθις ἐπρεσβεύσαντο, ἐπιεικέστερά τινα προτεινόμενοι· οὐ μέντοι καὶ ἔτυχον ὧν [e] ἐβούλοντο, ἐπειδὴ μὴ καὶ αὐτοὶ ἦλθον.]

Ἐπεὶ δὲ τὸν Εὐφράτην διαβὰς ἐς τὴν πολεμίαν ἐσέβαλεν, ἀνύδρου τῆς χώρας οὔσης, [f] ἄλλως τε δὲ καὶ τότε πλέον ὑπὸ τοῦ θέρους ἐξικμασμένης, ἐκινδύνευσε παμπληθεῖς στρατιώτας ἀποβαλεῖν. κεκμηκόσι γὰρ αὐτοῖς ἐκ τῆς πορείας καὶ τοῦ ἡλίου, καὶ κονιορτὸς ἐμπίπτων ἰσχυρῶς ἐλύπησεν, ὥστε μήτε βαδίζειν, μήτε λαλεῖν ἔτι δύνασθαι, τοῦτο δὲ μόνον φθέγγεσθαι, « Ὕδωρ, « ὕδωρ. » ἐπεὶ δὲ ἀνεφάνη μὲν ἰκμάς, [g] ἐξ ἴσου
B
δὲ τῷ μὴ εὑρεθέντι ἀρχὴν, ὑπὸ τῆς ἀτοπίας, ἦν, ὁ Σεβῆρος κύλικά τε ᾔτησε, καὶ τοῦ ὕδατος πληρώσας, ἁπάντων ὁρώντων ἐξέπιε. καὶ τότε μὲν οὕτω καὶ ἄλλοι τινὲς προσπιόντες ἀνεῤῥώσθησαν. μετὰ δὲ ταῦτα εἰς τὴν Νίσιβιν ὁ Σεβῆρος ἐλθὼν, αὐτὸς μὲν ἐνταῦθα ὑπέμενε· [5] [h] Λατερανὸν δὲ καὶ Κάνδιδον καὶ Λαῖτον εἰς τοὺς προειρημένους βαρβάρους ἄλλον ἄλλῃ ἀπέστειλε. καὶ ἐπερχόμενοι οὗτοι,
C
τήν τε χώραν τῶν βαρβάρων ἐδῄουν, καὶ τὰς πόλεις ἐλάμβανον. μέγα δὲ καὶ ἐπὶ τούτῳ τῷ Σεβήρῳ φρονοῦντι, ὡς καὶ πάντας ἀνθρώπους καὶ συνέσει καὶ ἀνδρίᾳ ὑπερβεβηκότι, πρᾶγμα παραδοξότατον συνηνέχθη. Κλαύδιος γάρ τις λῃστὴς, καὶ τὴν Ἰουδαίαν καὶ τὴν Συρίαν κατατρέχων, καὶ πολλῇ διὰ τοῦτο σπουδῇ ζητούμενος, προσῆλθέ τε αὐτῷ ποτε μεθ' ἱππέων, ὡς καὶ χιλίαρχός τις ὢν, καὶ ἠσπάσατο αὐτὸν καὶ ἐφίλησε· καὶ οὔτε εὐθὺς ἐφωράθη, οὔθ' ὕστερον συνελήφθη.

D
Ἐν δὲ τῷ καιρῷ τούτῳ τοὺς Σκύθας πολεμησείοντας βρονταί τε καὶ ἀστραπαὶ μετ' ὄμβρου, καὶ κεραυνοὶ βουλευομένοις σφίσιν ἐξαίφνης ἐμπεσόντες, καὶ τοὺς πρώτους αὐτῶν τρεῖς ἄνδρας ἀποκτείναντες, ἐπέσχον. ὁ δὲ Σεβῆρος αὖθις τρία τέλη τοῦ στρατοῦ ποιήσας, καὶ τὸ μὲν τῷ Λαίτῳ, τὸ δὲ τῷ [6] Ἀνυλίνῳ, καὶ [7] τῷ Πρόβῳ δοὺς [i] ἐπὶ τὴν Ἀρχὴν ἐξέπεμψε. καὶ οἱ μὲν ταύτην, τριχῇ εἰσβαλόντες, οὐκ ἀμογητὶ ἐχειροῦντο· ὁ δὲ Σεβῆρος,
E
[8] ἀξίωμα τῇ Νισίβει δοὺς, ἱππεῖ ταύτην ἐπέτρεψεν

Has igitur ob cauſas bellum illud occeptum fuit.] [Arabes autem, quia nemo finitimorum ipſis opem ferre voluit, iterum legatos ad Severum miſerunt, quædam æquiora proponentes. Non tamen impetrarunt, quæ cupiebant, idque propter eam cauſam quod ipſimet non veniſſent. A.U.C.948 Scap. Tertullo & Tinejo Clem. COSS.

2. Sed poſtquam tranſiit Euphratem, ac terram hoſtilem invaſit; accidit, ut in regione per naturam, & tum magis etiam per æſtatem, exſiccata, in periculum veniret magnæ partis militum amittendæ. Nam feſſis ex itinere & calore ſolis pulvis involans tantam moleſtiam exhibebat, ut jam nec iter facere poſſent, nec loqui; hoc modo verbum proferrent, Aquam aquam. Quum vero inventa aqua, ob pravitatem, perinde eſſet ac ſi omnino non reperta foret, Severus poculum poſtulavit, plenumque aquæ coram omnibus exhauſit: quo facto, cæteri quoque nonnulli biberunt, atque ita recreati ſunt. Poſtquam deinde Niſibin venit, ibi ipſe quidem ſubſtitit, Lateranum vero, Candidum, & Lætum contra barbaros, quos paulo ante dixi, alium alia via miſit: iique hoſtem adorti, & agros barbarorum populabantur, & oppida capiebant. Severo autem, quum hanc etiam ob rem magnos animos ſumeret, quaſi prudentia & fortitudine omnibus præſtaret hominibus, res maxime miranda accidit, quod Claudius quidam latro, qui Judæam Syriamque prædari cœperat, & ob eam cauſam ſtudioſe exquirebatur, ad Severum aliquando pro tribuno militum acceſſit cum equitibus, eumque exoſculatus ſalutavit: neque tamen ab eo tum deprehenſus, neque captus eſt poſtea.

3. Per id tempus Scythas bellum agitantes, quo minus id facerent, retinuerunt tonitrua, fulgura, atque fulmina cum imbri maximo, quæ interea dum de bello deliberarent inter ſe, derepente illapſa, tres viros primarios fulmine percuſſos occiderunt. Severus autem rurſus exercitum in tres partes diſtribuit, quarum partium uni Lætum, alteri Anulinum, tertiæ Probum præfecit, dein eos in Adiabenen miſit: quam illi licet tripartito ingreſſi, tamen non ſine moleſtia ſubegerunt. Severus Niſibi magnam dignitatem dedit,

e ἠβούλοντο. ſic Exc. Urſ. ἐβούλοντο, L. f ἄλλως τε δέ. malim ἄλλως τε δή. g ἐξ ἴσου δὲ τῷ μὴ εὑρεθέντι ἀρχὴν, ὑπὸ τῆς ἀτοπίας, ἦν, ὁ Σεβῆρος κύλικά τε ᾔτησε. ἀπορίας, Pal. omiſſo articulo. illud probant Wolf. Sylb. & L. etiam εὑρεθέντι ad marg. L. lacunæ ſignum ante ἀρχὴν, ponit Wolf. vertit Blancus: *qui* (Severus,) *antequam inveniretur, laborabat cum ceteris.* Xylander: *Severus initio, perinde ac ſi ea non reperta eſſet, anxius.* Leunclavius: *perinde potus ob inopiam adfectus erat Severus, ac ſi nihil prorſus inveniſſet.* Equidem reciperem ἀπορίας, *quæ bibi non poſſet*, niſi me retineret Suidas, in ἀτοπίας hunc locum laudans, & exponens κακίας. cetera ibi eadem, niſi quod ἀνεφάνη ὕδωρ legit, quod melius convenit cum τῷ εὑρεθέντι. locum hunc apud Suidam reperiri, nemo adhuc animadverterat. h Λατερανὸν ſcripſi pro Λατερανόν. vide § 5. i ἐπὶ τὴν Ἀρχήν. vox ἀρχὴν ſuſpecta. Wolf. fortaſſe legendum ἐπὶ τὴν Ἄρκην. Arcenæ urbis meminit præter ceteros Lampridius in Alexandro. Sylb. ſed τριχῇ ἐσβαλόντες ad regionem potius quam ad oppidum pertinet: quapropter ajo ſcripſiſſe Dionem ἐπὶ τὴν ἀνατολὴν, *in orientem*, quod Herodiani expoſitioni convenit. L. ſed tamen latior videtur ἀνατολὴ, quam ut illi conveniat ſequens ἐχειροῦντο. malim Ἀδιαβηνὴν, vel Ἀτρηνὴν. vide Herodian. III. 9, 4. & 6. niſi forte quædam exciderunt ante ἀρχήν. paulo ante mallem καὶ τὸ τρίτον τῷ Πρόβῳ.

§ 4. (l. 18.) οἱ δὲ Ἀράβιοι] Atreni, quorum rex Barſemius ſagittarios auxilio miſerat Nigro. *Herodian.* III. 1, 6. vide ſupra § 2. Arabes Scenitas percurriſſe Severum, & Arabiam univerſam in poteſtatem redegiſſe, ait *Zoſimus* I. 8.

§ 5. (l. 38.) Λατερανὸν δὲ καὶ Κάνδιδον] *Lateranus* dicitur apud *Victorem* Epit. XX. 6. & *Gruter.* XLVI. 9. LI. 1. & CCC. item in Faſtis *Ap. Claudius Lateranus* A. U. C. 950. *Ædes Laterani* apud *Victor.* l. c. & *Capitolin.* in Marco cap. 1. Candidus perinde ut Valerianus & Anulinus jam contra Nigri copias dimicaverant fortiter p. 842. E. ſq. unde Lateranum, Cilonem, Anulinum, Baſſum, ditatos a Severo dicit *Victor* l. c. Lætus etiam poſtea Niſibin Parthis eripuit pag. 853. E. occiſus denique p. 855. A.

§ 6. (l. 58.) Ἀνυλίνῳ] P. Corn. Anulinus Conſul fuit II. cum Frontone A. U. C. 952. qui Conſules exſtant etiam in tabula ærea apud *Fabrettum* ad Col. Traj. p. 37. & apud *Gruterum* ſæpius.

§ 7. (l. 59.) τῷ Πρόβῳ] Hic gener Severi, quem imperium adeptus ſtatim cum altero genero Aëtio conſulem fecerat (A. U. C. 946.) & ditaverat. *Spart.* c. 8.

§ 8. (l. 62.) ἀξίωμα τῇ Νισίβει] Vide *Spanhem.* de U. N. Diſſ. IX. pag. 606. ubi Metropoleos juxta ac coloniæ dignitatem Niſibi a Severo tributam, ex numis docet. confer & *Harduin.* p. 125. ſq.

A.U.C.948 Scap. Tertullo & Tinejo Clem. COSS.

dit, eamque urbem commiſit equiti Romano. Quanquam vero diceret, ſe magnam regionem adjunxiſſe imperio, eamque propugnaculum Syriæ effeciſſe; tamen ex re ipſa conſtat, eam frequentium nobis bellorum, & multorum ſumptuum cauſam eſſe; propterea quod pauciſſima pendit, inſumitque plurima, quodque nos, quando finitimos, ſeu Medi, ſeu Parthi aggrediuntur, pro ea ſemper quodammodo pugnamus.

A.U.C.949 Dom. Dextro II. & Val. Meſſala COSS.

4. Severo autem, nondum a bellis barbaricis reſpiranti, bellum civile cum Albino Cæſare coortum eſt; quod Severus ei, poſt Nigrum de medio ſublatum, cæteraque ibi locorum pro arbitrio conſtituta, ne Cæſaris quidem amplius honores tribuebat, quum interim Albinus etiam ipſum imperatoriæ dignitatis faſtigium adfectaret. Quas ob cauſas toto orbe terrarum commoto, nos quidem ſenatores quieſcebamus; quotquot necdum alterutrius in partes diſceſſione palam facta, cum eis in periculorum & ſpei ſocietatem veniebamus. Populus autem teneri non poterat, quin hoc malum apertiſſime deploraret. Erat ante Saturnalia poſtremus dies ludorum circenſium, ad eosque maxima hominum multitudo confluxerat: cui ſpectaculo & ego intereram, conſulis, amici mei, cauſa, audivique diligenter omnia, quæ tum dicta ſunt, ita ut potuerim aliquid de iis certo ſcribere. Accidit ergo, cum conveniſſet, ut diximus, infinita vis hominum, ſpectaretque ſenos inter ſe certantes currus, (quod & factum fuerat Cleandri temporibus) ut interim neminem omnino collaudaret quiſquam, ſicut erat conſuetudinis. Sed poſtquam hi ſuos curſus confecerant, dum aurigæ ſe ad alterum miſſum accingunt; tum vero invicem ſubito ſibi ſilentio indicto, ſimul omnes comploſione manuum facta conclamant, populoque felicitatem ac ſalutem precantur; mox urbem Romam Reginam & Immortalem vocant, atque uno ore exclamant: “ Quouſque tandem hæc patiemur? quouſque bello vexa-

ἐπέτρεψεν· ἔλεγέ τε μεγάλην τέ τινα χώραν προσκεκτῆσθαι, καὶ πρόβολον αὐτὴν τῆς Συρίας πεποιῆσθαι. ἐλέγχεται δὲ ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἔργου, καὶ [i] πολέμων ἡμῖν συνεχῶν, ὡς καὶ δαπανημάτων πολλῶν, αἰτία οὖσα. δίδωσι μὲν γὰρ ἐλάχιστα, ἀναλίσκει δὲ παμπληθῆ 850
καὶ πρὸς ἐγγυτέρους καὶ τῶν Μήδων καὶ τῶν Πάρθων [k] προσεληλυθότες, ἀεὶ τρόπον τινὰ ὑπὲρ αὐτῶν μαχόμεθα.

Τῷ δὲ Σεβήρῳ πόλεμος αὖθις, μήπω ἐκ τῶν βαρβαρικῶν ἀναπνεύσαντι, ἐμφύλιος πρὸς [10] τὸν Ἀλβῖνον τὸν Καίσαρα συνηνέχθη. ὁ μὲν γὰρ οὐδὲ τὴν τοῦ Καίσαρος αὐτῷ ἔτι ἐδίδου τιμὴν, ἐπειδὴ τὸν Νίγρον ἐκποδὼν ἐποιήσατο, τά τε ἄλλα τὰ ἐνταῦθα ὡς ἐβούλετο κατεστήσατο· ὁ δὲ καὶ τὴν [l] αὐτοῦ τοῦ αὐτοκράτορος ἐζήτει ὑπεροχήν. συγκινουμένης οὖν διὰ ταῦτα τῆς οἰκουμένης, [11] ἡμεῖς μὲν οἱ βουλευταὶ ἡσυχίαν ἤγομεν, ὅσοι μὴ πρὸς τοῦτον ἢ ἐκεῖνον φανερῶς ἀποκλίναντες, ἐκοινώνουν σφίσι καὶ τῶν κινδύνων καὶ τῶν ἐλπίδων. ὁ δὲ δῆμος οὐκ ἐκαρτέρησεν, ἀλλ᾽ ἐκφανέστατα κατωδύρατο. ἦν μὲν γὰρ ἡ [12] τελευταία πρὸ τῶν Κρονίων ἱπποδρομία B
καὶ συνέδραμεν [m] ἐς αὐτὸ ἄπλετόν τι χρῆμα ἀνθρώπων. παρῆν δὲ καὶ ἐγὼ τῇ θέᾳ, [13] διὰ τὸν ὕπατον φίλον μου ὄντα, καὶ πάντα τὰ λεχθέντα ἀκριβῶς ἤκουσα· ὅθεν καὶ [n] γράψαι τι περὶ αὐτῶν ἠδυνήθην. ἐγένετο δὲ ὧδε· συνῆλθον μὲν (ὥσπερ εἶπον) C
ἀμύθητοι, καὶ τὰ ἅρματα [14] ἑξαχῶς ἁμιλλώμενα ἐθεάσαντο, (ὅπερ που καὶ [15] ἐπὶ τοῦ Κλεάνδρου ἐγεγόνει) [n] μηδὲν μηδένα παράπαν [16] ἐπαινέσαντες, ὅπερ εἰώθεσαν. [o] ἐπειδὴ δὲ [17] ἐκεῖνοί τε οἱ δρόμοι ἐπαύσαντο, D
καὶ ἔμελλον οἱ ἡνίοχοι ἑτέρου ἄρξασθαι, ἐνταῦθα [p] σιγάσαντες ἀλλήλους ἐξαίφνης, τάς τε χεῖρας πάντες ἅμα συνεκρότησαν, καὶ προσεπεβόησαν, εὐτυχίαν τῇ τοῦ δήμου σωτηρίᾳ αἰτούμενοι. εἶπόν τε τοῦτο· καὶ μετὰ τοῦτο τὴν Ῥώμην καὶ [18] Βασιλίδα καὶ Ἀθάνατον

k προσεληλυθότες. locus corruptus, qui nullum commodum ſenſum, quantum video, fundit, nec eum, quem interpres exculpſit, ſuppeditare poteſt. *ad Medos finitimos Parthosque progreſſi*, non ſonaret græce, πρὸς ἐγγυτέρους καὶ τῶν Μήδων καὶ τῶν Πάρθων προσεληλυθότες. ſed Μήδους καὶ Πάρθους requireret. putem igitur legendum eſſe προσεληλυθότων, ſenſu quem expreſſi. vide p. 853. E. & 848. A. paulo poſt ὑπὲρ αὐτῆς ſcribendum puto. *pro Niſibi*. *l* αὐτοῦ τοῦ αὐτοκράτορος. emendatio Sylburgii, quam receperunt cum Sylb. etiam HS. edit. maj. & L. τοῦ αὐτοῦ αὐτοκρ. RS. & HS. edit. min. itemque Pal. αὐτοῦ omittit Br. *m* ἐς αὐτό. congruentius ἐς ταυτὸ *in unum*. Sylb. ἐς αὐτὴν, L. ad marg. *n* γράψαι τι. τι abeſt a Pal. & mox μηδὲν a Br. *o* ἐπειδὴ δέ. ſic ſcripſi ex RS. Coiſl. & Br. pro quo ceteri ἐπειδή τε. *p* ἐνταῦθα σιγήσαντες, vulgo. ἐνταῦθα ἤδη σιγήσαντες, Coiſl. Br. ceterum rectius σιγάσαντες dici, jam monuit Sylb. in indice.

§ 9. (l. 66.) πολέμων ἡμῖν συνεχῶν] Id non diu poſt eventus comprobavit p. 853. E. ut de ſequentibus temporibus nil dicam.

§ 10. (l. 74.) τὸν Ἀλβῖνον τὸν Καίσαρα] Albinus Cæſar, & Conſul in annum 947. dictus a Severo. *Herodian.* II. 15, 5. *Capitolin.* Albin. c. 1. & 3. vide ſupra p. 837. § 97. Numi ejus Cæſaris titulum ferunt usque ad A. U. C. 949. quo anno Auguſtum ſe dixit. *Mediob.* p. 265. ſq. *Patin.* Theſ. p. 79. 115. De Imperatoris titulo ſumto tacet *Herodianus* III. 5, 3. ſq. ſed ſiſtit βασιλικώτερον ἐντρυφῶντα τῷ τοῦ Καίσαρος ὀνόματι. Addit, a primoribus ſenatorum clam invitatum eſſe Romam, abſente adhuc & occupato Severo, quod omnis nobilitas Albinum, nobilem & juvenem, mallet Imperatorem. Decreviſſe igitur Severum, datis ad eum per certos homines literis humaniſſimis, per inſidias, aut vi aut veneno, eum de medio tollere; quibus inſidiis detectis, ſe adverſus Severum velut hoſtem compararit. Literas Severi exhibet *Capitolinus* in Albino c. 7. & de inſidiis patefactis exponit c. 8. Contra Albinus, velut ingratus, a Severo hoſtis judicatur. *Spart.* c. 9. 10. *Herodian.* III. 6, 18. Orationem Severi ad milites habes apud eundem c. 6.

§ 11. (l. 80.) ἡμεῖς οἱ βουλευταὶ ἡσυχίαν ἤγομεν] Quievit ſane Senatus palam & publice; ſed a primoribus clam ſollicitatum vidimus § 10. inclinante ad eum omni nobilitate. Vide & *Capitolin.* Albin. c. 7. 12. Literas ſenatorum ad Albinum, poſt ejus necem Severus diligenter exquiri juſſit. *Herodian.* III. 8, 12. *Suidas* & *Capitolin.* cap. 12. eaque cauſa eſt, cur tam multi nobilium interfecti ſint, p. 853. D. & cur tam infenſo poſtea in Senatum animo fuerit Severus. ibid. B.

§ 12. (l. 86.) τελευταία πρὸ τῶν Κρονίων ἱπποδρομία] Cum Saturnalia agerentur a medio Decembri, patet, bellum agitatum eſſe ſub finem anni 949. quo poſt expugnatum Byzantium Romam redierat. vide *Spart.* Sev. c. 10.

§ 13. (l. 89.) διὰ τὸν ὕπατον, φίλον μου] Pro amiciti[illegible]ga ludos edentem Conſulem, ſuffectum procul dub[illegible]mos anni menſes, quem non produnt Faſti. [illegible] hic locus, frequentiam honeſtiorum in ludi[illegible] micitiis & gratia ejus qui edebat.

§ 14. (l. 93.) ἑξαχῶς ἁμιλλώμενα] Id [illegible] eodem plures quaternis curribus certarent, [illegible] factionibus, praſina, veneta, alba, ruſſata. [illegible] in Circo ſena ab utroque latere oſtia, ſeu ſen[illegible] fornicati, unde repagulis ſublatis ad ſignum datum to[illegible]dem currus prodirent.

E

A.U.C. 949 Dom. Dextroll. & Val. Meſſala COSS.

D ναῖον ὀνομάσαντες, “Μέχρι πότε τοιαῦτα πάσχομεν;” ἔκραξαν, καὶ “Μέχρι ποῦ πολεμούμεθα;” εἰπόντες δὲ ἄλλα τινὰ τοιουτότροπα, τέλος ἐξεβόησαν [q] ὅτι “Ταῦτά ἐστι·” καὶ πρὸς τὸν ἀγῶνα τῶν ἵππων [r] ἐξετράποντο. οὕτω μὲν [19] ἔκ τινος θείας ἐπιπνοίας ἐνεθουσίασαν· οὐ γὰρ ἂν ἄλλως τοσαῦται μυριάδες ἀνθρώπων οὔτε ἤρξαντο τὰ αὐτὰ ἅμα ἀναβοᾶν, ὥσπερ τις ἀκριβῶς χορὸς δεδιδαγμένος, οὔτ᾽ εἶπον αὐτὰ ἀπταίστως ὡς καὶ μεμελετημένα. ταῦτά τε οὖν ἔτι καὶ μᾶλλον ἡμᾶς ἐτάραττε, [s] καὶ πῦρ αἰφνίδιον
E νυκτὸς ἐν τῷ ἀέρι τῷ πρὸς βορρᾶν τοσοῦτον ὤφθη, ὥστε τοὺς μὲν τὴν πόλιν ὅλην, τοὺς δὲ καὶ τὸν οὐρανὸν αὐτὸν καίεσθαι δοκεῖν. ὃ δὲ δὴ μάλιστα θαυμάσας ἔχω, [20] ψεκὰς ἐν αἰθρίᾳ ἀργυροειδὴς ἐς τὴν τοῦ Αὐγούστου ἀγορὰν κατερρύη. φερομένην μὲν γὰρ αὐτὴν οὐκ εἶδον, πεσούσης δὲ αὐτῆς ᾐσθόμην, καὶ κέρματά τινα ἀπ᾽ αὐτῆς χαλκᾶ κατηργύρωσα· ἃ καὶ ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας τὴν αὐτὴν ὄψιν εἶχε. τῇ γὰρ τετάρτῃ πᾶν τὸ [t] ἐπαλειφθὲν αὐτοῖς ἠφανίσθη.

vexabimur?” Quumque dixiſſent alia quædam ejuſdem generis, tandem exclamant, “Sed ſatis de his:” eoque facto, ſe ad certamen equorum convertunt. Omnino hæc afflatu aliquo divino profuderant: neque enim temere tot millia hominum conclamare ſimul eadem cœpiſſent, quaſi chorus quispiam edoctus diligentiſſime; neque eadem verba ſine hæſitatione, quaſi meditata, pronuntiaviſſent. Nos quidem his rebus eo magis perturbari cœpimus, quod noctu tantus repente ignis in aëre, qua parte ſpectat ad ſeptentrionem, eſt viſus; ut alii totam urbem conflagrare, alii cœlum ipſum ardere exiſtimarent. Mihi quidem inter cætera maxime fuit admirationi, quod cœlo ſereno pluvia rori ſimilis colorisque argentei, in forum Auguſti defluxit: quam ego etſi non vidi quum caderet, tamen, ut ceciderat, exploravi, eaque ita, ut ſi eſſet argentum, oblivi numulos aliquot æreos: manſitque is color tres dies, quarto vero die, quicquid illitum fuerat, evanuit.

851 [u] Νουμεριανός τις γραμματιστὴς τῶν [x] τὰ παιδία γράμματα διδασκόντων, ἐκ τῆς Ῥώμης ἐς τὴν Γαλατίαν, οὐκ οἶδ᾽ ὅ, τι δόξαν αὐτῷ, ἀφορμηθείς, βουλευτής τε εἶναι τῶν Ῥωμαίων πλασάμενος, καὶ ἐπὶ στρατιᾶς ἄθροισιν ὑπὸ τοῦ Σεβήρου πεμφθῆναι, συνήγαγέ τινα βραχεῖαν πρῶτον ἰσχύν, καὶ τινας [21] τῶν τοῦ Ἀλβίνου ἱππέων διέφθειρε, καὶ ἄλλα τινὰ ὑπὲρ τοῦ Σεβήρου ἐνεανιεύσατο. ἀκούσας δὲ ὁ Σεβῆρος, καὶ νομί-
B σας ὄντως τινὰ τῶν βουλευτῶν εἶναι, ἐπέστειλεν [y] ἐπαινῶν τε αὐτόν, καὶ δύναμιν κελεύων πλείονα προσλαβεῖν. καὶ ὅς, λαβὼν πλείονα δύναμιν, ἄλλα τε θαυμαστὰ ἐπεδείξατο, καὶ [22] χιλίας καὶ ἑπτακοσίας καὶ πεντήκοντα μυριάδας δραχμῶν ἑλών, τῷ Σεβήρῳ ἔπεμψε. νικήσαντος δὲ τοῦ Σεβήρου, πρὸς αὐτὸν ἐλθών, οὔτ᾽ ἀπεκρύψατό τι, οὔτ᾽ ᾔτησεν ὡς ἀληθῶς βουλευτὴς γενέσθαι· καὶ τιμαῖς μεγάλαις πλούτῳ τε ἂν αὐξηθῆναι δυνηθείς, οὐκ ἠθέλησεν, ἀλλ᾽ ἐν ἀγρῷ τινι, σμικρόν τι ἐφ᾽ ἡμέραν λαμβάνων παρ᾽ αὐτοῦ, διεβίω. [z] [τότε
C δὴ καὶ ἐν Βρεττανίᾳ, διὰ τὸ [23] τοὺς Καληδονίους μὴ

5. Iisdem temporibus quidam Numerianus grammaticus, ex eorum numero, qui pueros literas docent, Roma, neſcio quo conſilio adductus, in Galliam profectus eſt: ubi dum ſe ſenatorem eſſe ſimulat, miſſumque ab Severo ad comparandum exercitum, primo parvas copias cogit, iisque conficit aliquot equites Albini, atque alia multa pro Severo audacius agit. Quibus cognitis rebus, Severus, vere ſenatorum quendam eſſe ratus, eum collaudavit per literas, & ut ſibi majores copias compararet, juſſit. Is majore coacto exercitu, præter cætera, quæ præclare ac mirabiliter geſſit, miſit ad Severum pecuniam, quam coegerat ad ſeptingenties ſeſtertium. Poſt venit ad Severum, victoria potitum, eumque nihil celavit, neque petiit ab eo, ut ſe vere cooptaret in ordinem ſenatorium. Nam quum magnos honores opesque conſequi potuiſſet, tamen noluit, ſed ruri, contentus parvo, quod a Severo in diem accipiebat, vitam egit.

q ὅτι ταῦτα ἐστί. ὅτι pleonaſticum eſt, ut paſſim in dictorum citatione. Sylb. ὅ, τι. Wolf. forte ſcriptum erat, ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα, vel ταῦτ᾽ ἄρα ταῦτά ἐστι. de qua formula vide Boſium ad Ariſtidis Orat. T. I. p. 326. paulo ante pro ἄλλα τινά, Br. habet καὶ ἄλλα τινά. r ἐξετράποντο. ἐτράποντο. Pal. Coiſl. Br. s καὶ πῦρ. καὶ ὅτι πῦρ, L. ad marg. t ἐπαλειφθέν. ita Sylb. HS. edit. maj. & L. itemque Br. & Coiſl. ἐπαναλειφθέν, RS. & HS. edit. min. u Νουμεριανός τις. ſcribo, Νουμεριανὸς δέ τις. HS. x τὰ παιδία. ita Sylb. HS. edit. maj. L. Pal. Br. & Coiſl. τὰ παιδικά, RS. & HS. edit. min. y ἐπαινῶν τε αὐτόν. ſic Sylb. HS. edit. maj. L. Br. & Coiſl. ἐπαινῶν ἐπί τε αὐτόν, RS. & HS edit. min. ad præcedens ἐπέστειλεν, addendum puto αὐτῷ. z τότε δὴ καὶ ἐν Βρεττανίᾳ. hæc addidit L. nexus cauſa. cetera ſunt ex Exc. Urſ. num. LXXIX. niſi quod ibi ἐμμείναντας ταῖς ὑποσχέσεσι, καίτοι Μαιάταις παρεσκευασμένους ἀμύνειν, διὰ τὸ &c.

prodirent. vide *Bulengerum* de Circo cap. 14. T. IX. Theſ. Græv. p. 625. ſq. cui fini Domitianus quatuor jam receptis factionibus novas duas aurati purpureique panni addidit. p. 760. C. § 26. Imo in marmore antiquo apud *Onuphrium* de ludis Circ. lib. I. c. 15. T. IX. Græv. p. 185. octo currus quadrijugi una viſuntur, quod tamen artificis potius luſum interpretatur *Jo. Argolus* ibid. p. 191. not. 15.

§ 15. (l. 94.) ἐπὶ τοῦ Κλεάνδρου] Commodi temporibus, qui hunc habuit cubicularium. p. 822. C.

§ 16. (l. 96.) ἐπαινέσαντες ὥσπερ εἰώθεσαν] Acclamationes intelligit, modo huic modo alteri factioni faventium; nunc, quod mirum in clamoſo Circo, ceſſantes.

§ 17. (l. 97.) ἐπῆσαν οἱ δρόμοι] Septem gyris circa ſpinam Circi miſſu primo a certantibus factis.

§ 18. (l. 3.) Βασιλίδα καὶ Ἀθάνατον] Roma *Regina mundi*, apud *Rutil.* Itiner. I. 47. *Terrarum dea gentiumque*, apud *Martial.* XII. 8. 1. βασιλὶς in Græcorum inſcriptionibus frequentiſſime. vide *Falconerii* notas ad Inſcriptiones athleticas, in Theſ. Gronov. T. VIII. p. 2306. 2317. 2324. de aliis quoque urbibus *Spanhemium* ad Juliani Orat. I. p. 30. *Romæ æternæ* mentio non infrequens in numis ab Antonini tempore. vide ſupra p. 823. § 87. adeoque his ipſis temporibus in numis Severi, Peſcennii, Albini. *Mediob.* pag. 267. 271. 264. ſqq. & in Inſcriptionibus *Gruteri* CVII. 5. CCCIX. 7. MXVII. 7. & apud Scriptores veteres, v. g. *Tibullum* II. 5, 23.

§ 19. (l. 9.) ἔκ τινος θείας ἐπιπνοίας] Non adeo mirum videtur hoc accidiſſe apud Romanos, acclamationibus modulatis aſſuetos, modo aliquis χοροδιδάσκαλος præiret.

§ 20. (l. 18.) ψεκὰς ἐν αἰθρίᾳ ἀργυροειδής] Simile quid legas in *Cedreno* T. I. p. 264. B. ſub Probo & Floriano: οὗτος μεμιγμένος τῷ ὕδατι πολλαχοῦ κατεσχέθη — ὑετοὺς καὶ ψεκάδας ἀργύρου κατενεχθῆναι φασί.

§ 21. (l. 31.) τῶν τοῦ Ἀλβίνου ἱππέων] Nam Albinus ex Britannia tranſmittens, in adverſo Galliæ littore caſtra poſuerat, auxilia a præſidibus vicinarum gentium petens. *Herodian.* III. 7, 2. ſq.

§ 22. (l. 37.) χιλίας καὶ ἑπτακοσίας καὶ πεντήκοντα μυριάδας] Faciunt 1750 000 unciales. *Spartianus* refert, c. 12. Severum magnam partem auri per Gallias, per Hiſpanias & per Italiam confeciſſe.

§ 23. (l. 44.) τοὺς Καληδονίους] De Caledoniis & Mæatis infra p. 866. C.

A.U.C.950 Cl. Laterano & Rufino COSS.

egit. [Tunc etiam in Britannia, cum Caledonii ſe, violatis promiſſis, ad defendendos Mæatas pararent, & Severus id temporis finitimo bello intentus eſſet; coactus fuit Lupus a Mæatis magna pecunia pacem redimere, paucis quibusdam captivis receptis.]

6. Prœlium vero Severi & Albini apud Lugdunum ita factum eſt. Erant ambobus militum CL. millia, aderatque præſens uterque in bello, quippe de capite certantes: etſi Severus ante nulli prœlio interfuerat. Albinus nobilitate & doctrina antecellebat: alter ſcientia rei militaris & peritia ducendi exercitus potior erat. Accidit autem priore pugna, ut Albinus Lupum vinceret, unum ex ducibus Severi, ac multos e copiis ejus milites interficeret. Sed genus alterius pugnæ varium fuit, varia item fortuna. Nam quum primo ſiniſtrum cornu Albini victum in munitionem caſtrorum profugiſſet, eosque inſequuti Severiani ſimul in caſtra cum ipſis irruerent, cædes facerent, & tentoria diriperent; eodem tempore ii milites Albini, qui dextrum cornu tenebant, cum haberent ante ſe cæcas foſſas, & foveas, quarum ſuperficiei terra inſperſa erat, ad eas usque progreſſi, jaculabantur eminus, neque longius progrediebantur, ſed ſimulato timore retrocedebant, ut hoſtes ad inſequendum ſe pellicerent, id quod evenit. Indignati enim Severiani, quod illi impetum tam exigui temporis feciſſent, ac jam contemtim habentes, quod tam ſubito fugiſſent; ruere in ipſos cœperunt, campum, qui inter utramque aciem medius erat, percurri poſſe rati. Sed quum ad foſſas veniſſent, cladem graviſſimam acceperunt: nam primi, fractis ſubito iis rebus, quæ fuerant in ſuperficie poſitæ, in foveas incidunt: qui proximi ſunt, ſuper illos corruunt, deciduntque in foveas, cæteri dum retrocedunt timoris cauſa, propter ſubitam converſionem & ipſi impingunt, & noviſſimum agmen conturbant, idque adeo in vallem profundam compellunt: unde horum pariter & eorum, qui in foveas

μὴ ἐμμεῖναι ταῖς ὑποσχέσεσι, τοῖς Μαιάταις παρεσκευασμένους ἀμῦναι, καὶ διὰ τὸ τότε τὸν Σεβῆρον τῷ παροίκῳ πολέμῳ προσκεῖσθαι, κατηναγκάσθη [24] ὁ [a] Λοῦπος μεγάλων χρημάτων τὴν εἰρήνην παρὰ τῶν Μαιατῶν ἐκπρίασθαι, αἰχμαλώτους τινὰς ὀλίγους ἀπολαβών.] D

Ὁ δὲ δὴ ἀγὼν τῷ τε Σεβήρῳ καὶ τῷ Ἀλβίνῳ [25] πρὸς τῷ Λουγδούνῳ τοιόσδε ἐγένετο. πεντεκαίδεκα μὲν μυριάδες στρατιωτῶν σὺν ἀμφοτέροις ὑπῆρχον· [26] παρῆσαν δὲ καὶ ἀμφότεροι τῷ πολέμῳ, ἅτε περὶ ψυχῆς θέοντες, καίτοι τοῦ Σεβήρου μηδεμιᾷ πω μάχῃ ἑτέρᾳ παραγεγονότος. ἦν δὲ [b] ὁ μὲν Ἀλβῖνος [27] καὶ τῷ γένει καὶ τῇ παιδείᾳ προήκων, ἅτερος δὲ πολέμια κρείττων καὶ δεινὸς στρατηγῆσαι. συνέβη δὲ τὸν Ἀλβῖνον προτέρᾳ μάχῃ [28] νικῆσαι τὸν Λοῦπον τῶν τοῦ Σεβήρου στρατηγῶν ὄντα, καὶ πολλοὺς τῶν σὺν αὐτῷ διαφθεῖραι στρατιωτῶν. ὁ δὲ τότε ἀγὼν, πολλὰς ἔσχεν ἰδέας τε καὶ τροπάς. τὸ μὲν γὰρ [29] λαιὸν κέρας τοῦ Ἀλβίνου, ἡττήθη τε καὶ κατέφυγεν ἐς τὸ ἔρυμα. καὶ οἱ Σεβήρειοι στρατιῶται διώκοντες συνεισέπεσον, καὶ ἐκείνους τε ἐφόνευον, καὶ τὰς σκηνὰς διήρπαζον. ἐν δὲ τούτῳ οἱ περὶ τὸ δεξιὸν κέρας τεταγμένοι τοῦ Ἀλβίνου στρατιῶται, κρυπτὰς τάφρους ἔχοντες πρὸ αὐτῶν, 852 καὶ ὀρύγματα γῇ ἐπιπολαίως κεκαλυμμένα, μέχρι μὲν ἐκείνων προῄεσαν καὶ ἠκόντιζον πόῤῥωθεν, περαιτέρω δὲ οὐ προεχώρουν· [c] ἀλλὰ καὶ ὡς δεδιότες ἀνέστρεφον, ὅπως ἐπισπάσωνται τοὺς ἐναντίους εἰς δίωξιν· ὃ δή ποτε καὶ ἐγένετο. ἀγανακτήσαντες γὰρ οἱ Σεβήρειοι πρὸς τὴν δι' ὀλίγου αὐτῶν ἐξόρμησιν, καὶ καταφρονήσαντες αὖ πρὸς τὴν ἐκ βραχέος ἀνάφευξιν, ὥρμησαν ἐπ' αὐτοὺς, ὡς καὶ παντὸς τοῦ μεταιχμίου σφῶν ἐμβατοῦ ὄντος. καὶ γενόμενοι κατὰ τὰς τάφρους, παθήματι δεινῷ συνηνέχθησαν. οἵ τε γὰρ πρωτοστάται, καταῤῥαγέντων εὐθὺς τῶν ἐξ ἐπιπολῆς ἐπικειμένων, ἐς τὰ ὀρύγματα ἐνέπεσον, καὶ οἱ ἐπιτεταγμένοι σφίσιν, ἐμπίπτοντες αὐτοῖς, ἐσφάλλοντο καὶ κατέπιπτον· καὶ οἱ λοιποὶ δείσαντες ἀνεχώρουν ὀπίσω· καὶ ἅτε ἐξαίφνης ἀναστρεφόμενοι, αὐτοί τε ἔπταιον, καὶ τοὺς οὐραγοῦντας ἀνέτρεπον, ὥστε καὶ ἐς φάραγγα B

a Λοῦπος. ita Urſ. & L. Λούπιος in MS. *b* ὁ μὲν Ἀλβ. articulus deeſt apud RS. & HS. edit. min. additus ex Pal. a Sylb. HS. edit. maj. & L. conſentiente codice Coisl. & Br. *c* ἀλλὰ καὶ ὡς δεδιότες. mendum irrepſerat in utramque H. Stephani editionem, ἀλλὰ καὶ ὡς δεδιότες, quod & in Leunclaviana retentum eſſe miror, quia ſenſum turbat.

§ 24. (l. 48.) ὁ Λοῦπος] Non confundendus hic Virius Lupus, Britanniæ præpoſitus, cum eo Lupo ex ducibus Severi uno, quem Dio mox in Gallia primo prœlio interfectum dicit. Virium Lupum, Ulpiano memoratum, non pauca in Britannia ædificaſſe ſub Severo, ex lapidum inſcriptionibus docet *Cambdenus* pag. 713. & 762. vide & *Gruter*. LXXIII. 5. CXCI. 3.

§ 25. (l. 52.) πρὸς τῷ Λουγδούνῳ] Meminerunt hujus prœlii *Spartianus* Sev. c. 11. *Capitolinus* Albin. c. 12. *Victor* Cæſ. XX. 9. *Eutropius* VIII. 10, 9. *Euſebius* ad an. XIV. Chr. 207. *Herodianus* III. 7, 5. ſqq. Ex Spartiano colligas, apud Tiburtium vel Trinurtium, locum non procul Lugduno, geſtum eſſe, & Albinum denique victum XI. Kal. Mart. hoc eſt, 19. Febr. A. U. C. 950.

§ 26. (l. 54.) παρῆσαν δὲ καὶ ἀμφότεροι] At *Herodianus* l. c. Albinum Lugduni manſiſſe dicit, miſſo ad prœlium exercitu.

§ 27. (l. 57.) καὶ τῷ γένει καὶ τῇ παιδείᾳ] De genere Albini præclare omnes, de ſtudiis minus bene ſentit *Capitolinus* Albin. c. 4. & 5. *Albinus Adrumeto (Africæ) oriundus, ſed nobilis apud ſuos, & originem a Romanis familiis trahens, Poſtumiorum ſcilicet & Albinorum Cejoniorum — Eruditus literis græcis ac latinis mediocriter, quod eſſet animi jam militaris & ſuperbi.* Contra Severi ſtudia prædicat *Victor* Cæſ. XX. 22. Epit. XX. 8. *Eutropius* VIII. 10, 10. *Spartianus* cap. 1. & 18. *Suidas*. belli autem gloria ſupra omnes eum extollit *Herodianus* III. 8, 14. III. 7, 16. ſqq. confer & *Dionem* p. 869. A. E.

§ 28. (l. 60.) νικῆσαι τὸν Λοῦπον] Duces Severi primo ab Albinianis victos eſſe, memorat & *Spart*. c. 10. *Capitolin*. Albin. c. 9. ſed *Herodianus* III. 7. 4. ἀκροβολισμοὺς velitares pugnas appellat, ante Lugdunenſem commiſſas.

§ 29. (l. 64.) λαιὸν κέρας τοῦ Ἀλβίνου ἡττήθη] Contra plane *Herodianus* III. 7, 8. ὡς δέ τινες τῶν τότε ἱστόρησαν, οὐ πρὸς χάριν ἀλλὰ πρὸς ἀλήθειαν λέγοντες, πολύ τι ὑπερέσχεν ἡ φάλαγξ τοῦ Ἀλβίνου στρατοῦ καθ' ὃ μέρος ἐτέτακτο ὁ Σεβῆρος καὶ ὁ σὺν αὐτῷ στρατός· ὡς φυγεῖν τε αὐτὸν καὶ τοῦ ἵππου ἐκπεσεῖν· ἀποῤῥίψαντα δὲ τὴν χλαμύδα τὴν βασιλικὴν λαθεῖν.

§ 30. (l. 95.) αὐτὸς τὸν ἵππον ἀποβαλὼν] *Spartianus* c. 11. *Quum quidem ingens periculum equi caſu adiit, ita ut mortuus ictu plumbeæ crederetur, ita ut alius jam pene [illegible] ab exercitu deligeretur.*

§ 31. (l. 97.) τὴν χλαμύδα περιῤῥηξάμενος] Vide quam diverſa ſit de eadem re fama, aut quam co[illegible] ſtudium. Nam *Herodianus* l. c. abje[illegible] dixiſſe ſcribit.

§ 32. (l. 7.) ὁ γὰρ Λαῖτος — περιμείνας] [illegible] *Herodianus* id pluribus enarrat III. 7, 9. ſqq. dicitque non [illegible] pugnam deſcendiſſe Lætum, quam ubi Severum cecid[illegible] nunciatum ſit:

[d] φάραγγα αὐτοὺς βαθεῖαν συνῶσαι. ἐγένετο δὴ
C τούτων τε καὶ τῶν εἰς τὰς τάφρους πεσόντων φό-
νος πολὺς ἀναμὶξ ἵππων τε καὶ ἀνδρῶν. ἐν δὲ
τῷ θορύβῳ τούτῳ, καὶ οἱ μεταξὺ τῆς τε [d] φά-
ραγγος καὶ τῶν τάφρων, βαλλόμενοί τε καὶ τοξευ-
όμενοι διεφθείροντο. ἰδὼν δὲ ταῦτα ὁ Σεβῆρος,
ἐπεκούρησε μὲν αὐτοῖς μετὰ τῶν δορυφόρων· τοσού-
του δὲ ἐδέησεν αὐτοὺς ὠφελῆσαι, ὥστε καὶ τοὺς
δορυφόρους ὀλίγου δεῖν προσαπώλεσε, καὶ [30] αὐτὸς
τὸν ἵππον ἀποβαλὼν ἐκινδύνευσεν. ὡς δὲ εἶδε φεύ-
γοντας πάντας τοὺς ἑαυτοῦ, [31] τὴν χλαμύδα περιῤ-
ῥηξάμενος, καὶ τὸ ξίφος σπασάμενος, ἐς τοὺς φεύγον-
τας εἰσεπήδησεν, ὅπως [e] ἢ αἰσχυνθέντες ὑποστρέψω-
D σιν, ἢ καὶ αὐτὸς αὐτοῖς συναπόληται. ἔστησαν γοῦν
τινες τοιοῦτον αὐτὸν ἰδόντες, καὶ ὑπέστρεψαν· κἀν
τούτῳ τοῖς ἐφεπομένοις σφίσιν ἐναντίοι ἐξαίφνης
φανέντες, συχνοὺς μὲν ἐκείνων, ὡς καὶ Ἀλβινείους,
κατέκοψαν, πάντας δὲ τοὺς ἐπιδιώκοντας σφᾶς
ἔτρεψαν. καὶ αὐτοῖς ἐνταῦθα ἱππεῖς ἐκ πλαγίου,
οἱ μετὰ τοῦ Λαίτου ἐπιγενόμενοι, τὸ λοιπὸν ἐξειρ-
γάσαντο. [32] ὁ γὰρ Λαῖτος, ἕως μὲν ἀγχώμαλως
ἠγωνίζοντο, περιεωρᾶτο, ἐλπίζων ἐκείνους τε ἀμφοτέ-
ρους ἀπολεῖσθαι, καὶ ἑαυτῷ τὸ κράτος τοὺς λοι-
ποὺς στρατιώτας ἑκατέρωθεν δώσειν. ἐπεὶ δὲ εἶδεν
E ἐπικρατέστερα τὰ τοῦ Σεβήρου γενόμενα, προσεπελά-
βετο τοῦ ἔργου. ὁ μὲν δὴ Σεβῆρος οὕτως ἐνίκησεν.

Ἡ δὲ δύναμις ἡ τῶν Ῥωμαίων ἰσχυρῶς ἔπται-
σεν, ἅτε ἀμφοτέρωθεν ἀναριθμήτων πεσόντων·
καὶ πολλοὶ καὶ τῶν κρατησάντων ὠλοφύραντο τὸ
πάθος. τό, τε γὰρ πεδίον πᾶν, [33] μεστὸν νε-
κρῶν καὶ ἀνδρῶν καὶ ἵππων ἑωρᾶτο· καὶ αὐτῶν
οἱ μὲν τραύμασι πολλοῖς κατακεκομμένοι, καὶ [f] οἱ
κρεουργηθέντες, ἔκειντο, οἱ δὲ, καὶ ἄτρωτοι ἐσεσώρευν-
853 το· τά τε ὅπλα ἔῤῥιπτο, καὶ τὸ αἷμα πολὺ ἐῤῥύη,
ὥστε καὶ εἰς τοὺς ποταμοὺς εἰσπεσεῖν. ὁ δ' Ἀλβῖ-
νος καταφυγὼν ἐς οἰκίαν τινὰ [34] πρὸς τῷ Ῥοδανῷ
κειμένην, ἐπειδὴ πάντα τὰ πέριξ φρουρούμενα
ᾔσθετο, [35] ἑαυτὸν ἀπέκτεινε. [36] λέγω γὰρ
οὐχ ὅσα ὁ Σεβῆρος ἔγραψεν, ἀλλ' ὅσα ἀληθῶς
ἐγένετο. [37] ἰδὼν δ' οὖν τὸ σῶμα αὐτοῦ, καὶ
[38] πολλὰ μὲν τοῖς ὀφθαλμοῖς, πολλὰ δὲ τῇ
γλώττῃ [g] χαρισάμενος, τὸ μὲν ἄλλο ῥιφῆναι
ἐκέλευσε,

veas inciderant, magna cædes facta eſt equorum virorumque inter ſe mixtorum. Præterea in hoc tumultu, qui inter vallem erant & foſſas, ſagittis telisque transfixi concidebant. Qua re animadverſa, Severus cum prætorianis cohortibus ad opem eis ferendam venit; tantumque abfuit, ut illos auxilio juvaret, ut etiam prætorianos fere perderet. Ipſe quidem Severus, amiſſo equo, in periculum venit. Sed ut vidit ſuos omnes fugere, ſtatim diſciſſa chlamyde, diſtrictoque gladio, in fugientes inſiliit, ut vel affecti pudore reverterentur, vel ipſe una cum eis periret. Itaque multi, Severum tali habitu conſpicati, ſubſtiterunt ac reverſi ſunt: qui cum ſuis fugientibus ſubito obvii occurrerent, multos primum eorum, non aliter ac ſi Albiniani eſſent, concidunt; poſt vero hoſtes, inſequentes ſe, in fugam convertunt: quos adorti ex obliquo equites, qui cum Læto ſupervenerant, penitus rem confecerunt. Lætus quidem, quamdiu pugna æqualis fuerat, otioſus ſpectaverat certamen, ſperans utrumque periturum, ſibique reliquos utrinque milites imperium daturos. Sed poſteaquam Severum jam ſuperiorem eſſe cognovit, tandem operam ſuam ſociam contulit, atque ita Severus victoria potitus eſt.

A.U.C. 950 Cl. Laterano & Rufino COSS.

7. In hoc prœlio vires Romanorum valde attritæ ſunt, quod utrimque innumerabiles ceciderint, ita ut victores magna ex parte hanc calamitatem lamentarentur, dum campum totum hominibus equisque mortuis plenum viderent. Pars etiam multis jacebat vulneribus conciſa, mactatorum inſtar, multi, nullis acceptis vulneribus, acervo cæterorum cadaverum obruti erant: tum arma diſperſa jacebant, tantaque copia erat effuſi ſanguinis, ut in fluvios incideret. Albinus in domum quandam ad Rhodanum confugerat, quam ut ſenſit ſeptam undique cuſtodia teneri, mortem ſibi conſcivit. Hic ea non referam, quæ ſcripſit Severus; ſed ea, quæ vere conſtat eſſe facta. Severus enim, ut cadaver Albini vidit, multum oculis ſuis, multum linguæ indulſit;

d ἐς φάραγγα αὐτοὺς βαθεῖαν, recepi emendationem Hoeſchelii, probatam Sylburgio, pro vulgato φάλαγγα, quia ſequitur μεταξὺ τῆς τε φάραγγος καὶ τῶν τάφρων. neque moror Leunclavium, qui & hic φάλαγγος ſcribendum exiſtimat, ſicut ſupra φάλαγγα βαθεῖαν *confertam phalangem* interpretatur, quaſi in eam longius ab hoſte collocatam compulſi ſint fugientes. ſane jam οὐραγοῦντας, noviſſimum agmen turbatum & fugiens Dio deſcripſerat, ut poſt illud phalangem adhuc collocatam fingere non poſſimus. e ἢ αἰσχυνθέντες, ita Sylb. ex Pal. pro vulgato οἱ αἰσχυνθέντες. ſequitur enim ἢ καὶ αὐτὸς &c. ego recepi adductus etiam auctoritate Coisl. & Br. f οἱ κρεουργηθέντες. forte, ὡς κρεουργηθέντες. g χαρισάμενος. χαριτισάμενος, Wolf. quod cum propinquiore quidem γλώττῃ convenit, ſed cum remotiore τοῖς ὀφθαλμοῖς non item: itaque χαρισάμενος accipiemus, pro *gratificatus, largitus, indulgens*. Sylb.

ſit: ideoque Severum proditionis ejus memorem, poſtea illum necaſſe. vide infra p. 853. E. 855. A.

§ 33. (l. 16.) μεστὸν νεκρῶν] Vide *Herodian.* III. 7, 15. *Spartianus* c. 11. *Senatorum deinde, qui in bello erant interemti, cadavera diſſipari juſſit.*

§ 34. (l. 22.) πρὸς τῷ Ῥοδανῷ] Severo prædictum tradit *Spartianus* c. 10. Nam ille *ſollicitus* de clade per duces accepta, *quum conſuleret, a Pannoniacis auguribus comperit, ſe victorem futurum, adverſarium vero nec in poteſtatem venturum, nec evaſurum, ſed juxta aquam eſſe periturum.*

§ 35. (l. 24.) ἑαυτὸν ἀπέκτεινε] *Capitolinus* Albin. cap. 9. *Albinus fugit, & ut multi dicunt, ſe ipſe percuſſit: ut alii, a ſervo ſuo percuſſus, ſemivivus ad Severum deductus eſt. Unde confirmatum eſt augurium, quod fuerat ante prædictum. Multi præterea dicunt, a militibus, cujus* (ſcr. *qui ejus*) *nece a Severo gratiam requirebant.* *Spartianus* c. 11. *Deinde Albini corpore allato, pæne ſeminecis caput abſcindi juſſit.*

§ 36. (l. 24.) λέγω γὰρ οὐχ ὅσα ὁ Σεβῆρος] *Spartianus* c. 18. *Vitam ſuam privatam publicamque ipſe compoſuit ad fidem, ſolum tamen vitium crudelitatis excuſans.* confer cap. 3. Sic & *Victor* Cæſ. XX. 22. *idem abs ſe texta* (*geſta*, Caſaub.) *ornatu & fide paribus compoſuit.* Sed Dio iis quæ de ſe ſcripſit Severus, opponit ὅσα ἀληθῶς ἐγένετο, neque adeo multum fidei videtur ejus commentariis tribuiſſe. Nempe indigna forte quædam de Albino ſcripſerat, qualia ex ejus commentariis ſunt apud *Capitolinum* c. 10. nec ipſi credibilia.

§ 37. (l. 26.) ἰδὼν οὖν τὸ σῶμα] Minus accurate *Herodianus* III. 7, 16. caput tantum Albini abſciſſum ad Severum allatum eſſe ſcribit. Rectius, cum Dione, Spartianus & Capitolinus, corpus ejus, vel ipſum potius ſemivivum ad Severum teſtantur apportatum. Certe memoria ejus rei, qua corpus Albini ad Severum affertur, exſtat in pulchro monumento, quod delineatum eſt apud *Montfauconium* T. IV. Supplem. tab. XIX. p. 41.

§ 38. (l. 27.) πολλὰ μὲν τοῖς ὀφθαλμοῖς] Impotenter ſe hac in re & fœde geſſiſſe Severum, legas apud *Spartianum* c. 11. & *Capitolinum* c. 9. ubi & de uxore liberisque Albini in profluentem abjectis.

A U.C. 950 Cl. Laterano et Rufino COSS. & ſq.

ſit; reliquum quidem juſſit abjici, caput autem miſit Romam, palo præfixum. Quibus ex rebus cum perſpicuum eſſet, nihil eum habere boni principis; multo etiam magis nos populumque per literas perterruit. Devictis enim omnibus, quotquot arma ſumſerant, ſuper inermes omnem, quam diu conceptam adverſus eos collegerat, iram effudit. Maxime autem ſenatui terrorem incuſſit, quum ſe Marci filium, & Commodi fratrem diceret; & Commodo, in quem antea contumelioſus fuerat, heroicos honores daret.

8. Quum vero recitaret orationem ad ſenatum, extolleretque Syllæ, Marii, & Auguſti auſteritatem ac crudelitatem, veluti rem tutiſſimam; clementiam vero, & humanitatem Pompeji atque Cæſaris, ut rem illis ipſis pernicioſam reprehenderet: ad defendendum Commodum proceſſit, perſtringens ſenatum, quod immerito eum notaſſet ignominia, præſertim, quum plerique ex ipſis multo viverent turpius. “ Nam ſi grave fuit, „ inquit, “ quod ille ſua manu feras occideret: nonne unus ex vobis, vir conſularis, & jam grandis natu, heri & nudius tertius Oſtiæ cum meretrice imitante pardalin publice colludebat? At gladiator erat Commodus: quaſi vero veſtrum gladiator ſit nemo. Quid eſt igitur, quare nonnulli ex vobis ſcuta ejus galeasque aureas emerint? „ Hac oratione recitata, quanquam viros XXXV. ex iis, qui Albini partes ſequuti eſſe accuſabantur, abſolvit, iisque uſus eſt non aliter, ac ſi omni culpa caruiſſent; (hi erant ex primis ſenatoribus;) tamen viginti novem viros capite damnavit,

ἐκέλευσε, τὴν δὲ [39] κεφαλὴν ἐς τὴν Ῥώμην
πέμψας ἀνεσταύρωσεν. ἐφ' οἷς δῆλος γενόμενος,
ὡς [h] οὐδὲν εἴη αὐτοκράτορος ἀγαθοῦ, ἔτι μᾶλ- B
λον ἡμᾶς τε καὶ τὸν δῆμον, [40] οἷς ἐπέστειλεν,
ἐξεφόβησεν. ἅτε γὰρ παντὸς ἤδη τοῦ ὡπλισ-
μένου κεκρατηκὼς, ἐξέχεεν εἰς τοὺς ἀνόπλους
πᾶν ὅσον [41] ὀργῆς ἐς αὐτοὺς ἐκ τοῦ πρὶν
χρόνου ἠθροίκει. μάλιστα δ' ἡμᾶς ἐξέπληξεν,
[i] ὅτι [42] τοῦ τε Μάρκου υἱὸν, καὶ τοῦ
Κομμόδου ἀδελφὸν ἑαυτὸν ἔλεγε· τῷ τε Κομ-
μόδῳ, ὃν πρώην ὕβριζεν, [43] ἡρωϊκὰς ἐδί-
δου τιμάς.

Πρός τε τὴν βουλὴν λόγον ἀναγινώσκων,
καὶ τὴν μὲν [44] Σύλλου καὶ Μαρίου καὶ Αὐ-
γούστου αὐστηρίαν τε καὶ ὠμότητα ὡς ἀσφαλε- C
στέραν ἐπαινῶν, τὴν δὲ Πομπηΐου καὶ Καί-
σαρος ἐπιείκειαν, ὡς ὀλεθρίαν αὐτοῖς ἐκείνοις
γεγενημένην, κακίζων, ἀπολογίαν τινὰ ὑπὲρ
τοῦ Κομμόδου ἐπήγαγε, καθαπτόμενος τῆς
βουλῆς, ὡς οὐ δικαίως ἐκεῖνον ἀτιμαζούσης,
εἴγε καὶ αὐτῆς οἱ πλείους αἴσχιον βιοτεύουσιν.
“ Εἰ γὰρ τοῦτο ἦν, ἔφη, δεινὸν, ὅτι
“ αὐτοχειρίᾳ ἐφόνευεν ἐκεῖνος θηρία, ἀλλὰ
“ καὶ ὑμῶν τις χθὲς καὶ πρώην ἐν Ὀστίοις,
“ ὑπατευκὼς γέρων, δημοσίᾳ μετὰ πόρνης πάρδα-
“ λιν μιμουμένης ἔπαιζεν. ἀλλ' ἐμονομάχει;
“ νὴ Δία, ὑμῶν δ' οὐδεὶς μονομαχεῖ; πῶς D
“ οὖν καὶ ἐπὶ τί [45] τάς τε ἀσπίδας αὐτοῦ καὶ
“ τὰ κράνη τὰ χρυσᾶ ἐκεῖνα ἐπρίαντό τινες; „
ἀναγνοὺς δὲ ταῦτα, τριάκοντα μὲν καὶ πέντε
ἀπέλυσε τῶν τὰ Ἀλβίνου φρονῆσαι αἰτιαθέντων,
καὶ ὡς μηδεμίαν τοπαράπαν αἰτίαν ἐσχηκόσιν αὐ-
τοῖς προσεφέρετο· ἦσαν δὲ ἐν τοῖς πρώτοις τῆς
γερουσίας. [46] ἐννέα δὲ καὶ εἴκοσιν ἀνδρῶν θάνα-
τον

h ὡς οὐδὲν εἴη. legendum videtur οὐδὲν ἔχει, vel οὐδὲν οἱ εἴη. Sylb. i ὅτι. ἔτι, L. ad marg.

§ 39. (l. 29.) κεφαλὴν ἐς τὴν Ῥώμην] *Spart.* c. 11. *Capit.* c. 9. *Herod.* III. 8, 2. ut Nigri caput Byzantium. p. 844. B.

§ 40. (l. 32.) οἷς ἐπέστειλεν, ἐξεφόβησεν] Epiſtola ejus ad Senatum, vel ejus magna pars, exhibetur a *Capitolino* c. 12. Literarum ad populum meminit *Herodianus* III. 8, 2. pariter ad terrendum accommodatarum. vide & *Spart.* c. 11.

§ 41. (l. 35.) ὀργῆς ἐκ τοῦ πρὶν χρόνου] Ob ſtudium Albini p. 850. § 11. quod illis etiam in oratione ad ſenatum exprobravit, apud *Herodian.* III. 8, 11. ſq. Singularis cauſa odii acceſſit, teſte *Spart.* c. 11. *Eo tempore, lectis actis, quæ de Clodio Celſino laudando, qui Adrumetinus & affinis Albini erat, facta ſunt, iratus ſenatui Severus, quaſi hoc Albino ſenatus præſtitiſſet, Commodum inter divos referendum eſſe cenſuit, quaſi hoc genere ſe de ſenatu poſſet ulciſci: primusque inter milites Divum Commodum pronunciavit, idque ad ſenatum ſcripſit, addita oratione victoriæ.*

§ 42. (l. 37.) τοῦ τε Μάρκου υἱὸν] Marco & Commodo multum debebat Severus: Latum clavum, Tribunatum, Præturam, Lugdunenſem provinciam a Marco, (*Spart.* cap. 1. 3.) Pannoniam cum Proconſulari imperio, Siciliam, Germanicos exercitus a Commodo adeptus. *Id.* c. 4. Igitur ex omnibus Imperatoribus unum coluit Antoninum, ſeque & filios Antoninos dici, & omnibus deinceps, quaſi Auguſti, adſcribi voluit. *Id.* cap. 19. adde *Victor.* Cæſ. XX. 30. Numos Severi cum nomine Antonini videbis apud *Scaligerum* ad Euſeb. pag. 227. b. & *Mediob.* p. 271. 274. Imo in inſcriptione apud *Gruter.* CCLXIII. 8. *Pii nepos, Hadriani pronepos, Trajani abnepos, Nervæ adnepos* dicitur. Alia eſt apud *Scalig.* & *Sponium* Miſc. p. 176. quæ *Divi Commodi fratrem* nominat. Filium Baſſianum in itinere contra Albinum, appoſito M. Aurelii Antonini nomine, Cæſarem appellavit; *Spart.* c. 10. quod a Senatu confirmatum: c. 14. unde IMP. DESTINATUS in numis & inſcriptionibus: idemque Antonini nomen poſtea & Getæ impoſuit. *Id.* c. 19. vide & *Victorem* l. c. *Spart.* in Geta. c. 1. ſq. De octo Antoninis quod ſcribit *Capitolinus* in Macrino c. 3. ita intelligendum, ut appellati quidem hoc nomine præter Pium, Marcum, Commodum, Caracallam, Diadumenianum & Elagabalum, fuerint etiam L. Verus & Geta, ſic tamen, ut in numis & lapidibus nomen Antonini, diſcriminis gratia, ſeniori tantum fratri Marco & Baſſiano adhæreat, uti ſcite obſervavit Vir Summus *Ezech. Spanhemius* de U. N. Diſſ. XII. p. 506. ſq.

§ 43. (l. 39.) ἡρωϊκὰς ἐδίδου τιμάς] *Spartianus* c. 12. *Commodum in ſenatu & concione laudavit, deum appellavit, infamibus diſplicuiſſe dixit.* vide & cap. 19. & *Victorem* Cæſ. XX. 30. ſupra § 41.

§ 44. (l. 42.) Σύλλου καὶ Μαρίου] Hinc & per ignominiam *Syllæ Punici, ab aliis Marii nomen accepit,* teſte *Spartiano* in Peſcen. c. 6.

§ 45. (l. 56.) τὰς ἀσπίδας αὐτοῦ καὶ τὰ κράνη] Ex apparatu luxus Commodi, quem auctione diſtraxit Pertinax. p. 832. § 39. & 43.

§ 46. (l. 62.) ἐννέα δὲ καὶ εἴκοσιν] *Spartianus* c. 13. nomina XLI. nobilium necatorum recenſet, in quibus forte & multi extra Senatum, vel alio tempore interfecti. *Herodianus* III. 8, 13. has ſenatorum & aliorum in provinciis cædes, ejus avaritiæ tribuit. Sed nec prætereunda ſævitia & vindictæ cupiditas, de qua p. 840. § 11.

§ 47. (l. 63.) Σουλπικιανὸς] Claudius Solpicianus, *Spart.* c. 13. præfectus urbi ſub Pertinace, *Capitol.* Pertin. c. 13. poſt ejus necem Imperator in caſtris appellari volebat, a Juliano plus licitante victus, *Spart.* Julian. c. 2. ſupra p. 838. A.

§ 48. (l. 65.) ἐκστρατεύει κατὰ τῶν Πάρθων] Bellum adverſus Parthos dilatum propter Albinum. p. 848. § 2. Hæc expeditio ſuſcepta A. U. C. 952.

§ 49. (l. 69.) Νίσιβιν ἐχυρώσαντο] Niſibin, ante [illegible] Oſrhoenis & Adiabenis obſeſſam Severus liberaverat: p. [illegible] B. ergo vel hi ipſi eam, vel Parthi, per abſen[illegible] verſus invaſerunt.

§ 50. (l. 69.) ὁ μὲν Λαῖτος] Lætus igitur, qui modo prœlio ad Lugdunum interfuerat, § 32. ſtatim ad tuendam Meſopotamiam miſſus eſt.

τον καλεψηφίσαλο, ἐν οἷς ἄρα καὶ [47] Σουλπικιανὸς
ὁ τοῦ Περλίνακος πενθερὸς ἠριθμεῖτο.

Μελὰ δὲ ταῦτα ὁ Σεβῆρος [48] ἐκστρατεύει καλὰ
E τῶν Πάρθων. ἀσχολουμένου γὰρ αὐλοῦ ἐς τοὺς ἐμ-
φυλίους πολέμους, ἐκεῖνοι ἀδείας λαβόμενοι, τήν τε
Μεσοπολαμίαν εἷλον, στραλεύσανλες παμπληθεί, καὶ
μικροῦ καὶ τὴν [49] Νίσιβιν ἐχειρώσανλο, [50] εἰ μὴ
Λαῖτος αὐλὴν, πολιορκούμενος ἐν αὐλῇ, διεσώσαλο.
καὶ ἀπ' αὐλῆς ἐπὶ πλεῖον ἐδοξάσθη, ὢν καὶ ἐς τὰ
ἄλλα [k] τά τε πολιλικὰ καὶ τὰ ἴδια καὶ τὰ δη-
μόσια, καὶ ἐν τοῖς πολέμοις καὶ ἐν τῇ εἰρήνῃ, ἄρι-
στος. ἀφικόμενος δὲ ἐς τὴν προειρημένην Νίσιβιν ὁ
854 Σεβῆρος, ἐνέτυχε συῒ μεγίστῳ. ἱππέα τε γὰρ ἔ-
κτεινεν ὁρμήσας, καλαβαλεῖν αὐλὸν πειρώμενον, καὶ
τῇ ἑαυλοῦ ἰσχύϊ θαῤῥήσανλα, μόλις δὲ ὑπὸ πολλῶν
στραλιωλῶν συλληφθεὶς τε καὶ σφαγεὶς, τριάκονλα
τὸν ἀριθμὸν ὄνλων τῶν συλλαβόνλων αὐλὸν, τῷ Σεβή-
ρῳ προσεκομίσθη. τῶν δὲ Πάρθων οὐ μεινάνλων
αὐλὸν, ἀλλ' οἴκοι ἀναχωρησάνλων, (ἦρχε δὲ αὐλῶν
[51] Οὐολόγαισος, οὗ ἀδελφὸς συνῆν τῷ Σεβήρῳ)
[52] [l] πλοῖα καλασκευάσας ὁ Σεβῆρος ἐν τῷ Εὐφράτῃ,
B καὶ πλέων τε καὶ βαδίζων παρ' αὐλὸν, διὰ τὸ εἶναι λίαν
ὀξύτατα καὶ ταχινὰ καὶ εὖ ἐσταλμένα, (τῆς παρὰ τὸν
Εὐφράτην ὕλης, καὶ τῶν ἐκεῖσε χωρίων, ἄφθονον διδού-
σης αὐλῷ τὴν τῶν ξύλων χορηγίαν,) τὰ καλασκευασθέν-
τα, ταχέως τήν τε Σελεύκειαν καὶ τὴν Βαβυλῶνα
[m] ἐκλειφθείσας ἔλαβε· καὶ μελὰ τοῦτο καὶ τὴν
[53] Κτησιφῶνλα ἑλὼν, ἐκείνην τε πᾶσαν [54] διαρπάσαι
τοῖς στραλιώταις ἐφῆκε, φόνον τε ἀνθρώπων πλεῖστον εἰρ-
γάσαλο, καὶ ζῶνλας ἐς δέκα μυριάδας εἷλεν. οὐ μέν-
C τοι οὔλε τὸν Οὐολόγαισον ἐπεδίωξεν, οὔλε τὴν Κτησι-
φῶντα καλέσχεν, ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ τοῦτο μόνον ἐστραλευ-
κὼς ἵνα αὐλὴν διαρπάσῃ, ᾤχελο, τὸ μὲν ἀγνωσίᾳ τῶν
χωρίων, τὸ δ' ἀπορίᾳ τῶν ἐπιληδείων. ὑπέστρεψε δὲ
καθ'

damnavit, in quorum numero fuit Sulpicianus Pertinacis ſocer.

9. Poſt hæc ad bellum contra Parthos profectus eſt, qui occupato Severo in bellis civilibus, ſecuritatem nacti, Meſopotamiam ceperant, magnis copiis conductis; cepiſſentque propemodum Niſibin, niſi Lætus in ipſa urbe obſeſſus, eam conſervaſſet: qui inde majorem adeo gloriam eſt adeptus, quum in cæteris rebus civilibus, publicis, ac privatis, belli pacisque temporibus, optimus vir eſſet. Poſtquam Severus Niſibin venit, aprum reperit maximum, qui equitem ſuis fretum viribus, & ipſum proſternere conantem, impetu ſuo necaverat: & vix tandem a triginta militibus captus cæſusque ad Severum perlatus eſt. Parthi, adventu Severi minime exſpectato, domum ſunt reverſi. Præerat iis Vologæſus, cujus frater cum Severo erat. Severus ædificatis navibus in Euphrate, partim navigando, partim propter amnem pedeſtri itinere profectus, celeriter Seleuciam & Babylonem derelictas occupavit, quod naves eſſent veloces admodum, & egregie inſtructæ, & quod copioſam ei materiam ſilvæ ad Euphratem finitimaque loca ſuppeditaſſent. Cepit & paulo poſt Cteſiphontem, quam urbem totam diripiendam permiſit militibus, & in ea cædem maximam fecit, cepitque ſuperſtitum hominum ad centum millia. Vologæſum tamen non eſt inſequutus, neque Cteſiphontem retinuit; ſed tanquam ob id ſolum expeditionem ſuſcepiſſet, ut eam diriperet, diſceſſit, coactus partim ignorantia locorum, partim inopia rerum neceſſariarum: reverſusque eſt alia via, quod gramen lignaque

A.U.C. 952 Corn. Anulino & Auf. Frontone COSS.

[k] τά τε πολιλικὰ, hæc omittunt Exc. Peir. p. 737. deinde vero habent: καὶ ἐς τὰ ἴδια, καὶ ἐς τὰ δημόσια.

[l] πλοῖα καλασκευάσας ὁ Σεβῆρος &c. totus hic locus mirifice corruptus eſt, non vocibus tantum, ſed & commatibus trajectis. ordo germanus hic: πλοῖα καλασκευάσας ὁ Σεβῆρος ἐν τῷ Εὐφράτῃ, τῆς παρὰ τὸν Εὐφράτην, καὶ τῆς τῶν ἐκεῖσε χωρίων ὕλης, ἄφθονον διδούσης αὐλῷ τὴν τῶν ξύλων χορηγίαν, καὶ πλέων τε καὶ βαδίζων παρ' αὐλὸν, διὰ τὸ εἶναι λίαν ὀξύτατα, καὶ ταχινὰ, καὶ εὖ ἐσταλμένα τὰ καλασκευασθένλα, ταχέως τήν τε Σελεύκειαν καὶ τὴν Βαβυλῶνα ἐκλειφθείσας ἔλαβε. L. verba τὰ καλασκευασθένλα ταχέως jungenda eſſe ſuperioribus καὶ εὖ ἐσταλμένα, cenſet Sylb. ego commatibus mutatis & addita parentheſi, turbatis utcunque conſului. ceteroquin mallem etiam ὀξύτατα καὶ λίαν ταχινά. [m] ἐκλειφθείσας. ἐκλειφθεῖσαν, Z. quaſi ad unam Babylonem referens. ſed vulgata lectio præferenda.

§ 51. (l. 82.) Οὐολόγαισος, οὗ ἀδελφὸς] Sanatruci filius Artabanus cum Vologæſo fratre de regno contendebat, idque poſtea mortuo fratre obtinuit p. 848. § 3. Ex hoc igitur loco, eum Severi auxilium & amicitiam imploraſſe, diſcimus: nec conſiſtere cum his poteſt, quod *Herodianus* ſcribit III. 9, 18. Artabanum tunc tenuiſſe imperium & in regia Cteſiphonte a *Severo* oppugnatum ægre aufugiſſe. Numum hujus Vologæſi, vel ut ibi ſcribitur Βολογαίσου, βασιλέως βασιλέων, ἐπιφανοῦς, φιλέλληνος, δικαίου, vide apud *Spanhem.* U. N. Diſſ. VIII. p. 461.

§ 52. (l. 83.) πλοῖα ἐν τῷ Εὐφράτῃ] Ad Tigrin fluvium nulla erat materia ædificandis navibus, ad Euphraten vero copioſa p. 783. B. C. cupreſſi credo, quibus ad claſſem ædificandam, Alexandrum quoque uſum eſſe diſcimus ex *Arriano* lib. VII. p. 300. edit. Gronov. Ædificata claſſe, Severus ἐν τῷ Εὐφράτῃ πλέων καὶ βαδίζων παρ' αὐλὸν, terreſtri itinere Cteſiphontem aggredi & occupare potuit, naves autem delatæ videntur Babylonem. Sed Dio non definit, num hinc naves, ut Trajanus olim, pag. 784. B. § 169. machinis ad Cteſiphontem in Tigrin transduxerit, an navigabilis tum foſſa illa ex Euphrate in Tigrin fuerit, de qua egi ibidem § 168. Non audiendus certe *Herodianus* III. 9, 14. qui expeditionem contra Atrenos, quos in Arabia felice collocat, non tantum huic Parthicæ præmittit, ſed & claſſem tum, neſcio unde aut ubi natam, caſu & undarum impetu ad agrum Parthorum haud procul Cteſiphonte appulſam tradit: κατάπλουν γὰρ ὁ στρατὸς ναυσὶ πολλαῖς, οὐκ ἐς ἃς ἐβούλετο Ῥωμαίων ὄχθας καλενεχθεὶς ἐπὶ πλεῖστον δὲ αὐτοὺς ἐξαγαγόντος τοῦ ῥεύματος προσώκειλε ταῖς Παρθυαίων ὄχθαις, αἳ μὴ πολλῶν ἡμερῶν ὁδὸν ἀπεῖχον τῆς εἰς Κτησιφῶντα ἀνόδου. quæ hominis eſſe illorum locorum plane rudis prope dixerim.

§ 53. (l. 90.) Κτησιφῶνλα ἑλὼν] *Herodianus* III. 9, 21. τύχῃ μᾶλλον ἢ γνώμῃ, non tam deſtinato conſilio, quam caſu captam dicit, nempe claſſe præter exſpectationem ad littus Parthicum appulſa. § 52. Quaſi vero non tota hæc expeditio de induſtria contra Parthos ſuſcepta fuiſſet. *Hyemali prope tempore* captam eſſe Cteſiphontem, *Spartianus* c. 6. docet, proptereaque Severus *Parthicum nomen meruit. Ob hoc etiam filium ejus Baſſianum Antoninum, qui Cæſar appellatus jam fuerat, annum XIII. agentem, participem imperii dixerunt milites. Getam quoque minorem filium Cæſarem dixerunt, eundem Antoninum appellantes.* Cum autem jam antea Severus *Parthicus* dictus eſſet p. 848. § 2. nunc Imperator XI. & *Parthicus Maximus* dicitur in numis, & ipſe cum filio Baſſiano IMPP. PII. AUGG. VICTORIA. PARTHICA. MAXIMA. *Mediob.* p. 273. vide & *Sponii* Recherches p. 188. ſqq. Fallitur enim *Herodian.* III. 9, 1. qui utrumque filium jam ante expeditionem Parthicam κοινωνοὺς τῆς βασιλείας, καὶ αὐτοκράτορας a Severo dictos tradit. Filius nempe major M. Aurelius Antoninus nunc primum A. U. C. 951. circa hyemem particeps Imperii factus eſt, ſi Spartianum ſequimur; attamen Tribunitiam poteſtatem ei jam ante communicatam eſſe inſcriptiones docent, non quidem poſt Kal. Jun. quod vult Emin. *Noriſius* de Votis Decen. pag. 92. ſed ante Kal. April. Triumphus ob hanc victoriam decretus, non tamen actus, ſecundum *Spartianum* l. c. ſed *Herodianus* III. 10, 2. triumphantem ingreſſum urbem ſcribit. vide arcum triumphalem apud *Montfaucon* T. IV. Suppl. pag. 66. ſqq. tab. XXIX. & XXXII.

§ 54. (l. 90.) διαρπάσαι τοῖς στρατιώταις] *Spart.* c. 16. *Herodian.* III. 10, 19.

A.U.C 952 Corn.Anul-lino et Auf. Frontone COSS.

lignaque inventa in ſuperiore itinere, ⁿ conſumpta eſſent. Milites ejus partim ſurſum juxta Tigrim partim navigiis redierunt. [Quum Vologæſus, Sanatruci filius, aciem Severianis oppoſuiſſet, ac prius, quam cum eis confligeret, inducias poſtulaſſet, & impetraſſet: legatos Severus ad eum miſit, eique partem Armeniæ pacis cauſa donavit.

10. Poſt hæc Severus, ut tranſiit Meſopotamiam, Atra, quæ non longe aberant, tentavit quidem, ſed nihil profecit; quin etiam pleræque machinæ ipſius exuſtæ ſunt, magnusque numerus militum interfectus, multi ſauciati: quamobrem inde, ſoluta obſidione, caſtra movit. Dum autem bellum hoc gereret, juſſit occidi duos clariſſimos viros, Julium Criſpum tribunum prætorianorum militum, quod gravatus belli moleſtiis, carmen Maronis poetæ per alluſionem protulerat, quo carmine unus ex militibus Turni, qui bellum cum Ænea gerebant, ait:

Scilicet, ut Turno contingat regia conjux,
Nos animæ viles, inhumata infletaque turba
Sternamur campis.

Cujus Criſpi loco Valerium militem, qui eum accuſaverat, tribunum Severus deſignavit. Occidit præterea Lætum, quod magnos ſpiritus aleret, & militibus carus eſſet: hi enim, niſi Læto duce, ſe negabant militaturos. Cujus cædis culpam imputavit militibus, quaſi contra voluntatem ſuam id facinus eſſent auſi: quippe manifeſtam cauſam nullam, niſi invidiam, habebat.

11. Ipſe comparato magno commeatu, paratiſque multis machinis, iterum adverſus Atra exercitum duxit. Grave enim eſſe ſtatuebat, captis cæteris, eam urbem ſolam, in medio poſitam, reſiſtere. Itaque in eam rem magnos ſumptus fruſtra fecit, amiſitque machinas omnes, præter eas, quas Priſcus fecerat, ut ſupra jam diximus. Amiſit præterea milites complures: quippe etiam in pabulando cædebantur, impetum ubivis celerem & concitatum faciente in ipſos barbaro equitatu Arabum: & Atreni longiſſime jaculabantur, telaque ita conjiciebant machinis

καθ' ἑτέραν ὁδόν. τά τε γὰρ ξύλα καὶ ὁ χόρτος ὁ ἐν ⁿ τῇ προτεραίᾳ εὑρεθεὶς, κατανάλωτο. καὶ οἱ μὲν αὐτῷ τῶν στρατιωτῶν πεζῇ [55] ἄνω παρὰ τὸν Τίγριν, οἱ δὲ καὶ ἐπὶ πλοίων ἀνεπορεύθησαν. ° [τῷ δὲ Βολογαίσῳ τῷ Σανατρούκου παιδὶ, ἀντιπαραταξαμένῳ τοῖς περὶ Σεβῆρον, καὶ διακωχὴν πρὶν συμμῖξαι σφίσιν αἰτήσαντι, καὶ λαβόντι, πρέσβεις τε ἀπέστειλε, καὶ [56] μέρος τι τῆς Ἀρμενίας ἐπὶ τῇ εἰρήνῃ ἐχαρίσατο.] D

Καὶ [57] μετὰ τοῦτο ὁ Σεβῆρος τὴν Μεσοποταμίαν διαβὰς, ἐπειράθη μὲν καὶ τῶν Ἄτρων οὐ πόῤῥω ὄντων, [58] ἐπέρανε δ' οὐδέν. ἀλλὰ καὶ [59] τὰ μηχανήματα κατεκαύθη, καὶ στρατιῶται συχνοὶ μὲν ἀπώλοντο, πάμπολλοι δὲ καὶ ἐτρώθησαν. E ἀπανέστη οὖν ἀπ' αὐτῶν καὶ ἀνέζευξεν ὁ Σεβῆρος. ἐν ᾧ δὲ ἐπολέμει, δύο ἄνδρας τῶν ἐπιφανῶν ἀπέκτεινεν, Ἰούλιον Κρίσπον χιλιαρχοῦντα ᵖ τῶν δορυφόρων, ὅτι ἀχθεσθεὶς τῇ τοῦ πολέμου κακώσει, [60] ἔπος τι τοῦ Μάρωνος τοῦ ποιητοῦ παρεφθέγξατο, ἐν ᾧ ἐνῆν στρατιώτης τις τῶν μετὰ Τούρνου τῷ Αἰνείᾳ ἀντιπολεμούντων, ὀδυρόμενος καὶ λέγων ὅτι, "Ἵνα δὴ τὴν "Λαβινίαν ὁ Τοῦρνος ἀγάγηται, ἡμεῖς ἐν οὐδε- "νὶ λόγῳ παραπολλύμεθα." καὶ τὸν κατηγορήσαντα αὐτοῦ στρατιώτην Οὐαλέριον, χιλίαρχον 855 ἀντ' αὐτοῦ ὁ Σεβῆρος ἀπέδειξεν. [61] ἀπέκτεινε δὲ καὶ τὸν Λαῖτον, ὅτι τε φρόνημα εἶχε, καὶ ὅτι ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἠγαπᾶτο· καὶ οὐκ ἄλλως στρατεύσειν ἔλεγον, εἰ μὴ Λαῖτος αὐτῶν ἡγεῖτο. καὶ τούτου ᵠ τὸν φόνον, διότι οὐκ εἶχε φανερὰν αἰτίαν, εἰ μὴ τὸν φθόνον, [62] τοῖς στρατιώταις ᵠ προσῆπτεν, ὥσπερ παρὰ γνώμην αὐτοῦ τοῦτο τετολμηκόσιν. C

Αὐτὸς δὲ πάλιν ἐπὶ τὰ Ἄτρα ἐστράτευσε, πολλὰ μὲν σιτία παρασκευάσας, πολλὰ δὲ καὶ μηχανήματα ἑτοιμασάμενος. καὶ γὰρ δεινὸν ἐποιεῖτο, τῶν ἄλλων κεχειρωμένων, μόνην ταύτην ἐν μέσῳ κειμένην ἀντέχειν. καὶ ἀπώλεσε B καὶ χρήματα πλεῖστα, καὶ τὰ μηχανήματα πάντα, [63] πλὴν τῶν Πρισκείων, ὡς ἀνωτέρω ἔφην καὶ σὺν τούτοις καὶ στρατιώτας πολλούς. συχνοὶ μὲν γὰρ καὶ ἐν ταῖς προνομαῖς ἐφθείροντο, τῆς βαρβαρικῆς ἵππου (φημὶ δὴ τῆς τῶν ʳ Ἀραβίων,) πανταχοῦ ˢ τε ὀξέως καὶ σφοδρῶς ἐπιπιπτούσης αὐτοῖς· καὶ οἱ Ἀτρηνοὶ ἐξικνοῦντο μὲν καὶ [64] ταῖς τοξείαις

ⁿ τῇ προτεραίᾳ. cum parum commode ſubaudiri poſſit ἡμέρᾳ, interpres eo vocabulo in duo diremto legit τῇ προτέρᾳ πορείᾳ ſeu τῇ προτέρᾳ ἐπιστρατείᾳ. Sylb. ° τῷ δὲ Βολογαίσῳ &c. ex Exc. Urſ. num. LXXVII. ubi Σανατρούκου ſcripſi ex Suida, pro Σανούτρ. vel ut apud L. Σανότρ. ſequens fragm. LXXVIII. hic omiſſum eſt, quia pertinet ad Hadriani tempora & totidem fere verbis legitur ſupra p. 794. D. ᵖ τῶν δορυφόρων. articulus vulgo deerat, quem addidi ex Z. Coisl. & Br. qui & poſtea τοῦ Μάρωνος τοῦ ποιητοῦ. ᵠ τὸν φόνον. ſic Mer. alia manu. & ita pro τὸν φθόνον, quod eſt apud RS. & HS. edit. min. edidit Sylb. e Xylandri & Wolfii emendatione; & hinc HS. edit. maj. & L. poterant illi etiam provocare ad Zon. qui diſerte: τὸν φόνον αὐτοῦ τοῖς στρατιώταις προσῆπτεν. apparet hinc, etiam illud προσῆπτεν, quod iidem habent, pro προσῆπτον priorum editionum, Zonaræ auctoritate niti, licet nemo illum laudarit. accedit etiam Coisl. & Br. ʳ Ἀῤῥαβίων. & infra Ἀῤῥαβίους ſcripſi, cum ſimplici ῥ & ι, ut Dionis ſcriptura ſibi conſtaret. ˢ πανταχοῦ τε ὀξέως. ſi τε poſt ὀξέως collocetur, melius conſtabit ſtructura. Sylb.

§ 55. (l. 99.) ἄνω παρὰ τὸν Τίγριν] Duxit ergo verſus Armeniam, ut ſequentia etiam declarant.

§ 56. (l. 3.) μέρος τι τῆς Ἀρμενίας] Quod Vologæſum Parthum hic rurſus Severo occurrentem inducit Theodoſii ex Dione fragmentum, id forte de Sanatruce, patre Vologæſi, Parthicis copiis adjuto, verius dixerat Dio. Is enim Σανατρούκης Ἀρμενίων βασιλεύς, Armeniæ rex fuit, ut eſt apud *Suidam*, fragmento, ſi *Valeſium* audimus in Exc. Peir. p. 776. ex Dione petito: & *Herodianus* III, 9, 2. quanquam ordinem rerum geſtarum perturbans, Armeniæ regem refert antevertiſſe invaſioni Severi, miſſiſque obſidibus & muneribus, pacem & amicitiam ſuppliciter petiiſſe.

§ 57. (l. 5.) μετὰ τοῦτο ἐπειράθη τῶν Ἄτρων] Sic Trajanus a Parthis reverſus in tranſitu Meſopotamiæ Atrenos aggreſſus erat, ut Dio retulit pag. 785. C. ubi urbem & Arabiam hanc inter Tigrim & Euphratem ſitam fuiſſe oſtendi § 191. Conſentit quidem eatenus cum Dione *Herodianus* III. 9, 4. quatenus ab Armenis ait converſum in Atrenos Severum eſſe; ſed utramque expeditionem excurſioni in Parthos male præponit. Nam quid nunc Severus ſecundum Herodianum? dicit eum peragrata Meſopotamia & Adiabenorum regione, excurriſſe in Arabiam felicem, aromatibus nobilem, & expugnatis multis urbibus, Atrenorum regionem ingreſſum, Atra fruſtra obſediſſe, ſed a fortuna ſolatium accepiſſe, cum [illegible] bus exercitus, fortuito ad littus Parthicum appulſum Cteſiphontem ceperit. Proh! quot portenta! quantus ſaltus ex Adiabene ultra Tigrin ſita in Arabiam Felicem! quantulo minor ex Arabia Felice in Atrenen Meſopotamiæ! rurſus ex Atrene, regione deſerta & aquis deſtituta, quomodo navibus itur in Perſidem? & unde Herodiano tanta claſſis naſcitur,

quæ

A.U.C.952 Corn. Anullino et Auf. Frontone COSS.

τοξείαις ἐπὶ μακρότατον. καὶ γὰρ ἐκ μηχανῶν βέλη τινὰ ἐξέκρουον, ὥστε πολλοὺς καὶ τῶν τοῦ Σεβήρου ὑπασπιστῶν βαλεῖν, σύνδυό τε αὐτῶν βέλη ὑπὸ τὴν αὐτὴν ῥύμην ἱέντων, πολλαῖς τε
C ἅμα χερσὶ καὶ πολλοῖς τοξεύμασι βαλλόντων· πλεῖστον δὲ ὅμως ἐκάκωσαν αὐτοὺς, ἐπειδὴ τῷ τείχει προσέμιξαν, καὶ πολὺ πλεῖον ἐπεὶ καὶ διέῤῥηξάν τι αὐτοῦ. τά τε γὰρ ἄλλα, καὶ τὸ [65] νάφθα τὸ ἀσφαλτῶδες ἐκεῖνο, περὶ οὗ ἄνω μοι γέγραπται, [t] ἀφιέντες σφίσι, τά τε μηχανήματα καὶ τοὺς στρατιώτας πάντας, οἷς ἐπεβλήθη, κατέπρησαν· καὶ αὐτὰ ὁ Σεβῆρος ἀπὸ βήματος ὑψηλοῦ ἐθεώρει.

machinis quibusdam, ut ſæpe ſatellites Severi proſternerent: nam uno impulſu bina tela emittebant, multis interim manu etiam, multis & arcu tela jaculantibus. Sed maximum damnum intulerunt Severianis, quum propius ad muros accederent: multo vero majus, quum aliquam ejus partem perrupiſſent. Tum enim naphtham, quam ex genere bituminis eſſe ſupra dictum eſt, conjecerunt in eos; qua machinæ, militesque omnes, quos attigit, conflagraverunt: atque hæc Severus ſpectabat de ſublimi ſuggeſtu.

Πεσόντος δέ πῃ τοῦ ἔξωθεν περιβόλου, καὶ τῶν στρατιωτῶν πάντων προθυμουμένων ἐς τὸν λοιπὸν ἐσβιάσασθαι, ἐκώλυσεν αὐτοὺς ὁ Σεβῆρος
D τοῦ πρᾶξαι, τορῶς πανταχόθεν τὸ ἀνακλητικὸν σημανθῆναι κελεύσας. δόξα τε γὰρ τοῦ χωρίου, ὡς καὶ πάμπολλα τά τε ἄλλα χρήματα καὶ [66] τὰ τοῦ Ἡλίου ἀναθήματα ἔχοντος, μεγάλη ἦν· καὶ προσεδόκησεν, ἐθελοντὶ τοὺς Ἀραβίους, ἵνα μὴ βίᾳ ἁλόντες ἀνδραποδισθῶσιν, ὁμολογήσειν. μίαν γοῦν διαλιπὼν ἡμέραν, ὡς οὐδεὶς αὐτῷ ἐπεκηρυκεύσατο, προσέταξεν αὖθις τοῖς στρατιώταις, τῷ τείχει, καίπερ ἀνοικοδομηθέντι νυκτὸς, προσβαλεῖν. καὶ αὐτῷ τῶν μὲν Εὐ-
E ρωπαίων, τῶν δυναμένων τι κατεργάσασθαι, οὐδεὶς ἔτ' ὀργῇ ὑπήκουσεν, ἕτεροι δὲ δὴ Σύροι, ἀναγκασθέντες ἀντ' αὐτῶν προσβαλεῖν, κακῶς ἐφθάρησαν. καὶ οὕτω θεὸς ὁ ῥυσάμενος τὴν πόλιν, τοὺς μὲν στρατιώτας δυνηθέντας ἂν εἰς αὐτὴν εἰσελθεῖν, διὰ τοῦ Σεβήρου ἀνεκάλεσε, καὶ τὸν Σεβῆρον αὖ, βουληθέντα αὐτὴν μετὰ τοῦτο λαβεῖν, διὰ τῶν στρατιωτῶν ἐκώλυσεν. οὕτως γοῦν ὁ Σεβῆρος ἐπὶ τούτοις διηπορήθη,
856 ὥστε τινὸς τῶν ἀμφ' [u] αὐτὸν ὑποσχομένου αὐτῷ, ἐάν γε αὐτῷ δώσῃ πεντακοσίους καὶ πεντήκοντα μόνους τῶν Εὐρωπαίων στρατιωτῶν, ἄνευ τοῦ τῶν ἄλλων κινδύνου τὴν πόλιν ἐξαιρήσειν, ἔφη πάντων ἀκουόντων, "Καὶ πόθεν τοσούτους στρατιώτας ἔχω;" πρὸς τὴν ἀπείθειαν τῶν στρατιωτῶν τοῦτο εἰπών.

12. Quum autem pars aliqua muri exterioris corruiſſet, vellentque cuncti milites promptis animis in reliquum murum irrumpere: Severus prohibuit, ne id facerent, juſſitque magno ex omni parte ſono receptui cani, propterea, quod erat opinio, grandem pecuniam, & Solis donaria in eo oppido repoſita eſſe: ſperabatque Arabas, ne vi capti redigerentur in ſervitutem, ultro ad pactionem venturos. Sed uno interjecto die, poſtquam videt ad ſe legatum ab Atrenis venire nullum, ut deditionem facerent, imperavit militibus, ut in murum, quanquam noctu inſtauratus fuerat, irrumperent. Cui dum præ ira nemo ex militibus Europæis, qui præſtare aliquid poterant, parere vellet; Syri coacti ſunt pro illis irruptionem facere, magnamque cladem acceperunt. Hoc pacto Deus urbem liberavit, qui per Severum revocavit milites, quum poſſent in ipſam penetrare; & Severum cupientem eandem poſtea capere, per milites prohibuit. Quamobrem Severus tam anxio fuit animo, ut quum ab eo unus ex ducibus ipſius, ſi quingentos tantum & quinquaginta milites Europæos ſibi daret, ſe ſine reliquorum periculo urbem capturum polliceretur, ita cunctis audientibus reſponderit: "Unde tot milites habebo?" Id ab eo propterea dictum eſt, quod milites dicto audientes non eſſent.

A.U.C.953 Cl. Severo & Auf. Victorino COSS. & ſq.

Ἔικοσι δ' οὖν ἡμέρας τῇ πολιορκίᾳ προσεδρεύσας, [67] ἐς τὴν Παλαιστίνην μετὰ τοῦτο ἦλθε, καὶ τῷ

13. Quum autem tenuiſſet illam urbem obſeſſam ſpatio XX. dierum, venit in Palæſtinam, ac

t ἀφιέντες. ἐφιέντες, L. ad marg. jam ante Sylb. in indice monuerat, ἀφιέντες poſitum eſſe pro ἐφιέντες. u αὐτόν. αὐτόν, RS. HS. ed. min. mox δώσῃ. δώσει, Pal.(Br.) futurum ſubjunctivo caret. Sylb. indice. eſt ab Aoriſto ἔδωσα pro ἔδωκα.

quæ exercitum omnem capiat? Profecto hæc ejusmodi ſunt, quæ exiſtimationem hujus Scriptoris valde imminuunt. Ceterum ex ſuperioribus p. 848. ſq. § 2. & 4. patet, Arabum horum regulum fuiſſe Barſemium, qui jam in priore Severi expeditione ob ſagittarios Peſcennio ſubmiſſos ſibi metuens, per legatos de pace, ſed fruſtra, egerat.

§ 58. (l. 7.) *ἐπέρανε δ' οὐδέν*] Erant enim Atra natura & arte munita, *ἐπ' ἄκρας ὑψηλοτάτης ὄρους, τάχει μεγίστῳ καὶ γενναίῳ περιβεβλημένη, πλήθει ἀνδρῶν τε τοξοτῶν ἀκμάζουσα. Herodian.* III. 9, 8. Accedebat intolerabilis æſtus, aliaque incommoda.

§ 59. (l. 8.) *τὰ μηχανήματα κατέκαυσαν*] Infra, pag. 855. B. C.

§ 60. (l. 14.) *ἔπος τι τοῦ Μάρωνος*] *Virgil. Æn.* XI. 372. ſq. Pertinet huc forte illud *Spartiani* c. 14. *Damnabantur autem plerique cur jocati eſſent, alii cur tacuiſſent, alii cur pleraque figurata dixiſſent.*

§ 61. (l. 20.) *ἀπέκτεινε δὲ καὶ τὸν Λαῖτον*] Cauſam vide ſupra p. 852. D. § 32.

§ 62. (l. 25.) *τοῖς στρατιώταις προσῆπτεν*] *Spartianus* c. 15. *quum occiſi eſſent nonnulli, Severus ſe excuſabat: & poſt eorum mortem negabat fieri ſe juſſiſſe quod factum eſt: quod de Læto præcipue Marius Maximus dicit.*

§ 63. (l. 34.) *πλὴν τῶν Πρισκείων*] De Priſco mechanico, Dionis populari, ſupra p. 845. D.

§ 64. (l. 39.) *ταῖς τοξείαις*] Atreni, ſagittarii. *Herodian.* III. 1, 6. ſupra § 58. & p. 848. § 2.

§ 65. (l. 47.) *νάφθα τὸ ἀσφαλτῶδες*] De Naphta, bitumine liquido, fragmentum libri XXXV. Dionis ex Xiphilino adduxi num. CLXXVIII. T. I. p. 76. vide & pag. 783. § 163. *Suidam* in Ἀδιάβηνοί, & præſertim in *Φάρμακον*, aliosque apud *Salmaſium* ad Solin. p. 170. ſq. 840. b. & in hyle iatrica pag. 164. & 192. *Valeſium* ad Ammian. XXIII. p. 251. adde *Vincentium Bellovacenſem* in Speculo naturali lib. VI. c. 71. Naphthæ non meminit *Herodianus*, tradit autem, jacta fuiſſe in oppugnantes vaſa fictilia, volucribus quibusdam venenatisque beſtiolis repleta, cui ſimile factum viri Carthaginienſis in prælio cum Romanis refert *Galenus* de Theriaca ad Piſonem T. II. Opp. 459. ſq. edit. Baſil.

§ 66. (l. 58.) *τὰ τοῦ Ἡλίου ἀναθήματα*] Atra locus Soli ſacer, quod ab ejus æſtu defenditur. Dio p. 785. D. Videtur autem Sol Elagabali nomine cultus, vide p. 888. A.

§ 67. (l. 82.) *ἐς τὴν Παλαιστίνην*] Ex *Spartiano* c. 14. patet, Judæos cum Nigro feciſſe; unde Severus reliquias belli hujus perſecuturus, etiam in Palæſtinam tendit, & Judaici ac Samaritici belli meminit *Euſebius* ad an. V. Sed non magni il-

A.U.C. 953 Cl. Severo & Auf. Victorino COSS. & ſq.

ac Pompejo parentavit: inde profectus eſt in Ægyptum [ſuperiorem, quam adverſo Nilo adiit, eamque totam, paucis locis exceptis, perluſtravit: nam in Aethiopiæ confinia propter peſtilentiam ingredi non potuit:] omnesque in ea res, etiam penitus abditas, curioſe perquiſivit. Nihil enim fuit divinarum aut humanarum rerum, quod ille non voluerit perſcrutari. Præterea libros omnes, quibus arcana continerentur, quotquot potuerunt inveniri, fere ex omnibus adytis ſuſtulit, & in monumento Alexandri, ne quisquam corpus ejus videret in poſterum, neve ea, quæ in libris illis ſcripta erant, legeret, concluſit. Hæc ab eo facta ſunt. Mihi vero non eſt neceſſe ſcribere cætera, quæ ad Ægyptum pertinent: quanquam ea, quæ de Nilo multis habeo indiciis explorata, jure poſſum referre. Is omnino ex monte Atlante profluit, qui mons eſt in Macennitide, non longe ab Oceano, qua parte ſpectat ad occaſum ſolis. Mons eſt longe omnium altiſſimus, quem poetæ ob eam cauſam columen cœli eſſe dixerunt. Nam ad ſummum ejus verticem nemo aſcendit unquam, neque culmina videre potuit. Quamobrem plenus eſt perpetuis nivibus, ex quibus æſtate magnam copiam aquæ emittit. Nam quum alioqui ad radices undique paludes ſint, tunc multo fiunt majores, augentque Nilum æſtivo tempore, propterea, quod fons ejus ſint, ſicut ex crocodilis, cæteriſque, quæ utrobique ſimiliter naſcuntur, conjicitur. Neque vero mirari quisquam debet, ſi nos ea protulimus, quæ ſunt a veteribus Græcis ignorata. Nam Macennitæ propter Mau-

[68] τῷ Πομπηΐῳ ἐνήγισεν. [x] καὶ ἐς [69] τὴν Αἴγυπτον, [τὴν ἄνω, διὰ τοῦ Νείλου ἀνέπλευσε, καὶ εἶδε πᾶσαν αὐτὴν, πλὴν βραχέων. οὐ γὰρ ἠδυνήθη πρὸς τὰ τῆς Αἰθιοπίας μεθόρια διὰ λοιμώδη νόσον ἐσβαλεῖν.] καὶ [70] ἐπολυπραγμόνησε πάντα καὶ τὰ πάνυ κεκρυμμένα. ἦν γὰρ οἷος μηδὲν μήτε [y] ἀνθρώπινον μήτε θεῖον ἀδιερεύνητον [z] καταλιπεῖν. κἀκ τούτου τά τε βιβλία πάντα τὰ ἀπόῤῥητόν τι ἔχοντα, ὅσα καὶ εὑρεῖν ἠδυνήθη, ἐκ πάντων ὡς εἰπεῖν τῶν ἀδύτων ἀνεῖλε, [a] καὶ [71] τῷ τοῦ Ἀλεξάνδρου μνημείῳ συνέκλεισεν, ἵνα μηδεὶς ἔτι μήτε τὸ [b] τούτου σῶμα ἴδῃ, μήτε τὰ ἐν ἐκείνοις γεγραμμένα ἀναλέξηται. καὶ ὁ μὲν ταῦτ' ἐποίει. ἐγὼ δὲ τὰ μὲν ἄλλα τῆς Αἰγύπτου οὐδὲν δέομαι γράφειν· ὃ δὲ δὴ [72] περὶ τοῦ Νείλου πολλαχόθεν ἀκριβώσας ἔχω, δικαιότατός εἰμι εἰπεῖν. ἐκ γὰρ τοῦ Ἄτλαντος τοῦ ὄρους σαφῶς ἀναδίδοται. τοῦτο δέ ἐστιν ἐν τῇ Μακεννίτιδι παρ' αὐτῷ τῷ Ὠκεανῷ πρὸς ἑσπέραν, καὶ ὑπεραίρει πολὺ πλεῖστον ἁπάντων ὀρῶν· ὅθεν οἱ ποιηταὶ κίονα αὐτὸν τοῦ οὐρανοῦ εἶναι ἔφησαν. οὔτε γὰρ ἀνέβη ποτέ τις ἐπ' ἄκρον αὐτοῦ, οὔτε τὰς κορυφὰς αὐτοῦ εἶδε. χιόνος τε οὖν ἀεὶ διὰ ταῦτα πεπλήρωται, καὶ τὸ ὕδωρ ἐξ αὐτῆς παμπληθὲς [73] ὑπὸ τὸ θέρος ἀφίησιν. ἔστι [c] μὲν γὰρ καὶ ἄλλως ἑλώδη πάντα τὰ περὶ τοὺς πρόποδας αὐτοῦ, τότε δὲ ἐπὶ μᾶλλον πληθύνεται, [d] καὶ ἐκ τούτου τὸν Νεῖλον τὴν ὡραίαν ἐπαύξει. πηγὴ γάρ ἐστιν αὐτοῦ, ὥσπερ που καὶ τοῖς κροκοδείλοις, καὶ ἄλλοις ἑκατέρωθι ὁμοίως γεινομένοις τεκμηριοῦται. καὶ [e] θαυμάσῃ μηδεὶς, εἰ τὰ τοῖς ἀρχαίοις Ἕλλησιν ἄγνωστα [f] ἐξειρήκαμεν. πλησίον γὰρ οἱ Μακεννῖται τῇ Μαυριτανίᾳ τῇ

B

D

x καὶ ἐς τὴν Αἴγυπτον &c. hæc pleniora dedimus ex Suida in Σεβῆρος, & Exc. Peireſc. p. 737. vulgo: ἐλθὼν δὲ καὶ ἐς τὴν Αἴγυπτον, πᾶσάν τε εἶδε καὶ ἐπολυπραγμόνησε &c. y ἀνθρώπινον. ἀνθρώπειον, Suid. z καταλιπεῖν. ἐᾶν, Suid. a καὶ τῷ τοῦ Ἀλεξάνδρου μνημείῳ συνέκλεισεν. hanc inſignem emendationem Dionei loci debemus Suidæ. vulgo enim: καὶ τὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου μνημεῖον συνέκλεισεν, ut inde, quid libris arcanis factum ſit, non appareat, ac propemodum ſecum eos abſtuliſſe Severus videri poſſit, id quod falſum. nam hæc ipſa arcana ſcripta reſpiciunt τὰ ἐν ἐκείνοις (βιβλίοις) γεγραμμένα. b τούτου σῶμα. ſic Peir. & Suid. vulgo, σῶμα τούτου. c ἔστι μὲν γὰρ καὶ ἄλλως. ſic Coisl Br. γὰρ, vulgo, omittitur. d καὶ ἐκ τούτου. pro καὶ reponendum ὡς, vel in fine periodi finite legendum ἐπαύξει. Sylb. id repoſui pro vulgato ἐπαύξειν. e θαυμάσῃ. θαυμάσει, RS. Br. Pal. f ἐξειρήκαμεν. forte ἐξευρήκαμεν.

lud momenti fuiſſe, ex eodem *Spartiano* colligas: *Palæſtinis*, inquit, *pœnam remiſit, quam ob cauſam Nigri meruerant.* Interim Judaicus triumphus filio decretus, quod & in Syria res bene geſtæ fuerant a Severo. *Id.* c. 16.

§ 68. (l. 83.) τῷ Πομπηΐῳ ἐνήγισεν] Parentavit Pompejo non in Palæſtina, ſed ex Palæſtina ad fines Ægypti appropinquans, ad montem Caſium, ubi Pompeji tumulus erat. Xiphilinum ergo hic facile agnoſces, brevitatis ſtudio etiam neceſſaria reſecantem. Cur enim in Palæſtina id faceret Severus, & non apud tumulum Pompeji potius, quem in Ægyptum tendens præteriturus erat. Certe ibi Hadrianus cum ex Judæa in Ægyptum proficiſceretur, inferias Pompejo fecit, tumulumque reſtituit p. 792. E. Sic Trajanus Alexandro in ea domo in qua mortuus erat, p. 785. A. ſic Caracallus Achilli, cum Ilium ad Achillis tumulum veniſſet. p. 877. C. *Herodian.* IV. 8, 10.

§ 69. (l. 83.) τὴν Αἴγυπτον τὴν ἄνω] Meminit Ægyptiaci itineris *Spartianus* cap. 16. ſq. & ex Dione *Suidas* in Σεβῆρος, σοφιστὴς Ῥωμαίος, quod tamen non Suidæ, ſed exſcriptorum culpa, Sophiſtæ pro Imperatore tribuitur.

§ 70. (l. 87.) ἐπολυπραγμόνησε πάντα] *Spartianus* cap. 17. *Jucundam ſibi peregrinationem hanc, propter religionem Dei Serapidis, & propter novitatem animalium vel locorum fuiſſe, Severus ipſe poſtea ſemper oſtendit. Nam & Memphin & Memnonem, & pyramides, & labyrinthum diligenter inſpexit.*

§ 71. (l. 93.) τῷ τοῦ Ἀλεξάνδρου μνημείῳ συνέκλεισεν] Libros ibi concluſos, intelligit hieroglyphicos, ne iis ſuperſtitioſa & mobilis gens, velut plebs Romana jactatis vulgo Sibyllinis oraculis, turbaretur. Sepulcra enim foribus occluſa erant; vide *Kirchmann.* III. 15. & religioſe occluſa tenebantur, additis interdum diris, ſi quis aperuiſſet. De Alexandri ſepulchro vide *Fabricium* noſtrum ad p. 454. E. ex quo loco tamen Auguſto patuiſſe diſcas, ſicut poſtea Caracallus idem monumentum ingreſſus eſt, teſte *Herodiano* IV. 8, 20. & inde *Jo. Antiocheno* in Exc. Peir. p. 826. & *Suida.*

§ 72. (l. 97.) περὶ τοῦ Νείλου πολλαχόθεν ἀκριβώσας] Sequitur Dio falſiſſimam regis Jubæ, Punicis libris confiſi, ſententiam: fontes Nili ad occaſum Africæ, nempe apud Macennitas Mauritaniæ Tingitanæ, prope Atlantem minorem quærendos eſſe: quam ſententiam memorat *Plinius* V. 9. *Solinus* c. 45. *Ammianus Marc* XXII. 15. *Oroſius* I. 2. *Vitruvius* VIII. 2. Mitto ceteras opiniones; verior ſententia eſt, plures eſſe fontes Nili, eosque in regno Abaſſeno, ſpeciatim regno Damuth, Sacahala, Angote, Gojam, Bizemo, reperiundos, intra nonum & decimum quintum gradum latitudinis borealis. Confer *Iſ. Voſſium* de Nili orig. Hagæ 1666. 4. & *Ger. Jo. Voſſium* de Idololatria II. 57. *Kircheri* Oedip. p. 57. *Job. Ludolfum* Hiſt. Æth. I. 8. & Comment. p. 120. ſqq. & apud *Wagenſeilium* ad Sota. pag. 1179. ſq. Etiam veterum nonnullos, Agatharchidem, Strabonem, alios, conſentanea his tradidiſſe, oſtendit *Iſ. Voſſius* c. 20. nec, crocodilos alibi etiam eſſe, ullum dubium.

§ 73. (l. 7.) ὑπὸ τὸ θέρος] Imo intra Tropicos, ubi Nili fontes ſunt, totis tribus menſibus, a ſolſtitio æſtivo usque ad æquinoctium, imbres ſunt continui (exceptis nonnullis locis) unde Nilus in immenſum excreſcit, in Habaſſinia quidem jam initio menſis Junii, in Ægypto fere a die 26. vel 27. ejusdem menſis. vide *Voſſ.* c. 11. ſqq. Appendicem de incremento Nili Herodoto ſubjunctam p. 603. *Harduin.* ad Plin. l. c. *Caſaub.* ad Strab. lib. XVII. p. 786. ſqq. ut de recentiorum plurimis ſcriptis ſingularibus non dicam.

τῇ κάτω οἰκοῦσι, καὶ πολλοὶ τῶν ἐκεῖ στρατευομένων καὶ πρὸς τὸν Ἄτλαντα ἀφικνοῦνται. τοῦτο μὲν οὕτως ἔχει.

E ⁷⁴ Πλαυτιανὸς δὲ παραδυναστεύων τῷ Σεβήρῳ, καὶ τὴν [g] ἐπαρχικὴν ἔχων ἐξουσίαν, πλεῖστά τε ἀνθρώπων καὶ μέγιστα δυνηθεὶς, πολλοὺς μὲν τῶν ἐλλογίμων ἀνδρῶν καὶ ὁμοτίμων αὐτῷ ἐθανάτωσε. [h] [ἀποκτείνας δὲ τὸν ⁷⁵ Αἰμίλιον Σατουρνῖνον, τῶν ἄλλων, τῶν μετ᾽ αὐτὸν ἀρξάντων τοῦ δορυφορικοῦ, πάντα τὰ ἰσχυρότατα περιέκοψεν, ὅπως μηδεὶς, φρόνημα ἀπὸ τῆς προστασίας αὐτῶν σχὼν, τῇ τῶν σωματοφυλάκων ἡγεμονίᾳ ἐφεδρεύσῃ. ἤδη γὰρ οὐχ ὅπως μόνος, ἀλλὰ καὶ ἀθάνατος ἔπαρχος εἶναι ἤθελεν.] πάντων δὲ ἐπεθύμει, καὶ πάντα παρὰ πάντων ᾔτει, καὶ πάντα ἐλάμβανε· καὶ οὔτε ἔθνος οὐδὲν οὔτε πόλιν οὐδεμίαν ἀσύλητον εἴασεν· ἀλλὰ πάντα δὴ καὶ πανταχόθεν ἥρπαζε, καὶ συνέφορει· καὶ πολὺ πλείονα αὐτῷ ἢ τῷ Σεβήρῳ
857 πάντες ἔπεμπον. καὶ τέλος, ⁷⁶ ἵππους [i] Ἡλίῳ τιγροειδεῖς ἐκ τῶν ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ νήσων, πέμψας ἑκατοντάρχους, ἐξέκλεψεν. ἓν γὰρ τοῦτο εἰπὼν, πᾶσαν αὐτοῦ τὴν περιεργίαν καὶ τὴν ἀπληστίαν δεδηλωκέναι νομίζω. καίτοι καὶ ἐκεῖνο προσθήσω, ὅτι ἀνθρώπους ἑκατὸν εὐγενεῖς Ῥωμαίους ⁷⁷ ἐξέτεμεν οἴκοι. καὶ τοῦτο οὐδεὶς ἡμῶν πρὸ τοῦ τελευτῆσαι αὐτὸν ἤσθετο. πᾶσαν γὰρ ἐκ τούτου τήν τε παρανομίαν αὐτοῦ καὶ ἐξουσίαν ἄν τις καταμάθοι. ἐξέτεμε δὲ οὐ παῖδας μόνον, [k] οὔτε μειράκια, ἀλλὰ καὶ ἄν-
B δρας, καὶ ἐστιν οὓς αὐτῶν καὶ γυναῖκας ἔχοντας, ὅπως ἡ Πλαυτίλλα ἡ θυγάτηρ αὐτοῦ (ἣν ὁ ⁷⁸ Ἀντωνῖνος μετὰ ταῦτ᾽ ἔγημε) [l] δι᾽ εὐνούχων τήν τε ἄλλην θεραπείαν, [καὶ τὰ περὶ τὴν μουσικὴν,

Mauritaniam inferiorem habitant, multique ex iis, qui illic militant, ad Atlantem perveniunt. Sed de his hactenus.

A.U.C. 953 Cl. Severo & Auſ. Victorino COSS. & ſq.

14. Interea Plautianus, cujus erat apud Severum maxima autoritas, quique præfecti poteſtatem habebat, eratque omnium hominum potentiſſimus, morte affecit magnum numerum clarorum virorum & ſibi honore parium. [Occiſo quippe Aemilio Saturnino, cæterorum qui poſt eum præfecti prætorio fuerunt, vires ac nervos omnes incidit: eo conſilio, ut ne quis poſthac ex præfectura ejusmodi ſpiritus ſumeret, aut eum omnino locum appeteret. Jam enim non modo ſolus, ſed etiam perpetuus volebat eſſe præfectus prætorii.] Is cupidus omnium, flagitabat ab omnibus omnia, capiebat omnia, nullamque provinciam, nullam civitatem intactam a prædatione relinquebat: quumque cuncta raperet undique, & congereret, multo plura munera ab omnibus ad eum, quam ad Severum, mittebantur. Poſtremo equos ſolis, tigribus ſimillimos, ex inſulis maris rubri, miſſis centurionibus, furatus eſt: quod unum poſtquam dixi, omnem me ejus avidam inquiſitionem & inſatiabilem cupiditatem puto declaraſſe. Quanquam & illud addendum videtur, centum cives Romanos ingenuos domi ab eo caſtratos eſſe; quod nemo noſtrum ante, quam ipſe moreretur, ſenſerat: unde intelligi poteſt, quanta fuerit hominis nequitia pariter & poteſtas. Caſtravit autem non ſolum pueros & adoleſcentes, ſed etiam viros, atque in iis quosdam maritos: idque fecit, ut Plautilla filia ejus, quam poſtea Antoninus uxorem duxit, non miniſtros modo, ſed

g ἐπαρχικὴν. ὑπαρχικήν. Pal. Br. h ἀποκτείνας δὲ τὸν Αἰμίλιον &c. hæc inſeruimus ex Exc. Peir. p. 737. ſq. ubi pro Αἰμίλιον Σατουρνῖνον, legendum eſſe Αἰμίλιον Λαῖτον, exiſtimat Valeſ. adde, pro ἀρξάντων melius ἀρξόντων legi. Ceterum ſtatim poſt in Exc. Peir: καὶ παρὰ πάντων ᾔτει, omiſſo πάντα. & duobus verſibus interjectis, πάντα δὴ πανταχόθεν, omiſſo καί. & mox, πολλὰ γὰρ καὶ πολὺ πλείονα αὐτῷ, ex quibus priora πολλὰ γὰρ vulgo non leguntur apud Xiph.
i ἵππους Ἡλίῳ. ſcio illud Ἡλίῳ cum ſequenti ἐξέκλεψε jungi poſſe; ſed tamen minus coacte diceretur ἵππους Ἡλίου. totum vero hoc de equis ſolis a Plautiano raptis deſideratur in Exc. Peir. in quibus & poſtea legitur: πᾶσαν αὐτοῦ καὶ τὴν περιεργίαν, & mox δηλώσω, pro δεδηλωκέναι νομίζω, omiſſis ſequentibus: καίτοι καὶ ἐκεῖνο προσθήσω, ὅτι. k οὔτε μειράκια. ſic Exc. Peireſc. pro vulgato ἄτε μειράκια. l δι᾽ εὐνούχων. neceſſario ſcribendum: τὴν τ᾽ εὐνούχων, τήν τε. L. membrum integrum poſt ἔχῃ excidiſſe, ex particula τε colligit Xyl. recte omnino, ut apparet ex iis quæ adjecimus ex Exc. Peireſc.

§ 74. (l. 20.) Πλαυτιανὸς δέ] Non L. Septimius Plautianus, ut *Rupertus* epiſt. p. 612. aliique ſibi perſuaſerunt, ſed *L. Fulvius Plautianus*, uti primus vidit Caſaubonus. Filia enim *Fulvia Plautilla* p. 859. § 97. ipſe Fulvius, *Spart.* Peſcen. c. 5. collata vita Severi c. 6. Erat ergo ex eadem cum Severo non tantum patria, ſed & gente: ſiquidem Severi mater Fulvia Pia, avus Fulvius Pius, teſte Spart. Sev. c. 1. confer *Noris* Epoch. Syr. Mac. pag. 487. & *Perizon.* Triad. Diſſ. I. p. 23. Hunc præfectum prætorio ad ſummas opes Severus evexerat, damnatorum bonis ditatum: ſed trucem & violentum, quem vix adſpicere quisquam auderet. *Herod.* III. 10, 11. & c. 11. unum omnium cum Sejano ſub Tiberio comparandum. p. 630. B.

§ 75. (l. 24.) Αἰμίλιον Σατουρνῖνον] Forte Αἰμίλιον Λαῖτον ſcribendum eſt, ut ſit is Æmilius Lætus, qui in expeditione Parthica a Severo occiſus eſt; ob cujus cædem cum ſe inviſum eſſe cerneret Severus, factum id injuſſu ſuo a militibus ajebat, ut Dio & Spartianus ſcribunt, (ſupra pag. 855. A.) VALES.

Minus opportune mutat Valeſius. Nam cur eundem Dio bis narraret interfectum, modo a Severo, modo a Plautiano? Præterea Saturninus hic præfectus prætorio; ſed de Læto id nusquam traditur, qui pacis juxta belliqne artibus clarus, Meſopotamiæ tuendæ præfectus erat p. 853. E. quod in præfectum prætorio non magis convenit, quam quod in bello adverſus Albinum ſeparatam manum ducebat, & ſpe obtinendi imperii, ſpectator potius pugnæ volebat eſſe, quam Severo ſuccurrere. p. 854. D. Innuit forte Valeſius eundem Æmilium Lætum, qui præfectus prætorii fuerat ſub Commodo, eumque interfecerat p. 826. D. 827. E. 828. B. deinde & ſub Pertinace, cujus pariter cædis auctor fuit. p. 830. A. 833. A. 834. A. Sed cum Severus ſtatim omnes auctores cædis Pertinacis ultus ſit p. 839. A. omnesque prætorianos exauctorarit, novumque ſibi præfectum prætorio conſtituerit Flavium Juvenalem, ibid. § 4. veriſimile eſt, illum Lætum præfectum prætorianis ſtatim initio interfectum eſſe; alterum vero Lætum, quo duce Severus in bellis uſus eſt, fuiſſe ab eo diverſum; ſicut & fuit Lætus ille, quem Antoninus poſtea *ad mortem coëgit miſſo a ſe veneno*, teſte *Spart.* in Carac. c. 3. Fuit Aelius quidam Saturninus Poeta ſub Tiberio. p. 618. C. alius Saturninus centurio vel tribunus prætorianorum ſub Severo. p. 861. B. § 109.

§ 76. (l. 36.) ἵππους Ἡλίῳ] Soli currus & equi, iique non tantum ficti in ſimulacris, ſed & vivi, ſacri erant & mactabantur apud Perſas aliosque Orientales. vide *Bochartum* Hieroz. P. I. L. II. c. 10. p. 176. ſq. *Selden.* de Dis Syr. Synt. II. c. 8. Vol. II. Opp. pag. 386. interpretes ad II Reg. XXIII. 5. 11. Apud Perſas quidem albentes equi & eximiæ magnitudinis ſoli ſacri erant. *Curt.* III. 3, 11. *Philoſtr.* Appollon. I. 31. pag. 39. hic in inſulis maculati, credo, quod rariores habebantur; ſicut & apud Ægyptios Apis bos certis maculis inſtructus eſſe debebat.

§ 77. (l. 42.) ἐξέτεμεν οἴκοι] Clam, propter interdictum Domitiani p. 759. § 10.

§ 78. (l. 49.) Ἀντωνῖνος μετὰ ταῦτ᾽ ἔγημε] Antoninus Caracallus p. 859. B.

A. U. C. 953 Cl. Severo & Auf. Victorino COSS. & ſq.

[ſed & muſicos, & cæterarum artium magiſtros,] eunuchos haberet. Itaque nos eosdem homines eunuchos & maritos, patres & absque teſticulis, exſectos pariter & barbatos vidimus. Ex quo non injuria dici poteſt, Plautianum omnibus hominibus, atque adeo ipſis tunc Imperatoribus potentiorem fuiſſe. Etenim præter cætera, ſtatuæ & imagines ei multo plures & majores, quam illis, non ſolum in aliis civitatibus, ſed etiam Romæ, neque tantum a privatis civibus, ſed etiam ab ipſo ſenatu collocatæ ſunt. Per fortunam ejus jurabant cuncti milites ac ſenatores, proque ejus ſalute publice ab omnibus ſupplicabatur.

15. Cauſa harum rerum fuerat potiſſimum Severus ipſe, qui ei ita indulſerat omnia, ut ille Imperatoris, ipſe præfecti loco eſſet. Quidquid enim diceret aut ageret Severus, id ille omnino perſpectum habebat: arcana vero Plautiani ſciebat nemo. Hujus filiam Severus filio ſuo in matrimonium dedit, poſthabitis multis virginibus honeſtiſſimis: ipſumque Plautianum deſignavit conſulem, quin prope ſucceſſorem imperii relinquere cupiebat. Nam ita de eo aliquando ſcripſit in epiſtola: “ Virum diligo, ut cupiam eum mihi eſſe ſuperſtitem: „ patiebaturque illum recipi in potiora diverſoria, resque ad victum neceſſarias meliores habere & copioſiores. Itaque quum aliquando Nicææ, quæ mea eſt patria, mugilem deſideraret, quos maximos ille fert lacus, miſit qui a Plautiano acceptum ad ſe perferrent. Quod ſi ad comminuendam ejus potentiam videbatur nonnulla facere, tamen his contrariis, multoque majoribus & clarioribus rebus, cætera omnia obſcurabantur. Quocirca quum Tyanis Severus Plautianum ægrotantem viſitaret, milites Plautiani non ſunt paſſi eos, qui Severum ſequebantur, una ingredi. Et is qui cauſas coram Severo agi ſolitas ordinabat, juſſus aliquando a Severo tunc otioſo,

κὴν, τήν τε λοιπὴν θεωρίαν] ἔχῃ. καὶ εἴδομεν τοὺς αὐτοὺς ἀνθρώπους εὐνούχους τε καὶ [m] ἄνδρας, καὶ πατέρας καὶ ἀέρχεις, [79] ἐκτομίας τε καὶ πωγωνίας. ἀφ' οὗ δὴ οὐκ ἀπεικότως ὑπὲρ πάντας τὸν Πλαυτιανὸν, καὶ εἰς αὐτοὺς τοὺς αὐτοκράτορας, ἰσχῦσαι ἄν τις [n] εἴποι. τά τε γὰρ ἄλλα καὶ ἀνδριάντες αὐτοῦ εἰκόνες οὐ μόνον πολλῷ πλείους, ἀλλὰ καὶ μείζους τῶν ἐκείνων, οὐδ' ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ Ῥώμῃ, οὐδ' ὑπὸ ἰδιωτῶν [o] ἤδη μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπ' αὐτῆς τῆς γερουσίας ἀνετίθεντο· [80] τήν τε τύχην αὐτοῦ πάντες οἱ στρατιῶται καὶ οἱ βουλευταὶ ὤμνυσαν, καὶ [81] ὑπὲρ τῆς σωτηρίας αὐτοῦ δημοσίᾳ ἅπαντες ηὔχοντο. C

Αἴτιος δὲ τούτων αὐτὸς ὁ Σεβῆρος μάλιστ' ἐγένετο· ὃς οὕτως αὐτῷ ὑπεῖκεν ἐς πάντα, ὥστ' ἐκεῖνον μὲν ἐν αὐτοκράτορος, αὐτὸν δὲ ἐν ἐπάρχου μοίρᾳ εἶναι. τά τε γὰρ ἄλλα, καὶ ὁ μὲν πάνθ' ἁπλῶς, ὅσα ὁ Σεβῆρος καὶ ἔλεγε καὶ ἔπραττε, ᾔδει· τῶν δὲ δὴ τοῦ Πλαυτιανοῦ D ἀποῤῥήτων οὐδεὶς οὐδὲν ἠπίστατο. τήν τε θυγατέρα αὐτοῦ [82] τῷ υἱεῖ ἐμνήστευσε, πολλὰς καὶ σεμνὰς κόρας παραλιπών· [83] ὕπατόν τε ἀπέδειξε, καὶ διάδοχον τῆς αὐταρχίας, ὡς εἰπεῖν, ἔχειν ηὔξατο. καί ποτε καὶ ἐπέστειλε, “ Φιλῶ τὸν “ ἄνδρα, ὥστε καὶ εὔχεσθαι προαποθανεῖν αὐ“ τοῦ. „ ἠνείχετό γέ τοι ὁρῶν καὶ ἐν ταῖς καταλύσεσιν αὐτὸν ταῖς κρείττοσιν αὐλιζόμενον, καὶ τὰ ἐπιτήδεια καὶ ἀμείνω καὶ ἀφθονώτερα [p] αὐτοῦ ἔχοντα· ὥστε δεηθείς ποτε ἐν τῇ Νικαίᾳ τῇ πατρίδι μου κεστρέως, οὓς ἡ λίμνη μεγάλους ἐκτρέφει, παρ' ἐκείνου μετεπέμψατο. ὅθεν εἰ καί E τι ἐπὶ μειώσει τῆς δυναστείας αὐτοῦ ποιεῖν ἐδόκει, ἀλλ' ἔκ τε τῶν ἐναντίων, πολὺ καὶ μειζόνων καὶ λαμπροτέρων ὄντων, καὶ ἐκεῖνο πᾶν ἀπημβλύνετο. ποτὲ γοῦν τοῦ Σεβήρου ἐν Τυάνοις νοσήσαντα αὐτὸν ἐπισκεπτομένου, οἱ στρατιῶται οἱ περὶ τὸν Πλαυτιανὸν ὄντες, οὐκ εἴασαν τοὺς ἀκολουθοῦντας αὐτῷ συνεισελθεῖν· [pp] ὅ, τε τὰς δίκας τὰς 858 ἐπ' αὐτοῦ λεγομένας διατάττων, κελευσθείς ποτε ὑπὸ

[m] ἄνδρας, καὶ πατέρας καὶ ἄρχας, ἐκτομίας τε καὶ, hæc deſiderantur in Coiſl. & Br. ubi librarius a priori τε καὶ ad alterum τε καὶ, omiſſis intermediis, aberravit. Sylburgio autem recte legendum videtur καὶ πατέρας καὶ ἄρχας, ut eſt in Exc. Peir. pro vulgato καὶ πατέρας ἀέρχεις. niſi quod ἄρχας pro vulgato ἀέρχας habent Exc. Peir. Leunclavio, πατέρας τε καὶ ἀέρχας. Zonaras: καὶ εὐνούχους καὶ ἄνδρας, καὶ πατέρας ἀέρχεις καὶ ἐκτομίας καὶ πωγωνίας, in quibus oppoſitio membrorum non eſt manifeſta. oppoſita ſunt 1. εὐνοῦχοι καὶ ἄνδρες. 2. πατέρες καὶ ἀέρχεις. 3. ἐκτομίαι καὶ πωγωνίαι. [n] ἄν vulgo. ἄπαν, Exc. Peir. quod prætuli. mox, ἀνδριάντες αὐτοῦ εἰκόνες copula interjecta legendum videtur ἀνδριάντες αὐτοῦ καὶ εἰκόνες. Sylb. [o] ὑπὸ ἰδιωτῶν ἤδη μόνον. ὑπὸ ἰδιωτῶν ἢ δήμων μόνον, Pal. Mer. & Br. [p] αὐτῷ ſcripſi, pro αὐτοῦ. [pp] ὅτι τὰς δίκας, vulgo, pro ὅτι procul dubio rectius legemus ὅ, τε, id eſt, καὶ ὅ, Sylb. Xiphilino meo ad marginem adjectus eſt aſtericus, quaſi aliquid deeſſet. equidem Sylburgio aſſentior.

§ 79. (l. 53.) ἐκτομίας τε καὶ πωγωνίας] Scribit *Ariſtoteles* Hiſt. Anim. III. 10. T. II. Opp. p. 251. E. ἐὰν μὲν ἐκτμηθῇ (τις) πρὸ ἥβης, οὐ φύονται αἱ ὕστερογενεῖς (τρίχες)· ἐὰν δὲ ὕστερον, αὗται μόναι ἐκρέουσι, πλὴν τῆς ἥβης. *Pili qui poſt nativitatem prodire ſolent, non prodeunt iis qui ante pubertatem caſtrati ſunt; & poſt pubertatem caſtratis ſoli illi effluunt, præterquam pubis.* Contrarium ergo Dio experientia nixus dicit, eumque, addita ſua experientia, contra Ariſtotelem defendit *M. Antonius Ulmus* in phyſiologia barbæ humanæ. Bonon. 1602. fol pag. 315. *ego ajo*, inquit, *Dionem veritatem protuliſſe, qui viderim homines barbatos exſectos, adempta etiam univerſa virilitate, nimirum phallo ac teſtibus, eos nihilominus remanſiſſe barbatos.*

§ 80. (l. 62.) τὴν τύχην αὐτοῦ] Ut Sejani olim p. 622. B.

§ 81. (l. 63.) ὑπὲρ σωτηρίας αὐτοῦ] Ejuſmodi votiva tabula privatorum (quanquam eraſo nunc Plautiani nomine) ſupereſt apud *Gruter.* XLVI. 9. ubi imperatoribus Severo & Antonino junctus erat *Plautianus* V. C. PR. PR. & alia CCLXX. 6. ἐγχαράττεται *Fulviæ Plautillæ* FILIÆ *Fulvii Plautiani* PONTIFICIS. NOBILISSIMI. PR. PR. NECESSARII. AUGG. ET. COMITIS. PER. OMNES. EXPEDITIONES. EORUM. Quod autem Vir antiquitatum ceteroquin perititſimus *Juſtus* *Fontanini* in Antiq. Hortæ lib. I. c. 3. p. 44. ſqq. Theſ. Ital. T. VIII. P. III. p. 17. ſqq. in ipſo arcu triumphali Severi ad radices Capitoli poſito publice, periter poſt Severi & Antonini nomina, non *Getæ* nomen eraſum cum *Nardino* Rom Vet. V. 6. T. IV. Græv. p. 1161. ſupplendum cenſet, ſed ET. L. FULVIO. PLAUTIANO. PR. PR. COMITI. AUGG. in eo, non obſtante defenſione, quæ contra animadverſiones Memoriarum Trivultinarum 1708. Octob. p. 1754. legitur in Giornale de'Letterati d'Italia T. XXI. p. 83. ſqq. aſſentiri Viro doctiſſimo non poſſum: quod alia ratio eſt privatorum, alia publicorum S. P. Q. R. monumentorum; alia votorum & grati animi, quæ miles forte quidam teſtari voluit, alia triumphi ad Plautianum nihil pertinentis; alia tabularum vivo Plautiano & florente Plautilla poſitarum, alia arcus poſt Plautiani mortem & Plautillæ caſum erecti, nempe TR. POT. XI. Severi, & VI. Antonini, h. e. poſt Aprilem A. U. C. 956. aut anno [illegible] ſeq. cum Plautianus occiſus ſit A. 956. d. 22 [illegible] ut infra docebo § 26. libri ſeq.

§ 82. (l. 72.) τῷ υἱεῖ ἐμνήστευσε] Invito fil[illegible] do[illegible] acto, ut teſtatur *Herodianus* III. 10, 14 vide p[illegible] A. Factum id ergo eo anno quo Plautianus [illegible] eſt Coſ. in annum ſequentem, hoc eſt anno U. C. 955.

ὑπὸ τοῦ Σεβήρου ἀργοῦντος δίκην τινὰ εἰσαγαγεῖν, οὐκ ἠθέλησεν, εἰπὼν ὅτι "Οὐ δύναμαι τοῦτο ποιῆσαι, ἂν μὴ Πλαυτιανός μοι κελεύσῃ." καὶ οὕτω καὶ εἰς τὰ ἄλλα πάντα ὁ Πλαυτιανὸς αὐτοῦ κατεκράτει, ὥστε καὶ τὴν [84] Ἰουλίαν τὴν Αὐγοῦσταν [q] [πολλὰ καὶ δεινὰ ἐργάσασθαι. πάνυ γὰρ αὐτῇ ἤχθετο, καὶ σφόδρα αὐτὴν] πρὸς τὸν Σεβῆρον [85] ἀεὶ διέβαλλεν, ἐξετάσεις τε κατ' αὐτῆς, καὶ βασάνους κατ' εὐγενῶν γυναικῶν ποιούμενος. καὶ ἡ μὲν αὐτή τε [86] φιλοσοφεῖν διὰ ταῦτ' ἤρξατο, καὶ σοφισταῖς [r] συνημέρευσεν.

B ὁ δὲ δὴ Πλαυτιανὸς ἀσωτότατός τε ἀνθρώπων γενόμενος, ὥστε καὶ εὐωχεῖσθαι ἅμα καὶ ἐμεῖν, ἐπεὶ μηδὲν ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν τε σιτίων καὶ τοῦ οἴνου πέψαι ἠδύνατο· καὶ τοῖς μειρακίοις ταῖς τε κόραις οὐκ ἄνευ διαβολῆς χρώμενος, τῇ γυναικὶ τῇ ἑαυτοῦ οὔθ' ὁρᾶν τινα οὔθ' ὁρᾶσθαι τοπαράπαν, οὔθ' ὑπὸ τοῦ Σεβήρου ἢ τῆς Ἰουλίας, [s] [μήτι γε ἑτέρων τινῶν,] ἐπέτρεπεν.

Ἐγένετο δ' ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις καὶ [87] ἀγὼν [t] γυναικῶν· ἐν ᾧ τοσοῦτον πλῆθος ἀθλητῶν ἀναγκασθὲν συνῆλθεν, ὥσθ' ἡμᾶς θαυμάσαι, πῶς αὐτοὺς τὸ στάδιον ἐχώρησε. καὶ γυ-

C ναῖκες δὲ ἐν τῷ ἀγῶνι τούτῳ ἀγριώτατα [u] ἀλώμεναι ἐμαχέσαντο, ὥστε καὶ ἐς τὰς ἄλλας πάνυ ἐπιφανεῖς ἀπ' αὐτῶν ἀποσκώπτεσθαι· καὶ διὰ τοῦτ' ἐκωλύθη μηκέτι μηδεμίαν γυναῖκα μηδαμόθεν μονομαχεῖν. εἰκόνων δέ ποτε πολλῶν τῷ Πλαυτιανῷ γενομένων, (ἄξιον γὰρ ἀφηγήσασθαι τὸ πραχθὲν) δυσχεράνας πρὸς τὸ πλῆθος ὁ Σεβῆρος, [88] τινὰς αὐτῶν συνεχώνευσε. καὶ εἰς τὰς πόλεις ἐκ τούτου θροῦς διῆλθεν, ὡς καὶ καθῄρηται καὶ διέφθαρται· καὶ [x] τινες συνέτριψαν

D εἰκόνας αὐτοῦ, ἐφ' ᾧ [89] ὕστερον ἐκολάσθησαν. ἐν οἷς ἦν καὶ ὁ τῆς Σαρδοῦς ἄρχων Ῥάκιος Κώνστας, ἀνὴρ ἐλλογιμώτατος, [y] ἀλλ' οὗ χάριν τούτων ἐμνήσθην, ὅτι τοῦ ῥήτορος, ὃς τοῦ Κώνσταντος κατηγόρησε, καὶ τοῦτο πρὸς τοῖς ἄλλοις εἰπόντος, "Θᾶσσον ἂν τὸν οὐρανὸν συμπεσεῖν ἢ Πλαυτιανόν τι ὑπὸ Σεβήρου παθεῖν,

otioſo, litem aliquam introducere; noluit, dicens, id ſe non poſſe facere, niſi Plautianus juſſiſſet. Atque ita obnoxium ſibi Severum Plautianus reddidit etiam in rebus aliis omnibus, ut Juliam quoque Auguſtam [multis atque indignis modis vexaret: quam ſcilicet magnopere faſtidiebat,] & aſſidue criminabatur apud Severum, adeo ut quæſtiones in eam de ingenuis mulieribus per tormenta exerceret: quam ob rem illa philoſophari & cum ſophiſtis multum verſari cœpit. At Plautianus, homo omnium mortalium intemperantiſſimus, adeo ut ſimul cibum caperet, & vomitu regereret, nihilque jam poſſet propter cibi vinique maximam copiam concoquere: præterea puerorum ac puellarum amoribus non ſine probri ſuſpicione deditus, ipſe interim uxori ſuæ non permiſit omnino videre quenquam aut a quoquam videri; ne Severo quidem aut Julia, [nedum aliis] exceptis.

A.U.C.953 Cl. Severo & Auf. Victorino COSS. & ſq.

16. Per id tempus factum eſt mulierum certamen, in quo coacta tanta convenerat multitudo athletarum; ut miraremur omnes, quemadmodum eos ſtadium caperet. In hoc certamine quum mulieres furibundæ pugnaviſſent, ſic ut ob eam cauſam in cæteras quoque nobiliſſimas feminas ſcommata jactarentur, cautum eſt, ne qua mulier usquam in reliquum tempus more gladiatorum certaret. Quum vero ſtatuæ complures factæ eſſent Plautiano, (digna enim res quæ referatur) Severus iniquo animo ferens tantam ſtatuarum multitudinem, conflare quasdam ex iis cœpit. Qua de cauſa rumor fuit in pleriſque civitatibus, ipſum Plautianum dignitate dejectum eſſe & penitus ſublatum, multique ſtatuas ejus conciderunt: quo nomine poſtea dederunt poenas. Fuit in eorum numero Racius Conſtans, vir clariſſimus, qui Sardiniæ præerat; ſed cujus ego mentionem feci potiſſimum propterea, quod orator is, qui Conſtantem accuſavit, præter cætera hoc quoque dixit:

[q] πολλὰ καὶ δεινὰ ἐργ. &c. hæc ſuppeditarunt Exc. Peir. p. 738. in quibus poſtea δεῖ omiſſum eſt. [r] συνημέρευσεν. συνημέρευεν, Coisl. Br. & Exc. Peir. in quibus quæ ſequuntur ſtatim, a capite ſcripta ſunt, præmiſſo ὅτι, quaſi intermedia quædam non curaſſet collector Excerptorum. [s] μήτι γε &c. vide Exc. Peir. p. 741. [t] γυναικῶν. legendum videtur γυναικεῖος, vel γυναικικός, plures enim certarunt mulieres. Sylb. prius recepi. [u] ἀλώμεναι, palantes. ἁλλόμεναι, ſaltantes, Pal. Br. [x] τοὺς, ita pro τινὰς, quod eſt apud RS. & HS. edit. min. habet Sylb. HS. edit. maj. & L. ex Pal. [y] ἀλλ' οὗ χάριν, præmiſſo puncto, vulgo. legendum ἐν, & ſubaudiendum τοῦτό ἐστι. Sylb. qui ita quoque edidit. reſtituendum: ἐλλογιμώτατος ἄλλως, ἐν χάριν τούτων ἐμνήσθην. vel illud ἀλλὰ prorſus omittendum. L. ἐν etiam Br. præterea vero nihil mutandum, ſi punctum tollas. niſi pro ὅτι ſequente, malis ὅτε — πεσεῖσθαι τινα.

§ 83. (l. 73.) ὕπατόν τε ἀπέδειξε] Sic Sejanus, itidem Præf. Præt. Coſ. A. U. C. 784. Inſolitum id alias, cum Præfecti prætorio poſt Auguſtum ex equitibus tantum eſſent, pag. 480. B. licet Hadrianus Tatianum ex præfecto prætorii, ornamentis conſularibus præditum, faceret ſenatorem. *Spart.* Hadr. c. 8. & Arretinus Clemens ſenatorii ordinis a Muciano prætorianis præpoſitus. *Tac.* H. IV. 68, 4. Titus etiam ipſe hoc munere ſub patre functus eſt, donec tandem Alexander Severus ſuis præfectis prætorio ſenatoriam addidit dignitatem, teſte *Lamprid.* cap. 21. de Plautiano infra lib. LXXVIII. § 72. ſq.

§ 84. (l. 95.) Ἰουλίαν τὴν Αὐγοῦσταν] Vide dicta ad p. 840. § 17.

§ 85. (l. 98.) ἀεὶ διέβαλλεν] Criminatur eam & *Spartianus* c. 18. ubi de Severo: *domi tamen minus cautus, qui uxorem Juliam, famoſam adulteriis tenuit, etiam conjurationis conſciam.* idem *Victor* Cæſ. XX. 23.

§ 86. (l. 100.) φιλοσοφεῖν διὰ ταῦτ' ἤρξατο] *Lucianus* mercede cond. c. 36 T. I. p. 695 dicit, mulieres Romanas affectare etiam & laudi ſibi ducere, ἢν λέγωνται ὡς πεπαιδευμέναι τε εἶναι, καὶ φιλόσοφοι. Caracallus igitur ὁ τῆς φιλοσόφου παῖς Ἰουλίας apud *Philoſtratum* Soph. II. 30. p. 622. quanquam de loci lectione multum diſputari videas apud Cel. *Olearium* l. c. Rhetoricen amaſſe, conſtat ex eodem *Philoſtrato* Apollon. I. 3. p. 5. ubi ejus juſſu Damidis de Apollonio Commentarios meliore ſtilo ſe refinxiſſe ſcribit, & epiſt. 13. pag. 919. ad hanc Juliam, ubi ſua de variis ſophiſtis judicia Auguſtæ judicio ſubmittit. Quare miror *Tzetzen* hujus Juliæ ignarum Chil. VI. v. 303. ubi Philoſtratum refert ſe dicere unum rhetorum & ſcribarum τῇ Ἰουλίᾳ κρατούσῃ τελούσῃ βασιλίδι. Σύζυγος ἦν δ' οὗ φησι τίνος ἐν βασιλεῦσι.

§ 87. (l. 11.) ἀγὼν γυναικῶν] Similiter certaverant feminæ ſub Domitiano. p. 763. § 49.

§ 88. (l. 21.) τινὰς αὐτῶν συνεχώνευσε] *Spartianus* c. 14. *Plautianum ex amiciſſimo, cognita ejus vita, ita odio habuit, ut & hoſtem publicum appellaret, & depoſitis ſtatuis ejus per orbem terræ, gravi eum inſigniret injuria, iratus præcipue, quod inter propinquorum & affinium Severi ſimulacra, ſuam ſtatuam ille poſuiſſet.*

§ 89. (l. 24.) ὕστερον ἐκολάσθησαν] *Spart.* l. c. *Poſtea iterum cum Plautiano in gratiam rediit, & veluti ovans urbem ingreſſus Capitolium petiit — hi qui hoſtem publicum Plautianum dixerant, deportati ſunt.*

A.U.C. 953 Cl. Severo & Auf. Victorino COSS. & ſq.

dixit: „ Cœlum ruere citius poſſe, quam Plautiano quicquam gravius a Severo inferri; „ quo magis priori narrationi quis, (cum quid ejusmodi dictum ſit,) fidem habuerit. At quum, præter hæc oratoris, ipſe Severus jactabundus nobis, qui una judices eramus, confirmaſſet, fieri non poſſe ut aliquid mali a ſe Plautiano accidat; non tamen annum unum Plautianus ſuperſtes fuit, ſed occiſus eſt, cunctæque ſtatuæ ipſius deſtructæ ſunt. Antequam autem id fieret, cetus maximus appulit in eum portum, qui Auguſti cognomen habet, in eoque captus eſt. Cujus ceti effigies introducta in amphitheatrum, tanta fuit, ut quinquaginta urſos caperet. Præterea cometes Romæ per multos dies viſus eſt, ferebaturque aliquid mali portendere.

„ θεῖν , „ καὶ μᾶλλον ἂν εἰκότως ἐκείνῳ τῷ λόγῳ , εἴπερ τι τοιοῦτον ἐλέχθη , πιςεῦσαί τινα· ταῦτα τοῦ ῥήτορος εἰπόντος , καὶ [illegible] καὶ αὐτοῦ τοῦ Σεβήρου νεανιευσαμ[illegible] πρὸς ἡμᾶς τοὺς συνδικάζοντας αὐτῷ [illegible] , ὅτι ἀδύνατόν ἐςι κακόν τι ὑ[illegible] ἐμοῦ [illegible] γενέσθαι , οὐδ' ² ἀπενιαύτι[illegible] αὐτὸς [illegible] Πλαυτιανὸς , ἀλλ' ἐσφάγη , [illegible] αὐτοῦ σύμπασαι διεφθάρησαν. [illegible] τούτου κῆτος E ὑπερμέγεθες ἐς [91] τὸν τοῦ Αὐγούςου ἐπίκλην λιμένα ἐξώκειλε , καὶ ἑάλω , καὶ [92] τὸ ᵃ μίμημα αὐτοῦ εἰς τὸ κυνηγέσιον εἰσαχθὲν , πεντήκοντα ἄρκτους εἴσω ἐδέξατο. ὤφθη δὲ 859 ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας καὶ κομήτης ἀςὴρ ἐν τῇ Ῥώμῃ , καὶ οὐκ αἴσιόν τι σημαίνειν ἐλέγετο.

z. ἀπενιαύτισεν, ex Pal. reſtituit Sylb. & ſequentes. nam ἀπενιαύτησεν, perperam HS. edit. min, ſed rectius ediderat RS. & ſic Coisl. a μίμημα αὐτοῦ εἰς τὸ κυν. μίμημα αὐτοῦ γεγονὸς, καὶ εἰς τὸ κυν. Z.

§ 90. (l. 38.) εἰκόνες αὐτοῦ σύμπασαι διεφθ.] Etiam nomen ejus ex publicis monumentis eraſum eſſe, docet erudite *Juſtus Fontanini* in Antiquitatibus Hortæ cap. 3. quanquam id de omnibus quæ affert Vir Præſtantiſſimus non conceſſerim. vide p. 876. § 72.

§ 91. (l. 40.) τὸν τοῦ Αὐγούςου ἐπίκλην λιμένα] Portus hic Auguſti non alius quam Oſtienſis, qui & alias abſolute Portus, Πόρτος, Portus Romæ, Portus Urbis, Portus Romanus, quem Julius Cæſar jam volebat condere, teſte *Suet.* in Claud. cap. 20. forte inchoavit Auguſtus, quanquam id non tradant hiſtorici, ut multa ſunt quæ ex numis tantum & inſcriptionibus diſcimus; perfecit Claudius, teſte *Dione* p. 672. A. B. qui libertum ſuum hujus portus procuratorem feciſſe legitur in Inſcriptione apud *Montfaucon* T. IV. Supplem. Antiq. Tab. XLIX. ex Begero. CLAUDI OPTATI AUG. L. PROC. PORTUS OSTIENSIS. Nero forte addidit, in cujus numo portus eſt cum inſcr. AUGUSTI. POR. OST. S. C. aliusque, quem eodem refero, PORT. AUGUSTI. S. C. apud *Mediob.* p. 90. Eam appellationem portus Oſtienſis, ex hoc loco Xiphilini, Itinerario antiquo, & Apulejo erudite firmat V. C. *Jo. Pet. Bellorius* ad XII. priorum Cæſarum numiſmata. Rom. 1730. fol. p. 38. ſq.

§ 92. (l. 41.) τὸ μίμημα αὐτοῦ] Ut alias loco caveæ, ἐξωστρᾶς, ex qua feræ belluæ emitterentur, ſolebant naves ſolutiles adhiberi, qualem Neronis tempore p. 695. B. & iterum Severi hujus ætate pag. 860. B. *Dio* memorat: ſic nunc belluæ marinæ ſimulacrum inducunt.

DIONIS
HISTORIÆ ROMANÆ
LIBRI LXXVI. EXCERPTA
PER
JO. XIPHILINUM.
Inſeruntur Fragmenta Dionis integra quæ reperiri potuerunt.

SUMMA CAPITA LIBRI LXXVI.

Celebritates ob decennium Severi, nuptias Antonini, & victorias. c. 1.
Plautiani interitus. c. 2—4.
Amicos & liberos Plautiani Severus perſequitur. c. 5—9.
De Bulla Felice, nobili latrone. c. 10.
Severi expeditio Britannica: Britanni deſcribuntur. c. 11. 12.
Tota Britannia ad extremum peragrata, Severus pacem facit. c. 13.
Ut patrem Antoninus occidere voluerit. c. 14.
Severi Aug. mors, & tota vitæ ratio. c. 15—17.

Temporis ſpatium.

poſt C.N.	U.C.			SEVERI
202.	955.	L. Septimius Severus Aug. III,	& M. Aur. Antoninus Aug.	X. Kal. Jun.
203.	956.	P. Septimius Geta	& Fulvius Plautianus II.	XI.
204.	957.	L. Fabius Septiminus Cilo II,	& L. Flavius Libo.	XII.
205.	958.	M. Aur. Antoninus Aug. II,	& P. Septimius Geta Cæſar.	XIII.
206.	959.	Nummius Albinus,	& Fulvius Æmilianus.	XIV.
207.	960	Aper,	& Maximus.	XV.
208.	961.	M. Aur. Antoninus Aug. III,	& P. Septim. Geta Cæſar II.	XVI.
209.	962.	Civica Pompejanus,	& Lollianus Avitus.	XVII.
210.	963.	Man. Acilius Fauſtinus,	& Triarius Rufinus.	XVIII.
211.	964.	Q. Epid. Ruf. Lollianus Gentianus,	& Pomponius Baſſus.	† 4 Febr.

Ὁ δὲ Σεβῆρος [1] ἐπὶ τῆς δεκετηρίδος τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ ἐδωρήσατο τῷ τε ὁμίλῳ παντὶ τῷ [a] σιτοδοτουμένῳ καὶ τοῖς στρατιώταις τοῖς δορυφόροις [2] ἰσαρίθμους τοῖς τῆς ἡγεμονίας ἔτεσι χρυσοῦς. ἐφ᾽ ᾧ καὶ μέγιστον ἠγάλλετο· καὶ γὰρ ὡς ἀληθῶς [3] οὐδεὶς πώποτε τοσοῦτον αὐτοῖς ἀθρόοις ἐδεδώκει. εἰς γὰρ τὴν δωρεὰν ταύτην [4] πεντακισχίλιαι μυριάδες δραχμῶν ἀναλώθησαν. [5] ἐποιήθησαν δὲ καὶ οἱ γάμοι τοῦ τε Ἀντωνίνου τοῦ υἱοῦ τοῦ Σεβήρου καὶ τῆς

B

1. Severus autem, decennio principatus ſui, cum univerſæ plebi quæ frumentum de publico accipiebat, tum militibus prætorianis, tot aureos, quot annos imperaverat, dedit. Quam ob cauſam mirum in modum gloriabatur, quum re vera nemo unquam cunctis ſimul tantum dediſſet: conſumptûm enim in ea largitione bis millies ſeſtertium. Eodem anno celebratæ ſunt nuptiæ Antonini filii Severi, & Plautillæ Plautiani filiæ. Is tantum

A.U.C. 955 Severo III. & Antonino COSS.

a σιτοδουμένῳ, vulgo. & Pal. atque Br. alibi etiam Pal. & Mer. obſervante Sylb. in indice ad p. 205, 40. ſed σιτοδοτουμένῳ Hœſchelius recte ſcribendum monuit.

§ 1. (l. 1.) ἐπὶ τῆς δεκετηρίδος] Ambigua locutio. Interpres: *poſtquam attigit decennium:* alii: *circa decennium*, vel *ſub decennium*, quod explicant, *exacto* vel *evoluto decennio*. vide *Noriſ.* Epoch. Syro-Maced. V. 3. pag. 488. ſq. & de votis decennal. c. 4. & *Fontaninum* Antiqu. Hortæ lib. I. c. 3. *Giornale de' Letterati* d'Italia T. XXI. p. 89. Alii: *in ipſo decennio imperii.* vide *Liebium* Gotha num. p. 259. ſqq. Sed in verbis faciliores eſſe poſſemus, niſi de tempore rei geſtæ ſimul controverſia eſſet, aliis ad annum U. C. 955. nondum exacto decennio, aliis ad A. U. C. 956. exacto Kal. Jun. decennio referentibus. Parum juvant nos numi, qui VOT. SUSC. DEC. TR. P. XI. alii TR. P. X. exhibent: nam vota decennalia ſuſcepta, ſæpius repetita eſſe medio tempore, ſatis docent numi Commodi, cujus exſtant hac inſcriptione apud *Mediob.* p. 246. ſqq. ſub annis tribunitiæ ejus poteſtatis VI. VIII. IX. X. XII. & XV. Sed ad alios ego numos malim confugere, qui ADVENTum AUGGuſtorum vel AUGuſti demonſtrant, Tribunitia Poteſtate Severi X. Antonini V. apud eundem *Mediob.* p. 275. & p. 286. unde vix dubium eſt, Auguſtos, poſt initum in Syria Conſulatum, & peragratam Palæſtinam ac Ægyptum, rediiſſe Romam, anno U. C. 955. prope exeunte, a cujus Junio menſe decimus tribunitiæ poteſtatis Severi & ab Aprili V. Caracalli initium duxerat. Atqui ſatis manifeſtum eſt ex p. 860. A. celebritates & munera ob decennium, conjuncta fuiſſe cum celebritatibus ob reditum & victorias. ἐγένοντο δὲ καὶ θέαι τηνικαῦτα παντοδαπαὶ, ἐπί τε τῇ ἀνακομιδῇ τοῦ Σεβήρου, καὶ ἐπὶ τῇ δεκετηρίδι αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ ταῖς νίκαις. Quare videtur Severus omnia in unum tempus anni 955. excuntis concluſiſſe, licet decennium nondum exiiſſet; nam & alios Imperatores anticipaſſe decennalia deprehendimus, quod de Commodo fatetur *Noriſ.* c. 3. p. 89. & de Diocletiano & Conſtantino, *idem* p. 94. &c. de Domitiano *Mediobarbus* p. 138. quæ forte & ratio eſt, cur Dio non dicat ut alias: πληρωθείσης οἱ τῆς δεκαετίας, ut p. 556. C. ἐπειδὴ τὰ δέκα ἔτη ἐξεληλύθει, p. 551. E. ſed ἐπὶ τῆς δεκετηρίδος, quod laxius totum annum decimum indicare poteſt, ut ἐπὶ τῶν ὑπάτων, ἐπὶ Ἀγρικόλου, ἐπὶ Πομπηΐου. &c.

§ 2. (l. 4.) ἰσαρίθμους χρυσοῦς] Aurei ſinguli ſunt XXV. drachmæ, ſeu 100 HS. pag. 556. D. unde X aurei ſunt 250 drachmæ, ſeu 1000 HS. id eſt, numi unciales XXV.

§ 3. (l. 6.) οὐδεὶς πώποτε τοσοῦτον] Vide *Herodian.* III. 10, 3. & de præcedenti in populum liberalitate, II. 14, 10. III. 8, 7. ſqq. A Commodo tamen congiarium datum *Lamprid.* c. 16. dicit denarios 725, ſeu aureos 29. quod Lipſius Magn. Rom. II. 14. T. III. p. 417. cum præſenti loco ſic conciliat, ut vocabulum ἀθρόοις urgeat, *populo & militibus ſimul* nunquam totidem tributa fuiſſe. mihi *Lampridii* fides ſuſpecta.

§ 4. (l. 7.) πεντακισχίλιαι μυριάδες] Drachmæ 50 000 000, ſeu 200 000 000 HS. ſi ſingulis dati ſunt 1000 HS. ut oſtendi § 94. ſuffecere hominibus 200 000, proinde populo & prætorianis.

§ 5. (l. 8.) ἐποιήθησαν δὲ καὶ οἱ γάμοι] Vide *Spart.* c. 14. & *Herodian.* III. 10, 9. ſq. anno nempe 955. ſupra § 82. nam omnes in hanc *Fulviam Plautillam* numi, qui temporis notam continent, cuſi ſunt Tribunitia Poteſtate V. Antonini. vide eos apud *Triſtan.* II. 248. 255. *Vaillant* de numis Impp. Gr. p. 144. 229. *Frœlich* Tentam. p. 282. ſqq. *Spanh.* de U. N. Diſſ. XI. p. 296. *Liebium* p. 319. & 426. *Ge. Whelerum* Itin. T. I. tab. I. num. 7. 8. *Mediob.* p. 286. & 298.

A.U.C. 955 Severo III & Antonino COSS.

tum filiæ ſuæ dedit, quantum reginis quinquaginta ſatis fuiſſet: quæ omnia per forum vidimus deportari in palatium; nobis univerſis uno loco epulum datum eſt, partim regio, partim barbarico more; quum non cocta ſolum omnia, quæ adponi ſolent, ſed etiam cruda, imo viva quædam fercula acciperemus. Tum edita quoque ſunt varia ſpectacula propter reditum Severi, & decennium principatus ejus, ac victorias: in quibus ſpectaculis apri ſexaginta Plautiani ex præcepto inter ſe congreſſi ſunt: cæſæque ſunt aliæ permultæ beſtiæ, atque in primis elephas & crocotas. Id animal eſt Indicum, ac tum primum, quod ſciam, Romam advectum eſt. Color ejus eſt leænæ, permixtæ cum tigri: figura ex iis animalibus, item cane & vulpe, ſingulari ratione coaleſcens. Quumque receptaculum belluarum in amphitheatro factum eſſet in formam navis, ut CCCC. feras & intra ſe caperet, & una vice ſimul emitteret: navi ſubito diſſoluta, exſilierunt urſi, leænæ, pantheræ, leones, ſtruthiones, onagri, biſontes: quod genus boum eſt, natura & adſpectu barbarum. Itaque ſeptingentæ omnino feræ, altileſque beſtiæ inter ſe diſcurrere, & poſtea confodi viſæ ſunt. Nam pro numero dierum feſtorum, qui ſeptem fuerunt, ſepties centenæ ſunt occiſæ.

2. Per eos dies exſplenduit in monte Veſuvio ignis maximus, tantique mugitus extitere, ut Capuam uſque audirentur: in qua civitate ego, quoties moror in Italia, habitare ſoleo. Eum enim mihi locum delegi cum aliis de cauſis, tum præſertim, ut haberem otium, quod vacuus a negotiis urbanis, in ſcribenda hac hiſtoria conſumerem. Videbatur igitur ex iis, quæ in Veſuvio acciderant, quædam rerum commutatio futura eſſe, quæ in Plautiano paulo poſt eſt facta. Vere enim Plautianus magnus, vel

τῆς Πλαυτίλλης τῆς τοῦ Πλαυτιανοῦ θυγατρὸς καὶ τοσαῦτα τῇ θυγατρὶ δῶρα δέδωκεν, ὅσα καὶ πεντήκοντα γυναιξὶ βασιλίσσαις ἤρκεσεν ἄν. εἴδομεν δὲ φέρόμενα διὰ τῆς ἀγορᾶς ἐς τὸ παλάτιον κομιζόμενα. εἱστιάθημεν δὲ [b] ἐν τῷ ἅμα, τὰ μὲν βασιλικῶς, τὰ δὲ βαρβαρικῶς, ὠμά τε πάντα ὅσα νομίζεται, καὶ ζῶντά τε ἄλλα λαβόντες. ἐγένοντο δὲ καὶ θέαι τότε παντοδαπαὶ ἐπί τε τῇ ἐπανόδῳ τοῦ Σεβήρου, καὶ ἐπὶ τῇ δεκετηρίδι αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ ταῖς νίκαις. ἐν ταύταις ταῖς θέαις καὶ σύες τοῦ Πλαυτιανοῦ ἑξήκοντα ἄγριοι ἐπάλαισαν ἀλλήλοις ὑπὸ παραγγέλματος. ἐσφάγησαν δὲ ἄλλα τε πολλὰ θηρία, καὶ ἐλέφας, [6] καὶ κοροκότας. τὸ δὲ ζῶον τοῦτο, Ἰνδικόν τέ ἐστι, [c] καὶ [7] τότε πρῶτον ἐς τὴν Ῥώμην, ὅσα καὶ ἐγὼ ἐπίσταμαι, εἰσήχθη. ἔχει δὲ χροιὰν μὲν λεαίνης τίγριδι μεμιγμένης, εἶδος δὲ ἐκείνων [d] τε καὶ κυνὸς καὶ ἀλώπεκος ἰδίως πως συγκεκραμένον. τῆς δὲ δεξαμενῆς ἁπάσης τῆς ἐν τῷ θεάτρῳ [8] εἰς πλοίου σχῆμα κατασκευασθείσης, ὡς τετρακόσια θηρία καὶ δέξασθαι καὶ ἀφεῖναι ἀθρόως, ἔπειτα ἐξαίφνης διαλυθείσης, ἀνέθορον ἄρκτοι, λέαιναι, πάνθηρες, λέοντες, στρουθοί, ὄναγροι, [9] βίσωνες, (βοῶν τι τοῦτο εἶδος, βαρβαρικὸν τὸ γένος καὶ τὴν ὄψιν) ὥστε ἑπτακόσια τὰ πάντα καὶ θηρία καὶ βοτὰ ὁμοῦ καὶ διαθέοντα ὀφθῆναι καὶ σφαγῆναι. πρὸς γὰρ τὸν τῆς ἑορτῆς ἀριθμὸν ἑπταημέρου γεγονυίας, καὶ ἐκεῖνα ἑπτάκις ἑκατὸν ἐγένετο. 860

[10] Ἐν δὲ τῷ [e] Βεσβίῳ τῷ ὄρει πῦρ τε πλεῖστον ἐξέλαμψε, καὶ μυκήματα μέγιστα ἐγένετο, ὥστε καὶ ἐς τὴν Καπύην, ἐν ᾗ, ὁσάκις ἂν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ οἰκῶ, διάγω, ἐξακουσθῆναι. τοῦτο γὰρ τὸ χωρίον ἐξειλόμην τῶν τε ἄλλων ἕνεκα, καὶ τῆς ἡσυχίας ὅτι μάλιστα, ἵνα σχολὴν ἀπὸ τῶν ἀστικῶν πραγμάτων ἄγων, ταῦτα γράψαιμι. ἐδόκει οὖν ἐκ τῶν περὶ τὸ [e] Βέσβιον γεγονότων, [f] νεοχμήν τι ἔσεσθαι. καὶ μέντοι καὶ τὰ περὶ τὸν Πλαυτιανὸν αὐτίκα ἐνεοχμώθη. μέγας μὲν B C

b ἐν τῷ. ἐν ἀυ̃ῷ Xyl. & interpres, *in quo.* niſi poſt ἐν τῷ lacuna eſt, ut deſideretur locus ubi Senatui & forte uxoribus epulum datum; vel ἐν ταὐτῷ ἅμα ſcribendum. *c* καὶ τότε πρῶτον. καὶ τοῦτο πρῶτον, Pal. Br. & Mer. *d* ἐκείνων τε. particulam τε quaſi redundantem uncis circumſcripſerat L. in ſua editione. ſed omnino retinenda videtur, quamvis verba ἐκείνων τε in verſione neglexerint interpretes. *e* Βεσβίῳ. ſic, pro vulgato Βαβίῳ, hic & infra ſcripſi, quanquam Βεσουβίῳ mallet L. ad marg. ſed vide dicta ad pag. 755. A. *f* νεοχμόν τι. an νεοχμόν τι, an νεοχμὸν aut νεοχμόν τινὰ ſcribendum? X. vel νεοχμῆς τι. νεοχμόν, Br.

§ 6. (l. 22.) καὶ κοροκότας] *Heſychius* κροκόττας, ζῶόν τι τετράπουν Ἀἰθιοπικόν. *Strabo* XVI. p. 775. ex Arteſnidoro: κροκόττας ἐστὶ μίγμα λύκου καὶ κυνός. *Plinius* VIII. 21. *Crocutas velut ex cane lupoque conceptos, omnia dentibus frangentes, protinusque devorata conficientes ventre:* quæ conveniunt cum illis, quæ ex Agatharchide de κροκόττῃ habet *Photius* cod. CCL. p. 1363. & *Diodor. Sic.* III. 35. T. I. p. 201. niſi potius *leucrocutam* indicat Dio, de qua Plinius ibid. dicit *perniciſſimam feram, aſini fere magnitudine, cruribus cervinis, collo, cauda, pectore leonis, capite melium, biſulca ungula, ore ad aures usque reſciſſo, dentium loco oſſe perpetuo.* & c. 30. *hyænæ coitu leæna Æthiopica parit crocotam.* Vide plura apud *Bochartum* Hieroz. P. I. lib. III. c. 11. p. 831. & *Salmaſ.* ad Solin. 238. ſq. & 709. b. *Caſp. Baubinum* de Hermaphroditis lib. II. c. 11. p. 510. ſqq. *Jonſtonum* de Quadrup. tab. 52. κροκότας in veteri pavimento muſivo Prænestino Syllæ, quo varia Æthiopica & Ægyptiaca animalia exhibentur, apud *Montfaucon.* T. IV. Suppl. tab. LX. Ab hoc animali dictus Corocottas latro, apud *Dion.* p. 598. D.

§ 7. (l. 23.) τότε πρῶτον] Jam ſub Antonino Pio *crocutas* productos memorat *Capitolinus* c. 10. Igitur caute Dio addit, ὅσα καὶ ἐγὼ ἐπίσταμαι.

§ 8. (l. 27.) εἰς πλοίου σχῆμα] Vide ſupra § 92. Navis hujuſmodi cum feris, quæ ex ea prodierunt, in numo rariore Antonini Pii Aug. filii Severi, cum epigraphe LÆTITIA TEMPORUM, apud *Liebium* Gotha num. p. 443. & in alio Severi, apud *Vaillant* Numis. Imp. T. II. p. 230.

§ 9. (l. 31.) βίσωνες] Rectius βίσωνες vel βίσωνες. *Salmaſ.* ad Solin. pag. 163. a. A. *Miſcellan. Obſſ.* in auctores vet. & rec. Vol. II. p. 358. confer de urbe Veſontione dicta p. 81. D. u. & p. 725. C. *Jubatos biſontes* in Germania memorat *Plinius* VIII. 15. deſcribere creditur *Cæſar* de B. G. VI. 26. *eſt bos cervi figura, cujus a media fronte inter aures unum cornu exiſtit excelſius &c.* vide *Jonſton* de Quadrup. tab. XVII. An in numis veterum reperiatur, diſputat Spanhemius Diſſ. IV. p. 209. ſq. Argenteum biſontem [illegible] Veſontione effoſſum habuit, & æri incidi curavit *Jo. Jacob. Chifletius* in Veſontione P. I. p. 44. ſqq. ubi de eo erudite ex veterum teſtimoniis agit.

§ 10. (l. 37.) ἐν τῷ Βεσβίῳ τῷ ὄρει] De incendio Veſuvii ſub Tito vide p. 755. C.

§ 11. (l. 54.) τὸν Σεβῆρον [illegible] conficere, jam tum, vivente Plautiano, Getam quoque Auguſtum fuiſſe & conſortem imperii, quemadmodum *Herodianus* III. 9, 1. ſed falſo, ambos filios jam ante expeditionem Parthicam κοινωνοὺς τῆς βασιλείας [illegible] a Severo dictos ſcribit, ut ſupra annotavi § 53. Nam anno U.C. 951. Antoninus Auguſtus, Geta tantum Cæſar dictus eſt. vide *Mediob.* p. 298. *Frœlich* Tentam pag. 100. Auguſtus vero & particeps imperii Geta factus eſt demum decennio poſt, ut numi demonſtrant apud *Mediob.* p. 301. ſq. Factus tamen eſt Auguſtus, vivo adhuc patre, quod præter rem convellere conatus eſt *Gutherius* de offic. domus Aug. lib. I. cap. 42. vide *Spart.*

μὲν γὰρ ὡς ἀληθῶς ὁ Πλαυτιανὸς καὶ ὑπέρ-
D μεγας ἐγεγόνει, ὥστε καὶ τὸν δῆμον ἐν τῷ
ἱπποδρόμῳ ποτὲ εἰπεῖν, “ [g] Τί τρέμεις,
“ τί δὲ ὠχριᾷς; πλεῖον τῶν τριῶν [g] κέκτη-
“ σαι. „ ἔλεγον δὲ τοῦτο οὐ πρὸς ἐκεῖνον
δῆθεν, ἀλλ' ἄλλως· τρεῖς δὲ ἐνέφαινον,
[11] τόν τε Σεβῆρον καὶ τοὺς υἱέας αὐτοῦ Ἀν-
τωνῖνον καὶ Γέταν. ὠχρία δὲ ἀεὶ καὶ ἔτρε-
μεν, [12] ἔκ τε τῆς διαίτης ἣν διῃτᾶτο,
καὶ ἐκ τῶν ἐλπίδων ὧν ἤλπιζε, καὶ ἐκ τῶν
φόβων ὧν ἐφοβεῖτο. οὐ μὴν ἀλλὰ τέως μὲν
ἤτοι ἐλάνθανε τὰ πλείω αὐτὸν τὸν Σεβῆρον,
ἢ καὶ εἰδὼς αὐτὰ οὐ προσεποιεῖτο. ἐπεὶ [b] δὲ
[13] ὁ ἀδελφὸς αὐτῷ Γέτας τελευτῶν πάντα τὰ
E κατὰ τὸν Πλαυτιανὸν, ἅτε καὶ μισῶν αὐτὸν,
καὶ μηκέτι φοβούμενος, ἐμήνυσεν, ἐκεῖνόν τε χαλ-
κοῦν ἐν τῇ ἀγορᾷ ἔστησε, καὶ τοῦτον οὐκέθ'
ὁμοίως ἐτίμησεν, ἀλλὰ καὶ τῆς δυνάμεως τῆς πολ-
λῆς παρέλυσεν. ὅθεν ὁ Πλαυτιανὸς δεινῶς ἠγα-
861 νάκτησε, καὶ τὸν Ἀντωνῖνον καὶ πρότερον διὰ
[14] τὴν θυγατέρα ἀτιμαζομένην ὑπ' αὐτοῦ μισῶν,
τότε δὴ καὶ μάλιστα ἤχθαιρεν, ὡς αἴτιον τῆς ἀτι-
μίας ἐκείνης αὐτῷ, καὶ τραχύτερον αὐτῷ προσφέ-
ρεσθαι ἤρξατο.

Δι' οὖν ταῦτα ὁ Ἀντωνῖνος τῇ τε γυναικὶ ἀναι-
δεστάτῃ οὔσῃ ἀχθόμενος, καὶ αὐτῷ ἐκείνῳ,
[15] ὅτι τε πάντα ὅσα ἔπραττεν ἐπολυπραγμόνει,
καὶ ὅτι ἐπὶ πᾶσιν αὐτῷ ἐπετίμα, βαρυνόμενος,
ἀπαλλαγῆναί τρόπον τινὰ αὐτοῦ ἐπεθύμησε. κἀκ
τούτου δι' [16] Εὐόδου τοῦ τροφέως αὐτοῦ,
B [17] Σατορνῖνόν τινα ἑκατόνταρχον καὶ ἄλλους δύο
ὁμοίους αὐτῷ ἔπεισεν ἐσαγγεῖλαί οἱ, ὅτι δέκα
τισὶν ἑκατοντάρχοις, ἐξ ὧν καὶ αὐτοὶ ἦσαν, ὁ
Πλαυτιανὸς κεκελευκὼς εἴη, καὶ [18] τὸν Σεβῆρον
καὶ τὸν Ἀντωνῖνον κτεῖναι· καί τινα καὶ γραφὴν,
ὡς καὶ ἐπ' αὐτῷ τούτῳ εἰληφότες, ἀνεγίνωσκον.
ἐξαίφνης δὲ ταῦτ' [19] ἐν ταῖς θεωρίαις, ταῖς ἐν τῷ
παλατίῳ ἥρωσι πεποιημέναις, τῆς τε θέας
ἀφει-

vel ſummus potius erat, ita ut populus aliquan- A.U.C.955
do diceret in Circo: “ Quid tremis? cur pal- Severo III.
les? tu quidem certe plus tribus illis poſſi- & Antonino
des. „ Id autem non ad illum ſcilicet, ſed COSS.
quaſi alia de cauſa dicebant. Significabant au-
tem tres illos, Severum cum duobus filiis, An-
tonino & Geta. Pallebat vero Plautianus, &
tremebat ſemper, cum propter rationem victus,
quam inſtituerat, tum propter ſpem metumque
futurarum rerum, in quibus verſabatur. At
horum magna pars vel latebat adhuc Severum,
vel ſi ſciebat, ea ſe diſſimulabat ſcire. Sed
poſtquam Geta frater tandem moribundus ſigni- A.U.C.956
ficavit Severo omnia, quæ Plautianus agebat; Septim. Ge-
(quippe illum oderat, nec metuebat amplius:) ta & Fulv.
Severus Getæ ſtatuam ex ære in foro poſuit, Plautiano
deſiitque habere Plautianum in tanto hono- II. COSS.
re, magnamque potentiam ejus imminuere
cœpit. Quas res permoleſte ferens Plautia-
nus, Antonino, quem & ante propter filiam
ſuam, ab eo minus honorifice tractatam, ode-
rat, infenſus hoc magis fuit, quaſi autori iſtius
ignominiæ ſibi factæ, cœpitque aſperius cum
eo agere.

3. Igitur Antoninus, partim iratus uxori, fe-
minæ impudentiſſimæ, partim gravatus Plautia-
no ipſo, qui non curioſe ſolum inquirebat
omnia, quæ Antoninus ageret, ſed & eundem
increpabat in rebus omnibus; homine ſe libera-
re quoquo modo ſtatuit. Itaque per Euho-
dum educatorem ſuum, Saturnino centurioni,
aliiſque duobus itidem centurionibus perſuaſit,
ut renuntiarent Severo, mandaſſe Plautianum
decem centurionibus, ex quorum numero eſ-
ſent & ipſi, ut Severum cum Antonino occide-
rent. Ii vero recitant etiam Severo tabellas,
quas ajunt ſe ob hanc cauſam a Plautiano acce-
piſſe: eaque ſubito, peractis ſpectaculis, quæ
in

g τί τρέμεις, κέκτησαι. τρέμει, κέκτηται, Pal. & tamen ὠχριᾷς perſona ſecunda. *b* ἐπεὶ δὲ ὁ ἀδελφὸς αὐτῷ. his verbis quaſi ſuſpectis aſteriſcum appoſuit Wolf. qua de cauſa, non dixerim.

Spart. c. 20. & quæ dicemus infra p. 866. § 141. adde *Caſaub. & Salmaſ.* ad Spart. p. 617. & 627. atque ad illud tempus digitum intendit *Dio* p. 508. C. κἂν δύο, κἂν τρεῖς ἅμα ἄρχωσιν.

§ 12. (l. 56.) ἐκ τῆς διαίτης] Vide p. 858. B.

§ 13. (l. 61.) ὁ ἀδελφὸς αὐτῷ Γέτας] Fratri Severi nomen fuiſſe ΠΟΤΒΛΙΟΝ ΣΕΠΤΙΜΙΟΝ ΓΕΤΑΝ, & fuiſſe quondam Quæſtorem & Prætorem Cretæ & Cyrenes, diſcimus ex inſcriptione apud *Gruter.* MXCIX. 7. quam is deſcripſit ex Pigafettæ exemplari; nam in Reineſii epiſt. p. 46. ΠΟΛΛΙΟΝ perperam ſcribitur. Getam hunc fratri jam Imperatori occurrentem, Severus provinciam ſibi creditam regere præcepit, aliud ſperantem. *Spart.* cap. 8. & poſtea filium ſuum Cæſarem dixit, ut Getam fratrem a ſpe imperii, quam conceperat, ſubmoveret. *Id.* c. 10. Conſulem hoc anno fuiſſe produnt Faſti. De morte ejus *Id.* c. 14.

§ 14. (l. 68.) τὴν θυγατέρα ἀτιμαζομένην] Duxerat enim eam Antoninus invitus, adeoque nec torum nec larem cum ea communem habebat, mortem ipſi & patri minatus, quando ſolus cœpiſſet imperare: quæ illa aſſidue ad patrem referens, hominem valde exacerbavit. *Herod.* III. 10, 14. ſq.

§ 15. (l. 74.) ὅτι πάντα ἐπολυπραγμόνει] Mores Antonini corruptos intelligit; voluptates, ſpectaculorum, aurigationis & ſaltandi ſtudium, rixas cum fratre; de quibus *Herodianus* III. 10, 4 ſq. igitur & inſpectore tam moleſto voluit liberari. *Dio* p. 863. B.

§ 16. (l. 77.) Εὐόδου τοῦ τροφέως] Evhodus libertus Severi, poſtea a Caracallo interfectus. p. 862. E. 870. E

§ 17. (l. 78.) Σατορνῖνόν τινα] Alius hic Saturninus ab Aelio Saturnino præfecto prætorii, quem Plautianus interfecit; ſupra p. 856. § 75. hic enim poſtea interfectus ab Antonino p. 862. E. quem *Herodianus* III. 11, 8. non ἑκατόνταρχον, ſed ἕνα τῶν ὑπ' αὐτῷ (Πλαυτιανῷ) χιλιαρχούντων vocat, & Syrum natione ac præſentis animi fuiſſe dicit. ibid. § 17.

§ 18. (l. 81.) τὸν Σεβ. καὶ τὸν Ἀντ. κτεῖναι] Abit plane a Dione *Herodianus* III. 11. & 12. tradens, Plautianum, ſuis jam opibus fidentem, cum vidiſſet Severum a ſe alieniorem, Antoninum ſibi minantem, vere id conſilium cepiſſe, ne ipſe opprimeretur, ut Severum cum Antonino necaret, ipſeque imperium invaderet. Igitur, vocato ad ſe Saturnino velut fidiſſimo, id negotii dediſſe: qui ſimulato obſequio, libellum demandatæ cædis petierit, ut moris erat, ſi quem tyrannus indemnatum jubebat occidi. Eo impetrato, Saturninum patefeciſſe rem Severo, eique ſuſpicanti aliquam machinationem Antonini ægre rem perſuaſiſſe: hinc Plautianum a Saturnino, quaſi jam patrata cæde Auguſtorum, arceſſitum in palatium, e lorica in primis, quam tuendi corporis gratia ſumſerat, deprehenſum, & Antonini juſſu a circumſtantibus interfectum eſſe. Sed vide § 20.

§ 19. (l. 84.) ἐν ταῖς θεωρίαις ταῖς ἐν τῷ παλατίῳ] Ludis Palatinis, quos per triduum in honorem Auguſti primum inſtituit Livia pag. 600. C. in quibus & Caligulam interfectum, *Suetonius* c. 56. *Dio* p. 663. A. *Joſephus* Ant. XIX. 1. § 12. (hanc celebritatem fuſius deſcribens, & pariter θεωρίας appellans) tradunt. Meminit & *Dio* p. 652. D. Calendaria vetera teſtantur, triduum illud ludorum adjectis aliis diebus fuiſſe ampliatum a XVI. Kal. Febr. ſive 17 Jan. usque ad XI. Kal. Febr. ſive 22. Jan. vide Theſ. Græv. T. VIII. p. 97. & 230. & quæ infra dicentur § 26.

A.U.C. 956 Septim. Geta & Fulv. Plautiano COSS.

in palatio fiebant heroibus, dimiſſiſque ſpectatoribus, quum eſſet cœnæ tempus, acta ſunt: quibus ex rebus commentum argui facillime poterat. Neque enim Plautianus auſus fuiſſet, decem centurionibus ſimul, neque Romæ, neque in palatio, nec illo die aut hora, quidquam tale præſertim ſcripto præcipere: ſed tamen viſum eſt credibile Severo propterea, quod ſuperiore nocte viderat per quietem Albinum vivere, ſibique inſidias parare.

4. Itaque Plautianum celeriter, tanquam ob alias cauſas, advocari juſſit: qui eo modo properavit, vel potius ſignum exitii inſtantis accepit divinitus, ut mulæ, quæ currum ejus agebant, ceciderint in palatio. Quum janitores, qui erant ad cancellos, eum ſolum intus admiſiſſent, nec quenquam præterea ſimul intrare ſiviſſent; ut Plautianus comitibus Severi Tyanis fecerat; cœpit quidem habere rem ſuſpectam, & pertimeſcere; tamen quia neſciebat, qua ratione retro cederet, ingreditur. Hic Severus cum eo loquitur perhumaniter: "Ecquid vero," inquit, "tibi venit in mentem, ut hoc facinus ſuſciperes? aut quamobrem nos voluiſti interficere?" Interea dum ei poteſtatem reſpondendi facit, & ſe parat, ut defenſionem ejus audiat; Antoninus Plautiano rem neganti, admirantique orationem Severi, adſiliens gladium adimit, eumque pugno percutit. Volebat adeo Antoninus Plautianum ſua manu occidere, quum is diceret, "Tu prior necare me voluiſti:" ſed prohibitus a patre, mandavit uni ex famulis ut ipſum interficeret. Alius pilos ex mento ejus evulſos, Juliæ Plautillæque, quæ tum una erant, attulit ante, quam aliquid audiviſſent: "Vos vero," inquit, "veſtrum Plautianum videte: eaque re alteri mœrorem, alteri gaudium injecit. Itaque Plautianus, omnium noſtra memoria hominum potentiſſimus, quem magis, quam ipſos principes, metuebant & verebantur omnes, quique ad ſpes multo majores elatus fuerat, a genero interficitur, eque palatio

ἀφειμένης, καὶ δείπνου μέλλοντος ἔσεσθαι, ἐγίνοντο· ὅθεν οὐχ ἥκιστα τὸ σκευώρημα κατεφάνη. οὐ γὰρ ἂν οὔτε ἑκατοντάρχοις δέκα ἅμα, οὔτε ἐν τῇ Ῥώμῃ, οὔτε ἐν τῷ παλατίῳ, οὔτε ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, οὔτε ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ τοιοῦτό τι C
ὁ Πλαυτιανὸς, ἄλλως τε καὶ γράψας, προστάξαι ἐτετολμήκει. ὅμως πιστὸν αὐτὸ ἔδοξε τῷ Σεβήρῳ, ὅτι τῇ νυκτὶ τῇ προτεραίᾳ τὸν Ἀλβῖνον ὄναρ ζῶντά τε καὶ ἐπιβουλεύοντα αὐτῷ ἑωράκει.

Σπουδῇ οὖν, ὡς καὶ ἐπ' ἄλλο τι, τὸν Πλαυτιανὸν μετεπέμψατο. καὶ ὃς οὕτως [i] ἠπείχθη, (μᾶλλον δὲ οὕτως αὐτῷ τὸν ὄλεθρον τὸ δαιμόνιον προεμήνυσεν) ὥστε τὰς ἡμιόνους τὰς ἀγούσας αὐτὸν, πεσεῖν ἐν τῷ παλατίῳ· καὶ αὐτὸν εἰσιόντα οἱ θυρωροὶ, [22] οἱ ἐπὶ τῶν κιγκλίδων, μόνον εἰσεδέξαντο, D
οὐδ' εἴασαν οὐδένα αὐτῷ συνεισελθεῖν· ὅπερ ποτὲ αὐτὸς περὶ τὸν Σεβῆρον [23] ἐν τοῖς Τυάνοις ἐπεποιήκει. καὶ ὑπώπτευσε μέν τι ἐκ τούτου, περίφοβός τε ἐγένετο· οὐ μέντοι ἔχων ὅπως ἀναχωρήσει, ἐσῆλθε. καὶ ὁ Σεβῆρος καὶ πάνυ πρᾴως αὐτῷ διελέχθη· "Τί τε τοῦτο ἔδοξέ σοι ποιῆσαι, καὶ "διὰ τί ἀποκτεῖναι ἡμᾶς ἠθέλησας;" λόγον τε αὐτῷ ἔδωκε, καὶ παρεσκευάζετο ὡς καὶ ἀπολογουμένου αὐτοῦ ἀκούσων. ἀλλ' ὁ Ἀντωνῖνος, ἀρνούμενόν τε αὐτὸν καὶ θαυμάζοντα τὰ λεγόμενα, τό, τε ξίφος προσπηδήσας ἀφείλετο, καὶ πὺξ ἔπαισε· E
καὶ ἠθέλησε μὲν καὶ αὐτοχειρίᾳ σφάξαι, εἰπόντα, ὅτι "Ἔφθης με κτεῖναι·" ὑπὸ δὲ τοῦ πατρὸς κωλυθεὶς, ἐκέλευσέ τινι τῶν ὑπηρετῶν φονεῦσαι αὐτόν. καὶ αὐτόν τις τῶν τριχῶν τοῦ γενείου [k] ἐκτίλας, τῇ τε Ἰουλίᾳ καὶ τῇ [l] Πλαυτίλλῃ προσήνεγκεν ὁμοῦ οὔσαις, πρὶν καὶ ὁτιοῦν αὐτὰς ἀκοῦσαι· καὶ εἶπεν, "[24] Ἴδετε τὸν Πλαυτια- 862
"νὸν ὑμῶν·" κἀκ τούτου τῇ μὲν πένθος, [25] τῇ δὲ χαρὰν ἐνέβαλεν. ἐκεῖνος μὲν καὶ μέγιστον τῶν [m] ἐπ' ἐμὲ ἀνθρώπων δυνηθεὶς, ὥστε καὶ αὐτῶν τῶν αὐτοκρατόρων μᾶλλον πάντας καὶ φοβεῖσθαι αὐτὸν καὶ τρέμειν, καὶ ἐπὶ μειζόνων ἐλπίδων αἰωρηθεὶς, οὕτως ὑπό τε τοῦ γαμβροῦ [26] ἐσφάγη, καὶ ἄνωθεν ἀπὸ τοῦ παλατίου εἰς

[i] ἠπείχθη. ἐπίχθη, corrupte, Pal. Blancus legerat ἦλθε, *venit*. Sylb. [k] ἐκτίλας. ἐκτίλλας RS. & HS. edit. min. & Br. [l] Πλαυτίλλῃ. Πλαυτίλλῃ, Coisl & Br. perperam. [m] ἐπ' ἐμέ. male, pro ἐπ' ἐμοῦ, niſi quis ἐπ' ἐμὲ exponi poſſe credat *ad mea usque tempora*, quod quomodo a Dione affirmari poſſit? ſtatim ἀνακτόρων. apud Appianum in Parth. p. 153 Craſſum Surena irridens vocat Romanorum ἀνάκτορα. verum apud Plutarchum, ex quo illa ſumit, non ἀνάκτωρ, ſed αὐτοκράτωρ legitur. HS.

§ 20. (l. 87.) τὸ σκευώρημα κατεφάνη] Vel literæ ſolæ, quæ ferebantur Plautiani, produnt fraudis architectum. Tantum enim ſtuporem hominis, in re, omni cum cautione tractanda, quis animo concipiat? Frigida illa Herodiani ratio § 18. magis etiam confirmat Dionis fidem & judicii veritatem; docetque, Herodianum ad veri ſpeciem fingere magis voluiſſe, quam potuiſſe.

§ 21. (l. 93.) ὄναρ] Multum ſomniis ſuis tribuebat Severus. p. 828. D. 840. D. E.

§ 22. (l. 1.) οἱ ἐπὶ τῶν κιγκλίδων] κιγκλίδες ſunt θύραι δικτυωταί, fores ex lignis reticulatim diſpoſitis, quas poſtea ex latino καγγέλλους vel κιγκέλλους vocarunt. vide *Heſych. Harpocrat.* & quæ viri docti ad *Polluc.* VIII. 124. Hujuſmodi fores non tantum Dicaſteriis, ſed & ſecretis Principum in Palatio prætendebantur, & *Dio* infra p. 862. C. τῆς κιγκλίδος τῆς τελευταίας meminit, vide *Plin.* Paneg. 47, 5. 49, 1. ſq. *Lucian.* Mercede cond. c. 21. T. I, p. 677. Ad hos cancellos ſtabant janitores, *cancellarii* poſtea vocati, ſicut ad vela, pariter cubiculis prætenſa, velarii. vide quæ ad Vopiſci Carinum diſputant *Caſaubonus & Salmaſius* p. 796. ſqq.

§ 23. (l. 3.) ἐν τοῖς Τυάνοις ἐπεποιήκει] Conf. *Dionem* p. 857. E.

§ 24. (l. 18.) ἴδετε τὸν Πλαυτιανὸν ὑμῶν] Sic ἴδε ὁ ἄνθρωπος, Joh. XIX. 5.

§ 25. (l. 20.) τῇ δὲ χαρὰν] Julia intelligitur, injuria a Plautiano affecta, p. 858. A. quæ metu tantum Plautiani & Severi, per ſimulationem, adhuc videtur Plautillæ amicitiam coluiſſe.

§ 26. (l. 25.) ἐσφάγη] *Chronicon Paſchale* p. 266. B. anno Severi X. ἰνδ. θ. ὑπ. Πλαυτιανοῦ καὶ Γέτα. Πλαυτιανὸς ὁ ὕπαρχος ἐσφάγη πρὸ ιά Καλανδῶν Φεβρουαρίων. *Plautiano & Geta Coſſ.* (A. U. C. 956) *Plautianus conſul a. d. XI. Kal. Febr. necatus eſt.* Convenit hoc tempus iis quæ de reditu Severi, & nuptiis Antonini, itemque decennalibus inter annum A. U. C. 955. celebratis diſputavimus § 4. 5. & p. 857. 858. convenit etiam fini ſpectaculorum, in quibus Dio Plautianum necatum ait: poſtremus enim dies erat XI. Kal. Febr. ſeu 22 Jan. § 19. At vero inter nuptias Plautillæ & necem Plautiani, annum ſaltem interceſſiſſe, Cel. Fontaninus Antiquit. Hortæ l. 3. & in Giornale de'Letterati T. XXI p. 91. conficit ex multis quæ præceſſiſſe Dio narrat: p. 860. ſq. Veſuvio ardente, obitu Getæ ſenioris, ſtatua eidem decreta, Caracallæ in Plautillam contumeliis, Plautiani inde orta indignatione, ſpectaculis publicis in honorem Heroum. Sed ut non dicam, nil quicquam obſtare, quo minus paucis hæc diebus contingere omnia potuerint, etiam Dio ea diſerte intra breve tempus conſecuta

[27] εἰς ὁδόν τινα ἐῤῥίφη. μετὰ ταῦτα γὰρ καὶ ἀνῃρέθη καὶ ἐτάφη, τοῦ Σεβήρου κελεύσαντος.

Καὶ ὁ Σεβῆρος μετὰ ταῦτα συνήγαγε μὲν τὴν βουλὴν ἐς τὸ συνέδριον· οὐ μέντοι καὶ κατηγόρησέ τι τοῦ Πλαυτιανοῦ, ἀλλ' αὐτὸς μὲν τήν τε φύσιν τὴν ἀνθρωπίνην, **B** ὡς μὴ δυναμένην [28] τιμὰς ὑπερόγκους στέγειν, ὠδύρατο, καὶ ἑαυτὸν ᾐτιάσατο, ὅτι οὕτως αὐτὸν ἐτετιμήκει καὶ ἐπεφιλήκει. τοὺς δὲ δὴ μηνύσαντάς οἱ τὴν [n] βουλὴν αὐτοῦ πάνθ' ἡμῖν εἰπεῖν ἐκέλευσεν, ἐκβαλὼν ἐκ τοῦ συνεδρίου τοὺς οὐκ ἀναγκαίους, ἵν' ἐκ τοῦ μηδὲν διηγήσασθαι ἐνδείξηται, ὅτι οὐ πάνυ σφίσιν πιστεύει. πολλοὶ μὲν οὖν διὰ τὸν Πλαυτιανὸν ἐκινδύνευσαν, καὶ τινες καὶ ἀπέθανον. ὁ μέν- **C** τοι Κοίρανος ἔλεγε μὲν, οἷά που πλεῖστοι πρὸς τοὺς εὐτυχοῦντας πλάττονται ἀεὶ, ἑταῖρός τε αὐτοῦ εἶναι· καὶ ὁσάκις γε ἐκεῖνοι πρὸ τῶν ἄλλων τῶν ἀσπαζομένων αὐτὸν εἰσεκαλοῦντο, συνεφείπετο σφίσι μέχρι [29] τῆς κιγκλίδος τῆς τελευταίας· οὐ μέντοι καὶ ἐκοινώνει τῶν ἀποῤῥήτων, ἀλλ' ἐν τῷ μεταιχμίῳ διατρίβων, Πλαυτιανῷ μὲν ἔξω, [o] τοῖς δὲ ἔξω, ἔνδον ἐδόκει εἶναι· καὶ διὰ τοῦτο πλέον ὑπωπτεύθη· καὶ διότι ὄναρ ποτὲ τοῦ Πλαυτιανοῦ ἰδόντος [30] ἰχθῦς τινας ἐκ τοῦ Τι- **D** βέριδος ἀναβάντας πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ προσπεπτωκέναι, ἔφη καὶ τῆς γῆς αὐτὸν καὶ τοῦ ὕδατος ἄρξειν. ἀλλ' οὗτος, ἐπὶ ἑπτὰ ἔτη ἐν νήσῳ περιορισθεὶς, κατήχθη τε μετὰ τοῦτο, καὶ ἐς τὴν γερουσίαν πρῶτος Αἰγυπτίων κατελέχθη, [31] καὶ ὑπάτευσε, μηδεμίαν ἄλλην ἀρχὴν προάρξας, ὥσπερ ὁ Πομπήϊος. [p] Καικίλιος μέντοι Ἀγρικόλας, ἐν τοῖς πρώτοις τῶν κολάκων αὐτοῦ ἀριθμούμενος, πονηρίᾳ δὲ καὶ ἀσελγείᾳ οὐδενὸς ἀνθρώπων δεύτερος ὢν, κατεψηφίσθη ἀποθανεῖν· ἐλθὼν δὲ **E** οἴκαδε, καὶ [32] οἴνου ἐψυγμένου ἐμπλησθεὶς, τό, τε ποτήριον ὃ πέντε μυριάδων [q] ἐώνητο, συνέτριψε, καὶ ἐπαπέθανεν αὐτῷ, τὰς φλέβας τεμών.

[33] Σατορνῖνος μέντοι καὶ Εὔοδος τότε μὲν ἐτιμήθησαν, ὕστερον δὲ ὑπὸ τοῦ Ἀντωνίνου ἐθανατώθησαν.

ψηφι-

tio projicitur in viam: quamvis ſublatus tandem juſſu Severi & ſepultura affectus ſit. A.U.C.956 Septim.Geta & Fulv. Plautiano COSS.

5. Poſt hæc Severus Senatum convocat in curiam, neque tamen Plautianum accuſat: tantummodo deplorat conditionem humani generis, quod immodicos honores nequeat ferre: accuſatque ſe, quod illum tanto honore & amicitia proſequutus eſſet: dein eos, qui inſidias Plautiani indicaverant, omnia referre ad nos jubet, ejectis e ſenatu iis, qui minus erant neceſſarii; ut dum nihil enarrare poſſent, ſe non magnam fidem illis habere oſtenderet. Venere multi in maximum periculum, Plautiani cauſa: nonnulli etiam morte affecti ſunt. Cœranus quidem, quum ſe familiarem Plautiani eſſe diceret, ut plerique omnes fere ſolent ſe fortunatis hominibus fingere; quoties amici primi ante alios intro vocati Plautianum ſalutatum venirent, comitari eos ſolebat usque ad poſtremos cancellos: & quanquam ſecretorum conſiliorum particeps non erat, tamen quod medius intra utrasque fores morari conſueverat, Plautiano quidem foris eſſe, cæteris autem exterioribus intus eſſe videbatur, ob eamque cauſam magis ſuſpectus fuit. Augebat ſuſpicionem, quod quum Plautianus aliquando vidiſſet in ſomnis, piſces quosdam e Tiberi prodeuntes, ad pedes ſuos accidiſſe; reſponderat, eum terræ marisque imperium habiturum. Itaque relegatus in inſulam ad ſeptem annos fuit: deinde revocatus, primusque ex Ægyptiis hominibus cooptatus in ordinem ſenatorium, factus eſt conſul, ut Pompejus, nullo ante geſto magiſtratu. Cæcilius autem Agricola, qui in primis aſſentatoribus Plautiani habebatur, quique nequitia ac libidine nemini ſecundus erat, capite damnatus domum venit; & poſtquam vino ſe refrigerato repleviſſet, poculum quod ducentis millibus nummum emptum fuerat, contrivit: ipſe ſtatim ſecta ſibi vena e vita diſceſſit.

6. Saturninus vero & Euhodus, licet tunc honore affecti, tamen ab Antonino poſtea occiſi ſunt.

[n] τὴν βουλήν. pro τὴν ἐπιβουλὴν, Sylb. in indice. Blancus *conſilium & inſidias.* [o] τοῖς δὲ ἔξω. ſic omnino ſcribendum, pro vulgato τοῖς δὲ ἔσω, ut ad marginem quoque notaverat L. confirmat codex Br. [p] Καικίλιος Ἀγρικόλας. quæ de hoc traduntur mox, πονηρίᾳ δὲ καὶ ἀσελγείᾳ οὐδενὸς ἀνθρώπων δεύτερος ὢν, ea totidem verbis in Exc. Peir. p. 741. tribuuntur Πρίσκῳ, unde neſcio an cognomen Agricolæ huic Priſci fuiſſe recte ſuſpiceris. ceterum Κεκίλιος pro Καικίλιος edidit Sylb. [q] ἐώνητο. ſic legendum eſſe pro ἐώνητε, judicaverat HS. & Wolf. & ita correctius edidere Sylb. HS. edit. maj. & L. confirmat lectionem Coisl. & Br.

conſecuta eſſe ait. Nam poſtquam inter ſpectacula ob nuptias Plautillæ, Veſuvium exarſiſſe dixerat, & commutationem rerum inſtare viſam eſſe, addit, καὶ μέντοι καὶ τὰ περὶ τὸν Πλαυτιανὸν αὐτίκα ἐνεοχμώθη, *ſtatim ſubſecutum eſſe Plautiani caſum.* item pag. 857. D. deſponſatione Plautillæ, & deſignatione Plautiani ad conſulatum, aliiſque ſummæ fortunæ blandimentis memoratis, ſubjungit tandem pag. 858. E. οὐδ' ἐνιαυτὸν ὁ Πλαυτιανὸς, ἀλλ' ἐσφάγη, *ne annum quidem unum ſuperfuiſſe, ſed occiſum eſſe.* Etiam numos omnes in Plautillam ad Trib. Pot. V. Antonini h. e. A. U. C. 955. & initium ſequentis pertinere ſupra annotatum eſt, unde ſequenti jam anno nihil amplius valuiſſe colligitur. Nam quod numum Gazenſem in Plautillam anni U. C. 959. exſtare quidam volunt, incerto admodum fundamento traditur, quia de æra Gazenſi parum nobis conſtare, & conſulum ſeriem in iis numis perturbatam eſſe, peritiſſimi agnoſcunt. vide *Spanhemii* epiſtolam ad Relandum in ejus Palæſtina pag. 798. ſq. & quicquid ex hoc numo de æra Gazenſi ſtatuitur a Noriſio, id omne ex hypotheſi de ſeriore reditu Severi, & morte Plautiani fluit, quod vel maxime eſt in quæſtione. Reliqua argumenta quæ & *Tillemontius* not. 25. ad Sev. T. III. p. 413. in contrarium urget, tanti non ſunt, ut his ulterius immoremur.

§ 27. (l. 27.) ἐς ὁδόν τινα ἐῤῥίφη] Ita & *Herodianus* III. 12, 25. εἰς τὴν λεωφόρον.

§ 28. (l. 32.) τιμὰς ὑπερόγκους στέγειν] Verbum στέγειν pro *perferre, pati, tolerare, ſuſtinere*, etiam occurrit in N. T. ut obſervatum viris doctis ad I Cor. XIII. 7. IX. 12. I Theſſ. III. 1. 5. *Sophocles* in Oedipo tyranno v. 11. δείσαντες ἢ στέρξαντες, *metuentes, an re ipſa perferentes.* *Lucianus* Dial. Mort. XI. 4. T. I. p. 379. τοῦ πυθμένος στέγειν οὐ δυναμένου.

§ 29. (l. 45.) τῆς κιγκλίδος τῆς τελευταίας] Vide ſupra pag. 861.

§ 30. (l. 51.) ἰχθῦς τινας] Ex piſce ad pedes Auguſti ex aqua proſiliente, augures imperium ipſi maris ominabantur. p. 395. A.

§ 31. (l. 57.) καὶ ὑπάτευσε] Conſul ſuffectus, anno incerto, tacentibus Faſtis. Videtur autem Coeranus, Severi adhuc ætate revocatus, elapſo ſeptennio exilii.

§ 32. (l. 63.) οἴνου ἐψυγμένου] Vide ſupra p. 825. E. § 115.

§ 33. (l. 67.) Σατορνῖνος καὶ Εὔοδος] De iis dictum p. 861. A. § 108. ſq. honorati autem ſunt, ob detectas ſcilicet Plautiani inſidias.

A.U.C. 956 Septim. Geta & Fulv. Plautiano COSS.

ſunt. Quumque nos Euhodo laudes quasdam decerneremus, Severus vetuit his verbis: "Turpe eſt, ejusmodi quid de viro Cæſariano in ſenatusconſulto ſcriptum inveniri." Neque enim vel hunc Severus, vel reliquos Cæſarianos libertos ſinebat injuriam facere, aut inſolentes eſſe: quam ob rem & bene audiit. Senatus enim laudes ejus aliquando celebrans, hoc ipſum diſerte exclamavit: "Omnes omnia recte faciunt, propterea quod tu recte imperas." Plautilla autem, Plautiusque, liberi Plautiani, tunc incolumes evaſerunt, in Liparam relegati; at ſub Antonino poſtea interfecti ſunt; licet viventes in metu & calamitate maxima, imo & inopia rerum neceſſariarum.

ψηφιζομένων δὲ ἡμῶν ἐπαίνους τινὰς τῷ Εὐόδῳ, ὁ Σεβῆρος ἐκώλυσεν, εἰπὼν, "Αἰσχρόν ἐστιν ἐν δόγματι ὑμῶν τοιοῦτό τι περὶ Καισαρείου ἀνδρὸς "γεγράφθαι." καὶ οὐ τοῦτον μόνον, ἀλλὰ καὶ 863 τοὺς ἄλλους ἅπαντας τοὺς βασιλικοὺς ἀπελευθέρους οὔθ᾽ ὑβρίζειν οὔθ᾽ ὑπερφρονεῖν εἴα· ἐφ᾽ ᾧ καὶ καλῶς ἤκουσεν. ἡ δ᾽ οὖν γερουσία ἐπαινοῦσά ποτε αὐτὸν, καὶ αὐτὸ τοῦτο ὀνομαστὶ ἐξεβόησεν, "Πάντες πάντα καλῶς ποιοῦσιν, ἐπειδὴ σὺ καλῶς ἄρχεις." [34] Πλαυτίλλα δὲ καὶ [r] Πλαύτιος, οἱ τοῦ Πλαυτιανοῦ παῖδες, τότε μὲν ἐσώθησαν [35] εἰς Λιπάραν ὑπερορισθέντες· ἐπὶ δὲ Ἀντωνίνου ἀπώλοντο, καίτοι καὶ ζῶντες, ἔν τε δέει καὶ ταλαιπωρίᾳ πολλῇ, τῶν τε ἀναγκαίων οὐκ εὐπορίᾳ διῆγον. B

7. Tum filii Severi, Antoninus & Geta, Plautiano tanquam pædagogo liberati, cœpere omnia pro libidine agere, mulieres ſtupris pollucre, pueros violare, inique colligere pecuniam, gladiatores atque aurigas ſibi ſocietate devincire, ſeque invicem æmulari factorum ſimilitudine, & tamen inter ſe contrariis ſtudiis diſſidere. Nam ſi cui unus eorum ſe addiceret, alter viciſſim adverſarium ejus totus complectebatur: denique quum in certamine quodam parvorum equorum, curribus inter ſe congrederentur, tanta contentione currus agitarunt, ut Antoninus ex ſuo ceciderit, & crus fregerit. [Dum vero Antoninus ex vulnere curatur, interim Severus nullam partem reipublicæ neceſſariam omiſit. Nam & cauſis audiendis vacavit, & cuncta quæ ad imperium pertinent adminiſtravit: atque ob hæc quidem efferebatur laudibus. Quintilli vero Plautiani cædes ei crimini data eſt. Multi enim alii ſenatorii ordinis ab Severo necati ſunt, qui & cauſam dixerant & convicti erant.] At Quintillus vir erat nobiliſſimus & diu inter præcipuos ſenatores relatus; qui

Οἱ δὲ τοῦ Σεβήρου παῖδες, ὅ, τε Ἀντωνῖνος καὶ ὁ Γέτας [s] οἷον παιδαγωγοῦ τινος ἀπηλλαγμένοι τοῦ Πλαυτιανοῦ, [36] οὐδὲν ὅ, τι οὐκ ἐποίουν. καὶ γὰρ καὶ γυναῖκας ᾔσχυνον, καὶ παῖδας ὕβριζον χρήματά τε παρεξέλεγον, καὶ τοὺς μονομάχους τούς τε ἁρματηλάτας προσεταιρίζοντο, τῇ μὲν ὁμοιότητι τῶν ἔργων ζηλοῦντες ἀλλήλους, τῷ δὲ ἀντισπουδάζειν στασιάζοντες. εἰ γάρ τῳ ὁ ἕτερος προσέθετο, πάντως ἂν [t] τὸ ἐναντίον ὁ ἕτερος ἀνθῃρεῖτο· καὶ τέλος [u] συμβάλλοντες ἐν γυμνασίᾳ τινὶ ἵππων σμικρῶν ζεύγεσιν, ἐς μεγάλην φιλονεικίαν ἤλασαν, ὥστε τὸν Ἀντωνῖνον [x] πεσεῖν τε ἐκ τοῦ δικύκλου, καὶ τὸ σκέλος [y] καταέαξαι. [παθόντος δὲ αὐτοῦ τοῦτο καὶ νοσηλευομένου, ὁ Σεβῆρος οὐδὲν τῶν ἀναγκαίων τὸ παράπαν ἐξέλιπεν, ἀλλὰ καὶ ἐδίκαζε καὶ πάντα τὰ τῇ ἀρχῇ προσήκοντα διῴκει. καὶ ἐπὶ τούτῳ καὶ ἐπῃνεῖτο. τὸν δὲ δὴ Κύντιλλον τὸν Πλαυτιανὸν φονεύσας, αἰτίαν ἔσχεν. ἀπέκτεινε δὲ καὶ ἄλλους πολλοὺς βουλευτὰς, τοὺς μὲν κατηγορηθέντας παρ᾽ αὐτῷ καὶ ἀπολογησαμένους καὶ ἁλόντας. ὁ δὲ δὴ Κύντιλλος] εὐγενέστατός τε ὤν, καὶ ἐπὶ C

[r] Πλαύτιος. ita pro vulgato Πλαῦτος ſcribendum eſſe, recte monuit L. & ante eum indicavit Sylb. ſic enim libro ſeq. ſub init. ſcribitur. [s] οἷον παιδαγωγοῦ. his verbis præmittunt Exc. Peir. p. 741. μετὰ θάνατον Πλαυτιανοῦ, mox autem omittunt τοῦ Πλαυτιανοῦ. [t] τὸ ἐναντίον. forte τὸν ἐναντίον, ſicut & Blancus legiſſe videtur. quanquam & neutro genere tolerari poteſt. [u] συμβάλλοντες. συμβαλόντες, Coisl. & Br. minus bene. [x] πεσεῖν. ἐκπεσεῖν, Exc. Peir. l. c. [y] καταέαξαι. κατέαξεν, perperam, RS. καταέαξαι, retento augmento, etiam Pal. & Mer. ut monet Sylb in Indice. quæ ſtatim ſequuntur παθόντος δὲ αὐτοῦ, petita ſunt ex Exc. Peir. pro quibus vulgo apud Xiph. hæc breviora & corruptiora legebantur: ὁ μέντοι Σεβῆρος ἐπὶ πολλοῖς ἐπιφανῶν φόνοις, καὶ δὴ καὶ ἐπὶ τῷ Κυντίλλου τοῦ Πλαυτιανοῦ ἄξια ἔσχεν. οὗτος γὰρ εὐγενέστατος &c. ubi Blancus ἐπιφανῶς legiſſe videtur, *aperte*, reddens. ſed ἐπιφανεῖς Xiphilino ſunt, qui Dioni βουλευταὶ vocantur. pro ἄξια ἔσχεν, Wolfius legi volebat: ὃς τοῦ Πλαυτιανοῦ τὴν ἀρχὴν ἔσχεν. melius divinavit HS. αἰτίαν ἔσχεν, probante Sylb.

§ 34. (l. 78.) Πλαυτίλλα δὲ καὶ Πλαύτιος] Relegatam ſcribit etiam *Herodianus* III. 13, 7. Plautillam καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτῆς, ubi Politianus, *cum filiolo quem pepererat*. Probabile eſt, eum in ſuo codice legiſſe υἱὸν, ut Bœclerus ad eum locum monuit: vel, ſi mavis, καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς ὃν ἔτεκεν, ut viſum Eruditiſſimo *Eraſmo Frœlich* Tentam. p. 458. Mirum autem videbitur multis, hanc lectionem ab eo defendi, & duas Antonino filias, Fadillam alteram, alteram cujus nomen periit, unumque filium Hadrianum, M. Aur. Antonino, nempe Caracallo, vindicari ex tribus marmoribus Epheſi in aquæ ductus arcubus reperiundis. Salva vero exiſtimatione meritis Frœlichianis debita, graves ea de re dubitandi rationes habere mihi videor. Quomodo enim Herodianus Plautillæ filium ex Antonino natum tribueret, qui ab invito ductam & prorſus exoſam fuiſſe ſcripſerat, ὡς μήτε εὐνῆς μήτε ἑστίας κοινωνεῖν, III. 10, 14. & unde illi tot liberi ex Antonino, quæ non diu poſt nuptias, occiſo patre, in exilium miſſa, ac poſtea in exilio necata fuerat. § 26. & infra p. 879. B. Neque aliam poſthæc uxorem duxiſſe legitur Antoninus, qui adeo Artabani Parthi filiam ſe ambire poſtea ſimulavit. pag. 881. A. Equidem filias ΦΑΔΙΛΛΑΝ & alteram, cujus nomen evanuit, ΛΟΥΚΙΛΛΑΝ, filias M. Aurelii Antonini, ejus qui Philoſophus dictus eſt, fuiſſe ſcio, unde & M. ΑΥΡΗΛΙΟΝ — ΟΝ ΣΕΒΑΣ — ΝΙΚΟΝ ΣΕΟΥΗΡΟΝ — non explicandum putarim cum Frœlichio *M. Aurelium Antoninum Auguſtum, Britannicum, Severum* (neque enim his cognomentis, ſic præſertim ordinatis, usquam comparebit Caracallus) ſed *M. Aurelium Antoninum Auguſtum, Germanicum, & L. Verum &c.* nempe M. Philoſophum cum fratre eodemque genero Vero; ex quo qui hæc exſcripſit fecit ΣΕΟΥΗΡΟΝ, quæ confuſio & ſæpiſſime in membranis deprehenditur. Suſpecta quoque eſt tertia inſcriptio, ΑΔΡΙΑΝΟΝ ΥΙΟΝ M. ΑΥΡΗΛΙΟΥ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. Neque tamen dixerim, an ΑΥΡΗΛΙΟΝ exaratum fuerit, ut ſit ipſe Commodus, vel ANNION, ut ſit Annius Verus Commodi frater.

§ 35. (l. 80.) ἐς Λιπάραν] Lipara inſula ex Æoliis una, inculta & tenuis, *agri miſeri & jejuni*, ut ſcribit *Cicero* in Verrem III. c. 17. Ejusmodi autem fere inſulæ exilio deſtinabantur potius, quam fertiles & abundantes. Major itaque fides Dioni, quam *Herodiano* l. c. qui in Siciliam relegatam ſcribit, datis ad vitam tolerandam abunde opibus, exemplo Auguſti, filios Antonii ita tractantis.

§ 36. (l. 86.) οὐδὲν ὅ τι οὐκ ἐποίουν] Jam ante Plautiani mortem corrupti, *Herod.* III. 10, 4. nunc pædagogo hoc liberati, in omnem effuſi ſunt malitiam & mutuas contentiones. *Id.* c. 13, 5.

ᶻ ἐπὶ πλεῖστον ἐν τοῖς πρώτοις τῆς βουλῆς
ᶻ ἀριθμηθεὶς, ἔν τε ταῖς τοῦ γήρως πύλαις
ἑστὼς, καὶ ἐν ἀγρῷ ζῶν, καὶ οὔτε πολυ-
D πραγμονῶν τι, οὔτε ᵃ παραπράσσων, ὅμως
καὶ ἐσυκοφαντήθη καὶ ἀνηρέθη. μέλλων δ'
οὖν τελευτήσειν, ἤτησε [37] τὰ ἐντάφια, ἃ
πρὸ πολλοῦ παρεσκευάσατο. καὶ ἐπειδὴ διερ-
ρυηκότα αὐτὰ ὑπὸ τοῦ χρόνου εἶδε, "Τί
"τοῦτο, ἔφη, ἐβραδύναμεν;" καὶ ᵇ με-
τὰ τοῦ λιβανωτοῦ θυμιάσας εἶπεν ὅτι, "Τὴν
"αὐτὴν εὐχὴν εὔχομαι, ἣν [38] καὶ ᶜ Σερουϊανὸς ἐφ'
"Ἀδριανῷ ηὔξατο." ἐκεῖνός τε οὖν ἀπώλετο,
καὶ μονομάχων ἀγῶνες ἐγένοντο· ἐν οἷς τά τε ἄλ-
λα καὶ τίγριδες δέκα ἅμα ἐσφάγησαν.

Καὶ μετὰ τοῦτο τὰ περὶ τὸν Ἀπρωνιανὸν
E ἐτελέσθη, παράδοξα ὄντα καὶ ἀκουσθῆναι.
ἔσχεν γὰρ αἰτίαν, ὅτι ποτὲ ἡ ᵈ τίτθη αὐ-
τοῦ ὄναρ ἑωρακέναι ἐλέχθη, ὡς βασιλεύσει,
καὶ ὅτι μαγείᾳ τινὶ ἐπὶ τούτῳ χρήσασθαι ἔ-
δοξε· καὶ ἀπὼν ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς Ἀσίας κατε-
ψηφίσθη. ἀναγινωσκομένων οὖν ἡμῖν τῶν βα-
σάνων τῶν περὶ αὐτοῦ γενομένων, καὶ τοῦτ'
ἐνεγέγραπτο, ὅτι ὁ μὲν τὶς ἐπύθετο τῶν ἐ-
πὶ τῆς ἐξετάσεως τεταγμένων, τίς τε διηγή-
σατο τὸ ὄναρ, τίς τε ἤκουσεν· ὁ δὲ τὶς
ἔφη τά τε ἄλλα, καὶ ὅτι "Φαλακρόν τινα
864 "βουλευτὴν παρακύψαντα εἶδον." ἀκούσαντες δὲ
τοῦθ' ἡμεῖς, ἐν δεινῷ πάθει ἐγενόμεθα.
ὄνομα μὲν γὰρ οὐδενὸς οὔτε ἐκεῖνος εἰρήκει,
οὔτε ὁ Σεβῆρος ἐγεγράφει. ὑπὸ δὲ ἐκπλήξεως
καὶ οἱ μηδεπώποτε ἐς τοῦ Ἀπρωνιανοῦ πεφοι-
τηκότες, οὐχ ὅτι οἱ [39] φαλακροὶ, ἀλλὰ
καὶ οἱ ἄλλως ἀναφαλαντίαι ἔδεισαν. καὶ ἐ-
θάρσει μὲν οὐδεὶς, πλὴν τῶν πάνυ κομών-
των· πάντες δὲ τοὺς τοιούτους περιεβλέπομεν,
καὶ ἦν θροῦς, "Ὁ δεῖνα ἐστίν· οὐκ, ἀλλ'
"ὁ δεῖνα." οὐκ ᵉ ἀποκρύψομαι τὸ τότε μοι
συμβὰν, εἰ καὶ γελοιότατόν ἐστι. τοσαύτη
γὰρ

qui cum jam eſſet grandis natu, viveretque ru- A.U.C. 956 Septim. Geta & Fulv. Plautiano COSS.
ri, nec quidquam aut inquireret curioſius aut moliretur temere; tamen non effugit calumniam, & ſublatus eſt. Is paulo ante, quam moreretur, poſtulavit, ut ornamenta, quæ ad ſepulturam ſuam jam dudum comparaverat, ad ſe perferrentur. Quæ poſtquam vidit vetuſtate corrupta, "Cur ergo," inquit, "ita cunctati ſumus?" deinde thure ſacra peragens, "Idem," inquit, "ego votum, quod in Hadrianum Severianus, concipio:" itaque interiit. Poſt edita ſunt certamina gladiatoria, in quibus præter alia, decem tigrides ſimul confoſſæ ſunt.

8. Poſt hæc peracta ſunt ea, quæ ad Apronianum pertinent, ſane auditu etiam inſolita. Accuſatus eſt enim, quod nutrix ejus olim vidiſſe per quietem diceretur, eum regnaturum, & quod ipſe ob eam cauſam magicis artibus uſus eſſe videretur. Quamobrem abſens, cum præeſſet Aſiæ, condemnatus eſt. Quumque legerentur in ſenatu quæſtiones, quæ in ipſum eſſent habitæ; ſcriptum invenimus, quis quæſtiones capitales habuiſſet; quis narraviſſet ſomnium; quiſve audiviſſet: tum vero quendam præter alia denunciaſſe, viſum ab ſe quendam ſenatorem calvum, qui tunc intro ſpectaſſet. Id ubi nos audivimus, valde conturbati ſumus: neque enim ille nomen cujuſquam dixerat, neque Severus ſcripſerat. Hoc autem metu correpti fuere etiam ii, qui nunquam Apronianum convenerant: neque ſolum calvi in vertice, ſed etiam verſus faciem depilati: noſtrumque ſatis confidebat nemo, niſi ii, qui valde comati erant. Quumque illos cuncti circumſpiceremus, modo hunc eſſe, muſſitabant, modo alium. Ego quidem, quanquam eſt perridiculum, tamen non reticebo id, quod mihi tum accidit. Tantam

z ἐπὶ πλεῖστον. hæc addidi ex Exc. Peir. ubi & mox ἀριθμηθεὶς pro vulgato ἀριθμούμενος legitur. a παραπράσσων. ſic Exc. Peir. pro vulgato περιπράσσων, ſicut & ſcribendum eſſe probe conjecerat HS. ceterum pro verbis ſeqq. ὅμως ἐσυκοφαντήθη καὶ ἀνηρέθη, Exc. Peir. unicam vocem ἐσφάγη adhibent. b μετὰ τοῦ λιβανωτοῦ. eſt lectio Excerptor. Peir. vulgo μετὰ τοῦτο. c Σερουϊανὸς. ſic & ſupra vocatur p. 795. §136. vulgo Σεβηριανὸς. Σερουϊανὸς ex Spartiano edidit Valeſ. in Exc. Peir. ubi MS. habebat Καῖσαρ Ἰουλιανός. eadem Exc. ſtatim: ἐπ' Ἀδριανῷ ηὔξατο. vulgo ἐφ' Ἀδριανοῦ ηὔξατο. d ἡ τίτθη. ἡ τήθη, Br. e οὐκ ἀποκρύψομαι. ita reſcripſi ex Coiſl. & Br. pro vulgato οὐκ ἀποκρύψομαι. quod Sylb. forte legendum cenſebat οὐκ ἀποκρύψω μὴν haud utique celabo. ceterum in Pal. cod. hic duo cola omiſſa eſſe, idem Sylb. obſervat.

§ 37. (l. 12.) τὰ ἐντάφια] Hanc vocem Latini ſatis exprimere unico vocabulo non poſſunt; ſignificat autem veſtes pretioſas, aromata ac ſuffimenta ac cetera id genus, quæ in pyram conjiciebantur. *Dio* lib. LXXII. (p. 841. D. § 30) in funere Pertinacis: καὶ τὰ ἐντάφια ὅσα ὅ τε αὐτοκράτωρ καὶ ἡμεῖς ἐπέμψαμεν. *Herodianus* IV. 2, 17. δῶρα appellat generali vocabulo, ut & Latini *munera*. Sic enim *Suetonius* in Julio c. 84. *Catullus* XCIX. 8.

Tradita nunc triſtes munera ad inferias.

Valerius Flaccus lib. III. 313.

Munera quæ noſtro miſiſſet Cyzicus igni.

Et libro V. 30.

— lacrimaſque & munera maſti
Vana ferunt, creſcit donis feralis acervus. VALES.

§ 38. (l. 17.) καὶ Σερουϊανὸς] In MS. ne quid diſſimulem, ſcriptum erat Καῖσαρ Ἰουλιανός, in Xiphilini codicibus Σεβηριανός, utrumque mendoſe. Nam Severianus is dictus eſt, qui ſororem Hadriani Paulinam duxerat. Hic cum juſſu Hadriani interficiendus eſſet, foculum popoſciſſe dicitur, & thure injecto deos precatus eſſe, ut Hadriano quandoque mortem optanti mori non liceret, ut ſcribit *Dio* lib. LXIX. pag. 795. C. Sed in eo loco corruptum eſt nomen ejus viri. Nam Σεβηριανὸς ſcriptum eſt, pro Σερουϊανός. Sic enim *Spartianus* in Hadr. eum nominat non ſemel, & *Plinius* libro III. 17. & VI. 26. Epiſt. ubi gratulatur Serviano, quod filiam ſuam Fuſco Salinatori deſponderit. Sane Fuſcus ἔγγονος Serviani memoratur a Xiphilino una cum avo occiſus. Ceterum notandus eſt hic mos veterum, qui adhibito foculo exſecrationes & diras concipere ſolebant. Sic apud *Plutarchum* in Craſſo pag. 553. A. Atejus Trib. pl. ἔθηκεν ἐσχαρίδα καιομένην, καὶ ἐπιθυμιῶν καὶ κατασπένδων ἀρὰς ἐπηρᾶτο δεινὰς, &c. Quo referendus eſt *Ciceronis* locus pro domo c. 47. *C. Atinius*, inquit, *patrum memoria bona Q. Metelli conſecravit, foculo poſito in roſtris, adhibitoque tibicine. Vidimus hoc idem Cn. Lentulo Cenſori Tribunum pl. facere &c.* VALES.

§ 39. (l. 38.) φαλακροὶ — ἀναφαλαντίαι] Quid differant, docet *Ariſtoteles* Hiſt. Anim. III. 11. T. II. Duvallii p. 251. E. ἡ μὲν οὖν κατὰ κορυφὴν λειότης, φαλακρότης καλεῖται, ἡ δὲ κατὰ τὰς ὀφρύας, ἀναφαλαντίασις. Male *Heſychius* pro ſynonymis habet in ἀναφαλαντώματι, quod exponit φαλακρώματι, cum tamen in loco Levit. XIII. 42. unde hæc vox petita, aperte diſtinguantur. Solent enim Græci interpretes hebræorum קרח φαλακρός, קרחת φαλάκρωμα, גבח ἀναφάλαντος, גבחת ἀναφαλάντωμα vertere: atque poſteriora hæc hebræa de anteriore parte capitis, ſeu facie, מפאת פנים, κατὰ πρόσωπον, ut dicitur Lev. XIII. 41. accipere; contra Eliſa calvus II Reg. II. 23. קרח vocatur, ſcilicet κατὰ κορυφήν. vide & Doctiſſ. *Alberti* ad Heſych. & Interpretes de Græcis vocabulis ad *Pollucem* II. 26.

A.U.C.956 Septim.Geta & Fulv. Plautiano COSS.

[q] τοῖς μὴ σωφρονοῦσιν, emendatio Xylandri, recepta a Sylburgio & ſequentibus. τοῖς μὴ φρονοῦσι, RS. & HS. edit. min. ubi ad meum Xiph. nomine Wolfii adſcriptum eſt τοῖς μη* φρ. quaſi poſt μὴ aliquid deeſſet. [r] ὅσαι πλεῖσαι. eodem Xyl. auctore receptum a Sylb. ceteris, pro ὅσαι πλεῖσαι, quod legitur apud RS. & HS. edit min. [s] μάλα ἀστείως, μάλιστα ἀστείως, RS. & HS. edit. min. [t] ὁ Σεβῆρος. articulum omittunt RS. & HS. edit. min. [u] ἐβάδιζε. ſic Pal. Coisl. Br. Z. & Sylburgium ſecutæ editiones. ἐδίκαζε, Stephani. [x] ἄριστα αὐτὸ ἔπραττε. recepi emendationem HS. pro vulgato αὐτῷ. quod minus bene in αὐτὸς mutandum cenſuit Wolf. [y] ἐνέχει. ex Pal. repoſitum a Sylb. & ſqq. pro ἐνέχεε, quod legas apud RS. & HS. edit. min. accedit Coisl. & Br. [z] εἶτ' ἐλοῦτο. εἶτ' ἐλούετο, Z. ut mox. [a] ἐξαρθείς. ad pedum imbecillitatem relatum excuſari poteſt; alioqui convenientius cum interprete legeremus ἐξεγερθεὶς, ut apud Z. ἀναστάς. Sylb.

§78. (l. 20.) χρήματα ἐξ ἅπαντος τρόπου] Hoc vitium in eo notat etiam *Spartianus* c. 12. & *Herodianus* III. 8, 13. ſq. qui & cædes multas ab eo ex avaritia factas judicat, contra ac Dio.

§79. (l. 23.) τῶν ἀρχαίων οἰκοδομημάτων] *Magnum illud in vita ejus, quod Romæ omnes ædes publicas, quæ vitio temporum labebantur, inſtauravit, nusquam prope ſuo nomine aſcripto, ſervatis tamen ubique titulis conditorum. Spart.* c. 23. adde *Eutrop.* VIII. 10, 8. Hinc Severus in plurimis numis RESTITUTOR URBIS. vide *Mediob.* p. 274. (in alio, quem præ oculis habeo, RESTITUTORI URBIS.) item FUNDATOR URBIS. *ibid.*

§80. (l. 30.) ἑπτὰ ἐνιαυτῶν μυριάδας] Spectat huc vel maxime, quod *moriens ſeptem annorum canonem, ita ut quotidiana ſeptuaginta quinque millia modiorum expendi poſſent, reliquit: olei vero tantum, ut per quinquennium nonſolum urbis uſibus, ſed & totius Italiæ, quæ oleo egeret, ſufficeret. Spart.* c. 23. ubi Caſaubonus hoc frumentariæ largitionis quotidianum demenſum fere ſexies centenis millibus hominum ſuffeciſſe ſupputat.

§81. (l. 32.) περὶ τῆς μοιχείας νομοθετῆσαι] Ipſe olim adulterii cauſam dixerat, ſed abſolutus fuerat, teſte *Spartiano* c. 2. Occurrit reſcripti Severi & judicii in hoc crimine mentio Dig. lib. XLVIII. tit. 5. leg. 2. §6. & leg. 13. §3. Quæ pœna adulterii diverſis temporibus fuerit, docebit *Car. Annib. Fabrottus* T. III. Theſ. Juris p. 1224. ſq. vide & infra p. 877. §92.

§82. (l. 38.) πρὸς τὴν Ἰουλίαν] Famoſam adulteriis dicit *Spartianus* c. 18. adde *Victor*. Cæſ. XX. 23. vide infra p. 878. §98.

§83. (l. 40.) μετὰ τὰς σπονδὰς] Vide ſupra p. 867. §64.

§84. (l. 40.) τῇ ἀνέδην σφῶν πρὸς τοὺς ἄῤῥενας] Diximus ea de re ad p. 703. §39.

§85. (l. 47.) καταστάσει τοῦ βίου] De phraſi conf. p. 750. §66. de re ipſa *Herodianum* III. 13, 1. ſq.

§86. (l. 53.) ὕδωρ ἱκανὸν] Vide quæ diximus p. 804. §31.

§87. (l. 58.) οὐκ ἐνδεῶς] At *Spartianus* c. 19. *Cibi parciſſimus, leguminis patrii avidus, vini aliquanto cupidus, carnis frequenter ignarus.*

§88. (l. 60.) λόγοις Ἑλληνικοῖς καὶ Λατίνοις] Confer quæ attulimus p. 851. §27.

§89. (l. 66.) ἔτη ἑξήκοντα πέντε] Nimium quantum auget ætatem Severi *Spartianus* c. 22. & Peſcen. c. 5. ad LXXXIX. annos. Sed *Victor* Epit. XX. 10. & *Chron. Paſchale* annos ei LXV. cum Dione tribuunt. Natus erat d. 11 April. A. U. C. 899. p. 839. §1. mortuus d. 4 Febr. A. U. C. 964. quod accurate cum Dionis calculo conſpirat.

A.U.C 964 Q. Lolliano & Pomp. Baſſo COSS.

comparabat. Vixit annos LXV. menſes IX. dies XXV. erat enim natus III. Idus Aprilis. Regnavit annos decem & ſeptem, menſes octo, dies tres. In ſumma, adeo fuit in rebus gerendis induſtrius, ut dixerit moriens: " Agite dum date, ſi quid peragendum habemus. "

ρας ᵇ πέντε καὶ εἴκοσι. τῇ γὰρ ἑνδεκάτῃ τοῦ Ἀπριλλίου ᶜ ἐγεγέννητο· ἀφ' ὧν 90 ἦρξεν, ἔτη ἑπτακαίδεκα, καὶ μῆνας ὀκτὼ, καὶ ἡμέρας τρεῖς. τό, τε σύμπαν οὕτως ἐνεργὸς ἐγένετο, ὥστε καὶ ἀποψύχων ἀναφθέγξασθαι, " Ἄγετε, " 91 δότε, εἴ " τι πρᾶξαι ἔχομεν. "

b πέντε καὶ εἴκοσι. ἑπτὰ καὶ εἴκοσι, Z. c ἐγεγέννητο. ſic recte priores editiones, RS. & HS. min. at ſequentes, ἐγεγένητο. ubi L. ad marg. ἐγεγέννητο. quod non rejeciſſet ad marginem, ſi priores editiones tum præ manibus habuiſſet.

§90. (l.68.) ἦρξεν ἔτη ἑπτακαίδεκα] Annos XVI. menſes III. *Eutropius* VIII. 10, 12. annis XVIII. *Herodianus* III. 15, 7. *Victor* Cæſ. XX. 27. Epit. XX. 1 *Euſebius, Nicephorus* Patriarcha. annos XVII. menſes VIII. *Cedrenus* p. 252. A. annos XIX. *Chron. Paſchale.* annos XX. *Spartianus* in Peſcen. c. 8. Occeperat imperium Juliano mortuo, Kal. Jun. A. U. C. 946. p. 839. §1. mortuus A. 964. d. 4 Febr. cujus utriusque termini intervallum tantum eſt quantum Dio prodidit. Exſtat quidem numus apud *Vaillant* T. I. p. 111. Tribunitiam Severi poteſtatem XX. præferens, cujus & meminit *Mediob.* p. 280. ſed quæcunque demum ejus numi ratio ſit, certitudinem hiſtoriæ hac in parte non movebit.

§91. (l.71.) δότε εἴ τι πρᾶξαι ἔχομεν] Moriens juſſit ſignum tribuno dari, *Laboremus*, teſte *Spartiano* c. 23. quanquam is Pertinacis imitatione id factum putat, quia is in imperium adſcitus ſignum dederat, *Militemus*; quam Spartiani conjecturam refellit Caſaubonus ex hoc Dionis loco.

DIONIS
HISTORIÆ ROMANÆ
LIBRI LXXVII. EXCERPTA
PER
JO. XIPHILINUM.
Inſeruntur Fragmenta Dionis integra quæ reperiri potuerunt.

SUMMA CAPITA LIBRI LXXVII.

Antoninus imperium a cæde aliorum, & fratris Getæ, orditur. c. 1—3.
Antonini crudelitas in Papinianum, Cilonem, & alios. c. 4—6.
Antoninus æmulator Alexandri Macedonis. c. 7. 8.
Exactiones ejus & profuſio. c. 9—11.
Perfidia in Augarum Oſroenum, & in Armenium regem, Parthumque & Germanos. c. 12. 13.
Cenni Antoninum prœlio ſuperant. c. 14.
Morbum animi, conſultis mortuis & oraculis, depellere conatur. c. 15.
Veſtalium cædes, Senatus contumelia, aliorumque interitus, invita matre. c. 16—18.
Bellum Antonini Parthicum. c. 19—21.
Clades Alexandrinis ab Antonino illata. c. 22—24.

Temporis ſpatium,

poſt C.N.	U.C.			ANTONINI
211.	964.	Q. Epid. Ruf. Lollian. Gentianus,	& Pomponius Baſſus Coſſ.	I. 4 Febr.
212.	965.	C. Julius Aſper, II,	& C. Julius Aſper.	II.
213.	966.	Antoninus Aug. IV,	& D. Cœlius Balbinus, II.	III.
214.	967.	Silius Meſſala,	& Sabinus.	IV.
215.	968.	Lætus, II,	& Cerealis.	V.
216.	969.	C. Attius Sabinus, II,	& Cornelius Anullinus.	VI. † 8 April.

Μετὰ δὲ ταῦτα [1] ὁ Ἀντωνῖνος πᾶσαν τὴν ἡγεμονίαν ἔλαβε. λόγῳ μὲν γὰρ [2] μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ, τῷ δὲ δὴ ἔργῳ μόνος εὐθὺς ἦρξε· καὶ πρὸς μὲν τοὺς πολεμίους [3] κατελύσατο, καὶ τῆς χώρας [a] αὐτοῖς ἐξέστη, καὶ τὰ φρούρια ἐξέλιπε. B τοὺς δὲ δὴ οἰκείους τοὺς μὲν ἀπήλλαξεν, ὧν καὶ [4] Παπινιανὸς ὁ ἔπαρχος ἦν· τοὺς δὲ καὶ ἀπέκτεινεν, ὧν ἦν καὶ [5] Εὔοδος, ὁ τροφεὺς αὐτοῦ, [6] ὁ Κάστωρ, ἥ τε γυνὴ αὐτοῦ ἡ [7] Πλαυτίλλα, καὶ ὁ ταύτης ἀδελφὸς Πλαύτιος. καὶ ἐν τῇ Ῥώμῃ δὲ αὐτῇ ἄνδρα ἄλλως μὲν οὐκ ἐλλόγιμον, διὰ δὲ τὴν ἐπιτήδευσιν ἐπιφανέστατον ἐξειργάσατο. [8] τὸν [b] γὰρ Εὐπρεπῆ τὸν ἀρ-

1. Poſt hæc Antoninus omne imperium obtinuit. Nam etſi dicebat id ſibi eſſe cum fratre commune, tamen re vera ſolus ſtatim imperare cœpit, diremitque bellum cum hoſtibus, ac regione ceſſit, & caſtella deſeruit. Domeſticos ſuos partim dimiſit, in quorum numero fuit Papinianus præfectus prætorio: partim occidi juſſit, in quibus fuit Euhodus educator ipſius, & Caſtor, uxorque Plautilla cum Plautio fratre ejus. In ipſa urbe ſuſtulit hominem cætera quidem minus nobilem, ſed tamen percelebrem ob ſtudium, cui ſe dediderat. Nam Euprepen aurigam, quod eſſet factionis contrariæ,

A.U.C. 964 Q. Lolliano & Pomp. Baſſo COSS.

a χώρας αὐτοῖς ἐξέστη. ita ex Pal. & Z. edidit Sylb. & ante eum RS. ſic & Br. ceteri χώρας αὐτῆς, quaſi in oppoſitione τῶν φρουρίων. emphaſi, ut videtur, frigida.

b τὸν γὰρ Εὐπρεπῆ. Euprepen ſolus Sylb. majuſcula litera expreſſit, quem cur reliqui non imitati ſint, cum nomen eſſe proprium agnoſcant, non video. Blancus vero, *percelebrem aurigam*; Xylander, *egregium aurigam* vertit. pro vulgato δὲ, congruentius γὰρ legendum eſſe cum Blanco, monet Sylb. quod recepi, auctore codice Br.

§1. (l. 1.) ὁ Ἀντωνῖνος] *Baſſianus* quondam, nunc *M. Aurelius Antoninus*, cognomine *Pius*, & ex rebus in Britannia geſtis *Britannicus*: p. 853. §42. p. 867. §156. natus Lugduni, teſte *Victore* Epit. XX. 1. ſcilicet cum ei provinciæ præeſſet Severus, *Spart.* Sev. c. 3. die VIII. Id. April. ſeu 6. April. *Id.* Carac. c. 6. vel ſecundum *Dionem* p. 881. D. 4 April. nempe A. U. C. 941. Chr. 188.

§2. (l. 2.) μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ] Nam Severus reliquerat filios pari imperio, p. 866. §141. & Fortunam, quæ in cubiculis Principum poni ſolebat, conſtituerat geminare, ſed inſtante morte, juſſerat, ut alternis diebus apud filios Imperatores in cubiculis poneretur; quod Baſſianus contemſit, *Spart.* Sev. c. 23. fratrem deſpiciens; *Id.* Carac. c. 2. quanquam omnes ad ſingulare imperium graſſanti obſiſterent, & ipſe, conciliante matre, ad ſimulatam concordiam adigeretur. *Herodian.* III. 15, 10–15. vide ſupra p. 868. §164.

§3. (l. 4.) κατελύσατο] Vide *Herodian.* III. 15, 12. Teſtis nummus PAX AUGUSTI. S. C. apud *Mediob.* p. 291. fin.

§4. (l. 7.) Παπινιανὸς ὁ ἔπαρχος] Vide ſupra p. 865. §46. Non manſit igitur Præfectus Prætorio uſque ad mortem Getæ, quod videtur *Spartianus* dicere in Sev. c. 21. & Carac. c. 8. *Papiniano* autem *utrumque filium a Severo commendatum* eſſe, facilius credimus *Spartiano* in Carac. c. 8. nam & *Zoſimus* I. 9. ἐπίτροπον αὐτοῦ Παπινιανὸν ἀπήλλαξεν. Sed vel hoc ipſum movit Antoninum, ut pædagogo liberari vellet, præſertim cum inſidias fratri Getæ ſtructas impediret, ut idem *Zoſimus* l. c. indicat.

§5. (l. 8.) Εὔοδος ὁ τροφεὺς] *Tertullianus* ad Scapulam c. 4. p. 71. Opp. *Antoninum lacte Chriſtiano educatum* dicit, Proculum Chriſtianum, Euhodi vel Euhodiæ procuratorem, memorans; unde *Triſtanus* Comm. Hiſt. T. II. p. 154. ſqq. Euhodiam Euhodi uxorem, nutricem Antonini, ambo Chriſtianos fuiſſe, diſputat; quod tamen de Euhodo minus certum quam de Proculo.

§6. (l. 9.) ὁ Κάστωρ] Severi libertus, & cubicularius. Vide de eo p. 867. D.

§7. (l. 10.) Πλαυτίλλα καὶ Πλαύτιος] Relegati antea fuerant in Liparam inſulam. p. 863. A. Plautillam occiſam, poſt Getæ cædem, memorat *Herodianus* IV. 6, 7.

§8. (l. 13.) τὸν Εὐπρεπῆ τὸν ἀρματηλάτην] Euprepes nomen proprium eſſe, ex inſcriptionibus apparet; & ni ita Dio acciperet, non geminaſſet articulum τὸν — τόν. Plures clari agitatores memorantur in veterum ſcriptis & lapidibus, apud *Onuphrium* de Ludis Circ. l. II. T. IX. Theſ. Græv. p. 114. & *Bulengerum* ibid. p. 648. Fuiſſe hunc factionis praſinæ, veriſimile eſt, quia Caracallus venetæ, quæ praſinæ æmula fuit, addictus

A.U.C 964 Q. Lolliano & Pomp. Baſſo COSS.

riæ, interfecit. Hic ita ſenex mortuus eſt, poſteaquam coronatus eſſet in plurimis equorum certaminibus. Obtinuerat enim coronas DCCLXXXII. quod ante contigerat nemini. Fratrem quoque, vivo etiamnum patre, voluerat interficere: ſed neque propter patrem tunc, neque poſt in itinere propter exercitum potuit, apud quem ille cariſſimus erat, præſertim quod facie patri ſimillimus eſſet. Sed poſtquam Romam rediit, ipſum quoque ſuſtulit. Simulabant hi quidem mutuam inter ſe benevolentiam, collaudabantque ſe invicem; attamen agebant omnia contraria. Nec erat obſcurum, fore, ut aliquod magnum malum ab ipſis patraretur: quod quidem prius etiam cognitum eſt, quam ipſi Romam veniſſent. Nam quum eſſet decretum a ſenatu, ut pro concordia utriusque ſacrificaretur diis immortalibus, ac præſertim ipſi Concordiæ; victima quidem a miniſtris ad ſacrificium Deæ parata, & conſul ad ſacra facienda profectus eſt: ſed nec is miniſtros, nec miniſtri invenire conſulem potuerunt, omnemque fere noctem conſumpſerunt, ſeſe mutuo quærentes, adeo ut ſacrificium fieri tunc non potuerit: poſtridieque ejus diei duo lupi aſcendere in Capitolium, indeque fuerunt expulſi; & alter quidem in foro comprehenſus, alter poſtea extra pomœrium occiſus eſt. Quæ res ad Antoninum & Getam pertinuit.

2. Statuerat quidem Antoninus fratrem occidere Saturnalibus, ſed nequivit propterea, quod facinus jam manifeſtius factum eſſet, quam ut potuiſſet occultari. Ex eo tempore complures eorum pugnæ factæ ſunt, quaſi mutuo ſibi inſidiantium, contrariis etiam cuſtodiis collocatis. Sed quum magnus numerus militum atque gladiatorum, domi foriſque, dies atque noctes, Getam cuſtodiret; perſuaſit matri, ut ſe ambos eosque ſolos in thalamum vocaret, quo reconciliarentur. Cui rei cum fidem Geta ha-

A.U.C 965 duobus Aſpris COSS.

ἁρματηλάτην, [c] ἐπειδὰν τἀναντία αὐτῷ ἐσπούδαζεν, ἀπέκτεινε. καὶ ὁ μὲν οὕτως [9] ἐν γήρᾳ ἀπέθανε, πλείστοις ἀγῶσιν ἵππων στεφανωθείς. 871 [d] δύο γὰρ καὶ ὀγδοήκοντα καὶ ἑπτακοσίους ἀνείλετο, [10] ὅσους οὐδεὶς ἄλλος. τὸν δὲ ἀδελφὸν ἠθέλησε μὲν καὶ ζῶντος ἔτι τοῦ πατρὸς, φονεῦσαι, οὐκ ἠδυνήθη δὲ οὔτε τότε δι' ἐκεῖνον, οὔθ' ὕστερον [11] ἐν τῇ ὁδῷ διὰ τὰ στρατεύματα. πάνυ γὰρ [12] εὔνοιαν αὐτοῦ εἶχον, [e] ἄλλως τε ὅτι καὶ τὸ εἶδος ὁμοιότατος τῷ πατρὶ ἦν. ἐπεὶ δὲ [f] ἐν [13] τῇ Ῥώμῃ ἀνῆλθε, καὶ τοῦτον κατειργάσατο. προσεποιοῦντο μὲν γὰρ καὶ φιλεῖν ἀλλήλους, καὶ ἐπαινεῖν· πάντα δὲ [14] τὰ ἐναντιώτατα ἔδρων, B καὶ ἦν οὐκ ἄδηλον ὅτι δεινόν τι παρ' αὐτῶν γενήσοιτο· ὅπερ που καὶ πρὶν πρὸς τὴν Ῥώμην αὐτοὺς ἐλθεῖν προεγνώσθη. θύειν τε γὰρ [15] ὑπὲρ τῆς ὁμονοίας αὐτῶν τοῖς τε ἄλλοις θεοῖς, καὶ [g] αὐτῇ τῇ Ὁμονοίᾳ, ψηφισθὲν ὑπὸ τῆς βουλῆς, οἱ μὲν ὑπηρέται τὸ τῇ Ὁμονοίᾳ [h] τεθυσόμενον ἱερεῖον ἡτοίμασαν, καὶ ὁ ὕπατος ὡς καὶ βουθυτήσων ἀφίκετο· οὔτε δὲ οὗτος [h] ἐκείνους, οὔθ' οἱ ὑπηρέται τὸν ὕπατον εὑρεῖν ἠδυνήθησαν· ἀλλὰ διετέλεσαν πᾶσαν, ὡς εἰπεῖν, τὴν νύκτα ζητοῦντες ἀλλήλους· ὥστε μὴ δυνηθῆναι τότε τὴν θυσίαν γενέσθαι. καὶ τῇ C ὑστεραίᾳ δύο λύκοι ἐς τὸ Καπιτώλιον ἀναβάντες, ἐκεῖθεν ἐξεδιώχθησαν· καὶ ὁ μὲν ἐν τῇ ἀγορᾷ που καταληφθεὶς, ὁ δὲ μετὰ ταῦτα ἔξω τοῦ πωμηρίου, ἐσφάγη. καὶ τοῦτο καὶ περὶ ἐκείνους ἐγένετο.

Ἐβουλήθη μὲν οὖν [16] ἐν τοῖς Κρονίοις τὸν ἀδελφὸν ὁ Ἀντωνῖνος φονεῦσαι, οὐκ ἠδυνήθη δέ. καὶ γὰρ ἐκφανέστερον ἤδη τὸ κακὸν, ἢ ὥστε [i] συγκρυβῆναι, ἐγεγόνει· καὶ ἐκ τούτου πολλαὶ μὲν μάχαι αὐτῶν, ὡς καὶ ἐπιβουλευόντων ἀλλήλοις, πολλαὶ δὲ καὶ ἀντιφυλακαὶ συνέβαινον. ἐπεὶ οὖν καὶ D στρατιῶται καὶ γυμνασταὶ, καὶ ἔξω καὶ οἴκοι, καὶ μεθ' ἡμέραν καὶ νύκταρ, συχνοὶ τὸν Γέταν ἐφρούρουν, [17] ἔπεισε τὴν μητέρα μόνους σφᾶς [18] ἐς τὸ δωμάτιον, [ii] ἐφ' ᾧ καὶ συναλλάξουσι, μεταπέμψασθαι. καὶ οὕτω πιστεύσαντος τοῦ Γέτα, εἰσῆλθε μὲν

c ἐπειδάν. ἐπειδὴ, L. ad marg. d δύο γὰρ καὶ ὀγδοήκοντα &c. Petr. Faber Agoniſt. I. 18. addit στεφάνους, quod deeſſe ſane commode vix poteſt. e ἄλλως τε ὅτι καί. uſitatius tranſpoſita copula legemus ἄλλως τε καὶ ὅτι. ſed ordinis illa inverſio repetitur etiam infra p. 882. C. Sylb. f ἐν τῇ Ῥώμῃ. ἐς τὴν Ῥώμην rectius ſcriberetur, HS. Sylb. g αὐτῇ Ὁμονοίᾳ, vulgo. melius αὐτῇ τῇ Ὁμονοίᾳ, Br. h τεθυσόμενον. τεθυσμένον, perperam, RS. & deinde ἐκεῖνος, pro ἐκείνους. i συγκρυβῆναι. ita & Coisl. συγκρυφθῆναι, RS. & HS. ii vulgo: ᾧ καὶ συναλλ. ἐν ᾧ, HS. ſignificatione locali. ἐφ' ᾧ, ſignificatione cauſali, ut Zon: ἐπὶ καταλλαγῇ, Sylb.

dictus erat. p. 874. E. ſic ut populum, cum in aurigam quendam ſuum cavillatus eſſet, immiſſis militibus interfici juberet, *Herodian.* IV, 6, 10. ſicut & Vitellius fecerat. p. 735. D. Quare & praſinæ faviſſe Geta videtur, cui acceptos aurigas a Caracallo necatos eſſe *Herodianus* annotavit. IV. 6, 4 Sic Caligula, praſinæ addictus, adverſæ factionis equos & aurigas veneno ſuſtuliſſe legitur p. 650. E.

§9. (l. 15) ἐν γήρᾳ ἀπέθανε] Id rarum in agitatore: pleroſque hujus generis matura morte obiiſſe, inſcriptiones docent.

§10. (l. 18.) ὅσους οὐδεὶς ἄλλος] Sed apud *Jo. Bapt. Ferretium* in Muſis Lapidariis lib. III. Memoria 43. in veteri marmore eſt M. AURELIUS. POLINICES. QUI. VICIT. PALMAS. DCCXXXVII. at connumerati conficiunt DCCLXXIX. imo apud *Onuphrium* Hiſponis palmæ ∞ CCCLVIII. T. IX. Græv. p. 137. & 146. & *Gruter.* CCCXLII. De coronis & palmis aurigarum generatim vide *Bulengerum* de Circo c. 55. T. IX. Græv. p. 716.

§11. (l. 21.) ἐν τῇ ὁδῷ] Diſcordias fratrum in itinere deſcribit *Herodianus* IV. 1, 2. ſq.

§12. (l. 22.) εὔνοιαν αὐτοῦ εἶχον] Ob *modeſtius ingenium*, quod illi tribuit *Victor* Cæſ. XX. 32. *comis* enim *in adoleſcentia* fuit, *Spart.* Get. c. 5 & plurimos lenitate & humanitate ad amicitiam & benevolentiam alliciebat. *Herod.* IV. 3, 4. ſq.

§13. (l. 24.) ἐν τῇ Ῥώμῃ] In ADVENTUM AUGGuſtorum numi ſunt cum navi prætoria apud *Mediob.* p. 291. ſq. Quomodo excepti ſint cum reliquiis Severi, deſcribit *Herodianus* IV. 1, 5. ſqq. ubi & partitos eſſe inter ſe dicit palatium, obſtructo tamen mutuo aditu, & ſeparatos ſibi cuſtodes delegiſſe, juſtaque Parenti perſolviſſe.

§14. (l. 26.) τὰ ἐναντιώτατα ἔδρων] Vide *Herodian.* IV. 3, 1. ſqq. & 4, 1. ſqq.

§15. (l. 29.) ὑπὲρ τῆς ὁμονοίας αὐτῶν] Præter alios numos de CONCORDIA AUGUSTORUM, de quibus p. 868. §71. huc ſpectant in primis ex SCto cuſi apud Mediob. p. 291. 303. Viſum aliquando ambobus, imperium inter ſe partiri, ut Antoninus Europam & Africam occidentalem, Geta Aſiam acciperet, ille præſidium Byzantii, hic Chalcedone, ille ſedem Romæ, hic Antiochiæ vel Alexandriæ haberet. Sed conſilium mater Julia impedivit. *Herodian.* IV. 3, 9. ſqq.

§16. (l. 43.) ἐν τοῖς Κρονίοις] Saturnalibus A. U. C. 964. menſe Decembri; nam ſequentis anni menſe Martio occiſus eſt.

§17. (l. 51.) ἔπεισε τὴν μητέρα] Infra p. 872. A. τῇ οὐκ αὐτοχειρί . . . . . Fuit ergo Julia, non noverca Antonini, ut *Spartianus* c. 20. *Oroſius* VII. 18. *Victor* Cæſ. XXI. 2. Epit. XXI. 6. *Eutropius* VIII. 11, 3. *Hieronymus* ad Euſeb. tradidere, ſed vera mater, ut ex Dione, *Herodiano* IV. 13, 18.

Oppiano

μὲν μετ' αὐτοῦ· ἐπεὶ δὲ εἴσω ἐγένοντο, ἑκατόνταρχοί τινες εἰσεπήδησαν ἀθρόοι, παρὰ τοῦ Ἀντωνίνου προπαρεσκευασμένοι καὶ αὐτὸν πρός τε τὴν μητέρα, ὡς εἶδε σφᾶς, [k] προκαταφυγόντα, καὶ ἀπό τε τοῦ αὐχένος αὐτῆς ἐξαρτηθέντα, καὶ τοῖς στήθεσι τοῖς τε μα-

E ςοῖς προσφύντα, κατέκοψαν, ὀλοφυρόμενον καὶ βοῶντα, "Μῆτερ μῆτερ, τεκοῦσα τεκοῦσα, βοήθει "σφάζομαι." καὶ ἡ μὲν οὕτως ἀπατηθεῖσα, τόν τε υἱὸν ἐν τοῖς ἑαυτῆς κόλποις ἀνοσιώτατα ἀπολλύμενον ἐπεῖδε, καὶ τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐς αὐτὰ τὰ σπλάγχνα τρόπον τινά, ἐξ ὧν ἐγεγέννητο, εἰσεδέξατο. καὶ γὰρ τοῦ αἵματος πᾶσα ἐπλήσθη, ὡς ἐν μηδενὶ λόγῳ τὸ τῆς χειρὸς τραῦμα, ὃ ἐτρώθη, ποιήσασθαι. οὔτε δὲ πενθῆσαι, οὔτε θρηνῆσαι τὸν υἱόν, καίπερ

872 πρόωρον οὕτως οἰκτρῶς ἀπολωλότα, ὑπῆρξεν αὐτῇ, ([19] δύο γὰρ καὶ εἴκοσι ἔτη καὶ μῆνας ἐννέα ἐβίω) ἀλλ' ἠναγκάζετο, ὡς καὶ ἐν μεγάλῃ τινὶ εὐτυχίᾳ οὖσα, [20] χαίρειν καὶ γελᾶν. οὕτω που πάντα ἀκριβῶς καὶ τὰ ῥήματα αὐτῆς καὶ τὰ νεύματα τά τε χρώματα ἐτηρεῖτο. καὶ μόνῃ ἐκείνῃ τῇ Αὐγούστῃ, τῇ [l] τοῦ αὐτοκράτορος γυναικί, τῇ τῶν αὐτοκρατόρων μητρί, οὐδ' ἰδίᾳ που ἐπὶ τηλικούτῳ παθήματι δακρῦσαι ἐξῆν.

B Ὁ δ' Ἀντωνῖνος, καίπερ ἑσπέρας οὔσης, τὰ στρατόπεδα κατέλαβε, διὰ πάσης τῆς ὁδοῦ κεκραγὼς [21] ὡς ἐπιβεβουλευμένος καὶ κινδυνεύων. εἰσελθὼν δὲ εἰς τὸ τεῖχος, "[22] Χαίρετε, εἶπεν, ὦ ἄνδρες συστρατιῶται· καὶ γὰρ ἤδη ἔξεστί μοι εὐεργετεῖν ὑμᾶς." καὶ πρὶν πάντα ἀκοῦσαι, [m] ἐνέφραξε σφῶν τὰ στόματα [23] τοσαύταις καὶ τηλικαύταις ὑποσχέσεσιν, ὥστε μήτ' ἐννοῆσαι, μήτε φθέγξασθαί τι αὐτοὺς εὐσεβὲς δυνηθῆναι. "Εἷς "γὰρ (ἔφησεν) ἐξ ὑμῶν εἰμι, καὶ δι' "ὑμᾶς μόνους ζῆν ἐθέλω, ἵν' ὑμῖν πολλὰ χαρί-

C "ζωμαι. ὑμέτεροι γὰρ οἱ θησαυροὶ πάντες εἰσί." καὶ δὴ καὶ τοῦτο εἶπεν ὅτι, "Μάλιστα μὲν "μεθ' ὑμῶν ζῆν, εἰ δὲ μή, ἀλλὰ μεθ' "ὑμῶν γε ἀποθανεῖν εὔχομαι. οὔτε γὰρ ἄλλως "[n] δέδια τὸν θάνατον, καὶ [24] ἐν πολέμῳ τελευ- "τῆσαι βούλομαι. ἢ γὰρ ἐνταῦθα δεῖ τὸν ἄνδρα ἀπο-

habuiſſet, ingreditur cum Antonino. Poſtquam intus fuere, una inſiliunt aliquot centuriones, ante ab Antonino comparati, ſimulque Getam, qui viſis percuſſoribus ad matrem perfugerat, ex collo ejus pendentem, adhærentemque ipſius pectori atque uberibus, occidunt, interea dum lamentabili voce clamaret; "Mater mater, genetrix genetrix, fer opem, occidor." Itaque mater decepta, filium occiſum nefarie in ſinu ſuo conſpexit, ejusque cædem intra ſua viſcera quodammodo, ex quibus ipſum pepererat, recepit. Nam ita ſanguine perfuſa eſt, ut vulnus, quod ipſa accepit in manu, nihili faceret. Neque vero lamentari filium aut lugere ei licuit: quamvis immatura & miſerabili morte extinctum, (natus enim erat duos & XX. annos, menſesque IX.) ſed quaſi foret in maxima felicitate, lætari & ridere coacta eſt: adeo diligenter verba ejus omnia, nutusque, & color obſervabantur. Itaque huic ſoli, licet eſſet Auguſta, & imperatoris uxor, & imperatorum mater, ne privatim quidem licuit flere caſum acerbiſſimum.

A.U.C. 965 duobus Aspris COSS.

3. Antoninus continuo, quanquam veſper erat, milites occupare inſtituit; per totam viam clamans, contra ſe factam eſſe conjurationem, ſeque in maximum periculum veniſſe. Poſt ubi murum eſt ingreſſus; "Salvete," inquit, "commilitones: jam mihi quidem licet vos beneficiis cumulare." Simul ante, quam audirent omnia, os eis tot ac talibus promiſſis obturavit, ut nihil pietati conveniens recogitare poſſent, aut loqui. "Ego," inquit, "ſum unus ex vobis, cupioque propter vos ſolos vivere, ut multa vobis largiar. Veſtri enim ſunt theſauri omnes." Addidit etiam: "inprimis una vobiſcum vivere opto; ſin minus, ſaltem vobiſcum mori. Quippe nec alioqui mortem metuo, & in bello vivendi finem facere volo: quod vel in eo mortem oppetere virum fortem, vel

k προκαταφυγόντα, προσκαταφυγέντα, Wolf. quod non minus aptum judicat Sylb. l τοῦ αὐτοκράτορος, articulus τοῦ rectius expungetur, quia defuncti erat uxor. Sylb. m ἐνέφραξε. legere poſſis etiam ἐνέφαρξε. Sylb. ſed cum eadem ſit ſententia, quid opus eſt illa transpoſitione literarum, cum alias, tum Dioni etiam inſolentiore? n δέδια. δὴ διά, corrupte, RS. & HS. edit. min. itemque Pal. & Br. correxit Sylb.

Oppiano Cyneg. lib. I. v. 3. 4. & præfat. itemque *Philoſtrato* Soph. II. 30. p. 622. probavit *Salmaſius* ad Spart. p. 632. ſq. vide & *Spanhem.* de U. N. Diſſ. XI. p. 294. ſq. nam in nummis & lapidibus MATER AUGG. vocatur, niſi ubi alterum G eraſum eſt Antonini juſſu. conf. *Fabrettum* ad Col. Traj. p. 38. & *Spon.* Recherches p. 182.

§18. (l. 51.) ἐς τὸ δωμάτιον] In ſuum, matris, cubiculum: quod moneo *Politiani* cauſa, qui cum locum *Herodiani* IV. 4. 6. ſq. de cæde Getæ agentem, mutilum inveniſſet, ex ingenio & invita hiſtoria ſupplevit: *quare irrupto fratris cubiculo, nihil quum tale exſpectantem — obtruncat.* Nam in fratris cubiculo hæc acta eſſe nemo tradidit, nec ipſi Herodiano conſentaneum eſt, qui ad matris pectus ſanguinem fudiſſe ſcribit: Γέτας μὲν δὴ τρωθεὶς καιρίαν, προχέας τὸ αἷμα τοῖς τῆς μητρὸς στήθεσι, μεθήλλαξε τὸν βίον. Sic & *Cedrenus* p. 255. D. σφάξας τὸν ἴδιον ἀδελφὸν ἐν τῷ κόλπῳ τῆς μητρός, quæ Dionis narrationi congruenter in cubiculo matris facinus patratum indicant.

§19. (l. 69.) δύο καὶ εἴκοσι ἔτη] *Spart.* Geta c. 3. *Natus eſt Geta Severo & Vitellio Coſſ. Mediolani, etſi aliter alii prodiderunt, VI. Calend. Junias* h. e. die 27 Maji. Conſules hi ſuffecti non memorantur in Faſtis, ſed ſi Spartiano cum Dione convenit, incident in A. U. C. 942. Silanis Coſſ. & mors Getæ in extremum Februarium A. U. C. 965. vel etiam initium Martii. Simul autem, quod *Cedrenus* ſcribit l. c. fratres Antoninum & Getam μῆνας δύο, duos tantum menſes a morte Severi, quæ A. 964. d. 4 Febr. contigit, regnaſſe, falſum agnoſcitur; niſi forte cædem in Britannia peractam credidit, quod nonnulli etiam ex *Spartiano* Carac. c. 2. 3. & Get. c. 6. itemque *Victore* Cæſ. XX. 33. eliciunt.

§20. (l. 71.) χαίρειν καὶ γελᾶν] Flentem matrem occidere voluiſſe, ſcribit *Spartianus* Carac. c. 3. & Get. c. 7.

§21. (l. 79.) ὡς ἐπιβεβουλευμένος] De his calumniis exponentes vide *Herodianum* IV. 4. 8. ſqq. *Spartianum* Carac. c. 2. & Sev. c. 21. *Philoſtratum* Soph. II. 24. §. 2. p. 607.

§22. (l. 80.) χαίρετε, εἶπεν] Summam orationis ad milites legas quoque apud *Herodian.* IV. 4. 14 ſq.

§23. (l. 83.) τοσαύταις ὑποσχέσεσιν] *Herodianus* l. c. ἑκάστῳ στρατιώτῃ δισχιλίας καὶ πεντακοσίας δραχμὰς Ἀττικάς. (i. e. decem ſeſtertia ſeu centum aureos) προστίθησι δὲ τῷ σιτηρεσίῳ ἄλλο τοῦ τελουμένου ἥμισυ. Igitur Geta hoſtis judicatus a militibus, teſte eodem ſub finem Capitis, & *Spartiano* Carac. c. 1. Sed *pars militum apud Albam, Getam occiſum ægerrime accepit, dicentibus cunctis, duobus ſe fidem promiſiſſe liberis Severi, duobus ſervare debere: clauſisque portis, diu imperator non admiſſus, niſi delinitis animis, non ſolum querelis de Geta & criminationibus editis, ſed enormitate ſtipendii militibus, ut ſolet, placatis.* Sic *idem* c. 2. imo in Geta c. 6. ſcribit, ventum eſſe usque ad ſeditionem urbanicorum militum.

§24. (l. 92.) ἐν πολέμῳ τελευτῆσαι βούλ.] *Herodianus* IV. 3. 8. στρατιωτικοῦ τε καὶ πολεμικοῦ βίου ἐραστὴς εἶναι προσεποιεῖτο.

A.U.C. 965 duobus Aſpris COSS.

vel nusquam deceat. „ Poſtero die in ſenatu cum alia dixit nonnulla, tum poſtquam ſurrexiſſet e ſede, & jam ſtaret ad fores, “ Audite, „ inquit, “ rem maximam; ut totus orbis terrarum gaudeat, omnes exſules rei facti, cujuscunque ſceleris & quomodocunque damnati ſint, reſtituantur. „ Atque hoc modo quum inſulas exſulibus vacuaſſet, & ſceleratiſſimis quibusque damnatorum impunitatem conceſſiſſet, easdem non ita multo poſt replevit.

4. Interfecit ſtatim ex Cæſarianis, militibusque qui cum Geta fuerant, ad viginti millia, viros mulieresque ſine diſcrimine, ut quisque in palatio fuit. Cæſi ſunt ex illuſtribus quoque multi, & maxime Papinianus: cujus interfectorem increpavit, quod eum ſecuri interfeciſſet, non gladio. Cilonem quoque, qui ipſum educaverat, & a quo multa beneficia acceperat, quique præfectus urbi fuerat patris temporibus, quem etiam parentem ſæpenumero appellaverat, vita privare voluit: ſed milites, quos ad eum miſerat, direptis vaſis argenteis, veſtibus, pecunia, cæterisque rebus ejus omnibus, ipſum cum ſandaliis ligneis, (nam captus erat in balneo) & amictum tunicula ducunt via ſacra, velut perducturi in palatium, ibique interfecturi: tum veſtem ejus diſcindunt, & faciem percutiunt: ita quidem ut plebs, & urbani milites nonnihil tumultuarentur. Horum pudore adductus Antoninus metuque, eis procedit obviam, ipſumque Cilonem chlamyde contegit: (nam tum ei veſtis militaris erat) “ Nolite, „ inquiens, “ patrem meum injuria afficere, nolite educatorem percutere. „ Dein tribunus, cui

“ ἀποθνήσκειν, ἢ μηδαμοῦ. „ [25] πρὸς δὲ τὴν σύγκλητον τῇ ὑστεραίᾳ ἄλλα τέ τινα διελέχθη, καὶ μετὰ τὸ ἐκ τοῦ βάθρου ἐξαναστῆναι, καὶ πρὸς τῇ θύρᾳ γενέσθαι, “ Ἀκούσατέ μου, εἶπε, μέγα “ πρᾶγμα· ἵνα πᾶσα ἡ οἰκουμένη χαρῇ, [26] πάντες “ οἱ φυγάδες, οἱ καὶ ἐφ' ὁτῳοῦν ἐγκλήματι καὶ “ ὁπωσοῦν καταδεδικασμένοι, κατελθέτωσαν. „ D τὰς μὲν οὖν νήσους οὕτω τῶν φυγάδων κενώσας, καὶ τοῖς κακίστοις τῶν καταδεδικασμένων ἄδειαν δεδωκώς, εἶτ' [27] οὐ πολλῷ ὕστερον [o] ἀνεπλήρωσε.

Τῶν δὲ δὴ [28] Καισαρείων, [p] τῶν τε στρατιωτῶν τῶν μετὰ τοῦ Γέτα γενομένων, καὶ εἰς δύο μυριάδας παραχρῆμα ἀπέκτεινεν, ἄνδρας ἁπλῶς καὶ γυναῖκας, ὥς πού τις καὶ ἔτυχεν ἐν τῷ βασιλείῳ ὤν· ἐκ δὲ τῶν ἐπιφανῶν ἀνδρῶν ἄλλους τε, [29] καὶ τὸν Παπινιανόν· καὶ τῷ γε τὸν Παπινιανὸν φονεύσαντι ἐπετίμησεν, [30] ὅτι ἀξίνῃ αὐτὸν, καὶ οὐ ξίφει διεχρήσατο. E [31] τὸν δὲ δὴ Κίλωνα τὸν τροφέα, τὸν εὐεργέτην, τὸν ἐπὶ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ πεπολιαρχηκότα, [32] ὃν καὶ πατέρα πολλάκις ἐκεκλήκει, ἠβουλήθη μὲν ἀποστερῆσαι τοῦ ζῆν· καὶ οἱ στρατιῶται οἱ πεμφθέντες ἐπ' αὐτὸν, τὰ μὲν ἀργυρώματα καὶ τὰ ἱμάτια, τά τε χρήματα, καὶ τὰ ἄλλα πάντα τὰ ἐκείνου διήρπασαν· αὐτὸν δὲ ἀνήγαγον διὰ τῆς ἱερᾶς ὁδοῦ, ὡς καὶ ἐς τὸ παλάτιον κομιοῦντες, [q] κλάπας τε ὑποδεδεμένον, (ἐν βαλανείῳ γὰρ ὢν ἔτυχε) καὶ χιτωνίσκον ἐνδεδυμένον, ὡς καὶ ἐκεῖ που καταχρησόμενοι. καὶ τήν τε ἐσθῆτα αὐτοῦ περιέρρηξαν, καὶ τὸ πρόσωπον ᾐκίσαντο, ὥστε καὶ τὸν δῆμον καὶ τοὺς στρατιώτας τοὺς [r] ἀστικοὺς ὑποθορυβῆσαι· καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸν Ἀντωνῖνον, 873 καὶ αἰδεσθέντα αὐτοὺς καὶ φοβηθέντα, ἀπαντῆσαι σφίσι, καὶ [33] τῇ χλαμύδι (τὴν γὰρ στρατιωτικὴν ἐσθῆτα εἶχε) περιβαλόντα αὐτὸν εἰπεῖν, “ Μήτε “ τὸν πατέρα ὑβρίζετε, μήτε τὸν τροφέα παίετε.

[o] ἀνεπλήρωσε. ante hoc verbum videtur deeſſe nomen quod κακίστοις opponatur, v.g. κρατίστοις. [p] τῶν τε στρατιωτῶν. addidi τε ex Peir. quod abeſſe vix poſſe videbatur. poſſes & καὶ τῶν στρατ. ſcribere ex Z. quod, Zonara non nominato, cenſuit HS. [q] κλάπας. βλαύτας, Camerar. ut ad marg. mei Xiph. notatum eſt, & apud Sylb. in indice. ita legit etiam hunc locum Caſaubonus ad Spart. p. 713. ſed ibidem Salmaſius videndus. ſcilicet κλάπα ex latino *clava*, unde grallæ κλάπαι. Suidas, καλόβαθρον, ἡ λεγομένη κλάπα παρὰ πολλοῖς. poſtea *clava* vel κλάπα pro quovis ligneo calceo dici cœpta eſt. [r] ἀστικούς. ἀστικοὺς, RS. & HS. edit. min.

§25. (l. 94.) πρὸς δὲ τὴν σύγκλητον] Venit in Senatum loricatus, & ſtipatus militibus. *Spart.* Carac. c. 2. & Geta c. 6. *Herod.* IV. 5, 1. qui & orationem ejus ad Senatum refert. IV. 5, 3. ſqq.

§26. (l. 98.) πάντες οἱ φυγάδες] Vide *Spart.* Carac. c. 3. Hinc *Indulgentiæ fecundæ* in nummis Antonini apud *Triſtan.* II. p. 169. ſq. & ipſe *Reſtitutor Orbis* apud *Mediob.* p. 286. ἵνα πᾶσα ἡ οἰκουμένη χαρῇ, ut Dio ait.

§27. (l. 3.) οὐ πολλῷ ὕστερον ἀνεπλήρωσε] Hiatum hujus ſententiæ ἀπὸ κοινοῦ, nempe antecedenti τοῖς κακίστοις, explendum cenſuit vir Doctus in Actis Erud. 1746. p. 325. Ego in Epiſtola ad Eminentiſſimum Card. Quirinum p. 19. exiſtimaveram, elegantius idem a Dione præſtitum eſſe ex oppoſito, τοῖς κρατίστοις ἀνεπλήρωσε. Movebat me ſtilus veterum, leporem in antitheris mirifice ſectantium. Sic *Plinius* Paneg. c. 35. *Quantum diverſitas temporum poſſet, tum maxime cognitum eſt, quum iisdem, quibus antea cautibus innocentiſſimus quisque, tunc nocentiſſimus affigeretur; quumque inſulas omnes, quas modo ſenatorum, jam delatorum turba compleret.* Dionem vero vel maxime frequentiſſimis contrariis uti, paginæ omnes docent. Cumque relegatos etiam ab Antonino plurimos eſſe, ex hoc loco certiſſimum ſit, facile permitto cuivis judicium, utrum ſit probabilius, optimos quosque a peſſimo Principe, an ejus ſimiles in inſulas deportatos eſſe. Dio infra p. 873. in Exc. Peir. ἐσωζέ τε οὖν ἤκιστα ἐχθρὸν, καὶ ἐκόλαζεν οὓς οὐκ ἄν τις προσεδόκησεν.

§28. (l. 4.) Καισαρείων τῶν τε στρατιωτῶν] Multa hanc in rem *Herodianus* IV. 6, 1. ſq. *Spartianus* Carac. c. 3. 4. Geta c. 6. quanquam ſibi non conſtitiſſe Antoninum Spartianus annotat, quod etiam inimicos Getæ, ut fors obtuliſſet, maxime Lætum ſuaſorem cædis Getæ, aliosque cædis conſcios occiderit.

§29. (l. 8.) καὶ τὸν Παπινιανόν] *Spartianus* Carac. c. 8. *Multi dicunt, Baſſianum, occiſo fratre, illi* (Papiniano) *mandaſſe, ut & in ſenatu per ſe & apud populum facinus dilueret: illum autem reſpondiſſe: non tam facile parricidium excuſari poſſe, quam fieri.* Ceterum fabellam vocat, qua traditur, quod dictare noluerit orationem, qua invehendum erat in fratrem, negatque præfectum dictare potuiſſe orationem. Eadem *Victor* Cæſ. XX, 33. Scilicet uterque Papinianum adhuc præfectum prætorio ſtatuit, repugnante Dione, ſupra § 4. quanquam vel ſic extra ordinem id Papiniano mandari potuiſſe cenſet *Caſaubonus* ad Spart. p. 722.

§30. (l. 10.) ὅτι ἀξίνῃ αὐτὸν καὶ οὐ ξίφει] Dixiſſe hæc Antoninum, confirmat *Spartianus* Carac. c. 4. & Geta c. 6. Gladio cædi honeſtius erat, ſecuri autem, inſtar victimarum (aut ſontium, ignominioſum habebatur, ut dudum docuerunt *Pet. Faber* Semeſtr. l. 4. p. 25. *Caſaubonus* ad Spart. p. 712. & ad Suet. Aug. c. 15, 2. *Freinshemius* & *Begerus* ad Flor. II. 5, 3. *Lipſius* ad Tac. Annal. XV. 67. not. 146. vide de mactatis inſtar victimarum *la Cerdam* ad Virg. Aen. X. 519. & *Livium* VII. 15, 10. Ars gladio caput amputandi, priſcis ignorata, ſub Imperatoribus demum inventa & a militibus uſurpata eſt.

§31. (l. 11.) τὸν δὲ δὴ Κίλωνα] Chilonem minus recte vocat *Spartianus* Carac. c. 3. & 4. vide de Orthographia nominis *Lipſium* ad Tac. An. XII. 21. not. 47. *Menagium* Amoenit. c. 31. p. 120. & *Arntzenium* ad Victorem Epit. XX 6. L. Fabius Cilo Septiminus apud *Gruter.* CCCCVI. 10. CCCCVII. 1. iterum Conſul A. U. C. 957. prius ſuffectus A. 946. Etiam præfectum iterum fuiſſe dicit *Spartianus.* Epiſtolam Severi ad Fabium Cilonem præfectum urbis memorat *Ulpianus*

" τε. " ὁ δὲ δὴ χιλίαρχος ὁ κελευσθεὶς αὐτὸν φονεῦσαι, καὶ οἱ στρατιῶται οἱ συμπεμφθέντες αὐτῷ, ἀνῃρέθησαν, λόγῳ μὲν ὡς ἐπιβουλεύσαντες, τὸ δ' ἀληθὲς, ὅτι μὴ κατέσφαξαν αὐτόν.

[t] [Ἀλλὰ τὸν Κίλωνα τοσοῦτον ἀγαπᾷν ὁ Ἀντωνῖνος δοκεῖν ἐβούλετο, ὥστε εἰπεῖν ὅτι, " Οἱ τούτῳ ἐπιβεβουλευκότες, ἐμοὶ ἐπιβεβουλεύκασιν. " ἐφ' ᾧ δὴ ἐπαινούμενος ὑπὸ τῶν [t] προσεστηκότων, ἔφη, " Ἐμὲ [34] μήθ' Ἡρακλέα, μήτ' " ἄλλον θεόν τινα ἐπικαλεῖτε " οὐχ ὅτι οὐκ ἐβούλετο θεὸς ὀνομάζεσθαι, ἀλλ' ὅτι οὐδὲν ἄξιον θεοῦ πράττειν ἤθελεν. ἔμπληκτος γὰρ φύσει πρὸς πάντα τὰ πράγματα ὢν, καὶ ἐτίμα τινὰς μεγάλως, καὶ ἠτίμαζεν ἐξαίφνης ἀλογώτατα· ἔσωζέ τε οὓς ἥκιστα ἐχρῆν, καὶ ἐκόλαζεν οὓς οὐκ ἄν τις προσεδόκησεν. καὶ γὰρ [35] τὸν Ἄσπρον τὸν Ἰούλιον, οὐδ' ἄλλως εὐκαταφρόνητον, καὶ διὰ παιδείαν, καὶ διὰ φρόνημα, ὄντα, ἐξάρας, ὁμοίως καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, καὶ [36] ἐν [u] πολλαῖς τοσαύταις ῥάβδοις ὁμοῦ ἐμπομπεύσαντα, προεπηλάκισε παραχρῆμα δεινῶς, καὶ ἐς τὴν πατρίδα μεθ' ὕβρεως καὶ μετὰ δέους ἰσχυροῦ ἀπέπεμψε. καὶ [37] τὸν Λαῖτον ἠτιμάκει ἂν ἢ καὶ ἀπεκτόνει, εἰ μὴ κακῶς ἐνόσει. καὶ τὴν ἀρρωστίαν αὐτοῦ ἀσεβῆ παρὰ τοῖς στρατιώταις ὠνόμασεν, ὅτι μὴ καὶ περὶ ἐκεῖνον ἀσεβῆσαι αὐτῷ ἐπέτρεψεν. καὶ [38] Θρασέαν Πρίσκον, ἄνδρα οὐδενὸς οὔτε γένει οὔτε φρονήσει δεύτερον, κατεχρήσατο· καὶ ἄλλους πολλοὺς καὶ φίλους τὸ πρότερον ὄντας ἀπέκτεινεν.]

[x] Πάντας δ' οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσωμ' οὐδ' ὀνομήνω,

B [39] ὅσους τῶν ἐπιφανῶν οὐδεμιᾷ δίκῃ ἀπέκτεινεν.

cui mandatum erat, ut illum occideret, cæterique milites, qui una miſſi fuerant, morte affecti ſunt, hoc quidem obtentu, quod Ciloni feciſſent inſidias, ſed revera, quod illum non ſuſtuliſſent. A.U.C.965 duobus Aspris COSS.

5. [Enimvero tantopere Cilonem ſe amare videri volebat Antoninus, ut diceret eos, qui huic inſidiati eſſent, eosdem & ſibi inſidiatos eſſe. Quam ob cauſam cum a circumſtantibus laudaretur, " nolite, " inquit, " neque Herculem me, nec Deum quempiam appellare: " non quod re vera Deus vocari nollet, ſed quod nihil ea appellatione dignum cuperet præſtare. Nam ut natura ad omnes res agendas veſano quodam impetu ferebatur, ita citra ullum judicium nunc impenſe colebat quosdam, nunc ſubito ignominia afficiebat: adhæc incolumes ſervabat, quos minime oportuerat; contra ſupplicium ſumebat de quibus nemo ſperaſſet unquam. Nam poſtquam Julium Aſprum, virum & doctrinæ cauſa, & ob magnitudinem animi, nequaquam ſpernendum, extuliſſet juxta cum filiis, derepente, tot ſimul faſcium pompa conſpicuum contumelioſiſſime accepit, & cum ignominia ac terrore maximo in patriam redire juſſit. Lætum etiam infamia aut morte adeo affeciſſet, niſi is tum peſſime habuiſſet ex morbo. Quocirca morbum viri impium apud milites vocavit, quod Lætum ab ſe impie violari non ſineret. Idem & Thraſeam Priſcum occidit, virum & ſplendore generis & prudentia nemini ſecundum: alios præterea complures antea etiam amiciſſimos neci dedit.]

6. *Sec nec cunctorum comprendere nomina poſſim,*

quotquot ille ex illuſtribus viris, nullo interveniente

[t] ἀλλὰ τὸν Κίλωνα &c. hæc addidi ex Exc. Peir. p. 742. ubi non celabo lectorem, quædam initio ſtatim a me mutata eſſe. legitur enim apud Valeſium: τὸν Κίλωνα τοσοῦτον ἠγάπα ὁ Ἀντωνῖνος. quæ ſtare prorſus nequeunt cum præcedenti narratione Xiphilini; quare, ne Dio ſecum adverſa fronte pugnaret, verba ejus, forte in Excerptis male a nexu reliquorum avulſa, per eandem ſimulationem, de qua paulo ante, interpretatus ſum. [t] προσεστηκότων. ſic ſcribendum eſſe patet ex verſione Valeſii, qui *circumſtantes* reddit. igitur errore tantum librarii excuſum ibi puto προεστηκότων. [u] πολλαῖς τοσαύταις. vox πολλαῖς ſuperflua. Valeſ. [x] πάντας. πληθὺν eſt apud Hom. Il. β. 488. & deinde μυθήσομαι. pro ἐγὼ, ἔγωγε habet RS.

Ulpianus lege prima de offic. præf. urbis D. lib. I. tit. 12. De ejus calamitate paulo aliter *Spartianus: in ſummum diſcrimen etiam Chilo iterum præfectus & conſul venit, ob hoc quod concordiam inter fratres ſuaſerat. Et quum idem Chilo ſublata veſte ſenatoria, nudis pedibus ab urbanicis raptus eſſet, Antoninus ſeditionem compreſſit.*

§ 32. (l. 13.) ἐν καὶ πατέρα πολλάκις] Præfectos prætorio & præfectos urbi, aliosque magiſtratus majores, ab Imperatoribus, certe ſequentium temporum, frequenter Parentes appellatos fuiſſe, docuit *Briſſonius* de formulis lib. III. p. 314. ſq. & *Salmaſius* ad Scriptt. Hiſt. Aug. T. II. p. 292. ſic & Julianum pr. pr. appellabat Commodus p. 823. D. Hic etiam Cilo ni, tanquam educatori, nomen honoris ab Antonino potuit tribui. vide p. 873. A.

§ 33. (l. 26.) τῇ χλαμύδι περιβαλόντα αὐτόν] Confer *Caſaubonum* ad illa Lampridii in Alex. Sev. c. 51. de Ulpiano: *quem ſæpe a militum ira objectu purpuræ ſummæ defendit.*

§ 34. (l. 37.) μήθ' Ἡρακλέα, μήτ' ἄλλον θεόν] *Spartianus* c. 5. *Deorum ſane ſe nominibus appellari vetuit, quod Commodus fecerat, quum illi eum, quod leonem aliasque feras occidiſſet, Herculem dicerent.* Tamen Hercules in ejus nummis apud *Froelich.* p. 266. 268.

§ 35. (l. 45.) τὸν Ἄσπρον τὸν Ἰούλιον] Valeſius edidit Ἰουλιανόν. Sed Ἰούλιον legendum eſſe, ex duobus Inſcriptionibus docet Emin. *Noris* de Epochis Syro-Mac. III. 4. p. 184. ſq. ſic ut pater Cn. Julius Aſper, filii Cn. Julius Aſper & C. Julius Aſper, Coſſ. A. U. C. 965. Chr. 212. fuerint: quanquam uterque Cajus Julius prænomine & nomine eodem ſcribitur in lapide apud *Fabrettum* p. 494. τὸν Ἄσπρον τὸν Ἰούλιον ipſe *Dio* patrem infra vocat p. 908. B. adde p. 898. D. §. 116.

§ 36. (l. 48.) ἐν πολλαῖς τοσαύταις ῥάβδοις] Superflua eſt vox πολλαῖς, & ſcholii vice addita: ſignificat autem Dio, ambos Juliani Aſpri filios ſimul Conſules fuiſſe. Itaque in Caſſiodori faſtis A. U. C. 965. Coſſ. recenſentur duo Aſpri, quibus prænomina neſcio quæ attribuit Onufrius in Faſtis, absque ullo auctore. Leonclavius in editione Dionis, alterum Julium Aſprum nominat, ex Dione lib. LXXIX. initio, ſed apud Dionem eo loco, Ἄσπρον τὸν Ἰούλιον, patrem intelligi crediderim, qui hic Ἰουλιανὸς dicitur. Vales.

§ 37. (l. 52.) τὸν Λαῖτον] Lætum intelligi exiſtimavi, de quo ita ſcribit *Spartianus* in Caracalla c. 3. *Lætum ad mortem coegit, miſſo a ſe veneno: ipſe enim inter ſuaſores Getæ mortis primus fuerat.* Conſul fuit A. 968. cum Cereali. Vales.

§ 38. (l. 56.) Θρασέαν Πρίσκον] Hic eſt L. Valerius Meſſala Thraſea Priſcus, qui Conſul fuit A. U. C. 949. Severi Auguſti temporibus, collega C. Domitio Dextro, ut videre eſt in faſtis Onufrii. Videtur autem ortus fuiſſe ex familia Helvidii Priſci, qui fuit Pæti Thraſeæ gener, ut ſcribit Tacitus & Dio. Vales.

§ 39. (l. 63.) ὅσους τῶν ἐπιφανῶν] Adde his ex *Spartiano* c. 3. ſq. Pompejanum Marci nepotem ex filia Lucilla & ex Pompejano, bis Conſulem, Papinianum filium, Petronium, Sammonicum Serenum, ſcriptis nobilem, Helvium Pertinacem, Imperatoris filium. Pompejanum tamen illum Spartianus male Marci ex filia nepotem dicere videtur. vide dicta ad p. 818. D. § 21. *Herodianus* IV. 6, 6. præter hos etiam ipſam Marci filiam, Commodi ſororem, jam anum, necatam ab eo ſcribit. Lucilla hæc non fuerit, dudum a Commodo necata, ut ipſe Herodianus ſcripſerat. I. 8, 17.

A.U.C.965 duobus Aſpris COSS.

niente judicio interfecit. Quanquam enim Dio occiſos, quod eſſent viri notiſſimi illis temporibus, omnes perſequitur nominatim; tamen mihi ſatis erit dicere, omnes eum pariter, quos ipſi collibitum fuit, quoquo jure, quave injuria, morte affeciſſe, urbemque Romam viris bonis privatam, mutilaſſe. [Nam cum Antoninus ad tres gentes ſuam referret originem, virtutem quidem illarum nullam omnino, at vitia in ſe complexus eſt omnia; levitatem & timiditatem ſimulque inſolentiam Gallicæ gentis; aſperitatem ac feritatem Afrorum; poſtremo aſtutiam Syrorum, a quibus materno genere deſcendebat.] Ex his cædibus animum ad ludos applicans, non deſtitit in his ipſis pariter multos interficere. Nam elephantum quidem, & rhinocerotem, & tigrin, & hippotigrin, cæſos in amphitheatro, fortaſſe nullo quis loco duxerit: verum is etiam hominum gladiatorias pugnas facientium ſanguine potiſſimum delectabatur: ex quorum numero unum, Batonem nomine, coegit eodem die cum tribus certare continenter, eumque occiſum a poſtremo affecit magnifica ſepultura. C

7. Alexandri autem adeo dementi ducebatur ſtudio, ut etiam armis & poculis quibusdam, quaſi illius fuiſſent, uteretur, eique complures ſtatuas in caſtris, atque adeo in ipſa urbe collocaverit; comparaveritque phalangem ex ſolis Macedonibus, in qua erant hominum ſedecim millia, eamque phalangem Alexandri cognominarit, & iis armis, quibus olim Alexandri temporibus uſi fuerant, inſtruxerit. Hæc erant, galea facta ex crudo bovis corio, thorax ex lino trilix, ſcutum ex ære, haſta longa, cuſpis brevis, crepidæ, gladius. Quibus rebus minime con- D

ver. ὁ μὲν γὰρ Δίων, ἅτε γνωριμωτάτων κατ' ἐκείνους τοὺς καιροὺς τῶν πεφονευμένων ὄντων, καὶ ἐξ ὀνόματος αὐτῶν ποιεῖται κατάλογον· ἐμοὶ δ' εἰπεῖν ἐξαρκεῖ, ὅτι πάντας [y] ὁμοίως, οὓς ἤθελε κατεχειρίζετο, ὅσπ' αἴτιος, ὥστε καὶ δίκῃ καὶ ὅτι τὴν Ῥώμην ἠκρωτηρίασεν, ἀγαθῶν ἀνδρῶν στερήσας αὐτήν. [z] [τρισὶ μὲν γὰρ ἔθνεσιν ὁ Ἀντωνῖνος προσήκων ἦν· καὶ τῶν μὲν ἀγαθῶν αὐτῶν οὐδὲν τὸ παράπαν, τὰ δὲ κακὰ πάντα συλλαβὼν ἐκτήσατο· [40] τῆς μὲν Γαλατίας τὸ κοῦφον καὶ τὸ δειλὸν καὶ τὸ θρασὺ, τῆς Ἀφρικῆς τὸ τραχὺ καὶ ἄγριον, τῆς Συρίας, ὅθεν πρὸς μητρὸς ἦν, τὸ πανοῦργον.] ἐκ δὲ τῶν φόνων ἐς τὰς παιδιὰς ἀποκλίνων, οὐδὲν ἧττον καὶ ἐν ταύταις ἐφόνα. ἐλέφαντα μὲν γὰρ, καὶ ῥινοκέρωτα, καὶ τίγριν, καὶ ἱππότιγριν ἐν οὐδενὶ λόγῳ θείη ἄν τις φονευομένους ἐν τῷ θεάτρῳ. ὁ δὲ καὶ μονομάχων ἀνδρῶν ὅτι πλείστῳ ἔχαιρεν αἵματι· καὶ ἕνα γε αὐτῶν [41] Βάτωνα τρισὶν ἐφεξῆς ἀνδράσιν ὁπλομαχῆσαι τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἀναγκάσας, ἔπειτα ἀποθανόντα ὑπὸ τοῦ τελευταίου, περιφανεῖ ταφῇ ἐτίμησε.

[42] Περὶ δὲ τὸν Ἀλέξανδρον οὕτω τι ἐπτόητο, ὥστε καὶ ὅπλοις τισὶ καὶ ποτηρίοις, ὡς καὶ ἐκείνου γεγονόσι, χρῆσθαι, καὶ προσέτι καὶ εἰκόνας αὐτοῦ πολλὰς καὶ ἐν τοῖς στρατοπέδοις, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ Ῥώμῃ στῆσαι· [43] φάλαγγά τέ τινα ἐκ μόνων τῶν Μακεδόνων ἐς μυρίους καὶ ἑξακισχιλίους συντάξαι, καὶ αὐτὴν Ἀλεξάνδρου τε ἐπονομάσαι, καὶ τοῖς ὅπλοις, οἷς ποτε ἐπ' ἐκείνου ἐκέχρηντο, ὁπλίσαι. ταῦτα δ' ἦν, [44] κράνος ὠμοβόειον, [45] θώραξ λινοῦς [a] τρίμιτος, ἀσπὶς χαλκῆ, δόρυ μακρὸν, αἰχμὴ βραχεῖα, κρηπῖδες, ξίφος. [b] καὶ οὐδὲ ταῦτα μέντοι αὐτῷ ἐξήρκεσεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν

y ὁμοίως, vulgo. congruentius ὁμοίως, Sylb. ſic Br. z τρισὶ μὲν γὰρ ἔθνεσιν &c. hæc quoque ſuppeditarunt Exc. Peir. l. c. a τρίμιτοι. τρίμιτος, RS. Br. b καὶ οὐδὲ ταῦτα μέντοι αὐτῷ ἐξήρκεσεν. horum loco in Exc. Peir. dicitur: ὅτι ὁ Ἀντωνῖνος ἄλλα ἄττα πολὺ ... φιλαλέξανδρος ὤν, καὶ ... ἐκείνου &c. quæ priora auctor Excerptorum ſuo ſtilo videtur præmiſiſſe, ut nexus dicendorum appareret. mox pro ζῶσαι, ζῶσα, RS.

§40 (l. 74.) τῆς μὲν Γαλατίας τὸ κοῦφον] Gallogræciam intelligi exiſtimo. Gallogræcis enim magis convenit τὸ κοῦφον καὶ τὸ δειλὸν, quam Gallis. Utro autem genere a Gallogræcis originem duxerit Caracalla, obſcurum eſt: niſi forte per avum maternum Baſſianum, ex cujus nomine ipſe Caracalla Baſſianus dictus eſt. Sed hunc Baſſianum Phœnicem facere videtur *Victoris* Epitome in Heliogabalo. VALES.

Gallus, credo, dicitur, quod Lugduni natus eſſet, p. 870. § 1. ut cum cœlo & äere ipſo naturam Gallorum imbibiſſe videretur. τὸ κοῦφον καὶ δειλὸν Gallis vel maxime tribui non dubium eſt. Nam ut levitatem, mobilitatem, temeritatem, rerum novarum ſtudium, plurimis locis *Cæſar* illis tribuit de B. G. II. 1, 3. IV. 5, 1. ſq. VII. 42, 4. &c. ſic de timiditate eorum III. 19, 6. ſic ſcribit: *nam ut ad bella ſuſcipienda Gallorum alacer ac promtus eſt animus: ſic mollis ac minime reſiſtens ad calamitates perferendas mens eorum eſt.* Ergo Antoninus Afer, a patre, Syrus a matre, ut Gallus a patria.

§41. (l. 84.) Βάτωνα] Monumentum ejus marmoreum ex hortis Pamphiliis ad viam Aureliam producit *Fabrettus* ad Col. Traj. p. 258.

§42. (l. 88.) περὶ τε τὸν Ἀλέξανδρον] Alexandrum M. in ore ſemper habuit, eique ſe æquandum putavit. *Spart.* c. 2. Furore tamen hoc maxime correptus eſt, cum a Danubio in Thraciam & Macedoniam profectus eſt. *Herod.* IV. 8, 1. & *Suid.* Numis ab eo renovatam Alexandri memoriam, obſervat *Liebius* Goth. num. p. 101. & certamina Ἀλεξάνδρεια Πύθια tunc in Antonini honorem celebrata, numo Philippopoleos docet p. 378. ſq. More Alexandri etiam diademate cinctum fuiſſe, ex numis oſtendit *Spanhemius* Diſſ. XII. p. 388. & ab eo Magni nomen geſſiſſe p. 440. Sumſit tunc quoque Macedonicum habitum, cauſiam geſtans in capite, & crepidas ſubdens pedibus. *Herod.* IV. 8, 5. Spectat etiam ad imitationem Alexandri lorica linea. infra § 45. Poſtea in Aſiam veniens ad Achillis tumulum, Achillem imitari cœpit. *Herod.* IV. 8, 10. & *Suid.*

§43. (l. 92.) φάλαγγά τινα] Phalangem, quamvis ex Italica juventute, jam inſtituerat Nero, *Suet.* 19, 4. poſtea Alexander Severus. *Lamprid.* c. 50. Sed Neronis phalanx una tantum legio: Alexandri Severi, triginta millia hominum, ſeu ſex legiones. Sed ſexdecim millium erat vetus illa Macedonum. *Liv.* XXXVII. 40. XXXIII. 4. *Appian.* Syriac. p. 107. A. *Herodianus* addit, juſſiſſe Antoninum, duces phalangis ſuæ, nomina ducum Alexandri ſibi imponere.

§44. (l. 96.) κράνος ὠμοβόειον] Ita jam apud *Homerum* Iliad. Κ'. 257. — ἀμφὶ δέ οἱ κυνέην κεφαλῆφιν ἔθηκε.
Ταυρείην.
conf. *Lipſium* de Milit. Rom. lib. I. Dial. I. T. III. Opp. p. 69. b.

§45 (l. 96.) θώραξ λινοῦς τρίμιτος] Alexander geſtabat θώρακα διπλοῦν λινοῦν, teſte *Plutarcho* T. I. p. 684. B. hoc eſt *bilicem*: ut apud *Virgil.* Aen. XII. 375. *rumpitque bilicem loricam.* Sed & τρίμιτα vel τριμίτινα ὑφάσματα apud *Pollucem* VII. 78. & *Heſych.* ſicut *loricam conſertam hamis auroque trilicem* inducit *Virgil.* III. 467. & VII. 639. Quin Amaſis regis Aegypti loricæ lineæ ſingula fila, ex 365 filis fuerunt, teſte *Plinio* XIX. 1. adde *Herodotum* III. 47. Ea nempe fila aceto & ſale macerata coactili opere compingebantur, ut ferro reſiſterent. Lineis autem loricis, ob levitatem, cum Aegyptiis utebantur Græci. λινοθώρηξ apud *Homer.* Il. β. 529. & 830. Vide Interpretes ad *Nepot.* Iphicr. I. 4. *Suetòn.* Galba 19, 3. *Plin.* XIX. c. 1. *Pauſan.* I. 21. p. 50. VI. 19. p. 499. *Lipſium* de Mil. Rom. III. 6. T. III. Opp. p. 86. ſq. Antoninum in numo maximi moduli cum ejusmodi lorica linea fictum eſſe ſibi perſuaſit *Liebius* Goth. num. p. 378.

τὸν ἐκεῖνον Ἑῷον Αὔγουστον ἐπεκαλεῖτο. καί ποτε καὶ τῇ βουλῇ ἔγραψεν, ὅτι [46] ἐς τὸ σῶμα
E αὖθις τὸ τοῦ Αὐγούστου εἰσῆλθεν, ἵνα, ἐπειδὴ ὀλίγον τότε χρόνον ἐβίω, πλείονα αὖθις δι' ἐκείνου ζήσῃ. καὶ δὴ καὶ τοὺς φιλοσόφους τοὺς Ἀριστοτελείους ὠνομασμένους τά τε ἄλλα δεινῶς ἐμίσει, ὥστε καὶ τὰ βιβλία αὐτοῦ κατακαῦσαι ἐθελῆσαι, καὶ [47] τὰ συσσίτια, ἃ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ εἶχον, τάς τε λοιπὰς ὠφελείας, ὅσας ἐκαρποῦντο, ἀφείλετο, ἐγκαλέσας σφίσιν, ὅτι συναίτιος τῷ [48] Ἀλεξάνδρῳ τοῦ θανάτου Ἀριστοτέλης γεγονέναι
874 ἔδοξε. ταῦτα μὲν οὕτως ἐποίησε. καὶ νὴ Δία καὶ ἐλέφαντας πολλοὺς συμπεριήγετο, ὅπως καὶ ἐν τούτῳ τὸν Ἀλέξανδρον, μᾶλλον δὲ [49] τὸν Διόνυσον μιμεῖσθαι δόξῃ.

Οὕτω δ' οὖν διὰ τὸν Ἀλέξανδρον καὶ τοὺς Μακεδόνας ἐφίλει, ὥστε ποτὲ χιλίαρχον Μακεδόνα ἐπαινέσας ὅτι κούφως ἐπὶ τὸν ἵππον ἀνεπήδησεν, ἐπύθετο αὐτοῦ τὸ μὲν πρῶτον, Πόθεν εἶ; ἔπειτα μαθὼν ὅτι Μακεδὼν εἴη, ἐπανήρετο, Τίς δὲ ὀνομάζῃ; καὶ μετὰ τοῦτο ἀκούσας
B ὅτι Ἀντίγονος, προσεπανήρετο, Τίς δέ σου ὁ πατὴρ ἐκαλεῖτο; ὡς δὲ καὶ οὗτος Φίλιππος ὢν εὑρέθη, "Πάντ' ἔχω, φησὶν, ὅσα ἤθελον," καὶ εὐθύς τε αὐτὸν ταῖς λοιπαῖς στρατείαις [c] ἐσέμνυνε, καὶ μετ' οὐ πολὺ ἐς τοὺς βουλευτὰς τοὺς ἐστρατηγηκότας κατέταξεν. ἕτερον δέ τινα, τῇ μὲν Μακεδονίᾳ μηδὲν προσήκοντα, [d] πολλὰ δὲ δεινὰ δεδρακότα, καὶ διὰ τοῦτο [e] παρ' αὐτοῦ ἐξ ἐγκλήτου δίκης κρινόμενον, ἐπειδὴ Ἀλέξανδρός τε ἐκαλεῖτο, καὶ ὁ κατήγορων αὐτοῦ ῥήτωρ συνεχῶς ἔλεγεν, "Ὁ μιαιφόνος
C Ἀλέξανδρος, ὁ θεοῖς ἐχθρὸς Ἀλέξανδρος," ὠργίσθη τε ὡς καὶ αὐτὸς κακῶς ἀκούων, καὶ ἔφη, "[f] Εἰ μὴ ἀρκέσει σοι ὁ Ἀλέξανδρος, ἀπολέλυσαι."

Οὗτος

contentus, eundem illum etiam Orientalem Auguſtum appellavit: ſcripſitque aliquando ad ſenatum, animum Alexandri in corpus Auguſti rurſus introiſſe: ut, quoniam tunc illi fuerat vita brevis, in ipſo viveret diutius. Quin & Philoſophos, qui ſunt Ariſtotelici nominati, tam magno eſt odio proſequutus; ut etiam libros Ariſtotelis comburere voluerit, atque Ariſtotelicis convictus & cætera commoda, quibus fruebantur Alexandriæ, ademerit: criminatus eos, quod Ariſtoteles cum aliis auctor fuiſſe mortis Alexandro viſus eſſet. Quumque hæc faceret, ducebat ſecum complures elephantos; ut in hac quoque re Alexandrum, vel potius Bacchum, imitari videretur.

A.U.C. 965
duobus Aspris COSS.

8. Igitur & tanto amore proſequebatur propter Alexandrum Macedones, ut quum aliquando tribunum militum Macedonem collaudaſſet, quod levi ſaltu inſiluiſſet in equum, interrogaſſetque primo, cujas eſſet, ac intellexiſſet Macedonem eſſe, rogarit nomen; poſt ubi audivit Antigonum eſſe, amplius quæſiverit ex eo, quod nomen fuiſſet patri: utque ipſum invenit eſſe Philippo patre natum, "Cuncta," inquit, "quæ cupiebam, habeo:" eumque ſtatim reliquis militiæ gradibus ornavit, nec ita multo poſt inter ſenatores prætorios retulit. Alium quoque, cui nihil rei erat cum Macedonia, quique magna ſcelera commiſerat, & propterea ex appellatione apud ipſum reus factus erat, poſtquam intellexit Alexandrum vocari, crebroque accuſatorem ita dicere: "Homicida Alexander, diis infeſtus Alexander:" perinde iratus eſt, atque ſi ipſe male audiret: "Niſi deſines," inquit, "de Alexandro, periiſti."

9. Hic

c ἐσέμνυνε. ſic ediderunt Sylb. HS. edit. maj. & L. ex Pal. & Mer. (qui tamen ἐσέμνυσε habet) quibus accedit Coisl. & Br. ἐσεμνύνετο, RS. & HS. edit. min. ſtatim, καὶ μετ' οὐ πολὺ laudatæ editiones HS. & L. ex Pal. καὶ οὐ μετ' οὐ πολὺ, antiquiores. *d* πολλὰ δὲ δεινὰ. ita reſcripſi ex Coisl. atque ita ſcribendum eſſe viſum erat Wolfio, pro vulgatis πολλὰ καὶ δεινὰ, quæ transpoſitione ſanare volebat Leuncl: καὶ πολλὰ δεινά. ſed Br. πολλὰ δὲ καὶ δεινά. *e* παρ' αὐτοῦ ἐξ ἐγκλήτου δίκης. ſcribendum παρ' αὐτῷ ἐξ ἐκκλήτου δίκης. *coram ipſo, in appellationis judicio.* L. ἐγκλήτου defendi poſſit ex Suida: ἔγκλητον λέγοντες δικαστήριον, καὶ δίκην ἔγκλητον, ἐγκαλεῖσθαι δὲ λέγουσι. *f* εἰ μὴ ἀρκέσει σοι ὁ Ἀλέξανδρος, ἀπολέλυσαι. interpres legit ἀπόλωλας, *periiſti*, priora reddens, *niſi tibi ſatis erit de Alexandro dictum.* Sylb: *niſi tuebitur te Alexander, abſolutus es*, ſeu, *actum eſt de te.* hæret igitur inter utramque lectionem anceps Sylb. ſimplicius ſcribitur ἀπόλωλας.

§46. (l. 1.) ἐς τὸ σῶμα τὸ τοῦ Αὐγούστου] Seipſum Antoninus indicat ſub generali honoris titulo. *Herodianus* ſcribit IV. 8, 4 vidiſſe ſe præter cetera ſimulacra & imagines Alexandri ubivis poſita, etiam ridiculas imagines pictas, quæ uno in corpore duas facies præferrent, Alexandri atque Antonini.

§47. (l. 7.) τὰ συσσίτια] Hæc eſt nobiliſſima Αἰγυπτίων τράπεζα, vel σίτησις, in Muſeo Alexandrino, quaſi Prytaneo quodam erudito, in quo omnis generis viri docti, primum a regibus Ægyptiis, deinde ab Imperatoribus Romanis publice alebantur, & menſa communi, ceterisque ad commodam vitam pertinentibus ſatis laute fruebantur. vide in primis *Ludolphi Neocori* Muſeum Alexandrinum T. VIII. Theſ. Gronov. p. 2774. ſq. Videtur autem hic locus docere, ſingulis philoſophorum ſectis ſua a ceteris ſeparata συσσίτια & ſodalitia fuiſſe, ut una Ariſtotelici, una Platonici, una Stoici, una Sophiſtæ &c. convivarentur. Hic enim Antoninus primo τὰ συσσίτια τῶν Ἀριστοτελικῶν tollit, deinde & omnium ceterorum ſuſtulit. p. 880. B. Eodem modo ſe habebat convictus Philoſophorum apud Athenienſes, ut alia eſſent συσσίτια Diogeniſtarum, alia Panætiaſtarum &c. ſicut ex *Athenæo* lib. V. p. 185. ſq. apparet. Taceo Gymnoſophiſtas Indorum & ſacra συσσίτια apud varias gentes, de quibus *Stuckius* Antiq. Conviv. lib. I. c. 31. & *Andr. Chr. Eſchenbach* Diſſ. de Sympoſiis Sapientum, Jenæ 1687. & in Diſſ. ejus Academicis Norimb. 1705. 8. editis p. 279. ſqq. De Lacedæmoniorum & Cretenſium συσσιτίοις *Jo. Meurſius* Creta c. X. p. 170. ſq. & Miſcell. Lacon. lib. I. c. 9. ſqq.

§48. (l. 10.) Ἀλεξάνδρῳ τοῦ θανάτου] Vide quæ de hac criminatione ex veteribus collegit *Stanlejus* Hiſt. Philoſ. P. V. c. 8.

§49. (l. 13.) τὸν Διόνυσον] Blancus, *Dionyſium*, quod & retinet Leunclavius; ceteri *Dionyſum*, aliquanto rectius: ſolent enim hæc nomina perperam confundi, ut annotavit *Spanhemius* de U. N. Diſſ. VII. p. 435. ſq. Ne quis tamen hominem alium hic quæreret, *Bacchum* malui, qui in expeditione in Indiam elephantos ſibi vel maxime prædam vindicavit. Sic *Lucianus* Dial. Deor. 18. T. I. p. 248. ἀλλὰ καὶ ἐπ' Ἰνδοὺς ἐλάσας — τούς τε ἐλέφαντας εἷλε, καὶ τῆς χώρας ἐκράτησε. elephanti enim capti inter præcipua ſpolia numerabantur, ut ſæpe laudatus *Spanhemius* docet de U. N. Diſſ. IV. p. 181. Hinc ex India Bacchum elephanto ſublimem Thebas rediiſſe ſcribit *Diodorus Sic.* III. 64. ipſeque elephantorum quadrigis vectus fingitur v. g. in Nicæenſium numis apud *Spanhem.* Diſſ. X. p. 163. *Athenæus* lib. V. p. 200. D. ex Callixeni Rhodii libro IV. inter Ptolemæi Philadelphi pompam refert currum quatuor rotarum, qui Liberi Patris ex India reditum complectebatur. Bacchus XII. cubitorum elephanto inſidebat — poſt alia prodierunt elephantorum currus XXIV. De Alexandro M. confer *Lucianum* Dial. Mort. XII. 5. T. I. p. 387.

A.U.C.965 duobus Aspris COSS. 9. Hic igitur Antoninus, Alexandri amantiſſimus, [plurimos ſecum in expeditione retinebat, cauſas alias ſubinde atque alias, & bella ex bellis prætendens. Illud vero erat in eo longe graviſſimum, quod cum eſſet non modo erga milites, ſed etiam in cæteris rebus profuſiſſimus, in id unum omni ſtudio incumbebat] ut reliquos omnes ſpoliaret, depecularetur, & opprimeret, atque inprimis ſenatores. [Nam præter coronas aureas, quas continuo, velut victis quibusdam hoſtibus, exigebat: (intelligo autem non ipſas ex auro fabricatas coronas: quantulum enim id quidem? ſed pecuniæ vim, coronarum titulo datam, qua imperatores a civitatibus coronari ſolent:) præter commeatus, qui partim ſine pretio, partim etiam cum graviſſimo ſumtu noſtro, magno ubivis numero a nobis exigebantur; quæ ille cuncta aut donabat militibus, aut cauponum more vendebat: præter munera, quæ cum a privatis opulentioribus, tum a civitatibus flagitabat: poſtremo præter vectigalia, cum cætera quæ ab ipſo primum reperta ſunt, tum vectigal decimæ, quam pro viceſima conſtituit, tam eorum qui manumitterentur, quam hereditatum, quæ aliquibus relinquerentur, & omnis donationis; cum ſuccedendi ab inteſtato jus, & immunitates in hujuſmodi ſucceſſionibus, quæ proximis defunctorum conceſſæ legibus erant, ſuſtuliſſet: cujus rei cauſa etiam

Ὅυτος ὄυν ὁ φιλαλεξανδρότατος Ἀντωνῖνος [g] [πάνυ πολλοὺς ἀμφ' αὐτὸν εἶχε, προφάσεις ἐκ προφάσεων, καὶ πολέμους ἐκ πολέμων σκηπτόμενος. δεινότατον δέ που καὶ τοῦτο εἶχεν, ὅτι μὴ μόνον ἐς τοὺς στρατιώτας φιλαναλώτης ἦν, ἀλλὰ καὶ ἐς τἄλλα πάντα, ἐφ' ἓν τοῦτο μόνον, τὸ τοὺς] ἀνθρώπους πάντας περιδύειν, ἀποσυλᾷν, ἐκτρύχειν, ὀυχ ἥκιστα τοὺς συγκλητικούς. [h] [χωρὶς γὰρ τῶν στεφάνων τῶν χρυσῶν, ὅυς ὡς καὶ πολεμίους τινὰς ἀεὶ νικῶν πολλάκις ᾔτει, (λέγω δὲ ὀυκ αὐτὸ τοῦτο τὸ τῶν στεφάνων ποίημα· πόσον γὰρ τοῦτό γέ ἐστιν; ἀλλὰ τὸ τῶν [50] χρημάτων πλῆθος τῶν ἐπ' ὀνόματι αὐτοῦ διδομένων, οἷς στεφανοῦν αἱ πόλεις τοὺς αὐτοκράτορας εἰώθασιν·) τῶν τε ἐπιτηδείων, ἃ πολλὰ καὶ πανταχόθεν, τὰ μὲν προῖκα, τὰ δὲ καὶ προσαναλίσκοντες εἰσεπρασσόμεθα, ἃ πάντα ἐκεῖνος τοῖς στρατιώταις ἐχαρίζετο, ἢ καὶ ἐκαπήλευε· καὶ τῶν δώρων, ἃ καὶ παρὰ τῶν ἰδιωτῶν τῶν πλουσίων καὶ παρὰ τῶν δήμων προσῄτει· τῶν τε τελῶν, τῶν τε ἄλλων ἃ καινὰ προσκατέδειξε, καὶ τοῦ [51] τῆς δεκάτης, ἣν ἀντὶ τῆς εἰκοστῆς ὑπέρ τε τῶν ἀπελευθερουμένων, καὶ ὑπὲρ τῶν καταλειπομένων τισὶ κλήρων, [i] καὶ [52] δωρεᾶς ἐποίησε πάσης, [53] τάς τε διαδοχὰς καὶ τὰς ἀτελείας τὰς ἐπὶ [k] τούτοις, τὰς δεδομένας [54] τοῖς πάνυ προσήκουσι τῶν τελευτώντων, καταλύσας· ὃυ ἕνεκα καὶ [55] Ῥωμαίους

g πάνυ πολλοὺς ἀμφ' αὐτὸν &c. hæc petita ſunt ex Exc. Peir. p. 745. ubi poſt verba ἀλλὰ καὶ ἐς τἄλλα πάντα, legebatur καὶ ἥκιστα αὐτῷ ἦν, ἐφ' ἓν τοῦτο ſed illa a nobis omiſſa nullius ſenſus ſunt, & forte huc translata ex iis quæ ſequuntur apud Xiph: ὀυχ ἥκιστα τοὺς συγκλητικούς, ſicut & Valeſio viſum eſſe ex verſione ejus judico. ceterum pro illis plenioribus Excerptor Peir. ſic apud Xiph. legebatur: Ἀντωνῖνος ἐς μὲν τοὺς στρατιώτας φιλαναλώτης ἦν, τοὺς δὲ λοιποὺς πάντας ἀνθρώπους ἔργον εἶχε περιδύειν &c. h χωρὶς γὰρ τῶν στεφάνων &c. de his omnibus nihil apud Xiph. niſi hæc: ἔξω γὰρ τῶν ἄλλων ἀσπράξεων, καίπερ ἀναριθμήτων ὀυσῶν, καὶ σιτίας &c. i καὶ δωρεᾶς ἐποίησε πάσης. locus in Exc. Peir. erat corruptus: καὶ δωρεὰς ἐποίησε, πάσας τάς τε διαδοχὰς &c. ubi δωρεὰς in δωρεῶν convertendum exiſtimat Valeſ. ſed mihi illa emendatio ſimplicior viſa eſt, quam debemus magno Salmaſio de modo Uſurarum p. 854. ſſ. qui διαδοχὰς in h. l. abſolute dici oſtendit *ſucceſſiones ab inteſtato*, τὰ τῶν κλήρων, *legata*, πάσης δωρεᾶς, *omnem donationem, tam mortis cauſa, quam inter vivos.* rem illuſtrat Cel. Burmannus de Vectigal. p. 173. ſq. k ἐπὶ τούτοις. forte ἐπὶ ταύταις, ſcil. διαδοχαῖς.

§50. (l. 48.) χρημάτων πλῆθος] Aurum coronarium id dicebatur, cujus crebra mentio fit ab Hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptoribus. VALES.

§51. (l. 58.) τῆς δεκάτης] Decimæ hereditatum, quam pro viceſima inſtituit Antoninus Caracalla, mentio exſtat apud *Ulpianum* in libris inſtitutionum, titulo de Succeſſionibus ab inteſtato, cujus locus exſtat in Collatione legis Moſaicæ. (tit. XVI. § ult.) Sed hoc vectigal decimæ hereditatum, pariter cum vectigali decimæ manumiſſionum, paulo poſt abolitum eſt a Macrino Auguſto, & ad antiquam formam utrumque revocatum, ut teſtatur *Dio* libro LXXVIII. (p. 893. D.) τά τε περὶ τοὺς κλήρους, καὶ τὰ περὶ τὰς ἐλευθερίας καινοτομηθέντα ὑπὸ τοῦ Καρακάλλου παύσας. VALES.

§52. (l. 61.) καὶ δωρεὰς ἐποίησε] Diu me torſit hic locus, quem tandem minima mutatione ſic reſtitui, κλήρων καὶ δωρεῶν. Hujus autem emendationis ipſe auctor eſt Dio, qui libro LV. (p. 565. E.) de inſtitutione hujus vectigalis ab Auguſto facta loquens, ſic ait: εἰκοστὴν τῶν τε κλήρων καὶ τῶν δωρεῶν, ἃς ἂν οἱ τελευτῶντές τισι, πλὴν τῶν πάνυ συγγενῶν ἢ πενήτων, καταλείπωσι, κατεστήσατο. VALES.

§53. (l. 62.) τάς τε διαδοχὰς καὶ τὰς ἀτελείας] Duo ſunt ab Antonino Caracalla in ſucceſſionibus innovata. Primum enim jus ſuccedendi ab inteſtato ademit certis perſonis, quibus id tum ex legibus, tum ex conſtitutionibus Principum, tum ex edicto Prætoris competebat. Deinde immunitates viceſimæ hereditatum certis perſonis ab anterioribus Principibus conceſſas ſuſtulit: easque ſolas perſonas in ſucceſſionibus ab inteſtato admitti voluit, quibus immunitatem decimæ hereditatum, quam pro viceſima inſtituerat, conſtitutione ſua tribuebat, ut *Ulpianus* diſerte docet apud Ruffinum in Collatione legis Moſaicæ cap. ult. *Sed Imperator noſter in hereditatibus, quæ ab inteſtato deferuntur, eas ſolas perſonas voluit admitti, quibus decimæ immunitatem ipſe tribuit:* ad quem locum P. *Pithœus* (p. 191. Opp.) vir excellentis ingenii, recte quidem annotaverat, de XX. hereditatum ibi agi: ſed nec cur decima diceretur, nec quænam fuerit illa Antonini conſtitutio, aſſequi potuit. Proinde ob id quidem, quod ingenioſe ac feliciter deprehendit, laudem meretur: ſi quid vero ab eo, ut pote libris deſtituto, prætermiſſum eſt, id nos ſupplere debuimus: quod quidem a nobis beneficio hujus ſingularis loci aliqua ex parte præſtitum eſt. Nam cæteroqui quæ fuerint eæ perſonæ, quibus Caracalla decimam hereditatum remiſerat, id vero divinare non opis eſt noſtræ. Atque hæc in ſucceſſionibus ab inteſtato. In teſtamentariis autem idem Antoninus conſtituit, ut caduca omnia fiſco vindicarentur, quemadmodum Ulpianus in regulis ſcribit. VALES.

§54. (l. 63.) τοῖς πάνυ προσήκουσι] In libro LV. p. 565 E. πλὴν τῶν πάνυ συγγενῶν dixit Dio. Immunitas viceſimæ ex lege Julia domeſticis heredibus conceſſa erat, ut ait in Panegyrico *Plinius* c. 37. id eſt, ſuis, conſanguineis & agnatis, qui modo veteres eſſent cives. Poſtea Nerva novis civibus indulſit, ut quod ex matris ad liberos, ex liberorum bonis ad matrem perveniſſet, etiamſi cognationum jura non impetraſſent, cum civitatem adipiſcerentur, ejus viceſimam ne darent. Eandem immunitatem in bonis filii patri dedit, ſi modo is in poteſtatem patris rediiſſet. Sed Trajanus etiam exceptionem removit, patrique in bonis filii, tametſi is e poteſtate patris exiſſet, immunitatem tribuit. Cavit poſtremo, ut in ſororis bonis frater, & in fratris ſoror, utque avus, avia, in neptis nepotisque, & invicem illi immunes eſſent, ut teſtatur *Plinius* c. 37—40. Sed & Antoninus Pius (imo, Marcus. vide ad p. 814.) id vectigal abrogaſſe videtur, ſi credimus Zonaræ, cujus hæc ſunt verba: περὶ τούτου ἄδηλον, ὅτι καὶ [illegible] συγκλήτου καθῆκαν ψήφισμα, ὃ κατ' ἐπιταγὴν τοῦ Ἰ[illegible] Καίσαρος, θεσπίζον μηδενὶ ἐξεῖναι διαθήκην ποιεῖν, [illegible] ὡρισμένον τῷ κοινῷ καταλείψειν ταμείῳ. ὅθεν νομίζ[illegible] χρι τοῦδε ταῖς διαθήκαις ἐγγράφεσθαι, ὅτι τῷ βασιλικῷ ταμείῳ καταλείπω τόδε. quæ verba amplius conſideranda ſunt. VALES.

Locum Zonaræ nihil ad XX. hereditatum adtinere, contra Valeſium monuit *Spanhemius* in Orbe Rom. Exerc. II. c. 4. p. 206.

μαίους πάντας τοὺς ἐν τῇ ἀρχῇ αὐτοῦ, λόγῳ μὲν τιμῶν, ἔργῳ δὲ ὅπως πλείω αὐτῷ καὶ ἐκ τοῦ τοιούτου προσίῃ, διὰ τὸ [56] τοὺς ξένους τὰ πολλὰ αὐτῶν μὴ συντελεῖν, ἀπέδειξεν. ἔξω δὴ τούτων ἁπάντων,] καὶ οἰκίας αὐτῷ παντοδαπὰς, [l] ἐπειδὴ τῆς Ῥώμης ἐξώρμησε, καὶ
D καταλύσεις πολυτελεῖς ἐν μέσαις ταῖς ὁδοῖς καὶ ταῖς βραχυτάταις, οἰκείοις δαπανήμασι [m] κατασκευάζειν ἠναγκαζόμεθα· ἐν αἷς οὐχ ὅσον οὐκ ἐνῴκησέ ποτε, ἀλλ' οὐδὲ ὄψεσθαι αὐτῶν τινα ἔμελλε. προσέτι καὶ θέατρα κυνηγετικὰ, καὶ ἱπποδρόμους πανταχοῦ, ὅπουπερ καὶ ἐχείμασεν ἢ καὶ χειμάσειν ἤλπισε, κατεσκευάσαμεν, μηδὲν παρ' αὐτοῦ λαβόντες· καὶ αὐτίκα πάντα κατεσκάφη. οὕτω πως διὰ τοῦτο μόνον ἐγένετο, ἵν' ἡμεῖς ἐπιτριβῶμεν.

Αὐτὸς δὲ τὰ χρήματα ἔς τε τοὺς στρατιώτας, (ὡς ἔφαμεν) καὶ ἐς θηρία, ἵππους τε ἐδαπάνα. πάμπολλα γάρ τοι καὶ θηρία, [n] ἵππους
E τε καὶ βοτὰ, τὰ μὲν πλεῖστα παρ' ἡμῶν καὶ ἀνάγκῃ λαμβάνων, ἤδη δέ τινα καὶ ὠνούμενος, ἀπεκτίννυε· καί ποτε ἑκατὸν ὗς ἅμα αὐτοχειρίᾳ ἔσφαξεν. ἡρματηλάτει τε [57] τῇ οὐενετίῳ στολῇ χρώμενος. [o] ἦν γὰρ εἰς πάντα καὶ θερμότατος καὶ κουφότατος. πρὸς δὲ τούτοις εἶχε καὶ τὸ πανοῦργον τῆς μητρὸς, καὶ τῶν Σύρων, ὅθεν ἐκείνη ἦν. ἀγωνοθέτην δὲ ἢ τῶν ἐξελευθέρων τινὰ ἢ τῶν ἄλλων τῶν πλουσίων ἐκάθιζεν, ἵνα καὶ ἐν τούτῳ ἀναλίσκηται· [p] προσεκύνει [58] τε αὐτοὺς κάτωθεν τῇ

etiam omnibus qui in orbe Romano erant, civitatem dedit: ſpecie quidem ipſa eis honorem tribuens, ſed re vera ut fiſcum ſuum augeret: quippe cum peregrini pleraque horum vectigalium non penderent. Præter iſthæc, inquam, omnia,] cogebamur, quum ipſe Roma proficiſceretur, complures ei domos & ſumptuoſa diverſoria mediis in itineribus, atque iis brevisſimis, ædificare noſtris ſumptibus; in quibus non modo habitavit nunquam, ſed quorum ne videre quidem ullum habebat in animo. Præterea amphitheatra, & circos in omnibus locis, in quibus hiemavit, aut ſe ſperabat hiematurum, gratis exſtruximus, eaque omnia diruebantur illico: adeo id inſtituit propterea tantum ut nos attereret.

A.U.C.965 duobus Aſpris COSS.

10. Ipſe pecuniam erogabat in milites, ut diximus, & beſtias, & equos; dum complures feras manſuetasque beſtias interficeret, quarum maximam partem capiebat a nobis, coactis eas dare neceſſario, partem emebat ipſe: centum enim apros ſimul aliquando ſua manu confecit. Agitabat currus ornatu veneto, & ad omnia ardentiſſimus atque incitatiſſimus erat. Inerat ei fraus & malitia matris Syrorumque, ex quibus illa orta fuerat. Præficiebat autem certaminibus unum ex libertis, cæteriſve locupletibus, ut in ea magnos ſumptus facerent, eosque venerabatur ex inferiore loco, atque aureos ab iis quaſi

l ἐπειδὴ τῆς Ῥώμης ἐξώρμησε. hæc deſunt in Exc. Peir. *m* κατασκευάζειν. οἰκοδομῆσαι, Exc. Peir. *n* ἵππους τε. hæc in cod. Br. parentheſi incluſa & lineola ſubducta notantur, quaſi delenda: quod non abſurdum. mox παρ' ἡμῶν, παρ' ἡμῖν, apud nos. Pal. minus apte. Sylb. *o* ἦν γὰρ εἰς πάντα &c. hoc membrum de feritate, levitate & calliditate Antonini Syriaca ex matre, videtur Xiphilinus alieno loco intruſiſſe. eſt enim decerptum ex fragmento quod attulimus ad p. 873. & hic tuto omitti potuiſſet. *p* προσεκύνει. προσεκύλιε, Pal. ſed vulgatam lectionem probat ſimilis infra locus p. 913. B. Sylb. pro κάτωθεν, Caſaubonus ſcribi volebat κάτωθεν θεὰς, vel κάτω θεὰς, ſed recte lectionem vindicavit Salmaſius ad Capit. Verum p. 423.

p. 206. πάνυ συγγενεῖς autem vel προσήκοντας, viceſima liberandos lege Julia, latius, certe diſtinctius, quam Valeſius & Spanhemius, interpretari videtur *Burmannus* de Vectigal. p. 164. ita ut heredes omnes ab inteſtato, adeoque fratribus, ſororibus, patruelibus, conſobrinis deficientibus, etiam gentiles, nempe hoc caſu proximos, complectatur. Quam gentilium immunitatem a XX. ex altero Dionis loco, ita nuper contra Spanhemium vindicavit vir non indoctus, qui de Gentilitate veterum Romanorum ſingulari libro commentatus eſt, p. 168. ut πάνυ minus accurate reddi putet *proxime*, cum reddi debeat *omnino*; atque adeo Dio ſignificet omnes, qui *omnino* vel *plane* ſanguine juncti ſint. Nollem ſcriptum: aliud eſt πάνυ πάντες συγγενεῖς, aliud οἱ πάνυ συγγενεῖς, nam πάνυ nominibus ſic additum non omnes omnino ejus generis, ſed ſummum ejus gradum indicare, ſatis conſtat inter Græce doctos.

§ 55. (l. 63.) Ῥωμαίους πάντας] Hic vero locus liquido docet, quis fuerit auctor ejus conſtitutionis quam refert *Ulpianus* in lege 17. ff. (lib. I. tit. 5.) de ſtatu hominum. Neque enim Hadrianus, ut quibusdam Eccleſiæ Patribus placuit; neque Antoninus Pius, ut *Aurelius Victor* ſcripſit; (Cæſ. XVI. 12. qui tamen de Marco, non de Pio loquitur. vide *Burman.* Vectigal. p. 177. ſq.) nec poſtremo Marcus, ut Cujacio viſum eſt, eam Conſtitutionem tulere: ſed Antoninus Caracalla, quemadmodum hic ſcribit auctor certiſſimus, & qui illis temporibus vixit, Dio. Sed & ipſius Ulpiani verba ſatis id demonſtrant: *in orbe Rom. qui ſunt, ex conſtitutione Imp. Antonini cives Rom. effecti ſunt.* Etenim Ulpianus, quotiescunque Imp. Antoninum dicit, Caracallam perpetuo intelligit (vide *Spanh.* de U. N. T. I. p. 609.) Antoninum autem Pium, & M. Aurelium ſicubi deſignari vult, Divum Pium & Divum Marcum nominat, ut monuit me vir Cl. idemque in omni genere doctrinæ præſtans Hier. Bignonius in Pariſienſi Senatu Regis advocatus. (vide & *Petitum* de Legg. Att. p. 135. ſq. *Burmannum* p. 178 ſq. *Spanh* Diſſ. IX. p. 608. ſq.) Sed contra hanc ſententiam afferri poteſt locus *Spartiani* in Sev. c. 1. *Severus Africa oriundus, imperium obtinuit, cui civitas Lepti, pater Geta, majores equites Rom. ante civitatem omnibus datam.* Ex quo confici videtur, ante Caracallam civitatem omnibus in orbe Rom. degentibus datam fuiſſe. Verum reſponderi contra poteſt, omnibus datam civitatem in Spartiano de Leptitanis tantum intelligi. Sane in MS. codice non *omnibus* legitur, ſed *ſibi*, quod rectius eſt. VALES.

Qui ante & præter Valeſium, omnibus datam a Caracallo civitatem olfecerint, docebit laudatus *Burmannus* p. 175. ſqq. *Spanh.* Orb. Rom. p. 200. ſq. & ad Juliani Orat. I. p. 34. ſq. item *Ger. Noodt* de Uſufructu lib. I. c. 21. Opp. T. I. p. 441. Falli autem puto *Theod. Ryckium* virum eruditiſſimum ad Tac. Hiſt. I. 78. p. 335. ſq. & in addendis p. 500. ſq. quando Caracalli donationem non de jure Quiritium, ſed Latii interpretatur; quod potius poſt Caracalli conſtitutionem prorſus ſublatum eſſe dicendum eſt, ut oſtendit Eruditiſſimus *Trekelius* noſter in Selectis Antiquitatibus Rom. P. I. p. 174. qui totum hoc argumentum de jure Latii, Quiritium, Italico, civitatis, accuratiſſime excuſſit.

§ 56. (l. 66.) τοὺς ξένους τὰ πολλὰ μὴ συντελ.] Verbi gratia, viceſimam eorum qui manumitterentur, non ſolvebant peregrini. Lex enim illa ad eos ſolas manumiſſiones pertinebat, quibus manumiſſi civitatem Rom. conſequebantur. Similiter vectigal viceſimæ hereditatum peregrini non pendebant; ut diſerte docet *Plinius* in Gratiarum actione c. 37, 5. his verbis: *inveniebantur tamen, quibus tantus amor nominis noſtri ineſſet, ut Rom. civitatem non viceſimæ modo, ſed etiam affinitatum damno bene compenſari putarent.* Hereditates quoque peregrinorum non ſubjacebant legi caducariæ, & ratio eſt, quia peregrini non tenentur jure civili. VALES.

§ 57. (l. 87.) τῇ οὐενετίῳ στολῇ] Vide ad p. 735. D. § 26. & p. 870. § 8.

§ 58. (l. 93.) προσεκύνει αὐτοὺς κάτωθεν τῇ μάστιγι] *Salmaſius* ad Capitolini Verum p. 424. adducto hoc Dionis loco, quem ſollicitaverat Caſaubonus; *Hæc ſignificant, Caracallum aurigæ habitu, manu flagellum tenentem, ex inferiore parte adoraſſe agonothetas & aurum poſtulaſſe. Hoc enim eſt* τῇ μάστιγι προσκυνεῖν, *flagello ori admoto ſic adorare; quod alii ſola manu labris admota faciebant, at aurigæ nunquam ſine flagello. Quum igitur adorare vellent, flagellum ori admovebant.* κάτωθεν *autem ex inferiore loco, cum agonothetæ eſſent in ſuperiori.*

Vide

A.U.C.965 duobus Aspris COSS.

quaſi homo abjectiſſimus petebat. Dicebat ſe in agitandis curribus ſolem imitari, eaque in re maxime gloriabatur. Igitur quamdiu principatum tenuit Antoninus, adeo omnis orbis terrarum, qui erat ſub ejus imperio, vaſtatus eſt, ut ludis aliquando circenſibus populus Romanus præter alia hæc conclamaverit: “ Nos vivos perdimus, ut mortuos ſepeliamus. „ Crebro enim dicebat, pecuniam ſibi ſoli eſſe oportere, præterea nemini, ut eam largiretur militibus. Quumque Julia ipſum argueret aliquando, quod nimios ſumptus faceret in milites; diceretque, “ Jam nullus nobis modus pecuniæ conficiendæ, ſeu juſtus, ſeu injuſtus, relinquetur: „ gladium oſtentans, reſpondit: “ Bono animo es, mater: nam nobis, quamdiu hunc habebimus, pecunia non deerit. „

11. Præterea poſſeſſiones & pecuniam largiebatur aſſentatoribus. Dedit enim Junio Paulino decies ſeſtertium; quod, quum dicax eſſet, etiam ſe invitum adduci paſſus eſſet ad jaciendum in eum cavillum. Ajebat enim, eum iraſcenti ſimilem eſſe: quoniam ad ſpeciem vultus iracundioris quodammodo ſe componeret. Antoninus vero nullam rationem habebat rerum optimarum, (neque enim didicerat, id quod ipſe fatebatur) & ob eam cauſam nos, quos noverat bonarum quodammodo artium peritos eſſe, contemnebat. Severus quidem rebus omnibus, quæ ad virtutem pertinent, & corpus & animum ejus ita exercuerat; ut quum jam eſſet imperator, verſaretur cum doctoribus, ac magnam diei partem philoſopharetur; ungeretur etiam ſine balneo, & equitaret ad millia paſſuum XCIV. imo in natando inter fluctus ſe exerceret. Quibus ex rebus quanquam valuit viribus corporis, tamen doctrinam omnem oblivioni tradiderat, non aliter, quam ſi nomen ejus nunquam audiviſſet. Nec in loquendo tamen rudis, aut in judicando hebes erat; ſed pleraque tum intelligebat celerrime, tum exponebat

τῇ μάστιγι καὶ [59] χρυσοῦς ὥσπερ τις τῶν ταπεινοτάτων ᾔτει. καὶ ἔλεγε [60] κατὰ τὸν ἥλιον τῇ ἁρματηλασίᾳ χρῆσθαι, καὶ ἐσεμνύνετο ἐπ' αὐτῇ. οὕτω δὲ παρὰ πάντα τὸν τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ χρόνον πᾶσα ἡ γῆ ἡ ὑπακούουσα αὐτῷ ἐπορθήθη, ὥστε τοὺς Ῥωμαίους ποτὲ ἐν ἱπποδρομίᾳ ἄλλα τε συμβοῆσαι, καὶ ὅτι “ Τοὺς ζῶντας ἀπολοῦμεν, ἵνα τοὺς τεθνεῶτας θάψωμεν. „ καὶ γὰρ ἔλεγε πολλάκις, ὅτι “ Οὐδένα ἀνθρώπων πλὴν ἐμοῦ ἀργύριον ἔχειν δεῖ, ἵνα αὐτὸ τοῖς στρατιώταις χαρίζωμαι. „ καί ποτε τῆς Ἰουλίας [q] ἐπιτιμούσης αὐτῷ, ὅτι πολλὰ ἐς αὐτοὺς ἀνήλισκε, καὶ εἰπούσης ὅτι “ Οὐκέθ' ἡμῖν οὔτε δίκαιος οὔτ' ἄδικος πόρος ὑπολείπεται, „ ἀπεκρίνατο, τὸ ξίφος δείξας, ὅτι, “ Θάρσει μῆτερ· ἕως γὰρ ἂν τοῦτ' [r] ἔχωμεν, οὐδὲν ἡμᾶς ἐπιλείψει χρήματα. „ **875**

Καὶ μέντοι καὶ τοῖς κολακεύουσιν αὐτὸν καὶ κτήματα καὶ χρήματα ἀπένεμεν. Ἰουνίῳ γοῦν [s] Παυλίνῳ πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας ἐχαρίσατο, ὅτι καὶ ἄκων [61] διασιλλῶσαί τι αὐτὸν, σκωπτόλης ὢν, προήχθη. ἔφη γὰρ αὐτὸν [62] ὀργιζομένῳ τινὶ ἐοικέναι, ἐπεὶ πρὸς τὸ θυμοειδέστερόν πως ἑαυτὸν ἐσχημάτιζεν. οὐδὲν γὰρ τῶν καλῶν ἐλογίζετο· οὐδὲ γὰρ ἔμαθέ τι αὐτῶν, ὡς καὶ αὐτὸς ὡμολόγει. διόπερ καὶ ἐν ὀλιγωρίᾳ ἡμᾶς, τούς τι παιδείας [t] ἐχόμενον εἰδότας, ἐποιεῖτο. ὁ μὲν γὰρ Σεβῆρος καὶ πάνυ πᾶσι τοῖς εἰς ἀρετὴν τείνουσι καὶ κατὰ [u] τὸ σῶμα καὶ κατὰ τὴν ψυχὴν ἤσκησεν αὐτὸν, ὥστε καὶ αὐτοκράτορα ἤδη ὄντα καὶ διδασκάλοις συνεῖναι, καὶ τὸ πολὺ τῆς ἡμέρας φιλοσοφεῖν· [63] ἐξηραλοίφει τε, καὶ ἵππευε καὶ ἐς πεντήκοντα καὶ ἑπτακοσίους σταδίους· καὶ προσέτι καὶ νήχεσθαι καὶ ἐν κλύδωνι [x] ἠσκεῖτο. ὁ δὲ ἐκ μὲν τούτων τρόπον τινὰ ἐῤῥώσθη, τῆς δὲ δὴ παιδεύσεως, ὡς οὐδὲ τοὔνομα αὐτῆς [y] πώποτε ἀκηκοὼς, ἐπελάθετο. οὐ μέντοι καὶ [z] κακοῤῥήμων ἢ κακογνώμων ἦν, ἀλλὰ καὶ συνίει [a] τὰ πολλὰ ὀξύτατα, καὶ ἔφραζεν ἑτοιμότατα. τῇ τε γὰρ ἐξουσίᾳ καὶ τῇ προπετείᾳ, τῷ πάνθ' ὁμοίως [b] τὰ ἐπελ-

B

C

D

q ἐπιτιμούσης. ἐπιτιμώσης edidit Sylb. grammatice. r ἔχωμεν. ἔχομεν, RS Br. & Z. ſtatim, οὐδὲν ἡμᾶς ἐπιλείψει χρήματα. οὐδὲν ex Pal. & Zon. repoſitum pro vulgato οὐδὲ, inquit Sylb. ſed οὐδὲν jam eſt apud RS. ſic & Br. οὐδὲ in ſola HS. edit. min. & L. marg. χρήματα omittit Z. recte, judice Sylb. ſed hic forte οὐδὲν idem eſt ac *non*. s Παυλίνῳ. ſcribo Παυλλίνῳ. HS. ſic & Glandorpius. mox διασιλλῶσαι ſcripſi cum duplicato λ, ut p. 660. A. διαμωκῆσθαί τε καὶ διασιλλοῦν. & apud Heſych: διασιλλοῦν, διασύρειν. vulgo hic cum ſimplici λ legitur, & in Pal. ſtatim σκωπτόλης in Coisl. & edit. RS, ac Sylb. ſcribitur, σκωπτόλης in ceteris. t ἐχόμενον. ſic, pro ἐχομένους, quod RS. & HS. edit. min. habent, ſcribendum judicaverat Wolf. acceſſit Pal. unde receperunt ceteri. adde Br. ſed pro τι in Pal. perperam ſcriptum eſt τε. u κατὰ τὸ σῶμα. κατὰ σῶμα RS. & HS. edit. min. ceteri addiderunt τὸ ex Suida in Ἀντωνῖνος. ſic & Br. x ἠσκεῖτο. ſic ſcripſi ex Suida pro vulgato ἤσκητο. præcedit enim ἐξηραλοίφει, ἵππευε. y πώποτε. ſic Suidas. vulgo ποτέ. z κακοῤῥήμων ἢ. hæc omiſſa ſunt in RS. & HS. min. edit. addita a ceteris ex Suida. a τὰ πολλὰ. πολλὰ, Suid.

Vide *eund.* ad Vopiſci Probum p. 687. & *Dionem* p. 913. B. Perperam *Petrus Faber* Agoniſt. I. 19. hoc factum Caracalli comparat cum illo Neronis τοὺς ἀγωνοθέτας τούς τε μαστιγοφόρους φοβουμένου p. 719. D. quaſi Caracallus *liberto velut agonothetæ virgam tenenti venerabundus ſupplicarit.* μάστιξ enim hic non eſt agonothetæ, aut potius μαστιγοφόρου, ſed ipſius Caracalli aurigantis, ut recte Salmaſius.

§ 59. (l. 94.) χρυσοῦς] *Capitolinus* in Vero c. 6. refert, primum ſub Vero, in gratiam Volucris equi, coeptum eſſe, equis aureos vel bravia poſtulare. Sed bravia illa equis petita, ſeparata erant ab aureis, quos ſibi petebant aurigæ. Nam dudum ante Verum aurigæ victores aureos petebant. *Sueton.* Claud. 21, 10. nempe vulgo non ultra quinque licebat. *Scholiaſtes Juvenal.* VII. 243. atque hoc vili pretio Antoninus videtur contentus fuiſſe, ὥσπερ τις τῶν ταπεινοτάτων, uti & Elagabalus p. 913. B ſed Commodus aurigator longe plura flagitavit. p. 826. § 125 ſq.

§ 60. (l. 95.) κατὰ τὸν ἥλιον] Hinc plures numi Antonini, ubi in averſa quadriga aurigante ſole. Vide *Mediob.* in Caracallo, & *Triſtanum* II. p. 172. ſq. & quæ ſupra de Nerone p. 718. § 23.

§ 61. (l. 14.) διασιλλῶσαί τι αὐτὸν] Confer de hac voce Cl. *Hemſterhuſium* ad Polluc. IX. 148 & Lucian. Prometheo c. 8. T. I. p. 192.

§ 62. (l. 15.) ὀργιζομένῳ τινὶ ἐοικέναι] Vultu [illegible] tior re vera fuit, *Spart.* c. 2. & ὀργῇ πάντα πράττ[illegible] λῶν μᾶλλον ἢ πάθων, φίλῳ καὶ οὐκ ἐοικώς φίλους [illegible] *rodian* IV. 3, 8. φύσει ὀργίλος καὶ φονικώτατος. Id[illegible] Quare non video quid acuminis aut leporis dicto [illegible] niſi quod cum natura iracundus & vultu truculent[illegible] ciem tantum ejus habere diceretur. Tamen ſcurril[illegible] cebat Antonino, quod in ea vultus compoſitione [illegible] & majeſtatem quæreret.

§ 63. (l. 26.) ἐξηραλοίφει] Unctiones ſiccæ dicebantur, quæ ſine balneo præcedente fiebant, χωρὶς λουτρῶν [illegible], ut conſtat vel ex Lexicographis. Pertinebat hoc ad [illegible] diſciplinam militarem, qua militibus non licebat [illegible] vide p. 876. C.

ἐπελθόντα οἱ ἀπερισκέπτως ἐκλαλεῖν, [b] καὶ τῷ μηδὲν αὐτῶν ἐκφαίνειν αἰσχύνεσθαι, καὶ ἐπιτυχίᾳ τινὶ πολλάκις περιέπιπτε. [c] [ἀλλ' ὁ αὐτὸς αὐτογνωμονῶν πολλὰ ἐσφάλη. πάντα τε γὰρ οὐχ ὅτι εἰδέναι, ἀλλὰ καὶ μόνος εἰδέναι ἤθελε· καὶ πάντα οὐχ ὅτι δύνασθαι, ἀλλὰ καὶ μόνος δύνασθαι ἠβούλετο. καὶ διὰ τοῦτο οὔτε τινὶ συμβούλῳ ἐχρῆτο, καὶ τοῖς χρηστόν τι εἰδόσιν ἐφθόνει. ἐφίλησε μὲν γὰρ οὐδένα πώποτε, ἐμίσησε δὲ πάντας τοὺς προφέροντας ἔν τινι, μάλιστα δὲ οὓς μάλιστα ἀγαπᾷν προσεποιεῖτο· καὶ αὐτῶν συχνοὺς καὶ διέφθειρε τρόπον τινά. ἐφόνευσε μὲν γὰρ καὶ ἐκ τοῦ φανεροῦ πολλούς· ἤδη δὲ καὶ πέμπων τινὰς ἐς ἔθνη μὴ ἐπιτήδεια σφίσιν, ἀλλ' ἐναντία τῇ τοῦ σώματος αὐτῶν καταστάσει, τὴν τοῦ ἀέρος ἀκρασίαν ἔχοντα, οὕτως αὐτοὺς ὡς καὶ πάνυ τιμῶν ὑπεξῄρει, τοὺς μὲν καύμασι, τοὺς δὲ ψύχεσιν ἀκράτοις, οἷς οὐκ ἔχαιρεν, ἐκδιδούς. εἰ δ' οὖν καὶ ἐφείδετό τινων μὴ ἀποκτεῖναι σφᾶς, ἀλλ' ἐπίεζέ γε αὐτοὺς ὥστε καὶ κηλιδοῦσθαι.]

Τὸ μὲν οὖν σύμπαν, τοιοῦτος ἦν· [64] ἐν δὲ τοῖς πολέμοις ὁποῖος, ἐροῦμεν. [d] [* ὁ [65] Ἄυγαρος ὁ τῶν Ὀσροηνῶν βασιλεὺς, ἐπειδὴ ἅπαξ ἐγκρατὴς τῶν ὁμοφύλων ἐγένετο, οὐδὲν ὅ τι τῶν δεινοτάτων τοὺς προέχοντας αὐτῶν οὐκ ἐξειργάσατο. λόγῳ μὲν ἐς τὰ τῶν Ῥωμαίων ἤθη μεθίστασθαι ἠνάγκαζεν, ἔργῳ δὲ τῆς κατ' αὐτῶν ἐξουσίας ἀπλήστως ἐνεφορεῖτο. *] ἠπατηκὼς γὰρ τὸν βασιλέα τῶν Ὀσροηνῶν Ἄυγαρον, [66] ὡς δὴ παρὰ φίλον αὐτὸν ἥκειν, ἔπειτα συλλαβὼν ἔδησε, καὶ τὴν Ὀσροηνὴν οὕτω ἀβασίλευτον οὖσαν λοιπὸν ἐχειρώσατο. E — [67] τὸν δὲ τῶν Ἀρμενίων βασιλέα διαφερόμενον μετὰ τῶν ἰδίων παίδων, ἐκάλεσε μὲν φιλικοῖς γράμμασιν, ὡς δὴ εἰρηνεύσων αὐτούς· ἔδρασε δὲ καὶ [e] περὶ τούτους ἃ καὶ περὶ τὸν Ἄυγαρον. οὐ μὴν καὶ οἱ Ἀρμένιοι προσεχώρησαν αὐτῷ, ἀλλ' εἰς ὅπλα ἐχώρησαν, καὶ οὐκέτ' οὐδεὶς [f] αὐτῶν τὸ παράπαν οὐδὲν ἐπίστευσεν ὥστε καὶ ἔργῳ αὐτὸν ἐκμαθεῖν, ὅσον αὐτοκράτορι ζημίωμα

A.U.C. 965 duobus Aſpris COSS.

nebat promptiſſime. Nam ex ipſa licentia & temeritate, dum omnia pariter, quæ in mentem veniſſent, abſque conſideratione diceret, nec eum quidquam illorum efferre puderet, ſæpius caſu aliquid aſſequebatur. [Idem tamen judicio ſuo nimis fidens, plerumque male rem egit. Non enim ſolum omnia, ſed etiam ſolus noſſe, volebat videri: neque omnia tantum poſſe ſatis habebat, niſi & ſolus poſſet. Proinde nullius conſilio utebatur, & cujuscunque utilis rei peritis invidebat. Neminem certe unquam amavit; oderat vero omnes qui aliqua parte excellerent, maxime eos, quos ab ſe præcipue amari ſimulabat; quorum & plurimos variis artibus ſuſtulit. Etenim multos quidem aperte necavit, quosdam vero in provincias miſſos, conſtitutioni corporis eorum minus commodas ob aëris intemperiem, per ſpeciem magni honoris tollebat e medio, cum aut æſtui aut frigori immodico eos, quibus infenſus erat, exponeret. Quodſi forte a quorundam abſtineret cæde, eos tamen ita vexabat, ut parte aliqua corporis debilitarentur.]

12. Quum tali ſummatim ingenio præditus fuerit, nunc quemadmodum ſe in bello geſſerit, dicendum eſt. [* Augarus Oſroënorum rex, poſtquam imperium in populares abunde ſibi firmaſſe viſus eſt, nullum non genus crudelitatis in principes eorum exercuit; cum ſpecie quidem eos ad mores populi Romani tranſire cogeret, re autem ipſa licenter in eos abuteretur potentia ſua. *] Quum vero ad ipſum, tanquam ad amicum, Augarus rex Oſroenorum fraude pellectus veniſſet, comprehenſum conjecit in vincula, & Oſroenem jam rege deſtitutam cepit. Regem item Armeniorum, qui cum filiis diſſentiebat, ad ſe amice per literas vocavit, velut inter eos pacem facturus; ſed eodem illos modo, quo Augarum, tractavit. Armenii tamen arma capere, quam ad ipſum deficere maluerunt: nec amplius ei quisquam ulla in re fidebat, ſic ut re ipſa cognoſceret, quam grave

b καὶ τῷ μηδὲν αὐτῶν. vulgo: καὶ σὺν τῷ μηδὲν αὐτῶν. ſed σὺν redundans non legitur apud Suid. & in Exc. Peir. contra minus recte apud Suid. μηδενὶ, pro μηδέν. paulo ante, pro τὰ ἐπελθόντα οἱ, Peir. & Suidas habent τά οἱ προστιτάμενά, minus recte. leg. παριστάμενα. *c* ἀλλ' ὁ αὐτὸς αὐτογνωμονῶν &c. acceſſio facta ex Exc. Peir. p. 746. lin. 49. forte ἐναντίαν, & l. 53. ἔχαιρον ſcribendum. *d* ὁ Ἄυγαρος ὁ τῶν Ὀσροηνῶν. fragmentum Dionis ex Exc. Peir. l. c. quod huc omnino pertinet, quanquam abruptum nimis, unde aſteriſcos addidi. *e* περὶ τούτους. παρὰ τούτους, RS. Pal. Coisl. parum apte. Sylb. præcedens δὲ omittit RS. & HS. *f* αὐτῶν. forte αὐτῷ.

§64. (l. 57.) ἐν δὲ τοῖς πολέμοις] Supra p. 874. C. πολέμους ἐκ πολέμων σκηπτόμενος. Galliam primo petiit, turbatisque ibi cunctis, ad orientem *profectione parata*, in *Dacia* reſedit, circa Rhætiam non paucos barbaros interemit, Germanos ſubegit, Germanicus inde appellatus: per Thracias deinde in Aſiam profectus, ad bellum Armeniacum & Parthicum converſus eſt, magna prius cæde Alexandriæ facta. Hæc *Spartianus* c. 5. ſq. Hinc apparet, Dionem noluiſſe bella ordine temporis perſequi; alioqui de Germanico prius dicendum erat.

§65. (l. 58.) Ἄγβαρος] Hunc amicitiæ ſpecie ad ſe evocatum Caracalla in vincula conjecit, atque ita regno illius potitus eſt, ut ex integro Dionis exemplari ſcribit *Zonaras* & *Xiphilinus*. Idem videtur eſſe, qui a Severo magnificentiſſime erat exceptus, cum Romam ad eum veniſſet, ut ſcribit *Herodianus* III. 9. 5. & *Dio* p. 914. B. ἀνήχθη δὲ τὴν Ῥώμην ὑπὸ πομπῆς ... καὶ οὔτε οὗτε Ἄγβαρος ἐπὶ τοῦ Σεβήρου, οὔτε Τηριδάτης ἐπὶ Νέρωνος ἔσχεν. VALES.

§66. (l. 65) ὡς παρὰ φίλον αὐτὸν ἥκειν] Tranſierat enim olim a Peſcennio ad Severum, & liberos obſides dederat, ſagittariosque auxilio miſerat, ut auctor eſt *Herodianus* III. 9. 5. ideo a Severo Romæ acceptus ſplendidiſſime. §65. Numos ejus explicat Illuſtris *Spanhemius* de U. N. Diſſ. VIII. p. 535. ſq. inter quos unus aſſumtum ab eo in gratiam Severi nomen Σεπτίμιος præfert. Secundum *Africanum* in Euſebii Chronico ſub Macrino Abgarus vir ſanctus Edeſſæ regnavit: unde forte colligas, eum ab Macrino reſtitutum & Chriſtianum fuiſſe, quare & τοῦ πρώτου Ἀυγάρου ὁμώνυμον fuiſſe obſervat Africanus, ejus nempe qui ad Chriſtum literas ſcripſiſſe dicitur.

§67. (l. 68.) τὸν τῶν Ἀρμενίων βασιλέα] Eſt hic, ut puto, Sanatruces Armeniæ rex, de quo ſupra p. 854. §56. pariter Severi & Romanorum amicus. *Herodian.* III. 9. 3. Hujus filii, *Vologæſus* III. Parthiæ rex, qui a Severo partem Armeniæ pacis cauſa impetraverat, p. 854. D. *Artabanus*, qui cum Vologæſo de regno contendit, idque poſt mortem ejus ſolus obtinuit, p. 886. ſq. *Teridates*, qui ſe itidem cum Severo contra Vologæſum conjunxerat, p. 878. C. denique *Arſaces*, qui ab Artabano fratre rex Armeniæ ſalutatus eſt. Igitur & Sanatruces cum filiis, & hi inter ſe diſſidebant, Sanatruce, ut videtur, & Teridate cum Romanis faciente, Vologæſo autem, & poſtea Artabano Armeniæ inhiantibus. Veniſſe ergo Sanatrucem & filium Teridatem, imo & uxorem Sanatrucis, ut colligo ex p. 887. B. quippe confiſos amicitia cum Romanis, ad Antoninum, veriſimile eſt; certe plures veniſſe. Dio ſtatim indicat: ἔδρασε δὲ καὶ περὶ τούτους ἃ καὶ περὶ τὸν Ἄυγαρον. & Teridatem in hoc numero fuiſſe dicit p. 878. C. ubi is a Romanis ad Vologæſum fratrem transfugiſſe, & ab Antonino repetitus eſſe dicitur.

A.U.C.965 duobus Aspris COSS.

grave damnum ferat imperatori, fraudulentum aliquid in amicos admittere. [Idem ſe multum jactabat, quod Vologæſo Parthorum rege mortuo, ejus filii de regno inter ſe certabant; cum id quod caſu evenerat, ipſe conſilio ſuo factum eſſe fingeret. Adeo & diſſenſione fratrum, & extraneorum mutuis cædibus aſſidue gaudebat.] Neque veritus eſt ſcribere ad ſenatum de regibus Parthorum, quod quum fratres eſſent, & diſſiderent inter ſe, respublica Parthorum ex eorum diſſenſione magnum detrimentum acceptura eſſet: quaſi vero ob eam cauſam poſſet res barbarorum interire, & reſpublica Romana ſalva eſſet, ac non omni modo penitus everſa; non ſolum quod cum magno malo civium, tot ac tanta præmia pro cæde fratris dederat militibus, ſed etiam quod bene multi rei facti erant per calumniam, non modo ii, qui ad Getam ſeu Cæſarem ſeu Imperatorem aliquid ſcripſerant, aut munera attulerant, ſed etiam reliqui omnes, quibus nihil unquam rei cum illo fuerat. Nam ſi quis vel ſolum nomen Getæ ſcripſiſſet aut pronuntiaſſet, ſtatim morte mulctabatur; adeo, ut ne poetæ quidem in comœdiis eo nomine deinceps uterentur: quin bona eorum proſcripta ſunt omnium, in quorum teſtamentis id nomen inveniebatur ſcriptum. [Fecit enim multa pecuniæ quærendæ cauſa. Tum & odii in mortuum fratrem ſpecimen dedit, ſublatis ludis qui natali ejus fiebant. Succenſebat & ſaxis quæ ejusdem imagines ſuſtinebant: monetam præterea illius imagine ſignatam conflavit. Neque his tamen contentus, tempore natalitiorum fratris vel maxime & ipſe ſe flagitiis omnibus dedidit, & alios ad cædes nefarie perpetrandas impulit, hæc quaſi parentalia quotannis fratris manibus celebrans.]

13. In

μά ἐςι, τὸ τὶ ἀπατηλὸν πρὸς φίλους πρᾶξαι. [g] [ὁ αὐτὸς μέγιςον ἐμεγαλοφρόνει, ὅτι τοῦ Βολογαίσου τοῦ τῶν Πάρθων βασιλέως τελευτήσαντος, [68] οἱ παῖδες περὶ τῆς βασιλείας ἐμάχοντο, ὡς ἐξ ἰδίας παρασκευῆς, τὸ κατὰ τύχην συμβὰν γεγονὸς προσποιούμενος. οὕτω που σφόδρα αἰεὶ καὶ τῷ ἔργῳ καὶ τῇ διχοςασίᾳ τῇ τῶν ἀδελφῶν, καὶ τῇ τῶν ἀλλοτρίων ἀλληλοφονίᾳ ἔχαιρεν.] οὐκ ὤκνησε δὲ γράψαι πρὸς τὸ συνέδριον καὶ περὶ 876
τῶν ἐν Πάρθοις βασιλευόντων, ἀδελφῶν τε ὄντων καὶ πρὸς ἀλλήλους ςασιαζόντων, ὅτι ἡ τῶν ἀδελφῶν διαφορὰ μέγα τι κακὸν τὸ κοινὸν τῶν Πάρθων ἐργάσηται· ὥσπερ που τῶν βαρβαρικῶν πραγμάτων φθαρῆναι διὰ τοῦτο δυναμένων, τῶν δὲ Ῥωμαϊκῶν σεσωσμένων, ἀλλ᾽ οὐκ ἄρδην τρόπον τινὰ ἀνατετραμμένων, οὐ κατ᾽ ἐκεῖνο μόνον, ὅτι ἐπὶ μεγάλῳ τῶν ἀνθρώπων κακῷ τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα B
τῆς τοῦ ἀδελφοῦ [69] σφαγῆς ὑποφόνια τοῖς ςρατιώταις ἐδεδώκει, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ [h] πάμπολλοι ἐσυκοφαντήθησαν, οὐχ ὅπως οἱ [70] ἐπιςείλαντές τι ἢ δορυφορήσαντες αὐτῷ, ἢ Καίσαρι ἔτι ὄντι, ἢ καὶ αὐτοκράτορι γενομένῳ, ἀλλὰ καὶ οἱ λοιποὶ οἷς μηδεπώποτε πρᾶγμα πρὸς αὐτὸν ἐγεγόνει. καὶ εἴ γέ τις ἔγραψε τὸ ὄνομα τὸ τοῦ Γέτα μόνον, ἢ εἶπε μόνον, εὐθὺς ἀπώλετο. ὅθεν οὐδ᾽ ἐν ταῖς κωμῳδίαις οἱ ποιηταὶ ἔτι αὐτῷ ἐχρῶντο· καὶ γὰρ καὶ [i] οὐσίαι πάντων, ὧν ἐν ταῖς διαθήκαις αὐτοῦ τὸ ὄνομα γεγραμμένον εὑρέθη, ἐδημοσιώθησαν. C
[πολλὰ γὰρ καὶ ἀργυρολογίας ἕνεκα ἐποίει· καὶ [71] μῖσος πρὸς τὸν τετελευτηκότα ἀδελφὸν ἐπεδείκνυτο, καταλύσας τὴν [72] τῶν γενεσίων αὐτοῦ τιμὴν, καὶ τοῖς τὰς εἰκόνας αὐτοῦ βαςάσασι λίθοις ὠργίζετο, καὶ τὸ νόμισμα τὸ προφέρον αὐτὸν συνεχώνευσε. καὶ οὐδὲ ταῦτα ἀπέχρησεν αὐτῷ· ἀλλὰ καὶ τότε μάλιστα ἀνοσιουργεῖν ἐπετήδευσε, καὶ τοὺς ἄλλους μιαιφονεῖν ἠνάγκαζεν, ὥσπερ τινὰ ἐναγισμὸν ἐτήσιον τῷ ἀδελφῷ ποιούμενος.]

[g] ὁ αὐτὸς μέγιςον ἐμεγαλοφρόνει &c. vid. Exc Peir. p. 476. ſq. quæ ſequuntur de literis ad ſenatum ſcriptis ob diſſenſionem Parthorum, pleniora ſunt in Xiph. quam in Exc. Peir. [h] καὶ πάμπολλοι. καὶ omittunt RS. & HS. edit. min. habet & Coisl. [i] καὶ οὐσίαι. καὶ αἱ οὐσίαι, Coisl. Br.

§68. (l. 79.) οἱ παῖδες περὶ τῆς βασ. ἐμάχοντο] Non concilio cum hiſtoria. Vologæſo enim mortuo, non filii ejus inter ſe, ſed fratres contenderunt, ut ſtatim eſt apud Xiphilinum: τῶν ἐν Πάρθοις βασιλευόντων, ἀδελφῶν τε ὄντων, καὶ πρὸς ἀλλήλους ςασιαζόντων. Sane Artabanus, qui Vologæſo ſucceſſit, frater fuit Vologæſi, non filius. Dicendum erat τοῦ Σανατρούκου τελευτήσαντος παῖδες.

§69. (l. 93.) σφαγῆς ὑποφόνια] Vide p. 872. §23.

§70. (l. 95.) ἐπιςείλαντές τι ἢ δορυφορήσαντες αὐτῷ] Non ferendum hoc loco videtur illud δορυφορήσαντες, certe ſenſu cuſtodum corporis. Calumniæ, materiam requirunt actionum clandeſtinarum ſuſpicionibus & criminationi obnoxiarum. vide *Herodian.* IV. 6, 5. Sed nullis opus erat ſuſpicionibus aut mendaciis, ut quis corporis Getæ cuſtos fuiſſe oſtenderetur. Etiam ſatellites Getæ dudum interemti erant, ut narravit Dio p. 872 D. §28. neque vel producti iterum in ſcenam, viris nobiliſſimis, qui cum Cæſare aut Imperatore ἀπόῤῥητα per literas communicabant, quibusque & ipſe ſcribebat, teſte *Herodiano* IV. 3, 3. jungi potuiſſe videntur. Quare δωροφορήσαντες ſcribendum puto, ut indicentur, qui Getæ, Cæſari aut Imperatori, ad captandam ejus benevolentiam, vel teſtandæ devotionis cauſa, munera miſiſſent. Venit mihi in mentem recordari lectionis ſimilis apud *Lucianum* Dial. Mort. VI. 3. T. I. p. 351. ubi teſtamenta aucupantes a divitibus ἐν ταῖς διαθήκαις ἀπεκλείσθησαν οἱ πάλαι δωροφορήσαντες. Quanquam vero id verbi apud Lucianum ſæpius tribuitur paraſitis & aſſentatoribus; tamen eo quidem loco non abſurde quidam malunt δωροφορήσαντες, ſequitur enim: ὥς ἔγωγε, ὅσον αὐτίκα οἰόμενος ἐπιβήσειν αὐτὸν τῆς σοροῦ, ἐπεμπόν τε πολλὰ, ὡς μὴ ὑπερβάλλοιντό με οἱ ἀντεραςαὶ τῇ μεγαλοδωρεᾷ. ὁ δὲ τοσοῦτόν μοι δέλεαρ καταπιὼν ἐφειςήκει θαπτομένῳ πρώην ἐπιγελῶν.

§71. (l. 4.) μῖσος πρὸς τὸν τετελευτηκότα ἀδελφὸν] Contraria his dicere videtur *Spartianus* Carac. c. 3. *eum* (Getam) *& imaginem ejus honoravit*, & in Geta c 2. *denique eum inter divos retulit, atque ideo utcumque rediit cum fama in gratiam parricida.* c. 7. *mirum ſane omnibus videbatur, quod mortem Getæ toties ipſe etiam fleret, quoties nominis ejus mentio fieret, & quoties imago videretur aut ſtatua.* Quomodo ergo Dio: τοῖς τὰς εἰκόνας αὐτοῦ βαςάσασι λίθοις ὠργίζετο? Sed ipſe Spartianus varietatem Antonini hac in re notat c. 7. & in Carac. c. 3. 4. ut facile hæc concilientur: & Dioni per ſe, teſti oculato, quin oculis noſtris, major fides. Nam de imaginibus Getæ *Fabrettus* ad Col. Traj. p. 38. *exciſi viſuntur ejus* (Getæ) *vultus a clypeis, quibus aquilæ legionares ornantur, [illegible] & integra ejus imago in arcu argentariorum ad forum Boarium.* Idem *Frabrettus* p. 36. ſqq. ex tribus marmoribus & una lamina ærea demonſtrat, non tantum integrum Getæ nomen ſæpius eraſum eſſe, ſed & in Juliæ MATRIS AUG. appellatione propterea G poſterius deletum eſſe, ne viderentur Geta ſimul cum Antonino indicari. Nihil manifeſtius lapide apud *Gruterum* p. XXXII. 10. ubi poſt Severi & Antonini nomina deletus eſt integer verſus, ſic tamen ut in fine remaneat CÆS. ſequitur ET JULIÆ AUG. MATRIS. ubi neutiquam poteſt Plautianus infarciri, ſed neceſſario P. SEPTIM. GETÆ ſuppleri debet. Idemque dicendum de inſcriptione arcus triumphalis Severi A. U. C. 956. poſt Aprilem erecti, [illegible] quæ de tempore mortis Plautiani diſputavimus p. 857. §81. p. 862. §118. Quare non video, quomodo negari a *Fontanino*, viro exquiſitæ doctrinæ, potuerit, Caracallum [illegible] memoriam fratris Getæ voluiſſe.

§72. (l. 6.) τῶν γενεσίων αὐτοῦ] Inter τὰ γενέσια ac γενέθλια, id diſcriminis duntaxat ponit Dio, quod [illegible] ſemper de mortuis, γενέθλια de viventibus dicit. Utroque autem nomine

Ἐν μέντοι ταῖς ἀνάγκαις καὶ κατεπειγούσαις στρατείαις λιτὸς ἦν καὶ ἀπέριττος, τὰ μὲν [73] διακονικὰ ὑπηρετήματα καὶ πάνυ ἀκριβῶς ἐξ ἴσου τοῖς ἄλλοις διαπονούμενος. καὶ γὰρ συνεβάδιζε τοῖς στρατιώταις, καὶ συνέτρεχε, [74] μὴ λουτρῷ χρώμενος, μὴ τὴν ἐσθῆτα ἀλλάσσων, ἀλλὰ καὶ πᾶν ἔργον συνεργαζόμενος, καὶ [75] πᾶσαν τροφὴν τὴν αὐτὴν ἐκείνοις αἱρούμενος· καὶ πολλάκις [k] καὶ πρὸς τοὺς
D προέχοντας τῶν πολεμίων πέμπων, [l] προεκαλεῖτο αὐτοὺς εἰς μονομαχίαν· τὰ δὲ [k] δὴ στρατηγικά, ὧν πέρ που καὶ μάλιστα διαπεφυκέναι αὐτὸν ἐχρῆν, ἥκιστα καλῶς μεταχειριζόμενος, ὡς ἂν τῆς νίκης ἐν ἐκείνοις τοῖς ὑπηρετήμασιν, ἀλλ' οὐκ ἐν ταύτῃ τῇ ἐπιστήμῃ οὔσης. [m] [οὐ μέντοι καὶ [76] τὰ Κελτικὰ ἔθνη, οὔθ' ἡδονήν, οὔτε σοφίας ἢ ἀνδρείας προσποίησίν τινα ἤνεγκεν, ἀλλὰ καὶ πάνυ, καὶ ἀπατεῶνα, καὶ εὐήθη, καὶ δειλότατον αὐτὸν ἐξήλεγξεν ὄντα. καὶ γὰρ ὁ Ἀντωνῖνος [77] ἐς τοὺς [n] Ἀλαμβαννοὺς στρατεύσας, διέταττεν εἴ πού τι χωρίον ἐπιτήδειον πρὸς ἐνοίκησιν εἶδεν· ἐνταῦθα Φρούριον τειχισθήτω. καὶ ἐπωνυμίας γέ τινας τοῖς τόποις ἀφ' ἑαυτοῦ ἐπωνόμαζε, τῶν ἐπιχωρίων μὴ ἀλλοιουμένων. οἱ μὲν γὰρ ἠγνόουν, οἱ δὲ παίζειν αὐτὸν ἐδόκουν. ἐξ οὗ δὴ καταφρονήσας αὐτῶν οὐδὲ ἐκείνων ἀπέσχετο, ἀλλ' οἷς συμμαχήσων ἀφῖχθαι ἔλεγε, [o] τούτους τὰ τῶν πολεμιωτάτων ἔδρασε. συνεκάλεσε γὰρ τὴν ἡλικίαν αὐτῶν, ὡς καὶ μισθοφορήσουσαν, καὶ πᾶσαν, ἀπὸ παραγγέλματος, [78] αὐτὸς τὴν ἀσπίδα ἀναδείξας, ἐνεκυκλώσατο καὶ κατέκοψε, καὶ τοὺς λοιπούς, περιπέμψας ἱππέας, συνέλαβε. * ὅτι ὁ Ἀντωνῖνος Πανδίονα, ἄνδρα πρότερον μὲν ἡνιόχων ὑπηρέτην γενόμενον, ἐν δὲ τῷ πολέμῳ τῷ πρὸς Ἀλαμβαννοὺς ἁρματηλατοῦντα αὐτῷ, καὶ κατὰ τοῦτο καὶ ἑταῖρον ὄντα καὶ συστρατιώτην, ἐπῃνεῖτο ἐν τῇ γερουσίᾳ διὰ γραμμάτων, ὡς καὶ ἐκ κινδύνου τινὸς ἐξαισίου ὑπ' αὐτοῦ

13. In neceſſitatibus vero, & urgentibus bellis, vilibus contentus nec ſumtuoſus erat; quanquam ita diligenter obibat miniſteria ſervilia pariter cum cæteris militibus, ut cum iis pedibus iter faceret, una curreret, non uteretur balneo, non veſtem mutaret, ſed quodlibet opus una cum ipſis faceret, & quemvis cibum eundem cum illis caperet, ac ſæpenumero ex hoſtibus eos, qui præſtarent cæteris, ad ſingulare certamen invitaret: quum interim imperatoris officio, quo ipſum vel maxime adſuefactum eſſe oportebat, peſſime fungeretur; quaſi victoria in illis miniſteriis poſita eſſet, non in hac ſcientia rei militaris. [Cæterum Germanicæ gentes nec voluptatem ejus, nec prudentiæ ac fortitudinis vanam ſpeciem tolerare potuerunt; ſed fallaciam ejus ac ſtultitiam atque ignaviam apertiſſime convicerunt. Antoninus enim ad Alamannos profectus, ſicubi locum ad habitandum idoneum viderat, ſtatim præcipiebat, ut illic caſtellum conſtrueretur, & cognomenta quædam locis de ſuo nomine dabat, indigenis haud quaquam alieno animo id ferentibus. Alii enim id penitus ignorabant, alii ludere eum putabant. Proinde Antoninus patientiam illorum deſpiciens, ne ab iis quidem abſtinuit; ſed quibus auxilio ſe veniſſe dicebat, eos acerrimi inſtar hoſtis accepit. Convocata enim eorum juventute, quaſi eam inter auxilia conſcripturus eſſet, ipſe ex compoſito, clypeum oſtentans, univerſam circumdedit & concidit; reliquos circummiſſis equitibus comprehendit. * Antoninus Pandionem quendam, qui olim quidem aurigarum miniſter fuerat, bello autem Alamannico currum ipſius rexerat, eamque ob cauſam & ſodalis ejus & commilito erat, literis ad ſenatum miſſis laudavit, tanquam ab ingenti aliquo diſcri-

A.U.C.965 duobus Aſpris COSS.

A.U.C.966 Antonino IV. & Cæl. Balbino COSS.

k καὶ πρὸς τοὺς. & deinde τάδε δὴ στρατ. particulæ καὶ & δὴ additæ ex Pal. & Br. deſiderantur in RS. & HS. edit. min. *l* προεκαλεῖτο. id repoſui ex Z. aptius nimirum, quam vulgatum παρεκαλεῖτο. *m* οὐ μέντοι καὶ τὰ Κελτικὰ &c. fragmenta ſunt ex Exc. Peir. p. 749. ſed non ſatis cohærentia, unde illa aſteriſcis diſtinxi. *n* Ἀλαμβαννούς. ſcripſi, ut bis infra, pro Ἀλβανούς. *o* τούτους τὰ τῶν πολεμιωτάτων ἔδρασε. ſcripſi τούτους, pro τούτοις, quod eſt apud Valeſ. nec enim hanc conſtructionem Dativi ferre videtur verbum.

nomine diem natalem intelligit. At veteres Græci diem, quo quis mortuus eſt, γενέσια dicebant, teſte Heſychio & Ammonio Grammatico, & parentalia ſic vocabant. *Herodot.* lib. IV. 26. de Iſſedonib. παῖς δὲ πατρὶ τοῦτο ποιεῖ, ὥσπερ Ἕλληνες τὰ γενέσια. VALES.

§73. (l. 14.) διακονικὰ ὑπηρετήματα] Ut primus aggrederetur opus, ſi quid fodiendum, ſi pons, ſi agger, aliudve faciendum: ut pedibus iter faceret, vehiculum equumque adſpernatus: ut ſigna militaria graviſſima ipſe ſuis humeris portaret: unde commilito συστρατιώτης ab iis vocari amabat. *Herodian.* IV. 7, 8. & 11. ſq.

§74. (l. 17.) μὴ λουτρῷ χρώμενος] Balnea hic ſunt θερμολουσίαι, fragm. CIII. excaldationes, quæ militibus quidem ægris parabantur, ut apparet ex *Vellejo* II. 114. ceteris interdictæ erant, nec niſi in corrupta militiæ diſciplina uſurpabantur. conf. interpretes ad *Lamprid.* in Alex. Sev. c. 53. *Vulcatium Gallican.* in Avid. Caſſ. c. 5. *Polyænum* IV. 2, 1. VIII. 16, 2. ſupra § 64.

§75. (l. 19.) πᾶσαν τροφὴν] Ipſe non tantum obvio cibo contentus, ſed etiam triticum ſuum molens, & maſſam in carbonibus coquens; tum ligneis interdum vaſis ad cibum potumque uſus. *Herodian.* IV. 7, 9. ſq. Verum hæc in caſu neceſſitatis, aut ad oſtentationem: ceterum gulæ etiam indulſiſſe docet Dio p. 878.

§76. (l. 26.) τὰ Κελτικὰ ἔθνη] Antoninus ex Gallia redux in Dacia ad ripas Danubii reſedit, teſte *Spart.* c. 5. & *Herodian.* IV. 7, 2. unde in Rhætiam, in Cennos, ſive Chattos, & in Alamannos expeditionem fecit, ut ex eodem *Spartiano* l. c. & c. 10. ex *Victore* Cæſ. XXI. 2. maxime Dione noſtro, colligitur. VICTORIA GERMANICA & GERMANICI titulus in numis A. U. C. 966. apud *Mediob.* p. 292. ſq. de tempore expeditionis Germanicæ teſtatur, & hoc bellum prius geſtum docet quam in orientem tranſiret. Multa ibi crudeliter & perfide acta eſſe, dubium non eſt; attamen Iſtri accolas ſibi mirifice devinxiſſe Antoninum, ſcribit *Herodianus* IV. 7, 4. ſq. ſic ut inde ſibi ſocios bellorum & corporis cuſtodes adſciſceret, & poſito habitu Romano, ſagulis eorum argento diſtinctis & adſcititia coma flava ad modum Germanicæ tonſuræ uteretur. vide & *Jo. Antiochenum* in Exc. Peir. p. 825. Teſtem etiam amoris Germanorum adverſus Antoninum producunt numum GER. VOTIV. *Mediob.* p. 293.

§77. (l. 30.) ἐς τοὺς Ἀλβανοὺς] Legendum Ἀλαμβαννούς, ut infra ſcribitur rectius. De rebus autem in bello Alamannico a Caracalla geſtis, nullibi plura quam hiſce in fragmentis reperias; ne nomen quidem eorum exſtat niſi apud *Aurelium Victorem* Cæſ. XXI. 2. qui de Caracalla ſic ait: *Alamannos, gentem populoſam ex equo mirifice pugnantem, prope Mœnum amnem devicit.* (Adde *Spart.* c. 10. *Vopiſcum* in Proculo c. 13. T. II. Scriptt. Hiſt. Aug. p. 761. collato *Spanhemio* de U. N. Diſſ. XII. p. 505. & in Probo c. 12. *Tillemont.* T. III. p. 205. & *Gabr. Trivorium* in Theſauro Juris T. I. p. 243.) VALES.

§78. (l. 42.) αὐτὸς τὴν ἀσπίδα ἀναδείξας] *Ipſe cum clypeo agmen ducens*, reddit *Valeſius*; quod *Jac. Gronovius* ad Herodotum p. 961. b. reprehendit, quaſi Valeſius aliquam (quæ hic nulla ſit) ſupponeret decurſionem, quam clypeo moderatus ſit Antoninus. vide *Sueton.* Ner. 7, 6. Galba 6, 7. ipſe explicat *ex compoſito clypeum tollens & oſtendens*, quo ſenſu ἀναδεῖξαι ἀσπίδα

A.U.C.965 duobus Aspris COSS.

diſcrimine induſtria ejus liberatus. Nec illum pudebat majorem huic gratiam habere quam militibus, quos cæteroquin ille ſemper ſenatoribus ſolebat præferre. * Ex clariſſimis autem viris, quos neci dabat, nonnullos inſepultos abjici juſſit. * Idem Sullæ ſepulcrum quæſitum refecit, & Meſomedi, qui citharœdica conſcripſit cantica, cenotaphium exſtruxit: huic quidem, quia & ipſe canere ad citharam diſcebat, Sullæ vero, quia ejus ſævitiam æmulabatur. *]

τοῦ σωθείς. οὐδ' ἠσχύνθη πλείονα ἐκείνῳ χάριν ἢ τοῖς στρατιώταις, οὓς καὶ ἡμῶν ἀεὶ κρείττους [p] εἶχεν. * ὅτι τῶν ἐλλογιμωτάτων οὓς ἔσφαξεν ὁ Ἀντωνῖνος ἀτάφους τινὰς ῥίπτεσθαι ἐκέλευσε. * ὅτι [79] τὸ τοῦ Σύλλου μνημεῖον ἀναζητήσας ἐπεσκεύαζε, τῷ τε [80] Μεσομήδει τῷ τοὺς κιθαρῳδικοὺς νόμους συγγράψαντι κενοτάφιον ἔχωσε· τῷ μὲν ὅτι καὶ κιθαρῳδεῖν ἐμάνθανεν, ἐκείνῳ δὲ, ὅτι τὴν ὠμότητα αὐτοῦ ἐζήλου. *]

14. Bellum geſſit cum Cennis, gente Celtica, quos ferunt tanta ira incitatos in Romanos irruiſſe, ut tela, quibus illi ab Oſroenis vulnerati erant, dentibus evellerent ex corporibus, ne manus a Romanis cædendis averterent; quin & nomen ei victoriæ magna pecunia vendiderunt, ac ita demum permiſerunt, ut ſalvus ſe in Germaniam reciperet. Horum autem [& Alamannorum] uxores, quæ quidem captæ fuerant, [nihil ſervile pati ſuſtinuerunt, ſed] interrogatæ ab Antonino, utrum vendi, an occidi mallent; mori ſe malle, reſponderunt: quumque eſſent poſtea venditæ, omnes mortem ſibi conſciverunt; nonnullæ una liberos interfecerunt. [Multi quoque ex iis gentibus, quæ ad ipſum Oceanum circa Albis oſtia ſitæ ſunt, legatione ad eum miſſa, pacem poſtularunt, ut aurum acciperent. Quando enim ita agere inſtituerat, innumeri eum adorti ſunt, bellum minantes: quibus ille omnibus pecuniam pactus eſt. Etſi enim quædam ipſis minus grata dicebat, tamen cum aureos viderent, facile manus dabant. Quippe iis vere aureos nummos donabat, cum Romanis non niſi adulteratum aurum & argentum præberet:] ſiquidem plumbum auratum, & æs argentatum paraverat.

23. Periere cum Alexandrinis peregrini multi, cum iisque magna multitudo eorum, qui cum Antonino venerant, eo quod ignorarentur. Nam quum permagna eſſet civitas, in eaque tota cædes fierent dies noctesque; nemo poterat, ſi vel maxime cuperet, alterum diſcernere, ſed moriebatur quisque ut ſors ferebat, atque eorum corpora ſtatim conjiciebantur in profundas foſſas, ut cæteris incognita eſſet magnitudo calamitatis. Id paſſi tamen ſunt maxime cives, peregrini cuncti ex urbe expulſi, præter mercatores, quorum quidem facultates omnes direptæ ſunt, fanis etiam quibusdam expilatis. Horum magnam partem Antoninus præſens vidensque gerebat, alia imperabat e templo Serapidis, in quo etiam iis ipſis diebus & noctibus agebat, quibus illa homicidia perpetrabantur. [Unde & ſenatui ſcripſit; ſe per eos dies in caſtu fuiſſe, quibus & pecudes Serapidi & homines ibi mactaſſet.] Sed quid hæc a me dicta ſunt, quando gladium, quo fratrem interfecerat, deo conſecrare eſt auſus? His confectis rebus, ſpectacula & convictus Alexandrinorum ſuſtulit. Ipſam Alexandriam muro duas in partes dividi, & caſtellis muniri juſſit, ne ſecure in reliquum tempus cives ad ſe mutuo accederent. Hæc igitur in miſeram Alexandriam fecit Auſonia fera: ſic enim nominavit eum clauſula oraculi, de eo dati: ferturque ipſe hoc nomine feræ delectatus eſſe, ſeque eo jactaviſſe; quamvis multos hujus oraculi obtentu, quaſi ab ipſis prolati, occiderit.

24. [Idem militibus præmia militiæ conſtituit, iis quidem qui in prætoriis cohortibus militant, aureos ducentos, ceteris quinquaginta.]

[ὁ σώφρων [Porro

[o] συχνοί γε. pro γε aptius legemus καί, vel γε καί Sylb. [p] καὶ ἱερά. conjunctionem addidi ex Coisl. & Br. [q] κἀν ταῖς. repoſitum e Pal. habent Sylb HS. edit. maj. & L. priores editiones καὶ ταῖς. [r] καὶ ἐπέστειλε τῇ γερ. paucula hæc inſuper addunt Exc Peir. p. 757. [s] διατειχισθῆναί τε καὶ φρουρίοις διατειχισθῆναι. priore loco ſcribendum cenſeo τειχισθῆναι. HS. pro poſteriore διατειχισθῆναι ſubſtituendum διαληφθῆναι, διαφυλαχθῆναι, aut ſimile quid. Sylb. poſteriore loco ponendum ſimplex τειχισθῆναι. priore enim admitti non poteſt, cum Alexandria jam ante munita fuerit. L. cui ego facile aſſentior. [t] vulgo τοῦ περὶ τοῦ χρησμοῦ. ubi poſterius τοῦ mutandum in τούτου, vel potius αὐτοῦ, jam vidit HS. vel ſaltem in τοῦδε, Sylb. ſequor codicem Breslav. [u] ὁ αὐτὸς τοῖς στρατιώταις &c. tria hæc fragmenta, non ſatis invicem cohærentia, ex Exc. Peir. p. 757. ſq. ſubjunximus. ſunt tamen in iis quædam emendationem deſiderantia. [x] ἐς χιλίας &c. ex Valeſii admonitione legendum: ἐς πεντακισχιλίας, τοῖς δέ. (ſic lego, non τοὺς δέ, ut Valeſius edidit,) ἐς χιλίας διακοσίας πεντήκοντα. & vel ſic deeſt verbum ἔθηκε aut ſimile, quod antecedentibus adjungatur: ἆθλα ἔθηκε.

hoſpites ſuos occiderent, magnam cædem Alexandriæ fecit. Longius abit adeo *Herodianus* IV. 8, 20. & 5, 7. ſqq. eumque ſequentes *Jo. Antiochenus* ac *Suidas*: Antoninum, poſtquam Serapin adiiſſet & victimis veneratus eſſet, viſo etiam Alexandri monumento, peractisque feſtis celebritatibus, lætam ea propter juventutem Alexandrinam in planitiem quandam edicto convocaſſe, ut ex ea Alexandrinam phalangem legeret, eamque inermem cum parentibus & cognatis, circumventam contrucidaſſe. Sed Dionem comitem itineris vera rei geſtæ ratio fugere vix poterat; ceteri famam incertam ſequentes, rei geſtæ ſummam locis & temporibus pro ingenio quisque ſuo accommodaſſe videntur.

§ 121. (l. 56.) καὶ τὸ ξίφος] Sic Caligula, interfecto Lepido, pugiones tres Romam Marti Ultori ſacrandos miſit. p. 675. D. Sic Nero a conjuratione Piſonis Jovi Vindici pugionem ſacravit. *Tac.* An. XV. 74, 3. Vitellius pugionem Othonis Marti. *Suet.* Vitell. 10. De ritu hoc, gladium, quem quis effugiſſet, aut quo facinus inſigne ediſiſſet, Diis conſecrandi, egit *Lipſius* ad Tac. l. c. not. 160. vide I Sam. XXI. 9. Etiam Romæ videtur Antoninus JOVI SOSPITATORI ſacra feciſſe, ſcilicet ob periculum quod evaſiſſe videri volebat, ſiquidem hujus inſcriptionis nummus eſt apud *Triſtanum* II. p. 176. Gladium Antonini, incendio poſtea Serapeum invadente, ſolum conſumtum eſſe, dicet Dio infra p. 883. B.

§ 122. (l. 59.) τὰ συσσίτια τῶν Ἀλεξανδρέων] Vide dicta ad p. 873. § 47.

§ 123. (l. 63.) Αὐσόνιος θήρ] Fera Auſonia, poëtice, pro Romana, vel Italica. Argumento autem hæc ſunt, in ſuperiore oraculo p. 877. quædam deeſſe.

§ 124. (l. 70.) ἐς χιλίας διακοσίας] Numeros hic tranſpoſitos

A.U.C.969 C. Attio Sabino & Cornelio Anullino COSS.

[Porro ille verecundus, ut jactabat, ille aliorum immodeſtiæ cenſor, cum fœdiſſima ſimul ac flagitioſiſſima acta res eſſet, ſuccenſere quidem viſus eſt; ſed cum illam non vindicaret pro gravitate ſceleris, permitteretque inſuper adoleſcentibus ea facere, quæ nemo adhuc fuerat auſus, maximam labem juventuti attulit: quippe quæ feminarum meretricum, & virorum hiſtrionum impudicos geſtus imitata eſt.]

[ὁ σώφρων ἐκεῖνος, ὥς γε καὶ ἔλεγεν, ὁ τῆς τῶν ἄλλων ἀσελγείας ἐπιτιμητὴς, αἰσχίστου τε ἅμα καὶ δεινοτάτου τολμήματος γενομένου, ἔδοξε μὲν ὀργὴν πεποιῆσθαι· τῷ δὲ δὴ μὴ ἐκείνῃ κατ᾽ ἀξίαν ἐπελθεῖν, καὶ τοῖς νεανίσκοις προσεπιτρέψαι ποιεῖν, ἃ μηδεὶς μέχρι τότε τετολμήκει, πολὺ σφίσι ἐλυμήνατο· y μιμησαμένων τὰ τῶν ἑταίρων γυναικῶν, καὶ τὰ τῶν ἀνδρῶν τῶν γελωτοποιῶν.]

[In maximam incurrebant infamiam, qui non tantum ludis Culenis facerent ea, quæ fieri moris erat, ſed & qui ea ſpectaſſent.]

[ὅτι ἐπὶ τῇ 125 θέᾳ τῇ Κουλήνῃ ἐπηγορία πολλὴ οὐχ ὅτι τοῖς ποιοῦσιν ἐκεῖ τι τῶν εἰωθότων, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὁρῶσιν ἐγίγνετο.]

y μιμησαμένων, puto legendum μιμησαμένοις, & referendum, ad σφίσι, hoc eſt, νεανίσκοις.

ſitos eſſe, arbitratus ſum. Etenim militiæ prætorianæ præmia ſeu emerita longe ampliora fuiſſe, quam reliquorum militum, ſatis conſtat. Ac Auguſtus quidem A. 758. conſtituerat, ut prætoriani, completis XVI. ſtipendiis V millia drachmarum, id eſt, vicena millia numum viritim acciperent: reliqui vero tria drachmarum millia poſt XX annos militiæ, ut ſcribit Dio p. 563. E. At Caracalla præmia miſſionum auxit, quippe profuſiſſimus in milites: ac prætorianis quidem tantum alterum adjecit; ceteris vero quinque millia nummum ſupererogari conſtituit. Ita hunc Dionis noſtri locum intelligendum puto. VALES.

§ 125. (l. 82.) θέᾳ τῇ Κουλήνῃ] De his ſpectaculis nihil compertum habeo. Ac forte ea ſpectacula non Romæ ſed Alexandriæ celebrata ſunt. Sane Dio lib. LXXVII. in fine, ſeu potius Xiphilinus ſcribit, Caracallam ſpectacula & ſodalitia Alexandrinorum ſuſtuliſſe: ἐκ δὲ τούτων τάς τε θέας καὶ τὰ συσσίτια τῶν Ἀλεξανδρέων καταλύσας. VALES.

DIONIS
HISTORIÆ ROMANÆ
LIBRI LXXVIII. EXCERPTA
PER
JO. XIPHILINUM.

Inſeruntur Fragmenta Dionis integra quæ reperiri potuerunt.

SUMMA CAPITA LIBRI LXXVIII.

Antonini in Artabanum Parthum perfida expeditio. c. 1 — 3.

Antonini interitus. c. 4 — 6.

Præſagia mortis, & in mortuum convicia. c. 7 — 10.

De Macrino Auguſto, ejuſque virtutibus & vitiis. c. 11 — 15.

Literæ ejus & mandata ad ſenatum, aliaque acta. c. 16 — 22.

Juliæ Auguſtæ interitus. c. 23. 24.

Oſtenta ſiniſtra: pax, poſt cladem acceptam, cum Artabano compoſita. c. 25 — 27.

Seditio militum: Pſeudantoninus, Imperator a legionibus proclamatur. c. 28 — 31.

Ut Macrinus prœlio victus fugerit, & occiſus ſit, poſt comprehenſum filium. c. 32 — 41.

Temporis ſpatium.

poſt C.N.	U.C.			ANTONINI
216.	969.	C. Attius Sabinus II.	& Cornelius Anullinus Coſſ.	VI.
217.	970.	C. Bruttius Præſens	& T. Meſſius Extricatus II.	VII. † 8 April
				MACRINI
218.	971.	M. Opelius Macrinus Aug.	& Q. M. Coelatinus Adventus.	I. 11 April
				II. † 8 Jun.

881 Μετὰ δὲ ταῦτα [1] ἐς τοὺς Πάρθους ϛρατεύσας, πρόφασιν ὅτι οὐκ ἠθέλησεν αὐτῷ ὁ [2] Ἀρτάβανος [3] τὴν θυγατέρα μνηστευσαμένῳ συνοικίσαι (καὶ γὰρ εὖ ἠπίϛατο, ὅτι λόγῳ μὲν ἐκείνην γῆμαι, ἔργῳ δὲ τὴν τῶν Πάρθων βασιλείαν παρασπάσασθαι ἐπεθύμει) πολλὰ μὲν τῆς χώρας [4] τῆς περὶ τὴν [a] Μηδίαν, ἅτε καὶ ἐξαπιναίως
B ἐμπεσὼν ἐς αὐτὴν, ἐκάκωσε, πολλὰ δὲ καὶ τείχη ἐπόρθησε, [5] τά τε Ἄρβηλα παρεϛήσατο, καὶ τὰ μνημεῖα τὰ βασιλικὰ τῶν Πάρθων [b] ἀνορύξας, τὰ ὀϛᾶ ἔῤῥιψεν. οἱ γὰρ Πάρθοι, οὐδὲ [6] ἐς χεῖρας αὐτῷ [c] ἦλθον· οὔκουν οὐδὲ ἔχον τι ἐξαίρετον περὶ τῶν τότε πραχθέντων συγγράψαι, πλὴν ὅτι δύο

1. Poſt hæc exercitum duxit in Parthos, ſub ſpecie, quod Artabanus ſibi filiam, quam ambierat, nollet uxorem dare. Atqui is probe norat, dum verbo Antoninus nuptias poſtularet, re eum cupere Parthorum regnum ſibi vindicare. Igitur Antoninus in regionem, quæ Mediam attingit, de improviſo irruens, magnam ejus partem vaſtavit; caſtella multa diruit, Arbela cepit, effoſſisque Parthicorum regum ſepulcris, oſſa disjecit. Verum quia Parthi manum cum eo conſerere auſi non ſunt, nihil habeo de rebus tunc geſtis ſingulare, quod prodam memoria; niſi quod duo milites, qui utrem A.U.C. 969 C. Attio Sabino & Cornelio Anullino COSS.

a Μηδίαν, Μήδειαν, RS. & HS. edit. min. Μηδίαν ceteri, & ſic p. 418. B. *b* ἀνορύξας. ἀναῤῥήξας, Z. ſed minus bene. *c* συνῆλθον· ἐνδ' ἔνι οὐδὲ ἔχον. ſic Rom. ἦλθον· οὔκουν οὐδὲ ἔχον, ceteri. atque non eſt, cur a vulgata lectione recedamus, cum Falco ex ingenio ſuo ita ſcripſerit, & falſo ſibi perſuadeat, ἐς χεῖρας αὐτῷ συνῆλθον eſſe magis Dionium, quam ἐς χεῖρας αὐτῷ ἦλθον.

§ 1. (l. 1.) ἐς τοὺς Πάρθους ϛρατεύσας] Jam vivo Vologæſo Parthos aggredi volebat, ob Teridatem & Antiochum transfugas non redditos; p. 878. C. ſed iis redditis, deſtitit. pag. 879. A. Hoc autem bellum, vel latrocinium potius, A. U. C. 970. ſuſceptum eſſe, numi, in quibus VICTORIA PARTHICA TR. P. XX. apud *Mediob.* p. 295. docent, quanquam jam anno præcedenti veſtigia quædam ſunt victoriæ.

§ 2. (l. 3.) Ἀρτάβανος] Artabanus, mortuo fratre Vologæſo, ſolus regnum obtinebat. p. 886. ſq. ſupra p. 875. § 67.

§ 3. (l. 3.) τὴν θυγατέρα μνηστευσαμένῳ] De deſponſatione accepit Blancus: & *Zonaras* p. 614. A. Ἀρτάβανος τὴν θυγατέρα ἑαυτοῦ αὐτῷ μνηστευσάμενος, οὐ παρέσχε ταύτην αὐτῷ. Nec ignoro, ſic rem narrare *Herodianum* IV. 9. & 10. quaſi Parthus quidem, ambienti filiam Antonino negarit primum, poſtea delinitus donis & jurejurando promiſerit, venientemque exceperit honorifice; Antoninus autem improvidos invaſerit, magnaque cæde facta regionem vaſtarit. Sed hic abire Herodianum a Dione, ut alibi ſæpius, quis non videt? Si deſponſationem Dio dicere voluiſſet, ſcribere debebat Ἀρτάβανος τὴν θυγατέρα αὐτῷ μνηστευσάμενος, non αὐτῷ — μνηστευσαμένῳ, quod eſt *Antonino ambienti*. Sic paſſim uſurpatur. *Plutarchus* in amatorio p. 774. D. ταύτης ἐμνηστεύοντο νεανίαι τριάκοντα, unde πολυμνήστευτος ibid. p. 766. D. quæ a multis peteretur. *Lucianus* Toxari. 37. T. II. p. 545. ὅπερ ὑμεῖς ἐν τοῖς γάμοις, τοῦτο ἡμεῖς ἐπὶ τῶν φίλων ποιοῦν ἀξιοῦμεν, ἐπὶ πολὺ μνηστευόμενοι — ὡς μὴ διαμαρτάνοιμεν τῆς φιλίας, *multum procantes*. Idem Merced. cond. c. 23. T. I. p. 679. μακρῷ χρόνῳ μνηστευσάμενον ἑαυτῷ τὸν δεσπότην. adde *Pollucem* III. 34.

§ 4. (l. 7.) τῆς περὶ τὴν Μηδίαν] *Spartianus* c. 6. Antoninum *per Caduſios fines & Babylonios* ingreſſum dicit. Caduſii vero ad Mediam ſpectant. *Strab.* XI. pag. 507. ſq. 510. *Plin.* VI. 13. 16.

§ 5. (l. 9.) τά τε Ἄρβηλα] Vicum appellat *Curtius* IV. 9. 9. tamen ibi jam olim regia ſupellex & gaza. V. 1. 10. nunc & ſepulchra regum Parthorum.

§ 6. (l. 11.) ἐς χεῖρας αὐτῷ ἦλθον] Non moraremur *Falconem*, qui ex ingenio ſuo, quaſi magis Dionium, reſcripſit συνῆλθον, quod ne quidem Græcum eſt; niſi & *Harduinus*, quem aliquanto peritiorem Græcitatis credere par erat, proprietatem ſermonis Græci deſideraſſet in Thucydide, quod hac phraſi uſus ſit, quæ, inter alia, Gallicæ fabricæ Thucydidem eſſe demonſtret: *en venir aux mains.* vide Chronol. V. T. in Opp. Sel. p. 572. Quaſi vero non & Latini dicant, *ubi ad manus ventum eſt*, aut pleni ſint hac locutione optimorum Græcorum libri? *Xenophon* Hiſt. Gr. lib. III. p. 499. A. ὡς δ' ἐς χεῖρας ἦλθον. *Lucianus* Judic. Vocal. c. 4. T. I. p. 86. de γ contendente cum κ. καὶ ἐς χεῖρας μικροῦ δεῖν ἦρχετο πολλάκις ἐν τῷ κναφεῖῳ ὑπὲρ γναφάλων. Dial. Mort. XIV. 2. T. I. p. 396. οὐδ' ἐς χεῖρας ὑπομεινάντων ἐλθεῖν, ἀλλὰ πρὶν ἢ τάξευμα ἐξακοῦσθαι φυγόντων. Dionem vero ita ſæpius loqui, docere poterit Index.

A.U.C.969 C. Attio Sabino & Cornelio Anullino COSS.

utrem rapuerant vino plenum, dum uterque totam ſibi prædam vindicat, adierunt Imperatorem: a quo juſſi vinum partiri, diſtrictis gladiis, utrem medium ſecuerunt, quaſi hunc, una cum vino, pro parte dimidia, ablaturi. Ita ſcilicet ſuum reverebantur Imperatorem, ut in hujusmodi quoque rebus ei moleſtiam exhiberent; eaque utebantur prudentia, ut utrem una cum vino perderent. Barbari itaque perfugerunt ad montes, qui ſunt trans Tigrin, ut ad bellum ſe compararent. Quod quidem Antoninus celans, cum hoſtem ne vidiſſet quidem, quaſi de devicto penitus gloriabatur, præcipue quod leo quidam, de improviſo ex monte decurrens, pro ipſo pugnaſſet. Ita certe ſcripſit in epiſtola.

2. Neque vero ſolum in cæteris deſciverat a patria diſciplina & legibus, ſed & in expeditionibus ipſis [* * * * egoque librum quem ea de re ſcripſerat, legi. Ita enim erga Senatores omnes animo ſe affectum eſſe norat, ut ne quidem in . . . quin & ſervos & libertos eorum amicosque præcipuos comprehendi juberet, & per omnem . . . . hic me diligit, vel hic me odit. Nam ſecundum deſcriptiones aſtrorum, quibus quisque optimatum, quos ſecum habebat, natus eſſet, judicare ſe ajebat, quis propenſo in ipſum animo eſſet, quis alieno: atque hoc ipſo argumento

δύο ϛρατιῶται, ἀσκὸν οἴνου ἁρπάσαντες, προσῆλθον αὐτῷ, ἰδιούμενος ὅλον ἑκάτερος τὸ λάφυρον, καὶ κελευσθέντες ὑπ' αὐτοῦ [7] νείμασθαι τὸν οἶνον, τά τε ξίφη ἐσπάσαντο, καὶ τὸν ἀσκὸν διέτεμον, ὡς καὶ ἐξ ἡμισείας [d] αὐτὸν μετὰ τοῦ οἴνου ληψόμενοι. οὕτω γὰρ καὶ τὸν αὐτοκράτορα σφῶν ᾐδοῦντο, ὥς αὐτῷ καὶ περὶ τῶν τοιούτων ἐνοχλεῖν, καὶ φρονήσει ἐχρῶντο, ὡς καὶ [e] τὸν ἀσκὸν καὶ τὸν οἶνον ἀπολέσαι. οἱ μὲν οὖν βάρβαροι [8] ἐς τὰ ὄρη, [f] καὶ ὑπὲρ τὸν Τίγριν ἀπέφυγον, ἵνα παρασκευάσωνται. ὁ δὲ δὴ Ἀντωνῖνος τοῦτο μὲν ἀπεκρύπτετο, ὡς δὲ δὴ καὶ [9] παντελῶς αὐτῶν, οὓς μηδὲ ἑωράκει, κεκρατηκὼς, ἐσεμνύνετο, καὶ μάλιϛα ὅτι λέων τις ἐξαίφνης ἐξ ὄρους καταδραμὼν, [10] συνεμάχησεν αὐτῷ, ὡς αὐτὸς ἐπέϛειλεν. C

Οὐ μόνον δὲ τὰ ἄλλα [g] ἐκδιῄτατο καὶ παρηνόμει, καὶ ἐν αὐταῖς ταῖς ϛρατείαις [* * * * μ . . δηθεσαν . . . καὶ [h] τῷ [11] βιβλίῳ τῷ περὶ αὐτοῦ γραφέντι οἱ, ἐνέτυχον. οὕτω γάρ που [12] πρὸς πάντας τοὺς βουλευτὰς διακείμενος συνῄδει, ὥϛε μηδὲ εἷς. . . . [i] μένων τῷ ὄλλωντι τούς τε δούλους καὶ τοὺς ἐξελευθέρους, τούς τε φίλους αὐτῶν τοὺς πάνυ συλλαμβάνεσθαί τε ὑπ' αὐτοῦ, καὶ διὰ πᾶσαν τῶν ἐρω- . . . . ερας, [k] ὁ δεῖνά με φιλεῖ, ἢ ὁ δεῖνά με μισεῖ. καὶ μέντοι [l] κατὰ τῶν ἀϛέρων διαγράμματα, καθ' ἃ ἐγεγέννητό τις τῶν πρώτων, τῶν παρ' αὐτῷ, ἐτεκμαίρετο, [m] ὡς ἔλεγεν, τόν τε οἰκείως D

d αὐτὸν. ſic Rom. αὐτῶν, ceteri; perperam. *e* τὸν ἀσκὸν καὶ, male omiſſa ſunt in Rom. *f* καὶ ὑπὲρ. verius, τὰ ὑπὲρ. *g* ἐκδιῄτατο. ἐκδιῄτευτο, corrupte, Rom. ita Falconis editionem deſigno. *h* τῷ βιβλίῳ. ſic Urſinus num. LXXXIII. incipit membranæ ſuæ vetuſtiſſimæ, quæ nunc Vaticana eſt num. 1288. verba exſcribere usque ad μηδὲ εἷς. prætermiſit verſum codicis primum, cujus literas aliquot prope evaneſcentes μ . . δηθεσαν . . . καὶ neſcio quam recte, divinavit Falco, cujus fide mihi hic ſtandum eſt: certe in eo fallitur, quod Urſinum ait διακειμένους legiſſe & μηδὲ ἄς. omnino διακείμενος edidit, & μηδὲ εἷς, non μηδὲ ἄς. ſed εἷς illud plane omiſit Falco. *i* μένων τῷ ὄλλωντι &c. hæc, usque ad καὶ ἀδελφιδοῦς ποιῆσαι ἦν, non exſtant apud Urſ. ſed pro iis lacunæ ſignum. prima ſoli Falconi debemus, ſed μένων τῷ ὄλλωντι futilia ſunt, minus recte eruta ex fugientibus literis. *k* ὁ δεῖνα — ἢ ὁ δεῖνα. addidi bis ὁ ante δεῖνα, quod abeſt a Rom. nec omitti tamen poterat. *l* καὶ τῶν ἀϛέρων διαγρ. usque ad ἀπώλλυεν exhibuit & Valeſ. in Exc. Peir. p. 758. καὶ μέντοι καὶ τὰ τῶν ἀϛ. Rom. ſed hiulca ſic eſt ſequens oratio, præſertim ſi conjungas cum Falcone τῶν πρώτων τῶν παρ' αὐτῶν ἐτεκμαίρετο. tolerabilius Exc. Peir. poſterius τῶν omittunt, & παρ' αὐτῶν ἐτεκμαίρετο conjungunt. ſed vel ſic priora claudicant. equidem mihi non diffiteor facilem emendandi hæc viam a Beato Jo. Henr. Leichio, elegantis ingenii viro, monſtratam eſſe per epiſtolam. *m* ὡς ἔλεγεν. deſiderantur in Exc. Peir.

§ 7. (l. 16.) νείμασθαι τὸν οἶνον] Si juſſiſſet νείμασθαι τὸν ἀσκὸν, (ut forte fecit) majorem ſpeciem habuiſſet ridicula militum cavillatio.

§ 8. (l. 23.) ἐς τὰ ὄρη καὶ ὑπὲρ τὸν Τίγριν] Quid? Arbela, Media, & omnis denique Parthia, nonne trans Tigrin erant? quomodo igitur trans Tigrin fugerent Parthi qui jam trans Tigrin erant? imo vero legendum: ἐς τὰ ὄρη τὰ ὑπὲρ τὸν Τίγριν, ut in verſione expreſſi. Eos montes poſt victoriam ad Arbela ab Alexandro ſuperatos, ut in Perſidem altius penetraret, deſcribit *Curtius* V. 4. 4. ſqq.

§ 9. (l. 26.) παντελῶς αὐτῶν κεκρατηκὼς] *Herodianus* IV. 11, 14. ἐπιϛέλλει τῇ συγκλήτῳ καὶ τῷ Ῥωμαίων δήμῳ, πᾶσαν ἀνατολὴν κεχειρῶσθαι, καὶ τὴν ἐπέκεινα βασιλείαν πάντας αὐτῷ παρακεχωρηκέναι. *Spartianus* c. 6. *Datis ad ſenatum, quaſi poſt victoriam, literis, Parthicus appellatus eſt.*

§ 10. (l. 28.) συνεμάχησεν αὐτῷ] Quondam Blancum defendendum putabam, vertentem: *quod cum Leone pugnaſſet:* inductus loco *Spartiani* c. 5. ubi ſic: *excepit apros frequenter, contra leonem etiam ſtetit, quod etiam miſſis ad amicos literis gloriatus eſt, ſeque ad Herculis virtutem acceſſiſſe jactavit.* Vide quæ occaſione Herculis Romani, Commodi, notavimus p. 825. § 108. & de Hercule in numis Antonini, pag. 873. § 34. Sed Græcæ locutionis uſitatæ ſignificationi, fateor, magis conſentanea eſt Xylandri verſio, *quod leo pro eo pugnaſſet:* nec deeſt Spartiani locus alius c. 6. eodem tendens, quem indicavit mihi Vir Eruditus: *tumultuarie cum Parthorum ſatrapis manum contulit, feris etiam beſtiis in hoſtes immiſſis.* Habebat enim Antoninus ſecum plurimos leones quaſi familiares, quorum unum acinacem nominabat, p. 883. A. B. Hos in hoſtem immiſſos a ſe, quaſi divinitus auxilio venientes mentitus eſt. Neque tamen huc pertinere credo numos, qui leonem gradientem & fulmen ore geſtantem exhibent apud *Mediob.* p. 295. ſq. *Triſtan.* T. II. p. 168. Sunt enim plures ſimiles, unus ſub Maximiano cuſus, apud *Spanhem.* de U. N. Tom. I. p. 433. & alter Diocletiani, apud *Liebium* Goth. num. p. 346. ſq. ubi leones κεραυνοφόροι non ad victoriam ope leonum, ſed ad ſolis cultum referendi ſunt.

§ 11. (l. 33.) βιβλίῳ τῷ περὶ αὐτοῦ γραφέντι οἱ] Commentarios Antonini innuit, quos poſtea Dio a Macrino cum epiſtolis ad ſenatum miſſos dicit § 89. quo majora in Caracallum odia excitaret.

§ 12. (l. 34.) πρὸς πάντας τοὺς βουλευτὰς] Vide hanc in rem querelas p. 774. C. ſq. 876. E. 877. D. 879. A.

§ 13. (l. 58.) ἐς θώρακος εἶδος] Tunica in ſpeciem loricæ lineæ p. 873. § 45. unde thoracomachos a Caracalli exemplo repetendos docet *Lipſius* Mil. Rom. lib. III. Dial. 6. p. 87.

§ 14. (l. 63.) τότε δὲ μεσόλευκον] Intellige potiſſimum purpuream chlamydem albo clavo diſtinctam. Sic veſtis Medorum & Perſarum, Sarapis dicta, πορφυροῦς μεσόλευκος χιτὼν, apud *Pollucem* VII. 61. ſic Cyrus apud *Xenophontem* Cyrop. VIII. p. 215. B. geſtaſſe dicitur χιτῶνα πορφυροῦν μεσόλευκον, & Lyſias Tarſi tyrannus apud *Athenæum* V. [illegible] πορφυροῦν μεσόλευκον χιτῶνα ἐνδεδυκώς. itemque Darius apud *Curtium* III. 3, 17. *Cultus Regis inter omnia* [illegible] *tur: purpureæ tunicæ medium album intextum* [illegible] μεσοπόρφυρος intelligi debet cujuscunque coloris, [illegible] purpureo clavo diſtincta, ſeu quæ *latum demiſit pectore clavum,* ut loquitur *Horatius* lib. I. Sat. 6. v. 28. *Herodianus* V. 5, 21. ἀνεζωσμένοι χιτῶνας ποδήρεις καὶ χειριδωτοὺς, [illegible] ἐν μέσῳ φέροντες μίαν πορφύραν. Notandum [illegible] medium in veſte dici, quod medium hominem quaſi [illegible] nea a ſummo pectore decurrente, quod pluribus oſtendit *Alb. Rubenius* de Re Veſt. lib. I. c. 2. & 11. T. VI. Theſ. Græv. p. 938. ſqq. 965. ſqq. 991. ſqq. & ipſe *Grævius* præf. T. VI. ⁜ ⁜ 3. b. Rubenium ſimul vindicans adverſus Ferrarii Analecta

οἰκείως οἱ, καὶ τὸν ἀλλοτρίως ἔχοντα, καὶ πολλοὺς
καὶ ἐκ τούτων, τοὺς μὲν ἐτίμα, τοὺς δὲ ἀπώλλυεν.
Τῶν δ᾽ οὖν Πάρθων, τῶν τε Μήδων δο . .
. . τ᾽ ἐπεπόνθες δη . . ματοσάντων καὶ χειμ
. . . παρασκευαζομένων . . . ἐν παντὶ δεο
. . . . ντο. [n] θρασύτατος μὲν ἀπειλῆσαί τι,
καὶ προπετέστατος τολμῆσαι, δειλότατος δὲ διακιν-
890 δυνεῦσαι ἦν, [o] καὶ ἀσθενέστατος πονῆσαι ἦν.
B [p] οὔτε γὰρ, οὔτε τὸ καῦμα, οὔθ᾽ ὅπλα φέρειν
[q] ἔτι ἐδύνατο· ὥστε καὶ τοὺς [r] χειριδωτοὺς χιτῶ-
νας, [13] ἐς θώρακος, τρόπον τινὰ, [s] εἶδος πεποιη-
μένους ἐνδύνεσθαι, ἵνα τὴν τῶν ὅπλων δόξαν, χωρὶς
τοῦ [t] βάρους αὐτῶν, ἔχων, μήτε ἐπιβουλεύηται καὶ
θαυμάζηται. καὶ αὐτοῖς καὶ ἄνευ μάχης πολλά-
κις ἐχρῆτο. χλαμύδα τε τότε μὲν ὁλοπόρφυρον,
[14] τότε δὲ μεσόλευκον, ἔστι δ᾽ ὅτε καὶ μεσοπόρφυ-
ρον, ὥσπερ [15] καὶ ἐρυθρὰν ἐφόρει. ἐν γὰρ τῇ Συ-
C ρίᾳ, τῇ τε Μεσοποταμίᾳ, Κελτικοῖς καὶ
ἐσθήμασι, καὶ ὑποδήμασιν ἐχρήσατο·] καὶ
881 τινα ἰδίαν ἔνδυσιν, [16] βαρβαρικῶς πως [u] κα-
D τακόπτων καὶ συῤῥάπτων ἐς μανδύης τρόπον,
προσεξεῦρεν. καὶ αὐτός τε συνεχέστατα αὐτὴν
[x] ἐνέδυνεν, ὥστε καὶ Καράκαλλος διὰ τοῦτο ἐπι-
κληθῆναι, καὶ τοὺς στρατιώτας μάλιστα ἀμφιέννυ-
σθαι [y] ἐκέλευσεν. αὐτόν τε οὖν τοιοῦτον οἱ βάρ-
βαροι ὁρῶντες ὄντα, [z] καὶ ἐκείνους ἐκλελυμένους
ἀκούοντες εἶναι ἐκ τῆς προτέρας τρυφῆς· (τά τε
γὰρ ἄλλα, [17] καὶ [a] ἐν οἰκίαις ἐχείμαζον, πάντα
E τὰ τῶν [b] ξενοδοχούντων σφᾶς, ὡς καὶ ἴδια ἀνα-
λίσκοντες·

argumento ductus, alios quidem honoribus, alios ſupplicio affecit. A.U.C.970 BruttioPræſente&Meſſio Extricato COSS.

3. Parthis igitur atque Medis . . . . . . & per hiemen ſe ad bellum præparantibus . . ſummo in metu verſabatur. . . Nam audaciſſimus quidem erat ad minitandum, & ad audendum promptiſſimus, ſed idem ad ſubeunda pericula timidiſſimus, & ad tolerandos labores maxime imbecillus: quippe qui nec æſtum jam amplius, neque arma ferre poſſet, adeo ut tunicas manicatas, in loricæ quodammodo formam factas, indueret; ut cum absque pondere armorum ſpeciem haberet armati, nullis appeteretur inſidiis, & admirationem ſui cieret. Ejusmodi tunicis extra pugnam quoque ſæpenumero uſus eſt: cæterum chlamydem modo totam purpuream, modo albo aut purpureo clavo diſtinctam, interdum & rubram geſtabat. In Syria enim atque Meſopotamia, Gallicis & veſtibus & calceis uſus fuerat;] ac quoddam ſingulare genus veſtimenti, barbarico more ex conciſis pannis conſutum, in modum lacernæ, invenit: quo & ipſe frequentiſſime induebatur, ita ut idcirco Caracallus ſit appellatus, & milites potiſſimum indui juſſit. Quum ergo barbari, & ipſum talem eſſe conſpicerent, & ejus milites audirent eſſe enervatos luxu ſuperioris temporis (quippe qui inter alia, etiam in ædibus hibernabant, & omnia ſuorum

n θρασύτατος μὲν ἀπειλ. hæc usque ad πολλάκις ἐχρῆτο, legas etiam in Exc. Peir. p. 758. paulo ante, lacunam ſic puto ſupplendam: ἐν παντὶ δέους ἐγένετο, vel potius ἐγένετο. o καὶ ἀσθενέστατος πονῆσαι usque ad παρ᾽ αὐτοῦ λαμβάνων pag. ſq. edita ſunt in Exc. Urſ. p. 416. ſq. p οὔτε γὰρ οὔτε. ſic Rom. & Urſ. οὔτε γὰρ οὔτε. Exc. Peir. q ἔτι. habet Rom. & Urſ. deeſt in Exc. Peir. r χειριδωτούς. ſic Exc. Peir. & Urſ. χειροδώτους, Rom. s εἶδος. ſic Rom. Exc. Peir. ſed Urſ. legit ᾽ εἶδος. mox ἐνδύνεσθαι Rom. & Urſ. ἐνδύνειν, Exc. Peir. porro ἵνα τὴν τῶν ὅπλων δόξαν, ex L. recte Rom. καὶ τὴν τοῦ ὅπλου δόξαν, Urſ. ἵνα τὴν τοῦ ὅπλου, Exc. Peir. ἵνα καὶ τὴν &c. L. p. 890. t βάρους αὐτῶν. Rom. & L. βάρους αὐτοῦ, Exc. Peir & Urſ male. u κατακόπτων. ſic Xiph. συγκόπτων, Z. . . τyας κόπτων, Urſ. qui duarum literarum τyας præcedentium figuram vetuſtate deletam fuiſſe indicat. deinde συῤῥάπτων eſt in codice. x ἐνέδυνεν. ſic Rom. & Pal. ἐνέδυεν, Urſ. ἐνέδυσεν, Xiph. ἐνεδύετο, Z. ἐνέδυ mavult Sylb. ſtatim διὰ τοῦτ᾽ Urſ. y ἐκέλευσεν. αὐτόν τε οὖν τοιοῦτον. ἐκέλευσεν etiam Xiph. ἐκέλευεν, Z. & Urſ. οὖν deeſt in RS. & HS. min. edit. additum in ceteris ex Pal. τοιοῦτον male omiſerat Rom. habet vero Xiph & Urſ. z καὶ ἐκείνους ἐκλελυμένους ἀκούοντες εἶναι ἐκ τῆς προτέρας τρυφῆς. hanc lectionem ex Xiph. & Rom. & Urſ. confeci. καὶ τοὺς στρατιώτας ἐκλελυμένους ὑπὸ τῆς τρυφῆς, Xiph. ſed ἐκείνους ſufficit, cum modo militum præceſſerit mentio. καὶ ἐκείνους πολλοὺς μὲν ἀκούοντες εἶναι, ἐκ δὲ τῆς προτέρας τρυφῆς, Rom. & ſic Urſ. niſi quod ibi ἐκείνῳ legitur. at πολλοὺς μὲν procul dubio corruptum ex ἐκλελυμένους, cum quo ἐκ τῆς προτέρας τρυφῆς rectius conjungitur, quam cum ſequenti τετρυχωμένους &c. quamvis ita quoque Exc. Peir. p. 758: ὅτι τοῦ Ἀντωνίνου στρατιῶται ἐκ τῆς προτέρας τρυφῆς &c. usque ad πολεμίους ἔξουσι. a ἐν οἰκίαις. ſecutus ſum Exc. Peir. ἐν οἰκίᾳ, Urſ. Pal. Coisl. & ſic edidit unus Sylb. ἐνοίκια ceteræ editiones Xiph. ἐν οἰκίᾳ, Rom. ἰκίᾳ, codex, deficiente nimirum prima & ultima litera vocis ΟΙΚΙΑΙϹ. b ξενοδοχούντων. ſic Exc. Peir. Urſ. & Rom. ξενοδοκούντων, Xiph.

lecta ibid. p. 1050. adde *Salmaſium* ad Solin. p. 497. a E. & ad Scriptt. H. A. T. I. p. 852. Uti igitur Eſ. III. 21. περιπόρφυρα ſunt *prætextæ purpura*, ſic μεσοπόρφυρα *clavatæ purpura*, ut interpretatur Hieronymus; & ſic μεσόλευκον, μεσομέλαν explicat in gemmis *Plinius* XXXVII. 10. *Meſoleucos eſt, mediam gemmam candida diſtinguente linea. Meſomelas, nigra vena quamlibet colorem ſecante per medium.* Idem XXVII. 11. *Leuce mercuriali ſimilis, nomen ex cauſa accepit, per medium folium candida linea transcurrente: quare meſoleucon quidam vocant.*

§ 15. (l. 64.) καὶ ἐρυθρὰν ἐφόρει] Omnes editiones ἐρυθρὸν habent, librariis & editoribus deceptis ſimilitudine præcedentium ὁλοπόρφυρον, μεσόλευκον, μεσοπόρφυρον. Sed ἐρυθρὸν cum χλαμύδα ſtare non poſſe, quivis monitus videbit. Ruſſeus autem color fuſcus erat militum vulgaris, vide *Salmaſium* ad Vopiſci Aurelian. p. 563. a.

§ 16. (l. 67.) βαρβαρικῶς πως κατακόπτων καὶ συῤῥάπτων] Ita de Pannoniis *Dio* p. 413. C. τοὺς χιτῶνας τοὺς χειριδωτοὺς ἐξ ἱματίων τινῶν ἐς πάντας ἐπιχωρίως πως καὶ κατατέμνοντες καὶ προσαγορεύοντες συῤῥάπτουσι. Quem locum laudans *Lipſius* ad illa Taciti de M. G. c. 17. *locupletiſſimi veſte diſtinguuntur, non fluitante, ſicut Sarmatæ ac Parthi, ſed ſtricta, & ſingulos artus exprimente*; addit: *certum mibi eſt, deſcribi noſtram tunicam, quam etiam nunc ab iſtis pannis Pantrock vocamus, veterum Germanorum & Pannonum ipſam veſtem.* Has ipſas Germanorum tunicas Antoninus, dum apud ipſos verſabatur, placendi cauſa, ſumſerat, teſte *Herodiano* IV. 7, 5 πολλάκις δὲ καὶ τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀποθέμενος χλαμύδα, ἠμφιέννυτο τὰ Γερμανῶν περιβλήματα, vide ſupra p. 876. § 77. Nunc, relicta Pannonia, Gallicam veſtem, qua prius fuerat uſus, reſumit, non tamen multum a Pannonica diverſam, ut puto, ſed & ipſam conſutam ex particulis manicatam, & ſtrictius corpori adhærentem; niſi quod de ſuo Antoninus inventum addidit, ut talaris eſſet, & reliquis veſtibus ſuperinjiceretur, ut lacernæ ſolebant, frigoris & pluviæ arcendæ cauſa, ἐς μανδύης τρόπον. *Victor* Epit. XXI. 2. *Cum e Gallia veſtem plurimam devexiſſet, talaresque Caracallas feciſſet, coëgiſſetque plebem ad ſe ſalutandum indutam talibus introire, de nomine hujuſce veſtis Caracalla cognominatus eſt.* Alter *Victor* XXI. *indumenta in talos demiſſa* vocat & *Spartianus* c. 9. *veſtimentum demiſſum usque ad talos, quod antea non fuerat.* unde *Caracallas cognomento Antoninianas* dictas ait. vide ibi *Salmaſium*, qui & docet, caracallas deinde Clericis aſſignatas, & *caracam* eſſe quod hodie *Caſaca.* conf. & *Scalig.* ad Euſeb. p. 230. a. *Cangium* in utroque Gloſſario, & *Octav. Ferrarium* de re veſt. P. II. lib. I. c. 28. T. VI. Theſ. Græv. p. 822.

§ 17. (l. 75.) καὶ ἐν οἰκίαις ἐχείμαζον] Pertinet ad molliorem militiæ diſciplinam. Nam olim, cum in Vejentium obſidione decennali bellandum eſſet per hiemem, *tunc primum hiematum eſt ſub pellibus*, ut refert *Florus* I. 12, 8. Hinc de Corbulone ignaviam militum corrigente *Tacitus* XIII. 35. *retentus omnis exercitus ſub pellibus, quamvis bieme ſæva adeo, ut obducta glacie, niſi effoſſa, humus, tentoriis locum non præberet.* Neque tamen hoc niſi neceſſariæ emendationis cauſa poſtremis temporibus factum videtur. Nam Avidius Caſſius,

ut

A.U.C.970 BruttioPræſente&Meſſio Extricato COSS.

ſuorum hoſpitum abſumebant, perinde ac ſi ſua eſſent) [& ob labores, atque ærumnas præſentes, adeo partim corporibus attritos, & fractos animis ſentirent, ut jam ne largitionum quidem, quas multas frequenteſque ab eo accipiebant, rationem amplius haberent:] vehementer elati ſunt, quaſi eos non hoſtes ſed ſocios eſſent habituri. [& . .]

4. Contra parabat etiam ſe Antoninus, cui tamen bellum gerere non licuit; nam in mediis militibus, quos maxime honorabat, & quibus potiſſimum confidebat, occiſus eſt. Poſtquam enim vates quidam dixit in Africa, ita ut etiam fuerit evulgatum, Macrinum Præfectum Prætorio, & ejus filium Diadumenum, imperaturos eſſe; idque etiam Romam miſſus, Flavio Materniano, qui militiæ urbanæ [. . .] præerat, aperuit: [. . .] acturum is ea ſcripſit ad Antoninum. Forte accidit, ut hæ literæ Antiochiam, ad [ejus matrem] Juliam per errorem perferrentur; quod huic mandatum fuerat, ut cuncta, quæ veniſſent, ſecerneret, ne ad ipſum, in hoſtili occupatum, fruſtra tam copioſæ literæ mitterentur: itemque ut literæ aliæ ab Ulpio Juliano, qui tum erat magiſter cenſus, recta per alios tabellarios ad Macrinum afferrentur, quibus, quid acciδiſſet, ſignificabatur: unde factum eſt, ut literis ad Imperatorem ſcriptis mora injiceretur, quæ vero ſcripta fuerant ad Macrinum, citius ei nota fierent. Igitur veritus

λίσκοντες·) [καὶ ἐκ τῶν πόνων, τῆς τε ταλαιπωρίας, τῆς τότε αὐτοῖς παρούσης, οὕτω καὶ τὰ σώματα τετρυχωμένους, καὶ τὰς ψυχὰς τεταλαιπωρημένους, ὥστε [c] μηδὲν τῶν λημμάτων ἔτι, [18] ἃ πολλὰ [d] ἀεὶ παρ' αὐτοῦ ἐλάμβανον, [e] προτιμᾶν, αἰσθόμενοι,] [f] ἐπήρθησαν, ὡς καὶ συναγωνιστὰς αὐτοὺς, ἀλλ' οὐ πολεμίους ἕξοντες, [κ. . . . . μάζοντος. . .]

Ὁ δὲ δὴ Ἀντωνῖνος [19] ἀντιπαρεσκευάζετο· οὐ μέντοι καὶ [g] πολεμῆσαι αὐτῷ ἐξεγένετο· ἀλλ' ἐν μέσοις τοῖς στρατιώταις, οὓς μάλιστα ἐτίμα, 882 καὶ οἷς ἰσχυρῶς ἐθάῤῥει, [h] κατεσφάγη. ἐπειδὴ γὰρ [i] μάντις τις ἐν τῇ Ἀφρικῇ εἶπεν, ὥστε καὶ δημοσιευθῆναι, ὅτι καὶ τὸν [20] Μακρῖνον τὸν ἔπαρχον, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ [k] Διαδουμενὸν αὐταρχῆσαι δεῖ, καὶ [l] τοῦτο μὲν καὶ ἐς τὴν Ῥώμην [m] πεμφθεὶς, [21] Φλαουίῳ Ματερνιανῷ, [n] τῶν ἐν αὐτῇ στρατιωτῶν [σ . . . εις . . . . . .] ἄρχοντι, ἐξέφηνε [. . . ος τῶν . . . . .] καὶ ὃς παραχρῆμα [o] τῷ Ἀντωνίνῳ ἐπέστειλεν. καὶ συνέβη [p] ταῦτα μὲν τὰ γράμματα [22] ἐς [q] τὴν Ἀντιόχειαν πρὸς τὴν [μητέρα αὐτοῦ] Ἰουλίαν παραπεμφθῆναι [23] ἐπειδὴ ἐκεκέλευστο αὐτῇ, πάντα τὰ ἀφικνούμενα διαλέγειν, ἵνα μὴ μάτην αὐτῷ ὄχλος γραμμάτων, ἐν τῇ πολεμίᾳ ὄντι, πέμπηται· [r] ἕτερα δὲ [24] ὑπὸ Οὐλπίου Ἰουλιανοῦ, [25] τοῦ τότε τὰς τιμήσεις ἐγκεχειρισμένου, δι' ἄλλων γραμματηφόρων ὀρθὴν B πρὸς τὸν Μακρῖνον, δηλοῦντα τὰ γινόμενα, ἀφικέσθαι· καὶ κατὰ τοῦτο τοῖς μὲν πρὸς τὸν αὐτοκράτορα γραφεῖσι διατριβὴν γενέσθαι, τὰ δὲ ἐκείνῳ ἐπισταλέντα

c μηδὲν τῶν λημμάτων. ſic Exc. Peir. μηδ' ἐκ τῶν λημμ. Rom, & Urſ. d ἀεὶ. deeſt in Exc. Peir. e προτιμᾶν, αἰσθόμενοι deſiderantur in Urſ. hic vero in cod Vat. columna tertia ordine, cultro dimidiata, incipit, in plerisque ſuppleta e Xiph. & Exc. Peir. f ἐπήρθησαν. ἐπέρθησαν, RS. & HS. edit. min. itemque Pal. lacuna ſequens forte ſic explenda καὶ ἔτι χρηματίζοντας ἐπεχείρησαν. g πολεμῆσαι. malim διαπολεμῆσαι, Sylb. h κατεσφάγη. ſic Rom. ἀνῃρέθη, Xiph. i μάντις τις. τις deeſt apud Xiph. additum ex Rom. k Διαδουμενιανὸν, Rom. Coisl. & Herodian. Δουμενιανὸν, Pal. & Mer. ut monet Sylb. in Indice ad Vol. III. Rom. hiſt. ſcriptorum. iidem codices Διογενιανὸν appellant in Macrino. Διαδουμενὸν. Xiph. recte; nam ita vocatus eſt ante Antonini nomen aſſumtum. l τοῦτο μὲν καὶ ἐς τὴν. μὲν deeſt apud Xiph. μὲν καί τε ἐς τὴν, Rom. ubi τε delendum eſſe viſum eſt; vel ob lacunam ſupplendum εὐθὺς τότε. m πεμφθεὶς. ſic malui ſcribere cum Xiph. quam προπεμφθεὶς, cum Rom. ſtatim pro Φλαουίῳ, Φλαβίῳ, Xiph. & Ματερνιανῷ, Coisl. n τῶν ἐν αὐτῇ. concinnius duplicato articulo, τῷ τῶν ἐν αὐτῇ. Sylb. o τῷ Ἀντωνίνῳ. ſic Xiph. αὐτῷ, Rom. p ταῦτα μὲν τὰ γρ. μὲν deeſt in Rom. quod addidi ex Xiph. ſequitur enim ἕτερα δὲ. q τὴν Ἀντιοχίαν. ſic Rom. τὴν Ἀντιόχου, Xiph. ſcil. πόλιν, ut τὴν Ἀλεξάνδρου πόλιν pro Alexandria dixit Herodianus p. 596, 40. Sylb. ſi illud retineatur, Ἀντιόχειαν ſcribendum. ſequens μητέρα αὐτοῦ ex conjectura ſua, ad ſupplendum vacuum in codice ſpacium, addidit Falco. r ἕτερα δὲ. Wolfius reponit ἑτέρων, & mox ὀρθὴν notat aſteriſco, quod merito reprehendit Sylb.

ut auctor eſt *Vulcatius* c. 6. homo alias ſævus, *juſſit milites hiemem ſub pellibus agere, niſi corrigerent ſuos mores: & egiſſent, niſi honeſtius vixiſſent.* Alioqui concedebant in hiberna ad hæc exſtructa, ut patet ex Livii & Cæſaris locis jam laudatis viro ſummo *Lipſio* lib. V. Dial. 1. de Mil. Rom. Opp. T. III. p. 137. Differebant tamen a domibus, nec urbanum mollitiei & luxus apparatum habebant.

§ 18. (l. 81.) ἃ πολλὰ ἀεὶ] Ex conſilio Patris p. 868. E. § 73. vide & *Valeſ.* ad p. 880. C § 125. & infra § 48.

§ 19. (l. 85.) ἀντιπαρεσκευάζετο] Nam Parthi atque Medi, injuriam illatam vindicaturi, ſe ad bellum comparabant, ut intelligitur ex fragmento ſuperiori, licet mutilo: τῶν Πάρθων τῶν τε Μήδων — παρασκευαζομένων, ἐν παντὶ δέους ἐγίγνοντο.

§ 20. (l. 90.) Μακρῖνον τὸν ἔπαρχον] Ex præſagio Papiniani, qui cum a militibus ad Palatium traheretur occidendus, dixiſſe fertur: *ſtultiſſimum fore, qui in ſuum ſubrogaretur locum, niſi appetitam crudeliter præfecturam vindicaret. Spart.* c. 8. Alterum tunc præfectum fuiſſe Audentium, refert *Herodianus* IV. 12, 1. hominem ſenem, civilium rerum rudem, militiæ ſatis peritum; Macrinum contra in foro magis verſatum, quem Antoninus velut minus militarem & delicatiorem contemtim ſæpe cavillatus ſit, minitans etiam ſe occiſurum. Illum Adventum eſſe, probabile eſt.

§ 21. (l. 93.) Φλαβίῳ Ματερνιανῷ] Paulo aliter *Herodianus*: IV. 12, 7. ſq. ſcripſiſſe Antoninum, pro eo ac erat ſuſpicioſus, & magos conſulere ſuetus, ad Maternianum, cui tanquam fidiſſimo res urbanas commiſerat, ut conquiſitos undique magos conſuleret, an quis ſibi & imperio inſidietur. Igitur a Materniano Macrinum eſſe indicatum.

§ 22. (l. 98.) ἐς τὴν Ἀντιόχειαν] Juliam Antiochiæ moratam eſſe, ſcribit & *Herodianus* IV. 13, 16. Antoninus tum Edeſſæ hibernabat, atque inde Carras Luni dei gratia proficiſcebatur, teſte *Spartiano* c. 6. ſq. atque ſic *Dio* p. 882. occiſum ait, cum Edeſſa Carras iret. vide & *Herodian.* IV. 11, 16. Utraque urbs in Meſopotamia, illa Euphrati propinqua, hæc ad Chaboram mediterranea. Unde cogitari poſſet, Antiochiam, non *Syriæ* ad Orontem, magis remotam, ſed Commagenes ad Taurum montem intelligi, cis Euphratem, e regione Edeſſæ poſitam, Ἀντιόχειαν πρὸς Ταύρῳ ὄρει. *Ptolemæo* V. 15. dictam, cujus & numi plures ſunt apud Harduinum. Sed plerumque Imperatores in Aſia verſantes Antiochiæ ad Orontem, deliciarum plena urbe, morabantur, eademque erat ad nuncios Roma accipiendos oportunior: unde eam hic intelligi non dubito.

§ 23. (l. 99.) ἐπειδὴ ἐκεκέλευστο] Julia filium ſublevabat libellis & epiſtolis Græcis Latiniſque legendis. p. 878. B. § 98.

§ 24. (l. 2.) ἕτερα δὲ ὑπὸ Οὐλπίου Ἰουλιανοῦ] Is forte eſt, qui poſtea ſub Macrino præfectus fuit prætorii, teſtibus *Capitolino* in Marco c. 10. *Herodiano* V. 4, 5. & ipſo *Dione* p. 895. A. Sed de literis ad Macrinum allatis aliter *Herodianus* IV. 12, 9. ſſ. Nullas enim omnino literas memorat, præterquam Materniani ad Antoninum, quæ ad Antoninum allatæ, tum cum ad aurigandum ſe compararet, ipſius juſſu Macrino datæ fuerint inſpiciendæ, ut ſi quid majoris momenti in iis continderetur, id ad Dominum referret: quare deprehenſas eas, quæ ad caput ſuum pertinerent, ſuppreſſiſſe, ceterarum argumenta expoſuiſſe.

σταλέντα φθῆναι [s] γνωσθέντα αὐτῷ· [t] φοβηθεὶς ὁ Μακρῖνος, μὴ καὶ διαφθαρῇ ὑπ' αὐτοῦ διὰ τοῦτο, καὶ ὅτι [26] Σεραπίων τις Αἰγύπτιος ἄντικρυς τῷ C Ἀντωνίνῳ πρὸ ὀλίγων ἡμερῶν εἰρήκει, ὅτι τε ὀλιγοχρόνιος ἔσοιτο, καὶ ὅτι ἐκεῖνος αὐτὸν [x] διαδέξοιτο, [οὐκ ἀνεβάλετο. ὁ γὰρ Σεραπίων . . . . ὁ μὲν πρῶτον] λέοντι παραβληθεὶς, ἐπεὶ δ' οὐχ ἥψατο αὐτοῦ, τὴν χεῖρα μόνον, ὥς φασι, προτείναντος, ἐφονεύθη, [y] δυνηθεὶς ἄν, ὥς γε ἔφη, μηδὲ τοῦτο παθεῖν, δαιμόνων τινῶν ἐπικλήσει, εἰ μίαν ἡμέραν ἐβεβιώκει.

[z] Ὁ δὲ δὴ Μακρῖνος φοβηθεὶς, [. . . . μὲν οὐδὲν . . . .] καὶ ὑποπτεύσας ἀπολεῖσθαι, οὐκ ἀνεβάλετο· ἄλλως τε [a] ὅτι καὶ τοὺς ἑταίρους αὐτοῦ [καὶ τοὺς συνόντας] ὁ Ἀντωνῖνος [ἐξαίφνης, [27] τῶν αὐτοῦ γενεθλίων . . .] ἄλλον κατ' ἄλλην πρόφασιν, [b] ὡς καὶ τιμῶν, ἀπεώσα [. . . ἀλλ . . . . . τῆς . . . . . . ιτη . . . . . ου . . . . . . [c] πεπρωμένον αὐτῷ λήψεσθαι προσδοκῶν, καὶ τὸ παρωνύμιον ἀπ' 882.D αὐτοῦ τούτου ἐπεποίητο] [d] κἀκ τούτου, δύο τε 890.D χιλιάρχους τῶν ἐν τῷ δορυφορικῷ τεταγμένων [[28] Νεμεσιανόν τε καὶ Ἀπολλινάριον, ἀδελφοὺς E [e] Αὐρηλίους, καὶ [29] Ἰούλιον Μαρτιάλιον, ἔν τε τοῖς ἀνακλήτοις στρατευόμενον,] καὶ [f] ὀργὴν οἰκείαν τῷ Ἀντωνίνῳ ἔχοντα, [ὅτι ἑκατονταρχίαν αἰτήσαντι, οὐκ ἐδεδώκει,] παρασκευάσας, ἐπεβούλευσεν αὐτῷ. ἐπράχθη δὲ ὧδε. [30] τῇ ὀγδόῃ τοῦ Ἀπριλλίου ἐξορμήσαντά τε αὐτὸν [31] ἐξ [g] Ἐδέσσης ἐς Κάρρας, καὶ κατελθόντα [h] ἀπὸ τοῦ ἵππου, ὅπως ἀποπατήσῃ,

tus Macrinus, ne hanc ob cauſam ab illo occideretur; & quod Serapio quidam Ægyptius, paucis ante diebus, palam dixerat Antonino, ipſum brevi moriturum eſſe, & Macrinum ei ſucceſſurum: [procraſtinandum non putavit. Serapio autem . . .] leoni primum objectus eſt; a quo quum non tangeretur, manum tantummodo, ut tradunt, eidem protendens, ferro interfectus eſt: quum poſſet, uti quidem ajebat, ſi unum adhuc diem ſibi vivere licuiſſet, invocatione quorundam dæmonum, iſtud ſupplicium effugere.

A.U.C. 970. Bruttio Præſente & Meſſio Extricato COSS.

5. Macrinus itaque perterritus, [. . quidem nihil . .] & de ſe actum eſſe ſuſpicatus, nihil moræ interpoſuit; præſertim quod Antoninus [ex improviſo, natali ſuo die,] amicos ejus [& familiares,] alios alia ſub ſpecie, veluti honoris cauſa, ab ſe removerat [. . . . . fatalem ſibi accepturum ratus, a quo ipſo cognomen etiam ſibi fecerat;] ac præterea duobus tribunis cohortis Prætoriæ comparatis, [Aurelio Nemeſiano, & Aurelio Apollinari, fratribus, itemque Julio Martiale, qui inter evocatos militabat,] & privatim Antonino iratus erat, [quod munus centurionis petenti ſibi non indulſiſſet;] inſidias ei ſtruxit. Geſta res eſt hoc modo. Quum VI. Idus Aprilis Carras profecturus Edeſſa diſceſſiſſet, ac ventris exonerandi cauſa deſcendiſſet ex equo; Martialis, velut aliquid rei neceſſariæ

[s] γνωσθέντα. ſcribendum puto ἀναγνωσθέντα, ſic tamen ut contendendum non putem. L. [t] φοβηθείς. ita Rom. & Zon. ἐφοβήθη, Xiph. dicendum tamen φοβηθεὶς οὖν. [x] διαδέξοιτ', οὐκ ἀνεβάλετο &c. Rom. brevius Xiph: διαδέξοιτο· ἐφ' ᾧ καὶ παραυτίκα λέοντι παρεβλήθη. poſtea πρῶτον ſcripſi pro πρῶτος quod in Rom. [y] δυνηθεὶς ἄν. ſic melius Xiph. & codex. δυνηθεὶς δ' ἄν, Rom. [z] ὁ δὲ δὴ Μακρ. διὰ ταῦτα οὖν ὁ Μακρ. Xiphil. mox φοβηθεὶς, & poſtea οὐκ ἀνεβάλετο, deerat in Rom. equidem addidi ex Xiph. quoniam alias ſenſu carent, quæ ex cod. Vat. adjecit mutila Falco. [a] ὅτι καὶ. mallet aliquis καὶ ὅτι, Sylb. [b] ὡς καὶ τιμῶν. ὡς, tanquam otioſum omittit Blancus, ſed comma hoc per parentheſin accipiendum. Sylb. [c] πεπρωμένον αὐτῷ &c. hæc eadem, usque ad verba τὸ τοῦ Ἄρεος ἄγαλμα c. 8. habet Urſ. p. 417. ſq. [d] κἀκ τούτου δύο τε χιλιάρχους &c. horum loco Xiph: καὶ διὰ ταῦτα παρασκευάσας τῶν στρατιωτῶν τινὰς δύο, ἐν τῷ δορυφορικῷ χιλιαρχοῦντας, καὶ ὀργήν τινα &c. [e] ἀδελφοὺς Αὐρηλίους. legendum videtur Αὐρηλιανὸν: Spartianus habet *Reanum*, ſed mendoſe. Urſ. vide Dionis fragmenta infra c. 12. obſtat additum ἀδελφοὺς, & quod Aurelianus hic intruſus plane non deſcriberetur quis fuerit. [f] ὀργὴν οἰκείαν. ſic Rom. & Exc. Urſ. ὀργήν τινα ἰδίαν, Xiph. & ἔχοντας, relatum ad δύο χιλιαρχοῦντας. [g] Ἐδέσσης ἐς Κάρρας. ſic Rom. & Urſ. Ἐδέσης, Κάρας, Z. Κάρας etiam nonnullæ editiones Xiph. [h] ἀπὸ τοῦ ἵππου. Rom. & Urſ. ἐκ τοῦ ἵππου, Xiph. pro ἀποπατήσῃ, Codex MS. ἀποπατήσαι.

§ 25. (l. 3.) τοῦ τότε τὰς τιμήσεις ἔχοντος] Blancus: *qui tum cenſor erat;* & ſic Falco: *qui eo tempore cenſor erat.* Melius jam verterat Leunclavius: *cui tunc erant commiſſæ cenſiones;* & veterem interpretem jam caſtigaverat *Salmaſius* ad Spart. Hadr. p. 105. his verbis: *Oportet*, inquit, *valde imperitum rerum Romanarum eſſe, qui cenſores illa ætate fuiſſe usquam arbitretur inter magiſtratus.* ὁ τὰς τιμήσεις ἐγκεχειρισμένος *Dioni eſt, quem Leo Nov.* 44. ἐπὶ τῶν κήνσων καθεστηκότα vocat, cuique ἐπιστασίαν τῶν κήνσων *demandatam eſſe ſcribit, qui ejus ætate γενικὸς dicebatur, antea magiſter cenſus erat dictus. Illud ergo docemur ex Dione, magiſtrum cenſus eundem fuiſſe, qui & frumentariorum præpoſitus, eique hanc curam incubuiſſe, ut per frumentarios vel* γραμματηφόρους *imperatorem de omnibus certiorem faceret.* Vide *Dionem* infra p. 895. A. & *Spanhem.* T. II. admirandi operis de U. N. Diſſ. XII. p. 480 qui *cenſitores* interpretatur ex Corpore Juris. Imperatores, poſtquam nomine cenſorum abſtinuerunt, munerum cenſuræ partem aliquam interdum privatis commiſiſſe, annotavit Eruditiſſ. *Phil. a Turre* Monum. vet. Antii P. I. c. 3. p. 48

§ 26. (l. 10.) Σεραπίων τις] Meminit *Cedrenus* p. 255. D.

§ 27. (l. 24.) τῶν αὐτοῦ γενεθλίων] ſcil. γενομένων. VIII. Id. April. ipſis Megalenſibus, ſecundum *Spartianum* c. 6. vel Prid. Non. April. ſecundum Dionem. infra c. 6. fin. A. U. C. 970. vide ſupra p. 878. § 108. & p. 870. § 1.

§ 28. (l. 31.) Νεμεσιανόν τε καὶ Ἀπολλινάριον] Aurelium Nemeſianum & Aurelium Apollinarem. *Spartianus* c. 6. *Conſcii cædis fuerunt Nemeſianus & frater ejus Apollinaris, Retianusque, qui præfectus legionis ſecundæ Parthicæ militabat, & qui equitibus extraordinariis præerat, non ignorantibus Martio Agrippa, qui claſſi præerat, & præterea plerisque officialium, impulſu Martialis.*

§ 29. (l. 32.) Ἰούλιον Μαρτιάλιον] Hunc ſolum memorat *Herodianus* IV. 13, 2. vocatque ἑκατοντάρχην τῶν σωματοφυλάκων τοῦ Ἀντωνίνου, eum aſſidue comitantem, verum ei infenſum, quod fratrem ſuum ſupplicio temere affeciſſet, & ipſum ἄνανδρον καὶ ἀγεννῆ, itemque Macrini amicum apellaſſet. Eundem Martialem nomine ἑκατοντάρχου a Macrino immiſſi indigitat *Cedrenus* p. 256. A. Quæ utut contraria videantur Dioni, ὅτι ἑκατονταρχίαν αἰτήσαντι οὐκ ἐδεδώκει, tamen ſic conciliare poſſis, quod Evocati vites gererent inſtar centurionum, ordines ſæpe ducerent, & excubias circa cubiculum Principis agerent. Videatur *Dio* p. 565. B. & ibi *Fabricius* noſter § 199. ſq. Unde iidem, qui apud Hiſtoricos nonnullos Evocati, apud alios centuriones vocantur, uti jam annotavit *Lipſius* de Mil. Rom. lib. I. Dial. 8. Nihil igitur obſtat, quo minus Evocatus, qui ratione ceterorum militum centurionis locum & nomen habebat, in ipſo illo Evocatorum aut Prætorianorum corpore Centurio fieri quæſiverit.

§ 30. (l. 36.) τῇ ὀγδόῃ τοῦ Ἀπριλλίου] Vide ſupra § 27.

§ 31. (l. 37.) ἐξ Ἐδέσσης ἐς Κάρρας] Ita & *Euſebius*, item *Victor* Epit. XXI. 6. Dei Luni templum volebat inviſere. vide § 22. Lunum enim Deum dicere Carrenos, annotat *Spartianus* c. 7. Lunæ creſcentis effigies in numis Karræorum apud *Harduinum* p. 80. ſq. Opp. ſel. *Herodianus* IV. 13, 7. minus vere Antoninum facit διατρίβοντα ἐν Κάρραις, & inde ad templum non procul urbe diſtans profectum. Plane aberrat *Sextus Rufus* c. 21. *in Oſroena apud Edeſſam propria morte obiit.*

A.U.C.970 Brutio Præſente & Meſſio Extricato COSS.

ceſſariæ dicturus, acceſſit, eumque pugione parvo percuſſit. Et ipſe quidem actutum fugit, ac forte omnino latuiſſet, ſiquidem abjeciſſet pugionem; tum vero per illum cognitus, a Scytharum uno, qui cum Antonino verſabantur, jaculo eſt transfixus: illum vero tribuni, veluti opem ferentes, occiderunt. [Verſabatur autem hic Scytha cum Antonino, non ſolum velut ſocius in militia, ſed etiam quaſi ejus cuſtodiam quodammodo obtineret.

6. Quippe Scythas, & Celtas, non ſolum ingenuos, ſed & ſervos, a liberis & uxoribus abſtractos, armaverat, & circum ſe habebat; ut qui magis illis fideret, quam militibus. Nam præter alia, centurionum munere eos ornabat, leoneſque vocabat. Quin & cum legatis, a gentibus ei miſſis, frequenter colloquebatur; nullo alio præſente, niſi interpretibus: atque iis mandabat, ut, ſi qua ſibi vis inferretur, in Italiam irruerent, & Romam, ceu captu facillimam, peterent: utque nihil eorum ad nos emanaret, interpretes illico occidi curabat. Verum id quidem ab ipſis barbaris poſtea intelleximus, ſicut quoque de venenis a Macrino.] Multa enim & varia ab hominibus Aſiæ ſuperioris, partim ſibi afferri juſſerat, partim emerat; ita ut trecenties ſeſtertium pro iis numeratum fuerit; quo nimirum plurimos, quotquot voluiſſet, & varia ratione, per dolum de medio tolleret. Ea vero omnia, poſt hæc in Auguſtali reperta, igne cremata ſunt. [Tunc autem milites, cum hac de cauſa, tum quod barbaros ſibi prælatos moleſte ferrent; nec alioquin amplius eo delectabantur, nullum ei inſidiis appetito auxilium tulere.] Talem nactus eſt vitæ finem Antoninus, cum XXIX. ætatis annos, [& dies quatuor, (nam pridie Nonas Aprilis natus fuerat)] exegiſſet; ſex autem annos, & menſes duos, dieſque totidem, imperaſſet.

7. Sed

ση, προσελθὼν [i] ὁ Μαρτιάλιος, ὥς [k] γε εἰπεῖν τι δεόμενος, ἐπάταξε ξιφιδίῳ μικρῷ· καὶ αὐτὸς μὲν αὐτίκα [l] ἀπέφυγε, καὶ διέλαθεν ἄν, εἰ τὸ ξίφος 891.A ἀπεῤῥίφει· νῦν δὲ γνωρισθεὶς [m] ἀπ᾽ αὐτοῦ, ὑπό τι- 882.E νος τῶν [n] Σκυθῶν, τῶν [o] σὺν Ἀντωνίνῳ ὄντων, κατηκοντίσθη· ἐκεῖνον δὲ οἱ χιλίαρχοι, ὡς καὶ βοηθοῦντες, κατέσφαξαν. [ὁ δὲ δὴ Σκύθης οὗτος, [p] οὐχ ὡς καὶ συμμαχῶν αὐτῷ μόνον, ἀλλ᾽ ὡς καὶ φρουρὰν αὐτοῦ τρόπον τινὰ ἔχων, συνῆν.

Καὶ γὰρ Σκύθας, καὶ Κελτοὺς, οὐ μόνον ἐλευθέρους, ἀλλὰ καὶ δούλους, [q] καὶ παίδων, καὶ γυναικῶν ἀφελόμενος, ὥπλιζε, καὶ περὶ αὐτὸν εἶχεν, ὡς καὶ μᾶλλον αὐτοῖς, ἢ στρατιώταις, [r] θαρσῶν. τά τε γὰρ ἄλλα, καὶ [s] ἑκατονταρχίαις σφᾶς ἐτίμα, [32] λέοντάς τε ἐκάλει. καὶ δὴ καὶ τοῖς πρέσβεσι 891.B τοῖς ἐκ τῶν ἐθνῶν αὐτῷ πεμπομένοις, καὶ διελέγετο πολλάκις, μηδενὸς ἄλλου, πλὴν τῶν ἑρμηνέων, παρόντος, καὶ ἐνετέλλετο, ὅπως, ἄν τι πάθῃ, ἔς τε τὴν Ἰταλίαν ἐσβάλωσι, καὶ ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἐλαύνωσι, ὡς καὶ εὐαλωτοτάτην οὖσαν· καὶ ἵνα τε μηδὲν ἐξ αὐτῶν ἐς ἡμᾶς ἐκφοιτήσῃ, τοὺς ἑρμηνέας εὐθὺς ἐφόνευεν. οὐ μὴν ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἀπ᾽ αὐτῶν τῶν βαρβάρων ὕστερον ἐμάθομεν, καὶ τὸ τῶν φαρμάκων, παρὰ τοῦ Μακρίνου.] πολλὰ γὰρ καὶ ποικίλα 884 B παρὰ τῶν ἐν τῇ ἄνω Ἀσίᾳ ἀνθρώπων, τὰ μὲν 891 C μετεπέμψατο, τὰ δὲ [t] καὶ ἐπρίατο, ὥστε [u] ἑπτακοσίας [33] καὶ πεντήκοντα μυριάδας ἐς [x] αὐτὰ ἀριθμηθῆναι, ἵνα καὶ παμπόλλους, [y] ὅσους ἂν θελήσῃ, καὶ διαφόρως δολοφονήσῃ· [z] καὶ ἐκεῖνα μὲν ἐν τῷ βασιλικῷ μετὰ ταῦθ᾽ εὑρεθέντα, σύμπαντα κατεκαύθη. [τότε [a] δὴ οἱ στρατιῶται, καὶ διὰ τοῦτο, καὶ πρὸς τοῖς ἄλλοις, τῷ τοὺς βαρβάρους σφῶν προτιμᾶσθαι, δυσχεραίνοντες, οὔτ᾽ ἄλλως ἔτι ὁμοίως ἔχαιρον αὐτῷ, καὶ [b] ἐπιβουλευθέντι, οὐκ ἐβοήθησαν.] 882 E τοιούτῳ μὲν τέλει [c] ἐχρήσατο, βιούς τε [34] ἔτη 891 D ἐννέα καὶ εἴκοσι, [[d] καὶ ἡμέρας τέσσαρας· (τῇ γὰρ τετάρτῃ τοῦ Ἀπριλλίου [e] ἐγεγέννητο·)] καὶ αὐταρχήσας [35] ἔτη τε ἓξ καὶ μῆνας δύο, καὶ [f] ἡμέρας δύο.

Καὶ

i ὁ Μαρτιάλιος. ſic Rom. & Urſ. ejus autem loco Xiph: τὶς τῶν χιλιάρχων ὑποπεμψάντων. pro quo ὑποπεμφθέντων Blancus legiſſe videtur; quanquam verius ex Zon. ſcribendum fuerat: τὶς στρατιώτης, τῶν χιλιάρχων ἀποπεμψάντων αὐτὸν, vel ὑποπεμψάντων αὐτόν. *k* ὥς γε εἰπεῖν, Rom. & Urſ. ὡς καὶ εἰπεῖν, Xiph. ὡς εἰπεῖν, Z. *l* ἀπέφυγε, Rom. & Xiph. ἀπέφευγε, Urſ. *m* ἀπ᾽ αὐτοῦ, Rom. & Urſ. ὑπ᾽ αὐτοῦ, Xiph. abſunt penitus a Pal. quod probat Sylb. aut ἀπ᾽ αὐτοῦ legendum ait. *n* τῶν Σκυθῶν. ſic omnes. Κελτῶν ſcribendum contendit L. ex Herodiano; atque ita edidit p. 891. A. atque deinde: ὁ δὲ δὴ Κελτὴς, pro ὁ δὲ δὴ Σκύθης. ſcilicet ex Herodiano IV. 13, 13. ſed invito Dione, qui ideo mox & Σκύθας fuiſſe inter corporis Antonini cuſtodes, annotat. *o* σὺν Ἀντωνίνῳ ὄντων, Rom. & Xiph. συνόντων Ἀντωνίνῳ, Urſ. *p* οὐχ ὡς καὶ. ſic Rom. οὐχ omittit Urſ. & alia manu adſcriptum fuiſſe codici, obſervat in margine. *q* καὶ παίδων. ſic omnino legendum, ſicut edidit etiam L. p. 891. A. probante Falcone. καὶ ἀνδρῶν, Rom. & Urſ. *r* θαρσῶν. attice, Rom. & Urſ. θαῤῥῶν edidit L. loc. cit. *s* ἑκατονταρχίαις. ſic Urſ. ἑκατονταρχίας, Rom. typographi vitio, ut arbitror. *t* καὶ. omittit Urſ. L. *u* ἑπτακοσίας. ἑπτακόσια, Urſ. forte typographi errore. quod correxit L. p. 891. at πεντακοσίας Xiph. librarii vitio, qui ſequens πεντήκοντα jam in animo habebat. certe Coiſl. & Pal. ibi etiam ἑπτακοσίας habet. *x* αὐτὰ, Rom. & Xiph. αὐτὴν, Urſ. perperam. *y* ὅσους ἂν, Rom. & Urſ. οὓς ἂν, Xiph. ſtatim, ἐθελήσῃ, Xiph. quod cur damnem & inter librarii errores referam cum Falcone, non video. *z* καὶ ἐκεῖνα μὲν. ſic Rom. & Urſ. ſed apud Xiph: ἅτινα καὶ εὑρεθέντα σύμπαντα κατεκαύθη. omittit igitur ἐν τῷ βασιλικῷ μετὰ ταῦτα. nos viciſſim ex Xiph. vocabulum σύμπαντα adjecimus, quod minus recte abeſt a Rom. & Urſ. *a* τότε δὴ, Rom. & Urſ. τότε δὲ, edidit L. p. 891. C. *b* ἐπιβουλευθέντι, Rom. ἐπιβουλευχθέντι, Urſ. vitio typothetæ. *c* ἐχρήσατο, Rom. Urſ. Ἀντωνῖνος ἐχρήσατο, Xiph. paulo ante, pro τοιούτῳ, codex male τοιούτων. ſtatim βιούς τε, Rom. & Urſ. τε abeſt a Xiph. & ſic καὶ ἡμέρας τέσσαρας deſideratur in Xiph. *e* ἐγεγέννητο. ſic Urſ. & L. p. 891. D. ἐγεγένετο, vitioſe Rom. *f* ἡμέρας δύο. ſic Rom. & Urſ. at in editt. Xiph. ſi a Leunclaviana diſceſſeris, loco vocabuli δύο, eſt aſteriſcus lacunæ ſignum, quæ lacuna ſane antiqua fuerit in codicibus neceſſe eſt, ſiquidem nec Zon. numerum dierum addere potuit, indefinite ſcribens ἡμέρας τισί. vide not.

§32. (l. 54.) λέοντάς τε ἐκάλει] Sic & Hebræi, & Moabitæ, viros bello fortes appellabant. II. Sam. XXIII. 20. I. Chr. XI. 22. &c. vide alia apud *Bochartum* Hieroz. P. I. lib. III. c. 1. p. 716. ſq. & c. 4. p. 757. c. 5. p. 771.

§33. (l. 66.) ἑπτακοσίας καὶ πεντήκοντα μυριάδας] Intellige δραχμῶν. Drachmæ 7500 000, ſeu 30 000 000 HS. faciunt unciales noſtros 750 000.

§34. (l. 74.) ἔτη ἐννέα καὶ εἴκοσι] Sic & *Victor* Epit. XXI. 7. *vixit annis ferme triginta.* Sed ceteros neſcio unde tam craſſus error invaſerit, ut Antonino XLIII. annos vitæ tribuerent, uti *Spartianus* facit c. 9. & *Eutropius* VIII. 11. item *Euſebius*; imo LX. annos *Chronicon Paſchale*. Cauſam *Caſaubonus* ad Spart. p. 732. probabilem affert, quod Caracallum non a Julia matre, ſed priore Severi uxore Marfia natum putarint. vide p. 871. §17. Attamen Spartianus ne ſibi quidem ipſi conſtat in annis, quos puero & juveni Antonino tribuit c. 4. & 16. compilans nempe ex variis, parumque ſollicitus an temporum ratio concordet. Quare non eſt, cur hujusmodi ſcriptores Dioni præferamus.

882E Καί μοι καὶ ἐνταῦθα τοῦ λόγου θαυμάσαι πάμπολλα ἐπέρχεται. [g] ὅ, τε γὰρ πατὴρ αὐτοῦ
883A μέλλοντί οἱ ἐκ τῆς [h] Ἀντιοχείας τὴν τελευταίαν ἔξοδον ποιήσασθαι, ξιφήρης ὄναρ ἐπέστη, λέγων· « [i] ὅτι Ὡς σὺ τὸν ἀδελφὸν ἀπέκτεινας, καὶ « ἐγώ σε ἀποσφάξω· » καὶ οἱ μάντεις εἶπον αὐτῷ, τὴν ἡμέραν ἐκείνην φυλάσσεσθαι, τούτῳ τῷ ῥήματι ἄντικρυς [k] χρησάμενοι, « ὅτι αἱ « τοῦ [36] ἥπατος τοῦ ἱερείου πύλαι [l] κέκλειν- « ται. » ἀφ' οὗ δὴ καὶ διὰ θύρας τινὸς ἐξῆλθε, μηδὲν μηδὲ τοῦ λέοντος, ὃν [m] καὶ Ἀκινάκην ὠνόμαζε, καὶ ὁμοτράπεζον, [n] ὁμόκλινόν τε ἐποιεῖτο, φροντίσας, ὅτι καὶ ἐκράτησεν αὐτὸν ἐξιόντα,
B καὶ τὴν ἐσθῆτα αὐτοῦ περικατέρρηξεν. ἔτρεφε μὲν γὰρ καὶ ἄλλους λέοντας πολλούς, καὶ ἀεί τινας περὶ [o] αὐτὸν εἶχεν· ἐκεῖνον δὲ καὶ δημοσίᾳ πολλάκις κατεφίλει. ταῦτά [p] τε οὖν οὕτως ἔσχε.
891E καὶ ὀλίγον [q] πρὸ τοῦ θανάτου αὐτοῦ, ἔν τε τῇ Ἀλεξανδρείᾳ πῦρ [r] ἐξαίφνης πολύ, [s] ὥς γε καὶ ἤκουσα, πάντα τὸν [37] τοῦ [t] Σαράπιδος ναὸν ἔνδοθεν καταχὸν, ἄλλο μὲν οὐδὲν [u] τοπαράπαν ἐλυμήνατο· τὸ δὲ [x] δὴ ξίφος ἐκεῖνο, ᾧ τὸν ἀδελφὸν [y] ἀπεσφάκει, μόνον ἔφθειρε· [καὶ μετὰ τοῦτο παυσαμένου αὐτοῦ, ἀστέρες πολλοὶ ἐφάνησαν.]
892A [z] καὶ ἐν τῇ Ῥώμῃ [δαίμων τις, ἀνθρώπου σχῆμα ἔχων, ὄνον ἔς τε τὸ Καπιτώλιον, καὶ μετὰ τοῦτο ἔς τε τὸ Παλάτιον ἀνήγαγεν, ζητῶν τὸν δεσπότην αὐτοῦ, [a] ὥς γε καὶ ἔφασκεν, καὶ λέγων, ἐκεῖνον μὲν ἀπολωλέναι, τὸν δὲ Δία ἄρχειν· συλληφθείς τε ἐπὶ τούτῳ, καὶ πρὸς τὸν Ἀντωνῖνον [38] ὑπὸ τοῦ Ματερνιανοῦ πεμφθείς, « Ἀπέρχομαι μέν, ἔφη, ὡς « [b] κελεύεις, ἀφίξομαι δὲ οὐ πρὸς τοῦτον τὸν αὐ- « τοκράτορα, ἀλλὰ πρὸς ἕτερον » , καὶ μετὰ τοῦτο ἐς τὴν Καπύην ἐλθὼν, ἀφανὴς ἐγένετο.

Τοῦτο μὲν ζῶντος ἔτι αὐτοῦ συνηνέχθη.] τῇ δὲ ἱπποδρομίᾳ, [τῇ [39] τοῦ [c] Σεβήρου ἀρχῆς ἕνεκα ποιουμένῃ,] κατέπεσε μὲν καὶ τὸ τοῦ [d] Ἄρεος
883C ἄγαλμα πομπεῦον. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἧττον ἄν τις θαυμάσειε· τὸ δὲ δὴ μέγιστον, [e] ἡττημένοι οἱ πρά-σινοι

7. Sed mihi hoc loci multa ſeſe offerunt, quæ admirer. Nam cum poſtremam profectionem ex Antiochia pararet, pater ei cum gladio in ſomnis adſtitit, & “ Ut tu, „ inquit, “ fratrem tuum interfeciſti, ita & ego te jugulabo: „ præterea haruſpices ei dixerunt, ut ab illa die caveret, his diſerte verbis uſi: “ Portæ jecoris in victima clauſæ ſunt. „ Ex quo per quandam quoque januam egreſſus eſt, nihil ne leonem quidem moratus, quem Acinacem appellabat, & menſæ lectique conſortem faciebat, cum ita cum exeuntem retinuiſſet, ut ipſi veſtem etiam laceraverit. Alebat quidem Antoninus complures alios leones, eorumque circa ſe nonnullos habebat ſemper; illum vero multoties, vel publice oſculabatur. Quæ cum ita ſe haberent, factum eſt paulo ante mortem ipſius, ut ingens Alexandriæ ſubito excitatus ignis, ut quidem audiſſe memini, totum Serapidis templum interius invaſerit, nil tamen omnino aliud damni dederit, niſi quod gladius ille, quo jugulaverat fratrem, ſolus flammis ſit abſumptus: [& poſt hæc, cum ceſſaret incendium, ſtellæ multæ apparuerunt.] At Romæ [humana quidam forma genius primum in Capitolium, hinc in Palatium, aſinum ſurſum egit, dominum ejus quæritans, ut ajebat, dicenſque dominum quidem illum jam periiſſe, Jovem vero imperare: eaque de cauſa comprehenſus, & a Materniano miſſus ad Antoninum; “ Vado quidem, „ inquit, “ ut jubes; non ad hunc tamen, ſed ad alium veniam Imperatorem; „ atque poſtea Capuam veniens, ibi evanuit.

A.U.C.970 Bruttio Præſente & Meſſio Extricato COSS.

8. Et hoc quidem contigit adhuc ſuperſtite Antonino.] Porro ludis Circenſibus, [qui Severi Principatus cauſa fiebant,] ſimulacrum Martis, in pompa ductum, decidit. Quod etſi fortaſſe admirationis habeat minus; attamen id fuit

g ὅ τε γὰρ πατὴρ αὐτοῦ. hæc Xiph. inſerit demum poſt verbum ποιήσασθαι. *h* Ἀντιοχείας, ſcripſi, pro Ἀντιοχίας, quod eſt in Rom. & Urſ. illud enim conſtanter reperitur in Dione. *i* ὅτι, Rom. & Urſ. abeſt vero a Xiph. *k* χρησάμενοι. χρησάμενος, perperam, Coisl. *l* κέκλειται, Xiph. quod merito præfert Sylb. κέκλειντο, Pal. κέκλονται, Rom. & Urſ. quod eſſet a κλόω. *m* καὶ, Rom. & Urſ. deeſt apud Xiph. *n* ὁμόκλινον. ſic Xiph. & Urſ. ὁμοίκλιον, minus bene, Rom. *o* αὐτὸν εἶχεν. ſic Urſ. αὐτὸν ἦγεν, Xiph. αὐτὸν ἔχειν, Rom. *p* τε, Rom. & Urſ. deeſt apud Xiph. *q* πρὸ τοῦ θαν. Rom. in codice autem eſt περὶ, quod edidit etiam Urſ. ſed in margine idem πρὸ ſcribendum monuit. *r* ἐξαίφνης, Rom. ἐξεφάνη, edidit Urſ. ſed ἐξαίφνης poſuit ad marg. male eum vidiſſe, ſed bene correxiſſe judicat Falco. *s* ὥς γε καὶ, Rom. ὥστε καὶ, Urſ. minus recte. *t* Σαράπιδος. ita Urſ. & Dio conſtanter. Σεράπιδος, Rom. & Xiph *u* τοπαράπαν, Rom. & Urſ. in MS. eſt tantum τὸ παρά. deeſt plane apud Xiph. *x* δὴ, Rom. & Xiph. deeſt in Urſ. *y* ἀπεσφάκει, Rom. ceterique. ἀπεσφάγη, Pal. rectius forte ἀπέσφαξε, Sylb. *z* καὶ ἐν τῇ Ῥώμῃ &c. ἐν δὲ δὴ τῇ Ῥώμῃ (omiſſis intermediis) ἱπποδρομίας γενομένης κατέπεσε τὸ τοῦ Ἄρεος &c. Xiph. *a* ὥσπερ καὶ ἔφασκεν, Urſ. ὥστε καὶ ἔφασκεν, Rom. leg. ὥς γε. deinde συλληφθεὶς rectius in Urſ. quam συλλημφθεὶς in Rom. & codice. *b* κελεύεις, Rom. codex habebat κελευσθεὶς, quod edidit etiam Urſ. & inde L. ſed librarius poſtea delevit θ. *c* Σεβήρου. ſic alias apud Dionem. Σευήρου, Rom. & Urſ. *d* Ἄρεος. ſic Urſ. Ἀρέως, Rom. perperam. ſequuntur hinc in cod. Vat. pag. 2. columnæ 3. & 4. penitus reciſæ, ut proinde aberrationes editionis Rom. membrana illa non nitantur. *e* ἡττημένοι. ita malui ſcribere cum vulgatis Xiph. editt. quam ἡττώμενοι cum Rom.

§35. (l. 77.) ἔτη ἓξ καὶ μῆνας δύο] Sic & *Eutropius* VIII. 11. Annos VI. *Herodianus* IV. 13, 19. *Victor* Epit. XXI. 1. *Cedrenus* p. 255. D. *Euſebius* Chron. Annos VII. *Chronicon Paſch.* Dio Severum τῇ τετάρτῃ τοῦ Φεβρουαρίου (A. U. C. 964.) mortuum dixerat p. 868 D. unde usque ad A. U. C. 970. diem 8. Aprilis viderentur numerandi dies V. ultra dictum tempus; niſi forte illos dies, qui Februario deſunt, Dio detraxit.

§36. (l. 86.) ἥπατος τοῦ ἱερείου πύλαι] Unus Sylburgius πύλας ἥπατος recte vertit in notis, *portas*, ceteri perperam *fores* recentior interpres peſſime *alas*. Pertinet hoc ad ſolennia haruſpicinæ vocabula, qualia de hepate ex uno Heſychio plura collegit Summus Vir *Caſaubonus* ad Capitolin. Pertin. c. 11. p. 560. nam ἐν τῷ ἥπατι φασὶ τὸν τῆς μαντικῆς εἶναι τρίποδα, ut eſt apud *Philoſtratum* Apollon. VIII. 15 p. 350. Igitur ut πύλαι τοῦ ἥπατος ab θυρῶν dici annotat *Heſychius* in πύλαι, idemque ex Rufo Epheſio confirmat *Jo. Phil. Pfeifferus* Antiqu. Gr. lib. I. c. 27. ita pariter a Medicis & Phyſicis ſic vocantur, ut vel ex *Stephani* Theſauro conſtat T. III. p. 611. C. & T. II. p. 1343. F. & *Polluce* II. 215. nec Latini aliter. *Cicero* de N. D. II. 55. *ex inteſtinis ſuccus is quo alimur permanat ad jecur per quaedam a medio inteſtino usque ad portas jecoris (ſic enim appellant) ductas & directas vias.* Et quis eſt qui ignoret *venam Portæ* hinc dictam?

§37. (l. 97.) τοῦ Σαράπιδος ναὸν] Vide p. 880. B.

§38. (l. 7.) ὑπὸ τοῦ Ματερνιανοῦ] Is urbanis militibus præerat p. 882. A. §21.

§39. (l. 13) τοῦ Σεβήρου ἀρχῆς] Natalitiis imperii Severi, Kal. Jun. p. 839. §126 vide infra §65. In ſolenni autem celebritate, maxime Circenſium, ſtatuæ deorum in thenſis traducebantur, quod eſt πομπεύειν. Ex ſimulacris autem, ſeu converſis ſua ſponte, ſeu cadentibus, omina captabant.

A.U.C.970 Bruttio Præſente & Meſſio Extricato COSS.

fuit maximum, quod praſina factio, cum victa vidiſſet in ſummo obeliſco graculum maxime crocitantem, cum omnes ſpectare, & repente, veluti ex compacto conclamare: “ ave Martialis, diu te, Martialis, non vidimus; „ non quod unquam graculus ita ſit appellatus; ſed quod per ipſum, divino quodam afflatu, Martialem, Antonini ſalutaverint percuſſorem. Ipſe quoque Antoninus mortem ſibi prædixiſſe aliquibus viſus eſt; cum in literis, quas miſit ultimas ad Senatum, dixit: “ Deſinite optare, ut imperem centum annos. „ Hæc enim ei acclamatio jam ab initio ſemper fieri conſueverat: ſed eam ille tunc primum, & ſolum reprehendit, verbo quidem eos incuſans, quod optarent, quæ fieri nequeant, re ipſa autem ante oſtendens, ſe non diutius imperaturum. Quod cum ſemel a nonnullis eſſet in omen verſum, mihi quoque ominoſum fuiſſe viſum eſt, quod cum Nicomediæ nobis dediſſet epulum Saturnalibus, multaque alia, ut aſſolet in convivio, dixiſſet; poſt ubi ſurreximus, me quidem ad ſe vocans, “ Pulcherrime vero, „ inquit, o Dio, atque veriſſime Euripides dixit:

Multas ſpecies fati eſſe patet,
Spem præter eunt vi multa Deum,
Non præveniunt credita quamvis,
Inſperatis reperere viam.
Sic exitum habet res iſta ſuum.

Nam eo quidem tempore, effutiiſſe hos verſus temere, viſus eſt; at cum non multo poſt occiſus eſſet, atque hanc vocem poſtremam ad me prorupiſſet, viſus eſt omnino, aliqua ratione, quæ ſibi eventura erant, vaticinatus: ſicut etiam fecit Jupiter, qui Belus cognominatur, coliturque Apameæ Syriæ civitatè. Nam is Severo pridem, quum adhuc privatus ageret, hos verſus dixerat:

Os

σιοι [f] πρασιῶται, ἔπειτα κολοιὸν ἐπ' [40] ἄκρου τοῦ ὀβελίσκου [41] σφόδρα [g] κρώζοντα ἰδόντες, πάντες τε πρὸς αὐτὸν ἀπέβλεψαν, καὶ πάντες ἐξαίφνης, ὡς καὶ ἐκ συγκειμένου τινὸς, ἀνεβόησαν “ [42] Μαρτιάλιε [h] χαῖρε, Μαρτιάλιε, διὰ “ χρόνου σε ἑωράκαμεν „ οὐχ ὅτι καὶ [i] ὁ κολοιός ποτε οὕτως ὠνομάσθη, ἀλλ' ὅτι δι' ἐκείνου τὸν Μαρτιάλιον τὸν τοῦ Ἀντωνίνου φονέα, ὡς καὶ ἐξ ἐπιπνοίας τινὸς θείας, ἠσπάσαντο. ἤδη δέ τισι καὶ αὐτὸς ἑαυτῷ ὁ Ἀντωνῖνος τὴν τελευτὴν προδηλῶσαι ἔδοξεν, ἐπειδὴ ἐν τῇ ἐπιστολῇ, ἣν τελευταίαν τῇ γερουσίᾳ ἔπεμψεν, ἔφη ὅτι “ Παύσασθε εὐχό- D
“ μενοί με ἑκατὸν ἔτεσι μοναρχῆσαι. „ τὸ μὲν γὰρ ἐπιβόημα τοῦτο, ἀεὶ καὶ ἀπ' ἀρχῆς αὐτῷ [k] ἐγένετο· ἐκεῖνος δὲ τότε πρῶτον καὶ μόνον ᾐτιάσατο αὐτό· λόγῳ μὲν ἐγκαλῶν σφίσιν, ὡς καὶ ἀδύνατα εὐχομένοις, ἔργῳ δὲ προδηλῶν, ὅτι οὐκέτ' οὐδένα χρόνον ἄρξει. καὶ ἐπειδή γε ἅπαξ τοῦτό τινες ἐπεσημήναντο, καὶ ἐμοὶ ἐνθύμιον ἐγένετο, ὅτι ἐν τῇ Νικομηδείᾳ τοῖς Κρονείοις ἑστιῶν ἡμᾶς, καὶ πολλὰ ἄττα, οἷα ἐν συμποσίῳ εἰκὸς ἦν, εἰπὼν, ἔπειτ' ἐξανισταμένων ἡμῶν, [l] προσκαλεσάμενος ἔφη, “ Κάλλιστα, ὦ Δίων, καὶ ἀληθέστατα [43] ὁ Εὐριπί- E
“ δης [ll] εἴρηκει ὅτι „

Πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων,
Πολλὰ δ' ἀέλπτως κραίνουσι Θεοὶ,
Καὶ τὰ δοκηθέντ' οὐκ ἐτελέσθη,
Τῶν δ' ἀδοκήτων πόρον εὗρε Θεός.
Τοιόνδ' [m] ἀπέβη καὶ τόδε πρᾶγμα.

παραχρῆμα μὲν γὰρ [44] ἄλλως ἀπολεληρηκέναι τοῦτο τὸ ἔπος ἔδοξεν· ἐπειδὴ [n] δὲ οὐκ ἐς μακρὰν 884*
ἀπώλετο, καὶ τελευταίαν [o] ταύτην φωνὴν πρός ἐμὲ ἐῤῥηξε, καὶ πάνυ κεχρησμῳδηκέναι τρόπον τινὰ τὰ συμβησόμενα αὐτῷ ἐνομίσθη· ὥσπερ καὶ [45] ὁ Ζεὺς, ὁ Βῆλος ὀνομαζόμενος, καὶ ἐν τῇ [46] Ἀπαμείᾳ τῆς Συρίας τιμώμενος· καὶ γὰρ ἐκεῖνος τῷ Σεβήρῳ πρότερον, ἰδιωτεύοντι ἔτι, τὰ ἔπη ταῦτα εἰρήκει·

Ὄμματα

f πασιῶται. ſic recte Leuncl. emendavit vulgatum στρατιῶται, quod & Rom. retinuit. nec enim milites in Circenſibus certabant, ſed agitatorum factiones, πρασιῶται & ἀντιπρασιῶται. p. 650. E. 760. C. Praſini quidem contrarii Venetis, quibus addictus Antoninus. p. 874. E. non dubitavi igitur recipere emendationem. ſic apud Herodotum l. 13. pro πρασιῶται irrepſerat στρατιῶται, quod corrigendum docuit Tan. Faber Epiſt. l. 39. p. 104. *g* κρώζοντα. ſic recte Xiph. quod non erat mutandum in κρώζοντα, ut factum in Rom. *h* χαῖρε, Μαρτιάλιε. hæc minus bene omiſſa ſunt in Rom. *i* ὁ κολοιός. articulus deeſt in RS. & HS. edit. min. additus in ceteris ex Pal. *k* ἐγένετο, Rom. ἐγένετο, Xiph. *l* προσκαλεσάμενος. videtur dicendum fuiſſe ἐμὲ προσκ. *ll* εἴρηκε. omittit Rom. quod tamen præter Xiph. etiam in Exc. Anonymi ex Dione a Falcone laudatis, reperitur. *m* τοιόνδ' ἀπέβη. Blancus velut a Dione adjectum acceperat; incruſtavit Falco; ſed Euripidis pariter eſſe verſum, jam Sylburgius & Leunclavius monuerunt, nec video, cur Caracallus, ἄλλως ἀπολεληρηκώς, hanc clauſulam, quinque locis ſimiliter occurrentem omiſiſſet, aut Dio ſuam faceret, non monito lectore. mox καὶ τόδε πρᾶγμα, Rom. τὸ πρᾶγμα, Xiph. ſane τόδε πρᾶγμα legitur & apud Euripidem, nec emphaſi caret additum καὶ, præſertim in applicatione ſpectatum. *n* δὲ. male omiſſum in Rom. *o* ταύτην. non agnoſcunt RS. & HS. edit. min. additum in ceteris ex Pal. cui conſentit Coisl.

§40. (l. 17.) ἄκρου τοῦ ὀβελίσκου] Vide dicta de Obeliſco ad p. 724. B. § 107.

§41. (l. 18.) σφόδρα κρώζοντα] κρώζειν eſt ὀρνίθων δυσφωνίαν, ut habet *Suidas*; talis autem graculus. *Euſtathius* ad Il. α p. 154. edit. Rom. p. 116 lin. 31. edit. Baſil. κολῳὸς ὁ θόρυβος, καὶ ὁ κολοιὸς δὲ θορυβητικόν. διὸ καὶ εἰς παραβολὴν θορύβου χρησιμεύσει που τῷ ποιητῇ. vide eundem ad Il. β. p. 155. l. 23. edit. Baſil. & quanquam *Pollux* V. 89. dicit κορώνας κρώζειν, κολοιοὺς κλώζειν ἢ κολοιᾶν, tamen cognatarum avium eadem ſunt vocabula. Nam κολοιοὶ, μικραὶ κορῶναι *Heſychio*, & Graculus ὁ κορακίας, ac vice verſa exponitur in Gloſſario Labbæi. Graculi nomen a κόραξ quaſi *coraculus*, ut docet *Menagius* in Amoenit. c. 38. p. 166. ſqq. Hinc & κρωγμὸν κολοιῶν dici in Epigr. jam obſervavit *H. Stephanus*.

§42. (l. 21.) Μαρτιάλιε χαῖρε] Proprie picus eſt *Martia avis* apud *Ovid.* Faſt. III. 37. vide & *Horat.* Od. III. 27. 15. *Strab.* V. p. 240. *Plutarch.* Qu. Rom. p. 268. E. Hinc forte *Jo. Argelus* T. IX. Theſ. Græv. p. 101. not. 59. rem geſtam expoſiturus, conjungit *graculum, picum, marcellum;* quaſi pro iiſdem habendos. Sed κολοιὸς nunquam eſt picus, ut demonſtratum dedit *Menagius* l. c. Fieri autem potuit, quoniam paulo ante Martis ſimulacrum ſiniſtro omine ceciderat, ut avem nunc apparentem ab irato Marte immiſſam crederent, adeoque Martialem dicerent, gaudentes, tumultum & res novas portendi Antonino ſuo ἀντιστασιώτῃ.

§43. (l. 39.) ὁ Εὐριπίδης] Euripides in fine Andromaches, Helenæ, Alceſtidis, Baccharum, Medeæ. Verſio eſt Grotii.

§44. (l. 46.) ἄλλως ἀπολεληρηκέναι] Veram poteſtatem particulæ ἄλλως ſic uſurpatæ declaravit *Perizonius* ad *Ælian.* V. H. II. 13. not. 18. ut ſit idem quod *temere, forte, incerta cauſa, præter rem.* Sic ſæpius apud Lucianum, Dionem, alios.

§45. (l. 50.) ὁ Ζεὺς ὁ Βῆλος] Vide de eo *Selden.* de Dis Syr. Synt. II. c. 1. idem Baal, Belus, Elabelus, Aglibolus, Jaribolus, Melachbelus, in Inſcriptt. Palmyrenis *Thomæ Smithi* num. VII. & X. aliiſque nominibus per orientem inſignitus. Oraculum quoque, ut Jovis Ammonii, Dodonæi, Philii, ſic Beli quoque, cujus antiquiſſimus cultus Babylone, de quo *Herodotus* I. 181. Eſ. XLVI. 1. Jer. L. 2. vide *Bochartum* in Phaleg. I. 11. p. 48. C. & Canaan II. 2. p. 786. D.

p "Ομματα καὶ κεφαλὴν ἴκελος Διῒ τερπικεραύνῳ,
"Αρεϊ δὲ ζώνην, στέρνον δὲ Ποσειδάωνι.

B καὶ μετὰ ταῦτα αὐτοκράτορι γενομένῳ, q ταῦτα εἶπε χρωμένῳ, ὅτι

r "Οικος δέ σοι πᾶς βήσεται δι' αἵματος.

892 B [Τὸ δ' s οὖν Ἀντωνίνου τότε σῶμα ἐκαύθη, καὶ τὰ ὀστᾶ [47] ἐν τῷ t Ἀντωνινείῳ, κρύφα νυκτὸς ἐς τὴν Ῥώμην κομισθέντα, ἐτέθη. πάνυ γὰρ πάντες οἱ βουλευταὶ, καὶ οἱ ἰδιῶται, καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες, ἰσχυρότατα αὐτὸν ἐμίσησαν, ὥστε καὶ λέγειν, καὶ ποιεῖν πάντ' ἐπ' αὐτῷ, ὡς πολεμιωτάτῳ. δόγματι μὲν γὰρ οὐκ u ἠτιμώθη, διὰ τὸ τοὺς στρατιώτας τῆς μὲν εἰρήνης, ἧς ἀντ- C ήλπισαν παρὰ τοῦ Μακρίνου λήψεσθαι, μὴ uu τυχεῖν· τῶν δὲ δὴ [48] κερδῶν, ὧν παρ' ἐκείνου ἐλάμβανον, στερομένους, πάλιν αὐτὸν ποθῆσαι. ἀλλὰ καὶ [49] ἐς τοὺς ἥρωας μετὰ τοῦτο, x ἐκνικησάντων αὐτῶν, ἐσεγράφη· καὶ τοῦτο καὶ τῇ βουλῇ δηλονότι ἐψηφίσθη.] y ἄλλως τε πολλὰ καὶ κακὰ ὑπὸ πάντων ἤκουεν ἀεί. οὐδὲ γὰρ Ἀντωνῖνον z ἔτ' αὐτὸν ἐπεκάλουν, a ἀλλ' [οἱ μὲν Βασσιανὸν, τὸ ἀρ- 884 C χαῖον ὄνομα, οἱ δὲ] Καράκαλλον, ὥσπερ εἶπον, [οἱ δὲ] καὶ b Ταράνταν, ἐκ μονομάχου τινὸς προσηγορίας, [τό τ' εἶδος,] καὶ c [50] σμικροτάτου, καὶ κακοειδεστάτου, καὶ [τὴν ψυχὴν, καὶ θρασυτάτου καὶ] μιαιφονωτάτου.

Καὶ τὰ μὲν ἐκείνου, ὅπως ποτ' ἂν καὶ ὀνομάσῃ τις αὐτὸν, οὕτως ἔχει· ἐμοὶ δὲ d δὴ, καὶ πρὶν ἐς τὴν μοναρχίαν καταστῆναι, προεδηλώθη τρόπον τινὰ παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ὅτι καὶ ταῦτα γράψοιμι. ἐν γὰρ πεδίῳ μεγάλῳ τινὶ πᾶσαν τὴν τῶν Ῥωμαίων δύναμιν ἐξωπλισμένην ὁρᾶν, τεθνηκότος αὐτοῦ e ἤδη, ἔδοξα· καὶ [ἐνταῦθα] τὸν Σεβῆρον [ἐπί τε γηλόφου, D καὶ] ἐπὶ βήματος ὑψηλοῦ καθήμενον διαλέγεσθαί τι αὐτοῖς. καί με προσστάντα ἰδὼν, ὅπως τῶν λεγομένων ἀκούσω, "δεῦρο, ἔφη, Δίων, ἐν-

Os oculosque Jovi ſimilis, qui fulmina torquet, A.U.C.970
Et Marti zonam, & Neptuno pectora. BruttioPræſente & Meſſio Extricato COSS.

& poſt hæc eidem, cum Imperator factus eſſet, interroganti reſpondit:

Per ſanguinem tibi univerſa ibit domus.

9. [Tunc autem Antonini cadaver crematum eſt, & oſſa clam noctu Romam invecta, in monumentum Antoninianum fuere illata. Nam vehementiſſime ſenatores omnes, & privati, tam mares, quam feminæ, ipſum oderant: ita ut in eum, veluti in hoſtem infenſiſſimum, & dicerent quævis, & facerent. At vero nulla ex Senatusconſulto infamia notatus fuit; quod milites, cum pacem, quam ſe a Macrino ſperaverant accepturos, conſecuti non eſſent, iis vero præmiis fraudarentur, quæ ab illo acceperant, rurſus Antoninum deſiderarent: qui, militibus poſtea id evincentibus, inter Deos adeo relatus eſt, accedente nimirum Senatusconſulto.] Cæteroquin multis eum conviciis perpetuo inſectabantur omnes. Nec enim Antoninum amplius vocabant, ſed [alii priſco nomine Baſſianum, alii] Caracallum, ut dixi, alii denique & Tarantum, ex agnomine cujuſdam gladiatoris, & ſtatura puſilli, & forma fœdiſſimi, [& animo ferociſſimi,] & maxime ſanguinarii.

10. Atque ea quidem quæ ad illum ſpectant, quomodocunque eum forte quis appellaverit, ita ſe habuerunt: mihi vero etiam, antequam ad principatum eveheretur, quodammodo ab ejus patre præſignificatum eſt, futurum, ut iſta ſcriberem. Eo namque jam mortuo; in magna quadam planitie, omnem Romani populi exercitum armatum mihi videre viſus ſum: ibique ipſum Severum, in colle, ac in excelſo tribunali ſedentem, ad milites concionari. Ubi ut me vidit ſtare in conſpectu ſuo, ut quæ dicerentur, audirem;

p "Ομματα &c. dictum Hom. Ιλ. β. 478. pro ἴκελος & στέρνον, Coisl. male habet ἀίκελος & τέρνα. q ταῦτα εἶπε. hæc iterum leguntur in Urſ. usque ad verba c. 13. ἐξαλειφθέντα ὑπ' αὐτῶν. ceterum ταῦτ' εἶπεν legit Urſ. ταῦτα autem prorſus abeſt a Xiph. r "Οικος δέ σοι πᾶς βήσεται. ita Xiph. metro convenienter, ſed σὺς δ' οἶκος πᾶς βήσεται, minus recte, Coisl. Pal. Urſ. & Rom. ubi & θήσεται vitioſe pro βήσεται. apud Eurip. Phœniſſ. v. 20. ſic legitur: καὶ πᾶς σὸς οἶκος &c. laudatur pluribus, ut oſtendit *Fabricius* noſter ad Chalcid. in Timæum T. II. Hippolyti p. 336. Ceterum poſt hæc Euripidis, Xiph. inſerit illa de veneficiis Antonini: τελευτήσαντος δὲ τοῦ Ἀντωνίνου καὶ τὰ τῶν φαρμάκων ἀνεγνώσθη, usque ad verba σύμπαντα κατεκαύθη. quæ ſupra cap. VI. ſecundum ordinem codicis antiquiſſimi exhibuit Falco, hic non repetenda. s οὖν, Rom. deeſt in Urſ. codex habet ὧν. t Ἀντωνινείῳ, Rom. ex correctione Urſini, cum codex habeat Ἀντωνίνῳ, ſive ut Urſinus expreſſit, Ἀντωνι*νῳ. u ἠτιμώθη, Rom. ἠτιμάσθη, Urſ. uu τυχεῖν, Rom. τυγχάνειν, Urſ. x ἐκνικησάντων, Rom. ἐκνικήσαντες τῶν, Urſ. qui in marg. ponit ἐκνικησάντων. ſed illum male legiſſe, contendit Falco, veramque lectionem pro ſua conjectura venditaſſe. y ἄλλως τι &c. ante hæc verba Xiph. ſuam de veneficiis narrationem finiens in κατεκαύθη, ſic pergit: καὶ διὰ ταῦτα μάλιστα τὸ τῶν ἀνθρώπων μῖσος ἐς αὐτὸν ἐπλεόνασε, καὶ πολλὰ καὶ κακὰ ἤκουε παρὰ πάντων. z ἔτ' αὐτὸν, Xiph. ἔτι omittunt Rom. & Urſ. quod vix abeſſe poſſe videtur. deinde pro ἐπεκάλουν, quod Rom. & Urſ. habent, ἐκάλουν legitur in Xiph. a ἀλλ' οἱ μὲν, Rom. ἄλλοι μὲν, Urſ. minus recte. b Ταράνταν, Urſ. Τάραντα Z. & Xiph. omnes perpetuo cum ν. ſicut & Pal. ſola edit. Rom: Ταραῦταν. *Taras, Tarantus, Tarentum,* nota ſunt etiam Latinis nomina; *Tarantas* ignotum, quantum ſcio. ſtatim, ἐκ μονομάχου τινὸς προσηγορίας, legitur in Rom. & Urſ. quod præferendum utique illis Xiph: ἐκ μονομάχου προσηγορίᾳ τινός. c σμικροτάτου καὶ κακοειδεστάτου, Rom. & Urſ. αἰσχίστου καὶ σμικροτάτου, Xiph. prius epitheton habet etiam Z. omiſſo poſteriore. d δὴ, Rom. deeſt apud Xiph. & Urſ. e ἤδη. hinc in Pal. eſt lacunæ ſignum, atque ita edidit Sylb. nec cohærent cum dictis lin. 83

§46. (l. 51.) Ἀπαμείᾳ τῆς Συρίας] Plures fuerunt Apameæ urbes; omnes aquis circumfluæ, ab אפפוני מים dictæ, Jon. II. 4. ut obſervatum magno *Bocharto* Phaleg. p. 94. A. hæc in Syria ab Oronte & lacu pæne circumdata. *Strab.* XVI. p. 517. *Steph. Byz.* & *Salmaſ.* ad Solin. p. 580. b. qui forte Orontes & in numo Vaillantii indicatur nomine Axii: ΑΠΑΜΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟΣ ΤΩ ΑΞΙΩ. Macedonicis enim nominibus Macedones, rerum in Oriente potiti flumina & urbes appellarunt, ut annotatum *Harduino* p. 24. Opp. Sel. quanquam is Axii nomine Marſyam fluvium non procul labentem putat deſignari. τοῦ ναοῦ τῆς Ἀπαμείας μεγίστου ἐν τῇ αὐλῇ, meminit *Sozomenus* H. E. lib. VII. c. 15. p. 725. D. quod forte fuit templum Jovis Beli.

§47. (l. 61.) ἐν τῷ Ἀντωνινείῳ] De monumento Antonini dictum ſupra p. 869. § 76. Rem confirmat *Spartian.* c. 10. *Capitolin.* Macrin. c. 5. *Victor* Cæſ. XXI. 6. *Herodian.* IV. 13, 16.

§48. (l. 69.) κερδῶν ὧν παρ' ἐκείνου] Vide ſupra § 18.

§49. (l. 71.) ἐς τοὺς ἥρωας] *Spart.* c. 11. *A Macrino, qui eum occiderat, timore militum, ac maxime prætorianorum, inter deos relatus eſt. Habet templum, habet Salios, habet Sodales Antoninianos, qui Fauſtinæ templum & divale nomen eripuit; certe templum quod ei ſub Tauri radicibus fundaverat olim maritus Antoninus, in quo poſtea filius hujus Baſſiani Heliogabalus Antoninus ſibi vel Jovi Syrio vel Soli (incertum enim id eſt,) templum fecit.* Conf. & *Capitolin.* Macrin. c. 5. 6.

§50. (l. 78.) σμικροτάτου] Confirmat de Antonino *Herodianus* IV. 7, 14.

A U.C. 970 Bruttio Præſente & Meſſio Extricato COSS.

audirem; “ Adesdum, „ inquit, “ Dio, huc propius accede, ut omnia quæ dicuntur, fiuntque, & intelligas accurate & conſcribas. „ Hæc igitur Taranti vita, & hic interitus fuit. [Periere cum ipſo etiam participes inſidiarum adverſus eum; alii ſtatim, alii non multo poſt; ſed & præterea interfecti ſunt amiciſſimi ejus, & Cæſariani. Adeo cruentum genium, tam adverſus inimicos, quam adverſus amicos, ſortitus erat.]

11. Macrinus autem, genere quidem Maurus, e civitate Cæſarea fuit, parentibus tam obſcuris, [ut aptiſſime illi aſino, quem a genio in palatium actum diximus, fuerit aſſimilatus.] Nam præter cætera, pro patria plerorumque Maurorum conſuetudine, aurium alteram perforatam habebat: quod tamen modeſtia obumbrabat, juraque non tam accurate norat, quam fideliter adminiſtrabat: [qua ex re, quum Plautiano, ob amici cujusdam patrocinium ſusceptum, innotuiſſet; primo bonorum ejus procurator eſt factus, hinc conſtitutus in periculo pereundi cum Plautiano, & præter opinionem, a Cilone pro eo deprecante ſervatus; Severi vehiculis, quæ via Flaminia ad curſum erant diſpoſita, eſt præfectus.] Tandem ab Antonino [quædam procurationis nomina, ad tempus exiguum conſecutus, Præfectus Prætorio

“ [f] ἐνταῦθα, πλησίον πρόσελθε, ἵνα πάντα, “ καὶ τὰ λεγόμενα, [g] καὶ τὰ γινόμενα, καὶ “ μάθῃς ἀκριβῶς, καὶ συγγράψῃς. „ τοιοῦτος μὲν ὁ τοῦ [h] Ταράντου καὶ βίος καὶ ὄλεθρος ἐγένετο· [καὶ αὐτῷ ἐπαπώλοντο μὲν καὶ οἱ τῆς κατ' αὐτοῦ ἐπιβουλῆς μετασχόντες· οἱ μὲν εὐθὺς, οἱ δ' οὐ πολλῷ ὕστερον· [51] [i] προσδιεφθάρησαν δὲ οἱ πάνυ ἑταῖροι αὐτοῦ, καὶ οἱ [k] Καισάρειοι. οὕτω πού φονικῷ δαίμονι, καὶ ἐς τοὺς ἐχθροὺς, καὶ ἐς τοὺς φίλους συνεκεκλήρωτο.]

E

Ὁ δὲ δὴ [52] Μακρῖνος, τὸ μὲν γένος [53] [l] Μαῦρος, ἀπὸ Καισαρείας, γονέων ἀδοξοτάτων ἦν, [ὥστε 892 D καὶ σφόδρα εἰκότως αὐτὸν [54] τῷ ὄνῳ, ἐς τὸ Παλάτιον ὑπὸ τοῦ δαιμονίου ἐσαχθέντι, εἰκασθῆναι.] τά τε γὰρ ἄλλα, καὶ [55] τὸ οὖς τὸ ἕτερον, κατὰ τὸ [τοῖς πολλοῖς] τῶν Μαύρων ἐπιχώριον, διετέτρητο· [m] τῇ δὲ ἐπιεικείᾳ, καὶ ἐκεῖνο συνεσκίαζε· [56] τά τε νόμιμα οὐχ οὕτως ἀκριβῶς ἠπίστατο, ὡς πιστῶς μετεχειρίζετο. [κἀκ τούτου τε καὶ τῷ 893 Πλαυτιανῷ διὰ φίλου τινὸς συνηγόρημα γνωρισθεὶς, τὸ μὲν πρῶτον [57] τῶν ἐκείνου χρημάτων [n] ἐπετρόπευσεν, ἔπειτα συναπολέσθαι οἱ κινδυνεύσας, καὶ παρὰ δόξαν [58] ὑπὸ τοῦ Κίλωνος ἐξαιτησαμένου αὐτὸν σωθεὶς, [o] πρὸς μὲν [59] τοῖς τοῦ Σεβήρου ὀχήμασι, τοῖς κατὰ τὴν Φλαμινίαν ὁδὸν διαθέουσιν, ἐπετάχθη·] παρὰ δὲ τοῦ Ἀντωνίνου [[60] ὀνόματά τινα [p] ἐπιτροπείας ὀλιγοχρονίου λαβὼν,] [61] ἔπαρχος 885 ἀπεδείχθη, καὶ διῴκησε τὰ τῆς ἡγεμονίας ταύτης ἄριστα

f ἐνταῦθα. interpunctio poſt hanc vocem aptiorem habere locum videtur, quam ante. Sylb. *g* καὶ τὰ γινόμενα. hæc male omittit Rom. habent Urſ. & Xiph. quanquam in vetuſto codice non legi teſtatur Falco. ſequens καὶ omittit Urſ. ante γράψῃς, vel potius ut ille expreſſit γράφῃς, quanquam καὶ legitur etiam in Xiph. *h* Ταράντου, Urſ. Ταραύτου, Rom. Ταραύτας, Xiph. *i* προσδιεφθάρησαν, Rom. προσδιεφθήρησαν, Urſ. perperam. *k* Καισάρειοι. ſic Dio. Καισάριοι, Rom. & Urſ. mox φονικῷ, Rom. Urſ. φοινικῷ, L. *l* Μαῦρος ἀπὸ Καισαρείας, Rom. & Urſ. Μαῦρος ἀπὸ Σικελίας Καισαρείας, Xiph. ſed ἀπὸ τῆς ἐν Σιτιφίᾳ Καισαρείας, Sylb. ἀπὸ Σιτιφινῆς Καισαρείας, L. legi mavult. quoniam vero Σιτιφὶα apud Græcos ſcriptores nomen provinciæ non eſt, Caſaubonus ad Capitolini Macrinum cap. 2. p. 74. legi cupit: ἀπὸ Ἰουλίας Καισαρείας, quæ nota urbs eſt ex Ptolemæo & numis. ſolam Siciliam, omiſſa Cæſarea, nominat Z. ceterum ad verba τὸ μὲν γένος notat Urſ. videri aliquid deeſſe, quod ad Macrini ἦθος referatur. equidem puto ſequentia verba τῇ δὲ ἐπιεικείᾳ prioribus opponi, nec quicquam deſiderari. *m* τῇ δὲ ἐπ. Rom. τῇ τε ἐπιεικ. Urſ. minus bene. *n* ἐπετρόπευσεν, Rom. ἐπετρόπευεν, Urſ. quem male vidiſſe ait Falco. *o* πρὸς μὲν τοῖς τοῦ Σεβήρου ὀχ. πρὸς μὲν τοῖς τοῦ Σευήρου τοῖς ὀχ. Rom. ubi alterum τοῖς omnino redundat. malui cum L. poſterius, quam prius, ut Urſ. *p* ἐπιτροπείας, Rom. ἐπιτροπείας, Urſ. ſtatim pro ἔπαρχος ἀπεδείχθη καὶ διῴκ. Xiph: ἀποδειχθεὶς δὲ ὑπὸ τοῦ Ἀντωνίνου ἔπαρχος, διῴκησε &c. quam mutationem brevitas Xiphilini poſtulabat. v. & Exc. Peir.

§51. (l. 98.) προσδιεφθάρησαν] Romæ delatores omnes & ſervos patibulo ſuffixos, ſceleratos partim ſupplicio affectos, partim in exilium actos, refert *Herodianus*. V. 2, 4.

§52. (l. 2.) Μακρῖνος] Opelius vel Opilius Macrinus, poſtea *M. Opelius Severus Macrinus* dictus, ut & numi teſtantur. Sed quod ſe *nunc Severum, nunc Antoninum* nuncupaverit, ut ait *Capitolinus* c. 2. id ratione poſterioris appellationis, lapidum juxta & numorum ſuffragatione deſtituitur, uti jam Caſaubono annotatum. Inter octo Antoninos ipſe *Capitolinus* c. 3. Macrinum non nominat. Macrinus in literis ad ſenatum ibid. c. 6. & apud milites in *Lampridii* Diadum. c. 1. non ſe, ſed Diadumenum nomine Antonini donatum vult & ſcribit: & in epiſtola ad uxorem Noniam Celſam apud *Lamprid.* Diadum. c. 7. ſe patrem Antonini, illam matrem Antonini factam gloriatur. Vide infra §88.

§53. (l. 2.) Μαῦρος ἀπὸ Καισαρείας] Ex vulgata lectione, ἀπὸ Σικελίας Καισαρείας, fruſtra ſani aliquid exſculpere laborarunt viri docti. Merum gloſſema eſt, idque nova corruptione fœdatum. Nam cum multæ eſſent Cæſareæ urbes, alius aliam interpretatus eſt, in margine primum, deinde & quis in textum recepit; neque ulla fuit tam remota & aliena, quin in horum hominum cerebro locum haberet. Hinc apud *Cedrenum* p. 256. A. Macrinus factus eſt Μαῦρος Καππαδόκης, ſcilicet quia Cæſarea quædam, cognomento Magna, eſt in Cappadocia: ſtupido errore. Sic & Cæſarea quædam fuit Κιλικίας apud Anazarbum, vel ipſa Anazarbus quondam dicta; quæ dum ſe in Xiphilini codices inſinuat, nova mutatione facta eſt Σικελίας. Cæſarea vero Mauritaniæ, vera Macrini patria, notiſſima eſt, ſive provinciam intelligas, antea Bochi vel potius Jubæ dictam, ſive urbem, quam antea Jol vocitatam ſcribit *Plinius* V. 2. vide *Salmaſ.* ad Solin. p. 218. b.

§54. (l. 4.) τῷ ὄνῳ] De hoc ſupra c. 7.

§55. (l. 6.) τὸ οὖς τὸ ἕτερον] Id non tantum ſervis apud Hebræos, Syros, Arabes, ſed & Pœnis & Lydis & Lybibus familiare. *Macrobius* Saturnal. VII. 3. *Octavius, qui natu nobilis videbatur, Ciceroni recitanti ait: Non audio quæ dicis. Ille reſpondit: certe ſolebas bene foratas habere aures. Hoc eo dictum eſt, quia Octavius Libys oriundus dicebatur, quibus mos eſt aurem forare.* Adde loca, quæ laudavit *Gabbema* ad Petron. p. 364. Hinc Aurelius Victor apud *Capitolinum* c. 4. *Macrinum* vocat *libertinum hominem proſtibulum, ſervilibus officiis occupatum in domo imperatoria.* Nota autem οὖς ἕτερον, aurem alteram tantum perforatam dici, ut Exodi XXI. 6. אזנו, quod de aure dextra interpretantur Hebræi apud *Altingium* Heptade VII. Diſſ. VI. §37. T. V. Opp. p. 226. Sed & plurium numero invenitur.

§56. (l. 9.) τά τε νόμιμα] Aliquanto plus ſcientiæ ei tribuunt ceteri. *Capitolinus* c. 13. *Fuit in jure non incallidus, adeo ut ſtatuiſſet omnia reſcripta veterum principum tollere, ut jure, non reſcriptis ageretur. &c.* Aurel. Victor apud eund. c. 4. dicit, *a Severo remotum etiam a miſerrimis officiis relegatumque in Africam, ubi ut infamiam damnationis tegeret, lectioni operam dediſſe, egiſſe cauſulas, declamaſſe, jus poſtremo dixiſſe.* adde *Herodianum* IV. 12, 2. τῶν δὲ ἐν ἀγορᾷ οὐκ ἀπείρως ἦχε, καὶ μάλιστα νόμων ἐπιστήμης.

§57. (l. 12.) τῶν ἐκείνου χρημάτων ἐπετρόπευσεν] Fluctuant admodum ceteri Scriptores, in Macrini progreſſibus fortunæ; ut apparet ex *Capitolino* c. 2. 4. 7. & *Lampridio* in Diadum. c. 4.

§58. (l. 14.) ὑπὸ τοῦ Κίλωνος] Vide de eo p. 872. E. §31.

§59. (l. 15.) τοῖς τοῦ Σεβήρου ὀχήμασι] Longum eſſet dicere de vehiculatione ab Auguſto inſtituta, ad celerius nuncianda quæ in provinciis gererentur: *Suet.* 49. 7. de eadem re magiſtratibus admodum gravi: *Plut.* Galba p. 1056. C. *Victor* Cæſ. XIII. 5. ſq. de vehiculatione Italiæ remiſſa per Nervam: *Spanh.* Diſſ. XIII. p. 561. ſqq. *Arſchotan.* XXXII. 23. &c.

ibique

893B [62] ἄριστα καὶ δικαιότατα, [ὅσα [q] γε καὶ αὐτογνωμονήσας ἔπραξεν. τοιοῦτος δή τις ὤν, καὶ οὕτως αὐξηθεὶς, ἔς τε τὸν νοῦν τὴν τῆς αὐταρχίας ἐλπίδα, ζῶντος ἔτι τοῦ Ταράντου, δι' ὅπερ εἶπον, ἐνεβάλετο·] [r] καὶ τελευτήσαντος αὐτοῦ, [Φανερῶς μὲν, [63] οὔτ' ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, οὔτε ταῖς ἔπειτα ταῖς δύο, ἐπεβάτευσεν αὐτῆς, [64] ἵνα μὴ ἐπὶ τοῦτ' αὐτὸν ἀπεκτονέναι δόξῃ· ἀλλ' ἄναρκτα παντελῶς τὸν χρόνον ἐκεῖνον ἀπ' αὐτοτελοῦς ἄρχοντος τὰ τῶν 893C Ῥωμαίων πράγματα, [s] οὐδὲ εἰδότων αὐτῶν τοῦτο, διεγένετο. πέμψας δὲ ὡς ἑκασταχόσε πρὸς τοὺς στρατιώτας, [t] τοὺς μὲν ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ [u] διὰ τὸν πόλεμον, μὴ μέντοι καθ' ἓν ὄντας, ἀλλ' ἄλλους ἄλλῃ [x] διεσπαρμένους, [y] προσηταιρίσατο αὐτοὺς διὰ τῶν ἐπιτηδείων [z] ὡς] τά τε ἄλλα ἐπαγγειλάμενος, καὶ τοῦ πολέμου, ᾧ μάλιστα ἐβαρύνοντο, ἀπαλλάξειν [a] ἐπελπίσας· [b] καὶ οὕτω τῇ τετάρτῃ ἡμέρᾳ, [[65] ἣ τοῦ Σεβήρου γενέθλια ἦν,] αὐτοκράτωρ 893D τε ὑπ' αὐτῶν, [ὡς καὶ καταβιασθεὶς,] ᾑρέθη.

rio designatus fuit: quam præfecturam & optime, & juſtiſſime geſſit, [in omnibus certe quæ ex animi ſui ſententia fecit. Cum itaque talis eſſet, atque hunc in modum creviſſet, ſpem Imperii, ex cauſa quam indicavi, vivente adhuc Taranto, animo concepit:] ſublatoque illo, [aperte quidem, nec ea die, nec duobus ſequentibus, principatum invaſit, ne hanc ipſam ob cauſam illum occidiſſe videretur; ſed toto illo tempore, res Romana principe, abſolutam habente poteſtatem, caruit, Romanis ipſis hoc ignorantibus. Miſſis tamen interea quaquaverſum nonnullis ad milites, qui belli cauſa in Meſopotamia, nec uno tamen in loco, ſed alibi alii diſperſi agebant, amicorum opera eos ſibi adjunxit:] quod quum alia promitteret, tum ſpem faceret, futurum ut bello quoque, quod eis in primis grave erat, liberarentur. Et ſic quarta demum die, [qua Severi natalis erat,] ab eis, [quaſi vi coactus] electus eſt. A.U.C.970 Bruttio Præſente & Meſſio Extricato COSS.

[Καὶ πολλὰ μὲν καὶ [66] χρηστὰ ἐκείνοις ἐδημηγόρησε, πολλὰ δὲ ἀγαθὰ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ὑπετείνατο· τούς τε ἐπ' [67] ἀσεβείᾳ τινὶ, οἵα γε ἡ ἀσέβεια αὕτη, ἣ ἐς τοὺς αὐτοκράτορας λέγεται γίνεσθαι, τιμωρίαν τινὰ [c] ἔμβιον ὠφληκότας, ἀπαλλάξας τῆς καταδίκης, καὶ τοὺς ἐγκαλουμένους τι τοιοῦτον, ἀπολύσας· τά τε [68] περὶ τοὺς κλήρους, καὶ

12. [Et multa quidem ad milites, & grata illis, pro concione protulit; ſed & multorum bonorum cæteris hominibus ſpem fecit; iis, qui ex quadam impietate, (ea nempe, quæ adverſus Imperatores committi dicitur,) pœnam aliquam in omne tempus vitæ promeruerant, ea condemnatione liberatis, & abſolutis iis, qui eodem nomine jam fuerant accuſati. Ad hæc, quæ

q ὅσα γε καὶ. ſic ſcripſi ſtilo Græcorum congruenter. & ita eſt apud L. & in Exc. Peir. p. 758. ubi & præcedens ταύτης omittitur. ὅσα τε καὶ, Rom. & Urſ. r καὶ τελευτήσαντος αὐτοῦ, &c. Xiphilinus ſic connectit, φονευθέντος δὲ ἐκείνου, τοῖς στρατιώταις ἄλλα τε ἐπαγγειλάμενος &c. s οὐδὲ, Rom. οὔτε, Urſ. minus bene. t τοὺς μὲν ἐν, Rom. τοὺς ἐν μὲν, Urſ. perperam. u διὰ τὸν πόλεμον, μὴ μέντοι καθ' ἓν ὄντας. ſic Rom. & Urſ. at L. p. 893. C. ordinem mutavit: μὴ μέντοι διὰ τὸν πόλεμον καθ' ἓν ὄντας, quæ mutatio non omnino inconcinna eſt. x διεσπαρμένους, Urſ. recte, quanquam in codice διεσπασμένους eſſe, teſtatur Falco, qui & ita edidit, licet non probet. y προσηταιρίσατο, Urſ. recte. προσαιτηρίσατο, Rom. vitioſe. ſequens αὐτοὺς in αὐτῷ mutavit L. z ὡς, Rom. ὅς, Urſ. quam emendationem eſſe Urſini dicit Falco. a ἐπελπίσας, Rom. Urſ. ἐλπίσας, Xiph. minus bene. confer quæ de verbo ἐπελπίζω attulit Cel. Hemſterhuſius ad Lucian. T. I. p. 344. ſq. b καὶ οὕτω τῇ τετάρτῃ &c. hæc contractius apud Xiph: ἔλαβε τὴν ἡγεμονίαν μετὰ τετάρτην ἡμέραν. γενόμενος δὲ αὐτοκράτωρ &c. c ἔμβιον, Rom. ἔνβιον, Urſ. & ipſe codex.

ibique abhinc forte per mancipes curata: provinciis tamen adhuc incumbente: de inſtituto poſtea per Trajanum publico curſu: *Vict.* l. c. & per Hadrianum curſu fiſcali: *Spart.* Hadr. c. 7. de hujus etiam incommodis ab Antonino Pio ſublevatis. *Capitolin.* c. 12. Non liquet vero, quantum in ſe oneris ſuſceperit fiſcus, quantum magiſtratibus & privatis per Italiam & provincias reliquerit: nam & Severus, teſte *Spart.* c. 14. *cum ſe vellet commendare hominibus, vehicularium munus a privatis ad fiſcum traduxit;* ſive vetera beneficia obſoleta renovarit, ſeu nova addiderit. Ad Italiam vero hoc ſpectaſſe in primis, & diverſis viis diverſa ὀχήματα, eorumque magiſtros vel præfectos inſtitutos, præſens Dionis locus docet. Extra Italiam adhuc Arcadii, Honorii & Theodoſii temporibus provinciales & pabula & pecuniam pro equorum curſualium ſolenni ratione conferre tenebantur, ut ex Cod. Theodoſ. lib. VIII. tit. V. & Juſtiniani lib. XII. tit. 51. conſtat. conf. *Salmaſ.* ad Spart. Hadr. p. 59. ſſ. ad Capitolin. Pio p. 278. ſq. *Bergierium* de viis militar. lib. IV. Sect. 9. ſqq. T. X. Græv. p. 425. ſqq. & *Henninii* notas p. 735. ſqq.

§ 60. (l. 17.) ὀνόματα ἐπιτροπείας ὀλιγοχρονίου] Procurator rei privatæ fuit (nempe Principis) ſub Antonino. *Capitolin.* c. 2. & 7. & procurator ærarii majoris, ſeu rationalis: *Lamprid.* Diadum. c. 4. hos enim ὀλιγοχρονίους fuiſſe, jam *Salmaſius* ad Lamprid. p. 780. annotavit ex ejusdem *Lampridii* Alexandro Sev. c. 46. *Rationales cito mutabat, ita ut nemo niſi annum compleret.*

§ 61. (l. 18.) ἔπαρχος ἀπεδείχθη] Sic & *Capitolin.* c. 2. *Victor* Cæſ. XXII. 1. *Eutrop.* VIII. 12. *Euſebius*, Chron. Audentium vel Adventum ei collegam addit *Herodianus* IV. 12, 1. vide infra § 74. & ſupra § 20.

§ 62. (l. 20.) ἄριστα καὶ δικαιότατα] Id ipſe Macrinus Senatui prædicat in literis, quas producit *Herodianus* V. 1, 3. ſq. Iniquior ubique Macrino eſt *Capitolinus*, vocans *hominem vitiorum omnium* c. 5. in imperio certe *ſuperbum & ſanguinarium* c. 12. unde & *Mezentius* & *Macellinus* dictus ſit. ib. ſq.

§ 63. (l. 25.) οὔτ' ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ οὔτε &c.] *Herodianus* IV. 14, 1. ἔμειναν τε ἡμέρας δύο ἀβασίλευτοι. Caracallus occiſus die 8 April. ergo Macrinus creatus Imperator die 11 April. τῇ τετάρτῃ ἡμέρᾳ, ut Dio infra. die natali Severi § 65.

§ 64. (l. 26.) ἵνα μὴ ἐπὶ τοῦτ' αὐτὸν ἀπεκτονέναι δόξῃ] *Spartianus* c. 4. *tanta fictione, ut ab eo non videretur occiſus.* *Herodianus* tradit, IV. 13, 14. Macrinum primum fuiſſe, qui ſuper cadavere Antonini ejulatus & lamentationes funderet per ſimulationem. Hinc σοφὸς μιαιφόνος apud *Julianum* Cæſ. quanquam in aliis codicibus eſt φυγὰς μιαιφόνος, quod probatur *Spanhemio* ad Juliani Cæſ. p. 94. ſq & 368.

§ 65. (l. 38.) ἣ τοῦ Σεβήρου γενέθλια ἦν] Severus natus die 11 April. p. 870. A. p. 839. § 1. Natalitiorum Severi rurſus mentio infra § 91. Solebant enim & præſentium & ſuperiorum Imperatorum natales ludis equeſtribus celebrari quotannis: unde ἱπποδρομία in natali imperii Severi c. 8. Etiam natalitia imperii Severi poſt ejus mortem celebrata fuiſſe, legimus ſupra § 39.

§ 66. (l. 40.) χρηστὰ ἐκείνοις] *Capitolinus* c. 5. *Statim tamen ad delendum militum motum, ſtipendium & legionariis & prætorianis dedit ſolito uberius, utpote qui extenuare cuperet imperatoris occiſi crimen: profuitque pecunia, ut ſolet, cui innocentia prodeſſe non poterat.* Etiam *Lampridius* Diadum. c. 1. ſq. mox novam donativi occaſionem natam refert, cum querentibus militibus, quod Antoninum in Rep. non haberent, quaſi perituro jam imperio Romano, veritus Macrinus, ne ad aliquem Antoninorum, qui in exercitu erant duces, inclinarent, Diadumenum filium ſuum in concione Antoninum & principem dici juſſerit: ideoque pro imperio ejus aureos ternos, pro Antonini nomine quinos promiſerit.

§ 67. (l. 42.) ἀσεβείᾳ τινὶ] Valebant enim ſub Caracallo delatores, & majeſtatis crimen. p. 877. B. § 91. *Spart.* Carac. c. 5.

§ 68. (l. 47.) περὶ τοὺς κλήρους — ἐλευθερίας] Decima hereditatum & manumiſſionum, quam pro viceſima Caracallus conſtituerat. Exc. Peir. ad p. 874. § 52. ſqq. conf. Cel. *Burmannum* de Vectigal. p. 172. 180. ſq.

A.U.C. 970 Bruttio Præſente & Meſſio Extricato COSS.

quæ circa hereditates, & manumiſſiones a Caracallo fuerant conſtituta, abolevit; ac præterea Aurelianum, ab ipſis exquiſitum ad necem

καὶ [d] τὰ περὶ τὰς ἐλευθερίας, καταδειχθέντα ὑπὸ τοῦ Καρακάλλου παύσας, καὶ τὸν [69] Αὐρηλιανὸν ἐξαιτηθέντα ὑπ' αὐτῶν . . . .

Fol. 3. col. 3.

τα τῶν σφίσι . .	αὐτὸν ὡς . .	ταtωνσφισι . .	αυτονως . .
στρατιαῖς τ . .	σφῶν . .	στρατιαιστ . .	σφων . .
γεγονότα πα . .	τα ὡς . .	γεtονοταπα . .	ταως . .
νος, ὡς οὐχ . .	του . .	νοσωσουχ . .	του . .
[70] βουλευτήν τινα ἀπο-	προ . .	λευtηντινα . .	προ . .
κτεῖναι, οὐ μέν τοι . .	. . . πάμπολλα καὶ	κτειναιουμεντοι . . .	μπολλακαι col. 4
πολὺ ἐξεγένετο . .	. . . καὶ κτήματα τῶν	λυεξεγενετο . . .	ικτηματατων
ἀνδραγαθητὴς ὢν . .	. . . ν ὡς δ' οὐδε	δραγαθη . ω . .	νωσδουδε
τε Αὐρηλίαν . .	. . . α τοὺς στρατιώτας	τεαυρηλιαν . . .	ατουσστρατι
νησαν τ' ἀλλ . .	. . ρκει ταῖς ἐν	νησανταλλ . . .	ρκειταισεν
σαί τι ἐπὶ . .	. . ιακον προσ	σαιτιεπι . . .	ιακονπροσ
στρατιώτας . .	. . ξατο καὶ μὲν	στρατιωτας . . .	ξατοκαιμεν
ἅμα τούτοις . .	. . τῶν βουλευτῶν	αματουτο . . .	νβουλευτων
ὑπ' αὐτοῦ . .	. . ν ἀποκτεῖναι	υπαυτου . . .	ναποκτει
καὶ ἀναδοχὴν . .	. . μηδένα, ἀλλ' ἐς	καιαναδο . . .	ηδεναλλες
δὲ βουλευτ . .	. . τινὰς ἐμβαλὼν	δεβουλευτ . . .	ινασεμβαλων
αὐτάρχοντ . .	. . φον τὸν εὐ	αυτ αρχοντ . . .	φοντονευ
ὀργῇ τε ὁ . .	. . καὶ τῶν	οργητεο . . .	αιτων
σικά, καὶ λω . .	. . ἱππέων, καὶ τῶν	σικακαιλω . . .	ιππε
πεντήκοντα δραχμὰς .	. . ἐξελευθέρων καὶ	τηκονταδρ . . .	ξελευθερων
πλεῖόν τι δ . .	. . τῶν Καισαρείων καὶ	πλειοντιδ . . .	ισαρειωνκαι
ἐνεδέδεικτο ν . .	. . ικῶν τῶν τε	δεδεικτον . . .	ικωντωντε
φοβηθεὶς . .	. . υς καὶ ὅτ' ὅυν	φοβηθεις . . .	υσκαιοτουν
τὸν Αὐρηλιανὸν .	. . ντας κολασθῆναί τε	τοναυρηλ . . .	ντασκολα
μόνον οὐ . .	. . τινάς, ὥστε πᾶσι	μονονου . . .	τινασωστεπασι
ὑπατευκότων . .	. . νον αὐτῶν	τευκοτων . . .	νοναυτων
ὅλως βουλευτὴν .	. . τάς τε ἐπιτροπείας	ολωσβουλε . . .	ταστεεπιτρο
παρόντα ἀπ . .	. . τὰς περιττὰς	παροντααπ . . .	ασπεριττας
ὑπὸ χρημάτων .	. . τα πολλὰ τῶν	υποχρημα . . .	ταπολλατων
ἐς αὐτὸν τὴν . .	. . παρ αὐτοῦ	εσαυτοντην . . .	παραυτου
αἰτίαν τοῦ θανάτου .	. . προαχθέντων	τουθα . . .	προαχθεντων
Καρακάλλου . .	. . τε τῶν ἀγώνων	καρακαλλου . . .	τετωναγωνων
τρέψας, το . .	. . ὧν πλῆθος ἦν	τρεψαστο . . .	νπληθοσην
καὶ περὶ τὸ . .	. . ς τάς τε δωρεὰς	καιπεριτο . . .	στασδεδωρε
τάς τι ἐπο . .	. . μήν τισιν ἐδε	ταστιεπο . . .	ητισινεδε
σασι δραχμαῖς . .	. . .	σασιδρα	
ἂν	nullam	αυ-	λέξας,

d τὰ περὶ τὰς. ſic Urſ. τὰ minus bene omittit Rom. pro ſequenti καταδειχθέντα, codex habet καὶ τὰ δειχθέντα. Urſinus autem emendatius edidit, probante Falcone. Ceterum mox vides fœde mutilatum Dionis membrum ex cod. Vat. fol. 3. col. 3. & 4. qualia plura occurrent in ſequentibus. Falco literas continuas codicis in vocabula diviſerat, interpoſitis punctis ad denotanda quæ deſunt, & his græcis ſcopis diſſolutis in textu poſitis adjunxerat neſcio quid verſionis latinæ, arenam ſine calce. neque hoc reprehenderem, ſi tam certa eſſent hæc veſtigia rariora, ut pedem in iis tuto poneremus, atque ex iis evaneſcentia & deleta conjectando rimari poſſemus. ſed vereor, ne ab eo paſſim male diviſæ ſint aut conjunctæ literæ, male etiam integrata vocabula, & temere converſa latine: unde non poſſet falſis interdum indiciis non decipi lectoris ἐποχή. malui igitur integrum & non occupatum lectorem ſpectare in textu Græco tenues amiſſorum reliquias, quales in ipſo codice ſuperſunt ſi quis forte (quod mihi datum non eſt) tam divino ſit ingenio, ut hinc odorari poſſit cetera. certe non committendum duxi, ut cum vera ipſemet non aſſequar, alios in fraudem & errorem inducerem. adjunxi tamen loco verſionis latinæ Falconianam lectionem qualemcunque. leges autem ſingulas utrinque columnas deorſum.

§69. (l. 50.) Αὐρηλιανὸν ἐξαιτηθέντα] *Urſinus* in Var. Lect. ad fragm. LXXXIII eundem hunc putat eſſe, qui *Spartiano* c. 6. *Reanus* vel *Retianus* dicitur, conſcius cædis Caracalli; quem & ſupra c. 5. l. c. latere ſuſpicatur in corrupto Αὐρηλίους, pro Αὐρηλιανόν. ſed vide ibi dicta in Var. Lect. not. e. Hic quantum video, laudi ducitur Macrino, quod Aurelianum ſenatorem, quacunque demum de cauſa expetitum a militibus, iis eripuerit hoc nomine, quod Imperatori non liceat ſenatorem occidere. Eundem tamen poſtea furori militum conceſſum eſſe, colligas ex c. 19.

§70. (l. 56.) βουλευτὴν τινα ἀποκτεῖναι] Simile infra in hoc lacero fragmento τῶν βουλευτῶν — ἀποκτεῖναι — μηδένα, pertinet ad promiſſum conſuetum novorum imperatorum. confer & literas Macrini ad Senatum apud *Herodian.* V. 1, 9.

§71. (l. 97.) ἐς τοὺς ὑπατευκότας τινὰς ἐνέγραψε &c.] Non hoc per ſe potuit carpi, quod conſularia ornamenta quibusdam deferret Macrinus, aut quod ejusmodi conſulares in provincias mitteret, qui nunquam fuiſſent conſules. Utrumque enim longa jam conſuetudine receptum erat: ſed quod homines ignobiles eosdemque turpiſſimos, quales Agrippam, Triccianum, ceteros, ſtatim deſcribit. Clarius, licet brevius, *Xiphilinus*: περί γε μὴν τὰς τῶν ἀρχόντων ἐκλογάς τε καὶ καταστάσεις, οὐ μικρῶς ἠδόξησεν, ὡς ἀναξίοις τισὶ τὰς ἀρχὰς ἐγχειρίζων. ὅπερ μέγιστόν ἐστι μέρος τῆς αὐτοκρατορικῆς διοικήσεως καὶ τῶν ὅλων πραγμάτων. Ergo & hic Dio, non τινὰς ſimpliciter, ſed ἀναξίους τινάς, ſcripſerit. Aliter hunc locum exponit *Salmaſius* ad Spart. Hadr. p. 200.

§72. (l. 99.) δεύτερον δὴ τῷ ἀπεῖπε ἔτι ὑπατεύειν δόξαι] Sic MS. Urſini. Leunclavius transponit: τὸ δεύτερον ὑπατεύειν δόξαι τὸν ἀπεῖπε, ὅτι &c. omiſſo etiam δὴ & ἔτι, hoc ſenſu: *licet eum videri nollet iterum fuiſſe conſulem, qui honores ſe conſulares adeptum diceret.* Equidem transpoſitionem illam probabam olim, niſi quod δὴ & ἔτι putabam retinendum. Recte vero me monebat inſignis per Europam ſtator literarum, *Em. Quirinus*, epiſtola I. ad me data p. XXXIV. etiam mutatum temere eſſe a Leunclavio ἀπεῖπε, pro ἀπεῖπε, quod retineri potuerit. Atque in eo forte acquieviſſem, niſi δεύτεραι φροντίδες occaſionem præbuiſſet Illuſtriſſimus Marchio *Scipio Maffejus*, cujus eruditioni venerationem debet quisquis humanitatis

A.U.C. 970 Bruttio Præſente & Meſſio Extricato COSS.

885A. . λέξας,] καὶ [e] μηδεμίαν εἰκόνα αὐτοῦ, μήτε ἀργυρᾶν ὑπὲρ πέντε λίτρας, μήτε χρυσῆν ὑπὲρ τρεῖς, γίγνεσθαι ἐκέλευσε.

. . nullam ſibi quoque ſtatuam, neque argenteam, ultra libras quinque, neque ultra tres, auream fieri juſſit.

[. . τοτεμεγισον . . εσοτα
. . φορανтων . . εσυηρ
. . κωισρα . . εθε
. . . . τ̓ου

. . [τό τε μέγιςον, . . . ἐςότα
. . τὴν μισθοφορὰν τῶν ἐπὶ τοῦ Σεουήρου
. . ἐν τῷ Γαλλικῷ . . ἐθε
ςρατεύματι . . τ̓ου

893E. . ην ἐπαινούμενος, [f] ἰσοςάσιόν πως αὐτοῖς αἰτίαμα παρὰ τῶν ἐμφρόνων ἔσχεν, ὅτι [71] ἔς τε τοὺς ὑπατευκότας τινὰς ἐνέγραψε, καὶ εὐθὺς ἀρχὰς ἐθνῶν προσέταξε· καί τοι μὴ θελήσας, [72] [g] δεύτερον δὴ τῷ εἰπόντι ἔτι ὑπατεύειν δόξαι, ὅτι τῶν ὑπατευκότων τιμὰς [h] ἐσχήκει, ὅπερ [73] ἐπὶ τοῦ Σεβήρου ἀρξάμενον, καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἐπεποιήκει. τοῦτο γὰρ δὴ νομιμώτατα,
894A καὶ [74] περὶ ἑαυτοῦ, καὶ περὶ τοῦ Ἀδουέντου πράξας, ἀλογώτατα [75] Μάρκιόν τε Ἀγρίππαν, πρότερον μὲν ἐς Παννονίαν, εἶτ' ἐς Δακίαν ἡγεμονεύσοντα ἔπεμψε. τοὺς γὰρ ἄρχοντας αὐτῶν, τόν τε [76] Σαβῖνον, καὶ τὸν Κασῖνον, λόγῳ μὲν ὡς καὶ τῆς συνουσίας [i] σφῶν δεόμενος, ἔργῳ δὲ τό τε πάνυ φρόνημα, καὶ τὴν φιλίαν
B αὐτῶν τὴν πρὸς τὸν Καράκαλλον φοβηθεὶς, εὐθὺς μετεπέμψατο. τόν τε οὖν Ἀγρίππαν ἐς τὴν Δακίαν, καὶ [k] Δέκιον Τρικκιανὸν ἐς τὴν Παννονίαν

13. Quibus de cauſis cum laudaretur ab omnibus, parem his prope culpam prudentiorum judicio admiſit, quod inter Conſulares, nonnullos retulit (indignos,) ſtatimque Provinciarum adminiſtrationibus præfecit: quanquam ipſe anno poſt, quam ornamenta conſularia adeptus fuiſſet, iterum Conſul eſſe videri noluerat: quod tamen imperante Severo cœptum, ejus etiam filius in uſu retinuerat. Et Macrinus quidem, ut hoc vel maxime more majorum, cum in ſe ipſo, tum in Advento fecit, ita præter omnem rationem Marcium Agrippam, primum in Pannoniam, hinc in Daciam cum imperio miſit. Præſides namque earum, Sabinum & Caſtinum, eo quidem nomine, quaſi eorum ſibi conſuetudine opus eſſet; re autem, quod magnos ipſorum animos, & amicitiam cum Caracallo geſtam, pertimeſceret, ad ſe ſtatim venire

e καὶ μηδεμίαν εἰκόνα. his præmiſſa a Xiph: γενόμενος δὲ αὐτοκράτωρ, ἄλλα τε πρὸς τὴν ἐναντίαν ζῆλον τοῦ Ἀντωνίνου ἐπεδείξατο, καὶ καλῶς ἐπραξε, καὶ μηδεμ. &c. quibus verbis argumentum generale omiſſorum continetur. *f* ἰσοςάσιόν πως, Rom. & Urſ. ἰσοςάσιον δέ πως, L. p. 893. E. præcedentia ſic legi poſſint: περὶ τούτων γε μὴν ἐπαινούμενος. *g* δεύτερον δὴ τῷ εἰπόντι ἔτι ὑπατεύειν δόξαι, ὅτι &c. ſic Urſ. & Rom. τὸ δεύτερον ὑπατεύειν δόξαι τὸν εἰπόντα ὅτι, L. vide § 72. *h* ἐσχήκει, Rom. ἐσχήκοι, Urſ. L. *i* σφῶν, Rom. αὐτῶν, Urſ. L. nullo ad ſenſum diſcrimine. quoniam tamen ex uno eodemque codice ſupplementa ediderunt Falco & Urſinus, alteruter aberraverit ab exemplo, neceſſe eſt. *k* Δέκιον, Urſ. quod melius eſſe quam Δέκκιον, quod codex habet, & Rom. fatetur Falco.

humanitatis eſt paulo amantior. *Is in epiſtola ad Pl. Rev. Patrem* S. J. Hieronymum Lagomarſinum (de Falconiana Dionis editione) cum duabus aliis (de Herculanei monumentis & inſcriptione Placentina) Italice vulgata Veronæ 1748. 4. ut benigne ceteroqui de mea criſi judicat, quod ſummo mihi honori duco, ita huic loco aliter ſubveniendum arbitratur: illud τῷ εἰπόντι, vel τὸν εἰπόντα, quocunque loco poſitum, prorſus ineptum eſſe, & mutandum in τῷ ὄντι, *realmente, re vera:* ut ſenſus ſit: *etiamſi reputari noluerit, iterum re vera conſulem illum eſſe, qui conſulatum gerentium honores obtinuerat.* Quanquam vero in eo aut non capio Virum Summum, aut nondum pervideo, quare τῶν ὑπατευκότων τιμὰς non de ornamentis conſularibus, ſed de *conſulibus ſuffectis* ſeu τιμηθέντας ὑπάτοις exponat, eosque pro veris conſulibus reputatos eſſe neget, (exemplo Baronii, ut arbitror, de quo *Tillemont* T. II. p. 836.) contra, ſolos conſules ordinarios, qui annum aperiebant, τῷ ὄντι ſeu ὄντως ὑπατεύοντας, re vera conſules habitos eſſe putet; tamen hoc debeo Illuſtriſſimo Maffejo, quod nunc vitium in verbo τῷ εἰπόντι latere, lubens agnoſcam; addo & in voce ἔτι. Nihil vero propius rei & verbis corruptis occurrit quam pro τῷ εἰπόντι ἔτι, ſcriptum fuiſſe a Dione, τῷ ἐπιόντι ἔτει. Nempe Macrinus, homo novus, ut invaſit imperium A. U. C. 970 ſtatim a ſenatu allectus eſt in patricios, & proconſulare imperium accepit, teſte *Capitolino* c. 7. ſimul vero, ut ex Dione diſcimus, honoribus conſularibus ornatus eſt. Eo anno tamen nihil ultra aſſecutus videtur, nec vere conſul eſſe factus. At τῷ ἐπιόντι ἔτει, anno ſequenti 971. conſul cum Advento factus eſt. Ibi tum ex more & inſtituto Severi COS. II. ſcribi debebat, perinde ut Adventus, quem pariter inter Conſulares anno ſuperiore relatum eſſe, inde colligimus, quod tum Præfecturam Urbanam, quæ Conſularium dignitas erat, accepit, ut refert *Dio* c. 14. Noluit autem Macrinus hoc in ſe aut Advento fieri, nempe quo *modeſtior* videretur; quod tamen nihil impedit, quo minus recuſanti licet, ſenatus geminati honoris titulum re vera tribuerit. Nam numi utique COS. II. ſcribunt: nec Dio Severi morem deſiiſſe ait: & ſunt aliæ ab aliis recuſatæ appellationes, v. g. Patris Patriæ, quæ nihilominus in numis & lapidibus reperiuntur. Hic mihi nunc poſt varios meos opinionum errores tutior portus eſto.

16. At vero Aurélius Zoticus, homo Smyrnæus, (quem & Coquum ex patris arte cognominabant) impenſe quidem ab eo amatus, ſed & vehementi poſtea odio habitus eſt: id quod homini ſaluti fuit. Hic quum eſſet toto corpore pulcher, quantum ad rem athleticam ſpectat, longeque præſtaret omnibus magnitudine pudendorum: indicatus eſt Imperatori ab iis, qui talia perquirebant, & e veſtigio abreptus e certaminibus, Romam maxima pompa perductus eſt, quanta non Augarus Severi venit temporibus, non Teridates Neronis: deſignatusque cubicularius, ante etiam quam ei viſus eſſet, [& Aviti, ejus avi, nomine decoratus, atque corollis, ut in magna celebritate, redimitus,] in Palatium multis reſplendens luminibus, ingreſſus eſt. Quem ut ille conſpexit, exiliit geſtu modulato: quumque ab eo ſalutaretur, ut par erat, “ Domine Imperator ſalve; „ ipſe mirum & muliebrem in modum cervice inflexa, oculisque intortis, nil cunctatus reſpondit: “ Ne me Dominum voces, Domina enim ego ſum. „ Moxque una cum eo lotus, cum illum, nudato corpore, famæ maxime reſpondentem inveniſſet, coëundi

ἡλίσκετο· καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἐλοιδορεῖτο ἀσελγῶς πρὸς τοῦ [e] ἀνδρὸς, καὶ ὥστε καὶ ὑπώπια σχεῖν, πληγὰς ἐλάμβανεν. ἐκεῖνον δ' [f] οὐχ οὕτως ἐν κούφῃ τινὶ φορᾷ, ἀλλὰ [g] πάνυ καὶ [h] δευσοποιῷ ἔρωτι ἠγάπα, ὥστε [i] μὴ ὅτι ἐπὶ τοιούτῳ τινὶ ἀγανακτῆσαι, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον ἐπ' αὐτοῖς ἐκείνοις μᾶλλον αὐτὸν φιλῆσαι, καὶ Καίσαρα 914 ὄντως ἀποφῆναι θελῆσαι, καὶ τῇ γε τήθῃ διὰ τοῦτο, ἐμποδὼν γενομένῃ, ἀπειλῆσαι, καὶ τοῖς στρατιώταις οὐχ ἥκιστα δι' αὐτὸν προσκροῦσαι. καὶ ὁ μὲν ἔμελλέ που καὶ διὰ ταῦτα ἀπολεῖσθαι.

Αὐρήλιος δὲ δὴ Ζωτικὸς, ἀνὴρ Σμυρναῖος, ὃν καὶ Μάγειρον ἀπὸ τῆς τοῦ πατρὸς τέχνης [k] ἐκάλουν, καὶ ἐφιλήθη πάνυ ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἐμισήθη, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἐσώθη. [l] οὗτος γὰρ δὴ καλὸν μὲν καὶ τὸ πᾶν σῶμα, [m] ὥστε καὶ ἐν ἀθλήσει, ἔχων, πολὺ δὲ δὴ πάντας, B τῷ τῶν αἰδοίων μεγέθει, ὑπεραίρων, [n] ἐμηνύθη τε αὐτῷ ὑπὸ τῶν ταῦτα ἐξεταζόντων, καὶ ἐξαίφνης ἐκ τῶν ἀγώνων ἀναρπασθεὶς, ἀνήχθη τε ἐς τὴν Ῥώμην ὑπὸ πομπῆς ἀπλέτου, [o] καὶ ὅσην [m] οὔτε [p] Αὔγαρος ἐπὶ [q] τοῦ Σεβήρου, οὔτε [r] Τηριδάτης ἐπὶ [s] τοῦ Νέρωνος ἔσχε· πρόκοιτός τε καὶ πρὶν ὀφθῆναί [t] οἱ ἀποδειχθεὶς, [καὶ τῷ [u] τοῦ Ἀουίτου τοῦ πάππου αὐτοῦ ὀνόματι τιμηθεὶς, καὶ στεφανώμασιν, ὥσπερ ἐν πανηγύρει ἠσκημένος,] [x] ἐς τὸ παλάτιον λυχνοκαΐᾳ πολλῇ λαμπόμενος ἐσῆλθε. καὶ ὃς ἰδὼν [y] αὐτὸν, ἀνέθορέ τε [z] ἐῤῥυθμισμένως, καὶ προσειπόντα, [a] οἷα εἰκὸς ἦν, Κύριε [b] αὐτοκράτωρ χαῖρε, θαυμαστῶς [c] τόν τε αὐχένα γυναικίσας, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπεγκλάσας ἠμείψατο, C καὶ ἔφη οὐδὲν διστάσας, “ Μή με λέγε κύριον· “ ἐγὼ γὰρ [d] Κυρία εἰμί. „ καὶ ὁ μὲν συλλουσάμενός [e] τε αὐτῷ παραχρῆμα, καὶ ἐπὶ πλεῖον ἐκ τῆς γυμνώσεως, [d] ἅτε καὶ ἰσόῤῥοπον τῇ φήμῃ εὑ-ρὼν

e τοῦ ἀνδρὸς, Xiph. & Z. αὐτῆς, præter neceſſitatem additum in Rom. contra ſequens καὶ, quod & Xiph. & Z. habet, & omnino eſt neceſſarium, ibi omiſſum. f ἦν, Xiph. omiſſum in Rom. g πάνυ, vulgo. [illegible] vel aliud quid ſimile, aut certe πάνυ ſcribendum. Sylb. forte πολλῷ vel ἐντόνῳ. h δευσοποιῷ. male apud [illegible] legitur. i μὴ ὅτι, Xiph. μηδ' ὅτι, perperam Rom. k ἐκάλουν, Xiph. & Rom. ἀπεκάλουν, Exc. Peir. p. 766. l οὗτος γὰρ δὴ καλὸν, Xiph. & Rom. ὃς καλὸν μὲν, Exc. Peir. m ὅσε, Xiph. & Rom. ὥσπερ, Exc. Peir. [illegible] ὥς γε καὶ &c. n ἐμηνύθη τε, Xiph. & Exc. Peir. ἐμηνύθη δὲ, vitioſe, Rom. o καὶ, Xiph. & Rom. abeſt ab Exc. Peir. p Αὔγαρος, Xiph. & Rom. & ſic alias apud Dionem. Ἄγβαρος, Exc. Peir. q τοῦ, Xiph. & Rom. deeſt in Exc. Peir. r Τηριδάτης, Xiph. & Rom. Τιριδάτης, Exc. Peir. s τοῦ, Xiph. & Rom. deeſt in Exc. Peir. t οἱ, Exc. Peir & Rom. omittit Xiph. u Ἀουίτου, Rom. Ἀβίτου, Exc. Peir. x ἐς τὸ παλάτιον λυχνοκαΐᾳ, Xiph. & Rom. καὶ λυχνοκαΐᾳ, Exc. Peir. omiſſis ceteris. puto autem non λαμπόμενος, ſed λαμπόμενον ſcribi debere, ut referatur ad παλάτιον. nec enim tam homines, quam ædificia & urbes, reſplendere lucernis dicuntur. y αὐτὸν, Exc. Peir. & Rom. deſideratur in Xiph. z ἐῤῥυθμισμένως, Exc. Peir. & Rom. ἐρυθριασμένως, minus recte. Xiph. a οἷα, Xiph. οἷον, Exc. Peir. & Rom. ſed illud ſtilo Dionis convenientius. b αὐτοκράτορ. ſic Exc. Peir. & Colb. ſed editiones Xiphilini omnes & Rom: αὐτοκράτωρ, attice. c τε, Xiph. & Rom. non extat in Exc. Peir. d [illegible] καὶ, Xiph. & Rom. abeſt ab Exc. Peir.

§ 78. (l. 44.) Καίσαρα ὄντως ἀποφῆναι] Idem dixerat *Dio* c. 14. p. 913. A. Generatim viliſſimos homines, aurigas, hiſtriones & ſcurras, rebus graviſſimis ab eo præfectos fuiſſe, docent *Herodianus* V. 7. 12. ſqq. & *Lampridius* c. 11. ſq.

§ 79. (l. 45.) τῇ τήθῃ] Aviæ Mæſæ, meliora ſuadenti, ſtatim arrepto imperio, obſequium denegaſſe, annotavit *Herodianus* V. 5. 9. quanquam eam ſæpius in caſtra & curiam duxit, ut ejus auctoritate honeſtior fieret, referente *Lampridio* c. 12. contra, eundem matri Soæmidi deditum fuiſſe, dicit *idem* c. 2. ſic ut ſine illius voluntate nihil in republica faceret, quum ipſa meretricio more vivens, in aula omnia turpia exerceret. Eandem novo exemplo in ſenatum rogari juſſit, unde Senaculum mulierum, & varia ſenatusconſulta Semiamirica. *Id.* cap. 4.

§ 80. (l. 59.) οὔτε Αὔγαρος ἐπὶ Σεβήρου] Locus ubi id narraverat Dio, hodie in vita Severi non reperitur. vide interim p. 875. § 66. de Teridate conf. p. 716. ſq.

§ 81. (l. 62.) τοῦ Ἀουίτου τοῦ πάππου αὐτοῦ] Ab hujus Aviti avi ſui nomine, Helagabalus dictus eſt Avitus. Avum autem maternum ipſius Helagabali eum fuiſſe exiſtimo, maritum Mæſæ, cujus integrum nomen eſt Julius Avitus. Sed quoniam tota ſtirps Helagabali & conſobrini ejus Alexandri Severi, magnopere confuſa eſt & obſcura, eam hic proponam. Igitur Baſſianus e *Phœnice* oriundus, duas filias habuit, Juliam Domnam Auguſtam conjugem Severi, & Mæſam. Juliæ filius fuit Caracalla, qui & Baſſianus ex nomine avi materni dictus. Mæſa Julium maritum habuit, virum Conſularem, ex quo duas filias peperit, Sohæmiadem & Mammæam, quarum Sohæmias quidem Vario Marcello, ſenatorii loci viro, nupta, filium habuit Avitum, qui & Baſſianus dictus eſt ex avi ac proavi materni nomine, ex paterno autem nomine Varius. Neque fallitur Lampridius, qui Helagabalum Varium dictum, ait, ſe ſcribit ex aviæ Variæ nomine. Nec minus falli eundem puto, cum Alexandrum Severum Varii filium, Variæ nepotem fuiſſe dicit. Neque enim credibile eſt, patrem Helagabali & Alexandri uno eodemque appellatos nomine. Potius crediderim erraviſſe Lampridium, qui Alexandri patrem facit, qui erat Helagabali. Etenim ſi Varium Helagabali patrem eſſe ſciſſet, certe id in ejus vita retuliſſet, quo loco cauſas quærit, cur Helagabalus dictus eſt Varius. Ac duas quidem ejus appellationis ibi cauſas retulit, hanc quam dixi prætermiſit. Proinde non dubito, errorem illum in ſtirpe Alexandri Severi ex ignoratione Lampridii fluxiſſe; niſi forte Varii filium inter-

ρῶν αὐτὸν ὄντα, πακχηλιάσας, [e] ἔν τε τοῖς στέρνοις
αὐτοῦ [f] κατεκλίθη, κἀν τοῖς κόλποις, ὥσπερ [g] τις
ἐρωμένη, δεῖπνον εἵλετο. ὁ δὲ Ἱεροκλῆς φοβηθεὶς,
μὴ καὶ μᾶλλον αὐτὸν ἑαυτοῦ δουλώσηται, καί τι
[h] δι' αὐτοῦ δεινὸν, οἷα ἐν ἀντεραστᾶις [i] εἴωθε γίνε-
D σθαι, πάθῃ, φαρμάκῳ τινὶ αὐτὸν, διὰ τῶν οἰνοχόων,
προσφιλῶν που ἑαυτῷ ὄντων, ἐξεθήλυνε· καὶ οὕτως
[84] ἐκεῖνος [k] ἀστυσίᾳ περὶ πᾶσαν τὴν νύκτα
συσχεθεὶς, ἀφῃρέθη τε πάντων, [l] ὧν ἐτετυχήκει, καὶ
ἐξηλάθη ἔκ τε τοῦ παλατίου, καὶ [m] ἐκ τῆς Ῥώ-
μης, καὶ μετὰ ταῦτα καὶ ἐκ τῆς λοιπῆς Ἰταλίας·
ὃ καὶ [85] ἔσωσεν αὐτόν. [καὶ [n] μέντοι καὶ ἐς τοσαύτην
αὐτὸς συνηλάθη ἀσέλγειαν, ὥστε καὶ τοὺς ἰατροὺς ἀξιοῦν
[86] αἰδῶ γυναικείαν δι' ἀνατομῆς αὐτῷ μηχανήσασθαι,
μεγάλους ὑπὲρ τούτου μισθοὺς αὐτοῖς προϊσχόμενος.]

Ἔμελλε δέ που [o] καὶ αὐτὸς ὁ Σαρδανάπαλος,
ἀξιώτατον τῆς μιαρίας τῆς ἑαυτοῦ μισθὸν, οὐ πολὺ
ὕστερον κομιεῖσθαι. ἅτε γὰρ ταῦτα ποιῶν, καὶ ταῦ-
τα πάσχων, ἐμισήθη ὑπό τε τοῦ δήμου, καὶ ὑπὸ
E τῶν στρατιωτῶν, οἷς μάλιστα προσέκειτο· καὶ τελευ-
ταῖον, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ στρατοπέδῳ ὑπ' αὐτῶν ἐσφά-
γη. [p] ἔσχε δὲ οὕτως. [87] τὸν [q] Βασσιανὸν τὸν
ἀνεψιὸν αὐτοῦ ἐς τὸ συνέδριον εἰσαγαγὼν, καὶ τὴν
Μαῖσαν, καὶ τὴν Σοαιμίδα ἑκατέρωθεν παραστη-
σάμενος, παῖδα ἔθετο· ἑαυτὸν δὲ, ὡς καὶ πατέρα
ἐξαίφνης τηλικούτου παιδίου, [r] ὡς καὶ πολὺ τῇ
ἡλικίᾳ αὐτοῦ προέχοντα, ἐμακάρισε, καὶ μηδὲν ἄλ-
λου τέκνου δεῖσθαι ἔφησεν, ἵν' ἡ οἰκία αὐτοῦ ἄνευ
915 ἀθυμιῶν διαγένηται· καὶ γὰρ τὸν Ἐλεγάβαλον τοῦ-
τό τέ οἱ ποιῆσαι, καὶ Ἀλέξανδρον αὐτὸν προσονο-
μάσαι κεκελευκέναι. καὶ ἔγωγε πείθομαι, ἐκ θείας
τινὸς παρασκευῆς ὡς ἀληθῶς αὐτὰ γεγονέναι, τεκ-
μαιρόμενος οὐχ οἷς ἐκεῖνος εἶπεν, ἀλλ' ἔκ τε τοῦ
λεχθέντος αὐτῷ ὑπό τινος, ὅτι ἄρα [s] ὡς Ἀλέξαν-
δρος ἐξ Ἐμέσης ἐλθὼν, αὐτὸν διαδέξεται· καὶ ἐκ τοῦ
συμβεβηκότος ἔν τε τῇ Μυσίᾳ τῇ ἄνω, καὶ τῇ Θρᾴκῃ.
Ὀλίγον

A.U.C. 971 Anton. Elagab. & Coclat. Advento COSS. ſq.

coëundi deſiderio inflammatus, in pectus ejus recubuit, & in ſinu ejuſdem, velut amicæ, cœnam cepit. At vero Hierocles veritus, ne plus, quam ipſe feciſſet, illum ſibi Zoticus mancipamaret; neve ſibi per eum, ut fit inter rivales, gravius aliquid accideret; data per pincernas, quos habebat amicos, potione, vires ejus enervavit. Itaque ille, quum non potuiſſet arrigere tota nocte, privatus eſt iis rebus omnibus, quas antea fuerat conſecutus, ejusque e Palatio, & Roma, poſt etiam ex cœtera Italia expulſus eſt: quod & hominem ſervavit. [Tandem eo ipſe laſciviæ venit, ut & medicos, propoſitis maximis præmiis, rogaverit, muliebre ſibi pudendum ut per anatomen molirentur.

A.U.C. 974 Grato & Seleuco COSS.

17. Enim vero Sardanapalus ipſe non ita multo poſt mercedem, impuritate ſua digniſſimam, reportavit. Nam, cum iſta & faceret, & pateretur; venit in odium non populi modo, ſed & militum, quos maxime colebat; ab iisque tandem ipſis in caſtris occiſus eſt. Res hoc modo accidit. Baſſianum ille conſobrinum ſuum introduxit in Senatum; quumque Mæſam & Soæmidem utrinque juxta ſtitiſſet, filium adoptavit, ſeque, velut patrem extemplo talis filii factum, eoque ætate longe ſuperiorem, beatum prædicavit: aliis ſe liberis non egere, ut moleſtia domus ſua vacaret: eſſe ſibi ab Elagabalo, ut id faceret, præceptum, utque eum Alexandrum nominaret. Quod ego re vera divinitus inſtitutum eſſe, facile adducor ut credam: non propter illa quæ dixit ipſe, ſed quod ei a quodam prædictum fuerat, Alexandrum, qui Emeſa eſſet profectus, ipſi ſucceſſurum; tum propter ea, quæ acciderant in Myſia ſuperiori, itemque Thracia.

18. Nam

[e] ἔν τε τοῖς στέρνοις. ſic Xiph. Z. & Rom. ἔν τε τῇ κάτω, Exc. Peir. [f] κατεκλίθη, Xiph. & Rom. ἀνεκλίθη, Exc. Peir. [g] τις, Exc. Peir. & Rom. delet Xiph. [h] δι' αὐτοῦ, Xiph. & Rom. διὰ τοῦτο, Exc. Peir. [i] εἴωθε γίνεσθαι, Xiph. εἰώθει γίγνεσθαι, Exc. Peir. & Rom. [k] ἀστυσίᾳ. ſic pro vulgato ἀστασίᾳ legendum vidit Xyl. confirmat Sylb. nam a στύεσθαι arrigere, eſt ἄστυτος, cui priapus non arrigitur, notiſſimum in re venerea vocabulum, & ἀστυσία, arrigendi impotentia, ὡς ἐπὶ πᾶσαν τὴν νύκτα μεῖναι πρὸς μίξιν ἀκίνητον, ut explicat hoc loco Z. neque ἄστυτος in Exc. Peir. p. 769. niſi errore librarii pro ἀστυσίᾳ ſcriptum eſt, ſiquidem alias cum verbo συσχεθεὶς non conveniret. ἀστασίᾳ, (quod & Rom. retinuit) inſtabilitatem vel inconſtantiam animi ſignificat, atque in re venerea alienum eſt; unde & Blancus tantum reddiderat, *cum tota nocte quietem non cepiſſet.* [l] ὧν ἐτετύχει, Exc. Peir. τετύχηκει, Xiph. & Rom. hinc conflavi ἐτετυχήκει. [m] ἐκ τῆς, Xiph. & Rom. deeſt in Exc. Peir. ſicut & ſequens καὶ μετὰ ταῦτα. [n] καὶ μέντοι καὶ ἐς τοσαύτην &c. hæc petita ex Zonara, cum deeſſent apud Xiph. miſcuerat Falco cum narratis a Cedreno. malui ea ſimplici ſtilo Zonaræ exhibere, qui procul dubio ad Dionem propius accedit, quam ex plurium hiſtoricorum materia maſſam informem compingere. [o] καὶ αὐτὸς, Xiph. καὶ ὁ αὐτὸς, Rom. quod inconcinnum eſt, cum ſequatur ὁ Σαρδανάπαλος. [p] ἔσχε δὲ οὕτως, Xiph. trita Dioni loquendi ratio, quam immerito ſollicitat Falco, & commutat cum illa, ὃ καὶ οὕτως ἔσχε. [q] Βασσιανὸν, omnes. & ita lib. 78 cap. 30. Κασσιανὸν, Coisl. Βασιανὸν, Z. [r] ὡς καὶ πολὺ, Rom. ὃς καὶ πολὺ, Xiph. καὶ ὡς πολὺ, L. ad marg. ex Sylb. quod præferendum. [s] ὡς Ἀλέξανδρος, Xiph. ὡς vel pleonaſticum, vel pro τις ſubſtitutum. Sylb. ὁ Ἀλέξανδρος L. ad marg.

pretari placet, adoptatum ab Helagabalo, qui & Varius eſt dictus. Cæterum naturalis Alexandri Severi pater ignoratur. Ab auctoribus autem Mamææ filius fere dici ſolet; quod in gratiam Mamææ a Senatu decretum fuiſſe credibile eſt, quemadmodum Patres olim cenſuerant, ut Tiberius Aug. Liviæ filius diceretur, teſte Dione. (p. 610. A.) Avus quidem ejus dictus eſt Alexianus, ſi credimus Herodiano lib. V. 7. 5. idque initio nomen fuit Alexandro Severo. VALES.

§ 82. (l. 68.) τὸν αὐχένα γυναικείως καὶ τοὺς ὀφθ. ἐπεγκλάσαντα] Sic *Lucianus* Merc. Cond c. 33. T. I. p. 692. cinædum deſcribit διακεκλασμένον τὸ βλέμμα καὶ τὸν τράχηλον ἐπικεκλασμένον, cui & κεκρύφαλον, flammeum in capite.

§ 83. (l. 71.) Κυρία εἰμί] Sic Nero in nuptiis cum Pythagora, κυρία καὶ βασιλίς. p. 721. A.

§ 84. (l. 81.) ἐκεῖνος ἀστυσίᾳ συσχεθεὶς] Eo tendunt illa *Lampridii* c. 10. *eo tempore, quo Zoticus ægrotabat, quærebat a Philoſophis & graviſſimis viris, an & ipſi in adoleſcentia perpeſſi eſſent quæ ipſe pateretur.*

§ 85. (l. 85.) ἔσωσεν αὐτόν] Quia ſpurci ſodales Elagabali poſtea necati ſunt. c. 19.

§ 86. (l. 87.) αἰδῶ γυναικείαν] Idem tradit, laudato Dione, *Cedrenus* p. 256. C. ὡς δὲ φησι Δίων, ὅτι "Αὖτος τὸν ἰατρὸν ἠντιβόλει, διφυῆ αὐτὸν δι' ἐντομῆς ἐμπροσθίας τῇ τέχνῃ ποιῆσαι. Idem in Sporo ſuo fieri poſſe, ſtulte ſibi perſuaſerat Nero. p. 721. § 60.

§ 87. (l. 95.) τὸν Βασσιανὸν — παῖδα ἔθετο] Hoc nomine Herodianus Soæmidis, Dio Mamææ filium intelligit. vide lib. LXXIX. § 155. Is Baſſianus, Alexianus etiam dictus antea, tum appellatus eſt M. Aur. Severus Alexander, ut & numi docent. Pluribus de adoptione *Herodianus* V. 7. 1. ſqq. quam falſo tradens, Elagabalum tunc XIV. Alexandrum XII. annos natum fuiſſe; niſi in numero ætatis Elagabali error eſt, quia ipſe *Herodianus* V. 3. 7. dixerat, cæſo Macrino, Elagabalum XIV annos, & conſobrinum ejus X. natos fuiſſe. Adoptionis meminit etiam *Lampridius* c. 13. errans pariter, c. 5. quando ſtatim poſt Macrini necem Cæſarem dictum eſſe Alexandrum a Senatu, tradit. *Herodianus* l. c. adoptionem & Cæſaris appellationem cum deſignatione ad conſulatum rectius conjungit. Jam ex Faſtis & numis apparet, Conſulem factum

A.U.C.974 Grato & Seleuco COSS.

18. Nam paulo ante hæc Genius quidam, qui Alexandrum ſe Macedonem dicebat eſſe, formamque illius, & omnem habitum referebat, profectus ex iis locis, quæ ad Iſtrum ſunt, (ubi quemadmodum apparuerit, mihi quidem non conſtat) Aſiam Thraciamque peragravit bacchantium more, cum quadringentis hominibus, qui thyrſis, & pellibus hinnulinis erant inſtructi, neminique faciebant injuriam. Huic, ut uno ore omnes, qui tum fuerunt in Thracia, confirmarunt, diverſoria & reliqua neceſſaria publice fuere ſuppeditata; nec ei quiſquam vel contradicere eſt auſus, vel reſiſtere; non dux, non miles, non procurator, non denique præſides ipſi provinciarum; ſed interdiu, velut in pompa quadam, Byzantium usque, ut prædixerat, pervenit: unde cum trajeciſſet, ad Chalcedonenſium regionem appulit, ibique ſacris quibusdam de nocte peractis, & equo ligneo in terram defoſſo, diſparuit. Hæc ego quidem, cum eſſem adhuc, ut dixi, in Aſia, ante quam de Baſſiano quicquam Romæ factum eſſet, accepi.

19. Quoad ergo Sardanapalus dilexit conſobrinum, ſalvus & ipſe fuit. At poſtquam omnes ſuſpectos habere cœpit, & penitus inclinata vulgo in illum ſtudia didicit, mutata ſententia, ad ejus perniciem omnia machinatus eſt. Sed cum aliquando eum conaretur interficere, non modo profecit nihil, verum ipſe etiam in mortis venit periculum. Alexander enim, & a matre, & ab avia, & a militibus, diligenter cuſtodiebatur: & prætoriani milites, intellecto Sardanapali conatu, tumultuati ſunt vehementer; neque prius quievere a turbis, quam Sardanapalus cum Alexandro in caſtra pervenit, multaque ſuppliciter deprecatus, vix eos tandem placavit. Coactus vero eſt dedere ad ſupplicium, quos illi expoſcebant, turpiter cum ipſo viventes. Pro uno tamen Hierocle, miſerandum in modum, fuſis ſimul lacrimis, locutus eſt, oblatoque prius jugulo ſuo, “ Unum, „ inquit, “ hunc mihi condonate, quidquid tandem de eo ſuſpicari velitis; vel me occidite. „ Ita quidem ægre tunc evaſit incolumis: nam & avia eum oderat, ob facinora ejus, ut qui ne Antonini quidem filius eſſet: eratque in Alexandrum, tanquam vere ex illo ortum, propenſior.

20. Sed

[r] Ὀλίγον γὰρ τούτων πρότερον, δαίμων τις, Ἀλέξανδρός τε ὁ Μακεδὼν ἐκεῖνος εἶναι λέγων, B καὶ τὸ εἶδος αὐτοῦ, τήν τε σκευὴν ἅπασαν φέρων, ὡρμήθη τε ἐκ τῶν περὶ τὸν Ἴστρον χωρίων, οὐκ οἶδ' ὅπως ἐκεῖ ἐκφανεὶς· καὶ διά τε τῆς Ἀσίας, καὶ τῆς Θρᾴκης διεξῆλθε, βακχεύων μετ' ἀνδρῶν τετρακοσίων, θύρσους τε καὶ [tt] νεβρίδας ἐνεσκευασμένων, κακὸν οὐδὲν δρώντων. ὡμολόγητο δὲ παρὰ πάντων τῶν ἐν τῇ Θρᾴκῃ τότε γενομένων, ὅτι καὶ καταγωγαὶ, καὶ τὰ ἐπιτήδεια αὐτῷ πάντα δημοσίᾳ παρεσκευάσθη· καὶ οὐδεὶς ἐτόλμησεν, οὔτ' ἀντειπεῖν οἱ, οὔτ' ἀντιᾶραι, C οὐκ ἄρχων, οὐ στρατιώτης, οὐκ ἐπίτροπος, οὐχ οἱ τῶν ἐθνῶν ἡγούμενοι· ἀλλ' ὥσπερ [u] ἐν πομπῇ τινι μεθ' ἡμέραν, ἐκ προρρήσεως, ἐκομίσθη μέχρι τοῦ Βυζαντίου. ἐντεῦθεν γὰρ ἐξαναχθεὶς, προσέσχε μὲν τῇ [x] Χαλκηδονίᾳ γῇ· ἐκεῖ δὲ δὴ νυκτὸς [y] ἱερά τινα ποιήσας, καὶ ἵππον ξύλινον καταχώσας, ἀφανὴς ἐγένετο. ταῦτα μὲν ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἔτι, ὡς εἶπον, [a] ὢν, πρὶν καὶ ὁτιοῦν περὶ τὸν [z] Βασσιανὸν ἐν τῇ Ῥώμῃ γενέσθαι, ἔμαθον.

Ἕως μὲν οὖν ὁ Σαρδανάπαλος τὸν ἀνεψιὸν ἐφίλει, ἐσώζετο· ἐπεὶ δὲ πάντας ὑπώπτευε, καὶ ἐμάνθανε πρὸς ἐκεῖνον [88] ῥέποντας ὁλοσχερῶς ταῖς D εὐνοίαις, ἐτόλμησε μεταγνῶναι, καὶ πάντα ἐπὶ καθαιρέσει αὐτοῦ ἔπραττεν. ὡς δὲ ποτε καὶ [89] ἀνελεῖν αὐτὸν ἐπεχείρησεν, οὐ μόνον οὐδὲν ἤνυσεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἀποθανεῖν ἐκινδύνευσεν. ὅ τε γὰρ Ἀλέξανδρος ὑπό τε τῆς μητρὸς, καὶ τῆς τήθης, ὑπό τε τῶν στρατιωτῶν ἰσχυρῶς ἐφυλάσσετο· καὶ οἱ δορυφόροι, αἰσθόμενοι τὴν ἐπιχείρησιν τοῦ Σαρδαναπάλου, δεινῶς ἐθορύβησαν· οὐ πρίν τε ἐπαύσαντο στασιάζοντες, ἢ τὸν Σαρδανάπαλον τὸ στρατόπεδον σὺν τῷ Ἀλεξάνδρῳ καταλαβόντα, E πολλά τε ἱκετεύσαντα, καὶ τοὺς [90] ἐξαιτηθέντας παρ' [b] αὐτῶν τῶν συνασελγαινόντων αὐτῷ, ἐκδοῦναι ἀναγκασθέντα, [91] ὑπέρ τε τοῦ Ἱεροκλέους οἰκτρὰ λαλήσαντα, καὶ δάκρυσι κλαύσαντα, τήν τε σφαγὴν τὴν ἑαυτοῦ προδείξαντα, καὶ ἐπειπόντα, “ Ἕνα μοι τοῦτον χαρίσασθε, ὅ τι βούλεσθε “ περὶ αὐτοῦ ὑποτοπήσαντες, ἢ ἐμὲ ἀποκτείνατε, „ μόλις αὐτοὺς ἐκμειλίξασθαι. τότε μὲν οὖν [c] μόλις ἐσώθη. καὶ γὰρ καὶ ἡ τήθη αὐτοῦ ἐμίσει τε αὐτὸν ἐφ' οἷς ἔπραττεν, ὡς οὐδὲ τοῦ Ἀντωνίνου 916 υἱὸν ὄντα, καὶ πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον, [d] ὡς [92] ὄντως καὶ ἐξ αὐτοῦ γεγονότα, ἀπέκλινε.

Μετὰ

r ὀλίγον, Xiph. ὀλίγων, Rom. tt νεβρίδας. vulgo male νευρίδας. u ἐν πομπῇ, Xiph. & Rom. ἐν deeſt in Pal.
x Καρχηδονίᾳ, vulgo. ſed Χαλκηδονίᾳ ſcribendum merito judicat Xyl. probante Sylb. hæc enim vicina Byzantio, quippe e regione Boſpori ſita. y ἱερά τινα, Xiph. & Rom. ἱερέα, Blancus, creato quodam ſacerdote. τινα abeſt a Pal.
z Βασσιανὸν, vulgo. Κασσιανὸν, Coiſl. vide cap. 17. not. q. a ὢν πρίν τε, Xiph. καὶ ὢν πρό τε, Rom.
b αὐτῶν τῶν συνασελγ. ſic omnes, excepto L. qui forte errore typographi τῶν omittit, quod improvide ſequitur Rom.
c μόλις ἐσώθη, Xiph. ingrata, fateor, repetitione vocabuli μόλις, quod modo præceſſerat; neque tamen auſus ſum mutare ex Falconis unius judicio, in ὅλως, quod legitur in Rom. d ὡς ὄντως καὶ ἐξ αὐτοῦ γεγονότα, Xiph. ὡς omittit Rom. haud dixerim an ſtudio; certe aſperitas ſtili ſic non tollitur. melius Sylb. transpoſitionem ſuadet, ὡς καὶ ὄντως ἐξ αὐτοῦ γεγονότα.

eſſe Alexandrum A. U. C. 975. Chr. 222. quo Elagabalus occiſus eſt. Quare anno præcedenti adoptatum eſſe Alexandrum probabile eſt. vide fuſius hac de re diſputantem *Vignolium* Diſſ. I. de anno I. Severi Alexandri. T. I. Hippolyti edit. Fabric. p. 154. ſq.

§ 88. (l. 34.) *ῥέποντας ταῖς εὐνοίαις*] Volebat quidem Elagabalus Alexandrum ſuis moribus imbuere; ſed eum mater Mamæa, literis & diſciplina probe inſtructum, ab hac corruptione diligenter tuebatur. *Herod.* V. 7, 8. ſqq. Erat ceteroquin modeſtus, continens, humanus, popularis, quibus cum aliisque laudibus mirifice extollit *Lampridius* in Alex. c. 2. ſqq. *Herodianus* VI. 1, 10. ſqq. Quare nihil mirum eſt, Elagabalum odio, Alexandrum ab omnibus amatum fuiſſe. *Herod.* V. 8, 1. ſqq. qui addit, Mamæam quoque furtim pecunias dediſſe militibus, ut eorum benevolentiam hoc pignore haberet auctoratam.

§ 89. (l. 37.) *ἀνελεῖν αὐτὸν*] Vide *Herodian.* V. 8, 7. ſq. & *Lamprid.* c. 13. qui & de motu militari hinc orto, quanquam diverſa ratione tradunt.

§ 90. (l. 45.) *ἐξαιτηθέντας παρ' αὐτῶν*] *Lampridius* c. 15. *In caſtris vero milites precanti præfecto dixerunt, ſe parſuros eſſe Heliogabalo, ſi & impuros homines & aurigas & hiſtriones a ſe dimoveret, atque ad bonam frugem rediret, &c.*

§ 91. (l. 47.) *ὑπὲρ τοῦ Ἱεροκλέους*] *Lamprid.* l. c. *Remoti ſunt denique ab eo Hierocles, Gordius, & Muriſſimus, & duo improbi familiares, qui eum ex ſtulto ſtultiorem faciebant — Sed Heliogabalus & ingenti prece Hieroclem repoſcebat impudiciſſimum hominem, & inſidias indies Cæſari propagabat.*

§ 92. (l. 56.) *ὄντως καὶ ἐξ αὐτοῦ γεγονότα*] Vide *Herodianum* V. 7, 5. ſq.

Μετὰ δὲ ταῦτα ἐπιβεβουλευκὼς πάλιν τῷ Ἀλεξάνδρῳ, καὶ, θορυβησάντων ἐπὶ τούτῳ τῶν δορυφόρων, σὺν αὐτῷ ἐς τὸ στρατόπεδον εἰσελθὼν, ὡς ᾔσθετο φυλαττόμενον [e] ἑαυτὸν ἐπὶ ἀναιρέσει, ἐπειδὴ καὶ αἱ μητέρες αὐτῶν ἐκφανέστερον, ἢ πρὶν, ἀλλήλαις μαχόμεναι, τοὺς στρατιώτας ἠρέθιζον, φεύγειν [f] πως ἐπεχείρησε καὶ ἔμελλεν ἐς τύλλον ἐμβληθεὶς ἐκδρᾶναί
B ποι· φωραθεὶς δὲ, [93] ἀπεσφάγη, ὀκτωκαίδεκα ἔτη γεγονώς· καὶ αὐτῷ καὶ ἡ μήτηρ (περιπλακεῖσα γὰρ ἀπρὶξ [g] εἴχετο) συναπώλετο· καὶ αἵ τε κεφαλαὶ αὐτῶν ἀπεκόπησαν, καὶ τὰ σώματα γυμνωθέντα, τὸ μὲν πρῶτον διὰ πάσης τῆς πόλεως [94] ἐσύρη, ἔπειτα τὸ μὲν τῆς γυναικὸς ἄλλως πως ἐῤῥίφη, τὸ δὲ ἐκείνου ἐς τὸν ποταμὸν ἐνεβλήθη.

Καὶ αὐτῷ ἄλλοι τε καὶ ὁ Ἱεροκλῆς, οἵ τε ἔπαρχοι συναπώλοντο, καὶ Αὐρήλιος Εὔβουλος, ὃς Ἐμεσηνὸς μὲν [h] τὸ γένος ἦν, [[i] καὶ ἐς τοσοῦτον ἀσελγείας καὶ μιαρίας ἐχώρησεν, ὥστε καὶ ὑπὸ τοῦ δήμου πρότερον ἐξαιτηθῆναι.] [95] τοὺς [k] γὰρ δὴ καθόλου λόγους ἐπιτετραμμένος, οὐδὲν
C ὅ τι οὐκ [l] ἐδήμευσε. [m] τότε δ' οὖν ὑπό τε τοῦ δήμου [n] καὶ τῶν στρατιωτῶν διεσπάσθη· καὶ [o] Φουλούϊος σὺν αὐτῷ ὁ πολίαρχος· καὶ αὐτὸν [96] ὁ Κωμάζων, ὡς καὶ τὸν πρὸ αὐτοῦ, διεδέξατο. ὥσπερ γὰρ προσωπεῖόν [p] τι ἐς τὰ θέατρα, ἐν τῷ διακένῳ τῆς τῶν κωμῳδῶν ὑποκρίσεως [q] εἰσεφέρετο, οὕτω καὶ ἐκεῖνος [r] τῇ τῶν πολιαρχησάντων ἐπ' αὐτῇ κενῇ χώρᾳ προσετάττετο. ὅ τε Ἐλεγάβαλος αὐτὸς [97] ἐκ τῆς Ῥώμης παντάπασιν ἐξέπεσε. τὰ [s] μὲν τοῦ Τιβερίνου οὕτως ἔσχε, καὶ οὐδεὶς οὐδὲ τῶν συγκατασκευασάντων αὐτῷ τὴν ἐπανάστασιν, καὶ μέγα ἐπ' αὐτῷ δυνηθέντων, [98] πλὴν ἑνός που, ἐσώθη.

20. Sed ubi poſtea inſidias iterum ſtruxiſſet Alexandro, tumultuantibus idcirco prætorianis, una cum eo in caſtra ingreſſus, ut cognovit, ſe ad necem obſervari, quum & matres utriusque, apertius inter ſe quam ante diſſidentes, milites concitarent: tentavit, ſi qua ratione poſſet effugere, parumque abſuit, quin in capſam injectus, evaſiſſet. Verum deprehenſus, occiditur, annos natus duodeviginti; & cum eo mater ejus, quæ illum mordicus amplexa tenebat, confecta eſt. Utrique abſciſſa ſunt capita; corpora vero denudata, primo per totam urbem tracta ſunt; deinde mulieris corpus alio, ipſius vero cadaver in flumen abjectum eſt. A.U.C. 974 Grato & Seleuco COSS.

21. Periere cum eo, præter alios, & Hierocles & præfecti prætorio: itemque Aurelius Eubulus, qui Emeſenus quidem genere erat, eo vero proceſſerat petulantiæ & turpitudinis, ut dudum a populo ad pœnam eſſet efflagitatus. Nam cum rationalis ſummarum eſſet, nihil bonorum non publicaverat. Tunc autem a plebe ac militibus eſt diſcerptus, & cum eo Fulvius Præfectus Urbi: cui Comazon ſucceſſit, ſicuti ei quoque, qui fuerat ante ipſum. Nam ut perſona quædam in theatrum immitti ſolet, quo tempore eſt a Comœdorum actionibus vacuum: ita & ille, in vacuum eorum locum, qui Urbi præfecti fuerant, inſerebatur. Tum & deus ipſe Elagabalus Roma penitus eſt exactus. Hæc fere ſunt, quæ ad Tiberinum pertinent; nec quisquam eorum, qui ſeditionem cum ipſo machinati erant, quique apud eum plurimum valuerant, uno forte illo excepto, ſalvus evaſit.

e. ἑαυτὸν, recepit, pro vulgato ἑαυτῷ, Rom. nec male. primus conjecturæ auctor HS. probante Sylb. inde & L. habet ad marg. f πως, Xiph. & Rom. abeſt a Pal. g εἴχετο, vulgo, ſine αὐτοῦ addito, quod duriuſcule omitti videtur. h τὸ γένος, Xiph. & Rom. at Exc. Peir. ubi hæc de Eubulo eadem leguntur p. 769. hæc duo vocabula omittunt. i καὶ ἐς τοσοῦτον, Exc. Peir. ἐς δὲ δὴ τοσοῦτον, Rom. k τοὺς γὰρ δὴ, Exc. Peir. & Rom. melius quam vulgo apud Xiph. οὐδὲ δὲ δὴ. l ἐδήμευσε, Xiph. & Rom. ἐδήμευε, Exc. Peir. m τότε δ' οὖν ὑπό τε τοῦ δήμου, Xiph. & Rom. καὶ τότε καὶ ὑπ' ἐκείνου, Exc. Peir. quæ eodem redeunt, ſi quidem ἐκείνου ad præcedens δήμου refertur. n καὶ τῶν, Xiph. & Rom. καὶ ὑπὸ τῶν, Exc. Peir. o Φούλβιος, Xiph. Φουλούϊος, Rom. p τι ἐς, Xiph. & Rom. τὸ ἐς, Pal. quod merito rejicit Sylb. q εἰσεφέρετο, Xiph. εἰσεφέρεται, L. ad marg. quod præſtat. ſequens οὕτω καὶ ἐκεῖνος, eſt emendatio Leunclavii jam recepta in Rom. pro vulgato καὶ οὕτω καὶ ἐκεῖνος, vel ut Wecheliana editio habet καὶ οὕτω ἐκεῖνοι. r τῇ τῶν πολιαρχησάντων ἐπ' αὐτῇ κενῇ χώρᾳ. ſic vulgo. at ἐπ' αὐτῇ τῶν πολιαρχησάντων κενῇ χώρᾳ, L. ad marg. Sylburgius ſolum ἐπ' αὐτῇ mutandum cenſet in ἐπ' αὐτῷ. s τὰ μὲν τοῦ, Xiph. τὰ μὲν οὖν τοῦ, Rom.

§93. (l. 64.) ἀπεσφάγη] De cæde ejus, ac matris Soæmidis, & impurorum ſodalium ac libertorum, *Herodianus* V. 8, 16. ſqq. *Lamprid.* c. 17. ſq. qui & cautum poſtea eſſe dicit, ne unquam mulier ſenatum ingrederetur. Contigit cædes die 11 Martii A. U. C. 975. ſupra § 13.

§94. (l. 69.) ἐσύρη — ἐνεβλήθη] Hinc Tractitius & Tiberinus. vide *Herodian.* V. 8, 18. ſq. *Vict.* Epit. XXIII. 6. & *Lamprid.* c. 17. qui addit: *nomen ejus, id eſt, Antonini, eraſum eſt ſenatu jubente, remanſitque Varii Heliogabali.* Vide eundem in Alex. Sev. c. 1.

§95. (l. 75.) τοὺς καθόλου λόγους ἐπιτρ.] Hi ſunt qui rationales ſummarum dicuntur in Notitia Imp. Rom. & in Codice. Summa enim nihil aliud eſt, quam ὁ καθόλου λόγος. Sic actorem ſummarum interpretari ſoleo apud *Suetonium* in Domit. c. 11. At *Euſebius* lib VII. H. E. cap. 12. prorſus infeliciter Latinam vocem expreſſit. (Cujac. lib. VIII. Obſ. 32.) Nam cum in edicto Gallieni ſcriptum eſſet, *Aurelius Quirinus Procurator ſummæ rei*, vertit Αὐρήλιος Κυρῖνος ὁ τοῦ μεγίστου πράγματος προεστηκώς. At eo loco ſumma res pro ſumma pecunia dicitur, ut leg. 7. Cod. ubi cauſæ fiſcales: *ad Bulephorum rationalem ſummæ rei.* Melius itaque vertit Dio τοὺς καθόλου λόγους ἐπιτετραμμένος. Hinc Rationales a Græcis καθολικοὶ dicti ſunt, ut apud *Athanaſium* in epiſtola ad Solitarios, Fauſtinus quidam καθολικὸς vocatur: & apud *Euſebium* lib. IV. de vita Conſt. c. 36. Gloſſæ veteres, καθολικὸς Rationalis: item Conſularis, καθολικὸς, Rationalis λογικὸς, Dicebantur autem Procuratores ſummæ rei, ad differentiam eorum, qui unius duntaxat rei procurationem gerebant, puta viceſimæ hereditatum, familiæ gladiatoriæ, aut ſimilium. Utrosque manifeſte diſtinguit Paulus in lege 35. D. ex quibus cauſis majores. *Procurator Cæſaris, nonſolum cui rerum provinciæ cujusque procuratio mandata erit, ſed & is cui rerum quamvis non omnium.* VALES.

§96. (l. 80.) ὁ Κωμάζων — διεδέξατο] Eutychianus ergo, qui & Comazon dicebatur, dudum Præfectus Prætorio eſſe deſierat: atque hinc Elagabalo ſuperſtes: alioquin inter Præfectos hoſce occiſos referendus fuiſſet. Inauditum vero exemplum Dio ſupra dixit, non quod ter Conſul fuerit, ſed quod ter Præfectus urbi, ut ex hoc loco manifeſtum eſt. § 17.

§97. (l. 85.) ἐκ τῆς Ῥώμης παντάπασιν ἐξέπεσε] Supple ex *Herodiano* VI. 1, 6. ſimulacra aliorum deorum, quæ in templum Elagabali ſui tranſtulerat Antoninus, templis ſuis ac cellis reſtituta eſſe. πρῶτον μὲν οὖν τὰ ἀγάλματα τῶν θεῶν, ἅπερ ἔτυχεν ἐκεῖνος κινήσας καὶ μεταγαγὼν, ἔπεμψαν ἐς τοὺς ἀρχαίους καὶ ἰδίους ναούς τε καὶ σηκούς.

§98. (l. 89.) πλὴν ἑνός που] Dubium, an Eutychianum innuat, qui ſuperſtes fuit, § 110. an Zoticum, quem impotentia ſervavit. § 99. Credo tamen Eutychianum innui, quia in eum utrumque convenit, quod ſeditionem contra Macrinum concitaverit, & plurimum apud eum valuerit; in Zoticum vero neutrum, quia nec per exiguum illud tempus multum potentiæ naciſci potuit, & Italia ejectus erat.

DIONIS
HISTORIÆ ROMANÆ
LIBRI LXXX. EXCERPTA
PER
JO. XIPHILINUM.
Inſeruntur Fragmenta Dionis integra quæ reperiri potuerunt.

SUMMA CAPITA LIBRI LXXX.

Cur Alexandri hiſtoriam Dio accurate enarrare non potuerit. c. 1.
De Ulpiano Præf. Præt. & ejus morte. c. 1. 2.
Artaxerxis Perſæ res adverſus Parthos & Romanos. c. 3. 4.
Dionis alter Conſulatus, in patriam reditus, & Hiſtoriæ finis. c. 5.

Temporis ſpatium anni octo, quibus hi Conſules recenſentur.

poſt C.N.	U.C.			ALEXANDRI
222.	975.	Antoninus Elagabalus IV.	& M. Aurelius Severus Alexander Coſſ.	I. 11 Mart.
223.	976.	L. Marius Maximus II,	& L. Roſcius Ælianus.	II.
224.	977.	Julianus II,	& Criſpinus.	III.
225.	978.	Fuſcus II,	& Dexter.	IV.
226.	979.	Alexander Aug. II,	& C. Marcellus Quintilianus II.	V.
227.	980.	Lucius Albinus,	& Max. Æmilius Æmilianus.	VI.
228.	981.	Ti. Manilius Modeſtus,	& Ser. Calpurnius Probus.	VII.
229.	982.	Alexander Aug. III,	& Caſſius Dio II.	VIII.

A.U.C. 975 & ſqq.

I. Alexander, qui ſtatim poſt Pſeudantoninum imperavit, [Mamæam illico, matrem ſuam, renunciavit Auguſtam. Quæ ubi rerum accepiſſet adminiſtrationem, viros ſapientes circa filium collegit, qui mores ejus rite componerent; e Senatu autem præſtantiores ſibi ſelegit a conſiliis, cum quibus res omnes agendas communicaret.] Domitio Ulpiano, Alexander prætorianorum præfecturam, & reliqua, quæ ad ſummam rerum gerendarum pertinent, commiſit. Cæterum ea, quæ hactenus dicta ſunt, quantum potui, ſingula accuratiſſime inquirens, conſcripſi; quæ vero reſtant, pari diligentia perſequi mihi non licuit, quod diu Romæ commoratus non ſum. Poſtquam enim ex Aſia in Bithyniam veniſſem, in morbum incidi: inde ad Africæ Proconſulatum profectus ſum; reverſusque in Italiam, recta pene in Dalmatiam

Ἀλέξανδρος [1] [a] δὲ μετ' ἐκεῖνον εὐθὺς αὐταρχήσας, [[b] αὐτίκα [2] τὴν οἰκείαν μητέρα Μαμαίαν, Αὐγοῦσταν ἀνεῖπεν, ἣ τὴν [3] τῶν πραγμάτων οἰκονομίαν μεταχειρίσασα καὶ περὶ τὸν υἱὸν [4] σοφοὺς ἄνδρας συνήγαγεν, ἵνα δι' ἐκείνων αὐτῷ τὰ ἤθη ῥυθμίζοιτο· καὶ τῆς γερουσίας, τοὺς ἀμείνονας συμβούλους προσείλετο, ἅπαντα τὰ πρακτέα κοινουμένη αὐτοῖς·] [5] Δομιτίῳ [c] δέ τινι Οὐλπιανῷ τήν τε τῶν δορυφόρων προστασίαν, καὶ τὰ λοιπὰ τῆς ἀρχῆς ἐπέτρεψε πράγματα. [d] ταῦτα μὲν ἀκριβώσας, ὡς ἕκαστα ἠδυνήθην, συνέγραψα· τὰ δὲ δὴ [e] λοιπὰ ἀκριβῶς ἐπεξελθεῖν, οὐχ οἷός τε ἐγενόμην, διὰ τὸ μὴ ἐπὶ πολὺν χρόνον ἐν τῇ Ῥώμῃ διατρῖψαι. [6] ἔκ τε γὰρ τῆς Ἀσίας ἐς τὴν Βιθυνίαν ἐλθὼν, ἠῤῥώστησα· κἀκεῖθεν πρὸς τὴν ἐν τῇ Ἀφρικῇ ἡγεμονίαν ἠπείχθην· ἐπανελθών τε ἐς τὴν Ἰταλίαν, εὐθέως, ὡς εἰπεῖν, ἔς τε τὴν Δαλματίαν, κἀντεῦθεν ἐς τὴν Παννονίαν 917 B

[a] Ἀλέξανδρος δὲ &c. præmiſerat his Xiphilini Falco ex Zonara: Ψευδαντωνίνου οὕτω σφαγέντος. ſed quoniam nihil continent novi, neque integra Zonaræ verba exhibent, Dio autem continuo filo hiſtoriam ſuam ſcripſiſſe videtur, omiſi. [b] αὐτίκα τὴν οἰκείαν μητέρα &c. hæc Zonaræ ſunt, quæ quanquam a ſtilo Dionis & Xiphilini abeuntia, tamen non attingenda temere arbitratus ſum, ne pro veterum dictis nova darem: eaque in re diſceſſi ab edit. Rom. [c] [illegible] adjectum eſt nexus gratia. τινι, Xiph. excepta editione Leunclavii, in qua deeſt, ac proinde & in Rom. [d] [illegible] Xiph. καὶ ἐγὼ addit de ſuo Falco in Rom. [e] λοιπὰ, Xiph. omiſſum negligentius in Rom.

§ 1. (l. 1.) Ἀλέξανδρος] De nomine hoc impoſito conf. lib. ſuperiorem p. 915. A. Antonini & Magni nomen, a Senatu delatum, multis deprecatur, apud *Lamprid.* Alex. c. 5. & 7. ſq. Severi nomen a militibus inditum. ibid. c. 12. & 25. imperavit annis XIII. diebus IX. vixit annis XXIX. menſibus III. diebus VII. teſte *Lamprid.* c. 60. Sed vide quæ contra diſputat *Tillemont* ſur Alexander, not. XI.

§ 2. (l. 2.) τὴν οἰκείαν μητέρα Μαμαίαν] Matri ultra modum obediens fuit, licet avaritiam ejus improbaret. *Herod.* VI. 1, 16. ſqq. *Lamprid.* c. 26. 60. Effigies Alexandri & matris Mamææ in nummo inſigni apud *Spanhem.* Diſſ. XI. p. 299. & *Havercamp.* ad Oroſ. p. 508. Sic & Agrippinæ ac Neronis, ut ſupra annotavimus.

§ 3. (l. 3.) τῶν πραγμάτων οἰκονομίαν] XVI. ordinis ſenatorii viri aſſeſſores & conſiliarii ejus fuerunt, dirigente matre. *Herod.* VI. 1, 3. ſqq. qui tamen numerus ſuſpectus eſt Caſaubono ad Lamprid. p. 905. Viginti numerat *Lampridius* Juriſperitos, inter quos primum Ulpianus, c. 15. ſq. & doctos ac ſapientes ac diſertos non minus quinquaginta. Sed credo illum de Alexandro non juvene, ſed adulto loqui: nam & graves ætate Imperatores alii, Auguſtus, Hadrianus, ceteri, nihil temere ſtatuebant, niſi adhibitis in conſilium prudentibus & Juriſperitis, ut annotavit *Rad. Fornerius* Rer. Quotidianar. lib. IV. c. 10. T. II. Theſ. Jur. p. 236. *Lampridius* etiam c. 33. XIV. Curatores urbis ab eo factos meminit.

§ 4. (l. 5.) σοφοὺς ἄνδρας] De præceptoribus ejus *Lampridius* c. 3. de cura etiam reliqua educationis, quæ mater [illegible] eſt, *Herodianus* V. 7, 9. ſq. VI. 1, 10. ſq.

§ 5. (l. 8.) Δομιτίῳ Οὐλπιανῷ] *Lampridius* c. [illegible] *Paulum & Ulpianum in magno honore habuit, quos* [illegible] *gabalo alii dicunt factos, alii ab ipſo.* [illegible] *Alexandri, & magiſter ſcrinii Ulpianus* [illegible] *tamen ambo aſſeſſores Papiniani fuiſſe dicuntur.* [illegible] c. 31. & 51. ubi Alexander Ulpianum pro [illegible] dicitur, primum repugnante matre, deinde gratias [illegible] Conf. *Tillemont* T. III. p. 338. ſq.

§ 6. (l. 14.) ἔκ τε τῆς Ἀσίας ἐς τὴν Βιθυνίαν] In Aſia ſe fuiſſe ſub Macrino & Elagabalo ad Pergamum & Smyrnæ ſtatum ordinandum, dixerat libro ſuperiore § [illegible] quod repetit c. 18. p. 915. C. Africa, ad quam poſtea [illegible] eſt, Proconſularis erat p. 413. C. Pannoniæ etiam pater [illegible] p. 918. E. De temporum ratione videbimus in vita Dionis.

νονίαν τὴν ἄνω ἄρξων ἐπέμφθην· καὶ μετὰ τοῦτ᾽ ἐς τὴν Ῥώμην, καὶ ἐς τὴν Καμπανίαν ἀφικόμενος, παραχρῆμα οἴκαδε ἐξωρμήθην.

Διὰ μὲν οὖν ταῦτα [f] οὐκ ἠδυνήθην ὁμοίως τοῖς C πρόσθεν καὶ τὰ λοιπὰ συνθεῖναι. κεφαλαιώσας μέντοι ταῦτα, ὅσα γε καὶ μέχρι τῆς δευτέρας μου ὑπατείας ἐπράχθη, διηγήσομαι. ὁ [g] Οὐλπιανὸς πολλὰ μὲν [7] τῶν οὐκ ὀρθῶς ὑπὸ τοῦ Σαρδαναπάλου πραχθέντων, [h] ἐπηνώρθωσε· [8] τὸν δὲ δὴ [i] Φλαβιανὸν, [k] τόν τε Χρῆστον ἀποκτείνας, ἵνα αὐτοὺς διαδέξηται, καὶ αὐτὸς οὐ πολλῷ ὕστερον ὑπὸ τῶν δορυφόρων, ἐπιθεμένων οἱ νυκτὸς, [9] κατεσφάγη· καίτοι καὶ πρὸς τὸ παλάτιον ἀναδραμὼν, καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν αὐτοκράτορα, D τήν τε μητέρα αὐτοῦ καταφυγών. ζῶντος δ᾽ οὖν ἔτι αὐτοῦ, [10] στάσις μεγάλη [l] τοῦ δήμου πρὸς τοὺς δορυφόρους, ἐκ βραχείας τινὸς αἰτίας, ἐγένετο, ὥστε καὶ ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας μάχεσθαί τε ἀλλήλοις, καὶ πολλοὺς ὑπ᾽ ἀμφοτέρων ἀπολέσθαι. ἡττώμενοι δὲ οἱ στρατιῶται, πρὸς ἔμπρησιν τῶν οἰκοδομημάτων ἐτράποντο· κἀκ τούτου δείσας ὁ δῆμος, μὴ καὶ πᾶσα ἡ πόλις φθαρῇ, καὶ ἄκων σφίσι συνηλλάγη. ταῦτα τε οὖν ἐγένετο, καὶ [11] ὁ Ἐπάγαθος, ὡς καὶ αἴτιος τῷ Οὐλπιανῷ τοῦ ὀλέθρου [m] πλέον E γενόμενος, ἔς τε Αἴγυπτον, ὡς ἄρξων αὐτῆς, ἐπέμφθη, ἵνα μή τις ἐν τῇ Ῥώμῃ, κολασθέντος αὐτοῦ, ταραχὴ γένηται· κἀκεῖθεν ἐς Κρήτην ἀπαχθεὶς, ἐδικαιώθη. [ἥττων [n] δ᾽ οὖσα χρημάτων ἡ Ἀλεξάνδρου μήτηρ, ἐχρηματίζετο πάντοθεν. ἠγάγετο δὲ καὶ τῷ υἱῷ γαμετὴν, ἣν οὐ συνεχώρησεν ἀναῤῥηθῆναι Αὐγοῦσταν· ἀλλὰ καὶ μετά τινα χρόνον τοῦ υἱοῦ αὐτὴν ἀποσπάσασα, εἰς Λιβύην ἀπήλασε, καίτοι στεργομένην παρ᾽ ἐκείνου. ὁ δὲ ἀντειπεῖν τῇ μητρὶ οὐκ ἠδύνατο, κατάρχούσῃ αὐτοῦ.]

918 Πολλαὶ δὲ καὶ παρὰ πολλῶν [12] ἐπαναστάσεις γενόμεναι, καί τινες καὶ ἰσχυρῶς ἐκφοβήσασαι, κατεπαύθησαν· [13] τὰ δὲ ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ, καὶ φοβερώτερα, [o] καὶ ἀληθέστερον δέος σύμπασιν, οὐχ ὅτι τοῖς ἐν Ῥώμῃ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις

matiam, & inde in ſuperiorem Pannoniam, A.U.C.975 & ſqq.
miſſus ſum, ut eis præeſſem. Poſt hæc in urbem Romam, & in Campaniam reverſus, illico domum enavigavi.

2. Quibus ex rebus factum eſt, ut pari accuratione cum prioribus, reliqua etiam componere non potuerim. Summatim tamen complexus, quæ usque ad ſecundum Conſulatum meum geſta ſunt, enarrabo. Igitur Ulpianus multa, quæ haud recte a Sardanapalo inſtituta fuerant, correxit. Sed cum Flavianum & Chreſtum occidiſſet, ut iis ſuccederet; ipſe quoque non multo poſt a prætorianis, qui eum noctu per inſidias aggreſſi ſunt, interfectus eſt, tametſi curſu ſe proripuiſſet in Palatium, & ad ipſum Imperatorem, ejusque matrem, confugiſſet. Quum adhuc in vivis eſſet Ulpianus, tanta ſeditio populi contra prætorianos, ex parva quadam cauſa, coorta eſt, ut ad tres dies utrinque pugnatum ſit, multique ex utraque parte interierint. Poſt, ubi milites victi ad ædes incendendas converſi ſunt, veritus ex ea re populus, ne tota urbs conflagraret, vel invitus cum iis rediit ad concordiam. Poſt illud Ulpiani exitium, Epagathus, qui Ulpiano præcipua necis cauſa fuerat, in Ægyptum miſſus eſt, eo quidem nomine, ut præfecturam illius gereret; re vera tamen, ne quis Romæ, ſi ab ipſo pœna repeteretur, tumultus exiſteret: atque inde in Cretam abductus, ibi ſupplicio affectus eſt. [Cæterum Alexandri mater, avaritiæ ſerviens, undique pecuniam coëgit. Duxit vero & filio uxorem, quam tamen Auguſtam appellari non paſſa eſt; quin aliquanto poſt a filio avulſam, in Africam relegavit. Quam etſi Alexander diligebat, tamen matri, in cujus ipſe erat poteſtate, refragari non eſt auſus.]

3. Per id tempus multæ a multis factæ ſeditiones, & nonnullæ earum, haud leviter formidandæ, repreſſæ ſunt. Quæ tamen in Meſopotamia acciderunt, & trepidationis fuerunt majoris, & metum veriſſimum omnibus, non modo

f οὐκ ἠδυνήθην, Xiph. ὅτι præmittit Rom. quod nexum turbat. neque abrupta & pendens ſine eo ſententia eſt, ut ſibi perſuaſit Falco. g ὁ Οὐλπιανὸς, Xiph. δὲ addit Rom. h ἐπηνώρθωσε. Xiph. ſic ἐπηνωρθώθη hoc loco Z. verbum enim duplex augmentum admittit. ſed ἐπανώρθωσε, Rom. i Φλαβιανὸν, Xiph. & Z. Φλαουιανὸν, Rom. k τόν τε Χρῆστον, Xiph. καὶ τὸν Χρῆστον, Rom. l τοῦ δήμου, Rom. deeſt in Xiph. ſed ſupplendum vidit, vel etiam in codice ſuo habuit Blancus, additque in margine L. imo exhibet clariſſime Z. unde cum neceſſarium ſit, recipere non dubitavimus. abit longius Sylb. quando τῷ δήμῳ, vel τῶν ἐν τῇ πόλει addendum putat. m πλέον, Xiph. & Rom. ſi mendo caret, pro μᾶλλον ſumendum Sylb. vel τὸ πλεῖον ſcribendum. n ἥττων δ᾽ οὖσα &c. hæc Zonaræ ſunt additamenta. nam quoniam ſemel cœpimus, Dionem, prope ad incitas extremo redactum, quodammodo ſublevare ex ſpoliis compilatorum, hanc quoque laciniam, licet paululum ne agnoſceretur transformatam, illi reddendam putavimus, cum ex ordine ipſo & habitu Dionis eſſe deprehendatur. o καὶ, Xiph. Rom. deeſt in Pal.

§7. (l. 27.) τῶν οὐκ ὀρθῶς πραχθέντων] Vide *Lampridium* c. 15. ſq.

§8. (l. 28.) τὸν Φλαβιανὸν τόν τε Χρῆστον] Elagabali præfectos cum ipſo periiſſe, ſupra Dio dixerat c. 21. Hos *Zoſimus* p. 638, 24. ſub Alexandro Severo præfectos eſſe factos dicit, & cum eſſent viri rebus pace belloque idonei, præclaram de ejus imperio ſpem conceptam eſſe: ſed cum utrique Mamæa Ulpianum, velut arbitrum & conſortem officii præfeciſſet, ſtructas eſſe Ulpiano a militibus inſidias; qua de cauſa Mamæam earum auctores de medio ſuſtuliſſe, ſolo Ulpiano præfecto conſtituto.

§9. (l. 32.) κατεσφάγη] Confer de ejus nece *Caſaubonum* ad Lamprid. p. 1005. Interfectus circa A. C. 228. ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἀρνήσαντος αὐτῷ ἐν βοήθειαν, ut ait *Zoſimus* p. 638, 27. ſqq. ἐρῶντος τοῦ βασιλέως, ut *Syncellus*.

§10. (l. 35.) στάσις μεγάλη] Confer *Zoſimum*.

§11. (l. 43.) ὁ Ἐπάγαθος] De eo dictum p. 879. B. § 114.

§12. (l. 56.) ἐπαναστάσεις γενόμεναι] Motus militum nonnullos commemorat *Lampridius* c. 53. ſq. *Herodianus* VI. 4, 14. ſq. *Victor* Cæſ. XXIV. 3. *Eutrop.* VIII. 14, 2. *Zoſimus* p. 638, 38. ſqq. *Euſebius*. in provinciis, Mauritania Tingitana, Illyrico, Armenia, Germania, *Lampridius* c. 58. ſq. *Herodianus* VI. 7.

§13. (l. 58.) τὰ δὲ ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ] Vide caput ſequens. Literarum a Meſopotamiæ & Syriæ præfectis miſſarum ſummam affert *Herodianus* VI. 2, 2. ſqq. 4, 9. ſq. quibus nunciabatur, Artaxerxen, ſuperato Artabano, jam ſe Tigride non continere, ſed in Meſopotamiam excurrere, Syriæ minitari, & veterem Perſarum ditionem usque ad mare Ægeum & Propontidem ſibi vindicare.

A.U.C.975 & ſqq. modo Romanis, ſed & aliis, incuſſerunt. Artaxerxes enim quidam Perſa, [obſcuris & ignobilibus homo parentibus, regnum Parthorum Perſis aſſeruerat, iiſque imperabat: a quo Choſrois genus deduci fertur. Nam poſt Alexandri Macedonis obitum, ſucceſſores illius Macedones, longiſſimo tempore Perſis & Parthis, aliiſque gentibus imperarunt: donec in ſe ipſos ruentes, ſemet invicem everterunt. Quibus ita attritis, primum Arſaces Parthus, ab eis deficere, & Parthis dominari cœpit, regnumque ſuis poſteris reliquit, quorum fuit ultimus Artabanus. Ille igitur Artaxerxes,] cum Parthos tribus prœliis viciſſet, & eorum regem Artabanum occidiſſet, [Atra oppugnavit, inde adverſus Romanos excurſionem facturus. Et ſane muros urbis perfregit; militum vero multis, per inſidias, amiſſis, in Mediam tranſiit; ejuſque regionis & Parthiæ locis non paucis, partim vi, partim timore captis,] irruit in Armeniam: ex qua tamen ab incolis & a Medis nonnullis, filiiſque Artabani profligatus, fugæ ſe, ut quidam perhibent, commiſit: alii tradunt inde receſſiſſe, ad majores copias comparandas.

ἄλλοις παρέχειν. [14] Ἀρταξέρξης γάρ τις Πέρσης [ὃς p ἐξ ἀφανῶν καὶ ἀδόξων ἦν, τὴν τῶν Πάρθων βασιλείαν Πέρσαις περιεποιήσατο, καὶ αὐτῶν ἐβασίλευσεν· ἀφ' οὗ λέγεται καὶ τὸ Χοσρόου κατάγεσθαι γένος. μετὰ γὰρ τὴν Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος τελευτὴν, οἱ ἐκείνου διάδοχοι Μακεδόνες, ἐπὶ πλεῖστον μὲν Περσῶν τε καὶ Παρθυαίων ἦρχον, καὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν· κατ' ἀλλήλων δέ γε χωρήσαντες, ἀλλήλους κατέλυσαν. ἐκείνων δ' οὕτως κατεπηκότων, [15] πρῶτος q Ἀρσακίδης Παρθυαῖος τῇ ἐξ αὐτῶν ἀποστασίᾳ ἐπικεχείρηκε, καὶ Παρθυαίων ἐκράτησε, καὶ τοῖς ἑαυτοῦ ἀπογόνοις κατέλιπε τὴν ἀρχὴν, ὧν [16] τελευταῖος γέγονεν ὁ Ἀρτάβανος. ὁ δ' οὖν Ἀρταξέρξης] τούς τε Πάρθους τρισὶ μάχαις νικήσας, καὶ τὸν βασιλέα αὐτῶν Ἀρτάβανον ἀποκτείνας, [[17] ἐπὶ r τὰ Ἄτρα ἐπεστράτευσεν, ἐπιβασίαν ἀπ' αὐτῶν ἐπὶ τοὺς Ῥωμαίους ποιούμενος. καὶ τὸ μὲν τεῖχος διέῤῥηξεν· συχνοὺς δὲ δὴ τῶν στρατιωτῶν ἐξ ἐνέδρας ἀποβαλὼν, ἐπὶ τὴν Μηδίαν μετέστη· καὶ ἐκείνης τε οὐκ ὀλίγα, καὶ τῆς Παρθίας, τὰ μὲν βίᾳ, τὰ δὲ καὶ φόβῳ παραλαβὼν,] ἐπὶ τὴν Ἀρμενίαν ἤλασε· κἀνταῦθα πρός τε τῶν ἐπιχωρίων, καὶ πρὸς Μήδων τινῶν, τῶν τε τοῦ Ἀρταβάνου παίδων s πταίσας, ὡς μέν τινες t λέγουσιν, ἔφυγεν, ὡς δ' ἕτεροι, ἀνεχώρησε πρὸς παρασκευὴν δυνάμεως μείζονος.

4. Hic ergo formidandus nobis fuit, quod ingenti exercitu, non modo Meſopotamiæ, ſed & Syriæ immineret; ſeque omnia recuperaturum eſſe minaretur, quæcunque Græco mari tenus, Perſæ olim obtinuiſſent, utpote quæ avito jure ad ſe pertinerent. Neque vero ipſius Artaxerxis magna ratio habenda fuiſſet: ſed milites noſtri erant ejuſmodi, ut pars ad eum tranſiret, pars etiam armis repellere eundem nollet. Tanto enim luxu ſimul, atque licentia, & protervitate utuntur, ut præfectum ſuum Flavium

Οὗτός τε οὖν φοβερὸς ἡμῖν ἐγένετο, στρατεύματι u τε πολλῷ οὐ μόνον τῇ Μεσοποταμίᾳ, ἀλλὰ καὶ τῇ Συρίᾳ ἐφεδρεύσας, καὶ [18] ἀπειλῶν x ἀνακτήσεσθαι πάντα, ὡς καὶ προσήκοντά οἱ ἐκ προγόνων, ὅσα ποτὲ οἱ πάλαι Πέρσαι, μέχρι τῆς Ἑλληνικῆς θαλάσσης ἔσχον· y οὐχ [19] ὅτι αὐτὸς λόγου τινὸς ἄξιος, ἀλλ' ὅτι οὕτω τὰ στρατιωτικὰ z ἡμῖν διάκειται, ὥστε τοὺς μὲν καὶ προστίθεσθαι αὐτῷ, τοὺς δὲ οὐκ ἐθέλειν ἀμύνεσθαι. τοσαύτῃ γὰρ ἅμα [20] τρυφῇ καὶ ἐξουσίᾳ, ἀνεπιπληξίᾳ τε χρῶνται, ὥστε τολμῆσαι a Φλάβιον B C

p ὃς ἐξ ἀφανῶν &c. loquitur iterum Zonaras ſuo more, accepta a Dione. q Ἀρσακίδης, Rom. & Z. forte Ἀρσάκης ita & Herodianus. r ἐπὶ τὰ Ἄτρα ἐπεστράτευσεν &c. hæc amplius opportune ſuppeditarunt Exc. Peir. p. 769. neque in Xiph. nec in Zon. obvia. ceterum pro ἐπεστράτευσεν, male ἐπιστράτευσεν, Rom. s πταίσας. [illegible] perperam RS. & HS. edit. min. ceteri recte. t λέγουσιν, Xiph. & Rom. φασίν, Exc. Peir. u τε, Exc. Peir. abeſt a Xiph. & Rom. x ἀνακτήσεσθαι, Exc. Peir. melius omnino quam ἀνακτήσασθαι in Xiph. & Rom. y οὐχ ὅτι [illegible] ἄξιος, ἀλλ' &c. ſequor fere Excerpt. Peir. niſi quod καὶ ὁ μὲν præmiſſa, velut nexum turbantia potius, nec apud Xiphilinum reperiunda, omitto. Xiphilinus autem ſic: οὐχ ὅτι αὐτός τις ἀμήχανος ἦν, δοκεῖ, ἀλλ' &c. quod Sylb. per temporis enallagen pro ἐδόκει poſitum explicat. δοκεῖ, Rom. z ἡμῖν διάκειται, Exc. Peir. ἡμῖν διάκειται, Xiph. ἡμῶν διάκειται, Rom. ſcilicet ex emendatione Leunclavii, quam habet ad marg. ſic & paulo poſt χρῶνται in Xiph. & Exc. Peir. pro quo ἐχρῶντο L. ad marg. & Rom. in textu. a Φλάβιον Ἡρακλέωνα, Xiph. Φλαούιον Ἀγριππῖνον, Rom. [illegible] in notis Falco locum ex lectione Xiphilini laudat.

§ 14. (l. 61.) Ἀρταξέρξης γάρ τις Πέρσης] Xerxem vocant *Victor.* Cæſ. XXIV. 2. *Eutropius* VIII. 14. 1. *Oroſius* VII. 18. *Euſebius.* Artaxerxen *Herodianus* l. c. *Lampridius* c. 55. *Agathias* lib. IV. p. 134. A. 136. B. Hinc Epocha regni Perſarum A. Chr. 227. vide *Tillemont.* T. III. p. 452. ſq. 331. ſqq. 353. quæ duravit usque ad æram Jezdijerdicam, vide *Caſaub.* ad Lamprid. p. 1017.

§ 15. (l. 71.) πρῶτος Ἀρσάκης Παρθυαῖος] De Arſacidarum imperio vide *Reinerum Reineccium* Hiſt. Jul. T. III. p. 203. ſqq.

§ 16. (l. 74.) τελευταῖος γέγονεν ὁ Ἀρτάβανος] De Artabano dictum p. 881. A. §. 2. Is rex Magnus primus appellatus eſt, duplici diademate uſus. *Herodian.* VI. 2. 3.

§ 17. (l. 76.) ἐπὶ τὰ Ἄτρα] Eadem urbs Meſopotamiæ, quam Trajanus & Severus fruſtra oppugnaverant. p. 785. § 191. p. 854. ſq.

§ 18. (l. 88.) ἀπειλῶν ἀνακτήσεσθαι πάντα] Vide ſupra § 13.

§ 19. (l. 91.) ὅτι αὐτὸς λόγου τινὸς ἄξιος] Deſerit Dio argumentum, & de eventu belli tacet, quaſi quid factum ſit neſciens; forte quod vivo Alexandro hæc ſcribens, nolebat minus ſecunda & Imperatori parum honorifica commemorare. Nam *Herodianus* refert, eum audito Perſæ conatu, in magno metu fuiſſe, tentaſſe per literas pacem, comparato deinde exercitu, cum lacrymis urbe exiiſſe; iterum in Aſia per legatos amicitiam Perſæ quæſiviſſe, cumque fruſtra fuiſſent omnia, tribus quidem exercitibus invadere hoſtem decreviſſe, ſed cum ipſe medium ducere deberet, vel metu, vel dehortante matre, deſtituiſſe ceteros duos, atque barbaris prodidiſſe; hinc indignantibus militibus, plurimis etiam [illegible] morbo, & frigore amiſſis, cum dedecore Antiochiam [illegible] eſſe. vide eum VI. 2—6. *Lampridius* tamen c. 55. [illegible] quanquam Herodiani dicta attingens, contraria [illegible] *Artaxerxem regem potentiſſimum vicit, quum ipſe Alexander [illegible] adiret, milites admoneret, ſub ictu [illegible] plurimum faceret, ſingulos quoque milites [illegible] adduceret. Fuſo denique fugatoque [illegible] Antiochiam rediit — poſt hoc Romam [illegible] pulcherrimo acto, apud ſenatum verba [illegible].* Vide *Tillemont.* T. III. p. 461. *Spanhem.* ad Julian. p. 150. ſq.

§ 20. (l. 95.) τρυφῇ καὶ ἐξουσίᾳ] Antiochenſes in primis milites lavacris muliebribus & deliciis vacaſſe, ſcribit *Lampridius,* cumque omnes eos comprehendi juſſiſſet Alexander, & motus ceterorum ortus eſſet, magna cum auctoritate totam legionem exauctoraſſe. c. 53. ſq. Idem *Lampridius* multus eſt in correctione ab Alexandro corruptæ militiæ adhibita, ideoque Severum a militibus appellatum dicit.

βιον Ἡρακλέωνα, τοὺς μὲν ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ, τὸν ἄρχοντα σφῶν, ἀποκτεῖναι, καὶ τοὺς δορυφόρους πρὸς τῷ Οὐλπιανῷ, καὶ ἐμὲ αἰτιάσασθαι, ὅτι τῶν [21] ἐν τῇ [b] Παννονίᾳ στρατιωτῶν ἐγκρατῶς ἦρξα, καὶ ἐξαιτῆσαι, φοβηθέντας, μὴ καὶ ἐκείνους τις ὁμοίως τοῖς Παννονικοῖς ἄρχεσθαι καταναγκάσῃ.

[c] Οὐ μέντοι [22] προετίμησέ τι αὐτῶν ὁ Ἀλέξανδρος, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον ἄλλως τε ἐσέμνυνέ με, καὶ [23] δεύτερον [d] ὑπατεύσοντα σὺν αὐτῷ ἀπέδειξε, τό τε [24] ἀνάλωμα τὸ τῆς ἀρχῆς, [e] αὐτῷ αὐτὸς ἀναλώσειν ὑπεδέξατο. ἀχθεσθέντων

D δὲ αὐτῶν ἐπὶ τούτοις, [f] ἐφοβήθη, μὴ καὶ ἀποκτείνωσί με ἐν τῷ τῆς ἀρχῆς σχήματι ἰδόντες· καὶ ἐκέλευσεν ἔξω τῆς Ῥώμης ἐν τῇ Ἰταλίᾳ που διατρίψαι τὸν τῆς ὑπατείας χρόνον. καὶ οὕτω μετὰ ταῦτα, ἔς τε τὴν Ῥώμην, καὶ ἐς τὴν Καμπανίαν, πρὸς αὐτὸν ἦλθον· καὶ συνδιατρίψας τινὰς ἡμέρας αὐτῷ, τοῖς τε στρατιώταις μετὰ πάσης ἀδείας ὀφθείς, ἀπῆρα [25] οἴκαδε, παρέμενος ἐπὶ τῇ τῶν ποδῶν ἀῤῥωστίᾳ· ὥστε πάντα τὸν λοιπὸν τοῦ βίου χρόνον ἐν τῇ πατρίδι ζῆσαι,

E ὥσπερ που καὶ τὸ δαιμόνιον ἐν τῇ Βιθυνίᾳ ἤδη μοι ὄντι σαφέστατα ἐδήλωσεν. ὄναρ γάρ ποτε ἔδοξα προστάσσεσθαι ὑπ' αὐτοῦ, [26] προσγράψασθαι τῷ ἀκροτελευτίῳ τὰ ἔπη τάδε·

[g] Ἕκτορα δ' ἐκ βελέων ὕπαγε Ζεὺς, ἔκ τε κονίης,
Ἔκ τ' ἀνδροκτασίης, ἔκ θ' αἵματος, ἔκ τε κυδοιμοῦ.

Flavium Heracleonem, ii qui in Meſopotamia erant, interficere auſi ſint; atque prætoriani, poſt Ulpianum, mihi quoque vitio verterint, quod in Pannonia ſeverius militibus præfuiſſem, & me depopoſcerint ad ſupplicium, veriti, ne quis eos etiam cogeret, ut ad Pannonicorum diſciplinam militum regi ſe paterentur. A.U.C. 975 & ſqq.

5. At Alexander horum nullam habuit rationem, ſed contra me cum aliis decoravit honoribus, tum, quod me ſecum una iterum Conſulem deſignavit, ac ſumptus, quos ea dignitas poſtulat, ipſe faciendos in ſe recepit. Quæ cum prætoriani moleſte ferrent, veritus, ne illi me, cum inſignibus conſularibus conſpicati, interficerent; juſſit, ut extra Urbem, alicubi in Italia, hujus mei tempore conſulatus commorarer. Et ita poſtea Romam, & in Campaniam ad ipſum veni: verſatusque cum eo per dies aliquot, viſusque a militibus cum omni ſecuritate, domum dimiſſus redii, quod pedibus laborarem; quo omne reliquum vitæ tempus, in patria mea tranſigerem; ſicuti apertiſſime mihi Genius, quum eſſem adhuc in Bithynia, indicaverat. In ſomnis enim is aliquando mihi præcipere viſus eſt, ut hos verſus ad finem hiſtoriæ hujus adderem:

Jupiter e multis crudelibus Hectora telis,
Pulvereque, & cæde exemit, bellique tumultu.

b Παννονίᾳ, Xiph. & Rom. Παιονίᾳ, Coisl. *c* οὐ μέντοι, Xiph. οὐ μέντοι δὲ, Rom. *d* ὑπατεύσοντα, ſcripſimus, monitu HS. & Sylb. pro ὑπατεύσαντα, quod eſt apud Xiph. & in Rom. *e* αὐτῷ, Xiph. αὐτῷ, Rom. αὐτὸ legendum putat Sylb. *f* ἐφοβήθη, Rom. ex emendatione Sylb. & L. ad marg. atque ſic utique legendum pro vulgato ἐφοβήθησαν. *g* Ἕκτορα &c. Hom. Il. λ. 163. laudat & Gellius XIII. 24. Lucianus Nigrino c. 18. T. I. p. 56. ſq.

§ 21. (l. 100.) ἐν τῇ Παννονίᾳ] In Pannonia ſuperiori, cui præfuit, c. 1. p. p. 917. B. ſua ætate loc tam fuiſſe ſcribit legiones Decimam Gemellam & Decimam quartam Gemellam. p. 564. B.

§ 22. (l. 4.) προετίμησέ τι αὐτῶν] Sic & Ulpianum ſæpe a militum ita objectu purpuræ ſummæ defendit. *Lamprid.* c. 51.

§ 23. (l. 6.) δεύτερον ὑπατεύσοντα] A. U. C. 982. Chr. 229. forte per duos menſes tantum. *Photius* cod. LXXI. *Anonymus* in cod. Palatino-Vaticano apud Falconem p. 186. b. Tillemont. T. III. p. 348.

§ 24. (l. 7.) ἀνάλωμα τῆς ἀρχῆς] Valerianus Aug. ad Ælium Xiphidium præfectum ærarii ſcribit apud *Vopiſcum* in Aurel. c. 15. in gratiam Aureliani: *Aureliano, cui conſulatum detulimus, ob paupertatem, qua ille magnus eſt, ceteris major, dabis ad editionem Circenſium aureos Antoninianos CCC. argenteos Philippeos minutulos tria millia, in ære HS. quinquagies — convivium autem publicum edi jubebis ſenatoribus, equitibus Romanis, hoſtias majores duas, minores quatuor.* Ibidem, quæ proxime in Furii Placidi conſulatu aurigis data ſint ambitioſius, exponit. Andr. Schottus in Scholiis ad Photium p. 106. & 186. confert exemplum Honorii, qui ſumtus conſulatus Conſtantinopolitani collegæ toleravit ex Heracliani bonis. Tu vide ad lib. LXI. § 41.

§ 25. (l. 16.) οἴκαδε] ἐν τῇ πατρίδι, Nicææ in Bithynia.

§ 26. (l. 21.) προσγράψασθαι τῷ ἀκροτελευτίῳ] Eandem clauſulam librorum Dionis habes, non modo apud Xiphilinum, ſed & Photium cod. LXXI.

APPARATUS
AD
CASSIUM DIONEM

CONTENTA

SEQUENS PAGINA DOCEBIT.

CONTENTA
IN
APPARATU AD DIONEM.

Roberti Stephani Præfatio & Caſtigationes ad Dionem. pag. 1375
Ejusdem ad Xiphilinum Variæ Lectiones. 1384
Guilielmi Xylandri Præfatio & Annotationes in Dionem. 1384
Ejusdem in Xiphilinum Annotationes. 1415
Friderici Sylburgii in Xiphilinum Notationes. 1418
Henrici Stephani in Dionem Præfatio. 1442
Ejusdem Emendationes in Xiphilinum. 1444
Ejusdem Emendationum in Xiphilinum Spicilegium. ibid.
Joannis Leunclavii Notæ in Dionem & Xiphilinum. 1453
Fulvii Urſini Notæ in Dionis Fragmenta. 1489
Jacobi Palmerii Exercitationes ad Dionem. 1493
Lamberti Bos Animadverſiones ad quædam loca Dionis. 1499 & 1705
Petri Weſſelingii Epiſtola, ad nonnulla loca Dionis. 1500
Joannis Jacobi Reiskii Animadverſiones in Dionem. 1501
Spicilegium Fragmentorum Dionis, & locorum apud Veteres, ubi *Dio* aut *dicta ejus* laudantur. 1518
Dio de ſe & ſua Hiſtoria. 1528
De Vita & Scriptis Dionis Commentarius. 1533
Eminentiſſimi Cardinalis Quirini Epiſtola, de Codicis Vaticani ratione, & Urſini ac Falconis ex eo editis Fragmentis. 1545
Illuſtriſſimi Marchionis Scipionis Maffei Epiſtola, de Dionis editione Falconiana. 1549
Index Græcus Vocabulorum & Locutionum Dionis. 1552
Index Latinus Rerum omnium. 1629
Addenda & Emendanda. 1695

VIRORUM

VIRORUM DOCTISSIMORUM
PRÆFATIONES, NOTÆ, ETC.
QUIBUS DIO QUA ILLUSTRATUR, QUA EMENDATUR.

ROBERTUS STEPHANUS,
TYPOGRAPHUS REGIUS,
LECTORI S.

Cum jam Dionyſii Halicarnaſſei, hiſtorici præſtantiſſimi, de Romanorum antiquitatibus libros undecim divulgaſſem, ut ordinem jam inde ab initio mihi propoſitum ſervarem, placuit hoſce Dionis cognomento Cocceji XXIII. libros, quibus hiſtoriam Romanam ipſe quoque diligentiſſime, ad verum ſingula exigens, perſequitur, continuata quadam ſerie deinceps publicare: quæ res nobis multo ſecius ac optaſſem ceſſit. Siquidem ex libris LXXX. quos ab eo de Romana hiſtoria ſcriptos eſſe auctor eſt Suidas, XXIII. duntaxat ad nos pervenerunt: quodque omnium maxime nobis dolendum eſt, in iis excudendis unico exemplari uſi & adjuti ſumus, eoque accuratam ac diligentem caſtigationem deſyderante. Nos vero id quicquid erat incommodi diligentia quanta potuimus maxima ſarcire ſtuduimus: idque ſi non omnino, aliqua certe ex parte conſecuti ſumus: ita tamen ut locos mutilos & imperfectos intactos reliquerimus, locos etiam adeo depravatos, ut nulla jam rectæ ac integræ lectionis veſtigia ſupereſſent, non modo non correxerimus, ſed ne corrigere quidem conati fuerimus, medicorum hac in re auctoritatem ſecuti, qui deploratis adhibenda eſſe remedia negant. Ac ne cui hac in parte officio noſtro deeſſe videremur, parum eſſe exiſtimavimus, locis illis aſteriſci notam appoſuiſſe, niſi etiam iis, de quibus plane deſperatum non eſſet, medicinam aliquam adhiberemus. Quocirca ad calcem libri caſtigationes locorum aliquot rejecimus, quas non inutiles tantiſper fore ſperavimus, dum quid melius ac certius emendatioris alicujus exemplaris collatio nobis afferret. De cætero hoc etiam te admonitum velim, primas has paginas, a quibus initium ſumimus, fragmenta quædam libri XXXV. nobis videri, quas omnino, ut in noſtro exemplari reperimus, ita tibi offerimus. Expoſitam habes, Lector, rationem conſilii mei, quam in excudendo hoc auctore ſecutus ſum. Reliquum eſt, ut te etiam atque etiam orem, ut omnia grato animo interpreteris, ac boni conſulas: quod eos, quibus hujuſmodi res cognitæ ſunt, facturos non dubito. Vale.

CASTIGATIONES
ROBERTI STEPHANI.

Cum unico exemplari, eoque valde mendoſo uſi eſſemus, de iis locis te admonere, quos adhibita conjectura, ſimiliumve locorum collatione, emendatum iri ſperaremus, non incommodum fore putavimus: reliquos autem, in quibus apertiora menda haberentur, quam ut ea probatione aliqua indigerent, ſeorſum annotare. Tu igitur LECTOR, pro tuo animi candore, conatus noſtros æqui bonique facito.

Pag. 8. principio. Deſideratur hic belli Cretici (ex quo Metellus Creticus cognomen invenit) initium: cujus mentionem faciunt Plutarchus in Pompejo, & Lucius Florus in geſtis Romanorum.

Pag. 10. medio. ου μέντοι καὶ μεγάλην, ὅτε γε ἐχρῆν, φορτίδα αὐτῶν ἐποιήσαντο.] *Conſtat* φορτίδα ναῦν, *ſeu* φορτηγὸν, *a Græcis appellari, quæ alio nomine* ὁλκὰς, *a Latinis autem* oneraria *vocatur: quod cum ita ſit, non video quis ex hac lectione ſenſus elici poſſit, crediderimque legendum potius,* φρουρίδα αὐτῶν ἐποιήσαντο: *quod genus loquendi ut uſitatiſſimum, ita huic loco aptiſſimum eſt, præſertim cum eodem pertineat quod paulo ante dixit,* ὡς οὐδεμία σφῶν ἐπιστροφὴ ἐγίνετο. *Denique ut hanc lectionem audacius tuear, facit quod in noſtro exemplari reliqua quædam animadverterim hujus lectionis veſtigia, adeo ut altera ſuppoſititia videatur. Ib.* ἐν παντὶ ἐγένοντο. *Eodem modo pag. 109. f.* ὥστε ἐν παντὶ τὸν Καίσαρα γενέσθαι, *id eſt,* adeo ut in ſummas anguſtias adductus ſit Cæſar. *Quanquam frequentius ita loqui ſolet, genitivo* κινδύνου, *aut* κακοῦ, *addito, ut pag. 67. f.* ὡς δὲ τοῦτό τε ἐπέλειπε, καὶ ἄλλο οὐχ εὑρίσκετο, ἐν παντὶ κακοῦ ἐγίνετο. *Mendo igitur utraque lectio caret.*

12. *princ.* μηδ᾽ ὅτι τὸ σῶμα καὶ τόσα γέγονα ἀριθμεῖσθε] *Depravatus eſſe videtur hic locus, & vox hæc* σῶμα *a ſcriba non ſatis ad negotium ſuum intento ex ſuperioribus repetita, ac loco alterius poſita.*

13. *fine.* νῦν καὶ ἀκμάζων] *Commodius legetur* νῦν δὲ, *ut reſpondeat particula* δὲ *præcedenti* μέν.

14. *f.* ἰδὼν δὲ τοῦτο ὁ ῥώσκιος, φθέγξασθαι μὲν οὐδὲν ἐτόλμησεν, *&c.*] *Plutarchus in Pompejo hanc rem ita narrat,* ῥωσκίου δὲ προσελθόντος, οὐδεὶς ἤκουσεν. ὁ δὲ τοῖς δακτύλοις διεσήμαινε, μὴ μόνον, ἀλλὰ δεύτερον αἱρεῖσθαι πομπήϊον. ἐπὶ τούτῳ λέγεται δυσχεράναντα τὸν δῆμον τηλικοῦτον ἀνακραγεῖν, ὥστε ὑπερπετόμενον κόρακα τῆς ἀγορᾶς τυφλωθῆναι, καὶ καταπεσεῖν εἰς τὸν ὄχλον. *Locum tibi expendendum relinquo.*

15. *f.* στρατηγοῦ ἠπορήσατο] *Exigit ſententia, ut* ἠπορήσατε *legamus.*

16. *med.* ἐφ᾽ ᾧ μήτε πλείω τοῦ τεταγμένου χρόνον, *&c.*] *Sic eſt hic locus legendus: nam alibi etiam ita loquitur,* ἐφ᾽ ᾧ μηδὲν ἀδικηθῶσι, *id eſt* ὅπως, *vel* ἵνα. *Ib. f.* παρὰ νόμους φυλαρχίας] *Legendum eſt ſine dubio,* παρανόμους φιλαρχίας: *ut alibi Pompejum* φιλοπόλεμον καὶ φιλαρχοῦντα *vocat.*

18. *pr.* πρόσφορα ἐς αὐτὰ εἶναι ἦν, *&c.*] *Expungendum videtur* ἦν, *ut ſupervacaneum: aut certe mutandum in pronomen* οἱ, *quo ſæpiſſime utitur pro* αὐτῷ. *Ib.* καταλόγους ποιήσασθαι] *Sic legendum, hoc eſt* στρατιὰν καταλέξασθαι, delectum habere: *ut alio loco dixit,* καταλόγους τε αὐτῷ καινοὺς ποιήσασθαι ἐπιτρέψαι. *Ib. m.* πολλῇ δὲ καὶ φιλανθρωπίᾳ τῇ πρὸς τοὺς ὁμολογοῦντάς οἱ, ὥστε καὶ ὑπὸ τοῦ τοιούτου παμπόλλους προσποιήσασθαι] *Ita legendum eſſe aperte ipſa ſententia docet, quæ eſt hujuſmodi,* Magna etiam eos, qui ſe illi dederent, humanitate comprehendebat, adeo ut quam plurimos ea re ſibi conciliatos adjunxerit. *Eſt enim repetendum a ſuperioribus verbum* ἐχρῆτο.

19. *m.* τότε μὲν, πρὶν ἐπιψηφίσαι τὶ, *&c.*] *Hanc veram eſſe hujus loci lectionem affirmare non dubitarim, præſertim cum ſequatur particula* δὲ *illi* μὲν *reſpondens.*

20. *m.* καὶ ἔπαινον ἐπ᾽ αὐτὸν ἔλαβεν] *Dicere ſolet* ἔπαινον λαβεῖν, *aut* ἔχειν ἐπί τινι, *ut pag. 189. m.* καὶ ἐπὶ μὲν τούτῳ ἔπαινον ἔχεν, ἐπὶ δὲ δὴ τῇ προσποιήσει γέλωτα ὤφλισκανε. *Quo ſenſu autem hic dictum ſit* ἐπ᾽ αὐτὸν, *tu videris: mihi certe magis placeret, ut* ἐπ᾽ αὐτῷ *legeretur.*

Ib. f. καὶ διότι ὅ, τε μάρκος καὶ ὁ ἀκίλιος, πρὶν τὸν χρόνον σφίσι τῆς ἀρχῆς ἐξήκειν, κατελύοντο] *Si lectionem hanc ſequamur, paucis immutatis, concinnam ſententiam efficiemus, quæ talis eſſe videtur:* quia etiam Marco &

& Acilio ante exactum tempus, magiſtratus abrogabatur. Sed nomen Μάρκου in Μαρκίου (meo quidem judicio) mutandum eſt: quod tu ubi longius in hujus lectione progreſſus fueris, comprobabis.

21. p. τό τι τῶν ὁμοίων, &c.] In noſtro exemplari appoſita eſt huic loco nota ea, qua locus depravatus ſignificari ſolet.

Ib. ἂν ὑπ' ἀμφοτέρων σπουδάζητε πράττειν] Hæc paucis immutatis ſic reſtitui poſſe videntur, ἵν' ὑπ' ἀμφοτέρων σπουδάζηται, ἔπραττεν. hoc ſenſu: & modo horum, modo illorum partes, ut gratiam ab utriſque iniret, defendebat. Sæpe enim ſolet hoc ἵν' pro ἵνα integro uti.

23. m. ἐς ὃ ἐβουλεύετο] Dum ſcripturam hanc in noſtro exemplari propius inſpicerem, animadverti veſtigia veteris lectionis ἐβούλετο, quam cum indoctus quiſpiam non probaret, mutavit in ἐβουλεύετο. Quod etſi parum intereſt, ſatius tamen fuerit lectionem antiquam retinere. Ibid. f. χωρίῳ κοίλῳ legendum videtur, ut paulo poſt ſequitur: ſiquidem altera lectio huic loco non congruit.

26. m. ἥ τε Φοινίκη καὶ ἡ σωφανήνη χώρα] Plutarchus in Pompejo rem eandem tractans, σοφήνην appellat, cum ait, ἀλλ' ὁ πομπήιος ἔφθη τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ λαβόμενος προσαγαγέσθαι, καὶ πλησίον ἱδρύσασθαι ἑαυτοῦ, τὸν δὲ υἱὸν ἐπὶ θάτερα. τῶν μὲν ἄλλων ἔφησε δεῖν αἰτιᾶσθαι λεύκουλλον· ὑπ' ἐκείνου γὰρ ἀφῃρῆσθαι συρίαν, Φοινίκην, κιλικίαν, γαλατίαν, σοφήνην· ἃ δὲ ἄχρις ἑαυτοῦ διατετήρηκεν, ἕξειν, ἐκτίσαντα ποινὴν ἑξακισχίλια τάλαντα ῥωμαίοις τῆς ἀδικίας· σοφήνης δὲ βασιλεύειν τὸν υἱόν. Eam regionem Strabo lib. 11. τῶν γεωγραφικῶν, σωφηνὴν vocatam ait. Plinius quoque Sophenem appellat. At Stephanus ab Arriano σωφανήνην etiam nominatam ſcribit. ſed διὰ τοῦ ι. Quare noſtra lectio rejicienda non eſt.

28. p. λ. αὐρήλιος μ. υι. κότλας ὕπ.] Integra horum nominum ſcriptura eſt hujuſmodi, λούκιος αὐρήλιος, μάρκου υἱὸς, κότλας ὕπατος. Nos autem in his prænominibus eam rationem decurtandæ ſcripturæ ſecuti ſumus, quam & in exemplari noſtro reperimus, & ipſum quoque auctorem ſecutum eſſe arbitramur, præſertim cum eum morem Romanis in uſu fuiſſe doceat etiam Plutarchus in quæſtionibus Romanis, his verbis: ἀλλ' ἔστι σπάνιος τῶν πρώτων ὀνομάτων, ὡς ὁ σέξτος, καὶ ὁ δέκιμος, καὶ ὁ γάιος. τὰ δὲ πρῶτα τῶν ὀνομάτων οὐχ ὁλογραφοῦσιν, ἀλλ' ἢ δι' ἑνὸς γράμματος, ὡς τὸν τίτον καὶ τὸν λούκιον καὶ τὸν μάρκον· ἢ διὰ δυοῖν, ὡς τὸν βέρριον, καὶ τὸν γναῖον· ἢ διὰ τριῶν, ὡς τὸν σέξτον καὶ τὸν σερούιον, &c. Hoc etiam quod hic ait Plutarchus, in vetuſtiſſimis codicibus videre eſt. Quod autem ad ὀρθογραφίαν, id eſt, rectam ſcripturam nominum propriorum attinet, nos quoque ſcito religioni habuiſſe, a noſtro exemplari ea in re diſſentire: ideoque mirum videri tibi non debet, ſi idem nomen non uno modo excuſum a nobis ubique reperias, quale eſt πείσων. nam ſcriptum etiam invenimus πίσων: ſic σκιπίων, & σκηπίων, quorum poſterius apud Polybium, ac Suidam etiam reperitur, apud Plutarchum autem utrumque: πείσων vero non πίσων idem Plutarchus ſcribit. Sunt præterea ſæpenumero in hujuſmodi conſulum enumeratione, quæ ſingulis libris præfigitur, depravata nomina, ſæpe etiam præpoſtero ordine collocata, idque non noſtro, ſed ipſius exemplaris vitio. Quare officio noſtro ſatisfeciſſe nobis videmur, quod te admonuerimus: tu, ſi videatur, exemplaris culpam hac in re facile præſtabis.

36. f. ἐν τῷ διακένῳ τούτῳ] ſic in noſtro exemplari legitur: auſim tamen contra ejus fidem affirmare, διακένῳ legendum eſſe, ſuppreſſo nomine χρόνῳ, quod alibi expreſſit, cum ait, καὶ οἱ σπουδαρχιῶντες πολλὰ καὶ κακὰ ἐν τῷ διακένῳ χρόνῳ τούτῳ ἐποίουν, id eſt ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ, Interea, ſeu interea loci, ut Comicus loquitur.

38. m. τὴν ἑλλάδα, τήν τε ἰταλίαν, &c.] Aliquid tale deſideratur ad explendum locum.

48. p. καίτοι τοῦ ἀριθμοῦ τῶν πεφονευμένων ἐλάττονος παρὰ τὸ νενομισμένον ὄντος] id eſt, quamvis minor eſſet eorum qui interfecti erant numerus, quam qui lege definitus eſſet, &c. Niſi hæc vera ſit hujus loci lectio, non video quæ alia eſſe poſſit. Ibid. οἱ κατασχόντες τῷ κατιλίνᾳ τῶν πραγμάτων] Reponendum videtur μετασχόντες, ſic enim Plutarchus quoque ſæpe loqui ſolet, μετέχειν τινὶ τῆς συνωμοσίας, pro eo quod eſt, συγκοινωνεῖν, participem & ſocium eſſe conjurationis, & conſilia una agitare. At κατέχειν longe diverſum ſenſum habet, & plane huic loco alienum.

49. f. οὐ μὴν οὕτω γε χαρίζεσθαι αὐτῷ ἤθελεν, ὥστε καὶ ἐφ' ἑαυτῷ διὰ τοῦτο ψηφισθῆναί τι τοιοῦτον, &c.] Ita emendo: nam ſic quoque pagina præcedente uſus eſt his particulis, & alibi ſæpe utitur. μὲν autem pro μὴν ſoli poetæ dicere conſueverunt.

62. m. καὶ μάρκος τις δι' αὐτὸν Φαυώνιος ζηλωτὴς ἐς τὰ μάλιστα αὐτοῦ ὤν] Hunc eundem pag. 98. Φαουώνιον nominat: at pag. 106. Φαουώνιον: Plutarchus autem in Catone Φαώνιον eum appellat, ubi ipſe quoque Catonis æmulum fuiſſe narrat. ἦν δὲ (inquit) μάρκος Φαώνιος ἑταῖρος αὐτοῦ καὶ ζηλωτὴς, οἷος ὁ Φαληρεὺς ἀπολλόδωρος ἱστορεῖται περὶ σωκράτην γενέσθαι τὸν παλαιόν. Idem in Cæſare, Φαωνίου δὲ, ὃς ἦν ζηλωτὴς κάτωνος, ὡς οὐδὲν ἐπέραινεν ἀντιλέγων, ἐξαλλομένου διὰ θυρῶν, & cæt. Cicero autem in oratione pro Milone M. Favonium nominat. Quare de tribus his ſcripturis, eligere quam velis, tibi per me liberum eſt.

63. pr. καὶ τὰ ἀτοπώτερα ἐς ἑτέρους ἀπαθοῦντος] Si ita legerimus, plana erit hujus loci ſententia: niſi forte quis alteram lectionem tueri malit, derivatumque ἀπώτερα ab ἀπωτέρω credat: ſed ſi ita legatur, quis tandem eſſe poſſit hujus loci ſenſus, ei perpendendum relinquo.

68. pr. μόνος ἢ καὶ μάλιστα, ὡς ἔοικεν, ἔλαβε. καὶ διὰ τοῦτο, & cæt.] Sic commode hæc ſententia perfici poſſe videtur, niſi malis pro ἔλαβε, legere ἔσχε. Nam apud hunc auctorem frequens eſt, αἰτίαν λαβεῖν ἐπί τινι, & αἰτίαν ἔχειν: pro quo alii ſæpius αἰτίαν ὑπέχειν dicunt. Fortaſſe etiam pro ἔοικε legendum eſt ἔσχε.

69. princ. τῶν ἐχθρῶν ὑπερείσων] Si a verbo ὑπερφέρω hoc participium eſſe dicamus, ὑπεροίσων legendum erit, ut pag. 163. περιοίσοντες dixit: ſi ab ὑπέρειμι (pro quo frequentius περίειμι dicitur) ὑπερεσόμενος legamus oportet. Unicum verbum eſt ὑπερείδω a quo hujuſmodi participium formari poſſit, ſed huic loco minime conveniens, præſertim cum alibi in eadem locutione verbo περίειμι utatur, cum ait, τῷ γὰρ πλήθει πολὺ τῶν ἐναντίων περιῆσαν. Unde facile adducor ut credam, auctorem hunc, ut alibi ſæpe, ita hic quoque novitate delectatum, & communi uſu neglecto, hoc participium ab ὑπέρειμι, novo quodam modo formare voluiſſe.

69. fin. Poſt verbum ἐπεπόσατο claudenda eſt parentheſis, non poſt κλώδιος. ſic enim, relicta parentheſi, ſententia hæc continuanda eſſet, ὁ μέντοι καῖσαρ τὴν μὲν γὰρ παρανομίαν τῶν περὶ τὸν λευκοῦλλον πραχθέντων κατεψηφίσατο, τὴν μέντοι, & cæt.] Particula autem γὰρ magis impedimento ſenſui eſſe videtur, quam adjumento: quod alibi quoque obſervavi, pag. 411. verſ. 42. Sed in utroque loco otioſa ſit hæc particula, nec ne, tuum eſto, Lector, judicium.

74. f. οὐδ' αὐτῶν ἐσμέν] Omnino ſic legendum eſt, ut ſit αὐτῶν pro ἑαυτῶν. hoc enim dicit: Noſtri juris non ſumus, neque ad arbitrium noſtrum libidinemque, vitæ modum deligere nobis licet, ſed ex fortuna pendemus.

75. pr. μηδὲν ἀδικήσαντά σε ἐπηρεάζεσθαι] Sic legendum eſt, ut ſit ſenſus: tibi qui neminem læſeris, faceſſi negotium, teque multis conflictari moleſtiis.

77. princ. παραθαλάσσιον] legit P. Victorius, locum hunc citans, atque ita ſine dubio eſt legendum.

79. pr. ἔχοντες τόν τε ῥοδανὸν διαβῆναι, & cæt.] Videtur deſiderari accuſativus γνώμην ante ἔχοντες, aut aliquid ſimile: ut ſit γνώμην ἔχοντες τὸν ῥοδανὸν διαβῆναι, in animo habentes Rhodanum trajicere. Sic alibi loquitur, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἐγὼ γνώμην ἔχω περὶ πάντων τῶν τοιουτοτρόπων, αὐτὰ τὰ λεγόμενα συγγράψαι. Pro eodem etiam dicit γνώμην ποιοῦμαι. Ibidem fin. καὶ διὰ τῶν διδούων] Emendare tuto hic poſſumus αἰδούων, & paulo poſt

pro

pro αἰδούσιοι, αἰδουοὶ, ut pag. 81. habetur. Nam & Cæſar Commentariorum de bello Gallico lib. primo, hac de re verba faciens, Heduos nominavit: Heluetii (inquit) jam per anguſtias & fines Sequanorum ſuas copias traduxerant, & in Heduorum fines pervenerant, eorumque agros populabantur. Hedui cum ſe ſuaque ab his defendere non poſſent, legatos ad Cæſarem mittunt, rogatum auxilium. Quæ verba a Dione expreſſa videntur. Plutarchus autem in Cæſare, non αἰδουοὺς, ſed ἐδουοὺς nominat, & ἐλουητίους, ἐλβηττίους.

80. p. ὥστε ἐς ὁμολογίαν ἐπιχωρίᾳ τινὶ ἐθελῆσαι ἐλθεῖν] Conflatæ ſunt duæ dictiones in unam. Legendum enim videtur ἐπὶ χώρᾳ τινὶ, expuncto etiam ι. aut certe ἐπὶ χωρίῳ τινὶ, id eſt, adeo ut cum Cæſare paciſci ea conditione voluerint, ut regionem aliquam illis aſſignaret. Malo tamen legere ἐπὶ χώρᾳ τινὶ, ea motus ratione, quod pagina præcedente dixerit, καὶ χώραν οὐκ αὐτάρκη τῇ πολυανθρωπίᾳ σφῶν ἔχοντες: quod Cæſar dixit, & pro gloria belli atque fortitudinis anguſtos ſe fines habere arbitrabantur. Hoc autem ut tibi certius conſtet, ipſius Cæſaris verba afferam, quibus rem totam exponit: ſunt autem hujusmodi, Helvetii repentino ejus adventu commoti, cum id quod ipſi diebus XX. ægerrime confecerant, ut flumen tranſirent, illum uno die feciſſe intelligerent, legatos ad eum mittunt. Dion autem dixit, ἐς τοσοῦτον ἐκ τοῦ αἰφνιδίου καὶ ἐκ τοῦ τάχους τῆς διώξεως αὐτοὺς ἐξέπληξεν. Quod vero hic breviter dixit, ὥστε ἐς ὁμολογίαν ἐπὶ χώρᾳ τινὶ ἐθελῆσαι ἐλθεῖν, ille pluribus expoſuit: ſi (inquit) pacem populus Romanus cum Heluetiis faceret, in eam partem ituros, atque ibi futuros Heluetios, ubi eos Cæſar conſtituiſſet, atque eſſe voluiſſet. Porro quod ſequitur de dandis obſidibus, non multo poſt etiam a Cæſare commemoratur.

84. f. ἐπιθυμοῦσιν αὐτῆς] Poſtulat ſermonis Græci conſuetudo ut ita legamus.

93. m. συνωμόσαντο ἀρὰν προστησάμενοι] Sic emendari poſſe videtur hic locus, detracta unica litera, atque ita alibi animadverti eum eſſe locutum. Cæſar tamen initio libri ſecundi de bello Gallico hanc rem tractans, non addit hæc verba, ἀρὰν προστησάμενοι. Sic enim illum orditur: Cum eſſet Cæſar in citeriore Gallia in hibernis, crebri ad eum rumores afferebantur; literisque item Labieni certior fiebat, omnes Belgas (quam tertiam eſſe Galliæ partem dixeramus) contra populum Romanum conjurare, obſidesque inter ſe dare. Solitos tamen eſſe Romanos in hujusmodi rebus frequenter imprecationes & diras adhibere, ex multis tum hujus auctoris, tum Plutarchi locis conſtat. Ibid. πρὸς τῷ αὐξούννῳ ποταμῷ στρατοπεδευσάμενος.] Ad Axonam flumen caſtra ſe poſuiſſe dicit Cæſar in ſuis Commentariis.

94. p. καὶ τούτῳ ἀτουατικοὶ πλησιόχωροί τε αὐτοῖς ὄντες, καὶ τὸ γένος, τό, τε φρόνημα τὸ τῶν κίμβρων ἔχοντες, &c.] Cæſar Aduaticos hos nominat, ubi idem, quod hic Dion narrat, his verbis commemorat, Aduatici, cum omnibus copiis auxilio Nerviis venirent, hac pugna nuntiata, ex itinere domum reverterunt: cunctis oppidis, caſtellisque deſertis, ſua omnia in unum oppidum, egregie natura munitum, contulerunt. Paucis etiam interjectis, quod hic breviter perſtringit dicens, καὶ τὸ γένος, τό, τε φρόνημα τὸ τῶν κίμβρων ἔχοντες, ille pluribus explicat. Poſſit tamen aliquis hanc noſtram lectionem, Eutropii auctoritate tueri, a quo lib. 6. rerum Romanarum Atuatici conſtanter nominantur. Ibid. m. ἀλλὰ πάντες ἐπράχθησαν] Legendum potius videtur ἐπράθησαν. Eſt enim a πράττω τὸ πιπράσκω: ut apparet ex Commentariis ipſius Cæſaris, quo loco ſectionem ejus oppidi univerſam ſe vendidiſſe ait. Ibid. f. γαρβαροθερούϊος ὑποστρατηγῶν αὐτῷ] Legendum eſt, γάλβας ὁ σερούϊος. Nam Cæſar initio lib. 3. de bello Gallico Servium Galbam hunc appellat, ubi ſic ait: Cum in Italiam proficiſceretur Cæſar, Servium Galbam cum legione duodecima, & parte equitatus, in Antuates, Veragros, Sedunosque miſit, qui a finibus Allobrogum, & lacu Lemano & flumine Rhodano ad ſummas Alpes pertinent. Idcirco autem inde totum hunc locum tibi deſcripſi, ut cum verbis Dionis conferre liceat. Nam ὀαράγρους, Veragros, ἀλλόβριγας, Allobrogas, λέμβανον λίμνην, lacum Lemanum vocat. Quæ enim a Dione de his bellis Gallicis dicuntur, omnia propemodum apud Cæſarem, ſed ſparſa leguntur: quare labori tuo conſulens, quæ huc pertinere mihi viſa ſunt, inde deſumpſi.

103. m. τὸν γάϊον ἐνιόντες] Legendum eſt ſine dubio ἐνιέντες, ab ἐνίημι, id eſt Gaium immittentes & ſubornantes.

105. f. ἔναγχος ἐκεκίνητο] Poſt hoc verbum claudenda eſt parentheſis, non poſt ἄρχειν. De hac autem eadem re Plutarchus in Catone hunc in modum ſcriptum reliquit: γαΐου δὲ τρεβωνίου γράψαντος νόμον ὑπὲρ νομῆς ἐπαρχιῶν τοῖς ὑπάτοις, ὥστε τὸν μὲν ἰβηρίαν ἔχοντα καὶ λιβύην ὑπ᾽ αὐτῷ, τὸν δὲ, συρίαν καὶ αἴγυπτον, οἷς βούλοιντο πολεμεῖν καὶ καταστρέφεσθαι, ναυτικαῖς καὶ πεζικαῖς δυνάμεσιν ἐπιόντας, οἱ μὲν ἄλλοι τὴν ἀντίπραξιν καὶ κώλυσιν ἀπεγνωκότες, ἐξέλιπον καὶ τὸ ἀντειπεῖν &c. Tu cum verbis Dionis confer.

106. m. κατανάλωσε καιρὸν, πρὶν καὶ ὁτιοῦν τῶν ἐσονουμένων] Hæc poſtrema dictio depravata eſt in noſtro codice: at in eo quo N. Leonicenus uſus eſt, dum auctorem hunc in ſermonem Italicum transferret, integra remanſerat, quantum ex ejus interpretatione conjicio. Plutarchus autem in Catone hoc quoque commemorat his verbis, κάτωνι δὲ ἀναβάντι πρὸ τῆς ψηφοφορίας ἐπὶ τὸ βῆμα, καὶ βουλομένῳ λέγειν, μόλις ὡρῶν δυεῖν λόγον ἔδωκαν. ὡς δὲ πολλὰ λέγων καὶ διδάσκων καὶ προθεσπίζων, κατανάλωσε τὸν χρόνον, οὐκέτι λέγειν αὐτὸν εἴων, ἀλλ᾽ ἐπιμένοντα κατέσπασεν ὑπηρέτης προσελθών, &c. Vide num ex his verbis conjicere poſſis, quomodo ſit emendandus ille Dionis locus.

110. m. ἐπεὶ δ᾽ ὅ, τε ἄνεμος ἐξαπιναίως ἔπεσε, καὶ τὸ κῦμα ἐστορέσθη, τά τε πλοῖα οὐκέθ᾽ ὁμοίως ὑπὸ τῶν σκοπῶν ἐκινεῖτο] Veram hujus loci lectionem eſſe exiſtimo, ὑπὸ τῶν κωπῶν ἐκινεῖτο: ut ſit hic ſenſus, cumque non jam eodem modo navigia remis incitarentur. Hic autem expreſſa ſunt verba hæc Cæſaris, Ac jam converſis in eam partem navibus, quo ventus ferebat, tanta ſubito μαλακία, ac tranquillitas extitit, ut ſe loco movere non poſſent.

111. p. δορυδρέπανα πόῤῥωθεν σφίσιν οἱ ῥωμαῖοι ἐπέφερον, καὶ τά τε σχοινία αὐτῶν διέτεμνον, καὶ τὰ ἱστία διέσχιζον] Cæſaris verba in commentariis ad hanc rem pertinentia ſunt hæc: Una erat magno uſui res præparata a noſtris, falces præacutæ inſertæ affixæque longuriis, non abſimili forma ruralium falcium: his cum funes qui antennas ad malos diſtinebant, comprehenſi, adductique erant, navigio remis incitato prærumpebantur. Inepte autem nonnulli eo in loco, pro ruralium falcium, muralium legunt. Ibid. καὶ αὐτῶν τοὺς λογιμωτάτους ὁ καίσαρ ἀποσφάξας, τοὺς ἄλλους ἐπώλησε] Sic Cæſar hac de re, Itaque omni Senatu necato, reliquos ſub corona vendidit. Ibid. m. ἔτι δ᾽ αὐτοῦ ἐν τῇ οὐενετίᾳ ὄντος, κύϊντος τιτούριος σαβῖνος ὑποστράτηγός τε ἐστάλη, ἐπὶ οὐενεσίους, ὧν ἡγεῖτο ἰδουῒξ, καὶ τὰ μὲν πρῶτα, &c.] Neque οὐενέσιοι hi a Cæſare vocantur, neque eorum dux Idovix, ſed Viridovix, adeo ut mutilum ac imminutum videatur nomen ἰδουῒξ. Ut autem horum nominum emendationem, & hujus loci explicationem ex ejus Commentariis petas, ea adſcribam, quæ hac de re lib. 3. de bello Gallico reperi. Dum hæc (inquit) in Venetis geruntur, Q. Titurius Sabinus cum his copiis, quas a Cæſare acceperat, in fines Unellorum pervenit: his præerat Viridouix, ac ſummam imperii tenebat earum omnium civitatum quæ defecerant, ex quibus exercitum magnasque copias coëgerat. Cum ergo aperte videamus, hiſtoriam hanc a noſtro authore ex ipſis etiam Cæſaris verbis hinc inde deſumptis contextam, nulli dubium eſſe debet, quin hæc quoque nomina propria ad illius exemplar ſint corrigenda. Niſi forte quiſpiam integram lectionem in noſtro hoc authore conſervatam putet, in illo autem Cæſaris loco vitiatam: quod mihi non ſit veriſimile.

112. m.

112. *m.* ὁ κράσσος ὁ πούπλιος τοῦ κράσσου τοῦ μαρκίου παῖς] *Supra quodam loco, pro* μάρκιος, *legebatur* μάρκος: *at hic pro* μάρκου, *legitur* μαρκίου. *Tanta eſt horum nebulonum, qui libros quæſtus ſolum gratia perfunctorie deſcribendos ſibi ſumunt, negligentia. Nec eſt quod pluribus lectionem hanc nitar confirmare, cum ex Plutarcho, Cæſare & Cicerone, hunc* μάρκον κράσσον *appellatum, omnibus conſtet. Sed Dion prænomina nominibus, ut in aliis quamplurimis locis, ita hic quoque poſtponit: ſic enim dicendum fuerat,* ὁ πούπλιος κράσσος, τοῦ μάρκου κράσσου παῖς. *Ibidem* καὶ στρατιώτας ἐκ τῆς ἰβηρίας σερτωρίους ἔχοντας] *Aut* σερτωρίους στρατιώτας, Sertorianos milites *intelligamus oportet, ut nomen ſit adjectivum, uti* καισάριοι, *vel potius* καισάρειοι στρατιῶται, *dicuntur* milites Cæſariani: *aut (quod mihi magis probatur)* σερτωρίου *in genitivo caſu legamus. ſed hoc leve eſt. Hac autem de re apud Cæſarem ſic reperio:* Duces vero hi deliguntur, qui una cum Q. Sertorio omnes annos fuerant, ſummamque ſcientiam rei militaris habere exiſtimabantur. *Ibid. f.* χειμαζόντων δὲ τῶν ῥωμαίων ἐν τῇ φιλίᾳ, τέγκτηροί τε καὶ ὀυσιπέται, κελτικὰ γένη, τὸ μέν τι καὶ πρὸς ὀυήβων ἐκβιασθέντες δὲ, καὶ πρὸς τῶν γαλατῶν ἐπικληθέντες, τόν τε ῥῆνον διέβησαν, καὶ ἐς τὴν τῶν τρήρων ἐνέβαλον] *Cogimur hic quoque loci hujus emendationem ſimul & explicationem e Commentariis Cæſaris petere. Sic igitur ille librum IV. Comment. de bello Gallico orditur:* Ea quæ ſequuta eſt hyeme (qui fuit annus Cn. Pompejo & M. Craſſo conſulibus) Uſipetes Germani, & item Tenchteri, magna cum multitudine hominum, flumen Rhenum tranſierunt, non longe a mari quo Rhenus influit. Cauſa tranſeundi fuit, quod ab Suevis complures annos exagitati bello premebantur, & agricultura prohibebantur. *Audacter igitur pro* ὀυήβων, *emendo* σουήβων, *ut paulo poſt legitur: & pro* τρήρων, τρηουηρίων: *ſic enim pag. 125. m. dicuntur quos Cæſar* Treviros *nominat. Alibi etiam eosdem* τρηουήρους *vocavit.*

113. *f.* ἐούβιοι] *a Cæſare* Ubii, σύγγαμβροι *autem* Sicambri *vocantur.*

115. *f.* τῷ γὰρ πλήθει πολλοὶ τῶν ἐναντίων περιῆσαν] *Non dubito quin hic legendum ſit* πολύ: *id eſt,* Nam quod ad multitudinem attinebat, erant hoſtibus multis partibus ſuperiores. *Sic antea dixit,* ὡς καὶ πολὺ τῶν ἐχθρῶν ὑπερεῖσαν.

118. *f.* αἵ τε ὄυν (ἐκ πλίνθων γὰρ &c.] *Sic videtur explendus hic locus,* αἵ τε ὄυν οἰκίαι, *cum ſequatur paulo poſt,* καὶ γὰρ αἱ λοιπαὶ οἰκίαι.

120. *m.* συνήρπασαν, ἐπεὶ δὲ τάχιστα τῶν ἐν τῇ ἀγορᾷ ἐπαίνων ἔτυχε] *Sine dubio legendum* ἐπειδὴ, *id eſt,* ſimul atque pro roſtris funebris laudatio pronunciata eſt. *P. Victorius quoque locum hunc citans ita legit. Ibidem.* κἂν τούτῳ καὶ ὁ πομπῖνος ὁ γάϊος τὰ ἐπινίκια τὰ τῶν γαλατῶν ἔπεμψεν] *Audacter* πομπτῖνος *emendabo, cum eundem antea hoc nomine appellarit, & M. Tullius quoque in epiſtola quadam ad Q. fratrem eum* Pomptinum *vocet: ubi de eodem negotio agens, hunc in modum ſcribit:* ea re non longius quam vellem, quod Pomptino ad triumphum ad IV. Non. Novemb. volebam adeſſe: etenim erit neſcio quid negotioli. Nam Cato & Servilius Prætores prohibituros ſe minantur, nec quid poſſint, ſcio. Ille enim & Appium Cos. ſecum habebit, & Prætt. & Tribb. pl. ſed minantur tamen, inprimiſque ἄρη πνέων Q. Scævola. *Quæ Ciceronis verba multum conducent caſtigando & explicando huic Dionis loco. Eadem de re ad Atticum ſcribit libro quarto epiſtolarum. Ibidem f.* ἐν γοῦν τῇ πομπῇ γράμματα αὐτῷ παρέχον, ὥστε καὶ σφαγὰς συμβῆναι] *Me diu torſit hæc vox* γράμματα, *donec in eum locum Ciceronis incidi, quem proxime attuli, ex quo* πράγματα *legendum eſſe intellexi: ait enim illic,* etenim erit neſcio quid negotioli. *Dion quoque hic ſcribit,* illos Pomptino negotium exhibuiſſe, adeo ut res ad manus atque ad pugnam venerit, eamque non incruentam. *Tandem vero animadverti hanc meam conjecturam etiam a P. Victorio confirmari, qui ex ſuo exemplari* πράγματα παρέχον *deſcripſerit.*

121. *m.* ἐν μὲν δὴ τῇ ῥώμῃ ταῦτα τότε, ἑπτακοσιοστῷ ἔτει ἀγούσῃ, ἐγένετο] *Eadem hæc verba, quæ in fine libri hujus habentur, principio ſequentis repetuntur: quod tibi fortaſſe mirum, mihi certe novum non videtur, præſertim cum idem in Dionyſii Halicarnaſſei de antiquitatibus Romanorum libris (qui jampridem e noſtra officina exierunt) obſervarim, & nominatim* IV. V. & VI. *nec in hoc duntaxat, ſed etiam aliis antiquis ſcriptoribus. Ibidem.* τοῦ δομιτίου ἀυ τοῦ λουκίου] *Sic legendum videtur.*

122. *m.* στοιχηδὸν ἐπισυνένησαν] *Utitur & alibi hoc verbo,* πολλὰ δὲ καὶ τἆλλα σωρηδὸν συννενημημένα αὐτοῦ δεῖξας. *Sic apud Herodotum,* συννενέαται, cumulata & coacervata *ſunt.* νηήσασθαι *etiam apud Homerum* σωρεῦσαι *ſignificat, quia nendo agglomeramus. Ibid.* πρός τε τὸν ταμέσαν ἀνεχώρησαν] *Flumen hoc a Cæſare in Commentariis* Thameſis *appellatur.*

123. *f.* ἦρξαν δὲ τοῦ πολέμου τούτου ἐβούρων οἱ ἡγούμενοι σφίσιν ἀμβριόριγος] *Lectio hæc ſine dubio eſt imperfecta: quare legendum puto (quomodo etiam Leonicenus legiſſe videtur)* ἐβούρων οἱ αἰχμάλωτοι, ἡγουμένου σφίσιν ἀμβιόριγος. *ut pag. 79. dixit,* ὀρκετόριγος σφίσιν ἡγουμένου. *Porro hic non* Ambriorix *ſed* Ambiorix *a Cæſare nominatur.*

124. *p.* ὀυ μὴν ἀλλὰ αὐτοὶ μὲν περὶ τῆς περιουσίας τοῦ στρατοῦ, ὀυδὲ ἐν αἰσθήσει τοῦ φθειρομένου ἦσαν] *Pro* περὶ *crediderim legendum* ὑπὸ, *id eſt,* præ. *erit autem aperta hujus loci ſententia:* Verumtamen præ multitudine militum, non animadvertebant eorum partem aliquam internecione deleri. *vel,* Tanta erat militum multitudo, ut non animadverterent, &c. *Eodem modo alibi dixit,* ὑπὸ τοῦ πλήθους σφῶν. *Ibid. m.* δοῦλόν τινα ἑαυτοῦ δι' ἄγγελον αὐτῷ παρέσχεν] *Malim legere conjuncte,* διάγγελον, *id eſt,* internuntium, *a verbo* διαγγέλλω, *quo non ſemel utitur. Sic* διάγγελος *a* Thucydide *vocatur* nuntius, qui quæ intus fiunt foras perfert & prodit, *ut ſcribit in ſuo Lexico Budæus.*

125. *m.* ἰνδουτιομάρους σφᾶς ἀναπείσαντος] *Hunc Cæſar in Comment.* Inducíomarum *appellat.* Treviri *(inquit)* Induciomari nuntiis impulſi. *Legendum igitur hic* ἰνδουτιομάρου, *ut pag. 134. legitur. Quos autem verſu ſequente* ῥημοὺς *appellat, & Cæſar* Rhemos, ῥηνοὺς *antea vocavit.*

127. *p.* καίτοι μήτε τῶν ῥωμαίων τι παρῃρημένοι, καὶ προσέτι καὶ τῆς ἑαυτῶν ἃ προέμενοι] *Debent hæc verba includi notis parentheſeos. Ante* ἃ *autem deſiderari videtur* ἔστιν, *ut ſit,* καὶ τῆς ἑαυτῶν ἔστιν ἃ προέμενοι, *i. e.* τινὰ προέμενοι. *Sic enim ſæpenumero loquuntur Græci,* εἰσὶν οἳ, *vel* ἔστιν οἵτινες, ſunt qui, *pro,* aliqui: ἔστιν ἃ, ſunt quæ, *id eſt,* aliqua.

130. *f.* ἄλλοι τοῖς κόντοις ἀνετρέποντο, ἢ καὶ ἀναπεπαρμένοι ἐφέροντο] *Sic legendum eſt: intelligit enim eos fuiſſe transfixos.*

131. *f.* γυμνώσεις σφῶν προστέλλειν] *In hoc ſenſu* περιστέλλειν *potius dici ſolet, atque ita (opinor) auctor ſcriptum reliquerat.*

133. *f.* ἀφ' ὧνπερ καὶ κράσσος ῥᾳδίως αὐτοὺς, ἅτε μὴ πολλοὺς ὄντας, ἀπεώσατο] *Pro* κράσσος *emendo* κάσσιος. *Quibus autem adductus rationibus ita emendem, intelliges ex ea quæ proxime ſequitur annotatione.*

134. *p.* ὅ, τε γὰρ κράσσος ἰσχυρῶς αὐτοὺς ἀπεκρούσατο] *Jam ei qui præcedentia legerit, ſatis conſtat de morte Craſſi utriusque, id eſt, tam M. Craſſi patris, quam ipſius P. Craſſi filii. Quocirca cum hic locum non habeat nomen* κράσσος, *contendo legendum eſſe hic, & ſupra pag. 133. f.* κάσσιος, *eamque lectionem, Ciceronis & Plutarchi, ac ſequentium locorum teſtimonio confirmabo. Nam Cicero libro V. epiſtolarum ad Atticum ita ſcribit:* Rumore adventus noſtri, & Caſſio, qui Antiochia tenebatur, animus acceſſit, & Parthis timor injectus eſt. Itaque eos cedentes ab oppido Caſſius inſecutus, rem bene geſſit: qua in fuga magna auctoritate Oſaces dux Parthorum vulnus accepit, eoque interiit paucis poſt diebus. Erat in Syria noſtrum nomen in

in gratia. Venit interim Bibulus, credo voluit appellatione hac inani nobis eſſe par. Vides quam pulcre conveniat hic locus Ciceronis cum verbis Dionis: nam & quod de Bibulo hic dicit Cicero, a Dione memoratur, ἅμα δὲ οὗτος ἀνακεχωρήκει, καὶ ὁ Βίβουλος ἄρξων τῆς συρίας ἀφίκετο. Idem Cicero eodem libro ſcribit in hunc modum: Parthi Euphratem tranſierunt, duce Pacoro Orodis Parthorum regis filio, cunctis referto copiis. Bibulus nondum audiebatur eſſe in Syria. Caſſius in oppido Antiochiæ cum omni exercitu. Plutarchi locum, qui habetur in Antonio, ne longior ſim, prætermittam, cum ſequentia etiam κάσσιος legendum eſſe probent. Ibidem ſ. χαλεπῶς ἔτι καὶ τότε τῷ τοῦ ἰνδουτιομάρου θανάτῳ ἔχοντας] Sic legendum exiſtimo. Niſi quis malit ex ἐπεὶ facere ἐπί.

135. p. προσενέβαλεν ἐς τὴν τῶν τρισύρων χώραν] Miris modis fuit nomen hoc Trevirorum perverſum & depravatum in noſtro exemplari. Nam antea & τρῆροι & τρηούηριοι, hic vero etiam τριούηροι & τριοῦροι vocantur. Tu ex his ſcripturis, quam maxime probabis, ſequere. Nos enim nullam aliam ob cauſam omnes has ſcripturas, quamvis depravatas, in noſtrum contextum recepimus, quam ut tuo judicio poſtea permitteremus. Ibid. ſ. οὐ μέντοι καὶ ἀπεχώρησε τοῖς συγάμβροις τὰ ἐκείνων λῃστεῦσαι, ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς τοῖς ῥωμαίοις ἐπέθεντο] Quis non videt de verbo ἀπεχώρησε expungendum eſſe ω, ut legatur ἀπέχρησε, id eſt, ἐξήρκεσε, ab ἀπόχρη, ſitque horum verborum ſenſus hujuſmodi: Non tamen ſatis fuit Sicambris, eorum bona diripere, ſed etiam in ipſos Romanos invaſerunt. vel ſic potius, Verumtamen Sicambris parum eſſe viſum eſt, quod prædas egiſſent, niſi etiam in caſtra Romanorum irruptionem facerent. At ſi legatur ἀπεχώρησε, ſententia (meo quidem judicio) ex hoc loco elici nulla poterit. Ibid. ſ. καὶ τούτῳ προσβοησάντων σφῶν] Inſerenda eſt huic participio ſyllaba θη legendumque προσβοηθησάντων, Cum autem ſuppetias interim illi veniſſent.

136. p. ἡγουμένου σφῶν οὐεργκιγγετόριγος] Ita legendum eſſe patet ex ſequentibus, ubi οὐεργκιγγετόριξ nominatur, Vercingetorix: a Plutarcho vero οὐεργεντόριξ dicitur. Ib. m. καὶ καταλαβὼν αὐτοὺς ἐς λουρτούριγας ἐμβεβληκότας] Qui a Dione λουρτούριγες appellantur, Bituriges a Cæſare vocantur: & oppidum Avaricum, quod erat maximum munitiſſimumque in finibus Biturigum, atque agri fertiliſſima regione, ἔυακον continuo poſt ab eodem Dione nominatur. Ibid. ſ. καὶ τοὺς ἀνθρώπους πάντας ὀργῇ τῆς τε προσεδρείας καὶ τῆς ταλαιπωρίας ἔσφαξαν] Cæſar hac de re ita ſcribit: Sic & Genabenſi cæde, & labore operis incitati, non ætate confectis, non mulieribus, non infantibus pepercerunt.

137. p. μακρᾷ ἐκτεταμένῃ τάξει κελεύσας αὐτοὺς προϊέναι] Commodius, (meo quidem judicio) legetur μακρᾷ καὶ ἐκτεταμένῃ. Sic enim hæc verba Cæſaris reddidit: iis quam longiſſime poſſent progredi juſſis. Sed ut totum locum intelligas, verba Cæſaris huc afferam, quæ expreſſiſſe videtur Dion. Sunt autem hæc: Itaque ne id accideret, ſilveſtri loco poſitis caſtris, e regione unius eorum pontium quos Vercingetorix reſcindendos curaverat, poſtridie cum duabus legionibus in occulto reſtitit: reliquas copias cum omnibus impedimentis, ut conſueverat, miſit, demptis quibuſdam cohortibus, uti numerus legionum conſtare videretur. His quam longiſſime poſſent progredi juſſis, cum jam ex diei tempore conjecturam caperet in caſtra perventum, iiſdem ſublicis, quarum pars inferior integra remanebat, pontem reficere cœpit. Quem locum in pauca verba contraxit Dion. Ibid. m. ἐς γοργοθοῦσαν συγκαταφυγόντων] Hoc oppidum Cæſar Gergoviam appellat in Commentariis, ubi ipſe quoque de ejus expugnatione ſe deſperaſſe ait. A Suetonio etiam Gergovia nominatur. Ibid. ſ. κακῶς οἱ καταληφθέντες ἀπήλλαξαν] Mihi dubium non eſt, quin legendum ſit καταλειφθέντες: id eſt, peſſime cum his qui remanſerant actum eſt. Nam C. Fabium legatum cum legionibus duabus caſtris præſidio reliquerat Cæſar: cumque inde moviſſet, medio fere itinere equites a Fabio miſſi, quanto res in periculo fuerit exponunt, ſummis copiis caſtra oppugnata demonſtrant, cum crebro integri defeſſis ſuccederent, ac ſuos aſſiduo labore defatigarent. Sed Dion, more ſuo, rem totam paucis verbis perſtrinxit.

139. m. τῶν ἄλλων τοὺς ἀχρειοτάτους ἐξέβαλεν] Particula καὶ videtur ante articulum τῶν deſiderari.

140. p. πεσὼν δὲ ἐς γόνυ, τώ τε χεῖρε ποιήσας, ἐδέετο] Facile eſt, quis ſit hujus loci ſenſus conjicere, ſed quæ recta ſit lectio, non item. Nam Commentariis Cæſaris adjuti nihil ſumus, utpote qui hoc tantum dixerit, Vercingetorix deditur, arma projiciuntur. Plutarchus vero hac in re cum Dione propemodum conſentit: ſcribit enim in Cæſare, ὁ δὲ τοῦ σύμπαντος ἡγεμὼν πολέμου οὐεργεντόριξ, ἀναλαβὼν τῶν ὅπλων τὰ κάλλιστα, καὶ κοσμήσας τὸν ἵππον, ἐξιππάσατο διὰ τῶν πυλῶν, καὶ κύκλῳ περὶ τὸν καίσαρα καθεζόμενον ἐλάσας, εἶτα ἀφελόμενος τοῦ ἵππου, τὴν μὲν πανοπλίαν ἀπέῤῥιψεν, αὐτὸς δὲ καθίσας ὑπὸ πόδας τοῦ καίσαρος, ἡσυχίαν ἦγεν, ἄχρις οὗ παρεδόθη φρουρούμενος ἐπὶ τὸν θρίαμβον. Quod enim dixit Dion, πεσὼν ἐς γόνυ, Plutarchus ſignificat cum ait, καθίσας ὑπὸ πόδας τοῦ καίσαρος, ſed hoc amplius addit hic author, τὼ χεῖρε ποιήσας: quibus verbis habitum ſupplicis miſericordiam implorantis exprimit. Solebant enim ſupplices (ut ſcribit Plinius) genua attingere, & ad ea manus tendere: quod etiam patet ex illo Quintiliani loco, Tendit ad veſtra genua ſupplices manus: & ex illo Ciceronis, Supplex manus tendit patria communis. Significat igitur Dion ſine dubio, Vercingetorigem genibus Cæſaris advolutum, manus tetendiſſe. Atque id eo audacius affirmo, quod videam N. Leonicenum hanc ſententiam eſſe ſecutum: ſed haud ſcio an in ejus exemplari depravate legeretur, ut in noſtro, τὼ χεῖρε ποιήσας. Ibid. m. οἵ τε γὰρ κελτικοὶ οἱ πλησιόχωροι κόμμιόν τινα ἀτρέμαν προστησάμενοι σφῶν] Legendum eſt, ἀτρέβαν, ut paulo poſt habetur, & a Cæſare quoque Commius Atrebas vocatur. Ibid. ſ. καὶ χαλεπὸς αὖθις αὐτοῖς ἐγένετο] Sic legendum: id eſt, & iis plurimum exhibuit negotii. Eodem ſenſu alibi dixit, βαρὺς ἐγένετο.

141. p. εἰκός τε γὰρ ἐπ' ἐξόδῳ, καὶ ὁ πόλεμος ἐπέπαυτο] Lubenter mutarem illud εἰκὸς in ἔτος: eſt enim hic ſenſus: Nam & annus jam erat in exitu, vel, Jam totus propemodum annus exactus, & a bello ceſſatum erat. Nec eſt quod vereamur ita emendare, cum pagina ſequente eodem modo locutus ſit. Ibid. m. κατεῖχέ τε καὶ τετελευτηκότος] Aſteriſci nota ante particulam καὶ apponenda fuit, quæ indicaret locum imperfectum eſſe: quod facile perſpicies, ſi ordine verborum commutato, ita legas, ἄλλως τε καὶ τοῦ παιδίου τετελευτηκότος, ὅπερ που καὶ μόνον ἐν τῇ φιλίᾳ αὐτοῦ κατεῖχέ τε καὶ. Pro αὐτοῦ autem dubium mihi non eſt quin αὐτοὺς legendum ſit.

143. p. ἔπειτα δὲ φοβηθεὶς μὴ ἐξέλθῃ τῷ γεγονότι, κατέσφαξεν] Mihi non videtur locum hic habere verbum ἐξέλθῃ, ſed reponendum ἐπεξέλθῃ, hoc ſenſu, Deinde veritus, ne injuriam ſibi factam Clodius ulciſceretur, eum interfecit. Eodem modo dixit Herodianus, ἐπεξελθεῖν τῷ τοῦ βασιλέως αἵματι, pro perſequi & ulciſci mortem regis. Sic etiam alibi ipſum Dionem locutum memini. Ibid. m. καὶ μετὰ τοῦτο πυρὰν ἐκ τῶν βάθρων ἐνήσαντες] Expungendum eſt ε de principio hujus participii. Dicitur enim πυρὰν νῆσαι, rogum extruere.

145. m. τῶν γὰρ δὴ τριῶν δωρηφορησάντων] Exemplaris noſtri ſcripturam retinui, nec δωροφορησάντων emendavi, quod ſcirem in hoc verbo, ut in aliquot aliis, nullam a ſcribis ſervatam eſſe conſtantiam. Siquidem in vetuſtis codicibus legi δωροφορεῖν & δωρηφορεῖν, ut δαφνοφορεῖν & δαφνηφο-

διαφηνφορεῖν, ψηφοφορεῖν & ψηφηφορεῖν: ſic etiam γραμματοφόρος & γραμματηφόρος. Hoc quamvis leve, non indignum tamen admonitione putavi.

150. m. καὶ πρὸς τὴν τοῦ γαμβροῦ φιλίαν πολλοὺς θεραπεύων.] Pro φιλίαν legitur etiam χάριν, eodem ſenſu. Ibid. f. ὅτι σύνοιδα μὲν ἐν αὐτῷ τά τε ἄριστα καὶ τὰ συμφέροντα τῇ πατρίδι πράττοντι] Legendum eſt, σύνοιδα ἐμαυτῷ πράττοντι. Hoc enim dicit: Mihi conſcius ſum, ſemper me commodis utilitatique patriæ ſervire. Sic dicitur, σύνοιδα ἐμαυτῷ δεινὰ εἰργασμένῳ, vel εἰργασμένος.

158. m. αὐτός τε οὖν ἐπὶ τούτοις ἐς τὸ βρεντέσιον ἀφωρμήθη, καὶ τὸν δομίτιον ἐκλιπόντα τὸν κορφίνιον, ἀκολουθεῖν οἱ ἐκέλευσε] Hoc oppidum a Stephano & Plutarcho βρεντήσιον appellatur: Latine Brunduſium ſive Brundiſium. Κορφίνιον autem nomen viri proprium eſſe credidit ſcriba noſter, ideoque ex articulo τὸ nimis imprudenter fecit τόν.

159. m. τότε ἐξ αὐτῆς ἑτέρωσε ἐκόμισε] De hac lectione nemini dubium eſſe poteſt.

160. m. τοῦτο δὲ καὶ ὁ περπέρνας ὁ μετὰ φιλίππου ποτὲ τιμητεύσας ἀπέθανεν] Emendo τούτῳ δέ: præceſſit enim, ἐν τῷ ὑστέρῳ ἔτει. Qui autem περπέρνας hic dicitur, a Plutarcho περπέννας nominatur, & a Plinio quoque: atque ita, ut opinor, ſcriptum reliquerat Dion.

162. m. τῷ τε βρούτῳ τῷ δεκίῳ] Hunc antea δέκιμον βροῦτον ubique vocavit, atque ita Plutarchus quoque eum nominat. Apud Suetonium quoque, Decimum Brutum, non Decium legi. In ſequentibus tamen a Dione modo δέκιος βροῦτος, modo δέκιμος vocatur. Ibid. f. καὶ τῷ μὲν φαβίῳ τήν τε ἐπὶ τοῦ πυρηναίου φρουρὰν ποιησαμένῳ] Hic πυρηναῖον ὄρος unico ρ ſcribit: at pag. 165. πυῤῥηναίου: recte utroque modo. Nam & in Commentariis Euſtathii in Dionyſii Periegeſin (quos his paucis diebus divulgavimus) utramque ſcripturam reperio.

164. p. ὡς γὰρ πολλαχῇ πειράσοντες, οὐδαμῇ διαπεσεῖν ἠδυνήθησαν] Non video quis eſſe poſſit hujus loci ſenſus, niſi πειράσαντες legatur.

166. p. αἰσχρὸν μὲν γὰρ, παραχρῆμά τι ἡσθέντας, ὕστερον μεταγνῶναι.] Dicere ſolet, ἥδηναί τινι, ut pag. 11. f. οὐκ ἔχω πῶς κατ' ἀξίαν ἥδω τοῖς παροῦσιν. Eodem modo hic quoque poſtulare ſenſus videtur, ut τινὶ ἡσθέντας legamus.

170. p. ὦ, τί ἂν ὑμᾶς ὀνομάσαιμι] Sic locutus eſt pag. 574. verſ. 38.

171. f. λούκιος σκριβώνιος λίβων] Audacter ita emendo, ex alio loco qui habetur pag. 366.

174. p. τό, τε καινὸν τοῦ πολέμου ἥρπασε] Legendum mihi videtur, τόν τε καιρὸν τοῦ πολέμου ἥρπασε: quo modo N. Leonicenum in ſuo exemplari legiſſe arbitror.

175. p. τοιοῦτον μὲν δὴ φρόνημα καὶ τοιαύτην ἐλπίδα, ἢ τοιαύτην] Aut abundant, ſicutque perperam a ſcriba repetita poſtrema hæc verba ἢ τοιαύτην: aut (quod mihi probabilius videtur) deeſt vox aliqua poſt τοιαύτην.

176. m. πρὸς τὴν τῆς ῥαχὶ δυσχέρειαν] Non video quomodo ῥαχὶ in genitivo dici poſſit, ideoque τῆς ῥάχιος reponendum puto, a nominativo ῥάχις: aut ῥαχίας, a recto ῥαχία.

180. p. καὶ αὐτοὺς ἐλευθερωτὰς αὐτῶν ὀνομάζοντες] Cum αὐτοὺς hic accipiatur pro ἑαυτούς, ſi regulas grammaticorum ſequamur, aſpirandum eſt. Ea tamen differentia in vetuſtis codicibus raro obſervatur.

181. m. ὥσπέρ ποτε ὑπὸ τῆς σφετέρας ἐλευθερίας, οὕτω καὶ τότε κατὰ τῆς σφετέρας ἐλευθερίας ποιούμενοι] Pro ὑπὸ legendum eſſe ὑπὲρ, vel ex eo liquet, quod illi opponat κατά. Siquidem iis particulis ut contrariis utuntur Græci, cum dicunt, μάχεσθαι ὑπέρ τινος, vel ὑπερμάχεσθαι, aut ὑπερμαχεῖν τινος, pro aliquo pugnare: & μάχεσθαι κατά τινος, καταμαχεῖν τινος, contra ali[quem] pugnare.

182. p. διά τε τὸ ἀλλοεθὲς, καὶ διὰ τὸ ἀλλόθροον] Crediderim ſcripſiſſe Dionem ἀλλοεθνὲς, idque ex alio lo[co] conjicio: interim tamen non ignoro, ἀλλοεθὲς ab ἔθος fo[r]mari poſſe, ut ἀλλοεθνὲς ab ἔθνος.

183. m. ταρκονδομότου τε ἐν μέρει μέν τινι τῆς κιλ[ι]κίας δυναστεύοντος] Emendo ταρκονδιμότου, ex alio tu[m] hujus authoris, tum etiam Ciceronis loco. Ibid. f. καὶ προσέτι καὶ αὐτὸ τοῦτ' ἐκάλεσεν, ὅτι καὶ πονηρὸς καὶ ἀνόσιος περὶ τὸν εὐεργέτην ἐγένετο] Dicimus ἐγκαλεῖν τινι τινὸς, vel τὶ, Crimini dare, aut objicere alic[ui] aliquid: ut pag. 385. princ. ὁ δὲ δὴ σέξτος ταῦτά τε τῷ καίσαρι ἐγκαλῶν. Dicimus etiam ἐπικαλεῖν τινι τὶ, ut pag. 207. m. τά τε ἄλλα ἐπεκάλεσεν αὐτῷ, καὶ ὅτι τὸν πομπήιον τὸν εὐεργέτην ἐγκατέλιπε. Quocirca hic legendum eſſe τοῦτ' ἐνεκάλεσεν aut ἐπεκάλεσεν, & ſimplex καλεῖν hoc in ſenſu novum & inauditum eſſe exiſtimo.

184. f. Pro καλῖνος emendandum καλῆνος, & pro οὐατῖνος, οὐατίνιος. Quodſi qua ſint alia errata in hac Conſulum enumeratione, ea hic quoque (ut antea dixi) tibi emendanda relinquam.

187. f. καὶ νικήσας πολλοὺς μὲν ἐν τῇ ἀφρικῇ, πολλοὺς δὲ καὶ ἐν τῇ ἀσίᾳ, τῇ τε εὐρώπῃ, παραδόξους καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν ἐκ μειρακίου ἀνελόμενος] Locus hic miſere depravatus eſt, & quamvis primo aſpectu ſenſum aliquem præ ſe ferat, ſi tamen penitus inſpicias, aliter judicabis: nam quo referetur ἀνελόμενος? Sic igitur emendo, καὶ νίκας πολλὰς μὲν ἐν τῇ ἀφρικῇ, πολλὰς δὲ καὶ ἐν τῇ ἀσίᾳ, τῇ τε εὐρώπῃ, παραδόξους ἀνελόμενος. ut pag. 234. p. & 235. f. ὅταν νίκην τινὰ τοιαύτην ἀνέλωνται. Nam cum imperitus ſcriba νίκας παραδόξους dici poſſe non crederet, ex nomine, inſertis duabus litteris, fecit participium, & ex πολλὰς, πολλούς. Hanc autem meam caſtigationem confirmabit, ut ſpero, exemplar N. Leoniceni.

189. f. χρονιεῖν τε γὰρ αὐτοὺς ἐν τῇ συστάσει] Sic legendum eſt, a verbo χρονίζω.

193. m. τοῖς μὲν δεδιότως, τοῖς δὲ θαρσούντως ἐχρῶντο] Ita malim legere, alium locum ſecutus.

195. p. κεκίλιος ὁ μάρκος] Hic animadvertis eam ſcribæ inconſtantiam, cujus te prius admonui: nam cum antea καικίλιος ubique ſcriptum ſit, hic κεκίλιος, quam ſcripturam apud Plutarchum etiam reperio.

196. f. γενομένου δὲ τούτου, καὶ ἐνιόντι λαθὼν σφᾶς προκαθῃρέθη] Locum hunc ita emendandum arbitror, καὶ ἐνυεῖόν τι λαθὼν σφᾶς προσκαθῃρέθη. hoc ſenſu, Cum autem hoc accidiſſet, Bellonæ quoque templum quoddam illis incognitum corruit. Repetendum autem a ſuperioribus erit τεμένισμα. Nam ſic alibi etiam ἐνυεῖον vocat, τὸ τῆς ἐνυοῦς τεμένισμα, Bellonæ deæ (quæ ἐνυὼ vocatur) templum: ſic ὁμονόειον, τὸ τῆς ὁμονοίας, templum Concordiæ deæ, cujus Cicero quoque meminit: ſic διοσκούρειον & ἡφαιστεῖον.

204. f. ἀχθέντες δὲ ἐπὶ τῇ τοῦ εὐνούχου καὶ τῆς γυναικὸς ἀρχῇ] Hic ἀχθεσθέντες legamus neceſſe eſt, id eſt, λυπηθέντες.

209. p. στρατηγούς τε δέκα ἐς τὸ ἐπιὸν ἔτος ἀποδεῖξαι, καὶ ἱερέας ὑπὲρ τὸν νενομισμένον] Pro ἀποδεῖξαι, aperte docet ipſa ſententia legendum eſſe ἀπέδειξε: & ὑπὲρ τὸ νενομισμένον, id eſt, præter morem: ut pag. 12. dixit, παρὰ τὸ νενομισμένον, & alibi, ἔξω τοῦ νενομισμένου: niſi quis malit noſtram lectionem retinere, ut intelligat accuſativum ἀριθμόν.

215. m. κἂν τούτῳ οἵ τε γέτουλοί που προσεχώρησαν αὐτῷ] Scribendum γαιτοῦλοι, vel potius γαίτουλοι, ut pag. 514. verſ. 34. γαιτουλίας, διὰ τῆς αι διφθόγγου. In noſtro autem exemplari male cohærebant inter ſe ſyllabæ: legebatur enim, οἵ τι γε τοῦ λοιποῦ.

220. p. μετὰ γαΐου δεκίου] Emendo, γαΐου διδίου, idque ex alio

alio loco. *Ibid. f.* πολλὰ τἀναντία ἐκείνων καὶ λόγῳ καὶ ἔπραξαν] *Omnino legendum puto,* καὶ ἔλεξαν καὶ ἔπραξαν. *Quod autem hic de Mario atque Sylla dicit, idem p.* 161. *&* 289. *dictum reperies, poteriſque conferre.*

223. *f.* ἄλλα δὲ καὶ ὁ οὐïγγετόριξ ἐθανατώθησαν] *Reponendum eſt* οὐεργκιγγετόριξ, *ex eo loco qui habetur pag.* 140. *ubi poſt alia multa, tandem de hoc Vercingetorige dicit Dion,* καὶ διὰ τοῦτο οὔτε ἐν τῷ παραχρῆμα αὐτὸν ἠλέησεν ὁ καῖσαρ, ἀλλ' εὐθὺς ἐν δεσμοῖς ἔδησε, καὶ ἐς τὰ ἐπινίκια μετὰ τοῦτο πέμψας ἀπέκτεινε. τοῦτο μὲν οὖν ὕστερον ἐγένετο. *Quæ poſtrema verba cum illic addit, oſtendit hæc non eo tempore facta fuiſſe, ſed aliquanto poſt: hic vero quodnam fuerit illud tempus, docet: quo fit ut audacter* οὐεργκιγγετόριξ *reponam.*

226. *fin.* ἣν πολυπαιδίας ἆθλα ἐπέθηκεν] *Conturbat ſententiam articulus* ἣν, *ideoque aut expungendus, aut in* τῆς *mutandus videtur. Horum autem* τῆς πολυπαιδίας ἄθλων *meminit etiam pag.* 549.

234. *med.* ἄλλοις τε τοιούτοις πομπηΐοις ἐχρήσαντο] *Dicti ſunt antea* πομπήϊοι Pompejani, *ut* καισάρειοι Cæſariani: *at hic locum non habet hæc lectio. Lege igitur* πομπείοις, *qua voce ſignificantur* pompæ fercula, τὰ εἰς τὰς πομπὰς κατασκευαζόμενα σκεύη. *Sic uſus eſt pag.* 223.

236. *princ.* παρὰ τοὺς βασιλεύσοντάς ποτε ἐν ῥώμῃ] *Quis non videt, hic legendum eſſe* βασιλεύσαντας?

237. *m.* ὅτι καὶ τοὺς ἐγχωρίους τοὺς δημοσίους, οὐχ ὅτι τοὺς βεβήλους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἱεροὺς πάντας τε πρατήριον, καὶ ἀπεκήρυξε τοὺς πλείονας] *Locus hic ſine dubio eſt depravatus: ſed cum mihi non conſtet quomodo ſit corrigendus, ſatius duco tacere, quam aliquid* ἀπροσδιόνυσον *afferre. Niſi forte legendum ſit,* πάντας τε ἐς τὸ πρατήριον ἐσήνεγκε, *ut pag.* 681. *aut* ἐς τὸ πρατήριον ἐξέθηκεν, *ut pag.* 301. *Sed illud quoque* ἐγχωρίους *ſuſpectum mihi eſt.*

243. *p.* ἱεροποιούς τε ἐς τὰς τοῦ πανὸς γυμνοπαιδίας, τρίτην τινὰ ἑταιρίαν, ἣν ἰουλίαν ὀνομάσαντες] *Primum hic lego* πανὸς γυμνοπαιδίας: *ſiquidem* γυμνοπαιδίαι πανὸς, *ut pag.* 245. λυκαίων γυμνοπαιδίαι, *vocantur a Dione* Lupercalia, *quæ ſacra a nudis ſacerdotibus in honorem Panis celebrabantur. Quod apparet ex Suetonio Tranquillo: nam is quoque ubi honores omnes Cæſari decretos recenſet,* Lupercos *iis annumerat.* Sed & ampliora etiam (*inquit*) humano faſtigio decerni ſibi paſſus eſt: ſedem auream in curia & pro tribunali, thenſam & ferculum Circenſi pompa, templa, aras, ſimulacra, juxta deos pulvinar, flaminem, Lupercos, appellationem menſis e ſuo nomine, ac nonnullos honores ad libidinem cepit & dedit. *Jam igitur de hac lectione conſtat. Verum articulus* ἣν *hic quoque ſententiam conturbat, niſi quis ex participio verbum faciat, ut legatur,* ἣν ἰουλίαν ὠνόμασαν. *Ibidem fin.* ἀλλ' εἴ τι μεῖζον ἄλλος ἄλλο καθ' ὑπερβολὴν ἐσέφερον] *Si relicta parentheſi cum præcedentibus hæc connectas, intelliges legendum eſſe* ἀεί τι μεῖζον.

244. *f.* λευκίου κεσιτίου φλάκκου] *Hic a Suetonio* Cæſetius Flavius, *non* Flaccus *nominatur: uter rectius, ipſe videris.*

249. *m.* ἀλλ' οὐκ ἐπ' ἐλευθερώσει τῆς πόλεως, προεβάλλοντο, τὸν καίσαρα πεφονευκότες] *Antea duobus in locis invenimus particulam* ἣν *otioſam & ſupervacaneam: quare ex alterutro eorum locorum huc transferatur oportet, ubi ea maxime opus eſt: ut legamus* ἣν προεβάλλοντο, *id eſt,* quam liberationem reipublicæ facto ſuo prætendebant.

255. *m.* οὐ γάρ που καὶ ἀγένητα αὐτὰ ποιησαίμεθα] *Sic Ariſtoteles in* 7. *Ethicorum locutus eſt,* μόνου γὰρ αὐτοῦ ὁ θεὸς στερίσκεται, ἀγένητα ποιεῖν ὅσ' ἂν εἴη πεπραγμένα.

262. *p.* παριδὼν οὖν τὴν μέμψιν τῶν νικητηρίων] *Conatur Leonicenus, in ſua Italica interpretatione, ſenſum aliquem ex hac lectione elicere, perinde ac ſi dixiſſet Dion,* παριδὼν οὖν τοὺς μεμφομένους τὰ νικητήρια: *ſed repugnant ſequentia, ac plane oſtendunt, legendum eſſe* τὴν πέμψιν τῶν νικητηρίων, *id eſt,* τὴν πομπὴν τῶν ἐπινικίων, τὸν θρίαμβον. *ut pag.* 359. τὸ γὰρ δοῦναί τινι ἐξουσίαν τῆς τῶν νικητηρίων πέμψεως, μεῖζον τοῦ διεορτάσαι αὐτὰ παρ' ἑτέρου λαβόντα ἦν. *Sic & alibi.*

266. *p.* τιμαῖς τε οἷαις οὐδένα ἄλλον ἠγγείλατε] *Nullo modo congruit huic loco* ἠγγείλατε, *ab* ἀγγέλλω: *ideo repono* ἠγήλατε, *quod præteritum eſt a verbo* ἀγάλλω, *quo ſæpe utitur pro* κοσμῶ, *ut pag.* 574. καὶ τούτοις οἷς τέθεικα ἄθλοις ἀγάλλω, *id eſt,* & vos propoſitis a me præmiis orno. *Itidem & hic,* τιμαῖς ἠγήλατε, honoribus decoraſtis.

268. *princ.* γάϊος γάρ τις * πρὸς τὸν στρατηγὸν ὁμωνυμίας ἀπώλετο, ἐφοβήθη μὴ καὶ αὐτὸς ἀποθάνῃ] *Senſus hujus loci eſt hujuſmodi.* Nam cum quidam Gajus Calcas intellexiſſet, Cinnæ cauſam mortis attuliſſe, quod ipſi duci exercitus eſſet cognominis, timuit ne ſibi idem contingeret. *Atque ita integra erit ſententia: ſed ipſa verba quæ hic deſunt, aliunde ſupplere non auſim, quam ex aliquo emendatiore exemplari, quod mihi ad manum non eſt.*

279. *m.* οὔτ' ἂν παρόντων δέον τι πρᾶξαι, κατοκνήσαιμ' ἂν καὶ μετὰ κινδύνου τοῦτο ποιῆσαι] *Locus hic ita ſine dubio eſt emendandus,* οὔτ' ἂν παρὸν τῶν δεόντων τι πρᾶξαι, *&c. ut ſit hic ſenſus,* neque vero ſi quid ſit in quo officium meum præſtare poſſim, ullius periculi metu ab eo deterreri queam. *Sic pag.* 282. μηδὲν τῶν δεόντων δράσῃ. *Illud autem* παρὸν *imperſonaliter dicitur, ut* ἐξόν. *Sic p.* 287. παρὸν αὐτῷ ἀκινδύνως οἴκοι μένειν.

281. *p.* ἢ οὐ μέμνησθε ταραττομένους ὑμᾶς ἐπὶ τῇ τοῦ καίσαρος τελευτῇ λαβὼν, *&c.*] *Poſt verbum* μέμνησθε *deſiderari videtur particula* ὅπως, *vel* ὅτι, *ut pag.* 85. οὐ μέμνησθε ὅτι *&c*

287. *m.* ἀλλ' ἁμαρτεῖν ὅτι καὶ τὴν ἀρχὴν τοιοῦτόν τι ἀκούσας, *&c.*] *Non erit (meo quidem judicio) bona conſecutio, niſi pro* ἁμαρτεῖν *legamus* ἥμαρτεν.

302. *p.* πρὸς τὸ μηδὲν αὐτὸν τῶν δεόντων ποιεῖν] *Lege* πρὸς τῷ. *Eſt enim idem loquendi genus cum eo quo pag.* 91. *uſus eſt, cum dixit,* ὥστε πρὸς τῷ τοὺς ἐλεγχομένους κολάζειν, καὶ τοὺς κατηγοροῦντας αὐτῶν ἐτίμων.

303. *med.* ἵνα κερεαλίαν ἐπ' ἀδείας ἔχῃς] *Scribendum eſt* κερελλίαν. *Hoc enim nomine vocata fuit mulier illa, cujus abuſus conſuetudine ac familiaritate Cicero jam ſenex, multa dignitate ſua aliena & fecit & dixit: ut ne ipſe quidem eam quam tantopere nobis commendatam eſſe voluerat, gravitatem ſervare potuerit. Hanc autem in quadam epiſtola ipſe P. Servilio collegæ intime commendans,* neceſſariam ſuam *appellat.*

304. *p.* τοῦτο μὲν γὰρ ἐξ ὧν ἀδικοῦσιν ἑαυτοὺς συνίασιν οὐ πιστεύουσι] *Omnino legendum cenſeo,* ἀδικοῦσιν ἑαυτοῖς* συνίσασιν, *ut Iſocrates loquitur.* συνίσασι γὰρ τοῖς μὲν διὰ φιλοπραγμοσύνην ἐμπείροις τῶν ἀγώνων γεγενημένοις.

325. *p.* ὡς καὶ ἐφ' ἑαυτοῦ γνώμης δοθῆναι συνεβούλευσεν] *Legendum puto* ἀφ' ἑαυτοῦ γνώμης: *ut pag.* 96. *dixit,* ἐκεῖνος γὰρ τοῦτό τε οὐκ ἀπὸ γνώμης σφᾶς πεποιηκότας εἰδώς. *id eſt,* cum ſciret, eos non de ſuo conſilio id feciſſe, *vel* authores non fuiſſe ut id fieret. *Quo in loco cavendum, ne pro* ἀπὸ *ſcribas* ἄπο: *eſſet enim contrarius ſenſus, ut apud Pauſaniam initio* τῶν Ἀχαϊκῶν, καί πως ταῦτα τῷ ἴωνι ἐγένετο οὐκ ἄπο γνώμης. *id eſt,* ex animi ſententia, ut optabat. *Sic Sophocles in Trachiniis,* Ἀλλ' εἶμι. καὶ γὰρ οὐκ ἄπο γνώμης λέγεις.

346. *med.* καὶ τοὺς ἄλλους συναπιστήσωσι] *Audacter emendo* συναποστήσωσι, *id eſt,* una ſecum ad rebellionem impellerent. *Eſt enim* ἀποστῆσαι, ἀπόστασιν πράττειν, ad defectionem, ſive rebellionem ſollicitare & perpellere, *ut pag.* 443. ὅτι τούς τε μυσοὺς ἐν τῇ ἀσίᾳ ἀπὸ τοῦ ἀντωνίου

ἀντωνίου πρὸ τῆς ναυμαχίας ἀπέστησε, &c. At ſignificatio verbi ἀπιστῆσαι plane abhorret ab hoc loco.

353. m. τὸ γὰρ ἀλγῆσον ὁ θάνατος προσελάμβανεν] Expungendum eſt σ de hoc verbo, ut προελάμβανεν legamus: hoc ſenſu: ſiquidem dolorem mors antevertebat, adeo ſubita erat & repentina. At vero προσλαμβάνω, idem eſt quod aſſumo, aſciſco, ſuſcipio: adjuvo apud Strabonem: confirmo apud Polybium. Has enim omnes hujus verbi ſignificationes enumerat in ſuo Lexico Budæus, quarum tamen nulla huic loco quadrare mihi videtur: ideoque lego προελάμβανεν cujus verbi vim explicat idem in ſuis linguæ Græcæ Commentariis.

357. p. ὁ μὲν οὖν βροῦτος, ὅ, τε κάσσιος οὕτως ἀπώλοντο, τοῖς ξίφεσιν οἷς τὸν καίσαρα ἀπεχρήσαντο σφαγέντες, οἵ τε ἄλλοι οἱ, &c.] Eadem prope Suetonius quoque ſcribit: Percuſſorum autem fere neque triennio quiſquam amplius ſupervixit, neque ſua morte defunctus eſt: damnati omnes: alius alio caſu periit, pars naufragio, pars prœlio, nonnulli ſemet eodem illo pugione, quo Cæſarem violaverant, interemerunt.

360. p. διὰ γὰρ τὴν πρὸς τὸν ἀδελφὸν εὐσέβειαν, καὶ ἐπωνυμίαν ἑαυτῷ πίεταν ἐπέθετο] Hic cognomento Pius vocatus eſt, ob eam quam fratri præſtiterat pietatem: ut Metellus Pius, ob eam quam patri. Quare nomen hoc πίεταν tibi emendandum relinquo. Pietas enim Græce ſonat εὐσέβεια: & Pius εὐσεβής: ſiquidem antea Metellum Pium μέτελλον εὐσεβῆ nominavit.

369. m. παρηνεκέναι οἱ ἔδοξε τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀμελεῖσθαι] Crediderim pro ἀμελεῖσθαι legendum eſſe ἀφελέσθαι. Quanquam Leonicenus aliam lectionem ſecutus videtur.

375. f. συντέλειαι τοῖς τοὺς δούλους ἔχουσι προτασσόμεναι] Significatio verbi προτάσσεσθαι huic loco nullo modo convenit, idcirco inſerta litera σ lego προστασσόμεναι. Sic enim Xenophon dixit, προστάττειν εἰσφοράς, imperare tributum: idem quod συντελείας προστάττειν.

379. p. ταῦτά τε οὖν συνθέμενοι] Nemo (opinor) ibit inficias quin hæc vera ſit hujus loci lectio.

380. p. καὶ ἀντανθειστίων καὶ αὐτοὶ ἐκεῖνοι] Lege ἀνθειστίων, ut paulo poſt ἀνθειστιάθη: ſiquidem in ἀντανθειστίων geminata eſt præpoſitio ἀντί, idque perperam.

383. p. καὶ προσαπηγορεύθη μήτε δουλευτὴν μονομαχεῖν] Dormitabat ſcriba, cum pro βουλευτὴν ſcripſit δουλευτήν.

391. f. πόππιος σέξτου υἱός] Recte emendare potes pro πόππιος, πομπήϊος.

412. m. καὶ τοὺς ἄλλους ἐκ τούτου καὶ ἐλπίσειν καὶ καταστήσειν] ἐλπίζειν ſperare ſignificat: at ἐπελπίζειν τινά, aliquem in ſpem adducere, facere ut aliquis bene ſperet, nec animum deſpondeat. Quare non dubito quin hic Dion ſcripſerit τοὺς ἄλλους ἐπελπίσειν, ut pag. 220. παρεμυθήσατό τε αὐτούς, καὶ ἐπήλπισεν conſolatus eſt eos, ac eorum animos confirmavit, vel eos bene ſperare bonoque animo eſſe juſſit.

416. p. ἐκείνην τε βασιλίδα βασιλέων] Scripſerat, ut opinor, Dion, βασιλίδα βασιλίδων: ſed ſcriba genitivum βασιλέων, qui ad ſequentem locum pertinebat, utrique accommodare voluit.

424. p. ἤδη γὰρ ἐκ μετοπώρου ἦν] Eodem modo locutus eſt, pag. 158. m.

426. m. καὶ ἔστι καὶ αὐτὸ καὶ τὰ πρὸ αὐτοῦ πάντα καὶ ἐνορμίσασθαι καὶ ἐνναυλοχήσασθαι] Poſt verbum ἐνναυλοχήσασθαι videbam deeſſe aliquid, ideoque aſteriſci notam appoſui: perfici tamen poſſe videtur ſententia, ſi legamus, ἐνναυλοχήσασθαι ἐπιτήδεια, ut paulo poſt dixit, ἐμμαχέσασθαι δὲ ἢ ἐνστρατοπεδεύσασθαι ἐπιτηδειότερα.

431. med. οἱ καὶ πρὶν κρατῆσαί τι πεποιηκότες] Subeſt (meo quidem judicio) huic loco mendum aliquod, atque aliam lectionem ſecutus eſt N. Leonicenus.

440. fin. οἱ δὲ ταῦτά τε ὡς ἕκαστα διεκρούοντο] Ita legit Lazarus Bayſius, totum hunc locum citans in libro de re navali.

442. p. ὑπὸ τῆς φλογὸς καὶ ὑπὸ τῶν ἁρπάγων] Bayſius legit ὑπὸ τῶν ἁρμάτων. Hunc autem locum e quodam exemplari deſcripſit, quod habetur Venetiis.

446. m. ἐπεὶ δ' οὔτε προσδέξασθαι αὐτὸν ἠθέλησε, καὶ τοὺς προπεμφθέντας. &c.] Sic videtur perfici poſſe ſententia.

449. f. καὶ αὐτὴ ἐς τὸ ἡρῷον ἐξαίφνης ἐσεπήδησε] Pro ἡρῷον legitur etiam ἡραῖον, id eſt, τῆς ἥρας νεών, Junonis templum. Verior tamen eſt altera lectio, quippe quæ cum Plutarcho conſentiat: ſiquidem ille in Antonio hanc Cleopatræ vere Ægyptiacam fallaciam commemorans, quod hic Dion dicit, ἐς τὸ ἡρῷον ἐσεπήδησε, ibi dixit, εἰς τὸν τάφον κατέφυγε. Adde etiam quod Dion μνημεῖον & μνῆμα vocat paulo poſt, quod antea ἡρῷον dixerat. Denique altera lectio cum ipſo ſenſu auctoris, imo vero cum ratione pugnare mihi videtur.

451. med. ἀνεπήδησέ τε ἐρυθριασμένη] ἐρυθριάω vel ἐρυθριάζω, erubeſco ſignificat, a quo formari poterit ἠρυθριασμένη, rubore & pudore ſuffuſa.

458. m. ἄλλα τε ἰσόθεοι τιμαὶ δίδονται, καὶ δὴ καὶ ἥρωα ποιεῖται] ἥρωα hoc accentu accuſativus eſt ab ἥρως ut verſu 20. hujus paginæ. At hic ἡρῷα legendum eſt. Dicitur enim ἡρῷον, templum vel ſimulacrum Herois, ut antea ἡρῷον ἰουλίειον dixit. Ibid. οὗτος οὖν ὁ δημοσίᾳ καὶ αὐτός, &c.] Non videtur hic locum habere articulus ὁ.

460. p. καὶ μετὰ τοῦτο καὶ τριβαλοὺς ὁμόρους αὐτῇ ὄντας, τούς τε δαρδάνους ἐν τῇ χώρᾳ τῇ ἐκείνων οἰκοῦντας ἐχειρώσατο] Malim τριβαλλοὺς ſcribere, Strabonem & Stephanum, ac reliquos ſecutus. Qui autem hic δάρδανοι dicuntur, in calce hujus libri δαρδάνιοι vocantur, idque rectius.

465. princ. ἀλλ' ἵνα ἑαυτοὺς δουλωσώμεθα] Aperte ipſa ſententia oſtendit legendum eſſe αὐτούς.

467. p. τὸ τὸν ὅμιλον τοσούτοις ἔτεσιν ἐλευθερίᾳ βεβιωκότα] Hic quoque legendum puto ἐν ἐλευθερίᾳ, ut alibi locutus eſt.

473. p. Spatium inane (quam vulgo lacunam vocare ſolemus) ideo reliquimus, ut hic nonnulla deſiderari ſignificaremus, nimirum finem orationis habitæ ab Agrippa, & principium ejus quam Mæcenas habuit. Id autem ſpatii Leonicenus quoque in ſuo exemplari vacuum reperit.

475. f. ὥσπερ τι αἰτίαμα αὐτῆς ἐστιν, &c.] Particulæ duæ mutilatæ in unam dictionem conflatæ ſunt: ſiquidem ex ὥστε εἴπερ factum eſt ὥσπερ, huic loco minime congruens. Quod autem hic legendum ſit ὥστ' εἴπερ, conſtat ex aliis multis locis, in quibus particulis his utitur, ſententiam concludens, ut pagina 74. & 167. princ. ὥστ' εἴπερ ἀρετὴν ὄντως ἀσκεῖτε, μισήσατε μὲν τούτους ὡς πολεμίους.

477. p. ὁπόσοι ποτ' ἂν εὑρήσωσί σε] Reponendum arbitror εὐαρεστήσωσί σε, id eſt, quotquot tibi placuerint: vel, grati acceptique tibi fuerint. Non ignoro tamen, apud reliquos ſcriptores verbum hoc in ea ſignificatione dativo ferre jungi: ac proinde malet fortaſſe aliquis legere ἀρέσωσί σε, ut dixit pag. 60. εἴ τι μὴ ἀρέσειεν ὑμᾶς.

478. p. φρονήματι γενόμενοι] Poſt hoc participium aſteriſci notam appoſui, non quod locum depravatum aut imperfectum eſſe judicarem, ſed quod ſpatium aliquod vacuum noſtrum exemplar haberet.

483. p. καὶ ἐκκλησίας μάλιστα ζῆν ἀναγκαζόμενος] Pro ἐκκλησίας, lego ἐκ λείας, id eſt, ex præda: vel, qui ex rapto vivere cogitur, ut locutus eſt Naſo. Nemo autem, opinor, qui ſenſum expenderit, huic meæ caſtigationi reclamabit.

485. p. ἄλογόν ἐστιν ἔξω τι τῶν πατρίων ἀναγκάσαι δαπανᾶν] N. Leonicenus legit εὔλογόν ἐστιν, quomodo Dionem ſcripſiſſe arbitror.

488. f. καὶ ῥᾷόν τις μιμεῖται τὰ κρείττω, ὁρῶν ἔργῳ γινόμενα] Ita legendum arbitror, cum ſequatur, ἀκοῦ λόγῳ κεκωλυμένα.

491. p. τῇ μὲν οὖν γνώμῃ, καὶ τῷ μηδὲν πλείονος τῶν ὑπαρχόντων ἐπιθυμεῖν] *Nemini dubium eſſe poteſt, quin ita legendum ſit.*

492. p. ἂν μηδὲν παρὰ ταῦτα μηδέποτε συγχωρήσῃς τινὶ] *Potior mihi videtur hæc lectio: niſi forte particulas has trajecerit, ut alibi.*

499. m. ταῦτ' ὄντως τινὰ ἄλλον καὶ σωφρονῆσαι ἐπ' ἀληθείας] *Non dubito quin hic legendum ſit,* φρονῆσαι: *ut ſuperius dixit,* καὶ μήτι θαυμάσητε εἰ ταῦθ' οὕτω φρονῶ. *Ibidem* μᾶλλον σεμνυναίμην, ὅτι τὴν μοναρχίαν, *&c.] Niſi inſeratur particula* ἢ *ante* ὅτι, *imperfecta erit hujus loci ſententia.*

507. *fin.* αἱ μὲν γὰρ ἀρχαὶ αἱ ἐκ τῶν νόμων ὡς πλήθει γενόμεναι, καὶ νῦν τῆς τῶν τιμητῶν καθίσανται] *Integram ſententiam habebimus, ſi* πλὴν τῆς τῶν τιμητῶν *legamus: atque ita pag. 509. hac particula utitur.*

517. *princ.* ὁπότε γε καὶ προσμίξειαν αὐτοῖς] *Sermonis Græci conſuetudo exigit ut ita legamus. Nam* προσμιγνύειν, *dativo junctum, ſignificat idem quod* συμμιγνύειν, manum conſerere, *vel potius,* collato pede prælia-ri: *quod &* προσμίξαι μάχῃ *a Thucydide dicitur.*

520. p. μάρκος κλ. μ. υ. μάρκελλος αἰσερνῖνος, ὕπ.] *Hæc conſulum nomina ita negligentes ſcribæ partim depravarant, partim etiam perturbarant, & confuderant, ut ea aut omnino nobis prætermittenda, aut certe prius emendanda eſſe & in ordinem digerenda putaverimus: quod tum pro tempore ita præſtitimus, ut nulla, aut pauca aliunde quam ex ipſo contextu emendare viſum ſit: nunc autem non abs re fuerit, quæ aliunde etiam corrigenda nobis viſa ſunt hic annotare. Ibid.* ἐγγ. ἀηνόβαρβος] *Tribus his litteris* ἔγγονον *ſignificari puto. Ibid.* λούκιος καλπούρνιος λ. υ. πείσων φούρπος. *Deinde* μ. λικίνιος. μ. υ. κράσσος. *Ita hæc lego: ſed* φούρβιος *depravatum puto, dictus eſt enim hic* L. Calphurnius Piſo Frugi, *quem citat Dionyſius Halicarn. lib.* 4. *Antiquit. Romanarum pag.* 158. λεύκιον πίσωνα τὸν φρυγὶ *eum appellans. Ibid.* παῦλος κύιντος, σέξτου υ. ουαυ. π. γερεσσυάριος μαρκου υ. μέσαλος ἄρβατος ὕπ.] *Emendo* κοΐντίλιος σέξτου υι. οὐάρος. *Nam hic* P. Quintilius Varus *vocabatur. Deinde,* μάρκος οὐαλέριος μάρκου υ. μέσαλος βάρβατος. *Ibid.* ἰούλιος ἀντωνῖνος μ. υ. ἀφρικανὸς. κ. φάβιος. κ. υι.] *Legendum puto,* κ. φάβιος. κ. υ. μάξιμος ἀφρικανός.

522. *fin.* εἰρήνην μὲν ὡς καὶ φευξόμενοι ἥλωσαν] *Emendo* ἐρήμην ἥλωσαν, *quomodo locutus eſt pag.* 322. *Quid autem ſit* ἐρήμην ἁλίσκεσθαι, *ſive* ἁλῶναι, *docet Budæus in ſuis Græcæ linguæ Commentariis.*

523. p. οἱ γὰρ τὰς συνοικίας νύκτωρ φυλάσσοντες, ὅπως σημαίνειν σφίσιν ὁπόταν βουληθῶσι, δύνωνται] *Senſus eſt imperfectus, qui tamen conjectura ſic perfici poterit:* οἱ γὰρ τὰς συνοικίας νύκτωρ φυλάσσοντες, κώδωνα ἔχουσιν, *aut* κώδωνι χρῶνται, ὅπως *&c. Aliquid tale deeſſe hic videtur.*

529. *fin.* καὶ διαμέσους οὐχ ὅτι τοὺς κακίᾳ τινὶ ἐπιφρήτους, ἀλλὰ καὶ τοὺς κολακείᾳ ἐκφανεῖς ἐποιεῖτο] *Hic lego,* διὰ μίσους ἐποιεῖτο, *id eſt,* ἐμίσει. *Ut enim dicitur,* δι' ὀργῆς ποιεῖσθαί τινα, *pro* ὀργίζεσθαί τινι, ſuccenſere alicui: *ita* διὰ μίσους ποιεῖσθαι, *eſt* μισεῖν, odio proſequi quempiam. *Quas locutiones non neceſſe habeo exemplis confirmare, cum ſint paſſim legentibus obviæ.*

530. *fin.* κἂν ὅτι μάλιστα δικαιότατος συμβῇ] *Non video quis eſſe poſſit hujus loci ſenſus, niſi* δικαιότατα *adverbialiter legamus, aut* δικαιοτάτως, *quod tamen raro eſt in uſu.*

531. m. ὃν σὺ ἀρχιέρεων ἔτι καὶ νῦν περιορᾷς ὄντα] *Hic* ἀρχιερέων *dixit pro* ἀρχιερέα: *nec eſt quod locum depravatum quis ſuſpicetur, cum in ſequentibus hoc eodem nomine ſubinde utatur.*

534. *ſ.* μάρκελλος λόλλιος ῥωμητάλκη θείῳ τε τῶν τοῦ κόκκυος παίδων] *Lege* ῥυμητάλκῃ, *ut alibi ſæpe a Dione vocatur. Niſi forte malis cum Plutarcho eum* ῥυμετάλκην *appellare.*

535. p. σύγαμβροί τε γὰρ καὶ οὐσιπέται τε καὶ τέγκρητοι] *Pro* τέγκρητοι *repono* τέγκτηροι, *iiſdem litteris ſervatis, ſed alio ordine collocatis. Sic pag.* 112. τέγκτηροί τε καὶ οὐσιπέται κελτικὰ γένη. *At vero Ceſar in Comment.* Tenchtheros *eos nominat, mutatis tenuibus in aſpiratas,* τεγχθηρούς.

542. *med.* καὶ αὐτὸς τὰς μοναρχίας διετέλεσε] *Locum hic non habet* μοναρχίας, *proinde repono* μονομαχίας, *id eſt,* τοὺς μονομαχίας ἀγῶνας, certamina gladiatoria exhibuit.

545. m. βουλογαίσης θρᾷξ βεσσὸς ἱερεὺς τοῦ παρ' αὐτοῖς διονύσου] *In noſtro exemplari habetur adſcripta margini altera lectio* βησσός. *Ibid.* καὶ προαναχωρησάντων οἴκαδε τῶν βεσσῶν] *Hic quoque adſcriptam habet alteram lectionem noſtrum exemplar,* βησσῶν, *quorum antea mentionem fecit.*

547. *fin.* γ. καῖσαρ αὔγουστος του υ.] *Paulo ante legitur,* αὔγουστος τὸ ιβ. & τὸ ιγ ὕπατος: *hic igitur legendum puto* τὸ ιδ, *loco harum litterarum* τοῦ υι.

550. *ſ.* καὶ τὴν τῶν δημάρχων προστετιμημένοι] *Legendum puto,* καίτοι τῶν δημάρχων προτετιμημένοι, *id eſt,* quamvis Tribunos dignitate anteirent.

560. *ſ.* καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν τἄλλα, τοὺς μὲν μείζοσι, *&c.] Videtur extrinſecus ſubaudiendum participium* ἁμαρτανόντων, *aut aliquod hujuſmodi poſt* τἄλλα, *atque ita ſenſus fore perfectus.*

572. *med.* γ. πομπαῖος κ. υ. σαβῖνος ὕπ.] *Lege* πομπαῖος, *ut pag.* 637.

575. *fin.* οὐ πείσεσθε τοῖς νόμοις] *Ubi ſenſum expenderis, intelliges legendum eſſe* πείθεσθε.

577. p. ἁπαλὰς ἔτι κόρας καὶ μηδέπω γάμων ὥρας] *Emendo* γάμων ὡραίας. *Dicitur enim* κόρη γάμων ὡραία, ἡ ἐν ἀκμῇ γάμου, puella jam matura viro, jam plenis nubilis annis, *ut loquitur Virgilius: quæ* ὡραία ἀνδρὸς *etiam dicitur. Cui opponitur* κόρη μηδέπω γάμων ὡραία, virgo nondum apta conjugio.

595. *fin.* τίς δ' ἂν ἄμεινον τοῦ αὐγούστου τῆς ἰδίας μόνης, μήτοιγε καὶ ἄλλων ἀνθρώπων, τοσοῦτον ἦρξεν] *Non video quis ſit horum verborum ſenſus, niſi pro* μόνης *accentu retracto legamus* μονῆς. *Significat autem* μονὴ *nonnunquam* τὸ οἴκημα, *vel* τὴν οἰκίαν, *a verbo* μένω: *quo modo ſi hic intelligamus, plana erit hujus loci ſententia.*

607. p. τό, τε τοῦ πατρὸς καὶ τῆς πατρίδος πρόσρημα παντελῶς διεώσατο) *Sententiam perturbat particula* καὶ *ideoque expungenda. Nihil enim aliud dicit, quam* eum appellationem patris patriæ rejeciſſe, *id eſt, patrem patriæ vocari noluiſſe. Hujus autem nominis ſupra meminit. Ibid. m.* οὔτε κἂν ὀμόσας τὶς αὐτὴν *&c.) ſi ita legerimus, optime cohærebunt ſequentia. Ibid.* παρῆσαν τὴν νουμηνίαν, καὶ οὔτε ἐς τὸ βουλευτήριον ἐσελθὼν, *&c.) Legendum mihi videtur* παρεὶς ἄν: *ſiquidem alteram lectionem* παρῆσαν *non video quomodo quis tueri poſſit.*

615. *fin.* ἀλλὰ καὶ ἐς αὐτὸν ἐκεῖνον, τήν τε μητέρα αὐτοῦ πράξας τι ἢ καὶ εἰπὼν ἀνεπιτήδειον ἐπεκλήθη] *Sententia eſt imperfecta, quæ perfici poſſe videtur, ſi ante* πράξας *addamus* εἴ τις, *hoc modo,* καὶ δεινῶς ἐπεξήει ταῖς τῆς ἀσεβείας δίκαις, εἴ τις ἐπεκλήθη πράξας τι, ἢ καὶ εἰπὼν ἀνεπιτήδειον, οὐχ ὅσον ἐς τὸν αὔγουστον, ἀλλὰ καὶ *&c. Crebro enim contortis & implicatis ſententiis utitur hic author.*

631. p. τέλος τι διακοσιοστὴν ἔχον] *Aliter dixit p.* 647. καὶ τὸ τέλος τῆς ἑκατοστῆς κατέλυσε. *Ibid.* οὔτ' ἄλλον βέβαιον φίλον οὐδένα, ἀλλ' ἐν τῷ ἴσῳ, *&c.) Credo poſt* οὐδένα *deſiderari verbum* εἶχεν: *nec ullum huic loco aptius mihi venit in mentem.*

635. *princ.* καίπερ καὶ ἱππεῦσι καὶ βουλευταῖς ἐπέτρεπεν αὐτὸ πράττειν) *Sic puto hic legendum, atque ita ſemper eum locutum memini.*

642. *fin.* καὶ τοῖς σύστασιν ἐπί τε τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα, τούς τε ἀδελφοὺς αὐτοῦ, τήν τε ὀργὴν ἀφεὶς, *&c.*] *Credo poſt* αὐτοῦ *deſiderari participium* ποιησαμένοις, *id eſt*, iis qui in patrem ſuum coitionem feciſſent, *vel* conjuraſſent & conſpiraſſent. *Id enim ſignificat* σύστασιν ποιεῖσθαι.

648. *m.* καὶ ἱερεῦς εἰκόσιν οὐχ ὅτι ἄνδρες, ἀλλὰ καὶ γυναῖκες γένωνται] *Pro* γένωνται *commode (meo quidem judicio) legetur* γεραίρωνται: *quo verbo alibi in hac ſigni[ficatione] uſus eſt.*

652. *m.* ἔργῳ δὲ δόξαν κενὴν λαβών] *Lege* λόγῳ δὲ *præceſſit enim* ἔργῳ μέν. *Hoc autem genus loquendi in u[ſu] frequentiſſimo eſt apud hunc auctorem.*

673. *m.* εἰ δὴ ὅσα τὸν χαλκοῦν τὸν ἀναῤῥηθέντα δ[ο]κεῖν ὁρᾶν οὐκ ἠξίου, τούτων αὐτὸς διεπίμπλατο. *Ita legendum puto.* Sed hæc hactenus.

ΤΩΝ ΑΛΛΩΝ ΓΡΑΦΙΚΩΝ ΣΦΑΛΜΑΤΩΝ ΕΠΑΝΟΡΘΩΣΙΣ.

pag. 12. A. ἡμῶν. leg. ὑμῶν. 13. E. ἐνεχειρίσατε. ἐνεχειρίσατε. 14. C. διαφύγωσιν. διαφύγωσιν. 16. C. πατέρες ὑμῶν. ἡμῶν. 19. A. μεταρυθμίσαι. μεταῤῥυθμίσαι. 20. C. ἔθους. ἔτους. 21. D. Γνάιος. Γάιος. 23. C. Μαναΐτην. Μαναΐτην, vel potius Ταναΐτην. 25. A. Βόσφορον. Βόσπορον. B. ἐπιδιώξοντας. ἐπιδιώξοντας. 27. D. ἀνεβάλλετο. ἀνεβάλλετο. 29. E. Βόσφορον πορεύεσθαι, προσάπ. Βόσπορον πορεύεσθαι πρᾶγμα. 33. C. Καπιτωλίῳ. Καπιτωλίῳ. 34. A. Ἰουλίου. Ἰουλίου. 36. D. Τραϊάνου. Τραϊανοῦ. 37. A. Τραϊάνῳ. Τραϊανῷ. 43. A. προπυρέξαντας. προπυρεξάντας. 47. B. ἐνεκωμίαζεν. ἐνεγκωμίαζεν. 50. A. οἰκίᾳ. οἰκίᾳ. 51. A. ἐν ὅτε Κατ. ἐν ᾧ, τε Κατ. 58. tit. Ἀρισονίτῃ. Ἀρισονίτῃ. ibid. M. Καλπούριος. M. Καλπούρνιος. 60. E. ἐπίστατο. ἠπίστατο. 63. E. Οὐιτελίου. Οὐιτελλίου. 66. D. ἐπιχωρίοις. ἐπιχωρίοις. 68. A. ἱππάδι. ἱππάδι. 72. C. ἀπόχρη. ἀποχρῆν. 73. C. ἀλᾶσθαι. ἀλᾶσθαι. 79. D. τὸ Καίσαρα. τὸν Καίσαρα. 85. B. εὐτρεπῆ. εὐπρεπῆ. 92. tit. Δεκίμιος. Δέκιμος. 93. tit. Ἀντόβαρβος. Ἀηνόβαρβος. 93. C. αὐτομολῶν. αὐτομόλων. 94. A. οὐδὲν ὅτι μέγα. οὐδὲν ὅ, τι μέγα. 95. C. Ἄννιος Μήλων. Ἄννιος Μίλων. 97. A. τὸ ἔδαφος. τὸ ἔδαφος. 99. B. Μιλίου. Μιλλίου. 104. B. ἀντελόμενος. ἀνθελόμενος. 105. D. ἐφεῖτο. ἐφεῖτο. 109. E. Δεκίμιος. Δέκιμος. 113. C. Συγγάμβροι. Συγάμβροι. sic ubique ſcribendum. 121. tit. Πάρθους. Πάρθοις. 122. B. ἀντεβάλ. ἀν-τεβάλ. 130. A. ὡρμῆσαι. ὁρμῆσαι. 137. D. ἄλλος ἀνελ. ἄλλως ἀ[νελ]. 153. E. post ποιοῦντα diſtingue. 159. D. ἐς τὸ τὸ Δυῤῥάχιον. ἐς τὸ Δυῤῥάχιον. 178. D. Γαλλον. Γάλλον. 18[.] B. πατρῴων. πατρῴων. 206. C. προσπλάχετο. προσεπλάχετο. 220. D. Κόνας. Κόννας. 224. C. Λουκούλλου. Λουκούλλου. 230. B. σῖτον πολὺν. σῖτον πολὺν. 245. A. ὀχύλαν. ὀχύλαν. ibid. ἐς λι-πούντα. ἐσιππεύοντα. 253. C. Κίννα. Κίννα. bis. 264. E. ὑπ' αὐτοῦ. ὑπ' αὐτοῦ. 281. D. φιλανθρωπίᾳ. φιλανθρωπίᾳ. 287. B. οὐκοῦν ἔτι. οὔκουν ἔτι. 289. D. ὥσπερ τις. ὥσπερ τις. ibid. ὑμῖν. ἡμῖν. 292. A. ἀλλοφύλοις. ἀλλοφύλοις. 303. D. σκοπέλοις. σκοπέλοις. 322. A. κατελήφθη. κατελήφθη. 327. tit. ἄρχοντες. ἄρχοντες. 334. B. ὡς τότε ὡς τό, τε. 337. D. ἐνθυμουμένους. ἐνθυμουμένους. 365. E. ἥμισυ. ἥμισυ. 370. B. καταφρονήσαντας, καταφρονήσαντας. 382. D. τὸν Ἄμανον. τὸ Ἄμανον. 413. C. χειλιάσι. χιλιάσι. 461. D. κατεμέθυσαν. κατεμέθυσαν. 521. D. Πλάγγον. Πλάγγον. 551. D. ἐνέχυρον. ἐνέχυρον. 559. D. φεισόμεθα. φεισώμεθα. 562. B. δᾶν. δᾶν. 564. B. τότε τρίτον. τό, τε τρίτον. 568. B. διεμέλησαν. διεμέλησαν. 569. B. Κεκιλίου. Κεκιλίου. 578. C. ὡς ἅπερ. ὥσθ' ἅπερ. 579. E. περιφανεστάτους. περιφανεστάτους. 603. D. περιπεποιηκέναι. περιπεποιηκέναι. 65[8]. C. Παυλίαν. Παυλίναν. 662. C. ἀντέπραττε. ἀντέπραττε.

ROB. STEPHANI VARIÆ LECTIONES AD XIPHILINUM.

Prior numerus paginam edit. RS. poſterior lineam indicat.

10. 5. πολυτελῶς. πολυτελῶς. 14. 59. ἐξήρησε. ἐξήρκεσε. 18. 17. περιοχῶν. ὑποχῶν. 22. 19. ἐσιώπησε. ἐξεκλονήσησε. 26. 29. ὑποκολ. ὑποκολακεύοντες. 30. 23. μάστιγα. μάστιγας. 31. 7. ἐπελθόν. ἐπελθὼν 31. 9. μέγα. μεγάλα. 31. 21. αὐτοῦ. αὐτόν. 32. 10. ἐγνώκασι. ἐγνώσθη, ἐγνώκει. 32. 17. ἐμφανῆ. ἀφανῆ. 35. 27. καταβαλών. καταλαβών. 36. 28. ἄλλως. ἄλλως ἄν. 37. 5. ἐκπηδήσ. ἐκπηδήσ. 40. 25. Γάνιον. Ἰόνιον. 42. 22. ἐσφάχθαι. ἐσφάλθαι. 42. 28. κατέκλυσε κατέκλασε legit Interpres. 43. 5. ὑπερμεσάμενοι. ὑπερπτάμενοι. 44. 2. φίλον. φίλων. 47. 11. λιμὸν. λοιμὸς. 50. 2. δύο ἑκατοντάς. ἑκατόν. 50. 17. συντρέψασι. συντρέψας. 51. 5. πεφρονῆσθαι. τιφρονῆσθαι. 52. 32. οὐκοῦν. οὔκουν. 54. 12. Ἰταλίᾳ ἄνευ. Ἰταλίᾳ οὐκ ἄνευ. 54. 27. Σώσιον. Σόσσιον. 56. 10. προπορ. προσπορ. 56. 25. ἐκλιπὸν. ἐκλιπών. 59. 26. Φορεῦ. Φοβεροῦ. 61. 20 τοῦτον. τοιοῦτον. 64. 17. προσκαπτεῖ. προσκαπτεῖ. 64. 23. ἀδελφόν. ἀδελφιδόν. 64. 24. τῆς αὐτοῦ. τῇ ἑαυτοῦ. 65. 12. κατήνεγκαν. κατηνάγκασαν. 65. 13. δημοτικὸν. δημοκρατικόν. 65. 25. καρποῦνται. καρποῦτο. 67. 16. παραίνεσιν. παραίρεσιν. 68. 12. αὐξήσει. αὐξήσει. 68. 13. ἕξει. ἕξει. 68. 25. ἱκανόν. ἱκανῶς. 69. 8. ἐπ' αἰτίᾳ. ὑπαιτίαν. 69. 26. τοῦ τε Ἀγρίππα. τῷ τε Ἀγρίππᾳ. 70. 4. Σκαβᾶς. Σαβᾶς. 70. 22. Ἐπιβούλων. Ἀθηνῶν. 70. 31. ἐγγράψ. ἐσγράψας. 71. 28. κλήσεως. ἐπικλήσεως αὐτῶν. 71. 30. Πρίμου. Πρίμου αἰτίαν ἔχοντος. 72. 7. χώρας. πόλεως πολιορκοῦντες, πορθοῦντες. 72. 30. Κοικήνους. Κυζικηνούς. 73. 15. Ζάμαρκος. Ζάρμαρος 73. 24. ἐδίκασε. ἐδικαίωσε. 75. 2. συνεσιωμένα. συντετμημένα. 75. 14. ἐπιβουλεύοντο. ἐπιβουλεύονται. 76. 26. ἔδοξε. ἔδοξε. 77. 20. ἄκυρον. ἀκυρώσαντας. 77. 28. συνελθών. εἰσελθών. 78. 6. αὐτῷ. αὐτό. 78. 7. τοῦτον. τοῦτο. 83. 24. τύχῃ. ψυχῇ. 84. 19. τούτων. τούτου. 84. 18. εἴ τι. ὅτι. 84. 24. αἰωρήμασι. αἰωρήμασι. 86. 23. ἀδικήσειας. ἀδικήσης. 87. 24. διαδράσαντα. διαδράντα. 87. 30. δυσβάτους. δυσδιαβάτους. 88. 15. ἀντιποιήσεσθαι. ἀνθυποίσεσθαι. 88. 28. τρία. πέντε. 89. 2. νικητηρίων. νικητήριον. 89. 26. ἑπτακοσ. ἑξακοσίους. 90. 29. μετασπάσαι. μεταστῆναι. 92. 8. ἕκαστον. ἕκαστον μῆνα. 92. 10. αὐτὴν. αὐτῶν. 92. 16. μηδέτι. μηδέτερον. 93. 3. αὐτῷ. αὐ-τῶν. 95. 10. τυραννίδα, τὰς ἐπιθέας ἄπ. τυραννίδος ἐπιθυμήσ[αν]. 95. 29. ὅτι ἀνακομένα. ἀπηκασμένα. 97. 6. ἀντετίθεσαν ἀντιτίθεσαν. 97. 7. ἀναμφίβολον. ἀναμφίλογον. 97. 18. παραθέντες. παραθέντες. 98. 16. τὸν πάνυ ποθῶν, καὶ τό. τῷ πάνυ ποθῶν, καὶ τῷ. 98. 24. Τύμης. Νώλης. 99. 13. ὡς. [...] 99. 28. ἐσπάσ. ἐπεσπάσατο. 100. 21. ὄνομα. πρόσρημα. 10[0]. 31. ποιῆσαι. εὖσαι. 102. 7. θυσίας. Exemplar habet θύρας, ſe[d] ita legendum cenſet Interpres. In Dione eſt θύας. 104. 8. νομίζειν. νομίζειν. 106. 12. ὅλᾳ. ὅλῃ infra 109. 1. ſcribitu[r]. 107. 15. Σαβίου. Γαβίου. 113. 21. ἐξαρίαν αὔξοντες. τιμαρίαν αὔξοντα. 116. 8. δι' ὅλου. δι' ὀλίγου. 117. 5. προκαθεὶς. προσκαθεὶς. 121. 11. τότε γάρ. τῷ τε γάρ. 122. 20. ἑπτακοσίας. πεντακοσίας. 124. 19. ὑπαγγελ. ἐπαγγελ. 125. 2. ἐφῆκεν. ἀφῆκεν. 126. 17. τῷ Πραισίν. τοῦ Πραισίνου καλουμένου 127. 25. ἐσέπλευσε. ἐσέπεσε. 133. 26. Κασωνίαν. Καισωνίαν. 13[8]. 2. τοῖς ἐν τῷ τότε. τῆς ἐν τῷ τότε παρόντι ἀφθονίας. 138. [.] τοῖς. τῆς. 138. 9. κατασκευάσαι. παρασκευάσαι. 138. 22. κατακοπτ. κατακαλυπτομένους. 139. 2. Σιλουανοῦ. Σιλανοῦ. 139. 26. ἔνστασιν. ἐν πᾶσιν. 141. 10. γένοιτο. γένηται. 142. 1[.] φύλλον. φῦλον. 144. 26. χλαμύδι χρ. χλαμύδι διαχρυσ[ῳ] ἐκόσμητο. 146. 25. ἀθανατοῦσιν. ἀποθανατίσαι. 166. 27. μνημονεύμενοι. μνημονευόμενοι. 185. 22. Ὀρέστης θανῶν &c. Apud Suetonium ſic legitur, Θανῶν μ' ἀνώγει σύγγαμος, μήτηρ, πατήρ. 23[.] 4. τοῖς τόποις, in margine ſcriptum fuit τοῖς τύποις. 231. 1[.] προστάχθ. προταχθέντων. 243. 4. Παρθενικαὶ Interpres Παρθικα[ὶ]. 249. 27.* Quæ ſequuntur ab hoc aſteriſco usque ad eum qui eſt 251, 24. pertinent ad Marcum Antoninum, ut doctiſſime annotavit Interpres. tamen ſecuti ſumus exemplar Græcum. 250. 1[.] ὑπέρ τι φαν. ὑπερφανοῦντα. ὑπερηφανοῦντα. 252. 3. Πανελλήνιον. Πανέλλην. 272. 21. Πάτερνον, Apud Herodianum in Commodo ſemper reperio Μάτερνον. 286. 32. διέθορυβ. διεθορύβησαν. 333. 13. τῆς * Forte deeſt ἐλευθερίας, aut quid ſimile. 333. 29. βίᾳ. μίαν videtur legiſſe Interpres.

AD NOBILEM ET PRÆSTANTISSIMUM VIRUM JOANNEM HENRICUM HERWARTUM, PATRICIUM AUGUSTANUM, GUILIELMI XYLANDRI AUGUSTANI PRÆFATIO IN DIONEM A SE CONVERSUM.

Qui lucubrationes ſuas magnis & præſtantibus viris offerunt, HERWARTE, vir ornatiſſime, in earum nuncupatione duo fere ſibi propoſita habent, in quibus elaborent, unum, ut ſui in dedicando Opere ſtudii officiique rationem exponant: alterum, ut ejusdem Operis dignitatem utilitatemque commendent. Eſt ubi tertium quoque accedat, cum lector ad intelligendum aut dextre cognoſcendum id ſcriptum inſtruitur. Quibus omnibus et[...]

etſi intelligam me potuiſſe, quantum ad te attinet, ſuperſedere: quippe cum & conſtent tibi cauſæ, quibus impulſus Dionem noſtrum tuo nomini inſcribam: & de ſcriptoris ejus præſtantia jampridem præclare judicaveris, ſiſque in hiſtoriæ omni genere ſumma cum induſtria fructuque verſatus: multæ tamen, graveſque me rationes movent, ut de ſingulis nonnihil diſſeram. Quarum (neque enim omnes, ſed præcipuas modo adducendas putavi) hæc potiſſima eſt, quod Reipub. literariæ intereſſe haud parum exiſtimo, ne ea omittam quæ commodo ejus (niſi fallor) a me dici hoc loco poſſunt. Proxima, quod partium id mearum eſſe, officiumque mihi hoc neceſſario incumbere perſpiciam. Equidem tantum ponderis habere eas rationes arbitror, tantumque tuæ bonitati humanitatique tribuo, ut non dubitem, te benignas aures mihi, quanquam de bene notis tibi perceptiſque rebus verba facienti, accommodaturum: idque eo libentius, quo longius ab aſſentatione & vanitate, mea omnis aberit oratio. Neque vero video, quorſum attineat multis hic commemorare, quam magnifice ſemper ac optime de honeſtis literis boniſque autoribus exiſtimaveris, quantum in iis colendis evolvendiſque ſtudii operæque poſueris, quam benignum te literaturæ ſtudioſorum fautorem exhibueris: quando hæc quidem a te nequaquam *gloriolæ* alicujus conſectandæ, laudiſve parandæ cupiditate, ſed honeſtiſſimo pulcerrimoque, & quod vere tantis hominibus dignum ſit inſtituto, præſtita, multi docti ingenuique homines & ſciunt, & fatebuntur: atque hac ipſa noſtri hujus Dionis editione teſtatum ſatis ſuperque eſſe poterit. Non me fallit, eſſe quosdam ita acerbo, ita iniquo adverſus omnem virtutem animo, ut moderatiſſimas etiam quasvis egregiorum factorum laudes calumnientur, adulationiſque inſimulent: ſed non debet eorum improbitas apud nos pietati noſtræ, officioque grati animi prævalere. Dicam itaque quod ſentio, imo potius quod omnes boni probabunt. Eorum qui in profliganda barbarie laborant, aut verius in curando, ne pridem ejecta, poſtliminio (id enim minatur, habetque ſibi multos, *qui plurimum poſſint, ſuccenturiatos*) redeat, duo genera eſſe animadverto, unum eruditorum ac laborioſorum hominum, qui docendo ſcribendoque honeſtas artes & liberalia ſtudia defendant, ac fines Reipub. literariæ proferant: alterum nobilium, magnorum, ac virtute præditorum virorum, qui literas bonas & earum cultores excitent, protegant, foveant, augeant. Utrihorum melius de genere humano (quod ſine ſtudio ſapientiæ quid eſt obſecro?) mereantur, dictu non facile eſt, habetque nonnihil *controverſiæ*. *Illud in promptu eſt*, neutrum ſine altero valere, ac proinde juxta gratiam utriſque habendam. Et tamen viri in aliquo fortunæ faſtigio, in aliqua potentia aut rerum arduarum adminiſtratione collocati, gravibus plerumque curis diſtinentur, magnis occupationibus involvuntur, ut venia quandoque non indigni videantur, ſi ea negligunt, quæ vulgo jam deſpectui habentur: adde, *gloriæ* quoque & memoriæ nomini ſuo conciliandæ alias neſcio *quam* conſentaneas rationes fere in uſu nunc eſſe. Quo magis (*ut mea fert ſententia*) eorum in doctrinam & doctos beneficia ac ſtudia admirationem, imitationem, laudem denique & prædicationem merentur, quam meæ conditionis hominum, quorum honeſtos conatus in hoc genere, anguſtia vitæ ſuſtentandæ, & paupertas quaſi inſtigat. Tu itaque, Patrone optime, cum me in familia tua aliquamdiu commode & liberaliter habitum, autoritate, hortatu, officiis inſuper & beneficiis eo adduxeris, ut optimum Rom. hiſtoriæ conditorem Dionem Caſſium de Græco latinum facerem: quantam ea re ab omnibus non hiſtoriarum modo, ſed totius philoſophiæ ſtudioſis gratiam inieris, ex his quæ breviter attuli, omnes intelligent, & ſe plurimum tibi debere grato animo agnoſcent. Quid poſſit prodeſſe Reipublicæ literariæ noſtra hæc Dionis editio, mox oſtendam: nunc id addam, quod rem cauſamque continet. Si qui gloriæ decoriſque ſibi parandi cauſa, ac quo nomen ſuum immortalitati adſererent, liberalia ſtudia ſibi fovenda ac ornanda ducant: equidem eos non improbaverim, & quidem laudandos exiſtimem, quod & poſteritatis judicia ad ſe pertinere intelligant, & ea re famam quærant, quæ ſola omnium vere temporis omnem injuriam ita effugit, ut ab eo vires etiam incrementaque accipiat. Enimvero, qui nullo alio niſi honeſtatis ipſius ductu, id quod ſcio tibi conſilium fuiſſe, idem agunt: majori adhuc laude eos dignos eſſe perſpicuum eſt. Nam quod eſt apud Ariſtotelem, voluptatem non finem, ſed omnino tamen comitem eſſe perpetuam honeſtarum actionum: idem hac in re de gloria dici appoſitiſſime poteſt: non tam gloriæ cauſa bonas literas magnis viris defendendas provehendasque, quam ſciendum, non poſſe eos gloriam, etiam ſi vel maxime velint, effugere. Sed hæc ſatis apud te: in hoc tantum mihi diſputata, ut ſi qui hæc legent præſtantes viri, quibus facultas eſt tutandi philoſophica ſtudia, & miſerorum, non tamen ineptorum, pulcros conatus promovendi, cogitent, non defuturam gratitudinem: id quod tu quidem hactenus in me præſtitiſti, & fore eundem in me tuum deinceps quoque animum ſpero.

Venio nunc ad Dionem, de quo ſi paulo fuſius loquar, & convenienter meo muneri, & neque tibi, neque lectoribus aliis ingratam rem facturum me cenſeo. Primum Suidæ de eo verba ponam, latine quidem: Dio (inquit) Caſſius, cognomento Coccejus, aut, ut aliis placet, Coccejanus, patria Nicæus, profeſſione hiſtoricus, vixit tempore Alexandri, qui fuit filius Mamææ. Romanam hiſtoriam libris LXXX. compoſuit, qui in Decades ſunt diviſi. Præterea hiſtoriam Perſicam & Geticam, item Itineraria, res geſtas Trajani, vitam Arriani philoſophi. Hæc Suidas. Quod ad nomina attinet, Dionem Caſſium Nicæum vocavit Merula, cum verteret de Xiphilino Nervam, Trajanum & Adrianum, Dionique tamen inſcriberet, haud ſcio ſane quo uſus exemplari. Iſacius Tzetzes in Lycophronem, Dionem cognomine Coccejani allegat. Cæterum Nicæa, Dionis patria, Bithyniæ urbs eſt clariſſima: & ipſe Dio Bithynum ſe fuiſſe non diſſimulat in vita Adriani Imp. Nicæam vero patriam ſuam in Severo aperte nominat, itemque in Alexandro. Is porro Alexander Mamææ filius, imperium Rom. occepit anno ab U.C. 975. ut Chronologorum ferunt rationes. De opere hiſtorico (reliqua enim ejus non attigerunt noſtrum ſæculum) dicam poſt: nunc ſi quid apud ipſum Dionem, aut ejus abbreviatorem Jo. Xiphilinum reperio, quod ad vitam autoris explicandam faciat, adducam. Qua in re non minorem autoritatem habere Xiphilini teſtimonium debet, quam ipſius autoris: cum conſtet, ipſis plane verbis, ut erant a Dione ſcripta, Xiphilinum ejus Epitomen ſcripſiſſe, reſecatis iis quæ prolixius tractata, aut minus neceſſaria judicaret. Unde fit, ut cum in ea Epitoma autor de ſe loquitur, de Dione accipiendum id ſit, non Xiphilino, niſi cum hoc expreſſe addidit. Apronianus Dionis pater fuit, vir conſularis, quem & Conſulem fuiſſe ſub Commodi imperio, annalium indices teſtantur: & Ciliciæ eundem præfuiſſe, ex verbis Xiphilini, in Adriani & Commodi vitis liquet. Ipſe Dio patre non inferior manſit, ſiquidem bis Conſul fuit: quod ipſe de ſe teſtatur in vita Alexandri, filii Mamææ, cum ſe iterum Cos. cum eo ſcribit fuiſſe: ſicut & præturæ ſuæ in Didio Juliano mentionem facit, idemque præfuiſſe ſe provinciis Africæ, Dalmatiæ, Pannoniæque ſuperiori, libro XLIX. teſtatum fecit, & in Alexandri vita. Quamobrem dubium eſſe non poteſt, quin tantus vir, & tantopere in republica domi foriſque verſatus, idque non brevi tempore, ſummam & cognitionem hiſtoriæ Rom. habuerit, & delectum ac judicium, inque commentando prudentiam. Ut autem conderet hiſtoriam Romanam, qua ratione impulſus fuerit, ejus propriis verbis de vita Commodi huc aſſumptis patefaciam. Edideram (inquit Dio) librum de inſomniis & prodigiis, quorum cauſa Severus Imperium ſibi ſperabat: quem is a me ſibi miſſum cum legiſſet, prolixe mihi

&

& amice reſcripſit. His ego literis ſub veſperam acceptis, cum inde me quieti dediſſem, Dea quædam in ſomnis juſſit, ut hiſtoriam ſcriberem: qua hortatione adductus, ea quæ nunc tractantur (loquitur de vita Commodi) compoſui. Hæc cum aliis, tum ipſi Severo ubi perplacuerant, ibi tum reliquas etiam Romanorum res ut conſcriberem, in animum induxi: neque hanc ſolam partem ſeorſim relinquerem, ſed in præſens opus includerem: quo videlicet uno Opere deſcriptam ab initio usque ad id tempus, quod Fortuna deſtinaverit nobis, univerſam hiſtoriam Romanam poſteritati transmitterem. Atque iſtam ego divam, quæ me ad hanc commentationem timide & trepide accedentem confirmavit, defatigatumque & jam animum deſpondentem refocillavit per inſomnia, ſpemque mihi bonam fecit fore, ut venturum tempus meam hiſtoriam ſuperſtitem pateretur, neque obſcuraret: vitæ meæ procuratricem mihi datam exiſtimo, ideoque eam colo. Proinde omnes Romanorum res geſtas ab Urbe condita usque ad exitum Severi, decennio toto collegi, aliosque duodecim annos dum ea ſtylo perſequerer, conſumpſi: reliqua ita uti ſucceſſerint, conſcribentur. Hactenus Dionis verba e Xiphilino: a me translata eo libentius, quod alios eorum ſenſum non aſſecutos animadverteram. *Aliud* quoque inſomnium, quo ad ſcribendum *incitatus* ſit, in fine Caracalli ponitur. Neque mihi animus eſt nunc de ſomniis, & eorum vi: neque de geniis, quos illi homines putaverunt, diſputare: & tamen veriſimile eſt, magno & præſtanti ingenio ac doctrina præditos viros, agitatione mentis, minus tumultibus aliarum cogitationum ſenſuumque perturbatæ, nonnunquam ad aliquam certam rem impelli, quæ illis dæmonia fuerint. Scitumque eſt illud Aeſchyli, quod exprimam, ſi poſſum, latine:

Mens dormiens acutius multo videt,
Eadem futuri improvida eſt interdiu.

Idem Dio teſtatur, omnia ſe ea, quæ a Commodi imperii initio usque ad finem ſui Operis ſcripſerit, non ab aliis accepta, ſed ſibi ipſi, cum intereſſet omnibus, cognita, memoriæ mandaſſe. Sub Alexandro, cum eſſet ipſe Cos. II. in Bithyniam reverſus eſt, ut ſecurus tumultuum in ocio apud patriam vitæ reliquum exigeret, morbo inſuper eum ſtimulante, ut ſcribendi finem faceret: quod videre eſt in Alexandri vita. Alias cum in Italia eſſet, Capuæ præſertim vixit, ocii itidem cauſa, quo commodius ſcribere poſſet: teſtis ipſe in Severo. Sed de vita Dionis hæc ſufficiant. Dicamus de Opere, quod ſane laudare ac commendare, ſicuti meretur, neque poſſim, neque velim: quia lectori ipſum ſeſe ſatis probabit. Dicendum tamen eſt nonnihil. Scripſit Dio Rom. hiſtoriæ libros, ut teſtatur Suidas, octoginta, ſeu octo Decades. Inchoaſſe eum id negotium ab origine Urbis, ex jam ante dictis liquet. Neque ab re fuerit, adducere verba, quæ in præfatiuncula græca Appiani Alexandri operibus præfixa, neſcio cujus autoris, extant, & in impreſſo codice, & in manuſcripto ampliſſimæ reipublicæ Auguſtanæ, hoc ſenſu: Multi ſunt alii quoque, qui res Romanas litteris tradiderint, inter quos eſt etiam Dio. Hic antiquiora paucis perſtringens, poſteriora, eaque præcipue, quæ acta ſunt, poſtquam ad Cæſares monarchia devenit, usque ad Alexandrum Mamææ filium (ibi enim hiſtoriam ſuam clauſit) fuſius enarravit. Et paulo poſt ait, antiquitatis Romanæ notitiam a Dionyſio Halycarnaſſeo petendam, Cæſarum acta a Dione noſtro, ſingularum provinciarum res ab Appiano. Atqui ad nos ne tertia quidem Operis pars integra pervenit: priores enim volumine XXXVI. libros omnes deſideramus, (niſi quod exiguum libri XXXV. fragmentum habemus) & poſteriores item LX. omnes: hoc eſt, XXV. tantum libros nacti ſumus: (& eos quidem miſerrime corruptos, quatuor ultimos ita decurtatos & interpolatos, ut in editione Pariſienſi pro duobus proponantur: qua de re in Annotationibus noſtris ad librum LVII. veritatem demonſtravimus) in quibus hiſtoria continetur ab anno U. C. 686. & bello Cretico, usque ad mortem Claudii Cæſaris, annum U. C. (quod nos ſuo loco oſtendimus) 806. nempe annorum ſeries CXXI. Porro Joannes Xiphilinus, de cujus in Dionem epitoma ſupra memoravimus, cum vixerit annos circiter 500. (ſiquidem ipſe in Auguſto teſtis eſt, ſe ſub Michaële filio Conſtantini Ducæ, Imperatore Conſtantinopolitano ſcripſiſſe) tamen ne ipſe quidem libros Dionis XXXIV. primos habuit. Initium enim ſumit a Conſulatu Q. Hortenſii, qui competit in annum Romæ 685. ut videatur librum Dionis XXXV. aut totum, aut majorem quam nos ejus partem habuiſſe. Reliquos exinde libros omnes, usque ad finem Operis, eum habuiſſe conſtat, niſi quod vitam Antonini Pii intercidiſſe queritur. His rationibus adducor, ut vitas Imperatorum, qui poſt Claudium rerum ſunt potiti, a Dione ſcriptas, aut latitare adhuc alicubi credam, & ab invidis ſupprimi: quæ eadem multos etiam alios optimos autores captivitas premit, aut certe non ita dudum periiſſe. Primos vero illos XXXIV. libros jam dudum negligi cœpiſſe, atque inde intercidiſſe exiſtimo, quod ſuperiorum temporum acta Dionyſius Halycarnaſſeus & Appianus Alexandrinus copioſius & ſatis ſplendide tradidiſſent. Idque eo magis mihi probatur, [illegible] idem Appiano eveniſſe: nam cujus ea quam c[illegible] præfatiuncula eſt, qui Appiani libros, quos habemus, [illegible] unum corpus compegit: is aperte ait, Italicum [illegible] omiſſum librum Appiani, quod Dionyſius o[illegible] prolixius expoſuerit: Italicique nomine conj[illegible] eum intelligere hos libros omnes Appiani, de Regibus, Italicum & Samniticum, quos ſcriptos ab eo cum aliis non extantibus quibusdam in manuſcripta alia præfatiuncula inveni. Equidem ferunt vulgo impreſſos in Italia Dionis libros XXXVIII. eosque Latinos. & cum Auguſta Baſileam proficiſcens, Tigurum diverti[ſſ]em, doctiſſimorum hominum videndorum gratia, Lælius Socinus, Italus natione, homo apprime doctus & honeſtus, ea de re candidē & amice ibi me admonuit. Verum neque ego habere unquam certi quicquam potui, quod eorum librorum initium, qui finis, a quo editi aut converſi eſſent. & demiror non *viſos ab iis* unquam in Germania, quos multos & doctos diligentesque de hoc percontatus ſum: fierique omnino poteſt, ut Xiphilini aliquid ſit, non Dionis: quando Merula quoque (uti retuli) Xiphilini Nervam, Trajanum, Adrianum, & conflagrationem Veſuvii montis, de vita Titi ſumptam, Dioni inſcripſit. Ego ſane opto vel maxime extare tot, quot illi perhibent, libros Dionis, ſi omnino plures non ſuperſunt: neque deſpero, quin noſtrum ſtudium alios ad hunc ſcriptorem eruendum, aut certe ulterius propagandum, ſit excitaturum. Nam (ut jam de his qui in meas manus pervenerunt libris, editi a Roberto Stephano, viro de literis optime merito, Pariſiis anno 1548. potius dicam, quam fruſtra communem jacturam, quam in eo autore fecimus, deplorem) cur id omnes eruditi conari debeant, ita videor poſſe afferre multas cauſas, ut magnopere mirer, tam diu id omiſſum, intermiſſumve ab aliis fuiſſe. Nihil hic de laudibus hiſtoriæ dicam, quas & multi docti paſſim ſcriptis ſuis celebraverunt: & res ipſa clamat, non eſſe ullum genus literarum humanæ vitæ utilius ac commodius. Romanæ hiſtoriæ quæ ſupra alias dignitatis eminentia, quam ea & mole rerum ac varietate, & illuſtribus omnis generis virtutum vitiorumque exemplis locuples ſit, conſulto dicere prætereo. Quæ tamen duo tanta ſunt, ut ſi recte gratias habemus illis immortales, qui alios hiſtoricos in lucem ediderunt, interpretati ſunt, emendaverunt, illuſtrarunt, certe non erat Dioni noſtro cur eandem operam denegandam quiſpiam judicaret. Certatim & ſuperioribus & hoc ipſo noſtro feliciſſimo tempore, a multis eruditione induſtriaque inſignibus viris in antiquitatis notitia & tota hiſtoria Romani imperii eruenda, in lucem proferenda, explicandaque laboratum eſt, non ſine honeſtiſſimo cujusque mortalium ſummo applauſu: eorum nullus fere eſt, qui non Dionis hujus auxilio ſe uſum fuiſſe fateatur. Sunt enim in hoc autore multa diligentius indicata, explicataque

cataque de legibus & inſtitutis Romanorum, quæ antiquiores illi ſcriptores aut ſilentio, tanquam nota ſuis hominibus, transmiſerunt, aut attigerunt obiter: quæ tamen non intellecta, multum tenebrarum lectori claſſicorum autorum offundant: cognita, mirum in modum expediant. Hujus generis ſunt (ut de plurimis pauca referam) cum de centuriatorum comitiorum ratione, utque ea ſolvant, de modo recuperandi ſenatoriam dignationem, de adoptandi jure, & magiſtratuum ſingulorum functionibus, de Senatusconſulti & autoritatis diſcrimine, docet: cum leges multas multorum recenſet, cum legionum P. R. numerum concipit, cum provinciarum adminiſtrationem diligenter & ſingillatim explicat: cum eam quæ magna adhuc inter doctos de ratione annorum eſt controverſia, commodiſſime, aperte quidem, & ut fidem mereatur certe, componit: & permulta alia, de quibus nonnunquam monuimus ſuis in locis. Jam quod ſpectat ad hiſtoriam ipſam per ſe, quam tractat, manifeſtum eſt, eam quæ ſparſim, diverſis locis, apud diverſos autores, nullo continuo ordine, interrupta, imperfecta, obſcure tradita erant, ſumma perſpicuitate & brevitate, optimaque fide a Dione eſſe compoſitam, & illuſtratam: ut non modo res geſtæ, ſed (quod eſt potiſſimum, & cognitu præcipue dignum) earum cauſæ, progreſſus, fines, eventusque ob oculos ſint poſiti. Præterea poſſem ſexcenta proferre loca, de Cicerone, Salluſtio, Cæſare, Liviana Epitome, Floro, Paterculo, Cornelio Tacito, Suetonio, ac de Græcis etiam, Plutarcho, & Appiano, quæ vel obſcura explicari, vel depravata reſtitui, unius Dionis noſtri auxilio poſſint: ſed neque id in præſentia fortaſſis conveniens ſit, & ſpecimen aliquod in annotationibus tamen noſtris exhibuimus. At bellum contra Antonium Cæſaris Octaviani, pugnam Actiacam, ac denique totum Auguſti principatum, cladem Varianam, & multa alia quam exquiſite noſter, & diligenter? in quibus reliqui nos quaſi deſtituerant. Equidem quæ ab aliis, Latinis præſertim deſumpſit, ob ea potiſſimum terendus eſt manibus ſtudioſorum: non in hoc tantum, quod quaſi Epitomen eorum, quæ illi fuſius tractasſent, ſcripſit, eaque collatio autorum inter ſe mirifice prodeſt ad rei veritatem percipiendam, memoriæque infigendam: ſed quod ita & Græca quomodo Latine ſint exprimenda, diſci poteſt: & rurſum ipſa Latina, quæ obſcuritatis aliquid habent, lucem accipiunt: atque hanc quidem eſſe optimam ac tutiſſimam, addo etiam facillimam & jucundiſſimam diſcendi utriusque ſermonis viam, ſatis conſtat. Genus dicendi Dio tenuit certe non incultum, (ſi quid ego judico) nec inelegans, ſed quale omnino ejus temporis ſcriptoribus in uſu fuit, ſatis quidem aptum materiæ quam tractabat. Sententiis gravibus, iisque apte & in loco poſitis, ac quæ ſcopum ejus quod narratur oſtenderent, pulcre exornavit hiſtoriam. In orationibus quoque id mihi videtur obſervaſſe, ut & eorum qui dicerent mores affectusque egregie repræſentaret, & eas prudentibus & ad vitam inſtituendam accommodatis apophthegmatis condiret: profecto quædam ex iis orationibus meruerunt apud doctos tantum, ut ſeorſim quoque jam ante in latinum ſermonem traductæ ederentur. Sed de Dione quoque abunde verborum. Nam etſi haud ſum neſcius, ſugillari eum a quibusdam, ut dum Xiphilinus prodigiorum tam curioſam enumerationem invadit, & quandam de Arnuphi Mago in M. Antonino narrationem, alii ob Ciceronem ſuum ab eo levitatis, & in ferendis adverſis rebus imbecillitatis, notatum inceſſunt: tamen defenſionis noſtræ cum nihil opus habeat, inanem operam ſumendam mihi non duxi: quippe & Xiphilino quod poſſit reſponderi, omnes æqui in promptu habent: & Cicero quis fuerit, ex ejus ipſius ſcriptis, ſi alia teſtimonia deſint, nemini eſſe obſcurum poteſt. Proinde conſequens eſt, ut de meo quoque, quem in hanc Dionis editionem contuli, labore nonnihil dicam. Neque exiſtimo mihi hoc loco multis verbis veniam petendam vel audaciæ meæ, quod juvenis etiamnum, ingenio mediocri, eruditione perexigua, rerum uſu minimo inſtructus, neque ante in hujusmodi negotio verſatus, in hanc arenam deſcenderim: vel, ſi quid in vertendo hallucinatus fuerim, erroris: cum certus ſim, apud omnes æquos & modeſtos homines laudem me potius & gratiam, quam vituperium & odium inventurum: iniqui autem nihil moror quin morem ſuum ſervent, quos ſcio nulla oratione, nullis precibus demulceri flective poſſe. Ego cum ab ineunte ætate bonas literas flagranti amore eſſem perſecutus, earum cauſa adverſiſſima & acerbiſſima quæque perpeſſus, ſemper plurimum ſolatii ac recreationis ab his ſtudiis cum percepiſſem, profeciſſemque, ut pro mearum rerum conditione, nonnihil: equidem putavi primo quoque tempore deberi a me aliquos Reipublicæ literariæ fructus. Quod ad meum propoſitum cum tua, Patrone optime, autoritas acceſſiſſet, tuque honorificum id de me judicium feciſſes, poſſe te uti mea opera in gratificando hiſtoriæ Romanæ ſtudioſis, edendoque latine Dione: nolui mehercle neque tuæ neque meæ voluntati deeſſe. Eoque libentius hoc in humeros meos onus ſuſcepi, quod cum viderem (nihil enim aliud cognovi) tam utilem ac jucundum autorem, toto jam ex quo editus eſt Pariſiis octennio, negligi & præteriri ab aliis, poſſe nonnihil etiam exiſtimationis ac nominis eo me labore mihi parare cenſebam: nec id ambitione ductus, a qua abſum longiſſime: ſed quod rerum, ſeu verius miſeriarum mearum rationes id maxime requirunt. Tranſtuli igitur, dum tecum eſſem, Dionis hoc opus, ſive reliquias potius, quanta potuit a me fieri fide, diligentiaque maxima. Quæ mea interpretatio, ſi cui aliquando non ſatisfaciet, (ut neque ipſe mihi ubique ſatisfeci) is cum animo ſuo reputet, in tam difficili negotio, quam proclive fuerit mihi vel errare, vel hallucinari. Omitto ingenii imbecillitatem, ætatis imprudentiam, exercitationis defectum, temporis quoque (nam totus hic labor nobis, quod noſti, intra ſeptimum menſem deſudatus eſt, utcunque aliunde etiam impeditis) anguſtiam: ex bonis Græcis bonos Latinos libros facere, quantæ ſit difficultatis, ſciunt qui ſunt experti. Nam etſi quis ſenſum autoris, quem ſibi interpretandum ſumpſit, optime animo conceperit: tamen eum bene, latine, apte, diſerteque efferre, non eſt nullius artis. Curavi quidem, quantum in me eſſe potuit, ut latine Dionem & commode tranſcriberem: ſed ut maxime ſtylo quis in ſuis cogitationibus exprimendis valeat, (id quod mihi non arrogo) tamen perſequi alterius, & ejus Græco ſermone loquentis, veſtigia: hoc vero eſt quod rem facit difficiliorem, præſertim inexercitatis. Verum acceſſit ad hæc omnia longe majus incommodum: quod unico exemplari Pariſienſi, eoque (quod ingenue fatetur Robertus Stephanus, qui id excudit) infinitis locis depravato, mutiloque, uti coactus ſum. Nam ſi aliud quodcunque conferre licuiſſet, non dubito, quin in quibusdam locis commodius me extricaſſem: adeo nullus eſt ita malus liber, qui non aliqua parte juvet. Doctiſſimus vir Nicol. Leonicenus Italice jampridem edidit Dionem, vidi etiam Gallice redditum: ſed mihi cum harum linguarum cognitionem fortuna mea negaverit, neſcio an potuiſſem alias, certe adjuvari inde nihil potui. Feci tamen quod potui, conſectatus ſum omnia quam diligentiſſime, contuli multa multorum autorum loca. Quid effecerim, annotationes a nobis additæ teſtabuntur, in quibus modeſte & ingenue infinita loca emendo, multa explico: demonſtrat etiam græcum Dionis exemplum, quod ſimul editur, plurimo quam ante correctius. Roberti Stephani hac eadem in re conatum vehementer laudo: verum meam induſtriam, qua multo plura ac graviora correxi, ſcio omnibus probatam fore. Omnino hoc poſſum affirmare, optime eſſe me de Dione meritum: cujus ſplendorem orationis, ſi (quod fateor) non æquavi, tamen fidem diligentiamque noſtram nemo bonus improbabit: præſertim ſi intellexerit, mea hac opera tuæ laudatiſſimæ voluntati ſatisfactum, ſtudiumque mei fovendi & ornandi tuum inde auctum eſſe. Quod ut faceres, etiam atque

etiam te orarem, niſi perſpectum haberem animum in me tuum: ſciremque eam eſſe tuam humanitatem, ut certo me mihi hoc de te promittere, non petendo demum in dubium vocare velis. Accipe itaque, Patrone humaniſſime, Dionem tuum (vere enim tuus eſt, quem & ego tibi debeo, & omnes ſtudioſi bonarum literarum acceptum tibi referent) ſolita bonitate, & ſereno vultu: eumque inter Latinos jam nunc etiam hiſtoricos, quod diu expectabas, repone: quem ubi leges, videborque tibi aliquid præſtitiſſe, quod tui nominis patrocinio dignum ſit, pro certo habe, me hunc præcipuum vigiliarum fructum puraturum. Moram hujus editionis, quia ad ſuperiores nundinas commode in lucem exire non potuit, non pœnitendo auctario compenſaſſe videor. Addidi enim Joannis Xiphilini compendium: quod jam ante cum eſſet Latine factum, & me graves neceſſariæque occupationes, ne de novo converterem, prohiberent, emendavi tamen diligenter, & Græcum, qui ſimul etiam editur, codicem, & ipſam interpretationem, ſicubi (ut erat innumeris in locis) opus fuit. Non voluiſſe me in alieno opere ingenioſum eſſe, fatebuntur omnes, qui vere judicare poſſunt, ac volunt: ſuperſediſſem enim hac moleſtia, niſi vidiſſem eſſe mearum, ut hoc agerem, partium. Caſtigavi multa, locupleravi annotationes, rationem emendationis Xiphilinianæ breviter indicavi: indicem copioſiſſimum, & in quo deſiderari poſſit nihil, congeſſi. Multa errata, ſi non potui (& poſſe quenquam vix credo omnia) inter relegendum ſuſtuli atque cavi: ipſeque ſingulas paginas, antequam prælo ſubjicerentur, inſpexi & emendavi: omnia ingentibus & temporis & laborum ac moleſtiarum impendiis mihi conſtiterunt. Quicquid eſt, id omne laudatiſſimo tuo nomini, JOANNES HENRICE HERWARTE, vir præſtantiſſime, offero, dedico, conſecroque: & precor, ut id meo nomine ita gratum, acceptumque habeas, quemadmodum tuo potiſſimum, ac meo etiam nonnihil nomine, hanc meam lucubrationem omnibus candidis lectoribus placituram confido. Vale. Baſileæ, Calendis Novemb. Anno a partu Virginis MDLVII.

GUILIELMI XYLANDRI AUGUSTANI IN DIONEM SUUM ELEGIA.

Forte tibi nimium calidus juvenilibus annis,
Et ſtimulis actus præpetis ingenii,
Subductiſque parum videar rationibus audax,
Tantum onus hoc humeris impoſuiſſe meis:
Quiſquis ades nobis ſincero pectore Lector,
(Nam te nil ſane livida turba moror,)
Ne me non dicta damnaveris optime cauſa:
Forſitan, hæc poſtquam legeris, æquus eris.
Non me quærendi ſtimulavit nominis ardor,
Scribere nec juſſit me levis ambitio.
Scilicet, ut quinto curarem talia luſtro?
Cum noſtra famae conditione nihil.
Ceperat a decimo jam me bis ſeptimus annus,
De vitae ſubiit cum mihi cura ſtatu.
Quid facerem? totum digna atque indigna per aevum
Pertuleram, Muſas dum ſequor uſque bonas.
Unica ſpes animum, & jam delibata voluptas,
Firmavit nobis hactenus ancipitem.
Firmat adhuc eadem: neque enim finiſſe labores,
Haerere in mediis ſentio meque malis.
Adverſi infelix comes imprudentia fati,
Eheu quot nobis triſtia damna dedit.
Certe equidem nimium velocem ſenſimus Atem,
Sed nimium tardas conqueror eſſe Litas.
In caput hoc ſaeva Fors debacchata procella,
Irae vel tandem pone proterva modum.
Si nihil, at ſaltem mea te patientia flectat,
Non ſtudia haec ullis artibus excuties:
Non, ſi me maneat majorum turba malorum:
Sola poteſt auſus mors abolere meos.
Quo feror, abductus rapidiſque affectibus erro?
Ipſe cicatrices quid refricove meas?
Vivendum fuit, & ſtudia inter honeſta beatae
Encyclopaediae vita ferenda fuit.
Hanc ego conſector, nec acerba & dura recuſo
Quaelibet, hanc propter triſtia quaeque tuli.
Ut vivam, ſortem quoniam hanc mihi fata dederunt,
Fortunae reparo damna labore meae.
Non idem eſt animus, non illa audacia nobis,
Quae quondam ſeptem meſſibus ante fuit.
Tum mihi nobilium praeclara exempla virorum,
Doctrina aeternum qui meruere decus,
Spectanti, & calido repetenti plurima corde,
Æmulus ornandi nominis ardor erat.
Qualia Miltiadis virtute parata trophæa
Cecropio ſomnos eripuere duci:
Talia ferventem teneris juveniliter annis
Magnorum urebant me monumenta virum.
Hos inter quondam cupiebam poſſe referri,
Atque apicem [illegible] conſpicuum:
Ut patriæ decori, chariſque parentibus eſſem,
Et quos fida mihi junxit amicitia.
Hoc imprudenter, ſed & infeliciter auſum,
Succeſſus miſerum deſtituere boni.
Non accepta pigro refero mea damna veterno:
Nimirum melius conſcius ipſe mihi.
Non hebetis fecere moras incommoda mentis:
Non ita me modici pœnitet ingenii.
Te mala pauperies, pulcriſque graviſſima ceptis,
Conatu indignor plus potuiſſe meo.
Et te, quam ſenſi nunquam Fortuna ſecundam,
In me conſtantem conqueror eſſe nimis.
Reddita & erratis ſua ſunt incommoda noſtris:
Diffiteor culpam nec miſer ipſe meam.
Utcunque excidimus præclaris protinus auſis:
Jam quærant, quibus hoc fata dedere, decus.
Et mea cum Fortuna ſolo me afflixerit, atque
Abjectum cogat ſerpere præter humum:
Aſt aliquo prodiiſſe tenus tamen, & ferar imum,
Contentus propria ſorte, tenere locum.
Non ita me duri fregit violentia fati,
Ut rear hac pejus conditione nihil.
Ergo, divinis quantumvis æger inhærens
Artibus, & ſtudiis deditus ingenuis:
Ut tolerare queam victum, & ſuſtentare honeſte,
Non aſpernandi fruge laboris alor:
Quæ vero invidia eſt, his me nunc artibus uti,
Quas tam magna mihi diſcere cura fuit?
Quas propter tantos toleravi ſæpe labores,
Contentis totis viribus ingenii.
Quin etiam a nobis aliquos Reſpublica fructus
Sperat, & ipſa ſuo patria jure petit.
Non mihi nunc alios incumbit cura docendi:
Forſitan hoc aliquo tempore munus erit.
Tempus erit, ſpero, cum noſtræ ſcripta Minervæ
Cum fructu ſtudiis dedita turba leget.
Interea fidi vice nos interpretis uti,
Et tractare meæ res aliena jubent.
Nec mihi cauſa fuit noſtri reddenda negocii:
Nec monſtranda, patens omnibus, utilitas.
Jampridem terras innotuit illa per omnes,
Nec viſa eſt quicquam vocis egere meæ.
At grave, nec facile eſt, transſcribere Græca Latinis:
Et non nullius, nec levis artis opus.
Te ne oneri credis juvenem ſatis eſſe ferendo,
Quod magnis humeros preſſerat ante viris?

Parce

Parce precor: neque enim, *niſi* quæ ſint ardua nobis,
Et non a quovis perficienda, placent.
An ne aliquid vigili ſit inexuperabile cura?
An grave non vincat ſedulus omne labor?
Nec mea cum ſcriptis magnorum ſcripta virorum
Componi ſanus, lector amice, velim.
Quod fieri ſtudio, cura, aſſiduoque labore,
Sollicita fieri quod potuitque fide:
Temporis anguſti ſpacium quod pertulit, & quod
Hac fieri potui conditione mea:
Fecimus: huc animum quicunque adverteris æquum,
Jam venia vel te judice dignus ero.
Si (quod proclive eſt homini, mihi denique) quicquam
Converſum recte ſenſeris eſſe minus,
Ignoſce, ut cenſorque emenda candidus, oro:
Aut me ſincero pectore, quæſo, mone,
Conatumque humilis non aſpernare Xylandri:
Idem, ſi vivet, mox meliora dabit.
Quisquis eris, rerum mitis miſerere mearum,
Et quacunque potes me ratione juva:
Ac ſi nil aliud poſſis conferre, precare,
Adſpiret ſtudiis lenis ut aura meis.
I liber, atque ægri ſpes conſolare Xylandri,
Teque bonis, æquis judicibusque proba.
Te domini fortuna tui defendet ab atris:
Intactum his aliquid ſi tamen eſſe poteſt.

JOANNES OPORINUS GUILIELMO XYLANDRO SUO.

Hactenus optatus crebro, votisque petitus,
Exit Romanus nunc, GUILIELME, Dio:
Quæſitoque diu latitans interprete fruſtra,
Nunc opera loquitur verba Latina tua.
Acceptum nobis feret hoc Respublica donum,
Doctorumque favor publicus excipiet.
Ipſe quidem lætor: ſed adeſt juſtiſſima certe,
Cur magis hoc faciam, nomine, cauſa, tuo.
Non ad te nullo delata hæc gloria [illegible] eſt,
Non hæc fortuitis caſibus eveniunt.
Nec quamvis toties jam ſpe deluſus inani,
Herbam mordaci porrige triſticiæ.
Quis ſcit, an aerias tandem concuſſerit alas,
Te deſerturos ſuſtuleritque pedes:
Quæ te tam variis indigne caſibus actum,
Vexabat miris Fors inimica modis?
Forte Litæ, quas te cunctari ſæpe querentem
Audio, jam tardos corripuere gradus.
Nunc tua per totum virtus vulgabitur orbem,
Præſentemque tibi fama parabit opem.
Non deerunt qui te, tua pulcraque cepta juvare,
Auxilium ſtudiis ferre velintque tuis.
Scilicet incertæ multi ſpe frugis alantur?
Tu Maecenatis ſolus egenus eris?
Tu? qui jampridem de te ſpem viceris omnem,
Atque inter doctos jam numerere viros.
Tolle animum, neque ſic ſorti ſuccumbe priori:
Promitte haec paſſo jam meliora tibi.
Nec quia propoſitum fueris mutare coactus,
Te crede indignum conditione tua.
Ut ſtudiis iſta communibus utilis eſſes,
(Crede mihi) fecit te, ratione, DEUS.
Perge bonis Graecos libros efferre Latinis,
Et lucem ſcriptis addere perge bonis.
Hoc potes, & firmat te jam matura juventus:
Hoc tibi cum fama commoda certa feret.
Et qui prae manibus tibi nunc PLUTARCHUS habetur,
Forte ſui fructum nominis ille dabit.
Caetera curabunt, quibus eſt tutela bonorum
Cordi, qui doctos, ingenuosque fovent.
Certabuntque boni de te, GUILIELME, juvando,
Et dignum ponent in meliore ſtatu.

IN DIONIS HISTORIAM ROMANAM A SE CONVERSAM, ANNOTATIONES GUILIELMI XYLANDRI AUGUSTANI, QUIBUS PLURIMI LOCI DEPRAVATI EMENDANTUR, VEL OBSCURI EXPLANANTUR.

LECTORI CANDIDO S.

Queritur haud injuria ROBERTUS STEPHANUS, vir doctiſſimus, optimeque de literis meritus, exemplari ſe in edendo Dione uſum non ſatis caſtigato. Plurimi enim loci hujus (neque aliam ego vidi) editionis, mutili, depravatique ſunt: eorumque partem aliquam Robertus emendandam ſibi ſumpſit. Cujus etſi magni facio ſtudium, tamen intelligent omnes aequi, infinitas ac graviſſimas mendas ab eo praeteritas, quas nos, quantum ejus ingenio, diligentia, laboreque noſtro potuit fieri, ſuſtulimus, ejusque noſtrae emendationis rationem in gratiam imperitorum bona fide attulimus. Non ſum neſcius, ad tam arduum negotium, & judicium acutiſſimum & maturam aetatem, ſummam praeterea peritiam, multorum autorum notitiam, exemplaria etiam diverſa, & conſilii cum aliis communicationem, aliaque multa requiri: verum ego, etſi ab his omnibus eram hoc tempore imparatiſſimus, tamen cum ſemel aggreſſus eſſem Dionis interpretationem, mearumque partium eſſe intelligerem, ut in eo illuſtrando omni conatu elaborarem: feci ſane quod potui: quid potuerim, aequorum lectorum judicium eſto. Proinde ita a nobis accipi noſtrae hae annotationes debent, ut intelligatur, liberum per nos fore unicuique, plura vel meliora afferre: ita tamen nos exiſtimare, haud mediocrem gratiam ab omnibus humanioris literaturae amatoribus nobis deberi. Itaque ad rem.

Folio 1. FRAGMENTUM LIBRI XXXV.] *Priores in Dionis hiſtoria paginas, librum trigeſimumſextum praecedentes, eſſe fragmentum libri XXXV. dubium mihi nequaquam eſt: neque vero eſſe dubium apud quenquam debet. Cum enim quæ libro XXXVI. (quanquam hujus principium ad nos non pervenit) Dio ſcribit, acta ſint Conſulibus C. Calpurnio Piſone, M'. Acilio Glabrione, qui annus Romæ fuit DCLXXXVII. in hoc autem fragmento & eorundem pars exponatur, & prius quæ Q. Marcio Conſule geſta ſunt, qui ſane anno proxime priori, id eſt, U. C. DCLXXXVI. Conſulatum geſſit: ſatis jam ex ipſa ſerie temporis liquet, quo de libro fragmentum hoc ſuperſtes manſerit. Quod autem de Conſulibus dixi, id ex Dionis ipſius verbis dixi. Cæterum cum a Lucullo geſtas res in bello Mithridatico hic deſcripſerit Dio, qui Hiſtoriam integram deſiderant, ex Plutarchi Lucullo Appianique Mithridatico petant.* Et quia fortuna in utramque partem] καὶ ὅτι ἰσχυρᾷ τῇ τύχῃ. *Loquitur de Mithridate, cui Arſaces ſummam belli gerendi obtulit, quod eum adverſo eventu jam eruditum eſſe arbitraretur. ita habet Appianus.*

2. Subrogatus fuerat] ἀφιτρωθείς. *Ea vox Græca, puto, non eſt:* τρωθεὶς vulneratum *ſignificat. Fortaſſis inter* ἀφι *&* τρωθεὶς *aliqua verba & prioris reliquæ ſyllabæ interceſſerant, quæ nunc perierunt. Ego quum certi nihil de hoc haberem, ſententiam integram eſſe volui. Aſteriſcus eſt merito adjectus.*

3. Cum barbari viciſſe ſe] ἀθυμότερον, ἅτε ἐπικρατοῦντας *Puto ſcripſiſſe Dionem,* ῥαθυμότερον, ἅτε ἐπικρατοῦντες

κρατοῦντες. *Ita ſi legas, loci conſtabit, aſteriſcumque tolles. Porro hanc Niſibin,* Antiocheam Mygdoniæ *alio nomine vocant. Teſtis Plutarch. Lucullo, Plinius libro* 6. *cap.* 13. *Stephanus de urbibus* Antiocheam Meſopotamiæ *nominat. Et hujus* ἐν τῇ μυγδονίᾳ Antiocheæ *meminit quoque Polybius libro* 5. *Paulo poſt, pro* προσκατέῤῥηξαν, *lege* προκατέῤῥηξαν.

4. Itemque ſervorum qui in caſtris Romanorum] *Appianus contra, hos a Fabio libertate promiſſa ad pugnam evocatos, ſuis ſaluti fuiſſe tradit.* Pons abruptus] ἡ γέφυρα. *deeſt participium in Græco.*

5. Cæterum Comana] *Haud dubie ante hæc verba aliquid deeſt: neque enim cum reliquis ulla ratione cohærent, ideo notam appoſui.* M'. Acilio.] *hoc eſt,* Manio Acilio, *M. enim litera cum virgula adjecta, Manii prænomen antiqui ſignabant: ut docte Sigonius annotavit.*

6. Nam Valeriani milites] *De his omnino legendus in vita Luculli Plutarchus, Epitomæque Livianæ LXXXII, LXXXIII. & nonageſimaoctava.* Cum a Marcio] *In Græco erat* Μάρκου *pro* Μαρκίου *perperam ſcriptum. Facile id deprehendi ex eo quod additur, ipſum ante Acilium fuiſſe Conſulem: id enim ſupra Dio oſtenderat: & ſub finem fragmenti hujus* Μάρκιος *expreſſe dicitur. Sæpe in hoc autore, & aliis Græcis, incuria librariorum* Marcus *pro* Marcio, *aut contra, ſcribuntur, non ſine confuſione rerum, idemque in aliis etiam ſimilibus vocabulis accidit, ut ſuis locis monebimus. Enim vero Plutarchus quoque in Cicerone, Marcio ſororem Clodii matrimonio junctam fuiſſe, his verbis teſtatur:* πολλὴ δ' ἦν δόξα, καὶ ταῖς ἄλλαις δυσὶν ἀδελφαῖς πλησιάζειν τὸν Κλώδιον, ὧν Τερεντίαν μὲν Μάρκιος ὁ Ῥήξ, Κλωδίαν δὲ Μέτελλος ὁ Κέλερ εἶχεν.

IN LIBRVM DIONIS XXXVI. GVILIELMI XYLANDRI AVGVSTANI ANNOTATIONES.

8. *Hujus libri initium deeſt, belli nimirum Cretici, cujus aliqua pars tantum in Dione ſupereſt, hiſtoria. Quæ deſiderantur, ex Flori lib. 3. cap. 7. Plutarchi Pompejo, Epitomiſque Livianis nonageſimaoctava, & duabus ſequentibus peti poſſunt. Porro hic liber bellum contra Piratas, Mithridatem, Tigranemque & Albanos geſtum continet.* Neque Panarem, neque Laſthenem] λασθένη. *Ergo apud Florum non recte* Jaſthenem *legitur.*

10. Non magnam eius rei curam] φορτίδα αὐτῶν ἐποιήσαντο. Φροντίδα *eſt ſcribendum: quod & Robertus Stephanus vidit.*

12. Aut corpus meum ponderetis] μηδ' ὅτι τὸ σῶμα, καὶ τόσα γέγονα ἀριθμεῖσθε. *Locus eſt, eodem quoque teſte, depravatus. Ego ſententiam extuli, ac ſi ſcripſiſſet Dio:* μηδ' ὅτι τὸ σῶμα εὔρωστος, καὶ πόσα ἔτη γέγονα, ἀριθμεῖσθε. *Verum, quod initio teſtatus ſum, quia nullius codicis adminiculo juvamur, divinare poſſumus, affirmare quicquam non poſſumus.*

13. In rebus agendis damnum adfert] *Verborum ordo in græco eſt perturbatus, ſuntque ita collocanda:* τὸ μὲν γὰρ προπετὲς ἐν ταῖς ὑποσχέσεσιν, ὀξύτερον τοῦ καιροῦ γενόμενον, καὶ ἐν ταῖς πράξεσι πολλοὺς σφάλλει. *Paulo poſt:* οὐδ' εὐχαῖς τὸ πρᾶγμα τοῦτό ἐστιν. *malim* εὐχῆς.

15. Ad bellum contra Sert. dux nobis defuit] στρατηγοῦ ἠπορήσατε, ὅτι τὸν πρὸ τούτου χρόνον ἐν τοῖς αὐτοῖς: *ſcribendum* ἠπορήσατε, *&* ἐν *omittendum. Et inde,* ἵνα ἐν τοῖς περιπορφύροις, *&c. legendum,* οὐχ ἵνα ἐν τοῖς, *&c. neque tamen hæc interrogat, ſed ſubjicit ſibi ipſi reſpondens. Paulo inferius,* ἐφ' ὧν μήτε πλείω τοῦ τεταγ. *ſcribo,* ἐφ' ᾧ, *&c. ita enim Græci moris eſt. Jam quod ad dictatorem in Siciliam miſſum attinet, Attilium Calatinum intelligo, de quo ſic in decimanona Livii Epitoma ſcribitur:* Attilius Calatinus primus Dictator extra Italiam exercitum duxit. *Id autem in Siciliam factum fuiſſe, poſt amiſſam Appii Claudii Pulcri (qui fuit Conſul anno Urbis conditæ quingenteſimoquarto) temeritate claſſem, ſatis ipſe hiſtoriæ ordo docet. Polybius certe, autor graviſſimus, cum libro primo id bellum Punicum primum diligentiſſime perſcripſerit, ne unico quidem verbo hujus Dictaturæ meminit: maximo ſane argumento, nihil ea Dictatura geſtum fuiſſe: quod hic Catulus refert.*

16. Qui ob illegitimam imperandi cupiditatem.] ἢ διὰ τὰς παρὰ νόμους φυλαρχίας. *ſcribendum per* ἦτα, φιλαρχίας, *ſive* παρὰ νόμους *(ut nos) ſive* παρανόμους *(*ὑφ' ἕν*, ut vult Robertus,) legas, nihil intereſt.*

17. Subterfugere poſſint] αὐτὰς τὰς ἀναφυγάς. *vitioſe: repono,* αὖ τὰς ἀναφυγάς.

18. Ad hoc negotium conducere] προσφέρειν εἰς αὐτὸ εἶναι ἦν ἑκάστοτε. *vox* ἦν *abundat.* Statim κατὰ λόγους, *una dictio eſſe debuit* καταλόγους. *Poſt:* Erga dedentes ſe ei] πρὸς τοὺς ὁμολογοῦντας οἷς τε. *ſcribendum* ὁμολογοῦντάς οἱ, ὥστε. *Robertus etiam hæc notavit.* Poſtea enim quam Tribb.] *Jus eis a Sylla ademptum, a Pompejo in primo ſuo Conſulatu reſtitutum, anno U. C. DCLXXXIIII, ex hiſtoricis patet. In Græco ſunt aliquot menda.* ὑπὸ τῶν τιμητῶν διαγεγ. *Ordo ita habere debet:* τῶν ὑπὸ τῶν τιμητῶν διαγεγ. *Inde,* ἅτε καὶ ἀνηκέστων: *ſit* ἀνηκέστων, *quo vocabulo* extrema & immedicabilia *Græci nominant. Et poſt* ἀποτρέπει [illegible], *colon eſt. Hæc quidem leviuſcula. Sed,* εὐ [illegible] ...ρον, *contrarium huic loco ſenſum habe*[illegible] *ut ſit* καὶ γὰρ ἀντέστραπτον *ſicut &* [illegible] *eſt, pro* τότε μὲν πρὶν, *quod poſterius eti*[illegible]*dvertit.*

20. Tulit [illegible] legem] *Plutarchus in vita Ciceronis, hanc de gra*[illegible] *equitum a plebejorum ſeparandis legem, M. Othoni prætori adſcribit, eundem (puto) ſecutus autorem, cum Horatio, qui in Menam libertum Pompeji ita ſcribit:*

Sedilibusque magnus inprimis eques
Othone contempto ſedet.

Cum quibus & Juvenalis Satyra 3. ait:

Sic libitum vano, qui nos diſtinxit, Othoni.

& Satyra 14.

— effice ſummam,
Bis ſeptem ordinibus quam lex dignatur Othonis.

Dio Livium ſecutus videtur, qui Roſcio idem tribuit, ut eſt in Epitoma ejus undecenteſima. Ceterum, ἔπαινον ἐπ' αὐτῷ, *non* αὐτὸν, *lego cum Roberto.* Extrema enim anni die.] τῇ ἐσχάτῃ τοῦ ἔτους, *non* ἔθους. *Id quidem in promptu. Sed locus eſt perobſcurus: de quo quid ſtatuam, non ſuccurrit.* Tum quod Marcius & Acilius.] καὶ διότι ὅ τε Μάρκος καὶ ὁ Ἀκίλιος, ὡς πρὶν &c. Μάρκιος *ſcribendum ſatis ex præcedentis libri fragmento, ſicque quæ ibi diximus, patet. Vocabulum* ὡς *ipſa ſententia excludit.* Ut aliquando pro ſe quoque ſimile] καὶ ἑαυτῷ τέ τι τῶν ὁμοίων. *Hic, ut ait Robertus, aſteriſco notatus fuit locus, cum ſit tamen planiſſimus: quaſi dicat* τὸ ψηφισθῆναί τι.

21. Et utriusque favorem ſibi concilians] ἐν ὑπ' ἀμφοτέρων σπουδάζετε πράττειν. *Ingenioſe Robertus reſtituit hunc locum:* ἵν' ὑπ' ἀμφοτέρων σπουδάζηται, ἔπραττε. Quod hi in ſuum locum eſſent electi] καὶ ἐπειδὴ αὐτοὶ ἀνηρέθησαν. *Non dubito, ſcriptum fuiſſe a Dione* ἀνθῃρέθησαν. *Hic locus non parum lucis adfert Salluſtio, & Tranquillo, quorum uterque hujus conjurationis meminit: hic in ædilitate Cæſaris, ille in Catilinario. Meminit & abbreviator Livii, libro centeſimoprimo, omiſſis tamen conſpiratorum nominibus.*

22. Ubi quæ acta eſſent] δεδραγμένα, *ſcribe* πεπραγμένα. *prior enim vox nihil ad rem.* Arſace Parthorum rege] Arſaces *commune regibus Parthorum omnibus nomen eſt, ut* Ptolemæus *Ægyptiis: itaque hunc Sintricem ſimplicius appellat.*

23. Hoſtemque hinc inde circumducere] περιάγειν τε ἑαυτόν. αὐτὸν *ſcribo.* Locum inter tumulos apte poſitum] χωρίῳ καλῷ μεταξὺ γηλόφων. *Robertus* κοίλῳ *pro* καλῷ *legit, cui Xiphilinus, eadem ad verbum habens, accedit.* καλῷ *non minus commode legitur,* pro apto & commodo: *nam locum inter tumulos poſitum, cavum,* κοῖλον *eſſe, per ſe conſtat. Paulo ſuperius erat,* ὑπαγαγὼν εἰς ὃ ἐβούλετο.

non

non minus quam ἐζεύγετο, *quod malle ſe, tamquam antiquioris ſcripturæ, Robertus ait, commoda vox.*

25. Ad Mæotin & Boſporum] *Invenio promiſcue ſcribi* βόσπορον & βόσφορον. *prius rectius eſt, etiam uſitatius. alterum ſcribendum eſt* παροξύτονον, βοσφόρον, mare quod bovem tulerit. Milites ſui haberent] τῶν στρατιωτῶν αὐτὴν δύναμιν. *Poſtrema vox nihil hic ſonat. forte* διανείμας *fuit.* Tigranis imperio oſtenſis] ἐπεὶ καθ' ἡδονὴν. *Omnino ſcribendum,* ἐπεὶ οὐ καθ' ἡδονὴν. Filio Tigranis partem copiarum] τῷ παιδὶ αὐτοῦ καταλιπὼν, *non* αὐτοῦ, *patet ex ſequentibus, ubi filium ſuum pater Tigranes profligat.*

26. Sopheneque regio] Σωφήνην *Plutarchus in Lucullo & Pompejo vocat, & noſter etiam. Stephanus* Σωφανηνὴν *ab Arriano dictam teſtatur, ut Robertus etiam monuit. Lucanus contra Græcorum autoritatem primam brevem extulit libro 2.*

— molleſque Sophenæ

Eam diverſitatem notent rudiores. Cæterum τῷ δ' υἱεῖ τὴν Σωφανηνὴν μόνην ἀπένειμε *lego, rejectis verbis* τῷ ἑτέρῳ, *ipſam ſententiam & Plutarchum ſecutus.*

27. Is nonnihil etiam ut Tigrani] τῷ μέν τι καὶ τῷ Τιγρ. *ſcribe* τὸ μέν τι, *&c. cujus redditivum ſequitur,* τὸ δὲ πλεῖστον.

IN LIBRUM DIONIS XXXVII.

28. *Quod Robertus monet, Conſulum nomina hic & alibi depravata eſſe, evidens eſt. Nos emendabimus, quantum ejus ex ipſo Dione, aliis autoribus, aut certis rationibus licebit.* L. Cæſar] *In Græco male,* καὶ Καῖσαρ, *pro* Λ. Καῖσαρ. *Patet hoc ex verbis Dionis ſequentibus ſuo loco. Salluſtius in Catilin.* Igitur circiter Calendas Junias, L. Cæſare, C. Figulo Conſulibus &c. M. Pupius] Μ. Πούπλιος, *ſcribe* Πούπιος. *Cæterum quod Afranium* L. filium *vocat, neſcio an librarii ſit culpa. Cicero quidem libro ad Atticum primo, frequenter* filium Auli *vocat.*

29. Pompejus autem præſidio urbis] καὶ εἰ ἐν τῷ τείχει. *Locus mutilus.*

31. Subinde acclamante Romano] πρὸς τὴν ἐπίθεσιν σ. τ. τ. γ. ἐπιλέγοντας, *ſcribendum* ἐπιλέγοντες. Corduenem] Κορδουηνήν. *Corduenos Plinius lib. 6. cap. 18. ad Tigrin Adiabenis proximos ponit. Plutarchus de eadem re loquens,* Γορδυηνὴν *ſcribit. Strabo libro 16.* Γορδύην ἀπὸ τοῦ Γόρδυος.

32. De limitibus quibuſdam] φήσας καὶ ὑπερορίων τινῶν, *ſcribendum duabus vocibus,* ὑπὲρ ὁρίων.

33. Etſi filio ejus] καίτοι παιδὸς αὐτῆς. *Ante hæc verba in Græco nota eſt, locum mutilum eſſe monens: ego & ante & poſt, aſteriſcum ponendum cenſeo. Quæ de Stratonica, ejuſque filio Xiphare (de eo enim hæc verba,* Etſi filio ejus, *intelligo) ſcripſerat Dio, quia interciderunt, ex Appiani* μιθριδατείῳ, *& Plutarchi Pompejo petenda ſunt. Proinde multa hic deeſſe facile conſtat, præſertim ex Xiphilino, qui multa hoc loco refert, de quibus apud Dionem ne punctum quidem ſupereſt. Jam quæ in Dione ſequuntur verba:* Ob hoc ſolum cum Ædilis eſſet, *de Ædilitate Cæſaris ſcripta ſunt. Itaque Suetonii locum apponam, ut quæ hic mutilata ſunt, aliquo modo tamen inde conſtent.* Ædilis *(inquit)* Cæſar, præter Comitium, & forum, Baſilicaſque, etiam Capitolium ornavit, porticibus ad tempus extructis, in quibus, abundante rerum copia, pars apparatus exponeretur. Venationes autem, ludoſque, & cum Collega, & ſeparatim edidit: quo factum eſt, ut communium quoque impenſarum ſolus gratiam caperet: neque diſſimularet collega ejus M. Bibulus, eveniſſe ſibi quod Polluci: Ut enim geminis fratribus ædes in foro conſtituta, tantum Caſtoris vocaretur, ita ſuam Cæſariſque munificentiam unius Cæſaris dici. Procurata ſunt] τά τε μὲν οὖν ἄλλα ἐξεθύοντο, *male pro* ἐξεθύοντο.

34. Lucretium] *Q. Lucretium nempe* Ofellam, *de quo meminerunt Plutarchus in Sylla, Appianus lib. 1. bell. civil. Abbreviator Livii lib. 89. ubi perperam legitur* Aſella.

36. Romanis eo libero ſpatio] ἐν τῷ διακόνῳ τούτῳ τὸ τεῖχος διαστῆσαι. *Emendandum* διακόνῳ, *ut ſit* διακένῳ: *ſic enim & Xiphilinus legit, & Dio ſupra loquutus eſt. Monuit etiam Robertus.*

37. Quod autem dies ad ſeptem ſidera] *Hujus loci ſenſum explanare rudiorum cauſa, ſi qui forte per ſe non aſſequantur, paucis volo. Circulari, hoc eſt, in orbem redeunte numeratione inſtituta planetarum, ſuo ordine collocatorum, ita tamen, ut ſemper duo in medio omittantur: (nam in Diateſſaron etiam intervallo, quæ Muſicis vulgo* Quarta *dicitur, in cithara a primo nervo ad quartum, duobus præteritis in medio, itemque in vocibus a prima quaque ad quartam, fit tranſitus.) ſi prima dies Saturno adſcribatur, ſecunda Soli,*

♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽
1	6	4	2	7	5	3

tertia Lunæ cedet, & ſic de reliquis, quod ex adjecta figura intelligi perfacile poteſt. Cæterum Diateſſaron conſonantiam in Muſicis principatum obtinere (quod hic Dio aſſerit) cum aliis ex cauſſis, tum ex hac potiſſimum conſtat, quod Symphoniæ (quæ eſt Muſicis quaſi animus & vita) genera hujus intervalli ratione diſtinguuntur. Nam alio atque alio modo conflata διὰ τεσσάρων *diſtantia, modo Chromaticum, modo Enharmonicum, modo Diatonicum concentum conſtituit: qua de re diſputandi hic non eſt locus. Ex eadem figura etiam altera ratio intelligi poteſt. Eſto primæ diei naturalis (hoc eſt, ſpatio horarum viginti quatuor conſtantis) hora prima Saturno adſcripta: ut jam ab hoc auſpicio totius diei dominium ſibi vendicet. Ergo ſingulis horis ad ſingulos planetas relatis, quorum numerum ſeptenarium eſſe liquet: ſeptima porro deinceps hora quæque, hoc eſt octava, decimaquinta, & tandem viceſima ſecunda Saturni erunt. Proinde viceſima tertia Jovis, viceſimaquarta, quæ eſt nimirum ultima, Marti cedet. Quo fit, ut inſequentis diei hora prima, ejuſque item diei dominium iterum ad Solem redeat. Huicque itidem cum octava etiam, decimaquinta, & viceſimaſecunda hora adſignentur, prima inſequentis diei hora Lunæ imputabitur: & ſic deinceps. Inde efficitur, ut, cum qui planeta primam diei horam obtinet, viceſimæſecundæ etiam præſit, duæque horæ adhuc inter hanc & ſequentis diei primam (cujus domino totius diei dominium deferri monuimus) intercedant: ſemper duobus in ordine planetarum omiſſis, proximus inſequentis diei gubernator reperiatur: quod eadem, quam in priori ratione docuimus, numeratione conficitur. Ita quas duas Dio rationes affert, cum diverſæ inter ſe ſint, perjucunda tamen contemplatione in idem recidere inveniuntur: quod in gratiam imperitiorum a me explicatum, doctos, ne ægre id ferant, oratos volo. In Græco porro mendoſe eſt* αὐτός τε ἔπαινον ἐπιὼν, *ſcribendumque* αὐτάς τε ἐπιὼν. *Et mox,* θεωρίας τινὰς *legendum* θεωρίας δέ τινος. *Xiphilinus utriuſque caſtigationis teſtis.*

38. Per Græciam in Italiam] εἰς τὴν Ἑλλάδα τὴν Ἰταλίαν. *Robertus ut loco huic ſuccurreret,* τήν τε Ἰταλίαν *legendum annotavit, non male quidem aut incommode. Ego quidem (quod citra reprehenſionem aut injuriam ejus a me dictum ſcias)* τῆς Ἰταλίας, *ſecundo caſu malim, ut magna Græcia intelligatur: in ea enim fuit Brunduſium, quo appuliſſe Pompejum Dio narrat.*

40. Augurium ſalutis repeterent] *Salutis Augurii rationem qui tibi explicet, præter hunc Dionis locum, non temere invenies alium. In Græco eſt* οἰώνισμα τῆς ὑγιείας, *ſicut & infra lib. quinquageſimo primo, folio 457. quum* ὑγίεια *alias* ſanitatem, *alias* ſalutem *in genere apud Græcos ſignificet. Suetonius ſæpius meminit hujus augurii: ut in Auguſti vita, capite triceſimo primo:* Nonnulla etiam ex antiquiſſimis caeremoniis paulatim abolita reſtituit, ut ſalutis augurium &c. *Ft Cornelius Tacitus libro duodecimo in vita Claudii:* Saluris augurium quinque & viginti annis omiſſum repeti, ac deinde continuari placitum. *Sed de his alias.*

41. P. Paeto] Παίτῳ τῷ Πουπλίῳ *legendum, non* Πουπλίου. *Eſt autem is P. Antronius Pætus, cujus ſupra quoque pagina 21. mentio facta fuit.* T. autem Labienus] *L.*

Saturnini ſeditio, utque occiſus fuerit, deſcribitur copioſe ab Appiano Alexandrino libro primo: quanquam neque is, neque Plutarchus in Mario, neque Florus libro tertio, capite decimoſexto, Rabirio cædem eam adſcribant. Periit anno Urbis Conditæ 655. ut recte Dio dixerit, annis ante trigintaſex id eveniſſe. Extat de hac ipſa re oratio Ciceronis pro C. Rabirio perduellionis reo, quam Conſul habuit: multum lucis huic loco allatura, ſi conferatur, multum acceptura. Bellumque adverſus eum] *Bellum vocat arma juſſu Senatus contra ſeditioſos uſurpata. Sic in Epitoma Liviana ſexageſimanona,* bello quodam interfectus *hic ipſe dicitur.* Bella *autem hujuſmodi res dicuntur,* quia *(ut de cæde Tiberii Gracchi Tullius ait)* non ſolum ex domeſtica ſunt ratione, ſed attingunt etiam bellicam, quoniam vi manuque conficiuntur.

42. Quod de vexillo dixi] *Mentio hujus rei fit apud Livium libro triceſimonono in oratione Sp. Poſthumii Conſulis:* Majores veſtri, ne vos quidem, niſi aut vexillo in arce poſito comitiorum cauſa, &c. *quem locum ſine hoc non facile intelliges. Enimvero verbis meis hoc loco non eſt opus, quum extent de Comitiis Romanorum libri tres, Nicolai Gruchii Rotomagenſis: quibus non modo univerſam Comitiorum rationem, ſed antiquæ illius Romanæ reipublicæ totam formam ac conſuetudinem ita diligenter, exacte, copioſeque deſcripſit, ut eo quidem in genere doctius accuratiusque, & omnibus numeris abſolutius viderim nihil. Eum conſulent ſtudioſi ſi quid hujuſmodi inciderit.*

43. Eos novarum tabularum] χρεῶν τε καὶ ἀποκοπάς. καὶ *delendum &* πρώτους δυνατωτάτους. πρώτους καὶ δυνατωτάτους *lege.* P. Lentulum, qui poſt geſtum conſulatum] *Mos hic recuperandæ Senatoriæ dignitatis obſervandus eſt, cujus etiam aliis locis meminit Dio. Conſul autem fuit hic Lentulus anno ſexcenteſimo octuageſimo tertio: videturque Senatu eſſe ejectus a Cenſoribus Cn. Lentulo, & L. Gellio, quorum Cenſuræ meminit Epitoma Livii nonageſimaoctava. Incidit autem in annum DCLXXXVI. ſi quidem, ut Dio ſupra paulo oſtendit, Conſulibus L. Cæſare, & C. Figulo proximi Cenſores fuerunt anno Urbis conditæ* 690.

45. Comprehenſiſque his qui ad eum] καὶ συλλαβὼν τοὺς ἐπ' αὐτήν. *Ante hæc verba aſteriſcis interjectis lacunam reliqui, quo indicarem, deeſſe non pauca hic, nimirum totam cum Allobrogum legatis actionem Lentuli, & Ciceronis in ea re inveſtiganda, coercendaque induſtriam. Hiſtoria eſt apud Salluſtium, Plutarchum in Cic. & Appianum, &c.*

46. Contra Syllæ legem, Domitii legem] Cn. Domitius, atavus Neronis Cæſaris, in Tribunatu Pontificibus offenſior, quod alium quam ſe in patris ſui locum cooptaſſent, jus ſacerdotum ſubrogandorum a collegiis ad populum tranſtulit. *Hæc Suetonius in Nerone, capite ſecundo. Syllam vero collegiis ſacerdotum ſuum honorem reddidiſſe, auxiſſeque, ex hiſtoriis notum eſt.*

47. His ſeſe ultro inſinuabat] τούτους ὡς καὶ κρείττων ὑπήχετο. *Videtur* ἐσόμενος κρείττων, *aut aliquid tale fuiſſe.* ὑπελθεῖν *autem poſuit pro* demereri, gratiam captare: *ut ſub finem quoque libri* ὑπήχετο ἀμφοτέρους ὁμοίως. Junius Silanus] *Ita ſcribendum, non* Syllanus. *In Græco vitioſe eſt* Ἰούλιος *pro* Ἰούνιος.

48. Quamquam cæſorum numerus] καὶ τῷ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν πεφ. *ſcribo* καίτοι. *Cicero Philippica ultima,* ſi quis unum aut duo millia hoſtium deleviſſet, Imperatorem a Senatu nominatum fuiſſe *ſcribit. Appianus libro* 2. *de Curione loquens, ait* ſuo tempore millibus decem cæſorum hoſtium conſtitiſſe.

49. M. Cato, & Quintus Minutius] *In Græco eſt ſimpliciter* Κάτων, *ego prænomen addidi perſpicuitatis cauſa; quod evidens eſt ex hiſtoria ipſa, & Plutarcho.* Hoc autem agebat, ut nomen Catuli] *De hac re, ut intelligatur hic locus, legendus Suetonius Cæſare, capite decimoquinto, & ipſe Dio infra libro quadrageſimo tertio, folio* 220. Neque vero tantopere] οὐ μὲν οὕτω γε χαρίζεσθαι. οὐ μὴν *ſcribe: &* ψηφισθῆναί τι, *non* ἔτι.

54. Ultra Dorium tranſtulerunt] *Fluvii nomen puto: nam Dio nihil præter* τὸν *articulum addidit, ut* ποταμὸν *poſſit intelligi. Sic ſupra dixit,* πρὸς τὸν Καμβύσην: & *libro* 41. περὶ Ἄψον, *quos fluvios eſſe patet.* Brigantiam Calæciæ urbem] Καλλαικίας. *forte* Καλλαϊκῆς. Callaicos *enim, populum a Cæſare ſubactum, Plutarchus nominat.* Calæciam *autem in Hiſpania nullam invenio.* Satis ſibi jam aditus] ἱκανὴν οἱ ἀπ' αὐτῶν ἐπὶ βασιλείαν. *Ineptiſſima lectio: emendo* ἐπίβασιν.

55. In petitione Conſulatus] [illegible] τὴν ἀρχήν. *Omiſit præpoſitionem* εἰς, *quam requirit uſus loquendi. Et tamen ſic lib. quadrageſimo etiam locutus eſt,* νόμον τὸν κελεύοντα τοὺς ἀρχήν τινα ἐπαγγέλλοντας. Majori ſtudio inimicis] σφοδροτέρως [illegible], ὑπὸ σπουδῆς.

57. Ludos de Syris] πανήγυριν τινὰ ἐκ Σύρων, *quæ verba quid ſibi velint, ſiquidem ſunt integra, non ſatis certus ſum. Forte loquitur de theatro ex Syriacis manubiis ædificato: ſed certi nihil habeo.*

IN DIONIS LIBRUM XXXVIII.

58. Et Ari[illegible]um] Ἀριοουίστον. *ſcribo* Ἀριοουίστου, *ex ipſo Dione.* [illegible] *nomina in Græco ſic legenda ſunt:*

Γ. Ἰούλ[illegible] Μ. Καλπούρνιος Βίβουλος ὑπ.

Λ. Πε[illegible] Α. Γαβίνιος Αὐ. υἱ. ὑπ.

Calpur[illegible]*um Piſonibus commune eſt, quæ cauſa erroris* [illegible]*rio. Piſoni autem L. prænomen fuiſſe, ex Cic. etiam* [illegible] *locis, & oratione contra eum habita liquet. Quæ etſi jamdudum mihi minime fuerunt obſcura, neſcio tamen quo pacto acciderit, ut neque in vertendo, neque in emendando, neque tum adeo, cum ad prælum ea relegerem, animadverterim. Etenim homines ſumus omnes, eſtque nobis proclivis ad errorem lapſus: ingenuum contra eſt, fateri te dormitaviſſe aliquamdiu, præſertim* Quando opere in longo fas eſt obrepere ſomnum. *Facitque ad excuſationem etiam feſtinatio. Emendet itaque candidus Lector ita:*

Anno U. C. 695. C. Julius C. F. Cæſar. M. Calpurnius Bibulus

696. L. Piſo, L. F. A. Gabinius A. F.

Sunt & alia leviora, quæ impreſſis demum paginis notavimus, ut cum idem vocabulum diverſis modis ſcriptum invenietur. Exempli cauſa cepit, cœpit: ceptum, cœptum, deprehendo, *& id genus,* depræhendo. *Item* Licinius, Licinnius, *& ſimilia. Ego ubique* cepi, ceptum, depræhendo, Licinius, *ſcribendum cenſeo, ſed aliquando varie per incogitantiam, & in quibuſdam vitio Græci exemplaris ſcripſimus, citra tamen ſententiæ aut rei detrimentum. Quorum lapſuum & quod non ubique Lyncei fuimus, gratiam nobis fieri a candidis Lectoribus confidimus.*

60. M. quidem Petrejus] *Apud* [illegible] *hic* Μάρκος Πετρώνιος *dicitur,* M. Petronius.

62. M. Favonius] Φαωνίος. *Monet Robertus Stephanus, triplicem hujus nominis lectionem in Dione* [illegible] *quæ varietas librarii utique eſt. ego* Φαώνιος [illegible] *legi.* Remiſſionem a Senatu flagitaverant] ἄφεσίν τινα. *Quæ vox an genuina ſit, compertum non habeo: videtur tamen privilegium, quod vocant, ſignificare, cum* [illegible] *ſolvitur. Rei hujus meminit Suetonius, ac Cicero ad Atticum libro primo. Ex iiſdem locis, ac Ciceronis pro* [illegible] *oratione, itemque Appiani Alexandrini libro ſecundo* [illegible] *patet, equites publicanos fuiſſe.* Omnia Pompeii acta] *Quod in Græco legitur* προσταχθέντα, *ego* πραχθέντα *lego.*

63. Ridicule omnino ſuppreſſit] [illegible] *adverbialiter accipio: quaſi diceret,* Cato ridicule egit, quod legibus Juliis utens in judiciis, nomen [illegible] eſt. Q. autem Fuſius] *Conſtanter hic* Q. Fuſius *a Dione* [illegible] *ſtro etiam ſequentibus locis dicitur, cum apud Ciceronem in multis locis* Fuſius *dicatur. Sed & Carolus Sigonius, vir longe doctiſſimus, diligentiæque exactiſſimæ, in ſuis* [illegible] *annotationibus, etiam in Capitolinis monumentis* Fuſium *legi, atque ita ubique ſcribendum eſſe teſtatur. Cæterum totus locus ſatis obſcurus eſt. Quod Robertus pro* [illegible] *legit* [illegible]τοπώτερα.

ἀτοπώτερα, probo. Per quendam L. Vectium] In Græco depravate ἐυκετίου pro οὐεττίου legitur. Cicero epiſtola penultima libri ſecundi ad Atticum, Vectium hunc nominat. Plutarchus in fine Luculli Βέττιον, mendoſe, niſi fallor, nam & Appianus οὐέττιον appellat, libro ſecundo bell. civil.

64. Quod verti. Nihil certi cognoſcebatur: in Græco ἐν γάρ που καὶ διελέχθη ἦ, credo ſcriptum fuiſſe διηλέγχθη, ἀπὸ τοῦ διελέγχεσθαι, hoc eſt, a convincendo, & certo deprehendendo. In defenſione Antonii] C. Antonii, qui Conſul fuerat cum Cicerone. Frequens mentio fit hujus rei apud ipſum Ciceronem: præſertim epiſtola ad Atticum ſexta, in oratione pro L. Flacco, & M. Cælio, qui Antonium in jus vocavit. Damnatum autem exilio fuiſſe Antonium, ex ſecunda Philippica patet, & fine libri Dionis 45.

65. Quam ut in poſterum tutus eſſet] In Græco ἢ ἵνα καὶ λυθείη, quod integrum mihi non videtur: ſenſum volui exprimere: ſicut & in eo quod ſequitur, Ab eo quod infectum fieri: quæ verba mutila ſunt in Græco.

66. Ad gratias defenſoribus ſuis] Senſus enim & ἀντίθετον ipſum videtur oſtendere, pro ἀμενόντων, ἀμυνόντων ſcribendum. Ita invidiæ vitandæ cauſa dicta] ἐπιχαρίως, forte ἐπιχαρίτως. De his collegiis a Clodio inſtauratis, Cicero in oratione in L. Piſonem, ut & ibidem de Cenſoria poteſtate abrogata, & pro Domo ſua. Apud utrumque ordinem] παρ' ἀμφοτέροις σφίσι, nempe apud Senatum & equites: nam ad hos jam tum judicia erant tranſlata a L. Aurelio Cotta prætore, ut Liviana Epitoma nonageſimaſeptima habet, & Vellejus Paterculus apertius: Per idem tempus, inquit, L. Cotta judicandi munus, quod C. Gracchus ereptum Senatui ad equites, Sylla ab illis ad Senatum tranſtulerant, æqualiter inter utrumque ordinem partitus eſt. &c.

68. Equites habitu] ἱππίδι forte ἱππάδι, aut ἱππικῇ. Clodium Pompejo affinitate quondam junctum] Nimirum propter Q. Metellum, qui altero ante anno fuerat Conſul: cujus ſororem in matrimonio Pompejus habuerat, quem Metellum Dio ſupra libro triceſimoſeptimo, folio 53. teſtatus eſt, Clodii propinquum fuiſſe. Fugæ indicta cauſa faciendæ] ὥσπερ ἀνεξετάστως. Φεύγειν aut ſimilis vox hoc loco in Græco deſideratur.

69. Longe ſuperiorem ſe inimicis futurum] ὡς καὶ πολὺ τῶν ἐχθρῶν ὑπερέσταν. Id participium unde formatum ſit, mihi cum doctiſſimo Roberto dubitare ſubit: neque ſcio mendoſe ne, an nove dictum ſit. Certe ὑπερφέρειν cum accuſativo conſtruitur, ut ne ὑπερσίστων quidem legendum ſit, cujus unum exemplum addam, quod nunc in promptu fuit, ex Appiani libro ſecundo belli civilis: καὶ διεσέσετο μάλιστα τοῖς ὑπάτοις ἡ γνώμη ὑπὸ δέους ἢ φθόνου, ὡς τῶν ἀνδρῶν καὶ τὰ ἄλλα αὐτοὺς ὑπερσιστόντων ἐν τῇ πολιτείᾳ. Idque multi etiam ſenatores fecerunt] καὶ πολλοὶ τοῦτο καὶ τῶν βουλευτῶν, deeſt textui ἐποίησαν. Criminatus eſt] ὑπεκάλει. Haud ſcio an male, pro ἐπεκάλει, ut ſæpe loquitur. Interrogatusque a Clodio] πυθομένου omnino ſcribendum eſt, non πυθόμενος, & pro οὕτω μόνον, ſatis patet ex ipſa ſententia, οὕτω ὠμὸν ſcripſiſſe Dionem, aut potius οὔτ' ὠμόν. Patet hoc ſatis ex oratione etiam Ciceronis in hunc ipſum Piſonem, ubi id ipſum ei exprobrat his verbis: Idem illo fere biduo productus in concionem ab eo, cui ſic æquatum præbebas Conſulatum tuum, cum eſſes interrogatus, quid ſentires de Conſulatu meo, gravis autor, Calatinus credo aliquis, aut Africanus, aut Maximus, & non Cæſonius Semiplacentinus Calventius, reſpondes altero ad frontem ſublato, altero ad mentum depreſſo ſupercilio, Crudelitatem tibi non placere. Et quæ ſequuntur, plurimum lucis huc allatura. Sequitur paulo poſt in Græco parentheſis, ante vocem ἔξω inchoanda, & poſt ἐποιήσατο claudenda. Et quod ſequitur, τὴν μὲν γάρ, γὰρ eſt inducendum: quæ recte ſunt a Roberto Stephano annotata.

70. Juſſusque eſt abeſſe Roma ultra quadringenta & ſexaginta octo millia paſſuum] In Græco ſunt ſtadia ter millia, ſeptingenta ac quinquaginta, quæ tot, quot ego poſui, millia paſſuum (nam Latini fere iis, non ſtadiis utuntur in diſtantiis indicandis) ac præterea paſſus ſeptingentos & quinquaginta faciunt. Cicero libro tertio ad Atticum: Allata eſt enim mihi rogatio de pernicie mea, in qua quod confectum eſſe audieramus, erat hujusmodi, ut mihi ultra quadringenta millia liceret eſſe. Plutarchus iterum aliter paulo, qui edictum ait, ne quis hoſpitium daret Ciceroni intra quingenteſimum ab Italia miliare, ἐντὸς μιλίων πεντακοσίων Ἰταλίας. Itaque autoris noſtri ſumma præciſe poſita mihi videtur. Quod autem dixi, Impune a quovis occidi poſſent: lego in Græco non ἀνάπι, quod locum non habet, ſed una dictione ἀνατὶ, quod eſt ἄνευ τίσεως καὶ τιμωρίας.

73. Oberrareque nomen exteris ferentem] ἀλᾶσθαι, non aſpirate ἁλᾶσθαι. Cum enim duo ſint] δύο γὰρ τῶν ὄντων, ἐξ ὧν, tolle τῶν. Hominum arbitrio atque opinione] νόμῳ τε καὶ δοκήσει τινί. Philoſophice enim Dio voce νόμου hoc loco uſus eſt, φύσει eam opponens, cum ſanitatem corporis & mentis re vera ac ſuapte natura, vel ſimpliciter bona vocat, eorumque contraria, mala. Reliqua tantum judicio hominum bona aut mala vocari. Hoc modo νόμον τῇ φύσει opponit multis locis cum Plato, tum Ariſtoteles. Ariſtoteles primo Ethicorum Nicom. libro ait tantam verſari circa eorum bonorum, quorum cognitio moralis eſt philoſophiæ, opinionum diverſitatem, ac errorem, ut multis ea non per ſe, ac ſuapte natura, ſed tantum hominum judicio & inſtituto, bona eſſe videantur: ὥστε δοκεῖν νόμῳ μόνον εἶναι, φύσει δὲ μή. Sic in ſecundo Phyſicæ auſcultationis libro eadem voce uſus eſt, in recitanda Antiphontis de Natura ſententia. Plato in Gorgia ait νόμον in plerisque τῇ φύσει contrarium eſſe: id eſt, fere aliter vulgo de rebus judicari quam natura earum fert. Idem νόμος alio vocabulo θέσις ab iiſdem dicitur. Sed hæc alio pertinent, monere tamen rudiorem lectorem volui.

74. Jam nec honores nec ignominiæ, &c.] In Græco ante ἐπιτιμίαν videtur deeſſe οὔτ': ut ſit, νομίζουσιν, οὔτ' ἐπιτιμίαν, &c. Neque in noſtra poteſtate] αὐτῶν pro αὐτῶν legendum cum Roberto Stephano. Ut viſum fuerit fortunæ] Platonico, adeoque Ariſtotelico more fortunam vocat fatum: hoc eſt, res ita contingentes, ut earum cauſæ nos lateant.

75. In hanc deveneris calamitatem] ἐπηρεάζεσθαι, legendum pro ἐπηρέσθαι. Robert. Quam cum officio tuo ſatisfeciſſes] ἢ ante κατορθώσας deeſt, & συνομόσας ſcribendum ſuperius.

76. Quid Annium.] Quis is Annius fuerit, fateor me neſcire. Certe de Græco loqui videtur homine, ut mendoſam vocem exiſtimem. In omnes partes abripiuntur] Deeſt in Græco βιάζονται, aut φέρονται, aut aliquid tale. Ac ne tibi vel Druſi] Exempla adducit eorum, qui in ſeditionibus ad magnam dignitatem elati, poſt ſubitam perniciem invenerunt. De Druſo hoc, Appianus, Florus, & alii videndi ſunt. Scipionem autem quem dicere voluerit, ambiguum eſt: ego Naſicam intelligo eum, qui cum Tiberium Gracchum occidiſſet, poſt ipſe in exilio periit. In Græco præterea mendoſe bis μέμνησθε pro μέμνησαι legitur. Et hæc verba, ἀμείνον τοῦ Καπιτωλίου, mendoſiſſime habent. Aut igitur ἀμύνων τῷ Καπιτωλίῳ legendum, quod ego in vertendo ſecutus ſum: aut ἀμείνων τοῦ Ἀπουληίου, cum Apulejo (erat enim a L. Apulejo Trib. pleb. furti poſtulatus) potior iterum habitus eſſet.

77. Praedium maritimum] Robertus ex P. Victorio legit παραθαλάσσιον, pro παραθαλασσίδιον: cum tamen hæc vox etiam infra lib. 54. p. 538. A. legatur. Qui oblatum tibi repudiaris] Quod nimirum inter viginti viros dividendo agro Campano eſſe noluerat. Vellejus. Potiorem cognoveris] In Græco poſt καὶ δεῖ σε deeſt verbum, puta σκοπεῖν, aut ſimile.

78. Per Ninnium] Cicero libro ad Atticum tertio Numii cujusdam meminit, qui cauſſam ſuam adjuverit: ac neſcio is ne ſit, quem hic & ſupra Dio Ninnium vocat. Hoc quidem loco Ἀννίου malim, ut de T. Annio Milone intelligatur, cujus ſtudio ac contentione Ciceroni reditum confectum,

omnia

omnia monumenta teſtantur. Pro ἐν ἐξουσίᾳ, τῇ ἐξουσίᾳ *ſcribendum eſt. Et poſt, pro* ἠναντιοῦτο, *ſcribe* ἠναντιοῦτο.

79. Invicem divulſi] διαπραξάντες *ſcribe.* Rhodanum tranſire] ἔχοντες τόν τε Ῥοδανὸν, *ad* ἔχοντες, γνώμην *addendum cum Roberto cenſeo.* Heduos] *Pro* Αἰδούων, Αἰδούων, *& mox,* Αἰδοῦοι *legendum, ut infra folio* 93. *Robertus etiam docuit.*

80. De regione aliqua] *Pro* ἐπιχωρίᾳ τινὶ, *lego cum Stephano,* ἐπὶ χώρᾳ τινί.

81. Partemque regionis] *Lacuna eſt hoc loco, aſteriſco notata. Ex Commentariis Cæſaris ſenſus facile ſuppleri poteſt. Verba autem hæc ſunt de Germanis.* Germanis illis Arioviſtus] *Adnotandum hoc duxi,* Celtas *conſtanter* Κελτοὺς *Dionem dicere, cum de Germanis loquitur, cum hoc, tum ſequentibus in libris, & infra libro quadrageſimoquarto, in funebri oratione Antonii de Cæſare, Germaniam* Κελτικῆς, Celticae, *nomine appellat. Proximo libro, Belgas itidem* Celticos *nominat, ut ex Cæſare patet. Enimvero infra folio* 113. *Rhenum Celtas a Gallis dividere cum dicit, haud dubium eſt quos Celtas dicat.*

83. Samnitas] *In Græco malim* Σαυνῖτας, *quam* Σαυνίτας, *noto errore, & in aliis etiam frequenti.*

84. Aſiam minorem] *In Græco eſt,* τὴν Ἀσίαν τὴν περὶ τὴν Ἰωνίαν, Aſiam quae eſt circa Ioniam: *quibus verbis circumloquitur Aſiam minorem, ut patet.* Iberiam in iſtis locis poſitam] τὴν Ἀλβανίαν τὴν ἐκεῖ. *Id ad diſcrimen Hiſpaniæ, quæ* Ἰβηρία *ipſa etiam dicitur, additum. Nam verba in Græco tranſpoſita affirmo: atque has voces certe,* τὴν ἐκεῖ, *ad* Ἰβηρίαν *adjungendas.* Cui multi ſunt intenti] ἐπιθυμοῦσιν αὐτῆς, *non* αὐτῇ. *Rob. Steph.*

85. Hoſtibus ut ſubinde aliquid] πολεμίων *repono, pro* πολέμων. Etiam abſque hac noſtra opera eſſent] μὴ ποιῶμεν *legendum, pro* ποιῶμεν. Aliena quoque bello invadant] *Luculento vitio* ἀλλοτρίων *pro* ἀλλοτρίων *textus habet.*

88. Barbarus autem Romanum] ἀλλόβριξ, *haud dubie falſo: neque enim Allobrox fuit Arioviſtus, (& jam ſub Romanis erant Allobroges) ſed Germanus.* ἀλλότριος, *aut aliquid aliud ſcripſiſſe Dionem cenſeo.*

91. Ex chalybe factos] χαλυβδινὰς *ſcribendum, non* χαλυβδικάς. Neque invadi] ἀπρόσμικτα *emendo, pro* πρόσμικτα.

92. Quod omnes neci erant expoſiti] ὥστε καὶ μιᾶς ἐπιτκοπῆς ὄντες, *ſcribendum* ἐπικοπῆς. i. e. quod ſimul & eodem loco omnes caedi poſſent. *Sic locutus eſt infra lib.* 49. *folio* 409. *ubi ſcripſi:* Ac jam ſimul omnes poſſe concidi. *In genitivo eſt,* καὶ μιᾶς ἐπικοπῆς εἶναι: *quod genus dicendi obſervent ſtudioſi.*

IN DIONIS LIBRVM XXXIX.

92. Quomodo Caeſar bellum contra Belgas geſſ.] *Quos Cæſar (quem nos potiſſimum autorem ſecuti ſumus)* Belgas *vocat lib.* 2. *Comment. eos* Κελτικοὺς *hic & alibi Dio vocat, quaſi Germanicos, quod (ut ait Cæſar)* plerique eſſent orti a Germanis, *quos* Κελτοὺς, Celtas, *noſter ſubinde vocat.* Decimus Brutus] Δέκιμος *falſo.* Δέκιμος *hic & alias ubique ſcribendum eſt. Prænomen hoc Latini litera* D. *indicant.*

93. L. Marcius] A. Μάρκος, *ſcribe* Μάρκιος. Aenobarbus] Ἀνόβαρβος *vitioſe, pro* Ἀηνόβαρβος. *ſic enim & alii ſcribunt, & ipſe autor infra libro* 48. Adra ſummae rerum praefecto] Ἄδραν προστησάμενοι. *Hunc Adram, ſiquidem non (quod ſuſpicor) menda eſt in Dione,* Galbam *Cæſar vocat lib.* 2. Nunc eſſe regem Galbam, ad hunc propter juſtitiam prudentiamque, ſummam totius belli omnium voluntate deferri. *Quod enim Robertus* ἀρὰν *legit, quaſi dixerit Dio,* execrationem conjurationi ab iis adhibitam, *non probo.* προΐστασθαι *enim* praeficere ac praeponere *ſignificat, (quomodo etiam cum aliis autor noſter frequenter uſus eſt, ut infra ſub initium libri* 45. *de Batone, & alibi) non* addere *aut* adjicere. *niſi* προσθέμενοι *pro voce* προστησάμενοι *ſupponere velimus: quod cur faciendum ſit, non video: præſertim cum nullius devotionis a Cæſare (cujus Commentaria quaſi in compendium autor noſter redegit) mentio facta ſit, neque veriſimile videatur, nomen ducis hujus belli a Dione omiſſum. Quæ mea ſententia non in hoc proponitur a me, quod detractum honori Roberti Stephani, a quo diſſentio, velim: (quid enim impudentius, quam me juvenem ac vix dum eruditulum, viris doctrina & uſu literarum præſtantibus, reprehendendi ſtudio velle obgannire?) ſed ut ſalva ejus exiſtimatione, meam tamen fidem præſtem, quam in hoc labore ſtudioſis obſtrinxi: quod cur non liceat mihi in tanta judiciorum libertate, non video. Idque in poſterum etiam, ſi res ferat, ingenue ſum facturus: neque me jam eorum autoritas, qui hominibus meis officere poſſunt, deterrebit, quam eorum ipſorum candor, propoſitique mei tenendi neceſſitas conſolabuntur. Quos autem ego* Rhemos *verti, hi vitioſe hoc loco* ῥηνοὶ, *cum ſint* Ῥημοὶ, *facili imperito librario errore, vocantur.* Ῥημοὺς *ipſe etiam infra dixit. Neque vero oblitus ſui Dio eoſdem* Ῥηνοὺς *&* Ῥημοὺς *vocaſſe credendus eſt.*

94. Ab hoc facto in ſubigendis] *In Græco* οὐδὲν ἔτι μέγα ἔργον, *non* ὅτι *ponendum.* Aduatici] Ἀτουατικοί. *Nos cum nihil in id genus nominibus Græcis mutare temere vellemus, Cæſarem in vertendo ſecuti ſumus.* Sub haſtam miſſi ſunt] [illegible], ἐπράθησαν, *non* ἐπράχθησαν, *Roberto etiam* [illegible]. His ita geſtis Cæſar] ἐπεὶ δ' οὖτ' ἐστράφετο. [illegible] *inſit in his verbis, deeſſe aliquid videri poteſt.* [illegible] *aliquem exprimere malui, cum ex Cæſaris libro* [illegible] *fine pateat, nihil deeſſe.* Sergius Galba] Γάλβας ὁ Σερούϊος *legendum, Robertus docuit. Ego* Σέργιος *malim, Galbarum enim hoc nomen fuit.*

95. Praeter hos Spinther] ὅ τε Σπινθὴρ, *non* ὁ γάρ. *Et pro* Μήλων, Μίλων. Legis Curiatae] τὴν γὰρ ἐσφορὰν τοῦ φρατριακοῦ νόμου. *Frequens eſt hujus legis Curiatæ, cujus in adoptionibus fuit ſummus in republ. Rom. uſus, mentio apud optimos quoſque autores; ac præſertim, quod ad hanc ipſam cauſam attinet, apud Ciceronem in orationibus pro Domo ſua, de Aruſp. reſponſis, & de provinciis Coſſ. Meminit & Dio aliis in locis, ut lib.* 45. *ubi oſtendit, adoptionem Octavii in ſtirpem Cæſaris Antonium prohibere cupientem, lationem legis Curiatæ impediiſſe. Rem explicat etiam Gellius lib.* 5. *cap.* 18. *Omnium tamen apertiſſime Appianus Alex. lib. bell. civil.* 3. *de C. Octaviano Cæſare. Conſule cum Q. Pedio facto, in hæc verba ſcribens:* Sacris perfectis, lege Curiata patris adoptionem (*ſcilicet Julii Cæſaris*) ſtabilivit. Hoc enim modo populus adoptionem confirmat: legique a curiis, in quas tribus diviſae ſunt, nomen eſt. Eſtque hic modus adoptionis omnium maxime legitimus, quo ei qui adoptatur, in cognatos & libertos adoptantis idem quod veris filiis jus datur. *Quæ vis legis Curiatæ in judiciis fuerit, Dio ſequenti pagina* 99. *oſtendit.* Perinde ut a Spinthere] ἔτυχεν ὥστε ὑπάτου [illegible] ὥστε δι' ὑπάτου. *Hæc hiſtoria plurimum facit ad Ciceronis epiſtolas, quas P. Lentulo Spintheri ſcripſit,* [illegible] *itemque ad orationem pro Rabirio Poſthumo, & alia loca.*

98. Magnopere ei ſtudebat] [illegible] *omnino* συνήρετο: *quæ vox etiam in Xiphilino hoc loco habetur.* Quanto enim minus id eis] *Divinandum fuit de ſenſu, loco admodum depravato, in his verbis,* [illegible] *A.* Plautius] πλαυτίοις *cum eſſet,* [illegible] *nominis adductus: nihil enim hoc de* [illegible].

100. Hæc cum vates expiare] [illegible] ἀκούσασθαι. M. Cato reverſus ad urbem cum Cypriis] ἀνέσωσεν αὐτὸν, *non* αὐτοὺς *legendum,* [illegible].

102. In petendo autem conſulatu] [illegible] αν τῶν πραγμάτων ἔχε, *mendoſe* [illegible] *itaque emenda:* τὴν δὲ δὴ ὑπατείαν αἰτῶν, [illegible] Magnopere ornatum] *ſenſum ſecutus ſum, non verba* [illegible] μένῳ, *haud dubie vitioſam: nec tamen ſubit, qua ratione emendari poſſit.*

103. Atque ex ſociis quidam] *Haud parva lacuna hoc loco acta eſt, quæ ſequentibus etiam non parum tenebrarum offundat. Hiſtoria ipſa ex Plutarcho & Appiano Alexandrino ſuppleri poteſt. Nam locus omnino* [illegible] *depravatus.*

depravatus, aut perditus verius. Ego verba utcunque ſecutus ſum, ex quibus tamen ſententiam me certam nullam elicere potuiſſe ingenue confiteor. Summiſſo in hoc] Κάτωνα τὸν Ῥαῖον ἐνιέντες, pro ἐνιέντες legendum, Steph. monet. Eos enim occurrentes] Deeſt haud dubie nonnihil ante hæc verba, igitur aſteriſcum præpoſui.

105. Soli duo Tribb. pl. C. Atius Capito] Ex ſequentibus liquet, hic δήμαρχοι pro δημοσίᾳ eſſe emendandum. Nam ibi quoque nuper] In Græco poſt ἐκεκίνητο, parentheſis claudenda eſt, quod etiam Robertus vidit: ſed ἄρχειν vocabulum abundat. Quod in manibus erat] ἐανευμένων depravate legitur, & mutilata periodo.

106. Nam in omnibus concionibus] Videtur hic locus ita emendandus, ſublatis καὶ & πρὸς particulis: ἐν γάρ τοι ταῖς συνόδοις ταῖς τοῦ δήμου, ἐν αἷς γε καὶ ἐβουλεύοντο, πάσαις, τοῖς ἰδιώταις πρὸ τῶν, &c.

107. Haud palam eſſent] ὥσπερ εἰ αὐτοὶ ἔλαθον legendum eſt, pro τοι & ἔλαττον. Et in voce ἁμαρτόντες ineſt obſcura ambiguitas. Ut a propoſito diſcederent] καταβαλεῖν pro καταλαβεῖν ſcribo. ſicut ſupra libro 37. folio 52. a petitione deſtitit, κατέβαλε τὴν ἀξίωσιν. Et paulo ante, ante τὴν δίαιταν, præpoſitio περὶ addenda eſt. Aliis invid.] φθόνῳ, non φόνῳ. De elephantorum pugna quæ ſequitur, lege Plin. lib. 8. Nat. hiſt. c. 7.

108. Ad aquam perennem] ὕδωρ ἀέναον, Xiphil. φανερόν, id eſt, perſpicuam, limpidam.

109. Ut & Hiſpanicas res] Menda inſignis, ἵνα τὰ Ἰβηρικά: ego ratione hiſtoriæ ipſius ductus, ut autorum teſtimonia præteream in re non dubia, ἵνα τά τ᾽ ἐν Ἰβηρίᾳ corrigo. Quaſi vero non in Rempub.] ὥσπερ οὐκ ἐν τῷ δημοσίῳ. Lego autem ipſe: ὥσπερ οὐ καὶ τῷ δημοσίῳ, ita enim Plutarch. in Craſſo: ταύτας φασὶ ῥωμαῖοι τὰς ἀρὰς ἀποθέτους οὔσας καὶ παλαιὰς τοιαύτην ἔχειν δύναμιν, ὡς περιφεύγειν μηδένα τῶν ἐνοχεθέντων αὐταῖς, κακῶς δὲ πράσσειν καὶ τὸν χρησάμενον· ὅθεν οὐκ ἐπὶ τοῖς τυχοῦσιν αὐτὰς, οὐδ᾽ ὑπὸ πολλῶν ἐγείρεσθαι. καὶ τότε οὖν ἐμέμφοντο τὸν Ἀτήϊον, εἰ δι᾽ ἣν ἐχαλέπαινε τῷ Κράσσῳ πόλιν, εἰς αὐτὴν ἀρὰς ἀφῆκε, καὶ δεισιδαιμονίαν τοσαύτην. Qui enim Atius Dioni eſt, eum Plutarchus vocat Atejum. Per Ligerim fluvium] ἄγρου habet textus hic & alibi, depravata voce, ut exiſtimo. Cæſar lib. 3. hac de re loquens: Naves interim longas ædificari in flumine Ligeri, quod influit in Oceanum, &c. Ea verba ſecutus ſum, λίγηρου ſcripſiſſe Dio videtur, ut infra libro 44. folio 262. Decimus Brutus] Δέκιμος ubique ſcribendum ſupra etiam monui.

110. Ne remis quidem] κοπῶν pro σκοπῶν ſcribendum, recte id Roberto monente. Ubi ſe ſuperiorem] ὅπου μὲν γὰρ κρεῖττον, &c. Mancus eſt hic locus in Græco.

111. In Unellos miſerat, quibus præerat Viridovix] Cæſarem ſequor, frequenter in hoc & aliis Græcis autoribus depravata nomina hujuſmodi eſſe compertum habens. Ita ut ſua caſtra defendere] Verba ſunt hoc loco vitiata, ἔρημα enim in ἔρυμα vertendum fuit: quamquam ne ſic cæteris ſalvis.

112. P. Craſſus M. filius] Μάρκου non Μαρκίου. Et quos Ἀπιάτας Dio vocat, modo ſic ille ſcripſerit, ii Sontiates Cæſari dicuntur. In quodam colloquio] Cæſar non meminit. Et ἐξ ἀπάσης, ſcribo ἐξ ἀπάτης. Sertorianos] Σερτωρίους. Forte Σερτωριανούς. Robertus etiam monet. Tenchteri] Probo Roberti Stephani judicium; mecum hæc ex Cæſare nomina reſtituentis, ἴπας & Τεντερίδας Plutarchus quoque vitioſe vocat in Cæſare. Lego autem hic: τὸ μέν τι καὶ πρὸς Σουήβων ἐκβιασθέντες, τὸ δὲ καὶ πρὸς, &c.

113. Omiſſaque profectione] καὶ τούτου ὑποσχόντες τῆς ἀπορίας. Conjector ſcriptum ab autore ita eſſe: καὶ τούτου ἐπισχόντες τὴν πορείαν. Eleganter dum plerique ducere literas & contrahere in unam multas laboraverint, multos in bonos libros errores invexiſſe conſtat: cujuſmodi in præpoſitionum & articulorum ac ſyllabarum finalium perverſione ſunt plurimi. Rhenus ex alpibus Germaniæ] Egregie, ſcilicet, Dio Rhenum deſcripſiſſet, ſi ex Celtibericis (eſt enim Κελτιβήρων in Græco) Alpibus ortum ejus duceret, quo quid imperitius? Scripſit autem Κελτικῶν, hoc eſt, Germanicis. Atque hic locus oſtendit id quod ſupra diximus, Germanis Celtarum nomen a Dione tribui.

114. Britannia millibus paſſuum ad minimum quinquaginta ſex] CCCCL. ſtadia enim tot millia paſſuum, inſuperque quartam miliarii partem efficiunt. Cæterum in Græco mendoſe ἔχει pro ἀπέχει (quod eſt diſtare) legi, Xiphilinus etiam teſtimonio eſſe poteſt, qui ad verbum hæc deſcribens, ἀπέχει habet. Porro, idem ex Dione in Tito oſtendit, Cn. Julium Agricolam bellum Britannicum geſſiſſe: itemque Tacitus in Agricola. De his autem quæ ſub Severo in Britannia acta ſunt, Herodianus conſulendus in 3. Iterum ἔς τε τὸ πέλαγος, τε expungendum: idque Xiphilinus etiam omiſit.

115. Romanis longe præſtabant] πολὺ τῶν ἐναντίων περιῆσαν, non πολλοί, Robert.

116. Quater millies ſeſtertium] μυρίας μυριάδας, hoc eſt, centena millia drachmarum (neque enim de ſeſtertiis, ſed de drachmis loquuntur Græci autores) ſeu denariorum. Qui modus loquendi cum ſit in lingua Latina inſolens, eo utendum mihi hic & alibi judicavi, quem Latini ſcriptores uſurpaſſent. Animum adjecit] ἐνόει καὶ παρεσκευάζετο, non ἐνόσει. Ita Appianus etiam in Syriaco, & Parthici initio.

117. Berenice] Βερενίκη ſcribendum, ut ante. Porro quod ſequitur, πρὸς τὸν, καίτοι, deeſt vox πατέρα aut πολέμιον, ante καίτοι. Eo modo Gabinius] Aſteriſcum præpoſui: nam deeſt haud dubie Gabinii contra Ægyptios prælion, ac victoria. Ne ipſe ſuorum delictorum delator] αὐτάγγελος corrigo, cum legatur αὐτὰ γέλως.

118. Affinis Pompeji eſſet] Frater nimirum P. Clodii: de qua re ſupra dictum. Paulo ſuperius, αὐτὸς ὅ τε Δομίτιος, ſcribo αὐτοὺς &c. Gabinium hoc in ſummam invidiam vocavit] καὶ αὐτὸν καὶ ἐκεῖνο δεινῶς ἔπεισεν, nullo ſenſu: forte ἤπειγεν, aut tale aliquid. Totus locus ſatis confuſus eſt, nec (ut opinor) integer. Quamvis reclamante Pompejo] Deeſt aliquid huic orationi: & pro ἀνείποντος, ἀντείποντος legendum videtur. Inde ædes] αἵ τε οὖν, οἰκίαι addendum docuit Robertus.

119. Eæ non modo abſens] Locus in Græco mendoſus, ſi tamen pro ποιῆσαι, ἐποίησαν ponatur, & ante οὐδὲ ἐπελθόντας, ἀλλὰ addatur, conſtabit aliquo modo. Cic. pro Gabinio diceret] συναγορευόντος, pro ἀγορεύοντος ſcribo. C. Pomptinus] ita enim libro priore vocatus eſt, & pro γράμματα, πράγματα legendum, Robertus erudite vidit.

IN LIBRUM DIONIS XL.

121. In Conſulum nominibus ſunt multi errores, ex ipſius autoris verbis tamen haud difficulter caſtigandi. Καλουΐνιος) ſcribo Καλουΐνος: ſic omnes alii, ſic infra ipſe Dio. M. Οὐαλέριος] Adde Μεσσάλας. Porro ſcribo, Γν. Πομπήϊος, Γν. υ. Μάγνος τὸ γ. Κ. Καικίλιος Μέτελλος Σκηπίων, Νασικοῦ υἱὸς, (fuit enim a Metello adoptatus) Jam pro Σέρπος, Σερούϊος ſcribo: ſic enim alias ſemper Dio, ad eumque etiam hæc Κ. υἱ. Ῥοῦφος pertinent. Quæ ſequuntur, ita ſcribe: Μ. Κλαύδιος, Μ. υι. Μάρκελλος. Λ Αἰμίλιος Μ. υι. (puto n. M. ui ad hunc pertinere, non ſatis certo ſcio, neque admodum refert) Παῦλος. Hujus collega omiſſus eſt, ſed addatur ex Dione, Γ. Κλαύδιος Μάρκελλος. Anno ab U. C. ſeptingenteſimo] Notandus hic locus eſt, qui fide dignum enumerationi annorum ab Roma condita teſtimonium fert, qua nos cum multis aliis utimur. Quod ſequitur: Iisdem L. Domitio &c.] in Græco τοῦ Δομιτίου αὐτοῦ Λουκίου, quod αὐτοῦ adjectum eſt a Dione, niſi fallor, ad diſcrimen ejus Domitii Cnei, qui ſtatim ſequenti anno Conſul factus eſt. Itaque nihil muto: quanquam ἂν τοῦ diviſim legi Roberto placeat.

122. Undiquaque terræ accedebant] πολλαχόσε ἅμα αὐτοὺς κατασχεῖν, non αὐτοῖς. Ad Suellam] Caſſivelaunum Cæſar nuncupat.

123. Ab Eburonibus] *Robertus ex Leoniceno* αἰχμάλωτοι *addendum cenſet: quod ego plane non probo, fierique omnino potuit, ut hic quoque uſus non emendato exemplari, illud* (captivi) *de ſuo divinans addiderit. Certe Cæſar nihil habet hujuſmodi, neque congruit huc: Populus enim, non captivi, præſidium impoſitum ſibi moleſte nimirum tulerunt. Ego aut* ἐβούρωνοι, *aut* οἱ ἐβούρωνες *lego: nam quin Dio* ἡγουμένου *(non* ἡγούμενοι*) ſcripſerit, dubium non eſt.* Eos nocte proxima adoriri] καὶ ἐκείνοις, *(non* ἐκείνους*)* μέλλειν *lege.*

124. Ob abundantiam ſuorum] περὶ τῆς περιουσίας: ὑπὸ *pro* περὶ *lego cum Roberto.* Nervius quidam] Verticoni *nomen fuiſſe, Cæſar prodit.* διάγγελον *autem una voce ſcribendum, aſtipulor Roberto.*

125. Ab Indutiomaro] Ἰνδουτιομάρου *recte emendat Stephanus, pro* Ἰνδιοτιμάρους.

126. Talymenus Ilaces] *Fortaſſis* Σιλλάκης, *ut a Plutarcho & Appiano dicitur.* Ut urbs everteretur] καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἀνέστησαν, *eſt in Græco, deeſt igitur,* αὐτὴν οἱ Ῥωμαῖοι, *ita enim habet Plutarchus in Marci Craſſi vita, & Appianus Alex. in Parthico.*

127. Nonnihil conceſſerunt] καὶ τῆς ἑαυτῶν ἔστιν ἃ προέμενοι, *lego cum Roberto, &* ἔχουσιν *quod ſubſequitur ad* ὄνομα *præcedens refero, ut poſt* ὄνομα *comma, non punctus ponatur.*

128. Bubo enim] καὶ γὰρ βύα. βύας *lego: ita enim nominandi caſu dicitur, aut pluraliter* βύαι. *Quod autem dicit,* κύνες ῥκίζοντο, Ululaverunt *vertendum duxi, quod omini habebatur:*

Obſcœnique canes, importunæque volucres
Signa dabant. —

inquit Maro, & pro Φιλονεικίᾳ, *niſi quid deeſt,* Φιλονεικίαις *dandi caſu legendum.*

129. Augarus Oſroenus] Ὀῤῥοηνὸς *eſt in Græco perperam, pro* Ὀσροηνὸς, *quo modo alibi apud Dionem legitur. Eſſe autem Oſroenem Aſiæ regionem, Armeniæ finitimam, ex Geographis liquet. Verum hic* Augarus *a Plutarcho* Ἀριάμνης *nominatur,* Ariamnes, *ab Appiano* Ἄκβαρος, Acbarus. *Cum tamen tota narratio de Craſſi bello Parthico, interituque, ad verbum ferme Appiani Parthico libro ſit inſerta, non minor ea ſeptem paginis. Quod cum demirarer, animadverſum a me utriuſque lectione, in eam veni cogitationem, primam ac majorem partem ejus libri, qui fuit de rebus Parthicis ab Appiano conditus, intercidiſſe, ac a quodam alio ex Plutarcho, quantum ejus potuit fieri, ſuppletum fuiſſe. Nam profecto etiam hæc quae poſt finem verborum Plutarchi Appiano intextorum ſequuntur, minime cum prioribus cohaerent: deeſt enim omnis Parthica hiſtoria, a morte Craſſi uſque ad Ventidii contra Labienum bellum: quam haud dubie diligenter Appianus perſecutus fuerat, ſed cum antecedentibus periit. Quinimo reliqua etiam pars iſtius Parthici fere tota ex Antonio Plutarchi eſt deſcripta. Id etſi nonnihil alienum ab hoc loco, tamen obiter commemorare volui: ut ſi qui haec noſtra legentes fortaſſis eandem rem animadvertiſſent, quid nos ſentiremus, intelligerent, rudioreſque dubitatione aliquantum ſolverentur. Ego tamen cum Dione* Augarum *hic legere malo, cum etiam Xiphilinus ex Dione in Caracalla, & Herodianus libro tertio Augari cujuſdam Oſroenorum regis meminerit, ut id nomen omnibus Oſroenes dominis commune, ſicut* Arſacis *Parthorum, fuerit. Sed haec ſatis.*

130. A ſuorum acie ſubductus] ἀπὸ τῆς φάλαγγος, *non* ὑπὸ.

131. Letali vulnere] κεραίᾳ, *lego* καιρίᾳ. *Et paulo ſupra,* ἢ καὶ ἀναπειρώμενοι *cum Roberto legerim.* Adverſus hoſtes aperte congreſſos] *pro* ὡς ἐπὶ προσμένους, *ſcribatur,* ὡς ἔτι πρὸς μόνους, *& poſt* ὄπισθεν ἐς τὰ, *adjiciendum* πρόσω. *Paulo poſt, pro* προσέλθειν, *legit* περιστῆναι *Robertus, & recte, mea ſententia.* Undique circumequitando] πάντη *pro* πάντα *malim.*

132. In tenebris] ἐν τῷ σκότῳ, *non* σκοπῷ, *& poſt* αὐτὸν, *pro* αὖ τὸν *ſcribo.* Carras ſeſe receperunt] *Inſignis menda,* ἄκρας *pro* Κάῤῥας *ſubrepente: neque opus eſt multis in ea caſtiganda verbis. Quis enim neſcit, quod Craſſus*

Aſſyrias Latio macularit ſanguine Carras.

atque ipſe Dio folio ſequenti Carras *nominat.* Ut interdiu diſcedens lateret] καταφάγῃ *reponendum eſt, pro* καταφέρῃ. Caſſio Longino Quæſt.] τοῦ πολεμίου *monſtroſe: ego* τοῦ ταμίου *lego. Fuit enim is C. Caſſius Longinus Quaeſtor M. Craſſi eo bello, ut & Epitome Liviana 108. & Vellejus Paterculus produnt, eſtque is qui C. Caeſaris cum Bruto necem peregit. Facitque in ſequentibus libris Dio hujus Quaeſturae ipſe mentionem.* Ad inſaniam] καὶ τι καὶ δὴ ἀπονοίας *lego.*

133. In equum impoſitus] ἐπὶ τὸν ἵππον ἀνέβαλεν *lege, non* ἀνέλαβεν. *Hinc* ἀναβολεὺς *dictus Graecis.* Ut quaſi pauperem eum miſeraretur] ὡς καὶ ὡς πένητα οἰκτείρειν *legit Xiphil.* Itaque Caſſius eos] *Baſſi annotavit ex Cic. & aliis Robertus, hic & deinde* Caſſium, Κάσσιον, *non* Κράσσον *legendum, quo accedit etiam Xiphilini teſtimonium: quanquam ſtatim ipſe etiam Dio* Caſſium *nominat.*

134. Quanquam Senatuſconſulto] *De hoc infra folio* 142. *lege.* M. Marcello] Μαρκελλίνου *vitioſe, pro* Μαρκέλλου *legitur.*

135. Moleſtum ſomnum] ἔτι καὶ τότε *lego, ut vult Robertus.* Qua hominibus terroris de ſe] ἀφ᾽ ὧν τοὺς τε σφετέρους. *Miſere hic locus in Graeco eſt depravatus, quantumvis integer in ſpeciem videatur. Porro, quae Robertus de nominis Trevirorum & aliorum varietate annotat, accipio: iis tamen qui Graecum codicem recudent, autor fuerim totius omnino ſcriptionis obtinendae, qualis hic ſit* Τρηουήρων. *Idem de reliquis nominibus exiſtimo.* Sicambris non ſatis fuit] οὐκ ἀπήρκεσε, *& poſt, pro* προσβοηθήσαντας, προσβοηθησάντων, *itemque* συνεγκαταλειφθέντες *ſcribendum, recte Stephanus tradidit.*

136. Iis pepercerunt] παρῆσαν, *malim certe* παρῆσαν. *Caeterum Caeſarem hic quoque in nominibus ſecuti ſumus propriis.*

137. In longum quam maxime explicato] μακρᾷ καὶ ἐκτεταμένῃ *Robertus legit, & recte. ſuccio autem nomen* Elaver *fuit. Caeſar lib. 7. belli Gallici.* Oppugnandi ne cogitationem quidem ullam hab.] οὔτε προσεγίγνωσκεν. *Credo hunc locum ita ſcriptum fuiſſe:* καὶ αὐτὸς μὲν οὔτε ἐγίγνωσκε προσβάλλειν, *aut* προσβολὴν ποιήσασθαι. *Deinde* ὡς καὶ ἐφ᾽ ὑποδοχὴν *ſcribendum eſt, & vox* ἀνέκοπτον *genuina non eſt, ſed legendum puto,* ἀνέκοπτεν. Sine fructu] ὅ τε χρόνος ἄλλως. ἄλλως *pro* ἄλλος *lego.* Ad Gergobiam relictus exercitus] κακῶς οἱ καταλειφθέντες *legendum eſſe, ex Caeſare Robertus oſtendit, non* καταληφθέντας.

138. Ne pœnas admiſſorum penderent] χολάζοντες ποιήσωνται. *Aſteriſcus in Graeco eſt, nam ſenſus quidem planus, verba autem ſalebroſa ſunt.*

139. Hoſtes Alexiam profugientes] ἀλλ᾽ ἐς Σαλδουίαν *ſcribendum* Ἀλεσίαν. Alexiam *nominat.* Atque reliquos bello inutiles] καὶ τῶν ἄλλων τοὺς, *&c. legendum. Rob.* Maxime Germanis auxiliaribus] *Ita lego hunc locum, alias mutilum:* ἱπποµαχίᾳ δὲ διὰ τῶν Ῥωμαίων, τῇ βοηθείᾳ μάλιστα τῶν Κελτῶν, ὑπερεβάλλοντο. *& pro* ἰσχυρῶς ἐποίησαν, ἰσχυρῶς ἐπίεσαν. *Verum eſſe hanc emendationem, Caeſaris verba in Comment. teſtantur.* Integro etiamnum corpore] *Parentheſis in Graeco poſt* ἀργὸς *demum claudenda eſt.*

140. Comium Atrebatem] Ἀτρέβαν *reponendum, pro* Ἀτρέμαν, *Robertus oſtendit. Hoc bellum deſcriptum a Caeſare non eſt, ſed ab Oppio (ſive Hirtio) adjectum tamen Caeſ. Comment.* Per inſidias aggredi] ἐνεδρεῦσαι *ſcribo, pro* ἐνδρεῦσαι. Moleſtus fuit] χαλεπῶς *lego, cum Roberto, non* χαλεπὸς.

141. Etenim cum id exiiſſet] αὐτός τε γὰρ ἐπ᾽ ἐξόδῳ. *Non video cur* αὐτὸς *hoc loco in* ἔτος *ſit vertendum, quod Roberto placuit, quinimo haec verba,* αὐτός τε γὰρ ἐπ᾽ ἐξόδῳ, *quaſi rationem ejus reddunt, quod dixerat Caeſarem ſua ſponte* abiiſſe, *quaſi rationem ejus reddunt, quod dixerat,* Caeſare *ideundum Romam fuiſſe:* Nam, *inquit,* ſic conveniebat, *cum* tempus imperii ejus exiiſſet: *neque vero annus, ſed totum tempus imperii*

imperii tempus jam exiiſſe ſignificatur hoc quidem loco. Itaque nihil ego mutari velim. Mortua jam præſertim filia] *Locus hic & depravatus eſt, &, ut mihi videtur, obſcurus. Emendatior erit, mea ſententia, ſi ita legatur:* καὶ αὐτῷ ὀυκέτ' οἰκείως *(ut repetatur verbum* ἐγένετο) ἄλλως τε, καὶ τοῦ παιδίου, ὅπερ που καὶ μόνον ἐν τῇ φιλίᾳ αὐτοὺς κατεῖχε, τετελευτηκότος. *Jam illud* παιδίου *incertus ſum, ad Juliamne, an ad filiolam ex ea natam referatur, quod poſterius vox* παιδίον *innuere videtur: prius tamen magis placet, potiſſimum quia filiola iſta, (Vellejus filium fuiſſe tradit) paucos matri dies ſupervixit, Plutarcho etiam teſte.*

142. Acriter contendebant] ἀλλ' ἐπ' ἀλλήλους πανώρμηντο, *ſcribe* παρώρμηντο. Inter prodigia non extrema] ψηφιωθὲν, τέρας ὀυδενὸς ἧττον γενέσθαι, *ſic interpungenda eſt haec oratio.*

143. Eam rem vindicaret] *Probo judicium Stephani,* ἐπεξέλθῃ *pro* ἐξέλθῃ, *& infra pro* ἐνήσαντες, νήσαντες *ſcribentis.*

144. Nomenque Curiæ mutaretur] *Locus hic quoque obſcurus eſt, nec integer, ſi quid judico. Ei tamen illuſtrando nonnihil proderunt, quae infra lib. 44. haud procul ab initio de eadem Curia ſcribuntur. Caeterum pro* περὶ αὐτοὺς, περὶ αὐτοῦ *lego.* Ut Cæſari permitteretur] ἐκείνῳ μὲν, *non* ἐκεῖνο.

145. Id quoque quod plerumque] *Parentheſis ante vocem* τινὰς *in Graeco eſt inchoanda, & poſt* ἐξηρπάζοντο *finienda.*

147. Exteras provincias] ἐς τὰς ἔξω ἡγεμονείας. ἐς *præpoſitio abundat.* Qui potentiam obtinerent] εἴ τι δυνάμενοι *legendum, non* ὅτι. Cum enim & in equeſtri] ὑπὸ γὰρ τοῦ πολλοῦ, *&* Φλαύρους *legendum.*

148. Coſſ. creati ſunt] ᾑρέθησαν *legendum, ſublata ſyllaba* δι, *& videtur ſcriptum deinde fuiſſe a Dione,* ὀυ καὶ χρήμασιν, *itaque verti, non* εἰ. C. Marcellum ſobrinum] *Suetonius in Cæſare:* Inſequenti anno, C. Marcello (qui fratri patrueli ſuo Marco in Conſulatu ſucceſſerat) eadem tentante, *& Appianus* ἀνεψιὸν, *hoc eſt,* ſobrinum Marcelli, ejus qui priori anno Conſul fuerat, *dicit. Quod refertur a me, ancipitis obſcuritatis ex hoc loco tollendæ cauſa. Quod autem dicitur affinitatem ei cum Cæſare interceſſiſſe, hinc eſt, quod C. Claudio Marcello Octavia ſororis Cæſaris neptis nupta fuit, eodem Tranquillo teſte, quam eo defuncto Antonius uxorem accepit, qua de re ſub finem Annot. indicabimus.*

149. Nulli omnino pecuniæ] γὰρ *abundat ante* ἀργυρίου, *perturbatque ſententiam.* Inter eos primas] *Locus mancus in Græco,* καὶ ὀυκ ἀνὰ πρώτους. Pompejo maxime ſtudebant] *Senſus enim ipſe demonſtrat legendum,* εἴπερ που καὶ τὰ τοῦ Πομπηίου, &c. Ad eas leges tandem perferendas] πρὸς τὰς αὐτῶν δὴ, *particula* ἀπ' *expuncta lego. Ceterùm de tota hac re, Cœlii ad Ciceronem epiſtolæ ſunt videndæ, quæ inſunt lib. 8. Famil. Poſt, pro* ὀυ μέντοι καὶ ἐκεῖνο, *ſcribatur* κατ' ἐκεῖνο. *Et dein:* ὅμως δ' ὀυδὲν δεῖν τε, *deeſt aliquid poſt* ὀυδὲν: *forte legendum,* ὀυδενὸς ἧττον δεῖν τε, &c.

150. Ita ſe ſibi conſcium] σύνοιδα μὲν ἐμαυτῷ, *non* ἐν αὐτῷ, *legit Robertus, recte profecto.*

151. Legionem ex ſuis] αὐτῷ στρατευομένων. *Ceterum hæc verba:* εἰ δὲ δὴ στρατιῶται, *& quæ ſequuntur, inepte & perperam parentheſi incluſa ſunt, quæ nulla eſſe debet.*

IN DIONIS LIBRUM XLI.

152. Ad ipſas Calend.] *nimirum Januarias: ut patet ex eorum temporum conſuetudine, & Appianus lib. 2.* τῇ νουμηνίᾳ τοῦ ἔτους *habet, de eodem loquens.*

153. De Tribunis enim plebis] *Si cui hæc minus recte convertiſſe videbor, is ſciat divinare me potius, quam vertere, opus hoc loco habuiſſe, qui (niſi admodum fallor) integer non eſt.*

155. [illegible] incolumitate ejus] σωτηρίᾳ αὐτοῦ δημοσίᾳ. σωτήρια *lego, non* σωτηρίᾳ. *ita Plutarchus etiam in vita Pompeji. Meminit rei hujus Cicero primo Tuſculanarum quæſtionum, & Juvenalis Satyra decima, ac alii.* Et ad maleficium om.] *Ante* κακουργήσειν *copula* καὶ *abundat, niſi qua dictio deſit.* Macedoniam, Thraciamve] ὡς ἐν τῇ Μακεδονίᾳ, *non* ὡς καὶ.

156. Cum ad ſeſe defendendos] ἐπαμύναι αὐτοῖς *legendum aſpirate, &* καὶ *ante* τῶν ὕβρεων *videtur, ut alias ſæpe, ſuperfluere.* Ea imprecabantur] τὰ αὐτὰ ἐπηρῶντο. *Vox* ἐπηρῶντο *vitioſa, ſententiam hanc mira obſcuritate involvit. Mihi, quin* ἐπηρῶντο *ſit a Dione ſcriptum, dubium non eſt, ac ſic converti.* Eorum qui Romam petebant] ἐπιόντων, καὶ πρῶτοι. *Mutila eſt oratio, &, ſicut complures aliæ, ſine melioris exemplaris fide non ſananda: ego ſententia ut cohæreret, potiſſimum curavi.*

157. Nemineque hanc rem ſecuro animo accipiente] ἐν ἐλαφρῷ τὸ πρᾶγμα ποιουμένου *legendum eſt, ut participium ad* μηδενὸς *referatur.* Totam noctem obambulantes] τήν τε γὰρ νύκτα πᾶσαν ἀναγκαζόμενοι, *non in loco poſita hæc vox.*

158. Corfinio relicto] τὸ Κορφίνιον, *pro* τὸν *ſcribendum. Rob.*

159. Inædificata urbe] διοικοδομήσας δ' ἐν τούτῳ ἐκπλέοντα. *Videtur aliqua dictio deeſſe.* Alio aſportavit] ἑτέρωσε *pro* ἑτέρως, *recte Stephanus emendat.*

160. Illud quidem denuo quoque] καὶ ἐκεῖνο μὲν καὶ αὖθις ἐγένετο, *&c. Tota hæc periodus mihi mendoſiſſima videtur, & quanquam Robertus pro* τοῦτο δὲ, τούτῳ δὲ *legit, tamen id exiguum ad intelligendam ſententiam momentum affert. De Cenſura quidem Perpennæ, quicunque is fuerit, nihil memini legiſſe.*

162. Ipſe in Hiſpaniam] *Evidenti errore* Ἰταλίαν *vox obrepſit huic loco.* Ἰβηρίαν *autem ſcribendum fuiſſe, maniſeſtius eſt, quam ut verbis opus ſit. Mox pro* καθιστάντας, καθιστᾶσαν *emenda.* Sin bello veniant] *Ante* ἐπὶ πολέμῳ δὲ, *non periodi, ſed commatis ſignum ponatur. Et mox legendum eſt,* καὶ καταστάθέντες ἐς πολιορκίαν. Hiſpaniæ ea tempeſtate] *Synecdochice dixit,* τὰ περὶ τὸν Ἴβηρα, *pro tota Hiſpania.* Dejecto Pyrenæi ſaltus præſidio] τήν τε ἐπὶ τοῦ Πυρηναίου φρουρὰν τρεψαμένῳ, *vel* ἀπωσαμένῳ, *vel ſimile legendum, non* ποιησαμένῳ. *Porro, quod ſæpius monui, hic quoque affirmo, non varie eandem vocem ſcribendam eſſe, ſed conſtanter uno modo. Nec probo eos, qui* Πυῤῥηναίον *ſcribunt, littera* ρ *geminata, cum ſit prima ſyllaba brevis, aut certe anceps: quod ratione & teſtimonio Latinorum Græcorumque poetarum demonſtrare poſſem, niſi aliud agerem.*

163. Eos ſtatim intercipiebant] *Aſteriſcus appoſitus oſtendit deeſſe aliquid. Si legas,* προσιόντας ἔφθειρον *(aut ſimile quid)* τά τε ἐπιτήδεια, *conſtabit omnino locus, & licebit aſteriſcum tollere.* Acceptosque perdidit] *Notam defectæ orationis præpoſui: deſunt enim nonnulla.*

164. Sæpius conati perrumpere] πειράσαντες, *Aoriſto: non,* πειράσοντες *Futuro tempore legendum, recte Robert. judicavit.* Neque contra Pompejum] μήτε ἐπὶ τὸν Πομπήιον, *non* μήποτε. Q. Caſſium Longinum] *Prænomen deſideratur in Græco: id (ne Caſſiorum nomine obſcurior res fieret) ex Cæſare & Appiano adjeci.*

166. Modo ea voluptate duci] παραχρῆμά τι ἡσθέντας. *Robertus* τινὶ *emendat: non male quidem id, non tamen neceſſario, cum id pronominis adverbialiter poni conſueverit.*

167. Ex æquo maleficiis vos prohibent] *In Græco,* καὶ ὁμοίως ὑμῖν κακουργεῖν, *ſupplendum* ἀπείρηται, *aut ſimile.*

168. Cum id alioquin licitum non ſit] ὀυ γὰρ ἔτ' ἐστὶν, *mendoſe,* ὀυ γὰρ ἔξεστιν *emendo.*

171. Alterique Pompejanorum] *Supra monui cum Roberto, pro* Σερτωρίους, Σερτωριείους *legendum, ita hic quoque* Πομπηιείους *legerim, non* Πομπηίους. *Xiphilinus certe* Πομπηιανοὺς *habet.* L. Scribonius Libo] Σκριβώνιος, *non* Κριβώνιος, *ut recte Robertus monuit.*

172. Inſula relicta ad Pompejum contenderat] *In Græco legendum* προσεξεχώρησε, *non* προσεξεχάρισε. *Particula*

la μὲν *etiam expungenda, quæ enim ſequuntur, ad Curionem pertinent. Eſt autem quæ ſequitur de Attio Varo clauſula, manca in Græco: ego ſententiam extuli.*

173. Bocchus & Bogud, quod hoſtes Pompeji eſſent, reges dicti ſunt] *Locum depravatum ſic caſtigo:* Βόκχος καὶ Βογούας βασιλεῖς, ὅτι ἐχθροὶ αὐτῶν ἦσαν, ὠνομάσθησαν. αὐτῶν *autem ad Pompejanos refertur. Regem autem a S. P. Qu. Romano vocari, magni fuit honoris, & a* Romanis *(ut ait Cæſ. lib.* 1. *belli Gall.)* pro maximis hominum officiis tribui conſuevit.

174. Occaſione belli gerendi arrepta] τόν τε καιρὸν τοῦ πολέμου, *Rob. Steph. pro* τότε καινὸν *recte reſtituit.*

175. Sive ea aliunde, ſive ex oraculo] *Si legas in Græco,* καὶ τοιαύτην ἐλπίδα, ἢ ἄλλως, ἢ καὶ ἐκ μαντείας, *&c. locus erit planiſſimus, & (ut ſentio) integer, aſteriſcusque delendus.*

176. Quod acceſſione ad ſuum exercitum] προσγεγενημένων *ſcribe, non* προγεγενημένων. A Dyrrhacho quodam Heroe.] Δυῤῥάχιον *legitur. Sed ego ſequutus alios omnes autores,* Δυῤῥαχον *tribus ſyllabis lego. Qui plura volet de hac re, Appianum Alex. legat, lib.* 2. *bell. civil. ubi copioſe hæc tractantur. Porro autem* ῥαχὶ *vocabulum eſt depravatum, quod Robertus etiam ſenſit, legendumque* ῥαχίας*: ita & Xiphilinus habet. Et ante, pro* κτῆσιν, *meo periculo lege* κτίσιν.

177. Sadalo Thrace] Σαδάλου, *expuncto* ν. *non* Σανδάλου *legendum: ſic enim hunc & ſub finem hujus libri, & infra lib.* 47. *nominat: etſi menda ibi ſit. Apud Julium Cæſarem* Saſalem *legitur, fortaſſis vitio, pro* Sadalem, *initio lib.* 3. *de bello civili. Lucanus certe in quinto Pharſaliæ* Sadalem *edit:* Tunc Sadalen, fortemque Cotyn, &c. *Poſt paulo,* ἐνέδρευσε *vox mendoſa eſt.* Omnia diripuit] πάντα διήρπασε, *non* πάντας.

179. Neuter tamen neutri quicquam remitt.] καὶ διὰ τοῦθ' ὑφίετό τινος. *Ipſa ſententia docet ita legendum, ut ego converti:* καὶ διὰ τοῦτ' οὐδ' ὑφίετό τινος. *Deinde,* ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων τῶν τε ἀνθρώπων. *Satis ſcio, pro* τῶν τε *ſcribi debere* τῶν τότε, *una ſyllaba incuria librarii eliſa.*

180. Se vindicem libertatis] αὐτοὺς ἐλευθερωτάς, *non* αὐτούς. *Robertus.*

181. Olim pro ſua libertate] ὑπὲρ τῆς σφετέρας ἐλευθερίας, *non* ὑπό. *Ac infra pro* ἀλλοεθὲς, *lego* ἀλλοεθνὲς, *cum Roberto utrumque.*

182. Reliqui in poteſtatem Cæſaris poſt pugnam ven.] οἱ δὲ καὶ μετὰ τοῦτο. καὶ αὐτῶν, *&c. Deeſſe verbum aliquod ad finem hujus coli, in promptu eſt. Ego audacter ita ſcribo:* οἱ δὲ καὶ μετὰ τοῦτο ἑάλωσαν. *Id enim & ſequentia comprobant, & locupletiſſimus teſtis eſt Cæſar in Comm. qui demonſtrat, quomodo hi ſe ejus poteſtati poſtridie commiſerint.*

183. Ac Tarcondimoto] *Aſtipulor hic quoque Roberto, cum & infra lib.* 47. *Dio ſic eum nominet, & Cic. in ea epiſtola quæ libri* 15. *Familiarium prima eſt. Cæſar* Tarcondarium Caſtorem *hunc appellat. Ac deinde, ubi ego tranſtuli,* Sed id quoque ei vitio dedit] καὶ προσέτι καὶ αὐτὸ τοῦτ' ἐνεκάλεσεν *legendum, non* ἐκάλεσεν, *docte annotavit idem Robertus.*

IN DIONIS LIBRUM XLII.

184. *Nomina Magiſtratuum hujus libri ſic lege:* Γ. Ἰούλιος, Γ. υ. Καῖσαρ, Δικτάτωρ τὸ β. Μ. Ἀντώνιος, Μ. υ. ἵππαρχος. ὕπατοι δὲ Κ. Φούφιος Καλῆνος, καὶ Π. Οὐατίνιος Π. υ. *Hæc emendatio ex ipſo eſt petita Dione.*

185. Cumque rem extrahere] πέμψαι τε δυνηθεὶς ἂν τὰ πράγματα. *Eſt autem* πέμψαι *hoc ſignificatu inuſitata vox, ac pro ea reponenda* τρίψαι*: ita enim Xiphilinus habet, hunc locum ad verbum adducens.*

186. Tanquam Craſſi neceſſarium] *Intelligo id eo, quod Cornelia uxor Pompeji, conjux prius P. Craſſi fuit. Plutarchus Pompejo.*

187. Multis per Africam &c.] *Robertus hunc locum eruditiſſime ſic reſtituit:* καὶ νίκας πολλὰς μὲν ἐν τῇ Ἀφρικῇ, πολλὰς δὲ, *& quæ ſequuntur.*

188. Ea ipſa die qua] καὶ ἐν τῇ ἡμέρᾳ, ἐν ᾗ περὶ *Xiphilinus habet,* ἐν αὐτῇ τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ: Ipſa octava die: *quæ lectio ſi vera ſit, nomen menſis intercidit.* Quænam loca is petiiſſet, inquirendo] κατὰ πύστιν αὐτοῦ προσιὼν, *non* πίστιν. Inque claſſem ibi Pompejanam, cui C. Caſſius præerat] *In Græco eſt* μετὰ τοῦ Κασσίου τοῦ Λουκίου, *Cum L. Caſſio: non negligenda menda. Tres omnino Caſſii Longini hoc tempore fuerunt, quorum & Dio & reliqui hiſtorici mentionem faciunt.* Q. Caſſius, *qui cum Antonio Trib. pleb., deinde Hiſpaniæ a Cæſare præfectus fuit: eo quidem ipſo tempore eam gerens præfecturam, quo Cæſar ad Dyrrhachium, Palæopharſalum, & Alexandriæ rem geſſit: præter Dionem, teſte eo qui librum de bello Alexandrino ſcripſit, de quo & ſupra, & poſt ſuo loco plura.* L. Caſſius, *qui hoc ipſo bello civili Cæſaris fuit legatus, ac Macedoniam ei occupavit: de quo ſuperiore libro ipſe Dio, Cæſar autem in tertio bell. civil. Comment. ſcribunt. Is autem L. Caſſius quinam fuerit claſſis Pompejanæ præfectus? Reſtat* C. Caſſius, *quem quidem præfectum navium Pompeji fuiſſe ipſe eodem libro Cæſar teſtatur. Cæterum Appianus Alex. aperte prodit, Cæſari ab eo Caſſio naves Pompeji eſſe traditas, a quo deinde Romæ ſit interfectus. Itaque quin* C. Caſſius *recte ego ſcripſerim, dubitare nemo debet. Volui autem id pluribus demonſtrare, ne quis mihi ex Suetonii loco juxta mendoſo, negotium faceſſeret: ubi ita legitur in vita Cæſaris, de hac ipſa re:* Poſt aciem Pharſalicam, cum præmiſſis in Aſiam copiis, per anguſtias Helleſponti victor navicula trajiceret, L. Caſſium *(ſic enim eſt in iis quæ ego viderim exemplaribus,)* partis adverſæ cum decem roſtratis navibus, &c. C. Caſſium *legendum eſt etiam apud Suetonium, ut ſatis demonſtravi. In Græco autem hic* Γαΐου *aut certe* Λογγίνου *eſt ſcribendum, nequaquam* Λουκίου.

189. Fore hoc civile bellum diuturnum] χρονιεῖν τε γὰρ αὐτοὺς ἐν τῇ συστάσει. *Robertus recte* χρονιεῖν. *Ego autem etiam illud* συστάσει *non admitto, ſed* στάσει *lego: eſt enim* σύστασις *longe aliud.*

190. Quorum neuter ſpem ſalutis] οὐδεμίαν ἐν τῷ Καίσαρι ἐλπίδα, *vox* ἔχοντες *abundat, & ab homine quodam indocto intercalata eſt. Inferius, pro* αὐτοῖς ἐκεκεκράγεσαν, αὐτοὺς *legendum.* M. Acilius] *Sic eum Cæſar vocat. In Græco* Ἀκυλλίου, *forte* Ἀκιλλίου. *Cæterum his hoc loco* Νώρικον *pro* Ὤρικον *ſcriptum eſt: quæ menda eſt etiam apud Plutarchum in vita Cæſaris. Deinde pro* χώσαντες, *emenda* χώσαντες, *& pro* ἐφύδρεις, *lego* ἐφυδρεῖς*: urinatores enim deſcribit.*

191. Ipſe intro navigavit] *Inſigne mendum, obſcurum locum de planiſſimo reddidit,* ἔπειτα πλεῦσαι. *Certe* ἐπεσέπλευσε *eſt ſcribendum, niſi ego omnino nihil video.* Fauſtum Cn. Pompeji generum] *Fuiſſe Fauſtum Syllam Pompeji generum, omnes hiſtoriæ loquuntur. Itaque in loco corrupto* Πομπηΐου τὸν Φαῦστον, *hoc divinavi: emendare certe verba non poſſum.*

192. Permulti Cordubenſes] Κορδουβήσιοι *legendum, non* Κορδουκήσιοι. *Patet ex ipſa hiſtoria, quam copioſe deſcripſit totam is, qui bellum Alexandrinum compoſuit.* Cumque Cæſar ei ſuccenſ.] ὡς ὀργὴν αὐτῷ ἦλθε, *non* αὐτῶν.

193. Prout novi nuncii acciderant] ἀπολεγόμενος *quid ſit, niſi mendoſa dictio, non video. Opinor legendum* κατὰ τούτου τά τε ἀγγελλόμενα. *Deinde pro* δεδιότες, δεδιότας *reponit Rob.* Satisfactum eo modo] τῷ τε Καίσαρι καὶ ἐκείνῳ, *non* ἐκείνων, *ſcribi debet.*

194. Ne negotium mihi ab aliis exhiberetur, &c.] *Impoſuit mihi falſa hujus lectio,* εἰ μὴ πάντα αὐτὰ ἀπεξίοιμι: *nam* μὴ *vox eſt omnino expungenda, &* ὀχλεῖν γίνεσθαι *Dio ſæpe habet pro eo quod eſt,* moleſtum alicui eſſe. *Itaque ſic vertendum fuit:* Ne moleſtus ſim lectori ſingulos percenſendo. Qui vel invitis ipſis] *Ante* καὶ ἀκόντων αὐτῶν. *deeſt virgula, & articulus* ἅ. *Deinde falſo* ἐξαμενον, *pro* ἐξάμενον.

195. At M. Cæcilius] *Sic etiam in Epitome libri LII.*

apud

apud Livium nominatur. Certe Caeſar lib. 3. bell. civil. M. Cælium Rufum, cum hanc ipſam rem tractaret, nominavit: atque ita Vellejus quoque Paterculus volumine poſteriori, ideoque Sigonius etiam apud Livium, Cælius emendat. Ego nihil mutare auſus fui: praeſertim quia infra lib. 57. Conſul legitur quidam C. Cæcilius Rufus, apud Dionem & in indice, & in ipſo libro, quem itidem alii Cælium ſcribunt. Indicare varietatem ſatis habui. Præturam urbanam ſibi non obtigiſſe] Eam enim reliquis dignitate praeſtare, praeter alios, etiam in Bruto teſtis eſt Plutarchus. Tabulæque novæ proponebantur] τὰ χρύσεα ἀποκόπλων, ſcilicet corrupte. τὰ χρέα ἀποκόπλων emenda.

196. In Tifata] εἰς τὰ Τιφατερηνὰ ὄρη. Legendum haud dubie, Τιφατηνά. Sic Livius libro 7. Tifata imminentes Capuæ colles, & alibi: In valle occulta poſt Tifata montem imminentem Capuæ conſedit. lib. 26. In Brutios ſe contulit] ἔς τε τὴν Βρεπλανίαν. Praecipiti librarii lapſu, aut potius volatu ex Italia in Britanniam. Ego Βρεττίαν utique ſcribendum, ſatis compertum habeo. Caeſar lib. 3. Comment. bell. civil. Cælius profectus, ut ipſe tunc dictitabat, ad Cæſarem, pervenit Thurios. Porro autem in Brutiis eſſe Thurios, locupletiſſimus teſtis eſt Livius, his adeo verbis initio lib. 25. ab U.C. 541. Eodem tempore in Brutiis ex duodecim populis, qui anno prioſe ad Pœnos deſciverant, Conſentini & Thurini in fidem P. R. redierunt. Brutios autem Βρεττίαν etiam Græce dici, ut alios graviores autores taceam, vel ex Stephani περὶ πόλεων libro liquet. Addam hoc etiam apud Plinium lib. 2. cap. 57. legi, apud caſtellum Cariſſanum periiſſe Milonem, anno poſt Conſulatum L. Paulli, & C. Marcelli. Videat diligens Lector, Dioni ne potius, & Caeſari ac Livio fides habenda ſit, qui anno ſecundo poſt eorum, quos Plinius nominat, Conſulatum hoc tradunt factum, locusque Plinii hinc emendandus, an Plinius diſſenſiſſe ab his putandus, quod ego certe non credo. Bellonæ quoque ædes] ἐνιέῖα. Roberti conjecturam ſequor, ἐνυεῖόν τι ſcribentis, quæ vox eſt etiam lib. 50. folio 421. Sed & λαθὼν in λαθὸν neutro genere vertendum eſt.

197. Primigeniam vocant] Equidem fateor ingenue, me divinaſſe hoc loco, nec ſcire, ſi quam aliam, niſi Primigeniam, Dio Fortunam circumlocutus ſit, quamvis eam Plutarchus πρωτότοκον Græce extulit. Antonius quidem veſte] ὁ δὲ δὴ Ἀντώνιος ἐσθῆτος μὲν, &c. lego, οὐδέπω enim perperam repetitum, locum conturbavit. Tamen quod diverſos eſſe] ἀλλ' οὗτοι καὶ ἐπὶ &c. legendum: non οὔτοι.

198. Hilaremque ſeſe] εὐθυμεῖσθαι, non ἐνθυμεῖσθαι ſcribendum.

200. Per totam urbem plurimus ſermo haberetur] λόγος τε ἐπ' αὐτοῖς, Excidit huic colo verbum ἦν, aut ἐφοίτα, aut ſimile.

202. Quod ne a ſacris] ὅτι μηδὲ τῶν ἱερῶν τις, ἱερῶν τινὸς lege. Cum hic recta Alexandriam] Vox ἤμυνον admodum ſuſpecta: videturque deeſſe huic loco aliquid.

203. Onerariis navibus lapidum plenis] In Græco haud dubium eſt mihi, quin προσαπέφραξαν, & προσκαταποντώσαντες, ab indocto librario, qui ſenſum non aſſequeretur, ſint ſummiſſa. Reſtituo autem pro iis προσαπέφραξεν & προσκαταποντώσας, ſingulari numero: loquitur enim de Cæſare, ut ſequentia oſtendunt. Ptolemæum quoque furtim auferret] τὸν Πτολεμαῖον ἐκλέψη. Pro ἐκλέψη, videtur legendum ἐκκλέψη. Interimendique Achillæ] Locum hunc ambiguum accuſativi utrinque infinitivo juncti faciunt: ſed id pejus, quod προδοῦσαν falſo, pro προδόντα legitur: ut ex libro de bello Alexandrino liquet. Navibus ſuis in ſtatione locatis] ναυλοχῶν, quid enim eſt ναυλομαχῶν?

204. Præcipitarent] ἐσβιαζομένων. Gignendi, non accuſandi caſu. Mulierisque imperium moleſte ferebant] Pro ἀχθέντες, Robertus etiam vidit ſcribendum eſſe ἀχθεσθέντες.

206. Amiſumque urbem] Ἀμισὸν ſcribendum: & infra Ἀμισηνοὺς, expuncto ν poſt ἰῶτα utrobique, id ſatis eſt manifeſtum.

207. A cujus diſceſſu bellum renovare] ἀπελθόντος αὐτοῦ ῥᾳδίως, &c. non ἐπελθόντος, quod habet ſenſum contrarium.

208. Quæ Pomp. prius promiſſa fuerat, exigebat] ἐπράξαντο male ſcriptum eſt, pro ſingulari ἐπράξατο. Ac deinde: καὶ παρὰ τῶν δυναστῶν τῶν βασιλέων, emendo, καὶ παρὰ τῶν δυναστῶν, καὶ τῶν βασιλέων. Sed hæc obvia ſunt. Etſi Cæſar nihili faciebat] ἀλλὰ τούτους ἐν οὐδενὶ λόγῳ, non μὲν.

209. Decem prætores ad inſequentem annum deſignavit] Hic aſſentior Roberto, pro ἀποδεῖξαι, ἀπέδειξε, & pro τὸν νενομισμένον, τὸ ſcribenti.

210. Miſſionem ſibi militiæ] ἀφεθῆναί τε τῆς στρατείας non τῆς τε.

211. Inde parabant &c.] ὥσπερ που καὶ μόνον ἔχρηζον. Hic verbum ἔλαβον, aut ſimile aliquod excidit.

IN DIONIS LIBRUM XLIII.

214. His rebus Lepido cum gratiam retuliſſet] ἤγγειλε in Græco eſt: ſed nimirum vitio, pro ἤγηλε fortaſſis, ἀπὸ τοῦ ἀγάλλω.

215. Ordinibus legionum] τῆς ἀσπίδος, eos enim intelligo, quos alias ὁπλίτας dicit. Poſt Γαιτουλία, & deinde Γαίτουλοι ubique ſcribendo, Roberto etiam monente.

216. Ut relictis locis munitis] ὑπὸ τῶν χωρίων. Ego autem ἀπὸ τῶν χωρίων lego.

217. Summam infamiam] αἰσχύνην αἰσχίστην ὀφλῆσαι. Praeponenda his copula καὶ.

219. Ipſum quoque Catonem] καίτοι καὶ τὸν Καίσαρα ἔσωσεν ἄν. Error eſt librarii perſpicuus, καίτοι καὶ τὸν Κάτωνα repono: id enim ſenſus exigit. Vox autem ἀνατεθαυμάκει vitioſa eſt: forte τὸν ἄνδρα ἐτεθαυμάκει. Cum C. Didio] Robertus recte pro Γαΐου δικαίου, Γαΐου Διδίου emendat: ſic enim & alii autores hunc vocant, & Dio infra non ſemel.

220. Utque deleto Catuli nomine] ἀντὶ τοῦ Κατούλου γραφῆναι. Hic vocabulum γραφῆναι inſcienter ab oſcitante librario eſt ex ſequentibus inſertum, quod deleri jubeo. Longe a prioribus diverſum & ſermone] καὶ λόγῳ καὶ ἔπραξαν. Robertus caſtigat, καὶ ἔλεγον, καὶ ἔπραξαν.

222. Nihil enim gravius dicendum cenſeo] Coactus ſum hic quoque divinare de ſenſu horum, quæ mihi vitioſa admodum videntur, verborum: τοῦτο γὰρ μόνον οὐ ῥηθῆναι καλὸν εἶναι νομίζω. Paulo inferius, pro ἐς ἅπαν, ſatis patet ex ſenſu loci hujus, & hiſtoria, Dionem ἐς ἅπαξ ſcripſiſſe. Et poſt, μήτε γραψάμενος: fortaſſis μήτε ἀπογραψάμενος.

223. Arſinoe quondam regina] βασιλὶς τότε, ſcribo ποτέ. Deinde, pro Ὀυιγγετόριξ, Ὀυερκιγγετόριξ ſcribi debet, Roberto etiam teſte.

224. Bina in ſingulos ſeſtertia] In Græco eſt πεντακισχιλίας ἕλας: quod eſt, quinque millia drachmarum, hoc eſt, vicena ſeſtertia. Verum ego πεντακοσίας legendum contenderim, potiſſimum Tranquilli fretus teſtimonio, qui ipſe etiam bina ſeſtertia habet. Poſt cœnam ſoleis indutus] ἐκ τοῦ δείπνου. In Xiphilino vitioſe δήμου, qui locus, & alii complures, ex Dione noſtro emendari poterunt.

225. Hoc vero longe majorem] πολὺ δὲ δὴ νομίζω, emendandum μείζω, & dein pro πολιτείας, πολυτελείας ſcribendum. Hæc (ſicut pleraque) cum ita emendare me ingenium juſſiſſet, Xiphilinus ita confirmavit, ut dubitationi nulli locus relinquatur.

226. Leges præterea] Hic labes ſubeſt Græco codici, ἐταράττετο pro ἐπράττετο habenti. Iis qui multos liberos] ἠλέγχετο, ἣν πολυπαιδίας ἆθλα. Articulus ἣν eſt in verbum ἦν mutandus, ita ut ad nominativum ὀλιγανθρωπία referatur: ideoque duabus virgulis includenda ea dictio, alioquin mutilus erit locus. Mihi enim Robertus minime ſatisfecit, aut tollendum ἦν, aut in τῆς mutandum tradens.

227. Intercalatis ſeptem ac ſexaginta] ἑπτὰ καὶ ἑξήκοντα. Xiphilinus legit, ἐπὶ τοῖς ἑξήκοντα. Sed noſtra

lectio vera eſt, cum etiam Suetonius duos menſes ab eo intercalatos eſſe oſtendat. Rectius etiam infra διὰ τεσσάρων καὶ αὐτοῖς ἐτῶν, *quam apud Xiphilinum* διὰ πέντε *legitur.* Quinque dies adduntur] τὰς πέντε ἡμέρας ἐξάγουσιν. *Xiphilinus emendatius legit,* ἐπάγουσιν. Ut jam utriusque rei nomine] ὥστε καὶ ἐπ' ἐκεῖνον ἐπ' ἀμφοτέρους. *Legendum eſt,* ὥστε καὶ ἐκεῖνον ἐπ' ἀμφοτέροις. Superatu haud facilem] *nam pro* δυσκίνητον, δυσνίκητον *ſcribo.* Vel quod magis creditum eſt] μὴ ἐξ, ὡς μᾶλλον πεπ. *emendo* ἢ ἐξ.

228. Sed multi etiam contrariæ partis] *Nam Scapulæ milites Cæſariani fuerant, igitur Pompejanos etiam ad eos tum ſe adjunxiſſe Dio inquit. Porro is* Scapula *in Græco paulo ſupra* Τίτος Κοΐντος *vocatur; ſed ego poſterius prænomen (neque enim duo unus ferre prænomina ſolebat,) omiſi, temere, ut opinor, ab* Aponio *repetitum.*

229. Excepta Ulla urbe] Οὐλίας. Ullam *cum Hircio (ſeu Oppio) & aliis, dixi.* Relicta ad Ullam parte exercitus] μέρος τοῦ στρατοῦ, *non* μέρος τε.

230. Urbem defendendam ſibi primum] παρεῖδε καὶ οὐκ ἐπήμυνεν, *non* προεῖδε. Munatium Flaccum] *Is niſi fallor, L. Minutius legitur apud autorem libri de hoc bello.*

231. Multi animalium monſt. part.] τά τε ζῶα, ἃ πολλά. *&c. legendum eſt.*

232. Toties jam bello congreſſi] οὐδὲ γὰρ οὐδὲ αἰδῶ τινα ἀλλήλων εἶχον ἔτι, τοσαυτάκις, *&c. ſic ſcribendus eſt hic locus.*

233. Partim in urbem Mundam] *Urbis nomen ipſe adjeci, perſpicuitatis cauſſa, ex libro de bello Hiſp. quamvis* Cordubam *Appianus habeat, lib. 2. & ipſam cadaveribus circumvallatam tradens. Sed Florus quoque libro 4. cap. 2. de Munda hoc ſcribit, & Lucanus:* Ultima funeſta concurrant prælia Munda. Ante ejus adventum exceſſ.] ὅ, τε γὰρ Σέξτος οἱ προσεχώρησε. *quo quid abſurdius dici potuit? Emendo igitur confidenter,* προεξεχώρησε. Effugiendi ſpem] διαφυγεῖν δυνησομένοις *legendum, dandi caſu, non accuſativo.* Quæ Carteiæ] *In Græco eſt* Βαρβία, *mendoſe, ut opinor. Certe Appianus* Καρθαίαν *habet, Autor belli Hiſp.* Carteiam.

234. Ferculiſque nonnullis] πομπηίοις. *Legendum eſſe* πομπείοις, *ſatis eſt evidens: Roberto etiam id annotante.* Laurea corona] δαφνίνῳ *legendum, & ratio & Xiphil. monſtrant.* Cum a Julo] Ἰούλιον. *Malim,* Ἴουλον.

235. Venerem colebat] *Lego,* Ἀφροδίτῃ πᾶς ἀνέκειτο, *pro* ἀνεκινεῖτο. Laxam ejus cincturam] *Perſpicuum eſt, male hic, & apud Xiphilinum etiam,* χαῦνον τοῦ σώματος *legi, pro* ζώματος. *Jocus autem hic Syllæ ſatis eſt notus. Inferius,* ἐλευθερωτὴν καί. *inducatur illud* καί: *nam abundat.*

237. Initio anni magiſtratum geſſerunt] τοὺς πρώτους πράξαντας. *Subeſt omnino labes. Ego opinor Dionem ſcripſiſſe,* τοὺς πρῶτον ἄρξαντας. Quod loca publ.] *Hic locus miſere fœdatus eſt in Græco, de cujus ego ſenſu (quod potui) conjecturam meam ſum ſecutus. Ad* ἐγχωρίους *adjectivum,* τόπους *aut* ἀγροὺς *deſideratur; & apud* πρατήριον, *verbum deeſt, quod Robert. ſubſtituit,* ἐσήνεγκε, *vel* ἐξέθηκε: *ut legatur,* πάντας τε ἐπὶ τὸ πρατήριον ἐξέθηκε. *ſic utcunque cohærebit.*

239. Ne hi quidem ſecundum inſtituta majorum] *Hic quoque locus miſere eſt vitiatus.* ἀλλ' οὐ τοῦτο γράφω. καὶ πρόσθεν ἐγεγόνεισαν. *Mihi ſatis fuit in hoc & aliis conſimilibus ſenſum utcunque aptum in vertendo ſequi, ubi ſanare vulnus impoſitum autori nequirem. Ceterum hujus P. Ventidii fortuna, ut ex abjectiſſimæ ſortis homine ad ſummam dignitatem evaſerit, ab omnibus hiſtoricis, & poëtis etiam, prædicatur.*

IN LIBRUM DIONIS XLIV.

241. Longeque minus rerum adverſ.] καὶ τὰ δυσχερέστερα. *Niſi hic addas dictionem* ἧττον, *non conſtabit oratio.*

242. Quanquam non omnes eodem tempore] *Locus mutilus. Sic (ni fallor) reſtituetur ſuæ integritati,* εἰ καὶ μὴ πάντα ἅμα μήτε ἐψηφίσθη μήτε ἐκυρώθη. Tum enim ſeſſio] τό, τε γὰρ ἐπὶ τοῦ. *&c. Una dictione* τότε, *non diviſim fuit ſcribendum. Infra virgula non poſt* Λατίνας, *ſed poſt* ἐπίκλησιν *ponenda eſt.*

243. Qui Lupercalia celebrarent] *Docte oſtendit Robertus,* τοῦ Πανὸς (*non* παντὸς) γυμνασιάρχας *legendum, & ὠνόμασαν, pro* ὀνομάσαντες. Jovis ipſi cognom.] Δία τε (*non* διά τε) αὐτὸν *lego, cum Xiphil.* Identidem alios] ἀεί τι μεῖζον, *pro* ἀλλ' ἔτι, *Robert. recte reponit.*

244. Cum enim quadam die] *Qui attente hunc locum expenderit, aut cum aliis ſcriptoribus contulerit, facile videbit, non temere a me aſteriſco propoſito eſſe ſignificatum, haud pauca hic verba deſiderari. Loquitur autem jam de præcipua cauſa, ob quam in offenſa a ſenatu habitus eſt Cæſar. Porro deinde hæc verba,* ἀπιόντος γὰρ αὐτοῦ, *uſque poſt* ἐχρημάτιζον, *ſi parentheſi includantur, planior erit periodus.* Quod paulo poſt] διὰ τοῦτο μετ' οὐ πολύ. *ſcribe* διὰ τό.

245. Sed poſt, cum ab Albano] *Ita lege,* ἐπανιόντος αὐτὸν ἀπὸ τοῦ Ἀλβανοῦ. Cum pro roſtris] ἔς τε τὴν βασιλείαν, *hic mendoſe eſt: forte,* ἔς τε τὴν ἀγοράν. Brutumque & privatim] *Cur ſignum manci loci & defecti hic poſuerim, ſatis ex ipſis verbis patet.*

247. Quem Junium quoque & Albinum] Ἄλβιον τε. *Hoc poſterius cognomen etiam Plut. & alii (etſi ſæpe, ſicut hic etiam, mendoſe deſcriptum a librariis) D. Bruto tribuunt.* Ἀλβῖνόν τε *ſcribatur.*

248. Præterea arma Martis] πρὸς γὰρ ὅπλα. *Illud* γὰρ *mendoſum eſt.* πρὸς δὲ *legendum, aut* πρὸς καί. *eſt enim (ut ſæpe)* ἡ πρὸς *adverbialiter poſita.* Etenim erat omnino Cæſ.] *Hæc verba,* ἔδει γὰρ αὐτὸν τότε μεταλλάξαι, *parentheſi includi debent.*

249. Quod præ ſe ferebant] ἣν προεβάλλοντο *legendum eſt, ſuppleto articulo* ἣν. *Robert.*

250. Vereor autem ne] *Aſteriſcum præpoſui: eſt enim locus mutilus.*

251. Aliquid aliud eſſe exiſtimem] ὄνομάζειν: *emendo* νομίζειν.

252. Glauciam] *In Græco etiam* Γλαυκίαν *quam* Γλαύκιον *legi malim. De his diſerte Appianus lib. 1. bell. civil.* Sed ne reminiſci quidem] *In Græco lege,* μήτε ἐγκαλέσειν ποτὲ, μήτε μνησικακήσειν τινί. *Hiſtoriam hanc qui cupit ſcire, legat Xenophontis librum de reb. Græcorum 2.*

253. Neque enim qui rebus adverſis premuntur] *Ipſa oppoſitio partium oſtendit,* ἄν τινι πάντως ἀτυχῇ, *non* εὐτυχῇ, *legendum.* Catilinam] *Scribe in Græco* Κατιλίνου *non* Κατουλίνου.

254. Ipſam interim Rempub.] *Emaculari locus elegantiſſimus poteſt, ſi pro* τὸ δὲ δὴ κακὸν ἐξ ἀπευκτοῦ τρόπου, *legas,* τὸ δὲ δὴ κοινὸν, *&c.* Samnites] Σαυνίτας *non* Σαυνίτας, *ut ſupra, & alibi.*

255. Sine ſenſu moreis occubuerunt] ἐπαιαν ἀναισθήτως. *haud dubie,* ἔθανον. Ad id enim ſolum recordatio.] τοῦτο γὰρ μόνον τῶν κακῶν, *&c. male. Lego autem,* τοῦτο γάρ τις μόνον, *&c.* Priuſquam alteri ſperantes] οἵ τε κεκινημένοι ὡς τῇ ἐλπίδι, *&c. Senſus hujus loci non eſt uſque quaque obſcurus; verba miſere corrupta, & notanda aſteriſco.* Neque enim de cauſſa nunc] οὐδὲ γὰρ δικάζετέ τισιν, *&c. Pro* δικάζετε, δικάζεται: *pro* ὡς τότε, ὥστε το: *pro* βουλευόμενοι, βουλεύσασθε *ſcribi debet, ut conſtet hæc oratio.*

257. Univerſaſque Cæſaris actiones] συμπᾶσι τοῖς πραχθεῖσιν, *non* σὺν πᾶσι.

258. Quod ſi apud ignaros] εἰ μὲν γὰρ ἐν ἀγνῶσι *legendum* ἀγνῶσι.

260. Cujus rei certum eſt ſignum] *Aſteriſco lacunam hic eſſe actam oſtendi, poſt hæc verba,* ἀκούσεσθε δὲ.

262. Cum triumpho omiſſo] τὴν πέμψιν τῶν νικητηρίων, *male, pro* πέμψιν, *quod & Robertus monet: & ex libro 37. ubi hæc tractatur hiſtoria, abunde liquet. Mox ita diſtinguendum eſt:* ἀχθεσθεὶς δὲ αὐτῷ, ὅμως πρὸς τὴν δόξαν, ὑπατεύσας. Ambrones] *Pro* ἀβρωνας, ἄμβρωνας *lego: ut Plutarchus habet in Mario, & alii ſcriptores.*

264. Ipſum quidem Pompejum, ſiquidem] πάντως δ'

ἀν

ἂν καὶ ζῶντα. Signum loci mutili addendum. Ego, ni fallor, verba Dionis amiſſa Latine poſui; quaſi dixiſſet: πάντως δ' ἂν καὶ ζῶντα τὸν Πομπήϊον εἰλήφει, εἴπερ ἠθέλησε. Quos non ante quoque captos, miſericordia proſecutus fuerat] ἐπ' αὐτοῦ ἐλέηντο. Tuto licet hæc verba ſic corrigere, ὑπ' αὐτοῦ ἠλέηντο.

265. Unius horum capt.] ἵνα ἑκάςῳ τῶν ἀλόντων. Incongrue, niſi legas, ἵνα ἑκάςῳ τῶν ἀλόντων ἕνα. Ipſeque qui eos ſalvos fecit] Mendoſe hic eſt, καὶ οὐδ' αὐτὸς ὅπερ ποιήσας. Ego reſtituo, καὶ οὐδ' αὐτὸς ὁ περιποιήσας.

266. Deinde ante verbum ἐπηνώρθωσε (malim certe ἐπανώρθωσε, niſi dupliciter auctum quis dicat verbum hoc, quod non probo) καὶ conjunctio deeſt. Patet hoc etiam ex hiſtoria ſupra de ejus ſtatutis expoſita a Dione. Iiſque honoribus exornaſtis] τιμαῖς τε οἵαις οὐδένα ἄλλον ἠγγείλατε. Hic poſt ἄλλον ſi ponas virgulam, facilius intelligetur locus; ſed vox ἠγγείλατε huc plane non congruit. Ego Roberti opinionem laudo, ἠγήλατε legentis: idque tanto libentius, quod ſupra quoque initio libri 42. pro ἤγγειλε eodem ſignificatu poſito, ἤγηλε emendaverim.

267. In foro rogum] Ubi in Græco ὥσπερ εἶπον habetur, ὥσπερ εἶχον emenda. Et paulo poſt pro παρατατιθόμενοι, emenda ταραττόμενοι. In monumento ejus] ἐς τὸ πρῶτον μνημεῖον, quod ſit, fateor mihi in mentem non venire.

268. C. quidem Caſca] Locus in Græco mancus eſt, ob idque notatus, cum ex Xiphilino ſic reſtituemus: Γάϊος γάρ τις Κάσκας δημαρχῶν, καὶ ἰδὼν ὅτι Κίννας ἐκ τῆς πρὸς τὸν, &c. Etſi initio ſtatuerat] καί τοι μὴ φοβηθεὶς falſo, βουληθεὶς ſcribo.

IN LIBRUM DIONIS XLV.

Quod in libri inſcriptione legitur, τὰ λοιπὰ ἔτη τρία Ἰουλίου. inſulſe admodum legitur, pro τὰ λοιπὰ ἔτι τῆς Ἰουλίου. Dein dictiones tranſpoſitæ ſunt, Μάρκου μετὰ pro μετὰ Μάρκου. Sed quæ ſequuntur verba πατὴρ Αὐγούστου Ὀκταούϊος, &c. neque Dionis ſunt, & (ut ſtatim demonſtrabo) minime vera, ab indocto aliquo annotata, ut exiſtimo, & dein pro Dionianis ſuppoſita. Ego omittenda duxi.

269. Quæ ſororis Cæſaris filia erat] Attiam (Acciam alii ſcribunt, ut Suetonius, Plutarchus autem Atiam) quam Dio hic nominat, Juliæ filiam. Juliam autem C. Julii Cæſaris ſororem fuiſſe, diſerte Suetonius in Auguſto teſtatur: At Accia M. Accio Balbo, & Julia ſorore C. Cæſaris genita eſt. Vellejus quoque Paterculus poſteriori volumine, Julia genitam Acciam tradit, eam quæ C. Octavii, uxor, hujus autem Octavii de quo hic agimus, quique deinde eſt Auguſtus nominatus, mater fuit. Ergo ſororis Cæſaris nepos hic fuit, ut ipſe etiam Dio ſupra lib. 43. ſcripſit folio. 234. Itaque hic locus mendæ manifeſtus eſt, ejus quæ etiam Plutarchi Antonio inſedit, ubi ſic legitur: ὁ νέος ἀφικνεῖται Καῖσαρ εἰς Ῥώμην ἀδελφῆς μὲν ὢν τοῦ τεθνηκότος υἱὸς, &c. Nam ſic etiam nos legi hoc loco videmus: οὕτω γὰρ ὁ τῆς Ἀτίας τῆς τοῦ Καίσαρος ἀδελφῆς υἱὸς ὠνομάζετο. Turpi profecto labe librarii, &, quod miror, apud Xiphilinum etiam recepta. Nam cum Dio ſupra (ut modo demonſtravimus) nepotem ſororis Cæſaris Octavium dixerit, qui filium ſororis Cæſaris eundem dicat? Itaque etiam ſi Suetonii & Vellei autoritas nos non moveret, ipſe certe Dio ſatisfaceret. Emendanda igitur vox ἀδελφῆς in ἀδελφιδῆς eſt, & hic, & apud Plutarchum etiam, qui in M. Bruti vita de eodem Octavio loquens, emendate ſic habet: οὗτος ἦν μὲν ἐξ ἀδελφιδῆς Καίσαρος. Porro Appianus quoque lib. 2. & iterum lib. 3. bellorum inteſt. Octavium hunc ipſum vocat θυγατριδοῦν τῆς ἀδελφῆς τοῦ Καίσαρος: id eſt, filium filiae ſororis Cæſaris. Cæterum ἀδελφιδῆν Græcis eſſe ſororis filiam, demonſtrarem exemplis, niſi eſſet per ſe manifeſtum. Enimvero de tota genealogia Cæſarum, quantum ad Dionem & alios intelligendos autores ſatis erit: dicam ſub finem harum Annotationum fuſius, & fideliter. Præterea apud noſtrum Dionem hoc ipſo libri initio inepte Οὐαπελίτρων legitur, pro Οὐελίτρων. Jam quod L. Philippus frater Attiæ dicitur, haud ſcio mendoſe ne id, an ſtudio Dionis factum ſit. Certe Suetonius & Vellejus, vitricum eum Octavii, maritum Attiæ faciunt, quos audacter ſecutus ſum.

271. Ut in buccam venerat] ἐπελθὸν δὲ lege, cum Xiphil. non ἐπελθών. Stultitiæ culpentur] μωρίαν, ὅτι μὴ κατέτυχον αὐτῶν, ὦφλον. ſic lege, non ὤφειλον. Eadem ſententia eſt apud Cic. initio orationis pro Rab. Poſth. Hoc plerumque facimus, ut conſilia eventis ponderemus, & cui bene quid proceſſerit, multum illum providiſſe: cui ſecus, nihil ſenſiſſe dicamus.

274. In paludibus Pontinis] Πομπτίνοις. malim Ποντίνοις, ut ſupra.

275. Aſinius Pollio] Πολλίων ſcribi debet, non Πολίων. Incompoſita ac confuſa] ἔν τε ἀκρασίᾳ πολλῇ ἦν. Xiphilinus legit ἀκρισίᾳ, utrumque recte. Sed ubi eſt, ἐν μὲν τῷ ἀφανεῖ ὁ Ἀντώνιος, legendum eſt ἐν μὲν τῷ ἐμφανεῖ, idem & ratio ipſa hujus orationis teſtatur.

276. Legio Evocatorum] ἠουοκάτων ἢ ἠουοκάτων. Poſteriores duæ voces (meo judicatu) abundant. Pro ἐνομίσθη deinde, malim ἐκομίσθη. Per ſe id populo exponerent] δι' ἑαυτοῦ πᾶσι ταῦτα δηλοῦν. nimirum δηλοῦντας legendum eſt.

277. Decretæ ſunt laudes Murinenſibus, &c.] Nomen urbis a me perſpicuitatis adjuvandæ cauſa additum eſt. Præterea Servilius Iſauricus, &c.] καὶ ὁ Σουλπίκιος ὁ Ἰσαυρικὸς. Nemo vel vixiſſe, vel mortuum eſſe his temporibus Sulpicium aliquem Iſauricum oſtendet, opinor. Tu Σερουΐλιος repone, non modo quia is Iſauricus dictus fuit, collega Cæſaris in primo Conſulatu, etiam Dione teſte, ſed locupletiſſimo Ciceronis etiam teſtimonio, qui Philippica 2. hujus P. Servilii Iſaurici Conſularis, tanquam nuperrime mortui, meminit: Non placet, inquit, M. Antonio Conſulatus meus: at placuit P. Servilio, ut eum primum nominem ex illius temporis Conſularibus, qui proxime eſt mortuus. Sequens autem periodus eſt corrupta, præſertim in vocibus ἐγνώρισθαί τε, & εἰπόντος.

278. A. Hirtio, C. Panſa] In Græco, μετὰ Γαΐου υἱοῦ, depravata ſcriptura. Nomen hujus Coſ. eſt Γ. Οὐίβιος (vel ut alibi ſcriptum in Dione eſt, Οὐιούϊος.) Πάνσας. Igitur hic Γ. Οὐιβίου ſcribe.

279. Quin etiam altero conſulum ſacra Calend.] καὶ ἐπειδὴ τοῦ Ἰουλίου τὰ ἐσητήρια. Voces Ἰουλίου & ἐσητήρια ſunt depravatæ. Neutri conſulum nomen Julio fuit. Itaque cum mihi non conſtet, de utro loquatur, & Αὔλου ne an Οὐιβίου ſcripſerit Dio, ambiguum relinquere coactus ſum. Pro ἐσητήρια autem, εἰσιτήρια ſcribendum (ſacra quæ Conſules initio magiſtratus faciebant) vel ἐπιτήρια. Si quid in rem veſtram efficere poſſem] οὔτ' ἂν παρόντων δέον τι. Recte Robertus ſic corrigit: οὔτ' ἂν παρὸν τῶν δεόντων τι. Quaſi vero opus ſit] Deſunt aliquot verſus ante hunc locum.

280. Legitime ac recte] καὶ παντὶ καλόν. Malim πάντη, vel πάνυ.

281. An non meminiſtis quemad.] ἢ οὐ μέμνησθε ταραττομένους. Legendum cum Roberto ἢ οὐ μέμνησθε ὅπως ταραττομένους.

283. Ac non potius ab ipſo pœna] ἀλλὰ μὴν καὶ ὑπὲρ τούτου. Emenda ἀλλὰ μὴ καί.

284. Et cum minime decebat] Locus mendoſus, καὶ ὅτε ἔπρεπέ σοι. Ego nonnihil poſſe emendari puto, ſi legas καὶ ὅτε μήτε ἔπρεπέ σοι. ac deinde pro τῇ ἀγορᾷ, ἐν τῇ ἀγορᾷ. Niſi tu totam urbem] οὐκ ἔτυχε, σὺ πᾶσαν. Scribo, οὐκ ἔτυχεν, εἰ μὴ σὺ πᾶσαν. Clœliam] Κωκλίαν. Corrige & ſcribe Κλοιλίαν. ſic enim & alii Græci, Latinique, & Dionyſius præſertim Halicarnaſſ. vocat lib. 5. Ant. Rom. Paulo poſt, ἄξιόν γε οὐ γάρ. Videntur mihi tranſpoſitæ eſſe dictiones, & ſic ordinandæ, οὐ γὰρ ἄξιόν γε.

286. Per legem Porcii.] καὶ τὸν νόμον τοῦ Πορκίου. Mihi non ſatis conſtat, quam dicat, niſi eam intelligamus, de qua Liv. lib. 10. Porcia inde lex ſola pro tergo civium lata videtur, quod gravi pœna, ſi quis verberaſſet, necaſſetve

ve civem Rom. ſanxit. *Meminit hujus legis Cic. pro Rabirio perduell.*

287. Equidem ne id quidem Caeſaris factum] *Locus hic male interpunctus, ſpeciem quandam mutilati præ ſe fert. Quod ſi hæc verba,* οὐκοῦν οὗτος κακῶς ταῦτα αὐτὰ προὔτεινεν, ἃ μηδὲ ἐκεῖνον ἤρεσεν, *per parentheſin legantur, ac deinde verbum* Φήσειεν *intelligatur ad ſenſum repeti debere, aſteriſcus tolli poteſt: conſtabitque oratio, quemadmodum nos eam convertimus.* Quæ omnia alio conſilio nullo] οὐκ ἔστιν ὅπερ οὐκ ἐπ' ἄλλο. *Ante hæc verba colon eſt ſignandum, & ipſa verba ſic legenda:* οὐκ ἔστιν ὅπως ἐπ' ἄλλο τι, καὶ οὐκ ἐφ' ἡμᾶς, *&c.* Cujus tamen multa in nos] καίπερ πολλὰ καὶ ὑπ' αὐτοῦ. καὶ *ſuperfluum eſt.*

289. Torrentis inſtar] ὥσπερ τῆς χαιμάῤῥους. *pro* τῆς, τὶς *lege.*

290. Cur non quos] τί δὲ οὐ τοὺς ἄλλους. οὐ *expungatur.* Qui Brunduſii] μὲν τῷ Βρεντεσίῳ. *lege* μὲν ἐν τῷ Βρεντεσίῳ.

291. Lentulum Antonii hujus neceſſ.] *Nempe vitricum, ut ex Cic. Philippicis, & Plutarcho liquet.*

292. Oppido ſpecioſam verbis] λόγῳ μὲν εὐπρεπέστατον: *non dandi, ſed accuſandi caſu ſcribi debet.* Animadvertendumque in eorum inſolentiam] ἐκ τοῦ ὑπερφρονος. *Præpoſitionem* ἐκ, *ut puta ſupervacaneam, tollo.*

294. In urbem reduxerit] ἀγαγών. *Corrigendum, & ſcribendum* ἀνάγων. *Avunculum autem Antonii intelligit C. Antonium, ſuum in Conſulatu collegam. Cicero Philippica 2. videndus de his.* Hæres ſucceſſit] τοὺς δὲ καὶ νῦν ἔτι ζῶντας. *Deeſt verbum* διεδέχετο. *aut ſimile aliquod, ad abſolutionem ſententiæ.*

IN LIBRUM DIONIS XLVI.

Conſulum nomina ſic legenda ſunt: Γ. οὐίβιος *(is &* Οὐιούβιος *hoc libro ſæpe, &* Βίβιος *initio ſequentis dicitur: ſed uno modo ſemper* οὐίβιος *ſcribi, aut* οὐίβιος *debet)* ὁ Πάνσας Καπρωνιανός, καὶ Αὖλος Ἵρτιος Αὔλου υἱ.

296. Q. Fufius] *in Græco* Ῥούφιος, *facili labe librarii, pro* Φούφιος *legitur.*

296. Potiſſimum conſtitutis.] ἔτι μάλιστα. *Emenda* ὅτι μάλιστα.

298. Excellentioribus æmulari] βασκαίνεις ἀεὶ τὸν προσήκοντα. *Non arbitror ſic ſcripſiſſe Dionem, ſed* τὸν προήκοντα, *quo ſæpius utitur vocabulo.*

299. Ita temere omnibus nobis] ἀλλὰ μή τοι γε καὶ ἐπὶ πάντας ὑμᾶς, *ſcribe* ἡμᾶς, *in prima, non tertia perſona.*

300. Salute ab eo donata] ἐσώθης ὑπ' αὐτοῦ, *non* ἀπ' αὐτοῦ.

302. Externarum rerum vituperatione] τοῖς ἔξωθεν ψόφοις, *lege* ψόγοις. *Cæterum ubi ſupra eadem pagina legitur,* πρὸς τὸ μηδὲν αὐτῷ τῶν δεινῶν. *ego genuinam lectionem eam eſſe cenſeo: neque neceſſum ut* τὸ *in* τῷ *vertatur, ſicuti Rob. voluit.*

303. Ut libere Cerelliam] ἵνα Κερκαλίαν ἐπ' ἀδείας. Κερελλίαν *legendum eſſe Robertus oſtendit. Meminit Cicero hujus Cerelliæ in epiſtola ad P. Servilium, lib. Fam. 13. quæ ſic incipit:* Cerelliæ neceſſariæ meæ rem, &c. *Item libro 13. ad Atticum.*

304. Conſcientia ſuæ injuſtitiæ] ἀδικοῦσιν ἑαυτοὺς συνίσασιν. *Roberti correcturam laudo,* ἀδικοῦσιν ἑαυτοῖς συνίσασιν.

305. Tullius & Tullianum] *Hæ voces duobus* λ. *ſcribendæ ſunt,* Τούλλιος *&* Τουλλιεῖον.

306. Qui ea ſcribis ac præcipis] τοιαῦτα γράφων, καὶ τοιαῦτα πράττων. *Senſus arguit,* προστάττων *eſſe legendum.* Qui neque per ætatem adhuc] μήθ' ἡλικίαν ἄρχειν. *ſcribendum eſt,* μήθ' ἡλικίαν πρὸς τὸ ἄρχειν, *ut conjector.*

307. Quippe cum Cæſar legiones] ἐπειδὴ γὰρ προὔπεμπεν. *Addendum hoc loco,* ὁ Καῖσαρ.

308. Sola dicendi arte] *Non ſatis intelligo, quid ſibi hæc, (modo Dionis ut ſint) verba velint,* ἐκ τῶν ἐπιτετηδευμένων τούτων ἀντιτεθέντων, *niſi fortaſſis Oratoriam artem, nſionque contentionis partium inter ſe diverſarum Rhetoricæ nimium aliquem ei videatur objicere. Viderint ſane doctiores.*

309. Supplicium eſſe ſubeundum] ἐτόλμησας [illegible], ὀφείλειν. *Imperitiorum cauſa monere volui, verbum* ὑπέχειν *ad ſequens, non ad præcedens pertinere, & ante id eſſe virgulam ponendam.* Quicunque nos ſermonibus, &c.] ἀδίκως ἐς ἡμᾶς λόγων ἐπῆρξεν, *lege* [illegible].

310. Rem aliquam magnam tentaturos] ὡς καὶ [illegible] ἄν τι ὑπ' αὐτῶν. *Profecto* κακόν τι *malim.*

312. Paucis quibusdam exceptis] ἐξὸν βραχέων [illegible] *verte* ἐξὸν *in* ἔξω. Vibio Panſæ] τῷ Βιβίῳ [illegible]. *Horum dictionum alterutra ſupereſt; ego primam malim, vel certe* οὐιβίῳ, *niſi poſteriore frequentiæ uſus eſt librarius.*

313. Siquidem injurias ſibi illatas] εἴπερ ἀντικεκακῶσθαι. *lego* εἴπερ ἄν, τι κεκακῶσθαι, *diviſim, non* [illegible].

314. Donec Decimo metuens] ἐβοήθει. *malim ſane* ἐβοίθει: *quanquam illud quoque aliquo modo ſtare poteſt.*

315. Leges Antonii] τῷ Ἀντωνίῳ. *Legendum eſt (niſi quid deſit)* τοῦ Ἀντωνίου.

317. Iisdemque Bruti militibus] οἱ καὶ ἐκείνου. *legendum* οἷς καὶ ἐκείνου: *niſi* ἐγκλιτικῶς *malis pronomen* οἱ *cum dictione conjungere, poſita poſt id virgula, ut ſit* συμπολεμηθεῖσιν οἱ: *ſed prius verius eſt.* Ipſi ademiſſ.] προπαρέσχοντο *mendoſe eſt, pro* προαπαρείλοντο.

319. Id vero ad Lepidi Antoniique exercitus pertinebat] πρὸς τὸν Ἀντώνιον ἔφερε, *omnino* ἔφερε *ſcribi debet.* Ut negandi honeſtam excuſationem] *In Græco parentheſis poſt verbum* διηγεῖσθαι *demum claudenda eſt. Quod ſequitur de milite ſpem Conſulatus in gladio ponente, id Plutarchus de Julio Cæſare ſcribit. Suetonius autem Auguſto, capite 26. vitæ ejus, hoc tribuit, quem ſecutus eſt Dio.*

320. Ultra XCIII. millia paſſuum] [illegible] DCCL. ſtadia. *Hæc autem millia tot, quot dixi, paſſuum, cum milliaris dodrante efficiunt.* Duo proconſules] ἀνθυπάτους, *ſcribendum* ἀνθ' ὑπάτων. *Notum eſt autem, apud Latinos juxta, ac Græcos, Proconſulis nomen modo una dictione ſcribi, modo duabus: dicimus enim &* Proconſulem aliquam provinciam tenuiſſe, & pro Conſule. *Porro autem Interregem non niſi ex Patriciis creari poſſe, notum eſt ex Romanæ hiſtoriæ monumentis, ac loco etiam iſto Ciceronis pro Domo ſua:* Si magiſtratus, *inquit,* patricii creati non ſunt, intereant neceſſe eſt, cum Interrex nullus ſit, quod & ipſum patricium eſſe, & a patricio prodi neceſſe eſt.

321. Cum Plautiano honores] *In Græco* Πλαυτιανῷ *eſt vitioſe, reponendumque* Πλαυτιανόν. *ſic enim eum & Dio infra lib. 58. folio 630. & Xiphilinus* [illegible] *ex Dione noſtro, & Herodianus lib. 3. & Ælius Spartianus* [illegible] *dicunt. Inde hæc, quæ hoc loco obiter Dio tangit, petenda ſunt.* Dena iſta ſeſtertia] *hoc eſt, bis mille & quingentos ſingulis denarios, ut ſupra verti.* [illegible]acto Conſulatu] μετὰ τῆς ἀρχῆς. *Scribe,* μετὰ τὴν ἀρχήν. *ſenſus evidens per ſe eſt.* Aliquot poſt libert. [illegible] *perperam ſcriptum eſt, pro* [illegible].

322. Sibi conciliata] [illegible] *ſcribo,* [illegible]θησαν.

323. Sicilius Coronas] *Hunc in Bruto Plutarchus P. Silicium vocat, Appianus* Ἰκίλιον, *ubi de proſcriptis agit.* L. Plancum] Πλαγκὸν καὶ τὸν Λούκιον. *Conjunctio* καὶ *omittenda.*

324. M. Juventius autem] Μ. Οὐιβέντιος. *Menda* [illegible] *facili, & multum obſcuritatis adferente. Ego M. Juventium Laterenſem intelligo, meamque ſententiam tueor primum teſtimonio epiſtolæ Planci ad Ciceronem, quæ exſtat in libro 10. Familiarium, ubi hæc verba leguntur:* Laterenſis noſtri & fidem & animum ſingularem in Remp. ſemper fatebor: ſed certe nimia ejus indulgentia in Lepidum ad hæc pericula perſpicienda fecit eum minus ſagacem. Qui quidem cum in fraudem ſe deductum videret, manus quas juſtius in Lepidi perniciem armaſſet, ſibi afferre conatus eſt: in quo caſu tamen interpellatus, adhuc vivit, & dicitur victurus. *Deinde Velleius Paterculus, volumine poſ-*

riori, diſerte oſtendit, huic Laterenſi, nomen Juventio fuiſſe. Juventius, *inquit,* Laterenſis, vir vita ac morte conſentaneus, cum acerrime ſuaſiſſet Lepido, ne ſe cum Antonio hoſte judicato jungeret, irritus conſilii, gladio ſeipſe transfixit. *Denique Appianus quoque, etſi nonnihil ſecius,* Λατερησίου *meminit, rem hanc ipſam tractans. Certe qui librum Epiſtolarum (quod rudioribus dico) decimum, ac duos proxime ſequentes attente legerit, hunc & ſequentem Dionis librum facilius intelliget, multa quoque hic habet, quæ ad eos libros percipiendos conducant. Proinde autem* Μάρκος Ἰουβέντιος *ſcribendum.* De his quæ inter ipſos] γεγονότων, *ſcribe* γεγονότων. *Item pro* ἐφ᾽ ἑαυτοῦ, ἀφ᾽ ἑαυτοῦ, *ut docet Robertus.*

325. *Pro* κενώσασθαι, κοινώσασθαι. Dum cæteras res &c.] τὰ ἐν χερσὶ καθίσαντο. καθίσατο *ſcribe.*

IN DIONIS LIBRUM XLVII.

327. *Conſulum nomina ſic legenda ſunt:* M. Αἰμίλιος Λέπιδος τὸ β. Λούκιος Μουνάτιος, Λ. γ. Πλάγκος, ὕπατοι.

Menſam everterat] καὶ τὴν τράπεζαν καταλαβών. *Ego* καταβαλὼν *ſcribo, Xiphilino etiam adſtipulante. Poſt,* συνῳδία *cum* ἰῶτα *ſub* ω *ſcripto.*

328. Convellere] τίλλειν τε, *pro* τίλλει τε *repone. Xiphil.* Genii P.R.] Γενικίου τοῦ δήμου. *Certus ſum,* Γενίου *eſſe legendum: ſicut etiam vocavit libro* 50. *fol.* 423. Falſum enim fuerit, ſi quis] ὅ γάρτοι μόνον ἄν τις, λόγος ἐλάττου *&c. Hic locus ſi quiſquam alius, mire eſt & perplexus, & obſcurus, atque haud ſcio an vehementer depravatus. Pro* τό γε *quidem, credo* τῷ γε *legendum eſſe. Ego ingenue fateor, me conjecturis potius meis, quam verbis inſtitiſſe: puto tamen ſententiam me loci explicaſſe.*

330. L. Caeſar] Λ. Ἀντώνιος Καῖσαρ. *Media dictio inepte inſerta eſt. Fuit autem hic L. Cæſar, matris Antonii frater. Qui, & L. Paulus, quomodo proſcripti, & erepti neci ſint, imo totam proſcriptionis hujus tragœdiam, Appianus lib.* 4. *initio copioſe & facunde exponit.*

332. A ſuo domino vectus eſt] καὶ ἐκεῖνον διφορεῖν ἐποίησε. διφορεῖν *vitioſa vox eſt hoc loco. Reſtituo igitur ex Xiphilino* διφροφορεῖν.

333. Horum quidem nomina non extant] *Apud Appianum certe Alexandrinum ea invenient, qui deſiderant.* Popilius contra Laenas] Πόπλιος δὲ δὴ Λαινᾶς: *Scribendum* Ποπίλιος, *ſic enim & a Valerio Maximo lib.* 5. *cap.* 3. *& in Epitoma Livii* 120. *vocatur, & apud Plutarchum* Πίλλιος, pro Ποπίλλιος *(duobus enim ll ſcribunt nonnulli) impreſſum eſt vitioſe in Cicerone.*

335. Quae liciti eſſent] κἀλαφωρᾶν *legitur hic: ſed haud dubie perperam.*

337. Neque auctariis] αἱ ἔξωθεν ἐπιφοραὶ *legendum, non* ἐπιφθοραί. Publicaque ſepultura] ἀποθανούσης, τότε δὲ δημοσίᾳ τε ταφῇ. *Sic ſcribe:* ἀποθανούσης τότε, δημοσίᾳ τε ταφῇ, *&c.*

338. Inde ejiceretur] ἀνδρηλατεῖσθαι, *non* ἀνδρειλατεῖσθαι. Erat quidem tum Praetor urbanus Caſſius] ἀστυνόμον *eſſe prætorem urbanum, cum alias ſatis eſt perſpicuum, tum ex verbis ipſius Dionis ſupra de M. Cæcilio habitis, libro* 42. *At Plutarchus, atque Appianus etiam contra ſcribunt, Brutum in præturæ urbanæ petitione Caſſio eſſe a Cæſare prælatum, ludoſque abſentem Brutum dediſſe, idem Plutarchus ſcribit. Vehementer igitur ſuſpicor, hic pro Caſſio* Brutum, *pro Bruto* Caſſium *eſſe ſcriptum, non Dionis (vix enim adducar ut id credam) ſed librarii manu. Mutare quidem auſus ſum nihil.*

340. Quanquam praetoriis quidem, &c.] καίτοι ὑπὸ τοῦ στρατιωτικοῦ. *Interciderunt hic aliquæ dictiones. Ego ſic lego:* καίτοι ὑπὸ τοῦ Βρούτου οὐδὲ τοῦ στρατηγικοῦ. *Id &, verba Dionis mox ſequentia, & Plutarchus in Bruto verum eſſe demonſtrant.* Quaeſtorem] ταμιείαν *etiam libro ſequenti conſtanter ſcriptum invenio. Alii* ταμείαν *vocant, &* ταμιείαν.

341 Itaque C. Antonium Clodius] καὶ τοῦτον μὲν ὁ Κλώδιος, *non* τοῦτο. Regioneque Sadali] Ἀδάλου. *ſcribendum (ut ſupra libro* 41. *ſub finem)* Σαδάλου. Raſcipolide] Ῥασκυπέριδος, *forte* Ῥασκυπόλιδος. *Cæſar ſub initium libri tertii de bello civili,* Rhaſcipolin *vocat, & Lucanus in* 5. *Pharſaliæ,* gelidae dominum Rhaſipolin *(ſic enim habent quotquot ego vidi exemplaria)* orae. *Appianus libro quarto civil. bell.* Ῥασκούπολιν *conſtanter habet. Porro,* Βήσους *ubi eſt, malim* Βήσσους, *ſicut ſcribitur infra lib.* 54.

342. Caecilius Baſſus] Καικίλιος *ſcribe, ut ſupra dixi. Quod ſequitur:* Nam tum Syriae Sextus Julius praeerat: *nomen ego, quo melius res intelligeretur, ex Appiani libro tertio & quarto, Liviana* 114. *Epitoma, & libro de bello Alexandrino addidi; cum in Græco ſit tantum* Σέξτος: *ac non facile dixerim, nomen* Ἰούλιος *an is addiderit.*

344. Anno fere circumacto] τὸ ἔθνος κομισθείς. *Legendum* τὸ ἔτος, *ut ad nomen* χρόνιος *referatur.* Praeſidia Caſſii quae Ægis erant] ἐν Ἀργαίαις. *Credo,* ἐν Αἰγαῖς. *Sic Stephanus de Urbibus, ſic Plinius libro* 5. *cap.* 27. *ſic alii.*

345. Tullium Cimbrum] Τύλλιον, *non* Τίλλιον, *ſcribendum eſt.* Tullium *autem vocant & Cicero Philippica ſecunda, & Caſſius in epiſtola ad Ciceronem, & Suetonius in Cæſare. Appianus etiam libro quarto recte* Τύλλιον *dicit. Apud Plutarchum autem fere ſemper depravate legitur.*

346. Ad mutandam fidem concitarent] συναποστήσωσι, *non* συναπιστήσωσι, *recte corrigit Robertus.*

347. In Macedoniam feſtinavere] ὑπέγοντο. *aut* ὑπήγοντο, *aut* ἠπείγοντο *reponendum eſt.* Decidius Saxa] Δεκίλλιος Σέξας, *vitioſe. Emendate autem habebit, ſi* Δεκίδιος Σάξας *hic & ubique reſtituatur.* Saxam *autem ex Antonianis adminiſtris fuiſſe, vel ex Ciceronis Philippica decimatertia liquet:* Saxam vero, *inquit,* Decidium praeterire qui poſſum, hominem deductum ex ultimis gentibus. *Fit etiam apud Livium in Epitoma libri* 127. *mentio* Saxae, *Antonii contra Parthos legati: quamvis* Didius *mendoſe legatur.*

348. Eis Symbolo dejectis] τὸ Σύμβολον, ἐκκρούσαντες αὐτοὺς, κατέλαβον. *Sic interpungi debent hæc verba.*

349. Id agebant, ut ſine periculo] ἐνεβάλλοντο ἔι πως. *forte,* ἐπεβάλλοντο.

351. Fore eam pugnam omnino ipſi proſperam] ὅτι τὸ ἐς ἓν ἡ σὴ μάχη γενήσοιτο. *Non video quid poſſint hæc verba.*

352. Priores quidem ii, qui loco in rotundo quodam] πρῶτοι μὲν οἱ τότε στάσιμοι. στάσιμον *legendum, &* τότε *in duas diſtinguendum dictiones. Ante* σαλπίγγων *vero, præpoſitio* διὰ *ſcribenda, teſte id Xiphilino. Cæterum quid* στάσιμον *ſit, non eſt adeo obvium. In argumento Perſarum Æſchyli, chori in tria genera dividuntur, in* παροδικὸν, στάσιμον, *&* κομματικόν: *definiturque,* στάσιμον *eſſe,* ὅτε ἵσταται, καὶ ἄρχεται τῆς συμφορᾶς τοῦ δράματος. *Et Phavorinus:* στάσιμον τὸ μέλος τοῦ χοροῦ. ὅταν γὰρ ὁ χορὸς μετὰ τὴν πάροδον διατεθῆται τι μένων ἀκίνητος πρὸς τὴν ὑπόθεσιν, στάσιμον εἰκότως ἂν λέγοιτο. *Cæterum* πάροδος καλεῖται ἡ πρώτη τῶν χορῶν εἰς τὴν σκηνὴν εἴσοδος, *ita enim ab interprete Hephæſtionis* περὶ ποιημάτων *deſcribitur. Quibus e verbis liquet,* στάσιμον *id fuiſſe carmen, quod Chorus, poſtquam in ſcenam progreſſus, certo quodam loco conſtitiſſet, cantaret: ita quidem, ut eo fabulæ, quæ ageretur, caſus aliquis & calamitas quæ accidiſſet, exponeretur. Hinc intelligi poteſt, qua ratione Dio noſter prius claſſicum, quo milites ad obſervanda ſigna, & arma expedienda admonebantur,* στάσιμον *dixerit,* μεταφορικῶς *videlicet. Poſterius fuit claſſicum, quod ubi cecinit, congrediendum, & irruendum in hoſtes fuit. Atque haud ſcio hunc morem claſſici canendi, & pugnæ conferendæ, an apud alios autores ita diſerte expreſſum liceat invenire. Lucanus certe libro* 7. *ubi pugnam Pharſalicam deſcribit, innuere idem voluiſſe videtur his verbis:*

— tunc ſtridulus aër
Eliſus lituis, conceptaque claſſica cornu:
Tunc auſae dare ſigna tubae. —

353 Eos tanquam inermes confodere] τὰ σφέτερα ὡς καὶ ἀόπλους σφᾶς ἐώθουν. *Deeſt aliquid: forte legendum,* τὰ σφέτερα ὡς καὶ εἰς ἀόπλους &c. Morte utrumque praeveniente] ὁ θάνατος προσελάμβανεν. *Robertus recte caſtigat hunc locum, & legit* προελάμβανεν.

355. Rhaſcipolis] Θρασκύπολις. *Scribendum, ut ſupra,* Ῥασκύποριs. Eos fugientes in diverſas partes] φυγόντας αὐτοὺς ἄλλος ἄλλῃ *Scribe* ἄλλους ἄλλῃ.

356. Herculis iſto dicto] *Equidem ex quo autore aut poëta id dictum deſumptum ſit, non facile dixerim, nec legiſſe memini. Videntur fuiſſe duo ſenarii Jambici, quorum certe poſterior integer eſt, ille:*

ὡς ἔργον ἤσκουν, σὺ δ' ἄρ' ἐδούλευες τύχῃ.

prior corruptus ut apparet: quanquam Jo. Zonaras paulo aliter eos citet. Apud Plutarchum initio libelli de ſuperſtitione ſic legitur: ὦ τλῆμον ἀρετὴ λόγος ἄρα ἦσθα, ἐγὼ δὲ ὡς ἔργον σε ἤσκουν: *ubi quidem vocabulum* ἄλλως *omittitur. Suſpicor itaque priorem verſum ſic legendum:* ὦ τλῆμον ἀρετὴ, λόγος ἄρ' ἦσθ'; ἐγὼ δέ σε. *Ita uterque conſtabit. Sed hæ ſunt conjecturæ. Alciatus hoc dictum expreſſit in Emblematis, iis verſibus, quos non puto intempeſtive me adſcripturum:*

Caeſareo poſtquam ſuperatus milite, vidit
Civili undantem ſanguine Pharſalium,
Jamjam ſtricturus moribunda in pectora ferrum,
Audaci hos Brutus protulit ore ſonos:
Infelix virtus, & ſolis provida verbis,
Fortunam in rebus cur ſequeris dominam?

IN DIONIS LIBRUM XLVIII.

Conſulum nomina mire ſunt depravata, ut oſtendam. Primo Λ. Ἀντώνιος Μ. υἱ. Πιέγας *legitur: quod* Πιέγας *vitioſum eſt. Equidem non ſum neſcius, L. hujus Antonii cognomen apud alios eſſe, neque Pius, neque Pietas, ſed Paetas: quia tamen infra Dio ipſe a pietate in fratrem eum cognomen ſibi ſumpſiſſe autumat, incertus ſum quid ſtatuam: nam neque* Πιέτας *cognomento ei reſpondere videtur, & Dionem hallucinatum eſſe in hoc haud facile dixerim: res ipſa non eſt maximi momenti, certe ſi Dionem (id quod debemus) ſequimur,* Πιέτας *pro* Πιέγας *ſcribemus. Illud gravius oſcitantis librarii peccatum, quod Servilio Iſaurico hujus collegæ,* ὕπατος τὸ β. *adſcripſit, a Calvino (opinor) huc etiam translatum. Qui enim Servilius Iſauricus hic II. Conſul fuerit, quem ante vita deceſſiſſe Dio ſupra libro 45. & nos ibidem ex Cicerone oſtendimus? Jam quod etiam Glareanus & alii in ſuis Chronologiis hunc Iſauricum II. Conſulem ſcribunt, facile conjicio, eos ſecutos eſſe mendoſum Caſſiodori (ex eo enim, opinor, Conſules deſcripſere) exemplar, aut demonſtrabo potius. Proxime ſequenti anno Cn. Domitius Conſul fuit iterum, ut & hic, & infra in hoc ipſo libro diſerte Dio indicat: huic II. addendum fuit, ſignum ſecundi Conſulatus: quod librariorum incuria loco motum, Servilio Iſaurico (quem ego cum Dione ſuperioris P. Iſaurici, qui Julio Cæſari in Conſulatu collega fuit, filium ſtatuo) perperam eſt adjectum. Neque vero Dio obticuiſſet in ipſo libro ſecundi hujus Conſulatus, ſi geſtus a Servilio fuiſſet, quod in eos dico, qui fortaſſe Sulpicium aliquem Iſauricum, hac menda Indicis decepti, apud librum Dionis 45. ſomniabunt, ubi nos Servilium legi debere docuimus. Sed ſatis verborum in re aperta. Porro legendum,* Γ. Ἀσίνιος, Γ. υἱ. Πολλίων. *Deinde* Γ. Καλουίσιος Σαβῖνος *ſcriptum fuit, ni fallor: huic enim Sabino* Calviſii *nomen omnes autores tradunt fuiſſe, ac ita hoc in libro Dio ipſe nominat. Verum collega ejus omiſſus eſt,* Λ. Μάρκιος, *ſic enim infra Dio eum nominat.* Ἄππιος κ. λ. *legendum* Κλ. *conjunctim, quod* Κλαύδιος *ſignificat. Et pro* γ. Μ. Ὠρβανὸς, *ſcribo* Γ. Νωρβανὸς γ. υἱ. Φλάκκος.

257. Ejus victoriæ ſocius] ὥστε μὴ συνοικήσαντα. *legendum eſt* συννικήσαντα. Si quid is moveret] ἀντιπαρακινεῖ. *Hæc dictio in tres eſt diſcerpenda, ut ſit,* ἄν τι παρακινεῖ, *aut potius* παρακινῇ.

358. Omnia in præſentiarum] κατὰ τὸν παρόντα, *aut* τὰ παρόντα *legendum eſt, aut vox* καιρὸν *addenda.*

363. Gabios venirent] ἐς Γαΐους ἐν ῥητῇ τινὶ &c. *legendum eſt* ἐς Γαβίους: *nam Gaji quidem quid ſunt? Gabios autem juſſos eſſe venire litis diſceptandæ cauſa, Appianus Alexandrinus diſerte oſtendit libro 5. de eadem re loquens:* χωρίον τε ὥριστο τῇ δίκῃ Γάβιοι, πόλις ἐν μέσῳ Ῥώμης τε καὶ Πραινεστοῦ. *Id eſt:* Locus autem judicio deſtinatus eſt Gabii, oppidum inter Romam & Præneſte medio loco ſitum. Caligam] *Simplici* λ *ſcribendum* Καλίγαν, *eſt enim prima ſyllaba brevis.*

365. T. etiam Cannunius] *Supra lib. 45. p. 272. Tiberium legimus, utrum rectius, mihi non conſtat.* Non totum miliare explens] *nempe una ſedecima parte minus, hoc eſt enim ſeptem ſtadiorum cum ſemiſſe,* ἥμισυ, *non* ἥμισι *ſcribendum eſſe, per ſe liquet.*

367. Ita parvo tempore] κὰν τούτῳ ἐν ὀλίγῳ, *ſcribe* ἐν ὀλίγῳ, Mylasque & Tyndaridem] Τυρρηνίδα *ſcriptum eſt abſurde: eam enim qui tibi in Sicilia commonſtret, haud facile reperies: neque id mirum eſt, cum nulla ſit. Ego* Τυνδαρίδα *repono, fretus Geographorum, & Polybii etiam teſtimonio, qui omnes Tyndaridem Peloro, quæ inſulæ parte Meſſana eſt, & Mylæ, hisque ipſis urbibus vicinam tradunt. Polybius libro primo,* Τυνδαρίδος *in Sicilia & iſtis quos dixi locis non ſemel meminit, quamvis mendoſe ibi quoque ſit* τὴν Δαρίδα, *pro* Τυνδαρίδα *ſcriptum. Et Appianus in 5.* Ἐμφυλ. *eodem* τὴν Πελωριάδα, Μύλας, *&* Τυνδαρίδα *conjungit. Strabo lib. 6.* Ἐκ δὲ Πελωριάδος εἰς Μύλας κε. ϛάδια, τοσαῦτα δὲ καὶ ἐκ Μυλῶν εἰς τὴν Τυνδαρίδα. *Ptolemæus etiam libro 3. capite quarto in explicatione tabulæ ſeptimæ Europæ, Tyndaridem Mylis vicinam ponit. & Plinius libro tertio, capite octavo, & lib. 2. cap. 92. Ipſe etiam Dio libro ſequenti Mylarum ſimul & Tyndaridis meminit.*

368. Tum Statius etiam Murcus, &c.] *aſteriſcus hoc loco indicat, verba Dionis aliquot intervertſa eſſe: quorum loco ego mea ſuppoſui, nota tamen adſcripta. Quia enim Græca verba reſtituere mihi non datur, at certe ſententiam hanc de plane obſcura, propter defectum nominis hujus, qui ad Pomp. venerit, & ab eo occiſus fuerit, luculentiſſimam feci. Quod Vellejo potiſſimum Paterculo debemus, in hæc verba libro ſecundo ſcribenti:* Statius Murcus *(ſic enim ſcribi debet, non* Stajus) qui claſſi & cuſtodiæ maris *(ſcilicet a parte Caſſii & Bruti)* præfuerat, cum omni commiſſa ſibi parte exercitus naviumque, Sextum Pompejum Cn. Magni filium, qui ex Hiſpania revertens, armis Siciliam occupaverat, p[illegible] *Poſtea de pace apud Miſenum facta ſcribens:* Statium *(inquit)* Murcum, qui adventu ſuo claſſisque celebra[illegible] vires ejus duplicaverat, inſimulatum falſis criminationibus, quia talem virum collegam officii Menas & Menecrates faſtidierant, Pompejus in Sicilia interfecerat. *Appianus quoque Alexandrinus, diligentiſſimus harum rerum ſcriptor, initio libri quinti, Murcum Sexto Pompejo ſe conjunxiſſe teſtatur.* Ludosque inter cætera equeſtres] καὶ τὴν ἱπποδρομίαν. Circenſes ludi alias vocantur.

369. T. Seſtius, alteri Cornificio] Τίτος Σέξτος *eſt in Græco, ac conſtanter ita ſcriptum hoc nomen invenies, non quidem a Dione, ſed ab indocto librario, qui Sexti Pompeji prænomen nimis etiam ſibi ipſi inculcaverat. Appianus libro quarto & quinto, ubi eandem hiſtoriam explicat, recte* Σέξτιον *ſcripſit. In Epitome autem Liviana centeſima & viceſimatertia, idem T. Seſtius nominatur. Quem locum depravatiſſimum obiter mihi emendare libet, quod eſt hactenus ab omnibus (quos ego viderim) neglectus. Sic igitur habet:* Q. Cornificius in Africa T. Seſtium Cæſarianarum partium prœlio vicit. *Enimvero T. Seſtius contra Caſſii partes tamquam ſecutus fuiſſe legitur, neque a Cornificio ſuperatus, ſed (Dione & Appiano teſtibus, fide digniſſimis quidem iis) cum & vicit & occidit. Legendum igitur in illa Liviana Epitome,* Q. Cornificium in Africa Cæſarianarum partium ducem, T. Seſtius prœlio vicit. *Et quoniam digreſſi ſumus aliquantulum ab inſtituto, (non ab re tamen, niſi fallimur) obiter duas alias mendas ejuſdem opuſculi, ab aliis neglectas, eluemus: quarum altera eſt libri præcedentis, hoc eſt 122. in his verbis:*

M. Brutus

M. Brutus adverſus Thracas parum proſpere rem geſſit. Dictio (parum) tollenda eſt, quæ contrarium veritati ſenſum gignit: cum ex libro quadrageſimoſeptimo Dionis noſtri conſtet, Brutum Rhaſcipolidis auxilio adjutum, Beſſis feliciter debellatis, nomen Imperatorium retuliſſe. Altera haud paulo fœdior eſt Epitoma 111. ubi ſic legitur: Propter Q. Catuli prætoris avaritiam crudelitatemque Cordubenſes in Hiſpania cum duabus Varianis legionibus a partibus Cæſaris deſciverunt. Pro Q. Catuli, legendum eſt omnino Q. Caſſii: ut non tantum ex quadrageſimoſecundo Dionis libro, ubi tota res copioſe deſcribitur, ſed ex libro etiam de bello Alexandrino liquet, prolixe idem tractante. Sed hæc in tranſcurſu ſatis. Porro apud Dionem ὁ δὲ τὰ τοῦ Καίσαρος, evidens eſt vitium, pro οἱ δὲ, nam de Cornificio ſimul & Lælio dicitur. Iterum ὡς καὶ ἔκ τινων, perperam legitur: & reponendum, ὡς καὶ ἐκείνων. Deinde aliquanto inferius, τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀμελεῖσθαι, emendo ἀνελέσθαι, Roberto quidem ἀφελέσθαι corrigente. Paulo poſt, ἐλογίσθη τε ὑπὸ τοῦ ταμιείου, ſcribi debet ἐλοχίσθη. Opinione Lælii jam capti deceptum] ἀπαντήσας ὡς καὶ ἑαλωκότος ἐκείνου. Ex ipſo loci hujus ſenſu manifeſtum eſt, ἀπατήσας eſſe ſcribendum, omiſſa litera ν.

370. Cirtenſibusque ipſum ſpernentibus] καφρονήσαντας, ſcribe καταφρονήσαντας. Et ſupra pro καταλελέχατο, repone καταλελέχατο.

371. Amore correptus] ὀφθείσης οἱ ἐρασθείσης, ἐρασθεὶς ſcribe. Saxa in Syria] Σέξαν, malim Σάξαν: de hoc Saxa dixi libro præcedenti. Hoc obiter addendum, poſſe ex his quæ dixi, locum emendari apud L. Florum libro quarto, capite nono, ubi Caſca pro Saxa mendoſe legitur. Quorum hic Orodis] Pro Ἡρώδου, ſcribe Ὀρώδου. Sic mox ſcribit ipſe Dio, & ſupra libro 40. Paulo poſt, περιορώμενος ſcribe, non genitivo caſu περιορωμένου.

372. Ex ea militibus] ἐκ γὰρ τῶν τότε Κασσίῳ. Hæc verba usque ad ea, καὶ τὸν Σάξαν τὸν ἄρχοντα, parentheſi niſi includas, involuta erit tota periodus.

374. Ubi morbo correpta, &c.] In Græco deſunt hæc verba, quæ ego ex Plutarcho & aliis autoribus ſubjeci.

375. Penſionesque iis qui mancipia haberent impoſitæ] προσταττόμεναι, non προσταττόμεναι. Robert. Linea autem priori, pro λοιμὸς, λιμὸς ſcribendum.

376. Cumque id per aliquot dies] ἐπί τε ἡμέρας τινὰς, ſcribe ἐπεί τε.

377. L. Marcio, C. Sabino] Prioris Conſulis nomen (quod ſupra etiam monui) omiſſum eſt in hujus libri Indice: quod ſecus ſolet hic autor perſcribere nomen Conſulis cujusque cum prænomine, & cognomine. Certe alii Chronographi non L. Marcium, ſed L. Porcium Cenſorinum habent, quod annotare volui, quia mutare nihil auſim. Præſtitutum ſumptibus modum] παρὰ τὸ καθεστηκὸς. Profecto ſenſus loci κατὰ, non παρὰ requirit.

378. In Conſulatu ſubſtituti fuerant] ἄρξαν male eſt, pro ἦρξαν.

379. His compoſitis] ταῦτά τε οὖ συνθέμενοι, ſcribendum οὖν, Roberto etiam monente. Paulo inferius, πολλοὶ μὲν στρατιῶται γὰρ. Dictiones tranſpoſitæ ſunt, πολλοὶ μὲν γὰρ στρατιῶται. Et pro ἀθρόον, ἀθρόοι ſcribendum. Et inferius pro τὸ βυθὸν, τὸν βυθόν.

380. Conviviis ſe mutuo] ἀντανθεστίων, emenda ἀνθεστίων. Robert.

381. Pharnapate] Φρεναπάτου perperam, pro Φαρναπάτου. Syriam a Parthis relictam] καὶ ὅυτε τήν τε Συρίαν. repone, καὶ ὅυτω τήν τε Συρίαν.

382. Se non dediderunt] Satis conſtat ex ipſa ſententia, ubi legitur, πολιορκηθέντες προσεχώρησαν, reſtituendum eſſe, πολιορκηθέντες οὐ προσεχώρησαν. Apud Epidaurios] ἐνιαυσίοις. Conjecturam ſecutus ſum meam hoc loco: quam (niſi fallor) ſatis perſpicue defendit Plinius libro tertio, capite viceſimoſecundo. Scripſiſſe autem Dionem puto, ἐν Ἐπιδαυρίοις. Pro Πολίων autem Πολλίων lego. M. Craſſi nomen invenerit] Nam, ut ſcribit in vita hujus Plutarchus, Craſſus ex quingentis ſuis militibus, qui Spartacum fugerant, decimum quemque ſorte delectum ſupplicio affecit. De modo vero hujus decimationis, & aliis ſuppliciis militaribus, doctiſſime Polybius lib. 6. Notandum eſt obiter, hoc loco eſſe in Xiphilino defectum, & ſtellula merito notandum. Quæ enim Dio de triumpho Domitii & Palatii refectione ſcribit, Ventidio apud Xiphilinum tribuuntur, quod ego quidem non Xiphilino, ſed defectui exemplaris, in quo ex ea Epitoma linea una vel altera intercidit, cum Domitii mentione, imputo.

383. Plebs ſeditionem contra publ.] ἐστίασε eſt inſigne mendum in Græco: caſtigatius ἐστασίασε legimus. Paulo poſt item pro δουλευτὴν, βουλευτήν.

384. Qui Nero paulo poſt moriens] τελευτῶν πολλῷ ὕστερον, lego οὐ πολλῷ, ut Xiphilinus etiam habet. Deficientibus ab eo Tingitanis] τῶν περὶ τὴν Ἴττιν ἐπαναστάντων αὐτῷ. Ego τὴν Ἴττιν cur arbitrer vitioſe ſcriptum, duas cauſas habeo. Unam, quod Ittin in Africa nullam invenio: alteram, quod mox ſequitur, civitatem Tingitanis datam: nimirum propterea, quod Bogudi rebellaſſent, Romanorum provinciam invadenti. Igitur τὴν Τίγγιν lego. Facile autem librarius imperitus ex duobus ττ duo γγ fecit.

390. Ac ignominia quadam tanquam damnati] ὡς καὶ καταδίκην δίκην δή τινα. Dictio δίκην abſurde eſt intercalata. Cæterum ſi, quæ ſequitur Oppii hiſtoria, integra eſt, (quod vix credo) miror equidem, Dionem cauſam hujus populi erga eum favoris ac ſtudii omiſiſſe, quam Appianus lib. 4. evidenter expoſuit: nempe ob ſervatum ab eo patrem proſcriptum, tantum populi ſtudium ejus extitiſſe. Ad belli ſocietatem contra Sex. Pomp.] Σεξστίου πολέμου. Scribendum Σεξτείου, per ει, diphthongum: ſic & Xiphilinus.

IN DIONIS LIBRUM XLIX.

391. Ut Antonius Artauasdem] In Græco vitioſe Ἀρπαουάσδην eſt: ſcribendum Ἀρταουάσδην, ut infra, & alii autores. In Conſulum porro nominibus legendum, Σέξστος Πομπήϊος, Σέξστου υἱ.

394. Naves appellere] ἐξωκεῖλαι. ſcribe ἐξοκεῖλαι, ut eſt etiam apud Xiphilinum. Periculum a principibus ſuis] τῆς μὲν δυσχερείας αὐτὸν τῶν πραγμάτων. Ego autem Xiphilini lectionem non minus quoque commodam cenſeo, qui habet, τῆς μὲν δυσχερείας αὐτοὺς, καὶ τῶν πραγμάτων. id eſt: Ut rei difficultate principes liberet.

395. Cornificius] Κορνουφίκιος. Xiphilinus ſcribit Κορνιφίκιος, melius quidem. In ſummis difficultatibus] ἄποροι δεινῶς ἐγίγνοντο. Enimvero hoc membrum in Græco plane non cohæret, niſi hic ἄποροι active ſignificat eos, qui moleſtiam & anxietatem aliis afferunt, quod non probo.

396. Inſolenter admodum] ὑποπλικώτατα. Legendum docet ipſa ſententia, ὑπερoπλικώτατα. Gallus Tiſienus] Is eſt, niſi fallor, qui libro præcedenti fol. 364. Titiſienus Gallus nominabatur, utrum rectius, neſcio.

397. Alacriores enim] ὅυτε γὰρ ἐν ταῖς ναυσὶν, mendum eſt, ſcribe igitur, οἵ τε γὰρ &c.

398. Et hoſtes ſuorum vocem] τοῦτο τοὺς ἐναντίους, τοῦ repone, pro τοῦτο. Lætum clamorem] ἐπαιώνησαν, lego ἐπαιώνισαν, a verbo παιωνίζω, quod idem παιανίζω dicitur. Deinde poſt διώλλυντο claudenda eſt parentheſis.

399. Ipſe Cæſar ſuis properato] ἐκεῖνος ἐν τάχει. Aptior eſt Xiphilini lectio, ἐκεῖνος γὰρ ἐν τάχει &c.

401. Aream enim in Palatino emptam] τὸν γὰρ τόπον, ὃν ἐν τῷ στατίῳ, quæ extrema vox cum ſit vitioſa, magnam obſcuritatem adſert. Scribendum autem eſt Παλατίῳ. Sic enim Suetonius in Auguſto, c. 29. Templum Auguſti ea parte Palatinæ domus excitavit, quam fulmine ictam deſiderari a Deo aruſpices pronunciarunt. Quem ante inter proſcriptos] ὃν τρόπον ἐν ταῖς, legendum, ὃν πρότερον ὁ Ἀντώνιος ἐν ταῖς &c. Porro autem vocem Ἀντώνιος hic requiri, facile conſtat. Non enim Cæſar, ſed Antonius Meſſalam proſcripſerat: ut ipſe Dio ſupra lib. 47. oſtendit.

404. In Syria Cyrreſtica vicit] Κυρηστικῇ, ſcribe Κυῤῥηστικῇ,

ἐϛικῇ, ſic enim Græci omnes habent. Porro hæc verba, τὴν γὰρ πεδιάδα, usque ad καὶ οὕτως ἐν τῇ Συρίᾳ, per parenthesin niſi legas, obſcurus erit locus, & ambiguus. Ubi ſequitur, οὔτ' ἂν διάβασιν, legendum, οὔτ' ἂν κατὰ τὴν διάβασιν.

406. Metu invidiæ iræque ejus] διὰ τοῦτο καὶ τὸν φόνον, ſcribe φθόνον.

407. Ad bellum Artavasdi] Poteſt etiam Artabazo dici: ſicut Græcorum alii Ἀρταουάσδην, alii Ἀρτάβαζον habent. In Græco, ἐπεὶ δὲ τὸν τῶν Μήδων, ἐπὶ ſcribendum eſt, & poſt, τὸν Μῆδον πολὺν ἀπὸ, πολὺ lege, ac deinde ἀπηρκέτα ſubſcripto ἰῶτα. Sed hæc obvia. Sicut & eadem pagina ἀρμένιος, & ὑςέριςε, ubi orthographia requirit ἀρμένιος, & ὑςέρησε: quanquam libro ſequenti etiam ὑςερίσωσι dixerit.

412. Liburnique & Iapodes] Ἰάποδες (non Ἰάπυγες) legendum eſſe, cum ex Geographorum monimentis, tum ex Illyrico Appiani libro (quem manuſcriptum nobis ampliſſima inclytiſſimæ noſtræ patriæ bibliotheca Græca ſuppeditavit) abunde conſtat, & ſane ipſe paulo poſt Dio Ἰάποδας vocat. Deinde ſtatim ἐςέρασον, & mox ἐςβάλλοντα, dictiones ſunt mendoſæ: pro ἔπρασον, & ἐςβάλλοντες, niſi hic ἔθνη ſubintelligere quis velit, quod non probo. Idem ſperantes] ἐκ τούτου καὶ ἐλπίσαν. Lego cum Roberto ἐπελπίσαν.

413. Primum a rapinis] τὸ μὲν πρῶτον οὐκέτι ἥρπαζε, forte οὐδέν. Ad Siſciam] Τυσκίαν. Sed Plinius Siſciam, & fluvium qui Dioni eſt Κόλωψ, Calapim vocat lib. 3. cap. 25. Præterea, inquit, amnes memorandi, Calapis in Saum influens juxta Siſciam &c. Legitur etiam infra libro 55. Siſcia, quamvis per υ ψιλὸν in prima ſyllaba, ubi Vellejus quoque Siſciam habet: ergo ſic legatur.

416. Cleopatram reginam regum] βασιλίδα βασιλέων. Robert. Steph. βασιλίδων legendum putat: cui nequaquam (pace viri doctiſſ. dixerim) hoc in loco adſtipulor. Videtur enim voluiſſe oſtendere Antonius, Cleopatram, ut Cæſaris ſuperioris, ac ſuam exinde conjugem, in omnes reges orbis terrarum jus habere, omneſque eos majeſtate ſuperare, non ut eam reginis modo præferret omnibus. Cæterum hæc quidem conjectura eſt. Verum enimvero cum hunc ipſum locum tractarem, commodum acceſſi viſendi cauſa clariſſimum, ac hiſtoriarum & antiquitatis peritiſſ. virum D. Adolphum Occonem, ſeniorem, medicum Auguſtanum, idque tecum HERWARTE vir ornatiſſime. Hic inter alia antiquitatis monimenta, nummum quoque argenteum vidi, cujus hæc erat inſcriptio: M. ANTONIUS DEVICTA ARMENIA, ab altera vero parte: CLEOPATRÆ REGINÆ REGUM, REGUM FILIORUM. Is nummus cum meam ſententiam certiſſime & indubitanter confirmet, adducere eum in teſtimonium utique volui, ne quid dubii relinquerem.

417. Et tonſores] καὶ τοὺς κουρέας. Poſt κουρέας ego κῶλον ſignandum cenſeo, ut novum deinde membrum ineat: quanquam mihi videtur loco hoc aliquid deeſſe. Xiphilinus legit, καὶ τοὺς κουρέας ἐν ταῖς πανηγύρεσιν ἐμισθώσατο, depravate nimirum ipſe quoque. Collega L. Tullo] μετὰ Λουκίου τοῦ ἄλλου, ſcite nimirum. Repone, μετὰ Λουκίου τοῦ Τούλλου, ſic initio libri ipſe autor, ſic alii omnes.

418. Armenia, ut ſupra oſtendi, minore] τὴν μακροτέραν Ἀρμενίαν, inepte, μικροτέραν emenda ex ſuperioribus, & ſenſu ipſo. In fine pro ἀντηττήθη, ſcribe ἀνθηττήθη.

IN DIONIS LIBRUM L.

Meſſala Corvino] Conſulum nomina depravata: nam illud quidem γιὲν. γ. & γε. γγ. omnino abundat. Pro Λακουρούνιος, Κορούνος legendum, ut infra initio libri ſequentis.

423. In poteſtate victoris forent] καὶ ἐπὶ τὰ τοῦ κρατήσαντος. Corrigendum ita: καὶ ἔπειτα τοῦ, &c.

424. Quæad ſpeculandum præmiſſæ] ναῦς τὰς προςπλωτάς. Neſcio quam recte προπλωτάς: mallim ſane προπλωτάς. Etſi prius Peruſiæ quoque] Eſt enim in Græco ſcribendum, haud dubie quidem id, καίπερ τῶν ἐν τῇ Περουσίᾳ, non Γερουσίᾳ. Γ & Π ſunt ſimillimæ literæ, hæc errorem librario obtinuerunt.

425. Methona expugnata] τήν τε Μεθώνην. Μεθώνην ſcribendum liquido apparet; eſt urbs in Meſſeniaca Peloponneſi regione.

426. Stationique ſunt com.] καὶ ἐναυλοχίσαντο. Addendam vocem ἐπιτήδεια cum Rob. ſentio.

429. Et timoris & audaciæ modum] τοῦ δὲ, τὸ μὴ περιχαρεῖς. Intercidit hic verbum aliquod, ſive id θαρρεῖν ſive διακινδυνεύειν, ſive aliud fuit.

431. Qui Lepidum nulla eis injuria] τὸν Λέπιδον μὴ δέ τι ἀδικήσαντα, non μηκέτι, legendum eſt. Qui etiam ante victoriam] φιλανθρωπεύσονταί τινι. Forte [illegible] legendum; ſed in verbis ſequentibus, eoque πεποιηκότες [illegible] dum ineſſe ſuſpicatur Robertus, non injuria mehercle. Puto autem tolli poſſe, ſi legas, οἱ καὶ πρὸ κρατήσαι, [illegible] πεποιηκότες: ut [illegible] ſit interrogativum: alioquin vocabulum aliquod deerit, ut τοιαῦτα, vel ſimile.

432. Neque enim ignorat] οὐ γὰρ ἀγνοεῖτο. Legendum profecto ἀγνοεῖ: nam rationem ejus quod dixit ſubjicere vult.

434. Neque quod ſororem meam] οὐδ' ἔτι μήτε τὴν ἀδελφὴν μου. Lectio hæc vitioſa eſt, & ſenſui contraria, quam ſic emendabis: ὥςε μηδ' [illegible] τὴν, &c.

436. Iapydas] Ἰάπυγας falſo: ſcribe Ἰάποδας, ut ſupra.

438. Omiſſo ſuo propoſito] τούτου μὲν ἀπέχε. lege ἄπεχε. Itaque aut ſubmergebant] καὶ ἢ μὲν κατέδυσαν. Xiphilinus habet, καὶ αἱ μὲν, & utrumque recte.

439. Deinde, pro καί τι κακ τούτου, melius legitur apud eundem, καί τι καὶ τούτους. Mox, pro αὐτοῦ ἀλκὴν, idem rectius αὐτὰς ἀλκὴν legit. Coortus ventus ſecundus] ἀνέμου τινὸς κατὰ τύχην φοβεροῦ. Multo libentius legerim pro φοβεροῦ, φορου, idque cum Xiphilino.

440. Antoniani hæc ſingula] εἰ δὲ ταῦτά τε ἕκαςα. Monet Robertus, Bayſium de re navali hunc locum citantem, habere, εἰ δὲ ταῦτα τε ὡς ἕκαςα. quod malim.

442. Harpagonibus hoſtium] ὑπὸ τῶν ἀρπάγων. Harpagonis, qui ἅρπαξ Græcis eſt, inſtrumenti nautici, quo hoſtiles ſcaphæ arripiebantur & attrahebantur, deſcriptio eſt ſatis copioſa & perſpicua apud Alexandrinum Appianum, libro quinto bellorum civilium: quo loco navale certamen id exponit, quo victus Sextus Pompejus Sicilia ceſſit. Sed pro ἀρπάγων hic Bayſius legit ἀρμάτων, Roberto etiam monente: quo [illegible] rum armamenta navis ſignificantur vocabulo. Ego [illegible] lectionem retinendam duco, ſenſui & præcedentibus magis conſentaneam.

IN DIONIS LIBRUM LI.

442. Sic enim hi qui annonæ ſunt præfecti] Quod aſteriſcum appoſuit huic loco, factum eſt non aliade cauſa, quam quod ea verba (οὗτοι γὰρ τοὺς τὴν σιτοπομπὴν ἔχοντας [illegible] μάζουσι) cum præcedentibus non cohærentia, palam arguunt aliquid deeſſe.

443. Præcipuus fuit Soſſius] [illegible] ſupra libro præcedenti, cum navali pugna una cum [illegible] periiſſe, Dio ſcripſit. Igitur aut hoc nomen vitioſum eſt, aut alius utique Soſſius hic notatur ab illo.

444. At qui victoriæ ſocii] οἱ δὲ ἐν [illegible] legendum συννικήσαντες, ut ante quoque notavimus.

445. Duorum divorum ſacris initiatus eſt] τῶν [illegible] θεοῖν μυςηρίων μετέλαβεν: neque tamen expreſſit quorum. Apparet ex Suetonio, cap. 93. in vita Auguſti, Minervam & Cererem notari. Promiſſionis tamen ea ratione] τῆς δὴ ἀπαγγελίας. legendum ἐπαγγελίας, ſupra enim dixerat, τὸ δ' ὑπέσχετο.

446. Cum neque reciperetur ab eo] ὥςε προςδέξασθαι αὐτόν. Verbum ἠθέλησε ſi addas, [illegible] licebit: quod recte monuit Stephanus.

447. A Meſſala decepti] ὕςερον ἀπατηθέντες. legendum ἠπατηθέντες.

448. Verum antequam hæc acta] πρὶν δὲ ἤδη ταῦτα. *Pro ἤδη, ἢ δὴ legendum. Paulo inferius, γεγωνὸν βοήσας, γεγωνὸς legendum.*

449. Antonius cum ad nuncium eorum] πρὸς τὴν τοῦ Πηλουσίου πίςιν. *Sic corrigo, πρὸς τὴν περὶ τοῦ Πηλουσίου πύςιν. Idem error ſupra quoque notatus eſt a nobis.* Confeſtim in monumentum inſiluit] ἐς τὸ ἡρῷον ἐξαίφνης ἐνεπήδησε. *Docte & vere Robertus demonſtrat,* ἡρῷον, *non ut alias habetur,* ἡρῷον *legendum. Paulo infra eſt,* ὅτι ἂν πυθηνθῆται. *lege* πύθηται.

451. Pudore ſuffuſa] ἐρυθριωμένη. *Legendum eſſe* ἠρυθριασμένη, *non ratio modo Grammatica & Robertus docent, ſed ita Xiphilinus quoque habet. Idem linea ſequenti* 4. *pro* τοιοῦτον *rectius habet* τοῦτον.

454. Julio Antonii & Fulviæ filio] καὶ τῷ Ἰούλλῳ τῷ τοῦ Ἀντωνίου. *legendum eſt* Ἰουλίῳ. *Vellejus ſane Paterculus* Julium Antonium *vocat. Plutarchus in fine Antonii ſimpliciter* Ἀντώνιον. *Infra quoque lib.* 54. Ἴουλλος *idem falſo dicitur, cum libro* 55. *recte* Ἰούλιος *ſcriptum habeas.*

455. A filio hujus Antonino] ἐπ' Ἀντωνίου τοῦ υἱέος αὐτοῦ. *legendum* Ἀντωνίνου. *Nam Severi filius & ſucceſſor fuit Antoninus Caracalla, quod notiſſimum eſt. Mox* ἐςγράφοντες, *emendandum neceſſario, & ſcribendum* ἐςγραφέντες.

456. Quamdiu res Antonii adhuc] *Deſunt deinceps quædam. Videtur autem hic fuiſſe ſenſus:* eſſe a Parthis legatos ad Cæſarem ſubinde miſſos, petentibus, ut eam ipſorum ſeditionem & bellum civile componeret. De Cleopatra triumphus] ὡς καὶ τῆς Κλεοπάτρας. *Sane malim* ὡς κατὰ τῆς Κλ. *legere: ſed uſus eſt eodem modo loquendi paulo poſt,* ὡς καὶ τῶν Αἰγυπτίων. *Equidem utrobique* κατὰ *pro* καὶ *legerim, facili errore librarii ex compendiorum (quibus & utuntur & abutuntur plurimum) affinitate.*

457. Socii ejus victoriæ] συνεικήσαντας, *iterum perperam, pro* συννικήσαντας.

458. Tum templum Romæ] *In Græco* Ῥώμη *eſt, incertum an urbis nomen, an vero appellativum. Urbis nomen eſſe ex Tacito patet, lib.* 4. *verba ſunt Tiberii:* Cum D. Auguſtus ſibi atque urbi Romæ templum apud Pergamum ſiſti non prohibuiſſet; *& alibi etiam fit mentio ejus.* Tum ſacraria tribuuntur] καὶ δὴ καὶ ἥρωα ποιοῦνται. *Eſſe ſcribendum* ἡρῷα, *palam eſt, & monuit etiam Robertus.* Is igitur potius publice] οὗτος οὖν ὁ δημοσίᾳ. *Idem ſcite notavit articulum* ὁ *expungendum eſſe. In prioribus verbis non punctus poſt* πρότερα, *ſed virgula poſt* ὑπάτευσε *ſignanda eſt, ut conſtet ſententiæ perſpicuitas.*

459. Japydis] Ἰαπυγίας, *ſcribe* Ἰαπυδίας. *Deinde pro* Μωρινοῖς *malim* Μορινοῖς. *nam prima ſyllaba eſt brevis:* Extremique hominum Morini. *&c. Virgilius lib.* 8. *Inferius* καυκραλία, *ναυκραλία lege.*

461. Finitimos his Triballos, Dardanosque] *Non improbo, quæ hic Robert.* περὶ Τριβαλλῶν *habet.*

IN DIONIS LIBRUM LII.

465. Sed ut ipſos in ſervitutem] ἀλλ' ἵνα ἑαυτοὺς δουλωσώμεθα. *lege* αὐτοὺς *cum Rob.*

467. In qua tot annos vixit] τοσούτοις ἔτεσιν, ἐλευθερίᾳ βεβιωκότα. *Lego cum Roberto,* ἐν ἐλευθερίᾳ.

468. Quibus ſi alios judices] τούτους δ' ἂν μὲν ἑτέρους. *ſcribe* τούτοις. Qui forte lecti ſententias ferant] ἐκ τῶν ὁμοίων οὖσαν, ὁ κλῆρος ἀποδείξει. *Hic locus plus obſcuritatis præ ſe fert, quam inſit; eſt enim ſic caſtigandus:* ἐκ τῶν ὁμοίων, οὓς ἂν ὁ, *&c.*

469. Quomodo iis utaris] οὐκ ἂν ῥᾳδίως αὐτὰ διαθέσθαι. *Ratio Gramatica* διαθέσθαι *legendum eſſe arguit, ut ſit* ἀπὸ *τοῦ a medio verbo* διατίθεμαι.

470. Cum & milites ſtrenui] τό τε ςρατευόμενον προετιμᾶτο. *legendum cenſeo* προεθυμεῖτο.

472. Pompejus initio] Πομπήϊος τὸ πρῶτον. *ſic enim eſt diſtinguendum, ut* τὸ πρῶτον *ad Pompejum adjungatur, cui deinde reſpondet illud:* ὅ, τε Πομπήϊος αὐτὸς μετὰ ταῦτα. Carbo] Στράβων, *inepte. Legendum eſſe* Κάρβων, *ex hiſtoriis bellorum civilium eſt ſole meridiano clarius.* Iterum Σερτώριος ὁ ἕτερος. *Inſipide* ὁ ἕτερος *eſt repetitum a Mario, & Sertorio etiam additum. Igitur expunge.* Servire alicui dignabitur] δουλεῦσαί τινα. τινὶ *lege.*

474. Neque iis qui ultro ſe obtrudunt] μήτε ἐν τοῖς παρακελεύςοις. *Liquet præpoſitionem* ἐν *abundare. Sed qui ſint* παρακέλευςοι, *nihil habeo quod dicam. Sane apud noſtrum Dionem libro triceſimoſexto eſt* παρακελευσμὸς coitio, & conſpiratio ambitus, & potiundi magiſtratus cauſa: *quod idem libro ſequenti* παρακέλευσις *nominatur. Inde forſitan* παρακελεύςους *intelligemus,* qui ambiendo ad magiſtratum, non virtute pervenerint: *niſi quod paſſiva ſignificatio videtur contra ſtare.*

475. Navi onerariæ magnæ &c.] ὁλκὰς καὶ μεγάλη. καὶ *abundat.* Non eſt ab hominis natura alienus] οὐτ' ἀπὸ τοῦ ἀνθρωπείου τρόπου. *Hic ſenſum veræ autoris ſententiæ contrarium gignit præpoſitio* ἀπὸ, *perperam cum accentu gravi in poſteriore ſyllaba ab indocto librario ſcripta. Legendum eſt,* οὔτ' ἄπο τοῦ ἀνθ. *quod eſt dicere:* Non eſt inconveniens aut inconſentaneum humano ingenio. *Quo modo (ut aliorum autorum teſtimonia prætercam, ab aliis notata quædam) ipſe Dio infra locutus eſt libro* 54. Ἀντίςιος μὲν οὖν τότε οὐκ ἄπο καιροῦ εἰπεῖν ἔδοξε. Antiſtius igitur tum haud intempeſtive videtur dixiſſe. *Paulo poſt:* ὥσπέρ τι αἰτίαμα. *Lego* ὥςε ἔτι αἰτ. *Roberto etiam notante. Et iterum,* ἀπεκλείνεσαν, *ſcribendum* ἀπεκλείνεισαν.

477. Quotquot tibi digni viſi fuerint] ὁπόσοι ποτ' ἂν εὑρήσωσί σε. *Vox* εὑρήσωσι *depravata eſt, & legerim ſane* ἀρέσωσί σε.

478. Et mitiores eo] καὶ χρόνον τινὰ ἰδιωτεύσαντες. *Recte videtur monuiſſe Robertus, aſteriſcum ante hæc verba tollendum.* Per abſentiam magiſtratuum] τῶν ἐπαρχῶν, *quod videtur vitioſum eſſe, & fortaſſe* ὑπάτων *legendum, vel* ὑπάρχων. *Ego generali vocabulo uti malui.* LXXXI. millia paſſ.] μέχρι χν. ςαδίων. 650. *ſtadia, milliaria* 81. *& unum quadrantem conficiunt.*

479. Italiam in tot partes] εἰς καὶ τὴν Ἰταλίαν τοιαῦτα μέρη. *Legendum,* εἰς τοιαῦτα μέρη. *Inferius,* καὶ τοῖς ἄρχουσι τὰ δυνατὰ, *ſenſus* ἀρχομένοις *poſtulat.*

480. *Rurſum,* πρὶν τι αὐτῶν ἀποδεχθῆναι, *lego* ἀποδειχθῆναι. Ac de ſenatoribus quidem] τοὺς μὲν δὴ συμβουλευτὰς, *ſcribe* βουλευτὰς, *jam enim expoſitis ſenatorum officiis, ad equitum munera tranſit.*

483. Ab armis & re bellica] ἄνευ τε ὅπλων, καὶ ἄνευ τειχῶν ζῆν. *Vox* τειχῶν *aperte mendoſa eſt: quid tamen ſubſtituam, incertus ſum.* Rapto vivere potiſſ. cogitur] καὶ ἐκκλησίας μάλιςα ζῆν. *Robertus hunc locum caſtigavit, pro* ἐκκλησίας, ἐκ λείας *reponens. Ego* ἐκ λῃςείας *malim, eſt enim aſſinior vitioſæ, juxtaque commodior lectio.*

485. Nam rationi conſentaneum non eſt] τούς τε γὰρ εὐπόρους ἄλογόν ἐςι. *Nihil mutandum hic cenſeo: quanquam Robertus Leonicenum rectius* εὔλογον *legiſſe putet.*

487. Conſuetudine habita tuorum morum] προσυγγιγνόμενοι τοῖς τε ἤθεσι. *ſcribendum,* προσυγγινόμενοι.

488. Cum ea in re ipſa conſpiciant] ὁρῶν ἔργα γιγνόμενα. *Rob. Steph. malle ſe* ἔργῳ *legere, inquit. Ego, qui decreverim nihil mutare, niſi quod omnino ferri non poſſit, noſtram lectionem,* ἔργα, *retineo. Dicitur enim etiam apud alios autores aliquid* ἔργον γίνεσθαι, cum res in actum & effectum *(ut ajunt)* perducitur. *Exemplum adſcribam, quod nunc ſuccurrit, & eſt apud Plutarchum de Cæſaris interitu, cæſi apud ſtatuam Pompeji:* δαίμονός τινος ὑφηγουμένου, καὶ καλοῦντος ἐκεῖ τὴν πρᾶξιν ἔργον γεγονέναι. In quodam orbis terrarum theatro] καθάπερ γὰρ ἐπί τινι τῆς ὅλης, *lego* ἔν τινι.

491. Nihilque præter ea quæ poſſides] καὶ τὸ μηδὲν πλέονος τῶν &c. καὶ τῷ &c. *ſcribendum. Robert.*

492. Si nihil horum ulli præter alios permiſeris] συγχωρήσῃς τι. *Robertum laudo, qui* τινὶ *emendat.*

 IN

IN LIBRUM DIONIS LIII.

In ipſo Indice libri, hæc verba, ὡς τῆς μοναρχίας ἀφῆς. *&c. ſunt præcedentibus adjungenda, & legendum:* Ὡς Καῖσαρ ἐδημηγόρησεν ἐν τῇ γερουσίᾳ, ὡς τῆς μοναρχ. *&c. Porro in Conſulum nominibus, & enumeratione, primum ubi eſt* Μουψάνιος, *legendum eſt* M. Ουψάνιος Λ. υἱ. Ἀγρίπ. *Præterea autem mendoſum eſt, quod Agrippa hic* γ. *& deinde* δ. ὕπατος *ſcribitur, cum priori loco* τὸ β. *poſteriori* τὸ γ. *ſit ſcribendum: unicum enim tantum jam ante Conſulatum geſſerat Agrippa, vel ipſo Dione teſte. Item ante hæc verba,* Γ. Νωρβανὸς. γ. υ. Φλάκκος, *ſunt interſerenda quædam: nempe collega Auguſti in nono ipſius Conſulatu. Is fuit M. Junius Silanus, quod non modo omnes Chronographi habent, ſed aperte ipſe Dio infra in hoc libro teſtatur. Deinde addendus decimus Auguſti Conſulatus, in quo habuit collegam C. Norbanum Flaccum, ipſo etiam Dione hoc docente. Quoniam vero non eſt apud Dionem, ac ne apud reliquos quidem, Statilium Taurum antea temporis, quam collega Auguſti fuit, Conſulem egiſſe, Norbanus autem Conſul etiam anno* DCCXVI, *iiſdem prænomine & cognomine reperitur, libro Dionis noſtri 48. exiſtimo illud* τὸ β. ὕπατος *non ad Taurum, ſed ad Norbanum pertinere. Denique ubi eſt* Αὔγουστος τὸ ι, *legendum eſt* τὸ ια, *ſic enim præter alios ipſe quoque Dio hoc libro habet. Ex quo loco patet,* Καλπούρνιος, *non* Καλπουρνιανὸς, *hic in Indice legendum eſſe. Enim vero haud incommode (opinor) ſubjunxerim, quomodo totum horum Catalogum ſcribi velim.*

Καῖσαρ τὸ ϛ.	M. Ουψάνιος Λ. υἱ. τὸ β. ὑπ.
Καῖσαρ τὸ ζ.	M. Ουψάνιος Λ. υἱ. τὸ γ. ὑπ.
Καῖσαρ Αὔγουστος τὸ η.	Στατίλιος Ταῦρος. ὑπ.
Αὔγουστος τὸ θ.	M. Ἰούνιος Σιλανὸς, ὑπ.
Αὔγουστος τὸ ι.	Γ. Νωρβανὸς Γ. υἱ. Φλάκκος. τὸ β. ὑπ.
Αὔγουστος τὸ ια.	Γν. Καλπούρνιος Πίσων, Γν. υἱ. ὑπ.

496. Cui etiam ſororis ſuæ filiam] *Marcellam nimirum Octaviæ & Marcelli filiam, ejus Marcelli ſororem, qui Juliam, Cæſaris ex Scribonia filiam, in matrimonio habuit: quam ipſam poſtmodo Agrippa, marito defuncto, uxorem duxit, Marcella dimiſſa. Vide Suet. Auguſto, cap. 63. Plutarchum in fine Antonii, &c. Hoc annotandum duxi propterea etiam, quod hic Xiphilini exemplum depravatum eſt: legitur enim ibi* ἀδελφὴν *falſo, pro* ἀδελφιδῆν.

497. Prætoribus, ut fit] τοῖς στρατηγοῖς, καθάπερ ἔθιστο, *Satis liquet,* στρατηγοῖς *eſſe legendum, non* στρατιώταις.

499. Tantum continentiæ eſſe] τινὰ ἄλλον καὶ σωφρονῆσαι δεῖ ἀληθείας. *Pro* σωφρονῆσαι *legere vult Robertus* φρονῆσαι. *Ego quia neceſſitas nulla incumbit mutandi, retineo* σωφρονῆσαι. *Paulo poſt,* σεμνυνάμην, ὅτι τὴν. *legendum* σεμνυνάμην ἢ ὅτι τὴν, *cum Stephano.*

502. Deinde quæ legibus præcipiuntur] ἔπειτα δὲ ὅσα προστάττουσιν ὑμῶν ὄντες. *Scribe* ὑμῖν: *non enim cum genitivo, ſed dativo conſtruitur hoc verbum.*

505. Ut plusquam annum] πλείω καὶ ἐνιαυτοῦ. *Lege,* πλείω ἢ ἐνιαυτοῦ. *Et mox pro* φρουρεῦντας, *repone* φορεῦντας. Sex utuntur lictoribus] ῥαβδούχοις δὲ δὴ πέντε. *Audacter hic* ἕξ, *non* πέντε *lego. Prætorum enim fuiſſe ſex lictores, ut Conſulum duodecim, vel pueri ſciunt: habentque inde (ut Dio hic ait) apud Græcos autores nomen. Vocantur quippe* ἑξαπελέκεις. *Quo vocabulo uſus eſt Polybius, doctiſſimus & facundiſſimus hiſtoricus, lib. 3. ubi de Bojis, Romanos, colonias Placentiam & Cremonam condentes, invadentibus, diſſerit. Mox,* ἐπ᾽ αὐτοῦ τοῦ ἀριθμοῦ, *ἀπ᾽ αὐτοῦ lego.* Iſtæ quoque provinciæ] τῷ αὐτοκράτορι καὶ ἐκεῖνοι προσετέθησαν. *Emendo,* ἐκεῖνα, *ſcilicet* ἔθνη.

507. Ac dividendis provinciis] καὶ τὰ περὶ τῆς τῶν θεῶν διανομῆς. θεῶν *vox eſt corruptiſſima, cum debeat eſſe* ἐθνῶν. Ab eoque perfecta] *Lacuna hic eſt. Videtur autem hic fuiſſe contextus:* Ab eoque perfecta monarchia initium ſumpſit. Unius enim, &c. Plerumque nunc etiam] ὡς πλήθει γενόμενοι, καὶ νῦν τῆς τῶν τιμήσεων. *Robertus ſententiam ſtaturam putat, ſi pro* νῦν, πλὴν *legatur. Ego* πλὴν *potius poſt* νῦν *addendum judico, & tamen haud dubito, quin aliquid deſit adhuc.*

510. More Hiſpanorum ſe conſecrans] *Non memini me de hoc Hiſpanorum more quippiam legere. Apud Cæſarem lib. 4. bell. Gallici haud diſſimile quippiam de Soldoriis refertur, uſitatum apud Gallos Sontiates.*

511. Ex ſenatoribus forte quindecim delegit] πεντεκαιδεκάτους κλήρου λαχόντας. *Corrupta lectio, quam emendandam certus ſum:* πεντεκαίδεκα τοὺς κλήρῳ [illegible] *etiam Xiphilinus.* Per coitiones aut ambitum] ἐκ [illegible] κελεύσεως, ἢ καὶ δ[illegible], *ſcribe* δεκασμοῦ. *id enim eſt* [illegible] gitio propter magiſtratum adipiſcendum, *& ſic ſcriptum* [illegible] *apud Xiphilinum.*

512. Et alia id genus] τὰ τοιαῦτα καὶ λέγει. [illegible] *ba ſunt tranſpoſita. Scribe,* καὶ τὰ τοιαῦτα λέγει. [illegible] in Auguſti] ἀλλ᾽ ἔς τε τὸ αὐτὸ [illegible]. *Emendatius* [illegible] τοῦ *leges.*

513. M. Egnatius Rufus] Μάρκος ὁ Γνάθιος. *Legendum M.* ὁ Ἐγνάτιος, *ſic enim Suetonius, ſic Paterculus.*

515. Porticum Neptuni] τὴν τοῦ Ποσειδῶνος [illegible]μένην. *Adde vocem* στοὰν, *quæ intercidit.* Urſos reccentos] ἄρκτους τε [illegible]. [illegible] *Xiphilinus.*

516. Cujus tum rexerat Sabos, Aelius Largus] Σαβὼς ἐβασίλευσε, Αἴλιος Γάλλος. *Apud Xiphilinum non* Σαβὼς, *ſed* Σαβαῖος *legitur. Porro autem non* Γάλλος, *ſed* Λάργος *eſt ſcribendum, ſic enim & Xiphilinus habet, & Gallo Largum ſucceſſiſſe in Ægypti præfectura, Dio ſupra innuit, ubi quidem Valerius Largus dicitur.*

517. Si quando prælium commiſiſſent] προσμίξειαν αὐτοῖς. *Quod* αὐτοῖς *recte docet legendum Robertus, etiam Xiphil. habet.* Athlulorum cum tecus] Ἀθλούλαν. *apud Xiphilinum ſane habetur non ita, ſed* [illegible]. Sepulcrum ab ipſo factum] [illegible] *ſcribe.*

IN DIONIS LIBRUM LIV.

520. *In nominibus Conſulum, ubi legitur,* Λ. Ἀρρούντιος Λ. υ. Λέπιδος, *notandum eſt, Conſules* [illegible] *anni intercidiſſe: & eſt ita legendum,* Λ. Ἀρρούντιος Λ. υἱ. M. [illegible]λιος, K. Λέπιδος ὑπ. *ſic enim hi &* [illegible] *Dione hoc* [illegible] *nominantur, & a Caſſiodoro, ac reliquis Chronographis, & Horatius lib. 1. epiſtola ultima:*

Collegam Lepidum quo duxit Lollius anno. *Deinde, ubi eſt* Π. Σαλ. *lege* Π. Σίλιος, *ex Dione. Rurſum, pro* Παῦλος Ἰούνιος, *&c.* Γάϊος Ἰούνιος *ſcribe, nam Caium Junium Dio inferius ſcribit: ſicut reliqui etiam. Poſt M.* Λ. Ἰούνιος Λ. υἱ. *ſcribendum* M. [illegible] *Ubi* Φούριος M. [illegible], *illud* [illegible] *Robertus* Φρυγὶ *mutandum cenſeo, ut ſit* [illegible] *prætereaque ſcribo,* M. [illegible] M. [illegible]. *Deinde pro* Παῦλος Κύϊντος, *&c. ſcribo,* Γ. [illegible] ρος. *Et deinceps,* M. Οὐαλέριος M. [illegible] Βαρβᾶτος. Barbatum *autem* [illegible] *apud* [illegible] Meſſalæ Barbati *etiam Suetonium meminiſſe Claudio, cap. 26. Itaque qui hic Meſſalam iterum Conſulem ſcribunt* [illegible] *dunt Corfinum cum Barbato* [illegible] *autores ſecuti videntur. Porro,* [illegible] Φαβ. Παῦλος Φάβιος, *ſcribendum ex Dione.* [illegible] Ἀφρικανὸς *vox loco mota eſt, & ſubdenda poſt* [illegible] *verba,* K. Φάβιος x. υἱ. Ἀφρικανὸς: *ut etiam Suetonius habet in Claudio, c. 2. ubi tamen, ſicut & apud alios,* [illegible] *Antonius, non Antoninus legitur, eſtque* [illegible] *anno U. C. 741. prætor fuit, ut tradit Dio,* [illegible] *quoque M. υι. ſcribatur,* [illegible] Ἀφρικανὸς *ad Fabium pertinere: & pro* Ἀντωνῖνος, *ſcribendum* Ἀντώνιος.

521. Fratrem hunc ejus] ἀδελφὸν τοῦ Πλάγκου. *Lege* Πλάγκου.

522. Abſentes exilio damnati ſunt] [illegible] ὡς καὶ φεύξοντας. [illegible] *ſcribe, ut recte docuit Robertus.*

523. Quod niſi in judicio quodam] [illegible] καὶ [illegible] κη, δίκη *lego. Sed ingenue fateor, me hunc locum* [illegible] *ligere: ita tamen, ut negem eſſe integrum.* His enim [illegible] tinnabulis] *Laudo Robertum, qui ſenſit deeſſe hoc loco ea* [illegible]

ba, κώδωσι χρῶνται, *inſerenda ante hæc:* ὅπως σημαίνειν σφίσιν, *&c.* Rebellionem fecerunt] ἐπολέμησαν αὐτοῖς: lego αὖθις. In ſervitutem redigeret] ἐδούλωσαν. *Corrige,* ἐδουλώθησαν.

524. *Egregie re geſta] αἰωνισάμενος, *ſcribe* ἀγωνισάμενος. L. Silanus] Σιλανὸς *legi, non* Σιλουανός.

526. Uti majorum ſuorum inſtitutis permiſit] τῷ πατρίῳ σφίσι τρόπῳ αὐ ἄρχεσθαι. *Addendum verbum* συνεχώρησε, *aut ſimile, ut conſtet ſententia.*

527. Unus ex Indis Zarmarus] *Apud Xiphilinum* Zamarco *nomen eſt,* Ζάμαρκος. Q. Lucretium] *Supra in Catalogo erat,* L. Lucretius, *falſo, ut arbitror: Caſſidorus quoque, & alii,* Q. *vocant.* Per quinque annos] ἐς πέντε παρακληθείς. *Adde* ἔτη.

528. Velle ſe juramento obſtringere] καὶ ἐμμένειν σφίσιν ὀμόσε ἤθελον. *Legendum,* ὀμόσαι ἤθελον.

529. Infenſius eſſet] καὶ διὰ μίσους οὐχ ὅτι, *&c. Scite Robertus deprehendit,* διὰ μίσους *eſſe legendum.*

530. Etiam ſi id juſtiſſime fiat] κἂν ὅτι μάλιστα δικαιότατος συμβῇ. *Non improbo conjecturam Roberti,* δικαιότατα *legentis.*

534. Camuni & Vennonetes] *Cur ſic verterim, & recte ne id fecerim, (nam in Græco eſt,* Καμμούνιοι καὶ Οὐέννιοι*) ex Plinii libro tertio, capite viceſimo, lector intelliget.* M. Lollius Rhymetalci] Μάρκελλος Λόλλιος Ῥωμηταλκῃ. *Legendum utique,* Μάρκος *&* Ῥυμηταλκῃ.

535. *Paulo poſt, pro* Τέγκηρλοι, *repone* Τέγκληροι. *Porro ubi eſt,* τήν τε Γερμανίαν καὶ τὴν Γαλατίαν, *omnino hæ voces inducendæ ſunt & removendæ,* τήν τε Γερμανίαν, *nam trans Rhenum Germaniam nullam tum fuiſſe, ſed Galliam, evidentiſſimum eſt.* Decembrem] Δεκέμβριον *ſcribe, non* Δεκέβριον.

536. Vedius Pollio] Οὐήδιος Πωλίων. *Lego* Πολλίων, *& deinde* Πολλίωνα, *&c. Vide de hoc Plinium libro nono, capite viceſimotertio. Meminit & Tacitus libro primo.*

537. Pauſilypum] τὸν Παυσίλυπον, τὸ *legerim, ut ſit generis neutrius: ſic Plinius libro nono, capite quinquageſimo tertio.* Quaſi non aliis quoque, &c.] οὐχ ὅτι καὶ ἄλλοις. *Lego,* οὐχ ὅτι μὴ καὶ ἄλλοις.

539. Julius Antonii F.] Ἰούλλιος. Ἰούλιος, *ut ſupra oſtendi.*

541. Quoniam earum ædibus contigua erat] ἔδωκεν, ... δὲ ὁμότοιχος, *&c. Ita lege,* ἔδωκεν, ἐπεὶ ὁμότοιχος, ... ἦν, Κορνήλ.

542. Tamen ipſe gladiatorios ludos] καὶ αὐτὸς τὰς μοναρχίας ... ἔλεσε, μονομαχίας *lego cum Roberto.* Ut ſenatores, quoties in curiam convenirent] *Locus hic mirum in modum eſt & corruptus & mutilatus:* ὁσάκις ἂν ἕδρα αὐτό, ἢ καὶ τὴν, *&c. Equidem non me fugit,* ἕδραν *apud Dionem vocari conſeſſum Senatus, ut libro ſequenti:* ὁ δ᾽ Αὔγουστος τάς τε τῆς γερουσίας ἕδρας ἐν ῥηταῖς ἡμέραις γίγνεσθαι ἐκέλευσεν, *&c. ut haud dubie hic quoque* ἕδρα *aſpirate ſit ſcribendum. Sed tamen reliqua verba eſſe & depravata, & manca, ſenſus ipſe docet. Faciam autem quod poſſum, id eſt, apponam Suetonii hac de re verba, ſi quid ea lectorem poſſint adjuvare, in promptu ut habeat.* Quo autem *(inquit ille capite triceſimo quinto vitæ Auguſti)* lecti probatique & religioſius, & minore moleſtia, Senatoria munera fungerentur: ſanxit, ut priusquam conſiderent, quiſque thure ac mero ſupplicaret apud aram ejus Dei, in cujus templo coiretur: & ne plus quam bis in menſe legitimus ſenatus ageretur, ſcilicet Calendis, & Idibus, &c. *Quibus ex verbis, & illis Dionis,* τὸ δὲ, ἵνα ἀπονητὶ συλλέγωνται, *apparet, alterum membrum hoc loco intercidiſſe.*

544. In Cheraſcorum] Χερουσκίδα. *Legendum* Χερουσκίδα, *ut ante* Χαυκίδα. Lupiæ & Aliſonis fluviorum] καὶ ὁ Ἐλίσων. Aliſonem *dicit Tacitus libro ſecundo, his verbis:* cuncta inter caſtellum, Aliſonem, ac Rhenum novis limitibus aggeribusque permunita. *Quo in loco Tacitus loquitur de diſſeſſa obſidione caſtelli ad Luppiam poſiti: ubi tamen (quod obiter monere viſum) imperite quidam Caſtellum Aliſonem legerunt, ut Aliſo ſit nomen caſtelli: quod falſum eſſe Dio nos docet.*

545. Beſſus natione] Θρᾷξ Βεσσός. *Supra oſtendi,* Βησσός, *&* Βησσῶν *ſcribi oportere: quam lectionem hic annotatam Robertus Stephanus teſtatur.* Pecuniam ad imagines faciendas S. P. Q. R. conferrent] εἰς εἰκόνας ἑαυτοῦ καὶ ἐκείνη καὶ ὁ δῆμος, *vitioſe. Sic emenda,* εἰς εἰκόνας αὐτοῦ καὶ ἐκεῖνοι, *&c. Deinde poſt paulo* ἔστησεν, *non* ἔστησαν. *Ac pro* τοῦ τέλους, τοῦ ἔτους *lego.*

546. Id ſi quis reddendum non putet] καὶ τοῦτο μὲν, εἰ γέ τῳ πιστὸν οὐ παραδέδοται. *Puto ſic ſcriptum ab autore:* εἴ γέ τῳ οὐ πιστὸν, παραδέδοται. *Mox,* Ἰουνίου ἡρώου, *legendum utique* Ἰουλίου.

IN DIONIS LIBRUM LV.

547. *Conſulum nomina in annos ſeptendecim cum annotaverit Dio, tamen hic tantum ſedecim annorum exponuntur: ita quidem, ut collega etiam Auguſti* XII. *Conſulatus deſideretur. Ac tametſi noverim, eſſe qui a Druſi Conſulatu uſque ad M. Furii, & Sexti Nonii Conſulatum incluſive tantum ſedecim annos numerent: tamen certum eſt, Dionem hoc loco ab iis diſſenſiſſe, ac ſeptendecim numeraſſe, quemadmodum & Caſſiodorus habet. Cauſam differentiæ mox indicabo.* Αὔγουστος τὸ ιϛ. ὑπ.] *His adde, (ut ex reliquis Chronologis habetur)* Λ. Σύλλας. *Deinde anni* DCCL. *Conſules hos poſſumus ponere:* Γ. Καλουίσιος Σαβῖνος τὸ β. Λ. Πασσιηνὸς Ῥοῦφος. *Cogimur autem eos aliunde mutuari, quoniam inter Lælium Balbum ac C. Antiſtium Conſules, & L. Valerium ac Cn. Cornelium Cinnam, nullius mentio fit Conſulis in Dione, ut mea quidem fert ſententia: quia multa ex hoc libro interciderunt.* M. Οὐαλέριος. M. υἱ. Μεσσαλᾶς ἢ Μεσσαλῖνος] *Probo poſterius.* Γ. Καῖσαρ Αὔγουστος τοῦ υἱ.] *Legendum utique (Roberto etiam annuente)* τὸ ιδ. *id eſt* XIV. *Nec me fugit, Suetonium Auguſti tredecim tantum Conſulatus numerare, totidemque etiam Tacitum, qui* Auguſtum numero ſuorum Conſulatuum Valerium Corvinum, & C. Marium ſimul æquaſſe, *libro primo ſcripſit. Veruntamen quia tredecim Auguſti Conſulatus diſerte ſunt ab autore noſtro jam ante recitati: quatuordecim utique legendum eſt, idque etiam apud Caſſiodorum. Cur eum Tacitus & Suetonius omiſerint, facilius puto intelligeremus, ſi Dionis ea de re verba haberemus: nunc id conjicere tamen poſſumus, non geſtum fortaſſis eum ab Auguſto, ſed omnino aut repudiatum, aut ſtatim alii traditum, ſicut & alias fecerat. Illud magis mirum, cur alii hunc totum annum omiſerint, cum eum Caſſiodorus habeat, eundemque quem Dio collegam Auguſto* XIV. *Conſuli aſſignet L. Paulum. Nobis is annus prætereundus nullo modo viſus eſt, idque tanto minus, quod infra libro ſexageſimo, quem annum Dio octingenteſimum Urbis conditæ habet, is apud alios* DCCXCIX. *dicitur. Unde patet, uno anno noſtram alias præcedere rationem, ut ibi quoque dicemus.* Γ. Οὐινίκιος ἢ Μινούκιος] Οὐινίκιος. Vinicius *legendum Vellejus docet, & pro* N. υἱός, *reponendum* M. υἱός. *Scribens enim ad M. Vinicium, patrem ejus* P. Vinicium *aperte nominat: quo Conſule Tiberius Rhodo redierit. Deinde avum M. Vinicii, ipſum etiam* M. Vinicium *apellat.* Οὐάλλαστος] *forte* Οὐόλαισσος: *quod cognomen Valeriorum fuit.* K. Καίλιος] *ſcribe* K. Κεκίλιος. M. Φούρνιος] *Utique* Φούριος *eſt ſcribendum,* ν *omiſſo.* Furius *enim Camillorum nomen eſt, non* Furnius.

548. Inde in Cheruſcos converſo itinere, Viſurgin transgreſſus] πρός τε τὴν Χηρουσκίαν μετέστη, καὶ τὸν Οὐισούργον, *&c. Legendum* Χερουσκίαν, *&* Οὐίσουργον, *id eſt,* Viſurgim: *quem ſupra falſo ſcriptum habuimus* Οὐλσουργον. *Mox, pro* Ἀλβησιου, *lego* Ἀλβίου, *ut eſt apud Xiphilinum.* Et non modo homines] *Ante hæc verba deeſſe aliquid ſatis patet: mihi tamen reſtituendi facultas (fateor) abeſt. Certe videtur Auguſti lex aliqua de iis quæ mortis cauſa legantur, intercidiſſe: utcunque eodem modo apud Xiphilinum legatur.*

550. Quæ deinde more Romano] καὶ αὕτη μετὰ

ταῦτα

ταῦτα καὶ ἡ κύρωσις. *Legendum,* καὶ αὐτῇ. Cum honore tamen Tribb. pleb. anteirent] καὶ τὴν τῶν δημάρχων προτετιμημένοι. *Vitia tolles, ſi legeris,* καίτοι τῶν δημάρχων προτετιμημένοι, *quod etiam Robertus Stephanus deprehendit.*

551. Pignoris loco] ὥσπερ τι ἐνέχειρον, *ſcribe* ἐνέχυρον. *Infra, pro* ἀφιεὶς, ἀφεὶς. Exceptis Cantabris] πλὴν τῶν Καντάβρων. *Certe adduci non poſſum ut credam,* hoc Cantabrorum *nomen non eſſe falſum. Quid enim Cantabris cum Germanis commercii, aut cur Cantabros debellaturus Rhenum tranſiret, aut cur tandem illi eam expeditionem metuerent, tam longe ab ipſis averſo bello? Id monere volui, ut qui poſſunt, corrigant hunc locum: me ſane hic ingenium & autoritas ſcriptorum, aut certe memoria deſtituit.*

552. *Pro* πείσεσθαι *autem, legendum ſcio* ἀπείσεσθαι.

554. D. Lælium Balbum] καὶ Λεύκιος Βάλβος. *Ipſius Dionis in Indice libri, & reliquorum autorum teſtimonio,* Λαίλιος, *non* Λεύκιος *eſt ſcribendum.*

556. Corpora porro Caji & Lucii] τοῦ δὲ Λευκίου τοῦ τε Γαΐου, &c. *Non poſſum mihi perſuadere, non intercidiſſe hoc ex loco permulta, quibus inter alia Caji & Lucii interitum Dio deſcripſerit, cum quod in ipſo indice libri ea hiſtoria promittitur, tum quod leviora multa conſectatum autorem noſtrum, eorum mortem ſilentio involviſſe non ſit conſentaneum. Jam Zonaras etiam (quem nuper editum magnificentiæ viri vere magnifici ac generoſi Domini* ANTONII FUGGERI, *laboribus autem honeſtiſſimi ac doctiſſimi viri Domini Hieronymi Wolfii, meriti de me optime amici, debemus) cum permulta in hiſtoria horum temporum ad verbum e Dione tranſcripſerit, veſtigiaque ejus diligentiſſime (nec id diſſimulanter) conſectatus ſit, de Cæſarum horum exitu ea habet, quæ ipſis vocabulis eſſe a noſtro autore eum mutuatum, contendere auſim. Quid quod inſcriptio præſentis libri etiam de Auguſti templi dedicatione, fanoque Martis in eo pollicetur, de quibus ſane ne ullam literam nos habemus? Quid, quod Conſulum ab anno* 748. *usque ad* 758. *nulla ne ullo verbo fit mentio? Ea igitur quoque amiſſa ſunt. Quoniam quidem vero ſine exemplaris alicujus auxilio reſtitui nequeunt, mihi ſatis fuit ad præſens indicaſſe, lacunam hic eſſe relinquendam.* In Germaniam ablegavit] ἐς τοὺς Κελτούς. *Deeſt verbum* ἐξέπεμψε, *aut ſimile. Mox:* αὐτὸν ἐκείνου, *legendum* ἐκεῖνον, *ſcilicet* Tiberium.

557. A curis vacet] ἀπομεριμνήσειε, *ſcribe* ἀπομεριμνήσειε.

559. Te incolumi ipſa quoque hodie regnans] *Ante* δεινὸν δέ τι παθόντος, *Xiphilinus hæc quæ inſerui verba habet:* καὶ σωζομένου μὲν σοῦ, καὶ αὐτὴ τὸ τήμερον ἄρχουσα.

560. Lenibus corporis exercitiis] αἰωρήμασι. *De his alii multa. Xiphilinus habet* αἰωνήμασι. *Hinc ſuſpicor* αἰονήμασι *legendum, id eſt,* perfuſionibus, rigationibus liquorum, *ἀπὸ τοῦ* αἰονᾶν. *Paulo ſupra:* ὅτι φοβούμενοι. *Xiphilinus rectius, εἰ τι* φοβούμενοι. Utque in aliis rebus modo graviores] καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν τάλλα. *Excidit aliquod participium, ut* πλημμελούντων, *aut ſimile.* Quo intelligitur pœnas non faciliores] ἐξ ὧν τούτων ἐκείνοις μὲν ῥᾴων. *Senſus poſtulat, ut legamus* ἐκείνοις μὲν οὐδὲν ῥᾴων: *ut eſt etiam apud Xiphilinum. Verſu proximo,* ἐπηγορίαν, *ſcribe* ἐπηγορίαν.

562. Ut in officio maneant] ὅπως σωφρονῶσι, καὶ προσέτι μὴ δυνηθῶσιν. *Deeſt aliquid: puto* ἁμαρτάνειν. Facinoris alicujus cauſa capite plectas] θανάτῳ μὲν μηδὲν ἔτι δεινὸν δρᾶσαι σωφρονίζειν. *Liquet mendoſe ita legi. Poſſunt autem omnia ex Xiphilino reſtitui, qui ſic legit:* θανάτῳ μὲν μηδένα τῶν τοιούτων τιμωρεῖσθαι, ἑτέρως δὲ πως αὐτοὺς, ὥστε μηδὲν ἔτι δεινὸν δρᾶσαι, σωφρονίζειν. *Paulo poſt:* καὶ τέχνη ὅπλα. *ſcribe,* καὶ τέχνη καὶ ὅπλα. *Idem.*

563. Quia tantam urbem] πόλιν τηλικαύτην τὴν. *Abundat* τήν.

564. Decima Gemella] δεκάτεροι, *ſcribe* δέκατοι. *Infra:* καὶ τῇ Γερμανίᾳ τῇ ἄνω, *ſcribe,* καὶ ἐν τῇ Γερμανίᾳ. Ipſe acceptos adſervavit] *Obſcurus eſt locus, nec* [illegible] *credo, integer. Quo enim id verbum referendum eſt?*

565. Tot ſunt legiones] νῦν μὲν δὴ τοσαῦτα [illegible] *inepte, pro* [illegible]. *Supra 564.* Ἀντώνιος ὁ Μάρκος, [illegible] Ἀντωνῖνος.

567. Munus gladiatorium præbuerunt] [illegible] ἀγῶνας. *Xiphilinus aliter hic habet: nempe,* ludos Circenſes editos, in iis rhinocerotem ab elephanto victum, & divitem quendam olim equitem depugnaſſe. Progreſſusque eſt primo ad Erygruin] τοῦ Ἐρύγρου. *Non* [illegible] *ullum fluvium, aut hoc, aut ſimili nomine, apud antiquos* [illegible] *recentes Germaniæ deſcriptores. Ex Vellejo Paterculo* [illegible] *hanc rem fuſe tractavit)* τοῦ Ῥήνου *legendum videtur* [illegible] *ubi ita ſcripſit:* Denique quod nunquam ante ſpe conceptum, nedum opere tentatum erat, ad quadringenteſimum miliarium a Rheno usque ad fluvium Albim, qui Senonum Hermundorumque fines præterfluit, Romanus cum ſignis perductus exercitus &c. *niſi* Ἐρύγρου *vocabulum aliquis nimis differre a* Ῥήνου *putare poſſit: cum tamen multa ſint apud Dionem mire alio detorta.*

568. Batavorum adventu] αἰσθόμενοι δὲ τῆς προσόδου αὐτῶν οἱ Κάττοι, *inepte: pro* [illegible]. Montem Almam] Ἄλμαν. *Sane Vellejus* Claudium montem vocat.

569. Siſciæ commorarentur] ἐν Σισκίᾳ [illegible]. *Olim* Σισκία. *Vellejus:* Ipſe aſperrimæ hyemis initio regreſſus Siſciam. *Dio de hoc oppido ſupra ad librum* [illegible]. Ludosque magnos voverit] καὶ τά τε τῆς πανηγύρεως τῆς μεγάλης [illegible]. *Recte me ſententiam expreſſiſſe confido utcunque locus ſit corruptus.*

570. Plumbarium] *Perperam* Παλλαντίαν *habetur, pro* Πλακεντίαν. M. deinde Furio Camillo] Μ. δὲ δὴ Φου[illegible]νίου. Φουρίου *legendum, ut dixi.*

IN LIBRUM DIONIS LVI.

572. *In Conſulum nominibus hæc ſunt emendanda. Pro* Πομπαῖος *ſcribendum* Ποππαῖος, *ut Robertus Stephanus etiam monet.* [illegible] Φῆλιξ] *Scribo* Φῆλιξ. καὶ [illegible]] *Neſcio quid hoc ſit.*

575. Legibus non obtemperantes, &c.] οὐ πειθόμενοι τοῖς νόμοις. *Lego* πείθεσθαι, *cum Roberto.*

577. Viris immaturas] καὶ μηδέπω γάμου ὥρας. *Legit* ὡραίας *idem, quod non improbandum plane eſt: nihilominus tamen* γάμου ὥραν ἐχούσας, *quo modo Plutarchus* [illegible] *ſeo de Helena eſt locutus.*

578. Lex Pappia Poppæa] ὅ τε Πάππιος καὶ ὁ Πόπλιος νόμος. *Apparet ex Cornelio Tacito Pappiam Poppæam legendum eſſe, & pro* Πόπλιος, [illegible] *Sic enim in libro tertio* [illegible] *rum,* Π[illegible] *ſcribendum.* Relatum deinde de moderanda Pappia Poppæa, quam ſenior Auguſtus poſt Julias rogationes incitandis cœlibum pœnis, & augendo ærario ſanxerat, &c. *Atque in margine lectionem Taciti probo, quod Publius nomen non eſt, ſed prænomen, Poppæus autem nomen eſt. Suetonius quoque, in Claudio meminit hujus legis, Capitibus 19 & 23.*

579. In diverſa loca incurrente] ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ περιφοιτῶντος, *ſcribe* περιφοιτῶντες.

580. Multis convallibus abruptus erat] πολλαχῇ κατέτμηντο, *ſcribe* κατέτμητο.

582. Poſt adminiſtratam Syriam] μετὰ τὴν τῆς Συρίας ἀρχήν. *Hæc verba ex Xiphilino inſerui.*

583. Ad flumen Viſurgin] Οὐισούργιν *ſcribo* [illegible] σουργιν. Non modo fidem omnibus iis qui [illegible] πᾶσι τοῖς τῷ τότε γιγνομένῳ [illegible] *pravata eſt lectio, quam ſic corrigere* καὶ [illegible] τό [illegible] γιγνόμενον ὑπολειπούσῃ. Quæ jam in promptu certo quodam loco] ἐν ἑτοίμῳ [illegible]. [illegible] οὕτας. *Paulo inferius* [illegible] ρια.

585. Robuſtiſſimus quiſque evaderet] [illegible] πολλοὶ ἀπέτρεψαν. *Poſtrema hæc dictio vitioſa aperte eſt: ſcribendum cenſeo* ἀπεστάτουν. Ac quoniam ii, qui militari]

tari] καὶ ἐπεὶ τῶν τὴν στρατεύσιμεν. *Scribendum utique,* καὶ ἐπεὶ μηδεὶς τῶν τὴν *&c. cum Xiphilino.*

588. Cum antea in ſenos menſes] πρότερον γὰρ καθ' ἕκαστον μῆνα. *Sed hæc vitioſa eſt lectio, cum ſupra Dio oſtenderit libro* 53. (511.) *ſingulis ſex menſibus ſemel eum conſiliarios mutaſſe. Ergo pro* ἕκαστον μῆνα, ἑξάμηνον *repone, aut* ἕκμηνον, *ut habetur hic in Xiphilino.*

589. Ideo vates cum centeſima poſt die] ὅθεν οἱ μάντεις τῇ μετὰ τοῦτο αὐτὸν ἡμέρᾳ. *Legendum eſt,* τῇ μετὰ τοῦτο αὐτὸν ἑκατοστῇ ἡμέρᾳ, *id enim & ratio hujus interpretationis factæ a vatibus deſiderat, & Suetonius aperte ita habet capite* 97. Sergii Sulpicii Galbæ] *Falſum eſt hic* Σεργουίου, *pro* Σεργίου.

591. Suis ſubditis potiora, ut Rempublicam] πολὺ τὸ διάφορον αὐτοῖς δυναμένοις. *Inter duo poſtrema vocabula hæc interſerenda ſunt:* πρὸς τὸ ὑπήκοον ἢ, τά τε κοινὰ πᾶσι τοῖς. *Ea cum hic deſint, aſteriſco notatus eſt locus: ſed ex Xiphilino ita, ut dixi, reſtituitur integritati.*

592. De divo Auguſto] καὶ ἐπὶ τῷ θείῳ ἐκείνῳ. καὶ *dele, nam abundat.*

593. Metuens ne multis ſimul] καὶ μὴ φοβηθεὶς μὴ πολλοῖς. *Legendum,* καὶ φοβηθεὶς, *&c. Et poſt,* δημοφελέστατα, *non* δημοφ.

595. Quis autem fuit, qui ſuam unicam domum] τῆς ἰδίας μόνης. *Si ſic legas,* ἔλλειψις *erit, Græcis familiariſſima, neque oportet* μόνης *in* μόνος *convertere, quod Robertus vult: non inepte quidem, non tamen neceſſario.*

597. Semper vel in curia] εἰ πότε ἢ ἐν τῷ συνεδρίῳ. *Scripſerat Dio* ἀεί ποτε. Adepti fuiſſemus] ἀναγκαίως κριθεῖσιν. *Lego* κτηθεῖσιν.

598. Juſſu ſenatus] ὥς που τῇ βουλῇ ἐδεδώκει. *Hæc verba non intelligere me, libere confiteor: niſi forte* ἡ βουλὴ *legas, aut* τῇ βουλῇ ἐδόκει.

IN DIONIS LIBRUM LVII.

Paſſum fuiſſe hunc librum & ſequentes maximam cladem ac detrimentum, cum multis aliis rationibus depræhendi poteſt, tum vero his inprimis. Primo, cum inſcriptio hujus libri tantum usque ad mortem Druſi, (qui fuit filius Tiberii) oſtendat hiſtoriam porrectam fuiſſe, quæ hoc libro compræhenderetur: cum is mortuus ſit (teſte Cornelio Tacito lib. 4. quem quidem Dio diligenter ſecutus eſt autorem) C. Aſinio C. Antiſtio Conſulibus, Tiberius vero obierit decimo quarto poſtremo, ſatis equidem perſpicuum eſt, Tiberii mortem nequaquam hoc in libro narratam fuiſſe, ſed in ſequenti. Idem deinde oſtendit ratio temporum per Conſules enumerata. Quia enim in titulo eſt, hiſtoriam undecim annorum hoc libro exponi, cum amplius vigintiduobus annis Tiberius ſummæ rerum præfuerit, liquet, libro demum 58. *reliquam ejus vitæ partem a Dione expoſitam, videlicet rebus ſub Tiberio geſtis amplioribus quam quæ unico poſſent libro includi. Accedit huc firmiſſimum argumentum, quod in titulo ejus libri, qui huic, quem præ manibus habemus, proxime ſubjungitur in Pariſienſi exemplari, &* 58. *vocatur, aperte mentio fit libri ſexageſimi, qui ipſum proxime ſequatur. Quippe in eo quem dixi libro non modo C. Caligulæ vita, quam Index pollicetur, nec quadriennii modo hiſtoria, cujus ibi Conſules recenſentur, ſed Claudii inſuper vita compræhenditur. Ex quibus omnibus relinquitur, hunc quem inſcriptio noſtri codicis quinquageſimumſeptimum dicit, eſſe in unum ex duobus libris, quinquageſimoſeptimo & octavo nimirum, conflatum, qui Tiberii imperium enarrarent; mutilis ſane illis, & non exigua parte ſui mulctatis. Itemque eum qui quinquageſimusoctavus inſcribitur, eſſe compoſitum ex aliis Dionis duobus libris, quinquageſimonono ſcilicet, in quo Caligulæ, & ſexageſimo, in quo Claudii monarchia deſcriberetur. Ita fit, ut cum codex noſter vigintitres ſolum libros profiteatur, nos vigintiquinque habeamus, ita tamen, ut hi quatuor poſtremi non integri, ſed lacunoſi, & multis in locis cum interpolati interruptique, tum vitiati intelligantur. Cui rei documento eſſe præter alia poteſt vel hoc, quod pene totidem verbis eadem apud Xiphilinum (qui Epitomen tantum ſcripſit) leguntur: ac niſi in quibusdam locis noſtra quam ipſius eſſent uberiora, veriſimile poterat eſſe, inde Dioni hæc adjecta fuiſſe. Nos, quantum ejus fieri commode poterit, Suetonii & Taciti, ac noſtri etiam quandoque ingenioli beneficio freti, nonnihil tamen huic malo medebimur. Quod ad Conſulum nomina attinet, nunc agamus.* Γ. Καικίλιος] *Tacitus libro ſecundo* C. Cælium *vocat.* Rufi *cognomen habent alii. Sed de* Cæcilii *ac* Cælii *nominibus, quæ eidem apud diverſos autores tribuuntur, diximus ſupra ad librum* 42. *Porro, non* Πομπωνιανὸς, *ſed* Πομπώνιος *ſcribendum, ſi Tacitum & alios ſequimur.* Γ. Νωρβανὸς,] *ſcribendum* Λ. Νωρβανὸς, *ſic & ipſe Dio infra, & Tacitus & reliqui.* M. Αὐρήλιος] *Cornelius initio tertii libri* Cajum *nominat.* Σουλπίκιος] Γ. *prænomen adde, quod omnes habent.* Γ. Ἀντίστιος γ. υ. Ἰοῦστος] Vetus, *cognomen ei apud Chronographos eſt, & ſupra quoque libro* 55. *Cornelio Cethego prænomen* Sexti, *non* Sergii. *Pro* Κηλουσέλλιος, *ſcribe* Λ. Οὐιτέλλιος.

606. Diverſum ab his quæ egiſſet conſilium] οὐ γάρ που καὶ φρονεῖν οὕτως ἐδόκει. *Poſtremum vocabulum omittendum eſt: abundat enim, cum mox ſequatur* ὑπελάμβανεν.

607. Patris patriæ nomen] τοῦ πατρὸς καὶ τῆς πατρίδος. καὶ *elidendum. Robert.* Neque ſi quis eam juraſſet] οὔτε καὶ ὀμόσας τὶς αὐτήν. *Robertus putat legendum,* οὔτε κἂν ὀμόσας, *quod cur non probem, facit repetitio negationis,* (οὐκ ἐπεξῄει) *dura omnino, & inepta futura. Itaque ſic emendo, ſecutus cum rationem, tum Xiphilini teſtimonium:* οὔτ' εἰ καὶ ὀμόσας, *&c. tunc omnia erunt planiſſima. Paulo inferius,* παρεῖσαν τὴν νουμηνίαν. *probo ipſius judicium, legoque* παρεὶς ἂν, *&c.*

610. Pulla ipſe penula] φαιὰν μανδύη ἐπενέδυ. *Malim legere cum Xiphilino* μανδύην.

611. Septuagenis quinis denariis] κατὰ πέντε καὶ ἑξήκοντα δραχμάς. *Scribendum eſt* ἑβδομήκοντα, *ex libro præcedenti.* Reliquosque hortans] καὶ τοὺς λοιποὺς καθίζων, *quod participium hic locum non habet.*

612. Hominem interemit] καὶ τὸν ἄνθρωπον ἀποκτεῖναι πάντας. *Lego,* καὶ πάντας.

613. Quoties uſus eſſet, factum] ὁσάκις ἐγένετο ἐδέησεν. *Lege,* ὁσάκις ἐδέησεν, ἐγένετο. Marcellus quidam] Πέρκελλός τις ὑπολαβών. *Secutus ſum Xiph. qui* Μάρκελλός τις *habet.*

615. Perdetur ſeditione] ἐλεῖ στάσις. *Malim* ὀλεῖ στάσις, *ſicut eſt apud Xiph. in Nerone.* Cn. Piſonis] *Prænomen addidi ex Suetonio, & Tacito, qui lib.* 2. *rem totam copioſe & ſummo artificio deſcripſit. Mihi quidem multa ante hunc locum deſiderari videntur: qui enim tam abrupte Germanici victoriis Germanicis, mortem in Syria Dio contexuiſſet, intermediis, & Conſulatu Tiberii tertio, ac ſecundo Germanici, præteritis?* Non modo qui contra Auguſtum] καὶ ταῖς τῆς ἀσεβείας δίκαις οὐχ ὅσον, *&c. Locum eſſe mutilum, ex appoſito aſteriſco patet. Xiphilinus retinuit veram lectionem:* δίκαις, εἴ τις οὐχ ὅσον, *&c.*

616. Seji Strabonis] τοῦ Στράβωνος. *Et hic nomen appoſui ex Taciti quarto, quod tamen hic ſcripſiſſe Dionem exiſtimo. Ceterum, ubique malim ſcribere* Σηϊανὸς, *quam ſine* η, Σιανός. M. Gabio] *Apud Xiphilinum* Sabio, Σαβίου *legitur: utrum rectius, judicare non poſſum.* C. Lutorius Priſcus] *Apud Cornelium Tacitum lib.* 3. Clutorius Priſcus *ſcriptum eſt: atque haud ſcio an mendoſe, ſane quam proclivi ad mendam gradu. Quod autem ibi legitur,* Igitur factum S. C. ne decreta patrum ante diem ad ærarium deferrentur. &c. *locus unius vocabuli eliſione depravatus eſt: poteſt autem commodiſſime reſtitui ex Dione noſtro, ſi ita legas:* Igitur factum S. C. ne decreta patrum ante decimum diem, &c.

617. Mirum in modum] θαυμαστὸν δέ τινα. *Scribe cum Xiphilino,* δή τινα.

618. Livillæ nomen fuiſſe] Λουίλλαν, *ſcribe* Λιουίλλαν. Livilla *hæc, ut a Dione ac Suetonio ubique dicitur, in Tiberio, Caligula, & Claudio, (Tacitus enim conſtanter* Liviam *nominat lib.* 4. *niſi codex fallat) filia fuit Druſi, ex Antonia minore,*

minore; ſoror Germanici & Claudii; C. primum Cæſari, deinde Druſo nupta fuit. Sed de his ſuo loco.

619. Cremutius Cordus] *In Græco eſt* Κλεμούλιος, *apud Xiphilinum* Κρεμούλιος. *Tacitus* Cremutium *nominat, quem ſequendum duxi. Porro autem ait, hoc accidiſſe, Cornelio Coſſo, Agrippa Aſinio Conſulibus, qui poſtremi ſunt inter eos Conſules, qui in hujus libri Indice continentur, ad annum ſcilicet 778.*

IN DIONIS LIBRUM LVIII.

620. Sub id tempus Roma diſceſſit] *Conſtat ex Cor. Tacito, diſceſſiſſe Roma Tiberium, Cn. Lentulo Gætulico, C. Calviſio Sabino Coſſ. hoc eſt, anno U. C. 779. Atque hi quidem Conſules primi ſunt inter eos undecim horum proxime ſequentium annorum Conſules, quos annos Tiberius ad mortem usque ſuam ab urbe abſuit. Itaque ſatis conſtat, hæc quæ ſequuntur omnia, eſſe fragmenta libri 58. apud Dionem: quo ſcilicet libro hiſtoriam ejus temporis, quo Tiberius Roma abſuit, usque ad iſtius mortem, proſecutus eſt. Nomina Conſulum in hunc librum, id eſt, proximorum undecim annorum, non annotaſſem, cum extent in Chronologiis: niſi ab iis Dionem, Tacitumque nonnihil aliquando diſſentire, atque ipſos quoque inter ſe diſcrepare animadvertiſſem: quanquam alioquin etiam non alienum id a noſtro erat inſtituto. Sic igitur habent.*

Anno U. C. 779. Cn. Lentulus Gætulicus. C. Calviſius Sabinus.

Annum hunc alii numerant 778. Sed nos propter decimumquartum Auguſti Conſulatum (Dionem enim ſequi convenit) uno amplius, cum Caſſiodoro etiam, numeramus: quod repetendum duxi.

Anno U. C. 780 M. Licinius Craſſus. L. Calpurnius Piſo.

781. App. Junius Silanus. P. Silius Nerva.

782. C. Rubellius Geminus. C. Fuſius Geminus.

C. Fuſius Geminus *ſcriberem: ſic enim Dio alibi, ut diximus.*

783. M. Vinicius Quartinus. C. Caſſius Longinus. I. C.

784. Claudius Tiberius Cæſar, V. L. Aelius Sejanus.

Horum duorum annorum Conſules & hiſtoria apud Tacitum deſiderantur, eſt enim liber quintus ejus initio magna ex parte mutilatus. Id quidem conſtat ex eodem autore, neque Tiberium, neque Sejanum geſſiſſe poſterioris horum anni Conſulatum: ſed Fulcinium Trionem, atque Memmium Regulum, quorum hunc Dio aperte teſtatur anno antequam Cn. Domitius & Camillus Scribonianus Conſules fuerunt, Conſulatum tenuiſſe, priorem etſi non nominatim recenſet, (loquor de his fragmentis, quæ ad manus noſtras pervenerunt: nam ſi totum Dionis librum haberemus, minus laboraremus) tamen Sejani partibus faviſſe innuit. Eo ſane anno Sejanum occidiſſe idem docet, diſerte quidem. Cornelius Tacitus, ubi res geſtas Camillo & Domitio Conſulibus exponit, aperte teſtatur, ſuperiori anno Regulum & Trionem Conſules fuiſſe, quos tum Haterius Agrippa inceſſeret, quia mutuam accuſationem quam intenderant, omitterent. Suetonius in Cajo hujus Memmii prænomen Cajum habet, capite viceſimoquinto.

Anno U. C. 785. Cn. Domitius Aenobarbus. Camillus Scribonianus.

786. Sergius Sulpitius Galba. L. Cornelius Sylla.

787. L. Vitellius. Paulus Fabius Priſcus.

788. P. Gallus Camerinus. Q. Novianus.

Hos equidem in Chronologiis invenio: ſed apud Tacitum ſunt alii, ſcilicet C. Ceſtius, & M. Servilius. *Dio non* C. Ceſtium, *(nam in altero convenit cum Cornelio) ſed* C. Gallum *habet: unde mihi ſubit conjectari,* C. Gallum Ceſtium Camerinum *nominatum fuiſſe M. Servilii collegam.*

789. Sex. Papirius. Q. Plautius.

Hos Dio habet: quanquam apud eum falſo Πλάτιος *legatur, pro* Πλαύτιος. *Tacitus non Q. Plautium, ſed Quintium* Plautium *ſcribit. Chronologi Q. Plautianum memorant.*

790. Cn. Proculus. C. Pontius Nigrinus.

Acerronius *priori nomen eſt apud Tacitum & Chronographos, & Suetonium etiam: prænomen tamen* Caji *Chronographi habent, falſo nimirum, ſi Tacito, Suetonio ac* [illegible] *credimus.* Pontium Nigrum *idem Suetonius ſcripſit. Porro autem hoc loco, poſt vocabulum* ἀνεκομίσθη, *Xiphilinus hæc verba habet, quæ ſunt omnino inſerenda:* καίτοι μᾶλλον [illegible] ἀεὶ καὶ ἐπαγγελλόμενος. Jam Latiaris quidam] ὅτε [illegible] καὶ Ῥατιάριός τις. *Xiphilinus,* Λατιάριος δέ τις. *Tacitus* Latinium *Latiarem nominat, quem ſecutus ſum. Aſinio Junio Silano, Silio Nerva conſulibus, U. C. ſeptingenteſimo octuageſimoprimo, initio anni.*

621. Livia quoque morti conceſſit] *Tacitus hoc ait factum Rubellio & Fuſio Geminis Conſulibus, 782. Urbis Conditæ.*

622. Non profecto ne effugeret] ἵνα μὴ φύγῃ. *Lege ut eſt in Xiphilino,* οὐχ ἵνα μὴ φύγῃ.

624. Id tamen agitabat, qua ratione] βουλόμενος δέ [illegible] τινα, *&c. ſcribe* βουλευόμενος, *&* ἀπεοντειν. *Xiphilinus.*

625. Cum adhuc in honore haberetur] [illegible] ἐπῄει. *Infere jam ex Xiphilino* (καὶ γὰρ [illegible]) Ac deinde alii] *Aſteriſcis oſtendi (quid enim aliud potui?) locum hunc mutilum eſſe.* | *Sane apud Tacitum quoque tota hæc hiſtoria deſideratur.* Quod Tib. cum eo] *Illud,* cum eo, *neſcio quo ſpectet, quoniam præcedentia amiſimus. Quod autem loquatur de Cajo Caligula, ſatis ex ſequentibus patet.*

626. De morte Neronis] *Is Nero filius fuit Germanici Agrippinæque, a Tiberio necatus: vide Suetonium, capite quinquageſimoquarto, in vita Tiberii: hæc enim hiſtoria, & multa alia interciderunt in noſtro codice.* Rumore [illegible] προσκαθεὶς τὸν λόγον. *Rectius Xiphilinus,* [illegible]. Nævio Sertorio] Νεβίου *habet Xiphilinus, non* [illegible] *&* Γρακίνῳ, *non* Γρακίλῳ. *Poſt* [illegible] *ſcribe* Ἀπολλωνίῳ.

627. Quaſi ſola & levia] [illegible] *lego, cum Xiphilino. Et mox, pro* μή [illegible]

628. Is vero caſus, &c.] [illegible] *Xiphilinus rectius,* μάλιστα ἄν τις [illegible] &c. Et inſanis Livillam] Λιουίλλαν. Λιουίλλαν *ſcribe, ut ſupra.* Sed propter gratiam Sejani ſuſpectos] ἀγανακτοῦντες [illegible] Σιανοῦ. *Emenda e Xiphilino,* ἀγανακτοῦντες ὅτι [illegible] τε ἐς τὴν τοῦ Σιανοῦ. *Et pro* [illegible]*, ſcribe* [illegible]τεφύλακες.

629. Metuebant ſibi ne] διὰ φόβον [illegible]. *Deeſt aliquid, niſi legas,* διὰ φόβον καὶ [illegible] *quod probo.*

631. Pro ducenteſima penſione [illegible] *Quod Robertus hoc loco videtur ſuſpectam habere hanc lectionem, locumque ex libro ſequenti citat, ubi de centeſimæ abrogatione traditur, non equidem ei aſſentior. Is enim ipſe locus ſatis præſentem lectionem confirmat. Nam qui abolevit Caligula centeſimas, niſi earum Tiberius conſtituiſſet.* Neminem amicum conſtanter, &c.] [illegible] *Addo* [illegible]χειν*, ut Roberto placuit.* Camillio Scriboniano] Καμίλλιος *ſcribe* Κάμιλλος. *Hic multa ſunt quæ apud Xiphilinum non habentur, quæ oſtendunt veſtigium aliquod libri a Dione ſcripti.*

632. Junium Galenum Gallionem] Ἰούνιον Γαλλίωνα, *quæ poſterior vox haud ſcio an vitio librarii* [illegible]. *Tacitus lib. 5.* Junium Gallionem *ſimpliciter nominavit.* Evidentius oſtenderet] καὶ ἵνα γε [illegible] μᾶλλον. *Pro* ἐπὶ*, ſcribe* ἔτι.

633. L. Sejano prætori] ἐφείσατο δὲ καὶ Λουκίου [illegible] Σιανοῦ. *Alia lectio eſt apud Xiphilinum,* ὅτι Κατι[illegible] ἐφείσατο, Λουκίου τε Σιανοῦ στρατηγοῦ. *Et inferius* [illegible] περ καὶ Σιανοῦ. *Xiphil.* καίπερ Σιανοῦ, *quod ſecutus ſum.* Idem L. Piſonem urbis præfectum] τὸν [illegible] Π[illegible]να καὶ τὸν πολίαρχον τελευτήσαντας. *Ego ex* [illegible] *Tacito prænomen addidi, &* Πείσωνα τὸν πολίαρχον τελευτήσαντα *ſcribo.*

634. Sergius Galba] Σερούιος. *ſcribo (ut ſupra docui)* Σέργιος.

Σέργιος. *Porro,* Syllæ *nomen alteri Conſulum ex Tacito addidimus.* Filias quoque Germanici reliquas] *Druſillam ſcilicet, & Juliam, ſive Livillam: hanc M. Vinicio, illam L. Caſſio. Filiam vero Druſi, Juliam, Rubellio Blando. Tacitus.* Ita ut præter condemn.] ὥστε μηδενὶ ἐπ' αὐτοῖς, *ſcribe* μηδὲν. Vibulenus Agrippa] Ὀυιουίλλιος, *ſcribo* Ὀυιβουλῆνος, *ex Tacito.*

635. Eam conceſſiſſet] ἐπιτρέπειν αὐτὸ πράττειν. *Ego* ἐπιτρέπων *corrigo.* Unum exemplum ref.] ὁ γοῦν Μάριος. *Ante hæc ſunt in Xiphilino iſta:* ὧν ἑνὸς δεῖγμα ἐρῶ. *Porro male apud Xiphilinum eſt* Μάρκος, *pro* Μάριος, *cum Tacitus etiam* Marium *vocet.*

636. Fabius Priſcus] Φάβιος Περσικὸς. *ſcribe* Πρίσκος: *hoc enim nominis habet apud Cornelium, & alios: &* Ὀυιτέλλιος, *duobus* λλ. *Paulo poſt, pro* πραγμάτων, *ſcribe* γραμμάτων.

637. Adulterio Livillæ] ἀλλ' ὡς τὴν Λιουίλλαν. *Xiphilinus hic* Λιουίλλαν *habet: quo modo ſcribendum eſſe ſupra docui.* Tiberius Phraatem] τότε μὲν Φραάτην. *ſcribe* Φραάτην, *ut conſpicuum eſt, & Tacitus habet.*

638. Q. Plautio] μετὰ Κ. Πλατίου. Πλαυτίου *lege: ſic enim Tacitus, & alii. Mox,* καὶ περὶ πολὺ πλεῖω. *Lege,* καὶ πυρὶ, *&c.* L. Arruntius] Λ. Ἀρίντιος, *ſcribendum* Λ. Ἀῤῥούντιος. *De hoc quoque Cornelius. Poſt,* ἐν Μεσηνῷ, *legendum* Μισηνῷ. *Nam mortuus eſt Tiberius apud promontorium Miſeni in villa Luculliana. Suetonius & Tacitus.*

IN LIBRUM DIONIS LIX.

Cur hunc librum quinquageſimumnonum inſcripſerim, ſatis jam ante declaratum eſt. Deſcribitur hoc libro Monarchia C. Caligulæ, videlicet hiſtoria quatuor annorum fere. Quod ad Conſulum nomina attinet, L. Apronius, Λ. Ἀγρώνιος *falſo legitur, pro* Ἀπρώνιος, *ſic enim ipſe Dio eum nominat, ubi etiam Sabinium Maximum ſuffectum fuiſſe Cajo tradit. Quod autem hic Cajus Conſul II. dicitur, eo fit, quia ante in parte ejus anni, quo Tiberius periit, cum Claudio patruo Conſulatum geſſit: ut ſatis aperte Dio tradit.* Γ. Καῖσαρ τὸ γ.] *C. Cæſar III. Addidi,* Solus, *nullum enim habuit collegam: cujus rei cauſam Dio & Suetonius exponunt. Chronographi in nominibus nonnihil variant, ſed nos noſtrum autorem ſequi maluimus.*

641. Quippe vicies ter millies ſeſtertium] πέντε γοῦν μυριάδας μυριάδων, καὶ πεντακοσίας καὶ ἑπτακισχιλίας. *Xiphil. pro* πεντακοσίας *habet* ἑπτακοσίας, *quam lectionem ſi ſequaris, ſumma erit amplius octogies ſeſtertium quam noſtra. Sed neque hæc, neque Dionis alterutra ſumma cum Suet. congruunt, qui in vita hujus Caji, cap. 37. habet, eam ſummam fuiſſe* vicies ac ſepties millies ſeſtertium, *quæ ſumma Græce fuiſſet* ἓξ μυριάδες μυριάδων, καὶ πεντακοσίαι καὶ ἑπτακισχίλιαι μυριάδες δραχμῶν. *Itaque ſubit mihi conjectari, Dionem (nimirum ſolitum alias ſummas fere eaſdem cum Tranquillo concipere) non* πέντε γοῦν, *ſed* ἓξ γοῦν *ſcripſiſſe: mutare tamen nolui, ſed annotare. Quod ſi illud* ὀκτώ τε *non pro myriadibus, ſed* μυριάδες μυριάδων, *quaſi non pars poſterior ſummæ prioris, ſed tota illa ſumma aliter tradatur, (id tamen mihi vix probatur) accipias, erunt* tricies ſemel millies ſeſtertium.

642. Qui contra patrem, matrem, fratreſque ſuos conſpiraſſent] καὶ τοῖς σύστασιν ἐπί τε τὸν πατέρα, *&c. Aſteriſcum appoſitum habet codex Græcus: nam videbatur aliquid deeſſe: ut quidem Robertus putat, participium* πεποιημένοις. *Ego autem non* σύστασιν *ſed* συστᾶσιν *lego: atque ita ſenſus eſt abſolutiſſimus.*

643. Apellem quidem] τὸν γοῦν Ἀπελλῆν. Ἀπελλῆν *ſcribe.*

644. Congeſtos exuſſit] συνήσας. *Lege* συννήσας, παρὰ τὸ νέω, νήσω, τὸ ἀγείρω, ἤγουν σωρεύω. Senator una Conſulque factus eſt] καὶ ὑπάτευσεν ἅμα καὶ ἐβασίλευσεν, *nimirum mendoſe* ἐβασίλευσεν, *ſcribe* ἐβούλευσεν. P. Afranius] Πούπλος Ἀφράνιος, *ſcribe* Πούπλιος.

646. Corneliam Oreſtillam] Ὀρεστίναν. Liviam Oreſtillam *vocat Suetonius.* In acta Tiberii non juravere] καὶ οἱ ἔνοχοι. *Paulo poſt:* οὐδενὶ γίνονται. *Omnino legendum eſt,* καὶ οἱ ὅρκοι, *&* ἐν οὐδενὶ γίνονται. Machaon] *Apud Xiphilinum eſt* Μάχων, Macho.

647. Maxima ædificia demolitus] μέγιστα οἰκοδομήματα καὶ. *Sequor hic Xiphilinum, qui* οἰκοδομήματα καθελὼν, καὶ, *&c. habet.*

648. Mulieres etiam venerarentur] ἀλλὰ καὶ γυναῖκες γένωνται. *Lego cum Stephano,* γεραίρωνται.

650. Has igitur quaſi plane inops] ταῦτά τε ἅμα. *Deeſſe multa ante hæc verba, ſatis contextus orationis & ſententiarum indicat. Itaque & hic aſteriſcum poſui, & deinceps, quotieſcunque opus eſſe judicavi: ſunt enim pleraque mutilata & interpolata.* Ac praſinus a colore] *Locus videtur mutilus. Sane quatuor genera aurigatorum fuiſſe, diſtincta coloribus, albo, ruſo, praſino ſeu viridi, veneto, ex Nerone Xiphilini conſtat. Idemque a Domitiano duo genera addita fuiſſe, aureum & argenteum, memoriæ tradidit.*

651. At ipſos injuſte] ὑμεῖς δὲ δὴ οὐ μόνον ἀδικεῖτε. *Niſi* οὐ *hic abundat, deeſt aliquid huic periodo.*

652. Tantum verbis inani gloria] ἔργῳ δὲ δόξαν κενήν. *Lege (ut vult Robertus)* λόγῳ δὲ, &c. Canentibus eam] παίδων ἀγομένων. *Lego* ᾀδομένων.

661. Sed & inter præcipuos poſthac amicos haberetur] ὥστε μὴ μόνον περιγενέσθαι. *Adde ex Xiphilino,* ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς πάνυ φίλοις αὐτοῦ νομισθῆναι.

IN DIONIS LIBRUM LX.

664. Cajo, ita ut dixi, mortuo] τοῦ δὲ Γαΐου, ὡς εἴπομεν, *&c. Cur hic librum ſexageſimum ceperim, ſatis ſupra expoſui. Continetur autem hoc libro vita Claudii: eſtque hic liber expertus eandem quam tres præcedentes fortunam, lacer, ac mutilatus, non tamen negligendus, utcunque fragmenta hæc male cohæreant.*

666. Non modo verbis omnium ante actorum] ἐκδηλότατα γὰρ καὶ ἐν τοῖς πάντων πώποτε. *Locus mendoſus.*

667. Agrippinam & Juliam] *Hanc Suetonius in Claudio* Juliam, *in Cajo* Livillam *vocat: de qua re dicam paulo infra.*

668. Cum ſtatum eſſet, ut ludi] οἷς μὲν οὔτε εἰ καὶ ὁτιοῦν, *&c. Senſum non dubito quin retulerim, verba mendoſiſſima emendare non potui.*

670. Ac P. Gabinius Marſos] καὶ Π. Γαουίνιος Μαυρουσίους νικήσας. *Mauruſios ſi viciſſet (id quod textus habet) Gabinius, quanam ratione amiſſam Vari clade aquilam recuperaſſet, aut qui tandem ea ad Mauruſios perveniſſet? Ego neque hoc, neque Suetonium etiam ſecutus ſum:* Gabinio, *inquit cap.* 24. *Claudii,* Secundo, Chaucis gente Germanica ſuperatis, Chaucius cognomen uſurpare conceſſit. *Verum ego reputans, inter* Μαυρουσίους *ac* Χαύκους *voces nihil admodum eſſe affinitatis: contra,* Μάρσους *&* Μαυρουσίους *haud diſſonas inter ſe ſentiens,* Marſos *verti: conjecturam quoque ſecutus, ex* 2. *Taciti libro oblatam, ubi de Marſis ille ſcribit. Niſi quis forte* Χαύκους *ſcripſiſſe Dionem, in ejuſque vocis eliſæ locum a librario inepte* Μαυρουσίους *ſubjectum opinatur. Quod ſequitur,* οἱ αὐτοὶ αὖθις Μαῦροι, *nihil me movet: nam fortaſſis intercidit prior aliqua hoc loco Maurorum defectio. Paulo poſt* Σουητόνιον, *ſcribo* Σουητώνιον.

673. Quæ æneam, omnique ſenſu caſſam] εἰ δὴ ὅσα τὸν χαλκοῦν τὸν ἀναίσθητον δοκεῖν ὁρᾶν ἠξίου. *Robert. Steph.* ὁρᾶν οὐκ ἠξίου *legit, & recte, mea quidem ſententia.*

674. Annius Vinicianus] Ὀυινικιανὸς, *ſcribo* Ὀυινικιανὸς. Copias multas, urbanas ac peregrinas] καὶ δύναμιν συχνὴν καὶ ξενικὴν ἔχοντες. *Lego,* δύναμιν πολιτικὴν συχνὴν καὶ ξενικὴν ἔχοντες, *ut ex ſequentibus apparet ſcriptum*

ſcriptum fuiſſe. Paulo poſt interciderunt aliquot verſus, apparatum belli Scriboniani & res actas complexi.

676. Hunc vos ulciſci, &c.] *Xiphilinus rectius hoc loco,* ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι, *ſic enim eſt apud Homerum Odyſſ.* Φ.

677. Ac alteram Juliam, Germanici filiam] ὥσπερ καὶ τὴν ἑταίραν ἀπέσφαξε. *Scribendum eſt* ἑτέραν, alteram: *duæ enim fuerunt Juliæ. Altera Druſi filia, Tiberii neptis, Neronis primum, qui Germanici F. Druſi Germanici nepos, Liviæ pronepos fuit: deinde Rubellii Blandi uxor, ut habet Tacitus libro quinto. Altera Germanici filia, Caligulæ ſoror, quam is M. Vinicio conjunxit. Hanc poſteriorem Juliam Suetonius in Cajo, capite ſeptimo,* Livillam *nominat. Et idem in Claudio, capite viceſimonono, idem quod Dio noſter hic, aſſerit, duas Julias, Druſi alteram, alteram Germanici filiam, a Claudio necatas: ubi tamen nonnulli perperam* Livias *habent. Dio non hoc modo loco, ſed & aliis ſupra & infra,* Juliam *ſcripſit; itemque Tacitus. Paulo ſupra,* θεραπαινίδα τινά. *Xiphilinus,* θεραπαινίδιά τινα, *rectius.*

678. Quæ firma & pervia eſſent] καὶ τὰ στέριφα, τά τε ὕπορα. εὔπορα *lego.*

684. Anno Romæ octingenteſimo] *Hic locus evidentiſſime demonſtrat ea, quæ ad initium libri quinquageſimiquinti a nobis ſunt de ratione temporum annotata, vere eſſe diſputata. Etenim, niſi is annus, quo Dio, & Caſſiodorus, noſque eos ſecuti, Auguſtum Conſulem XIV. fuiſſe tradunt collega Paulo, interſeratur: fiet omnino, ut hic annus, quo Claudius IV. Conſulatum geſſit, non octingenteſimus, ſed ſeptingenteſimus nonageſimusnonus ſit dicendus. Enimvero cum noſtro Dione conſentit etiam Cornelius Tacitus, cujus autoritatem Annalibus omnibus aliis præfero. Quo enim loco geſta Claudio IV. L. Vitellio III. Conſulibus deſcribit, hæc ejus verba invenies:* Iiſdem Conſulibus ludi ſeculares, octingenteſimo poſt Romam conditam, ſexageſimoquarto, quam Auguſtus ediderat, ſpectati ſunt. *Loqui autem eum de Conſulatu Claudii & Vitellii, ex ſequentibus liquet: libri enim undecimi initium cum prioribus quinque libris periit.* Propter egeſtatem exciderunt] διὰ πενίαν παρέμενον. οὐ παρέμενον *ſcribo.* Surdinius Gallus] Σουρδίνιος τὶς γάρ. *Xiphilinus & Zonaras, qui hæc ad verbum e Dione tranſcripſerunt,* Σουρδίνιός τις Γάλλος *legunt.*

685. Foſſam a Rheno ad Moſam] τοῦ τε Ῥήνου καὶ τοῦ Μέσου. Μόσου *ſcribe. Meminit Tacitus libro undecimo XXIII.* M. paſſuum ſpatio productam *dicens: noſter* ſtadiis centum, & ſeptuaginta, *quæ ſunt miliaria vigintiunum, & unus quadrans.* Triumphavit tamen nihilominus] τῶν μέντοι ἐπινικίων. *Malim quidem* τιμῶν μέντοι, *ſic enim Tacitus:* Inſignia tamen triumphi indulſit Cæſar.

686. Utque carpento] καρπεντίῳ. *Supra dixit* καρπέντο: *quod malim.*

687. Julio Galico] *Secutus ſum Zonaram: nam apud Dionem & Xiphilinum non* Ἰουλίῳ, *ſed* Ἰουδαίῳ *legitur.*

688. In caſtris congregato] ἐν τῷ στρατοπέδῳ στραφέν: συστραφὲν *ſcribe, ſicut Xiphilinus.*

689. De immortalitate fungo parta] ἀπαθανάτισιν, *melius* ἀθανάτωσιν, *Xiphilinus. Sane extat hodieque luſus Senecæ in mortem Claudii Cæſaris, utrum tamen eum Dio hic notet, non facile dixerim.*

LECTORI S.

Hactenus qua potui cum fide, tum brevitate, Lector candide, conjecturas & ſententiam meam de multis Dionis locis reſtituendis, aliquando etiam rectius intelligendis, protuli, finemque jam facturus fuiſſem, niſi recordarer, pollicitum me quandam familiæ ac ſtemmatis Cæſarum delineationem. Ipſe enim ſenſi, & pleroſque experiri puto, eam rem, non intellectam probe, multas hiſtoriæ tenebras offundere. Ne quid igitur, mearum partium quod eſſet, deſiderari poſſet, en tibi nunc promiſſum repræſento. Rem per ſe copioſam, variam, ac labyrinthorum nonnihil habentem, quam potui, in arctiſſimum coegi; & quæ non facerent ad Dionem præſertim intelligendum, omiſi brevitatis ac perſpicuitatis cauſa. Autores ſecutus ſum in primis Dionem, tum Plutarchum, Vellejum Paterculum, Suetonium, Corneliumque Tacitum: quorum verba ſingulis locis adduxiſſem, ſi commentarios ſcribere, non indicem inſtituiſſem. Proinde res ita habet.

Cajo Julio Cæſari (ei qui primus optimatibus devictis, Rempublicam in ſuam poteſtatem redegit, Imperatorque factus eſt) ſoror fuit, Julia nomine. Ea nupſit M. Accio Balbo, quo ex conjugio nata Accia, C. Octavii uxor, C. Octavii, (ejus qui a Julio adoptatus, C. Cæſar Octavianus, ac poſterioribus temporibus Auguſtus nominatus eſt,) mater, ac præterea Octaviæ. Auguſtus (utar enim deinceps illis præſertim nominibus, quibus potiſſimum unaquælibet perſona nota fuit) e Scribonia conjuge filiam ſuſtulit, Juliam nomine. Scribonia repudiata, in matrimonio habuit Liviam Druſillam, Tiberii Claudii Neronis conjugem: quam uterum ferentem, ac jam ante matrem e Claudio factam Tiberii ejus qui Auguſti imperium excepit, abduxit, concedente marito. Hæc tertio menſe apud Auguſtum edidit partu Druſum, qui in Germania rem præclariſſime geſſit, ibique morbo abſumptus eſt. Ex Auguſto nulla proles Liviæ fuit. Jam Octavia primum C. Marcello nupſit, ex eoque filias duas, Marcellarum nomine, & filium M. Marcellum peperit, M. Marcellum hunc ſororis ſuæ filium Auguſtus generum, in matrimonium ei locata Julia, ſuum fecit. Verum is juvenis admodum deceſſit, Marcellarum alteram M. Viſpanius Agrippa uxorem habuit, & ex ea ſuſtulit Vipſaniam filiam: iſque M. Marcello, ut dixi, defuncto, Juliam Auguſti juſſu duxit: quo e conjugio nati ſunt Cajus & Lucius Cæſares, (nam ſtatim adoptavit eos Auguſtus, ſicut etiam eorum germanum fratrem Agrippam Poſthumum) itemque filiæ duæ, *Julia* & Agrippina. Cajus & Lucius Cæſares immatura morte erepti ſunt Auguſto: Agrippa Poſthumus ob morum perverſitatem relegatus: ac Auguſto recens mortuo, a Tiberio occiſus eſt. Cæterum Octavia marito ſuo vita functo, M. Antonio in pacificatione a fratre Auguſto nuptum data eſt: eumque duarum filiarum patrem effecit, Antoniarum majoris ac minoris, ſeu junioris nomine. Mortuo Agrippa, Tiberius, qui ante Vipſaniam ejus filiam conjugio junctam habuerat, ea miſſa facta, Juliam Auguſti filiam, adoptatus a ſocero, duxit, ſuſcepto jam e Vipſania filio Druſo. Ea Vipſania deinde nupſit Aſinio Gallo, C. Aſinii Pollionis filio: ex his natus Aſinius Gallus, Druſi Tib. F. uterinus: quem ſub finem lib. 4. Tacitus *Salonium* appellat. Porro Druſus, Liviæ filius, Tiberii frater, qui Germanici nomen meruit, Antoniam minorem ſeu *juniorem* (ſic enim Suetonius habet, capite primo, in vita Claudii: & ſic Plutarchus in vita Antonii ſentire videtur: quanquam apud Tacitum lib. 4. legatur [illegible] Cn. Domitio Aenobarbo) *nactus, cui minor Antonia, Octavia genita, in matrimonium daretur*: falſo nimirum, pro *major*) matrimonio ſibi conjunctam habuit, & ex ea ſuſtulit Germanicum Cæſarem, Claudium (qui Imperator poſtea temporis fuit,) ac filiam Livillam. De Antonia altera poſt dicemus, ac de Claudii conjugiis. Livilla Druſi Tiberii filia, conjux fuit, poſt mortem Caji Cæſaris ejus quem Agrippa genitum Auguſtus adoptaverat, (huic enim prius nupta fuit) Druſo, ediditque Tiberium, qui juvenis a Caligula eſt occiſus, & Juliam. [illegible] Livillam Tacitus libro quarto Liviam conſtanter nominat. Germanicus adoptatus a Tiberio, juſſu Auguſti, eoque re nepos hujus factus, Agrippinam in matrimonio habuit, M. Agrippæ e Julia filiam, Auguſti neptem, e qua reliquit ſex liberos: filias tres, Agrippinam, Druſillam & Livillam, quam & Juliam vocari ſuperius annotavi: filios totidem, Neronem, Druſum, ac Cajum Caligulam, qui poſt Tiberium imperavit. De hujus conjugiis nihil eſt quod

180. v. 13. pro ἄσκησιν D. 388. habet ἄκεσιν, medicationem: rectius. Ibid. pro εἰσὶν ἐπιτήδειαι ſcriptum ἐςὶν ἐπιτηδειότατα: non male; ſi ad ἀμφότερα τὰ οἰκήματα referas. V. 24. πετροῦνται legitur apud D. quoque ibid. p. 389. p. at P. & M. & alii c. habent τεφροῦνται: ut infra 325, 35. ſed vel πετροῦνται vel ταφροῦνται huic loco videtur convenire melius. V. 40. poſt ἐφύτευσεν addendum e D. p. 389. m. commation hoc; ἣ καὶ ῥιζωθεῖσα ηὔξησεν, quæ & radicibus actis crevit.

181. Lat. t. v. 28. ita ſonant Gr. & ad terram brevia habentem, quorum imperiti erant, allabi (ſeu impingere) reformidabant.

182. v. 1. M. c. συμμαχία: quod tamen pro conflictu non eſt uſitatum. V. 42. rectius cum W. legemus κοινολογηθέντα, accuſ. caſu. Lat. t. v. 6. aptius ita verteris Gr. nec tamen feliciter ea occaſione eſt uſus.

183. v. 21. incluſum οὐκ, additum ex D. 399. m. Lat. t. 19. rectius, ad Cæſarem ſe contulerunt; i. e. in Cæſaris partes tranſierunt. V. 35. quod cladem Craſſi ductu ſuperiore anno acceptam, ipſe anno ſequenti eodem die Parthis rependiſſet.

184. v. 20. incluſum πατέρα, non habet P. ſed agnoſcit D. 406. V. 26. περιπεσόντες aliquo modo corruptum videtur: ſed ſi ante ὁπότε ſubaudiatur τότε, recte & ſenſus conſtabit & ſtructura.

185. v. 26. pro ἐκλεῖπον apud D. 416. f. legitur aoriſtum ἐκλιπόν: nec male ante hoc ipſum participium ex eodem D. addetur τὸ Μάρκιον ὀνομασμένον: ut non generaliter aqua, ſed ſpecialiter aqua Marcia intelligatur. V. 38. locum mutilum eſſe, notat X. Videntur tamen quæ apud D. interjecta ſunt, a Xiphilino velut parenthetica, data opera omiſſa eſſe. V. 43. incluſum articulum τά, nec P. agnoſcit, nec Dio. Lat. t. v. 18. Gr. ita ſonant: Armeniorum regem, dolo ac fraude captum, quod ſibi in bello contra Parthos non tuliſſet auxilia, argenteis catenis circumduxit, poſt & aureis catenis vinctum ad Cleop. adduxit.

186. v. 13. apud D. 421. plurali numero eſt ἐψηφίσαντο: rectius. nec enim ad Cæſarem Octavium, ſed ad S. P. Q. R. id verbum refertur.

187. v. 15. incluſum commation, τετρήρεις τε, non agnoſcit P. nec Blancus interpres: Dio 433. hoc ipſum τετρήρεις habet pro πεντήρεις: atque alterum abeſſe debere, res ipſa ſatis declarat. V. 22. εἰ μὲν ſine redditione uſurpatum: ſubaudiendum καλῶς ἔχει, vel ſimile quid. plena ſtructura eſt paulo poſt, v. 35. V. 26. incluſa, καὶ πάλιν μάλα ἄλλους, abſunt a P. c. ſed agnoſcit ea Dio quoque 439. ac ſimilis uſurpatio particulæ μάλα eſt etiam infra 189, 34.

P. 188. v. 29. P. ἐν αὐτοῖς. ſed ſingulare αὐτῷ legitur etiam apud D. 443. Lat. t. v. 24. ita ſonant Gr. cumque ita velis confeſtim ſublatis in æquor evecti, ventum ſecundum forte fortuna eſſent nacti, Antonius ea re viſa, & ipſe ſubſecutus eſt. V. 28. lapide quadrato a fundamento exſtruxit. V. 48. capite inclinato (ſeu incurvato) proſpectantem.

189. v. 6. ἐπανῆλθε legitur etiam apud D. 446. alioqui maluerit fortaſſe aliquis ἐπῆλθε, adverſus eum venit. V. 24. pro τοῦτον, Dio 451. habet τοιοῦτον: & mox P. οἷς pro οἷος. ſed vulgata lectio proba eſt. V. 36. D. 451. f. melius cum articulo habet ἐς τὴν γῆν. Lat. t. v. 9. ita ſonant Gr. Cum porro Cæſar Alexandriam jam teneret, ipſamque Cleopatram intra regiam in libera cuſtodia ſervaret, ſupplicabat ea Cæſ. Et mox v. 15. negligentius ſeſe ornans, (nam e lugubri habitu mirificus ei decor accedebat) in lecto conſidebat. Paulo poſt pro Statuis mallem Imaginibus, Simulacris, Signis. V. 28. Hæc cum diceret, palpebris oculiſque in Cæſarem leniter intortis, modulatos quoſdam edebat ejulatus, delicataque cum voce alloquebatur.

191. v. 11. incluſum τι, abeſt a P. c. ſed agnoſcit illud etiam D. 460. V. 39. pluſquamperſ. ἐψήφιςο legitur etiam apud D. 494. p. habita ratione non temporis potioris, ſed perſonæ. Lat. t. v. 15. malim, in ipſo naſo affixum habet. V. 25. ita ſonant Gr. Atque hæc partim ſub [illegible], partim ſub populi, partim ſub principum imperio, [illegible]ingentis & vigintiquinque annis Romani vel fecerunt vel paſſi ſunt. Exinde rurſum mero unius imperio regi cœperunt. Et v. 35. ut imperium deponeret, efficeretque ut æquo iterum jure omnes eſſent.

192. v. 9. pro ἀδελφὴν Dio 496. habet ἀδελφιδῆν, ſororis ſuæ filiam: quam Xylander Marcellam vocat in Annotationibus & Stemmate Cæſaris. Poſt eidem Agrippæ idem Auguſtus, Marcello defuncto, Juliam filiam uxorem dat, 199. 21. V. 11. ὁμοίαν τῇ ἑαυτοῦ legitur etiam apud D. p. 496. at P. habet τῆς αὐτοῦ. V. 37. P. δημοτικόν. ſed δημοκρατικὸν agnoſcit etiam D. 502. f. V. 44. apud D. 503. m. ſcriptum καὶ ὡς, etiam ſic, id eſt etiam in abſoluta imperii majeſtate. Lat. t. v. 34. Græca vox καλλωπιζόμενος ſonat, velut inſigni ornamento iis ſeſe venditans ſeu jactitans. V. 42. ut accurato ſeptus eſſet præſidio.

193. v. 6. P. καρπῷτο, & tamen in ſequenti membro ἔχη. qualis modi diverſitas eſt etiam pag. ſeq. v. 34. Dio 503. m. utrobique optativo verbi modo habet καρπῷτο, & ἔχοι. V. 12. incluſa ἐν e P. & M. addita, ſi retinenda videatur, commation iſtud conjungendum erit cum verbo ὑπέχετο. Lat. t. v. 15. interpres legit προκληρωθέντα. ſi προσκληρωθέντα cum vulg. libris retineamus, ſenſus eſt; quin & gentes forte ſibi aſſignatas redditurum ſenatui poſt decennium. Sic v. 33. Gr. ſonant; atque ibi prætorium habebat.

194. v. 32. pro ἀρχὴν malet fortaſſe aliquis ἐς ἀρχὴν: inquit Stephanus. ſed ſine præpoſitione hæc vox apud Dionem p. 509. quoque legitur, & pag. ſeq. v. 11. eodem modo repetitur, quanquam cum articulo; adverbiali videlicet ſignificatione, pro plane, omnino: itidemque alibi ſæpe. V. 34. ἀγαπῷεν, & ſequenti membro αἰδῶνται, leguntur etiam apud D. 509. m. cum ſyntaxeως regula poſtulet ἀγαπῶσι, ſubjunctivo verbi modo. Lat. t. v. 15. malim, ut piaculi reus, ſeu ut piacularis. Et mox ita ſonant Gr. Atque hæc iſto modo & per appellationes iſtas acceperunt; ut nihil, niſi datum ſibi, habere videantur. Sed inſuper etiam aliud, quod nulli veterum Romanorum tributum fuit, ſunt adepti, legibus enim ſoluti ſunt, ut Latina verba ſonant.

195. v. 20. particula καὶ ante πᾶσαν, etſi pro intenſiva etiam accipi poteſt, rectius tamen poteſt omitti, ut apud D. 510. m. V. 22. αὐξήσει & ἕξει leguntur etiam apud D. ibid. at in P. c. αὐξήσοι & ἕξοι. V. 38. D. 511. ἐκείνῳ ἤρεσκε, communi more. V. 43. ἀποδεικνύωνται habet idem D. ibid. at P. & M. ἀποδείκνυνται: ſtructura minus uſitata. Seq. v. διώκητε, habet etiam D. ibid. & P. at q. ed. διώκετε, ſignif. plane diverſa.

196. v. 36. ἄρκτους τε τριακοσίους habet D. quoque 515. f. genere tamen fœminino, τριακοσίας. at P. c. ἄρκτους τετρακοσίους, urſos quadringentos.

197. v. 4. interpres legit προεχώρει, proceſſit. V. 15. aptius præteritum, ἐπεφέροντο. Dio 517. p. habet προπαρεσκευάσαντο. V. 38. incluſum [illegible] in P. c. præteritum, exſtat etiam apud D. 517. m. [illegible] τῆς τύχης ἔργα, habet idem Dio 517: at P. ψ[illegible] animi, ingenii: minus convenienter. Lat. t. v. 6. ita ſonant Gr. ita ut ma[illegible] exercitus pars interierit. Non erat autem morbus [illegible] lis conſuetis morbis; ſed in caput ingruens, [illegible] bat illud, ægroſque confeſtim perimebat: ſi qui [illegible] eluctarentur, eis in crura deſcendebat, tranſ[illegible] ceteris corporis partibus univerſis, etiam illa inf[illegible].

198. v. 3. ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Μούσα, eſt etiam apud D. 517. alioqui mallet fortaſſe aliquis ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ Μούσα, ab eodem Muſa. V. 33. incluſa, αἰτίαν ἔχοντες, addita

ex

ex D. 522. m. itidemque οὐκ v. 41. V. 45. pro ἄχρι τῆς χώρας τῆς Ἐλεφ. Dio 524. habet μέχρι τῆς πόλεως τῆς Ἐλεφ. usque ad urbem Elephantinen: cujus Herodotus quoque aliquoties meminit lib. 2.

199. v. 18. mutilum eſſe locum, notat X. Apud D. ſane plenius ac dilucidius ita hæc leguntur 524: ὥστε καὶ ἐκ τούτου διαδειχθῆναι, ὅτι ἀδύνατον ἦν δημοκρατουμένους σφᾶς σωθῆναι. μικροῦ γοῦν τινος ἔν τε ταῖς ἀρχαιρεσίαις καὶ ἐν ταῖς ἀρχαῖς αὐταῖς κυριεύοντες, ἐθορύβησαν, id eſt, ut inde quoque manifeſtum fieret, fieri non potuiſſe ut ſub populi imperio ſalva maneret reſp. quippe quod populus, etſi parum juris ac poteſtatis ei erat reliquum, in comitiis ſcilicet atque ipſis magiſtratibus; tamen in iis ipſis turbas ciebat. Epitomes verba melius conſtabunt, ſi legamus, μικροῦ γοῦν κυριεύοντες μορίου, ἐθορύβησαν: quippe qui, cum exigua adhuc juris parte potirentur, tamen tumultuarentur. V. 21. in vacuo ſpatio deeſſe θυγατέρα, filiam, patet ex ſeq. 201, 44: 205, 18: 206, 4. V. 27, incluſus articulus τοῦ, abeſt a P. V. 39. pro vulg. Κοικηνοὺς, Camerarius repoſuerat Μαικήνας, Mæcenas, ſed Κυζικηνοὺς cum Xyl. legendum eſſe ex D. 525. f. manifeſtum eſt etiam ex ſeq. 235, 4. V. 41. pro τι P. habet σι: e quibus compoſitione facta legendum videtur τισὶ, quibusdam.

200 v. 13. pro ἐνδημίαις legendum videtur ἐκδημίαις, egreſſu ex urbe; ut ex ſeq. colligitur. V. 19. interpres legit ἐν οἷς καὶ Μουρήνας, apud D. 530. aliter hæc leguntur, tam quod ad ſubjectum, quam quod ad prædicatum attinet. Seq. v. pro ἐδίκασε apud eundem D. p. 531. eſt ἐδικαίωσε, ut pag. præced. v. 42. Lat. t. v. 30. Gr. ſonant: ut propter potentiæ dignitatisque commutationem, plus ludibrii probrique incurreret. V. 38. erat enim ex generoſioribus; non ortu duntaxat, ſed etiam animo. Et 44. cum a domeſticis laribus liberam de his loquendi copiam afferre non poſſet; ut qui & cum pluribus mulieribus coiret, & Liviæ (ut perhibetur) ſubjectus eſſet; quam & ipſam, vivo ejus marito priore, uxorem duxerat.

201. v. 5, P. ςασιάζοντος. Ibidem mox liquidior erit ſtructura, ſi præpoſita continuativa legamus, ἐπειδὴ ὁ Καῖσαρ ὠργίζετο. V. 20. poſt εἰσφορᾷ ex D. 535. inſerendum κατὰ μῆνα, ſingulis menſibus. V. 30. τἄλλα legitur etiam in P. c. & apud D. 536. p. ac ferri aliquo modo poteſt, hoc ſenſu; cetera quoque magno numero acervatim congeſta ſeu conſtructa, alioqui ſimplicior eſſet lectio, πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα.

202. v. 2. pro ἐπιβουλεύσειτο apud D. 533. m. eſt ἐπιβουλεύηται, ſubjunctivo verbi modo. V. 19. παρ' αὐτοῦ agnoſcit etiam interpres; apud D. 541, non legitur hoc commation: nec video quid huc faciat: niſi forte Cornelium iſtum ab Auguſto cenſore notatum ob uxoris mores intelligamus. Lat. t. v. 6. ita ſonant Gr. quanquam Romani nummos argenteos, alii plures, alii pauciores, ei, primo anni die adeuntes, ob benevolentiam donabant, qua de re & Suet. 31, 17.

203. v. 11. pro ἔδεξε q. l. ἔδειξε, vulg. lectioni patrocinatur, quod apud D. eſt, 534. p. λόγον τισὶ παρέχει. V. 17. omnino contra exemplarium conſenſum legendum οὐκ ἀταλαιπώρως, ex D. 548. V. 38. incluſus articulus τὰ abeſt a P. c. ſed exſtat etiam apud D. 550. p. Lat. t. v. 12. ita ſonant Græca: id non forte fortuna, ſed ſtudio & prænotione quadam ab eo factum eſſe. V. 44. qui ſine probabili aliqua cauſa e ſenatu emanerent.

204. v. 2. mutilata vox, apud D. quidem integra legitur, 550: ſed præcedens καὶ ibi non exſtat: forſan ea in articulum verſa legendum ἀλλὰ ἡ αὐκτωρίτας λεγομένη ἐγίνετο ſed fiebat ea quæ dicebatur Senatus Auctoritas: id eſt declarabatur quid patribus auctoribus decretum eſſet. Blancus ita locum verterat, quanquam ſine effectu erat: quod rata non eſſet ſine Cæſaris auctoritate; h. e. niſi certa ejus ac manifeſta acceſſiſſet voluntas, nam ea eſt verbi ſignif. V. 13. pro ſυνελθεῖν, apud D. eſt ἐσελθεῖν 551. p. V. 21. κατὰ δεσπότου legitur etiam apud D. 551. p. at P. μετὰ δεσπότου, cum domino; perperam. Hic vero Dionem a Tacito diſſentire, notat Lipſius Comment. in Taciti Annales lib. 2. V. 25. τοῦτο pro vulg. τοῦτον repoſitum e P. c. ſed verius fortaſſe τούτου. Mox ſane v. 27. pro αὐτῷ rectius apud D. ibid. eſt αὐτὸ, id. Idem D. ſq. V. pro διὰ τούτων habet διὰ τοῦτο, propter hoc. V. 41. in P. c. duplex eſt ſcriptura: primum μέλλει; deinde finali ſyllabæ ει ſuperſcriptum οι.

205. v. 7. incluſa δ', addita e P. V. 21, γραμμάτων eſt etiam apud D. 553. P. & M. habent γράμματα: quod etiamſi vertas in adjectivum γραμματικά, tamen vulgata ſcriptura melior eſt. V. 15. rectius D. 554. p. τῇ ἐσθῆτι τῇ ἀρχικῇ, geminato articulo. Lat. t. v. 15. ut Blancus ςενωπάρχους interpretatur, curatores angiportuum: ita in Urbis deſcriptione apud Aurelium Victorem leguntur Curatores, bini fere in qualibet urbis regione. videntur tamen ςενώπαρχοι eſſe potius Vicorum magiſtri, ſeu Vicomagiſtri, ut idem Victor nominat, & Sueton. in Auguſto indicat, c. 30. V. 39. ita ſonant Gr. ut & conſpectu & factis e medio eis cederet: id eſt, ut e medio digreſſus, nec conſpectu eos nec factis offenderet. V. 48. ſingulis ſexaginta drachmas dedit; eorum ſcilicet quibus frumentum e publico dabatur.

206. v. 46. ἄςρων habet etiam D. 555. f. P. pro eo habet ἔρων, & in marg. ἔργων, nihil ad rem.

207. v. 5. συνένεφεν exſtat apud D. p. 556. in P. eſt tantum præpoſitio συν: ceterarum ſyllabarum relictum eſt ſpatium vacuum. V. 33. relictum apud D. 556. f. τὴν παρὰ τοῦ δήμου οἱ γενομένην. V. 40. rectius apud D. & in M. c. τότε μὲν οὐδὲν ἤνυσεν. Lat. t. v. 35. ita ſonant Gr. vel etiam quod pontificis erat, ſ. ea domus.

208. v. 14 incluſa καὶ, addita ex D. 557. f. V. 28. τῶν [ἐν] αὐτῇ] incluſa ἐν, abeſt a P. c. Apud D. expreſſa quidem eſt ea præpoſitio, ſed omiſſum participium ὑπαρχόντων, ellipſi uſitata & eleganti. V. 33. incluſa καὶ, addita ex D. 558. m. itidemque δὲ & καὶ v. 45. Lat. t. v. 33. ita ſonant Gr. nec perſuadendo nec cogendo poſſis exſtirp.

209. v. 2. P. ἡμᾶς, accuſ. caſu: minus convenienter. V. 10. incluſa, καὶ, abeſt a D. 558. f. contra, eadem ex eodem addita, v. 24. Idem D. ſtatim pro τύχῃ multo rectius habet ψυχῇ, i. e. puro curarumque ac ſuſpicionum vacuo animo. V. 29. incluſa, τοῖς γε, addita ex D. 559. Sic mox καὶ & σοι, v. 36. & contracte τἀγαθὰ pro τὰ ἀγαθά. V. 39. P. c. οὐ γάρ τοι ἔτε: nullo ſenſu idoneo: vulgata lectio exſtat etiam apud D. 559. m. ac ferri aliquo modo poſſe videtur, ſi priore membro ἤτε accipiatur pro ἤ γε, & membro poſteriore καὶ redditive capiatur pro etiam: tamen multo veriſimilior eſt Stephani conjectura, vel ἀεὶ γάρ τοι ſcribendum; vel pendere ſententiam usque ad φέρε μεταβ. Schottus e M. c. adnotat ἐὰν: quod plane corruptum eſt. V. 45. ἐπ' ἀνδρίαν habet etiam P. c. at D. 559. ἐπ' ἀνδρείας: rectius W. ἐπ' ἀνδρίᾳ, dativo caſu.

210. v. 4. incluſa καὶ, addita ex D. 559. f. V. 12. D. 559. f. οὐκ ἐκεῖνοι, ὅτι φοβούμενοι μισοῦσι: minus convenienter. V. 28. incluſa, αὐτῶν, & τε, addita ex D. 560. V. 36. pro διὰ τοῦτο P. c. habet etiam alteram lectionem, διὰ τούτων. Incluſa quæ ſequuntur, addita ſunt e D. V. 38. D. ibid. φύσει τινὶ ἀναγκαίᾳ ἑκάτερον αὐτῶν χρῆται. V. 43. incluſa καὶ addita e D. ibid.

211. v. 2. pro articulo τῇ P. c. habet τι, aliquid: valde convenienter. Seq. v. incluſa καὶ, addita e D. ibid. V. 7. cum τἄλλα ſubaudiendum participium ἁμαρτανόντων. V. 8. incluſa καὶ τὰ addita e D. ibid. V. 20. D. 561. πολλοὺς μὲν φθόνῳ, πολλοὺς δὲ ἐπιθυμίᾳ χρημάτων, ἄλλους ἀνδρίας φόβῳ, καὶ μάλα ἄλλους εὐγενείας δόξῃ κτείνειν δοκοῦμεν. V. 26. incluſa καὶ & τε, addita e D. itemque μὴ v. 30. V. 31. pro ὅ τι Dio habet ὅτι τι. V. 39. poſt χρὴ defectus ſignum eſt in P. c. at non item apud D. V. 41. P. c. ἐκ τούτων plur. num. Seq. v. incluſum πολλοὶ additum e D. Lat. t. v. 31. ita ſonant Gr. eos qui

 talia

talia ſpeculantur & auſcultant: *ſeu, talia oculis & auribus inſidioſe conſectantur; ut ad principem deferant.*

212. v. 4. *incluſa* δὴ, *addita e D.* 561. *V.* 8. *apud D. eſt* πέσῃς: *cum quo verbi modo* ἂν *frequentius conſtruitur. V.* 11. *incluſa*, ἂν, τοὺς, *addita ex D. Ibid. idem D. habet* πάθοι: *& tamen in ſeq. membro* ἴδῃ. *V.* 16. *incluſa* γὰρ, *addita e P. & M. at* σφᾶς *v.* 18. *ex D. ibid. f. V.* 25. D. 562. ταῦτά τε & hæc. *Idem mox* ἀκούσασα *&* βλέψασα, *temp. aor. Seq. v. rectius apud eundem eſt* διὰ τοιοῦτό τι, *alioqui legendum foret* τούτων τι, horum aliquid. *V.* 29. *rectius D. ibid.* ὑπ' ἀλλήλων, a ſe invicem. *V.* 32. D. *ibid.* τὸ πάντας, ἂν οἷόν τε ᾖ, σώζειν δύνασθαι, omnes homines, ſi fieri queat, conſervare poſſe. *V.* 34. D. *ibid. infin.* δεῖν. *V.* 37. *incluſa* τε, *addita e D. Lat. t. v.* 31. *ita rectius ſonant Gr.* ut nihil neque a ſe invicem, neque ab exteris hominibus damni capiant.

213. v. 12. *incluſa*, ἀπ' αὐτῶν, *addita ſunt e D.* 562. *Sic v.* 24. ἂν *&* καὶ: *& rurſum* ἂν *v.* 39. *V.* 18. *congruentius fortaſſis*, ἂν καὶ τὰ μάλιστα μανῇ τις: *ſubjunctivo ſcilicet modo. V.* 30. *pro articulo* οἱ *P. habet conjunctionem* εἰ: *itemque Bl. interpres: minus congruenter. V.* 35. *incluſum* μοι, *additum e D.* 563. *Lat. t. v.* 33. *ita ſonant Gr.* Qui autem veniam ſunt conſecuti, eos & delicti pœnitet, & injuriæ aliquid benefactoribus ſuis deinceps facere pudet: quin immo, ad referendam eis gratiam, in multis gnava præſtant officia, uberiorem obſequii remunerationem inde ſperantes.

214. v. 6. *poſt* τρία καὶ εἴκοσι, *apud D.* 564. *p. addita hæc parentheſis*, ἢ, ὥσγε ἕτεροι λέγουσι, πέντε καὶ εἴκοσι. *id eſt*, vel ut alii dicunt, quinque & viginti. *V.* 16. *P.* εἰ καὶ, etiamſi. *Ibid. mox vulg. l.* οἵ τε, *pro* εἰ δὲ. *V.* 18. *D.* 564. καὶ οἱ δέκατοι, οἵ τε ἐν τῇ Παννονίᾳ τῇ ἄνω, οἱ Δίδυμοι, καὶ οἱ ἐν Ἰουδαίᾳ. τό τε ἐνδ. *ſicut etiam in Golzii Antiq. eſt* Legio X. Gemina, *&* Legio X. Suriaca. *V.* 22. *incluſum commation* ἀπὸ τοῦ Κλαυδίου, *additum e D. ibid. itidemque mox v.* 26. τὸ δίδυμον. *V.* 33. μύριοι, *additum e D.* 565. *In P. & M. c. pro eo vocabulo relictum erat ſpatium vacuum; haud ſcio an per dubitationem. V.* 46. *pro* ἑπτακοσίους *Dio* 566. *habet* ἑξακοσίους, ſexcentos. *Lat. t. v.* 31. *ita ſonant Gr.* Inſuper & Prætoriani milites ad tutandum Auguſti corpus, decem milia, in decem ordines tributa: tum ad urbis præſidium, ſex milia, quadrifariam diviſa.

215. v. 3. *incluſus articulus* τοῦ, *additus e P. & M. Sequentia vero incluſa, non leguntur apud D.* 566. *f. &* 567. *p. V.* 10. καὶ *addita e P. V.* 42. *eadem* καὶ *addita e D.* 582. *f. V.* 45. *P.* μετασῆναι: *minus recte.*

216. v. 17. *D.* 585. οὔτε πολιτικὴ οἱ ἡλικία ἀξιόλογος ὑπελέλειπτο, neque ex urbana juventute quidquam, quod quidem alicujus eſſet momenti, ſupererat. *V.* 38. ὑφ' ὧν, ſub quibus, *legitur etiam apud D.* 586. *& reperitur infra in Vita Severi* 866. *p. alioqui maluerit fortaſſe aliquis* ὑφ' ἧν, ſub qua. *Lat. t. v.* 39. *ita ſonant Gr.* vatibus interdictum eſt, ne de morte vel ſeorſum cuiquam, vel aliis cum eo colloquentibus, ulla reſponſa darent. *V.* 47. & ſenatum Tiberio commendavit: recitavit autem eum libellum non ipſe, (neque enim clara voce loqui poterat) ſed Germanicus, ut conſueverat.

217. v. 7. *incluſum articulum* τοῦ *non agnoſcit P. nec D.* 588. *V.* 9. τὸ πέμπτον *repoſitum ex P. c. In vulg. l. eſt* τὴν πέμπτην: *itemque apud D. ibid. atque adeo ſimile ſtructuræ genus eſt apud Pæanium ſupra* 93, 16. *ſed P. c. lectio & clarior eſt, & uſitatior. V.* 11. *pro* ἤδη *P. & D. ibid. habent* ἔτι, amplius: *recte. V.* 13. *D. ibid.* καθ' ἕκαστον μῆνα, ſingulis menſibus, *Xyl.* καθ' ἑξάμηνον, in ſemeſtre: *recte, ut patet ex* 195, 32. *ubi diſerte ſcriptum* ἐς ἑξάμηνον. *V.* 26. *pro* αὐτὴν *apud D. eſt* αὐτῶν: *minus congruenter. V.* 23. *P.* μηδὲ τι αὐτῶν, *ſed* μηδέτερον *agnoſcit etiam D.* 588. *Lat. t. v.* 1. *ita ſonant Gr.* ſi non amplius cum eis epularetur, nam ut plurimum, præſertim autem quoties eſſet conſeſſus, alias in foro, interdum etiam in ipſa curia cum intrantem eum, tum rurſus abeuntem ſalutabant.

218. v. 8. *locus apud D. iiſdem plane verbis legitur* 589. *m. ſed poſt* τοῦτο *deſiderari vel numeralem notam* ρ', *vel numerale nomen* ἑκατοστῇ centeſima, *perſpicuum eſt cum ex ſequentibus, tum ex Suet.* 40, 21. *ubi oſtentum hoc eiſdem prope verbis recenſetur. V.* 23. *Auguſti dictum alludere videtur ad Græcam hiſtoriam: nam eodem prope modo Themiſtocles apud Ariſtoph. Equitibus, Athenienſium urbem* ἐποίησε μεστὴν, εὑρὼν ἐπιχειλῆ. *V.* 27. *vulg. l. & D.* 590. *P.* ἐπὶ μίμου τινὸς τελευτῆς. *ego cum P.* τελευτῇ *malui: quia id loquendi genus & melius ſonat, & apud Dionyſ. Halicarn. aliquot in locis a me obſervatum eſt: immo hac ipſa p. v.* 17. *itidem habemus* ἐπὶ δένδροις ἔτ' ἐπόντα.

220. v. 6. τυραννίδος τις ἐπιθυμήσῃ, *legitur etiam apud D.* 591. *at P. c.* τυραννίδα τις ἐπιθεὶς εἴη, tyrannidem reip. imponeret. *Lat. t. v.* 26. *Lipſius mavult* curru pompali, *ut notatum in* πομπικός. *V.* 30. *ita ſonant Gr.* tum ceterorum Romanorum, qui quacunque re primatum obtinuerant, imagines ferebantur, facto ab ipſo usque Romulo exordio. *V.* 48. deinde equites, partim ii qui ex equeſtri erant ordine, partim ceteri omnes; tum reliqui ad præſidium urbis armati milites, in orbem curſitarunt.

221. v. 2. *pro* ἐπεβάλοντο *ex D.* 598. *m. reponendum* ἐπιβαλόντες: *ſi conſtare ſtructuram velis. V.* 30. τῷ ἀργυρίῳ *ſignate dictum, nempe* τῷ ἐπικεκηρυγμένῳ: *ut interpres vertere debuerit*, atque inſuper pecuniæ illa ſumma eum ditavit; *ea nimirum quæ capiti ejus publico præconio erat impoſita.*

222; v. 22, ψηφισθὲν, pro vulg. ἐψηφίσθη *repoſitum ex D.* 600. *V.* 26. *incluſa* καὶ *aut tollenda eſt, aut mutanda in pronomen* οἱ, ei. *V.* 29. *pro* δῆμοι *legendum eſſe* δήμαρχοι, *& res ipſa dictat, & confirmat Dio ibid.*

223. v. 5. εὐφύλακτος *cum W. legendum eſſe, pro vulg.* ἀφύλακτος, *res ipſa ſatis arguit. V.* 7. ἂν λαμβάνοντες, *P. c. lectio eſt: vulg. l. & D.* 602. ἀναλαμβάνοντες, *minus recte. Paulo poſt, v.* 8. *cum eodem P. accuſ. caſu ſcriptum* τὸ πάνυ ποθεῖν, *& ſeq. membro*, τὸ μὴ ἐφίεσθαι: *quæ apud D. ibid. leguntur dativo caſu*, τῷ: *nullo tamen ſenſus diſcrimine. V.* 14. *pro* οὔτε *W. in ſuo cod. ſcripſerat* οἵ τε, *ſed vulg.* οὔτε *legitur etiam apud D.* 602. *V.* 18. *pro* Ῥώμης *apud D. ibid. eſt* Νώλης, *ut intelligatur id ſtatim poſt obitum Auguſti factum, antequam corpus ejus Romam ad ſepulturam eſſet tranſlatum. Lat. t. v.* 8. *ita ſonant Gr.* Ac ſi ea tantum habuiſſet Tiberius, facile ſibi ab eo cavere potuiſſent qui morum ejus experientiam ceperant.

224. v. 34. ἤ τι *legitur etiam apud D.* 606. *cum ſenſus requirat* ἢ ὀλίγον τι, vel parum aliquid. *Lat. t. v.* 29. *Græca vox ſonat* ſubligaculis, *ſed & caligas eo nomine ſignificari, ſupra quoque notatum ad* 157, 1.

225. v. 16. *incluſa* καὶ *abeſt a P. c. ſed exſtat ea etiam apud D.* 607. *V.* 38. *M. c.* ἐκκαινῆσαι: *corrupte, fortaſſe librarius ſcribere voluit* ἐκ καινῆς γε. *vulgata lectio* ἐκ καινῆς, *exſtat etiam apud D.* 608. *V.* 39. αὐτῶν *legitur & ipſum apud D. ibid. at P. c.* αὐτῷ ἰδιώσατο, ſibi ut proprium adſcribebat. *Ibid.* τῶν πρώτων οἰκοδομησάντων *habent omnia exemplaria, id eſt*, eorum qui primi ædificaverant, *quod moneo, ne quis forte malit adverb.* πρώτως. *Lat. t. v.* 6. *Græca vox ſonat* Præſes.

226. v. 26. *P.* ἐπὶ τὰς θύρας, ad fores: *nihil ad rem: D.* 609. *m.* ἐπὶ τὰς θέας, ad ludorum ſpectacula. *Blanc. interpres* θυσίας *maluit, quod cum mox v.* 35. *repetatur, Dionis lectio videtur eſſe verior. V.* 30. συσπεύ[illegible] *etiam apud D. ibid. at in P. corrupte* εὐσπεύδων. [illegible] *incluſus articulus* τῶν, *abeſt a P. c. Apud D.* 609 [illegible] *eſt*, ἐξ οἰκίας τῶν ἀπελευθέρων τινός. *V.* 40. *P.* [illegible] *congruentius. Ibidem mox W. legit* εὐπορωτάτ[illegible] *na lectio eſt* ἀπονωτάτου *apud D.* 609. *V.* 44. *W.* [illegible] το: *D.* 609. *f.* ὤγκωτο. *Lat. t. v.* 16. *ita ſonant Gr.* Atque in ſumma, tantum ſtudebat moderationi, ut, cum aliquando Rhodii magiſtratus, datis ad eum literis, non

ſubſcripſiſ-

ſubſcripſiſſent quod ſubſcribi de more ſolet, vota ei facientes. *Moderationis autem vocabulo utitur in hac ipſa narratione Suet. quoque* 49, 32. *V.* 32. ſed etiam ut plebs (ob ſuam præſentiam) modeſtior eſſet.

227. v. 10. *P.* ἐψηφίζοντο: *D.* 610. *p.* ἐσηγήσαντο. *V.* 12. *de utraque nominandi ratione meminit etiam Pauſanias in Achaicis,* 213, 3. *& copioſiſſime Sigonius in lib. de nomin. Rom.* *V.* 15. ἀπήλλαξε *legitur apud D.* 610. *quoque: haud ſcio tamen an verius ſit* ἀπήλασε, ſubmovit, depulit. *V.* 44. *pro incluſis* αὐτῶν ἔτη *in P. eſt ſpacium vacuum. aptior hæc lectio,* αὐτάγγελος ἐκείνῳ αὐτὸς, ὥς που καὶ ἐπισκώπτων εἶπε, γένηται: *vel, ut apud D. eſt* 611. αὐτάγγελος αὐτῷ, ὥς που καὶ ἐπισκώπτων εἶπε, γένηται.

228. v. 2. *pro* ἑξήκοντα *X. legit* ἑβδομήκοντα. *V.* 19. *calidam ardentibus infundi jubet Druſus; quaſi convivii res eſſet, non incendii; ut copioſe Lipſius explicat Elect. lib.* 1. *c.* 4. *V.* 23. *incluſum* χρῆσθαι, *abeſt a D.* 612. *m. & mox pro* κομίζειν *apud eundem eſt* νομίζειν: *itemque in P. c.* *V.* 33. πολλὰς *habent etiam P. & D.* 612. *m. alioqui maluerit fortaſſe aliquis* πολλὰ, multa. *V.* 38. *incluſum* συνάκεε *additum ex D. ibid. f.* *V.* 44. *P.* μαντείαις: *D. ibid. f.* μαντείᾳ τινὶ. *V.* 46. *P. & D. ibid. f.* δοῦναί τινι, dare alicui. *Lat. t. v.* 18. *Blancus verterat;* hominibus ardentibus, eosdem aquam poſtulantes, ferventi aqua juſſerit perfundi: *perperam, ut Lipſius declarat loco jam citato.*

229. v. 8. *Suet. in Tiberio, cap.* 71. *de duobus vocabulis Græcis meminit. ſcribit enim* monopolium *eum cum veniæ deprecatione uſurpaſſe:* emblema *vero in quodam decreto ſenatus commutari juſſiſſe.* *V.* 15. *M. Pomponius Marcellus, ſermonis Latini exactor modeſtiſſimus, cum ex oratione Tiberium reprehendiſſet, affirmante Ateio Capitone, & eſſe illud Latinum, &, ſi non eſſet, futurum certe; Jam inde mentitur, inquit, Capito. Tu enim Cæſar civitatem dare potes hominibus, verbis non potes: ut ex Suetonii Grammaticis illuſtribus adnotavit Schottus.* *V.* 18. *incluſa* δὴ *addita e P. & D.* 614. *p.* *Sic* τὸ, *v.* 43.

230. v. 19. ἐλεῖ *eſt etiam apud D.* 615. *at infra in Nerone* 287, 2. ὀλεῖ, perdet. *Adhæc conjunctio* τε *poſt* Συβαρῖτις, *abeſt a D. ed.* *Pro* ἀφροσύνα *vero W. mavult* ἁβροσύνα, deliciæ, luxuria. *V.* 33. *de inſidiarum modo meminit etiam Cornelius Tacitus; teſte Schotto.* *Lat. t. v.* 16. *ita ſonant Gr.* & oraculum quoddam, velut Sibyllinum, quod alias quidem ad tempus (*i. e. annos*) urbis non congruebat, ſed ad præſentia accinebatur, haud leviter eos commovebat. *V.* 27. libroſque omnes, qui vaticiniorum aliquid continerent, inſpexit: eorumque alios, ut nullius momenti, reprobavit; alios, in probatorum numerum recepit.

231. v. 9. *mathematicorum ſtudiis ob hoc remp. tunc vexatam fuiſſe, ex Tacito adnotat Schottus.* *Lat. t. v.* 29. *ita ſonant Gr.* cum alia in ea præfectura inſtituit, tum cohortes quæ ante, ut nocturnorum vigilum, diſparatæ erant, in unum murum coegit; ut imperata & omnes ſimul, & cito acciperent; omnibusque, velut intra unum murum degentes, eſſent formidabiles.

233. v. 1. *de Lutorio Priſco meminit etiam Tacitus; teſte Schotto.* *V.* 15. *Dionem* 618. *& Zonaram a Tacito hic diſſentire, notat Lipſ. Comm. ad lib.* 4. *Annalium Taciti: ac veriſimilius eſſe, palma quam pugno Druſi os percuſſum a Sejano.* *Sed cum Dio ſupra* 612. *Druſo Caſtoris agnomen a nonnullis tributum ſcribat, quod exemplo Caſtoris & Pollucis, qui* πὺξ ἀγαθοὶ *celebrantur a poëtis, equiti plagas inflixiſſet, non abſurde ſuſpicetur aliquis, Sejanum ad evertendum id Druſi agnomen pugnum ei ipſi voluiſſe impingere, non palmam. Bl. vero. L. t. v.* 18. *vertere debuiſſet,* ut ei etiam pugnum aliquando impegerit.

234. v. 4. κἀκ τούτου, *pro vulg.* καὶ τοῦτο *repoſitum e P. & M. & ex Dione ipſo* 618. *f.* *At v.* 14. *pro* Ἀσίαν *P. minus convenienter habet* οὐσίαν. *Lat. t. v.* 25. *ita ſonant Gr.* Decennio imperii elapſo, etſi ad reſumendum imperium nullo ei ſenatusconſulto fuit opus: (nec enim neceſſe habebat, interciſo principatu, ut Auguſtus, imperare) tamen decennalis celebritatis ſolennia ſunt peracta.

235. v. 41. *de Sabini cane meminit etiam Plin. lib.* 8. *c.* 40. *teſte Sch.* *Lat. t. v.* 3. *ita ſonant Gr.* Illo igitur tempore, cum hæc memoratu digna contigerunt, tum Cyzicenis iterum libertas eſt erepta, quod cives quoſdam Rom. in vincula conjeciſſent, & heroicum Auguſti fanum, quod inchoarant, non abſolviſſent. *V.* 16. accuſatus principi inſidias feciſſe, (aderat enim coram) magnos cachinnos ſuſtuliſſet: Tiberius admurmurante nonnihil ſuper ea re ſenatu, Ne vivere quidem amplius mereor, inquit, ſi & Lentulus me odit.

236. v. 1. προὔθετο *legendum eſſe pro vulg.* προσέθετο, *& Lipſius e Luciano docet Elect. lib.* 1. *c.* 6. *& confirmat ſimilis hujus Epitomes locus ſupra* 159, 43. *& infra* 397, 26. *itidemque Herodiani* 540, 15, 34. *Itaque & Blancus vertere debuiſſet;* neque defunctam ipſe propoſuit. *Et v.* 5. eamque inter divos referri diſerte vetuit. *Rurſum Gr. t. v.* 6. αὐτῇ, *pro* ἐπ' αὐτῇ, *legitur etiam apud D.* 621. *m.* *V.* 25. *interpres poſt* μὲν *inſerit* οὖν: *quæ ellipſis alibi quoque haud infrequenter occurrit, præſertim apud Herodianum.*

237. v. 4. *locus & in vulg. l. & in P. corruptus eſt. primum enim P. habet* ςρατη . . . σοντα: *vulg. l.* ςρατηγήσοντα, *corruptius: deinde mox,* τὴν ἐξουσίαν αὔξοντα. *Tum paulo poſt, v.* 7. *pro* ἥσθετο, *vulg. l. habent* καθ' ἓν: *in P. autem pro eodem eſt ſpatium vacuum.* *Noſtra lectio petita eſt ex D.* 622. *m.* *V.* 8. *malet fortaſſe aliquis* ἐπὶ πλεῖον. *Præterea conjunctio* τε *deeſſe membrum aliquod innuit, ut talis quæpiam loci requiratur lectio;* ἀλλ' ἐκείνῳ τε, ἵνα ἐπὶ πλέον κακωθείη, θαρσεῖν ἐκέλευσεν, καὶ τῇ βουλῇ ἐνετείλατο ὅπως ἐν φ. *V.* 11. ἀτιμίᾳ *legitur etiam apud D. ibid. alioqui convenientius fortaſſis* ἀθυμίᾳ, mœrore, *cui paulo infra oppoſitum* ἡδονῇ, *v.* 18. *V.* 15. ἑταῖρος *e P. repoſitum eſt. in vulg. ed. & D. ibid. legitur* ἕτερος, alius. *Lat. t. v.* 2. *ita ſonant Gr.* nam uno eodemque die, & apud Tiberium convivio exceptus, de amicitiæ poculo bibit, & in ſenatu condemnatus eſt.

238. *Lat. t. v.* 8. ſedes aureas *mavult Lipſius Comment. in lib.* 2. *Annalium Taciti. In præcedenti membro, ſi* γραφὰς *pro picturis accipere malis, ſenſus eſt;* & in picturis ambos ſimul pingebant. *V.* 8. *ita ſonant Gr.* moleſte ferunt, quaſi calumniis infamentur; iraſcunturque quaſi gravibus afficiantur injuriis.

239. v. 37. ἐπῄνει *legitur etiam apud D.* 624. *f. ad ſequens tamen* καθῄρει *melius per antitheſin quadrare videtur* ἐπῇρε, attollebat. *V.* 43. *incluſa* καὶ, *addita e P. & D.* 625. *p.* *Lat. t. v.* 25. *ita ſonant Gr.* non conſulatus, ſed imperii collegam ſignificantes.

240. v. 4. *rectius D.* 625. *p.* ἔπειτα δὲ ἀφαιρεθ. τῆς κεφ.. *V.* 7. τε *poſt* ἐκείνου *vel tollenda, ut otioſa; vel in* καὶ *mutanda. Seq. v. incluſa* καὶ, *addita e D. ibid.* *Lat. t. v.* 8. *ita ſonant Gr.* & alia enim ſibi, & ſacra quoque faciebat. *V.* 32. Macro prætorianos, quibus partim ipſe, partim ſenatorum conſeſſus erat ſtipatus, ſua eis poteſtate patefacta, litteras quoque ſe a Tiberio ferre dictitans, quibus eis donativum aliquod tribueretur, in caſtra dimiſit: vigilumque excubiis pro illis circum ædem diſpoſitis, intrat; redditaque conſulibus epiſtola, iterum exit, antequam quidquam recitaretur.

241. v. 27. *pro* εἰ δὴ, *apud D.* 627. *m. legitur* εἰ δὲ μὴ, *repetita negativa. Ex eodem D. ibid. & P. additum incluſum* τι. *V.* 22. *D.* 627. *m.* προσταχθῆναί τι. *P. c.* πράσσεσθαι *quidem agnoſcit, ſed omiſſa particula* τι. *V.* 26. *incluſa* καὶ, *addita e P. & D. ſed D. ibidem f. mox rectius* διαναγνωσθείσης. *V.* 38. *incluſa, addita ex eodem D.* 628. *p.* *Lat. t. v.* 8. *ita ſonant Gr.* acclamationibusque utebantur; præcipientes ea quæ ſperabant, *i. e. inter acclamandum talibus honorum titulis eum ornabant, quales ei obventuros eſſe animo præcipiebant.* *V.* 12. hæſitare admodum, vultumque dejicere. *V.* 18. jam vero ea quæ hucusque lecta fuerant, quaſi levia eſſent ac ſola, contemnebat; ſperabatque vel nihil præterea, vel, ſi omnino, nihil ſaltem

gravius

gravius de ſe mandatum eſſe. *V.* 26. cum ergo tandem aliquando ſurrexiſſet, interea & Laco in conſeſſum ingreſſus, ei adſiſtit: ac demum perlecta epiſtola, cœp. omn. *V.* 42. & quem ante coronis dignabantur.

242. v. 7. *δημίου pro δήμου repoſitum e D.* 628. *m.* *V.* 30. *incluſus articulus τοῦ, additus e P. & M. & D.* 630. *Lat. t. v.* 46. *rectius ita verteris Gr.* ſed etiam plane ſe intellexiſſe diſſimulavit.

243. v. 8. *vulg. l. & D.* 633. *m. habent πολυπραγμονεῦντας. noſtrum πολυπραγμονοῦσι, e P. c. repoſitum, melius quadrat cum præced. dativo ἡμῖν.*

244. *Lat. t. v.* 14. *poſſis etiam vertere*, condemnatus ob tragœd. *ut ſupra* 233, 36.

245. v. 15. *pro ἑπτακοσίας Dio* 641. [*ubi in marg. pone:* aureorum ducenties tricies centena milia, quinque myriades myriadum, & ſeptem milia ſeptingentasque drachmas, *Gr.*] *habet πεντακοσίας*, quingentas. *Viſe Suet.* 67, 22. *V.* 41. *P. c. ὑπερεκόλασε: itidemque Bl. interpres: cum tamen & temporum diſcrepantia, & antitheſeως ratio, mendi eam ſcripturam arguant.* *V.* 45. *Suid. infra* 858, 29. *in cit. hujus loci habet παρήνεγκαν. Lat. t. v.* 36. *ita ſonant Gr.* resque alias maxima celeritate aggrediebatur, alias perſequebatur lentiſſime; pecunias & profuſiſſime conſumebat, & ſordidiſſime colligebat: blandientibus & libere loquentibus æque nunc delectabatur, nunc offendebatur: multos ob grandia delicta non punivit; multos contra, qui nihil commiſiſſent, trucidavit: ſodalium alios ultra modum adulabatur, alios extremis afficiebat contumeliis.

246. v. 15. *incluſum ὄντας, abeſt a P. ſed exſtat etiam apud* D. 644. *p.* *V.* 21 *ὑπὲρ τῆς ἱππάδος, legitur apud eosdem, & confirmatur a Suet.* 74, 7. *V.* 23. *ἐβούλευσε, pro vulg. ἐβασίλευσε, cum Xyl. repoſitum ex eodem Suet.* 74. 11, 19. *contra exemplarium conſenſum. Viſe infra* 257. *v.* 31. *V.* 37. *P. & M. ᾠκειωμένῳ: corrupte.*

247. v. 8. *συγγενείας legitur etiam apud D.* 646. *p. ſed haudſcio an verius εὐγενείας*, generis nobilitate. *V.* 21. *D.* 646. *ἐν δ᾽ οὖν τῇ νουμηνίᾳ αὐτῇ: ut interpres quoque*, ipſis kalendis Januariis. *V.* 30. *ἐπιλειπόντων habet idem D.* 647. *m. at P. ἐπιλιπόντων, temp. aor. Seq. v. idem P. compoſite habet παρεκέλευσε. Lat. t. v.* 13. *ſic ad verbum ſonant Gr.* ut nullum unquam, qui ab eo provocaſſet, judicare vellet; ſed ipſi rurſus talia committeret omnia.

248. v. 29. *P. ἐπ᾽ αὐτοῦ: & mox ἄρκτοι πεντακόσιαι, fœm. gen.* *V.* 35. *πρασίνῳ legitur etiam apud D.* 650. *f. & quidem præmiſſo articulo τῷ. at P. c. τοῦ χρώματος τοῦ πρασίνου.*

249. v. 18. *προαπώλοντο legitur etiam in P. c. apud D. vero* 652. *m. προσαπώλοντο. At paulo poſt, v.* 22. *P. minus apte habet προστίθεσαν.* *V.* 42. *ἐσέπεσε agnoſcit etiam D.* 653. *at P. ἐσέπλευσε: perperam. Lat. t. v.* 47. *ita ſonant Gr.* equi certatores victoria digniſſimi.

250. v. 4. *incluſa τε, addita e P. & M. & D.* 653. *m. Lat. t. v.* 15. *ita ſonant Gr.* natura lunarem figuram habeat. *Et mox*, cibo meroque ultra ſatietatem differtus. *V.* 33. nihil dignum ſupplicio poſſediſſe, (*id eſt, non poſſediſſe tantas opes ob quas interfici debuiſſet*) admirandum adjecit elogium; Decepit me, inquit, & fruſtra interiit, vivere enim potuiſſet. *V.* 47. quo ſignificabat, Cajum ag.

251. v. 18. *αὐτοῦ pro vulg. αὐτὸν repoſ. e P.* *V.* 22. *incluſa δὴ, abeſt a P. ſed exſtat etiam apud D.* 655. *V.* 35. *ὁπότερον ἂν τι ποιήσωσι, legitur apud D. quoque* 450. *P. conjuncte habet ἀντιποιήσωσι, ſed rectius fortaſſe particulam τι vel tollemus, vel in τούτων mutabimus.* *V.* 40. *ἐπεὶ δὲ pro vulg. ἐπειδὴ repoſ. ex Stephani adnot. Paulo poſt, v.* 43. *οὖν poſt μὲν, non agnoſcit D.* 656. *m. Lat. t. v.* 35. *ita ſonant Gr.* motis iis qui tunc erant magiſtratibus: *conſulibus ſc.*

252. v. 5. *P. μονομαχίας κειμήλια: parum ad rem.* *V.* 12. *leg. πέντε γὰρ καὶ εἴκοσι, ex D.* 656. *f.* *V.* 33. *ἠϊόνι repoſitum ex D.* 659. *f. vulg. εὐϊόνι, quod in P. quoque legitur, aliquomodo alludit ad Albionem, Britanniæ inſulam Ptolemæo. Lat. t. v.* 12. *ita ſonant Gr.* ſed cum in alia de more abſumebat, tum in exercitus; nam ducenta quinquaginta militum milia collegerat. *V.* 22. popoſcit Gallicanas deſcriptiones; (*i. e. rationarium Galliæ, in quo quantus cujusque cenſus eſſet, perſcriptum erat*) ex iisque ditiſſimorum quorumque nece imperata, ad co[illegible]reu. *Ibid. mox pro drachmis Latinius dixiſſet denari*[illegible]o. propter cognomen. *V.* 33. niſi contempſiſ[illegible]nem: quippe qui & natura & de induſtria magnam[illegible]e ſe ferret ſegnitiem. *Et mox*, Ad Oceanum porro cum veniſſet, quaſi etiam in Britanniam ducturus exercitum, omnibus militibus in litore diſpoſitis, triremem conſcendit, paulumque a terra ſolvens, mox remeavit: poſt, conſcenſo excelſo tribunali (*ſeu ſuggeſtu*) ſignoque militibus velut ad pugnam dato, ac tubarum clangore concitatis animis, derepente conchylia eos legere juſſit. Sumptisque his ſpoliis, (nam exuviis ſcilicet ad triumphalem pompam erat opus) magnos tollebat ſpiritus, quaſi ipſo etiam Oceano ſubacto; militibusque largiebatur multa.

253. v. 1. *μηδεμιᾷ pro vulg. μιᾷ repoſ. e. P. & M. & D.* 660. *p.* *V.* 16. *περιφέρειν agnoſcit etiam D.* 660. *m, at P. προφέρειν*, præferre. *V.* 20. *incluſum τι, additum e P. & D.* 660. *m. Lat. t. v.* 28. *ita potius ſonant Gr.* ne quis ad eum pertingeret. *V.* 48. Ita & veſtitus ceu numeroſa compoſitione, & appoſititiis circumpoſititiisque ornamentis, exquiſite ſe variegabat; omniaque potius quam homo videri volebat.

254. v. 9. *αὐτῶν legitur etiam in P. & apud D.* 661. *p. ſed omnino cum Steph. legendum αὐτῷ*, ipſi. *Mox etiam rectius, καὶ θυσίας δὲ.* atque adeo etiam ſacrificia. *V.* 17. *melius δοκοῦντές τι εἶναι, expuncta particula τε, apud D.* 661. *V.* 31. *P. pro poſteriore ὑπὸ, habet ἀπὸ.* *V.* 39. *ante ποτὲ ex D.* 661. *f. inſerere potes καί.* *V.* 43. *idem D. ibid. ἀλλήλους ὁρᾶν, accuſ. caſu. Lat. t. v.* 39. *ita potius ſonant Gr.* atque interim ſubinde & Deum appellare, & adorare; tandem etiam vovere, ſi ſervaretur incolumis, ſe illi ſacra facturum. *V.* 48. exilique ac ſubmiſſa voce, Vobis diis, inquit, ſolis licet vos mutuo videre.

255. v. 1. *pro ἐπαχθεὶς P. & D.* 661. *f. habent ἐξαχθείς. poſſemus etiam legere ἐπαρθεὶς, vel ἐξαρθείς.* *V.* 6. *participium προσεγκαλέσας, pro infin. προσεγκαλέσαι repoſitum ex eodem D.* 661. *f.* *V.* 28. *Homeri locus exſtat Il.* ψ. *Lat. t. v.* 17. *ita ſonant Gr.* ædeque Caſtoris ac Pollucis, quæ eſt in foro Romano, diſſecta, inter media ſimulacra eorum, ad. *Qua de re Sueton. quoque* 63, 19. *V.* 20. Jovem Latialem ſe nominabat. *V.* 24. ipſe ſibi ſacerdos erat, equumque ſacerdotii collegam ſibi deſignarat. *V.* 27. Tonitribus per machinam quandam tonitrua opponebat, & fulguribus fulgura.

256. v. 27. *P. c. τοῦτο ῥάσσοντος: forſan pro τούτου ἀράσσοντος*, hoc percutiente. *apud D.* 663. *m. legitur αὐτοῦ συμπεσόντος*, obviam facto, *ſ. Cajo. Lat. t. v.* 2. *ita potius ſonant Gr.* quoties ordo eum tangeret. *V.* 13. dilatusque, ut brevi poſt daturus pœnas, ſervatus eſt incolumis. *V.* 18. ſimul cibum capiebat, ad pedes ejus asſidens, & identidem eos inclinato capite deoſculabatur.

257. v. 43. *Schottus legendum putat κομίζονται*, portantur. *ſed νομίζουσι ferri poſſe, alia in Indice loca declarant.* *V.* 45. *incluſum οἰκείων nec P. agnoſcit, nec D.* 665. *m. Suidas vero, in citatione hujus loci, etiam præcedens τῶν ὁμοίων omittit*, 859, 8. *Lat. t. v.* 36. *ita potius ſonant Gr.* nullo unquam in imperio ſuam reip. probaſſet operam. *V.* 43. ſed & ſella operta primus Romanorum eſt uſus: atque exinde nunc quoque non Imperatores modo, ſed etiam nos conſulares ſella vehimur; ante vero & Auguſtus & Tiberius lecticulis, (*ſeu* grabaris) qualibus [illegible] næ etiamnum uti ſolent, interdum vehebantur [illegible] *viſe Lipſ. Elect. lib.* 1. *c.* 19.

258. v. 34. *pro τοῖς in utroqu*[illegible] *apud D.* [illegible] *legitur τῆς, & παρόντι p*[illegible] *ticulo ad ſubſtantivum ἀφ*[illegible] *Lat. t. v.* 47. [illegible] *ſignificat*

ſignificat potius æſtivo tempore, *quam* opportunis temporibus, *ut patet ex ſeq.*

259. v. 3. αὐτὸν *legitur etiam apud D.* 672. *p. ac referri ad* τὸν λιμένα *poteſt, ſi quis tamen* αὐτὸ *malit, relatione ad* ἀνάλωμα *facta, non refragabor. V.* 6. *rectius apud D.* 672. *p.* τῆς Ῥώμης ἄξιον. *V.* 17. *q. c.* καταχαλυπτομένους: *nihil ad rem.* κατακοπτομένους, concidentes ſe, *agnoſcit etiam D.* 673. *ſ. & confirmat Sueton.* 81, 23. *V.* 37. συνέπλασσε *habet etiam D.* 674. *at P. c.* συνέπλασε, *temp. aoriſto. Lat. t. v.* 28. *ita fere ſonant Gr.* nam & alios ejus generis, magna cum voluptate ſpectabat, & eos in primis, qui horis inter ſpectacula interjectis, circa prandii tempus, ſeſe concidebant; *qua de re viſe Sueton. loco paulo ante indicato.*

260. v. 12. D. 676. πρότερος χαλεπήνῃ: *itemque Homer. Odyſſ.* Φ. *& alibi. Seq. v. P. & D. ibid.* παρεφθέγγετο, *præt. imperf. V.* 20. *incluſam* τε *nec P. agnoſcit, nec D.* 676. *m. Pro ſeq.* αὐτὸν, *apud D. eſt* αὐτοὶ. *convenientius* αὐτὸ, *vel* αὐτὴν, *ſ.* τὴν πολιτείαν, jus civitatis. *V.* 25. *pro* τινὶ *Stephanus mavult* τις. *apud D. ibid. exſtat utrumque, ſic;* κἂν ὑάλινά τις σκεύη συντετριμμένα δῷ τινι, etiam ſi aliquis alicui vitrea vaſa confracta dediſſet, *alicui nempe vel Cæſariano, vel alii cuicunque Romano; ut ſignificetur, cujuscunque, etiam viliſſimi hominis, interceſſione jus civitatis tunc impetrari potuiſſe.*

261. v. 21. πότε *P. c. ſcriptura eſt, ſed vulg.* ὁπότε, *etiam apud D.* 682. *melius congruit cum præced.* ὅτι *& ſeq.* ὁπόσον. *V.* 26. *ex eodem D. ibid. ſ. legendum,* ἔχουσαι, κινήσεις κινεῖται μ. *V.* 27. *incluſum* ἴσως, *abeſt a P. c. ſed agnoſcit illud etiam D. Seq. v. D. ibid.* ἐν πλάτει, *ſine articulo; ut in præced. membris* κατὰ μῆκος, *&* κατὰ βάθος. *V.* 34. οὐδὲ *legitur apud D. ibid. ſ. quoque, ſed fortaſſe in* τοῖς δὲ *mutandum; vel potius* τοῖς δὲ *ante* οὐδὲ *inſerendum. Lat. t. v.* 32. *ita ſonant Gr.* tunc ſplendorem ejus, quem in terram demittit, aliis magis, aliis minus obtegit; quibusdam ne minimum quidem occulit, nam ſol ſuum perpetuo proprium ſplendorem habet. *V.* 47. per media, *ſeu* per intermedia. *V.* 49. qualis eſt ipſa per ſe.

262. v. 4. τε *expungenda, vel ex D.* 684. *m. huic membro attexendum iſtud,* καὶ ἀπελογεῖτο, *niſi forte malis* θαῦμά τι: *ut ſit,* miraculi cujusdam loco habebat. *V.* 21. *incluſum* ὂν *addidit Xylander, ſed idem cum vulg. editionibus, cumque P. & D.* 684. *ſ. omitti poteſt, ſi* παρέμενον *accipiamus pro* emanebant. *Lat. t. v.* 46. *ita potius ſonant Gr.* apud eum reus factus eſt.

263. v. 36. Μέσου *habet cum vulg. ed. etiam Blancus interpr. itemque P. c. & D.* 685. *ſ. Xyland.* Μόσου *reponit: itidemque Paul. Leopard. Emend. lib.* 9. *c.* 18. *& Lipſ. Comment. ad Annal. Taciti lib. XI. ſic enim ibi Tacitus;* Inter Moſam Rhenumque, trium & XX. milium ſpacio, foſſam produxit. *Ubi etiam nota* XXIII. milia, *pro* CLXX. ſtadiis *Dionis: quanquam (ut ibidem ex Plutarcho, Suida, & aliis, idem Lipſ. docet) ſtadia CLXX. conficiunt miliaria XXIII. duobus ſtadiis & ſemi minus; ſeptem ſc. ſtadiis & dimidio pro uno miliari captis. V.* 43. *P. c.* δὲ. *ſed* δὴ *etiam Dio* 686. *p. Lat. t. v.* 28. *ita ſonant Gr.* hoc tantum exclamans, O beatos duces veteres! ut ſignificaret, illis quidem ſine periculo licuiſſe fortitudinis ſpecimina edere; ſe vero ob Imperatore per invidiam fuiſſe impeditum. *V.* 38. *pro XXI. Tacitum habere XXIII. adnotatum paulo ante. V.* 41. *rectius,* cellam habebat; *ex vet. Gloſſ. V.* 44. ſecundum leges ſcilicet, *id eſt, idque per legitimam copulationem, ſeu, eo ritu quo leges matrimonia volunt contrahi.*

264. v. 15. *interpres nomin. caſu legit* ἀδελφιδῆ: *contra exemplarium conſenſum illud quidem, ſed tamen congruentius. V.* 35. τὸ *pro dativo* τῷ *repoſitum ex P. c.*

265. v. 5. *incluſam* δὴ *ſunt qui expungendam putent, velut ſupervacuam: ſed agnoſcit eam D. quoque* 687. *p. pro* ſcilicet. *V.* 7. συῤῥαφέντες *apud eundem D. ibid. legitur: P. habet* συγγραφέντες, *minus apte. Narrat autem iſta & Sueton.* 78, 20. *V.* 28. *rectius apud D.* 687. *ſ.* πλησίον αὐτοῦ, prope ipſum, *ſ. Tiberim. Lat. t. v.* 8. *Gr.* *participium ſonat* perituri, *ſeu* mox interituri. *V.* 25. *l.* Julio Gallico oratori: *ex Zonara* 187.

266. v. 20. *fortaſſe rectius legemus* τότε, tunc; *contra exemplarium conſenſum. V.* 42. *pro* γὰρ *rectius* δὲ *P. & D.* 689. *p. Lat. t. v.* 31. *poſt* apertum eſt, *inſerendum hoc oſtentum ab interprete omiſſum;* & apum examen in caſtris ſeſe conglobavit.

Pag. 689. (edit. Leuncl.) *Hucusque Dionis editiones vulgatæ. ſequentium Imperatorum vitæ in eis deſiderantur. Lat. t. ibid. ſ. ita ſonant Gr.* Corporisque vigore etiam ſupra annorum numerum florebat. 690. *p.* quid enim aliquis & ceterorum caſus queritetur? *Mox,* radii enim, eum, dum partu ederetur, ſub auroram; ex nulla ſolis affulſione manifeſta, circumdederunt. *paulo aliter Suet.* 85, 13. *Ibid. m.* quia ſenium ſerpentes propterea exuere putantur.

690. *ſ. P.* ἐδυσχέρανεν, *temp. aor.* 691. *p.* ἐπὶ δεξιώσει, *pro vulg.* ἀποδεξιώσει, *repoſitum e Legationum volum.* 390. *& mox* ἐκφανῆναι, *pro vulg.* ἐκφῆναι. *quanquam &* ἐκφῆναι *ibi retineri poteſt, ſi accipiatur ſignif. neutrali, aut neutro paſſiva. Ibid. m. P.* προδιαφθερεῖσαι.

692. *p.* αὐτὸ, *pro vulg.* αὐτῷ, *repoſitum e P. Statim in commatio iſto,* πολλῷ δὲ δῆλον, *ſubaudiendum adverbium* μᾶλλον, *ellipſi ſat frequente. Sequenti verſu defectus ſignum eſt etiam in P. Lat. t.* 691. *ſ. ita ſonant Gr.* ambitioſius contendere, ne vel matre, tanquam præſtantiore, inferior haberetur; vel a Seneca & Burro, tanquam prudentioribus, ſuperaretur, *id eſt, ne vel a matre dignitatis gloria, vel Seneca & Burro prudentiæ laudibus ſuperari videretur.* 692. *m.* gravius & petulantius inſultarent. *Mox* quique ruſſo cultu erant: *ut in quadam inſcriptione Præneſt.* Agitatori Primo Fact. Russat.

692. *v. ult. P. & M. compoſ.* διαγομένου. 693. *m.* τά τε ἐνδεχ. γενέσθαι] *pro* γενέσθαι, *perperam in P. ſcriptum* γένεσιν, *cum ſpatio vacuo, defectus indicio, nihil tamen deeſſe videtur, nec* γίνεσθαι *pro* γενέσθαι *cur quis ſubſtituere malit, liquido apparet. Lat. t.* 693. *p. ita ſonant Gr.* non tamen etiam divulgabantur omnia; ſed ex conjecturis alii de aliis ſpargebantur rumores: nam pro ipſorum improbitate ac nequitia, & ea quæ contigiſſe poterant, contigiſſe ſpargebantur; & quæ dictu erant probabilia, tanquam vera credebantur.

693. *ſ. pro* ἐκ συντυχίας *in P. eſt* ἐν τῷ τ. . . *ut fortaſſe ſcriptum fuerit* ἐν τῷ ταράχῳ, in tumultu. *V. ult.* ἀναγνοὺς *poſitum pro* ἀνέγνω. 694. *p. P. diviſe habet* οὐκ οὖν: *in ceteris nihil diſcrepat. verior eſſe videtur hæc lectio;* οὐκ οὖν ἤδη, Νέρωνα τύπτων, αὑτὸν κατεχρήσατο; Nondum ergo, qui Neronem verberat, ſe interfecit? *Mox pro* κτήνῃ *ſi* κύτῃ *malis, non refragabor. Lat. t.* 693. *ſ. ita ſonant Gr.* Nec quicquam inde mali ad eum redundaſſet; (Nero enim, ut qui forte fortuna in tumultu ſe læſum putabat, nihil irarum gerebat) niſi ille per epiſtolam veniam ab eo petiviſſet. 694. *p.* accuſatus etiam Seneca, cum de aliis, tum quod cum Agrippina conſueviſſet. *Ibid. m.* & ſuper iis convivia agitabat: id enim cum dixero, cetera quoque quæ huic ſunt conſequentia, ſignificavero, libidines ſcilicet quas admiſit.

694. *v. ult.* ἐκεῖνο, *pro vulg.* ἐκείνα, *repoſ. e P. c.* 695. *p. interpres ſingulariter & fœm. gen. legit* αὐτῆς. *Ibid. m. rectius P.* ἐτεθεράπευτο, demulſa erat. *Lat. t.* 694. *ſ. Gr. ſonant,* Sic me Cæſarem videas, *ut ſc. apud Horat.* Sic te diva potens Cypri, Ventorumque regat pater. 695. *p.* meretricem quandam Agrippinæ ſimilem Nero hanc ipſam ob cauſam ſummopere dilexit: & dum vel ipſe cum ea luderet, vel aliis eam oſtenderet, dicebat ſe cum matre habere conſuetudinem.

695. *p. P.* ἐπεὶ δέον ταῦθ᾽. *ſenſus requirit,* ἐπεὶ δ᾽ ἐγένετο ταῦθ᾽, *aut aliquid hujusmodi. V. pen. pro ſingulari* τοῦθ᾽, *idem P. pluraliter habet* ταῦθ᾽, hæc. *Lat. t. ibid. m. ita ſonant Gr.* Mater, inquit, vale mihi, ac ſalva eſto, nam & in te vivo, & per te regno. 696. *m.* ut ſcilicet multa ejusmodi fieri optarent: datisque ad ſenatum litteris,

ris, enumeravit cum alia, quorum ſibi fuiſſet conſcia, tum etiam quod ipſi ſtruxiſſet inſidias.

696. m. rectius ἐπέξειλεν, ut paulo ante. Ibid. ſ. mallet fortaſſe aliquis, τοῖς ἄλλοις τοῖς ὑπερκολακεύουσιν αὐτόν. Ibid. vulg. l. ὁ ἐμὲ Νέρων ἀποκλεῖσαι μὲν δύναται: P. utrobique habet μέν. Vera lectio procul dubio hæc eſt; ἔλεγεν ὅτι, Ἐμὲ Νέρων ἀποκλεῖσαι μὲν δύναται, βλάψαι δὲ οὔ. cujus generis ſtructuræ cum alibi paſſim exſtant, tum in hoc ipſo Nerone 692. p. & ibid. ſ. & hac pag. ſupra. 697. p. P. συχνὸν γὰρ καὶ ὡς λελαλ. quæ ſcriptura ſi mendo caret, συχνὸν accipiendum erit pro adverbio συχνάκις. Lat. t. ibid. m. Bl. vertit; unde ille nullam ejuſmodi actionem admiſit.

697. m. νικητήρια agnoſcit etiam Blanci verſio, tropæa: ſed procul dubio verior lectio eſt οἰκητήρια, hoc ſenſu; in quibus etiam mox habitationes magnificas ædificavit. Mox, ἐπὶ δὲ [δὴ] μ.] incluſa δὴ abeſt a P. Dein, δεῖξαι legitur etiam in P. c. Aptius δ' ὄψει: ſed longius paulo a vulgatis veſtigiis remotum: & εἶξαι in ſignificatione τοῦ ἰδεῖν non eſt receptum. 698. p. Μουμμίου] vulg. l. Μεμμίου: itemque P. c. & hic, & infra 723. p. perperam; ut cum ex aliis hiſtoricis clarum eſt, tum ex Eutropio ſupra 89, 30. In ſequentibus, nominandi ratione inſolentiore obſcurata eſt nonnihil ſententia: itaque paucis ea explicetur. Siculi ergo M. Claudium Marcellum oſtendebant; Eutrop. 82, 30. Epirotæ, Appium Claudium Pulchrum, 96, 36. (vel potius L. Aemilium Paulum, 88, 15.) Aſiani, L. Scipionem Aſiaticum, 86, 20. 87, 3. Hiſpani, P. Cornelium Scipionem, cum Cnæo fratre, 81, 26. 82, 27. Carthaginienſes, P. Cornelium Scipionem Africanum, 89, 9. Lat. t. ibid. p. ita ſonant Gr. ac digitis eos alter alteri monſtrabant, & dicebant, Macedones quidem, Hic eſt n.

698. m. haud ſcio an rectius τοιαῦτα σωτήρια. Lat. t. ibid. p. ita ſonant Gr. per notas quaſdam (ſeu teſſeras) dabat. ſic enim apud Sueton. teſſeras nummarias & frumentarias legimus: Lampridius Sortes vocat 203, 31, 36. Ibid. m. qui propter ſenectutem aut morbum ſeparatim (i. e. ſoli ac per ſe) nihil facere poterant, in choro canebant. Ibid. ſ. Et quoniam dignum actui colophonem imponi oportebat, ipſe quoque Nero in theatrum prodiit, Gallionis præconis voce nominatim citatus: Cæſarque primum in ſcena conſtitit, citharœdico indutus cultu: mox, Domini mei, inquit, faventibus animis me audite: citharaque Attin quendam aut Bacchas cecinit Auguſtus.

699. m. εἷς ὡς Πύθιος, agnoſcit cum m. ſ. c. etiam Blancus interpres. Infra 724. p. ὡς præponitur nomini εἷς, quam lectionem ſi hoc etiam loco ſequi velis, ſenſus eſt, Quam unus es Pythius, ſeu Pythionices: 700. ſ. Bl. interpres legit οἰκίαι τινὲς, ædes quædam: & mox ὕφυδροι. Simile quid in Albano etiam lacu viſi narrat Dionyſ. Halic. 57, 29. Lat. t. 699. p. ἀνασεῖσαι interpres plauſus ſignif. accipit, tu viſe an hic potius verborum ſit ſenſus; ac cum loqui aliquid vellet, & ipſi manus veſteſque attollebant, & alios ad idem faciendum pertrahebant. ut ſcilicet intelligatur non applauſus poſt habitam orationem, ſed ſilentii attentioniſque præparatio ante orationem; qualis infra 790. m. nam futuro temp. auctor ait φθέγξοιτο, non præterito φθέγξαιτο. Ib. ita ſonant Gr. Nam & peculiare quoddam ſibi agmen comparaverat, ad quinque milia militum, qui Auguſtales nominabantur. Ii laudes incipiebant: cogebanturque illis acclamare ceteri quoque omnes vel inviti, Thraſea excepto: is enim nunquam ei eſt obſecutus: ceteri vero, in primis autem nobilitas, magno ſtudio non tamen ſine gemitu, confluebant, & omnia quæ Auguſtales præirent, etiam cum lætitiæ quadam ſignificatione conclamabant. Ibid. ſ. omnibus ut indignis victoria evocatis, ſeu provocatis. 700. p. cum tamen nemo hominum nec loqueretur nec gemeret. Et mox, in Tameſa fluvio ſub aquis viſebantur.

701. p. Σεβ. [χιλίας] σφ.] incluſum χιλίας, abeſt a P. c. Ibid. m. rectius forſan ἐπάτησε: & infra πεπρᾶσθαι. Lat. t. ibid. p. ita ſonant Gr. quæ Claudius primariis eorum donaverat; & oportebat etiam ipſa, ut quidem Decianus Catus inſulæ procurator dicebat, nunc mitti denuo. Ibid. ſ. nonne præter paſcendi arandique labores, & cetera quæ ipſorum cauſa exantlamus omnia, etiam corporum ipſorum annua tributa pendimus? (id eſt, etiam tirones noſtro corpore annui tributi loco d[illegible]imur) Ac quanto erat melius, ſemel aliquibus e[illegible]nditos (ac mancipatos) quam ſub inani libertatis [illegible] quotannis ſe redimere? Et mox, cum ne mori qu[illegible] apud illos abſque multa liceat.

702. m. aptius ἡμᾶς, nos. Statim, ἕως, pro vulg. ὡς, repoſitum e P. c. Infra, πλ. ἡμῶν εἴσω] interpr. l. ὑμῶν. ſecunda perſ. Lat. t. 702. m. ita ſonant Gr. peculiaremque terrarum orbem habitantes.

703. p. rectius καταφεύγουσι, indicativo modo. Ibid. m. ἔχω, [ὦ Ἀνδράστη] καὶ. incluſa abſunt a P. c. eorumque loco relictum ſpatium vacuum. Mox, ἔργον, ſi mendo caret, ellipſin habet præpoſitionis κατὰ: uſitatius enim dicitur, ἔργῳ δὲ γυνή ἐστι. Dein, pro τὴν αὐτὴν perperam in vulg. ed. ſcriptum τῶν ἐς τήν. Noſtræ lectionis veſtigia erant in P. & M. Ibid. pro αὐτῶν Pal. c. habet αὐτῷ: verior lectio eſt, αἰτῶ, peto.

704. ſ. Lat. t. Græcum καθ' ἕνα rectius verteris uno agmine, ſeu conjunctis copiis. Seq. v. interpres participium τολμήσας, præcedenti membro tribuendum, attribuit ſequenti, ita enim ſonant Gr. neque rurſum uno agmine, ne circumdatus concideretur, confligere auſus; trifariam diſtribuit copias; ut pluribus e locis ſimul pugnarent.

705. p. P. οἱ πατέρες ὑμῶν, patres noſtri, itidemque v. 16. ἡμᾶς, nos. Dein, ἀνδ. ἀγ. γένοισθε] P. γένησθε, ſubjunctivo modo: & ſtatim ἡμῖν, nobis. Ibid. rectius μιᾶς ταύτης μάχ. Mox, αὐτοὶ, pro vulg. αὐτὰ, repoſitum e P. Seq. v. non male cum interprete legemus πάντων αὐτῶν. At pro ſeq. commatio ἐλεύθεροι εἶναι, ſenſus requirit γενναίως ἀγωνισάμενοι, vel tale quidpiam, ac fortaſſis ὀλέθριοι εἶναι exegema fuit ſequentis clauſulæ, τἀναντία αὐτῶν παθεῖν, & e margine in vacantem locum per librarii inſcitiam intruſum eſt. Quin & Latina ita potius ſonare debent; Itaque cum in manibus veſtris ſit, vel omnibus hominibus ſecure imperare, quos partim majores veſtri vobis reliquerunt, partim ipſi vos adquiſiviſtis; vel omnibus illis privari; eligite potius ſtrenue dimicando imperium, opes, felicitatemque vobis parare, quam per ignaviam contraria illis ſubire. Infra P. ἡμᾶς, nos: itemque mox ἡμῶν: rectius opinor, ſequitur enim primæ perſonæ verbum κεχειρώμεθα. Ibid. ἡττήσαντες legitur etiam in P. c. ſed procul dubio corruptum. ἀντήσαντες non multum a veſtigiis diſcedit: at verius fortaſſe ἥσσους γε ὄντες, aut ſimile quid. Adhæc, ut primum periodi membrum, ita & ſequentia ſuas quæque habent parentheſes, atque ita diſtinguenda eſſe videntur: νικήσειν ἡμᾶς ἐλπίζω, καὶ τῇ παρὰ τῶν θεῶν συμμαχίᾳ, (τοῖς γὰρ ἀδικουμένοις ὡς τὸ πολὺ συναίρονται) καὶ τῇ πατρῴᾳ ἡμῶν ἀνδρίᾳ, (Ῥωμαίους τε ὄντας, καὶ ταῖς ἀρεταῖς ἁπάντων ἀνθρώπων κεκρατηκότας) καὶ ταῖς ἐμπειρίαις, (καὶ γὰρ αὐτοὺς τούτους τοὺς νῦν ἀντικαθεστῶτας, ἡττήσαντες κεχειρώμεθα) τῷ τε ἀξιώματι. ut Latina quoque verſio talis eſſe debeat: victuros nos ſpero; fretus & deorum ope atque auxilio, (quippe qui injuriam patientibus plerumque opitulentur) & patria fortitudine noſtra, (Romani enim ſumus; virtutibuſque noſtris omnes homines imperio noſtro ſubjecimus) tum crebra experientia, (nam hos ipſos qui nobis nunc obſiſtunt, etiam ante, licet numero inferiores, ſubjugavimus) & poſtremo dignitate. Ibid. ſ. αὐτονόμους] P. & M. αὐτομέλους: perperam. 706. p. P. ἦρε τὸ σημ. activa ſcilicet forma. Mox, P. βά . . . τῶν πολ. [illegible] licto ſcilicet ſpatio vacuo pro ſyllaba δην. vulgati li[illegible] iſto adverbio habent καὶ δήμῳ, nullo ſenſu. Se[illegible] ἐπάραντες, P. habet ἐξάραντες: ſed verius fortaſſ[illegible] λαλάξαντες, ut ſupra 24. p. La[illegible] ibid. ita potius [illegible] Gr. atque exinde ſunt c[illegible]bari quidem, [illegible] clamore minacibuſque ca[illegible]s; Romani autem, ſilentio

ſilentio & decenti ordine, quouſque ad teli jactum perveniſſent: ibi enim hoſte pedetentim in eos procedente, unanimi barritu per ſignum ſublato, tota virium contentione in barbaros incurrerunt. *Infra*, Bunduica morbo exſtincta, illam quidem vehementer luxerunt, magnificeque ſepelierunt: ipſi autem, ut vere tunc ſuperati, ſeſe huc illuc diſperſerunt.

706. *ſ.* τῇ παῤῥησίᾳ, *pro vulg.* αὐτῇ, *repoſ. ex P. c. margine: eandemque lectionem e Merulæ codice notavit etiam Schottus.* 707. *p. neſcio an rectius* σὺν ἑταίρων ἑνὶ, cum uno e ſodalibus. *Ibid. convenientius* οἱ ἄλλοι πάντες, ceteri omnes. *Infra*, [καὶ] τέλος, *incluſa* καὶ, *addita e P. c.* *V.* 45. *rectius opinor,* παρασκευὴ πάνυ πολλή. *Lat. t. ibid. m. Græcum vocabulum* ἔτνος, pultem *ſeu* pulmenta *potius ſignificat, quam* legumina. *Ibid. ſunt qui malint,* publice ſumptuoſa cœna epulatus eſt, *quia ſcilicet Tigellinus, non ipſe Nero,* ἑστιάτωρ *eo epulo fuiſſe dicitur: & P. c. ibi neutraliter habet* ἐδείπνησε, *non active* ἐδείπνισε.

707. *ſ. rectius* περιχαλλέστατι καὶ ἐκφανέστατι, *fœm. fine, ut mox* αἱ εὐγενέστατι, *contra exemplarium conſenſum. Lat. t.* 708. *p. ita ſonant Gr.* Itaque, velut promiſcua vulgi multitudo, ſimul & potabant citra ſaturitatem, & petulanter laſciviebant.

708. *ſ. Lat. t. ita ſonant Gr.* interea multi, pars ſua exportantes, pars etiam aliena rapientes, palabundi inter ſe confundebantur, & in ſupellectilibus fallebantur. *id eſt, palantes inter ſe concurrebant, & ſupellectilibus ea concurſatione confuſis, in ſuis dignoſcendis partim errabant, partim diſceptabant.*

710. *p. perperam vulg. l.* ἐσκεδαννυσμένα, *itemque P. c.*

712. *ſ. rectius cum interprete legemus* πάντων θαυμαζόντων. *Lat. t.* 710. *p. ita potius ſonant Gr.* is enim, ut quivis alius e primariis Romanis, non tantum genere clarus & corpore robuſtus, ſed animo etiam vegetus erat: magnaque erat & fortitud. 712. *ſ.* ita enim eum pro illo Imperatorem habere cupiebant, ut etiam malum eſſe iſta duntaxat in parte vellent: *id eſt, probitatis leges tantum in Nerone tollendo tranſilire; cetera, probitatis ſtudium perſequi.*

713. *p. pro* ἠλιάθη, *ſententia requirit potius* ἐπήρθη, *vel aliud ejuſmodi verbum. Ibid. m. mallet fortaſſe aliquis* αὐθάδειαν, inſolentiam: *ſed* ἀλήθειαν *tamen explodere nolim. ſenſus enim eſt; nihil a quoquam confingi potuiſſe criminis, quod non in Neronis factis eſſet verum, ſeu, quod non re vera in Neronis factis deprehenderetur. Infra paulo convenientius fœm. genere legemus* τὰς ἐκείνης, *ſ.* τῆς γυναικὸς, *uxoris ſuæ. Poſtea, in P. c. legitur tantum* προ: *pro altera compoſitionis parte,* Φερόμενος, *relictum ſpatium vacuum. Lat. ibid. p. ita ſonant Gr.* Sulpicius Aper centurio, & Subius Flavius tribunus, e ſtipatorum *(ſeu prætorianorum)* numero, etiam coram ipſo Nerone ſunt confeſſi. *Ibid. ſ.* quam & librum, quem conſcribebat, correxiſſet, & cetera apud aliquos depoſuiſſet: metuens ſcilicet, ne, ſi Neronis in manus veniſſent, interirent.

714. *m. pro incluſo* αὐτὸν *in P. c. relictum ſpacium vacuum, nec ſane huc congruit pronomen, ſed potius verbum,* δρᾶν, *aut aliud conſimile. Lat. t. ibid. ita potius ſonant Gr.* neque ullum ludicri ſpecimen exhibuerat, *ſic enim* ἐπιδείξασθαι *accipiendum eſſe hoc loco, patet ex ſuperioribus,* 698. *m.* *Dein,* tabernas elocaret, *ſeu mercede locaret. Et mox,* imaginem Caſſii. *Ibid. ſ.* inauratis reſticulis *(aut ſoleis)* calciatas.

715. *P.* ὠνόμασεν, *temp. aor. Statim,* γεγαμημένος *legendum, nomin. caſu; i. e.* nuptus: *ut e ſeq. clarum eſt,* 721. *p. &* 724. *ſ. ſenſus enim eſt, Neronem in Sabinæ defunctæ locum duxiſſe Sporum, puerum exſectum; licet Pythagoræ cuidam liberto (vel, ut Lipſius mavult, libertino) nuptus eſſet: atque ita eum Sporo fuiſſe maritum, Pythagoræ uxorem. Ibid. m.* καὶ περί γε] καὶ περὶ *legendum eſſe, pro vulg.* καίπερ, *monuit etiam Stephanus, & confirmat infra loquendi genus ſimile* 729. *m.* ὡς καὶ σκεψόμενος περὶ τούτου. *poſt illa vulg. l.* τετρακοσίων βιβλίων: *cum quibus etſi ſubaudiri poteſt accuſativus* ἱστορίαν, *ego tamen Pal. c. lectionem ut ſimpliciorem ſequi malui.* 716. *p. mutilus eſt locus: ac talis quæpiam requiri videtur lectio;* καὶ νικητήρια αὐτῷ *(vel adverb.* αὐτοῦ, ibi*)* μὲν ἐκρότουν, τοῦ τῆς κιθαρῳδίας διδασκάλου αὐτὸν στεφανοῦντος. μετὰ δὲ τὸν ἀγῶνα τοῦτον, τοῦ Πατροβίου θέας ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ ποιήσαντος, ἡνιόχησε. *id eſt,* & ceu victor plauſu excipiebatur, citharœdorum magiſtro coronam ei imponente: poſt, cum in circo Tigellinus adornaſſet ſpectacula, currus etiam agitavit. *Diviſe autem initio periodi legendum eſſe* ὅ τε, *declarat in ſequentibus redditivum* καὶ ὁ. *Viſe infra* 718. *m. Lat. t.* 715. *m. ita ſonat germana Gr. lectio & verſio;* ac de librorum conſcribendorum numero, antequam quidquam eorum compoſuiſſet, deliberabat, aſſumptis cum aliis, tum Annæo Cornuto.

717. *p.* pro integ.] *Lat. t. rectius,* pro velo. *Mox,* vehiculis a Nerone miſſis. *Ibid.* alternatisque manibus; *ſeu manu manui ſuperpoſita: quod vulgo* crucitatis brachiis *dicitur, i. e. crucis in modum junctis. Ibid.* Munerarius fuit Patrobius. *Dein,* &, cum Patrobio aliquis ob hæc eſſet habendus honor, Teridates deſuper e ſua ſede ſagittis feras jaculatus eſt.

718. *ſ. aor.* φθέγξαιτο *&* τεύξαιτο, *pro fut.* φθέγξοιτο, τεύξοιτο. 718. βασιλείας] *P. c.* βασιλέας, reges. *Ibid. m.* ἀπερύκει, *pro vulg.* ἀπερύκες, *repoſitum e Xyl. c. infra aptius, opinor,* πρὸς τοῦτο, eam ad rem. *Lat. t.* 718. *p. ita ſonant Gr.* & ero quod tui fuſi fila mihi attribuerint: tu enim mihi & Parca es & Fortuna. *Infra,* bonum, Domine, mancipium habes Corbulonem; *ſeu, bonum tibi, Domine, Corbulo eſt mancipium.*

719. *p. particula* ὅτι *vel expungenda eſt, vel in aliam convenientiorem mutanda,* ὅλως *ſcilicet,* ἅπαξ, *aut ſimilem. Ibid. m. incluſum* ὡς *abeſt a P. c. Lat. t. ibid. p. ita potius ſonant Gr.* ac tandem, cum ei Nero moleſtiam inſtando faceſſeret, reſcripſ. *Et mox,* Si ergo in Aſiam veneris, tunc de congreſſu inter nos conveniet.

720. ὅτι τίκτει] *P.* τίκτοι, *optativo modo; alioqui* ποιεῖ *&* τίκτει *abſolute quoque poſſunt accipi, ut in formali verborum alienorum allegatione. Mox,* ἵν' ἔτι *&c.* ἔτι *pro vulg.* ὅτι *repoſ. ex Steph. adnot. Lat. t.* 719. *ſ. ita potius ſonant Gr.* ut in citharœdorum certamine vinceret, in Cæſarum certamine vinceretur. Ac quid ſola iſta in eo queritetur aliquis, cum etiam embatis conſcenſis de Imperatoria majeſtate deciderit; perſonaque induta, principatus dignitatem abjecerit; vinciri ſe ut fugitivum paſſus ſit; ducendum ſe ut cæcum præbuerit, prægnans fuerit, pepererit, inſanierit? 720. *p. cum adjectivis iſtis* Pythicum, Olympicum, Periodicum, *ſubaudiendum eſt e ſequentibus ſubſtantivum* victorem. *Ibid. m.* Ac ſi ſola ea ita fuiſſent, pudori tantum ludibrioque citra periculum res fuiſſet: nunc aut.

721. ἐν δὲ τοῖς ὀλ.] *P.* ὀλυμπιονίοις, *alluſione ad* ὀλυμπιονίκας *facta, perperam. Lat. t.* 720. *ſ. ita ſonant Gr.* etſi erat mulier, eaque nobilis. 721. *p.* præter cetera, etiam Domina, & Imperatrix, & Hera nominabatur. *Ib.* Et tales igitur turpitudines admittebat Nero, & ſenatores quoque in florea tunicula, ſindoneque collo circumpoſita, ſalutavit. *infra,* Cirrhæum agrum abſtulit.

721. *ſ.* καὶ [τὰ] ἐπιβ.] *incluſus articulus* τὰ, *additus e P. c.* 722. *p. vulg. l.* ἀνέκλυσεν: *noſtrum* ἀνέβλυσεν, *ex P. repoſitum, longe convenientius. Lat. t.* 721. *ſ. ita ſonant Gr.* e quo ſacer ſpiritus aſcendebat. *Ibid.* ſenatorius es, *i. e. ſenatus ſtudioſior. Ibid.* ſtudioſeque auſcultabant, & clara voce exclamabant, laudabantur & honorabantur. 722. *m.* quippe qui pariter & magnas res inceptaret, & grandes largitiones faceret.

722. *m.* τῇ τε ουσίᾳ συμπ.] *ſuſpectum eſt* ουσίᾳ: *convenientius* συνουσίᾳ, ὁμονοίᾳ, *vel ſimile quid. Statim,* ἐγκλήματος λαβόντες *partitive dictum videri poteſt: ſequens tamen relativum* οἷα, *videtur potius poſtulare* ἐγκλήματα. *Ibid. ſ. ſunt qui malint,* τότε γὰρ δὴ, τότε πρῶτον ἐπί-

ϛευσεν. 723. *Ibid. p.* Καικίναν *reponendum eſſe, pro vulg.* καὶ Κίνναν, *docuit Lipſ. Comment. in XIII. Annal. Taciti. Poſt illa, pro Sulpiciorum cognomine* Πυθικοὶ *ut quidem hoc loco eſt ſcriptum, in Latinis faſtis eſt* Peticus, *per e ſimplex ſine aſpiratione: eademque ſcriptura exſtat etiam in Græcis Faſtis; niſi quod, extrema ſyllaba variata, ibi primum* Πετίτου, *mox* Πετίνου *legitur. Lipſius Comment. ad lib. XIII. Annal. Taciti, mediam inter hæc ſcripturam mavult* Ποιτικοὶ: *quia ſcilicet diphthongus* οι *ad vocalem* υ *propius accedit. Ibid. m.* ἐξεφόβησε, *pro ſimplici* ἐφόβησε, *repoſitum e P. c. ut ſupra quoque 66. v. ult. pro vulg.* φοβοῦντες, *idem P. habet* ἐκφοβοῦντες: *idemque compoſitum repetitur etiam 673. ſ. Inferius, rectius fortaſſis,* οὓς ἀνῄρει, quas retulerat. *ſ. Nero.*

724. *p. ſi poſt poſterius* ὄντα, *& ſeq. v. poſt* Ἀπόλλωνι, *punctum ſuſpenſum colloces, major apparebit membrorum ſimilitudo; poſt* περιοδονίκης *autem ſubauditur verbum* εἶ, es. *Mox, Blancus interpres ſingulariter legit* ἅρματι νικήσας. *Deinde paulo inferius* Τιγελ. αὐτὸ] αὐτὸ *pro vulg.* αὐτῷ *repoſ. e P. & X. Lat. t. ibid. ita ſonant Gr.* In theatrum tamen nihilominus ingreſſus, & cithara cecinit, & tragœdias egit, equis utique non modo non certabat aliquoties, ſed nonnumquam etiam volens ſe vinci patiebatur.

Ibid. [ἥν τις] Γαλ. ἀν. *pro incluſis* ἥν τις, *relictum in P. ſpatium vacuum. 725. p.* ἐπιθυμίας *agnoſcit etiam interpretis verſio: ſed convenientius eſſe videtur* ἐπωνυμίας, appellationes. *Lat. t. ibid. p.* vidi eum vinciri, vidi trahi: vidi denique uterum ferre, ac parere. *Ibid.* horum enim perſonas agit; & horum pro illis (*patriis ſcilicet atque avitis*) appellationes ſibi imponit.

725. *m. P.* τῷ Βινδικι, *omiſſo participio* ἀποκτείναντι: *ut ſupra 334. v. 8. Zonaras 189. vulgatam ſcripturam confirmat, cum ait,* ἐπικηρύξαντος τῷ τὴν κεφαλὴν αὐτῷ κομίσοντι τοῦ Οὐίνδικος. *Ibid. infra* καὶ [μηδενὸς] σφίσι. *pro incluſo* μηδενὸς *relictum in P. ſpacium vacuum. 726. p. incluſum* ἄλλοι, *additum e P. c. ſed ita potius inſtituenda videtur lectio;* ὑπὲρ ἧς οἱ ἄλλοι πάντα ἔπραττον: *ut legit etiam interpres. Lat. t. ibid. ita ſonant Gr.* nam & efficax gnavusque erat, & copias magnas pariter promptasque habebat, ac milites, detractis confractisque Neronis imaginibus, ipſum Cæſarem Auguſtumque nominarant: cumque refragaretur, militum quidam uni e ſignis iſta celeriter inſcripſerat: ſed ipſe, & delevit illa, & vix tandem ſedatis perſuaſit, ut penes ſenatum populumque rem eſſe paterentur.

726. *m. ſtructura non conſtat, niſi pro infin.* μεταπέμψασθαι *reponatur participium* μεταπεμψάμενος. *Ibid. ſtatim,* τέρας *non abſurde ſuſpicetur aliquis e marginali adnotatione in textum irrepſiſſe. ſi tamen juſtum habet locum, ſignificabit* ὁ τερατώδης Νέρων: *& Latina ita reddenda erunt;* Talia tunc quoque ludebat portentum, *ſeu monſtrum illud hominis;* nec curabat quod ambæ fores, & Auguſtei monumenti, & ſui cubiculi, eadem nocte ſua ſponte patuiſſent. *Ibid.* τῇ [αὐτῇ] ν.] *incluſum* αὐτῇ, *abeſt a P. c. Ibid. pro* Λυκίας *ſunt qui malint* Κιλικίας. *Ibid.* τοὺς [τε] τότε] *incluſa* τε *addita e P. c. ſed proxime ſequens adverbium* τότε, *nec interpres agnoſcit, nec Zonar. 189. Infra,* δέ τις] *pro* τις *rectius cum interprete & Xyl. legemus* τισὶ, quibuſdam. *727. p. rectius fortaſſe* τὸν παριόντα. *Latina quoque ibidem ita potius ſonant;* omneſque qui præterirent, quaſi adverſum ſe venirent, ſuſpectabat: & ad quamcunque vocem, quaſi ab ea requireretur, trepidabat: ac, ſi vel catulus latraſſet, vel avicula cantaſſet, virgultumve aut ramulus ab aura quaſſatus ſtrepuiſſet, vehementer conſternabatur.

Ibid. m. apud Sueton. 96, 5. plenius eſt, Θανεῖν μ' ἄνωγε σύγγαμος, μήτηρ, πατήρ: *matriſque umbram ei præ ceteris obverſatam fuiſſe veriſimile eſt. Mox,* τὸ ἄφθονον, *ſi Dionis eſt ſcriptura, alludit ad metaphoricam bonorum decoctionem ſeu profuſionem; alioqui legendum fuerit potius* ἄφετλον. *ſic enim Suet. 96, 40.* Hæc eſt Neronis decocta.

Paulo poſt προσιόντων αὐτῶν αἰσθόμενος, *in margine P. ſcriptum eſt; in contextu autem,* προσιόντας αὐτοὺς αἰσθόμενος: *ut ſupra 725. ſ.* προσιόντας αἰσθόμενοι, *& apud Zonar. 190. Ibid. P. c.* ἑαυτὸν ἀποκτεῖναι: *Zonar.* καὶ ἑαυτὸν καὶ σφᾶς ἀποκτεῖναι. *Mox, jambus erit, ſi legamus:* Ὦ Ζεῦ θεοί θ', οἷος τεχνίτης ὄλλυμαι! *Apud Suet. 96, 50. abſque metro eſt,* Qualis artifex pereo. *Ibid. ſ. pro* καίπερ, *ſenſus requirit* ὥπερ, καθάπερ, *vel ſimile quid. De Juliorum autem in Nerone defectu, hæc adnot. Camerarius: Antonii & Octaviæ majoris filia fuit Antonia major & minor: major nubſit Domitio Aenobarbo, & peperit filium Domitium; qui ex Agrippina Germanici filia ſuſcepit Neronem. Minor Antonia, nubſit Druſo, Tiberii Neronis & Liviæ filio, ac peperit Germanicum & Claudium. Germanici filia fuit Agrippina, Domitii uxor, Neronis mater; & filius Cajus: habuit igitur Nero avunculum Cajum: & ita Julia gens, quos Æneadas vocarunt, in Nerone defecit. Hæc ille, & plenius Xylander in ſtemmate Juliorum Cæſarum.*

729. μηδ' ἄλλος *P. c. margo,* μὴ δι' ἄλλους: *perperam. Mox,* ὑπ' αὐτοῦ *ſi mendo caret, ſignificabit* eo nomine, ea de cauſa. *ſed poſſis etiam legere* ἐπ' αὐτοῦ, eo tenente imperium. *Lat. t. 728. ſ. ita ſonant Gr.* Ipſe porro, cetera quidem, moderate gerebat imperium, neque onerofus erat; ratus ſcilicet non captum a ſe, ſed datum ſibi eſſe imperium: quod etiam identidem dictitabat. verum erat in coac. pec. 729. *p.* tam dementi eo principe fuerunt inſolentia; *vel,* ob ejus indulgentiam eo inſaniæ ac dementiæ proceſſerunt.

729. *ſ.* ἐνγ. [αὐτοῦ] ἀπὸ] *incluſum* αὐτοῦ, *abeſt a P. c.*

730. *p. P. c. diſtinguit poſt* οὗτος, *ſed convenientius forſan* οὗτος, hic. *Mox, ſenſus poſtulat,* ἀγανακτήσας ὅτι μὴ αὐτ. *atque adeo ita eſt apud Zonar. 190. Sic ſtatim,* καὶ οὗτος ὑπ' α. *pro* καὶ *ſenſus requirit compoſitum* καίτοι, *ſeu* καίπερ. *Lat. t. 729. ſ. poſſis etiam vertere,* ſub Rufo, ſub Rufi ducatu, *& mox,* ſub alio, ſub alius principatu. *Ibid. antea,* ſub Nerone emerſerant, *ſeu eminuerant. Blancus verterat,* ex obſcuris clari evaſerant.

731. οὕτω δή [τι] ἐν τ.] *incluſum* τι *additum e P. c. Paulo ante dictum Othonis a Sueton. 105, 11. ita refertur,* τί γάρ μοι καὶ μακροῖς αὐλοῖς; *elliptica orationis forma. vel enim ſubaudiri poteſt* αὐλεῖν ἔδει, *ut hoc loco: vel,* κοινόν ἐστι, *ut in evang. Joann.* τί ἐμοὶ καὶ σοὶ γύναι; quid mihi & tibi communionis eſt? *De proverbio autem illo viſe Turneb. Adverſ. lib. 5. c. 1.*

Mox, ἀπ. [ἐπὶ] τὴν ἀρ.] *pro incluſa* ἐπὶ, *relictum in P. ſpatium vacuum. Ibid. ſ.* ἐσεβιάσαντο, *pro ſimplici* ἐβιάσαντο, *repoſitum e P. c. Seq. v. pro incluſis* [ἔθανι σὺν] *vacuum eſt ſpatium in eodem c. P. 732. p.* ὅπου τε φ.] *rectius forſan* ὅπου γε, *Lat. t. 732. ſ.* ipſius amore, *ſeu,* pro ſua erga ipſum benevolentia.

732. *m. rectius* ἱππεύς τις: *Zonaras 191. nec* τε *habet, nec* τις. *Ibid.* ἵνα μή [με] τις] *incluſum* με, *add. e P.*

734. *m. Lat. t. ita ſonant Gr.* de nocte ſcripto propoſito denuntiant, ut e vita excedat intra eum diem quo mortuus eſt.

735. *p. Lat. t. ita ſonant Gr.* ut Vitelliana etiam nunc ex eo & liba & alia quædam edulia nominentur. *Ibid. m.* pauco & exili (*ſeu vili*) inſtrumento. *Inferius,* alii pocœnia, *id eſt, poſtcœnia: quæ Germani noſtri vocant* hypnopoſia; *pocula ſcilicet ante ſomnum, ne anima hæreat in ſicco. Et ſtatim,* paucorum dierum intervallo.

736. ἀπ' αὐτῶν *retineri poteſt: ſed poteſt tamen & ſingulariter legi* ἀπ' αὐτοῦ, *ſ.* τοῦ τοῖς θεάτροις ἐπιφοιτῆσαι. *Lat. t. v. 10. rectius,* adorari ab omnibus.

736. *p. fortaſſe leg.* καί οἱ ὁ Μουκ. ἰσχυρῶς προσέκειτο, eique valde inſtabat, *ſeu* eumque valde inſtigabat. *Seq. v.* ἐκεῖνον, *pro vulg.* ἐκεῖ, *repoſ. e St. & Xyl.*

737. *m.* τάς [τε] τοῦ Βιτ.] *incluſa* τε, *addita e P. c. Ibid* προσθ. σφᾶς] *pro* σφᾶς *P. c. habet adverb.* σαφῶς, manifeſte.

738. m. P. c. ἀπολομένων, præterito aoriſto: itemque Legationum volumen pag. 395. Lat. t. 739. m. ita ſonant Gr. vel etiam haſtis incumbentes, (circumfuſis ſcilicet brachiis, ut infra in Herodiani Commodo, 489, 15.) aut ſedentes. Ibid. provocare ſe mutuo.

740. p. pro ὄντες ſtructura & ſenſus poſtulant ὄντος: & mox ἀσπασομένων, pro ἀσπασάμενοι. Ibid. m. τούτους ἀπώλεσαν] congruentius ἀπώλλυσαν P. c. ὥστε [καὶ] π.] incluſa καὶ abeſt a P. c. Lat. t. ibid. p. ita ſonant Gr. Orto ſole, cum milites tertiæ legionis, quæ Gallica nominatur, (ea in Syria hibernat, tunc autem forte fortuna in Veſpaſiani partibus erat) ipſum derepente ſalutaſſent, ut conſueverant; ſuſpicati Vitelliani, adeſſe Mucianum, mutati ſunt animis: clamoreque victi, fugæ ſe mandarunt: (ut ſæpe vel leviſſima, præoccupatos laſſitudine animos graviſſime conſternant) regreſſique intra mœnia, protenſis manibus ſupplices orabant.

740. f. commation iſtud εἰς Ταρρακίναν, abeſt a P. c. ſed repetitur infra 743. p. 741. p. ἐδημηγόρει pro vulg. ἐδημιούργει repoſ. e P. c. Mox convenientius προέβαλλεν αὐτοῖς: vel προέβαλλεν αὐτό: vel etiam adverb. αὐτοῦ, ibi. Et mox, τούς τε δορυφ. Lat. t. 740. f. ſacra (ſeu victimas) diſperſerunt. 741. p. male accepti diſcedunt.

742. p. οὗτοι, pro vulg. οὗτος, cum St. & X. legendum eſſe, ſtructuræ norma oſtendit. Infra, Legationum volumen 396. τῆς τοῦ Τιβέρεως γεφύρας ῥᾳδίως διελθόντες. Ibid. f. vulg. l. τῶν στεγῶν τῶν κεράμων: perperam. noſtra lectio petita eſt ex Legat. vol. 396. Ibid. f. ὥστε [ἐς] π. μ.] incluſa ἐς, addita ex eod. vol. Lat. t. p. ita ſonant Gr. Illi enim primum per internuntios quosdam, nunc in defunctorum loculos, nunc in corbes fructuum plenos, nunc in aucupum arundines injectis litteris, omnia quæ in urbe fierent, edocebantur. Ibid. f. prætendebant. Sed multi etiam ipſorum, tegulis ex ædium tectis impetiti, & in vicorum anguſtiis obſiſtentium multitudine truſi, perierunt.

743. m. rectius ὡς μόνως δύναμαι, qua ſola ratione poſſum. quanquam μόνος, ſolus, apud Zonar. quoque legitur 194, 3. Lat. t. ibid. m. ita ſonant Gr. ſed trahebatur in carcerem, ſicut etiam ipſius ſtatuæ, multis cum ridiculis tum probroſis adjectis dicteriis.

745. p. aptius ἠγάλλετο: vel ut Xyl. legit. ἠγάλλετο. Mox, ἐπιγραφόμενος legitur etiam apud Zonar. 194, 18. alioqui mallet fortaſſe aliquis ὑπογραφόμενος, ſubſcribens; cujus ſubſcriptionis crebra mentio apud Suetonium & ceteros Auguſtæ hiſtoriæ ſcriptores Latinos. Lat. t. ibid. p. ita ſonant Gr. atque ipſe Nero viſus aliquando in ſomnis Iovis currum in Veſpaſiani ædes invehere. Mox, ut & alii nonnulli, ad princ. Ibid. magnopere namque ſe jactabat, ut qui & ipſe Veſpaſiano principatum contuliſſet, & frater ab eodem appellaretur, hab.

748. m. τὸ μὲν [τοῦ] αὐτ.] incluſus articulus τοῦ, additus e P. c. Lat. t. 745. f. Gr. ſonant, primus Lingonum, ſeu vir inter Lingones primarius.

748. f. P. c. πηλὸν προσπτύσας, vera lectio fortaſſe, τοῖν ὀφθαλμοῖν πηλὸν προσπτύσας, inſputo in oculos luto; ſeu, luto ſputo ſubacto, cæcique oculis illito: ad imitationem ſc. Chriſti, Joann. 9, 6. Lat. t. ibid. rectius, manu alterius calcata. Mox, nam cum aliis multis rationibus pecunias ab eis exegit, nullo quæſtus genere prætermiſſo, etiamſi mendicus aliquis foret; tum præter cetera ex ipſis etiam ſacris pecunias collegit. Ibid. Pro quibus cum Titus deprecatus eſſet. Ibid. neque enim novit Cæſarem agere.

749. f. αὐτός τι τοῦ] pro τι non minus apte legas τε. Et ſtatim τὸ αὐτὸ τοῦτο. convenientius quam plur. τὰ αὐτὰ ταῦτα. Mox, διὰ τοῦτο] Xyl. mavult παρὰ τοῦτο. 750. m. fort. cum præpoſ. leg. καὶ ἐν τῇ ἀγ. vel contracte κἀν. Ibid. m. ποτὲ [αὐτὸν] ἐπὶ] incluſum αὐτὸν, add. e P. & M. Lat. t. ibid. p. portæ palatii, ſeu portæ Imperatoriæ domus. Mox, ibid. Quæque ipſe præ ſenectute legere non poterat, aut quæ ſenatui abſens per litteras mandabat. per filios ſuos plerumque recitari jubebat: hac quoque in re ſenatui honorem deferens. Convivasque cum ex hoc ipſo ſenatu, tum ex aliis quotidie multos adſciſcebat. Ibid. m. ac, ſi ſcripta quæpiam (ut aſſolet) incerto auctore in Imperatores, quæ probrum ipſi afferrent, proponerentur, ip.

750. f. Ἀρσάκης uſurpatum videtur pro Οὐολόγαισος ὁ Ἀρσακίδης, Vologæſus Arſacides. niſi Arſacis nomen commune fuit omnibus Parthiæ regibus, aut cognominis loco uſurpatum, ut apud Latinos Cæſar Auguſtus. 751. τὸν δὲ [δὴ] Δημ.] incluſa δὴ e P. c. addita eſt: contra τινὶ, quod paulo poſt ſequitur, ab eodem abeſt. Ibid. m. P. c. ὅσα ἂν ὑπαγορεύσῃς μοι: rectius.

Ibid. f. ὃ καὶ αὐτὸ] αὐτὸ pro vulg. αὐτῷ repoſ. e. P. c. 752. κυνηδὸν ἐξέκραγε] P. ἐξέκρουσε, extruſit. Lat. t. ibid. p. in theatris. infra, eam dimiſit: nam cum ab aliis multa ſpargebantur, tum rurſum Cynici quidam ſophiſtæ in urbem irrepſerant: ex quibus Diogenes quidem, prior in theatrum, magna hominum multitudine refertum, ingreſſus, poſt multa in eos jactata convitia, flagris cæſus fuit.

753. p. ὡς μὲν [ἡ] ἀλ. ἔ.] incluſus artic. ἡ abeſt a P. c. Contra, mox incluſa [ὁ αὐτοκράτωρ] ex eodem P. addita. Dein pro δεῖ vulg. l. hab. δ', omiſſo etiam articulo ante αὐτοκράτορα: perperam. Ibid. γινομένας ἀρ.] fortaſſe convenientius γενομένας, temp. aor. Ibid. ἄλλοι τε τ.] rectius ἄλλως, vel pluraliter ἄλλοις. Ibid. f. ὃν ἐσπουδάκει, pro περὶ ὃν, vel ᾧ, alibi quoque invenitur, ut cognoſces ex Indice. Ibid. οὐχ ὅμ. [ἐστιν] ἔτ.] incluſum ἐστὶν, abeſt a P. c. At ſeq. v. pro αὐτὸν in eodem eſt αὐτοῦ: minus convenienter. 754. p. P. c. ab impreſſis nihil variat: ſed rectius ex Zon. 195. ita legemus, δύο τε γὰρ ἔτη μετὰ τὴν αὐταρχίαν, καὶ μῆνας δύο, ἡμέρας τε εἴκοσιν ἔζησεν, ἐπ' ἐννέα καὶ τρ. id eſt, nam ex quo imperium inivit, biennium vixit, menſesque duos, & dies viginti; ſupra ætatis annum nonum & trig. Lat. t. 753. f. ita ſonant Gr. qui juxta principes cum potentia ſunt; id eſt, qui ſecundum principes potentia & auctoritate pollent; ut Cæſares ſcilicet, præfecti prætorio, & ſimiles.

754. m. pro βεβαιωθέντα ex Zonara 195. repone δοθέντα. ſic enim & Sueton. 118, 21. beneficia a ſuperioribus conceſſa principibus. Sequenti etiam verſu congruentius fortaſſe, ὥστε μὴ, καθ' ἑκάστους σφῶν αἰτούντων, αὐτὸς πράγματα ἔχειν: vel, αὐτούς τε ἅμα καὶ αὐτὸν πρ. ἔχειν. i. e. ne, dum ſingulatim peterentur, & ipſis pariter & ſibi faceſſeretur negotium. 755. p. διὰ ταῦτα] P. c. δι' αὐτὰ ταῦτα, propter hæc ipſa. Ibid. poſt illa, Zonar. τὸ δὲ μέσον, δαπανηθὲν τῷ πυρὶ, κοῖλον ἐκ τοῦ συνιζάνειν ἐγένετο: medium vero, dum igni conſumptum, magis ac magis ſubſedit, concavum eſt redditum. In vulgata ſane lectione præpoſitio ἐν perperam e præcedentis participii fine videtur repetita. Lat. t. 754. p. centurionibus ſuis ac tribuno. Et paulo poſt; atque ex ulteriori parte ad caſtra quæ illic erant, non animadvertentes (ſeu præter opinionem) appulerunt. (i. e. non conſiderato navigationis curſu, præter opinionem, ex ulteriori parte quam petierant, in orbem reverterunt ad caſtra quæ deſeruerant) unde Agricola, aliis quoque ad navigationis orbem experiundum emiſſis, etiam ex illis inſulam eſſe comperit. 755. p. ea parte tantum igni obnoxius eſt, ſeu igni exæſtuat. Ibid. m. ambitus vero, igni eſt dicatus: atque interdiu fumum, noctu flammam emittit. Ibid. m. nec ſemper eod.] pro nec, puto interpretem ſcripſiſſe ac.

755. m. πολλάκις δὲ [καὶ] τεφ. incluſa καὶ, addita e P. & M. Mox, ἔχων maſc. fine legitur etiam in P. c. Refertur igitur non ad τὸ ὄρος, ſed ad ὁ κύκλος, ὁ τῷ πυρὶ ἀνειμένος. quæ præcedunt. 756. p. Stephanus cum interprete legit ἐξ ἡμέρας, ut mox ſequitur ἐκ φωτός. In ſequentibus, τις [βοὴ] ἠκούετο) οἱ δὲ [καὶ] ἐς χάος] incluſa βοὴ & καὶ, abſunt a P. c. itidemque illa infra [καὶ ἐς Ἀφρικὴν καὶ Συρίαν καὶ ἐς Αἴγυπτον, ἐσῆλθε δὲ]

Ad illuſtrationem autem præcedentium pertinent hæc Plinii lib. 3. c. 5. Litore autem hoc Neapolis, Herculanium, Pompeji; haud procul aſpectante monte Veſuvio, alluente vero Sarno amne. *de quibus & Dionyſ. Hal.* 35, 15. *L. t.* 755. *f. ita ſonant Gr.* Sic enim res habuit. Viri multi & magni, omnem naturam humanam excedentes, quales ſcribuntur pinguntúrque gigantes, partim in monte, partim in agro circumjacente atque oppidis, interdiu & noctu, cum terram obeuntes tum aërem percurſantes viſebantur. Poſt hæc conſecuta ſiccitas horrenda, vehementesque derepente terræ motus, ut etiam totus ille campus quaſi fervore quodam vibraretur, ſummaque cacumina ſubſultarent: tum ſonitus, partim ſub terra, tonitribus ſimiles; partim ſuper terram, mugituum quadam imitatione edebantur. Mare confremebat; cœlumque & ipſum una inſonabat: indeque fragor immanis derepente exaudiebatur, perinde ac ſi montes corruerent; *vel, quaſi montes inter ſe colliderentur.*

756. *f.* ὕϛερον γὰρ] *pro* γὰρ *malet fortaſſe aliquis* δὲ. *ſed poteſt tamen hæc periodus etiam parentheticῶς accipi: ut præcedenti* μὲν *reſpondeat* δὲ *periodi ſequentis.* 757. *p. Zon.* 196, 14. πολλὰ δὲ τῶν δημοσίων ἔργων ἀνέϛησεν οἴκοθεν: *i. e.* multa etiam e publicis operibus (*incendio ſcilicet conſumptis*) privato ſumptu inſtauravit, *ut hic talis quæpiam requiri videatur lectio;* ἀνέϛησε δὲ καὶ τὰ ἐν τῇ πόλει ἐκ τῶν ὑπαρχόντων ἅπαντα. *Lat. t.* 756. *m. ita ſonant Gr.* Cinis ergo iſte nihil magnopere tunc eis incommodavit: (poſt enim, gravem eis peſtilentiam invexit) ſed alius ignis ſuper terra coortus anno inſequenti, magnam admodum Romæ partem depopulatus eſt, interea dum Titus ad Campaniæ calamitatem viſendam profectus erat: nam Serap. *Ibid. f.* Titus ergo Campanis quidem duos e conſularibus miſit conditores, (*ſeu oppidorum & ædificiorum inſtauratores duumviros conſulares*) pecuniaſque eam ad rem cum alias donavit, tum eorum qui ſine herede eſſent mortui. *Et* 757. *p.* Omnia etiam (*quæ in urbe deflagrarant*) ex iis quæ ſuppetebant (*i. e. partim ſuis partim publicis pecuniis*) reſtituit. Et in ceteris quidem (*dedicandis*) nihil ſingulare præſtitit: at cum theatrum venatorium & denominatum a ſe balneum dedicaret, multa fecit, & mirabilia. *Mox.* quæ mulieres quoque, non tamen nobiles, una confecerunt, *i. e. ad quas conficiendas mulieres quoque præter viros acceſſerunt.*

758. *p.* ἀνέγνω] *forſan aptius diviſe* ἂν ἔγνω. *Lat. t.* 757. *m. Gr. ſon.* primo die gladiatorius ludus, cædeſque beſtiarum f. *Interpres* ναυμαχία *pro* μονομαχία *maluiſſe videtur, quia id innuunt præcedentia; ſed ſi ſequentia conſideremus, mutatione haud opus eſt. Momumentum autem paulo poſt dicere videtur Caji & Lucii, eo in luco extructum.*

759. *p.* θεῶν μὲν γὰρ] θεῶν *pro vulg.* θεὸν *repoſ. e P. c. Mox,* ἔς τε [τὰ] δεινότ.] *incluſum* τὰ, *add. e P. & M. c. Contra, incluſum* ὄντα, προσήκοντα [ὄντα] παρ.] *abeſt a P. c. Inferius P.* καί τοι *pro* καί τι: *& mox* αὐτός γε *pro* αὐτός τε. *Lat. t. ibid. m. Gr. ſon.* maximam pecuniam acquiſiviſſent. *Mox,* ſuperavit in paternorum fraternorumque amicorum ignominioſa & exitioſa tractatione.

760. *m. P. c.* προκατεϛήσατο: *minus apte. Mox,* αἰτία *excuſari poteſt: ſed congruentius tamen* αἴτια. *Lat. t.* 759. *f. Gr. ſon.* & floribus & unguentis honorari.

762. νικητ. [ὅθεν] ἐπιτ.] ὅθεν *additum e P. & M. Contra* που, 763. *p. a P. abeſt. Statim ante, interpres ſingulariter* μανδύαν *legit: ſed plurale agnoſcit etiam Zon.* 197. *Dein,* ὁμοίας ἑτοιμ.] *P. c.* ὁμοίας, ſimiles. *Lat. t.* 761. *m. Gr. ſon.* ſed & cladi apte mederi; *ſeu, cladem probe ſarcire.* 762. *f.* imagines ſtatuæque cum argenteæ tum aureæ.

763. *m. vulg. l.* ταφροειδῆ. *ſed* ταφοειδῆ *cum P. & X. legendum eſſe, ſatis declarant ſequentia. Mox etiam congruentius* οἷος, *maſc. gen. Ibid. f.* τοιαῦτα *pro vulg.* τοσαῦτα *repoſ. e P. & M. Mox,* ἐν [τῇ] Ῥώμῃ] *incluſus artic.* τῇ *abeſt a P. c. Lat. t.* 763. *m. Gr. f.* prius abire juſſis ipſorum famulis. *Ibid. f.* Domitianus igitur ejuſmodi triumphalia, vel (ut vulgus quidem appellabat) parentalia, ob eos qui partim in Dacia, partim Romæ interierant, celebravit.

764. *m.* τὰ ἐπ' αὐτοῖς] *P. c.* ἐπ' αὐτῶν. *Inferius poſt* ἀφείθη *deeſſe videtur* ἐγὼ δὲ, *ut declarat in præcedenti membro* ὁ μὲν. *Lat. t. ibid. p. rectius,* in regiam ejus, *ſing. num.* 765. *p.* ſeſe exuerat.

765. *p.* ὅτι καὶ ἐτ.] *pro* ὅτι *ſententia poſtulat* ἀλλ' ἔτι. *Paulo poſt. P.* συνεγένετο δὲ αὐτὸς καὶ τοῖς κατ. *In qua lectione ut* καὶ *aptiore loco poſita eſt, ita minus apte aoriſtum pro imperfecto ſubſtitutum. Ibid.* καὶ [τοῖς] κατ. τοῖς *inſertum ex eodem P. c. &* ὡς. *Ibid.* καὶ [ὡς] τιμ.] *atque adeo adverbium iſtud ibi requiri, declarat paulo poſt ſimile commation,* ὡς αὐτοκράτωρ. *Dein P. & M.* Κλαύδιόν τε καὶ Πακάτον: *cum tamen de uno eodemque agi ſit perſpicuum. Lat. t. ibid. m. Gr. ſon.* excerpſiſſet, & lectitaret. *Mox,* ſæpenumero & vinctis ſolus loquebatur, vincula eorum manibus ſuis tenens; (nec enim aliis credebat quæ illi eſſent dicturi) & illos ipſos, etiam vinctos, metuebat. *Ibid. f. El. verterat,* poſt cenſoriam dignitatem. *ſed primum honorum gradum fuiſſe* ταμιείαν, *non* τιμητείαν, *comprimorum teſtimonio clarum eſt. Ibid.* qui inter primos cum quibuſdam adverſus eum conjuraverat. *Ibid.* multoſque & indicabo tibi, & coarguam.

766. *p.* ἄλλα, καὶ οἷα] καὶ *poſt* ἄλλα *vel tollenda videtur, vel poſt ſequens* οἷα *collocanda. Ibid. m.* τοῦ Νέρωνος] *malim* τὸν Νέρωνος. *f.* ἐξελεύθερον. *Lat. t. ibid. p. ita ſonant Gr.* quo crimine alii quoque multi, qui ad Judaicos ritus defecerant, condemnati ſunt. *Ibid. m.* quos etiam in ipſa præfectura curabat reos agi. *Ibid. m.* quas cum puſio quidam, ex eo genere qui nudi ad garriendum ali ſolent, eo interdiu (*i. e. meridie, infra* 767. *f.*) dormiente, ſubreptas teneret manibus, neſcius quid ferret. *Quæ iiſdem prope verbis de Commodo infra narrantur ab Herodiano,* 486, 38. *Suetonius hac de re nihil: Zonaras Dionem noſtrum ſequitur.*

766. *f.* ἔσχεν, *pro vulg.* εἶλεν, *repoſitum e P. c.*

767. *p.* ἐκ τούτων ἐλπ.] ἐκ τούτων *defendi poteſt, ſi referamus ad geneſεως dies & horas; poſſumus tamen etiam cum interprete legere* ἐκ τῶν ἐλπιζόντων. *Ibid. m.* Λ. τ. Π. δ. εἰπὼν] *pro* εἰπὼν *P. & M. & Zon. habent* προειπὼν *congruentius. Lat. t. ibid. p. Gr. f.* non paucos, qui ea ex re ne ſperaverant quidem ſe cum aliqua fore potentia. *Ib. m.* Et, cum tantarum rerum nihil improviſum accidere ſoleat; ipſi quoque cum alia evenerunt ſigna, tum ipſe per ſomnum vidit, & Ruſticum ad ſe cum gladio accedere; & Minervam, quam in cubiculo ſtantem habebat, armaturam abjeciſſe; & [ſe] ſuper nigrorum equorum curru in vaſtum hiatum incidere. *poſtremum enim hoc membrum potius ad ipſum Domitianum, quam ad Minervam pertinere videtur.*

767. *f.* τὸ μεθημερινὸν *legitur etiam in Suidæ collectaneis infra* 864, 16. *itidemque pag. præced. f.* μεθ' ἡμέραν, interdiu: *apud Zon. autem* 197, 59. τὸ μεσημβρινὸν, meridie.

768. *p. aptius forſan* οὕτω δὴ, ita demum, *ſeu* tunc demum.

769. *f. interpres paſſive legit* συκοφαντηθέντων. *Lat. t.* 767. *f. ita ſonant Gr.* primum Parthenius ferrum gladii, qui ſemper ſub ejus cervicali jacebat, exemit, ne eo uteretur, *id eſt, ferrum gladii exemit, vaginam duntaxat reliquit.* 769. *f.* ſed & delatorum multi adjudicati ſunt morti: inter quos fuit etiam Seras philoſophus. Cum ergo turbæ exſtitiſſent haud vulgares, ex eo quod omnes omnibus accuſare permitteretur, ajunt Front. conſ.

770. *p. malim cum articulo* τὰ δωρήματα. *Mox, Rufi epitaphium Latinum Camerarius & Schottus e Plinii minoris epiſtolis citant ſic;* Hic ſitus eſt Rufus, pulſo qui Vindice quondam Imperium aſſeruit, non ſibi, ſed patriæ. *de Vindicis autem interitu Dio ipſe paulo aliter ſupra* 725.

725. *Ibid. m.* ὥςε [ποτὲ] εἰπεῖν, *incluſum* ποτὲ, *add. e P. c. Mox de Calp. Cr. Nervæ quod tribuitur, Victor tribuit Tito Cæſari* 513, 52. *Sequentia confer cum Victoris Epitome* 536, 34.

770. *ibid. non male ex Zonara legemus*, διά τε γῆρας βαθὺ καὶ τρόπων χρηςότητα καταφρονούμενος, cum & ob grandem ſenectutem & ob morum bonitatem contemneretur. *Alioqui pro* οὔτε *reponendum foret* ἤδη, *aut ſimile quid.*

771. *p. verſus qui citatur, deſumptus eſt ex oratione Chryſis ſacerdotis ad Apollinem Il.* α. *Lat. t. ibid. p.* tunica & toga purpurea. *Ibid. m.* multa faciebat, quibus partim remp. corrigeret, partim bonis gratificaretur. nam & illam diligenter procurabat, adeo ut civitatibus Italicis ad liberorum ſuſtentationem multa largiretur; & his multa conferebat beneficia.

772. *m. pro* μὲν γὰρ *rectius leges* μὲν οὖν, *ex Zon.* 199, 60. *Lat. t. ibid. m. ita ſonant Gr.* Venationum namque, conviviorum, dicteriorum, (*ſeu* jocorum) quin & conſiliorum operumque ſocium ſe illis præbebat; ac ſæpenumero etiam quartus vehebatur: domosque nonnullorum vel absque cuſtodia ingreſſus hilaritati cum eis ſeſe dabat.

772. *f. vulg. l.* τοῖς τόποις. *ego cum P.* τοῖς Τάποις *malui, ut ſupra* 764.

773. *p. aptius* κατατεμεῖν *legemus ex Suidæ collectaneis, infra* 864. 45. *Ibid.* ὡς δὲ καὶ ἐς [αὐτὰ] τὰ ἄ.] *incluſum* αὐτὰ, *abeſt a P. c. Ibid. ſupervacua eſt præpoſitio* ἐπὶ, *ut declarant hæc Zonaræ* 200, 15. ἐπεὶ δὲ τὰ ἄκρα κατέλαβε, poſtquam ſumma cacumina occupavit. *Ibid.* τῶν προσταχθ.] *P. c.* τῶν προσταθέντων, eorum quæ propoſita fuerant, *cum vulgata lectione congruunt hæc in Legat. volum.* 401. πάντα τὰ κελευθησόμενα ποιήσοντι, *idemque loquendi genus repetitur* 341, 26. *Lat. t.* 772. *f. Gr. ſon.* ſociorum cum alios, tum Burros, Trajanum hortari, ut retro verſo itinere pacem colat. 773. *p.* ſed in faſcias eam ac turundas concidiſſe. 774. *m.* captivorumque ritu junctis manibus, ſupplices quædam proloquebantur: deinde pace ſolenniter firmata, arma receperunt. Trajanus porro, triumpho ob victoriam acto, acceptoque Dacici cognomine, in theatro gladiatores commiſit; quibus delectabatur: & ſaltatores quoque in theatrum reduxit, quod unum ex iis Pyladem amaret.

774. ποτὲ [δ'] ἐν τῇ] *incluſa* δ', *addita e P. c. Lat. t. ibid. f. ita ſonant Gr.* & iis, qui ante adverſati ei fuerant, clades inferre. 775. *m.* Trajanus medium quoddam reſponſum dedit, e quo appareret, neque magnam admodum, neque prorſus exiguam Longini rationem haberi, cur eum aut perire aut magno redimi vellet. Ubi cum Decebalus aliquantum cunctatus diſpiceret quid facto opus eſſet, Longinus interea, facta ſibi veneni copia, eo epoto, mortem oppetiit.

776. *m.* Ποτ. [πολλῷ] καὶ ἐν] *incluſum* πολλῷ *abeſt a P. c. Infra* καὶ εἰ ὠφελ.] εἰ *ſupervacua eſt, & forſan e fine præcedentis copulativæ* καὶ *repetita.*

Lat. t. ibid. m. Gr. ſ. in fluvio magno, & aqua vorticoſa, ſoloque limoſo. *Mox* Latitudinem porro fluvii dixi, non quod tanto ibi ſpatio fluat, (nam alicubi duplo & triplo major reſtagnat) ſed quod anguſtiſſima pontique faciendo iis in locis aptiſſima pars tanta ſit: quanto autem magis ibi e ſpatioſo ſtagno deſcendens, rurſumque in majus inde ſtagnum procedens, in anguſtum concluditur, tanto & rapidior fit & profundior, ut id quoque pontis fac.

777. παρὰ [δὲ] τὸν Τρ.] *incluſa* δὲ, *addita ex Steph. adnot. Infra,* ἐξεχώνευσε] *rectius* συνεχώνευσε, conflavit. *Inf.* ὀφθαλμοὺς . . . ἐπ] *in P. c. nullum eſt defectus indicium; itidemque Zon. habet,* τὸν ἰατρὸν τοῦ Σούρα ἐκάλεσε, καὶ δι' ἐκείνου τοὺς ὀφθαλμοὺς, διὰ δὲ τοῦ κουρέως ἐκείνου τὴν ὑπήνην ἐξύρατο. *ut ipſe quoque verbum* ἐξύρατο *ad utriusque membri accuſativos retuliſſe videatur: quaſi videlicet Trajanus per Suræ medicum oculos, (h. e. oculorum ſupercilia) per tonſorem vero mentum radi juſſerit. alioqui poſt* ὀφθαλμοὺς *deeſſe videtur* ἐκαθάρθη, ἐθεραπεύθη, *vel aliud conſimile verbum.*

778. *p. P. & M.* διακινδυνεῦσαι: *ſignificantius. Ibid.* πρῶτον τῷ] *pro* τῷ *Bl. legerat* αὐτῷ, *& ad Suram retulerat. Xyl. vulgatam lectionem exprimere maluit, cum qua facere videntur etiam hæc Zonaræ,* 201, 4. ἔπαρχον μέντοι τῶν δορυφόρων προχειριζόμενος, καὶ ὀρέγων αὐτῷ τὸ ξίφος. *Et Victoris breviarium* 515, 1. *poſt mentionem de Sura,* Præfectum prætorio, *inquit,* Saburanum nomine, cum inſigne poteſtatis, uti mos erat, pugionem daret, crebro monuit. *Ubi* Suranum *fortaſſe aliquis malit, ut in Conſularibus faſtis Panvinii, p.* 35. *Lat. t.* 777. *m. Gr. ſ.* in quibus ferarum pecudumque altilium ad undecim milia jugulata ſunt, & gladiatorum x milia decertarunt. *Mox,* nummosque monetæ exſoleſcentis (*ſeu fugientis*) conflavit omnes. 788. *p. Bl. verterat,* huic etiam principio. — *cum ita ſonet vulgata Græcorum lectio;* Quin &, cum primum ei, qui prætorianis erat præfuturus, gladium porrigeret, quo eum accingi oportebat.

779. *m.* ἀποθανόντας *ſuſpectum videri queat: nec certum tamen an verius ſit* ἀποκαμόντας. *Lat. t.* 778. *m. Gr. ſon.* re ad ſenatum delata. 781. *f.* nonnunquam falſos diſſeminabat nuntios & proſpeculatorem agebat: ut milites & ordines ſervare ſtuderent, & ad omnia parati atque impavidi eſſent.

782. *f.* κλιθέντων *pro vulg.* κληθ. *repoſitum e P. c. Paulo ante,* τε *poſt* εὐθὺς *vel ſuperflua eſt, vel aliud poſt ſe membrum poſtulat. Lat. t. ibid. p. ita ſonant Gr.* poſt, conſecuta terræ quaſi bullientis violentiſſima ſubſultatio; & partim tellus ipſa tota ſurſum ejectabatur, partim ædificia ſubſiliebant: eorumque alia in altum elata, rurſum e ſublimi collabentia frangebantur; alia, huc illuc velut ſalo jactata, ſubvertebantur, magnamque etiam ſubdivalis ſpatii partem præoccupabant, & dum ligna, lateres, ac lapides confringebantur, crepitus fragorque terribiliſſimus exſiſtebat. *Ibid. f.* aut in fornicato aliquo intercolumnio incol. ſerv. *Cum hac porro terræmotus deſcriptione confer Ammian. Marcell.* 347, 41.

783. *p. P. c.* πρὸς μαςῷ, *ſing. num. Ibid. m.* ἐς τὴν [τῶν] πολ.] *incluſus articulus* τῶν, *additus e P. & M. Ibid. m. P.* ἔζευξεν αὐτὸν, *ſ.* τὸν ποταμὸν, ponte illum junxit, pontem in eo fecit. *Infra* ταῦτα τῆς] *fort. l.* καὶ ταῦτα δὲ τῆς δ' ἐςὶ: *ut ſignificet, eas quoque urbes eſſe Aſſyriæ. Lat. t. ibid. p. Gr. ſ.* ita ut leviter admodum ictus, e periculo evaderet. cum vero ad complures dies terræmotus duraret, in circo ſub divo agitabat. *Ibid. f.* Adiabenenque omnem in ſuam poteſtatem redegerunt; (ea Aſſyriæ circa Ninum pars eſt) Arbela item, & Gaugamela; ad quæ Darium vicit Alexander, ea quoque ſunt Aſſyriæ: eaque ipſa, etiam Atyria propterea barbarico more appellata eſt, duobus ſſ. in t. transmutatis. *Sed quorſum feratur commation iſtud* διὰ τοῦτο, propterea, *obſcurum eſt.*

784. *p.* παράσχῃ] *malet fortaſſe aliquis* παράσχοι, *ſed iſta modi enallage, paſſim obvia eſt. Ibid. m. vera lectio eſt,* τὸν Σπασίνου καλούμενον, *expuncta ſyllaba* τὸ: *ut cum Pintiano legit Paulus Leopard. Emend. l.* 8. *c.* 2. *ex Plinio, Joſepho, Stephano Byzantio, & aliis. Lat. t.* 783. *f. Gr. ſonant,* ferro validius, *ſeu* firmius. *Ibid. m.* itaque tractoriis machinis [ὁλκεὺς Græci vocant) tranſportatis navibus. *Infra, Blancus verterat,* qui vallum Toſpaſini habitabant, (nam ita ab incolis appellatur) erantque in d. *Merula rectius aliquanto* Vallum Spaſinum.

784. κεχείρωται] *aptius fortaſſe plusquamperf.* κεχείρωτο.

785. *p.* ἐξέβαλον] ἐξέβαλλον *præt. imperf. Ibid. m.* πρός τε αὐτ. τ.] *ſi pro* τι *ſubſtituas copulativam* τε, *& pro* ποιούντων *reponas* ποιῆσαι *vel* ποιεῖσθαι, *paulo melius & ſtructura conſtabit, & ſententia. Latina quoque ſic melius ſonabunt;* & cum propter hæc ipſa diu a magna multitudine

titudine obſideri nequit, tum a ſole, cui etiam ſacra eſt, defenditur.

786. *m. pro οὐδὲν, procul dubio legendum οὐδενὶ*, nulli. *Ibid. f.* κατ' ἔτος] *exiſtimarit fortaſſe aliquis, legendum potius* κατ' ἔθος, de more. *ſed vulgatam lectionem confirmat hac Zonaræ metaphraſis* 202, 2. δι' ἐπίσχεσιν αἵματος ἐτησίως αὐτῷ ἐκκρινομένου διὰ γαστρὸς, ob retentionem ſanguinis, qui ei quotannis per ventrem excernebatur. *Ib. f.* μ. [τε] π. κ.] *incluſa* τε, *addita e P. c. Lat. t. ibid. p. Græca iſta,* τὰ ἔντερα ἀνεδοῦντο, *ſi mendo carent, non ſignificant* edunt viſcera, *ut Blancus vertit; ſed,* inteſtinis eorum ſe redimiebant; *id eſt, inteſtinis eorum ceu faſciis quibusdam ſeſe coronabant. Ibid. f.* ut etiam parte aliqua corporis enervatus atque exſolutus fuerit, *ubi diſcrepat a medicis Dio.* ἀποπληξίαν *enim medici, totius corporis;* παράλυσιν *autem ſeu* πάρεσιν, *partis duntaxat* νέκρωσιν *atque* ἀκινησίαν *definiunt, i. e. cum pars tantum corporis, vitiatis nervis motuque amiſſo, quadamtenus emoritur.*

788. *m.* ἐπεποιήκει] *interpres paſſive legit* ἐπεποίητο. *ſed activum verbum retineri poteſt, ſi præcedens* ἐπὶ *accipiatur pro* ἐν, *hoc ſenſu;* quod in nullo alio (*i. e. alia nulla in re*) Plotina fecerat. *alioqui paſſivæ lectionis ſenſus foret;* quod ſub nullo alio Imperatore factum fuerat; *ut ſc. Auguſta pro Auguſto ſubſcriberet. Ibid. f.* καὶ αὕτη ὥσπερ.] *pro ſingulari* αὕτη *antecedens plurale* αἱ θέαι *requirere videtur* αὗται. *ſi tamen* αὕτη *germana auctoris ſcriptura eſt, refertur ad* τὴν κατ' ἔτος θέαν, *i. e. ad ſpectaculum quod ſingulis annis exhibebatur. Mox,* ὡς ἐν θ.] *pro* ὡς *P. c. habet* εἰ μὲν. *ſed cum idem* εἰ μὲν *paulo ante præcedat, hic repeti nequit: niſi forte membra quæpiam loco deſint. Lat. t. ibid. p. Gr.* ἐν πρώτοις (*i. e.* in primis) *ambiguum eſt: nam &* primis annis *ſignificare poteſt, ut interpres accepit; &* inter primos conſules; *ut primi conſules, intelligantur ordinarii, quique in annorum notatione nominantur; ad differentiam ſc. ſuffectorum & honorariorum conſulum. Ibid. Gr. ſon.* & Plotina ex favore amatorio, Cæſarem pariter & Imperatorem creaverunt, *ſicut & Spartianus* 127, 27. nec deſunt qui factione Plotinæ, mortuo jam Trajano, Adrianum in adoptionem adſcitum eſſe prodiderint, ſuppoſito qui pro Trajano feſſa voce loqueretur.

789. *p. rectius* τοὺς ἀνταγωνιστὰς *infra in Suidæ collectaneis,* 865, 23. *Lat. t.* 788. *p. Gr. ſon.* & quædam pedeſtri oratione, nec non verſibus poemata omne genus reliquit. 789. *p.* Inde etiam Favorinum Gallum ac Dionyſium Mileſium ſophiſtas, convellere aggreſſus eſt, æmulos atque adverſarios eorum extollendo. *Ibid. m.* veritusque eſſet, ne & cauſa caderet, & inſuper contumelia afficeretur. *Infra,* libertatem qua ille tum in dicendo uſus fuerat.

789. *f.* ἐκφανέστερον, *ſi neutro genere ab auctore ſcriptum, referendum erit ad τὸ* κατασκεύασμα. *alioqui propinquius* ναὸς, *poſtulat maſc.* ἐκφανέστερος.

790. τὸ [πάνυ] ἀκρ.] *incluſum* πάνυ. *add. e P. c. ibid. m.* τούτους ἠτυχήσας. *mallem,* ἐξ αὐτοῦ τούτου ἠτυχήσας αὐτούς.

Lat. t. ibid. p. Gr. ſon. Hæc ergo ei vitio vertebantur, & nimis exacta omnium rimatio, curioſitasque & verſipelle ingenium: (*ſeu* morumque & ingenii varietas) quæ tamen corrigebat ac compenſ. *Ibid. m.* militares ordines accuratiſſime excoluit, atque ita, ut quantumvis pollentes, nec inmorigeri eſſent, nec injurioſi. Urbes ſocias pariter ac ſubditas, magnificentiſſime juvit, ex quibus multas vidit, ac plures quam ullus alius Imperator: omnesque ferme adjuvit; aliis aquas, aliis portus, frumentum, operave aliqua, vel pecunias, aliis alios honores conferens. *Inferius,* nec enim umquam ad præconis vocem conticeſcunt.

790. *f.* ὠφελεῖτο] *P. c.* ὠφελεῖτο, *indic. modo.* 791. *p.* ὅσον ἀπ.] ὅσον *pro vulg.* ἴσον *repoſ. e P. c. Ibid. m.* λέγω] *aptius fut.* λέξω. *Lat. t.* 790. *f. Gr. ſon.* conſulibusque cum in judiciis nonnunquam aderat, tum in circenſibus honorem habebat. Domum cum rediret, lectica ferebatur; ne cui, ſi forte comitari vellet, moleſtia faceſſeretur. Diebus, qui nec feſti eſſent, nec publici, domi manebat; nec quemquam vel ad ſalutandum admittebat, niſi forte aliquid incidiſſet neceſſarium; ne omnino cuipiam laceſſeretur negotium. Semperque, Romæ pariter ac foris, optimos quosque circum ſe habebat, cum iisdem etiam convivabatur; ac propterea etiam quatuor ſæpe vectabatur, *ſicut ſcilicet apud Ammianum Marcell. legimus a Conſtantio Julianum, & a Juliano rectorem provinciæ in conſeſſum vehiculi fuiſſe adſcitum. Interpres ad convivia reſpiciens, legit* [illegible], *i. e.* quartus ſæpe epulabatur. 791. *m.* quidquid vel imperatorio vel publico populi Rom. fiſco deberetur. *ſeu,* quidquid vel principis fiſco, vel populi ærario deb.

891. *f. aptius* μετεσκεύασεν, *ut Zon. quoque* 203, 17. *dicit,* μετεσκεύαζεν ἕκαστον πρὸς τὸ βέλτιον.

792. *p.* [illegible] πάντα] *convenientius* πάντα. *Sic mox concinnius* γυμνῇ αὐτῇ, *dativo caſu. Et paulo poſt, ſi pro* ἀχθέντα *malis* ταχθέντα, *non multum refragabor. Ibid. m.* ἅ ὀρ. εἰ] *plurale* ἃ *confirmant illa Zonaræ,* τὰ δ' ὀφθέντα. *interpretem Suida maluit ſingulare* [illegible] *Lat. t.* 791. *f. Gr. ſon.* diligenter inſpexit & inquiſivit: multaque vel in vita vel in ſtructuris delicatius inſtituta, ad concinni cultus normam revocavit. 792. ideoque, maxime autem pacis tempore, plerumque inter exteros degebat. *Ibid. m.* ſine imperatorio tamen apparatu. *Ibid.* in ea enim & claviculam fregit, & crure propemodum mutilatus eſt.

793. *p.* ὡς [ἡ] ὡ. ἑ.] *incluſus articulus* [illegible] *abeſt a P. c. itemque mox incluſa* [illegible] ψυχ. [αὐτῆς] *& belle quidem hæc, ille autem parum concinne.*

884. p. τελ. ταύτ. φ.] ταύτην additum e P. Mox Homeri locus eſt, Il. β. Ibid. P. σὸς δ' οἶκος πᾶς: contra metrum. 883. m. Gr. ſon. Martis ſignum in ſolenni pompa decidit. Mox, quaſi ex compoſito. Ibid. ſ. Multæ ſunt formæ divinorum conſiliorum: Multa contra ſpem perficiunt dii, Ac, quæ futura videbantur, non ſunt effecta; Quæ vero non videbantur eventura, iis exitum reperit Deus. Atque hic rei fuit eventus. Tunc enim quaſi alio quopiam modo nugans, carmen illud recitare videbatur. Sed cum n.

884. m. πεντακοσίας] P. ἑπτακοσίας. DCC. itemque Legationum volumen 418. Mox Legat. vol. 420. καὶ Ταράντιαν, ἐκ μονομάχου τινὸς προσηγορίας, τό τ' εἶδος καὶ σμικροτάτου καὶ κακοειδεστάτου, καὶ τὴν ψυχὴν καὶ θρασυτάτου καὶ μιαιφονωτάτου: id eſt, & Tarantam, e gladiatoris cujuſdam appellatione; qui ut corporis ſpecie breviſſimus erat & deformiſſimus, ita etiam animo audaciſſimus ac ſanguinolentiſſimus. Zon. brevius 221, 4. ἐκ μονομάχου τινὸς αἰσχίστου καὶ μιαιφονωτάτου, a gladiatore quodam deformiſſimo & ſanguinolentiſſimo. Ibid. τοῦ ἤδη ** ἐδ.] in Legat. vol. nulla eſt defectus nota: neque deeſſe quidquam videtur: Palatini tamen codicis veſtigia ſequi libuit. Mox interpunctio poſt ἐνταῦθα videtur aptiorem habere locum quam ante. Ibid. ſ. ἀπὸ [Σικελίας] incluſum Σικελίας non agnoſcit. Legat. vol. 421, 1. Zon. 221, 51. Σικελίας quidem agnoſcit, ſed non item Καισαρείας, ſic enim ibi; τὸ μὲν γένος Μαῦρος τυγχάνων ἐκ Σικελίας, καὶ γονέων ἀσημοτάτων, quaſi videlicet parentes ejus, aut majores, e Mauritania in Siciliam commigrarint, ibique ipſum genuerint. ſed quid ſi verior fortaſſe lectio, Μαῦρος ἀπὸ τῆς ἐν Σιτιφίᾳ Καισαρείας, Maurus e Cæſarea Sitifenſi? nam Cæſaream in Sitifenſi Mauritania, non in Sicilia agnoſcunt Geographi. Lat. 885. m. Gr. ſon. quæ maxima pars eſt Imperatoriæ functionis, ſummæque rerum proviſionis.

885. m. pro ὅτι τινι legendum opinor ᾧ τινι, cui. Ib. ſ. pro Ταράντου Xyl. reponit Τάραντος, ut pag. præced. ſed pariſyllabam quoque hujus nominis flexionem inveniri, oſtendet Index. Statim, τῇ πίστει] convenientius cum Xyl. leg. πύστει, auditione: ut Zon. dicit, τὸν θάνατον τοῦ υἱοῦ μαθοῦσα.

886. m. αὐτὸν ἀναστῆσαι] vulg. l. & P. ἀναστῆναι: ego cum W. malui act. ἀναστῆσαι. Ibid. δοῦναι [ἐκέλευε] ἐκδ. incluſum ἐκέλευε additum e Legat. vol. 415.

887. pluſculum a ſ. pluraliter legendum eſſe ἐνεωτέρισαν non ſingulariter ἐνεωτέρισεν, ut habet cum vulg. l. etiam P. codex; ſatis arguit ipſa ſtructuræ ratio. Mox, vulg. αἴε ſecutus erat etiam Blancus, dum verterat, audiit Jupiter, ſed aptius cum Xyl. legemus ἄυε, ſonuit ſeu tonuit. Ibid. ſ. συνώκησεν, P. συνῴκησαν, plur. ſine, per ſyllepſin. 887. ſ. Lat. t. v. Gr. ſon. Sub eoſdem dies ſidus quoddam, extremam caudam ab occaſu orientem verſus per multas noctes tendens, vehementer nos exterruit. 888. p. Eutychianus, unus e Cæſarianis, qui ludicris gymnaſiisq. favorem ſibi conciliaverat, viſo militum adverſus Macrinum odio; inſuper etiam partim a ſole, quem Heliogabalum vocant & magnopere colunt, partim ab aliis quibuſdam oraculis perſuaſus; aggreſſus eſt & Macrinum convellere, & Lup.

888. m. pro πάντα vel πάντως legendum, id eſt, omnino, vel πάντες, omnes: quam poſteriorem lectionem probant ſimiles exclamationes in Latinis Auguſtæ hiſtoriæ ſcriptoribus 285, 33: 292, 33. Mox, τὸν δὲ Διαδουμενὸν] Διογενιανοῦ vocabulum e prioribus huc irrepſit: ac vel Διαδουμενὸν pro eo reponendum, ut ſupra 882. vel Διαδουμενιανὸν, ut Leg. vol. 438. Ibid. ſ. vulg. l. θωρακατοὺς λεπ. perperam, noſtra ſcriptura petita e P. & M. c. atque adeo ex ipſa ſententia.

889. ἀπό τε τῶν ὀχημ.] τε poſt ἀπὸ addita ex iiſdem cod. Mox P. ἀπέχεν: ſed ἐπέχεν probat etiam Leg. vol. 439. Lat. t. 888. m. Gr. ſ. puerulum & perculſum; ſeu dementem, vecordem. Ibid. Adſcripſi etiam in eis literis tale quiddam; Scio multos qui jugulari magis quam vivere Imperatores cupiant. Ibid. ſ. clypeos imbricatos; ſeu clypeos imbricis forma factos. Ibid. nobis recitarentur. V. 889. p. queritanteſque ac lamentantes, a fuga eos retentant.

889. ἰδὼν αὐτοὺς αὖθις.] αὐτοὺς pro vulg. αὐτοῦ repoſ. e. P. & M. c. & ex Leg. vol. 439. Ibid. [τοῦ] καταντικρὺ] incluſus articulus τοῦ abeſt a P. c. & Zon. 222, 35. Mox P. κατελείφθη: itemque Blancus, remanſi, vel derelictus eſt. Ibid. ſ. Homeri locus eſt, Il. θ. Lat. t. ibid. m. Gr. ſon. cædibus per vias. Ibid. Chalcedone deprehenſus, ſeu comprehenſus.

910. p. de Avito rectius καὶ γὰρ καὶ ταύτην: vel ſaltem καὶ ταύτην γὰρ τὴν πρ. ut mox inferius. Ibidem, de annis Pſeudantonini, deque ejuſdem & Comazontis facinoribus plenior narratio eſt in Leg. vol. 443. De Comazonte autem narratum etiam ſupra 888. p. Ibid. ſ. pro ὑπὴν Legat. vol. 445. habet ἐπὴν.

911. ἢ [οἱ] τῶν Σύρ.] incluſus articulus οἱ, additus e P. c. Ibid. ſ. pro ὑπὲρ vulg. l. vitioſa contractione habent ὅπερ: ſicut etiam paulo poſt, pro ἐπὶ κυνὸς in P. & M. c. ſcriptum ἐπίκυνος: & ἄπλωμα pro αἴτωμα. De hujus autem loci emendatione atque explicatione agit etiam Paul. Leop. Emend. lib. 7. c. 2. ubi αἴτωμα pinnaculum interpretari mavult.

912. p. & προσγράψαντες retineri poteſt, & προγράψαντες pro eodem reponi. Lat. t. 911. m. Gr. ſ. & illa Veſtalium maxima, lib. d. Sed & ante, pro ſpectaculis ſupplicationum rectius fortaſſe repoſuerimus ludis votivis.

912. m. κομίσασθαι] interpres κομίσεσθαι legit, fut. tempore.

913. p. οἱ διαφέροντο] οἱ, pro vulg. οὐ repoſ. e P. & Zon. 223, 21: ubi hæc pene ad verbum leguntur. Lat. t. 912. ibid. m. reddere poſſis etiam amuletis innumeris. Inferius, pro cubiculo, cellam mavult Briſſonius in lib. De jure connubiorum. De nudatione autem meretricum, tradit idem Briſſ. eodem tractatu, paulo poſt.

913. p. ἦν. μὲν γὰρ] v. 1. pro γὰρ paulo aptius leget γοῦν: vel ſaltem γὰρ pro γοῦν accipiet i. e. quidem certe. Ibid. talem quampiam lectionem poſtulat ſententia, ἦν φανερῶς τοῦτ' ἰδεῖν, licebat hoc palam videre. Ibid. m. λεγόμενος δ' ἔτι] vulg. l. & P. c. δέ τι, ſententia minus apta. Ibid. ſ. καὶ ἐδόνηθ.] convenientius ἐδωρήθησαν, muneribus ornati ſunt. Pro ſequenti συνεπανέστησαν malet fortaſſis aliquis συνεπόμενον, aut ſimile quid; ut infra 915. ſ. τῶν συνασελγαινόντων αὐτῷ. ſed nulla mutatione opus eſſe oſtendit clauſula hiſtoriæ. 916. ſ. ſignificat enim eos qui cum ipſo adverſu

adverſus Macrinum inſurrexerant, ut Eutychianus Comazon, & alii. *Ibid. f.* pro πόνῳ *requiritur potius adjectivum* τορῷ, συντόνῳ, *vel aliud conſimile: aut certe adverbium* πάνυ. *Lat. t. ibid. m. Gr. ſon.* ipſos venerantem, *ſeu adorantem. Ibid.* poſtea pilis ſe nudabat: ut hac etiam re mulierem ageret. *Dein*, mater ejus, ſerva adhuc, Romam per milites adducta. *Ibid. f.* illum ergo non levi aliquo impetu, ſed adeo intenſo profundoque amore diligebat, ut non ſolum talia non ægre ferret, ſed contra, ob ea ipſa magis eum diligeret, ac revera Cæſarem declarare vellet, aviæque eo nomine ſibi obſtanti minaretur, & milites propter eundem haud leviter offenderet.

914. *m.* ἀςασίᾳ συγχεθεὶς *ſecutus erat etiam Blancus in ſua verſione;* quietem non cepiſſet. *Sed melius vidit Xylander legendum eſſe* ἀςυσίᾳ. *nam ob veretri* ἀςυσίαν, *non ob animi* ἀςασίαν, *honoribus orbatus & plane relegatus fuit Zoticus. eſt autem ut* ςύεσθαι arrigere, *ita* ἄςυτος, arrigere non valens: *&* ἀςυσία, arrigendi impotentia. *Eam porro eſſe genuinam lectionem, probat hæc Zonaræ paraphraſis* 223, 55. ὡς ἐπὶ πᾶσαν τὴν νύκτα μεῖναι πρὸς μίξιν ἀκίνητον. *Ibid. f. pro* ὃς καὶ, *ſtructuræ ac ſententiæ ratio poſtulat* καὶ ὡς, & quaſi, *vel relativum* ὃς *plane tollendum. Lat. t. ibid. p. Gr. ſ.* ut qui etiam athleticæ daret operam. *Ibid. m.* mire partim collo muliebriter inflexo, partim oculis pellaciter intortis. *Et*, mox, cum una laviſſent, atque illum nudato corpore famæ reſpondentem inveniſſet, marem pati ardens, in ejus pect. *Ibid. f.* Sed erat Sardanapalus etiam ipſe digniſſimum impuritate ſua non multo poſt reportaturus præmium. *Et*, ſeque, ut tanti filii exemplo factum patrem, eoque ætate longe ſuperiorem, beatum prædicavit; dix. *Et mox;* 915. nam Heliogabalum id ſibi præſtitiſſe, Alexandrumque eum agnominari juſſiſſe.

915. ἄρα ὡς Ἀλεξ. ὡς *vel pleonaſtica eſt, vel pro* τις *ſubſtituta. Ibid. m.* ἀλλ' ὥσπερ [ἐν] π] *incluſa* ἐν *abeſt a P. c. Mox rectius cum Xyl. l.* Χαλκηδονίᾳ γῇ. Χαλκηδὼν *enim, vicina eſt Byzantio:* Καρχηδὼν *autem nimis longo inde ſpatio diſſita. Ibid.* ἱερά [τινα] π] *incluſum* τινὰ *abeſt a P.*

916. *p. rectius fortaſſe tranſpoſita copula leg.* ὡς καὶ ὄντος ἐξ αὐτοῦ γεγ. *Lat. t.* 915. *p. Gr. ſ.* ferret cultum, *ſeu habitum. Ibid.* thyrſis hinnuliniſque pellibus inſtructi erant. *Ibid. m.* ſed velut in pompa quadam, interdiu, præmiſſis adventus ſui nuntiis, (*vel*, indicta ſuis in dies profectione) Byzantium usque pervenit. *Et mox*, ubi nocte ſacris quibusdam peractis, ligneoque defoſſo equo, diſparuit. *Ibid. f.* nam & avia eum oderat, qui uſus traret, ac ne Antonini quidem eſſet filius; atque in Alexandrum, quaſi vere ex illo ortum, erat propenſior.

916. *p. rectius* φυλαττόμενον ἑαυτὸν, ſe obſervans. *Ib.* φεύγ. [πως] ἐπ. *incluſum* πως *abeſt a P. c. Ibid. m.* ὥσπερ γὰρ πρὸς [τι] ἐς. *pro* τι *P. habet articulum* τὸ, *ſed ei locus eſſe non poteſt, niſi ſubaudiatur ex ſequentibus* εἰσφέρεσθαι εὐηθές. *Ibid.* ἐπ' αὐτῷ] *aptius fortaſſis leg.* αὐτοῦ, ſub eo principe, eo rerum potiente.

917. *m. poſt* μεγάλη *deeſt* τῷ δήμῳ *vel genitivus* τῶν ἐν τῇ πόλει, *aut ſimilis. id & ſequentia indicant, & hæc Zonaræ* 224, 45. ςάσις μέσον τοῦ δήμου καὶ τῶν δορυφόρων ἐγένετο, ſeditione inter populum & prætorianos exorta eſt. *Ibid. f.* πλέον, *ſi mendo caret, accipiendum erit adverbialiter pro* μᾶλλον, majori ex parte.

918. *p.* φοβ. [καὶ] ἀληθ. *incluſa* καὶ, *abeſt a P. Ibid. m.* εἶναι δοκεῖ] *poſitum pro* ἐδόκει: *quæ temporis enallage facta etiam in ſequentibus. Lat. t.* 917. *m. Gr. ſon.* non potuerim ea accuratione, qua præcedentia, componere, *i. e. conſcribere. Ibid. f.* in Cretam abductus, ſupplicio affectus eſt. 918. *m.* licentia, reprehenſionum impatientia, *vel*, reprehenſionum contemptus.

918. *m. congruentius fut. temp.* ὑπατεύσοντα. *Statim pro* αὐτῷ *rectius legimus* αὐτὸ *ut relatione ad* τὸ ἀνάλωμα *facta, intelligatur* ſumptus ipſe, *ſeu* impenſæ ipſæ. *cujus modi humanitas M. Antonini erga Proculum narratur a Capitolino* 141. 13. *Ibidem convenientius* ἐφοβήθη, *tertia perſona itemque in Lat. t.* timuit: *ut ad Alexandrum de Dionis ſalute ſollicitum feratur; quod declarant etiam ſequentia. Ibid. f. Homeri locus eſt, ex Il.* λ. *In fine P. c. additur hæc periocha:* Τὰ ὀνόματα τῶν καισάρων τῶν περιεχομένων τῇ βίβλῳ ταύτῃ· Ἰούλιος Καῖσαρ, Αὔγουστος Καῖσαρ, Τιβέριος, Γάϊος, Κλαύδιος, Νέρων, Γάλβας, Ὄθων, Οὐιτέλλιος, Οὐεσπασιανὸς, Τίτος, Δομετιανὸς, Νερούας, Τραϊανὸς, Ἀδριανὸς, Ἀντωνῖνος ὁ εὐσεβὴς, Μάρκος Ἀντωνῖνος, Κόμοδος, Περτίναξ, Ἰουλιανὸς, Σευῆρος, Ἀντωνῖνος ὁ καὶ Καράκαλλος, Μακρῖνος, Ἄβιτος, Ἀλέξανδρος.

HENRICI STEPHANI IN DIONEM PRÆFATIO AD LECTOREM.

HENRICUS STEPHANUS LECTORI LECTIONIS DIONIS STUDIOSO.

Hiſtoricus ille longe celeberrimus, DIO CASSIUS, qui & COCCEJUS, ſive COCCEJANUS, ὑπερεπονομάζεται (ita enim loqui cogor, ſi quidem vocabulum CASSIUS jam ἐπονομασία eſt) quum ad ſuas ædes vel potius ſuam officinam reverſus, meum & ad ſecundam editionem auxilium imploraſſet, ac ſibi ſpem ejus factam videret, ſibi magnopere gratulari de illo poſtliminii jure cœpit: & eo quidem magis quod Dionyſium Halicarnaſſeum de jure eodem ſibi denegato valde conquerentem audiſſet. Verum ſecundam etiam ſimulque poſtremam ſuis vulneribus manum a me adhiberi poſtulavit, (ad illa enim membra quod attinet quibus eſt mutilatus nullam ſibi de iis reſtituendis ſupereſſe ſpem videt. *Afferat ipſe licet ſacras Epidaurius herbas.*) Meam ego illi operam libenter quidem, ſed timide tamen, initio ſum pollicitus. Timebam enim ne præter ea medicamenta quæ Pariſiis partim a patre meo, partim a me, & aliquot poſt annis a Guilielmo Xylandro interprete adhibita ejus vulneribus fuiſſent, valde pauca inveniri a me poſſent: ad gravia præſertim vulnera quod attinet. Sed quum annotationes Xylandri, quas interpretationi ſuæ ſubjunxit, in manus ſumpſiſſem, & ſæpe quidem illas Pariſienſes lædari (veluti quum in quendam locum quem habes pag. 21. hujus editionis annotat; *Ingenioſe Robertus Stephanus reſtituit hunc locum,* ᾗ ἐπ' ἀμφοτέρων σπουδάζηται, ἐπιχειτεν. Nec non in quendam pag. 187. *Robertus hunc locum eruditiſſime ſic reſtituit,* καὶ νίκας πολλὰς μὲν ἐν τῇ Ἀφρικῇ, πολλὰς δὲ καὶ ἐν τῇ Ἀσίᾳ &c. Sic etiam in paginam 266. *Ego Roberti opinionem laudo,* ἠγνόητε *legentis.* Denique & in pag. 304. *Roberti correcturam laudo,* ἀδικοῦσιν ἑαυτοῖς συνίσασιν: (niſi potius *correctionem* ipſe, quam *correcturam* dixit) ut de aliis propemodum infinitis locis taceam, in quos emendationem noſtram afferens, dicit, *Robertus Stephanus recte hoc caſtigavit:* vel, *hoc vidit*, vel, *animadvertit*, vel *docuit*, vel, *notavit*, aut etiam, *Roberto aſſentior, ita legendum*: vel, *Ita lego cum Roberto.* Aut ubi annotationem quaſi velut noſtro ſigillo obſignans ei ſubjungit, *Steph.*) quum, inquam annotationes illius in manus ſumpſiſſem, & noſtram quidem operam in curandis vel potius ſanandis pleriſque Dionis vulneribus, commendari

commendari ab eo, ſed nequaquam eandem in aliis præſtari animadvertiſſem, (quod ab eo tamen factum eſſe credebam) ac viderem ſupereſſe tamen multa quibus ita opem ferre me poſſe ſpectarem, ut non minus in his quam in illis medicam noſtram manum Xylander laudaturus eſſet: & bono eſſe animo cœpi, & Dionem eſſe pariter juſſi: qui cum ſomnio, in quo mihi apparuerat, repente evanuit. Nec mea me ſpes (ut opinor fruſtrata eſt, nam & eorum nonnulla quæ inſanabilia exiſtimabantur, a me ſanata eſſe, & ne ipſam quidem invidiam hoc negaturam perſuaſum habeo. Ac quemadmodum illi qui arcem valde munitam & expugnatu difficilem non fruſtra oppugnavit, ſed ita ut expugnaverit, magnam ſpem de aliarum, præſertimque earum quæ minus munitæ ſunt, expugnatione, concipit: ita & mihi contigit, ut quum nunc, poſtquam Dio in officinam noſtram poſtliminio rediit, magnam quæ aliquot Dionis ſuberat locis depravationem profligaſſem, ad minorem quæ alios invaſiſſet profligandam, non parva cum fiducia accederem. In eorum autem numero qui valde erant depravati, poni poterat hic, qui non procul a fine libri LIV. [pag. 546.] legitur, *καὶ τοῦτο μὲν, εἴγε τῷ πιςὸν, οὐ παραδέδοται.* Quis enim locum hunc valde eſſe depravatum non dicat, quum quod ea dicitur (ut quidem ſcriptus eſt) omnino abſurdum vel potius ænigmaticum ſit? At vide quam paucis & non magnæ molis machinis expugnatus a me error ille fuerit, quum pro illis hæc ſubſtitui, *καὶ τοῦτο μὲν, εἴτε τῷ πιςὸν, εἴτε οὔ, παραδέδοται.* Quoniam autem mihi videor jam audire multos interrogantes de vitiato quodam loco, qui tibi occurret in ipſo fere Dionis hiſtoriarum principio, (id eſt, eorum quæ nobis e Dionis hiſtoriis ſuperſunt) nimirum initio paginæ ſecundæ editionis Pariſienſis (ubi & aſteriſco notatus eſt) in fine autem paginæ ſecundæ hujus editionis: quoniam mihi videor, inquam, audire non paucos ſciſcitantes an nihil novi nova hæc editio afferat in locum iſtum. *καὶ ἀφιτρωθεὶς, πρὶν ἐπιβῆναι τῆς ἀρχῆς, μετήλλαξε*, &c. jam nunc quicquid in locum illum habeo, libenter cum illis communicabo. Dico igitur me in margine mei exemplaris adſcriptum, (& quidem manu mea) reperiſſe, *Αὐφίδιος τρωθεὶς*, pro illo monſtroſo vocabulo; *ἀφιτρωθεὶς*. Fuiſſe autem facilem lapſum ex *αὐφίδιος τρωθεὶς*, in *ἀφιτρωθεὶς*, nemo non videt. Neque tamen negaverim fieri etiam poſſe ut plura verba ſint omiſſa, & *αὐφίδιος ὁ ἀντ' αὐτοῦ αἱρεθεὶς, τρωθεὶς* ſcriptum fuerit. Cæterum cum in editione illa Pariſienſi non magno intervallo adſcriptus ſit margini alius aſteriſcus, juſtam illum quoque expungendi cauſam tibi indicabo. Veram enim lectionem te docebo, qua in locum alterius ſubſtituta, quid opus illo erit? Quum igitur ita ibi ſcriptum ſit, [pag. 3.] *καὶ οἱ βάρβαροι ἀθυμότερον, ἅτε ἐπικρατοῦντας*, tu pro *ἀθυμότερον* ſcribe *ῥαθυμότερον*, & *ἐπικρατοῦντες* pro *ἐπικρατοῦντας*. atque hanc emendationem ſcito multorum locorum, non Dionis tantum ſed aliorum etiam hiſtoricorum, auctoritate niti; hanc enim omnes naturam eſſe militum oſtendunt ut *κρατοῦντες* ſive *ἐπικρατοῦντες* ſint *ῥαθυμότεροι*: id eſt, ut victoria negligentiores illos reddat. Contra autem illorum naturæ omnino eſſet contrarium poſt victoriam eſſe *ἀθυμοτέρους*, ſiue *ἀθυμότερον διάγειν* (quod loquendi genus habes hic) quum contra victoria vel ſummam *ἀθυμίαν* in ſummam *εὐθυμίαν* repente mutet. Quid? lacunam illam quæ non longo ſequitur intervallo, nimirum quam habet pagina quarta, & cui appoſiti ſunt aſteriſci non audebo adoriri? Imo audebo, & quidem (ut ſpero) feliciter. Ubi igitur vides ſcriptum eſſe, *συνεπελάβοντο τοῦ ἔργου ** ἀνάλωσαν ἄν, εἰ μὴ ὁ Μιθρ.* ego veriſimile & pluſquam veriſimile eſſe dico, ſcriptum fuiſſe *συνεπελάβοντο τοῦ ἔργου. καὶ πάντας τοὺς Ῥωμαίους ἀνάλωσαν ἄν, εἰ μὴ ὁ Μιθρ.* Pro quo accuſativo poſſet & nominativus poni, *πάντες οἱ Ῥωμαῖοι*: ſed ex *ἀνάλωσαν* faciendum eſſet *ἀναλώθησαν*. At vero p. 5. inter verbum *ἡσύχαζον*, (poſt quod aſteriſci notam habes) & illa *τὰ δὲ δὴ Κίμωνα*, quum non pauca deſint, externo certe auxilio opus eſt. Nullo autem externa ope adverſus aliam quæ paulo poſt occurrit depravationem egebo, ſed eam meo Marte profligabo. Nam ubi legis, *καὶ τῶν αὐτῶν περιέχουσι*, hoc verbo neque iſtam conſtructionem admittente neque ullam ſignificationem quæ huic convenire loco poſſit habente, ſcribe, *καὶ τῶν αὐτῶν περὶ αὐχοῦσι*: id eſt, *& de iiſdem rebus gloriantur*, vel *ſe jactant*. Quænam autem illa ſit gloriatio, continuo adjicit: adeo ut hæc mea lectio optime cum ſequentibus cohæreat; præterquam quod hæc duo verba *περὶ αὐχοῦσι* in unum *περιέχουσι* a minus attento librario facile mutari potuerunt. Nam vero nihil in eadem pagina inveni quod emendatione opus haberet; nam circa ejus finem non dubium eſt quin ſcribendum ſit, *τοὺς ςρατηγοὺς διὰ γυμνασίας ἐποιεῖτο*. Pauca hæc eſſe tibi velut ſpecimen volui emendationum mearum, quæ annotationibus reſervantur. Poſteriorum inquam emendationum, ad Pariſienſes illas, id eſt Pariſienſi editioni adjunctas, reſpiciendo: quarum facta mentio ante fuit. Quamvis autem magnam harum partem a Xylandro approbari & laudari dixerim, haut tamen omnes in ipſum contextum (vt vulgo loquimur) recipere auſus ſum: easque præſertim in quibus aliquot vocabula aut etiam unum tantum ad explendum lacunam quampiam adjeci. Exempli gratia, quum pagina 523. ita ſcriptum ſit, *οἱ γὰρ τὰς συνοικίας νύκτωρ φυλάσσοντες ** ὅπως σημαίνειν σφίσιν ὁπόταν βουληθῶσι δύνωνται*, in illis noſtris Pariſienſibus caſtigationibus annotatur. *Sententia eſt imperfecta, quæ tamen ex conjectura ſic perfici poterit, οἱ γὰρ τὰς συνοικίας νύκτωρ φυλάσσοντες κώδωνα ἔχουσιν, ὅπως σημαίνειν σφ.* &c. aut ita, *κώδωνι χρῶνται, ὅπως* ac Xylander in ſuis annotationibus, *Lando Robertum* (inquit) *qui ſenſit deeſſe hoc loco ea verba, κώδωνι χρῶνται, inferenda ante hæc, ὅπως σημαίνειν σφίσιν*, &c. ego tamen illi noſtræ conjecturæ haud tantum tribuere auſus ſum ut verba illa cæteris insererem.

At in ipſa interpretatione nihil mutandum cenſui, licet locos animadverterem multos quorum ſenſum interpres (vir alioqui in hoc munere & apud hunc ſcriptorem & apud alios non infeliciter circa valde difficiles etiam locos verſatus) minime aſſequutus eſſet. Quorum e numero eſt quidam pag. 48. de Catilina. nam quum Dionis verba ſonent: *Atque is majus quam pro dignitate eorum quæ geſſit nomen conſequutus eſt, propter Ciceronis gloriam, ac propter orationes quæ in eum habitæ fuerunt.* Niſi quis malit principium ita reddi, eodem alioqui ſenſu: *Atque is majus nomen quam quo res ab eo geſtæ digna erant, conſequutus eſt &c.* quum, inquam, Græca Dionis verba hoc ſonent, quiddam valde diverſum Latina Xylandri ſonant. De hoc etiam mihi monendus es lector, nonnulla te in hac interpretatione lecturum ubi ſermonem vitioſum eſſe putabis, ſed eum & aliquot aliis locis eodem loqui modo comperies. Ejus autem quod dico exempla in meis annotationibus proferam, ubi & alias emendationes plurimorum Dionis locorum & quarundam interpretationem habebis: ſimulque Xiphilini ex Dione eclogas, nec non alia hujus ipſius (Dionis inquam) Deo favente accipies. Hæc enim ei prælo quod nunc operam Appiano præſtat, committere decretum eſt. Vale & deum opt. max. ora ut noſtris adſpirare laboribus dignetur.

HENRICI STEPHANI EMENDATIONES QVORVNDAM EPITOMES XIPHILINI LOCORVM.

(ex edit. ejus min. p. 610. ſqq.)

Fragm. Dionis ex Xiph. CLXXVIII. p. 76, 12. edit. noſtræ. ἀπεῖν, ὁ μὲν πολ. addo ὅτι vel ὡς, ante ὁ μὲν. paulo poſt repono ἥδη, pro ἦδαι. Pag. 25. C. Dionis Leuncl. Καππαδοκικὸν νόμον. ſcribo νομόν, non νόμον, ideoque non placet hujus loci interpretatio. 38. C. λάψεται. λήψεται. 39. C. παντελῶς κεκοσμημένον. malo πολυτελῶς κεκ. 176. C. προῤῥήσεις repono προσρήσεις, ut habes & p. 509. A. 179. A. ἄριστοι τὰ πολέμια. πολεμικά. 243. D. ὑπερκολακεύοντες. ὑποκολακεύοντες. 270. C. μάστιγα. μάστιγας. 271. A. μέγα ἐπ' αὐτῷ ἐλπ. μεγάλα. ibid. C. αὐτοῦ ἀπό. αὐτὸν ἀπό. 274. E. ἐγνώκασι. ἐγνώσθη. 316. E. (ubi in Dione τριπλῶς ἔφυγεν) ὑπεδρ. ὀλίγος. ὀλιγοστός. 354. C. ἐσφάχθαι. ἐσφάλθαι. 360. A. φίλον ἐποίουν. φίλοιον ἐπ. 375. D. λιμός. λοιμός. 387. D. (ubi Dio: ἐνιαυτὸν τοῦτον τε καὶ ὕστερον) καὶ δύο ἐνιαυτούς, καὶ ἐνιαυτόν. 388. B. συντηρήσαις. συνθρύσαις. 389. A. πληροῦνται. τεθρωοῦνται. 399. C. ἄνευ φυλ. οὐκ ἄνευ φυλ. 405. C. Σώσιον. Σόσσιον. 410. A. προπορεύονται. προσπορεύονται. 416. E. ἐκλιπεῖν. ἐκλιπόν. 440. A. τινὸς φοβοῦ. τινὸς φοβεροῦ. 451. C. σου τούτου. σου τοσούτου. 494. D. προσεπάπει. προσεπάπαστε. 509. B. ἀρχὴν ἐγ. malit ſ. quiſpiam ἐς ἀρχήν. ibid. E. ἀνεξέλεγκτά τε. ἀνεξέλεγκτά γε. 517. B. Ἐπιβούλων. Ἀβούλων. 521. C. τῆς κλήσεως. τῆς ἐπικλήσεως. 522. B. Πρίμου ὅτι τῆς. Πρίμου αἰτίαν ἔχοντος ὅτι τῆς. 524. A. τῆς χώρας τῆς Ἐλεφ. τῆς πόλεως τῆς Ἐλεφ. & παρεδοῦντες pro πολιορκοῦντες. 525. E. Κυζικηνούς. Κυζικηνούς. 527. B. Ζάμαρκον. Σάμαρον. 531. A. ἐν καὶ Μουρ. fortaſſe ſcribendum ἐν δὲ καὶ Μουρ. at verſu ſeq. ἐδίκασεν, pro ἐδίκασε. 551. E. αὐτῷ ἔφασκεν. αὐτὸ ἔφ. & διὰ τοῦτο, pro διὰ τούτων. 555. B. Πανδατερίαν. Πανδατερίαν. 556. A. ἀνεπιφοιτητα. vide an reponendum ſit ἀνεπιφοίτητα. 558. C. ἀλλ' ἔν τε τῇ φύσ. ſcribo ἀλλ' ἔν γε, & addo καὶ ante ſequens εὐχ. 559. C. ὁ γάρ τοι, vel ἀεὶ γάρ τοι ſcribendum videtur, vel dicendum pendere ſententiam, usque ad φέρε μέλλω. 562. C. ἀνδριάντα, ἀνδριάντα. ibid. D. δυσβάτους. δυσεμβάτους. 563. A. ἀντιποιήσεσθαι. ἀνθυποστῆσαι. pro quo repono ἀντεπιστῆσαι. 564. A. νικητηρίων. ἱκετηρίων. 566. B. ἑπτακοσίους. ἑξακοσίους. 588. C. καθ' ἡμέραν. καθ' ἕκαστον μῆνα. 615. B. ἐλᾷ τάσις. infra legitur ἐλᾷ in eodem verſu. 616. B. Σαβίου Ἀπικ. Γαβίου Ἀπικ. 618. A. Λουΐλλαν. infra habes Λουΐλλαν. 622. C. τιμ. ἀυξοῦντα. ſuſpicor legendum ἔξοντα. 626. C. προσκυνεῖν. προκυνεῖν. 641. C. καὶ ἑπτακοσίας καὶ πεντακοσίας. 645. E. ὑπαγγειλάμενοι. ἐπαγγειλάμενοι. 648. D. Σεπτοῖς. malim Σέπτοις, quum ſit pro Latino *Septis*. 656. B. (ubi Dio: καὶ ἤδη γάρ τὰ ἐν) ἐπειδή τὰ ἐν. Rectius ἐπεὶ δέ, vel ἐπειδὴ δὲ τὰ ἐν. 661. A. αὐτῶν καὶ ἐκ. malim αὐτῷ. ibid. B. δοκοῦντές τέ τι εἶναι. δοκοῦντές τι εἶναι. ibid. E. μόνοις ἀλλήλοις. magis placet ἀλλήλους. 676. A. πρότερον χαλεπ. apud Homerum legitur πρότερος, ubicunque habetur hic verſus. 676. D. πολλοί τε αὐτόν. ſi legas αὐτὴν convenit cum ſequente Participio πραθῆναι, idemque Subſtantivum utrobique ſubaudiendum erit. paulo poſt δεῖ συντετρ. ταὶ videtur τοι potius legendum. 684. B. θαῦμά τε. vel expungenda particula τε, vel in τοῦτο vertenda. 692. A. πολλῷ δὲ δῆλον. fortaſſe legendum, πολλῷ δὲ μᾶλλον δῆλον. 703. C. Ἀνδρίαν. vocatur Ἀνδρίτη pag. prox. ſequ. 712. E. πάντων θαυμαστῶν ὄντων. vide, num ſcribendum πάντων θαυμαζόντων. 715. B. καίπερ γε τοῦ πλήθους. repono καὶ περί γε. ibid. C. τετρακισχιλίων ἀξιούντων αὐτὸν βιβλίων. ſcribo τετρακισχίλια, & βιβλία. 716. A. ὅ τε γὰρ ὁ Νέρ. legendum ὅ, τε γάρ, quod reſpondeat ſequentibus καὶ ὁ. ſed in illa periodo quædam alia mendoſa eſſe videntur. 727. C. Ὀκτρῶν θανεῖν. apud Suetonium legitur Θανὼν μ' ἀνάγει σύγγαμος, μήτηρ, πατήρ. 736. D. ἐκεῖ ἔθετο. reponendum ἐκεῖνον. 737. C. διατεθραμμένους. διατεθρυμμένους. 742. A. οὗτος γὰρ πρῶτον. legendum οὗτοι. 749. E. τὰ αὐτὰ τοῦτο. vel expungendum, vel in ταῦτα mutandum videtur τὰ αὐτά. 756. A. νύξ τε οὖν ἡμέρας. malim νύξ τε ἐξ ἡμέρας, aut νύξ τε ὅσον ἐξ ἡμέρας. 763. E. ὅ, τι ἐν τοῖς ἐν. ſcribe ὅτι ἐν. ibid. D. καὶ τοὺς τάπους. καὶ τοὺς Τάπους, idem autem nomen habes ſupra p. 764. A. 774. C. ποτὲ ἐν τῇ σ. lego ποτὲ δὲ ἐν τῇ σ. 778. C. παρὰ τὸν Τρ. itidem hic παρὰ δὲ τόν. 782. E. κλειθέντων. qui reponendum putent κλεισθέντων. 791. A. οὐδ' ἴσον ἀσπάσαντες. repono οὐδ' ἴσον ἀσπασάμενοι. 792. A. γυμνὸν αὐτὸ περιόντα. ſcribendum puto γυμνῷ αὐτῷ. 799. D. φοβηθέντες, ἐπαίσαντες. repono φοβηθέντων, & ἐπαισάντων. 795. A. Πανδατερίαν. Πανδατερίαν. 796. C. μνῆμα αὐτοῦ τοῦτο ἐνέγραψεν. vel legendum αὐτοῦ, retinendo ἐνέγραψεν, quod ſit *inſcripſit*, pro *inſcribi juſſit* (ut docte vertit Interpres,) vel legi debet ἐνεγράφη, retinendo αὐτοῦ, ſed altera lectio magis mihi placet. ibid. D. τὸ δαιμόνιον ὑμῖν ἀφ. ſcribo τὸ δαιμόνιον δ' ὑμῖν ἀφ. 805. B. νίκην παράδοξον malit fortaſſe aliquis παραδόξως. 806. C. τὸ ὄνομα αὐτῶν. in altera editione eſt αὐτῶν, ex quo vel αὐτὸν faciendum fuit, vel (quod vicinius eſt) αὐτοῦ, ut hic habes. 817. A. ἄλλος καὶ τις. aut ὁ καί τις, aut ὡς καί τις. ſed illud potius legendum puto. 828. A. ἐκεῖνό γε τοῖς τότε ἄλλοις, ſcribo τοῖς τε ἄλλοις. 830. A. τὸ πραχθὲν ἐκόμισαν. ſi reponatur ἐκόμισαν, quo nullum vicinius eſſe poteſt verbum, fuerit ἐκόμισαν τὸ πραχθέν, perinde ac ſi diceretur ἐκόμισαν γράμματα (ſeu ἀγγελίαν) περὶ τοῦ πραχθέντος. 834. A. ἀνταλλάξοντες. ἀνταλλαξάμενοι. 851. D. ἐν δὲ μὲν Ἀλβάνοις. rectius ſcriberetur, ἐν δὲ ὁ μὲν Ἀλβ. 862. E. ἐλύσατο. malim ἐλύθη. 863. A. Qui hic Πλαύτιος, infra nominatur Πλαύτιος p. 870. B. 863. C. ἀμφὶ ἔτη. non dubito quin pro ἀμφὶ reponendum ſit αὐτίκα. 865. C. λαγχάνει. repono λαχόντα. 871. A. ἐν τῇ Ῥώμῃ. rectius ἐς τὴν Ῥώμην ſcriberetur. ibid. D. ἐν καὶ συνελ. malim ἐν ᾧ. 876. E. τὸ τῆς ὀνόμα. videtur poſt τῆς deeſſe ἐλευθερίας, aut aliquid hujuſmodi. 879. A. ὡς μεγάλως. ſcribo ὡς ἐν, licet ejuſdem particulæ omiſſionem habeas pag. 871. D. ἐν, pro ἐν ᾧ. 880. C. περὶ τοῦ χρόνου. fortaſſe pro τοῦ ſcribendum eſt τούτου, vel potius αὐτοῦ. 916. A. φυλαττόμενον ἑαυτῷ. ſcribo ἑαυτόν. 918. C. ὑπατεύσαντα. repono ὑπατεύσοντα. ſimilem autem errorem in multis multorum autorum obſervavi locis.

Hi ſunt loci non omnes quidem qui emendatione indigent, ſed omnes quos pro tempore emendare, vel potius, quorum emendationem conari potui. Fuerunt vero & inter excudendum hunc librum ſuæ integritati reſtituti nonnulli, ii videlicet, in quibus *ſine ullo periculo* id facere licebat. Sunt vero & quæ ex interprete reſtitui poſſunt, quæ ego tibi ex eo petenda relinquere malui.

Quod autem ad varias lectiones attinet, ne quis miretur, non omnes hic eſſe poſitas quæ in calce paternæ editionis exſtant, ſciat primum quidem nonnullas in ipſum contextum fuiſſe receptas, utpote aperte meliores iis quæ illum antea occupaverant: deinde vero in ſuperioribus Xylandri annotationibus aliquas haberi, eas in contextum reponendas itidem cenſentis; quas ego hic minime repetendas eſſe putavi.

Quodſi & ipſam interpretationem corrigendam ſuſcepiſſem, id in pleriſque locis a me, dum illas Græci contextus emendationes ſcriberem, obſervatis, præſtare potuiſſem. Sed eum qui huic operi (emendandi ſcilicet) manum primam feliciter impoſuit, etiam poſtremam imponere, æquum eſſe judico.

HENRICI STEPHANI IN XIPHILINI EX DIONE ECLOGAS ANNOTATIONVM SPICILEGIVM

(ex edit. ejus majore)

LECTORI.

Nulla de re minus cogitaveram quam de hoc poſt duos tam ſtrenuos meſſores, Guilielmum Xylandrum & Fridericum Sylburgium, Spicilegio: partim quod longa peregrinatio animum a Xiphilini quoque hiſtoria avocaverat, partim quod nihil illos ne oculatiſſimo quidem ſpicilegæ reliquum feciſſe exiſtimabam. Nam etiamſi Guilielmus Xylander quodam me ex æmulationis radicibus pullulante odio proſequutus ſit, eum tamen abſit ut ſua laude fraudare velim: (præſertim quum illud odium literis paulo ante mortem ad me ſcriptis velut ejuraverit) ad Sylburgium autem quod attinet, ſi eum laudare non auſim, quoniam cum ejus laude mea conjuncta eſſe, atque adeo in me, quem habuit, novo quodam more, dominum ſimul & præceptorem (quod ille beneficium pro ſua ingenuitate agnoſcat) redundare videtur: haud illaudatus manſerit tamen, ſed ſua eum erudita diligentia, vel omnibus mecum tacentibus, laudaverit. Nulla inquam de re minus quam de ea cogitaveram: ſed quum grammatoleſtes typographicus unicam ſupereſſe chartam diceret (quam typographia folium vocat) eamque nihilominus ternionis eſſe loco oportere, niſi quid a me adderetur: & re vera aliquid vel de meo vel de alieno eſſe adjiciendum viderem; ut

hoc

hoc non ſervati decori typographici peccatum vitari poſſet; ac quidpiam de meo non de alieno dare, & honeſtius mihi & lectori utilius fore (quippe qui illud meum, velut quoddam ἐπίμετρον, habiturus eſſet) non ignorarem: venit in mentem, talia quædam qualia ſequi vides, in ſcriptorem iſtum annotare. Sic tamen vt in ea quæ prima occurrunt e libro XXXV. excerpta, plus quam in cætera conſulto præſtiterim.

Verum eſt etiam aliquid quod ſtatui lectori προσχαρίζεσθαι. id autem eſt, cum de cautione quam ad lectionem hujus ſcriptoris adhibere debet admonere. Neque tamen prius id fiet, quam finem huic πονηματίῳ impoſuero.

P. 2. p. [Xiphilini verba ſunt, circa init. li. 35. ἑλὼν δὲ τὰ Τιγρανόκερτα μετὰ τοῦτο, τὰ μὲν ἄλλα διήρπ.] Hæc verba μετὰ τοῦτο (quæ interpres non debuit omittere) non videntur referenda ad illud quod proxime præcedentibus verbis narratur Tigranes feciſſe: quaſi ſtatim poſt capta a Lucullo Tigranocerta fuerint: ſed perinde eſſe ac ſi diceretur *aliquanto poſt:* ut de parvo potius quam magno temporis intervallo intelligatur. Cæterum hoc ex loco apparet, Dionem in his verbis, τὰ δὲ δὴ Τιγρανόκερτα, στασιασάντων πρὸς τοὺς Ἀρμενίους τῶν συνοικούντων αὐτοῖς, εἷλε, non inchoare hiſtoriam de Tigranocertis, ſed ad eam reverti. Ac quum dicit paulo ante, Λούκουλλος δὲ Τιγράνην μὲν οὐκ ἐπεδίωξεν, hoc intelligendum eſſe de iſta quam Xiphilinus commemorat fuga: qui certe non debuit iſtud ad eam pertinens omittere. Proinde eſt ac ſi diceretur, *Lucullum fugam hanc haud difficilem illi reddidiſſe.* Ib. τὰς δὲ δὴ γυναῖκας τῶν δυν.] Omittit Xiphilinus poſt γυναῖκας genitivum τῶν δυνατωτάτων, omnino neceſſarium; & quem prætermittere non debuit. Alioqui vix credibile eſſet quod dicitur, nam mulieres omnes ab injuria militum in tali urbis expugnatione fuiſſe conſervatas, cui fiat veriſimile? At non & hoc fuerit incredibile, Lucullum τὰς γυναῖκας τῶν δυνατωτάτων, & quidem πολλὰς, id eſt, *multas Optimatum uxores*, ab injuria tutatum eſſe? Quum autem dicat Dio ἄνευ ὑβρισμοῦ ἐφύλαξε, maluit dicere Xiphilinus, eodem alioqui ſenſu ἀνυβρίστους ἐφύλαξεν. Niſi forte apud Dionem aliquis illas duas voces ἄνευ ὑβρισμοῦ pro expoſitione vocis illius ἀνυβρίστους (alioqui tamen haud obſcura) margini adſcripſerat: quæ deinde in locum hujus irrepſerint.

Ib. Xiphil. τοὺς μ. τ. φ. προσεποίησε] Aptior eſt media vox προσεποιήσατο, quæ apud Dionem legitur. Xiphil. ib. circa init. ἀλλ' εὐθὺς ἐξέμαθεν ὅσον ἥτε ἀρετὴ καὶ ἡ τέχνη παντὸς ὁμίλου κρατεῖ.] In hujus pulchræ ſententiæ interpretatione non fuit omittenda vox παντὸς: ſed dicendum: *Statim enim intellexit, quantum virtus (vel fortitudo) & ars quantumvis magnæ multitudini antecellat,* ſive *præpolleat.* Nam παντὸς ita intelligendum cenſeo. Xiphil. ib. καὶ τῷ Ἀρμενίῳ βοήθειαν οὐκ ἀπέστειλεν.] Expuncta negante particula legendum ſuſpicor, βοήθειαν ἀπέστειλεν, pro illis βοήθειαν οὐκ ἀπέστειλεν. Ac ignorationem uſus voculæ οὔτε ſequente καὶ (quamvis alioqui & aliis pleriſque in locis ita utatur Dio, poſt Thucydidem) huic loco depravationem attuliſſe exiſtimo: ſi quidem ſit depravatus. Apud ipſum autem Dionem nequaquam Pacoro ſed Arſaci Lucullum ἀπειλῆσαι (id eſt, *minatum eſſe*) legimus, ſi Tigrani & Mithridati ſuppetias ferret: & ſimul quædam eſſe pollicitum ſi ſuis partibus favere mallet: Arſacem autem cum eo tum iniiſſe ſocietatem, poſtea tamen ob quandam ſuſpicionem (quam & deſcribit) nulla auxilia illi ſuppeditaſſe, ſed nec quidquam adverſatum eſſe, verum ſe neutrum ſervaſſe. Quid?, an quod de Arſace dictum a Dione fuit, Xiphilinum de Pacoro narraſſe ſuſpicabimur, ita quidem ut omnia quæ in medio ſunt omiſerit (etiam facta τῶν ἀπειλῶν tantum, non item τῶν ὑποσχέσεων, mentione) & ſenſum non etiam ipſa Dionis verba propoſuerit. Hoc ego vix ſuſpicare auſim: quod ſi tamen huic ſuſpicioni dandus locus eſſet, retineri lectio illa deberet, βοήθειαν οὐκ ἀπέστειλεν. Sed obiter & de quodam mendo, quod huic Dionis loco ſubeſt, monere te libet. Nam ubi legis καὶ οὐδεμίαν ἐπ' αὐτῶν βοήθειαν ἐποιήσατο, ego pro his ἐπ' αὐτῶν (quæ ferri non poſſunt) ſubſtituendum eſſe dico, ἔτι αὐτῷ. Xiphil. τοῦ Τιγράνου ταύτην οὖσαν] Non placet hic pronomen ταύτην: ſed vereor ne in αὐλὴν aut aliam quampiam vocem mutare oporteat, quæ tale quid ſignificet, ſimulque ad illud vocabulum ταύτην accedat, quod ad ſcripturam attinet.

Xiphil. ib. στρατηγικώτατος] Ita & apud Dionem p. 7. init. ſcribendum, non στρατηγικώτερος. Cæterum hæc verba, ἀλλ' ὅμως, Dionis non ſunt, ſed Xiphilini, ad ea quæ ſequuntur tranſire volentis, & ita quidem ut quodam ceu vinculo cum præcedentibus cohæreant. At Dio, καὶ θαυμάσῃ μηδεὶς, inquit, ὅτι στρατηγικώτερος ἀνδρῶν ὁ Λούκουλλος γενόμενος, &c. Sed ſcribendum στρατηγικώτατος. Non ſolum autem aptius dicitur iſtud, καὶ θαυμάσῃ μηδεὶς ὅτι &c. quam illud, ἀλλ' ὅμως; ſed etiam hic ad quem tranſit ſermo melius cum præcedentibus cohæret, quam cum iis quæ apud hunc præcedunt cohærere vides: apud quem ideo ſuſpicetur quiſpiam fortaſſe nonnulla ante ἀλλ' ὅμως deſiderari. Ib. apud Dionem p. 7. legimus σύντε στρατῷ καὶ ἐπὶ πολέμῳ: ſed vel horum alterum eſſe ſupervacaneum, Xiphilinus, cujus verba, τὸν ταῦρον διαβὰς ἐπὶ πολέμῳ, mecum judicavit, vel in ſuo exemplari alterum tantum invenit. Ibidem quos Dio dixerat οὐκ ἀσθενεῖς non debuit Xiphilinus μεγίστους appellare: quum aliqui poſſint eſſe οὐκ ἀσθενεῖς, & tamen μεγίστων titulo indigni. Verum & hoc obiter addo, quum apud Dionem legamus δύο βασιλέας ἐπικρατήσας, ab illo dici, δύο βασιλέων κρατήσας; quod malo, licet ἐπικρατεῖν & in aliis Dionis locis legatur. Ib. Quid an hæc, τῆς τε Ἀσίας ἐπὶ μήκιστον προελθὼν, Xiphilinum de ſuo addidiſſe, an deeſſe noſtris exemplaribus credemus? Hoc magis quam illud mihi fit veriſimile. Sed hoc addo, Xiphilinum non debuiſſe poſt κρατήσας iſta prætermittere, ἑλών τ' ἂν εἴπερ ταχέως διαπολεμῆσαι ἐβεβούλητο. longe enim plus eſt hoc quam illud: quum multi ſuperentur principes qui tamen capi nequeunt. Ac non debere hæc, tanquam ſuppoſititia ſuſpecta eſſe, quoniam a Xiphilino prætermiſſa ſunt, inde apparet quod iſta εἴπερ ταχέως διαπολεμῆσαι ἐβεβούλητο, optime conveniunt cum iis quæ pagina prima tradit (poſtquam dixit Lucullum Tigranem fugientem inſequutum non eſſe, ſed omnino otium evadendi illi conceſſiſſe) καὶ ἀπ' αὐτοῦ καὶ αἰτίαν ὡς οὐκ ἐθελήσας τὸν πόλεμον ὅπως ἐπὶ πλεῖον ἄρχῃ καταλῦσαι, ἔσχε Xiph. ib. ἀπειθέσιν ὕστερον πρὸς πάντα τοῖς στρατιώταις ἐχρήσατο] Aliquanto plus eſſe videtur, quod dicit Xiphilinus, quam, quod Dio. Poſſunt enim aliqui milites ſubinde (nam hic ἀεὶ accipi ita debet) tumultuari ſeu ſeditiones movere, & tandem ſuum ducem deſerere, qui tamen ad omnia non ſunt immorigeri, ſive inobſequentes: nam hoc ſonat ἀπειθεῖς, non *infidi*, ut tamen hic reddi vides, quum alioqui poſſit quis eſſe immoriger, qui non item infidus eſſe & perfidia uti ſuſtineat. Credibile eſt autem Xiphilinum a Dionis verbis diſcedentem, dixiſſe ἀπειθέσι τοῖς στρατιώταις ἐχρήσατο, ad illud reſpicientem, quod ſequi ſolet, ex iis quæ a Dione de Luculli militibus ſcribuntur: aut etiam ad alios vel ejus vel aliorum hiſtoricorum locos,ubi ἀπειθεῖς ſiue δυσπειθεῖς milites dicuntur: itidemque de illis ἀπείθεια ſive δυσπείθεια: ſic apud Appianum libro de bellis civilibus ſecundo, in quadam Cæſaris ad milites ſuos concione, legimus δυσπείθειαν τοῦ στρατηγοῦ (qui genitivus obſervatione dignus eſt, pro εἰς τὸν στρατηγόν) verum ibi Candidus *diffidentiam* male interpretatur, & quidem pejus etiam quam Xylander ἀπειθέσι vertit *infidis* in illo noſtri Xiphilini loco. Neque vero pigebit hoc addere, illam δυσπείθειαν tanquam maximum in Pompejanis militibus malum a Cæſare ita proponi, ut contra τὸ εὐπειθὲς ſuorum pro ſummo ſe habere bono oſtendit. Huc autem perti-

net illud de Scipione apud eundem hiſtoricum, in commentario de bellis Punicis in fine pag. 70. meæ editionis, καὶ ἐλπιζόμενος (quæ vox ſuſpecta eſt) οὔποτε κρατήσειν τῶν πολεμίων εἰ μὴ τῶν ἰδίων κρατήσειε. Itidemque in hiſtoria de bellis Hiſpanicis idem de eodem ſcribit (pag. 305.) εὖ εἰδὼς ὅτι μὴ κρατήσει πολεμίων πρὶν καταχεῖν τῶν ἰδίων ἐγκρατῶς. Hæc in iſtam e Dionis XXXV libro eclogen viſum eſt annotare: ea potiſſimum de cauſa ut aliquot exemplis oſtenderem, quomodo Xiphilinum in iis quæ e Dione excerpſit, ſe geſſerit. Qua de re quæ amplius dicenda videbuntur, his notis ſubjungam. Quum autem ea quæ apud Xiphilinum leguntur uſque ad Neronis vitam, ſalva nobis apud Dionem remanſerint, & in hunc quam in illum (Xiphilinum inquam) lectori operam meam in quibusdam locis partim emendandis, partim exponendis, præſtare malim: hinc ad illam Neronis vitam tranſitum faciam, quum ibi principium ſit eorum, de quibus non jam ipſius Dionis libros, ſed tantum ipſius Xiphilini eclogas habemus. Non deerant alioqui quæ jam nunc quosdam in locos afferrem. Exempli gratia, quum circa principium ſequentis ecloges e libro XXXVI ſcriptum ſit, καὶ ὑπερφυῶς αὐξηθὲν νεῶν καὶ στόλων; &, quod hanc ſcripturam ferri non poſſe, manifeſtum eſt, haec emendatio afferatur, αὐξηθὲν νεῶν καὶ στόλῳ. alia mihi in promtu erat, αὐξηθὲν νεῶν καὶ στόλων ἀριθμῷ. Sic etiam in quosdam locos eorum quae e libro ſequente (qui eſt XXXXXVII) excerpta ſunt, habebam quae afferrem. Exempli gratia, quum legamus, τοῖς μὲν ἄλλοις τῶν ἀντιτίων ἀπήλαυνον, hic ἀντιτίων non eſſe mutandum in ἀντητέων, ſed in ἀναστιώτων, ex alio Dionis loco probare poteram. Ac quum parvo intervallo ſequatur hic locus, ἐκέλευσαν πᾶσι διὰ προγραφῆς εὐθυμεῖσθαι, [Dio pag. 334.] in cujus interpretatione turpiter lapſus eſt Blancus, & de ea tamen, utpote non animadverſa, caeteri tacuerint, ego contra ejus emendationem paratam habebam. Nam quum haec Dionis verba, ἐκέλευσαν πᾶσι διὰ προγραφῆς εὐθυμεῖσθαι, Blancus ita reddiderit, *juſſerunt enim civibus ut iſta proſcriptione lætarentur:* conſideraveram primum quidem, Graecos dicturos potius eſſe εὐθυμοῦμαι τούτῳ, quam εὐθυμοῦμαι διὰ τούτου (ſi tamen aliter quam abſolute hoc verbo utuntur, ac non potius ἥδομαι τούτῳ vel τέρπομαι τούτῳ dicunt.) Deinde vero parum eſſe veriſimile, illos laetitiam quam imperabant, ad rem illam reſtrinxiſſe. Simul vero & illud animadverteram, quod ab interprete animadverteram, quod ab interprete animadverſum haud erat, προγραφὴν inter alia eundem etiam quem πρόγραμμα uſum obtinere, atque id quod & Latinis *programma* ſignificare. Tandem igitur mihi perſuaſeram, illam interpretationem in hanc mutari debere, *programmate omnibus imperarunt, ut lætarentur:* vel, *ut ſe lætitiæ darent.* Quod imperium Dio jure optimo tyrannicum & ridiculum appellat. Caeterum quod mihi antea perſuaſeram; nunc quoque perſuaſum habeo, nec dubito, quin aliis perſuadeam. In alios etiam nonnulla habebam locos, quae jam nunc exhibuiſſem, niſi Dioni reſervare quam iis hanc Xiphilini editionem participare maluiſſem. Ad eam autem quam ſolus hic requirit operam, circa ea videlicet, quae ſumpſit ex iis Dionis libris, qui interciderunt, veniendum nunc eſt.

In Xiphilini Eclogas e Dione, de Vitis imperatorum, quæ apud ipſum Dionem non exſtant.

Pag. 689. *f.* δικαιότερος ἀεὶ] Poſſet etiam legi, δικαιότερα ἀεὶ καὶ λέγειν καὶ πράττειν δοκεῖ. At ſervando quam habemus lectionem, intelligendum erit, κατὰ τὸ λέγειν & κατὰ τὸ πράττειν.

690. p. τί γὰρ ἄν τις] Debuit interpres dicere potius, *Quid enim attinet aliquem cæterorum quoque calamitates deplorare?* ἕω ἐξ οὐδ.] Non ſonant verba Dionis quod dicit interpres, *antequam ſol ortus eſſe videretur:* ſed perinde eſt ac ſi quis dicat, *ex nulla manifeſta ſolis appulſione,* ſive, *ex nullo manifeſto ſolis appulſu,* ut quidem dicitur *ſol* illuc *appellere,* quo radios ſuos immittit. Ibid. παραυτίκα μὲν οὕτως ἐξέφρ.] Intelligendum apud interpretem, *demens facta.* Atque is locum hunc rectius vertiſſet hoc modo; *Adeo e poteſtate mentis exiit, ut etiam hoc ipſum exclamaverit.* Statim poſt; *Cujus quidem voti futurum erat ut eam poſtea valde pœniteret.* Ibid. m. παρέσχε τ. μ.] Magis potuiſſet Græcis verbis inſiſtere, ſic interpretando *occaſionem præbuit vatibus dicendi.* Ibid. παρὰ τοῦ γερ.] Scribo παρὰ τὴν τοῦ γέροντος de qua ſcriptura lege annot. quæ hanc excipit. Ibid. ἐπ. τὸ γῆρας διὰ τ.] Verum quidem hoc eſt, quod de ſerpentibus ab interprete dicitur, *Serpentes enim poſitis exuviis, una exuere ſenectutem exiſtimantur:* (quod & a Tibullo ſcribitur *ſerpens novus exuit annos*) ſed aliud tamen ſonant Dionis verba, hoc videlicet, *quoniam ſerpentes hac de cauſa exuere ſenium exiſtimantur.* Intellige autem *hac de cauſa,* ut vires accipiant, referendo ad id quod proxime præceſſit. Sed quomodo rationi conſentaneum hoc eſt, ut vates ex ſerpente, qui ſenectutem exuerat ad ſumendas vires, conjecerint, Neronem ab homine illo ſene magnam potentiam accepturum? Ut enim comparatio hæc locum habeat, dicere oportet ſicut ſerpentem, ita & hominem in ſenectute viribus deſtitui. At quomodo magnas vires aliquis ab eo accipiet qui iis deſtituitur? Contendo igitur articulum τὴν deſiderari, & hoc ante eum quem habemus articulum, videlicet τοῦ poſito, alium ſenſum, & quidem cum hoc quod proponitur ſerpentis exemplo convenientem, eſſe futurum. Nam ita ſcribendo, ὅτι ἰσχὺν παρὰ τὴν τοῦ γέροντος μεγάλην λήψεται. ita locum illum interpretabimur, *occaſionem præbuit vatibus dicendi, fore ut magnam potentiam ultra eam qua ſenex præditus eſſet, acciperet:* tanquam Domitio ſuam itidem ſenectutem exuente, per Neronis principatum. Ibid. τοσαῦτα δὲ καὶ] Pro τοσαῦτα ſcribendum puto, τοιαῦτα. *Talia autem* (inquit) *fuerunt quæ ſenatui legit, & ipſa a Seneca ſcripta, ut decreto ſenatus inſculpta ſint columnæ argenteæ.* At ſi τοσαῦτα retineamus, haud poſſunt illi apte reſpondere quæ ſequuntur, exponendus enim hic locus ita fuerit. *Tam multa autem fuerunt, quæ ſenatui legit, & ipſa (&c.) ut, inſcripta ſint col. arg.* Sed quum videret interpres non apte ſubjungi hæc voci, τοσαῦτα, ipſam ita reddidit, *tantam vim habuerunt*, nova interpretatione: perinde ac ſi iſta, τοσαῦτα ἀνέγνω, idem valere poſſent quod, τοσοῦτον ἴσχυσεν ἃ ἀνέγνω, vel τοσαύτην ἰσχὺν εἶχεν. Antea autem ex conjectura, quæ non eodem modo parva mutatione contenta erat, ſed videri audax (contra meum alioqui morem,) poterat, & ante & poſt τοσαῦτα (hoc enim nomen retinebam) quædam addebam, hoc modo: ὅσα ὁ Κλαύδιος ἐδεδώκει, καὶ ἄλλα τοσαῦτα, οὕτω δὲ ἤρεσε καὶ ὅσα πρὸς τὴν βουλ. Sic tamen ut vel hæc verba οὕτω δὲ ἤρεσε, vel alia quæ eundem aut ſimilem ſenſum efficerent, deeſſe ſuſpicarer. Ib. κατὰ συγγραφὴν] Non dubium eſt, quin vocabulum συγγραφὴ eum hic uſum habeat, quem latini dant ſuo *ſyngrapha*, quod ex illo fecerunt. Ideoque debuit interpres dicere potius, *ad certam quandam ſyngrapham*, quam, *ad certum quoddam præſcriptum.* Verum nec in cæteris mihi ſatis placet periodi hujus interpretatio. Quum enim iſta Dionis verba, καὶ οἱ μὲν ἐκ τούτων ὡς καὶ κατὰ συγγραφήν τινα καλῶς ἀρχθησόμενοι, παρεσκευάζοντο, ita reddantur, *Quibus rebus omnibus id agebant; ut tanquam ad certum quoddam præſcriptum optime regerentur:* ego ita reddenda cenſeo, *Atque hi quidem ex his, ad accipiendum, tanquam ad certam quandam ſyngrapham, bonum regimen, ſeſe comparabant.* Hunc autem vocis hujus συγγραφὴ uſum & in alio hujus operis loco habemus. Ibid. f. φρονιμώτ.] Ita Dio, φρονιμώτατοί τε ἅμα καὶ δυνατώτατοι τῶν περὶ τὸν Νέρωνα ὄντες, quæ ita reddita ſunt ab interprete, *homines ſapientiſſimi & apud Neronem ſummæ autoritatis.* At ego illa ſic debuiſſe

verti

verti dico; *homines omnium quos Nero circa ſe habebat prudentiſſimi & maximæ autoritatis.*

Pag. 691. Apud interpr. *Et ad matrem excip.* Non omittenda erat particula ὡς, ſed dicendum *tanquam ad matrem excipiendam* ſive *ad matrem comiter excipiendam*, vel *accipiendam*. Niſi quis malit, *tanquam ad dextram matri porrigendam*. Ibid m. Hæc verba, καὶ διῴκησαν ἐφ' ὅσον ἠδυνήθησαν ἄριστα καὶ δικαιότατα. interpres male ita vertit, *quam potentiam quousque obtinere potuerunt, omnia ſunt ab iis optime & juſtiſſime adminiſtrata.* Nam ad hoc ſignificandum oportuiſſet ita ſcribi: καὶ διῴκησαν, ἐφ' ὅσον ἠδυνήθησαν αὐτὴν κατέχειν (vel διατηρεῖν, aut tale quid) ἄριστα καὶ δικαιότατα. At ſequendo quam habemus lectionem ἐφ' ὅσον cum his ſuperlativis jungitur: hoc ſenſu, *& ipſam quam potuerunt optime & juſtiſſime adminiſtrarunt.* Sed ne hoc quidem probo quod ἀρχὴν vertat *potentiam*. aptius enim τὴν ἀρχὴν διοικεῖν redderetur, *imperium adminiſtrare*, vel *gubernare*; quam *potentiam adminiſtrare*. Ibid. τρυφῇ ἀνεπιπλήκτῳ] Conſideranda fuit interpreti vis hujus vocabuli ἀνεπιπλήκτου: & animadvertendum, ſequi paulo poſt ipſum etiam verbum ex quo nomen illud originem habet. Mox pro his Græcis, περὶ κώμους ἐκώμαζε, habes hæc latina, *cum libidinoſis luxurioſe vivebat*: quum tamen proprio vocabulo & Latinis valde uſitato (licet ex illo Græco factum ſit) utendum fuerit, ac dicendum, *commeſſationes obibat*: vel uno verbo. *commeſſabatur*. Ut autem hic verbis iſtis περὶ κώμους ἐκώμαζε ſubjungitur ἐμέθυε. ſic pag. 735. p. copulantur μέθαι & κῶμοι. Vid. pag. 260. m. Statim ne hoc quidem recte, *iiſdem in poſterum uti.* Nam ἐπὶ πλεῖον non ſonat, *in poſterum*, ſed *largius*; vel, *magis ac magis*. Ibidem τὰ δὲ καὶ φιλονεικῶν] Locus hic ita reddendus fuit, *partim cum magna contentione operam dare, ut neque matre, tanquam potentiore* (vel *majore dignitate prædita*) *inferiorem locum teneret, neque a Seneca & Burro, tanquam prudentioribus, ſuperaretur. Tandemque illum depuduit, & omnibus eorum præceptis confuſis & calcatis, tendere ad Cajum cœpit.* id eſt, *Caji veſtigiis inſiſtere*, ſive *Cajum æmulari.* ſicut ſequitur, ὡς δ' ἅπαξ ζηλῶσαι αὐτὸν ἐπεθύμησε. Ibid. f. ἐντεῦθεν π. μ.] Vel, *Ab hoc tempore*, ſive, *Quo ex tempore cœpit.* Non oportuit autem ὡς εἰκὸς (hoc quidem loco) vertere, *ut par eſt*: ſed. *ut veriſimile eſt.* Neque enim de eo loquitur, quod fieri par eſt, ſed quod fieri ſolet.

692. p. Particip. τὸ κείμενον non ſonat *numeratum*; ſed *poſitum*, ac proprie *jacens*; ſi hac de re dici poſſet. Id eſt, *Pecunia quæ ibi congeſta erat quantam ſummam efficeret.* Cæterum (hoc enim obiter in gratiam quorundam lectorum commemorabo) quod hic narratur factum ad deterrendum Neronem a liberalitate tam prodiga (ſi ita loqui licet) idem factum fuit erga Franciſcum Galliæ regem, hoc nomine primum. quum enim adamantem immenſo pretio a mercatore emiſſet, quidam dederunt operam ut antequam illa ingens ſumma mercatori numeraretur, magnum ejus acervum rex cerneret: tanquam futurum eſſet fortaſſe, ut eum pœniteret, ac ſententiam mutaret: ideoque eam ſuper menſam coacervarunt quæ erat in quodam cubiculo, per quod tranſire regem oportebat. Ille tranſiens miratus quidem eſt, quem in uſum congeſta tanta ſumma eſſet: ſed quum intellexiſſet eſſe quod promiſerat adamantis pretium, in ſententia perſtitit. Verum Neroni non ſolum eandem voluntatem manſiſſe, ſed ita creviſſe, ut prodigentiam ſuam duplicaret, legimus. Statim, rectius αὐτὸ: ut in quodam exempl. Ibidem ſcribendum eſt, πολλῷ δὲ δηλότερον. vel πολλῷ δὲ μᾶλλον δῆλον. Neque enim adverbii μᾶλλον ellipſin talibus in locis habere poſſumus, quin ſuſpecti ſint: quamvis alioqui in certis quibusdam ἐλλείπειν conſtet. Ideo autem dicit, πολλῷ δὲ μᾶλλον δῆλον, quoniam præceſſerat, τεκμήριον δέ: tanquam hic ſecundum τεκμήριον velit adjicere. Mox ibid. perperam interpres πόρους καινοὺς vertit *reditus novos*: quum tyrannicæ pecuniarum exactiones poſtea deſcribantur: pecunias autem ita comparatas *redituum* nomine ſciamus haud cenſeri. Debuit igitur ita vertere: *Statim igitur novis quærendæ pecuniæ artibus illi opus fuit.* Ibid. Aliud eſt, inhiare locupletum facultatibus, aliud in eas inquirere. Prius quidem iis inhiatur, poſtea vero in eas inquiritur. Verba igitur iſta, καὶ αἱ οὐσίαι τῶν ἐχόντων τι ἐπολυπραγμονοῦντο, erant ita reddenda, *& in facultates eorum, quibus aliquid bonorum erat, inquirebatur.* Nam ita loquitur Seneca. Nec vero οἱ ἔχοντές τι non ſunt alii quam locupletes: ſed magis etiam proprie ii quibus mediocria ſaltem bona ſunt, ſive mediocres facultates, (quamvis non ignorem, τὸν ἔχοντα absque ullius voculæ adjectione, de locuplete etiam dici) Quod ſi in eos inquirebatur, quanto magis in locupletes inquiſitum fuiſſe putandum eſt. Præterea animadvertendum erat, non dici τὰς οὐσίας ἐπολυπραγμόνει, ſed αἱ οὐσίαι ἐπολυπραγμονοῦντο. eodemque intelligendum eſt modo illud ἐξελέγετο. Vide annot. in iſta verba (quæ ſunt in fine pag. præcedentis) ἀνηλίσκετο, ἐπορίζετο, ἡρπάζετο. Ibid. ἐξ ἐπηρείας] Si ullo in loco ἐπήρεια *calumniam* ſignificat, (ut Bud. Demoſthenem ita uſum eſſe hac voce exiſtimat) de hoc certe maxime & de ſimilibus id dicendum crediderim. Ibid. ſtatim verbi hujus προσαπώλοντο vis non exprimitur ab interprete, quum dicit, *eorumque nonnullos occidit*: potuiſſet autem exprimi ſi dixiſſet, *alii præter ipſas facultates & ipſi perierunt.* Ibid. m. τὰ ἅρματα εὐθὺς καθῆκαν] Si *dimiſerunt*, ſignificare voluiſſet, ἀφῆκαν, non μεθῆκαν, dicere debuiſſet. Ego μεθῆκαν dictum puto tanquam e loco ſuperiore in inferiorem. Sic autem Alcib. apud Thucyd. cum eodem nomine utitur hoc verbo, dicens, ἅρματα μὲν ἑπτὰ καθῆκα.

693. ἄλλα ἄλλως] Non dubito quin ſcribendum ſit ἄλλοι ἄλλως. Ibid. f. Videtur deeſſe particula ἂν ante ἐποιεῖτο quod nove dictum erit pro ἐποιήσατο. Sic tamen ut magis novum futurum ſit ἐποιεῖτο, pro ἐποιήσατο ἄν. Ibid. vel ὡς γὰρ ἀνέγνω dicendum fuit. Sed fortaſſe literæ hæ ὡς ſunt ultima alicujus quod particulam γὰρ præcedebat adverbii. Nec abſimile eſt id fuiſſe εὐθέως ὡς ἀνέγνω.

694. m. Male interpretatur vocem κατατρέχων. non enim inſultabat Seneca iis qui cum principibus verſabantur, ſed tantum eos inſectabatur, ſive in eos invehebatur. Dicendum igitur erat, *quumque veheretur in eos*: vel, *inſectaretur eos.* Idem ſcriptor καταδρομὴν ποιεῖσθαι κατά τινος pro eodem dicit, editionis meæ pag. 71. Statim, aliud ſonat διαβάλλων, quam *deteſtans*; ac poteſt quis aliquem διαβάλλειν quem tamen in animo non deteſtetur. Debuit ergo dicere; *cum obtrectaret aſſentatoribus.* Ibid. Ne hoc quidem verbum ἐθώπευε recte vertit. non enim eſt *colere* (quod ſignificare volentes dicunt ſæpe θεραπεύειν) ſed idem valet, quod κολακεύειν, quo uſus modo eſt. *Quum* (inquit) *aſſentationem in aliis accuſaret, ipſemet reginis & libertis adulabatur.* Sed plus eſt θωπεύειν quam κολακεύειν, (quod augens pag. 696. f. dicit, ὑπερκολακεύειν) & turpius quiddam ac magis δουλοπρεπὲς ſignificat, ita ut perinde ſit ac ſi diceret, ipſemet non ſolum ἐκολάκευε, ſed etiam ἐθώπευε. Sic autem *Adulari* plus eſſe quam *Aſſentari* exiſtimatur. Ibid. paulo poſt τοῦτο γὰρ εἰπὼν, καὶ τἄλλα τὰ ἀκόλ.] Fortaſſe ſcripſit ita Dio, καὶ (τοῦτο γὰρ εἰπὼν, καὶ τἄλλα τὰ ἀκόλουθα αὐτῷ δεδήλωκα) τὰς ἀσελγείας πράττων γάμον τε ἐπιφ. Neque enim altera ferri poteſt lectio. Ib. f. Addo particulam ὂν poſt vocem ἱκανόν: ut ſit pro ὥσπερ οὐχ ἱκανοῦ ὄντος. Ibid. f. ἔρωτα αὐτῆς] Quum de amore Agrippinæ intelligendum ſit, tutius fuerit αὐτῆς ſcribere. Ibid. ἐκείνῳ] Aſſentior veteri exemplo in quo ἐκεῖνο legitur.

695. p. προσπαίζων. Malim *cum eo jocans.* Sic enim & alibi hoc verbo utitur. Ibid. Proprium verbi ἐπηλυγίσασθαι

γίσαϑαι uſum (pro quo uſitatius eſt ἐπηλυγάσαϑαι) non aſſequitur, quum dicit, *ſive crimen a ſe derivare cuperet.* Sonant enim Dionis verba, *ſive crimen cui affinis erat* (aut, reddendo verbum verbo, *crimen quod adverſus ſe erat*) *obtegere.* Sed quodnam hoc crimen erat? nimirum quod ipſemet Neronis vitæ inſidiaretur: ut apparet ex his, quæ valde parvo intervallo ſequuntur, ἵν' ὡς τάχιστα καὶ πρὸς θεῶν καὶ πρὸς ἀνθρώπων ἀπόληται. Mox, ἐφ' ἑαυτῆς) Contendo ſcribendum eſſe ἀφ' ἑαυτῆς. Deinde non dubium eſt quin, ut præcedit ἐγεγόνει, ita ſequi debeat, ἐτεθεράπευτο. præſertim quum accedat & unius exemplaris autoritas. Ibid paulo poſt verba hæc ὡς καὶ ἐπιθυμίαν αὐτῇ ἐμβ. non ſolum accipi poſſunt in hunc ſenſum, *ut etiam cupiditatem ei injiceret utendi ſemper illo navigio* (non ſecus quam ſi dictum eſſet ἵνα καὶ ἐπιθυμίαν αὐτῇ ἐμβάλοι) quem interpres ſenſum ſequutus eſt: ſed ſic etiam intelligi, *ita, ut* (vel *adeo ut*) *cupiditatem ei injecerit.* perinde ac ſi ſcripſiſſet, ὥστε καὶ ἐπιθυμίαν αὐτῇ ἐμβαλεῖν. Sed non minus prior illa interpretatio arridet. Ibid. mox, pro his, ἐπεὶ δὲ ἐνταῦθ', affertur ex quodam manuſcripto libro ἐπεὶ δέειν ταῦθ', ita ut manifeſto mendoſa ſit utraque lectio. Cogitandum ergo an ex δέειν fieri poſſit δὲ ἦν. alioqui videri poſſit ſcribendum, ἐπεὶ δὲ ἐπράχθη ταῦθ', aut ἐπεὶ δὲ ἐγένετο ταῦθ'. Ibid. ἔσεσθαι) Parentheſis nota poſterior ſervanda eſt usque ad verbum ἀναδέξασθαι. nam & hoc ea includitur. Miretur autem aliquis quomodo ἀλλ', ac plane ἀλλὰ ſcriptum ſit, quum relictis iis quæ per parentheſin interjecta ſunt, ſequatur, διελύθη: hoc modo ἀλλὰ, non illud ἀλλ' διελύθη μὲν ἡ ναῦς: & tamen ἀλλὰ, non illud ἀλλ' cum apoſtrophi nota, præcedere debeat, ſed obſervavi idem & in aliis uſuvenere locis, non apud hunc ſcriptorem tantum, ſed apud alios etiam: quoniam ratio habeatur vocabuli quod proxime ſequitur in parentheſi (id eſt, primum ex iis eſt, quæ parentheſi includuntur) & a vocali habet initium: non autem ejus ad quod illa fertur particula, ſi omittantur τὰ παρεντεθέντα. De hoc etiam moneo, alicubi inveniri ἀλλ' οὐ γὰρ, ſequente aliquando poſt verbo, ubi quum primo aſpectu videri poſſit, locum habere itidem parentheſis notam ante οὐ γὰρ, non habet tamen. Sed hæc verba, τὴν ψευδολογίαν τῆς ἀνοσιουργίας, interpres non recte reddit, ita enim ille, neque celare *diutius potuit mare fraudem nefarii ſceleris.* Intelligit enim Dio mendacium, quod Nero de illo nefario facinore, poſtquam patratum eſſet, ſpargi volebat: dicens τὴν ψευδολογίαν τῆς ἀνοσιουργίας, pro his τὴν ψευδολογίαν τὴν περὶ τῆς ἀνοσιουργίας. (nec abſimile vero fuerit ita eum ſcripſiſſe, ſed librarium haſce voculas τὴν περὶ ante τῆς omiſiſſe) ſive τὴν περὶ τῆς ἀνοσιουργίας ψευδολογίαν. Ibid. f. Quum præcedat ἔλεγε, videri poſſit ſcribendum εὐηγγέλιζε. Alioqui ſi quis ſcribi velit ἔλεξε, convenit cum præcedente ἔπεμψε, & ſequi oportebit itidem, εὐηγγέλικε non εὐηγγελίκει. Niſi quis malit εὐηγγέλισε. Si εὐηγγέλιζε ſcribentes, illud loquendi genus, quo interpres utitur, retineamus, ita reddere poterimus, *& evangelia de ſua incolumitate ad eum mittebat.* Alioqui & licebit ita interpretari, *lætum de ſua incolumitate nuntium mittebat.* Verum particula δῆθεν nequaquam a nobis, ſicut ab illo prætermittenda fuerit: ſed dicendum, *lætum ſcilicet de ſua incolumitate nuntium mittebat,* & intelligendum, lætum illi futurum ſcilicet. Ironicum autem erit hoc *ſcilicet,* quo redditur Græcum illud δῆθεν, ab iſto interprete non hic *tantum,* ſed aliis plerisque locis prætermiſſum.

696. δι' ὧν ἄλλους τε] Tanquam legens ἄλλους τε πολλοὺς. vertit, *præter alios multos*: ſed eum de ſuo potius hanc vocem *multos* adjeciſſe arbitror. Mox pro his, ἀπιστία αὐτῷ ὑπεχύθη, videtur dici potuiſſe, *diffidentia ei ſuborta eſt:* & intelligi debere de ea quae diu non duraverit. Ibid. ὅσα συνῄδει αὐτῇ] Legit hic interpres αὐτῇ, (quod ſit pro ἑαυτῇ *ſibi ipſi*) ut nominativus verbi συνῄδει ſit Agrippina, non Nero. Sed non video cur lectio noſtra mutari debeat, quum dici poſſit, Νέρων συνῄδει Ἀγριππίνα συνῄδει ἑαυτῇ δεινὰ εἰργασμένη. Ib. f. εἰ δὲ καὶ ἐκείνων] Dicitur hic de Nerone, (ſequendo horum verborum interpretationem) quod nec ab eo nec a quoquam fieri alio poteſt. Quomodo n. de ullis vere hoc dici poteſt, *Neronem eos ſuſtuliſſe & ſublaturum eſſe?* Subſtitue igitur hanc interpretationem in locum illius: *at ſi illorum etiam, qui ſummis eum laudibus afficiebant, multos partim perdidit, partim perditurus eſt.* Ib. Adverb. δουλοπρεπῶς cum verbo φθαρῆναι iungitur; at μάτην cum participio ἀσχημονοῦντα: ſed interpres hoc quoque adverbium cum φθαρῆναι jungit: & perinde locum hunc reddit ac ſi non ἀσχημονοῦντα, ſed ἀσχημόνως ſcriptum eſſet, hoc modo: τί χρὴ μάτην ἀσχημόνως καὶ δουλοπρεπῶς φθαρῆναι; At ſcripturam noſtram ſervando, ita vertendus hic fuit locus, *quid attinet fruſtra ſe gerentem turpiter, ſervili quadam morte perire?* Ut autem hic ἀσχημονοῦντα, ſic pag. ſeq. 698. ἀσχημοσύνης habemus. At ne haec quidem quae proxime ſequuntur ἐξὸν ἐλευθερίως ἀποδοῦναι τῇ φύσει τὸ ὀφειλόμενον, mihi videntur recte eſſe reddita: ſed malim ita vertere, *cum liceat eo quo decet ingenuos modo debitum naturæ reddere?* Ac praeterea illud ἐλευθερίως, cujus interpretatio mihi non ſatisfacit, miror cur ἀποδοῦναι τῇ φύσει τὸ ὀφειλόμενον, *munus naturæ explere,* verterit, ac non *debitum naturæ reddere.*

697. οὐκ ἀναιροῦμαί σε] Adjuvanda eſt verbi hujus ἀναιροῦμαι interpretatio, hoc modo: *Te expoſitum non tollo.* Alioqui enim ambigua verbi hujus *tollo* ſignificatio aliquem poſſet in errorem inducere. Ibid. ὥσπερ οἱ ἀτιμότατοι] Satis fuiſſet pro ἀτιμότατοι dicere *viliſſimi atque abjectiſſimi,* vel potius hoc poſteriore tantum uti. Ib. f. τἄλλα πάντα] Immo dicendum fuit, *cæteræque omnes,* referendo ad *familias.*

698. p. Metaphoricum hoc vocabulum πρωτέλεια videtur potuiſſe melius reddi Latina voce *tyrocinia.* Mox ibid. ita ſcribendum cenſeo, & ita ſcriptum fuiſſe puto hunc locum; σφαίρια (vel potius σφαιρία) γὰρ μικρὰ γεγραμμένον ὡς ἕκαστα αὐτῶν τὶ ἔχοντα: ac, quum interpres hic ita eum vertat; *jaciebat enim ad plebem parvos globos inſcriptos, tanquam in ſingulis eorum aliquid ineſſet:* ego ita vertendum exiſtimo, *jaciebat enim plebi parvos globos, quorum unusquisque aliquid eorum inſcriptum habebat.* Hoc autem inter alia impoſuit huic interpreti, quod particulam ὡς cum participio ἔχοντα jungendum putavit, quum nomini ἕκαστα præfigatur παρελκόντως. Intellige autem *aliquid eorum* quæ paulo ante recenſuit. Horum autem σφαιρίων & alibi mentionem facit, ut in Domitiano pag. 760. m. τοῖς τε θεωμένοις συχνὰ διὰ τῶν σφαιρίων ἐδίδου. Pag. autem 767. eadem fere de illis, quæ hic. Et in Adriano pag 791. καὶ δῶρα διὰ σφαιρίων καὶ ἐν τῷ θεάτρῳ καὶ ἐν τῷ ἱππ[illegible] &c. Sed in eo, in quem hæc annotatio ſcribitur, loco videmus & σύμβολα nominari: quod convenit cum *teſſerarum* appellatione, quæ apud Suetonium invenitur, *teſſeras nummarias & frumentarias* dicentem. At Lampridius *ſortes* etiam vocat. Ibid. ſtatim videri poſſet aliquid hic deeſſe ante iſta verba ἐνενόουν γὰρ ἔτι ὁπότε τοσ. &c. Nihil tamen deſiderari, puto, ſed his verbis rationem reddi horum, quæ non procul antea dicuntur, ὠλοφύροντο δὲ πάντες οἱ νοῦν ἔχοντες. &c. tanquam ea quæ interjecta ſunt per parentheſin ſint inſerta. Debuit itaque interpres dicere, *ſic enim cogitabant:* non autem, *quamobrem ſic cogitabant.*

Ibid. mox recipi non poteſt hæc ſcriptura ὅσους ἂν ἀποσφάξῃς, οὐ δύνασαι τὸν διάδ. &c. Verum autem eſſe ſcripturam puto (licet conjectura mea judicari poſſit audacula) κἂν μυρίους ὅσους ἀποσφάξῃς. Ibid. inferius, πάντως τὶ ἐπεδείξ. Fortaſſe vera lectio eſt πάντων. Sed verbum ἐπεδείξαντο, proxime ſequens, male redditum fuit: quum pro his græcis, ἐς τὴν ἑορτήν τι ἐπεδείξαντο, hæc latina habeamus, *his ludis interfuerunt.* Pro hoc autem verbo *interfuerunt,* quid ſubſtitui debeat, meus theſaurus Græcæ linguæ docebit.

699. m. Apud interpretem ſatius fuerit hæc verba, *per Cæſarem*, parentheſis notis includi, ne aliter intelligantur, quam jurijurando adhibita. Ibid. infra ſcribendum puto φιλωθῆναι.

700. [circa lib. init.] Potius dicere debuit interpres, *quæ omnes clades a muliere illatæ ſunt, ut maxima ignom.* In qua tamen interpretatione accipit, ὥστε αἰσχύνην συμβῆναι pro ἵνα αἰσχύνη συμβαίη: quum potius dicendum fuerit, *adeo ut hac etiam de cauſa* (quod videlicet a muliere illatæ clades illæ eſſent) *maxima ignominia affectus ſit.* Ibid. Quum ἐκ τοῦ βουλευτηρίου atque ἐκ τοῦ θεάτρου ſcriptum ſit, non ἐν τῷ βουλευτηρίῳ & ἐν τῷ θεάτρῳ. debuit interpres vertere, *ex curia & ex theatro*, non *in curia & in theatro.* Poſſunt enim in curia & in theatro audiri ſonitus, qui tamen aliunde ad aures noſtras ferantur. Ibid. Recte interpres vertit, tanquam ὕφυδροι ſcriptum eſſet. Nec minus de τινὲς, pro τινὸς, aſſentiendum illi eſſe puto.

701. p. Non video quomodo hæc interpretatio vocabuli ἀναπόμπιμα tolerari poſſit. Ac in præcedentibus etiam falli videtur interpres: ideoque hanc totius loci interpretationem pro illa ſubſtituo: *Cauſa belli fuit, publicatio pecuniarum quas Claudius primariis eorum dederat. Ac oportebat illas etiam (ut quidem Decianus Catus ejus inſulæ præfectus dicebat) remitti.* Ibid. m. Quum hic τὸ εἶδος βλοσυρωτάτη reddat *forma honeſtiſſima*, pag. 823. βλοσυρὰ interpretatur; *terribilis aſpectu*: ubi legimus παρθένος τις μεγάλη καὶ βλοσυρὰ ἡγεῖτο. Sed hoc vocabulum in bonam etiam partem accipi, & de vultu dici quandam gravitatem aut etiam majeſtatem præ ſe ferente, cum ex his duobus locis, tum vero ex iis quæ a me alibi ſcribuntur, conjicere eſt. Hoc autem inter alia ibi leges, *videri dici de aſpectu, qui terribilis ſit, cum quadam tamen gravitate.* Ibid. f. Non ſolum πεπρᾶχθαι in πεπρᾶσθαι mutandum exiſtimo, ſed etiam (liceat enim loqui quod audet mea conjectura ſibi permittere) ἅπαξ τισὶ in ἀπαχθεῖσι.

702. μᾶλλον δ' ἤπειρον.] Non debuit inſeri particula *ac* inter *continentem & quodammodo.* Quæ ſequuntur autem, *nobis peculiarem terrarum orbem habitantes*, (quæ omiſit verba interpres) & iſta, *ab omnibus aliis hominibus ſeparati*, cum illis Virgilii conveniunt.

— *& toto diviſos orbe Britannos.*

Ibid. inferius, τῆς συντρόφου εὐδαιμονίας] Ita reddendus fuit hic locus; *Nam ſi nos felicitatis in qua educati fuimus* (vel *nobiſcum educatæ*, ſi verbum verbo reddere hic liceat) *prorſus obliviſcamur.* Ibid. minime aſſentiendum puto interpreti, iſta verba, φοβεῖσθε δὲ μηδαμῶς τοὺς Ῥωμαίους, cum præcedentibus continuanti: quaſi ante hæc ſubaudienda ſint illa, ἵνα χάριν ὑμῖν γνῶ ὅτι, repetita e ſuperioribus, non ſecus quam ſi ſcriptum eſſet, καὶ ὅτι μηδαμῶς φοβεῖσθε. Contra enim φοβεῖσθε imperandi modo dicitur. In horum igitur locum, *quodque vobis Romanos metuendos eſſe non putetis*, iſta ſubſtituenda ſunt, *minime autem Romanos metuite.* Ib. f. ἐσκέπασθε] Magnum hic mendum mihi ſubolet, quo fieri arbitror ut contraria hic dicantur iis quæ ipſa Bunduica apud ſuos loquuta eſt: & quidem quæ ſibi ſint repugnantia. Non audere enim in aciem prodire niſi variis armorum generibus inſtructos, atque adeo πανοπλίαν (ut paulo poſt appellat) geſtantes, quomodo ἀνδρείας τεκμήριον, id eſt, *fortitudinis argumentum*, eſſe dicemus? quod igitur hic ait Bunduica, ab ea negatum fuiſſe exiſtimo, ideoque negantem particulam præfigo verbo ἐσκέπασθε, nec non verbo ἐσκεύασθε. Verum & has voces ὥσπερ ἐκεῖνοι, ante illam particulam pono: hunc locum ita legens, καὶ κνημῖσιν, ὥσπερ ἐκεῖνοι, οὐκ ἐσκέπασθε &c. Deinde οὐκ ἐσκεύασθε. Quum ergo ita redditum hunc locum habeamus, *Idque* (illos videlicet non eſſe vobis fortiores) *intelligi poteſt ex galeis, thoracibus, ocreis, quibus muniti eſtis: præterea ex aggeribus & muris & foſſis.* quum, inquam, ab iſto interprete ita redditus ſit hic locus, ego meam emendationem ſequens, ita eum verto: *Argumento eſt hoc, quod galeis, thoracibus ocreis, ſicut illi, tecti non eſtis: præterea vallis & muris & foſſis muniti non eſtis.* pro mea autem emendatione (quam ſequens, uti dixi, ita locum hunc verto) faciunt aperte iſta, quæ paulo poſt ab eadem Bunduica dicuntur. Τοσαύτῃ γὰρ περιουσίᾳ ἀνδρείας χρώμεθα, ὥστε καὶ τὰς σκηνὰς ἀσφαλεστέρας τῶν τειχῶν, καὶ τὰς ἀσπίδας πολυαρκεστέρας τῆς ἐκείνων πανοπλίας νομίζειν. Atque ut alia omittam quæ pro ea faciunt, legimus & in Paulini ad ſuum exercitum concione, quæ huic velut opponitur, (pag. 705.) ἐκ γὰρ ἀόπλου καὶ ἀμελετήτου προπετείας θρασύνονται. Ibid. ſtatim ex una voce μηκέτι has tres voculas μὴ καὶ τὶ, facio. Vertit autem interpres, *præterea* (repetendum fuerit e præcedentibus, *intelligi poteſt*) *ex aggeribus & muris & foſſis, quas feciſtis ad propellendas excurſiones hoſtium*: quum hoc contrarium ſit illi meæ lectioni, οὐ ἐσκεύασθε. Cæterum illi nec de adverbii προχείρως interpretatione aſſentior.

703. f. ἔργον δὲ γυνή ἐστι. Nullo ferri poſſe modo exiſtimo vocem ἔργον, ſed mutandum in ἔργῳ: ut perinde ſit ac diceretur per antitheſin uſitatiſſimam, λόγῳ μὲν ἀνήρ, ἔργῳ δὲ γυνή ἐστι. Mox καὶ αὐτῶν νίκην] Pro hoc αὐτῶν legitur etiam αὐτῶν, non αὐτῷ: ſed non dubium eſt quin αὐτῷ ſcribi debeat.

704. ὑβρίζοντες, ἔν τε τοῖς] Scribendum ſuſpicor ὕβριζον, καὶ ἔν τε τοῖς ἄλλοις σφ. Neque tamen huic lectioni prorſus acquieſco. Paulo poſt non recte ἀπόνοιαν vertit *vecordiam*: quum hic agatur de hominibus non tam vecordibus quam ad deſperationem adductis, adverſus quos non ſine magno periculo poſſe pugnari, omnes hiſtoriæ clamant.

705. m. καὶ ἐχθροὶ] Malim καὶ οἱ ἐχθροὶ φοβ. Statim ibid. ſuſpectus eſt mihi genitivus ἀνθρώπων qui nam ſunt enim, qui queunt omnibus hominibus quos majores ipſis reliquerunt imperare? Ac videtur interpres, hoc conſiderans, aliud effugium quæſiviſſe: quippe qui verterit, *an tuti ab omnibus hominibus retinere velitis ea quæ a majoribus veſtr.* Mirabuntur autem multi quam viam ſequutus ſe inde fugere exiſtimaverit. Eam ego animadvertiſſe mihi videor, minime enim dubito, quin ἀδεῶς his genitivis junxerit, perinde ac ſi πάντων ἀνθρώπων ἀδεῶς idem valeret quod ἐν τῇ παρὰ πάντων ἀνθρώπων ἀδείᾳ. Sed quo exemplo talem illius adverbii probare uſum poſſit, ipſe viderit: ego, ut jam dixi, ſuſpectum habeo illum genitivum ἀνθρώπων ita quidem ut irreptitium eſſe ſuſpicer: præſertim cum præceſſerit, καὶ τὰ ὑπάρχοντα βεβαιώσεσθε. Ibid. non πάντως, ſed πάντων ſcriptum fuiſſe exiſtimo: ut πάντων ἀδεῶς ἄρχειν & πάντων αὐτῶν στερηθῆναι ſibi opponantur. Scio tamen & πάντως admitti poſſe. Ibidem multum diuque quosdam torſit hic locus, ἕλεσθε ὄλεθροι εἶναι. quoniam contrarium dicitur ei quod rationi conſentaneum eſt dici. Et ipſe certe vulnus huic loco eſſe illatum fateor, ſed ita ut addam, multo id eſſe ſanatu facilius quam crediderint. Neque enim tanta mutatione opus eſſe dico, quanta hæc fuerit, ut ex ὄλεθροι εἶναι faciamus γενναίως ἀγωνισάμενοι, aut alia quæ idem valeant verba ſubſtituamus. Quid igitur? hic quoque debere illam regulam valere ajo, qua dicuntur contraria contrariorum eſſe remedia; & hanc ſequens, particulam μὴ, quæ contrarium ſenſum efficiat, ante ὄλεθροι pono: ita ut pro ἕλεσθε ὄλεθροι εἶναι, ſcribatur ἕλεσθε μὴ ὄλεθροι εἶναι. Tantum abeſt enim, ut mox iſta ὄλεθροι ſuſpecta hic eſſe debeat, ut contra huic longe ſit aptiſſima: præſertim quum præceſſerit ſine præced. paginæ de hoſtibus dicta, δείξατε τοῖς ὀλέθροις τούτοις ὅσον καὶ δυστυχ. Perinde igitur eſt ac ſi diceretur, *Nolite committere, ut ſicut hoſtes veſtros merito vocaverim* ὀλέθρους, *ita & vos hoc nomine dignos oſtendatis.* Ac quum ſubjungit ἢ τἀναντία αὐτῶν ῥαθυμήσαντες παθεῖν, hoc ῥαθυμήσαντες non ſecus accipiendum eſt quam ſi dictum eſſet ὄλεθροι γεγονότες: etiamſi hæc verba multo ſint illo ſignificantiora, & latius extendantur. Placeret autem

&

& particula ἀλλὰ inter haec verba μὴ ὄλεθρον εἶναι & illud ἄρχειν: ſed ne haec quidem ſcriptura diſplicet. Ib. mox, πότερον καὶ] aut poſt hanc vocem πότερον deeſſe arbitror verbum βούλεσθε, ſive θέλετε, aut πότερον mutari in ὁποτερονοῦν debere. Ib. f. immerito ſuſpecta eſt atque adeo rejicitur omnino vox ἡττήσαντες, quum & apud alios ſcriptores inveniantur, ſed qui & ipſi e numero ſunt recentiorum. Fateor alioqui videri ἄλογον talem hujus verbi vſum poſſe.

707. p. Non debuit interpres his verbis uti, *licet acerrimis tormentis coacta.* Neque enim dici poteſt acerrimis tormentis coacta adverſis dominam mentiri, quae narratur ne propter illa quidem eſſe quidquam in eam mentita. Satis igitur erat dicere, *licet acerrimis tormentis cruciata*, aut aliis hujusmodi verbis uti. Ib. infra, τὸ ὕδωρ ἀφεὶς] Scribendum cenſeo ἐφεὶς. Mox circa f. ἀναίδην] malim ἀνέδην.

708. ἐμακάριζεν] Malim cum interprete ſcribere ἐμακάριζεν. Mox magis placeret ἄλλο quam ἄλλως. Paulo inferius poſt ἀκοῦσαι deeſſe crediderim nomen ἄλλο. ſicut id ſubjunctum habuimus verbo θεάσασθαι.

713. f. ſcribo ἀρετῆς ἐς τὰ πρῶτα ἀνήκοντες. De qua emendatione mea dubitare non permittit hic ejusdem Dionis locus, pag. 73. init. (ubi Philiſcus Ciceronem alloquitur) σωφροσύνης ἐς τὰ πρῶτα ἀνήκεις.

714. p. Θρασέας δὲ.] Huic nominativo deerit ſuum verbum, niſi ſubaudiamus proxime praecedens ἐσφάγη. Et tamen ut apparet ex iis quae ſubjungit, non ἐσφάγη: ſed ita loquitur quod coactus ſit mortem ſibi conſciſcere, alioqui σφαγησόμενος. tanquam illud pro eodem habendum ſit. Ib. m. εἰ τοιαῦτα αὐτὸν ἐπ.] Non dubito quin eadem illa praepoſitio ἐς (ſive εἰς) quam paulo ante alii deeſſe loco oſtendit, huic quoque deſit, ac ſcribi debeat, τοιαῦτα ἐς αὐτὸν ἐπήχθη. Mox ibid. fallitur interpres in participii ἐξετασθεῖσα iuterpretatione, quum hunc locum, αὕτη γὰρ ἔν τε τῇ συνωμοσίᾳ ἐξετασθεῖσα καὶ πᾶσαν αὐτὴν ἀκριβῶς πιστευθεῖσα; ita vertit, *de qua quum quaeſtio haberetur de conjuratione, cujus ipſa inprimis conſcia fuerat:* Atqui participium illud eum verbi ἐξετάζεσθαι uſum ſequitur, quo dici ſolet ἐξετάζεσθαι ἐν τούτοις, pro *eſſe de numero horum, annumerari his:* adeo ut ἐν τῇ συνωμοσίᾳ ἐξετασθεῖσα non ſit aliud, quam quod magis uſitate diceretur, ἐν τοῖς συνωμόταις ἐξετασθεῖσα. Debuit autem conſiderare interpres, ſi illud quod putabat ſignificaretur eo vocabulo, fore ut idem bis diceretur: quum ſequatur βασανισθεῖσα quod ea de re dicitur. Ib. v. ult. verba haec, ηὔξατο τελευτῆσαι πρὶν παρηβῆσαι, non ſonant, *mori prius quam ſeneſceret optavit:* ſed *priusquam florem aetatis egreſſa eſſet*, vel *florentes annos.* Nam etiamſi *Conſeneſcere* quoque ſignificaretur hoc verbo (de qua ſignificatione vix aſſentiri Budaeo poſſum, praeſertim quum proprie non aliud ſit, quam *Pubertatis annos egredi*) tamen huic loco iſta interpretatio minime conveniret.

715. m. περί γε τῷ πλ. τῶν βιβλ.] In mea maneo ſententia de hujus loci emendatione, qua καὶ περὶ pro καίπερ repoſui: praeſertim cum & alibi ita loquatur: in Galba videlicet [p. 729.] καὶ ὃς τὰ μὲν πρῶτα ἀνεβάλλετο, ὡς καὶ σκεψόμενος περὶ τούτου. Ibid. f. ὑπὸ τῇ πει.] Repono ἐπὶ τῇ ποιήσει.

716. circa f. καὶ φρονήματι ἤνθει] Perperam φρόνημα pro *prudentia* accepit: quum ei in mentem non veniret, dicturum potius φρόνησιν quam φρόνημα. *animus elatus*, ſive *elatio animi.* Ideoque Latini interdum *magnos ſpiritus* vocant. Ne autem quis de hac mea interpretatione dubitare poſſit, vetant etiam verba haec in fine pag. ſequentis, ἐκβιασάμενος τὸ φρόνημα.

717. f. ἐπεθάῤῥησέ τε] Magis aptum huic loco eſſet ἀνεθάῤῥησε. Sequentia autem verba, καὶ ἐκβιασάμενος τὸ φρόνημα, praetermiſit Blancus: quum alioqui ſint interpretatione digniſſima: ſonant enim, *quum ſuo elato alioqui animo vim attuliſſet*, vel *ſuae magnitudini animae.* Jam autem illi inter alia φρόνημα etiam tribuerat pag. quae hanc praecedit: ubi idem interpres hanc vocem male vertit.

719. p. Male Blancus haec verba, τά τε γὰρ ἄλλα καὶ κατασκόπους ἑκατέρωσε ἔπεμψεν, ad ſequentia pertinere exiſtimavit: quum alioqui, ut eo pertinerent, pleraque aliter ſcribi oporteret hoc modo videlicet, ἄλλα καὶ κατασκόπους πέμψας ἐς τὴν Ἑλλάδα ἐπεραιώθη. Nec animadvertit, his verbis τά τε γὰρ ἄλλα καὶ κατασκόπους &c. rationem reddi illorum, ὥσπερ ἐπενόει. perinde enim eſt ac ſi diceret, *quod exploratores miſerit, argumento eſſe eum illud in animo habuiſſe.* Totum ergo locum afferam, ut ab eo verſus eſt, deinde ut vertendum cenſeo: quum & quaedam verba in priore parte omiſerit. Ita igitur ille; *Nero tamen nec adverſus eum, nec contra Aethiopas & Pylas Caſpias, uti cogitabat, navigavit; ſed miſſis utroque exploratoribus, in Graeciam tranſiit.* At ego ita vertendum fuiſſe dico, *Nero autem nec ad eum* (vel *adverſus eum*) *navigavit, quamvis ei ſuccenſens, nec ad Aethiopes, aut Pylas Caſpias, ut in animo habebat: nam cum alia fecit, tum exploratores utroque miſit, Sed in Graeciam trajecit,* Ib. v. ult. non animadvertit interpres haec verba τὰ τῶν γυναικῶν referri ad πρόσωπα, (quod pro προσωπεῖα ponitur) ideoque male vertit, *in muliebri quidem ornatu Sabinam imitabatur*; in eo etiam peccans quod putat ἐσκεύαστο de Nerone intelligi: quum nominativus hujus verbi ἐσκεύαστο ſit illud πρόσωπα.

720. p. παντοίκην] Malim καὶ παντοίκην. Ibidem m. τὸ πρ. ἀκίνδυνον] Non minus placeret ἀκίνδυνος: ut cum χλευασία jungeretur: hoc modo τὸ πρᾶγμα fuiſſet χλευασία ἀκίνδυνος. Alioqui videtur dicturus fuiſſe potius τὸ ἀκίνδυνον πρᾶγμα.

722. p. Magis placeret legi, ἐποιήσατο, τὸ τὸν ἰσθμὸν τῆς Πελοποννήσου διορύξαι, ἐπιθυμῆσαι. Facile autem potuit articulus τὸ ab ultima ſyllaba verbi ἐποιήσατο, quae iisdem literis ſcribitur, abſorberi. Sed interpres nec vim nec gratiam Graeci vocabuli aſſequitur, atque adeo nec proprium ejus uſum exprimit quum πάρεργον ita vertit [*praeter inſtitutum.*] Perinde eſt enim ac ſi diceret Dio, ille voluit eſſe ſibi πάρεργον tantum, & tanquam obiter a ſe id praeſtari, quo vix majus ἔργον, & magis humanas vires ſuperans, eſſe ullum poterat. Praeterea non recte τῆς ἐπιδημίας vertit, *ſuſceptae peregrinationis:* quum non tantum ſuſcepta eſſet peregrinatio ſeu profectio in Graeciam, ſed eo veniſſet. Poſſet autem legi fortaſſe &, τῆς ἐς τὴν Ἑλλάδα. Ib. ſtatim, τῶν ἀνθρ.] Suſpicor Dionem ſcripſiſſe πάντων τῶν ἀνθρώπων. Ib. inferius, ὥστε αὐλῶν τοῦ N. [Scribo, ὥς γε Ib. λαβόντες.] Manifeſte mendoſus eſt hic locus, ſed non manifeſta & emendatio, ut in quibusdam aliis. Non venit quidem in mentem λαχόντες pro λαβόντες, minima cum mutatione, ſed exemplum hujus generis loquendi requiro. Quid ſi igitur δίκην λαχόντες ſcribendum dicamus? Atqui hoc de eo tantum qui litem intendit, dici exiſtimatur. Videat interim lector an pro illa conjectura facere haec poſſint, quae ex neſcio quo Iſocratis loco afferuntur, τὰς δίκας ὑπὲρ τῶν ἰδίων ἐγκλημάτων λαγχάνουσι. Si cui autem hanc ſequi emendationem placeret, iſta, εἶπε ὁ καιρὸς ἐκεῖνος ἔφερε, ut per parentheſin poſita, accipienda eſſent. Ib. f. ἄξιος Poſſet etiam legi ἀξίως.

724. p. Immo περιπλέκειν longe aliud eſt quam *ſilentio involuere*, vt vel meus Graecae linguae theſaurus docebit. Ut autem hic legis, καὶ αὐτὰ τὰ λεχθέντα δηλοῦν, ſic etiam fine pag. 721. dixit, χρήσομαι γὰρ αὐτῷ λεχθέντι ὑπ᾽ αὐτοῦ ῥήματι. Sic vero & pag. 726. m. αὐτὸ γὰρ τὸ ῥηθὲν γεγράψεται.

725. p. Non minus placeret diſtingui poſt μηδαμῶς, & quidem τελείαν ſtigmen poni, ſubaudiendo ὀνομαζέτω. Fictum ex illo ὀνομάσει. Sed quid ſi τὶς pro *aliquis*, non τίς interrogative, ſcriberetur? Hanc etiam ſcripturam ſentirer, & ita verterem iſtum locum: *Itaque ergo aliquis eum qui talis eſt, Caeſarem & imperatorem & Auguſtum nominavit?*

minabit? Abſit. Non oblitus ſum alioqui, duas negationes a Graecis pro una poni.

726. m. Scribendum cenſeo τὸ τέρας, nec puto in dubium vocandam loci hujus ſcripturam, ſi tantum illa vocula adjiciatur? Nam quod ad illud contumelioſum alioqui vocabulum attinet, tam multa a Dione adverſus Neronem jactantur, quae ejusdem farinae ſunt, ut omnis de hoc dubitatio ab illis tolli videatur. Sed operae pretium eſt videre quam τερατώδους interpretationis cauſa fuerit illud τέρας non intellectum. Ita enim interpres: *Hæc, etſi prodigiis ante declarata ſunt, tamen ille nihil curabat;* quum Dionis verba ſonent, *Talia tunc quoque jocabatur illud monſtrum,* vel *illud monſtrum hominis.*

727. m. πέπωκεν] Scribo ἐπεπώκει.

729. m. ἐπεξῆλθεν] Fortaſſe contrarium ſcripſit Dio, οὐδ᾽ ἐπεξῆλθεν.

730. p. ἀγανακτήσας μὴ αὐτὸς] Etiamſi particulam ἔτι Zonaras non interjiceret, minime dubitandum eſſet eam inſerere. Ib. ſuſpectum mihi eſt hoc θυομένῳ, nec ſuſpicione caret paulo poſt συνετύγχανεν. Inferius, τὸν γερ. τὸν ἀρχ.] Ut hic τὸν γέροντα, τὸν ἀρχιερέα, τὸν αὐτοκράτορα dicit, haud interjecta copula, ſic & alibi loquitur. Sed debuit interpres dicere itidem, *Illum ſenem, illum pontificem, illum imperatorem.*

731. p. ἐκολάκευσεν] Malo ἐκολάκευεν.

732. m. πάντα οἰχ.] Scribo πάντως οἰχήσομαι.

734. circa f. ὁποῖος περί τε] Potius οἷος quam ὁποῖος talibus ſolet locis adhiberi. Mox αὐταρκεῖν.] Hoc αὐταρκεῖν mutandum in ἀνταρκεῖν cenſeo. Vide annot. in p. 782.

735. non ita procul a f. longe aliud ſonat vox iſta σεμνοπροσωπῶ, quam putavit noſter Blancus; non enim ſignificat, *Gravitas vultui meo ineſt,* ſed *gravitatem vultus meus præ ſe fert:* aut etiam, *Vultum ad gravitatem compono:* (quae *gravitas* videtur eſſe id quod alibi vocat τὸ σεμνοπρεπὲς τοῦ προσώπου) ac liceat, ut opinor, verbum illud περιφράζειν hoc modo, τὸ πρόσωπον διατίθημι ὥσπερ σεμνός: imitando locum hunc Appiani, in hiſtoria de bellis Hiſpanicis pag. 269. meae editionis, καὶ τὸ βλέμμα καὶ τὸ σχῆμα διαθεὶς πάλιν ὥσπερ ἔνθους. Cujus etiam loci ſenſus a ſuo interprete non bene expreſſus eſt. Eſt certe hoc σεμνοπροσωπῶ unum ex pulcherrimis Graecae linguae verbis compoſitis, quibus Latini reſpondentia non habent: & ego ad ejus exemplum finxi φαιδροπροσωπῶ & συννοπροσωπῶ in quodam epigrammate. Sed ad Dionem, vel potius ad Vitellium, ut revertar, Blancus quidem (falſus, ut dixi) haec de eo ſcribit: *Quum enim viderent gravitatem & majeſtatem ejus in publicis conventibus:* at vero a Dione (ſi quis locum recte interpretetur) haec dicuntur; *Quum enim viderent eum vultu gravitatem præ ſe ferentem:* vel ita, (eodem alioqui ſenſu) *quum enim viderent eum componentem vultum ad gravitatem:* contentus autem ſum *gravitatem* dicere, ac minime addo *majeſtatem,* cum Blanco: qui & in hac adjectione peccavit.

736. ἐκπλαγέντας ἀποψύξαι] Ambiguo utitur vocabulo hic interpres, quum *exanimatos* dicit: at minime ambiguum Graecum ἀποψύξαι: ſicut etiam oſtendit ἀποψύχων, pag. 758. Mox parentheſis notis include quae ſunt a pronomine αὐτὸν, uſque ad haec καὶ ὁ Μουκ. nam particulæ τε, quam habes in ἥ τε, redditur iſta καὶ, quam habes ante ὁ Μουκ.

737. p. ὄντος τὴν αὐτ.] Paulo magis placeret ὄντως. Mox, malim: ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Β.

739. m. λοιδ. τε καὶ ἐπ. ἑκάτερον] Non minus recte legeretur ἑκάτερον, unum videlicet laudantes, alterum conviciis inſectantes. At ſi ἑκάτερον retineamus, intelligendum erit, non iisdem utrumque laud. & convit. inſectantes: ſed quem hi laudabant, illi ei convitiabantur, & vice verſa. Ib. circa f. τοιαῦτα ἂν τ.] ſcribo τοιαῦτα ἄρα τινὲς πρ.

741. p. αὐτοὺς ὡς ἐλ.] Pro αὐτοὺς legendum puto αὐτοῖς. Poſſet tamen & αὐτὸ legi, at vero αὐτοῦ non placet. Talem porro verbi περιβάλλειν uſum, vel potius eundem, habemus pag. 752. circa finem.

742. f. καὶ τήν τε φυλακὴν] Vel partic. τε poſt τὴν mutanda eſt in γε, vel quae ſunt a verbo ἔλυσαν uſque ad καὶ μετὰ τοῦτο, accipienda ſunt tanquam παρεντεθέντα.

745. p. τὰ τοῦ κράτους] Fallitur interpres, vertens *ſumma poteſtate,* perinde ac ſi ſcriptum eſſet μετὰ κράτους: tu verte, *res omnes imperii adminiſtrabat.* Mox reponendum ἠγάλλετο. Ac de hac emendatione dubitare nos haud ſinunt multi hujus ſcriptoris loci, in quibus illud verbum hujus occupaſſe locum videmus. Sic autem ἠγάλλετο & in ſequentibus, pag. 859. p. ἐφ᾽ ᾧ καὶ μέγιστον ἠγάλλετο.

748. f. τὸ μὲν θ.] Scriptum fuiſſe puto, καὶ τὸ μὲν θεῖον.

749. οὐδὲν αὐτ. ἐφ.] Malim οὐδενὸς αὐτῶν ἐφείσατο. Statim pro καισαρεύειν debuit potius dicere *Cæſaris munus obire,* vel *Cæſaris officio fungi,* aut etiam *Cæſarem agere.* Sed illorum verborum alterum malo. Sic autem καισαρεύειν, ut αὐτοκρατορεύειν apud eundem. Atque his ſimile eſt δικτατωρεύειν. Ibid. non intellexit hoc loquendi genus, ὑφ᾽ ἧς ἀεὶ κακῶς ἀπαλλάττουσιν. alioqui non vertiſſet, *qua ſemper laborarunt:* ſed his verbis uſus eſſet, *cujus malum ſemper exitum habent:* aut aliis ſimilibus. Paullo poſt ſcribo Βενεουέντῳ. Alioqui mutando literam ου in β ſcribendum eſſet Βενεβέντῳ. ut apud Steph. legitur Βενεβεντὸς, niſi potius Βενεβεντὸν ſcripſiſſe putandus eſt. Ib. inferius, ἰδιάζει τι] Scribo ἰδιάζει τε, καὶ οὐδ. Ib. in f. ἐτελεύτησατα διὰ τοῦτο] Poſt τοῦτο non dubito quin deſit ἐβίου, vel ἔζη, aut etiam διῆγε. Sed & μετὰ τοῦτο malim, quam διὰ τοῦτο.

750. p. ὀλίγα μὲν ἐν] Vel ὀλιγάκις ſcribendum, vel ὀλίγα pro ὀλιγάκις accipiendum, ut dicitur pag. ſequente συχνὰ pro συχνάκις. Mox, τῇ ἀγ.] Malim ἐν τῇ ἀγορᾷ.

751. m. Σιανοῦ.] Rectius ſcribetur Σηϊανοῦ. Ib. f. debuit (meo quidem judicio) ita interpretari: *Hæc enim fundamentum ejus eſt,* videlicet haec manus, dum pecuniam accipit.

752. paullum a f. διεσέσωστο] Non patitur Graecæ linguae conſuetudo ut διεσέσωστο pro διασεσώκει ponatur, ut credidit interpres. Aut igitur aliquid deeſſe arbitror inter διεσέσωστο & αὐτὸν, aut Dionem aliud quam διεσέσωστο ſcripſiſſe. Quomodo autem hic una cum uxore in quodam monumento ſubterraneo per annos novem delituerit, vide ſupra pag. 745.

753. f. μετεβάλετο. οὐ γὰρ] Inter μετεβάλετο & οὐ γὰρ non dubito quin nonnulla deſiderentur.

756. m. ἐπὶ πολλαῖς ἡμ.] Malim ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας. Sic & in medio pag. ſequentis, ἐφ᾽ ἑκατὸν ἡμέρας.

757. p. συγκατειργ.] Debuit conſiderare interpres, non dici, κατειργάσαντο, ſed συγκατειργάσαντο: ideoque non eſſe dicendum, *confecerunt,* ſed *adjuverunt in iis conficiendis.* Mox interpungere malim ante τῆς γῆς hoc modo, δεδιδαγμένα πάνθ᾽ ὅσα ἐπὶ τῆς γῆς, πράττειν καὶ ἐν τῷ ὑγρῷ. id eſt, πάνθ᾽ ὅσα ἐπὶ τῆς γῆς ἔπραττον, vel εἰώθεισαν, ſubaudi πράττειν. At interpres male haec verba καὶ ἐν τῷ ὑγρῷ cum ſequentibus jungit, totum hunc locum ita reddens: *Nam amphitheatro derepente aqua impleto, in ipſum equos tauroſque aliaque manſueta animalia introduxit, quæ facere didicerant ea quæ in terra conſueverant. In hanc aquam introducti ſunt homines in navibus:* quum ita vertere hunc locum debuerit: *Nam amphitheatro* (niſi quis malit *theatro*) *derepente aqua impleto, in ipſum equos taurosque aliaque m. an. introduxit, quæ edocta fuerant in aqua eadem omnia facere, quæ in terra conſueverant. Introduxit etiam homines in navibus &c.* Ib. f. Ambigue loquutus eſt interpres: ut autem tollatur ambiguitas, ita dici poterit, *præſertim quod ipſe, inſidiis ab eo appetitus ante fuerat;* vel ita, *præſertim, quod fratri inſidias ante paraverat.*

759. ἔς τε τὰ δειν.] Scribo ἔς τε τοὺς τὰ δεινότατα

ὕπνῳ. Ib. circa f. σκ. τινὶ ἐοικὼς ἦν.] Repone ἐοικὸς: quin etiam in locum ejus quam habes interpretationis hanc ſubſtitue, *atque aliquid tale fiebat, quale in iis quæ in ſcena aguntur fabulis*, aut brevius, *atque aliquid tale quale in ſcena fiebat*. Utor autem praeterito imperfecto, perinde ac ſi legeretur ἐγίνετο; quod etiam magis placet, praeſertim cum ſequatur, προσεποιεῖτο.

760. p. ἀποψύξαι] Vide pag. 736. ἐκπλαγέντας ἀποψύξαι, & quae in eum locum dixi.

761. m. Verba haec, ᾔτιαν διαθεῖναι καλῶς, non videntur ſonare quod ab interprete dicitur, *acceptam cladem ferre moderate*; ſed *accepta clade recte ſe gerere*: ſive *recte ſuis rebus proſpicere*.

763. m. οἷον ἐν τοῖς μν. κρ.] Rectius fortaſſe, *inſtar earum quæ ſepulcris adhibentur*. Inferius, προαπαλλάξας] Malim προαπαλλάξας vertere *prius dimiſſis*.

765. f. ult. verbum διήγαγε ſonare potius exiſtimo, *in vita manſit*.

767. p. Horum verborum, καὶ ἄλλως διανοούμενοι, interpretationem omittit Blancus: hunc igitur locum ita redde: *Hinc factum eſt, ut inſidias de quibus jam alioqui cogitabant, acceleraverint*.

768. f. Eleganti & feſtiva hyperbole hoc dicitur, κἂν μυριάκις τις ἀπιστήσῃ, quorum verborum ſenſum interpres aſſecutus non eſt. Sonant enim, *etiamſi quis centies fidem deroget*: id eſt, etiam ſi quis centies dicat ſe fidem derogare: ſive, ſe minime fidem adhibere, aut ſe minime credere. Quamvis autem μυριάκις cum multo majore hyperbole dicatur, quippe quod ſonat *decies millies*: dicere *centies* more Latino ſatis eſſe putavi.

769. princ. libri. Haec verba πλεῖσαι δὴ ἑνὶ ἀνδρὶ ποιούμεναι, non intellecta ab interprete, ſonant, *quæ tot erant ut plures uni viro fieri non poſſint*; vel, *quibus plures uni viro fieri haud poſſunt*.

770. f. Scribo οὕτω καταφρονούμενος.

773. v. 1. Non dubium eſt, quin ex Suida in voce λαμπάδια ſcribendum hic ſit κατατεμεῖν, pro καταδεσμεῖν. Sed librario errandi occaſionem praebuiſſe arbitror illud ἐπιδέσμων. Mox non diſpliceret omnino τὰ ἔπακρα.

775. v. 1. καὶ ὁ Δεκέβ.] Immo hoc ſentit Dio: *Ac Decebali res, dum quidem vi agere volebat* (vel, *ſi quidem vi agere voluiſſet*, aut etiam ita, *vi quidem agendo*) *male ſe habebant: ſed fraude & impoſtura parum abfuit, quin eum interficeret*. Ib. m. τοῦ μήτ᾽ ἀπολέσθαι] Senſus potius eſt, *neque perire illum voluiſſe, neque ejus ſalutem magno ſibi conſtare*.

777. f. Quid ſi poſt ὀφθαλμοὺς deeſſe ἠλείφετο dicamus?

781. circa f. καὶ τὰ τῶν πρoσκ.] Suſpicor Dionem ſcripſiſſe κατὰ τὰ τῶν προσκήνων.

782. f. καὶ εὐθύς τε] Non immerito quis ſuſpicetur, ſcriptum fuiſſe καὶ (εὐθύς τε γὰρ ἀπέθανε. καὶ ſequente alio verbo cum aliis vocibus quibus parentheſis clauderetur. Nam εὐθύς γε γὰρ nimis dure auribus ſonat. Ib. ſtatim deeſſe puto εἶδος poſt πάθους. Niſi forte putandus eſt βίαιον πάθος ſcripſiſſe. Ib. f. Hic unum vetus exemplar habet αὐτήρκεσε pro αὐτήρκεσε. quod pro quadam mea emendatione in paginam 734. facit. Tolerabilius tamen hic fore videatur αὐτήρκεσε, quam illic αὐταρκεῖν.

785. v. 1. ἀφίξεσθαι] Non animadvertit interpres futuro tempore & ſibi utendum eſſe.

789. Longiuſcule a f. ſic interpungo, αὐτοκρατορεύσας οὖν, τότε ἐμνησικάκησε, id eſt, *tum demum veteris injuriæ memorem ſe oſtendit*.

790. p. ἀλλὰ πάνυ π.] Deeſſe poſt πάνυ videtur adverbium ἡδέως. Ib. m. Suſpicor deeſſe τι poſt αὐτοῦ. Statim, οὐκ ἐλέχθη] Loci hujus emendationem haud ſane obviam, conjectura mihi aſſequutus videor: ut videlicet pro οὐκ ἐλέχθη μὲν γὰρ ſcribatur, ἐκελεύσθη μὲν γάρ. Mox, σιγάζονται] Falſum eſt quod hic dicitur: ut autem verum ſit, particulam negantem præfige verbo σιγάζονται.

791. v. 1. ἐν Φορτίῳ] Hæc verba ſequentibus jungenda, non præcedentibus. Ib. f. Fortaſſe κατακεκλασμένα ſcriptum fuit. Neque enim μετεσκεύασεν (pro quo male hic μετέσκαψεν) illi κατεσκευασμένα oppoſuere voluiſſe credibile eſt.

792. Βασάων] Scribo Βασαρνῶν, & interpretem valde aberraſſe dico. Ib. f. De hoc verſu dixi in præfatione ad lectorem Appiano præfixa.

794. m. ὅπως μὲν] adverb. ὅπως in ὅπλων mutandum ſuſpicor.

796. f. Non ἔυεικτον, ſed ἔυεικτον ſcriptum fuiſſe arbitror.

802. m. ἐπιχὼν πάντ.] Ne dubitari poſſit, quin hic ſcribendum ſit πεζικῶν, obſtant cum alii loci, tum vero hic paginæ 839. ἐν πεδίῳ πεζικῶν.

803. καὶ χρυσία δώσουσαι.] χρυσία non dici pro χρυσίον, ut putavit interpres, docebit meus Theſaurus Græcæ linguæ.

804. p. ἀνέλαβέ τις] Scribo κατέλαβέ τις. Ib. m. ἐν γάρ ἐστιν ὅτε μ.] Ex ὅτε facio ὅ, τι.

811. p. ὀδυρόμενος.] Scribo ὀδυρόμενος.

813. m. ἐπ᾽ ἐμεὶ] Muto ἐμεὶ in ἐμοῦ.

814. p. Magis placeret πάσῃ λόγων παιδείᾳ.

815. p. ἄριστα διὰ π.] Ne ſuſpectus ſit hic locus, facit ſimilis iſte pag. 767. m. μάλιστα διὰ mutandum in δή.

816. m. καὶ κ.] Pro καὶ κραταιουμένων ſcribendum reor, κατηλλαγμένων, i. e. *quum res Romanis ex aureo regno in ferreum mutatæ eſſent*. Sed libenter etiam expungerem voculam τε poſt τῶν.

817. p. ἀλλὰ καί τις] Hic quoque in eadem ſententia de hujus loci emendatione maneo, qua ſcribebam, εἰ καί τις ἄλλος ἀνθρώπων. Afferebam quidem & aliam ὡς καί τις, ſed magis mihi placere illam dicebam. Quod nunc etiam magis audacter quam antea dico, quia p. 836. idem loquendi genus exſtat, καὶ αὐτὸς εἰ καί τις ἄλλος ἀξιώτατος εἰμί.

818. f. Συννεανιεύεσθαι non eſt tantum *juventutem una tranſigere*, ſed *juventutem una hilariter tranſigere*. Huc pertinet quod a Plutarcho ſcribitur in Antonio loquente de ipſo, μειρακίων σχολὴν ἄγοντες διατριβαῖς καὶ παιδιαῖς χρώμενος. Non male fortaſſe verbo *juvenari* ſimplex νεανιεύεσθαι redderetur, ex Horatio: indemque pro συννεανιεύεσθαι diceretur *conjuvenari*.

821. f. Nimium fortaſſe hanc φιλαρχίαν reſtringit interpres.

824. p. νόσος μεγάλη] Muto μεγάλη in μεγίστη.

825. p. τὴν σωτηρίαν ἐπηγγείλατο] Tale eſt pag. 715. τὴν σωτηρίαν ἐκπριάμενοι.

827. f. σεσηρὼς ἐκάθητο] Immo σεσηρὼς eſt [illegible] non *ferox*.

828. f. περὶ ὧν νῦν κ.] Scribo περὶ δὲ νῦν καθίσαμαι.

830. p. Si ἐνόμισαν in ἐκόμισαν mutetur, non ſecus intelligetur ἐκόμισαν τὸ πραχθὲν, quam ſi diceretur ἐκόμισαν γράμματα ſeu ἀγγελίαν περὶ τοῦ πραχθέντος. Alioqui ſcribendum fuerit ἐμήνυσαν. Ita ego olim de hoc loco: ac ne hic quidem ſententiam muto.

835. m. ὠνητιῶν, verte, *emendi cupidi erant*, uno verbo, *empturiebant*.

837. p. ἀνελευθέροις] Scribendum eſſe ἀνελευθέρως, ex alio loco apparet.

839. f. Scribo καὶ ἐν ἐσθῆτι.

840. p. ἐπεφήμουν] Muto in ἐπευφήμουν.

844. p. Quidni χειρῶν ἀνθρώπων, ut interpres legit?

845. m. ἁρπαγάς τε ἔτ.] Non ἁρπαγάς ab ἁρπαξ, nec ἁρπαγάς ab ἁρπαγή ſcribendum eſt, ſed ἀρπάγας ab ἀρπάγη.

851. p. Scribo Νουμεριανός δέ τις.

857. p. ἄλλην θεραπείαν ἔχῃ.] Poſt ἔχῃ videtur fuiſſe aliud membrum a particula καὶ incipiens, quod illi τε reſponderet.

ſponderet: & propter ſequentem periodum, quæ ab eadem vocula initium habet, intercidiſſe.

860. m. νεοχμὴν ἦ ἔσ.] An νεοχμόν ἦ, an νεοχμὴν, aut νεοχμίαν τινὰ ſcribendum eſt? Primum illud malo.

862. p. ἐπ' ἐμέ] Alibi quidem, pag. videlicet 813. male hæc præpoſitio dativum pro genitivo habet, cum legatur ἐπ' ἐμοὶ pro ἐπ' ἐμοῦ: hic autem eundem uſum præſtans, male accuſativum pro eodem genitivo habet. Niſi quis ἐπ' ἐμὲ poſſe exponi credat, *Ad mea usque tempora.* Sed quomodo a Dione affirmari hoc poſſet? Ibid. ſtatim τῶν ἀνακτόρων] Apud Appianum in Parthica hiſtoria, pag. 153. meæ edit. Craſſum Surena irridens vocat Romanorum ἀνάκτορα. Verum apud Plut. (ex quo illa ſumit) non ἀνάκτωρ, ſed αὐτοκράτωρ legitur.

863. m. ἀρχὴν ἔχεν] Sicut olim, & nunc, αἰτίαν ἔχεν ſcribendum eſſe, contendo: præſertim cum non longo intervallo iſtud loquendi genus ſequatur. At Wolfius ita, ὃς τοῦ Πλαυτιανοῦ τὴν ἀρχὴν ἔχεν. Ibid. mox muto περιπτερώτων in παραπετάστων, præſertim cum & alius loci autoritate niti poſſim. Ibid. m. Muto λογγώδη in λοχμώδη.

866. p. ὑφ' ὧν] Scribo ἐφ' ὧν.

867. m. μέγεθος ἀκρ. κατ.] Scribo τὸ μέγεθος.

869. m. τοῖς μὴ σωφρονοῦσιν] Sic jam olim pro φρονοῦσιν repoſui σωφρονοῦσιν, quod in contextum relatum fuit. Ibid. f. ἄριστα αὐτῷ] Scribo αὐτό.

872. m. τῶν στρατ.] Scribo καὶ τῶν στρατιωτῶν.

875. p. Παλλίνῳ] Scribo Παυλίνῳ.

880. f. διατειχισθῆναί τε καὶ φρ. διατ.] Priore loco ſcribendum cenſeo τειχισθῆναι. Ibid. τοῦ περὶ τοῦ χρ. Poſterius τοῦ in αὐτοῦ mutandum jam olim monui.

888. m. αὐτοκράτορας σφαγῆναι] Scribo αὐτοκράτορα, & longe aliter locum hunc interpretor: ita videlicet, *Multos novi, qui magis cupiunt imperatorem occidi, quam ſe vivere.* Tale quid autem & alius hujus ſcriptoris locus habet.

890. p. λογιζομένοις συμβῆναι] Expungo verbum συμβῆναι.

912. Male interpres περίαπτα vertit *monilia*, non hoc tantum, ſed & alio (ſi bene memini) loco: quum *amuleta* reddere debuerit. Eadem vocabant & περίαμμα, unde eſt illud Anthol. epig. lib. 2.

> Ἑρμογένη τὸν ἰατρὸν ἰδὼν Διόφαντος ἐν ὕπνοις,
> Οὐκέτ' ἀνηγέρθη, καὶ περίαμμα φέρων.

Ita enim ſcribendum καὶ περίαμμα, non καίπερ ἴαμα, ut in quibusdam editionibus.

Hæc ſunt, quæ ex hoc meo Spicilegio potes expectare. De cautione autem, quam ad lectionem hujus ſcriptoris, vel potius excerptoris, (nam de Xiphilino loquor) debes adhibere, pauca hæc dicam, in iis hiſtoriis ſuper quibus ad ipſum fontem, id eſt, ad ipſum Dionem, potes recurrere, id a te ſedulo faciendum eſſe: quod Xiphilinus quædam e neceſſariis etiam omittat, alicubi Dionis verba in alia minus apta mutet: ſed & nonnulla alio ordine collocet.

JOANN. LEUNCLAVII NOTÆ BREVES, QUIBUS PRÆCIPUA DIONIS AUCTI ET EMENDATI LOCA PAUCIS INDICANTUR; ET PRISCÆ LECTIONIS, POST VARIAS PLURIUM MESSES AC SPICILEGIA, PASSIM RESTITUTÆ, RATIO REDDITUR.

AD LECTOREM.

DE XIPHILINI RELIQUIS ECLOGIS DIONIIS.

Hactenus, amice lector, exhibuimus tibi Dionis hiſtoriæ Romanæ promiſſos in titulo libros triplices, integros, mutilos, excerptos: adjectis etiam fragmentis, quæ quidem a nobis ad hanc editionem colligi potuerunt. Habes itaque Dionem & integriorem, quam noſtro ſæculo prodierit, & ad priſci operis ideam propius accedentem. Non igitur eſt, cur heic exſpectes, quæ Xiphilinus e libro XXXV. & ſequentibus usque ad LXI. excerpſit. Ipſos Dionis libros quum legeris, epitomas illas hoc quidem loco non requires. Reperto fonte, non opus eſt rivulis. Tota qui arbore potiri poteſt, decerptos ex ea ramos haud deſiderat. Si tamen ob illa quis Xiphilini laborem haud aſpernetur, quæ paſſim de ſuo Dioniis adſperſit; a Sylburgio pridem typis Wechelianis, a Stephano nuper editum petat. Dioni quidem vel locupletando, vel corrigendo, qui fructus inde percipi poteſt; is omnis in notas ſequentes a nobis eſt congeſtus. Lector vale, ac fruere.

AD LIBRUM XXXV. DIONIS.

Fragmentum aliud hujus XXXV. libri Dionis, ponendum ante id, quod heic legimus, in excerptis Xiphilini paucis expoſitum verbis hiſce, reperitur. κληρουμένων δὲ τῶν ὑπάτων, Ὁρτήσιος τὸν πρὸς Κρῆτας ἔλαχε πόλεμον. ἀλλ' ἐκεῖνος ὑπό τε τῆς ἐν τῷ ἄστει φιλοχωρίας, καὶ ὑπὸ τῶν δικαστηρίων, ἐν οἷς πλεῖστον τῶν κατ' αὐτὸν ἀνθρώπων μετά γε τὸν Κικέρωνα ἠδυνήθη, τῷ τε συνάρχοντι τῆς στρατείας ἐθελοντὴς ἐξέστη, καὶ αὐτὸς κατὰ χώραν ἔμεινεν. ὁ δὲ δὴ Μέτελλος ἐστείλατό τε εἰς Κρήτην, καὶ τὴν νῆσον ἅπασαν ἐχειρώσατο μετὰ τοῦτο. Quorum hæc ſententia: *Quum conſules ſortirentur, Hortenſio bellum adverſus Cretenſes gerendum obvenit. Sed is in urbe commorandi, judiciorumque ſtudio, in quibus plurimum inter omnes ejus ætatis ſecundum Ciceronem valuit, ultro collegæ ceſſit hanc expeditionem, & ipſe Romæ manſit, Metellus in Cretam claſſe provectus, inſulam totam poſtea cepit.* Hactenus e Dione Xiphilinus. Sequuntur autem alia, minime Dionia, ſed Xiphilinia, ſicut ex ipſa compoſitionis negligentioris forma paret; quibus Cretici belli ſummam, cujus exſtant reliquiæ libri ſequentis initio, comprehendit. Libro XXXV. tametſi non integer eſt, hoc tamen præfigi, quemadmodum in libris ceteris factum videmus, argumentum poteſt.

Hæc inſunt Libro XXXV. hiſtoriæ Romanæ Dionis.

Ut Q. Metello bellum Creticum Hortenſii loco mandatum.
Ut Lucullus victoria potitus, Tigranem non perſecutus ſit.
Ut Tigranocerta Lucullus ceperit.
Ut Niſibim Lucullus obſederit & occuparit.
Ut Mithradatem Triarius vicerit, ab eodem viciſſim victus.
Ut Mithradates regnum ſuum receperit.

Temporis ſpatium, anni III. quibus hi conſules recenſentur.

A.U.C. 685.	*Q. Hortenſius,*	*& Q. Metellus.*
686.	*L. Metellus, mortuus,*	*& Q. Marcius, ſolus.*
687.	*Manius Acilius.*	*& C. Piſo.*

Pag. 1. p. Pro οὐκ ἐλάτlων καὶ ϛρατηγικώτερος ἀπ' αὐτῶν ἐπεπίϛευτο γεγονέναι, dico legendum, οὐκ ἐλάττον: quo ſignificatur, *Mithradatem*, de quo Dio loquitur, *diverſis agitatum fortunæ vicibus, nihilominus etiam ducem rei militaris peritiorem* (hoc enim eſt fieri ϛρατηγικώτερον) *evaſiſſe*. Quod ſtatim ſequitur, ἐχθρὸν αὐτῷ, mutandum in ἐχθρὸν αὐτῶν, videlicet *Tigranis & Mithradatis*, de quibus eſt ſermo. Quod *Mithradatem* ſcribo, nummi veteres me movent, quos *Mithradatis* complures & aureos, & argenteos, apud illuſtrem virum Lazarum Suendium, Altæ Landiſpergæ Baronem vidi; collectos ab eo, quum Maximiliani Aug. dux, in Tranſſilvaniæ finibus, ſubnixo Turcicis auxiliis ejus regionis principi bellum faceret. Et erant in his nummi regum Perſicorum, Macedonum, Syriacorum, Ægyptiorum, Ponticorum Aſiæ minoris, & aliorum pulcherrimi ac rariſſimi; quos reliquo cum theſauro Græcæ Romanæque rei nummariæ, tandem ab eo ſereniſſimus archidux Ferdinandus Auſtrius impetravit. Nominis etymon, a Perſico *Mithra* derivari, ſcripturam veterem confirmat.

2. m. Pro his verbis, καὶ οὐδεμίαν ἐπ' αὐτῶν βοήθειαν ἐποιήσατο, colligitur e Xiphilino, qui hac uſus eſt paraphraſi, καὶ τῷ Ἀρμενίῳ βοήθειαν οὐκ ἀπέστειλεν, a Dione ſcriptum fuiſſe, καὶ οὐδεμίαν ἔτι αὐτῷ βοήθειαν ἐποιήσατο, *Et nullum ei tulit amplius auxilium.* Xylander reddidit, *Romanis auxilia nulla ſuppeditavit*. Reſpicit hoc ad priorem lectionem. Ego ne Xiphilino quidem adſentior, *Armenium* intelligenti; ſed velle Dionem arbitror, *nullum ab Arſace latum fuiſſe Lucullo auxilium*. Ibid. f. Pro καὶ ὁ ἀφιερωθεὶς, H. Stephanus exiſtimat reponendum, καὶ ὁ Αὐφίδιος τρωθεὶς, vel καὶ ὁ Αὐφίδιος ὁ ἀντ' αὐlοῦ αἱρεθεὶς, τρωθεὶς, πρὶν ἐπιβῆναι & cetera. Nimirum conſul nobis datur *Aufidius*, ignotus hoc quidem loco Faſtis conſularibus, ignotus reliquis hiſtoriis Romanis. Equidem ſcripſiſſe Dionem ajo, καὶ ὁ αὖθις αἱρεθεὶς, hoc eſt, *qui denuo lectus erat conſul*. Et αὖθις Græci pronuntiant ἄυφις, unde natus ex ore dictantis error.

3. m. Multa profert idem Stephanus de voce ἀθυμότερον in ῥαθυμότερον heic commutanda. Notarat hoc jam ante Xylander, cujus labor alicubi tangitur, & ſuſpecta quadam ex cauſa verſioni non adjungitur; quum tamen in contextum, quem vocant, Dionis a Stephano recepta ſint plurima, quæ Xylandri diligentiæ judicioque debentur, ejus diſſimulato nomine, quod ipſe ne videret imitari, nomen utriusque correctionibus ſuis adjiciendum in exemplaris Græci marginibus cenſui. De voce ἀθυμότερον addo, videri Dionem ea ſic uſum & alibi, *ut languidius aliquid & remiſſius* ſignificet. Exempli gratia, lib. 41. pag. 166. f. legitur in oratione Cæſaris ad milites ſeditioſos: καὶ τοὺς ἀγαθοὺς προσδιαφθείρουσιν, ἀθυμοτέρους ποιοῦντες, *etiam præterea bonos corrumpunt, dum remiſſiores eos efficiunt*. Item lib. 45. pag. 292. f. in Ciceronis in Antonium invectiva: ὅπως ὑμεῖς μὲν βραδύνητε, κἀκ τούτου καὶ τὰ τῶν συμμαχούντων ὑμῖν ἀργότερα καὶ ἀθυμότερα γένηται, *ut vobis moras nectentibus, ſociorum veſtrorum res remiſſiores ac languidiores fiant*. Aut ſi vocis hoc ſignificatum Stephanus haud admittit, etiam libro 41. reponendum ῥαθυμοτέρους ποιοῦντες, & lib. 45. ῥαθυμότερα γένηται. Dubito tamen, an id recte facturi ſimus.

5. m. pro καὶ τοὺς ϛρατηγοὺς γυμνασίας ἐποιεῖτο, judicat Stephanus legendum διὰ γυμνασίας ἐποιεῖτο. Genus hoc loquendi, ϛρατηγοὺς διὰ γυμνασίας ποιεῖσθαι, quaſi ſi dicere voluerit Dio, *duces ſuos exercuiſſe Mithradatem*: (nam Xylander quidem dormitabat, quum redderet, *Milites ſuos ſeque in armis exercendo*) Græcis ignotum eſt, aut aliud ſignificat, *duces nimirum per exercitationem facere*; quod huc non quadrat, quum præcedat, αὐτός τε ἤσκει, *& exercebat ipſe*. Quapropter ajo, ſcripſiſſe Dionem, αὐτός τε ἤσκει, καὶ τοὺς ϛρατηγοὺς γυμνάσαι ἐποιεῖτο, i. e. *tum ipſe milites exercebat, tum duces curabat exercere.*

7. m. Quod legitur heic, ϛρατηγικώτερος ἀνδρῶν ὁ Λούκουλλος, emendandum e Xiphilino, qui deſcripſit e Dione, ϛρατηγικώτατος ἀνδρῶν ὁ Λούκουλλος.

AD LIBRUM XXXVI. DIONIS.

Equidem initio libri hujus multa deeſſe vix crediderim. Ne periocha deſit, hanc lector accipiat.

Hæc inſunt Libro XXXVI. hiſtoriæ Romanæ Dionis.

Finis belli Cretici.
Ut bellum contra piratas Pompejo mandatum fuerit.
De promulgatis quibusdam legibus.
De bello Pompeji contra Mithradatem.
Ut Mithradatem Pompejus pugna nocturna devicerit.
Ut Tigranes filius ad Romanos acceſſerit.
Ut Tigranes pater ad Pompejum venerit, & quid impetrarit.
Ut Orœſes Albanorum rex a Romanis victus fuerit.

Temporis ſpatium, reliqua conſulatus Acilii & Piſonis, cum anno uno, quo recenſentur hi conſules.

A. U. C. 688. *L. Tullus & Æmilius Lepidus.*

9. p. Pro his, λέξω δὲ ἤδη καὶ τὸ κατὰ τοῦτον, ſcribe καὶ τὰ κατὰ τοῦτον. Quippe non unum aliquid, ſed plurima de Pompejo deinceps narrantur.

10. m. Pro μέχρις οὗ, lego μέχρις οὗ ἐν παντὶ ἐγένοντο.

11. p. εἴγε μὴ ἐξεχωρήκεσαν. Xiphilino, ἐκκεχωρήκεσαν. an rectius ἐξεκεχωρήκεσαν?

11. m. pro διὰ τοῦτο τὸ εὐκλεὲς, repono διὰ τὸ εὐκλεὲς. excluſa voce τοῦτο. Quippe verbis præcedentibus διά τε τὸ ἐπίφθονον, reſpondet hoc καὶ διὰ τὸ εὐκλεές. Perſpicuum id Græcæ gnaris.

12. p. Quod heic dicitur, μηδ' ὅτι τὸ σῶμα καὶ ταῦτα γέγονα, ἀριθμεῖσθε: Xylander reddidit, *Aut corpus meum ponderetis, annorumque numerum meorum ineatis.* Ea verba ſenſum idoneum non habent. Græcis etiam εὔρωϛος infercit absque ratione; dum legit, μηδ' ὅτι τὸ σῶμα εὔρωϛος, καὶ πόσα ἔτη γέγονα, ἀριθμεῖσθε. Dionem ego ſcripſiſſe non dubito, μηδ' ἔτη τὸ σῶμα καὶ πόσα γέγονα, ἀριθμεῖσθε. hoc eſt, *neque numerum ineatis, quot corpore natus ſim annos*. Ita conſtat ſententia, verbis ad lectionem priorem quamproxime accedentibus. Nam quod τὸ σῶμα, pro κατὰ τὸ σῶμα dixit; Græcis haud infrequens eſt, ut Latinis quum, *Quot corpore natus ſim annos*; pro, *ratione corporis*.

16. p. Pro οὐδ' ἵνα τὸ ὄνομα; legendum ἔτι ἵνα τὸ ὄνομα. Non enim heic negatio locum habet, quum ſit interrogatio. Nec aliter reddidit Xylander, *An eo creantur*; quod alioqui debebat dici, *Ne ab eo creentur*.

17. m. pro ἄλλῳ τῷ ὑποκειμένῳ, reſtituendum ἄλλῳ τινὶ ὑποκείμενον, quæ verba reliquis aptum dant ſenſum, quum alioqui Xylandrea Dionis menti minime reſpondeant, ut intelligere poterit, qui ad marginem a me notata cum eis conferet.

17. f. Deeſt orationi Catuli finis hoc loco, quibusdam forte cum aliis; quæ fere de Xiphilini verbis hiſce reſtitui poſſunt. Κατούλου δ' εἰρηκότος πρὸς τὸν δῆμον [illegible] ἐπὶ ταῦτα ἐκπεμφθεὶς (ſcilicet ὁ Πομπήιος) ἀπόληται, ὅσα ἔν τε ἀγῶσι πολλοῖς καὶ τούτοις θαλαττίοις φιλεῖ γίνεσθαι, τίνα ἀντ' αὐτοῦ πρὸς τὰ ἀναγκαιότερα ἕξετε; ὁ ὅμιλος σύμπας, ὥσπερ ἀπὸ συγκειμένου τινὸς ἀνεβόησεν εἰπὼν, Σέ. καὶ αὐτῷ ὁ Πομπήιος τῆς ἡγεμονίας τῆς θαλάττης, τῶν τε νήσων, καὶ τῆς ἠπείρου, ἐς τετρακοσίους ϛαδίους ἀπὸ τῆς θαλάττης ἄνω [illegible] hoc eſt, *Quum autem Catulus ad populum dixiſſet, ſi ad hæc miſſus Pompejus periret, uti multis in certaminibus & maritimis præſertim accidere ſolet, quem* [illegible]

ad alias magis neceſſarias inventuri eſſent? plebs univerſa, velut ex compoſito, ſucclamavit, Te. Sic Pompejus imperium maris, & inſularum, & terræ continentis, ad intervallum CCCC. *a mari ſtadiorum, accepit.* Quibus adtexenda ſunt, quæ in editis ſequuntur, *Et in Italia pro conſule &c.* Notandum vero ſcripturæ vitium in fine verborum expoſitorum. Nam pro ἄνω εἰλήφει reponendum ἀνειλήφει. Deinde *ſtadiorum heic* CCCC. mentio fit, quod antea Xiphilinus e libro Dionis præcedente dixerat, ὅσον ἡμερῶν ἀπὸ θαλάσσης τριῶν, id eſt, *ad iter dierum a mari trium.* E quo colligitur, iter unius diei definitum fuiſſe ſtadiis CXXXIII. aut XVIↃ. paſſuum.

18. p. In his verbis, ὅσα πρόσφορα ἐς αὐτὰ εἶναι ἦν ἑκάστοτε ἐγίνωσκεν: tollendum illud ἦν, ceu ſupervacaneum, vel Xiphilino auctore. Paulo poſt ibidem m. pro ἐκ τούτου συνῳκίσθησαν, Xiphilinus habet ἐκ τούτων (ſcilicet τῶν πειρατῶν) συνῳκίσθησαν: ut intelligatur, *in colonias opidorum deductos fuiſſe piratas.*

18. f. Hæc verba, καὶ πολλοὶ ὑπὸ τῶν τιμητῶν τῶν διαγεγραμμένων ἀναλαβεῖν πρότερον τινὰ τὴν βουλείαν ἐσπούδαζον, non tam corrupta ſunt, quam calligraphi negligentia tranſpoſita, & inter ſe confuſa. Sic enim ſcribi debent: καὶ πολλοὶ τῶν διαγεγραμμένων ὑπὸ τῶν τιμητῶν πρότερον, ἀναλαβεῖν τινὲς τὴν βουλείαν ἐσπούδαζον, quorum ſententia perſpicua eſt. Vocem βουλείαν interpretatur Xylander *ſenatoriam dignitatem.* Dioni locis etiam aliis ſimpliciter *ſenatum* ſignificat, hoc eſt, βουλήν, aut γερουσίαν, quibus alias utitur. Locus unus eſt libro 44. p. 245. m. ἔς τε τὴν βουλείαν ἐσῆλθε, *venit in ſenatum.* Nequit ibi certe reddi, *Venit in ſenatoriam dignitatem,* quanquam illic vocabulum hoc corruptum hactenus, a me reſtituitur, uti deinceps parebit, quum eo perventum erit. Aliud exemplum reperitur lib. 54. pag. 530. *m.* παραχωρῆσαι τῆς βουλείας ἀξιῶν, *ſenatu cedere cupiens.* At *ſenatoriæ dignitatis* ſignificatum ineſſe videtur his verbis, in Domitiano Dionis, 764. m. κεχιλιαρχηκὼς ἐς βουλείας ἐλπίδα, *munere tribuni functus in ſpem dignitatis ſenatoriæ.*

20. p. Manca ſunt hæc verba ἐπεὶ δὲ ἡ βουλὴ εὐθὺς τῇ ὑστεραίᾳ ἐν αὐτῇ τῇ νουμηνίᾳ ἐπύθετο, Λούκιός τε Τούλλιος καὶ Αἰμίλιος Λέπιδος ὑπατεύσειν ἤρξαντο, τὸν νόμον αὐτοῦ ἀπεψηφίσαντο· φοβηθεὶς, &c. quæ ſic redintegrari poterunt, ἐπεὶ δὲ ἡ βουλὴ εὐθὺς τῇ ὑστεραίᾳ ἐν αὐτῇ τῇ νουμηνίᾳ ἐπύθετο τόδε, ἣ Λούκιός τε Τούλλιος (rectius Τοῦλλος) καὶ Αἰμίλιος Λέπιδος ὑπατεύσειν ἤρξαντο, καὶ τὸν νόμον αὐτοῦ ἀπεψηφίσαντο· φοβηθεὶς, ἐπειδή. Eadem pagina, ſub finem illa vitiata, τά τε ἄλλα κατ' αὐτοῦ ἔπρατſe, καὶ μόλις αὐτὸν ἐς τὴν ὑστεραίαν ἀνεβάλετο. Sic reſtitue; τά τε ἄλλα κατ' αὐτῶν ἔπραττε, καὶ μόλις αὐτὴν &c. κατ' αὐτῶν refertur ad τῶν δυνατῶν, quod præceſſit: αὐτὴν refertur ad δίκης vocem, antea poſitam.

20. m. In his verbis, ὅ τε Μάρκιος καὶ ὁ Ἀκίλιος ὡς πρὶν τὸν χρόνον, &c. redundat illa vocula ὡς poſt Ἀκίλιος.

22. m. Pro τὴν τοῦ Τιγράνου προσβαλεῖν, ſcribe προεμβαλεῖν.

23. f. Ubi legitur, ἐντυχὼν τινὶ χωρίῳ καλῷ, quod *locum apte poſitum* Xylander interpretatur, lege χωρίῳ κοίλῳ, *loco concavo*, auctore Xiphilino. Inter tumulos certe concava loca ſunt.

24. m. Corrupta ſunt illa ἐπεὶ δὲ (cum interjectis) ἔπειτα κατέδραμον. Nam alterutrum ex ἐπεὶ & ἔπειτα ſuperfluum eſt. Adeoque, pro ἔπειτα κατέδραμον σφίσιν reponendum ἐπικατέδραμον σφίσιν, verum Dionis hoc loco verbum. Sequitur, ἐφονεύετο μὲν τὰ περιέχοντα, ubi vocem ultimam Xylander reddens, *extremorum cædes facta eſt*, inquit: Blaneus autem, *Qui erant ad alas.* Apud Xiphilinum eſt, ἐφονεύετο τὰ περιέχοντα, ſed vitioſe. Dioni *pars hoſtium* intelligitur, *quæ ſuos in medio conſtitutos complectebatur.* Id enim ſignificant τὰ περιέχοντα, quibus mox opponuntur τὰ μέσα.

25. m. τοῖς ἀφηλικεστέροις τῶν στρατιωτῶν αὐτὴν δύναμιν, ultima vox corrupte legitur, pro qua reponatur διανέμων. Nam ea propior eſt illi priori, quam διανείμας, quæ Xylandro ad animum accidit.

AD LIBRUM XXXVII. DIONIS.

29. p. Locus hic, καὶ οἱ ἐν τῷ τείχει, πρός τε τὴν φυλακὴν αὐτοῦ, καὶ ἅμα καὶ μάχῃ νικηθέντες, ἐνέδοσαν Xylandro mutilus eſt. Vitiatum rectius dixiſſet, cui vocis unius mutatio remedium adfert. Quippe ſcribendum, πρός τε τὴν φυγὴν αὐτοῦ, *tum propter fugam ejus*, videlicet *Artocis.* Ita conſtat vera reliquorum etiam ſententia, quam ad marginem poſui.

Ibid. m. Pro his, τὸν Πέλωρον διαβατόν πῃ τοῦ θέρους γενομένου χαλεπῶς, duobus in m. f. de legationibus legitur, τὸν Πέλερον διαβατόν πῃ τοῦ θέρους γενόμενον, οὐ χαλεπῶς, &c. hoc eſt, *quum Romani Pelerum, qui tunc æſtivo tempore vado tranſiri poterat, haud difficulter, nullo præſertim obſtante, tranſiviſſent.*

32. m. Pro illis, quæ leguntur heic verba, καὶ οὐκ ἐβούλετο, μὴ πλειόνων ὀρεγόμενος, καὶ περὶ ἐκείνοις, ὥσπερ που καὶ ὁ Λούκουλλος πταίσῃ dico germana verba Dionis hæc reponenda, καὶ οὐκ ἐβούλετο, πλειόνων ὀρεγόμενος, καὶ περὶ ἐκείνοις, ὥσπερ που καὶ ὁ Λούκουλλος, πταῖσαι. Probatione res haud indiget. Eadem pagina f. pro εὐχειρότερος, dubio procul ſcripſit Dio εὐχειρωτότερος. Simile vocabulum eſt εὐεπιβουλευτότερος, quo Dio lib. 38 pag. 79. p. uſus eſt. Senſus loci verior expreſſus in margine.

33. p. Deeſſe quædam, indicatum tribus aſteriſcis. Eorum pars aliqua reperitur apud Xiphilinum, hæc Dionis verba recitantem: ὑποστρέψας δὲ (ſcilicet ὁ Πομπήιος) ἐξ Ἀρμενίας, καὶ τοῖς βασιλεῦσι καὶ τοῖς δυνάσταις, τοῖς προσιοῦσιν αὐτῷ, διαιτήσας καὶ χρηματίσας, καὶ τοῖς μὲν τὰς βασιλείας βεβαιώσας, τοῖς δὲ τὰς δυναστείας ἐπαυξήσας, τῶν δὲ καὶ τὰς ὑπεροχὰς κολούσας καὶ ταπεινώσας· τήν τε κοίλην Συρίαν, καὶ τὴν Φοινίκην, ἄρτι γε βασιλέων ἀπηλλαγμένας, καὶ ὑπό τε τῶν Ἀραβίων καὶ ὑπὸ τοῦ Τιγράνου κεκακωμένας, συνεστήσατο. ἐτόλμησε μὲν γὰρ ὁ Ἀντίοχος ἀπαιτῆσαι αὐτὰς, οὐκ ἀπέλαβε δὲ· ἀλλ' ἔς τε ἀρχὴν μίαν συνεπάχθησαν, καὶ νόμους ἔλαβον, ὥστε τὸν τῶν Ῥωμαίων τρόπον πολιτεύεσθαι. hoc eſt, *Reverſus ex Armenia Pompejus, quum adeuntibus ſe regibus & principibus jus arbitrarium dixiſſet, ac reſponſa dediſſet, aliisque regna confirmaſſet, aliis principatus auxiſſet, aliorum eminentiam imminuiſſet ac depreſſiſſet: Cæleſyriam & Phœnicen, nuper regibus liberatas, & ab Arabibus ac Tigrane vexatas, conſtituit. Licet enim Antiochus eas auſus eſt repetere, non tamen obtinuit: ſed in unam redactæ conjunctæque provinciam leges acceperunt, & ita quidem, ut more populi Romani adminiſtrarentur.* Ibid. f. pro μνήμης δ' οὖν ἄξια πρὸς τοὺς τῶν ἀνθρωπείων πραγμάτων παραλόγους συνήχθη, reponendum πρὸς τοῖς τῶν ἀνθρωπείων πραγμάτων παραλόγοις. Et quæ ſint τὰ παράλογα τῶν ἀνθρωπείων πραγμάτων, (non οἱ παράλογοι) verbis ad marginem interpretationis Xylandreæ adjectis, expoſitum.

Pag. ſeq. 34. m. ſcribendum potius ὅτε ὁ Μιθριδάτης, quam ut hactenus, ὅ, τε Μιθριδάτης, ſi periodum integram eſſe volumus, uti quivis e ſequentibus perſpicit.

37. m. Hæc verba de Judæis, ὥστε καὶ ἐς παῤῥησίαν τῆς νομίσεως ἐκνικῆσαι, ſic interpres noſter reddidit: *Ut legum quoque poteſtatem vicerit*, abſurde profecto, quum hæc Latina Græcis haud reſpondeant. Ego primum ajo legendum, ὥστε καὶ παῤῥησίαν τῆς νομίσεως ἐκνικῆσαι, rejecta ἐς vocula, quæ temere irrepſit: deinde facilem hinc erui ſenſum hujuſmodi, *ut etiam condendarum legum licentiam ſibi vindicarit Judæorum natio.* Id dicere Dio

voluit, non, *Judæos in republica Romana degentes legum poteſtatem viciſſe*; quod ſuis Romani non permittebant, nedum peregrinis. Ibidem ſtatim ſequuntur interpretis hæc verba de Judæis iisdem: *Tum quoque temporis nullum Hieroſolymis ſimulacrum exſtabat.* Nimirum legit ἐν αὐτοῖς τότε τοῖς Ἱεροσολύμοις. At in editis, & apud Xiphilinum eſt, ἐν αὐτοῖς πολὲ τοῖς Ἱεροσολύμοις, quo ſignificatur, *nullum Judæos ſimulacrum Hieroſolymis unquam habuiſſe.* Verius hoc omnino. Ibidem pro καὶ ἄλλα ἐν αὐτῇ ἰδιαίτατα οὐ ποιοῦσι, proculdubio reponenda verior lectio. Cur enim diceret Dio, *Judæos die ſabbathi ſui non facere opera maxime illi diei propria?* Nequit hoc admitti. Scribe igitur, καὶ ἄλλα ἐν αὐτῇ, ἰδιαίτατά οἱ, ποιοῦσι, & cetera quorum ſententiam in margine vides. Illud autem οἱ fœmineo quoque poni genere, patet ex his de Cleopatra, libro 51. pag. 451. m. ἐπιςολὰς παρ᾽ ἐκείνου οἱ (Cleopatræ) πεμφθείσας. Xiphilini lectio eſt, καὶ ἄλλα τε ἐν αὐτῇ ἰδιώτατα πολλὰ ποιοῦσι, alia ſibi maxime peculiaria in ea faciunt.

46. f. Si pro διὰ γὰρ δὴ τούτου τά τε τῷ συνεδρίῳ & cetera, ſcribas unica τούτου mutata voce, διὰ γὰρ δὴ τοῦ τά τε τῷ συνεδρίῳ &c. ut διὰ τοῦ verbo ſequenti εὐθύνεσθαι adjungatur; difficilem alioqui locum, & ab interprete minus commode redditum, reſtitueris in eam ſententiam auctoris, quam margini adſcripſimus.

43. m. Pro παραφαίνων δι᾽ αὐτὸν, repone παραφαίνονται αὐτόν.

48. m. Rectius huc quadrat ἔτι περιόντες, quod expreſſi ad marginem; quam ἔτι περιιόντες quod interpretando Xylander reddidit. Paulo poſt, ſcribe Θερύβου δ᾽ ὄντος ἔν τε τῇ πόλει, vocula ὡς poſt ὄντος deleta.

50. p. Pro ἀγνῶς τὰ ἐκ τῶν πατρίων ἐς πᾶν τὸ ἄῤῥεν ἐπετέλουν, ſcribe ἀγνῶς ἐκ τῶν πατρίων ἄνευ παντὸς ἄῤῥενος ἐπετέλουν. Ita ſcripſiſſe Dionem, nemo negabit. Paulo poſt, B. pro τὸ νησίδιον τότε ἐν τῷ Τιβέριδι ὄν, repone τὸ νησίδιον τὸ ἐν τῷ Τιβέριδι ὄν.

53. p. pro ἐσηγήσασθαί τι, ſcribe ἐσηγήσασθαι, τὸ καὶ τοῖς εὐπατρίδαις τῆς ἀρχῆς μεταδίδοσθαι, ut τὸ μεταδίδοσθαι conjungantur, quod fieri nequit in τι, velut nulla ratione priori verbo heic adhærente.

56. p. pro ὅντ᾽ ἂν τοσοῦτον ἤλπισεν ἰσχύων, legendum ἤλπισεν ἰσχύειν, & ea verborum ſequenda ſententia, quam margini adjeci.

57. m. Xylandri *theatrum ad ludos de Syris exſtructum*, plane locum habere nequit. Nego ſcriptum a Dione, καὶ θέατρον πρὸς πανήγυρίν τινα ἐκ σύρων ᾠκοδομημένον, ſed ἐκ λαφύρων, *ex manubiis.* Vide quid poſſit una vitiata dictio caliginis ſecum invehere.

AD LIBRUM XXXVIII DIONIS.

61. m. Videat acutus lector, an non locus hic mutilus, ὡς εἰ καὶ τισὶ τῶν ἄλλων μὴ ἤρεσκεν, . . . οἱ ἄλλως τε ἄνδρες ἀγαθοὶ νομιζόμενοι, hoc modo reſtitui poſſit, εἰ καὶ τισὶ τῶν ἄλλων μὴ ἤρεσκεν, ὅμως ἐπεὶ οἱ ἄλλως τε &c. Quippe ſi totam periodum adtente legas, hujus modi deeſſe deprehendes. Alii hæc pede ſicco tranſeunt, quaſi lacuna nulla ſit.

Pag. ſeq. 63. p. pro γελοιότατον, ſcribo γελοιότατα, & quidem ut ſit adverbium, more Græco, ut infra, lib. 42. p. 193. m. χαλεπώτατα διέθετο.

64. *m.* Confero locum hunc cum alio, qui rem tractat eandem, lib. 51. ſub finem, pag. 463. p. & illinc ſumo legendum heic, ἡττήθη πρὸς τῇ τῶν Ἰςριανῶν πόλει, adjecta præpoſitione πρὸς, quæ heic deſideratur: illic vero non Ἰςραίων, ſed Ἰςριανῶν πόλει ſcribendum. Eadem p. 64. f. verbum itidem aliud deeſt, ubi dicitur, τοὺς γὰρ πολλοὺς . . . . ἔλεγε συχνὰ καὶ μάταια ἐξεπίτηδες ἐς τοὺς κρείττονας, ἐς φιλονεικίαν αὐτοὺς ὑπαγαγόντας. Quis enim hiulcam orationem eſſe non animadvertit? Ego ſic a Dione ſcriptum arbitror, τοὺς γὰρ πολλοὺς λέγειν ἔλεγε συχνὰ καὶ μάταια ἐξεπίτηδες ἐς τοὺς κρείττονας. Calligraphi vero factum inepto judicio, ut alterutrum abundare creditum, omitteretur.

65. p. in ὀλιγώρως αὐτοῦ ἔχειν, muto medium vocem αὐτοῦ in αὐτῶν, ſcilicet λοιδοριῶν quæ præceſſit.

Eadem 65. m. Reliquit inemendatum hunc locum Xylander, οὐ γὰρ τῶν ἤδη γεγονότων μᾶλλον τι [illegible] ἢ ἵνα καὶ λυθέη, ſeque ſenſum ait exprimere voluiſſe verbis his: *Neque tam præteritorum curam gerebat, quam ut in poſterum tutus eſſet.* Nimirum ei λυθῆναι tantumdem ſignificare videbatur, ac *ſecurum & tutum eſſe*: verum latens in eo verbo vitium non perſpiciebat. Legendum enim, ἢ ἵνα μὴ λυπηθέῃ. cujus ultimi verbi media ſyllaba forte perierat, ob exemplaris vetuſtatem, ideoque λυθέῃ reliquum librarius retinuit. Senſus integer eſt, *aliter Cæſarem non curaſſe præterita, quam ne offenderetur amplius.* Ibidem, ne illa quidem verba mutila, λέγων ὅτι τὸ μὲν οὐκ ἂν ποτε ἀγένητον, τῆς κολάσεως ὑπερβολῇ πάντως τὶ δεινὸν πείσεται, Xylander adtingere voluit, contentus interpretatione quæ ſenſum auctoris redderet. Ego ſic recte locum reſtitui poſſe judico, niſi quidem fallor: ὅτι τὸ μὲν γεγονὸς οὐκ ἄν ποτε ἀγένητον γένοιτο· τῆς δὲ κολάσεως ὑπερβολῇ πάντως οὐκέτι τὶ δεινὸν πείσεται. id eſt, *infectum quidem fieri non poſſe, quod factum ſit; at omnino ſe ſupplicii acerbitate perfecturum, ne quid in poſterum ſibi gravius accidat.* Indoctus nimirum calligraphus & γεγονὸς & γένοιτο poſt ἀγένητον abundare putabat, & ex οὐκέτι τὶ alterutrum quoque credebat eſſe ſuperfluum. Judicium vero meum & heic, & in aliis, lubens eruditorum judiciis ſummitto.

66. m. Nomen ἀμεινόνων Xylandro mutandum videtur in ἀμυνόντων, nulla ſane ratione; quum τὰ δυσχερέστερα & τὰ ἀμείνω, ſibi opponantur. Eadem ex cauſa Dionis ſenſum non eſt adſecutus, quem ad marginem lectori dedimus in periodo ſane longa, quam interpres non recte diſtraxit. Ib. in his verbis, καὶ τὰ ἑταιρικὰ κολλήγια ἐπιχωρίως καλούμενα, nec ἐπιχωρίως interpres recte mutat in ἐπιχαρίτως, & nullo ſenſu dixit apto, *Collegia ſociorum ita invidiæ vitandæ cauſa dicta.* Quid enim illud eſt, *invidiæ vitandæ cauſſa fuiſſe dicta collegia?* Primum recte diſtinguantur voces, inde mendum unius tollatur, hoc modo: καὶ τὰ ἑταιρικὰ, κολλήγια ἐπιχωρίως καλούμενα. Jam enim videmus dicere velle Dionem *ſocietates*, quæ lingua Romæ indigenarum *collegia* vocentur. Ita locus eſt planiſſimus.

67. p. Videtur pro τὰς δὲ δὴ τοῦ δήμου διαψηφίσεις πάντως ἐπισχεῖν, legendum ὥστε δὴ, vel potius ὥστε τοῦ δήμου &c. Nam alioquin [illegible] ἐπισχεῖν, reliquorum verborum, quæ præceſſere temporibus non reſpondet. Paulo poſt μαντευσόμενος mutandum in μαντευσάμενος.

68. p. Non recte ſcriptum hoc legitur, καὶ τὴν αἰτίαν μόνος, ἢ καὶ μάλιστα ἔοικε. Quid enim ſignificat, μόνος αἰτίαν ἔοικε? Dicimus ἔχειν αἰτίαν pro *ſuſtinere culpam*: ideoque reponendum, τὴν αἰτίαν μόνος, ἢ καὶ μάλιστα εἶχε. Ibidem m. pro καὶ προσέτι καὶ ἐνδώσειν, reſtitue καὶ προσέτι καὶ ἐνδώσειν, videlicet τὸν Κλώδιον, hoc eſt, *Clodium etiam de impetu remiſſurum, ſi ad urbem Cicero maneat.* δώσειν nullum heic locum habet, ideoque Xylander hæc verba prorſus omiſit, velut ſenſum nullum reddentia.

68. f. τούτοις [illegible] Tota periodus hæc ab interprete non ſatis dextre exponitur. Nec uſquam φεύγειν deſideratur, ut ipſe quidem exiſtimavit. Mentem vero verborum Dionis in margine lectori exhibuimus.

69. p. Ubi dicitur, [illegible] Neque ſe Xylander & Stephanus in iſto ὑπερείσων [illegible] etiam ille, poſſe legi ὑπερείσων, quoniam [illegible]

accuſandi caſu conſtruatur, & Appiani locum adducit, τῶν ἀνδρῶν καὶ τὰ ἄλλα αὐτοὺς ὑπεροισόντων ἐν τῇ πολιτείᾳ. Relinquitur ergo locus ſine remedio. Quapropter, ut ipſe Dioni opem feram, dico ſcribendum ὡς καὶ πολὺ τὸν ἐχθρὸν ὑπεροίσων, ut ἐχθρὸς numero ſingulari, ſit hoſtis ille Ciceronis Clodius. Quid adferri poſſit expeditius? quid magis e Dionis noſtri ſententia? Paullo poſt, pro ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ Νιννίου ἐπέτρεψεν, haud dubie reponendum τῷ Νιννίῳ ἐπέτρεψεν.

70. m. Quidquid dicat Xylander de ἀνατὶ, quaſi ſignificet ἄνευ τίσεως καὶ τιμωρίας, *ſine pœna*, vel *impune*; tamen ſcripſiſſe Dio videtur ἀναιτίως διόλωνται, *ſine culpa perirent*, ut accuſari ſcilicet auctores cædis haud poſſent. Quippe ſi alterum illud a τίσις haberet originem, accedente privatione; non ἀνατὶ, ſed ἀτὶ dicendum videretur: aut formandum eſſet ex ἀτὶ, & α privatione, mediante ν littera, propter concurſum duarum α vocalium; ut in ἀναιτίως, quod fit ex α & αἰτία, interveniente ν, ob indicatam cauſam. At vero ἀτὶ quid commune cum voce τίσις habet? immo Græcumne dici poteſt? Duplex etiam privatio in una voce locum habere nequit. Alterum vero ἀναιτίως ſcriptum fuiſſe cum abbreviatura videtur, hoc modo, ἀναιτ῀: ductuque illo ſupra vocem ipſam exoleſcente, reliquum fuiſſe ἀναιτι, quod librarius expreſſerit. Sequemur igitur hanc rationem, niſi malimus ἀνατεὶ recipere, quod aliis placet dictum velut ἄνευ ἄτης. Rectius hoc quidem illo Xylandreo.

Pag. ſeq. 71. m. pro σοφίᾳ τινὶ καταιονήσειας, repone κατονήσειας. Et ineſt huic verbo *juvandi*, non *imbuendi*, ſignificatio.

72. m. In his verbis, ἀπόχρη τε γὰρ ἀνθρώπῳ, vitium ineſt, quum νομίζω ſequatur. Itaque legendum, ἀποχρῆναι γὰρ ἀνθρώπῳ (adde interjecta) νομίζω.

73. m. ἀγαθῶν καὶ κακῶν διδομένων, ſcribe δεδομένων.

Pag. ſeq. 74. p. τὴν ἀτιμίαν οὐκ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς παντελῶς ἄνθρωποι νομίζουσιν ἐπιτιμίαν, repone νομίζουσιν, ἢ ἐπιτιμίαν, eo quidem ſenſu, quem ad marginem expreſſi. Ib. m. Scio, cur recte legi poſſit προσηκόντων, & tamen ſcripſiſſe Dio videtur προσηκόντως. Ibidem, pro ἐπὶ τήν γε ἄλλως neceſſario reponendum ἐπεὶ τοί γε ἄλλως. Nequit enim dici, per diviſionem quandam factum τήν γε ἄλλως ex τηνάλλως γε: quum hujus ſignificatum vix huc quadret. Eſt enim Dioni tantumdem alibi τηνάλλως, ac *fruſtra*. Fortaſſe tamen huic lectioni quis patrocinari velit per illum Dionis locum, qui libro 60. exſtat. pag. 673. m. τούς τε τηνάλλως συκοφαντήσαντας τινὰς, quaſi dicere verbis iis Dio voluerit, *Qui delationibus ſuis aliquando alias, quosdam circumveniſſent.* Ego vero ſic potius reddiderim, ut τηνάλλως συκοφαντῆσαι, ſit *temere calumniari*, vel *deferre*, hoc eſt, temerario conatu, ſine veritatis fundamento. Rurſus eadem pag. 73. *m. pro* τὰ μὲν ἐθελονταὶ ἑτοίμως, legendum ὅτι τὰ μὲν ἐθελονταί. Nam abſque hoc, periodus integra non erit.

76. p. Dum Philiſcus pleroſque recenſet, quorum aucta fuerit exſilio gloria; primum Romanos illuſtres viros duos commemorat, *Camillum & Scipionem*: deinde Græcos itidem duos adfert, *Ariſtidem & Themiſtoclem*: tertio par aliud producit, *Annium & Solonem*. Jam vero nec obſcurum aliquem cum Solone claro conjungere voluit, cujusmodi legitur heic *Annius*, nomine Romanus, at hiſtoriis Romanis ignotus, Græcis ne nomine quidem adfinis: & Ariſtide Themiſtocleque recentioribus, priore loco poſitis, Solonem ex antiquitate remotiori depromens, haud alium videtur eidem addirurus fuiſſe, quam qui Soloni hac etiam in parte reſponderet. Ergo pro τί τὸν Ἄννιον; reponendum puto, τί τὸν Ἀινείαν; ut *Æneam* Soloni Philiſcus adjunxerit, priſcum priſco, illuſtrem illuſtri; cujus gloria quomodo creverit exſilio, nemo non novit. *Annius* quidem *Milo* nequit intelligi, cujus exilium libro poſt hunc tertio primum recitatur. Ibid. pro μήτε τοῦ σώματος, ſcribendum μήτε τῇ τοῦ σώματος. ſequitur enim, φύσει. Ibid. m. pro τοιαῦτα καὶ τοῖς ἑκάτερα δοκεῖν εἶναι ποιοῦσιν, repone τοιαῦτα καὶ ἑτέροις ἑκάτερα δοκεῖν εἶναι ποιοῦσιν, idque neceſſario faciundum ex ſenſu verborum Dionis. Rurſus paulo poſt, κωφαὶ μὲν γὰρ, emenda κοῦφαι. *Leves*, inquit, *ſunt hominum res ſecundæ*. Ibid. ποτὲ μὲν δεῦρο, ποτὲ δὲ ἐκεῖσε . . . κἂν ἄρα τὶ &c. Deeſt verbum, quod antecedentibus reſpondeat. Xylandri primum βιάζονται, haud placet. Quis enim dixerit, ἄνω τε καὶ κάτω, δεῦρο κἀκεῖσε βιάζονται; Nec alterum ejusdem φέρονται probo, ne bis eadem in periodo verbum idem repetatur, ἐν ἀκαταστάτοις πράγμασι φερόμενοι (adde cetera intermedia) φέρονται. Quid igitur, inquiet aliquis, adfers ipſe? Purum putum profecto Dionis verbum στρέφονται, quo nihil huic loco fingi poſſit aptius. Sic enim Dio ſcripſit, ἀλλ' ἄνω τε καὶ κάτω, ποτὲ μὲν δεῦρο, ποτὲ δὲ ἐκεῖσε στρέφονται· κἂν ἄρα τὶ &c.

77. m. Sic Græci non loquuntur, ἀναγκαῖον αὐτῶν ἐστιν, *opus iis eſt neceſſario*. Quapropter aliquid intercidit, omiſſum incuria librarii. Scripſit enim Dio, οὐχ ὅτι τὶ καὶ ἀναγκαῖον αὐτῶν πρὸς εὐδαιμονίαν ἐστίν. Sic jungi debere videmus, non ἀναγκαῖον αὐτῶν, ſed αὐτῶν τί. Nota vero negligentia hujus hominum generis in minutis hiſce frequenter omittendis, præſertim ſi voces aut ſyllabæ ſimiles concurrant, ut heic ὅτι τὶ, quorum alterum otioſum eſſe crediderunt. Exemplum ſimile poſt lineas pauciſſimas ſequitur, καὶ δεῖ σε . . . ὅσον ἥ τε ἡσυχία τῆς ταραχῆς, καὶ ἡ εὔροια τῶν θορύβων, ἥ τε ἐλευθερία τῆς δουλείας, καὶ ἡ ἀσφάλεια τῶν κινδύνων διαφέρει. Cujus oculi non perſpiciunt, non ſentiunt aures, eruditi quidem hominis, imperfectam hanc orationem eſſe? Videbat Xylander, ideoque ſupplendam hoc modo putabat, καὶ δεῖ σε σκοπεῖν. Hoc σκοπεῖν non longe quidem abeſt a ſcopo: ſed reapſe quærendum aliquod magis iis ſimile verbum, quæ heic legimus, quodque a librario propterea omiſſum fuit. Nimirum ſcripſit Dio, καὶ δεῖ σε ἰδεῖν, vel potius καὶ δεῖ ἰδεῖν σε, ὅσον &c.

79. p. Pro μὴ καὶ διασπαρθέντες, ex quo Xylander faciundum putavit διασπαρέντες, ego reponere malim διασπασθέντες, quod *divulſorum* ſignificationem habet, Dionis aptam ſententiæ. Ibid. En aliud exemplum ejus, quod modo de vocum ſimilitudine, librariis ſæpius imponente, dicebam. Vidit Stephanus aliquid hiſce verbis deeſſe, Ὀρκετόριγος σφίσιν ἡγουμένου· ἔχοντες τόν τε Ῥοδανὸν διαβῆναι, καὶ πρὸς ταῖς Ἄλπεσί που κατοικισθῆναι. Propterea legendum ait ἔχοντες γνώμην. Adtigit ſententiam Dionis, qui tamen uſus erat voce, quæ alicui poſitarum hoc loco ſimilior erat, quam γνώμη. Dico igitur, vel hoc modo fuiſſe ſcriptum a Dione, Ὀρκετόριγος σφίσιν ἡγουμένου· νοῦν ἔχοντες, τόν τε Ῥοδανὸν διαβῆναι, vel Ὀρκετόριγος σφίσιν ἡγουμένου· ἐν νῷ ἔχοντες, &c. Similitudo ultimæ ſyllabæ in ἡγουμένου, cum ſequenti voce νοῦν, vel ἐν νῷ fecit; ut alteram ex negligentia calligraghus relinqueret. Hæc ratio corrigendi libros veteres tutiſſima eſt.

81. p. Locum hunc totum, aſteriſcis notatum, ceu mutilum, ut integrum efficias e libris m. ſ. de legationibus; primum ex τήν τε ἐπιθυμίαν, fac τήν τε προθυμίαν αὐτοῦ ἰδόντες, *quum Cæſaris alacritatem perſpexiſſent*; (nota *claritatem* ſcripſiſſe per negligentiam typographicas operas in margine) deinde ſequentia ſic ordine ſcribito: καὶ τὰ ἔργα (ſcilicet *Cæſaris*) ὁμολογοῦντα ταῖς ἐλπίσιν (ſcilicet *Hæduorum & Sequanorum*, non *ſpei Cæſaris*, ut Xylander putavit) αἰσθόμενοι, ἐκείνῳ τε εὐεργεσίαν ἅμα καταθέσθαι, καὶ τοὺς Κελτοὺς τοὺς ὁμοχώρους σφίσι τιμωρήσασθαι ἠθέλησαν. Διαβάντες γὰρ ἐκεῖνοι τὸν Ῥῆνον, τῆς τε χώρας αὐτῶν τινὰ παρετέτμηντο, καὶ

ἑαυτοῖς ὑποτελεῖς ἐπεποίηντο, ὁμήρους σφῶν ἔχοντες. Quorum omnium hæc ſententia eſt: *Quum Sequani & Hædui Cæſaris alacritatem perſpexiſſent, & ejuſdem facta ſpei ſuæ reſpondere animadverterent: ſimul & in ipſum conferre beneficium, & accolas ſuos Germanos ulciſci voluerunt. Illi enim tranſmiſſo Rheno, quandam regionis partem Sequanis & Hæduis ademerant, eosque ſibi tributarios, acceptis obſidibus, fecerant.* Ita ſcilicet aſteriſcos illos tres, loco jam integritati ſuæ reſtituto, tolli debere videmus. Ib. m. ante τὸν χρείαν τινὸς ἔχοντα, pone copulam, καὶ τὸν χρείαν τινὸς ἔχοντα. Hoc enim requirunt hæc Arioviſti verba præcedentia, οὔτε γὰρ ἄλλως καταδεέστερος αὐτοῦ εἰμὶ, ut ſequatur, καὶ τὸν χρείαν τινὸς ἔχοντα &c. Ibidem f. pro καὶ πρὶν αἰσθηθήσεσθαι τινά, ſcribe rectius αἰσθήσασθαι τινά. Ibid. in his verbis, πρὸς θηρία ἄπορα καὶ ἄγρια προσοισόμενοι, nec Stephanus, nec Xylander, aliquod vitium notarunt. Et hic quidem θηρία ἄπορα dixit *immanes belluas*, θηρία ἄγρια, *ſævas belluas*. Nihil dicam, an vox, ἄπορα ſignificationem immanitatis habeat. Omiſiſſe potius eam in reddendo videtur interpres, quod etiam alibi fecit, & ἄγρια dixiſſe *feras immanes ac ſævas*. Ego vero non θηρία ἄπορα, ſed ἄκορα ſcripſiſſe Dionem ajo, quæ magis eſt apta vox, & *feras inſatiabiles* ſignificat.

85. m. pro τί τοῦτο λέγεις τὶς, reponendum τί τοῦτο, ὃ λέγει τὶς. Verior enim, & plenior hæc ſcriptura.

87. p. ἐφ' ἡμῖν τὸ τίσι πολεμητέον εἶναι, διαγνῶναι καταλιπόντες, unico dumtaxat verbo mutato ſcribe: τὸ, τίσι πολεμητέον εἴη, διαγνῶναι καταλιπόντες.

90. p. In fine orationis Cæſaris, pro τήν τε λείαν καὶ τὴν ὑφ' ἑτέρων κτωμένην, reſtituendum, τήν τε λείαν καὶ γῆν ὑφ' ἑτέρων &c.

91. m. Interpres lectionem vulgatam hanc ſequitur, κατασπῶντες τοὺς ἀντιπάλους δάκνοντας, σπαράττοντες. Vertit enim, *Adverſarios arreptos calcitrantesque dentibus impetebant.* Hæc tamen frigide ſatis, ut cuivis perſpicuum. Adverſarios δάκνοντας reddidit *calcitrantes*. Et quinam intelliguntur heic Germanorum adverſarii, niſi Romani? qui tamen neque calcitrabant, neque mordebant. Ergo mutandum exiguum aliquid, & ita diſtinguendum: κατασπῶντες τοὺς ἀντιπάλους, δάκνοντες, σπαράττοντες. *Germanos nimirum ait adverſarios ſuos arreptos proſtraviſſe,* (Romanos inquam) *& eosdem tum mordendo læſiſſe, tum diſcerpſiſſe. Ibid.* προβολὰς χαλυβδικάς, Xylander ait dicendas χαλυβδινάς. Ego rectius χαλυβικὰς ſcribo. Non enim ineſt δ quoddam voci χάλυβος, ut eſt in μόλυβδος. Ac mihi quidem idoneus auctor eſt Euſtathius, qui χαλυβικὸν ςόμωμα vocat *aciem ferri*, ceu Plinius loquitur.

AD LIBRUM XXXIX. DIONIS.

Initio libri Κελτικοὺς Xylander heic & pauſo ante in periocha libri, *Belgas* reddidit, ac veræ lectionis reſpectu recte id quidem: alibi vero Κελτικὴν vertit *Germaniam*, partim male, velut pag. 262. m. in Antonii de Cæſare majori orationis funebris hiſce verbis, ὥστε καὶ ἐπιβατὴν ἀπ' αὐτῶν (τῶν Γαλατῶν) καὶ τὴν Κελτικὴν καὶ τὴν Βρεττανίαν ποιῆσαι, quod ipſe reddidit, *ut in poſterum in Germaniam, adeoque Britanniam, per Galliam tranſitus patuerit:* itidem pag. ead. f. τὴν Κελτικὴν πᾶσαν μέχρι τοῦ ἀρκτικοῦ Ὠκεανοῦ ἐχειρώσατο, quod interpretatus eſt, *Omnemque Germaniam ad Oceanum usque ſeptemtrionalem ſubegit.* Partim vero vocem Κελτικὴν ita reliquit, ut *Celticam regionem* diceret: veluti lib. 53. pag. 503. f. ubi totum locum hunc lector conſideret. *Quidam e Celtis,* inquit Dio, *quos Celtas vocamus Germanos, quum omnem Celticam, quæ ad Rhenum eſt, occupaſſent; effecerunt, ut ea Germania vocaretur, partim ſuperior, quæ a Rheni fontibus incipit; partim inferior, quæ ad Oceanum Britannicum usque porrigitur.* Hoc poſteriore loco recte Κελτικὴ ſcribitur. At in prioribus orationis Antonianæ, dico videri vitiatam ab imperitis librariis Græcis ſcripturam Dionis, qui non Κελτικὴν, ſed Βελγικὴν ſcripſerit. Nam alioqui falſo memoriæ prodidiſſet, omnem Germaniam ad Oceanum usque ſeptemtrionalem a C. Cæſare ſubactam; quem certum eſt, etiam ex ipſo Dione, Rhenum duntaxat modo tranſiiſſe, nec in Germania quidquam occupaſſe, quod de Belgica dici non poteſt. Quapropter illic reſtituenda Dionis vera ſcriptura, τὴν Βελγικὴν πᾶσαν μέχρι τοῦ ἀρκτικοῦ ὠκεανοῦ. Idem heic initio libri 39. faciundum. Οἱ γὰρ Βελγικοὶ, non Κελτικοί. Nam quomodo ceteroqui verum eſſe dicemus, quod ait Dio, populos hoſce Κελτικοὺς ſuperioribus temporibus ex aliqua parte Romanis fœdere fuiſſe junctos, & Rhemis Galliæ finitimos, ſi Κελτικοὺς legamus, quos ex Dione Germanos eſſe probavimus, ante Cæſarem Romanis haudquaquam fœderatos, & a Rhemis remotiſſimos? Ergo Βελγικοὺς & Βελγικὴν apud Dionem ſuis locis reſtituamus. Origo confuſionis harum vocum Κελτικὴ & Βελγικὴ, me quidem auctore, referatur ad ſimilitudinem literarum Κ & Β, quæ in manuſcriptis ita pingitur, ut u latinæ ſimillima ſit. Nam ſi comparemus vocem κελτικὴ (ſic enim proprias cum impoſita virgula ſcribere Græci ſolent) cum ὑελγικὴ, perexiguum diſcrimen inveniemus. Sed ſatis hæc de una voce, quæ tamen ſæpius apud Dionem occurrit. Nec ignoro, quid adferri contra meam opinionem in medium poſſit, etiam ex eo, quod apud Zoſimum, & alios quoque, vox Κελτικὴ reperiatur.

94. m. Reliquit hæc verba, ἐπειδὴ δὲ οὗτ' ἐςράφετο, Xylander inemendata; ſeque maluiſſe dicit aliquem ſenſum exprimere, quod tamen ex ſcriptura vitioſa vix conſequi potuit. Legendum enim, ἐπειδὴ δὲ οὗτοι κατεςράφατο, quod tantundem eſt, ac ſi dixiſſet, κατεςραμμένοι ἦσαν. Senſus ad marginem expreſſus eſt. Paulo poſt, pro τῇ Λεμβάνῳ λίμνῃ, ſcribe Λεμμάνῳ. Nam ut β litera ſic u more Græco ſcripta, ceu diximus, literæ κ, ita etiam literæ μ ſimilis, calligraphum negligentiorem iu λεμμάνῳ decepit, ut ſcriberet λεμυάνῳ.

96. m. Pro τότε ἐπὶ τῷ πάσης, ſcribendum neceſſario τότε ἐπὶ τῷδε πάσης &c. Ibid. f. de libro Ciceronis quum dicitur, καὶ ἐπεὶ ἐπέγραψεν αὐτῷ, delendum illud ἐπεὶ, quod ex initio ſequentis verbi per incuriam librarii temere irrepſit, & ſimpliciter legendum καὶ ἐπέγραψεν αὐτῷ. Rurſus ibidem, καὶ περὶ ἄλλων τινῶν συνήνεσε, repone συνένησε, quod *congerendi* ſignificationem habet.

97. p. Locus ille valde corruptus, de ſolo ædium Ciceronis, καὶ ἐς ἐνθύμιον αὐτοῦ προβάλλοντες, ſcilicet τοῦ Κλωδίου, ſic reſtituetur e meo quidem ingenio, καὶ θυμίασιν ἐς αὐτὸ προβάλλοντος, ut intelligatur, *ſolum illud ædium Ciceronis a Clodio per ſuffitum fuiſſe religioni obligatum, vel conſecratum.* Ibid pro [illegible] καὶ ὅσιον καὶ βέβηλον ὄν, ſcribendum καὶ ἀνόσιον καὶ βέβηλον ὄν, quivis perſpicit; licet id neque Xylander, neque alius quis notarit. Ibid. m. pro καὶ ἔτυχεν ὥστε ὑπάτου Σπινθῆρος, non cum Xylandro ſcribendum ὥστε δι' ὑπάτου, ſed ἐνέτυχεν ὥστε ὑπὲρ ὑπάτου Σπινθῆρος, quibus in verbis origo corruptæ ſcripturæ perſpicitur. Rurſus ibidem ἀπειρηκὼς, mutandum in ἀπηρκὼς, quod etiam verbis ex hiſce perſpicitur lib. 49. p. 407. p. ἐπὶ τῇ τοῦ Πάρθου συμμαχίᾳ ἀπηρκότα.

98. p. Pro καθ' ἕτερον ſcribe καθ' ἕκαστον, quum alterum illud nihil omnino ſignificet, ac propterea ſit etiam omiſſum ab interprete. Ibid. pro καὶ ἰσχυρῶς ἤρεσε repone καὶ ἰσχυρῶς αὐτῷ συνήρετο, *& enixe juvabat eum.* Sic etiam locutus eſt Dio ſuperius. pag. 69. p. καὶ ὁ Νίννιος τά, τε ἄλλα αὐτῷ συνήρετο, καὶ τὴν [illegible] &c. Quem locum eo lubentius indicavi, quod interpres heic totum non reſtituerit. Ibid. f. quum dicitur, [illegible] γάρ τοι μᾶλλον οὐκ ἐδόκει σφίσιν ἐξεῖναι, [illegible] πλῆθος ἔχει, locum Xylander admodum depravatum [illegible] tetur, nec ullam tamen ei fert opem. Ego conſo[illegible] quo,

ajo; ſic a Dione fuiſſe ſcriptum, ὅσῳ γάρ τοι μᾶλλον οὐκ ἐδόκει σφίσιν ἐξεῖναι, τοσούτῳ πλέον τὸ πλῆθος ἤχθετο. Sententia vero hujusmodi eſt, *Quanto minus pontificibus videbatur, id ſibi licere;* (nimirum ut populo carmen Sibyllinum enuntiarent) *tanto plebs ægrius rem ferebat.* Adſenſuros mihi viros eruditos haud dubito.

99. p. Quo loco legitur, μηδένα δύο ἅμα ἐκ τῆς αὐτῆς συγγενείας τὴν αὐτὴν ἱερατείαν ἔχειν, omnino vitiata ſunt illa μηδένα δύο, quaſi ſi dicas Latine, *neminem duos idem habere ſacerdotium.* Repono citra dubitationem, μὴ δεῖν δύο ἅμα (adde intermedia) τὴν αὐτὴν ἱερατείαν ἔχειν, *Non debere duos ex eadem gente idem habere ſacerdotium.* Ibidem mox, ἐκ τοῦ τῶν Κορνηλίου φύλου ὤν, lege ἐκ τοῦ τῶν Κορνηλίων φύλου: quanquam hoc leviuſculum, notandum tamen videbatur, ab aliis prætermiſſum. Ibidem m. pro γραφὴν καὶ τοῦ Μίλωνος (adde interjicienda) ἀπήνεγκεν, ſcribe γραφὴν κατὰ τοῦ Μίλωνος ἀπήνεγκεν. Rurſum ibidem, non οὐχ ὅτι τὸν Μίλωνα προσδοκῶν αἱρήσειν, ſcriptum a Dione; ſed οὐχ οἷα τὸν Μίλωνα προσδοκῶν αἱρήσειν. Quippe ſi quis illud ὅτι retinendum dicat, etiam ſcribendum erit, οὐχ ὅτι τὸν Μίλωνα προσεδόκα αἱρήσειν. Reſtat eadem pagina, mox locus paullo mendoſior, nec ab aliis tamen vel indicatus, vel correctus. Nam ubi dicitur de aſtu Clodii, Pompejum volentis exagitare, amicos eum ſuos inſtruxiſſe, ut quando plebis in conciliis interrogaturus eſſet ipſe, τί ποιῶν ἢ καταλέγων τοιόσδε τις ὤν, (ſic enim legitur) exclamarent ſimul, *Pompejus*: hæc verba Græca vitio non carent, ſenſumque vix habere poſſunt idoneum, ob illud καταλέγων. Quapropter ita potius ſcribi debent, τίς ποιῶν, ἢ καὶ λέγων, τοιόσδε τις ὤν;

Pagina quoque ſequenti 100. m. in verbis, τὰς στήλας ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ φυγῇ ἐπὶ τοῦ Κλωδίου σταθείσας, reponendum ὑπὸ τοῦ Κλωδίου.

101. p. Sive heic ἀνεπικλήτως, ſive ἀνεγκλήτως legatur, ſententia conſtat; ita tamen, ut poſterius de Catone potiorem habere locum videatur, cujus actiones ejusmodi erant, ut a judiciis ei metuendum non eſſet, (illuc autem pertinet hoc ἀνεπικλήτως) in hominum tamen reprehenſiones incurrere poſſet, a quibus nihil adeo tutum eſt, ut omnino ſit ἀνέγκλητον. Quod autem ſtatim ſequitur, οὐδὲν ἧττον, ἢ πολέμῳ τινὶ ἐνενικήκει, μετεποιεῖτο vocula quidem exigua caret, ſed ſine qua non integra eſt oratio. Scribendum enim, ἢ εἰ πολέμῳ τινὶ ἐνενικήκει. Ibidem f. pro ἐθελῆσαι ποιήσασθαι, reponendum ἠθέλησε ποιήσασθαι. Periodus autem ipſa nec intellecta fuit ab interprete, nec bene reddita; quod videre licet ex iis, quæ margini adjecimus.

102. p. Paulo poſt, locus eſt corruptior, & intricatior, quem ut repurgemus, & intellectu facilem cuivis reddamus; non ita legendum ajo, τὴν δὲ δὴ ὑπατείαν τῶν πραγμάτων ἔχε, quæ verba ſenſum omnino nullum habent, nec de interpretis opinione mutari debent in hujusmodi, τὴν δὲ δὴ ὑπατείαν αὐτῶν, πράγματα ἔχε· ſed alia quadam ratione ſananda; nimirum ut hæc ſcriptura ſit, τινὰ δὲ δὴ ὑποψίαν τῶν πραγμάτων ἔχε. Non enim ſtatim heic de petitione conſulatus agitur, ſed ait *ſuſpecta pleraque fuiſſe Pompejo in republica, quæ moleſtiam ei adtulerant*, ut ipſe Dio mox ſubjicit. Illa ipſa vero poſteaquam ordine recenſuit, tandem ὑποψίαν hanc explicans, & cauſarum ejus enumeratione concludens, inquit, δι᾽ οὖν ταῦτα δυσχεραίνων, *hæc ægre Pompejus ferens*, & cetera. Vt autem moleſtiis hiſce liberaretur, cogitare denique de rationibus ineundis ſtatuit, quibus potentiam ſuam fulciret, & in his de conſulatu, ſicut ordine Dio rem omnem expoſuit. Ibidem m. In hiſce verbis, μέχρις ἂν αὐτόματος ἡ δόξα τῶν πραττομένων ἐκνικήσῃ, non legiſſe Xylandrum ἐκνικήσῃ, ſed ἐξικνήσῃ, paret ex ipſius hac interpretatione, *Donec ipſa rerum geſtarum fama eodem pertingeret.* Ego retinendam lectionem uſitatam cenſeo, cujus ſententiam ad marginem poſui. Verbum quidem illud alterum, minime probum eſt. Mox ibidem ſuſpecta Xylandro vox eſt, μεγάλως ταπεινουμένῳ, nec abs re. Si cui τιμωμένῳ reſtitui non placet, aliud nobis indicet, magis Dionium.

103. f. Hoc loco tranſpoſita negatio, Dionis orationem confuſam reddit, & interpretem in errorem impulit. Non enim ſcribendum, εἰ γάρ τις τῶν μὴ βουλευόντων ἔνδον ἦν, ſed potius, εἰ γάρ τις τῶν βουλευόντων μὴ ἔνδον ἦν, οὐδεμία ψῆφος αὐτοῖς ἐδίδοτο. Quæ verba quomodo proxime antecedentibus reſpondeant, videt e textu lector, & iis, quæ margini adſcripſimus.

104. m. In his verbis, πρὸς δὲ δὴ τὸ συνέδριον ἄρξας, ſi ultimi loco, quod vitiatum videtur, ὁρμήσας ſcribes; interpretis ſenſum habebis. An vero vox alia magis idonea reponi debeat, viderint acutiores. Si retineatur ἄρξας, *exorſum* reddemus, ut infra, ἦρξαν τοῦ πολέμου, *Bellum exorſi ſunt.*

105. p. ὁ τὸν λύχνον οἱ προσφέρων, ſcribe προφέρων. Rurſus inferius pro ἀλλ᾽ ἐκείνους μέν, reponendum ἐκεῖνοι μέν, & intelligendi *Craſſus ac Pompejus.* Et nota ſignificatum vocis προστροπους σφίσιν, quod interpres incogitanter *ſupplices* reddidit, ad marginem expoſitum. Nam vertit ac ſi προστροπαίους Dio ſcripſiſſet, Aliud autem πρόστροπος, quam προστρόπαιος. Idem abſque cauſa idonea voces ſtatim ſequentes, δύο δὲ δημοσίᾳ, ſuſpectas habet, ac poſtremam in δήμαρχοι mutat; quod ex ipſa refutatur auctoris ſententia, margini adſcripta; & ex eo, quod certum eſt, hæc conjungi debere, οὐχ ὡμολόγησαν αὐτοῖς δημοσίᾳ. Ceterum non Ἄπος Καπίτων, ſed Ἀτήιος ſcribendum e monumentis veteribus, *gentem Atejam* nominantibus. Familiariter notus mihi fuit inſignis tribunus militum, *Nicolaus Ateſtadius*, ſic ab *Ateja* villa vel potius opidulo dictus, quod eſt in Alſatia. Referebat ille ſui generis originem, omnium confeſſione ceteroquin antiquiſſimi, Romanos ad hos *Atejos*, idque ſe majorum e monumentis hauſiſſe dicebat. Obiit ſine liberis ante paucos annos, dignus qui gentem adeo priſcam ad poſteros propagaret, ſi fata conceſſiſſent. Sequitur ibidem f. τῷ δὲ τὰς Ἰβηρίας (adde per parentheſin incluſa) ἄρχειν ἐπὶ πέντε ἔτη δοθῆναι. ubi Xylander abundare putat illud ἄρχειν. Ego contra, minime delendum ajo, ſed ita tamen loco conſulendum; ut pro τὰς Ἰβηρίας, ſcribatur τῆς Ἰβηρίας ἄρχειν, quemadmodum ſcripſiſſe Dionem, haud dubito.

106. m. Xylander & periodum mutilatam judicat ad hæc verba, πρὶν καὶ ὁτιοῦν τῶν ἐωνουμένων, & poſtremum depravate legi dicit. Vere quidem utrumque. Sed nullam quum opem loco ferat, ſaltim nos aliquid præſtemus. Sane ſi prodigioſum illud ἐωνουμένων priſtinæ formæ reſtituatur, nihil requiremus amplius. Itaque ſic integer erit locus, καταδάλωσε καιρόν, πρὶν καὶ ὁτιοῦν τῶν εἰκότων λέγειν, οὐχ ὅτι &c. quorum margini ſenſus adſcriptus.

107. p. pro τὸ τοῦ συλλόγου χωρίου ἐξεῖργον, vel ſcribendum ἐκτὸς τοῦ συλλόγου, vel illud τὸ prorſus inducendum. Ibidem f. ante τὴν δίαιταν, reſtituendam ait Xylander præpoſitionem, περὶ τὴν δίαιταν. Ego periiſſe præpoſitionem aliam dico, ultimæ ſyllabæ dictionis præcedentis ſimilem, ut Dio ſcripſerit, τὰ ἀναλώματα κατὰ τὴν δίαιταν. atque hoc rectum eſt, ſicut & illud ἐπὶ μακρότατον προσηγμένα, mutandum in προηγμένα. Ibidem in his verbis, ἔπεισεν αὐτούς, τό, τε μέγεθος τῆς πόλεως ἐπεξιών, καὶ - - - ἐπί τε τῇ οἴκοι πολυτελείᾳ, καὶ ἐπὶ τῇ ἐς τοὺς ἄλλους μεγαλοφροσύνῃ ἐπαινῶν, omnino deeſt aliquid loco punctis notato. Vix equidem dubito, id eſſe vocem αὐτούς, ut ſcribatur, καὶ αὐτοὺς (adde intermedia) ἐπαινῶν. Hanc vero librarius otioſam putavit, quod etiam paulo ante reperiretur.

108. m. Ibidem indicat Xylander, Xiphilinum, qui Dionem epitomavit, hoc loco non habere, πρός τε ὕδωρ ἀενὸν, ſed φαεινὸν, quæ fuerit *aqua limpida*: ſi tamen altera videatur alicui retinenda lectio, non ἀενὸν ὕδωρ ſcribendum, ſed vel ἀέναον vel ἀείναον.

109. p. Pro ἵνα τὰ Τιβέρια, Xylander reponit, ἵνα τά τ' ἐν Ἰβηρίᾳ: ego minori mutatione, τά τ' Ἰβηρικὰ ſcribo. Ibidem mox hæc verba, ὥσπερ οὐκ ἐν τῷ δημοσίῳ, Xylander emendat, ὥσπερ οὐ καὶ τῷ δημοσίῳ: ego rectius opinor, ὥσπερ οὖν τῷ δημοσίῳ δι' ἐκείνου καταρώμενοι, propius hoc veræ ſententiæ. Paulo poſt, in his verbis, εὐχὰς αὐτοῦ τὰς νομιζομένας ἐπὶ τῇ ϛρατείᾳ ποιούμενοι, repono ποιουμένου, quod conjungendum cum αὐτοῦ, quivis perſpicit.

110. f. Locum hunc, cujus verba ſunt, ὅπου μὲν γὰρ κρεῖττον αὐτῶν, ἐν τῇ προσήρατο σφίσι Xylander in Græco mancum fatetur. Ego ſic redintegrandum arbitror, ὅπου μὲν κρείττων αὐτῶν ἦν, ἐκεῖ προσήρατο σφίσι, quam minima vocum mutatione facta. Paulo poſt, pro καὶ οἱ μηδὲ ἀμύνασθαι τινὰ δυνάμενοι, lege καίτοι μηδέ.

111. p. pro δι' ἐκείνης εἴ τι τῶν πολεμίων ἐπιβησόμενοι, lege ἤτοι, quia ſequitur, ἢ πάντως. Ibidem infra, hæc verba, ὡς τὰ πάντα ἔρημα διασώσασθαι, pro deploratis habita Xylandro, ſic emendo equidem, ut ab ipſo Dione ſcripta fuiſſe judico: nimirum quo legatur, ὥστε ἀγαπᾷν, εἰ τὸ ἔρυμα διασώσαιτο. Neminem contradicturum emendationi tam eleganti, ſane mihi perſuadeo.

112. m. Corruptus eſt Dionis hic locus, ubi refert, Aquitanos eſſe Gallos, & Celticæ finitimos, ac juxta ipſos montes Pyrenæos ad Oceanum pertingere. Nam Aquitani, modo Vaſcones, a finibus Celticæ, quam hujus initio libri Germaniam eſſe Dioni docuimus, longiſſime remoti ſunt; ſicut & Celtica plurimum diſtat a Pyrenaeis, propter quos ait Aquitanos ad Oceanum usque ſe porrigere. Quamobrem pro Κελτικῇ, reſtituendum heic, τῇ τε Κελτιβηρίᾳ προσοικοῦσι, *Celtiberiæ fines adtingunt.* Ut enim cis Pyrenæos Aquitani ſunt, Galliam verſus: ita trans eosdem in Hiſpania Celtiberi, ſolis hiſce montibus ab alteris alteri diremti. Licet etiam ex eo colligere, de Celtiberis loqui Dionem; quia ſtatim heic ſubjicit, quosdam ex Aquitanis, Sertorianos milites ex Hiſpania, nimirum vicina ſibi, arceſſiviſſe. Denique paulo poſt, pag. 113. f. contrarium quiddam his ipſis dictionibus accidit. Legitur enim, Rhenum oriri ἐκ τῶν Ἄλπεων τῶν Κελτιβήρων, *ex Alpibus Celtiberorum.* Nimirum ut heic *Celtica* pro *Celtiberia*, ſcribitur; ſic illic pro Κελτιβήρων reponendum Κελτικῶν. Et illo quidem loco Xylander hoc annotat, heic vitii nihil deprehendit.

113. m. pro καίπερ ταῖς ἁμάξαις, rectius ſcribetur, καὶ παρὰ ταῖς ἁμάξαις. Paulo poſt, pro καὶ ἐς τὴν οἰκείαν αὐτῶν ἐσβαλεῖν, neceſſario reponendum eſt ἐσβαλών, ſcilicet *Cæſar*, uti quivis animadvertit, præcedentia cum his, & ſequentibus, conferens.

114. p. ubi dicitur, ἔχει μὲν, (rectius ἀπέχει cum Xiphilino) τῆς ἠπείρου τῆς Κελτικῆς κατὰ Μορίνους, *Diſtat a continenti Celticæ Britannia, qua Morini degunt;* iterum videtur, Κελτικῆς loco, ſcribendum Βελγικῆς. Hæc enim reapſe Morinos complectitur, in adverſo Britanniæ litore degentes. Nec probanda Xylandri oblivio, cui Κελτικὴ hoc loco *Gallia* eſt, alioqui ſemper *Germania*, & paucis quidem hinc lineis, ubi de Rheni fontibus, ex Celticis Alpibus profluentis, e Dione diſſerit. Verſu poſt hunc quinto, pro τοῖς μὲν πάνυ πρώτοις, ſcribe cum Xiphilino, παλαιοῖς, proque *primis Græcorum*, dic *admodum priſcis Græcis & Romanis.*

115. p. pro τοὺς τε πλὴν ὀλίγων ἔφθειραν, reponendum αὐτοὺς τε πλὴν &c. Ibid. pro μηδὲν μήτε ἐκ τῆς Βρεττανίας, omiſſo illo μήτε, ſcribendum, μηδὲν ἐκ τῆς Βρεττανίας μήτε ἑαυτῷ μήτε τῇ πόλει &c. quodque mox ſequitur, πλὴν τοῦ ἐϛρατευκέναι ἐπ' αὐτὰς, in eo mutandum ἐπ' αὐτὰς in ἐπ' αὐτὴν, ſcilicet Βρεττανίαν: aut in ἐπ' αὐτοὺς, nimirum Βρεττανούς, ex ſenſu.

116. f. ubi dicitur, τὴν μὲν ἀρχὴν, ἐφ' ἧς ἐτέτευκτο, corruptum eſt ultimum hoc verbum, ex ἐτέτακτο, ut reddatur, *Provincia cui præfectus fuerat.* Hoc vitium fugit & Xylandrum noſtrum, quoniam interpretatur, *Provincia quæ ſibi obtigerat:* quaſi ſi non ἐφ' ἧς ἐτέτακτο, ſed ἧς ἐτέτυκτο, ſcripſiſſet Caſſius; quo tamen ille modo locutus non fuiſſet, ſed ἧς ἐτετύχει.

117. p. in his verbis, ἐπιεικὲς μὲν οὐδὲν [illegible] καίτοι φοβουμένη τοὺς Ῥωμαίους, ἔπραξε [illegible] τὸν, Xylander abeſſe putat aliquid, & ſupplendum vel πρὸς τὸν πατέρα, vel πρὸς τὸν Πτολεμαῖον. Mutatur vero gentium, mea quidem ſententia; ſed [illegible] τὸν, mutandum in πρὸς αὐτὸν, ut Dio ſcripſit, non patrem Berenicæ, non Ptolemæum intelligens, ſed Gabinium.

Ibid. m. ὁ γὰρ Γαουίνιος, rectius ſcribetur ὁ γοῦν Γαβίνιος. Ibidem vocabulum alienum legitur a loci ſententia, τὸν γὰρ Ἀρχέλαον προυποπτεύσας συνέλαβε, pro quo reſtituendum προϋπαντήσας, eo quidem ſenſu, quem margo interpretationis habet.

118. p. pro συχνὰ ἐπωφέλησαν, lege συχνὰ ἐπώφλησαν. Illud enim *juvandi*, hoc *debendi* ſignificationem habet, quæ huc quadrat. Ibidem, ὅτι παρεβάνθη, mutandum in ὅτε παρεβάθη. Et pro ἑαυτῷ βοηθῶν, ſcribendum αὐτῷ βοηθῶν. Ibid. m. pro καὶ αὐτὸν καὶ τοῦτο δεινῶς ἔπειθεν, non reponendum ἤπειγεν, ſecundum Xylandrum, ſenſu verbi hujus alieno ab auctoris inſtituto; ſed ἐπίεσεν, quod illi ἔπεισεν eſt ſimillimum, & heic a Dione proculdubio poſitum fuit. Rurſus ibidem, hæc verba, τὰ τῆς Σιβύλλης ἔπη ἀναγνωσθῆναι· διὸ καίπερ ἀνειπόντος τοῦ Πομπηΐου, hoc modo corrigenda ſunt, & ſcribenda: τὰ τῆς Σιβύλλης ἔπη ἀναγνωσθῆναι, καίπερ ἀντειπόντος τοῦ Πομπηΐου. Rurſum ibid. f. pro αἵ τε οὖν, ſcribendum αἵ τε οἰκίαι, ſine οὖν, quod Stephanus retinet, quum id corruptum ſit ex οἰκίαι. Rurſus pro οἱ μὲν ταῖς τέγαις, reſtituendum οἱ μὲν ἐν ταῖς ϛέγαις, quanquam utrumque in uſu eſſe conſtat. Ubi denique legitur πολλοὶ τοῖς μὲν εὐθὺς, reponito πολλαί. Refertur enim ad poſitum ſuperius οἰκίαι.

119. p. Quod Xylander exiſtimavit his verbis, οὐχ ὅπως ἀπόντα, οὐδὲ ἐπελθόντα δεινόν τι παθεῖν, ante illud οὐδὲ ἐπελθόντα deeſſe ἀλλὰ, non probo: quum integra ſit abſque hoc ſententia, peritis quidem auribus. ποιῆσαι tamen recte mutatur in ἐποίησαν. At tertia ſecundum hoc linea nec Stephanus, nec Xylander inſigne mendum animadverterunt, ubi de Gabinio dicitur, *cum ſero in Italiam e provincia ſua veniſſe, & noctu in urbem invectum, multis diebus extra Italiam ſe conſpici, ferre non potuiſſe.* Sic enim loquitur interpres. At quidnam eſt illud, *extra Italiam Romæ conſpici?* An non abſurdum dicemus, qui Romam ingreſſus jam fuiſſet, eum moleſte tuliſſe, tunc extra Italiam ſe conſpici? Vitiatæ nimirum illæ voces ſunt, ἔξω τε τῆς Ἰταλίας ἀγγελίας πάνυ ἡμέραις μὴ τολμῆσαι φανῆναι, quas integritati ſuæ reſtitutas quivis fatebitur, ſi pro ἔξω τῆς Ἰταλίας reponamus ἔξω τῆς οἰκίας. Sic enim ſcripſit Dio, ſenſu planiſſimo: *Gabinium ſcilicet in urbem noctu invectum, multis admodum diebus non fuiſſe auſum extra domum ſuam prodire.* Paulo poſt, pro οἱ γὰρ λαχόντες, commodius ſcribetur οἱ γοῦν λαχόντες, quas particulas apud Dionem inter ſe confuſas ſæpiſſime, negligentia librariorum, obſervavi.

120. m. Ut ante ἐπειδὴ deeſt conjunctio καὶ, ſic eadem ante ἐν τῷ ἀρείῳ locum non habet. Transpoſita nimirum fuit, & ſuo reſtituta loco reddit orationem hanc integram, καὶ ἐπειδὴ τάχιϛα τῶν ἐν τῇ [illegible] ἔτυχεν, ἐν τῷ ἀρείῳ πεδίῳ [illegible].

AD LIBRUM XL. DIONIS.

122. m. Nomen *Suellæ* corruptum eſt, ex [illegible] disjunctione, quae conjuncte ſcribi debuerant. [illegible] tribus καὶ σουέλλαν τὸν, unicum ego [illegible] Dioni reſtituo, qui Cæſari quoque *Caſſivelaunus* eſt: ut locus integer hoc modo reddatur, καὶ ἐπ' αὐτὸ [illegible] σφίσιν [illegible] μησαν, Κασσιουελλαύνον, τὰ πρῶτα τῶν ἐν τῇ [illegible] νασῶν φερόμενον, προςτησάμενοι.

123. p. Vitiata verborum illorum ſcriptura eſt, ἐπεὶ γὰρ ἐς Ἰταλίαν ὥρμησεν, ὡς καὶ ἐκεῖ παραχειμάσων, hoc eſt, *poſtquam Cæſar in Italiam proficiſci, ut ibi in hibernis eſſet, inſtituit.* Præcedit enim, *minime viſum Cæſari conſultum, ut in Britannia manens, a Gallia diutius abeſſet.* An igitur Galli per abſentiam Cæſaris in Britannia, tumultus excitaturi erant, eodem in Italia hibernante quieturi? Minime quidem certe, atque hac de cauſa dico ſcribendum, ἐπεὶ γὰρ ἐς τὴν Γαλατίαν ὥρμησεν: ut eum ex Britannia diſceſſiſſe ſtatuamus, in Gallia cum exercitu hiematurum: quod ipſum conſilium Dio rectum fuiſſe judicat, ob ſecutos Gallorum motus, etiam præſente Cæſare. Paulo poſt, pro τῶν Ῥωμαίων, ὅ τε Σαβῖνος, ſcribe τῶν Ῥωμαίων, ὧν ὅ, τε Σαβῖνος. Puto librarium, quum ei verba dictarentur, alterum ων per imprudentiam omiſiſſe.

124. p. In his verbis, περὶ τῆς πε(λ)ουσίας τοῦ στρατοῦ, Stephanus & Xylander ὑπὸ τῆς περιουσίας ſcribendum putant. Ego quærendam ajo præpoſitionem, quæ illi περὶ ſimilior ſit. Ea vero fuerit παρὰ, qua dubio procul uſus Dio, παρὰ τῆς περιουσίας ſcripſit.

126. p. In his, αὐτοῦ ἄγγελος τῷ βασιλεῖ τῆς ἐπιστρατείας αὐτοῦ γενησόμενος, primas voces duas conjungens, αὐτάγγελος ſcribo. Ibid. m. πλήν τε οἵ τε Ζηνοδοτίου οἰκήτορες, lege πλὴν οἱ τοῦ Ζηνοδοτίου. Ibid. locus emendatu difficilior, ubi legitur, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἀνέστησαν. Xylander reddidit, *Quæ ipſis cauſa fuit, ut urbs everteretur:* ſenſu quidem id probo, ſed verbis non reſpondente. Rem paucis ut explicem, dico, ſcripſiſſe Dionem, καὶ διὰ τοῦτο αὐτοὺς ἀνέστησεν, hoc eſt, *& propterea Craſſus eos evertit.* Ibid. f. pro βασιλέα ſcribe βασίλεια, ut regia Cteſiphontis intelligatur, & mox pro ἐπειδὴ ἥ τε τῶν Περσῶν ἀρχὴ, lege ἐπεὶ δὲ ἥ τε.

127. f. Pro ἐντονώτατα σφίσι τὰς τοξείας παρέχηται, ſcribe cum Xiphilino, ἐντονωτάτας σφίσι τὰς τοξείας.

128. p. ἔπεμψε πρός τε ἑαλωκότα, τά τε μεθεστηκότα, ſic integrum efficiemus; ἔπεμψε δὲ (quia præceſſit ἔπεμψε μὲν) πρός τε τὰ ἑαλωκότα, τά τε &c. Ibid. m. pro καὶ ἐπειδὴ ὁ χειμὼν, ἐν ᾧ &c. repone καὶ ἐπειδὴ χειμὼν ἦν, ἐν ᾧ. Ibid. ſtatim, οἵ τε κύνες περιφοιτῶντες ἠκίζοντο, notat Xylander, verbum ἠκίζοντο data ſe opera vertiſſe *ululaverunt*; quod canum ululatus omini habebatur. At vero nihil tale ſignificat αἰκίζεσθαι, ſed potius hoc dicere Dio voluit, *canes oberrantes, damna intuliſſe.* Nimirum hoc rabioſorum eſt canum, ideoque rectius huc quadrat.

131. p. καιρία πληγῇ ἀπέβαλε, ſcribendum κατέβαλε, permutatis inter ſe præpoſitionibus ἀπὸ & κατά: quum inferius, lib. 42. pag. 211. f. contrarium quiddam huic exemplo acciderit. Nam ut heic ἀποβάλλειν poſitum eſt, pro καταβάλλειν: ita pro ἀπάγειν illic κατάγειν irrepſit. Ceterum hoc ipſo loco, mox pro καὶ γυμνούς τε σφᾶς, repono γυμνοῦσθαι σφᾶς, quum ſequatur ἠνάγκαζεν, quod ad γυμνοῦσθαι reſpicit. Item paulo poſt ἐμφανεῖς πολέμους in πολεμίους muto. Rurſus his verbis, αὐτοί τε ὄπισθεν ἐς τὰ ἐπεστραμμένους αὐτοὺς ἔπαιον, inſeri debere πρόσω putavit Xylander, ἐς τὰ πρόσω ἐπεστραμμένους: ego ſimplicius reſtituo, ſic legens; ὄπισθεν ἐς τὰ ἀπεστραμμένα αὐτοὺς ἔπαιον, quorum ſententia multo planior eſt, ut lectio priori ſimilior.

133. m. Pro ὡς πένητας, ſcribendum ὥστε ὡς πένητας, vel cum Xiphilino, ὡς καὶ οἰκτείρειν ὡς πένητας. Linea ſequenti, στρατόπεδον καταλόγου οἴκοθεν θρέψειν, rectius στρατόπεδον ἐκ καταλόγου, ſicut & ſuperius pag. 128. f. τοῖς ἐκ τοῦ καταλόγου στρατοπέδοις dixit. Idem confirmat Xiphilini ſcriptura.

135. p. Locum hunc, quem Xylander in Græco miſere depravatum queritur, quantumvis integer in ſpeciem videatur, ἀφ᾽ ὧν τούς τε σφετέρους καταπλήξειν, καὶ ἐκείνους ἔμελλε: ſic equidem a Dione ſcriptum fuiſſe adfirmo, ἀφ᾽ ὧν τούς τε σφετέρους καταπλήξειν, καὶ ἐκείνους θαρσήσειν ἔμελλε. Senſus autem hujuſmodi eſt, *habuiſſe Labienum orationem, qua ſuis metum, hoſtibus ferociam additurus eſſet.* Quod θαρσῆσαι, verbum a me repoſitum adtinet; Dionium eſſe, nemo dubitet. Sic enim hoc & alibi videmus uſum. Verbi gratia, lib. 51. pag. 450. m. de Cleopatra, ἐκείνη δὲ ἐθάρσησε μέν πως τὸν Καίσαρα.

136. p. In his verbis, τοὺς μὲν συναποστῆναι σφίσιν ἐθελήσαντας, περιεῖπεν· Xylander ultimum abſque ratione mutandum cenſet in περιεῖδον, ideoque reddidit, *Iis pepercerunt.* At vix in hoc poſteriori verbo talis ineſt ſignificatio, ſed *negligentiæ* potius, & *contemtus*, teſtimonio loci, qui lib. 54. pag. 523. p. legitur; & alterum περιέπειν huc recte convenit, quum Dio tradat, *Arvernos joviſſe defectionis ſocios, maleficiis ceteros infeſtaſſe.* Sic eodem uſus eſt & alibi Dio, lib. 45. pag. 269. f. ἠγάπα τε καὶ περιεῖπεν αὐτὸν, *amabat & fovebat Octavium Cæſar.*

137. m. *His verbis emendandis*, καὶ αὐτὸς μὲν οὔτε προσεγίγνωσκεν. οἱ δὲ δὴ βάρβαροι, ὡς καὶ ὑπερδεξίων ὄντες, τό τε στρατόπεδον αὐτοῦ κατεθέοντο, Xylandri conjecturæ non ſufficiunt, dum ita fuiſſe ſcriptum putat, καὶ αὐτὸς μὲν οὔτε ἐγίγνωσκε προσβάλλειν, aut προσβολὴν ποιῆσαι. Nunquam ita certe locutus eſſet Dio, nec levis audaciæ, ſic infercire verba pro libitu. Ego quam minima mutatione facta, ſic reſtituo: καὶ αὐτὸς μὲν οὔτε τε προεγίγνωσκεν οἱ δὲ δὴ βάρβαροι, ὡς καὶ ἐφ᾽ ὑπερδεξίων ὄντες, τό, τε στρατόπεδον αὐτοῦ κατεθεῶντο, καὶ ταῖς καταδρομαῖς ἐπικαίροις ἐχρῶντο. id eſt, *Ipſe quidem Cæſar nihil hoſtile prævidebat. Contra, barbari, qui ſublimioribus in locis eſſent, in ejus caſtra deſpectabant, & decurſionibus oportunis utebantur.* Sic omnia nimirum plana ſunt, & perſpicua. Nec verbum ἀνέκοπτον interpres idem recte intellexit, de quo ad marginem notata.

138. m. Opidi Gergobiæ nomen in his verbis intercidit, τῶν Ῥωμαίων πρός τε τοῦ Καίσαρος ἀπουσίᾳ. Legendum enim, τῶν Ῥωμαίων πρὸς τῇ Γεργοβίᾳ, τοῦ Καίσαρος ἀπουσίᾳ, πταισάντων. Paulo poſt, ubi poſitus eſt aſteriſcus, cum verbo vitiato, in hunc modum, * ποιήσαντας, dumtaxat unico Dionis verbo reſtituto, licebit aſteriſcum tollas. Scribendum enim, μὴ κολασθήσαντας, quod poſito ſuperius ἐφοβήθησαν, reſpondet.

139. f. Xylander & corrigit, & vertit hunc locum, quaſi Dio ſcripſiſſet: ἱππομαχίᾳ δὲ δὴ τῶν Ῥωμαίων, τῇ βοηθείᾳ μάλιστα τῶν Κελτῶν, νικηθέντες. Quæ ſi cum priſtina loci ſcriptura conferas, ἱππομαχίᾳ δὲ δὴ τῶν Ῥωμαίων τῇ βοηθείᾳ, vides, quam audacter adjecerit verba non pauca, contra leges emendandi ſcriptores veteres ex ingenio. Ne diu lectorem detineam, dico totidem prope ſyllabis ita reſtitui locum poſſe, ſenſus ut idem maneat, qui tam multis ab illo verbis exprimitur: idque ſi legas, ἱππομαχίᾳ δὲ ἡττήθη, τῶν Γερμανῶν τῇ βοηθείᾳ. Si liceat, auſim ejurare, germanam hanc eſſe Dionis ſcripturam, ſuffragantibus eruditis.

140. p. τώ τε χεῖρε ποιήσας, mutandum in προτείνας. Ibid. m. Rurſus occurrit illud Κελτικοὶ, quum intelligantur Βελγικοὶ, etiam interprete conſentiente, qui *Belgas* dixit. Ibid. f. ubi legitur, τοῖς μὲν ἄλλοις τοῖς συνοῦσιν οἱ, licet haud ignorem, defendi ſcripturam poſſe, quam Xylander quoque ſecutus eſt; tamen verius puto, τοῖς συνοῦσιν οἱ, *quos ſecum habebat.*

141. p. Nec Stephano, nec Xylandro, hæc verba tractantibus, εἰκός τε γὰρ ἐπ᾽ ἐξόδῳ, καὶ ὁ πόλεμος ἐπέπαυτο· adſentior. Nam prior εἰκὸς in ἔτος non recte mutat, quum imperii non unus annus Cæſari conceſſus fuerit; alter illud εἰκὸς, ut dicam quod ſentio, plane ἀπεικότως defendit, quum locum habere nequeat. Si meam requiris ſententiam, Dionem ſcripſiſſe ſcias, ἐκεῖνός τε γὰρ

γὰρ ἦν ἐπ' ἐξόδῳ, καὶ ὁ πόλεμος ἐπέπαυτο. Refertur autem ἐκεῖνος, ad vocem χρόνος, quæ præceſſit.

143. p. Pro ἐλευθερῶσαι reponendum ἠλευθέρωσε. Verior autem ſenſus eſt is, quem margini adſcripſi, quam ſit interpretis.

146. m. Pro εἶπεν αὐτῷ, ſcribendum ἔπεμπεν αὐτῷ. Ibidem linea proxime ſequenti, δυνάμενος mutandum in δυναμένους, quia voci λόγους, ſuperius poſitæ, reſpondet.

149. f. Xylander hæc, ὅμως δ' οὐδὲν δεῖν τε αὐτὸ γενέσθαι, mutanda putat in ὅμως δ' οὐδενὸς ἧττον δεῖν τε, quæ vitioſe redundant, quum alterutrum, vel ὅμως, vel οὐδενὸς ἧττον otioſum ſit. Ego ſimpliciter reſtituo, ὅμως δὲ δεῖν τε αὐτὸ γενέσθαι.

150. p. Pro μηδ' ἐκεῖνον φιλώσαντας αὐτὸν ταῖς δυνάμεσι ταῖς τῶν ἀντιστασιωτῶν ἐκδοῦναι, repone μηδ' ἐκεῖνον φιλώσαντας αὐτῶν, ſcilicet τῶν ὅπλων, quod præceſſit.

151. p. Illud ὧδέ τε καὶ ἐπὶ τῷ, mutandum in ἐπὶ τῷδε συνειλεγμένοι. Nec interpres ſcripturam vitioſam recte ſequitur, *quum incerti cujusdam negotii cauſa collectos* ait. Quippe contrarium intelligitur ex præcedentibus. Ibid. f. corruptum verbum legitur ἠπείγετο πρὸς τὸν Πομπήιον, quum Dio referat, *a Marcello conſules deſignatos ad Pompejum deductos.* Ejus igitur loco reponendum εἰσηγέ τε. Rurſus ibidem, καὶ τούτου κύριοι ἐνόμιζον εἶναι, rectius ſcribetur, καὶ τούτου κυρίους ἐνόμιζεν εἶναι. Locus autem non bene redditus ab interprete, rectius ad marginem expoſitus eſt.

AD LIBRUM XLI. DIONIS.

155. m. pro Καίσαρα μηκέτι εἰρηναῖον ἐν τοῖς πρέσβεσιν ἀποκεκρίσθαι, ſcribendum μηδέ τι εἰρηναῖον τοῖς πρέσβεσιν, quia ſequitur καὶ προσεγκαλεῖν σφίσιν.

156. f. Locus hic & mutilus, & abſque auxilio codicis melioris Xylandro quidem inemendabilis videtur, ubi leguntur hæc verba: καὶ τὰς ὀργὰς τάς τε ἐπιθυμίας τῶν ἐπιόντων. καὶ πρῶτοι τῆς τῶν προτέρων παθημάτων μνήμης οἱ μὲν αὐτοὶ πειραθέντες &c. Sed experiamur ſane, quid eo corrigendo poſſimus ipſi. Non dubium eſt, illa duo καὶ πρῶτοι, vitiata: quibus antiquæ ſinceritati reſtitutis, toti periodo conſultum erit, hoc modo: καὶ τὰς ὀργὰς τάς τε ἐπιθυμίας τῶν ἐπιόντων καθορῶντες τῆς τῶν προτέρων παθημάτων μνήμης οἱ μὲν αὐτοὶ πειραθέντες. Ita nimirum omnia ſalva.

157. p. Vidit Xylander hoc, τὴν νύκτα πᾶσαν ἀναγκαζόμενοι, corruptum eſſe, nec reſtituit. Apte reponetur ἀλαλαζόμενοι, ut intelligantur *edidiſſe clamores tota nocte lugubres*; cujusmodi eſt ἀλαλαγμὸς, Varroni *quiritatus*; nec diſſimilis vel ὀλολυγμῷ, vel ὀλολυγῇ, voci paulo poſt heic ſubjectæ.

159. p. Hæc verba, διοικοδομήσας δὲ ἐν τούτῳ ἐκπλέοντι, ἔπειτα νυκτὸς ἐξανήχθη, nec emendavit interpres, & neſcio quomodo contorſit in eum ſenſum, qui nullus eſt ſenſus. Quid enim eſt illud? *inædificata urbe, quo tutius avehi poſſet*; quanquam hæc etiam poſteriora Græcis adfinxit. Tollatur ſcripturæ vitium, & aperta verborum erit ac plana ſententia. Quippe ſic Dio ſcripſit, διοικονομήσας δὲ ἐν τούτῳ τὸν ἔκπλουν, ἔπειτα νυκτὸς ἐξανήχθη, hoc eſt, *interea compoſitis ad diſceſſum rebus, deinceps noctu ſolvit.*

160. p. Hæc periodus, τούτῳ δὲ καὶ ὁ Περπέρνας cum verbis ceteris, Xylandro ſuſpecta, ceu tota mendoſiſſima, mihi prorſus integra eſt. Solum τοῦτο perturbavit eum, quod recte Stephanus in τούτῳ mutavit, quum reſpondeat præcedentibus illis, τῷ ὑστέρῳ ἔτει. Senſus autem margini adſcriptus aptiſſimus.

162. f. Plenius hunc locum, εἶχον δὲ τότε τὰ πράγματα τὰ περὶ τὸν Ἴβηρα, reſtitues mecum legendo, τὰ περὶ τοὺς Ἴβηρας, quam ſi cum Xylandro verba jam indicata retineas. Nam ut illa res Hiſpanas univerſas complectuntur, ita ſynecdoche Xylandrea, quaſi ad amnem Iberum ſita loca totam Hiſpaniam ſignificent, vix meo quidem judicio poteſt admitti. At intellecta ſimpliciter verba, nimis artis imperium Afranii Petrejique finibus includunt.

163. m. In his, οὔτε τῶν συμμάχων τις ἐπεκούρει οἱ (ἐκδεχόμενοι γὰρ αὐτοὺς οἱ ἐναντίοι, ὡς ἑκάστους αἰσθοιντο προσιόντας) τά ἐπιτήδειά τε &c. Xylander ἔφθειρον ad integrum ſenſum deeſſe putat poſt προσιόντας. Ego duplicem corrigendi rationem oſtendam. Aut enim ſcribi poterit, ἐπεκούρει οἱ, ἐκδεχομένων αὐτοὺς τῶν ἐναντίων, ὡς ἑκάστους αἰσθοιντο προσιόντας. τά, τε ἐπιτήδεια, cum reliquis: aut unicum illud ἐκδεχόμενοι mutatur in verbum ἐξεδέχοντο, quippe ſic integer ſenſus horum erit: ἐξεδέχοντο γὰρ αὐτοὺς οἱ ἐναντίοι, &c. Vix, optione data, ſcire poſſim, utrum alteri ſit præferendum, poſterius tamen minori fit mutatione vocum. Ibidem paulo poſt, οὐκέτι πλείω χρόνον περιοῖσοντος, nullius vitii ſuſpectum Xylandro, ceteros inter locos notatos ſilentio præteritur, his etiam verbis redditum, *Quem haud diutius ſuperſtitem futurum exiſtimabant*; quaſi ſi Græce ſcriptum reperiſſet οὐκέτι πλείω χρόνον περιέσοντος. At vero Græci non ita loquuntur, ſed hoc ſenſu περιεσομένου reponendum eſſet. Ego περιοῖσοντες corruptum arbitror ex ὑπεροίσοντες, quod ipſum etiam ſuperius integritati ſuæ reſtituimus. pag. 69. p. Nec ſenſus inveniri commodior poſſit, *exiſtimaſſe nimirum eos, qui Romæ degebant, Cæſarem haud diutius hoſte ſuperiorem futurum*, hoc enim eſt ὑπερφέρειν τὸν ἐχθρόν.

166. f. Hic ille locus eſt, indicatus initio notarum; poſſe videlicet etiam ἀθυμοτέρους in ῥαθυμοτέρους commutari; me tamen nonnihil adhuc hæſitante.

167. p. Non εἰ μηδὲν οὗτοι κακὸν δρῶσι, ſed ultimo verbo mutato, εἰ μηδὲν οὗτοι κακὸν εὕρωσι, legiſſe Xylandrum, ex ejus verbis hiſce colligitur; *Si nullum hi malum inveniant.* Ego retinere lectionem uſitatam malo, cum ſenſu, quem ad marginem expreſſi. Ibid. f. Animadvertit Xylander his verbis, καὶ ὁμοίως ὑμῖν κακουργεῖν, aliquid deeſſe; idque putavit eſſe verbum ἀπείρηται. Ego reſtituerim potius hoc modo, καὶ ὁμοίως οὐκ ἔξεστιν ὑμῖν κακουργεῖν.

168. p. Incluſa parentheſi (οὐ γὰρ ἔτ' ἐστὶν) aut ita ſcribenda (ὅπερ οὐκ ἔξεστιν) aut cum Xylandro, (οὐ γὰρ ἔξεστιν.)

170. m. Pro καὶ τὰ ἐς νέωτα ἀρχὰς ἀπέδειξεν, ſcribe καὶ τὰς ἐς νέωτα ἀρχάς.

171. p. Pro καὶ δικαστὰς αὐτῆς τοῖς ἀμφισβ. repone αὐτοῖς. Ibid. m. pro τὰ ἐκ τοῦ Καπιτωλίου πάντα ἀνελόμενος, rectius apud Xiphilinum, τὰ ἐν τῷ Καπιτωλίῳ πάντα ἀφελόμενος.

172. p. Non ὁ μὲν γὰρ Κάσσιος, ſed ὁ μὲν οὖν ſcribendum. Paulo poſt non Ἄττιος Οὐᾶρος ἔτι ἐκεῖ πράγματα τότε ἔχων, ſed ὁ τὰ ἐκεῖ πράγματα lege. Rurſum ibid. m. illud ἐφέσπετό τε σφίσι, verbum poeticum vix Dioni uſurpatum, qui ἐφείπετο dicere ſolet.

173. p. Hæc verba, ὅ, τε Βόκχος καὶ ὁ Βογούας βασιλεὺς, ὅτι ἐχθροὶ αὐτῷ ἀντεπομάσθησαν, non prorſus ita cum Xylandro legenda, βασιλεῖς, ὅτι ἐχθροὶ αὐτῶν ἦσαν, ὠνομάσθησαν ſed βασιλεῖς, ὅτι ἐχθροὶ αὐτῶν, ἀντωνομάσθησαν.

174. m. pro ἄλλα τε τῶν ἐκείνῃ χωρίων, reſtitue τῶν ἐκεῖσε χωρίων. Xiphilinus ſimpliciter [illegible]. Ibidem mox pro illis, [illegible] leguntur hæc apud Xiphilinum, [illegible] ποιεῖ recte. Nam apud Dionem [illegible] irrepſit e margine, quum eſſet gloſſa rarioris illius κραυροτέραν.

175. p. pro ἐπανήκειν ἐπιχειρήσειν rectius apud Xiphilinum, ἐπανήκειν ἐπιχειρήσει. Ibidem de verbis hiſce mutilis, & aſteriſco notatis, ἢ τοιαύτῃ *. ἄλλως, licet efficias integra, ſi legas εἴ τε γοῦν καὶ ἄλλως, ἢ καὶ ἐκ μαντείας

μαντείας τινὸς, atque ita non amplius aſteriſco locus erit. Ne Xiphilini quidem lectio placet, ἤτοι τηι ἄλλως, ἢ ἐκ μαντείας. Cur enim fruſtra vel temere ſpem vanam concepiſſet? Ibid. m. pro δυνάμει τινὶ ἤλασεν, habet Xiphilinus μετὰ τῆς δυνάμεως ἤλασεν. Ego de utroque Dionem ſcripſiſſe colligo, vel μετά τινος δυνάμεως, vel μετὰ δυνάμεώς τινος ἤλασεν. Ibid. infra, pro ὅτι πρώτων τῶν τοῦ πολέμου ἔργων ἁπτόμενος, Xiphilinus idem ὅτι πρῶτον (cum interjectis) ἁπτόμενος. Item pro τέως μὲν γὰρ, idem ἕως μὲν γάρ. recte.

176. m. Nonnihil hæc, νῦν δὲ, καὶ τότε γε, ἥδε Μακεδονία νενομισμένη κεῖται vitiata ſunt, & in hunc modum corrigenda: νῦν δὲ, καὶ τότε γε ἤδη, Μακεδονία (præceſſit ἐν τῇ γῇ) νενομισμένη, κεῖται. Sententia quoque loci verior adſcripta margini. Ibidem ſtatim, pro ἡ Ἐπίδαμνος, καὶ ἡ τῶν Κερκυραίων, rectius idem Xiphilinus, ἡ Ἐπίδαμνος ἡ τῶν Κερκυραίων. Et in Latino ſic emendandus locus, *Sive ea Epidamnus Corcyrenſium ſit.*

177. m. ubi legitur, ἐν γὰρ τῷ αὐτῷ τούτῳ χρόνῳ, τὸ Δυρράχιον ἐπολιορκεῖτο, repone τῷ αὐτῷ τούτῳ χρόνῳ, ᾧ τὸ Δυῤῥ· uti liquet ex ſequentibus. Paulo poſt, καὶ τὸν Σκιπίωνα μάχαις, τῇ μὲν λοχισθεὶς, τῇ δ' ἀντενεδρεύσας, ἐνέδρευσε, corruptum eſt verbum hoc poſtremum, Xylandro fatente, non opem ferente. Mihi vero ſcriptum a Dione, τῇ δ' ἀντενεδρεύσας ἐνίκησε, nullum ſane dubium eſt, ut ſententia ſit hæc: *Quorum altero inſidiis petitus fuerat, altero viciſſim ſtructis inſidiis vicerat, urbes &c.*

179. p. pro καὶ διὰ τοῦθ' ὑφίεντο τινὸς ἀλλήλοις, repone καὶ διὰ τοῦτ' οὐχ ὑφίεντο.

180. f. pro ἐς τὰς πρόσω προσῆες, ſcribendum ἐς τὰ πρόσω προῄει, bis abundante σ littera.

182. p. pro Φευγόντων ἑτέρων, διωκόντων ἑτέρων, elegantius idem Xiphilinus, Φευγόντων ἑτέρων, διωκόντων ἄλλων. Rurſus ibidem, lin. tertia poſt hanc, παρὰ δόξαν τὶ συχνὰ συνέβαινε, Xiphilinus τὶ poſt δόξαν omiſit, ac recte quidem. Ibidem mox pro ἐπαιώνιζον legi poteſt etiam ἐπαιάνιζον. Paulo poſt, πολλαπλάσιον τὸ κακὸν συμβῆναι, poſtremam vocem corruptam habet, ut ex antecedentibus aperte paret, proque illa neceſſario συνέβαινε ſcribendum. Ibid. f. ubi legitur vitioſe, οἱ μὲν ἔφυγον ὅπη ποτὲ ἠδυνήθησαν, οἱ δὲ καὶ μετὰ τοῦτο. καὶ αὐτῶν ὁ Καῖσαρ τοὺς μὲν & cetera. Xylander ait, ſe poſt illa μετὰ τοῦτο, audacter adjicere, ἑάλωσαν. Ea vero audacia, quum nulla probatione nitatur, admitti non poteſt. Nam quod locum Cæſaris adducit, qui demonſtret, quomodo hi ſe ejus poteſtati poſtridie commiſerint; id contra Xylandrum facit. Non enim prorſus idem eſt *capi*, (ἁλῶναι) & *alterius ſe poteſtati ultro permittere.* Quapropter alia quærenda lectio, verbis hiſce ſimilior, & non nimis audacter obtruſa. Colligo igitur e veſtigiis illius μετὰ τοῦτο, non ita ſcripſiſſe Dionem, ſed οἱ δὲ καὶ μετέστησαν. Hoc modo genuinum Dionis verbum ſic recipimus, ut minime ſit opus, aliud quoddam excogitare, quod abſit a ſcriptura contextus. Nec ſenſus aptior eſſe poſſet, quum dicatur, *alios fuga dilapſos, alios ad hoſtem tranſiiſſe.* Nam hoc eſt μεταστῆναι· ut infra, lib. 53. pag. 507. f. τὸ κράτος μετέστη πᾶν εἰς τὸν Αὔγουστον, *univerſum imperium ad Auguſtum tranſiit.* Item, lib. 43. pag. 231. m. αὐτοὶ πρὸς τὸν Καίσαρα μεθίσταντο, *ad Cæſarem ipſi tranſibant.*

183. f. Minime προβαλλομένῳ ὅτι μὴ προσαμύναι τῷ Πομπηΐῳ, legi ſalvis Græcæ litteraturæ legibus poteſt: itaque rectius erit, προβαλλομένῳ ἔτι, μὴ προσαμῦναι τῷ Πομπηΐῳ.

184. Sub finem libri, legitur ὁ Καπίων Bruti cognomen, *Capio*, quod haud ſcio, an non fuerit *Cæpio*, Καιπίων, cum gente Fanniorum ei commune, ac libro 54. pag. 523. p. expreſſum.

AD LIBRUM XLII. DIONIS.

187. p. pro ἐσεγράφοντο legitur apud Xiphilinum ἐνεγράφησαν, quod recte reſpondet præcedenti παρεδέξησαν. Ibidem mox pro θαρσεῖν σφᾶς ἔνιοι κελεύσαντες, in unum contractis hiſce duobus, reponi debet σφᾶς ἐγκελεύσαντες.

188. m. κατὰ πύστιν αὐτοῦ προσιὸν, recte mutata vox a Xylandro πίστις in πύστιν, ſed addere debuit, non προσιὼν, ſed προϊὼν quoque rectius ſcribi. Ibidem pro Κασσίου τοῦ Λουκίου, repone Κασσίου τοῦ Λογγίνου. Et *C. Caſſium* heic recte Xylander adſerit.

189. m. Rectius hæc, ἐς Αἴγυπτον οὐ δι' ἄλλο τὶ ἐπαχθεὶς, apud Xiphilinum ita leguntur, ἐς Αἴγυπτον οὐ δι' ἄλλο τι ἐπειχθεὶς, *in Ægyptum aliam nullam ob rem feſtinaſſet.*

190. p. Non recte ſcriptum in his, ὡς γὰρ τότε τὸν Ἰόνιον προσέπλευσε, verbum hoc poſtremum; ſicut animadvertere quivis eruditus poteſt. Itaque τὸν Ἰόνιον περιέπλευσε reſtituo, & ſenſu quidem eo loci, quem veriorem margini adſcripſi.

191. m. hæc verba, καὶ τὸν Πετρήϊον Πομπηΐου τὸν Φαῦστον προσέλαβεν, Xylander ingenue negat, emendare ſe potuiſſe. Non animum ipſe propterea deſpondi, ſed legendum deprehendi, καὶ τὸν Πετρήϊον, τόν τε Πομπηΐου γαμβρὸν τὸν Φαῦστον προσέλαβεν, idque probaturos viros doctos exiſtimo.

192. p. Pro τοὺς μετ' αὐτοῦ προσεκφοβήσας, rectius ſcribetur προεκφοβήσας.

194. p. pro ἡ κακὰ μὲν, καὶ τότε ἐσενεχθέντα πρῶτον ἦν, repone καὶ αὖ τότε. Paulo poſt pro εἰ μὴ πάντα αὐτὰ ἐπεξίοιμι, rectius leges, εἴγε πάντα αὐτὰ ἐπεξίοιμι. Sententia margini adjecta eſt.

194. f. Illud ἔκμηνον ſæpius occurrit in libris Dionis ita ſcriptum, licet melius eſſe videatur ἑξάμηνον, quod itidem alicubi apud hunc reperitur, & ſequente quidem pagina, τοῦ ἑξαμήνου χρόνου. Loca marginibus ſemper adnotavi. Deinceps levis articuli mutatio, non levis eſt momenti. Legitur enim, καὶ εἵπετο τούτῳ ὁ ὕπατος. quod erit, ſi reddas, *Et ſequebatur hunc conſul.* At Dio ſcripſit, καὶ εἵπετο τούτῳ ἡ ὕπατος. *Et ſequebatur hanc dignitatem* [*magiſtri equitum*] *dignitas conſularis.* Nimirum ἐλλειπτικὴ oratio eſt, ἡ ὕπατος, ſcilicet ἀξία vel ἀρχή. Nam integre quidem locutus eſt lib. ſequentis pag. 236. m. τὴν ἀρχὴν τὴν ὕπατον ἀνέλαβεν. Item in Antoniana funebri de C. Cæſare, lib. 44. p. 262. p. τὴν ἀρχὴν τὴν ὕπατον εὐθὺς ἐδώκατε.

197. m. Putat hæc verba, οὐδὲ στρατηγὸς οὐδέπω ἦν. ὁ δὲ δὴ Ἀντώνιος οὐδέπω μὲν, ἐσθῆτος ἕνεκα, & cetera, reſtitui poſſe Xylander, ſi poſterius οὐδέπω rejiciatur, quaſi perperam repetitum id, locum conturbet. Ego vero non temere quid explodere ſoleo, & heic videndum arbitror, an non vitiatum ſit aliquid. Recte vero. Nam duo hæc οὐδέπω μὲν, corrupta ſunt ex tribus, οὐδὲ ὕπατος ὤν. Sic enim Dio ſcripſerat, ὁ δὲ δὴ Ἀντώνιος οὐδὲ ὕπατος ὢν, ἐσθῆτος &c. Senſus in margine notatus, apte quadrat.

202. m. pro ἐς ἀνάγκην ἀσπόνδου πολέμου καταστῶσι, legitur in manuſcriptis Sylburgii de legationibus, ἀσπείστου πολέμου, ſignificatu licet eodem.

203. f. Hæc verba, ἔς τε τὴν Φάρον ἀπέβη, Xylander reddidit, *In Pharum naves ſuas ejecit.* rectius, *In Pharum exſcendit*, videlicet in inſulam, ubi *Pharus* ſive Φανάριον, ut nunc Græci vocant, (quod Italorum *fanaro* dedit originem) erat; non *in urbem Pharum*, ut Blancus ſcripſit.

205. m. Χερρόνησον, ceu proprium nomen, & ſcripſit, & reddidit interpres, his verbis; *Ad Cherroneſum, qui locus ad Africam pertinet:* quum Dio de Africæ adhærente peninſula loquatur. Simile quiddam ei ſupra quoque contigit, lib. 41. pag. 174. p. ubi τὴν καταντιπέρας ἤπειρον ἀμελῶς τηρουμένην ſcripſit, & interpretatus eſt vere

ἀμελῶς, parumque accurate, *oppoſitam continentem*; quum oppoſita Brundiſio *Epirus* illa regio nobilis intelligatur.

207. p. pro ἐπελθόντος αὐτοῦ, ſcribendum ἀπελθόντος αὐτοῦ, *ubi* [Cæſar] *diſceſſiſſet*.

208. p. pro παρὰ τῶν δυναστῶν τῶν βασιλέων, ſcribe τῶν δυναστῶν τῶν τε βασιλέων. Quæ paulo poſt ſequitur periodus, ab interprete negligentius traducta, verum ad ſenſum a nobis eſt revocata, verbis margini adſcriptis.

210. m. Locus hic & vitiatas voces habet, & tranſpoſitas, ubi legitur; καί τις τῶν στρατιαρχῶν ἐν τοσούτῳ, ἢ καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ γνώμης χαριζόμενος τῷ Καίσαρι. Neque tamen ante me quiſquam id vidit. Senſus etiam verborum mutilus eſt, quum nusquam adpareat, cuinam illud ἢ reſpondeat præcedenti. Sed brevibus res indicator. Hoc modo recte habebunt omnia, καί τις τῶν στρατιαρχῶν ἢ τούτων γνώμῃ, (Cæſaris milites intelligit tumultuantes) ἢ καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ χαριζόμενος τῷ Καίσαρι. Vel etiam ita, ἢ ἀπὸ τούτων, ἢ καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ γνώμης χαριζόμενος τῷ Καίσαρι: quod magis probo. Sic & alibi loquitur, lib. 46. p. 325. p. ὡς καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ γνώμης, δεθῆναι συνεβούλευσεν.

211. f. Similiter hæc quoque non parum corrupta ſunt, καὶ τάς τε πόλεις ἐλύπουν, καὶ τὰ πλοῖα κατῆγον, καὶ ἀπ' αὐτῶν καὶ ὅπλα, τόν τε σίδηρον τὸν ἄλλον, ὅυπερ που καὶ μόνον ἔχρῃζον. Xylander addi vult in fine verbum ἔλαβον, velut omiſſum a librariis; & vitium in κατῆγον nullum adgnoſcit. At ſupra docuimus, ad pag. 131. p. pro κατῆγον reponendum ἀπῆγον, quod quidem fieri neceſſario debet. Nunc de verbo, quod abeſſe putat, videamus an non inter hæc alicubi vitiatum latitet. Nimirum nobis eſſe ſuſpectum debet, quod ad τόν τε σίδηρον, adjicitur τὸν ἄλλον. Id enim nihil ſignificat, adeoque ſuperfluum eſt. Ergo per incuriam σίδηρον τὸν ἄλλον ſcripſit calligraphus; quum ſcribere deberet σίδηρον ἔλαβον. Sic erit integra loci ſcriptura hujusmodi, τάς τε πόλεις ἐλύπουν, καὶ τὰ πλοῖα ἀπῆγον, καὶ ἀπ' αὐτῶν καὶ ὅπλα (*navium armamenta*, non interpretis *arma* intelliguntur) τόν τε σίδηρον ἔλαβον, ὅυπέρ που καὶ μόνον ἔχρῃζον.

212. p. pro καὶ τοῦ Ἰόβου τῇ νίκῃ ἐπαιρόμενος, reponendum ἐπαιρομένου, ſicut etiam ſequitur ἀξιοῦντος, utrumque ad Jubam referendum, neutrum ad Varum; contra opinionem interpretis, qui prius ad Varum retulit. Inſpice, quæ margini adpoſuimus. Ibidem ſtatim ſubjicitur, συμφρονήσαντες γὰρ ὅ, τε Σκιπίων καὶ ὁ Κάτων, ubi rectius leges, συμφρονήσαντες γοῦν. Et hæ particulæ plurimis in locis apud Dionem inter ſe permutatæ reperiuntur.

AD LIBRUM XLIII. DIONIS.

214. f. Tranſpoſita ſunt iſthæc non parum hoc loco verba, περαιωθεὶς ἐς Μαυριτανίαν, χεῖρά τε ἤτησε, καὶ παρὰ τῷ Βόκχῳ στρατηγήσας, ἐπεχείρησε τῷ Καίσαρι, & cetera; quæ hoc modo priſcum in ordinem redigentur, περαιωθεὶς ἐς Μαυριτανίαν, καὶ παρὰ τῷ Βόκχῳ στρατηγήσας, χεῖρά τε ἤτησε, καὶ ἐπεχείρησε, cum reliquis.

215. p. Ineſt hiſce, ἔτι γὰρ ὅτε καὶ τῷ Σκιπίωνι ἀπ' αὐτοῦ συνέπεμψεν, mendum non negligendum, quod hoc elui modo poterit: ἔτι γὰρ ὅυτω καὶ τῷ Σκιπίωνι ἀπ' αὐτοῦ (præceſſit τοῦ στρατοῦ) συνέπεμψεν. Nec interpres mentem Dionis adſecutus, ea ſcripſit; quæ corrigenda, & omnino ad marginem collocanda duximus.

217. p. τοὺς ἐλέφαντας προεξέταξαν, muto in προέταξαν: ut dicatur, *ante loca, quæ nondum erant obſtructa conſtitutos fuiſſe elephantos*. Retineri tamen & alterum poteſt, alio ſenſu.

219. f. His verbis, ὅυτω γὰρ ἀνατεθαυμάκει, non abeſſe dico de Xylandri opinione vocem τὸν ἄνδρα, quum ex ſcriptura nihil tale colligatur; ſed ἀνατεθαυμάκει dividendum arbitror in duo, Dionis ut ſcripturam hanc habeamus, ὅυτω γὰρ αὐτὸν ἐτεθαυμάκει. Ibid. paulo poſt, pro βιβλίον ὃ καὶ Ἀντικάτωνα ἐκάλεσε, grammaticorum cauſa ſcribendum, Ἀντικάτωνα ἐκάλεσε.

220. f. Ubi legitur in excuſis, πολλὰ [illegible] καὶ λόγῳ καὶ ἔπραξαν, exiſtimavit Stephanus illud λόγῳ mutandum in ἔλεγον. Sed ut aliud nihil dicam, ſaltem illa diſſimilitudo temporum in ἔλεγον & ἔπραξαν nos monet, ita ſcriptum a Dione vix putandum. Quippe dixiſſet vel ἔλεγον καὶ ἔπραττον, vel ἔλεξαν καὶ ἔπραξαν, ſiquidem ita loqui voluiſſet, quod mihi nemo perſuaſerit. Sane religioſus alioquin in admittendis vocibus, absque amiſſarum aliquo veſtigio, non heic quandam periiſſe dubito; veſtigiique loco mihi eſt vocabulum λόγῳ, quod præcedit, ut plane Dionem ſcripſiſſe adſeram, τἀναντία ἐκείνων καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ ἔπραξαν, uti frequentiſſime loqui ſolet.

221. m. pro ὄυτε γὰρ ἄλλως ἢ δίκαιον, reponendum ὄυτε γὰρ ἄλλως εἴη δίκαιον.

222. p. Quæ Xylander admodum vitioſa dicit verba, τοῦτο γὰρ μόνον ου ἐρθῆναι καλὸν εἶναι νομίζω, ſaltim unica vocula reſtituta corrigi poſſunt, ita ſcribendo, τοῦτο γὰρ μόνον μοι ῥηθῆναι καλὸν εἶναι νομίζω. Ibid. f. pro φέρω reſtitue φέρων, ut reſpondeat proximo ſibi, τὰ κάλλιστα γίγνεσθαι ἐφ' ὑμῶν ἐυχόμενος, φέρων δὲ ἀναγκαίως τὰ ἀνθρώπινα. Quin & integra loci apponenda interpretatio, quo reddendo nonnulla Xylandrum omiſiſſe, nunc demum animadverti. Sic enim Græca efferri debuerant: *Id quidem in votis habens, ut omnia ſemper optima vobis eveniant, & neceſſario caſus humanos ferens; itidemque bonos honoribus debitis ornans, & quantum fieri poteſt, ceteros corrigens.* Hæc enim poſtrema, καὶ τοὺς μὲν ἀγαθοὺς ταῖς προσηκούσαις τιμαῖς ἀγάλλων, τοὺς δὲ λοιποὺς ἐπανορθῶν καθόσον ἐνδέχεται, tam vertenti Xylandro, quam mihi verſionem ejus relegenti, ſe non obtulerant: quanquam alibi ab eo prætermiſſa diligenter ſuis locis adjecerim.

223. f. In iis, quæ de Arſinoë, Cæſaris in triumpho producta, traduntur; elegans eſt amplificatio rei, quæ Romanis inuſitata tunc accidit. Sed uno ſolo vocabulo δήμοις vitiato, plurimum Dionis exaggerationi detrahitur. Quid enim rei magnæ, quaſi quæ nunquam Romæ contigiſſet, reginam ἐν δήμοις ὀφθῆναι, *in hominum turba conſpici?* Non enim hoc eſt, *in captivorum turba cerni*, quod imprudens Xylander ſcripſit, ſenſu loci urgente ſic ut ſcriberet, quamvis ita Græce non legeretur: niſi dicere velimus, eum hoc inveniſſe priorem apud interpretem, qui uſus codice correctiori fuerit. Ne lectorem diu ſuſpenſum teneam, nego ſcripſiſſe Dionem, καὶ Ἀρσινόη γυνή τε ὄυσα, καὶ βασιλὶς τότε νομισθεῖσα, ἔν τε δήμοις (ὃ μή ποτε ἔν γε τῇ Ῥώμῃ ἐγεγόνει) ὀφθεῖσα, πάμπολυν οἶκτον ἐνέβαλε. Sed ἐν πεπεδημένοις ὀφθεῖσα, verborum hujusmodi ſenſu: *Et Arſinoë, ſexus ipſa muliebris, & habita tunc pro regina, & inter vinctos (quod nunquam Romæ contigerat) conſpecta, plurimum commiſerationis injecit.* Nimirum quod antea Dio dixerat, ἐκείνην ἐν τοῖς αἰχμαλώτοις παρήγαγεν, *Cæſar inter captivos eam produxit*; teſtimonio nobis eſt, ab eodem poſtea ſcriptum fuiſſe vocabulo priori adfine, ἐν πεπεδημένοις ὀφθεῖσα, *inter vinctos conſpecta*.

224. f. pro ἡμίσεις ὁμοῦ τι [illegible] προσαπώλεσθη, vel ἡμίσεις ὁμοῦ τοιούτων, vel ſimplicius ἡμίσεις ὁμοῦ [illegible] τῶν προσαπώλεσε ſcribendum, non [illegible], hoc ſenſu: *Recenſionem inſtituit, & præterea dimidiam eorum partem expunxit*. Ibidem ſtatim verſu tertio ſequitur, ἐκ τοῦ δείπνου [illegible], pro quo ultimo Xiphilinus recte habet ἐγένετο. Sed vitioſe pro τοῦ [illegible] legi [illegible] δήμου, ſicut & Blancus interpres dixit: *Relicta plebe* [illegible]

225. p. pro πολλοὺς γε ἐπ' αὐτοῖς καὶ [illegible] [illegible]

ἀγῶνας ἔθηκε, Xiphilinus habet ἐπ' αὐτῆς, ſcilicet τῆς ἀγορᾶς, recte. Ibidem f. pro ὕδωρ τε ἐς αὐτὸ ἐσῆκε, καὶ ναῦς ἐπήγαγεν, Xiphilinus ἐς αὐτὸ ἀνῆκε, (an ἐνῆκε rectius?) καὶ ναῦς ἐσήγαγεν. Ibidem f. apud Dionem, ὅτι μήτ' αὐτὸς διακορὴς σφῶν ἐγεγόνει, Xiphilino διακορὴς αἵματος.

227. p. ὥς [ἐ]νὸς μηνὸς ἀφεῖλεν, Xiphilinus ὥς ἀφ' ἑνὸς μηνὸς ἀφεῖλεν. Item verſu hinc tertio, διὰ τεσσάρων καὶ αὐτὸς ἐτῶν, recte. Xiphilinus autem, διὰ πέντε καὶ αὐτὸς ἐτῶν, male. Quippe temporis intelligitur idem ſpatium, quod eſt luſtri; cujus τεταρτημόρια quatuor, horæ ſex, non annis quinque, ſed annis quatuor unum diem abſolvunt.

228. f. Quæ leguntur heic verba, καὶ ἐδόκει καὶ ὑπὲρ τὸν πατέρα ἰσχύειν, Xylander ſic vertit, ac ſi locum ita ſcriptum reperiſſet, καὶ ἐδόκει καὶ ὑπὲρ τὸν Καίσαρα ἰσχύειν, quum ea efferat: *Ut jam plus ipſo Cæſare poſſe videretur.* Loquitur Dio de Sexto Pompejo, qui pares Cæſari vires tunc non habebat. Itaque lectionem alteram, hoc ſenſu, retinere præſtat: *Ut jam majores ipſo etiam patre* [*Cn. Pompejo*] *vires habere videretur.* De opido Hiſpaniæ, cujus infra mentio fit, quodque Ὀυλία Græce heic ſcribitur, *Ulla* Hirtio, tantum hoc addo; Græce ſcribendum Ὀυλλίαν, Latine vel *Ulliam* etiam apud Hirtium; vel docendum, id quoque temporis Hiſpanos itidem, ut nunc, *Ullam* ſcripſiſſe, *Ulliam* ſyllabis duabus enuntiaſſe, more ſuo; quod Italis & *Uglia* ſcriberetur, & eodem cum Hiſpanis modo pronuntiaretur. Græcis quidem etiam hodiernis molles ejuſmodi quaſundam litterarum enunciationes cum Hiſpanis & Italis eſſe communes, in ipſamet deprehendi Græcia.

229. m. Ubi legitur: ἐκεῖνος δὲ ἕνα τε ἄνδρα ἑνὸς πολὺ διαφέρειν νομίζων, vitioſus ſane ſenſus eſt tam in Græcis, quam hiſce Xylandri verbis: *Pompejus virum viro longe præſtantiorem eſſe exiſtimans, fretusque ſuis viribus, nihil ejus adventu conſternatus fuit.* Quippe dici non poteſt, Sex. Pompejum longe ſe Cæſare præſtantiorem exiſtimaſſe, quod abſque ſingularis arrogantiæ nota facere non potuiſſet. Itaque vitium hoc eruendum. Si præcedentia reſpicias, invenies periiſſe negationem. Narrat enim Dio, Cæſarem cum paucis admodum in Hiſpaniam properaſſe, ſeque ſperaſſe, nec opinata illa celeritate ſua, ſoloque ſui unius adventu, & præſentia, Pompejo terrorem injecturum, ut urbis obſidionem relinqueret. *At Pompejus unius hominis adventum, ſine militum copiis, haud magni faciundum exiſtimabat.* Hæc vera Dionis eſt ſententia, & per quidem idonea. Quapropter & Græca verba, ſaltim adjecta negatione, ſuæ reſtituemus integritati, ἐκεῖνος δὲ ἕνα τε ἄνδρα ἑνὸς οὐ* πολὺ διαφέρειν νομίζων, quorum margini adjecimus interpretationem. Ibidem mox, Xylander, pro μέρος τε τοῦ στρατοῦ, repoſuit μέρος τοῦ στρατοῦ; ego μέρος τι τοῦ στρατοῦ melius puto.

230. p. Pro ἔν τε γὰρ σκηνιδίοις, rectius ἔν τε γοῦν σκηνιδίοις.

232. p. Pro μετὰ τοῦ Ἀφρανίου καὶ μετὰ τοῦ Ὀυάῤῥωνος, legendum μετὰ τοῦ Ὀυάῤῥου, de quo multa ſuperius. Ibidem m. Non heic συνιέναι εἵλοντο ſcribendum, ſed συνεῖναι εἵλοντο.

234. p. ἐγγόνῳ, rectius ſcribetur ἐκγόνῳ, pro *nepote.* Sæpius hoc ſemet offert. Ibidem inferius, in illis verbis, τά, τε γὰρ Παρίλια ἱπποδρόμια ἀθανάτων, quod ineſt vitium, utroſque Dionis caſtigatores, Stephanum & Xylandrum fugit; atque huic etiam cauſam præbuit loci ſequius interpretandi, ac debebat. Sic enim Græca corrigenda ſunt, τά, τε γοῦν Παλίλια ἱπποδρομίᾳ ἀθανάτῳ (adde intermedia) ἐτιμήθη. Sunt enim a *Pale* dicta *Palilia*, ceu mediocriter eruditis notum: & Παλίλια ἱπποδρόμια ἀθανάτων ἐτιμήθη, quidvis aliud potius eſſe videmus; quam, *Palilibus inſtitutum,* (quo feſto die equorum certamen celebrabatur) *ut diis immortalibus ſacra fierent*, quemadmodum interpres loquitur. Verus ſenſus lectori datus in libri margine. Ceterum ἱπποδρομίαι, *ludi Circenſes* ſunt, etiam Eclogæ librorum Baſilicorum de jure Romano noſtræ: ἀθάνατος ἱπποδρομία, *ludi Circenſes perennes & immortales,* hoc eſt, perpetuo celebrandi. Sic etiam ἀθάνατος πρόσοδος Dioni noſtro, 52. p. 483. f. *reditus eſt immortalis,* hoc eſt, perpetuus & perennis. Alibi dixit ἱερομηνίαν ἀΐδιον, eodem ſenſu, quo ἀθάνατον ἱερομηνίαν, pro *ſupplicatione perenni,* lib. 49. pag. 400. f. quo loco Xylander *anniverſariam* reddidit. Item βουθυσίαι ἀΐδιοι lib. 54. pag. 526. p. Recentiori denique hiſtorico Græco non ineleganti Cedrino, quem ipſum quoque Xylander interpretatus eſt, quidam Græcorum Imperatorum στρατιῶται ſunt ἀθάνατοι, *milites immortales;* quos ego, quinam eſſent, quum ex interprete non agnoſcerem, interrogare Conſtantinopoli *Theodoſium Zygomalam*, Patriarchicum Protonotarium memini, virum inter hujus ævi Græcos facile doctrina principem: isque mihi ſic eos interpretabatur, quibus decedentibus alii ſemper ita ſufficerentur, ut numerus idem maneret, atque ipſi eadem ratione viderentur eſſe immortales; uti fieret in Turcicis legionibus *Genitzarorum*, qui vere propterea dici poſſent ἀθάνατοι. Hæc eo commemoranda duxi, quod etiam apud Dionem noſtrum, lib. 52. pag. 482. f. in conſultatione Mæcenatis ad Auguſtum, & lib. 56. pag. 595. lin. ult. στρατιῶται ἀθάνατοι reperiantur, prorſus eadem ex cauſa ſic appellati. Referebat etiam *Zygomalas* idem, Turcos inſtituiſſe στρατιώτας ἀθανάτους, exemplo Macedonis illius Alexandri magni: ſed ipſe potius eos in hoc Romanos & Græcos imperatores ſub Romanorum nomine, velut deceſſores in eodem imperio ſuos, crediderim æmulatos; ut etiam in aliis rebus plurimis, quas ſparſim *Pandectes Turcicus* noſter indicat. Ibidem 234. f. hæc verba, καὶ τότε ἔτι, καίπερ παρηβηκώς, & tranſpoſita ſunt, & nonnihil mutata; ſcribendum enim, ὅτι καὶ τότε, καίπερ παρηβηκώς.

235. m. Pro ὥσπερ ἄλλοι τε καὶ ἐκεῖνος ὡς πολλάκις, repone tranſpoſitum illud ὡς in ſuum locum, ὥσπερ ἄλλοι τε, καὶ ὡς ἐκεῖνος πολλάκις & cet. Rurſus ibidem reſtituenda neceſſario verba hæc, ἐπὶ πάντας τοὺς μετὰ ταῦτα αὐτοκράτορας τῇ ἐπικλήσει αὐτῇ, ut legamus, ἡ ἐπίκλησις αὕτη: quia ſequitur, ὥσπέρ τις ἰδία τῆς ἀρχῆς αὐτῶν οὖσα, & tandem ἀφίκετο, *pervenit hæc appellatio.*

237. p. τοὺς πρώτους ἄρξαντας retineo, Xylandri πρῶτον haud probo. Quippe primos anni cujuſque conſules intelligit Dio, Kalendis Januariis ſcilicet ineuntes; quibus alii plurimi deinde ſubſtituebantur, numeratu difficiles ac moleſti, prolixa quidem in hiſtoria. Ibidem m. ἐγχωρίους τοὺς δημοσίους, in ἐγχωρίους τόπους δημοσίους muto. τοὺς ἱερεῦς πάντας τε* πρατήριον, reſtituo τοὺς ἱερεῦς πάντας τέθεικεν ἐπὶ τὸ πρατήριον, quum τε veſtigium ſit amiſſi verbi τέθεικεν, non ἐσήνεγκεν, aut ἐξέθηκεν, ex opinione Stephani.

238. p. Pro τὰ Ἀπολλώνια, ſcribendum Ἀπολλώνεια, qui *ludi* ſunt *Apollinares.* Ibid. m. τῷ Ἀντωνίῳ καὶ τῆς δόξης τὸ ἔργον, reſtituendum τῷ Ἀντωνίῳ καὶ τῆς δόξης τοῦ ἔργου (adde intermedia) παρεχώρησε. Rurſus ibid. προκατελάβετο μὲν, (præcedit θέατρον) οὐκ ἐξετέλεσε δὲ, mutandum prius illud in προκατεβάλετο μέν. Ejus enim verbi ſignificatum ejuſmodi eſt, ut *jacere fundamenta* denotet, quum in altero nihil inſit tale.

239. p. corrupte legitur: ἣ μὲν ἀποικίας Ῥωμαίων ἐνόμισε δεῖν, ἀπῴκισεν quum Dio ſcripſerit: ἣ μὲν ἀποικίας Ῥωμαίων ἐνόμισε δεῖν εἶναι. Periit illud εἶναι, propter ſimilitudinem cum verbo δεῖν præcedente. Dionis etiam a ſenſu aberravit interpres, uti paret e notatis ad marginem. Ibid. m. loco illorum, πρότερον καὶ ἀγορανόμοι, ſcribe πρότερον ἐξ ἀγορανόμοι. Sententiam vero in margine reperies. Ibidem, his verbis, ἀλλ' οὐ τοῦτο γράφω. καὶ πρόσθεν ἐγεγόνεισαν, his inquam corrigendis torquere ſe deſiiſſet Xylander, ſi tantum ita ſcripſiſſet:

ἀλλ'

ἀλλ' οὐ τοῦτο γράφω, ὅτι καὶ πρόσθεν ἐγεγόνεισαν. Rurſus ibid. f. pro οἱ μὲν οὖν τῷ πρώτῳ μετ' ἐκεῖνο ἔτει ἄρξαντες, reponendum ἄρξοντες, & futurum tempus etiam in traductione obſervandum. Ibid. f. Male ſcriptus ille locus eſt in extremo hoc libro, τοῦ τε ἱππαρχήσοντος ἄλλον τινὰ, καὶ τὸν Ὀκτάουϊον, quem ſic equidem reſtituo, τούς τε ἱππαρχήσοντας, καὶ ἄλλον τινὰ, καὶ τὸν Ὀκτάβιον (adde intermedia) προσχειρίσατο, quod ultimum verbum illi vitiato τοῦ τε ἱππαρχήσοντος reſpondere non poteſt. Nec interpres ſententiam Dionis adſecutus eſt, uti lector e notatis ad marginem videt. Obiter addo, tam ſupra, quam hoc etiam loco, & deinceps, nomen Δολοβέλλας rectius debuiſſe ſcribi Δολαβέλλας, *Dolabella.* Notum enim, hac voce ſignificari runcinam parvam, a qua cognomen hoc Dolabellis venit.

240. p. πολλοῖς εὐεργεσίαν ὀφείλων, ſic expoſuit interpres, ac ſi ſcriptum reperiſſet, πολλοῖς εὐεργεσίας ὀφείλων, quod probo.

AD LIBRUM XLIV. DIONIS.

240. f. Pro φθόνῳ τε τοῦ προσήκοντος, repone προήκοντος, ſenſu margini adſcripto. Significat enim τὸ προῆκον, *quidquid aliis antecellit.* Et ſæpius in Dionis hiſtoria corrupte ſcriptum occurrit. Exempli gratia, lib. 46. in oratione Fufii Caleni adverſus Ciceronem, pag. 298. m. βασκαίνεις ἀεὶ τὸν προσήκοντα. Et antea, lib. 45. p. 278. p. τοὺς ἀξιώματι προσήκοντας. Utrobique mutandum, heic in προήκοντας, illic in προήκοντα.

241. m. pro πολλὰ μὲν ἀνθρώπων ἤθη καὶ διάφορα κεκτημένην, (ſcilicet πόλιν, ex præcedentibus) reſtitue ἀνθρώπων ἔθνη.

242. f. καὶ πανήγυριν αὐτὴν ἐτησίαν ἄγειν, emenda πανήγυριν αὐτῇ (præceſſit Ὁμονοίᾳ) ἐτησίαν ἄγειν.

243. p. τὰ πραχθησόμενα αὐτῷ πάντα, κύρια ἄξειν, ſcribe κύρια ἕξειν.

244. p. τῷ πρός τε τῶν βουλευτῶν, corrige τὸ πρός τε τῶν βουλευτῶν (cum ceteris intermediis) τηρεῖσθαι.

245. p. Non carent hæc verba vitio, καί τοι καὶ τούτου τινῶν τιμησάντων σφίσι, ſiquidem eorum illa debet eſſe ſententia, quam interpres indicat, *fuiſſe tribunis hiſce pœnam capitis a nonnullis ſenatoribus irrogatam.* Quis enim unquam ita Græce locutus eſt, τιμᾶν ἐπὶ τοῦ θανάτου, pro, *ſtatuere mortis alicui pœnam?* Ergo ſic potius ſcripſiſſe Dionem exiſtimo, καί τοι καὶ τοῦτο τινῶν ἐπιτιμησάντων σφίσι, *licet hanc eis pœnam nonnulli ſtatuiſſent:* ut ἐπιτιμᾶν ſit ἐπιτίμιον, ſive *pœnam, irrogare.* Paulo poſt, pro διὰ Ἑλουίου Κίννου συνάρχοντος αὐτῷ, reponendum συνάρχοντος αὐτῶν, ſcilicet τῶν δημάρχων. Quippe non Cæſaris Helvius hic Cinna, ſed tribunorum collega erat. Alucinatus in hoc & interpres. Ibid. inferius, ἔς τε τὴν βασιλείαν ἐσῆλθε, quum ſine dubio corrupte legatur, & omni abſque idoneo ſenſu, Xylander in ἔς τε τὴν ἀγορὰν ἐσῆλθε, mutandum putavit; quo ſaltim reliquis hæc verba utcunque reſponderent. Sed nimis diſſimilia ſunt vocabula, βασιλεία & ἀγορὰ, nullis ſibi litteris aut ſyllabis affinia: quam ego ſimilitudinem in emendationibus hujuſmodi non abs re ſpectandam cenſeo. Quærendum igitur aliud quidpiam, quod ad τὴν βασιλείαν propius accedat. Et id quidem habebimus, ſi ἔς τε τὴν βουλείαν ἐσῆλθε, legamus: quam vocem vere Dioniam eſſe, colligimus e loco libri 36. pag. 181. f. quem ſuperius in hiſce notis attigimus; ſimul alibi quoque Dionem hac uſum, indicantes. Rurſus ibid. f. locus alius eſt etiam mutilus, & aſteriſco notatus, ubi legitur: κὰκ τούτου τούς τε ἄλλους τοὺς φρονηματώδεις * ἰδίᾳ προσιόντες ἀνέπειθον, καὶ δημοσίᾳ προσπαρώξυνον. Ego ſolius *Bruti* nomen omiſſum ajo, quod ſi reponas, hoc modo locus erit integer: κὰκ τούτου τούς τε ἄλλους τοὺς φρονηματώδεις, καὶ τὸν Βροῦτον ἰδίᾳ προσιόντες, ἀνέπειθον, & cetera.

246. p. καὶ γένει προσήκον αὐτῷ, lege προσήκοντα. Item paulo poſt, καὶ τῷ τούτου βήματι ἐπέγραφον, mutandum hoc poſtremum in ἐπέγραψαν. Sunt autem complures intricati loci paſſim ante hunc, quos ab interprete minus dextre redditos, aliter ipſi reddidimus, veris eorum ſententiis in margine collocatis.

248. p. Locus eſt mutilus, ubi legitur, ἐν γὰρ τῇ νυκτὶ, ἐν ᾗ ἐσφάγη. Non enim noctu Cæſar, ſed interdiu fuit interfectus. Suppleri poſſet hoc modo, ἐν γὰρ τῇ νυκτὶ πρὸ τῆς ἡμέρας, ἐν ᾗ ἐσφάγη, [illegible] ceret abſque veſtigiis amiſſæ ſcripturæ aliquid reſtituere. Paulo poſt, ibidem, pro καὶ βιβλίον τι παρ' αὐτοῦ λαβὼν, omnino legendum ajo παρά του λαβὼν, quod dicere Græci ſolent αὐτὶ τοῦ, παρά τινος, quoties de quodam incerto loquuntur, ut hoc fieri loco videmus. Iterum ibidem, pro εἰπεῖν ἐπισκώπτων, rectius videtur εἰπεῖν ἐπισκώπτοντα. Sed alibi quoque talia reperiuntur apud Dionem. Exempli gratia, in Tito, qui nobis eſt liber LXVI. ἐς ἐπίδειξιν τοῦ καὶ αὐτοὶ αὐτομόλους ἔχειν. pag. 747. m.

250. p. In his verbis, ὡς καὶ ἐπιβουλεύσαντες σφίσι, reponenda Dionis vera ſcriptura συνεπιβουλεύσαντες, quod recte cum σφίσι conjungitur, & ſenſu apto; quum alterum illud eidem junctum, plane diverſam ſententiam efficiat, & a mente auctoris alienam.

252. p. Tranſpoſitæ ſunt hæ voces, πρὸς οὐδὲν ἧττον ὑμᾶς εἰδότας, & ſic reponendæ, πρὸς οὐδὲν ἧττον εἰδότας ὑμᾶς. Nec temere quidem id puto, quum oſtendere poſſim, alibi ſic a Dione collocatas. Verbi gratia, in oratione Ciceronis in Antonium, lib. ſeq. pag. 283. m. πρὸς οὐδὲν ἧττον εἰδότας ὑμᾶς, prorſus ut heic. Nam quod pagina præcedenti, 251. p. legitur, οὐκ ὀλίγος ἐξ οὗ χρόνος, mutare non debeo, quum ſic etiam infra legatur lib. 45. pag. 289. m. καὶ οὐ πολὺς ἐξ οὗ χρόνος ἐς τοὺς ἐφήβους ἐγγεγραμμένον, nec aliter alibi locutum Dionem, inveniam.

253. p. In his, διότι καὶ προσήκει, reponendum eſſe προήκει, tum ſenſus ipſe verborum, margini adjectus, tum ea docent, quæ hujus initio libri, ad pag. 240. notamus.

254. m. pro καίτοι τί τούτου δεινότερόν ἐστι, ſcribe καίτοι, ὃ τούτου δεινότερόν ἐστι. Paulo poſt, linea ſequenti, pro καὶ τίς ἀνταριθμῆσαι δύναιτο, reponendum καὶ τίς ἂν ἀριθμῆσαι δύναιτο.

255. m. Locus non parum depravatus eſt, in his verbis, καὶ οὔτε πολλοί που συνεστήκασιν, οἵ τε κεκινημένοι ὡς τῇ ἐλπίδι τοῦ κρείττονος, ὀργῇ τοῦ καταδεεστέρου, καὶ παρὰ τὸ συμφέρον σφίσιν ἀπερισκέπτως κινδυνεῦσαι προαχθῆναι. Quorſum enim referemus hoc ultimum προαχθῆναι? quum nulli præcedentium reſpondeat. Ergo priora nonnihil corrupta video, præſertim hæc, οἵ τε κεκινημένοι ὡς, pro quibus ſcribendum οὔτε τοὺς κεκινημένους: in poſterioribus deeſt unicum verbum, a quo illud προαχθῆναι dependet, idque omiſſum propterea, quod σφίσι proximum, aliquid cum conſimilitudine ex ore dictantis haberet, nimirum συνέβη. quo repoſito cum antea repurgatis, integer erit ſenſus hic, καὶ οὔτε πολλοί που συνεστήκασιν, οὔτε τοὺς κεκινημένους τῇ ἐλπίδι τοῦ κρείττονος, ὀργῇ τοῦ καταδεεστέρου, καὶ παρὰ τὸ συμφέρον σφίσι συνέβη ἀπερισκέπτως κινδυνεῦσαι προαχθῆναι. Sententiam ad marginem expreſſimus.

256. m. pro βούλεσθε ἔν τι ὑμῖν ἐρῶ, ſcribendum βούλεσθαι ἔν τι ὑμῖν ἐρῶ· καὶ [illegible] τι. Et illud βούλεσθαι, refertur ad præcedentia, [illegible] με χαρίσασθαί τι βούλεσθαι. &c.

260. m. pro οὔτε τις αὐτοῦ καιροῦ ῥοπὴ, reponendum οὔτε τις αὐτὸν καιροῦ ῥοπὴ (adde intermedia) [illegible] κατέλαβεν. Ibid. pro τὸ, τε λανθάνειν, [illegible] ἤσασθαι, rectius τὸ, τε λανθάνειν, [illegible] σθαι.

262. m. Hic unus ex iis eſt locis, quibus non Κελτικὴν, ſed Βελγικὴν ſcribendum videri, ſupra notavimus; idemque faciundum pagina hac in fine.

264. p. His reſtituendis, πάντως δ' ἂν καὶ ζῶντα εἰλήφει, admiſſo quidem illa, πάντως δ' ἂν καὶ ζῶντα τὸν Πομπήϊον εἰλήφει· ſed nihil amplius. Quippe non opus his eſt, εἴπερ ἠθέλησε, quæ Xylander & ipſa putat deſiderari.

265. p. pro δοὺς (adde intermedia) ἵνα ἑκάστῳ τῶν ἀλόντων περιποιήσηται, non recte reponit Xylander, δοὺς τοῖς τε ἑταίροις (adde cetera) ἵνα ἑκάστῳ τῶν ἀλόντων ἕνα περιποιήσηται. Nam ut de ἑκάστῳ taceam, certum eſt, etiam propter illud δοὺς τοῖς ἑταίροις, ſequi debere, ἵνα τῶν ἀλόντων ἕνα περιποιήσωνται, non περιποιήσηται. Veriorem ego, procliviorem que corrigendi rationem ſequor; ſimpliciter, δοὺς (cum intermediis) ἕνα ἑκάστῳ τῶν ἀλόντων περιποιήσασθαι, ſcribendum adfirmans. Paulo poſt, ἐφιλανθρωπεύσαντο τινά, rectius τινάς. Ib. f. Ex his verbis vitiatis, οὐκοῦν οὔτ' οἶδεν οὐδεὶς τοὺς ἐξ αὐτῶν περὶ γένους, πλὴν αὐτῶν ἐκείνων· Xylander auctoris ſententiam eruturum ſe putavit, ſi περὶ γένους prorſus omitteret, eorumque loco reponeret alia, nusquam heic a Dione ſcripta. Vertit enim, *Ac nemo cognovit, quidnam iis in litteris contineretur, præter hos ipſos, qui ſcripſiſſent.* Nusquam in Græcis hæc video, *Quid iis in litteris contineretur*: & *Qui ſcripſiſſent.* Ego retinendum ex parte illud περὶ γένους ajo, ſed emendandum. Scripſit enim Dio, οὐκοῦν οὔτ' οἶδεν οὐδεὶς τοὺς ἐξ αὐτῶν (τῶν γραμμάτων ſcilicet κατακεκαυμένων) περιγενομένους, πλὴν αὐτῶν ἐκείνων. *Nemo*, inquit, *novit eos qui per has* [literas crematas] *incolumes evaſerunt, præter illos ipſos incolumitatem adeptos.* Hæc nimirum eſt Antonii ſententia.

266. p. παρὰ μικρὸν δ' ἂν πρὸς ἐκεῖνα, commutandum in παρὰ μικρὸν δ' οὐδὲν πρὸς ἐκεῖνα.

267. m. pro τὰ γὰρ αὐτοῦ οἱ ἐξελεύθεροι προανείλοντο, καὶ ἐς τὸ μνημεῖον κατέθεντο, ſcribendum haud dubie, τὰ γὰρ ὀστᾶ αὐτοῦ. Sic lib. 56. pag. 598. m. de Livia, τά τε ὀστᾶ αὐτοῦ συνελέξατο, καὶ ἐς τὸ μνημεῖον κατέθετο. Ibid. f. καὶ τὰ (adde interjecta) προσρήσει διαβαλλόντων Xiphilino καὶ τὰς προσρήσεις διαβαλλόντων.

AD LIBRUM XLV. DIONIS.

269. f. In his verbis, ἐτράφη μὲν παρά τε τῇ μητρὶ καὶ παρὰ τῷ ἀδελφῷ αὐτῆς Λουκίῳ Φιλίππῳ, vitiata leguntur illa, παρὰ τῷ ἀδελφῷ αὐτῆς. Quippe Lucius hic Philippus Octavii junioris vitricus erat, non *matris ejus frater*, hoc eſt avunculus. Ergo vera Dionis hæc ſcriptura poſtliminio quaſi revocanda, ἐτράφη μὲν παρά τε τῇ μητρί, καὶ παρὰ τῷ ἀνδρὶ δευτέρῳ αὐτῆς Λουκίῳ Φιλίππῳ. *Apud matris alterum maritum.* Nec vocabulo ἀδελφῷ obſcura inſunt illius veræ ſcripturæ, ἀνδρὶ δευτέρῳ, veſtigia.

270. m. Pro ἀπαντήσας ἀνήρετο, reponendum ἀπαντήσαντα (ſcilicet Ὀκταούϊον) ἀνήρετο. Figulus is, qui ſupra. Sic animadverti poſtea, Xiphilinum quoque legiſſe. Ibidem paulo ante, pro ἄριστα γὰρ καθ' ἑαυτὸν, rectius apud Xiphilinum, τῶν καθ' ἑαυτόν.

271. m. προσεπέμπετο, rectius Xiphilino προεπέμπετο. Ibid. καὶ τοῦ κλήρου αὐτὸν διεδέξατο. Xiphilinus καὶ τοῦ κλήρου αὐτοῦ διεδ.

274. f. τῶν γὰρ χωρίων αὐτῆς τὰ πλείω, Xiphilinus τῶν γὰρ χωρίων αὐτοῦ (ſcilicet τοῦ Πομπηΐου) τὰ πλείω. Et mox, οὐδεμίαν ἀπόδοσιν ἐποιήσατο. Xiphilinus idem plenius οὐδεμίαν αὐτῶν (ſcilicet τῶν χωρίων) ἀπόδοσιν ἐποιήσατο.

276. f. Pro ἀφαγῆναι ἄλλους τε ἑκατοντάρχους, ſcribendum ἄλλους τε, καὶ ἑκατοντάρχους &c.

Rurſus ibidem v. ult. ἐς τὴν Γαλατίαν ἐφώρμητε, reſtituendum ἀφώρμησε.

277. m. Non ἐκεῖνον, nec αὖθις, ſed ἐκείνου δὲ (ſcilicet *Antonii*) ἰσχυρὸν εὐθὺς πολέμιον χρήσει: vel, ἐκείνῳ δὲ ἰσχυρῶς εὐθὺς πολεμίῳ χρήσει, quod poſterius equidem magis probo. Ibid. m. ubi legitur, καὶ διὰ τοῦτο καὶ οἱ ἐν τῷ ἄστει τὴν χάριν τὴν τοῦ Καίσαρος συνήροντο· & Graecis verbis ineſt menda nobilis, & interpretationi Xylandreae non unus error. Nam etiamſi recte legeretur illud, οἱ ἐν ἄστει, non *opidanos* dicere debebat, ſed *urbanos*: nec τὴν χάριν τὴν τοῦ Καίσαρος συνήροντο, ſignificat, *eos Cæſaris rebus ſtuduiſſe.* Tertius accedit error, ex eodem fonte, quod paulo poſt, ubi dicitur, *decretas in ſenatu laudes* αὐτοῖς ἐκείνοις, *illis ipſis*; non jam amplius *opidanis* id eveniſſe tradit in genere, ſed in ſpecie *Mutinenſibus.* At nusquam in praecedentibus ulla mentio ullius opidi, nedum Mutinae. Nimirum inde tota iſthaec alucinatio, quod non expendebat, ecquod in hiſce verbis vitium latitaret. Latitat autem inſigne vitium, quum Dio ſcripſerit, καὶ διὰ τοῦτο καὶ οἱ ἐν τῇ Ἄστῃ τὴν χάριν τὴν τοῦ Καίσαρος συνήροντο, hoc eſt, *Et propterea etiam ii, qui erant Haſtæ, Cæſaris gratia communem cauſam ſuſcipiebant.* Hoc vero longe quid aliud eſt, quam quod interpres nobis obtruſerat, idemque cum illorum temporum hiſtoria conſentit. Indidem quoque jam intelligere licet, dicere Dionem, *Haſtenſibus laudes a ſenatu decretas.* Ita Dioni ſua hoc loco reſtituta ſcriptura, nec minus facti ſui laus Haſtenſi apud Inſubres municipio, atque etiam Romanæ quondam coloniæ; cujus absque hac emendatione nomen, vel negligentia, vel inſcitia calligraphi oblitteratum, ex Dionis hiſtoria periiſſet.

278. p. De τῷ ἀξιώματι προσήκοντας ἥδοντο, faciundum, προήκοντας, quod antea quoque factum. Item mox verba iſthæc, ἰσχυρῶς προσεξελάσαντα ἐγνωρίσθαι τε μετὰ τοῦτο ἐν δικαστηρίῳ κρινόμενον· καὶ εἰπόντος τοῖς δικασταῖς τὸ γενόμενον· non parum contaminata ſunt, citraque dubitationem hoc modo repurganda: ἰσχυρῶς προεξελάσαντα, ἐγνώρισέ τε μετὰ τοῦτο ἐν δικαστηρίῳ κρινόμενον, καὶ εἶπε τότε τοῖς δικασταῖς τὸ γενόμενον. Ibidem. m. pro ταῦρός τέ τις τυθείς τε δι' αὐτῶν, ſcribendum τυθεὶς δι' αὐτά. Propter ipſa, ſcilicet τέρατα, *prodigia*, nam ea vox præceſſit.

281. p. Pro καὶ τοῦτο θαυμάσειεν ἄν τις, legendum adjecta negatione, καὶ οὐ τοῦτο θαυμάσειεν ἄν τις. Ibidem pro φήσει τὶς, repone φήσειε τὶς. Rurſum καίτοι ταῦτα μὲν, ὅσα γε ἐψηφίσασθε, δοκεῖ τε καὶ βραχέα, καὶ οὐ πάνυ ἔξω τοῦ καθεστηκότος ὄντα εὑρήσετε, non recte legitur, ſed mutatis aliquibus, ita reſtitue: καίτοι ταῦτα μὲν, ὅσαγε ψηφίσασθαι δοκεῖτε, καὶ βραχέα, καὶ οὐ πάνυ ἔξω τοῦ καθεστηκότος ὄντα εὑρήσετε. Rurſus ἃ μήτε ἐψηφίσασθε, μήτε ἐμελλήσατε, ultimo in verbo corrigendum, μήτε ἐμελετήσατε. Dixerat enim Cicero, *Nihil a vobis unquam decretum, nihil cogitatum.*

282. m. pro τῶν ἐν τοῖς γράμμασι τῶν τοῦ Καίσαρος εὑρεθέντων, repone γράμμασι τοῖς τοῦ Καίσαρος. Nam Cicero dixerat, *In libellis Cæſaris.* At prius illud aliam ſignificationem habet. Ibidem in f. Non πρύτανιν αὐτὸν ἐκ τῆς ὁμονοίας ἀπεδείξατε legendum, ſed πρύτανιν αὐτὸν τῆς ὁμονοίας, quem Cicero *concordiæ præfectum* dixerat.

283. p. ὑμεῖς γὰρ, an ὑμεῖς γοῦν?

284. m. Pro καὶ τότε μεθ' ὑμῶν, rectius καὶ ποτὲ, Ciceroni *deinceps*, aut *aliquando.*

285. m. Vidit Xylander in his, καὶ ὅτε ἔπρεπέ σοι, deeſſe negationem; ideoque ſcribendum judicavit καὶ ὅτε μήτε ἔπρεπέ σοι, parum concinne. Nimirum ita Dio ſcripſerat, ἀλλὰ καὶ ὑπάτευες, ὦ χρηστὲ, (cum ceteris intermediis) καὶ οὔτε ἔπρεπέ σοι, οὔτε ἐξῆν τοιούτῳ ὄντι, ἐν τῇ ἀγορᾷ, πρὸς τῷ βήματι, &c. quorum ſenſus in margine reperitur. ὅτε quidem prorſus excludendum eſt, non retinendum ex opinione Xylandri, quum corruptum ſit ex οὔτε. Paulo poſt, non

σῶμα καὶ εὔσαρκον καὶ βδελυρὸν conjungenda, (nihil enim cognatum inter hæc) ſed σῶμα καὶ εὔσαρκον καὶ τρυφερὸν, uti Cicero quoque dixerat, *obeſum & delicatum corpus*, non βδελυρὸν quod eſſet *exſecrandum*, vel *abominabile*. Rurſus in hiſce verbis, τὰ Λυκαῖα καὶ ἄλλως ἂν τῆς προσηκούσης θρησκείας οὐκ ἔτυχε, σὺ πᾶσαν ὁμοῦ τὴν πόλιν κατήσχυνας· non tantum ante σὺ πᾶσαν deeſt εἰ μὴ, quod Xylander indicavit: ſed etiam vocabulum aliud periit, ad quod illa ſequentia reſpiciunt, ἵνα μηδὲν μηδέπω περὶ τῶν τότε λεχθέντων εἴπω. Nimirum dixerat Cicero, *Niſi tu totam urbem eo geſtu, ne quid dicam de oratione, dedecoraſſes*: idque Dionem reddidiſſe non dubito, τὰ Λυκαῖα καὶ ἄλλως ἂν τῆς προσηκούσης θρησκείας οὐκ ἔτυχεν, εἰ μὴ σὺ πᾶσαν ὁμοῦ τὴν πόλιν κατῄσχυνας τῷ σχήματι τούτῳ. Et alibi quoque Dio voce σχήματος hoc ſenſu eſt uſus. Quapropter veſtigium ejus amiſſæ Cicero nobis exhibet, eaque Dionis ipſius verba, quæ ſequuntur. Ne dicam, potuiſſe calligraphum etiam decipi per κατήσχυνας, ut σχήματι relinqueret obliviofus inter ſcribendum, quod cum illo ſimilitudinis aliquid habet. Ibidem linea ultima, corrupte legitur, ἄξιόν γε οὐ γὰρ καὶ τούτου τινὰ εἰκόνα στῆσαι, videturque ſic Dio ſcripſiſſe, ἄξιόν γ' οὖν ἄρα καὶ τούτου τινὰ εἰκόνα στῆσαι. Nam Xylandri quidem correctio hæc, οὐ γὰρ ἄξιόν γε minus placet.

286. f. Hæc tota periodus, καὶ τίς ἀνθρώπων ἄλλῳ τῷ συμπρᾶξαι, τῆς φωνῆς τῆς αὐτοῦ μόνης κυριεύων, ἐπιχειρήσειε, ταῦτ' οὐκ ἂν αὐτὸς ἑαυτῷ συνηθεὶς κατεργάσατο; ſic emendanda, καὶ τίς ἀνθρώπων ἂν ἄλλῳ τῷ συμπρᾶξαι, τῆς φωνῆς τῆς αὐτοῦ μόνης κυριεύων, ἐπιχειρήσειε, ταῦτα οὐκ ἂν αὐτὸς ἑαυτῷ συνηθεὶς κατεργάσαιτο;

287. p. Hæc verba, καὶ γάρ τοι τί καὶ φήσειεν ἄν τις, rectius ita ſcribentur, καὶ γάρ τοι εἰ καὶ φήσειεν ἄν τις. Ac periodi ſenſus explicatus ad marginem.

289. m. pro Καίσαρα μὲν, ἄρτι δὲ ἐκ παίδων, reponendum Καίσαρα μὲν ἄρτι τε ἐκ παίδων; quia ſequitur, καὶ οὐ πολὺς ἐξ οὗ χρόνος, & cetera.

292. f. In his quoque verbis, καὶ τὰ τῶν συμμαχούντων ὑμῖν ἀργότερα καὶ ἀθυμότερα γένηται, reponendum ῥᾳθυμότερα videtur; præſertim ob illud ἀργότερα, quod alteri junctum, ſignificationis adfinis. Sed prius etiam locum habere poteſt, uti ſuperius oſtenſum.

293. f. pro ἰσοστάσιον ἀθανασίαν ἄγω, rectius ſcribetur, ἰσοστάσιον ἀθανασίας ἄγω.

294. m. pro ἐκ τῶν γραμμάτων δὴ τῶν ἐκείνου ἀγαγὼν, vel reponendum ἀνάγων cum Xylandro, vel quod malim, ἀναγαγών. Ibidem non recte ſcriptum hoc, ἄλλων δὲ δὴ καὶ πάνυ πολλοὺς, (præceſſit ἐκληρονόμησεν) etiam Xylander animadvertit, ideoque putavit abeſſe verbum διεδέχετο. Quod ſi verum eſſet, dicendum foret, deeſſe διεδέξατο, tempore cum ἐκληρονόμησεν eodem. Sed equidem arbitror ſcripſiſſe Dionem, ἄλλων δὲ δὴ καὶ πάνυ πολλῶν, ſcilicet ἐκληρονόμησεν. Nam quod accuſandi caſu ſequitur, τοὺς δὲ καὶ νῦν ἔτι ζῶντας, ita relictum fuit a Dione propter illud proxime interjectum, τοὺς μὲν μήτ' ἰδὼν μήτ' ἀκούσας πώποτε. Nam abſque hoc foret, omnino dicendum erat, τῶν δὲ καὶ νῦν ἔτι ζώντων.

AD LIBRUM XLVI. DIONIS.

299. p. Verba corrupta ſunt, τὴν ἐκ τοῦ θρασέως παῤῥησιάζεσθαι δοκεῖν δύναμιν περὶ πλείονος τὶ τῶν δεόντων εἰπεῖν ποιούμενος, ἔργον δὲ &c. quæ ſimul ita corrigo: τὴν τοῦ θρασέως παῤῥησιάζεσθαι δοκεῖν δύναμιν περὶ πλείονος, ἢ τὶ τῶν δεόντων εἰπεῖν, ποιούμενος· ἔργον δέ. Senſus integrior ad marginem quærendus.

300. m. Mutila ſunt iſta, οὐ μόνον οὐκ ἀγαπᾷς, ὅτι ἐσώθης ὑπ' αὐτοῦ, ... ἀγανακτεῖς, ὅτι μὴ καὶ ἐπαρχήσας, hoc modo ſupplenda, ἀλλὰ καὶ ἀγανακτεῖς, &c.

301. m. pro καὶ πάνθ' ὅσα ἐβούλετο κατασχὼν, reſtituo καὶ πάνθ' ὡς ἐβούλετο. Paulo poſt, in hiſce verbis, ἐν μὲν οὖν τούτοις οὕτω τὰ ἐναντιώματα, Xylander pro οὕτω legit οὕτως. Confer ipſius interpretationem cum ea, quæ margini eſt adſcripta.

302. f. pro οὐχ ὅτι τί προσῆκει νῦν [illegible], ſcribendum αὐτῶν, ſcilicet μύθων, quod præceſſit. Statim poſt, in hiſce verbis, τοῖς ἔξωθεν ψόφοις συσκιάσῃ, Xylander exiſtimavit recte ſe facturum, ſi pro ψόφοις reponeret, ψόγοις, idque ſecutus eſt in verſione, quum ait: *Ut externarum rerum vituperatione luminibus conſulatus ipſius obſtrueret*. Ego nec ψόγοις admitto, nec ψόφοις: quum neque ψόγοις συσκιάσαι, *vituperiis obſcurare*, neque ψόφοις συσκιάσαι, *clamoribus & ſtrepitu obſcurare*, tam proprie dicatur, ac ζόφοις συσκιάσαι, *nebulis obſcurare*. Quapropter reſtituenda genuina lectio, τοῖς ἔξωθεν ζόφοις συσκιάσῃ. Senſus autem loci quæritor in margine.

303. m. Ubi legitur illud ex Cicerone deminutæ formæ Κικεράκιε, dixiſſe puto Calenum, ſcripſiſſe Dionem, non Κικεράκιε, ſed Κικερώκιε. Nam & Italis hodieque Cicero deminutus non eſſet *Ciceraccius*, ſed *Ciceroccius*, aut ipſorum more, *Ciceroccio*.

304. f. Pro καὶ τάχα ἂν τὸ διάδημα, repone καὶ ὁ τάχα ἂν τὸ διάδημα (cum ceteris) βαλών. Rurſus ibid. pro ἔπειτα καὶ δι' ἐκεῖνα καὶ ἐκολούσθη, ſcribe δι' ἐκεῖνο, refertur enim ad τὸ διάδημα, quod præceſſit.

306. p. Quæ leguntur heic, Λέγε τοίνυν τοιαῦτα γράφων καὶ τοιαῦτα πράττων, ceteroqui vitio carent, modo ſcribas ab initio, Λέγε τοίνυν ὁ τοιαῦτα γράφων. Nam Xylandri quidem προστάττων, loco illius germani πράττων, non admitto. Paret ex iis, quæ margini ſunt adſcripta, cur locum habere nequeat. Ibidem in f. γύνις ſcriptum legitur, pro γύνις: quod exile quiddam quum ſit, & leviculum, non indicaſſem, niſi ſcirem apud Dionem alibi quoque ſic vitiatum, lib. 59. pag. 662. f. Ibid. f. non cum Xylandro μήθ' ἡλικίαν ἄρχειν (cum ceteris) ἔχοντα, corrigendum πρὸς τὸ ἄρχειν, ſed vel ἐς τὸ ἄρχειν, vel τοῦ ἄρχειν, quod probius.

307. f. Xylander ad hæc verba, ἐπειδὴ γὰρ προὔπεμπε τὰ στρατεύματα, putavit adjiciendum, ἐπειδὴ γὰρ προὔπεμπεν ὁ Καῖσαρ τὰ στρατεύματα, nullam ob cauſam neceſſariam. Potius exiſtimandum, προὔπεμπε τὰ στρατεύματα negligenti a librario corruptum ex προὔπέμπετο τὰ στρατεύματα: nimirum extrema ſyllaba το verbi præcedentis, omiſſa propter ſimilitudinem cum ſequenti τὰ, quod ego verum arbitror, [illegible] lapſos in hoc librarios videamus.

308. f. pro τῶν ἐπιτετηδευμένων [illegible], ſcribendum τῶν ἐπιτετηδευμένων [illegible], niſi dicere velimus, alicubi Dionem σολοικίζειν, & [illegible] ſermonis [illegible] peccare; quod vix aliquis audebit, opinor, facere. Ceterum hoc ſolo mutato, verbiſque ſequentibus, quæ tranſpoſita nonnihil, ſuo loco repoſitis in hunc modum, [illegible] ῥάξας ἐκ τῶν ἐπιτετηδευμένων [illegible] τούτων (τῶν ὅπλων ſcilicet) [illegible] locus erit & integer, & perſpicuus, quem interpretes ſe non intelligere fatebatur. Inſpice margini adſcripta.

309. m. In hiſce verbis, [illegible] ἐς [illegible] ξεν, recte monuit interpres, ſcribendum [illegible] ἐπῆρξεν nullum vitium animadvertit. At verum [illegible] bium eſt, ita ſcripſiſſe Dionem, [illegible] ὑπῆρξεν. Id verbum hoc ſignificatu [illegible] Dionem & alios reperitur, ut exempla [illegible] opus.

310. m. Hoc loco tempora [illegible], in exiguo verborum ambitu; quum & [illegible] repoſi pro τολμήσαντας, & ἄξιον [illegible], idem mutari debeat in [illegible]. Ibid. f. pro [illegible] στρατιώταις καὶ ἐκείνους, καὶ τοῖς [illegible] πεῦσι, rectius ſcribetur, καὶ τοῖς στρατιώταις [illegible] ſcilicet

ſcilicet *Cæſaris,* eo verborum etiam aliorum ſenſu, quem ad marginem indicavimus.

311. f. pro τὸν συνωμότην αὐτῷ, legendum συνωμότην αὐτῶν, videlicet *Caſſii & Bruti.*

314. p. In his, πρόσχημα τοῦ πολέμου προσεβάλετο, poſtremum in προεβάλετο mutandum, ſenſu ac ratione cuivis perſpicua. Ibid. f. Nulla de cauſa Xylander hoc loco verbum ἐφοβήθη ſuſpectum habet, quaſi præſtaret ἐβοήθει legere. Sequitur enim paulo poſt, 315. p. δείσας οὖν ὁ Καῖσαρ, quod quidem δείσας, (*veritus*) illi prius poſito ἐφοβήθη manifeſte reſpondet. Idem interpres inferciit pleraque verſioni ſuæ, non neceſſaria.

317. f. Corruptum illud ἄλις eſt in his verbis, ταῦτα ἐπ' αὐτὸν ἐκεῖνον ἄλις ἐψηφίσθη, pro quo recte nos repoſituros αὖθις, intelliget facile, qui præcedentia diligentius inſpiciet.

318. *f.* οὐκέτ' ἐσαναβολὰς ἐποιήσατο, poſſe quidem tolerari fateor: ſed uſitatius Græcis eſt ἐπαναβολάς.

321. p. ubi legitur, καὶ πρὸς τὸ εἰώνισμα τὸ ἐκείνῳ γενόμενον ἀναφέρων, ſcriptura rectior erit, καὶ πρὸς τὸ οἰώνισμα ἐκείνου (*Romuli* ſcilicet) τὸ γενόμενον ἀναφέρων. Alio tamen ſenſu prior etiam lectio tolerabilis. Paulo poſt προσεδόκηκεν mutandum in προσεδόκησεν, quod etiam apud Xiphilinum deinceps inveni. Ibidem f. pro τήν τε φυλακὴν τῆς πόλεως, ὥστε πάνθ' ὅσα βούλοιτο, &c. ſcribendum καὶ ὥστε πάνθ' ὅσα. Quod autem id, quod ſequitur, καὶ ἐκ τῶν νόμων ποιεῖν ἔχειν, perperam ſcriptum exiſtimat Xylander, & mutandum ait in ἐκτὸς τῶν νόμων: in eo proculdubio fallitur ipſe, ſicut intelligi de notatis ad marginem poterit.

324. p. pro ἠδυνήθησαν ἀνελθεῖν, reponendum ἠδυνήθησαν ἂν ἐλθεῖν, εἴπερ ἠθελήκεσαν. Ibid. m. pro ἡμέραν τοῖς συνοῦσιν αὐτῷ προσέθετο, ſcribe poſtremum hoc πρoέθετο: quanquam & alterum ferri poteſt. Simul heic obiter addo, lectoris Græcæ linguæ ſtudioſi cauſa, τὴν ἀσκηλικὴν ἐσθῆτα non videri a Xylandro ſatis expreſſam recte, licet pluribus unam vocem reddat. Nimirum *veſtem, quam læto rerum ſtatu gerunt*, inquit. Potius enim dicere debuit, *uſitatam*, cujusmodi veſtis etiam Dioni deinceps, lib. 48. pag. 359. m. nominatur ἀγοραῖος στολή, eodem ſignificato, ab uſu forenſi & cottidiano. Ib. f. Pro καὶ ἤλπιτε, Xiphilinus ἐπήλπιτε, quod verbum vere Dionium eſt.

AD LIBRUM XLVII. DIONIS.

327. f. περί τι τάφρευμα, rectius περὶ τὸ τάφρευμα ſcribetur, quod & Xiphilinus habet. Idem paulo poſt, συνῳδία τις νυκτὸς περιηχήσασα, interjecta voce νυκτὸς, quæ a noſtris abeſt: recte, ut *concentus noctu exauditus* intelligatur; ipſo noctis ſilentio vim concentus augente.

328. m. Pro ἐπὶ τὸ βῆμα αὖθις ἀνετίθεντο, penultima vocula mutanda in εὐθύς. Ibidem paulo poſt, corrupte legitur, ἐνενόησεν, hoc verbo præcedentibus haud reſpondente. Non enim ita Græci loquuntur, ὃ μόνον ἄν τις ἐνενόησεν, ſed ὃ μόνον ἄν τις ἐννοήσειεν: atque ita reſtituendum. Hic autem locus, ut Xylander exiſtimat, & perplexus eſt, & obſcurus, & ejusdem judicio, vehementer depravatus. Ego vero ſic eum ad marginem explicavi, nihil ut horum amplius dici de eo ſit neceſſe. Ibid. f. Pro τοῖς τε ἐκ τοῦ ὁμοίου, repone τοῖς γε.

329. p. τάς τε τόλμας πρόσχημα, ſine dubio mutandum in τῆς τε τόλμης πρόσχημα. Rurſus ibid. m. in his verbis, καὶ διότι τότε μὲν μόνοι οἱ τοῦ Σύλλου, τῶν τε ἄλλων ἀνθρώπων οὐδεὶς, ἐκείνου γε κελεύσαντος, ἐφθάρη· facile quis animadvertit orationem hiulcam, minimeque integram, cui licebit unico dumtaxat adjecto vocabulo mederi, ſi ſcribas; ἢ πρὶν ἀπήλλαστον, διότι καὶ τότε μὲν μόνοι οἱ τοῦ Σύλλου ἐχθροὶ, quibus adde cetera. Senſus ad marginem poſitus.

332. f. προέδωκε τὸν σφάξαντα, Xiphilino plenius προέδωκε τὸν δεσπότην τὸν σφάξαντα.

333. f. Hæc verba, Μεσσαλᾶς ὑπὸ τοῦ Ἀντωνίου θανατωθεὶς ἄν, vitiata ſunt, & hoc emendari modo debent: Μεσσαλᾶς ἐν τοῖς ὑπὸ τοῦ Ἀντωνίου θανατωθεῖσιν ὤν. Rurſus ibidem non πρὸς αὐτίκα συμφορὰς, ſed πρὸς τὰς αὐτίκα συμφορὰς ſcribendum.

334. p. Pro ἐπειδ' ὡς καὶ ἐκείνῳ ἐπεκηρύχθη, reponendum ὡς καὶ ἐκεῖνος ἐπεκηρύχθη.

Ibid. τοῖς τινὰ περιστῶσασι διπλάσια, cum ceteris, ante vocem ultimam ponenda copula, καὶ διπλάσια, ſenſu eo, qui margini adjectus.

335. m. Pro καὶ οἰκισὰς αὐτοὺς προσαπέδειξαν, ſcribendum αὐτοῖς προσαπέδειξαν. Ibid. mox καταφορᾶν perperam legi putat Xylander, absque cauſa. Locus quidem ipſe, cum præcedentibus, non recte traductus ab eo fuit, uti de meis, ad marginem adſcriptis, lectores perſpiciunt. Ibid. pro τάς τε ἀρχὰς, quum periodi ſit initium, integrius ſcribetur, τὰς δὲ ἀρχάς. Ibid. f. pro ἔτι ἄρχοντας παύσαντες, haud dubie futuro efferendum tempore, ἔτι ἄρξοντας παύσαντες.

336. p. Pro χρυσὸν τὴν τοῦ Καίσαρος μοναρχίαν φανῆναι, reponendum χρυσῆν. Et mox, προσοφειλήσαντες melius προοφειλήσαντες, ſenſu margini adſcripto.

338. m. In his, ἐκεῖνο τὸ χωρίον ὀνόματι τὴν ἀσυλίαν, ita ſcribendum, ἐκεῖνο τὸ χωρίον ὄνομά τι τὴν ἀσυλίαν, (adde intermedia) ἄνευ τοῦ ἔργου αὐτῆς, ἔχειν: vel ὄνομά τι τῆς ἀσυλίας, quod elegantius.

339. p. Pro ἀλλ' ὅτι τῷ καιρῷ, reſtituendum ἀλλ' ὅτι τῷ τότε καιρῷ.

340. p. Non caret hic vitio locus, ὅθεν ἡ γερουσία μετέπεμψεν αὐτὸν· cujus hanc emendationem, ὅτ' ἂν ἡ γερουσία μεταπέμψῃ αὐτὸν, eruditi probabunt. Ibid. m. Heic etiam tum deeſt aliquid hiſce verbis, tum ineſt vitii, καίτοι ὑπὸ τοῦ στρατιωτικοῦ κόσμου στερηθείς. Utrique remedium, ſi legas, καίτοι ὑπὸ τοῦ Βρούτου τοῦ στρατηγικοῦ κόσμου οὐ στερηθείς. Nam οὐ negatio fuit omiſſa, propter ejus duplicationem ex ultima præcedentis κόσμου ſyllaba.

341. m. Pro οὐδὲν δὲ τότε κακὸν ἔπαθεν, ſcribendum οὐδὲν δὲ καὶ τότε κακὸν ἔπαθεν.

342 *f.* πρὸς τὰ τοῦ Σέξτου στρατόπεδα προσχωρῶν, ſcribi poſſe προχωρῶν videtur: ſed alterum quoque defendi poteſt.

349. m. Pro καὶ μὴ χρονισάντων αὐτῶν, reponendum neceſſario ἵνα μὴ χρονισάντων. Ibidem mox, vitioſe legitur ἐνεβάλλοντο, cui Xylander ut opem ferret, ἐπεβάλλοντο ſcribendum opinabatur. Id vero minus eſt ſimile verbo ἐνεβάλλοντο. Quapropter ἀνεβάλλοντο rectiſſime reponetur, & ſenſu idoneo, quem margini adnotavimus. Ibidem pro ἐκείνων τε οὐδὲν ἧττον, rectius ſcribes, τὰ ἐκείνων οὐδὲν ἧττον (cum ceteris) διεσκόπουν.

350. p. Pro ταῖς ἀρεταῖς τῶν μαχεσαμένων διήνεγκαν αὐτῶν, præſtat reponere διήνεγκεν. Refertur enim ad nomen ἀγὼν, quod præceſſit.

351. p. παρ' αὐταῖς ἀνοχὰς, rectius παρ' αὐτὰς τὰς ἀνοχάς. E geminis enim τὰς calligraphus alteram omiſit, quod frequens manu exaratis. Ibidem mox. τὰ Λατιάρια potius ſcribenda Λαβικάλια. Simile quiddam accidiſſe voci *Palilia*, ſuperius oſtenſum, ad pag. 234. lib. 43. Dionis, ubi ſcriptum Παρίλια. Rurſus heic mendum quoddam inſigne occurrit, & ab aliis intactum, ubi verba leguntur hæc, ἐν μὲν οὖν τῇ Ῥώμῃ ταῦτ' ἐγίγνετο. καὶ τινὰ καὶ λοιπὰ (cum ceteris ſequentibus) ᾔδετο. Quippe vitioſum illud τινὰ καὶ λοιπὰ, quum Dio ſcripſerit τινὰ καὶ λόγια (adde intermedia) ᾔδετο. Nimirum dicere voluit, *oracula quoque nonnulla tum ante, tum poſt hæc, ad everſionem popularis imperii & ipſa tendentia, vulgo fuiſſe decantata.* Loquitur & alibi eodem modo, & verbis iisdem utitur. Ibid. f. Ait hoc loco Xylander, quo

quo verba reperiuntur hujuſmodi, εἰπεῖν τῷ Καίσαρι, ὅτι τε ἐς ἐν ἡ σὴ μάχη γενήσοιτο, non videre ſe, quid ea poſſint, hoc eſt ſignificent. Nimirum prius erant emendanda, quam ſenſus eorum quæreretur. Ita vero ſcriptum a Dione paret, ἔδοξεν (cum ceteris) εἰπεῖν τῷ Καίσαρι, ὅτι τε ἐς νίκην σοι ἡ μάχη γενήσεται, καὶ ἵνα ἀναλάβῃ &c. Sic planiſſima ſententia, quam margo nobis exhibet.

354. m. Pro τὸν Βροῦτον ἐσφάλθαι, quod Xylander reddidit, *Succubuiſſe*; Xiphilinus habet ἐσφάχθαι, *jugulatum eſſe*, melius omnino. Ibidem vitiata ſunt hæc verba, ὡς οὐδενὸς ἐπείγοντος (ἅτε μηδενὸς δεινοῦ ὄντος) ᾔει, ὑπώπτευσέ τε αὐτούς. Non enim admittunt aures eruditæ repetitionem vocularum ὡς & ἅτε, prorſus idem ſignificantium. Itaque Dionis hanc ſcripturam probabimus, ὡς οὐδενὸς ἐπείγοντος, οὔτε δὴ τινὸς δεινοῦ ὄντος, ᾔει ὑπώπτευσέ τε αὐτούς, &c.

355. f. Pro ὑπερπτάμενοι, legitur apud Xiphil. ὑπεριπτάμενοι.

AD LIBRUM XLVIII. DIONIS.

357. p. Quo loco poſt libri periochen de conſulibus eorum annorum agitur, Λούκιος Ἀντώνιος Μ. υἱὸς Πιέγας ſcribitur. Id *Piegas* Xylander omiſit in recenſione conſulum Latina. Dubitat etiam, quid eo de vocabulo ſtatuendum, quum is L. Antonius apud alios cognomen *Pætus* habuiſſe legatur. Equidem omni remota dubitatione, tum apud Dionem Πίετας, tum apud alios *Pietas* ſcribendum adfirmo, de cauſa, quam paulo poſt ex ipſo Dione, me commonſtrante, lector intelliget. Ibid. f. Hæc verba, Καῖσαρ δὲ τόν τε Λέπιδον, ἂν τι παρακινῇ, κολοῦσαι (præceſſit ἀνεδέξατο,) non ignoro equidem, poſſe retineri, quum illud κολούειν Dionium eſſe, de locis aliis pareat. Nihilominus etiam alicui Dio videri poſſit uſus verbo κωλῦσαι, quod æque idoneam ſententiam reddit, & a Xiphilino heic poſitum eſt.

360. p. Hic ille locus eſt, de quo citra dubitationem colligitur, L. Antonio, Marci fratri cognomen fuiſſe *Pietas*; non *Piegas*, nec *Pætus*. Ait enim expreſſe Dio, διὰ τὴν πρὸς τὸν ἀδελφὸν εὐσέβειαν, καὶ ἐπωνυμίαν ἑαυτῷ Πίεταν (repone Πίετας) ἐπέθετο. *Propter pietatem*, inquit, *erga Marcum fratrem, indiderat ſibi cognomen, ut Pietas diceretur.* Itaque cauſam non habuit interpres, cur ita potius hæc efferret: *Pii quoque cognomen ſibi propter ſuam in fratrem pietatem ſumpſerat.* Ibidem paulo poſt, pro τὰ ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἔθνη διέχοντα, ſcribendum διέποντα, *provincias Aſianas adminiſtrantem:* non *populos Aſianos ſub ſe habentem*, ut interpres vertit ex lectione vitioſa. Rurſus ibidem, loco illius, πλὴν εἰ τις τῶν ἐστρατευμένων ἐν δωρεᾶς μέρει λαβών, reponendum initio, πλὴν εἴ τίς τι τῶν ἐστρατευμένων (& cetera) λαβών.

362. p. Pro καὶ ἄκων ὑποκατέκλινε, dico ſcripſiſſe Dionem ὑποκατέκκλινε, quod e triplici præpoſitione compoſitum eſt verbum. Et omnino pertinet huc illud ἐκκλίνειν, ut quivis facile perſpicit.

363. m. Contra leges ſermonis Græci legitur heic ſcriptum illud, τὴν γοῦν αἰτίαν τῆς διαφορᾶς οὐκ αὐτὸς, ἀλλ' ἐκείνους ἔξειν ἐνόμισεν. Etenim caſu diſſident inter ſe αὐτὸς & ἐκείνους, quum convenire deberent. Ergo fortaſſe reponendum, αἰτίαν τῆς διαφορᾶς οὐχ αὐτὸν, ἀλλ' ἐκείνους ἔξειν ἐνόμισεν. Retineri tamen etiam poteſt, obtenta velut ἐλλείψει quadam, οὐκ αὐτὸς ἑαυτὸν, ἀλλ' ἐκείνους ἔξειν ἐνόμισεν. Ib. f. ſine ullo ſenſu legimus heic βουλὴν καλλίγαν, aut καλίγαν, (quod ſolum Xylander adtigit) itemque *ſenatum caligam*, etiam apud Xiphilinum, in verſione Latina. Quis enim hoc intelligat, niſi coacta quadam interpretatione? Quapropter revocanda germana Dionis ſcriptura, βουλὴν καλίγων (adde interjecta) ἀποκαλοῦντες: unde ſponte ſua manat ſenſus facilis & verus, *milites illos, quibus arbitrium cauſæ commiſerat Cæſar, appellatos fuiſſe ab adverſariis ſenatum caligarum, ab uſu caligarum vel ſubligaculorum militarium. Subligacula* namque Dioni ſunt ὑποδήματα, non *calcei*, nec *militare veſtimentum*, ut Xylander reddidit. Ibidem legitur, ὥστε μηδένα ἄλλον (adde intermedia) στρατιώτας τρέφειν, ubi præſtat ſcribi, ὥστε μηδένα ἄλλως (& cetera) στρατιώτας τρέφειν.

364. f. Pro τῶν προσαφῃρημένων, reponendum προσαφῃρημένων, ex cauſa per ſe manifeſta.

367. m. Minime quidem integra eſt in hiſce verbis oratio, πόλεις ὑπηγάγετο, καὶ στρατιώτας τε ἀπ' αὐτῶν (τῆς Σικελίας πόλεων ſcilicet) πλείους, καὶ Κύϊντος Κορνουφίκιος ἐκ τῆς Ἀφρικῆς ἔπεμψε. Ne prolixus ſim, videtur ita ſcripſiſſe Dio: πόλεις ὑπηγάγετο (nimirum Siculas) καὶ στρατιώτας τε ἀπ' αὐτῶν πλείους ἔλαβε, καὶ ἄλλους Κόϊντος Κορνουφίκιος ἐκ τῆς Ἀφρικῆς ἔπεμψε. Subjungendum obiter, videri Κόϊντος rectius ſcribi, quam Κύϊντος: & *Cornuficium* potius dicendum, quam *Cornificium*, ex orthographia neglecta quidem a noſtris, at a Græcis obſervata; quibus in hoc genere plurima debemus, ut *Ahenobarbos, Fufios, Mæcenates, Fetiales, Munatios, Calpurnios, Sulpicios, Hirtios, Poplicolas, Cornuficios*, & alios; pro quibus vitioſe librarii noſtri *Ænobarbos, Fuſios, Mecœnates, Fæciales, Munacios, Calphurnios, Sulpitios, Hircios, Publicolas, Cornificios*, ſcripſere.

369. p. Pro καὶ τούτῳ τὸν Λέπιδον, ſcribendum κἂν τούτῳ. Ibid. m. τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀμελεῖσθαι, mutandum in τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀφελέσθαι. Nam melius hoc, quam Xylandri ἀνελέσθαι, quod *effoſſum* vertit, aliena quadam ſignificatione. Noſtrum illud ἀφελέσθαι, *caput ademptum* denotat. Sic inferius, lib. 49. pag. 401. ἱερωσύνην ἀφελέσθαι, de *ſacerdotio adempto* dixit. Linea ſequente, ὡς καὶ ἐκ τούτου νικήσοντι retineri quidem id poſſe videtur, ſed concinnius, meo ſane judicio, ἐπὶ κώμακος, ὡς καὶ ἐκ τούτου νικήσοντα, περιφέρειν.

373. f. Pro τῆς πρὸς ἐκείνους βραδυτῆτος, ſcribe τῆς πρὸς ἐκεῖνον, ſcilicet *Sextum Pompejum*: rurſus ex οὔτε τῇ Ἰταλίᾳ ἐπ' ἐκείνους ἐπεκούρησεν, faciendum δι' ἐκείνους, videlicet τοὺς Πάρθους.

374. p. ὥστε καὶ ἀντιπάλους, Xiphilino ἅτε καὶ ἀντιπάλους, recte.

375. p. κοσμήσαντες, ἔς τε τὰς πανηγύρεις mutandum in κοσμήσαντες, τάς τε πανηγύρεις (cum ceteris intermediis) θεωρεῖν ποιήσαντες.

377. p. Pro τέλη τινὰ ὑπ' αὐτῶν [illegible], ſcribendum προσκαθίστη. Nam dicere vult, *præter vectigalia priora, fuiſſe nova quædam adhuc inſtituta.* Sequens autem periodus aliter a me reddita, quam ab interprete, qui temere mutandum παρὰ in κατὰ [illegible] adfirmat.

378. p. Notandum obiter, πρὸς τὰ τοῦ χρόνου μέρη, tantundem Dioni ſignificare, ac ſi dixiſſet, πρὸς τὰ τοῦ ἐνιαυτοῦ μέρη, vel πρὸς τὰ τοῦ ἔτους μέρη, *ad partes anni.* Quod quidem nominis χρόνου ſignificatum, Græcis recentioribus uſitatiſſimum eſt.

379. p. Non hæc integra eſt oratio, [illegible] ἀθρόοι, (ſic enim mutandum prius illud, ἀθρόον) καὶ [illegible] θόμενοι . . . . καὶ τῆς [illegible] ἐπιθυμοῦντες [illegible]. Quivis ſane videt, vocem εἰρήνης veſtigium quaſi quoddam exhibere nobis alterius, quæ periit [illegible] Dionis ſcriptura ſit, καὶ ἀχθόμενοι τῷ πολέμῳ [illegible] εἰρήνης ἐπιθυμοῦντες.

380. m. Pro ὄντος μὲν οὖν ὁ πόλεμος [illegible] ὄντως μὲν οὖν ὁ πόλεμος [illegible] δὲ ἐς χεῖρας οἱ ὑπομένοντες [illegible] ἐξέωσε, vel reſtituendum illius [illegible] loco, verbum [illegible], vel [illegible] ſcribendum, ἐς χεῖρας οἱ ὑπομένοντες [illegible] ἐξέωσε.

383. m. Pro ταῦτά τε εἰπόντων, [illegible] εἰπόντων, ut ſignificet *eadem*.

384. p. Quod apud Dionem legitur, *συνοικοῦσα δὲ ἡ γυνὴ τῷ Καίσαρι*, rectius apud Xiphilinum eſt, *συνοικοῦσα δὲ ἤδη τῷ Καίσαρι*, *quum jam Cæſaris uxor eſſet*. Ib. f. in his verbis, *τῶν περὶ τὴν Ἴστιν ἐπαναστάντων αὐτῷ*, non de Xylandri ſententia dumtaxat illud *περὶ τὴν Ἴστιν* mutandum in *περὶ τὴν Τίγγιν*: ſed potius & *περὶ τὸν Τίγγιν* ſcribendum, & pro ſequentibus, *ἐπαναστάντων αὐτῷ*, reponendum *ἀπαναστάντων αὐτοῦ*, quemadmodum ſcripſiſſe Dionem, liquido paret. Quin etiam interpres ipſe ſic Dionis verba reddidit imprudens. Nam alioqui dicere debuiſſet, lectione priori ſalva: *Interimque conſurgentibus in eum Tingitanis*.

387. m. *χρήματα παρά τε τῶν πολιτικῶν, καὶ παρὰ τῶν συμμάχων*, potius ſcribendum *παρά τε τῶν πολιτῶν*, &c. Rurſus ibidem f. pro *καὶ ἐκπονῆσαι ἐξασκῆσαί τε τὸ ναυτικὸν*, rectius fuerit *ἐκποιῆσαι* niſi fallor.

389. p. Pro *πυρὸς ὁμοφυοῦς ὄντος*, legitur apud Xiphilinum *ὁμοφυοῦς οἷον ὄντος*. Unde vera lectio colligitur, *ὁμοφυοῦς οἱ ὄντος*.

390. p. Hæc verba, *λόγος γε ἔχει, καὶ τῶν κακούργων τινὰς ἐς αὐτὸ τὸ θέατρον ἐν προσωπείοις, ὡς καὶ ὑποκρινομένους τι, ἐσελθόντας συγκαταβάλλειν τὰ χρήματα*, ſine dubio vitiata ſunt in vocabulo *κακούργων*, & in extremo quid amiſerunt. Nec enim ita Græci loquuntur, *λόγος ἔχει τινὰς συγκαταβάλλειν τὰ χρήματα*, ſed *τινὰς συγκαταβεβληκέναι τὰ χρήματα*. Et quid eis opus erat, ut in theatro perſonati pecuniam conferrent? Si neſciri volebant hoc, ſane pecuniam conferre clam poterant, extra theatrum, omni abſque periculo. Prorſus etiam abſurdum, homines flagitioſos tantam virtutis in Oppio rationem habuiſſe, cui flagitioſos videmus infeſtos eſſe ſolere. Quapropter equidem primum puto, pro *κακούργων*, vobabulum *πανούργων* reponendum: poſteriora vero ſic emendanda; ut ſcribamus, *ἐσελθόντας πεῖσαι συγκαταβάλλειν τὰ χρήματα*. Sic integritati ſuæ verba cum ſenſu reſtituta videmus, quem tibi margo verſionis exhibet. Addo pro voce *πανούργων* heic retinenda, nonnusquam ea ſignificari *γελωτοποιούς*, cujusmodi erant hiſtriones & illi perſonati, quorum heic mentio. Eodem & illa Æſchylea videntur adludere: *Ναύτῃσι θερμοῖς καὶ πανουργίᾳ τινι*. Noti namque ſales & jocularia nautarum. Ibidem linea penultima, pro *ἀποπλεῖν αὐτοὺς*, repone *ἀποπλεῖν αὐτὸν*, ſcilicet *Antonium*, ut ipſa loci verba manifeſte teſtantur.

AD LIBRUM XLIX. DIONIS.

393. f. In hiſce verbis, *διὰ τοῦτο χρόνῳ καὶ ἀγχώμαλα ἐπὶ πλεῖστον ἠγωνίσαντο*, ſcio defendi *χρόνῳ* poſſe; ſed caveri nequit tamen, quin duriuſcula ſit oratio. Præſtabit igitur ita ſcribi, *διὰ τοῦτο χρόνον καὶ ἀγχώμαλα ἐπὶ πλεῖστον ἠγωνίσαντο*, vel etiam ingrata vocum trajectione mutata, *διὰ τοῦτο καὶ ἀγχώμαλα χρόνον ἐπὶ πλεῖστον ἠγωνίσαντο*, quod aures delicatæ libentius admittent.

394. m. pro *δυοῖν ὄυν παρῆνει*, rectius apud Xiphilinum legitur, *δεῖν οὖν παρῄνει*.

395. m. Membrum hoc, *ἄποροι δεινῶς ἐγίγνοντο*, Xylander omnino cum præcedentibus cohærere negat. Id equidem verum eſſe non infitior, ſi præcedentia relinquantur inemendata; nimirum hæc, *καὶ αὐτῷ προσβαλόντες καὶ ἱππεῖς καὶ ψιλοὶ πόῤῥωθεν*, (adde intermedia) *ἄποροι δεινῶς ἐγίγνοντο*. At vero ſi ſcriptura vitioſa ſuam ad integritatem hoc modo reducatur, *καὶ ὡς αὐτῷ προσέβαλον καὶ ἱππεῖς καὶ ψιλοὶ πόῤῥωθεν, ἄποροι δεινῶς ἐγίγνοντο*· nihil amplius auctoris ſententiæ deeſt, & ſignificatum proprium vox *ἄποροι* retinet, ad ipſum Cornuficium, & milites ejus ſimul referenda; non ad hoſtes, uti putabat Xylander.

398. m. Illud *μήτε τοῖς προήκουσι ἔτη*, vitiatum eſt dubio procul in *προήκουσί ἔτη*: quod equidem fuiſſe ſcriptum a Dione puto, *προέχουσί ἔτη*, ſenſu aperto.

399. p. Pro *καὶ πρώτως ἐς αὐτὴν ἐσεληλύθει*, rectius ſcriberetur, *πρῶτος ἐς αὐτὴν* &c.

400. m. In hiſce verbis, *τὸν στέφανον τὸν δάφνινον * ἐκεῖνος* &c. quo tollere poſſis aſteriſcum, ſcribe *τὸν στέφανον τὸν δάφνινον φέροιεν, ἐκεῖνος τούτῳ τῷ ναυτικῷ χρῷτο*. Sic enim locus integer erit. Ibid. f. pro *καὶ τὸ ἐφ᾽ ἵππους ἐσελάσαι*, reponendum *ἐφ᾽ ἵππου ἐσελάσαι*.

401. m. Quum Xylander *Στατίῳ* mutandum ait in *Παλατίῳ*, dicit aliquid. Diſſimulare tamen non debeo, magis adhuc integram fore lectionem, ſi *ἐν τῷ Παλατιείῳ* ſcribatur, videlicet *ὄρει*, quæ vox ſubintelligi ſolet, ac elegantis *ἐλλείψεως* cauſa non exprimi. Loca Dionis huic ſimilia lector hæc habeat. Libro 53. pag. 507. *ἐν τῷ Παλατίῳ ὁ Καῖσαρ ᾤκει*. Non dubito, ſcripſiſſe Dionem, *ἐν τῷ Παλατιείῳ* (vel *Παλατίνῳ*) *ὁ Καῖσαρ ᾤκει*. Rurſus eodem libro, pag. 515. f. quum legitur, *ἡ οἰκία ἡ ἐν τῷ Παλατίῳ ὄρει*, magis evidenter etiam paret, *ἐν τῷ Παλατιείῳ ὄρει* ſcribendum. Quippe nemo *Παλάτιον ὄρος* unquam dixit. At *Παλατῖνον ὄρος σύμπαν* expreſſe legitur in Nerone Dionis, lib. 62. pag. 709. m. Alibi etiam *Παλατίειον* reperitur. Ceterum magis heic corruptus eſt locus alius, ibid. p. 401. in hiſce verbis, *Μεσσαλᾶν τὸν Οὐαλέριον, ὃν τρόπον ἐν ταῖς προγραφαῖς ἐτεθανατώκει*. Xylander *τρόπον* mutandum cenſet in *πρότερον*, ego potius in *πρὸ τοῦ*. *Antonii* vero nomen, ſive de ſententia Xylandri quis addat ex ſuperioribus, lib. 47. pag. 333. f. ubi dicitur *ab Antonio Meſſala morti addictus*, ſive non addat, parum refert: quandoquidem proſcriptus ab uno de tribus illis viris, etiam a reliquis duobus conſenſu tacito neci deſtinatus videbatur.

402. p. Pro *διαλαβὼν ἐπὶ Κέρκυραν*, ſcribendum *διαβαλών*. Id enim eſt *trajicere*.

404. p. Quod ineſt hiſce verbis vitium, *οὔτ᾽ ἂν διάβασιν αὐτοῖς ἐπέθετο*, ſic emendandum putat Xylander, ut *κατὰ* præpoſitionem, & articulum *τὴν* addat, *οὔτ᾽ ἂν κατὰ τὴν διάβασιν*, Mihi ſimplicior ratio corrigendi videtur, ſi nihil inſeratur, abſque cauſa evidenti. Fiet autem illud hoc modo: *οὔτ᾽ ἂν διαβᾶσιν αὐτοῖς ἐπέθετο*. Quilibet iſta recte conjungi videt, *οὔτε διαβαίνουσιν, οὔτε διαβᾶσιν ἐπέθετο, nec trajicientes, nec trajectos invaſit.* At alterum *ταυτολογίαν* quandam habet, *non prohibere tranſitu, & in tranſitu non adoriri*.

406. m. Non recte ſcripta leguntur iſta, *τοῦτο μὲν ἐπὶ τοῦ Ἀγρίππου καὶ ἐπὶ τοῦ Γάλλου ὑπατεύοντος ἐγένετο*. Triplex autem modus emendandi, vel ut ſcribatur, *τοῦτο μὲν τοῦ Ἀγρίππου καὶ τοῦ Γάλλου ὑπατεύοντος ἐγένετο*: vel, *τοῦτο μὲν τοῦ Ἀγρίππου καὶ τοῦ Γάλλου ὑπατευόντων ἐγένετο*: vel denique, *τοῦτο μὲν ἐπὶ τοῦ Ἀγρίππου καὶ ἐπὶ τοῦ Γάλλου ὑπάτων ἐγένετο*· quod equidem ceteris præfero. Paulo poſt, pro *ἄλλαι τε καὶ τρεῖς*, reponendum *καὶ ἄλλαι τε, καὶ τρεῖς τῶν Ῥωμαίων πόλεις*.

408. m. Pro *τὴν νευρὰν τοῦ τόξου ψάλλων*, rectius legitur in manuſcriptis Sylburgii, de legationibus, *τὴν νευρὰν τοῦ τόξου ψαύων*. Ibid. f. Hæc incluſa parentheſi verba, *καὶ ἑτέραν τινὰ ὁδὸν (ἣν γὰρ ἦλθον ἀποκεκλεῖσθαι σφίσι παντελῶς νομίζοντες) διερχόμενοι*, nemo non animadvertit a Dione ſic non fuiſſe ſcripta. Quippe Græci ſermonis proprietas requirebat, ut diceretur, *ἣν γὰρ ἦλθον ἀποκεκλεῖσθαι σφίσι παντελῶς ἐνόμιζον*. Ego vero ne temere quid mutem, ſic ſcripſiſſe Dionem arbitror: *καὶ ἑτέραν τινὰ ὁδὸν, ἥνπερ ἦλθον, ἀποκεκλεῖσθαι σφίσι παντελῶς νομίζοντες, διερχόμενοι* & cetera.

412. p. Pro *τινὲς τῶν ἀφεθέντων τε ἐστασίασαν, καὶ μηδὲν λαβόντων*, rectius ſcribes, *τινὲς τῶν ἀφεθέντων*,

ὅτι ἐστασίασαν, καὶ μηδὲν & cetera. Qua quidem exigua mutatione facta, conſultum ſententiæ loci, quam Xylander non eſt adſecutus, uti colliges ex notatis ad marginem.

AD LIBRUM L. DIONIS.

421. f. Non ſine mutatione ſcripturæ Dionis legi arbitror, ἐκ μαγγανείας τινὸς γεγονέναι ἔδοξεν, idque ſic reſtituendum, ut ſcribas, ἐκ μαγείας τινὸς γεγονέναι. Atque hoc a me non abs re dici, vel hinc probo. Paulo poſt, in oratione Cæſaris ad milites ſuos, pag. 435. p. ejuſdem rei mentionem fieri videmus, his verbis: ὑπ' ἐκείνης τῆς καταράτου μεμάγευται, *Antonius deteſtabilis illius mulieris incantamentis eſt circumventus*, μεμάγευται dicit, non μεμαγγάνευται· quo ſane quum Dio non uſus ſit, μαγγανείας etiam vox admitti pro Dionia vix poterit. Nec id tantum hoc loco irrepſit, ſed etiam lib. 60. pag. 661. Scio, quid ex Heſychio, Suida, & aliis, in contrarium adferri poſſit: ſed Dionis ego voces ex ipſo Dione adgnoſco.

424. p. Monet quidem Xylander, τὰς ναῦς τὰς προσπλωτὰς videri potius adpellandas προπλωτὰς, ſed in ipſa interpretatione ſua vocabulum omittit. Ego προπλωτὰς, *naves actuarias* eſſe, notavi ad marginem. Dicitur enim πρόπλους, & ἐπακτρὶς, *ejuſmodi navis; quæ ſimul & remis, & velis utitur.* Cujuſmodi ſunt *actuariæ*, quæ ſpeculandi & explorandi cauſa naves alias præcedere ſolent, unde dictæ προπλωταί.

429. m. Hæc verba nonnihil etiam Xylandri confeſſione mutila ſunt, ἐξ ὧν τοῦ μὲν, τὸ ῥᾳδίως τι μὴ δεδιέναι, τοῦ δὲ, τὸ μὴ προχείρως . . . εἴθισμαι. Putat autem vel ita ſuppleri poſſe, τὸ μὴ προχείρως θαρρεῖν: quod repetitum ſtatim e præcedentibus, habere locum nequit. Dixerat enim, ἐφοβήθην, ἐθάρσησα. Nec Dio ſcripſiſſet, ἐκ τοῦ θαρσῆσαι εἴθισμαι μὴ προχείρως θαρρεῖν. Vel διακινδυνεύειν abeſſe conjicit, quod itidem neque præcedentibus, neque ſubjectis reſpondet, adeoque nihil habet ſimile cum ullo heic poſito verbo. Dum vero proxime ſequentia conſidero, εὐτύχησα, ἔπταισα· & quæ his opponuntur, μὴ ἀπογινώσκειν, & μὴ ὑπερφρονεῖν: animadvertere videor in hoc ὑπερφρονεῖν veſtigium aliquod amiſſi ſuperius verbi, quod ei ſignificatu ſit adfine, ſicut ἀπογινώσκειν illi prius poſito δεδιέναι quodam modo reſpondet. Id vero fuerit reapſe, meo quidem judicio, ἐπαίρεσθαι: quod cum ὑπερφρονεῖσθαι prope geminum eſt, & huc quam aptiſſime videtur quadrare, modo recte ſingula ponderentur: ἐξ ὧν τοῦ μὲν, τὸ ῥᾳδίως τι μὴ δεδιέναι· τοῦ δὲ, τὸ μὴ προχείρως ἐπαίρεσθαι, εἴθισμαι. ne dicam, verbis his ineſſe ſimilitudinis aliquid, quæ plane nulla Xylandreis prius indicatis eſt cum εἴθισμαι. Dixi, quod ſentio, ſcopum adtigerim, nec ne, judicent acutiores.

431. m. Nec interpres, nec Stephanus, hunc locum, φιλανθρωπεύσονταί τινι νικήσαντες, οἱ καὶ πρὶν κρατῆσαί τι πεποιηκότες; integritati ſuæ reſtituerunt, quam habiturus eſt, ſi legatur, φιλανθρωπεύσονταί τι νικήσαντες, οἱ καὶ πρὶν κρατῆσαι, τοιάδε πεποιηκότες.

433. p. Pro his τετρήρεις δὲ καὶ δεκήρεις, plenius apud Xiphilinum legitur, τετρήρεις δὲ καὶ πεντήρεις, καὶ δεκήρεις.

438. p. Quo loco legitur in Græco ζάλη πολλὴ, Xylander *multam grandinem* vertit. Hoc ſi non fecit incogitanter, aut ſi veterem ſecutus eſt interpretem, utrique Dio ſcripſiſſe videtur χάλαζα πολλή.

439. p. Pro καί τι κἀκ τούτου ὡς διὰ βραχέος ἐργασάμενοι, melius legi ex epitomis Xiphilini, καί τι καὶ τούτους (adde intermedia) ἐργασάμενοι, exiſtimavit interpres. At quis horum ſenſus obſecro? nequit is certe de verbis interpretis percipi, quæ diverſum aliquid ſonant. Ergo ſic corrigenda potius hæc, καί τι κατὰ τούτων ὡς διὰ βραχέος ἐργασάμενοι, de quibus jam ſententia margini adſcripta eruitur.

AD LIBRUM LI. DIONIS.

444. m. Nullum vidit Xylander in hiſce [illegible] οἵ τε ἐν τῷ τεταγμένῳ ἔτει καὶ τότ[illegible] & tamen ea quoque non ita reddidit, ut ſona[illegible] tim, οἵ τε ἐν τῷ τεταγμένῳ ἔτι καὶ [illegible] ac Dionis ſententiam cum ſcriptura dub[illegible] queris. Ait enim, *milites etiam illos, quo[illegible] garios tunc adhuc merebant, partim a ducibus inhibitos, potiſſimum vero ſpe divitiarum illectos Ægyptiacarum, a rebus novis abſtinuiſſe.* Addendum obiter, ἐν τῷ τεταγμένῳ ὄντας ſignificare *milites gregarios*, tam heic, quam alibi; quod interpres haud animadvertit. Exempla lector alia hæc habeat. Libro 41. pag. 182. v. ult. τοὺς μὲν ἐν τῷ τεταγμένῳ στρατευομένους, ubi reddit Xylander; *ex delectu militantes.* At *gregarios* dicere debuit. Item lib. 52. pag. 481. m. πλὴν τῶν ἐν τῷ τεταγμένῳ ἐστρατευμένων, ubi prorſus illa, ἐν τῷ τεταγμένῳ, præteriit; tantum *ſtipendia merentes* exponens; quum dicere debuerit *milites, qui meruerint inter gregarios.* Dicunt etiam ſimpliciter Græci quidam ἐντεταγμένους, pro *gregariis*, qui & ἐγκύκλιοι. Ibidem inferius, pro κἀκ τούτου, rectius apud Xiphilinum legitur, κἀκ τούτων, ſcilicet τῶν ἐπιστολῶν, quod præceſſit.

447. m. Adpoſitum vides aſteriſcum hiſce verbis, ἐπεὶ δ' οὔτε προσδέξεσθαι αὐτὸν · * καὶ προσέτι, &c. Stephanus & Xylander adjecto ἠθέλησε, locum ſupplent. Ego ſimplicius, οὔτε προσδέξεσθαι (non ut illi, προσδέξασθαι) αὐτὸν ἔφη, καὶ προσέτι, cum reliquis. Sic aſteriſco non amplius erit locus.

456. m. Exiſtimavit Xylander, in his verbis, τά τε γὰρ νικητήρια αὐτῷ ὡς καὶ τῆς Κλεοπάτρας, ſcribi rectius ὡς κατὰ τῆς Κλεοπάτρας: itidemque faciundum pag. ſeq. princ. ut pro ὡς καὶ τῶν Αἰγυπτίων, reponatur ὡς κατὰ τῶν Αἰγυπτίων. Sed ita ſuperius etiam locum Dionem, haud obſervarat. Unus nobis locus ſufficiat e libro 43. pag. 223. m. Τὰ ἐπινίκια τῶν τε Γαλατῶν, καὶ τῆς Αἰγύπτου, τοῦ τε Φαρνάκου, καὶ τοῦ Ἰόβα., (cum ceteris interjectis) ἔπεμψε. Nullum heic καὶ reperitur ante τῶν Γαλατῶν, vel τοῦ Φαρνάκου, quod in κατὰ mutari poſſit.

459. m. Pro τῆς τε Κλεοπάτρας καὶ τῆς [illegible], ſcribendum neceſſario, τῆς τε Κλεοπάτρας, τῆς [illegible] λήνης, quum diverſus ſit horum ſenſus.

460. p. Ultimum in his de Rhinocerote, [illegible] κατ' αὐτὴν τὴν ῥῖνα προσέχει mutandum in [illegible] ſenſu manifeſto.

461. m. Vitium non leve relictum heic ab [illegible] ante nos, in illis; καὶ πρὸς τῷ Κέδρῳ τῷ ποταμ[illegible] ναν. Scribendum enim πρὸς τῷ Ἔβρῳ, qui [illegible] nobilis hodie Μαρίτζης dictus, in regionibus illis reperitur, *Cedrus* autem nullus. Hoc αὐτόπτης ipſe regionum earum, adfirmare pro certo poſſum. Ibidem f. Legitur heic Baſtarnarum regis *Deldonis* nomen, corruptum ex *Deddone.* Non enim Δέλδωνα, ſed Δέδδωνα ſcribendum ajo. Præbuit occaſionem voci corrumpendæ ſimilitudo litteræ Λ cum Δ, quæ hac figura pingitur a Græcis etiam in litteris non capitalibus, ut vocant, ſed minutis. Idem factum lib. 56. pag. 580. m. in verbo προείδετο, quod illic vitiatum ex προείλετο reperitur: & libro 47. p. 343. legebatur antea Δεκίλιος Σέξας, qui verius Δεκίδιος Σάξας adpellandus eſt. Et hi *Baſtarnæ* natio quædam erant Germanica, quod nomen ipſum prodit; ſicut & *Getæ*, poſtea *Gothi* nominati. *Deddonis* ſive *Dedonis* nomen adgnoſcunt Germani, quemadmodum & Ῥώλου, quod ſta[illegible] Eſt enim iſtim heic ſequitur, Getarum regi tributu[illegible] lud *Rolo*, quod Francorum in hiſtori[illegible] invenitur, contractum ex *Rodolfo*, Gallis hodieq[illegible], Saxonibus *Rolen*, ſive *Rolef*.

AD

AD LIBRUM LII. DIONIS.

468. f. Pro τῇ δὲ δὴ προαιρέσει τῇ τῆς μοναρχίας ἐναντίοι φύντας, legendum vel τῇ δὲ δὴ προαιρέσει τῇ μοναρχίᾳ ἐναντίοι φύντας, vel τῇ προαιρέσει τῆς μοναρχίας ἐναντίοι &c.

469. p. Xylander & Stephanus in hiſce verbis, ἅτε τοσαύτης οἰκουμένης ἄρχοντας, retinuerunt illud ἄρχοντας, cujus cauſa Dionis ſententiam alio detorſit interpres, quæ planiſſima ſe ſtatim offert, ſi reponas ἄρχοντα, idque referas ad ipſum Auguſtum, τοσαύτης οἰκουμένης ἄρχοντα.

474. p. Pro ἐκεῖνα δὲ δὴ καὶ καλὰ καὶ χρήσιμα, ſcribendum ἐκεῖνα δὲ δὴ (ſcilicet παραινῶ σοι, ex ſuperioribus) ἃ καὶ καλὰ &c.

475. p. ὁλκὰς καὶ μεγάλη, πλήρης ὄχλου, mutandum in ὁλκὰς καὶ μεγάλη καὶ πλήρης ὄχλου. Melius hoc, quam ſi καὶ deleatur ante μεγάλη, & oratio reddatur ἀσύνδετος.

478. f. Pro καὶ τὴν ἄλλην τινῶν δυναστείαν, repone τὴν ἄλλων τινῶν δυναστείαν.

479. p. καὶ ἔθνη, τὰς πόλεις ἁπάσας, ſcribendum integrius, καὶ ἔθνη καὶ τὰς πόλεις.

483. p. Ubi legitur, τοὺς ἄλλους πάντας ἄνευ τε ὅπλων, καὶ ἄνευ τειχῶν ζῆν, Xylander vocem τειχῶν aperte mendoſam dicit; quid pro ea ſubſtituat, incertus. Reddidit etiam pro eadem, *rem bellicam*: nulla ſane, meo quidem judicio, ratione. Nam Dio τειχῶν ſcripſit, & *caſtella munita* intelligit, in quibus militum præſidia collocantur: quodque nunc τείχη dicit, paulo ante χειμάδια vocavit, *hiberna* ſcilicet *militum*, quæ munitionibus ſuis nunquam carent.

487. p. Illa verba, τούτων τινὰ κατὰ τῶν ἐστρατηγηκότων, ἢ καὶ ἐκείνων, κατὰ τῶν ὑπατευκότων, ſic in medio mutanda ſunt, ut ſcribatur, ἢ καὶ ἐκείνους κατὰ τῶν ὑπατευκότων: ut ἐκείνους (videlicet ἐστρατηγηκότας) ψῆφον φέρειν, (hoc enim præcedit) conjungantur. Licebit etiam, ἢ καὶ ἐκείνων τινὰ ſcribas eodem ſenſu.

491. p. Non recte ſcriptum hoc, τῇ μὲν οὖν γνώμῃ, καὶ τὸ μηδὲν &c. mutari debet in καὶ τῷ μηδέν. Conjungenda namque, τῇ γνώμῃ, καὶ τῷ μηδὲν ἐπιθυμεῖν, εἰρηνικώτατον εἶναί σε χρή.

492. p. Pro ἐπευχόμενοί τινα τῇ τε ἀρχῇ, καὶ τῇ σωτηρίᾳ τῇ τε τύχῃ, ſcribendum in extremo τῇ τε σῇ τύχῃ: ut fortuna non generaliter, ſed ipſius intelligatur Auguſti.

494. p. Illa verba, ὥστε καὶ ἐν εἰκόσιν ὄνομα αὐτοκράτορος σχεῖν, ita reddidit interpres, *Vicies quidem imperator dictus*. Prorſus hoc extra oleas. Non enim ea mens Dionis, ſed ait *Auguſtum ita nomen imperatoris accepiſſe, ut etiam ipſius imagines nomen imperatoris præferant.* Nam quod interpres nobis dat, ſic Græce Dio extuliſſet: ὥστε καὶ εἰκοσάκις ὄνομα αὐτοκράτορος σχεῖν, quod tamen ipſum vix equidem verum de Auguſto crediderim.

AD LIBRUM LIII. DIONIS.

Quæ legebantur initio libri verba, τότε μὲν ταῦτα ἐγένετο, quum libri præcedentis concluſio ſint, ſuo loco reſtitui. Xylander autem ea prorſus, & in fine præcedentis, & hujus initio, reliquit ſuo quodam modo. Solet enim plurimis in locis ab auctore ſcripta quædam omittere, quaſi ſupervacanea, & indigna, quæ interpretetur; uti toto lector opere perſpiciet eadem a me adjecta, qui vix ejuſmodi licentiam probare poſſum; licet haud ignorem, quibus rationibus nitatur & excuſetur.

500. m. Loco illius οὐδ᾽ ἀναγκαζόμενοι προσιέμεθα, repone προϊέμεθα. Id enim eſt, *non coactum dimittere*: quum alterum illud ſit *admittere*, vel *adpetere*, ſenſu plane contrario.

506. m. Pro καὶ γὰρ τοῦτο, repone κατὰ γὰρ τοῦτο, ſic exigente loci ſententia.

507. p. Pro δεκετηρίων διαδοχῇ rectius apud Xiphilinum δεκαετηρίδων διαδοχῇ. Ibidem pro ἔν τε τῷ παλατίῳ ὁ Καῖσαρ ᾤκει, rectius ſcribi ἔν τε τῷ Παλατίνῳ, vel Παλατείῳ, ſuperius oſtenſum, Rurſus pagina hac inferius, quo loco leguntur hæc ὥσπέρ τινα σεπτὸν, ἀπὸ τοῦ σεβάζεσθαι, deſunt poſteriora, ἀπὸ τοῦ σεβάζεσθαι, in libro Xiphilini, recte. Nam irrepſerunt e gloſſa cujuſdam. Ibidem aliquot aſteriſci ſunt, qui denotant, aliquid abeſſe. Priorem locum ita poſſe ſuppleri, arbitror equidem: καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ καὶ ἀκριβὴς μοναρχία τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴν εἶχε. *μοναρχία γὰρ, & cetera. Nec dubito, ſic a Dione ſcriptum fuiſſe. Sequitur, τὸ μὲν γὰρ ὄνομα αὐτὸ, in quo potius τὸ μὲν γοῦν ὄνομα αὐτὸ legemus. Et frequenter illa, γὰρ & γοῦν, apud Dionem inter ſe permutata, ſæpius indicatum. Rurſus ibidem ſtatim, ἐς αὐτοὺς ἀνακειμένου, exiſtimem rectius ſcribi, ἐς αὐτοὺς νῦν ἀνακειμένου. Quippe νῦν præteritum videtur, ob ſimilitudinem cum ſyllaba prima in ſequenti ἀνακειμένου. Accedamus ad alterum locum mutilum, ſic notatum aſteriſco, καὶ νῦν * τῆς τῶν τιμητῶν καθίστανται. Quid ab aliis dictum, omitto. Mea quidem opinione ſic reſtitui poſſit: καὶ νῦν ἔτι, πλὴν τῆς τῶν τιμητῶν, καθίστανται διάγεται δὲ, cum ceteris. Sunt autem hæ conjecturæ; quæ manuſcriptorum auctoritatem deſiderant.

509. p. In his verbis, πᾶσαν τὴν τῆς πολιτείας ἰσχὺν περιβέβληνται, apud Xiphilinum pro τῆς πολιτείας reperitur ſcriptum τῆς βασιλείας ἰσχύν. Senſus autem hujuſmodi fuerit: *Ad hunc modum ex his reipublicæ popularis nominibus omnem regni poteſtatem accipiunt: adeoque regibus etiam propria, ſi quæ ſunt, extra ipſius adpellationis invidiam habent.* Ibid. m. pro πολιτεία οὕτω ποτὲ, Xiphilinus recte legit πολιτεία οὕτω τότε. Rurſus ibid. f. pro δι᾽ ἀπορρήτων γίγνεσθαι ἤρξατο, rectius δι᾽ ἀπορρήτου apud eundem.

510. p. Hæc verba, ἔν τε γὰρ τῇ Ῥώμῃ συχνὰ, καὶ παρὰ τῷ ὑπηκόῳ αὐτῆς πολλὰ, plenius ſcripta repeiuntur apud Xiphilinum; ἔν τε γὰρ τῇ Ῥώμῃ συχνὰ, καὶ ἔξω ταύτης παρὰ τῷ ὑπηκόῳ. hoc eſt, *Etenim permulta cottidie Romæ*, (vel *in urbe*) *multa extra Romam, &c.* Ibidem mox, ἐς ὅσον ἐνδέχεται, melius apud eundem, ὅσον ἐνδέχεται.

510. m. Pro illis, ὃ μὴ καὶ ἐκείνῳ ἤρεσκε, ſcripſit Xiphilinus, ὃ μὴ καὶ ἐκεῖνον ἤρεσκε. Sæpius quidem ita Dio loquitur.

515. f. Etiam his, τῷ μὲν Μεσσάλᾳ ἀργύριον ἐχαρίσατο, *Meſſalam argento donavit*, præferenda videtur Xiphilini lectio, τῷ μὲν Μεσσάλᾳ ἄλλην οἰκίαν ἐχαρίσατο, *Meſſalæ domum aliam dedit.* Ibidem ſtatim ſequitur, τὸν δὲ Ἀγρίππαν [ὁ Αὔγουστος] σύνοικον ἐποιήσατο, quod ſic reddidit interpres: *Agrippam* [Auguſtus] *in ſuam domum ad ſe recepit.* Non ea mens Dionis erat, ſed dicere volebat, *Auguſtum communem Agrippæ cum Meſſala domum a Meſſala redemiſſe; quo ſolus eam incolens Agrippa, vicinus Auguſti efficeretur, ob ædium conjunctionem,* quæ proprie συνοικία eſt, ceu paret ex ſequenti libro, pag. 523. m. ubi verba leguntur iſthæc, οἱ τὰς συνοικίας νύκτωρ φυλάσσοντες, *qui noctu vicinas invicem domos cuſtodiunt.* Itaque τὸν Ἀγρίππαν σύνοικον ἐποιήσατο, nihil eſt aliud, quam; *Agrippam ſibi vicinum fecit.*

516. f. Loco mutilo remedium de manu exaratis petendum. Quod autem ſtatim ſequitur, καὶ ἄλλη τις στρατιὰ καινὴ, rectius ſcribetur ἄλλη τις στρατεία καινή. Non enim *exercitum novum*, qui στρατιὰ καινὴ, eſt, ſed *novam expeditionem*, quæ καινὴ στρατεία eſt, narrat inſtitutam Dio. Sæpiſſime vero voces hæ permutatæ vetuſtis in libris repeiuntur. Ibidem pro πᾶν τὸ μεταξὺ τοῦ σώματος, legitur apud Xiphilinum, πᾶν ἕτερον μέρος τοῦ σώματος,

τες, *per omnes alias corporis partes.* Incertum, ita ne ſcriptum invenerit; an Dionem voluerit explanare.

AD LIBRUM LIV. DIONIS.

523. p. Hunc locum fatetur Xylander ſe non intelligere, εἰ μὴ καὶ ἐπὶ δίκῃ τινὶ καὶ ψηφιϑείσας περιεῖδε καὶ γενομένας, & integrum eſſe negat, vere quidem hoc dicens. Nec reddi poterat, niſi prius emendatus. Sic autem corrigetur, εἴγε καὶ ἐπὶ δίκῃ τινὰ καὶ ψηφιϑέντα περιεῖδε, καὶ γενόμενα, Senſus autem commodiſſimus ad libri marginem adjectus.

524. p. Pro τὸ βασίλειον ἀπέλαβε, plenius aliquantulum Xiphilinus, τὸ βασίλειον αὐτῶν ἔλαβε.

525. m. Hæc Dionis, Λακεδαιμονίους τοῖς τε Κυϑήροις (malim Κυϑήροις) καὶ τῇ συσσιτίᾳ ἐτίμησεν, ita reddidit interpres: *Lacedæmonios Cytheris donavit, convictuque ſuo honoravit.* Pro συσσιτίᾳ dixit *convictum ſuum*, hoc eſt Auguſti; quaſi Lacedæmonios conviviis & menſæ ſuæ adhibuerit dum illic ageret. Exiguum vero beneficium id fuiſſet, & exigui temporis. Itaque rectius dicemus, *Auguſtum inſtituiſſe pro Lacedæmoniis epulas publicas, & ad eas ſumtum contuliſſe;* quod vere dignum erat opus Auguſti magnificentia. Nimirum hoc reapſe συσσιτία vocabatur, ut etiam de Polluce colligitur. Simile quiddam eſt συσσίτιον, ſed potius ea voce Dioni *convivia* denotantur, exempli gratia, ſtatim ab initio libri hujus ait, pag. 522. p. τῶν συσσιτίων τὰ μὲν παντελῶς κατέλυσε, τὰ δὲ πρὸς τὸ σωφρονέστερον προέστειλε, *Convivia quædam protinus ſuſtulit, quædam ad frugalitatem contraxit.* Ubi tamen ſi quis accipere *convivia publica* velit, non admodum refragabor. Xylandri quidem interpretatio non admittenda, qui dixit, *alia collegia ſublata prorſus, alia correcta.* Ibid. f. pro his, τά τε σημεῖα αὐτῶν, ſcripſit eclogarum auctor, τά τε σημεῖα τοῦ Κράσσου.

526. m. His verbis, τῷ πατρίῳ σφίσι τρόπῳ ἀεὶ ἄρχεσθαι, deeſſe quiddam putat interpres, ad exprimendam integram ſententiam; idque dicit eſſe συνεχώρησεν, aut aliud tale. Conſiderandum vero prius erat, an non id verbum, quod abeſſe judicabat, inter hæc alicubi vitiatum latitaret. Quod ſi feciſſet accurate, reperiſſet εἴα, quod illi ἀεὶ tranſpoſitis literis ineſt: ut omnino fuiſſe ſcriptum a Dione fateamur, τῷ πατρίῳ σφίσι τρόπῳ εἴα ἄρχεσθαι. Sic illo συνεχώρησε non opus eſſe videmus.

527. m. Corrupte legitur, ὑπάτευε μὲν δὴ ἐν τῷ ἔτει ἐν ᾧ Γάιος Σέντιος. Nullus enim in his ſenſus integer. Itaque ſi pro ἐν τῷ ἔτει ἐν ᾧ ſcribas ἐν τῷ ἔτει ἐχομένῳ, ſalva erunt omnia, niſi quis ἐνισταμένῳ malit, quod ego non probo,

528. p. pro τὰ μὲν ἄλλα ὡς ἅτε καὶ ἀναγκαῖα ἐδέξατο, quærenda ſcriptura integrior, quum illud ὡς ἅτε tolerari nequeat, ob tautologiam. Erit autem hæc, τὰ μὲν ἄλλα, ὅσα γε καὶ ἀναγκαῖα, ἐδέξατο.

531. m. Illæc, ὅτι ἰδίᾳ γνώμῃ ἐκείνῃ ἐγίγνετο, præſtat ita ſcribi, ὅτε ἰδίᾳ γνώμῃ ἐκείνου ἐγίγνετο, ſenſu margini adjecto. Ibidem legitur, ἄνδρα ὃν σὺ ἀρχιερέων ἔτι καὶ νῦν περιορᾶς ὄντα. non recte quidem. Nam aut, ὃν σὺ τῶν ἀρχιερέων, (cum interjectis) περιορᾶς ὄντα, reponendum: aut potius, ὃν σὺ ἀρχιερέα περιορᾶς ὄντα, quod mihi probatur. Quippe Græcis ἱέρεως vel ἀρχιέρεως, pro ἱερεὺς vel ἀρχιερεὺς, dici non puto.

534. p. Paret e verſione, non legiſſe Xylandrum, αὖϑις ἐστάλκει, *rurſus miſerat;* ſed εὐϑὺς ἐστάλκει, quum interpretetur, *ſtatim miſerat.* Itidem paulo poſt, διὰ τἆλλα τὰ προγενόμενα, *quæ tum præterea accidere,* dixit. Atqui προγενόμενα ſunt ea, quæ jam ante acciderunt. Itaque vertit, ac ſi ſcriptum reperiſſet προσγενόμενα. Sequitur ibidem, interjecta linea dumtaxat una, καὶ μύρμηκες πόῤῥω τῆς ἀγορᾶς συνεστράφησαν, ubi negatio deeſt, οὐ πόῤῥω τῆς ἀγορᾶς, *non procul a foro.*

535. p. Quum ait Dio, καὶ τὸν Ῥῆνον διαβάντες τήν τε Γερμανίαν καὶ τὴν Γαλατίαν ἐλεηλάτησαν, *Rheno tranſmiſſo ex Germania Galliaque* [illegible] male τήν τε Γερμανίαν Xylander inſertum putat, & inducendum omnino judicavit ex ea cauſa, quod trans Rhenum Germania tum nulla fuerit. Habere locum id quidem videtur, ſi Auguſti tempora conſideres. At vero dixerit hoc fortaſſis auctor noſter, ſui reſpectu temporis, quo jam ſe trans Rhenum Germania procul dubio porrigebat, præſertim inferior. Quis Agrippinam coloniam ignorat trans Rhenum ſemper fuiſſe ſitam, non in [illegible] teriore Germanica? De hac tamen audi, [illegible] riſconſultus in titulo Pandectarum de cenſibus [l. ult.] memoriæ prodat, plane coætaneus Dionis. Verba ſunt ejus hæc, *In Germania inferiore Agrippinenſes Italici ſunt juris.* Relinquamus igitur hoc loco ſcripturam, non temere rejiciendam, absque veterum codicum auctoritate. Ibid. f. Male ſcriptum apud Dionem, τεσσαρεσκαίδεκα αὐτὰς ποιῆσαι, atque omnino reponendum e Xiphilino, τεσσαρασκαίδεκα τοὺς μῆνας ποιῆσαι. Ibid. τὰ μὲν ἄχϑεσϑαι σφίσι, rectius apud eundem, τὰ μὲν συνάχϑεσθαι σφίσι. *partim communem cum ipſis indignationem & cetera.*

536. p. Pro σαφηδὸν συννενεμημένα, ſcribendum συννενημένα, Nam prius illud eſt a νέμω, poſterius a νέω, ſæpiusque Dio quum alibi hoc verbo eſt uſus, tum libro 39. pag. 96. f. ubi quomodo itidem corrupte legatur, & emendandum ſit, oſtendimus.

541. p. Occurrit heic rurſus id vitium, quod paulo ante adtigimus. Quippe non ſcribendum, ὅτι τὸν ἀρχιέρεων, ſed ὅτι τὸν ἀρχιερέα ἐν κοινῷ πάντως οἰκεῖν ἐχρῆν. & pag. hac ipſa inferius, pro τῷ ἀρχιέρεω, potius τῷ ἀρχιερεῖ. Sic alibi ſemper Dio loquitur. Nec dici poteſt, Atticum eſſe ἀρχιέρεως, pro ἀρχιερεύς. Non enim ἀρχιέρεως Græcum eſt, ut quemadmodum Μενέλαος Atticis eſt Μενέλεως, etiam iisdem ἀρχιέρεως fiat ex ἀρχιέρεως. Sequitur ibidem ſtatim mentio τοῦ βασιλέως τῶν ἱερῶν. Sic enim ſcribitur, & interpres eandem ſcripturam ſequens, *regem ſacrificulum* dixit, ceu *regem ſacrificulorum.* Atqui ſcribendum erat, τοῦ βασιλέως τῶν ἱερῶν, & pro eo reddendus *rex ſacrorum,* notus Romanis, *regem ſacrificulum* ignorantibus.

542. f. De his verbis, ϑυμιᾶν τε τοὺς βουλευτὰς ἐν τῷ συνεδρίῳ, ὁσάκις ἂν ἕδρα αὐτὸ, [illegible] πρὸς ἑαυτὸν ποιεῖσθαι, (adde cetera interjecta) [illegible] Xylander ait, locum mirum in modum & corruptum & mutilum eſſe. Prius admitto, poſterius nego. Nam ſi tantum illa reſtituas ὁσάκις ἂν ἕδρα αὐτὸ, proque his ſcribas, ὁσάκις ἂν ἔδει αὐτὸ, (ſcilicet τὸ συνέδριον) [illegible] loco plane conſultum fuerit: ut hæc conjungantur, ὁσάκις ἂν ἔδει αὐτὸ (τὸ συνέδριον) ποιεῖσθαι, [illegible] & cetera. Sic autem cum Suetonii verbis hæc conſentiunt, ut ex eo deſcripta videantur. Ait enim, *Quo* [illegible] *probatione & religioſius, & minore moleſtia ſenatoriæ munere fungerentur; ſanxit, ut prius, quam conſiderent, quisque thure ac mero ſupplicaret apud aram ejus Dei, in cujus templo coiretur.*

544. p. Non Χαυκίδας, nec *Chaucos;* ſed Καυχίδας, & *Cauchos,* adpellandos ajo, libri 60. teſtimonio pag. 685. f. In ſequentibus v. hac pag. pro ἐς τὴν Χερσονήσου προσεχώρησε, repono προσεχώρησε: ac ibidem ex Οὐσούτρου, placet Οὐισούργου nomen labis expers facere. Rurſus ibidem f. trajectæ voces, καὶ τῷ Τιβερίῳ, οὐ πρότερον μέντοι παρὰ τοῦ Αὐγούστου ἐδόϑη, ſic ſuo reponendæ loco, καὶ τῷ Τιβερίῳ πρότερον, οὐ μέντοι &c.

545. f. Quod heic legitur, Αὔγουστος ὑπογραφάς τε ἐποιήσατο, mutandum in Αὔγουστος ἀπογραφάς τε ἐποιήσατο. Dicit enim, *Auguſtum* [illegible] *cenſum, quo ſuas quoque facultates perinde, ac ſi privatus quispiam foret, deſcripſerit.*

ſcripſerit. Vix interpretis *index* locum habere poteſt, ac ſi Græce *index* ὑπογραφὴ dicatur.

AD LIBRUM LV. DIONIS.

549. p. Facile quivis intelligit, hæc verba, καὶ οὐκ ἦν οἱ ὅσιον μὴ οὐ τὰ καθήκοντα, & cetera, vitio non carere; propter trium negativarum, οὐκ & μὴ & οὐ concurſum. Quapropter ajo, pro μὴ οὐ, ſcribendum μηδὲ. Ibid. f. interpretatio Xylandri non reſpondet hiſce verbis, τὰ τῶν γεγεννηκότων δικαιώματα χαρίζεται. hoc eſt, *jus eorum, qui liberos procrearunt, largitur.* Nam ipſe reddidit, *Jus trium liberorum largitur*: quaſi ſcriptum repeiſſet, τὰ τῶν τρὶς γεγεννηκότων δικαιώματα χαρίζεται. Ego ſequi repertam in textu lectionem malui. Sed quum poſtea Xiphilinum conſulerem, inveni ſcripturam, quam vere judico eſſe Dioniam, videlicet hanc: τὰ τῶν τοσαυτάκις γεγεννηκότων δικαιώματα, *jus toties parentum,* ſive qui *liberos toties procrearunt.*

550. f. Pro καὶ τὸ τῶν στρατηγῶν, ſcribe καὶ τὸ περὶ τῶν στρατηγῶν. Ibidem pro ἐνομοθέτησαν reponendum ἐνομοθέτησεν, videlicet *Auguſtus.* Et linea ſequente γεγραμμένα προσετέθηκε, mutandum in προσέθηκε.

551. f. Pro illis, ὅτι δ' οὐκ ἐξὸν ὄν, Xiphilinus ſcripſit, ὅτι δ' οὐκ ἐξὸν ἦν. Statim ibidem pro ὅπως ἀλλότριος ὤν, rectius apud Xiphilinum, ὅπως ὡς ἀλλότριος ὤν. Ibid. f. πλὴν τῶν Κανταβρῶν, omnino vitioſum eſt. Non enim ad Rhenum, aut in Germania quærendi Cantabri, longiſſime a Germanis ad Pyrenæos remoti. Vidit hoc Xylander, at mendum haud ſuſtulit: quod heic ſe dicat & ingenium, & auctoritatem ſcriptorum, aut certe memoriam deſtituere. Præſtemus igitur hoc nos, quorum natale ſolum hæc ipſa tangit loca. Dico igitur, illud πλὴν τῶν Κανταβρῶν, mutandum in πλὴν τῶν Καττουαρῶν, & verſu ſecundum hunc tertio, pro οἱ Κανταβροὶ, reponendum οἱ Καττουαροὶ: (niſi quis Sylburgii manu ſcriptos, de legationibus, ſequi malit; qui poſteriore loco Σίγαμβροι, pro *Cantabris* habent) idemque faciundum etiam in verſione, ut pro, *exceptis Cantabris*; ſcribamus, *exceptis Cattuaris*: iterumque *Cantabri* cum *Cattuaris* commutentur. Qui vero fuerint hi *Cattuari,* quæve ſedes eorum, e Tacito, & aliis quærendum cenſeo: quum Notarum opuſculo prolixiores ejuſmodi expoſitiones haud conveniant. Rurſus ibidem ante paulo pro αὐτὸς μὲν ἐν τῇ οἰκίᾳ ὑπέμεινεν, habent m. ſ. Sylburgii de legationibus, ἐν τῇ οἰκείᾳ, recte. *ſuos* (id eſt Romanos) *intra fines ſubſtitit.*

552. p. Pro ἀντὶ τοῦ Δρούσου προσαγαγὼν, repone προαγαγών. Ibid. f. pro ἀπώνητο, ſcribe rectius ἀπώνατο, quod etiam Xiphilinus retinuit.

555. m. Illud τότε in his verbis, ὁποῖα τότε αὐτὸν κατέλαβε, mihi fateor impoſuiſſe; ſenſum ut alium quærerem, margini adſcriptum. Sed pro τότε, legendum omnino ποτὲ, cum Xiphilino, quem Xylander ſecutus eſt; & hæc potius ad marginem collocanda verba: *Ne unquam inciderent ejuſmodi tempora, in quæ olim ipſe incidiſſet; ut minor* 20. *annis conſul fieret.* Ibidem pro εἰκοσιετοῦς, apud Xiphilinum rectius εἰκοσαετοῦς. Ibid. f. Quæ heic leguntur apud Dionem & Xiphilinum verba, Φραάτου δὲ τοῦ τῶν Πάρθων βασιλέως, cum ceteris, usque ad illa, καὶ τὰ οἰκεῖα ταραττόμενα μίσει αὐτοῦ ὑπετόπασε, conferat cum iis, quæ Fulvii Urſini liber de legationibus habet excerpta de Dionis hoc loco, qui volet. Diverſitas, meo quidem judicio, proficiſcitur a legationum operis auctoribus, qui Dionis verba retinere noluerunt, ut obſcuriuſcula; ſed Dionis ſententiam potius, mutatis & adjectis quibusdam, explicandam duxerunt. Quæ vero ſequuntur in opere indicato, arbitror eſſe γνησίως Dionia; ſed noſtris e libris injuria temporum, vel incuria calligraphorum amiſſa. Loquor autem de his: ὁ δὲ δὴ Τιγράνης εὐθὺς μὲν οὐκ ἐπρεσβεύσατο, τοῦ δὲ Ἀρταβάζου νόσῳ ὕστερον τελευτήσαντος, δῶρά τε τῷ Αὐγούστῳ, ὡς καὶ τοῦ ἀντιπάλου ὑπεξῃρημένου, ἔπεμψε, τὸ τοῦ βασιλέως ὄνομα ἐς τὴν ἐπιστολὴν μὴ ἐγγράψας, καὶ τὴν βασιλείαν δῆθεν παρ' αὐτοῦ ᾔτησε. τούτοις οὖν ὑπαχθεὶς, καὶ τὸν πόλεμον ἅμα τῶν Πάρθων φοβηθεὶς, τά τε δῶρα ἐδέξατο, καὶ μετ' ἐλπίδων αὐτὸν χρηστῶν ἐς τὴν Συρίαν πρὸς τὸν Γάϊον ἐλθεῖν ἐκέλευσεν. hoc eſt. *Tigranes vero ſtatim legatos non miſit, ſed quum deinceps Artabazus morbo extinctus eſſet, dona miſit Auguſto, velut adverſario de medio ſublato: tituloque regio literis haud inſcripto, regnum ab eo petiit. Auguſtus his adductus, & bellum præterea Parthicum veritus, tum ea munera accepit, tum bona cum ſpe Tigranem in Syriam ad Cajum proficiſci juſſit.* Ceterum poſt hæc verba, quæ heic modo adſcripſimus, arbitror in contextu Dionis ſtatim collocandos illos aſteriſcos tres, qui poſt decem & octo lineas a Xylandro fuere poſiti, vel utrobique locum iis dandum, ut conſtet, aliqua deeſſe.

556. f. Tolle rurſus vitioſum vocabulum, ὅτι ἀρχιερέως ἦν, & ἀρχιερεὺς pro eo ſubſtitue: cujus emendationis rationes ſuperius bis expoſitæ. Si Xiphilinum ſequamur, qui ἀρχιερέως ſcripſit, ſubaudiendum οἰκία, *Sive quod pontificis quum eſſet domus,* & cetera.

557. m. Trajectas haſce voces & verba, πολλῶν τε πολλοὺς ἀκριβῶς ἐλευθερούντων, διέταξε τήν τε ἡλικίαν, ita ſuo quælibet loco reſtitue; πολλῶν τε πολλοὺς ἐλευθερούντων, ἀκριβῶς διέταξε τήν τε ἡλικίαν, &c.

558. Non longe a pr. In his verbis, οὔτε γε καὶ σοὶ, ἀλλὰ καὶ τῇ ἡγεμονείᾳ. bis abundare καὶ copulam, paret e Xiphilino, qui ſcripſit οὔτι γε σοὶ, ἀλλὰ τῇ ἡγεμονείᾳ.

559. m. Ubi legitur, Λέγ', ἦ δ' ὅς, ὁ Αὔγουστος, ὅ, τι δήποτε & cetera, redundat ὁ Αὔγουστος, per illud ὃς jam ante denotatus. Itaque ſcribi debet: Λέγε, ἦ δ' ὅς, ὅ, τι δήποτε τοῦτό ἐστιν. Irrepſit autem ὁ Αὔγουστος in textum, vel quod ad marginem explicandi illius ὃς cauſa id eſſet adſcriptum, vel ſupra ipſum ὃς notatum; ut ſciri poſſet, quis per hoc intelligeretur. Ibid. f. pro illis, οὐκ ἐκεῖνοι οἵ τι φοβούμενοι μισοῦσιν, apud Xiphilinum legitur, οὐκ ἐκεῖνοι μόνοι, οἵ τι φοβούμενοι, quod plenius.

560. f. Putat Xylander, hiſce verbis, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν τἄλλα, τοὺς μὲν μείζοσι, & cetera, hiulcum quiddam ineſſe, quod ſupplendum ſit hoc modo, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν τἄλλα πλημμελούντων. Ego tantum unica vocula τἄλλα nonnihil repurgata, ſcripturam auctoris & ſenſum, etiam absque illo πλημμελούντων, hoc modo reſtituo: καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, τοὺς μὲν μείζοσι & cet.

561. p. Hæc verba, ὡς νῦν γε πολλοὺς μὲν φθόνῳ, πολλοὺς δὲ ἐπιθυμίᾳ χρημάτων, ἄλλους ἀνδρίας φόβῳ, καὶ μάλα ἄλλους δ' εὐγενείας δόξῃ κτείνειν δοκοῦμεν· & heic corrupta leguntur, & apud Xiphilinum mutila ſunt. Ex utrisque lectionem hanc integram conficiundam ajo: ὡς νῦν γε πολλοὺς μὲν ἐπιθυμίᾳ χρημάτων, ἄλλους ἀνδρίας φόβῳ, καὶ μάλα ἄλλους ἀρετῆς τινὸς φθόνῳ, ἄλλους δ' εὐγενείας δόξῃ κτείνειν δοκοῦμεν hoc eſt, *Qui nunc ex opum cupiditate multos, alios metu fortitudinis, rurſusque alios ex invidia virtutis alicujus, alios ob gloriam nobilitatis necare exiſtimamur.*

562. p. Vitiatus hic locus eſt, οὐχ ὅπως ὑπ' αὐτῶν ἐκείνων τι λυπῶνται, ἀπολλύναι, ἀλλὰ τὸ πάντας, ἂν οἷόν τε ᾖ, σώζειν δύνασθαι. Nam, ut omittam priora, perſpicuum cuivis eſt, ὅπως αἱ προστασίαι δύνασθαι, nequaquam juxta ſermonis Græci leges recte dici; quæ requirunt, ut hoc modo loquamur: ὅπως αἱ προστασίαι ἀπολλύναι καὶ σώζειν δύνωνται. Quapropter ita locus redintegrator: οὐ μὰ Δί', οὐχ ὅπως, ἂν ὑπ' αὐτῶν ἐκείνων τι λυπῶνται, ἀπολλύναι· ἀλλὰ καὶ πάντας, ἂν οἷόν τε ᾖ, σώζειν δύνωνται. Atque ita legiſſe Xylander ab initio videtur.

videtur. Nam ſequentia quidem, incertum quam ob cauſam, omiſit. Ceterum quum his ita ſcriptis, Xiphilinum denique conſulerem; inveni quidem ejus clariora quædam & pleniora verba, ſed quæ paraphraſis eſſe Dioniorum ab initio videantur. ὀυ μὰ Δία, inquit, ὀυχ ὅπως ὑπ' αὐτῶν ἐκείνων τὶ λυπῶνται. καὶ ἐυκλεέστατόν ἐστιν, ὀυ τὸ πολλοὺς τῶν πολιτῶν ἀναιρεῖν (pro quo eſt apud Dionem ἀπολλύναι) ἀλλὰ τὸ πολλοὺς (Dioni πάντας) τῶν πολιτῶν σώζειν δύνασθαι. hoc eſt, *Non profecto, non ut ab illis ipſis offendantur. Adeoque glorioſum in primis eſt, non multos cives e medio tollere; ſed multos cives ſervare poſſe.* Si tamen ſequenda ſcriptura Xiphilini, videri poſſit is e Dione ſic locum in opus ſuum tranſtuliſſe: ὀυ μὰ Δία, ὀυχ ὅπως ὑπ' αὐτῶν ἐκείνων τὶ λυπῶνται. καὶ ἐυκλεέστατόν ἐστιν, ὀυ τὸ πολλοὺς τῶν πολιτῶν ἀπολλύναι, ἀλλὰ τὸ πάντας, ἂν οἷόν τε ᾖ, σώζειν δύνασθαι, id eſt, *Non profecto, non ut ab illis ipſis offendantur. Adeoque glorioſum inprimis eſt, non multos cives perdere; ſed omnes, ſi fieri queat, ſervare poſſe.* Quæ ſane lectio mihi quidem maxime probatur, eam præſertim ob cauſam, quod integre colloquium hoc Xiphilinus exſcripſerit; non, ut in aliis factum, excerpſerit. Rurſus ibidem, uno dumtaxat interjecto poſt ultima verſu, legitur; ὅπως σωφρονῶσι, καὶ προσέτι μὴ δυνηθῶσι. Xylander ἁμαρτάνειν abeſſe putat, ut Dio dixerit, καὶ προσέτι μὴ δυνηθῶσιν ἁμαρτάνειν. Ego vero non arbitror ita temere quid in contextum adſciſcendum, ſed prius conſiderandum, an veteris ſcripturæ veſtigium aliquod exſtet. Id percommode ſe nobis heic offerre videtur in illo προσέτι, cujus ultima ſyllaba repeti debuerat a calligrapho, ut integre ſcilicet ſcriberetur: καὶ προσέτι τὶ μὴ δυνηθῶσιν. Nam ita verbo adſciticio non erit opus. Et facit ad confirmandam hanc ſcripturam, quod ſtatim ſequitur ultima linea, ὥστε μηδὲν ἔτι δεινὸν δρᾶσαι, quod idem eſt cum προσέτι τὶ μὴ δύνασθαι. Horum vero, ſicut & præcedentium, ſenſus adſcriptus eſt margini. Quum autem iſta quoque prius exaraſſem, ac deinde Xiphilinum, qui peregrinanti ad manum non erat, cum Dione contuliſſem: reperi locum ab eo pleniſſime Dionis e libris exſcriptum, adjectis verbis non paucis, quæ noſtro in Dione deſiderantur, hunc quidem in modum. παιδεύειν μὲν γὰρ αὐτοὺς, καὶ νόμοις, καὶ ἐυεργεσίαις, καὶ νουθεσίαις δεῖ, ὅπως σωφρονῶσι· καὶ προσέτι καὶ τηρεῖν καὶ φυλάττειν, ἵνα κἂν ἀδικεῖν ἐθελήσωσι, μὴ δυνηθῶσιν. hoc eſt, *Ac legibus quidem, & beneficiis, & admonitionibus eos inſtituere debet princeps, ut in officio maneant: prætereaque tum eos obſervare, tum cavere; ut, tametſi lædere velint, non poſſint.* Hæc nimirum vere Dionia ſunt, non aliqua Xiphilini paraphraſis; quum is deſcripſerit hæc omnia, ceu dictum, non excerpſerit; nec liberius additis quibusdam ſuis, ut alibi, ſuas in eclogas retulerit.

563. p. Pro ἐλπίζοντες πλείω ἀνθυποίσεσθαι, Xiphilinus habet ἀντιποιήσεσθαι.

565. p. Obiter monere lectores hoc loco volui, eſſe Dionis iſta de militibus Evocatis, εἰσὶ καὶ νῦν σύστημα ἴδιον, ῥάβδους φέροντες, verbis his ab interprete non recte reddita; *Sunt una adhuc legio peculiaris, ſuos habens faſces.* Nimirum ait auctor, *Evocatos adhuc ſuo tempore fuiſſe peculiare militum corpus, & auctoritatis cauſa, qua præſtabant ſupra ceteros milites, baculos geſtaſſe ſingulos, inſtar centurionum.* Noti ſunt illi baculi centurionum, hodieque *regiminis* vulgo dicti, a faſcibus diverſi, qui nullis unquam centurionibus fuere conceſſi. Hos autem baculos ſive ῥάβδους, a Græcis etiam σκῆπτρα fuiſſe nominata, luculente Pandectes Turcicus noſter oſtendit. Additor hoc etiam, pag. præcedente 564. f. legi τὸ πρῶτον στρατόπεδον Ἀθηναῖον. Id Xylander *legionem Athenienſem primam* interpretatur, itidem ſiniſtre. Nam *Minerviam* dicere debuit, παρὰ τῆς Ἀθηνᾶς, ſive a *Minerva* ſic adpellatam; ut eadem pagina, τὸ στρατόπεδον Ἀπολλώνειον, ab *Apolline legio* dicitur *Apollinaris*. Et conſimili ratione Diocletianus ille Jovius, & Maximianus Herculius, legiones *Jovianorum & Herculianorum* a ſe [illegible]. *Athenienſes* vero *legiones* ullas apud Romanos [illegible] unquam fuiſſe, qui doceat, arbitror fore neminem.

566. f. Poſt hæc verba, καὶ μονομαχίας ἀγῶνες [illegible] τῷ Δρούσῳ πρός τε τοῦ Γερμανικοῦ [illegible], καὶ πρὸς Τιβερίου Κλαυδίου Νέρωνος, τῶν [illegible] ποιοῦντο, (id eſt, *certamina gladiatorum, Druſi cauſa* [illegible] *liis, Germanico Cæſare, Tiberioque Claud. Nerone,* [illegible] *exhibita*) poſt hæc igitur apud Xiphilinum [illegible] jusmodi quædam: καὶ ἐν αὐτοῖς (ſcilicet τοῖς ἀγῶσιν) ἐλέφας τε ῥινοκέρωτα κατεμαχήσατο, καὶ ἀνὴρ ἱππεὺς, πλούτῳ ποτὲ προενεγκὼν, ἐμονομάχησεν. Hæc ego Dionia prorſus eſſe judico, locumque ſic omnino reſtituendum, ut integer factus, hanc ſententiam contineat: *Iis in certaminibus ludisve gladiatoriis, elephantus rhinocerotem pugna ſuperavit, & vir ordinis equeſtris, qui olim fuerat opulentus, gladiatorio more dimicavit.* Nam quod Xiphilinus pro μονομαχίας ἀγῶνες, ſuppoſuit ἱπποδρομίας: per oſcitantiam, vel errorem, factum. Quippe dici nequit, in circenſibus vel elephantum cum rhinocerote commiſſum, vel equitem cum gladiatoribus congreſſum fuiſſe.

567. m. Ubi ſpatium relictum ante illa verba, *Eodem tempore multa bella exſtiterunt*, arbitror inſerendum Dionis fragmentum, a Xiphilino conſervatum; quum nusquam id vel hoc, vel ſequenti libro, quod equidem ſciam, reperiatur. Καὶ ἐπειδὴ καὶ τῷ γήρᾳ καὶ τῇ τοῦ σώματος ἀσθενείᾳ ἔκαμνεν ὁ Αὔγουστος, ὥστε μὴ δύνασθαι πᾶσι τοῖς δεομένοις τὶ αὐτοῦ χρηματίζειν, τὰ μὲν ἄλλα αὐτὸς μετὰ τῶν συνέδρων καὶ διεσκέψατο καὶ ἐδίκαζεν, ἐν τῷ Παλατίῳ ἐπὶ βήματος προκαθήμενος· τὰς δὲ πρεσβείας, τάς τε παρὰ τῶν δήμων, καὶ τὰς παρὰ τῶν βασιλέων ἀφικνουμένας, τρισὶ τῶν ὑπατευκότων ἐπέτρεψεν, ὥστ' αὐτοὺς χωρὶς ἕκαστον καὶ διακούειν τινῶν, καὶ ἀπόκρισιν αὐτοῖς διδόναι, πλὴν τῶν ὅσα ἀναγκαῖον ἦν τήν τε βουλὴν καὶ ἐκεῖνον ἐπιδιακρίνειν. hoc eſt. *Quum autem Auguſtus tam propter ſenium, quam propter imbecillitatem corporis, omnibus aliquid ab eo flagitantibus reſpondere non poſſet: cetera quidem ipſe cum adſeſſoribus, in palatio pro tribunali ſedens, & cognovit, & judicavit;* [illegible] *legatos, quotquot a populis, & a regibus venerant,* [illegible] *conſularibus commiſit, qui ſinguli ſeparatim eos* [illegible] *auditis reſponſa darent: exceptis iis rebus, de quibus* [illegible] *& ſenatus decreto, poſt illorum cognitionem, op*[illegible] hil, inquam, tale reperitur heic apud Dionem, niſi quod ſub finem libri, pag. 571. p. pars horum aliqua [illegible] tingitur, & amplius adjicitur; *Auguſtum, dat*[illegible] *teſtate, ut etiam absque ſe de plerisque cauſis cogno*[illegible] *greſſu in publicum deinceps abſtinuiſſe.* Sequenti [illegible] bro pag. 586. f. leguntur hæc verba: ταῖς τ[illegible] τρεῖς καὶ τότε βουλευταὶ ἐχρημάτισαν, hoc [illegible] *tunc etiam tres ſenatores reſponſa dederunt.* S[illegible] legitur, antea conſtitutum fuiſſe, ut hoc [illegible] quam in his verbis; quæ ipſe quum non reperiam in [illegible] to Dione, cedo, me quis oculatior, ubinam [illegible] pore, nobis indicet.

567. f. Nomen fluminis Ἐρύγρου Xylander [illegible] jectura mutandum in Ῥήνου putat, & hiſce P[illegible] bis opinionem ſuam confirmat; *Ad quadringe*[illegible] *liarium a Rheno, usque ad flumen Albim, qui S*[illegible] *mundurorumque fines præterfluit, Romanus c*[illegible] *ductus exercitus.* Ea tamen verba ſi dilige[illegible] raſſet, facile deprehendiſſet, ſuæ illa refrag[illegible] Nam ad Rhenum caſtra Romani habebant. [illegible] fecturus e caſtris illis in Germanos Tiberius [illegible] ad Rhenum usque progreſſus: ſed potius ex[illegible] a Rheno ad Erygrum prius, inde ad Albim [illegible] ſe, quod Vellejus ait *ante nunquam ſpe con*[illegible]

opere tentatum fuiſſe. Quapropter Ἐρύγρου nomen expurgemus, ut deterſa labe, famoſi illius noſtri Οὐεσούργου vocabulum heic a Dione poſitum adgnoſcamus, ſuperius etiam corruptum a librariis. Ita locum videmus explicatum. Licet enim ſupra *Viſurgis* & Οὐίσουργος ſcriptum legamus, heic Οὐέσουργος: nihil tamen hoc movere nos debet, quum hodieque nonnulli e vulgo *Viſeram*, alii *Veſeram* proferant.

568. p. Facile perſpici poteſt aliquod in hiſce verbis eſſe vitium, καὶ τὴν ἡλικίαν σφῶν ἀνθοῦσαν εἶδον, οὐκέτι διεμέλλησαν. Id vero tolletur hoc modo, καὶ τὴν ἡλικίαν σφῶν ἀνθοῦσαν εἰδόντες, οὐκέτι διεμέλλησαν. Sic conſtat oratio.

569. m. Quo loco leguntur hæc verba, κατά τε τῆς πανηγύρεως τῆς μεγάλης ηὔξατο, vitium ſcripturæ Xylander animadvertit, ſed remedium non adhibuit. Fuerit autem hoc, ſi ſcribas, καὶ τὰ τῆς πανηγύρεως τῆς μεγάλης ηὔξατο.

570. m. Pro ῥίζαις χρώμενοι πονηθῆναι, requirunt Græcæ linguæ rationes, ut ſcribatur, ῥίζαις χρωμένους πονηθῆναι.

AD LIBRUM LVI. DIONIS.

578. f. Pro ὑπὸ Κυΐντου Πουπλίου Σεκούνδου, ſcribendum Κοΐντου Πομπαίου Σαβίνου.

580. m. Hic tactus ille ſupra locus eſt, ubi pro οὐδὲν ἔτι τοῦ χωρίου προέδετο, reponendum προείλετο. Paulo poſt, inter illa, οἱ πολέμιοι, καὶ αὐτὸς μὲν, copula καὶ locum non habet.

581. f. Pro ἐπὶ βήματος αὐτῷ καθημένῳ προαχθεὶς, omnino ſcribendum προσαχθείς.

582. f. Pro τέως μὲν κατὰ βραχὺ, Xiphilinus habet ἕως μὲν κατὰ βραχὺ, recte. Sententia verborum hæc, *Dum paullatim, & via quadam, adhibita cautione,* [Germani] *ea dediſcerent.* Nam μετὰ φυλακῆς, non a Xylandro reddi debuit, *In cuſtodia habiti.*

584. m. Ubi legitur, τότε γὰρ ἡμέρα πορευομένοις σφίσιν ἐγένετο, vix dubitem reponere, τότε γὰρ ἡ ἡμέρα πορευομένοις σφίσιν ἐξεγένετο, ſenſu margini adſcripto. Ut enim heic de die dixit, ἡ ἡμέρα ἐξεγένετο, ſic pagina ſequenti princ. viciſſim de nocte ait, νὺξ ἐπεγένετο. Pag. eadem f. pro λογιμωτάτους ponemus ἐλλογιμωτάτους, auctore Xiphilino.

586. p. Pro μέλισσαι περὶ τοὺς βωμοὺς κηρία ἀνέπλασσον, ſcribendum ἐνέπλασσον, ut alibi Dio loquitur in Marino.

588. m. προστασίαν τῶν κοινῶν τὴν δεκέτιν, τὴν πέμπτην, Xiphilinus τὸ πέμπτον (adde interjecta) ἔλαβε, *quinta vice accepit*, recte. Ibidem infra, pro κελεύων ἄλλους τινὰς αὐτῶν πόρους ἐπιζητῆσαι, Xiphilinus ſcripſit, ἄλλους τινὰς αὐτὴν πόρους ζητῆσαι: ut vocem αὐτὴν referamus ad τὴν βουλὴν præcedentem. Ibid. m. in his verbis, πρότερον γὰρ καθ' ἔκμηνον, prius legebatur καθ' ἕκαστον μῆνα, pro quo Xylander aut καθ' ἑξάμηνον, aut καθ' ἔκμηνον ex edito Xiphilino reponendum exiſtimabat. Licet autem poſterius hoc H. Stephanus non modo probaverit, ſed etiam in contextum admiſerit: ego tamen in ea ſum opinione, ut ex καθ' ἕκαστον μῆνα, judicem colligi veram Dionis ſcripturam poſſe, nimirum καθ' ἕκτον μῆνα. Quod ἔκμηνον adtinet, tametſi ſæpius ita ſcriptum occurrat apud Dionem, tamen arbitror, ἑξάμηνον magis eſſe probandum.

589. m. Vitioſe ſcriptum illud, τό, τε στοιχεῖον ἐκεῖνο τὸ τὸν ἑκατὸν ἀριθμὸν, ita corrigendum; τό, τε στοιχεῖον ἐκεῖνο τὸν ἑκατοστὸν ἀριθμὸν &c. Rurſus ibid. f. pro ἐδόκει οἱ καὶ πᾶσι πάντα καταλλαγήσεσθαι, reponendum ἐδόκει οἱ, καὶ πᾶσι, πάντη καταλλαγήσεσθαι, quorum ſenſus ad marginem notatus.

590. f. δύο μέρη τοῦ κλήρου expoſuit Xylander *beſſem hereditatis*, qui Suetonio *ſextans eſt, cum parte media.* Sic igitur in margine libri noſtri ſcribendum. Idem faciundum pagina 455. f. hujus editionis noſtræ.

591. m. Mendum minime ſilentio prætereundum his ineſt verbis, καὶ ἐς μηδένα ἀναρτᾶν αὐτὰ παρῄνεσε σφίσιν. Etenim ſcripſiſſe Dionem haud dubito, καὶ μὴ ἐς ἕνα ἀναρτᾶν αὐτὰ παρῄνεσε.

594. m. En iterum corruptam vocem ἀρχιέρεως, & in ἀρχιερεὺς commutandam, ut oſtenſum aliquoties.

595. f. In hiſce verbis, τίς δ' ἂν ἄμεινον τοῦ Αὐγούστου τῆς ἰδίας μόνης, μήτοι γε καὶ ἄλλων ἀνθρώπων τοσοῦτον ἦρξεν; Stephanus μόνης putavit in μονῆς mutandum, quod minime poteſt admitti. Xylander exiſtimat, ellipſi quadam Græca μόνης dici, ut οἰκίας quaſi ſubaudiatur. Ego μόνης ajo reſpicere ad vocem πολιτείας, quæ præceſſit; & pro ἄλλων ἀνθρώπων τοσοῦτον ἦρξεν, dico reponendum, ἄλλων ἀνθρώπων τοσούτων ἦρξεν. Sententiam margo lectori exhibet.

596. f. Pro οὐδὲ γὰρ ἄλλως, neceſſario ſcribendum οὐδὲ γὰρ ἐγὼ ἄλλως, colligitur ex ὑμεῖς, quod ſtatim ſubjicitur, & illi ἐγὼ reſpondet.

597. f. Requirunt Græcæ linguæ leges, ut pro καὶ τὰ ὄντα ἀπωλέσαμεν, ſcribamus ἀπολέσαιμεν: idque propter illud ἂν, quod præceſſit.

599. p. τὸ κράτος ἀναμφίλογον, Xiphilino eſt κράτος ἀναμφίβολον.

AD LIBRUM LVII. DIONIS.

603. m. Trajectæ voces ſunt τὸν Γερμανικὸν τῆς τότε Γερμανίας ἄρχοντα, quæ ſic reponendæ, Γερμανικὸν τότε τῆς Γερμανίας ἄρχοντα.

604. f. In his, πρέσβεις δ' αὖθις πρὸς τὸν Τιβέριον, ſcribe potius, πρέσβεις δ' εὐθὺς &c.

605. m. Pro ὑπεκπεμφθέντα, pone ὑπεκπεμφθέντας. Ibid. f. in his verbis, οὐ γάρ που καὶ φρονεῖν οὕτως ἐδόκει, ἐξ ὧν ἑαυτῷ συνῄδει, ἄλλα μὲν λέγοντι, ἄλλα δὲ ποιοῦντι, ὑπελάμβανεν: abundare Xylandro prius illud ἐδόκει videtur, quum ſequatur ejuſdem ſignificati ὑπελάμβανεν. Ego tam facile nihil auſim explodere, ſed potius exiſtimem abeſſe copulam, ut integra ſit hoc modo oratio, οὐ γάρ που καὶ φρονεῖν οὕτως ἐδόκει, καὶ ἐξ ὧν ἑαυτῷ συνῄδει, (cum ceteris interjectis) ὑπελάμβανεν.

608. p. Pro τά τε οἰκοδομήματα (cum interjectis) ποιῶν, rectius apud Xiphilinum ἐκποιῶν, cui *perficiendi* ſignificatus ineſt.

609. m. θυσιοῦσι συνεώρταζε, Xiphilino rectius θύουσι συνεώρταζε.

610. p. Uſitatæ ſunt calligraphis oſcitantibus vocum trajectiones, qualis & hæc eſt, οὔτε τοὺς τότε ἄνδρας δειπνίσαι. rectius enim legemus, οὔτε τότε τοὺς ἄνδρας δειπνίσαι.

611. p. αὐτάγγελος αὐτῷ (cum interjectis) γένηται, plenius apud Xiphilinum, αὐτάγγελος ἐκεῖ αὐτῷ γένηται, *cum nuntium illuc perferret.* Ibid. f. Vitioſe legitur heic, καὶ τοὺς λοιποὺς καθίζων, μὴ διὰ τοὺς οἰχομένους καὶ τὰ τῶν ζώντων προΐεσθαι. Nequit enim, vel ipſius Xylandri confeſſione, (qui &, *Reliquos hortans*, reddidit) illud καθίζων locum habere. Quod quum ipſe non emendaverit, dico recte nos facturos, ſi pro καθίζων reſtituamus Dioni καὶ τοὺς λοιποὺς ἐθίζων, quod *condoceſaciendi* ſignificationem habet, & idoneum loco verbum eſt, ut e margine patet.

612. m. Pro πολλὰς δὲ καὶ αὐτὸς ἐπερωτῶν, ſcribendum vel πολλοὺς δὲ καὶ αὐτὸς ἐπερωτῶν, *multos ipſe Græce interrogans*, vel πολλὰ δὲ καὶ αὐτὸς ἐπερωτῶν, *multa Græce interrogans.* Nam πολλὰς imperitus librarius fecit, reſpectu vocis δίκας, quæ præceſſit, & ad quam πολλὰς referri nequit. Haud enim moris eſt τὰς δίκας ἐπερωτᾶν, *cauſas ipſas, quæ aguntur, interrogare:* ſed *rei* potius, *& actores interrogantur.*

615. f. Illud, ἀναβολήν τινα ἐποιήσατο, hoc eſt, *dilationem fecit*, locum habere non poteſt: ideoque germanam ajo Dionis ſcripturam eſſe, ἀναβολήν τινα ἠτήσατο, *dilationem petiit*.

616. m. Non heic legendum, τά τε ἄλλα συνέςησεν αὐτὴν, quaſi poſterius hoc ad προςασίαν, quæ vox praecedit, referendum eſſet: (quippe nemo ſic loquitur, συνέςησε προςασίαν) ſed τά τε ἄλλα συνέςησεν αὐτῶν, quod reſpicit ad praemiſſam δορυφόρων vocem, ſatis claro ſenſu, quem ad marginem conjecimus.

618. m. Pro οἴκοι διεκομίσθη, rectius apud Xiphilinum οἴκαδε ἐκομίσθη.

AD LIBRUM LVIII. DIONIS.

620. In ipſo libri initio Ῥαλιάριος legitur, interpreti Xiphilini *Retiarius*, quaſi ſcriptum is reperiſſet Ῥετιάριος. Xylander nonnihil emendavit, ſed non integre, dum *Latiarem* vocat. Ego Λατιάλιον ſcribendum dico, & *Latialem* adpellandum. Hic enim eſt *Latinus Latialis* ille Taciti. Corruptam & ſuperius vocem Λαπάρια oſtendimus, ex Λατιάλια, ad p. 351. itemque παρίλια vitiata, quae Παλίλια ſunt.

621. p. Pro κατὰ τῶν ἀναβασμῶν ἐῤῥίφη, Xiphilinus ἀναβαθμῶν ſcripſit recte. Saepius hoc & alibi (ut 624. m. item 628. m.) reperitur apud Dionem vocabulum, ex litterae ϑ pronuntiatione Graecis hodieque uſitata, ſic vitiatum; quod ſemel indicandum putavi. Ibid. m. Nec illa Graeca recte adfecta, οὔτ' ἀποθανοῦσαν (videlicet *Liviam matrem*) αὐτὸς προςέθετο: nec Xylandrea probanda, quibus redduntur, *Neque defunctæ exſequias celebravit*. Exigua mutatio locum illuſtrat, ita ſi ſcribatur; οὔτ' ἀποθανοῦσαν αὐτὸς προέθετο, *nec mortuam ipſe in publico expoſuit*. Sic & ſupra videmus libro 56. pag. 592. p. dici a Dione, προτεθείσης τῆς κλίνης, de Auguſto, cujus extincti corpus in lectum collocatum & expoſitum publice fuerit.

622. f. Pro οὔτε ἑτερός τις, οὔτ' οἰκέτης, verior Xiphilini ſcriptura, οὔτε ἑταῖρός τις, οὔτ' οἰκέτης, *nec amicus, nec ſervus*.

624. f. Pro συνάρχοντα (cum interjectis) ὑποσημαίνοντες ἐδήλουν Xiphilinus ὑποσημαίνοντες ἐπεκάλουν, quod rectius eſſe videtur.

627. m. Ex προσενδεικνύμενοι, faciundum προενδεικνύμενοι, ſenſu eo, quem ad marginem notavimus.

629. p. Xylander haec verba, διὰ φόβου ὑποψίαν (cum interjectis) ἐγίγνοντο, ſic putat emendanda: διὰ φόβου καὶ ὑποψίας ἐγίγνοντο. Mihi vero inſolens illud eſſe dicendi genus, διὰ φόβου γίγνεσθαι, videtur. Itaque ſcripſiſſe Dionem potius arbitror, διάφοβοι δι' ὑποψίαν (cum ceteris) ἐγίγνοντο, quod eleganter a Graecis ita dici ſolet. Ibid. m. pro ἀγγέλλεσθαι habet Xiphilinus aliud verbum ἀγάλλεσθαι, & aptum id quidem huic loco. Sunt etiam prioribus in libris haec inter ſe verba ſaepius permutata. Ibid. f. pro καὶ αὐτῷ καὶ συνθεᾶσθαι, reponendum καὶ αὐτοῖς καὶ συνθεᾶσθαι, ut de ambobus, Macrone Laconeque, intelligatur. Sequutus idem & Xylander.

630. p. Pro οἵ τινες αὐτὸν κολακεύσαντες, neceſſario ſcribendum, οἵ τε αὐτὸν κολακεύσαντες, quia ſtatim ſubjicitur, καὶ οἱ λοιποὶ πάντες &c.

631. p. τέλος τὶ διακοσιοςὴν ἔχον, ἑκατοςὴν ἤγαγε, integrum erit, ſi ſcribas ἐς ἑκατοςὴν ἤγαγε.

633. p. Pro ἐφείσατο δὲ καὶ Λουκίου καὶ Σηϊανοῦ ςρατηγοῦ, ſcriptum reperitur apud Xiphilinum, ἐφείσατο δὲ καὶ Κασσιανοῦ, καὶ Λουκίου Σηϊανοῦ ςρατηγοῦ. *Pepercit & Caſſiano, & L. Sejano prætori*. Ibid. m. pro μὴ πολυπραγμονοῦντας habet Xiphilinus πολυπραγμονεῦσιν, ut reſpondeat ἡμῖν, quod præceſſit. Et linea ſequenti ſimiliter ποιουμένοις, pro ποιουμένους.

634. p. Interpres heic de verbis prius haud emendatis ſententiam non bonam reddidit, ut ex iis deprehenditur, quæ margini adſcripſimus. Vitioſa vero [illegible] μετὰ τοῦτο ἔς τε τὸν δῆμον καὶ ἐς τὸ [illegible] ἥκοντες ἑκατέρῳ (cum interjectis) ἑςιόντες [illegible] quibus ſanandis in hunc modum conſulem[illegible] τοῦτο ἔς τε τὸν δῆμον καὶ ἐς τὸ πλῆθος [illegible] προσήκοντες ἑκάςῳ (cum intermediis) ἑςιό[illegible] κνυντο. Sic reſtitutis verbis, etiam ſenſu[illegible] idoneus, quem in margine vides expreſſum. Ibidem paulo poſt, ἐλάττους προεχειρίζοντο mutandum in προεχειρίζετο, ſcilicet Tiberius, de quo ſuperius etiam dixerat ἑτέρους προχειριζόμενος. Rurſus eadem pag. m. pro ὁσάκις ἂν κεκαθίκει, reſtituendum ὁσάκις ἂν ἐκεκαθήκει. Nam hoc verbum *officii rationem* continet, quod eſt τὸ καθῆκον.

635. p. Licet ἀναίδην non ignorem poſſe defendi, ſcripſiſſe tamen puto Dionem ἀνέδην, cum ſignificatione profuſæ libidinis. Ibid. m. pro τὰ ὀςᾶ αὐτῶν μόνον οὐκ ἐς τὸ βασιλικὸν μνημεῖον κατέθετο, ſcribendum τὰ ὀςᾶ αὐτῶν οὐ μόνον οὐκ ἐς τὸ & cetera. Ibidem ante paulo, pro τὴν θυγατέρα ἐκπρεπῆ οὖσαν, plenius & integrius apud Xiphilinum, οὗτος οὖν τὴν θυγατέρα εὐπρεπῆ οὖσαν.

637. f. Pro ἀπὸ τῆς οἰκίας ἀπάρη, melius reponetur ἀπὸ τῆς οἰκείας, ſcilicet χώρας, ellipſi Græcis familiari.

AD LIBRUM LIX. DIONIS.

644. f. Pro καὶ ἐς τοὺς ἀδελφοὺς ſcribendum ἐς τὰς ἀδελφὰς, ne ſibimet contradicere Dio videatur. Ibid. pro ταῦτά τε, præſtat ponere ταὐτά τε: ac verſu ab hoc tertio, pro ἐν τῇ αὐτῇ προσεδρίᾳ, dubio procul προεδρίᾳ præferendum.

642. p. τούς τε φεύγοντας δι' αὐτοὺς κατήγαγε, verior ſcriptura, τούς τε φυγόντας.

643. p. Locus inſigniter mutilus eſt, in hiſce verbis, καὶ πολλοὺς μὲν μεγάλα ἀδικήσαντας ἀπέσφαξε, quæ ſic redintegranda ſunt e Xiphilino: καὶ πολλοὺς μὲν μεγάλα ἀδικήσαντας οὐκ ἐκόλασε, πολλοὺς δὲ καὶ μηδὲν ἀδικήσαντας ἀπέσφαξε. Reddita vero ſunt ad libri noſtri marginem. Ibid. m. pro ἐν τῷ δημοσίῳ συνόντα οἱ, rectius apud Xiphilinum, δημοσίᾳ συνόντ[illegible] οἱ.

647. f. Pro ὥςε ἑκούσιον δὴ θανάτου [illegible] legendum ἔς τε ἑκούσιον & cetera, quia ſeq[illegible]tur, [illegible] αἰσχύνην (cum interjectis) κατέςησε.

648. f. Vitiata iſthæc, αἰτίαν τε πάντες [illegible] εἴθ' ἥσθησαν ἐπί τινι, ὡς λυπούμενοι, εἴτε [illegible] ροντες ἔπραξαν. Nec minus aberrat a ſen[illegible] interpres. Emendanda prius hoc modo ſcri[illegible] τε πάντες ὁμοίως εἶχον, εἴτε μὴ ἥσθησαν [illegible] λυπούμενοι, εἴτε τι καὶ ὡς χαίροντ[illegible] Inde verus ad marginem quærendus ver[illegible] ſus.

650. m. πάντως ἐπιτιμῶν aut mutandum [illegible] ἐπιτιμῶν, aut παντοίως ἐπιτιμῶν, ut infra, p[illegible] 656. f. [illegible] ναγκάζοντο παντοίως τε (cum interjectis) ὠνε[illegible] quam illud ipſum vix probem, ut illic indica[illegible]

650. f. Nihil heic deeſt, ideoque tollendi [illegible] quos Xylander adpoſuit. Pro nobis eſt [illegible] nus.

651. p. Vel δόγματι, vel etiam δόγμά τι [illegible] eſt, quod interpres maluit. Ibid. f. Illud ὡ[illegible] αὐτὸν ψεγόντων, vix dubitem a Dione ſcript[illegible] ὀρθῶς αὐτῶν (ſcilicet τῶν βουλευτῶν) ψεγόντ[illegible] jicit enim ſtatim, ἐμοὶ μὲν γὰρ, quod quide[illegible] αὐτῶν, in hac Caji ſenatorumque comparatio[illegible] Ibidem ſtatim ſequitur, ὑμεῖς δὲ δὴ οὐ μόν[illegible] πρὸς τὸν ἄρξαντα ποτὲ ὑμῶν οὕτω διακεί[illegible] quo Xylander ait, ſiquidem οὐ ante μόν[illegible] no[illegible]

aliquid periodo deeſſe. Sed aliud in promptu remedium, quo Dionis ſcriptura ſuæ reſtituatur integritati, ſi reponamus, *ὑμεῖς δ' αὐτῷ μόνοι ἀδικεῖτε. Vos ſoli eſtis in eum injuſti.*

652. p. In hiſce, *δεῖ καὶ ἐμὲ μηδὲν χρηςὸν παρ' ἐμοῦ προσδέχεσθαι*, ſcribendum *παρ' ὑμῶν προσδέχεσθαι*. Ibidem m. pro *εὐθὺς ἐγγραφῆναι ἐκέλευσε*, puto potius *αὖθις ἐγγραφῆναι* reponendum. Rurſus ibidem, pro *τῶν τε κακηγορῶν ἅμα*, non dubito ſcribendum, *τῶν τε κακηγορῶν ἕνεκα*. Secundum hæc, eadem pagina, tam Græci textus, quam interpretationis, tollendum ſatis inſigne vitium, in hiſce verbis: *τὸ γὰρ χωρίον τοῦτο κατ' ἀντιπέραν τῆς πόλεως ἐςὶ*, quod Xylander expoſuit, *Is locus eſt e regione urbis ſitus.* De Baulis eſt ſermo, remotiſſimis ab urbe, hoc eſt Roma, non *urbi e regione ſitis*, nec XXVI. *ſtadiis*, hoc eſt paulo ultra ᴍᴍᴍ passuum dumtaxat ab ea diſtantibus. De hoc enim intervallo Caſſius loquitur, non de mutua Baulorum & Putiolorum inter ſe diſtantia. Itaque legamus in Græco Dione, *κατ' ἀντιπέραν τῆς νέας πόλεως ἐςὶ*, quo ſignificetur, *Baulos e regione Neapolitanæ urbis eſſe ſitos, & diſtare ab ea* 26. *ſtadiis.* Id verum eſſe, norunt omnes, quotquot illæc adierunt loca, Bajarum vicina thermis.

655. p. pro *ὡς καὶ τὸν ῥήτορα αὐτοῦ μᾶλλον, ἢ τὸν Καίσαρα φοβούμενος*, ſcribe *τὸν ῥήτορα αὐτὸν μᾶλλον ἢ τὸν Καίσαρα.* Ibid. m. pro *ἱπποδρομίαν ἐν αὐτῷ ποιησάντων*, fac *ἱπποδρομίαν ἐν αὐτοῖς ποιησάντων*, ſcilicet *τοῖς γενεθλίοις*, quod repetendum e ſuperioribus. Rurſus ibidem, *καὶ προσεῖπέ γε*, mutandum in *προεῖπέ γε*.

656. f. pro *ἄλλους νεωτερίζοντας*, repone *ἄλλους ὡς νεωτερίζοντας*, quia ſequitur, *ἄλλους ὡς ἐπιβουλεύοντας*. Iterum ibidem, *ἠναγκάζοντο παντοίως τε* (cum interjectis) *ὠνεῖσθαι.* locus paulo ante tactus, ubi malim pro *παντοίως τε* legere *παντός τε ὠνεῖσθαι*.

658. p. Locus hic, *ὡς καὶ ἧττον σφῶν τὶ δυναμένοις, εἶναι*, corruptus eſt, & ſic reſtituendus, *ὡς καὶ ἧττον σφῶν τὶ δυναμένῳ, εἶναι.* Referendum autem hoc *δυναμένῳ* ad ipſum Cajum. Deinde linea ultima, *καὶ πολλά τὶ ἐψηφίσθαι*, corrigendum *καὶ πολλά τινα ἐψηφίσθαι.*

661. p. *καὶ αὐτῶν καὶ ἱκετεῖαι* (cum interjectis) *προσήγοντο*, mutandum in *καὶ αὐτῷ καὶ ἱκετεῖαι προσήγοντο.*

663. p. pro *καὶ ἀνακληθεὶς*, legiſſe Xylandrum *ἀναβληθεὶς*, ex ipſius hac interpretatione colligitur; *Dilatusque eſt de quo paulo poſt ſupplicium eſſet ſumendum.* Sed cauſa non erat, cur uſitata lectio mutaretur, cujus ſententia margini adſcripta.

AD LIBRUM LX. DIONIS.

667. m. pro *τὸ καθ' ἑαυτὸν ἐς ἀσφάλειαν προορώμενος*, apud Xiphilinum eſt, *τὸ καθ' ἑαυτὸν ἀσφαλὲς προορώμενος.* elegantius haud dubie. Rurſus ibidem, verſu poſt hunc tertio, pro *ὡς ἑαυτῷ ἐπιβουλεύσαντα*, reperitur apud Xiphilinum *ὡς ἑαυτῷ ἐπιβουλεύοντας τούτου λαβών*, ubi ſi *ἐπιβουλεύοντας* mutes in *ἐπιβουλεύσοντας*, hic erit ſenſus: *Veluti nactus hos homines, qui ſibi quoque inſidias structuri eſſent.* Atque id ita ponendum in margine. Intelliguntur autem tum ipſe Chærea, tum cædis ſocii. Xylander quidem heic *Thraſeam* inferciit, cujus nomen in Græco non invenitur. Ibid. f. Adgnoſcit interpres hunc locum mendoſum, in his verbis; *ἐκδηλότατα γὰρ καὶ ἐν τοῖς πάντων . . . πώποτε . . . ὁυ τῷ λόγῳ μόνον τὴν ἄδειαν σφίσι* (cum interjectis) *ὑπέχετο.* Sed opem nullam adhibuit. Ego ſic Dionem ſcripſiſſe judico, *ἐκδηλότατα γὰρ καὶ ἐν τούτοις πάντων τῶν πώποτε συμβεβηκότων ὁυ τῷ λόγῳ μόνον τὴν ἄδειαν σφίσι* (cum ceteris) *ὑπέχετο.* Sic & ſublata menda, & repoſita, quæ deerant. Ac verum ut fatear, occaſionem ſupplendi, quæ deerant, ex hiſce Dionis ipſius verbis cepi, quæ ſupra lib. 44. pagina 252. m. de Atheniensium hac ipſa leguntur *ἀμνηςίᾳ*, in oratione Ciceronis ad ſenatum: *τῶν τε συμβεβηκότων σφίσι, πολλῶν καὶ δεινῶν ὄντων, ἐπιλήσεσθαι.*

669. f. Ubi legitur, *εἷς μὲν οὔτε εἰ καὶ ὁτιοῦν περὶ τὰς πανηγύρεις ἔξω τοῦ νενομισμένου πραχθὲν, αὖθις αὐτὰς, καθάπερ εἴρηταί μοι, γίγνεσθαι καὶ πολλάκις τοῦτο*, cum ceteris, adnotat interpres, non dubitare ſe, quin ſenſum retulerit; verba tamen mendoſiſſima emendare non potuiſſe. Præſtemus igitur hoc nos, in hunc modum Dionis ſcripturam reſtituentes: *ἴσμεν, ὅτι εἰ καὶ ὁτιοῦν περὶ τὰς πανηγύρεις ἔξω τοῦ νενομισμένου πραχθείη, αὖθις αὐταὶ, καθάπερ εἴρηταί μοι, γίγνονται καὶ πολλάκις τούτου* (cum interjectis) *συμβαίνοντος*, &c.

670. f. pro *Μαυρουσίους νικήσας*, reſtituendum *Καύχους νικήσας*, non *Μάρσους*, quod Xylandro nomen heic reponere placuit. Intelligit autem Dio *Cauchos minores*, ad oſtium Viſurgis noſtri, cis amnem illum. Nam qui ad ripam ulteriorem, Saxoniam verſus habitabant, *Cauchi majores* adpellabantur, Romanis indomiti. Conſecutus eſt autem P. Gabinius, Cauchis hiſce devictis, ut conceſſu Claudii Auguſti *Cauchius* cognominaretur, quemadmodum Suetonius refert. *Marſi* vero, Batavorum (qui & hodie *Betavienſes* vocantur) vicini, non tunc primum fuere ſub jugum miſſi; ſed citius imperium Romanorum adgnovere, quam hi populi Viſurgici.

674. m. Mutila ſunt iſthæc, *ἐν τῇ εὐνῇ οἱ ἔτ' ὄντι ὑπότρομος διηγήσατο*, ſic e Xiphilino ſupplenda: *ἐν τῇ εὐνῇ οἱ ἔτ' ὄντι τὸ ὄναρ ὑπότρομος διηγήσατο.* Fuit autem omiſſum *τὸ ὄναρ*, ob ſimilitudinem cum præcedenti *ὄντι*, calligrapho negligentius voces has inſpiciente.

676. p. pro *ἐς τὸν δημαρχήσοντα ἀντικατας῀ησαι*, reponito *ἐς τὸ τὸν δημ. ἀντικατας῀ησαι.* Rurſus ibid. m. pro *ἀνεάδην* haud dubie *ἀνέδην*, & f. non *πολλοὶ αὐτοὶ* (cum interjectis) *ἠτοῦντο* legendum, ſed *πολλοὶ αὐτὴν* (nimirum *τὴν πολιτείαν*, ex præcedentibus) *ἠτοῦντο.*

677. m. *βουλευτὴς λογιμώτατος*, ſi Dionis loquendi morem ſequi volemus, in *βουλευτὴς ἐλλογιμώτατος* commutabimus.

678. p. pro *ἀλλ' ἄλλοις βασιλεῦσι προστεταγμένοι*, reponendum *ἀλλ' ἄλλοις ἄλλοι βασιλεῦσι προστεταγμένοι.* Ibid. m. trajectæ ſunt hæ voces, *τὸν καὶ τὴν μετὰ ταῦτα αὐτοκράτορα ἀρχὴν λαβόντα*, ſic ſuo reponendæ loco, *τὸν καὶ μετὰ ταῦτα τὴν αὐτοκράτορα* &c.

680. f. pro *ταμιείαις αὐτὰς* (cum intermediis) *ἐπέτρεψεν*, ſcribendum *ταμιείαις αὐτὴν* (ſcilicet *τὴν διοίκησιν*, quod præceſſit) *ἐπέτρεψεν.*

682. p. pro *ἵνα ἀπροφασίςως τὶς αὐτοῖς* (cum intermediis) *λαγχάνη*, legi præſtat, *ἵνα ἀπροφασίςως τὶς αὐτῆς* (ſcilicet *τῆς ἀρχῆς*, quod præceſſit) *λαγχάνῃ.* Rurſus ibid. ſtatim ſequitur, *τὰς ἐκδημίας δὶς ποι ἐπετρέπετο*, quod mutandum in *τὰς ἐκδημίας ποι ἐπετρέπετο.*

684. p. pro *μηδὲ τοῖς οὕτω κατὰ τῶν δεσποτευσάντων αὐτῶν βοηθεῖν*, ſcribe *μηδὲ τισὶν οὕτω* (cum interjectis) *βοηθεῖν.*

686. m. pro *δεινοτάτη που οὔσα πράγματι χρήσασθαι*, Xiphilinus *πράγμασι*, rectius.

687. m. pro *ἐπὶ διετὲς ἐπιτροπεύσει*, plenius apud Xiphilinum, *ἐπὶ διετὲς ἔτι ἐπιτροπεύσει.*

AD LIBRUM LXI. DIONIS.

690. m. Ubi legitur *παρὰ τοῦ γέροντος*, ſcribendum *παρά του γέροντος*, *ab aliquo ſene.* Ibidem ſequitur ſtatim, *διὰ ταῦτα οἱ ὄφεις*, quod rectius erit *διὰ ταύτης οἱ ὄφεις* & cetera: ut referatur ad vocem *λεβηρὶς*, quæ præceſſit. Senſum margo exhibet, diverſum ab eo, quem Stephanus expreſſit, ſed omnino veriorem. Ibid. f. ſecutus ſum in margine lectionem Theodoſii, cujus hæc e

Dione verba ſunt: καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἡ Ἀγριππῖνα Πάλλαντι συνοῦσα, φορτικῷ καὶ ἐπαχθεῖ, πάντα αὐτῷ &c.

691. p. Sic apud Theodoſium legitur, (ὁ μὲν γὰρ ἔπαρχος τοῦ δορυφορικοῦ ἦν, ὁ δὲ διδάσκαλος αὐτοῦ) καὶ ἔπαυσαν & cet. commodius aliquanto, quam in editis Xiphilini.

692. p. In his verbis, πολλῷ δὲ δῆλον καὶ ἐκ τοῦ πλήθους τῶν δαπανωμένων * χῶ μὲν τοὺς & cetera, primum admitto δηλότερον pro δῆλον, cum H. Stephano: poſtea ſcribendum ajo, τῶν δεδαπανημένων αὐτῷ. χῶ μὲν τοὺς & cetera. Sic integer locus eſt, & aſteriſcus tolli poteſt.

693. f. H. Stephanus in his, ὡς γὰρ ἀναγνοὺς ὁ Νέρων, illud ὡς mutilatum putat ex εὐθέως. ego ex ultima ſyllaba præcedentis αἰτούμενος irrepſiſſe judico, & expungendum, ut hoc modo legatur: συγγνώμην αἰτούμενος. ἀναγνοὺς γὰρ ὁ Νέρων & cet. quæ jam ſane perſpicua ſunt.

697. m. pro ἀστέρας ἐκφῆναι, rectius arbitror, ἀστέρας ἐκφανῆναι, ſalvis aliorum judiciis.

AD LIBRUM LXII. DIONIS.

701. f. pro φερόμενοι, melius φέρομεν collocabitur.

705. f. Non dubito equidem, in his verbis, τοὺς νῦν ἀντικαθεστῶτας, ἡττήσαντες κεχειρώμεθα, vitioſum illud ἡττήσαντες ita mutare, ut ἡττηθέντας κεχειρώμεθα legendum adfirmem. Non enim ἡττᾶν, poteſt idem eſſe, quod νικᾶν, quum contrarium ejus ſignificatum ſit.

707. f. Pro παρασκευὴ πᾶσα πολλὴ, dico legendum παρασκευὴ μάλα πολλὴ, quod etiam aures ipſæ lubentius admittunt, & ita ſcriptum a Dione judicant.

714. m. Stephanus hæc verba, καὶ τί ἂν τις θαυμάσοι εἰ τοιαῦτα αὐτὸν ἐπήχθη, ſic emendanda putat, καὶ τί ἂν τις θαυμάσοι, εἰ τοιαῦτα ἐς αὐτὸν ἐπῆλθεν. Ego minori mutatione, propiusque priorem ad ſcripturam accedente, corrigo, καὶ τί ἂν τις θαυμάσειε ἐς τοιαῦτα αὐτὸν ἐπεῖχθαι, quorum ſenſus ad marginem reperitur. Quod verbum ἐπεῖχθαι adtinet, legitur hoc eodem ſignificato præced. pagina, 713. m. πρὸς τὸν ὄλεθρον ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἐπειχθεὶς. unde paret, heic aliud a Dione non fuiſſe poſitum.

AD LIBRUM LXIII. DIONIS.

716. princ. libri. Quomodo mederi huic loco voluerint alii, non dicam. Sylburgius noſter voces non paucas deſiderat. Ego pro καὶ νικητήρια αὐτῷ μὲν ἐκρότουν, τοῦ τῆς & cetera, ſimpliciter repono veram Dionis ſcripturam, καὶ νικητήρια αὐτῷ μετὰ κρότου, &c. ut conjungantur hæc, νικητήρια αὐτῷ μετὰ κρότου ποιήσαντος, quæ ſenſum aptiſſimum efficiunt, in margine redditum.

719. p. pro illis ὅτι ἐλθὼν πρὸς τὸν Νέρωνα & cet. rectius legitur apud Theodoſium, οὔτε ἐλθεῖν πρὸς τὸν Νέρωνα, καίτοι πολλάκις μεταπεμφθεὶς ἠθέλησε, καὶ τέλος &c. Plenius etiam illa, τοτε συνθησόμεθα συμβαλεῖν ἀλλήλοις, apud eundem his verbis ſcribuntur, τότε συμβησόμεθα, ποῦ δυνησόμεθα συμβαλεῖν ἀλλήλοις. τοιαῦτα τὸ τελευταῖον ὁ Πάρθος ἔγραψε. Νέρων δὲ &c. quorum ſententia margini adſcripta. Sylburgius illud ὅτι putabat expungendum, aut in ὅλως mutandum.

722. f. In his, τὰς φλέβας αὐτῶν χάσαντες, relinqui poſſe fateor illud χάσαντες, ſed ita, ut aptius arbitrer σχίσαντες, quemadmodum libro præcedente de Paulina Senecæ conjuge legitur, ἔσχισε καὶ τὰς ἐκείνης φλέβας. Plus eſt enim omnino σχίζειν, quam χάζειν.

723. f. pro καὶ τῶν πυλῶν περιερράγη, legendum ajo, τῶν πυλῶν τι περιερράγη.

726. p. pro οἱ ἄλλοι πάντες ἔπραττον, καὶ αὐτὸς δεόμενος rectius putem οἱ ἄλλοι πάντα ἔπραττον, αὐτὸς δεόμενος. Mecum Blancus interpres facit.

727. m. Corruptum illud ἄφθειον haud dubie, Sylburgius mutandum exiſtimat in ἄφετον, ut [illegible] Suetonii reſpondeat. Sed ἄφεπτον non placet [illegible] (ni fallor) Græcum. Potius ἐκεῖνο [illegible] ἔφθεν dicemus ſcripſiſſe Dionem, qui & in Veſpaſiano, pag. 749. f. hoc vocabulo uſus eſt. Ibidem, ultimum hujus libri verbum ἐσήμανεν haud dubie [illegible], & in ἐσήμαναν mutandum, ut præcedentibus [illegible] proximo προδιαφθαρέντα reſpondeat. Nam ad τὸ γένος torqueri nequit.

AD LIBRUM LXIV. DIONIS.

730. p. Ubi legitur vitioſe, θυομένω τὶ αὐτῷ, dico ſyllabas a librariis eſſe tranſpoſitas, omiſſis etiam literis quibusdam, & hoc modo locum reſtituendum, θύοντι μόνῳ αὐτῷ μόνος τῶν βουλευτῶν &c. Sic omnis de uſu illius θυομένω ſublata diſputatio. Rurſus ibidem *paulo* poſt, verſu tertio poſt hunc, verbum συνετύγχανεν non abs re ſuſpectum; adeoque corruptum, & pro eo ſcribendum arbitror, τῆς ἀρχῆς ἐτύγχανε. in quo mecum facit & interpres.

731. f. Pro πολιτείαν ἀνεδίδου, ſcribendum meo judicio πολιτείαν ἐδίδου. Sic enim & alibi Dio noſter locutus eſt, ut libro 60. p. 676. m. Geminata nimirum ſyllaba fuit, e fine vocis præcedentis.

AD LIBRUM LXV. DIONIS.

737. p. Pro ἀλλ' Ἀντώνιον Πρίμον repono Ἀντώνιον Πρίσκον, & recte quidem, ut ex ſequentibus adparebit loco ſuo.

738. p. Pro τῷ Πελάμῳ, quod erat in Urſini libro, reperitur in aliis τῷ Πρίμῳ, ſed rectius in tertiis, τῷ Πρίσκῳ. *Antonius* enim *Priſcus* adpellabatur.

738. m. Pro ἐν τῇ ἡμέρᾳ μόνη, ſcribo vocem ultimam μόνον, ex Theodoſio: cujus & illa paulo poſt, Xiphilinianis his, οὐ τὰ λείψανα τῶν νεκρῶν, longe pleniora; nimirum οὐ τὰ λείψανα τῶν προτέρων νεκρῶν, οὐχ ἡ μνήμη τοῦ πάθους, οὐ τὸ πλῆθος τῶν μάτην ἀπολομένων ἐπράϋνε, quæ ſic a Dione fuiſſe ſcripta, nemo dubitet. Reddita ſunt autem in margine.

739. p. Urſini liber habet, καὶ ἐκ λόχου ἀλλήλοις ἰόντες, Sylburgii, ἐκ λόγου. Propius hoc veræ ſcripturæ, ἐς λόγον ἀλλήλοις ἰόντες. Inferius, pro τῆς δὲ τοῦ Τιβέρεως γεφύρας ῥαδίως διελθόντες, ſcripſi, τῆς δὲ τοῦ Τιβέριδος γεφύρας φυλακὴν ῥαδίως λύσαντες.

739. m. Illa verba, (νέφη γὰρ αὐτὴν ἔσθ' ὅτε συνέκρυπτεν) perfectius apud Theodoſium leguntur, hoc modo: (νέφη γὰρ αὐτὴν πολλὰ καὶ ποικίλα διαθέοντα, συνεχῶς συνέκρυπτεν) & ſic potius ipſe Dio ſcripſit. Ib. rurſus illa paulo poſt, ἄν τε σὺ ἀποκτείνῃς ἐμὲ, ἄν τε καὶ ἐγώ σε, ſic apud Theodoſium reperio, ἄν τε ἀποκτείνῃς με, ἄν τε καὶ ἀποθάνῃς. Rurſus in his paulo poſt, τὰ ἐναγίσματα (cum interjectis) διαμάχονται, neceſſario verbum hoc poſtremum ex Theodoſio mutandum in διδοῦσιν. Hoc ſcripturæ vitium impulit interpretem, ut auctoris ſenſum mirifice torqueret.

742. p. Pro ἐκ φρυκτωρίας ὁρώμενον ſcribendum plane cum Theodoſio, ἐκ φρυκτωρίας αἰρόμενον.

AD LIBRUM LXVI. DIONIS.

746. f. Pro ἀπεκτείνουσαν, repoſitum [illegible] Ibidem mox ſequebatur locus hic mutilus [illegible] χος ὑφεῖλκον, τοὺς δὲ ἁρπαγαῖς ἀνέσπ[illegible] modo redintegratus, ὑπὸ τὸ τεῖχος ὑφεῖλ[illegible] κριοὺς τοὺς μὲν βρόχοις ἀνεῖλκον, τοὺς [illegible] &c.

747. In medio, ubi legebatur, ἐκ Βε[illegible] τοῦ κόσμου περιβολῆς, reſtitui, τῆς τοῦ [illegible] βολῆς. Non multo poſt, ὡς ἐπίδειξιν τ[illegible] mutandum in ἐς ἐπίδειξιν τοῦ καὶ αὐτ[illegible]

ἔχειν. quanquam αὐτοὶ retineri poſſe certo reſpectu, non inſitier.

749. f. [illegible] hic vitioſus eſt, εὐτελέσαντα διὰ τοῦτο, καὶ οὐδὲν ἔξω &c. Ut autem corrigatur, ita ſcribendum exiſtimo: εὐτελέσαντα τἆλλα δίηγε, καὶ οὐδὲν &c. Vox τἆλλα, dimidia ex parte hæret in extrema illius εὐτελέσαντα præcedentis ſyllaba: διὰ τοῦτο partim ex δίηγε corruptum, partim ex διὰ τοῦτο lineæ ſequentis irrepſit.

751. p. Illa verba, τοὺς τοιούτους ἐκ τῆς πόλεως ἐκβαλεῖν, εἰπὼν ὀργῇ μᾶλλον (cum interjectis) κατ' αὐτῶν, ſic ſcribenda: εἰπόντας ὀργῇ μᾶλλον (cum interjectis) κατ' αὐτοῦ. Senſus autem is, quem margini adjecimus.

757. p. Ex illis corruptis, ἀνέστησέ τοι καὶ ἐκ τῶν ὑπαρχόντων πάντα, faciunda hæc integra: ἀνέστησε δὲ οἴκοθεν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων πάντα. Nimirum ex οἴκοθεν, profluxit illud τοι καὶ. Ibid. f. Pro ἐπί τε τοῦ Φλαβίου, ſcribo ἐπί τε τοῦ Πλαυτίου, quod verum huic conſuli nomen fuit: itemque pro ἔμπνουν γάρ τοι αὐτὸν, rectius ἔμπνουν γὰρ ἔτι.

758. p. pro ἀκριβῶς ἀνέγνω, ſimplicius ἔγνω.

AD LIBRUM LXVII. DIONIS.

761. p. Fragmento quarto legit Urſinus: καὶ Γάννα παρθένος ἦν μετὰ τὴν Βελήδα ἐν Κελτικῇ θειάζουσα. Ego ſcribendum ajo: καὶ Γάννα παρθένος, (ἣν δὲ μετὰ τὴν Βελλήδαν ἐν τῇ Κελτικῇ θειάζουσα) ἦλθον &c. ſenſu jam facili. De Velleda nota pleraque.

763. p. Pro καὶ νόννας (quod vocabulum interpres quoque retinuit inexplicatum) καὶ γυναῖκας συνέβαλλε, repono νάνους καὶ γυναῖκας: ut intelligantur *commiſſi nani cum mulieribus*.

AD LIBRUM LXVIII. DIONIS.

769. m. Pro συκοφαντησάντων, probo Blanci συκοφαντηθέντων. Et hinc colligere licet, ſupra quoque non abs re mutatum a me libro 62. ἠπειλήσαντες in ἠπειληθέντας.

770. f. In his verbis, διὰ τὸ γῆρας οὔτε καταφρονούμενος, animadvertit & Stephanus, οὔτε vitioſum eſſe, ac reponendum οὕτω judicat. Sed melius e Zonara de οὔτε faciemus βαθὺ, quod recte cum voce γῆρας conjungitur. Origo corruptelæ de ſimilitudine litteræ β cum u Latina profecta eſt, quam & ſuperius adtigimus, & litteræ α cum ο, & ε cum υ.

771. f. Pro ἐπὶ τοὺς ἀναβαθμοὺς καὶ πρὸς τὸ πλῆθος &c. ſcribo ἐπὶ τοῖς ἀναβαθμοῖς πρὸς τὸ πλῆθος μεταστραφεῖσα.

772. f. Non Βοῦῤῥοι, ſed Βοῦροι nominantur hi populi apud Theodoſium.

773. m. Fragmento primo vides apud Urſinum adpictum haud procul ab initio verbis his aſteriſcum, ἔπεμψε δὲ καὶ τότε * ὁ δὲ Τραϊανὸς &c. Sed induximus aſteriſcum, vera ſcriptura reſtituta, ἔπεμψε δὲ καὶ τότε τινάς. ὁ δὲ Τραϊανός. Non multo poſt, pro τῶν προταθέντων, reperitur etiam τῶν προσταχθέντων.

773. f. Quæ autem paulo poſt ex eodem Theodoſio inſerui Latinæ interpretationi, Græce ſonant, poſt τοῖς Ῥωμαίοις, hoc modo: καὶ μήθ' αὐτὸν ὅλως τινὰ ὑποδέχεσθαι, μήτε στρατιώτῃ τινὶ ἐκ τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς χρῆσθαι, (τοὺς γὰρ πλείστους τούς τε ἀρίστους ἐκεῖθεν ἀναπείθων προσεποιεῖτο.)

774. p. In iis, quæ hoc inſeruimus loco ex Dioniis Theodoſii reliquiis, notandum *Zermizegethuſæ* nomen, quod toties & antiquis in nummis, & aliis monumentis reperitur, ſed non integre ſcriptum, SARMIS, aut rectius paulo SARMIZ. Exempla lubet adſcribere. Ruinæ ſuperſunt adhuc apud Dacos opidi veteris, quod Ungari nunc lingua ſua *Warhel* nominant, id eſt, locum caſtrorum. Vides heic quoque dici de Trajano, τὸ στρατόπεδον ἐν Ζερμιζεγεθούσῃ καταλιπὼν, *caſtris ad Zermizegethuſam* relictis. Ergo Trajani caſtra per illud *Warhel*, per illum locum caſtrorum, intelliguntur. Illo loco Trajani caſtrorum, vel ad Zermizegethuſam, monumentum hoc reperitur:

DEO HERCULI
PRO SALUTE IMP.
DIVI TRAJANI
AUGUSTI ET
MARCIANÆ
SORORIS AUG.
COLONIA DAC
SARMIZ.

Item aliud hujuſmodi, ſed tempore poſterius.

DIVO
SEVERO PIO
COLONIA
ULPIA TRA
JANA AUG.
DACICA SAR
MIZ.

Addamus & alia quædam, indidem petita, nec ingrata lectori futura, præſertim quum Dioni lucem adferant, & teſtimonium ejus hiſtoriæ perhibeant. Ait enim paulo poſt Dio, *ſummiſſos a Decebalo transfugas qui Trajanum occiderent*. Huc ſpectat illud ibidem poſitum monumentum:

FORTUNÆ
AUG.
OMNIPOTENT
UBI ERAS
RHAMNU
SIA
UBI ERAS
QUANTUM ABFUIT
NE ROMA LUGERET
SED VIVIT TRAJANUS
VE TIBI DECEBALE
MILSS LEG. VI. ET XIII. G.
DEVOTIS CAPITIBUS

Additur rudiorum cauſa, ſic legendum: *Fortunæ Auguſtæ omnipotenti. Ubi eras Rhamnuſia? ubi eras? Quantum abfuit, ne Roma lugeret?* (ſcilicet occiſo a transfugis Trajano.) *Sed vivit Trajanus. Ve tibi Decebale. Milites legionis ſextæ & decimæ tertiæ Geminæ.* Sic enim ultimum hoc G. legendum, vel ex hac inſcriptione conſtat, quæ iisdem in locis reperitur & expreſſum integre legionis nomen continet:

C. JAVOLENUS MODESTUS
LEG. XIII. GEMINÆ
MERCURIO AUG. SACR.
V. S. L. M.

Libentius autem hoc etiam adtuli, quia *legionis Geminæ* hujus in Dacia, Dio quoque mentionem fecit libro 55. δίδυμον vocans, non recte reddente Xylandro & Blanco *gemellam*, ſicut ibidem & *Fulminiſeram* vertit ille Κεραυνοβόλον, quæ *Fulminatrix* eſt, uti parebit inferius, in M. Antonini vita. Xiphilinus indicato loco cauſam adjicit, cur *gemina* dicta fuerit. Δίδυμοι ἐπεκλήθησαν, ὅτι ἐκ δύο ταγμάτων ἀναμιχθέντων ἀλλήλοις ὑπῆρχον, *quod ex duabus inter ſe permiſtis legionibus conſtaret*. Id ipſum tamen e Dione Xiphilinus hauſit. Pertinet ad hoc ipſum bellum, & eandem victoriam Trajani Dacicam, & hæc inſcriptio:

JOVI STATORI
HERCULI VICTORI
M. ULP. NERVA TRA
JANUS CÆSAR
VICTO DECEBALO
DOMITA DACIA
VOTUM SOLVIT
ADSPICE ROMULE PATER
GAUDETE QUI
RITES
VESTRA ISTA
EST GLORIA

Item aliud ibidem monumentum, non minus memorandum:

VICTORIÆ

VICTORIÆ AUG.
NONNE DIXI TIBI
DECEBALE
FUNESTUM EST
HERCULEM
LACESSERE
NON RECTE FECISTI
TUA IPSE QUOD JACES
MANU
SED TUA UTCUNQUE
CÆSAR VICIT
TULIT
T. SEMPR. AUGUR
AUGUSTALIS.

Non enim multo poſt narrat Dio, *Decebalum, regia regioneque capta, ne ipſe quoque caperetur, manus ſibi adtuliſſe:* quod ſcilicet hoc quoque monumentum, ita fuiſſe factum, innuit.

776. p. Ad deſcriptionem pontis Trajani ſupra Danubium in Dacia, cujus pilarum reliquiæ cernuntur hodieque ſub aquis, omnino adjicienda vetus hæc inſcriptio. Locus eſt ad illa Trajani caſtra, quibus nunc eſſe nomen *Warhel* apud Ungaros, jam ante dictum.

PROVIDENTIA
AUG.
VERE PONTIFICIS
VIRTUS ROMANA
QUID NON DOMET
SUB JUGUM ECCE
RAPITUR ET
DANUVIUS

Conveniunt cum hac inſcriptione Dionis ipſius hæc verba: *κρηπῖδες καθάπερ ἐπ' αὐτῷ τούτῳ γενόμεναι, ἵν' ἐπιδείξωσι, τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ὀυδὲν ὅ, τι ὀυ δυναμένην ἐξεργάσασθαι.* hoc eſt, *pilæ velut in hoc ipſum factæ, ut oſtendant, naturam humanam (virtutem Romanam* dixit inſcriptio) *nihil non efficere poſſe.* Non multo denique poſt ſequitur apud Dionem, theſauros quoque Decebali, defoſſos ſub amnem Sargetiam, a Trajano fuiſſe inventos. Ei rei monumentum hoc poſitum.

JOVI INVENTORI
DITI PATRI
TERRÆ MATRI
DETECTIS DAC
THESAURIS
CÆSAR NER
VA TRAJANUS
AUG.
SAC. F.

777. m. Pro *πλεῖσαι πρεσβεῖαι*, Theodoſius aliquanto elegantius habet, *πλεῖσαι ἴσαι πρεσβεῖαι.*

779. f. In fragmento, cujus initium, *ὁ Παρθαμάσιρις βίαιόν τι* &c. pro *μέχρι Σαμωσάτου προσχωρήσας*, ſcripſi correctius, *μέχρι Σαμοσάτων προχωρήσας.* Nec multo poſt, *νίκην ἀσώληνον, ἄναιμον*, feci *νίκην ἀπόλεμον, ἄναιμον*, licet in Sylburgii m. ſ. *ἀσέληνον* repererim, loco illius vitioſi *ἀσώληνον.*

780. f. Poſt illud ſequenti fragmento, pro *ὥσπερ ὁ Μάννος*, repoſui neceſſario *ὥσπερ ὄυτε ὁ Μάνος*, cujus integritas ex ſubjectis perſpicitur.

781. p. In duobus proxime ſequentibus habent m. ſ. non *Βηβαρσάπην*, ſed *Μηβαρσάπην*, quod expreſſi. Nota ſimilitudo litteræ B cum M, vel potius u cum *μ*, ſi more Græcorum inſtar u Latinæ pingatur, quod alibi quoque monſtravimus in Dioniis.

785. f. Corrupta dubio procul hæc, *ἀδύνατον τὴν προσεδρίαν πλήθει ποιούντων*, ſic emendabis, *ἀδύνατον τὴν προσεδρείαν πλήθει ποιεῖν τινα·* quorum ſenſus ad marginem expreſſus.

AD LIBRUM LXIX. DIONIS.

791. m. Ineſt vitium his, *οἱ περὶ τοὺς αὐτοκράτορας ἔχοντες.* Loquitur enim de *Cæſareis, & aliis, qui adſunt imperatoribus.* Ergo ſic repurgator: *οἱ περὶ τοὺς αὐτοκράτορας ἀεὶ ὄντες, qui circa principes ſemper ſunt.* Verſu ab hoc tertio, pro *λέγω*, malim [illegible] eadem, *ὁ Ἐυφράτης ὁ φιλόσοφος*, mihi [illegible] tius *Ἐυφράδης*, ab *orationis elegantia* [illegible] quod deinceps etiam Themiſtio, pr[illegible] urbis Romæ novæ, tributum; ad quem Nazianzeni epiſtolæ quædam exſtant, & reliquae ſunt aliquot orationes, in quarum titulo cognomen ei datur *Ἐυφράδας*, [illegible] *Ἐυφράδης*. Dabit has brevi latinas *Ge[illegible]* Auguſtanus, & I. C. cui *Marquard[illegible]* [illegible] ſeptemviro principi a conſiliis, novum illud in diſciplina juris civilis accenſum a ſole Cujaciano ſidus, [illegible] fuit; ut intactum ab aliis opus ipſe ſollerter expediens, dignam erudita diligentia lauream promereretur. Rurſus ibidem f. non recte ſcripta ſunt illa, *καὶ κατεσκευασμένα καὶ μετεῤῥύθμισε καὶ μετέσκαψεν.* in quibus ultimum hoc & alii mutant in *μετεσκεύασεν*, in priori non praeſtant operae pretium. Scribendum enim *καὶ κακῶς ἐσκευασμένα.* Quorſum namque illud *H. Stephani, καὶ καταικεκλασμένα?*

792. m. Quod legitur ex Dione, *ὄυτω καλῶς ἤσκητο τὸ στρατιωτικὸν αὐτῷ, ὥστε καὶ τὸ ἱππικὸν τῶν καλουμένων Βαστάων τὸν Ἴστρον μετὰ τῶν ὅπλων διενήξατο*, Blancus hoc modo reddiderat; *Quum ita milites exercuiſſet, equitatus, qui Batavus nominatus eſt, Danubium tranſiit armatus:* in ceteris non optime id quidem, (nam dicere debuit, *Tam egregie miles ejus exercitus erat, ut etiam equitatus ille, quem Batavorum adpellant, armatus Iſtrum natatu tranſmiſerit*) at in nominis *Βαστάων* correctione, ſatis bene profecto, quum ſine dubio de Batavorum equitatu haec Dio ſcripſerit. At H. Stephanus, *Pro Βαστάων*, inquit, *ſcribo Βασταρνῶν, & interpretem valde aberraſſe dico.* Nihil tamen adducit in medium, quo fidem judicio ſuo de Blanci errore illo inſigni faciat. Ego vero criticum hunc errare, non Blancum, ajo. Nam quod Baſtarnas adtinet, meminiſſe debuit, hos Probo imperatori ſe ſubjeciſſe, CLX. poſt Hadrianum, de cujus imperio nunc agitur, plus minus annis; & eosdem ab illo primum tempore, donatos agris a Probo in Thracia, ſecundum leges & inſtituta populi Rom. vixiſſe. Hoc ſcire potuit ex Zoſimo meo, cujus libros duos priores, a me ſibi cum quatuor reliquis miſſos, ut nomine meo ederet, Herodiano adjunxit, & pro ſuis Philippo Sidnaeo dedicavit, nulla mei nominis mentione facta, non Graecum exemplar, non ipſam quod interpretationem adtineret, ac ne quidem in hunc diem remiſſis poſterioribus quatuor, toties a me repetitis: ut de Xenophonte meo, jam decem & ſex annis detento, nihil querar. Fraus quidem in uſurpatis duobus illis Zoſimeis adeo quum aliis, tum optimo viro, Friderico Sylburgio, impoſuit; ut eos alicubi Stephano in ſolidum acceptos retulerit. Hinc igitur ſcire potuit, Baſtarnas id temporis needum Romanis militaſſe; multoque minus cogitare debuit, hos contra Dacos Danubium tranaſſe armatos, quum eis *Dacos adgreſſuris*, nequaquam opus eſſet, ut Danubium transmitterent, cujus eandem cum Dacis ripam tunc tenebant. At Batavi jam toto amplius ſæculo moribus Romanis vivebant, & in caſtris Romanis non infimo loco militabant, etiam fratres & amici populi Romani nominati, quod ex hac inſcriptione *paret*, inter ſchedas Ludovici Vivis reperta.

FORTUNÆ AUG. SAC
PRO. SALUTE. ITU[illegible]
REDITU. DD. [illegible]
M. AUR. ANTONINI [illegible]
AUG. ET. P. SEPTI[illegible]
GETÆ. NOBILISS. C[illegible]
CIV. BATAVI
FRATRES. ET. AMI[illegible] R.
V. S. L. M.

Eosdem Batavos, qui hodieque *B[illegible]* [illegible] ab inſula *Betavia*, priſcis *Batavia*, [illegible] *Ῥῆνος νῆσον ποιεῖ, πάσης πο[illegible]* *quam diviſus Rhenus inſulam efficit,* [illegible]

majorem, ut libro tertio Zoſimus idem noſter loquitur, Batavos i[illegible] ſæculo quoque noſtro laudem equeſtris rei feliciter ad[illegible] [illegible]entes, non tantum Hadriani Auguſti, ſed ſuperioribus etiam temporibus inter equites ſelectos a Romanis fuiſſe habitos, vel ex ipſo Dione noſtro conſtat, qui libro 55. legiones Romanas, omnemque militiam ordine recenſens, de Batavis inquit expreſſe: *ξένοι ἱππεῖς ἐπίλεκτοι, οἷς τὸ τῶν Βατάουων, ἀπὸ τῆς Βαταουίας τῆς ἐν τῷ Ῥήνῳ νήσου, ὄνομα, ὅτι δὴ κράτιστοι ἱππεύειν εἰσὶ, κεῖται.* Sunt, ait, *inter alios & ſelecti equites peregrini, quibus inditum Batavorum nomen, ab inſula, quæ in Rheno eſt, Batavia; quod iſthic equitandi arte præſtantiſſimi ſint.* Eodem pertinet, quod imperatores Romani quosdam equites ſingulares e Batavis hiſce legere ſolebant, uti colligitur ex inſcriptione gemina unius & ejusdem marmoris Romani, quod in Exquilino ad Euſebii viſitur.

CANDIDINIUS SPECTATUS
EQ. SING. IMP. N. NAT
BADAVS. VIXIT. ANNIS. XXX
STIP. XI. TUR. PROCLINI
CUR. GENIALI . . .
VINDICE. . .

CANDIDINIUS. VERAX
EQ. SING. IMP. N
N. BADAVS. VIXIT. ANN
XX. STIP. IV. T. PROCLINI
CUR. CANDIDINIO. SPEC
TATO. FRATRE. IPSIUS

Quod denique huc in primis ſpectat, etiam in Pannoniis, ad amnem Danubium, quem armati tranaſſe narrantur a Dione, Batavos equites militaſſe; ſatis erit vel unico marmoris antiqui docuiſſe teſtimonio, quod in Pannonia ſuperiori repertum, ſæpius adſpicere licuit inter alia non pauca, vetuſti ſane operis, in arce nobilis & magnifici domini HIERONYMI BECKA LEOPOLSTORF, Cæſ. Maj. a conſiliis, amici bene meriti, & perpetua obſervantia colendi, quæ ad quartum a Vienna lapidem diſtat. Eo marmore verba leguntur hæc.

ALBANUS BALVI F.
DEC. ALA. AUGUSTA. ITURÆO
RUM. DOMO BETAVOS. AN
NOR. XLII. STIPENDIORUM
XX. HIC SITUS EST. TITULUM
MEMORIÆ POSUERUNT
TIB. JULIUS REITUGENUS ET
LUCANUS DEC. ALÆ AUG.
ITURÆORUM.

Nec eſt, quod quemquam moveat, heic dici, *Albanum hunc Betavum inter equites alæ auguſtæ Ituræorum meruiſſe.* Nam frequens hoc illis temporibus erat, factumque ab eo putandum propterea, quod etiam *Ituræi* parem pæne cum Batavis equeſtris rei laudem obtinerent. Et adjectum non ſine cauſa DOMO BETAVOS, quum exſtet ibidem lapis alius de *Barchate Recebali filio*, ejusdem Ituræorum alæ milite, qui DOMO ITURAEUS fuiſſe indicatur. Hoc etiam memorabile, quod in illa corruptione nominum propriorum, exteris uſitata, qua factum, ut Romanum marmor *Badaos* pro *Batavis* vocet, heic purum putum gentis nomen BETAVI, quod hodieque vulgo in uſu eſt, reperiatur. Verum ſatis, opinor, multis argumentis oſtenſum, non *Baſtarnas* pro *Baſtais* heic ſubſtituendos; ſed nobiles illos equitandi arte *Batavos*. Itaque finem faciam, ubi lectores ad epitaphium *Sorani Batavi*, qui tunc hos ipſos inter Batavos Hadriano militaſſe, fluviumque Danubium cum aliis popularibus ſuis armatus tranaſſe perhibetur, remiſero. Licet autem id integrum legant in hiſtoria Batavica Gerardi Noviomagi. Nam heic quidem ſufficit, initium dumtaxat recitaſſe, quod hujusmodi eſt.

Ille ego Pannoniis quondam notiſſimus oris,
Inter mille viros primus fortisque Batavos,
Hadriano potui qui judice vaſta profundi
[illegible] Danubii cunctis tranare ſub armis &c.

Hinc enim jam liquet, non *Baſtarnis*, ſed *Batavis* nobile facinus hoc transmiſſi natatu in armis Danubii vindicandum: ad quod obſtupefacti barbari, non tantum pacem cum Hadriano fecerunt, verum etiam hoſtem ipſum ſuis in controverſiis arbitrum legerunt. Et carmen hoc omnem contradicendi materiem tollit, quum pro *Batavis* in fine *Baſtarnas* non admittat.

796. m. Quod legitur heic in epitaphio Similis, *βιοὺς μὲν ἔτη τόσα, ζήσας δὲ ἔτη ἑπτὰ*, traductum his a Blanco verbis; *Cujus ætas multorum annorum fuit, ipſe ſeptem dumtaxat annos vixit:* omnino vitium ſcripturæ quoddam habet, quod in voce ΤΟΣΑ latitat. Memini de hoc monitum aliquando me Conſtantinopoli, quum forte Cedrinum in manibus haberemus, a *Theodoſio Zygomala*, doctiſſimo Græcorum omnium, quos equidem cognovi, & optimo viro, notario Patriarchico. Nam reperiſſe confirmabat antiquis in libris ejus, quem dixi, Cedrini veram hanc ſcripturam: *Σίμιλις ἐνταῦθα κεῖται, βιοὺς μὲν ἔτη οϛ̄, ζήσας δὲ ἔτη ἑπτά*, hoc eſt. *Hic jacet Similis cujus ætas 76. annorum fuit, ipſe ſeptem dumtaxat annos vixit.* Recitat autem hæc ipſa Dionis verba Cedrinus, quæ poſt Cedrinum Zonaras quoque ſua in hiſtoria repetivit. Et hoc modo licet hoc vitium tribus ſimul ex hiſtoricis tollas.

AD LIBRUM LXX. DIONIS.

800. Hoc Antonini Pii Aug. encomium verbis his apud Suidam Græcis legitur. *Ἀντωνῖνος ὁ βασιλεὺς* &c. quæ edidimus. Liceat autem nobis hæc habere pro Dionis, quum alioquin Dioniam principis hujus hiſtoriam deſideremus; tametſi non ignorem, quid contra me poſſit in medium adferri. Cur vero Suidam dicamus tam præcedentium, quam ſequentium Auguſtorum elogia, Dionis e libris, ut ipſa res oſtendit, hoc tantum excepto, deſcripſiſſe? In Marco quidem laudando, qui proximus hunc ſequitur, Dionis ipſe mentionem expreſſam facit. Nam Eutropium quidem quod adtinet, etiam illum pleraque transſcribendo mutuatum e Dione, tum in aliis imperatoribus conſtat, tum in hoc vero conſentaneum eſt. Correcta vero non pauca ſunt a nobis, in tam paucis verbis. Nam iſta, *τοὺς τῆς ἀρχῆς ἄνδρας* ex Eutropii ſententia, qui *provincias imperii* dixit, in *τοὺς τῆς ἀρχῆς ὅρους*, non abs re mutavi. Similiter & illa vitioſa, *ὡς ἔνι μάλιστα πλείστην τοῦ δικαίου ποιούμενος ἐπιμέλειαν· ταῖς τῶν δημοσίων ἐφιστὰς διοικήσεσι*, ſic emendanda non dubito: *ὡς ἔνι μάλιστα πλείστην τοῦ δικαίου ποιουμένους ἐπιμέλειαν, ταῖς τῶν δημοσίων ἐφίστα διοικήσεσι.* Vel Eutropius ita ſcribendum oſtendit. Ex eodem manifeſtum, pro illis, *ὡς τῶν προσοίκων τινὰς βαρβάρων, τὰ ὅπλα καταθεμένους, ἐπιτρέποντας τῷ βασιλεῖ τὰς δίκας*, omnino reponendum, *ὥστε τῶν προσοίκων τινὰς βαρβάρων, τὰ ὅπλα καταθεμένους, ἐπιτρέπειν τῷ βασιλεῖ*, &c. Ex eodem denique, pro *τῶν δὲ δημοσίων θησαυρῶν*, legendum colligitur, *τῷ δὲ δημοσίῳ θησαυρῷ*, quod Sylburgius quoque notarat; & in iis, quæ ſtatim ſequuntur, *πλῆθος παντοδαπῶν ἀπέλιπε χρημάτων*, plenius ſcribetur, *πλῆθος ἄλλο παντοδαπῶν ἀπέλιπε χρημάτων*, ut hæc oppoſita ſcilicet ſint illis præcedentibus, *πολύ τι πλῆθος χρημάτων κεκτημένος*, quibus reſpondeat *πλῆθος ἄλλο*.

AD LIBRUM LXXI. DIONIS.

805. p. Mendum inſigne relictum ab aliis, qui Dionem Xiphilinianum ante me caſtigarunt, in hiſce verbis: *ἔπειτα ἐκ παρατάξεως τοὺς καλουμένους Κουάδους· καὶ πόλεμος αὐτῷ συνέστη μέγας, καὶ νίκη παράδοξος ἐυτυχήθη.* Referunt enim illa priora *ἔπειτα ἐκ παρατάξεως τοὺς καλουμένους Κουάδους*, ad verbum *ὑπέταξεν*, quod præceſſit. Ego vero ſic ſcribendum & diſtinguendum ajo, *ἔπειτα ἐκ παρατάξεως τοῖς καλουμένοις Κουάδοις καὶ πόλεμος αὐτῷ συνέστη μέγας, καὶ νίκη παράδοξος ἐυτυχήθη.*

χήθη. Qua quidem exigua mutatione, ſua Dioni ſcriptura, cum ſenſu facili, reſtituitur. Nam prius illud non etiam propterea locum habere poteſt, quod M. Antoninus dici nequit reapſe Quados *ſubegiſſe*, quod Græcis eſt ὑποτάξαι.

806. f. Quo loco Dionis hæc leguntur verba, καὶ οἱ μὲν ὑγραίνοντό τε καὶ ἔπινον, Blancus interpres hanc ſententiam reddidit: *Atque ob eam cauſam valere alios, & bibere.* Non igitur ὑγραίνοντο ſuis in libris reperit, quod haud dubie ſignificationem *humectandi* habet; ſed ὑγιαίνοντο, quod videtur eſſe illud *valere*, quo ipſe verbo eſt uſus. Verum nequit admitti, quum ὑγιαίνειν Græci duntaxat agnoſcant.

807. m. Fragmento primo medio Fulvii liber habebat, οὐ μέντοι καὶ ἐν ταῖς ἐπιμιξίαις καὶ ἐν ταῖς ἀγοραῖς ἔτυχον, Sylburgicus καὶ τοὺς ἐπιμιξίας. Ex his duabus veram erui ſcripturam, οὐ μέντοι καὶ τῆς ἐπιμιξίας καὶ ἐν ταῖς ἀγοραῖς ἔτυχον.

808. m. In fragmento, cujus initium, Ἐπρεσβεύσαντο οἱ Ἰάζυγες εἰρήνης &c. pro καταφεύγοντας εἰς τὴν σφετέραν, ὅτι βιασθῆ, reſtitui de m. ſ. ὅτε ἐβιάσθησαν, quod rectius.

808. f. In fragmento, quod incipit, Οἱ Ἰάζυγες κακωθέντες, nomen illud corruptum, τὸν Βαναδασπονδὸν, δεύτερον σφῶν βασιλέα, de m. ſ. emendatum, τὸν Βανάδασπον, τὸν δεύτερον σφῶν βασιλέα. Rurſus ibid. 809. p. Pro τῶν τε αἰχμαλώτων μυριάδας ἀπέδοσαν, rectius & plenius a me repoſitum e m. ſ. ὅτι τῶν αἰχμαλώτων μυριάδας δέκα ἀπέδοσαν. Item mox illa, πολλοὺς δὲ τελευτήσαντας, πολλοὺς δὲ καὶ ἱππέας εὐθὺς, ſic ex iiſdem redintegrata, πολλοὺς δὲ τελευτήσαντας, πολλοὺς δὲ καὶ φυγόντας εἶχον. καὶ ἱππέας εὐθὺς &c. Statim poſt πεντακισχιλίους in m. ſ. additur καὶ πεντακοσίους.

809. m. In fragmento, cujus initium, Οἱ Ἰάζυγες ἐπρεσβεύσαντο, καὶ ᾔτησαν &c. ſub finem illa, προσοίκους σφίσι πολεμίους ὑπολείπηται, vitioſa quum ſint, e m. ſ. ita correxi, πρόσοικος σφίσι πόλεμος ὑπολείπηται.

810. p. Ibidem in fragmento, cujus initium, Τοῖς Κουάδοις καὶ τοῖς Μαρκομάνοις &c. pro δύο μυριάδες ἑκάτεροι στρατιωτῶν, verior ſcriptura repoſita, ὅτι δύο μυριάδες στρατιωτῶν. Paulo poſt, μετὰ ἀδείας ποιεῖν, auctum hoc modo, μετὰ ἀδείας ποιεῖν ἐῶν. Rurſum non multo poſt, Urſino ſunt Νασαμόνες, qui m. ſ. aliis Σεμνόνες: incertum, utro nomine veriore.

815. p. Quæ textui a me inſerta verba ſunt, notis tamen his [ ] incluſa, *Quum nec ſponte nec imprudens delinqueret;* a Xiphilino licet omiſſa, vere tamen ſunt Dionia, ſicut e Suida manifeſto paret. Græce vero ſic ſonant. καὶ οὔτε ἑκὼν οὔτε ἄκων ἐπλημμέλει. Rurſus ibid. poſt verſus paucos & alia cum iiſdem [ ] notis inſerta, eodem ex Suida, Dionis hæc recitante verba: λέγων, ὅτι ποιῆσαι μέν τινι ἀνθρώπους, ὁποίους βούλεται ἔχειν, ἀδύνατόν ἐστι· τοῖς δὲ δὴ οὖσι προσήκει, ἐς ὅ, τι ἄν τις αὐτῶν τῷ κοινῷ χρήσιμος ᾖ, χρῆσθαι. Paulo poſt, ubi legitur, τῷ τε πρὶν Ἀντωνίνῳ, reponendum equidem haud dubito, τῷ τε πατρὶ Ἀντωνίνῳ, & intelligendus pater adoptivus. Orta ſcripturæ mutatio ex abbreviatura Græcorum, qui πατρὶ contrahere hoc modo πρὶ ſolent, ex quo non recte factum πρὶν. A me ſtat in hoc & Blancus interpres. Rurſus ibidem, ubi ſcriptum, ἔν τε τοῖς ἐκ φιλοσοφίας λόγοις ἀσκηθεὶς, reponendum e Suida, καὶ ἐν τοῖς φιλοσοφίας λόγοις ἀσκηθείς.

AD LIBRUM LXXII. DIONIS.

817. p. Initio libri de Commodo hæc verba, πανοῦργος μὲν οὐκ ἔφυ, ἀλλὰ καί τις ἀνθρώπων ἄκακος, ſic ajo ſcribenda, ἀλλὰ καὶ εἴτις ἀνθρώπων, ἄκακος. Nihil aliorum correctiones moror, hæc ſimpliciſſima eſt.

818. f. Non poſſunt hæc, ἀνέπεισε τὸ [illegible] θέσθαι τῷ Κομμόδῳ, hæc inquam, [illegible] referri non poſſunt ad Pompejanum, q[illegible] præceſſit. Animadvertit hoc quilibet, [illegible] eruditæ, ſed mediocriter delicatæ ſunt aur[illegible] eſſe aliquid judico, idque fuerit, mea ſent[illegible] dam; ut integre Dio ſcripſiſſe putetur, [illegible] ῥημένον τρόπον ἐπιθέσθαι τῷ Κομμόδῳ [illegible] *Commodo inſidias indicato modo faceret.* Ac revera [illegible] antea legitur expoſitus.

819. p. Reſtat paulo poſt difficilis locus, & a nemine hactenus vel erutus, vel emendatus, uti debebat, ubi legimus hæc: καὶ τοῦ Ἐκλέκτου μετὰ ταῦτα γυνή· καὶ ἔπειτα δὲ καὶ ἐκείνους βιαίως ἀποθνήσκοντας. Carent enim hæc poſteriora ſenſu idoneo. Dico paucis, hoc modo ſcribendum: καὶ τοῦ Ἐκλέκτου μετὰ ταῦτα γυνὴ, ἐκείνου βιαίως ἀποθνήσκοντος. hoc eſt, *Et Electi poſtea conjux, illo* (ſcilicet Commodo) *violenta morte ſublato.* Nihil his jam clarius, ideoque ſic a Dione ſcripta fuiſſe, non eſt cur dubitem. Ex illis autem duobus, μετὰ ταῦτα, & ἔπειτα, alterutrum otioſum eſt, & tamquam irrepticium expungi debet.

820. f. Pro γραμματα, ſcribendum e Suida, qui locum citat, γραμματεῖα. Deinde verſu ſequente, plenius idem, καθ' ἑκάστην ἑσπέραν (ὡς εἰπεῖν) συνέγραφε.

821. Notis his [ ] incluſa Suidas nobis e Dione dat. primum hæc, τά τε γὰρ ἄλλα ἥκιστα ἄδδην ἐσιτεῖτο, καὶ cum ceteris, exſtantibus heic in editis. Deinde linea ſecundum hanc tertia, rurſus hæc, οὐχ ὡς οὐ δυνάμενος τῶν ἐπιχωρίων ἐσθίειν, ἀλλ' & cetera in editis. Iterum linea poſt hanc tertia. τὰ γὰρ οὖλα αὐτοῦ, κακῶς ἔχοντα, ῥαδίως ὑπὸ τῆς τῶν ἀρτων ξηρότητος ἐμάσσετο. ἐπετήδευε δ' οὖν ἐπὶ μεῖζον αὐτὸ πλάττεσθαι, ἵν' ὡς μάλιστα διαγρυπνεῖν δοκῇ. Quibus in verbis repurgatum illud ἐμάσσετο, quod in editis paſſim vitioſe legitur ἡμάσσετο. Nam aliud eſt αἱμάσσειν, *cruentare;* aliud μάσσειν, *purgare*, vel καθαρίζειν, ut Græci exponunt. Licet autem Xiphilinus hæc omiſerit, nobis tamen poſtliminio quaſi revocare licet, quum Dionia ſint. Addendum denique, non multo poſt, pro ὁπότε τὶ σφίσι μὴ καταθύμιον ἀπαντῆσαι, ſcribendum videri ἀπαντήσαιε.

823. m. Pro ἀστέῳ reponendum neceſſario putem προαστείῳ, quandoquidem in ſuburbio Commodus erat, unde rediens in urbem, μετὰ μεσημβρίαν ἐκ τοῦ προαστείου σπουδῇ ἐς τὴν Ῥώμην ἐλάσαι dicitur, pag. 825. p. v. 1.

827. p. Hæc verba, καὶ πάντων εὐτυχέστατος, νίκας νικήσεις ἀπ' αἰῶνος, Ἀμαζόνιε νικᾷς. hæc igitur in hunc modum potius & ſcribenda ſunt, & interpungenda: καὶ πάντων εὐτυχέστατος νικᾷς, νικήσεις ἀπ' αἰῶνος, Ἀμαζόνιε νικᾷς. quorum ſententia margini adjecta.

828. p. Nomina conſulum vitiata ſunt, Ἐρύκλιόν τε Κλάρον καὶ Σύοσιον Φλάκον. Rectius enim priorem ſcribemus Ἐρούκιον, *Erucium* non *Erycium*, quod ſæpius apud Blancum occurrit: poſteriorem Σόσσιον, *Soſſium* non *Syſſium*; itemque non Φλάκον, ſed Φάλκωνα, quod infra legitur, pag. 833. f.

AD LIBRUM LXXIII. DIONIS.

830. m. In his verbis, ἀλλὰ τὰ μ[illegible] ἡμῖν ἐπανορθώσεται, ſecundo loco rep[illegible] licet alio ſignificato, quam prius, per [illegible] phi temere irrepſiſſe, ac abundare, m[illegible] tis enim hæc, ἀλλὰ τὰ μὲν αὖθις σὺ[illegible] ται, ad integram Pertinacis exprimend[illegible]

833. f. Si quis adtentius hæc conſid[illegible] στρατιώταις διένειμα, ὥστε Μάρκος [illegible] facile animadvertit, poſterius hoc ὥστε, [illegible] præcedenti τοσοῦτον. Ergo ſic reſtitu[illegible]

τοσοῦτον τοῖς ϛραἶιώταις διένειμα, ὅσον Μάρκος τε καὶ Λούκιος.

834. f. Corruptum hoc, περί τε δόρυ περιέπειραν, ſic corrige, περὶ τὸ δόρυ περιέπειραν.

836. m. Irrepſit & in hæc, ἐκ τῶν τῆς βουλῆς πραγμάτων βεβαιωσάμενος, vitioſum vocabulum illud, πραγμάτων, ex negligentia librarii; pro quo confidenter ajo reponendum δογμάτων. Nam τὰ τῆς βουλῆς δόγματα, ſunt *ſenatusconſulta*: quibus imperia principibus deſignatis ſanciri & confirmari ſolebant.

AD LIBRUM LXXIV. DIONIS.

840. p. Ubi de ſolitis ſenatui ab imperatore novo confirmari primo in urbis ingreſſu dicitur, ἐνεανιεύσατο μὲν εἶτα καὶ οἱ πρώην ἀγαθοὶ αὐτοκράτορες πρὸς ἡμᾶς, mire inſolens verbum illud ἐνεανιεύσατο, non obſervatum, vel notatum potius ab aliis ante nos, miror. Non enim ita ſcripſit Dio, quemadmodum exiſtimare licet ex verbi νεανιεύεσθαι vero notoque ſignificato. Quapropter germane Dionium in ejus locum reponi debet, ἀνενεώσατο μὲν εἶτα καὶ οἱ πρώην ἀγαθοὶ αὐτοκράτορες πρὸς ἡμᾶς, hoc eſt, *nobis noſtra renovavit, quæ & ſuperiores boni principes*. Sic & alibi loquitur Dio, videlicet lib. 37. non procul ab initio, pag. 31. ἀνανεώσασθαι τὰς συνθήκας ἤθελον. & in excerptis Theodoſianis, ad M. Antonini vitam pertinentibus, οὔτε τὰς σπονδὰς (cum ceteris interjectis) ἀνενεώσατο, *neque fœdera cum eis renovavit*.

841. f. Nec ſcribendum heic, πυρὰ πυργοειδὴς τρίβωλος, nec πυρὰ τρίγωνος, quod aliis placet, ſed τελεάγωνος, ut eſt apud Herodianum. Nam alioqui nec currus huic *rogo triangulari*, nec κλίνη ſive lectus imponi potuiſſet. Ibid. poſt aliquammultos verſus, 842. p. verbis in hiſce, πολιτικάς τε ἅμα καὶ ποιητικὰς διεξόδους διελίττοντες διεξῆλθον, vitioſum eſt illud ποιητικὰς διεξόδους, ideoque Blancus pæne ridicule reddidit, *curſus urbanos & confictos*. Quinam ſunt enim dicendi *curſus* illi *conficti*? Sylburgius noſter pro ποιητικὰς ſubſtituit πολεμικὰς, *curſus bellicos*, verum ne id quidem admitti poteſt. Ego ſcribendum non dubito, πολιτικάς τε ἅμα καὶ πυῤῥιχίας διεξόδους· ut intelligantur *urbanæ pyrrichiæque decurſationes*, quas in funeribus uſitatas fuiſſe, vel ex ipſo Dione probari poteſt.

842. f. In his, μετὰ δὲ αὐτοῦ τοῦ Νίγρου ἐπιφανέντος, haud abs re ſuſpectum eſt illud μετὰ, quod ſolum ita collocari nequit, ut tempus poſterius ſignificet. Quamobrem ſcribendum, μετὰ δὲ ταῦτα αὐτοῦ τοῦ Νίγρου ἐπιφανέντος. Periit enim illud ταῦτα propter ſimilitudinem cum αὐτοῦ ſequente. Simile quiddam reperitur libro 39. Dionis pag. 108. ubi legitur μετὰ δὲ δὴ Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως ἕνεκα αὖθις ἐκινήθησαν. ubi μετὰ δὲ δὴ, vel tantumdem eſt, ac μετὰ δὲ ταῦτα, vel ita ſcribendum. Paulo poſt autem 843. p. quo loco leguntur hæc verba, μετὰ δὲ ταῦτα ἐν Ἰσσῷ, πρὸς ταῖς καλουμέναις πύλαις μεγίστη γίνεται μάχη· ſcripturam ſecutus eſt aliam Blancus; nimirum hanc, μετὰ δὲ ταῦτα ἐν ἴσῳ. Vertit enim, *Æqualis acriſque pugna commiſſa eſt*. Sed altera lectio verior eſt, qua traditur; *ad Iſſum, juxta portas* (quas vocant) *Ciliciæ, maximam pugnam commiſſam*.

844. m. Pro καταλειφθεὶς, ſcribendum eſſe καταληφθεὶς, ex interpretatione margini adjecta intelligitur.

845. p. Nemo non perſpicit, in his aliquid deeſſe: τοῦ περιβόλου τὰ μὲν πρὸ τῆς ἠπείρου, μέγα ὕψος . . . τὰ δὲ πρὸς τῇ θαλάττῃ, ἧττον. Nam verbum aliquod aut poſt ὕψος, aut poſt ἧττον collocandum, deſideratur. Id equidem arbitror eſſe, ἔχον: ut ſcripſiſſe Dionem dicamus, μέγα ὕψος ἔχον, aut ἧττον ἔχον.

846. [illegible]us hic, intactus ab aliis, inſigniter corruptus eſt; καὶ ἥλοις ἐς τοὺς ταρσοὺς σφῶν καλωδίοις ἐκ τῆς φιλίας ἐκδεδεμένους ἐμπηγνύντες, ἐπεσπῶντο. ὥστ' αὐτὰς ἐφ' ἑαυτῶν & cetera. Nam pro ἥλοις ἐμπηγνύντες, non dubito ſcribendum, ἥλους ἐμπηγνύντες. & pro ἐφ' ἑαυτῶν, potius reponendum ἀφ' ἑαυτῶν προσπλεούσας. At quod in medio vitium latet, in his verbis, καλωδίοις ἐκ τῆς φιλίας, animadverſu correctuque difficilius eſt. Quid enim ſunt *funiculi ex amicitia, qui clavis alligari poſſint?* Vidit hoc Blancus interpres, & in reddendo, illud ἐκ τῆς φιλίας, prorſus omiſit. Ego paucis, quod emendando loco remedium inveni, oſtendam. Dico ſcripſiſſe Dionem, vel καλωδίοις ἐκ τῆς φλοιᾶς, vel καλωδίοις ἐκ τοῦ φλοιοῦ· ut intelligantur funes e corticibus arborum facti, quos Byzantii nectebant ex ea materie, propter inopiam rerum aliarum, magis idonearum; uti paulo poſt refertur, e mulierum quoque capillis factos ab eis fuiſſe funes. Quod φλοιᾶς adtinet, femineo genere, fortaſſis ita factum a Dione videri poſſit, uti non multo poſt, pag. 847. f. ubi deſcribitur echo turrium Byzantinarum, ἠχὴν dixit, pro ἦχον, permutato genere: licet illic etiam τὴν ἰσχὺν καὶ τὴν φωνὴν corrupte ſcriptum ab imperitis, qui putarent ἠχὴν non recte dici: quum tamen & alibi Dio, videlicet libro 36. pag. 24. p. eadem voce ſit uſus in deſcriptione prælii nocturni Pompejani adverſus Mithradatem. τὴν ἠχὴν, inquit, τὰ ὄρη ὑπεδέξατο. Rurſus heic eadem pagina, poſt quinque vel ſex verſus, ἐς οὐ ϛενὸν κομιδῇ, non recte inſerta negatione, legitur: quum potius arbitrer, ἐς τὸ ϛενὸν κομιδῇ τῶν πραγμάτων (cum interjectis) ἐληλύθεσαν. Denique poſt decem verſus, neceſſario pro εἶτα καὶ ταῦτα καταναλώθη, ſcribendum εἶτα ἐπεὶ καὶ ταῦτα καταναλώθη, manifeſtum eſt e ſequentibus.

AD LIBRUM LXXV. DIONIS.

849. p. Pro corruptis hiſce, ἐξ ἴσου δὲ τῷ μὴ εὑρεθέντι ἀρχὴν, ὑπὸ τῆς ἀτοπίας ἦν, reponendam judico ſcripturam veriorem, ἐξ ἴσου δὴ τῷ μὴ εὑρόντι ἀρχὴν, ὑπὸ τῆς ἀπορίας ἦν. in quibus ἀπορίας vox Palatino codici debetur. Senſum margo libri exhibet. Ibid. f. propter vocem ἀρχὴν depravatam in his verbis, ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἐξέπεμψε, notatum in omnibus editis, vitioſum in Græco locum eſſe, Blancumque propterea non potuiſſe rectam elicere ſententiam, ne quidem in ſequentibus, conſtat. Nam cum prioribus illa, καὶ οἱ μὲν ταύτην, τριχῇ εἰσβαλόντες, οὐκ ἀμογητὶ ἐχειροῦντο, non reſpondent his Latinis; *Eos in diverſas partes imperii dimiſit, quod illi quamvis tripartito ſint adgreſſi, tamen ægre tuebantur*. Sylburgius noſter Ἄρκην reponit pro ἀρχὴν quod oppidum vires eas non habebat, ut exercitu triplici ad ejus expugnationem opus eſſet. Deinde quivis perſpicit, ἐς τὴν Ἄρκην τριχῇ εἰσβαλόντες, non recte dici: planeque potius illud εἰσβάλλειν ad regionem, quam ad aliquod oppidum pertinere. Quapropter ajo, pro illis ἐπὶ τὴν ἀρχὴν, ſcripſiſſe Dionem, ἐπὶ τὴν ἀνατολὴν, ἐξέπεμψε, *miſit eos in orientem*. Nam hoc & hiſtoriæ Dionis, & Herodiani de rebus iisdem per orientem geſtis expoſitioni convenit.

851. m. In fragmento, cujus initium. Διὰ τὸ τοὺς Καλυδονίους, ſtatim ſequitur ex Urſini libro, μὴ ἐμμένοντας ταῖς ὑποσχέσεσι, καίτοι Μαιάταις &c. quod ita ſcribere malui, μὴ ἐμμεῖναι ταῖς ὑποσχέσεσι, τοῖς Μαιάταις &c.

852. m. Qui putant in his verbis, ἐς φάλαγγα αὐτοὺς βαθεῖαν συνῶσαι, propterea vocis φάλαγγα loco reponendam φάραγγα, quia verſu quinto φάραγγος vocabulum reperiatur; non ſatis acute verba Dionis conſiderant. Nam recte dicitur, ἐς φάλαγγα βαθεῖαν συνῶσαι, *confertam in phalangem compellere*: potiusque vox φάραγγος, quæ ſequitur in hanc ipſam φάλαγγος mutanda. Non enim profundæ convalles ſunt, aut profunda barathra locis iis, quæ commiſſuri pugnas exercitus occupant:

cupant: ſed planicies potius, aptiſſimæ præliis. At phalanx inſtrui ſolet, pauloque longius ab hoſte collocari, quum id agitur, quo per aliquam militum partem ad pugnam is eliciatur: ut eo ſe recipiant, qui velitatum prodeunt, aut alioquin hoſtis irritandi cauſa excurrunt. Dio quidem ipſe paulo poſt ait pugnatum ἐν πεδίῳ *in campo vel planicie.* τὸ πεδίον, inquit, πᾶν μεστὸν ἀνδρῶν καὶ ἵππων ἑωρᾶτο, *campus omnis refertus viris & equis conſpiciebatur.*

854. p. Calligraphorum negligentia totus hic locus, ab his verbis incipiens, πλοῖα καταςκευάσας ὁ Σεβῆρος, mirifice corruptus eſt; non vocibus tantum, ſed integris etiam commatis trajectis, & confuſe tranſpoſitis. Ego vitiata non repetens, germanum verborum Dionis ordinem heic collocabo. πλοῖα κατασκευάσας ὁ Σεβῆρος ἐν τῷ Εὐφράτῃ, τῆς παρὰ τὸν Εὐφράτην καὶ τῆς τῶν ἐκεῖσε χωρίων ὕλης ἄφθονον διδούσης αὐτῷ τὴν τῶν ξύλων χορηγίαν, καὶ πλέων τε καὶ βαδίζων παρ' αὐτὸν, διὰ τὸ εἶναι λίαν ὀξύτατα, καὶ ταχινὰ, καὶ εὖ ἐςαλμένα τὰ κατασκευασθέντα, ταχέως τήν τε Σελεύκειαν, καὶ τὴν Βαβυλῶνα ἐκλειφθείσας ἔλαβε. Nec minus confuſa loci Latina verſio, commutata cum integriori, & margini adſcripta.

857. p. Pro δι' εὐνούχων τήν τε ἄλλην θεραπείαν ἔχῃ, neceſſario ſcribendum, τήν τ' εὐνούχων τήν τ' ἄλλην θεραπείαν ἔχῃ. & verſu ab hoc tertio, pro καὶ πατέρας αὔρχεις, potius πατέρας τε καὶ αὔρχεις, uti Dio tam in antecedentibus hæc, quam ſequentibus, loquitur.

858. f. Non equidem dubito locum hunc, alioqui non integrum, ſi legatur ut hactenus, ἀνὴρ ἐλλογιμώτατος. ἀλλ' ὃυ χάριν τούτων ἐμνήσθην, ita debere reſtitui: ἀνὴρ ἐλλογιμώτατος ἄλλως, ὃυ χάριν τούτων ἐμνήσθην: vel illud ἀλλὰ, prorſus omittendum. Ita ſenſus erit perſpicuus is, quem habes in margine.

AD LIBRUM LXXVI. DIONIS.

863. p. Filius Plautiani rectius Πλαύτιος quam Πλαῦτος ſcribetur, e libro ſequenti. Verba vero ibidem m. Σεβῆρος ἐπὶ πολλοῖς ἐπιφανῶν φόνοις, Blancus ita reddens, *Severus aperte multas cædes fecit;* legit ἐπιφανῶς, & vitioſe quidem; non tamen in hoc tantum alucinans, ut ex adjectis ad marginem videre licet.

865. p. Ex Βούλας τις Ἰταλὸς, mihi quidem Βούλλας faciundus videtur, & Italico nomine *Bulla* non *Bulas*: itidemque nomen alterum hujus Φίλιξ, quod ſequitur, non fuiſſe *Philix* putabitur; ſed Φήλιξ, a fortuna, quam ſuis in latrociniis felicem expertus eſſet. Ibid. m. λογγώδη τόπον exiſtimat H. Stephanus non recte dictum, qui potius ſit λοχμώδης. Ego nihil mutandum ajo, præter unicam litteram, ut λογκώδη ſcribamus. Nec priſcis tantum λόγκος & λογκώδης erant in uſu, quod ex hiſtoria *Prætoris Græciæ* mea docere poſſem, ſi mecum eam haberem in hac peregrinatione; ſed etiam hodieque Græcis utrumque frequens, niſi quod λάγκος fere pronuntiant, & λαγκώδης.

869. p. In his verbis, παιδείας μὲν γὰρ ἐπεθύμει μᾶλλον, ἢ καὶ διὰ τοῦτο πολύγνωμος μᾶλλον ἢ πολύλογος ἦν, ſi demas alterum illud μᾶλλον, quod irrepſit e linea præcedenti; ſuſtuleris omnem de integritate loci ſuſpicionem, cujus ſenſum margini adnotavimus.

AD LIBRUM LXXVII. DIONIS.

874. p. πολλὰ καὶ δεινὰ δεδρακότα, tranſpoſita dumtaxat copula, rectius erit, καὶ πολλὰ δεινὰ δεδρακότα. Majoris autem momenti, quod ſtatim ſequitur, haud dubie vitiatum, καὶ διὰ τοῦτο παρ' αὐτοῦ ἐξ ἐγκλήτου δίκης κρινόμενον. Scribendum enim, καὶ διὰ τοῦτο παρ' αὐτῷ ἐξ ἐκκλήτου δίκης κρινόμενον, ut vera verborum Dionis ſententia ſit, *Et propterea coram ipſo* (vel *apud ipſum*) *reus agebatur in appellationis judicio.* Vidit interpres aliquod ineſſe loco vitium: ideoque [illegible] ἐξ ἐγκλήτου δίκης, omittere.

877. f. Quod heic legitur, καὶ τοῖς [illegible] τὴν ἔνδον αὐτοῦ φρουρὰν ἔχουσι, corruptam vocem [illegible] σιώταις habet; pro qua reponi debet [illegible] in libris interpres ſcriptum reperit.

880. m. Repetitio verbi διατειχισ[illegible] in [illegible] Ἀλεξάνδρειαν διατειχισθῆναί τε, καὶ φρουρίοις [illegible] σθῆναι ἐκέλευσεν, haud dubie vitioſa ce[illegible] debet, [illegible] ſteriore loco reponi ſimplex verbum, hoc modo; φρουρίοις τειχισθῆναι ἐκέλευσε. Non ignoro, quid [illegible] de hoc, ſed nequit illud ſimplex poni priore loco, τὴν Ἀλεξάνδρειαν τειχισθῆναι (cum interjectis) ἐκέλευσεν, quum muros haud dubie prius habuerit Alexandria, *ſed caſtellis munita non fuerit.*

AD LIBRUM LXXVIII. *DIONIS.*

882. Non ita procul a principio pro φθῆναι γνωσθέντα αὐτῷ, ſcribendum arbitror equidem, φθῆναι ἀναγνωσθέντα αὐτῷ ſic tamen, ut contendendum non putem, ſi quis aliter cenſeat. Ibid. f. Hæc verba, γνωρισθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, (ſcilicet τοῦ ξίφους, quod præceſſit) ὑπό τινος τῶν Σκυθῶν (cum interjectis) κατηκοντίσθη, ſic corrigi debent, ut pro ὑπ' αὐτοῦ reponatur ἀπ' αὐτοῦ, ſicut in fragmento Fulvii Urſini V.C. legitur; & pro ὑπό τινος τῶν Σκυθῶν, rectius exiſtimetur ὑπό τινος τῶν Κελτῶν, idque poſterius propterea, quod Γερμανῶν dixerit Herodianus.

883. p. Plenius hoc, ἄλλο μὲν ὀυδὲν ἐλυμήνατο, in fragmentis Urſini, ἄλλο μὲν ὀυδὲν τοπαράπαν ἐλυμήνατο: ſicut & quod linea ſtatim ab hac tertia legitur, ἱπποδρομίας γενομένης, auctius in iiſdem, ἱπποδρομίας τοῦ Σεβήρου ἀρχῆς ἕνεκα γενομένης· quod expoſitum ad marginem. Paulo poſt quod ſcriptum, οἱ πράσινοι ςρατιῶται; permutatio vocum eſt, illi contraria, quam paulo ante de libro 77. indicavimus. Nam ut illic diximus pro τοῖς ςασιώταις reponendum adſentiente Blanco, τοῖς ςρατιώταις: ita non dubitamus heic a Dione ſcriptum fuiſſe, οἱ πράσινοι ςασιῶται, licet *milites Praſinos* habeat idem Blancus, qui potius reddendi *Praſinæ factionis aurigæ.* Verſus autem Euripidei, qui ſub finem hujus paginæ leguntur, in extremo non recte ſcripti ſunt. Nam illa quoque, τοιόνδ' ἀπέβη τὸ πρᾶγμα, non minus Euripidea ſunt, quam priora: ſed ita tamen emendanda, Τοιόνδ' ἀπέβη καὶ τόδε πρᾶγμα, verſus ut integer ſit. Adjecimus autem margini commodiorem horum interpretationem oratione proſa, quam ſit Blanciana. Si quis autem pro ea verſus deſiderat, per me quidem hos quales quales, ſi volet, accipiat.

Formæ conſilii ſunt variæ dei.
Præter ſpem peragunt plurima cælites.
Nec ſunt facta ea, quæ conſore ſpes erat.
At quæ non aliquis putet
Eventura, Deus repperit his viam.
Talem iſthæc etiam res tulit exitum.

884. m. Sunt hæc quoque, ἐκ μονομάχου προσηγορίᾳ τινὸς, meliora in Urſini fragmentis, ἐκ προσηγορίας μονομάχου τινές. Item illa non multo poſt, καὶ τὸν Σεβῆρον ἐπὶ βήματος, ibidem non paulo pleniora, hoc modo: καὶ ἐνταῦθα τὸν Σεβῆρον ἐπί τε γηλόφου, καὶ ἐπὶ βήματος. Denique poſt illa, f. καὶ βίος καὶ ὄλεθρος ἐγένετο, *hæc Tarantis vita, & hic interitus fuit:* adjecta quæ ſunt, & hiſce notis [ ] incluſa, Dionia ſunt, [illegible] Urſini fragmentis, & hoc modo Græce ſo[illegible] ἐπαπώλοντο μὲν καὶ οἱ τῆς κατ' αὐτοῦ [illegible] ταχόντες, οἱ μὲν εὐθὺς, οἱ δ' ὀυ πολλῷ [illegible] διεφθάρησαν δὲ καὶ οἱ πάνυ ἑταῖροι αὐτοῦ, [illegible] σάρεισι. οὕτω που φονικῷ δαίμονι καὶ ἐς [illegible] καὶ ἐς τοὺς φίλους συνεκεκλήρωτο. Ibid. p[illegible] λίας Καισαρείας, ſcribendum ἀπὸ Σε[illegible]

ρέας, — Cæſarea Sitifenſi. Non enim otioſum putari debet omnino illud Σικελίας, licet in Fulvii fragmentis non inveniatur. Rurſum poſt quatuor verſus, κατὰ τὸ τῶν Μαύρων ἐπιχώριον, habent indicata fragmenta plenius quiddam, κατὰ τὸ τοῖς πολλοῖς τῶν Μαύρων.

885. p. rectius ἀπαλλάξειν ἐπελπίσας, quam ἀπαλλάξειν ἐλπίσας.

889. p. Quæ notis [ ] incluſa leguntur, e Fulvii petita ſunt fragmentis, & Græce ſic ſonant: πρὸς τὸν Ἀρτάβανον [τὸν τῶν Πάρθων βασιλέα, διά τε τοῦ Ἐπαγάθου, καὶ δι᾽ ἄλλων τινῶν] ἔπεμψεν. Paulo poſt pro κατὰ τὰς ἀλουργεῖς rectius ibidem κατὰ τῆς ἀλουργοῦς. Item inferius pro κατελήφθη legit interpres κατελείφθη, quod rectius. Ait enim, Chalcedone Macrinum remanſiſſe, quod quidem ei fuit exitio.

AD LIBRUM LXXIX. DIONIS.

910. Paulo longius a f. Pro ἀριθμηθήσεσθαι vel ſcribendum ἀριθμήσεσθαι, vel ex auctoritate fragmenti Fulviani, ἐξαριθμήσεσθαι. Mox pro εἰκόνας τινὰς ἐπιχρύσους, integrius in Urſini fragmentis, εἰκόνας τινὰς αὐτοῦ ἐπιχρύσους. Nam majeſtatis crimine ſe Pætus obligaſſe videbatur eo ipſo, quod imperatorum more ſuas imagines tum ſibi, tum concubinis finxiſſet. Alioqui poſſet illa de imperatoris imaginibus aliquis accipere.

911. m. Plenius hæc, κηλῖδα τινὰ περὶ τὸ σῶμα ἔχουσαν ἀποπέμψας, ſuis in libris ſcripta reperit interpres Blancus, hoc quodam modo: κηλῖδα τινὰ περὶ τὸ σῶμα ἔχουσαν, ὡς ἔλεγεν, ἀποπέμψας. Hoc enim colligi facile poteſt ex his ejus verbis: *Quod maculam haberet in corpore, ſicuti dicebat.*

912. p. Non recte ſcriptum, κἀν τοῖς Καπιτωλίοις, neque mutandum auctore in Καπιτωλιείοις, ut antea quoque monui. Denique tranſpoſita ſunt illa: ἥδε, τῇ μητρὶ ἅμα, καὶ τῇ τηθῇ, quæ ſic in ordinem priſcum redigo, ἥδεν ἅμα τῇ μητρί. Ibidem m. pro κομίσασθαι præſtabit ſcribere κομίσεσθαι, alio quidem, & magis idoneo tempore.

915. p. Pro ὅτι ἄρα ὡς Ἀλέξανδρος ἐξ Ἐμέσης ἐλθὼν, non tam ὅτι ἄρα τις Ἀλέξανδρος ſcribendum puto, quam ὅτι ἄρα ὁ Ἀλέξανδρος. Ibid. m. non ἱερά τινα ποιήσας legit Blancus, ſed ἱερέα τινὰ ποιήσας. Vertit enim, *Creato quodam ſacerdote.* Sed vero eſt ſimilius, eum ſacra quædam peregiſſe, quod altera lectione ſignificatur.

916. m. Partim corrupta, partim tranſpoſita ſunt hæc verba, ἐν τῷ διακένῳ τῆς τῶν κωμῳδῶν ὑποκρίσεως εἰσεφέρετο, καὶ οὕτω καὶ ἐκεῖνος τῇ τῶν πολιαρχησάντων ἐπ᾽ αὐτῇ κενῇ χώρᾳ προσετάττετο. Ego, ne diutius lectores detineam, ſic ajo locum reſtituendum, ἐν τῷ διακένῳ τῆς τῶν κωμῳδῶν ὑποκρίσεως εἰσφέρεσθαι, οὕτω καὶ ἐκεῖνος ἐπ᾽ αὐτῇ τῶν πολιαρχησάντων κενῇ χώρᾳ προσετάττετο. Sententia quoque vera verborum, quam interpres non adſecutus eſt, ad marginem poſita.

AD LIBRUM LXXX. ET ULTIMUM DIONIS.

917. f. Sæpius animadvertere licet, interpretem Blancum ſuis in libris quædam integriora reperiſſe, quam ea ſint, quæ in noſtris leguntur. Id adeo nobis hoc ipſo uſu venit loco. Nam illa verba, στάσις μεγάλη πρὸς τοὺς δορυφόρους (cum ceteris interjectis) ἐγένετο, quum ſic ab eo reddita ſint; *Tanta contentio* (rectius dixiſſet, *ſeditio*) *ex parva cauſa populo cum prætorianis fuit*: ſatis perſpicitur, ejus exemplaria lectionem habuiſſe pleniorem hujuſmodi, στάσις μεγάλη τοῦ δήμου πρὸς τοὺς δορυφόρους ἐγένετο, quam equidem vocis τοῦ δήμου acceſſionem neceſſario recipiendam ajo.

918. m. Ubi legitur, οὕτω τὰ στρατιωτικὰ ἡμῶν διάκειται, reponenda Dionis vera ſcriptura, οὕτω τὰ στρατιωτικὰ ἡμῶν διέκειτο. Similiter haud multo poſt hoc quoque, ἀνεπιπληξίᾳ τε χρῶνται, ſic emendandum, ἀνεπιπληξίᾳ τ᾽ ἐχρῶντο: licet χρῶνται Blancus etiam legerit, quum reddat, *Quorum tanta eſt mollities, licentia, impunitas.* Rectius enim dixiſſet, *Quorum tantus erat luxus, licentia, reprehenſionum contemtus.*

Ad Fragmenta ex Urſini membranis deſcripta, de Caracallo, Macrino, & Avito.

890. p. Ubi legebatur, καὶ τὴν τοῦ ἁπλοῦ δόξαν, equidem audacter repoſui, ἵνα καὶ τὴν τῶν ὅπλων δόξαν & quod ſtatim ſequitur, βάρους αὐτοῦ, mutavi in βάρους αὐτῶν, ut reſpondeat illi voci ὅπλων præcedenti.

Non multo poſt, vitioſum hoc ſequitur, * ἐγὰς κόπτων, καὶ συῤῥάπτων ἐς μανδύης τρόπον, pro quo reſtitui κατακόπτων, non ex teſtimonio Xiphilini dumtaxat, verum etiam Dionis ipſius auctoritate, qui libro 49. verbis ſimilibus utitur, κατατέμνοντες συῤῥάπτουσι. Nam quod heic κατακόπτειν, illic eſt κατατέμνειν.

Rurſus ibidem ſtatim ſequitur in Fulvii libro, καὶ ἐκείνῳ τε πολλοὺς μὲν ἀκούοντες εἶναι, ἐκ δὲ δὴ, quod ex his ajo corruptum, καὶ ἐκείνους ἐκλελυμένους ἀκούοντες εἶναι, ἔκ τε δὴ, cum ceteris ſequentibus.

891. p. Non multo poſt, in deſcriptione necis Caracalli, quum ὑπό τινος τῶν Σκυθῶν legeretur, repoſui Κελτῶν ex auctoritate coætanei ſcriptoris Dioni noſtro Herodiani, qui Γερμανῶν expreſſius ſcripſit. Notum vero, Dioni quoque Κελτοὺς & Γερμανοὺς eoſdem eſſe. Rurſus ibidem male ſcriptum erat, Κελτοὺς (cum interjectis) καὶ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ἀφελόμενος. Nam quo modo potuit abſtrahere Caracallus viros a viris & feminis? Ergo repoſita ſcriptura verior, καὶ παίδων καὶ γυναικῶν ἀφελόμενος: ut intelligantur viri a liberis & uxoribus abſtracti.

894. p. In fragmento, quod Agrippæ & Tricciani mentionem facit, vitioſe legebatur, ὑπὸ τοῦ Ταράντου σὺν τοῖς ἄλλοις καταλεχθέντα, pro quo confidenter ſcripſi καταχθέντα, quum intelligatur ab exſilio reductio.

897. m. In fragmento, cujus initium, Ῥωμαίων αὐγούστους, pro ἄλλως καὶ τεθνηκότας, repoſui ἀλλ᾽ ὡς καὶ τεθνηκότας. Non multo poſt, ex τὸν Βάσσα τὸν τοῦ Πομπωνίου παῖδα, feci τὸν Βάσσον, quod verum erat Pomponiorum cognomen, uti vel e faſtis conſularibus paret.

898. f. Rurſus ubi Feſto traditur Aſiæ data provincia, non recte ſcriptum hoc, ἐπειδή γε βαρὺς ὁ χρόνος, recte mutatum in βραχὺς ὁ χρόνος, quod ipſe verborum ſenſus probat.

899. f. Rurſus in fragmento de prodigiis, quod incipit ab his verbis, Ἔμελλε δ᾽ οὐδ᾽ ὁ Μακρῖνος, ſcriptum perperam legebatur: καὶ μέλισσα κηρία ἐν τῇ ἀγορᾷ τῇ βοαρίᾳ ἐνέπλασεν, pro quo repoſui vel ipſo auctore Dione, καὶ μέλισσαι κηρία (cum ceteris interjectis) ἐνέπλασαν. Sic enim & 56. libro loquutus eſt, μέλισσαι περὶ τοὺς βωμοὺς κηρία ἀνέπλασσον, quæ verba ſuo loco ex his emendavimus, ut hæc nunc ex illorum aliqua parte.

902. f. In fragmento, cujus initium, Καὶ ὁ Μακρῖνος ἐς τὴν Ἀπάμειαν, mentio fit *Albaniorum militum* quos equidem *Albinios* ubique ſcripſi, ex m. ſ. librorum auctoritate. Nam Albino quondam militantium hæ reliquiæ ſcilicet erant. Ibidem ſtatim a principio legebatur, καὶ τὸν αὐτοκράτορα (cum interjectis) ἀπέδειξεν, quod ipſe plenius, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοκράτορα ἀπέδειξεν, reddidi.

903. p. Non multo poſt vitium his inerat, καὶ αὐτῷ ταῦτα πρῶτον στρατιώτης, quod expurgatum, ſcribendo τότε πρῶτον. Quod poſtea ſequitur nomen *Baſiliani*, præfecti Auguſtalis Ægypti, Fulvius abſque cauſa ſuſpectum habere videtur, ex hiſtoria Zonaræ, quaſi *Baſilianum*

hunc dixerit is *Eutychianum*. Ego nihil ineſſe vitii arbitror, & alium putandum *Baſilianum*, alium *Eutychianum*.

905. p. In fragmento quo Gannys aciem ſtruxiſſe legitur, hæc verba, ὥστε καὶ ἐπισήμας τοῖς γνοῦσιν αὐτὴν χαρίζεσθαι, vel ita ſcribenda, ὥστε καὶ ἐπισήμας τοῖς ἀγνοοῦσιν αὐτὰς χαρίζεσθαι, vel ſaltim hoc modo, ὥστε καὶ ἐπισήμην τοῖς ἀγνοοῦσιν αὐτὴν χαρίζεσθαι.

Ibid. m. In fragmento penultimo de Macrino, ſub finem, pro ἀντεπίτακτον σκοπούντων ἐποίει, recte collocatum a nobis, ἀνεπίτακτον σκοπούντων ἐπῄει, quivis perſpicit.

In ultimi fragmenti principio ibidem, vitium non contemnendum hiſce verbis inerat, καὶ οἱ μὲν ἐπαινέθησαν ὑπὲρ πάντας ἀνθρώπους, quod hac ſcriptura ſublatum, καὶ ὁ μὲν ἐπῃνέθη ἂν ὑπὲρ πάντας ἀνθρώπους. Ibid. paulo poſt, ante καὶ διέβαλεν, non abs re poſui, νῦν δὲ καὶ διέβαλεν, uti Dio ſcripſerat. Et quod ſtatim ſequitur, ἀξιωτάτου αὐτοῦ γενέσθαι, neceſſario mutandum vel in ἀξιωτάτως αὐτὸν, vel in παθήματι ἀξιωτάτῳ αὐτοῦ, quod magis probo.

909. p. In fragmentis de Avito, quo loco Severi mentio fit, invaſoris imperii, pro τοῦ τετάρτου τοῦ Σκυθικοῦ τείχους, indubitanter reponendum exiſtimavi, τοῦ Σκυθικοῦ τέλους. Intelligitur enim *legio*, quæ Dioni etiam aliis in locis τέλος dicitur. Locus memoriæ occurrit unus, libro 55. Dionis, ubi Rom. legiones recenſentur.

Ibid. f. Non multo poſt, πλὴν παρ' ὅσον παρὰ τὸ καθεστηκὸς, rectius a me ſcriptum, πλὴν καθ' ὅσον παρὰ τὸ &c.

910. p. Poſt paucos verſus legebatur, αὐτὸν ἀντέγραψε· καίτοι, pro quo rectius αὐτὸν ἀντενέγραψε, καὶ ὅτι τὸ καταρχὰς &c.

Locus ille mutilus, qui ſtatim ſequitur, ἐν τῇ τῶν εὐχῶν ἡμέρᾳ . . * . . ſic viſus eſt mihi ſupplendus, ἐν τῇ τῶν εὐχῶν ἡμέρᾳ ἐχρήσατο, nec facile quis contradicet.

Sub finem [pag. 902.] denique legebatur, δόλον σφίσι, pro quo repoſui δῶρον σφίσι (cum interjectis) πεισθείς. Ipſe verborum Dionis ſenſus exigit, ut ita ſcribatur.

AD FRAGMENTA DIONIS URSINIANA LIBRORUM I—XXXV.

Ad frag. 1. de legationibus. (CXL.) Ubi legitur ex Fulvi Urſini V. C. libro, αἰτιώμενοι πρὸς σφᾶς ἔπεμψαν, repoſui ex manu ſcripto Sylburgii, αἰτιώμενοι σφᾶς, hæc enim conjungi debent, non σφᾶς ἔπεμψαν.

Ad 2. Pro ἐνεγκόντες male Fulvius ἐνεγκόντων.

Ad 3. Non Ἀγύλλαι, quod Urſinus & m. ſ. Sylburgii habent, ſed Ἀγυλλαῖοι ſcribendi, qui & Cærites. Quod de Ptolemæo Philadelpho ſequitur hoc ipſo fragmento, non pertinet huc, ſed in m. ſ. poſt ſeptimum collocatur. (CXLVII.)

Ad 4. Manca ſunt hæc e Fulvii libris & emendatione, ἐπειδὴ φθάσας ἑαυτὸν διεχειρήσατο, ἔτυχον τῆς εἰρήνης. Redintegrari vero debent e m. ſ. hoc modo: ἐπειδὴ φθάσας ἑαυτὸν προκατεχρήσατο, διέρριψαν. οὐ μέντοι καὶ ἔτυχον τῆς εἰρήνης.

Ad 5. Aſteriſcum ad illa, σταλέντων * ἐκεῖνόν τε συνέλαβον, poſuit Urſinus. At ſi ſcribas, πρεσβευτὴν (cum interjectis) ἔστειλαν. οἱ δὲ ἐκεῖνόν τε συνέλαβον &c. licet aſteriſcum tollas.

Ad 6. Pro τὸ δείλης, non abs re ſubſtitui, ἀπὸ δείλης. Ibid. ὥσπερ τι θαυμαστὸν εἰργασμένων, ἐς δὲ δὴ τοὺς Ῥωμαίους, quæ Urſini lectio eſt, ita ſcribi præſtat: ὥσπερ τι θαυμαστὸν εἰργασμένον, τῶν δὲ δὴ ἐς τοὺς &c.

Ad 10. Quod in fine verbum legitur, τήν τε πρόσοδον (cum interjectis) ἐποιήσατο, ab Urſino poſitum fuit, pro ἠτήσατο, quod erat in libro m. ſ. Sed alii m. ſ. rectius τήν τε πρόσοδον ᾐτήσατο.

Ad 11. Vitioſe liber Urſini, πρεσβεία αὐτῶν ἐλθοῦσα, rectius m. ſ. πρεσβείας αὐτῶν ἐλθούσης.

Ad 12. Hæc verba libri Fulviani, τοὺς Ἰο[illegible] interjectis) ἀνθυπουργεῖν τι εὐθὺς τούτοις [illegible] τοῖς πρὸς ἑαυτοὺς σπουδακόσι, ſic emend[illegible] τοῖς Ἰσσαίοις (adde intermedia) ἀνθυπουργεῖ[illegible] προθύμως, ὡς τοῖς πρὸς ἑαυτοὺς ἐσπουδακ[illegible] δοκεῖν. Quæ ſcriptura non admittit, ut ex opini[illegible] Fulvii δοκεῖν excludatur. Ibidem poſitus aſteriſcus ab [illegible]no, tolli poteſt, verbis hoc modo collocatis: μ[illegible] τοῦ Πίννου οὖσα, ἐκράτει τῶν Σαρδιανῶν, (rectius Σαρδιαίων) καὶ οὐδὲν μέτριον ὑπὸ θρασύτητος αὐτοῖς ἀπεκρίνατο. Paulo poſt ibidem, δυνάμεως ἧς ἦρχε, mutavi ex m. ſ. in ἧς εἶχε.

Ad 16. Pro τούς τε αὐτομόλους οὓς ἤτει τῶν Ῥωμαίων ἢ τῶν συμμάχων, ἐφ' ὧν εἶχον, repoſui lectionem integriorem τούς τε αὐτομόλους ἤτοι τῶν Ῥωμαίων ἢ τῶν συμμάχων, ὧν εἶχον.

Ad 26. finem. Urſinus hæc, ὃς μεθέγμιον ἔμελλεν ἔσεσθαι, mutandum putat in μεταίχμιον, vocem translatam. Ego ſcribendum, ὃς μεθ' ἔκμηνον ἔμελλεν ἔσεσθαι, minime dubito. Nam hoc illud eſt Polybii, μετὰ μῆνας ἕξ, hoc Pauſaniæ, σύνοδος εἰς μῆνα ἐσομένη ἕκτον.

Ad 32. In aliquibus ſcriptum reperitur, πεῖσαι αὐτὸν καὶ καταναγκάσαι, in aliis, πεῖσαι αὐτὸν μὴ καταναγκάσαι, quæ duo reperiuntur etiam apud Urſinum. Ego ex poſteriori facio πεῖσαι αὐτὸν, ἢ καταναγκάσαι, *vel perſuaderent, vel cogerent.*

Ad 34. Momenti non levis errata reperiuntur in hoc fragmento apud Urſinum. Nam pro ἐκστῆναι (adde intermedia) Νικομηδείας Ἀριοβαρζάνει, ſcribendum Καππαδοκίας Ἀριοβαρζάνει: non multo poſt pro περὶ χαιρώνειαν ἔργον ὡς οὐχὶ, rectius περὶ Χερρόνησον, ὡς ἔργον &c. Denique μάλιστα δὲ ἡ δοθεῖσα γῆ mutandum in μάλιστα διὰ τὴν δοθεῖσαν γῆν.

Ad 35. finem. pro κτεῖνεν αὐτὸς ἑαυτὸν ἐπὶ τούτοις, repono κτενεῖν αὐτὸς αὐτὸν ἐπὶ τούτοις. Non enim ſeipſum Archelaus, ſed Mithradatem interfecturus erat, ni pacem feciſſet. Hoſtis Mithradatis mors, utilis; Archelai, amici & ſocii regis, noxia Romanis fuiſſet.

Ad 36. Pro illo Fulvii, τῷ Μιθριδάτῃ (adde intermedia) ἔχων ναῦς, neceſſario repoſitum τῷ Μιθραδάτῃ (cum interjectis) ἔχοντι ναῦς &c.

Ad 37. Pro ἐν αὐταῖς εἰς τὸν Πόντον, reſtitui veram ſcripturam, ἐν ταῖς λοιπαῖς εἰς τὸν &c.

Ad 38. ſub finem. Pro τοῦτό τε οὖν σφᾶς εἰδότες, Sylburgii m. ſ. habet τοῦτό τε οὖν σαφῶς εἰδότες, quod ſequendum duximus.

Et hæc quidem habui, quæ Dioni tum augendo, tum repurgando notis hiſce, brevibus quidem illis, at luculentis, includenda ducerem. Quod adtinet eorum emendationem, quæ paſſim e libro legationum, & fragmentis Dioniis Fulvii Urſini, *viri magni & præclare meriti* de litteris, inſeruimus: hoc tantum dicam, maluiſſe me veras lectiones, e codicibus manuſcriptis Frid. Sylburgii viri cum primis eruditi & induſtrii, quos utilitatis publicæ cauſa lubenter communicavit, non perfunctorio collationis erutas ſtudio, & ab ingenio quoque noſtro profectas exprimere; quam adnotandis omnibus non libri duntaxat molem ſed etiam lectoris moleſtiam augere.

Immortali & Opt. M[illegible]

Et hæc quidem Leunclavius [illegible] Notis cum minore editione Latini Dion[illegible] rat. Iis tamen ſi integras Urſinianas n[illegible] re Græcolatini editione adjungeremus, [illegible] cum Sylburgianis factum fuit, nemine[illegible] cum æquitate putare velit, noſtrum co[illegible] ſurum autumavimus. Eas itaque hic h[illegible] Plantino illas olim eximius ille Fulvius [illegible] gat. Eclog. edi voluit.

FULVI

FULVII URSINI NOTÆ IN DIONEM.

Fragm. I. (CXL.)

Ἀξιώμενοι πρὸς σφᾶς ἔπεμψαν. Adverbium πρὸς deeſt in exemplari; videtur tamen neceſſarium. δρῦν δέ τινα διὰ τοῦ στρατηγοῦ σφῶν Κοιλίου Γράκχου δείξαντος, πρὸς ἐκείνην εἴ τι βούλοιντο, λέγειν κελεῦσαι. De hac re ita Livius libro 3. *Eos Æquorum imperator, quæ mandata habeant ab Senatu Romano, ad quercum jubet dicere, &c.* Æquorum imperator a Livio nominatur *Cluilius Gracchus.* Alii tamen habent Κοίλιος, ut Dio.

II. (CXLI.)

Ἐλπίδα οὐκ ἐλαχίστην ἔχοντες, ἐπειδὴ τοῖς Βειένταις, καίπερ ὁμοφύλοις οὖσιν οὐ συνήραντο, πάντως τινὰ ὠφέλειαν παρ' αὐτῶν εὑρήσεσθαι. Ita legendus hic locus ex Livio, apud quem in libro 5. ita ſcriptum eſt: *quod Veientes conſanguineos adverſus populum Romanum non defendiſſent, &c.* manuſcriptus liber præter alia menda, Βένταις; pro Βειένταις habebat, ὡς δὲ ἐκεῖνοι τὴν ἐπικουρίαν οὐκ ἐψηφίσαντο· πρέσβεις δὲ πρὸς τοὺς Γαλάτας πέμψαντες. Livius ibidem: *de auxilio nihil impetratum. legati tres, &c.* συμπεσόντας. Ita emendavimus, cum συμπεσὼν corrupte ſit in exemplari.

III. (CXLII.)

Ὅτι Ἀγυλλαῖοι ἐπειδὴ ᾔσθοντο τοὺς Ῥωμαίους σφίσι πολεμῆσαι βουλομένους πρέσβεις εἰς τὴν Ῥώμην ἔστειλαν, πρὶν καὶ ὁτιοῦν ψηφισθῆναι. Ita legendus hic locus, cum in exemplari mendoſe ſcriptus ſit. Ἀγύλλα, inquit Stephanus, πόλις Τυῤῥηνίας, κτίσμα τῶν ἐν Θετταλίᾳ Πελασγῶν. μετωνομάσθη δὲ Καῖρε. de hac re ita Livius libro 7. *itaque pax populo Cæriti data: induciasque in centum annos factas in Senatusconſulta referri placuit.* οὐκ ἐδέξαντο αὐτά. Aliter Zonaras libro 2. ἐς τὸ δημόσιον, inquit, ταῦτα εἰσῆγον, quod tamen miror, cum Dionem non tantum ſequatur, ſed de verbo ad verbum fere exſcribat.

IV. (CXLIII.)

Καὶ τινος Παπιρίου, ἀνδρὸς ἐς τὰ πρῶτα τῶν παρ' αὐτοῖς ἀξιουμένων, καὶ τὴν αἰτίαν τοῦ πολέμου πᾶσαν φερομένου, τήν τε οὐσίαν, καὶ τὰ ὀστᾶ, ἐπειδὴ φθάσας ἑαυτὸν προαπεχρήσατο, διέῤῥιψαν. Ita emendavimus, cum mendoſe legeretur in exemplari ἔσται τὰ, & ἑαυτῷ. Opinor autem verbum διέῤῥιψαν abundare, nam de hac re ita ſcribit Livius libro 8. *De eo coacti referre Prætores decretum fecerunt, ut Brutulus Papius Romanis dederetur: & cum eo præda omnis Romana, captivique ut Romam mitterentur: quæque res per Fetiales ex fœdere repetitæ eſſent, ſecundum jus fasque reſtituerentur. Fetiales Romam, ut cenſuerunt, miſſi: & corpus Brutuli exanime; ipſe morte voluntaria, ignominiæ ſe, ac ſupplicio ſubtraxit: placuit cum corpore bona quoque ejus dedi, &c.* apud Zonaram *Rutulus*, pro, *Brutulus*, ſcriptum eſt; ut videtur, mendoſe. καὶ τὴν αἰτίαν τοῦ πολέμου Ῥουτούλῳ ἀνδρὶ δυνατῷ παρ' αὐτοῖς ἐπιγράφοντες, &c. & pro προαπεχρήσατο, habet διεχειρίσατο, quod magis placet.

V. (CXLIV.)

Ἐκεῖνόν τε συνέλαβον. Locus eſt, ut videtur, corruptus, & in quo multa deſunt: itaque aſteriſco notandum curavimus.

VI. (CXLV.)

Ὅτι Λούκιος ἀπεστάλη παρὰ Ῥωμαίων ἐς Τάραντα. Videndus Dionyſius Halicarnaſſeus, & Appianus Alexandrinus in fragmentis: ubi de L. Cornelio Duumviro navali habetur mentio.

VII. (CXLVI.)

Ἐλπίδα σπονδῶν τε δεῖσθαι, καὶ ὁμολογίαν, οἵαν ἠπατηθέντας εἰκὸς ἦν, ποιήσασθαι. Hic locus corrupte legebatur in exemplari. Videndus Dionyſius in fragmentis.

VIII. (CXLVIII.)

Ὅτι μήτε πολεμεῖν τε, μήτε συμβαίνειν ἄνευ τῶν Ῥωμαίων, καὶ αὐτοὶ μὴ πλείοσι μιᾶς ναυσὶ μακραῖς χρῆσθαι. Mendoſe hic locus in exemplari ſcriptus erat. Videndus Appianus in fragmentis.

IX. (CXLIX.)

Ὥρκωσάν τε οὖν αὐτὸν πίστεσί τε μεγάλαις, ἦ μὴν ἐπανήξειν, ἄν τε μηδέτερον αὐτῶν διαπράξηται. Ita hunc locum emendavimus partim ex Zonara, partim ex conjectura: cum in exemplari corrupte legeretur, ὥρκωσάν τε οὖν αὐτῷ, πίστεσί τε μεγάλαις ἢ μὴν ἐπανήξειν, ἀνδὲ μηδὲν ἕτερον διαπράξηται. Paulo poſt, pro καθάπερ ἐκβληθεὶς, male ſcriptum erat, καίπερ ἐμβληθεὶς, & mox, pro ἐποιήσατο, manuſcriptus liber habebat ἠτήσατο.

X. (CL.)

Ἠπιώτεροί τε αἰσχυνθέντες ἐγένοντο. Ita legendus hic locus: & videndus Appianus in fragmentis.

XI. (CLI.)

Τοῖς πρὸς ἑαυτοὺς ἐσπουδακόσι βοηθεῖν δοκεῖν. Ita emendavimus, cum in exemplari corrupte ſcriptum eſſet ἐσπουδακώς. Videndum etiam, an ſine verbo δοκεῖν legi poſſit, ἀλλά τι παιδίον Πίννην ὄνομα καταλιπὼν ἐτεθνήκει. Hunc, ut opinor, Livius appellat *Pineum* in libro 22. cum inquit: *Ad Pineum quoque regem in Illyricos legati miſſi ad ſtipendium, cujus dies exierat, poſcendum, &c.* ἐκράτει τῶν Σαρδιαίων * ὑπὸ θρασύτητος οὖσα, οὐδὲν μέτριον αὐτοῖς ἀπεκρίνατο. Senſus hujus loci patet, licet mutilus ſit, & a nobis ſtellula notatus. Videndus Polybius, & Zonaras libro 2. in quo ita, ex Dione, ut apparet, ſcriptum eſt, τήν τε τῶν Σαρδιαίων διεῖπεν ἀρχήν. ἣ τοῖς πρέσβεσιν οὐδὲν μέτριον ἐχρημάτισεν, &c. ἐπισχόντων. Ita legendum, cum in manu ſcripto ſit ἐπισχόντος, & paulo poſt, πρὸς Κερκύραν, emendavimus ex Zonara.

XII. (CLII.)

Καίπερ καὶ ἐκείνου Καρθάλωνα ἐπ' αὐτὸ τοῦτο ἀντιπέμψαντος· ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἐδέξαντο αὐτὸν εἴσω τοῦ τείχους ὡς πολέμιον. Ita videtur legendum ex Zonara, cum in exemplari κατὰ τὸ πολέμιον ſcriptum ſit, de hac re ita Livius libro 22. c. 58. *Carthaloni obviam lictor miſſus, qui Dictatoris verbis nuntiaret, ut ante noctem excederet finibus Romanis.*

XIII. (CLIII.)

Ὅτι ἐπικηρυκευσάμενοι οἱ Καρχηδόνιοι τῷ Σκιπίωνι. Ad intelligentiam hujus fragmenti, & XIV. & XV. quæ ſequuntur, in quibus multa ſunt a nobis emendata, videndus Polybius in fragmentis hiſtoriarum.

XVI. (CLVI.)

Ὅτι ἡ Καρχηδὼν πολλοῖς Ῥωμαίων ἐξαιρετέα ἐδόκει εἶναι. Ita emendavimus ex Suida, qui Dionis locum citat in voce ἐξαιρετέα, cum in noſtro exemplari legeretur πολλοῖς Ῥωμαίοις, &c. & paulo poſt, pro ἀδεεῖς σφᾶς εἶναι, Suidas habet ἀδεῶς σφᾶς ἔχειν.

XVII. (CLVII.)

Ὑπεξαιρεθέντος αὐτοῦ. Ita videtur legendum, ut ad Philippum referatur, in exemplari autem eſt ὑπεξαιρεθέντες.

XX. (CLX.)

Καταψηφίσασθαι πάντων τῶν τἀναντία τοῖς Ῥωμαίοις φρονησάντων. In exemplari erat πάντων τῶν κατὰ τ' ἀναντία τοῖς Ῥωμαίοις φρονησάντων.

XXI. (CLXI.)

Ἀλλ' ὥστε εἰς τὸ παραιτήσασθαι, μὴ μνησικακεῖν σφί-

σιν αὐτοὺς χρήσιμα ἐξ ὧν ὑπούργησάν ποτε αὐτοῖς, λαβεῖν ἐδύναντο, μόνα ἔλεγον. Ita legendus hic locus, & interpungendus, eadem habet Zonaras libro 2. οἱ δὲ Ῥόδιοι, inquit, μετὰ φρονήματος πρώην τοῖς Ῥωμαίοις προσφερόμενοι, τότε μὴ μνησικακεῖν αὐτοῖς ἠξίουν, &c.

XXII. (CLXII.)

Ὅτι ὁ Προυσίας αὐτός τε εἰς τὴν Ῥώμην καὶ τὸ βουλευτήριον εἰσελθὼν, τόν τε οὐδὸν αὐτοῦ κατεφίλησε. Hæc ex Polybio pæne ad verbum ſumpſit Dio.

XXIII. (CLXIII.)

Ὑπομεῖναι ἐποίησεν. Verbum ἐποίησεν mihi ſuſpectum eſt, itaque pro eo aliud ſubſtituere, cum ſententia pateat, unicuique facile erit: de hac re videndus Appianus in fragmentis.

XXIV. (CLXIV.)

Περὶ τῆς προτέρας σφῶν εἰς αὐτοὺς εὐνοίας. Mendoſe hæc, & alia multa in exemplari, cum in hoc fragmento, tum in aliis Dionis legebantur: quæ nos ita edidimus, ut emendari oportere exiſtimavimus.

XXV. (CLXV.)

Ὅτι ἦρξαν τῆς διαφορᾶς οἱ Ἀχαιοί. διαφθορᾶς erat in exemplari: ſed nos διαφορᾶς emendavimus, & ita habet Zonaras. Διογένους μάλιστα τοῦ στρατηγοῦ αὐτοὺς ἐνάγοντος. In exemplari, διάγουσι μάλιστα τοῦ στρατηγοῦ αὐτὸν ἐνάγοντος, ſcriptum erat mendoſe. φυγῇ δοῦναι. Sententia patet: locus tamen non caret mendo: videndus Pauſanias in Achaicis, & Juſtinus libro 24. qui ita de hac re ſcribit: *legatos quoque ipſos Romanorum violaſſent, niſi audito tumultu, trepidi fugiſſent.* ἀλλ' εἰς ἕτερον σφᾶς σύλλογον, ὃς μεθέγμιον ἔμελλεν ἔσεσθαι, ἀνεβάλλοντο. Videtur legendum μεταίχμιον, ut ſit verbum translatum, pro quo Polybius habet μετὰ μῆνας ἕξ, & Pauſanias, σύνοδον ἐς μῆνα ἐσομένην ἕκτον.

XXVI. (CLXVI.)

Ὁ δὲ τούτοις οὐκ ἐσπείσατο. Ita videtur legendum, cum in exemplari ſit ἐπείσατο.

XXVII. (CLXVII.)

Ὅτι Ἰουγούρθας οὐκ ἐβουλήθη πρὸς αὐτὸν, μὴ συλληφθῇ, ἐλθεῖν. Corrupte legebatur hic locus in exemplari. & in fragmento ſequenti, mendoſe, τούτων οὖν γινομένων ſcriptum erat. omnino enim rejicit adverbium οὖν, ejus loci ſententia.

XXX. (CLXX.)

Ὧν τότε κοινῶς καὶ ἰδίᾳ τισὶν ἀναλώκει. Ita legendum, cum in exemplari ſit, καὶ νῦν, καὶ ἰδίᾳ, & in fragmento, quod ſequitur, ſcribendum eſt, πεῖσαι αὐτὸν μὴ καταναγκάσαι τὰ δίκαια οἱ ποιῆσαι. εἰ δὲ μὴ, αὐτῷ γε ἐπιτρέψαι τὸν ἐχθρὸν ἀμύνασθαι, non ut eſt in manuſcripto, ἐπιστρέψαι, & ἀεὶ καταναγκάσαι.

XXXIII. (CLXXIII.)

Καὶ νοσήσαντος ἐπισφαλῶς περὶ Λάρισαν. In exemplari corrupte legitur Λάρισον, & in fragmento ſequenti ſcriptum erat, ἑτέρας μέν τοι φωνὰς ἀφίησι, pro ἀφήσει, ut nos emendavimus.

XXXVI. (CLXXVI.)

Ὡς οὐκ ἦν Φλάκκῳ, καὶ Μιθριδάτῃ πολεμεῖν, εἰ συσταίησαν, δυνατός. Ita legendum, cum male in exemplari ſit δυνηθείς. & in fragmento, quod ſequitur, ὑπόκρισιν, pro ἀπόκρισιν, corrupte ſcriptum erat: mendoſe item ὥσπερ ἔμελλεν: &, ᾧ γὰρ ἀπ' ἀρχῆς, pro ὥσπερ οὐκ ἔμελλεν ſive ἔμελλον: &, οἱ γὰρ ἀπ' ἀρχῆς, &c.

XXXVIII. (p. 551. E.)

Φοβηθέντες οὖν αὐτοὺς οἱ βάρβαροι. Placeret αὐτὸν, ut ad Tiberium tantum referatur. Fragmenta quæ ſequuntur, XXXIX, & XL. emendatiora ſunt in noſtro exemplari, quam in vulgatis codicibus Dionis, & Xiphilini, itaque operæ pretium nos facturos exiſtimavimus, ſi ea, ut leguntur in manuſcripto, ederemus.

XLI. (p. 710. D.)

Καὶ ὁ Κεφάλων ἀκριβῆ φρουρὰν τῆς [illegible] το * ἐγνωσιμάχησε, καὶ τὴν [illegible] Locus eſt mutilus, & ſine ope veteris codicis [illegible] poteſt, itaque ſtellula notandum curavimus. [illegible] νῳ μὲν οὐδὲ τότε, οὐδὲ ταχὺ, οὐδὲν [illegible] Verba οὐδὲ ταχὺ opinor abundare, [illegible] ὅπως μηδὲν περὶ τὴν Ἀρμενίαν νεοχμώσῃ, [illegible] Ita legebatur in exemplari, pro Καππαδοκία[illegible] emendavimus.

XLIII. (p. 711.)

Τήν τε τοξείαν αὐτοῦ. In exemplari erat αὐτῷ: & paulo poſt, ὤμοσεν αὐτούς τε, pro αὐτός τε: & mox ἀφῆκεν αὐτοὺς, pro αὐτὸν, ut nos emendavimus. ὅτε δ' οὖν συνεγγύνοντο ἀλλήλοις. ita legendum, & συνεγγύνοντο, valet, πλησιάσοιντο. Paulo poſt legebatur in exemplari, τούτους μὲν ἀπεκρίνατο τὴν Ἀρμενίαν Θηριδάτῃ, &c. ſine verbo δώσειν, quod nos reſtituimus: & πάσας item, pro παύσας, male ſcriptum erat. ἄλλοτέ ποι πέμψας, τὸν Κορβούλωνα αὖθις τῷ κατ' αὐτῶν πολέμῳ, προσέταξεν· ἐβουλεύσατο μὲν γὰρ αὐτοὺς συστρατεῦσαι. ita emendavimus, cum in exemplari eſſet ἄλλο δέ ποι, &, κατ' αὐτὴν, & εὖ στρατεῦσαι, ut apparet, corrupte.

XLIV. (p. 738.)

Σφᾶς δι' ἀγγέλων ὁμολογῆσαι. Ita legendum, corruptus enim eſt hoc loco liber manuſcriptus, quem tamen, cum multa habeat, ex quibus Xiphilini codex ſuppleri & emendari poſſit, edendum curavimus. ὁ γὰρ Ἀλλιηνὸς ἐν Κρεμώνῃ ἐδέδοτο. Ita videtur legendum. οὐ τὸ πλῆθος τῶν μάτην ἀπολομένων ἐπράϋνε. In exemplari erat, τῶν μάτην ἀπολογουμένων: quid ſi τῶν κατὰ μάχην ἀπολομένων legatur? καὶ ἐκ λόχου ἀλλήλοις ἰόντες. Ἐκ λόγου male habebat liber manuſcriptus. ταῦτα γὰρ ἡμῖν ζῶσιν ἔτι τὰ ἐναγίσματα, &c. Citat hunc locum Suidas in voce ἐναγίσματα.

XLV. (p. 746. C.)

Τούς τε ἀπεκθέοντας ὁμόσε ἰόντες ἀνέστελλον. In exemplari, τούς τε ἀποθέοντας ὁμοῦ τε ἰόντες ἀνέστελλον, ſcriptum erat mendoſe. ἑάλωσαν δ' οὖν καὶ ὡς, ἄλλοι τε καὶ ὁ Βασπόρης. Videndus hoc loco Xiphilinus, qui habet Βαρπορᾶς, pro Βασπόρης, &c.

XLVI. (761. E.)

Ὅτι ὁ Δομετιανὸς Κουάδους καὶ Μαρκομάννους ἀμύνασθαι. Δομέτιος habet liber manuſcriptus: ſed, ut apparet, corrupte, pro Δομετιανός.

XLVIII. (p. 761. B.)

Ἑκατὸν γὰρ ἱππεῖς μόνοι αὐτοῖς ἐδόθησαν. In exemplari mendoſe ἑαυτὸν, pro ἑκατὸν ſcriptum eſt: & in fragmento, quod ſequitur, corrupte etiam Σεμνόνων, pro eo, quod nos reſtituimus, Νασαμώνων, exaratum erat. ἦν μετὰ τὴν Βελήδαν. ſuſpicor hæc verba non carere mendo.

L. (p. 762.)

Ὅτι ὁ Δομετιανὸς ἡττηθεὶς ὑπὸ Μαρκομάννων, καὶ φυγών. Et hic, & paulo poſt Δομέτιος in exemplari ſcriptum erat, ſed Δομετιανός, ſine aliqua controverſia ſcribendum videtur. διάδημα ἐπέθηκε, καθάπερ ὡς ἀληθῶς κεκρατηκὼς, καὶ βασιλέα τινὰ τοῖς Δακοῖς [illegible] μενος. Hæc in exemplari mendoſe legebantur, [illegible] poſt, αὖτε καὶ τὴν ἀρχὴν αὐτὴν δεδουλωμένος [illegible] eo quod nos repoſuimus, ἅτε καὶ τὴν ἀρχὴν [illegible] δεδουλωμένος.

LII. (p. 773.)

Ὅτι ὁ Δεκέβαλος. Exſtat hoc fragmentum apud Xiphilinum, ſed adeo mendoſum, & aliquibus locis mutilum, ut operæ pretium duxerimus, ſtudioſis illud [illegible] nicare, ut in noſtro exemplari ſcriptum [illegible] ἐκείνοις ἐτόλμησε συμμίξαι. ἔπεμψε δὲ καὶ τότε [illegible]

hic

Hic videtur aliquid deeſſe. Pro συμμίξαι, in manuſcripto erat συμμίξας, aliaque menda multa, quæ nos conjectura ducti emendavimus.

LIII. (p. 774. C.)

Καὶ δι' ἄλλα τινά. Ita legendum, non ut eſt in exemplari, δι' ἄλλην τινὰ, niſi forte deſit verbum αἰτίαν, quod non placet. ὅτι ἐὰν αὐτὸν πρόωνται, καὶ αὐτοὶ κινδυνεύσουσι. In exemplari αὐτῶν, & κινδυνεύουσι, corrupte legitur.

LIV. (p. 775. D. E.)

Ὅτι ὁ Δεκέβαλος ὁ τῶν Δακῶν βασιλεύς. Extant hæc apud Xiphilinum, ſed corrupta nimis, & mutila multis locis. ἵνα ὡς ἥκιστα ὑποτοπήσῃ τὸ γενησόμενον. ὑποπέσῃ ſcriptum eſt in exemplari.

LVI. (p. 779. A.)

Γενομένῳ δ' αὐτῷ ἐν Ἀντιοχείᾳ, Αὔγαρος Ὀσροηνός. Ita legendum ex antiquo æreo numiſmate, in quo Augari hujus effigies impreſſa eſt.

LVII. (p. 779. D.)

Ἐν δὲ Ἐλεγείᾳ τῆς Ἀρμενίας. Videndus Xiphilinus in Trajano. τὸν Πακόρου παῖδα, τὸν Ὀσρόου ἀδελφιδοῦν. Ita legendum, non Ὀῤῥόου, ut eſt in manuſcripto. καὶ ἄρχοντα Ῥωμαῖον ἕξειν, & paulo poſt, μετὰ τῶν Πάρθων συνόντων οἱ ἀπέπεμψεν. Ita nos emendavimus, cum in exemplari mendoſa eſſent verba Ῥωμαῖον, & ἀπέπεμψεν, in fine etiam fragmenti corrupte legebatur ὄντος μῆναι, pro ὄντας μεῖναι, ut nos reſtituimus.

LVIII. (780. C.)

Ἦλθεν ἐς Ἔδεσαν, κἀνταῦθα πρῶτον Αὔγαρον εἶδεν. Ita ſcribendum ex antiquis numiſmatibus Ἐδεσέων, & Αὐγάρου βασιλέως, ut ſupra admonuimus. αὐτὸς δὲ ἄλλοτε κατ' ἄλλας προφάσεις. In exemplari male ſcriptum erat ἀλλ' ὅτι, & mox, διὰ τοῦ τῷ Τραϊανῷ, &c. pro διὰ τοῦτο.

LIX. (p. 781. A.)

Ἄλλως τε καὶ ὅτι συμμαχίαν Βηβαρσάπῃ. Ita legendum ex loco ſuperiore: in exemplari erat Μηβαρσάπῃ.

LXI. (p. 794. D.)

Παρὰ τοῦ Βολογαίσου, καὶ παρὰ τῶν Ἰαζύγων. Videndus Xiphilinus in Hadriano.

LXII. (ibid.)

Τήν τε ἀρχὴν ἐπηύξησε, καὶ θῦσαι ἐν τῷ Καπιτωλίῳ ἐφῆκε. Ita legendum, pro ἀπηύξησε, & θύσας, ut eſt in exemplari corrupte.

LXIII. (p. 807. B.)

Οὐ μέντοι καὶ τοὺς ἐπιμιξίας, καὶ ἐν ταῖς ἀγοραῖς ἔτυχον. Ita legebatur in exemplari, pro, ἐν ταῖς ἐπιμιξίαις, ut nos legi debere exiſtimamus. Paulo poſt, pro ἄλλοτέ ποι πεμφθέντας, corrupte ſcriptum erat in manuſcripto codice, ἄλλος εἶποι.

LXIV. (p. 808. A.)

Ταῤῥούνιον δὲ Πατέρνον, τὸν τὰς ἐπιστολὰς αὐτοῦ τὰς Λατίνας διὰ χειρὸς ἔχοντα παραλαβόντες. Tarrunii Paterni hujus mentio eſt, niſi fallor, in quadam antiqua inſcriptione, in qua M. Aurelii Antonini. Aug. Ab. Epistulis Latinis deſcribitur.

LXV. (ibid. B.)

Οὔτ' ἄλλο τι ὧν ὡμολογήκεσαν ἐποίουν. Ita ſcribendum, & paulo poſt videndum, an pro ἐφ' ἑαυτῶν, rectius ſit ἀφ' ἑαυτῶν.

LXVII. (ibid. E.)

Ὅτι οἱ Ἰάζυγες. Ita legendum ex loco ſuperiore & ex iis, quæ ſequuntur. Paulo poſt, ἔδησαν placeret, pro ἔδησεν, ut ad Ἰάζυγες vocem referatur.

LXX. (p. 809. D.)

Καὶ ἐπειδὴ οἱ Ἰάζυγες χρησιμώτατοι αὐτῷ ἐγένοντο. In exemplari ſcriptum eſt αὐτοῖς: ſed, ut opinor, male.

LXXI. (p. 810. A.)

Πρὸς Σεμνόνας ἐπιχειρῆσαι. Suſpicor ſcribi debere Νασαμόνας, pro Σεμνόνας: ſupra etiam Νασαμόνων, pro Σεμνόνων, ut erat in manuſcripto, reſtituimus.

LXXIII. (p. 817. C.)

Μισόπονος δὲ δὴ ὤν, καὶ πρὸς τὰς ἀστικὰς ῥαστώνας ἐπειγόμενος, ἐσπείσατο αὐτοῖς. Hæc niſi fallor, ad Commodum Imperatorem pertinent.

LXXIV. (ibid. E.)

Ὅτι τοῖς Βούροις ὁ Κόμμοδος εἰρήνην ἔδωκε πρεσβεύσασι. Ita videtur ſine dubio legendum. Κόμμοδος autem in Græcis æreis numiſmatibus, modo duplici μμ, modo unico, Κόμοδος, ſcriptum animadverti, cum tamen Κόμμοδος, ſine aliqua controverſia ſcribendum videatur.

LXXV. (p. 848.)

Μετὰ τὸν τοῦ Νίγρου θάνατον. Conveniunt Græci ſcriptores, in Peſcennii cognomine, cum æreis numiſmatibus, in quibus inſcriptum eſt. ΑΥΤ. Κ. Γ. ΠΕΣΚ. ΝΙΓΡΟϹ. ΙΟΥϹΤΟϹ. ϹΕΒ. Miror autem Onuphrium Panvinium, hominem alioqui diligentem, adulterina quædam ſecutum numiſmata, in ſuis commentariis edidiſſe, C. Pescennius. Nigerius. ἔλεγον ἐκείνου ἕνεκα ἐφθαρκέναι: in exemplari, pro ἔλεγον, ſcriptum erat ἔλαττον, ut videtur, corrupte.

LXXVIII. (p. 794. D.)

Ὅτι τῶν Ἀλβανῶν. Ita ſcribendum ex Zonara, cum in manuſcripto noſtro ſit Ἀλανῶν. Paulo poſt legendum, καὶ τὴν Ἀλβανίδα, καὶ τὴν Μηδίαν, non, Μημίδα, ut eſt in exemplari: & mox, διὰ Φλαβίου Ἀῤῥιανόν, cum in manuſcripto deſit adverbium διά.

LXXIX. (p. 851. C.)

Κατηναγκάσθη ὁ Λοῦπος. Ita legendum ex Xiphilino, pro Λεύπιος, ut eſt in exemplari.

LXXX. (Lib. LXXVIII. c. 26.)

Τῇ τε ὀργῇ ἀπλήστῳ ἐχρῆτο, καὶ ἤλπιζε καὶ ἄκοντος αὐτοῦ, πάνθ' ὅσα ἐβούλετο κατεργάσασθαι. Ita legendus hic locus, & interpungendus, ad ejus autem intelligentiam videndus Xiphilinus in Macrino.

LXXXI. (ibid. c. 27.)

Καὶ οἱ Πάρθοι τῇ τοῦ χρόνου τριβῇ, ὃν πολὺν ἀπ' οἴκου, οὐκ εἰωθότες, ἦσαν. In exemplari erat, ὁ Πάρθος, ſed, ut videtur, mendoſe; & in fragmento ſequenti, mendoſe item, τὸν Ἀρμένιον, pro τὴν Ἀρμενίαν, ut nos emendavimus, ſcriptum erat; placeret autem, τοῦ Τηριδάτου τὸ πεμφθὲν αὐτῷ διάδημα λαβόντος.

LXXXIII. (p. 890. ſeu Lib. LXXVIII. c. 3. ſqq.

Hoc fragmentum libri, ut ex inſcriptione apparet, LXXIX, & LXXX. qui fuit ultimus Dionis, extat apud me in membranis, ſcriptum litteris, quas majores, & vere antiquas appellant: quasque ſupra mille ab hinc annos, hoc eſt, ipſa fere Dionis ætate, ſtilo exaratas fuiſſe, ex ipſa litterarum forma, qua temporibus illis utebantur, intelligere facile poſſumus. Utinam vero, qualecumque eſt, integrum ad nos perveniſſet, nam inter alias injurias, quas a vetuſtate multas & graves accepit, inſignis maxime vel una illa eſt, qua propior oræ paginarum ſcriptura, ita ab imperito quodam dimidiata fuit, ut ex eo, quod reliquum eſt, nulla integra ſententia percipi poſſit: quam ne ita mutilatam proferremus, loca trunca aſteriſco notanda curavimus.

890. m. βαρβαρικῶς πως . . εγας κόπτων] Voci . . εγας, duarum tantum litterarum in exemplari ſpatium relictum eſt, ſed vetuſtate pæne fugientium atque adeo obſoletarum, ut nullum fere appareat earum veſtigium, ex quo liceat aliquid divinare. De *Caracalla* autem veſte, ita ſcribit Sex. Aurelius Victor in Caracalla: *At cum e Gallia veſtem plurimam devexiſſet, talaresque Caracallas feciſſet, coegiſſetque plebem ad ſe ſalutandum indutam*

tam talibus introire, de nomine hujuſce veſtis Caracalla cognominatus eſt. & Spartianus: *Caracalli nomen accepit a veſtimento, quod populo dederat, demiſſo uſque ad talos, quod ante non fuerat: unde hodieque Antoninianæ dicuntur Caracallæ hujuſmodi, in uſu maxime Romanæ plebis frequentatæ &c.* Νεμεσιανόν τε καὶ Ἀπολλινάριον ἀδελφοὺς, Αὐρηλιανόν. Ita legendum opinor, cum in exemplari ſit, ἀδελφοὺς Αὐρηλίους. Spartianus habet *Reanum*, ſed mendoſe, ut videtur. Ibid. f. Τῇ ὀγδόῃ τοῦ Ἀπριλλίου ἐξορμήσαντα αὐτὸν ἐξ Ἐδέσσης ἐς Κάῤῥας, καὶ κατελθόντα ἀπὸ τοῦ ἵππου, ὅπως ἀποπατήσῃ. Ita ſcribendum ex numiſmate ΕΔΕCCΕΩΝ. hanc autem rem ita narrat Spartianus: *Deinde cum iterum vellet Parthis bellum inferre, atque hibernare Edeſſæ, atque inde Carras Luni dei gratia veniſſet, die natalis ſui VIII. Id. Apr. ipſis Megalenſibus, cum ad requiſita naturæ diſceſſiſſet, &c.*

891. D. βιοὺς τε ἔτη ἐννέα καὶ εἴκοσι, καὶ ἡμέρας τέσσαρας· τῇ γὰρ τετάρτῃ τοῦ Ἀπριλλίου ἐγεγέννητο· καὶ αὐταρχήσας ἔτη τε ἓξ καὶ μῆνας δύο, καὶ ἡμέρας δύο. Ita fere Victor de Caracallæ ætate: *Cum Carris, inquit, iter faceret, apud Edeſſam ſecedens ad officia naturalia, a milite, qui quaſi ad cuſtodiam ſequebatur, interfectus eſt. Vixit annis fere XXX. corpus ejus Romam relatum eſt.* Spartianus autem aliter: *Baſſianus vixit*, inquit, *annis XLIII. imperavit annis VI.* Zonaras Dionem, ut in aliis, ſequutus eſt. Ibid. f. καὶ ὀλίγον πρὸ τοῦ θανάτου αὐτοῦ ἔν τε τῇ Ἀλεξανδρείᾳ πῦρ ἐξαίφνης πολύ. In exemplari ἐξεφάνη, & πρὸς, corrupte ſcriptum erat.

892. m. καὶ τὰ ὀστᾶ ἐν τῷ Ἀντωνινείῳ. Ita emendavimus, cum in exemplari ſit ἐν τῷ Ἀντωνίνῳ, vel ἐν τῷ Ἀντωνίνου τεμενίσματι, ut infra, ſcribendum erit. Ibid. ἀλλὰ καὶ ἐς τοὺς ἥρωας ἐκνικησάντων αὐτῶν ἐσεγράφη] ἐκνικησάντων mendoſe habet liber manuſcriptus: *a Macrino*, inquit Spartianus, *qui eum occiderat, timore militum, ac maxime Prætorianorum, inter deos relatus eſt &c.* Ib. f. τὸ μὲν γένος Μαῦρος ἀπὸ Καισαρείας γονέων ἀδοξοτάτων ἦν. Videtur aliquid deeſſe, quod ad Macrini εἶδος referatur: nam de eo ita ſcribit Capitolinus: *humili loco natus, & animi atque oris inverecundi, &c.* vox Σικελίας, quæ in Xiphilini Macrinum temere irrepſit, tollenda.

893. p. διὰ Φίλου τινὸς συνηγόρημα. Capitolinus de Macrino: *egiſſe cauſulas, declamaſſe, &c.* & ἔπαρχος, reddit, *præfectus Prætorio, &c.* Ibid. m. ὡς καὶ καταβιασθεὶς ἡρέθη. Capitolinus de Macrino: *quod raptum ierat, ſed quaſi invitus acceperat.*

894. m. καὶ συνύπατον. Adventus cum Macrino conſul fuit anno urbis conditæ DCCCCLXX. Videndus Herodianus de Advento.

895. m. καὶ τῶν διαμεμφομένων τι αὐτῷ ἐπεστρέφετο. Vide num ἀπεστρέφετο rectius ſit. Ibidem τῆς δ' οὖν πρώτης ἐπιστολῆς ἀναγνωσθείσης, καὶ ἐκείνῳ ὅσα εἰκὸς ἦν, καὶ τῷ υἱεῖ αὐτοῦ ἐπεψηφίσθη, εὐπατρίδης τε καὶ πρόκριτος τῆς νεότητος, καῖσάρ τε ἀπεδείχθη. Capitolinus in Macrino: *Lectis igitur in ſenatu litteris, contra opinionem omnium, & mortem Antonini ſenatus gratanter accepit, & Opelium Macrinum libertatem publicam curaturum ſperans, primum in patricios adlegit, novum hominem, & qui paulo ante procurator privatæ rei fuiſſet, &c.* Diadumenianus in argenteis numiſmatibus PRINCEPS JUVENTUTIS, &, CÆSAR, deſcriptus eſt: cum tamen *Herodianus* (ut ipſa Capitolini verba proferam) *Græcus ſcriptor hæc præteriens, Diadumenianum tantum Cæſarem dicit puerum a militibus nuncupatum, & cum patre occiſum, &c.* integra Latinorum numiſmatum inſcriptio eſt: M. OPEL. ANTONINUS. DIADUMENIANUS. CÆS. PRINC. JUVENTUTIS. Græcorum autem, M. ΟΠ. ΑΝΤ. ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΟC. K.

897. m. τοῦτον ἔχοντες, πάντα ἔχομεν. Similis illa apud Capitolinum acclamatio: *Antoninum habemus, omnia habemus.*

888. p. αὐτὴν ὅποι βούλοιτο ἐκέλευσε [illegible] exemplari mutilus, poteſt ex Zonara ſuppl[illegible] autem legendum, [889. p.] καὶ ἐπεὶ [illegible] περὶ τοῦ υἱέος αὐτῆς λεχθέντα ἤκουσε [illegible] ctio elicitur e Xiphilini etiam epitome.

888. f. ὁ δὲ δὴ Μακρῖνος ἰδὼν τὸν Ἀ[illegible] δρα τε ἐφ' οἷς ἐπεπόνθει θυμούμενον [illegible] nus in Macrino fere ad verbum a Dione, ut [illegible] tranſtulit, cum inquit: *Sane cum eſſet inferi*[illegible] *in eo quod Antoninus geſſerat, Artabano graviter* [illegible] *civium vindicante, primo Macrinus repugnavit: poſtea vero, miſſis legatis, petiit pacem; quam liberali animo, interfecto Antonino, Parthus conceſſit, &c.*

902. p. ἡ Μαῖσα ἡ τῆς Ἰουλίας τῆς Αὐγούστης ἀδελφὴ, δύο τε θυγατέρας, Σοαιμίδα, καὶ Μαμαίαν, ἐξ Ἰουλίου τοῦ ἀνδρὸς ὑπατευκότος, καὶ δύο ἐγγόνους ἄρσενας. Capitolinus ita: *Fuit quædam mulier Mæſa, ſive Varia, ex Emiſena urbe, ſoror Juliæ uxoris Severi Pertinacis Afri, quæ poſt mortem Antonini Baſſiani ex aulica domo fuerat expulſa per Macrini ſuperbiam, cui quidem omnia conceſſit Macrinus, quæ diu illa collegerat. Huic erant duæ filiæ, Semiamira, & Mamæa, quarum majori filius erat Elagabalus, &c.* Numiſmata vetera ex argento conſentiunt cum Herodiani & Dionis Græca ſcriptura, quæ habet Μαῖσα, & Σοαιμὶς, cum apud Capitolinum ſit, *Mæſa, & Semiamira.* Numiſmatum inſcriptio eſt, JULIA. MÆSA. AUG. & JULIA SOÆMIAS AUGUSTA, ut ex hoc titulo, quin emendari Capitolinus debeat, dubitandum non ſit.

903. p. τὴν τοῦ Ἰουλιανοῦ κεφαλήν. Capitolinus: *occiſo Juliano præfecto, &c.* Ibid. f. ἦρχεν μὲν αὐτῆς ὁ Βασιλιανός. Εὐτυχιανὸς habet Zonaras, ex alio, ut videtur, hiſtorico: nam conſtanter ubique Εὐτυχιανὸν appellat: quomodo in Faſtis nominatur.

904. m. περιστερά τις ἐπὶ εἰκόνα Σεουήρου, οὗ τὸ ὄνομα αὐτὸς ἑαυτῷ ἐτέθειτο. Sunt enim Macrini numiſmata ex argento inſcripta, IMP. C. M. OPEL. SEV. MACRINUS. AUG. & ex ære, AUT. K. M. O. Σ. MAKPINOC CEB. Capitolinus in Macrino: *nam & Severum ſe, & Pertinacem voluerat nuncupari.*

905. f. ἐνιαυτῷ τε γὰρ καὶ δύο μησὶν, τριῶν ἡμερῶν, ὥστε καὶ μέχρι τῆς μάχης λογιζομένοις συμβῆναι, δέουσιν, ἦρξεν. Ita legendus hic locus, & interpungendus: *Sex. etiam Aurelius Victor XIV. menſes Macrinum imperaſſe cum Diadumeniano filio ſcribit.*

906. p. Ψευδαντωνῖνος τὸ β. καὶ Λικίνιος Σακέρδος. Ita emendavimus, cum in noſtro exemplari eſſet Κτίνα Σακέρδος: ſequentium autem conſulum nomina in exemplari adeo corrupta ſunt, ut ex iis, quæ apparent veſtigiis, Λόλλιος Κωμάζων, & μ. Φάβιος Σέλευκος, videatur potius ſcribendum, quam Αὐρήλιος Κωμάζων, & Κλαύδιος Σέλευκος, ut nos emendavimus, Faſtos Conſulares ſequuti. *Grati* nomen extat in exemplari, ſed in litura, & pro Σαβιανὸς, opinor Σαλβιανὸς ſcribendum, ut ſit cognomen adoptionis a Salvia gente.

907. m. Εὐσεβῆ τε καὶ Εὐτυχῆ, καὶ Αὔγουστον καὶ ἀνθύπατον, τήν τε ἐξουσίαν τὴν δημαρχικὴν ἔχοντα αὐτὸν ἀνέγραψεν. Capitolinus in Macrino inquit: *Denique ſtatim Macrino & proconſulare imperium, & poteſtatem Tribunitiam detulerunt: filium ſane ſuum, cum ipſe Felicis nomen recepiſſet, ut ſuſpicionem occiſi a ſe Antonini removeret, Antoninum vocavit,* Diadumenianum [illegible] in argenteo Macrini numiſmate Græco[illegible] ουσίας inſcriptum eſt, & in alio, FELI[illegible] RUM, fortaſſe ad *Felicis* cognomen indi[illegible] ἐν τῷ τοῦ Νιγρίνου πολέμῳ. Non d[illegible] γρου ſit legendum, quod eſt *Peſcennii* c[illegible] cis etiam numiſmatibus ex ære.

908. m. διόπερ * οὐ τηνάλλως. In e[illegible] eſt ſpacium unius verſus.

909. m. καὶ μηδεὶς ἀπιστήσῃ [illegible]

Hic quoque ſimidium verſus deſideratur in exemplari, ὥςε καὶ πολεμιωτάτῳ τείχει.

902. p. δυνηθεὶς δ' ἂν αὐτὸν αὐθημερὸν λαβεῖν. Hoc fragmentum, quod poſtremo loco in exemplari a glutinatore librario poſitum, alia manu, & non æque antiqua, licet majoribus litteris ſcriptum eſt, ſuperius erat collocandum, in imperio Macrini extremo.

906. p. Quod autem in tertio capite hujus libri habetur, περὶ τοῦ Ἐλεγαβάλου, καὶ ὡς τὴν Οὐρανίαν ἐς τὴν Ῥώμην μεταπεμψάμενος, τῷ Ἐλεγαβάλῳ συνῴκισεν, videtur *Elegabali* nomen, quod ſecundo loco poſitum eſt, propius accedere ad antiquam ſcripturam, quæ in M. Aurelii hujus Antonini numiſmatibus reperitur, cum ex ære, tum ex argento, in quibus ita inſcriptum eſt, SACERDOS DEI SOLIS ELAGAB. & SANCTO DEO SOLI ELAGABAL. neque ſatis poſſum mirari, quid impulerit hominem alioqui diligentem, & in veterum numiſmatum tractatione verſatum, Onuphrium Panvinium, ut *Alagabalum* in ſuis commentariis ubique edendum curaverit, cum ut ipſe teſtatur, in antiquis numiſmatibus ELAGABAL inciſum obſervaverit.

JACOBI PALMERII EXERCITATIONES AD DIONEM CASSIUM COCCEJANUM.

(ex ejus Exercitatt. in optimos fere auctores Græcos. Lugd. Bat. 1668. 4. p. 242—267.)

Lib. XXXVI. pag. 18. D. Καὶ κατὰ τῶν δεκασμοῦ περὶ τὰς ἀρχὰς ἁλισκομένων ἐνομοθετήθη πρὸς αὐτῶν τῶν ὑπάτων. *Lex præterea ab ipſis conſulibus promulgata eſt de ambitu.* Conſulum illorum nomina non edit, ſed intelligit proculdubio legem Calpurniam de ambitu, quam propoſuit & tulit C. Calpurnius Piſo, qui conſul fuit cum M' Acilio Glabrione A. U. C. ſexcenteſimo octuageſimo ſeptimo, vel circiter.

Pag. 26. C. Τὴν Σωφανηνὴν μόνην ἀπένειμε. *Sophenem ſolam attribuit.* Sic forte Dio ſcripſit, nam paucis antea lineis, imo verbis, dixerat, καὶ ἡ Σωφανηνὴ χώρα τοῖς Ἀρμενίοις πρόσορος, id eſt, *& Sophanene regio Armeniis contermina.* Sic etiam habet editio Henrici Stephani. At Xylander utrobique vertit *Sophene*: & quidem in eo conſentit cum Geographis & Hiſtoricis aliis, qui Sophenem vocant. Strabo certe decies (credo) eam regionem conſtanter Sophenem nominat. Eſt igitur error vel auctoris vel exſcriptoris.

Lib. XXXVII. pag. 28. Primum emendandus eſt catalogus Conſulum hujus libri, qui ſic habet in primo conſulum pare, & ſecundo,

. Λ. Μάλλιος Λ. υἱὸς καὶ Καῖσαρ ὑπ.

Ubi reponendum eſt,

Λ. Μάλλιος Λ. υἱὸς Τορκουάτος, Λ. Ἰούλιος Λ. υἱὸς Καῖσαρ.

Item in quinto Conſulum pari, ubi male legitur

Μ. Πούπλιος. Μ. υἱὸς ὑπ. Μ. Οὐαλέριος. Μ. υἱὸς Μεσσάλας Νίπρος

legendum eſt:

Μ. Πούπιος Μ. υἱὸς. Πίσων ὑπ. Μ. Βαλέριος Μ. υἱὸς Μεσσάλας Νίγρος.

Sic legendum eſſe, patet in primo Coſſ. pari, & ſecundo, ex Saluſtio, Tranquillo & Pædiano: in quinto pari ex Cæſare, Plinio, faſtis Siculis, Caſſiodoro, Pædiano, & aliis. Ipſe etiam Dio infra pag. 19. habet: τῷ τε ἐχομένῳ ἔτει τοῦ τε Φιγούλου καὶ τοῦ Καίσαρος τοῦ Λουκίου ἀρχόντων. Fuit autem ille L. Cæſar Lucii filius illius, qui bello Marſico Conſul fuit cum P. Rutilio Lupo, & bis contra Samnites vario ſucceſſu pugnavit: vide epitomen Livianam lib. 73.

Pag. 36. E. Ἐν τῷ διακόνῳ τούτῳ τὸ τεῖχος διασεῖσαι. *Eo libero ſpatio muri ſubruendi.* In editione Henrici Stephani legitur, ἐν τῷ διακένῳ τούτῳ: optime. Nam τὸ διάκενον ſubſtantive ſic a Thucydide uſurpatum eſt in fine libri 4. pro interſtitio temporis, nec opus eſt adjicere ex Xiphilino καιρῷ, qui ſic habet, ἐν τῷ διακένῳ τούτῳ καιρῷ; nam Thucydidis locutio elegantior.

37. B. Ὥστε καὶ ἐς παῤῥησίαν τῆς νομίσεως ἐκνικῆσαι. *Ut legum quoque auctoritatem vicerit.* Hanc vocem νομίσεως in eo ſignificatu raro occurrentem habet ex Thucydide: is enim lib. 5. ubi Melienſes reſpondentes Niciæ & Athenienſibus inducit, ſic loquitur: οὐδὲν γὰρ ἔξω τῆς ἀνθρωπείας, τῶν μὲν ἐς τὸ θεῖον νομίσεως, τῶν δὲ ἐς σφᾶς αὐτοὺς βουλήσεως, δικαιοῦμεν ἢ πράσσομεν, id eſt, ut vertit Valla, *ut qui nihil ducamus juſtum, agamusve, præter hominum opinionem, aut de Diis, aut de ipſorum hominum erga ſe deliberatione.* Νόμισις igitur hoc loco, ut apud Thucydidem, nihil aliud eſt, quam θρησκεία, vel περὶ τῶν θεῶν δόγμα, cultus, religio, de Diis opinio.

45. B. Παρασκευαζομένου γὰρ τοῦ Λεντούλου καταπρῆσαι τέ τινας, καὶ σφαγὰς ἐργάσασθαι. *Jam enim Lentulus ſe ad urbem quibusdam locis incendendam paraverat, adque cædes patrandas.* Sic habet etiam editio Henrici Stephani. At non dubito, quin ſcripſerit Dio: καταπρήσεις τέ τινας καὶ σφαγὰς, id eſt, *incendia, & cædes quasdam,* multo meliore ſenſu.

47. A. Ἀλλ' ὧν ἐπεχείρει πρωτεῦσαι, τούτους ὡς καὶ κρείττων ὑπήρχετο. *Igitur inter quos primus fieri moliebatur, his ſeſe ultro inſinuabat.* Sic etiam Henricus Steph. Nihilominus lego, τούτους ὡς καὶ κρείττους, optimo ſenſu, & ſic verto: *ſed quos anteire conabatur, iis tanquam melioribus ſe ſubmittebat.* Nec abſcedit ab eo ſenſu Xylander, qui ſic vertit: *inter quos primus fieri moliebatur, his ſeſe ultro inſinuabat.* Omiſit verſionem vocis κρείττων, eo quod (ut puto) judicabat, eam vocem male convenire ſententiæ & præcedentibus.

Lib. XXXVIII. Catalogus conſulum in capite libri mancus eſt, & nomen unius ex conſulibus deeſt, nempe M. Calpurnii Bibuli. Cauſæ erroris duæ poſſunt reddi, vel quod Bibulus in ſuo conſulatu nihil omnino fecit, & domi manſit, a Cæſare per vim in ordinem redactus, unde epigramma vulgatum,

Non Bibulo quidquam nuper, ſed Cæſare factum eſt,
Nam Bibulo fieri conſule nil memini.

Vel (quod magis credo) eo quod anno ſequenti L. Calpurnius Piſo factus eſt conſul, ex duobus illis Calpurniis alter ſublatus eſt, tanquam ſi male repetitum fuiſſet bis id nomen. In editione Henrici Stephani non deeſt, ſive is ex veritate rei id ſuppleverit, ſive integriore manuſcripto uſus fuerit. Sic igitur reſtituendus eſt ille catalogus.

Γ. Ἰούλιος. Γ. υἱὸς Καῖσαρ, Μ. Καλπούρνιος . . υἱὸς Βίβουλος.
Λ. Καλπούρνιος Λ. υἱὸς Πίσων, Αὐλ. Γαβίνιος Αὐλ. υἱὸς ὕπατοι.

60. E. Οὐχ ὅτι οὐκ ἐπίςατο. *Non quod ignoraret.* Lego ἠπίςατο.

79. D. Διὰ τῶν Αἰδύων. *Per Heduos.* Lege Αἰδούων, ut habet editio Henrici Stephani, & duabus lineis inferius, pro Αἰδούσιοι, lege Αἴδουοι.

Lib. XXXIX. p. 93. B. Καὶ κοινῷ πλὴν Ῥηνῶν λόγῳ, *Et unanimi conſenſu, ſolis exceptis Rhemis.* Lege Ῥημῶν, & hic & infra pluries, ubi hæc vox occurrit, & ſic legit Henricus Steph.

109. D. Διά τε τοῦ Ἄιγρου ποταμοῦ. *Per Ligerim fluvium.* Parva mutatione lege Λίγρου: nam puto ſic Dionem ſcripſiſſe; licet id mendum repræſentet editio Henrici Stephani, ſed vidit mendum Xylander, & *Ligerim fluvium* interpretatus eſt: melius Strabo, qui ſemper eum fluvium Λείγηρα vocat.

Ibid. Ὥστε ἐν παντὶ τὸν Καίσαρα γενέσθαι. *Itaque Cæſar ſummam difficultatem pertulit.* Sic habet editio Henrici Stephani, ſed videtur Xylander aliter legiſſe, qui ſic vertit, *Itaque Cæſar ſummam difficultatem pertulit.* Forte legendum ἐν ἀπορίᾳ: nec dubito, quin eo ſenſu ſcripſerit, de voce non tam conſtat.

110. C. Ἀπὸ τῶν σκόπων. *Remis.* Lege cum Xylandro & Henrico Steph. κώπων.

113. A. Τόν τε Ῥῆνον διέβησαν, καὶ ἐς τὴν τῶν Τρηρῶν ἐνέβαλον. *Rhenum tranſgreſſi, in Trevirorum fines pervenerunt.* Sic aliæ editiones, ſed legendum τῶν Τρεουήρων. Bene Xylander interpretatus eſt, *Trevirorum fines.*

Lib. XL. p. 121. Libri quadrageſimi catalogus Conſulum eſt corruptiſſimus, qui ſic habet:

Γν. Δομίτιος, Μ. υἱὸς Καλουῖνος, Μ. Οὐαλέριος Γν. υἱὸς Μάγνος τὸ γ. ὕπατος.

Κ. υι. Καικίλιος Μέτελλος σκηπίων νασικοῦ υι. σέρπος Σουλπίκιος.
Κ. υι. ῥοῦφος ὑπ. μ. Κλαύδιος μ. υι. Μάρκελλος Αἰμιλίου μ. υι. Παῦλος σπ.

Emendatus in editione Henrici Stephani, ſed non usquequaque perfectus: pauca quæ deſunt addam, & ſic diſponenda ſunt paria conſulum,

Γν. Δομίτιος Μ. υι. Καλουῖνος,	Μ. Οὐαλέριος Μ. υι. Μεσσάλας.
Γν. Πομπήϊος Γν. υι. Μάγνος τὸ γ. ὕπ.	Κοιν. Καικίλιος Κοιν. υι. Μέτελλος Πίος Σκηπίων Νασίκου υι.
Σερβ. Σουλπίκιος Κοιν. υι. Ῥοῦφος.	Μ. Κλαύδιος Μ. υι. Μάρκελλος.
Κ. Κλαύδιος Κ. υι. Μάρκελλος.	Λ. Αἰμίλιος Μ. υι. Παῦλος.

In primo pari Conſulum, poſt Οὐαλέριος, addidi Μ. υι. Μεσσάλας: nam ex faſtis ſic reſtituendum illud par: addidi quidem ex mea conjectura Μ. υι. id eſt, *Marci filius*, nam in Valeriorum gente nobiliſſima plures inveniuntur familiæ, agnominibus diſtinctæ, quarum prima & antiquiſſima Voluſii, qui & Publicolæ poſtea dicti, item Maximi, quorum primi dicti Lactucæ & Lactucini: eorum pars Corvi & Corvini appellati ſunt, quorum quidam Meſſalæ cognomen acceperunt, ut notat Macrobius lib. 1. Saturnaliorum. Fuit & alia familia, quæ Flacci cognomine inſignita eſt, & alia, quæ Lævini cognomen accepit. Harum familiarum Flacci fere omnes prænomine Lucii gaudebant, aliæ variis prænominibus utebantur. At Meſſalæ unum & idem prænomen Marci ſemper uſurpavere, & nullus, quod ſciam, Meſſala invenitur, cui non præfixum fuerit Marci prænomen. Secundum par Conſulum ex ipſo Dionis textu elicitur, ut ex Plutarcho, Appiano, & aliis. Tertium par ex Caſſiodoro, Appiano, & ipſo Dione probatur. Quartum etiam eosdem auctores habet, & Hirtium lib. 8. de bello Gallico: apud Appianum vero, in quibusdam codicibus pro Κλαύδιος Μάρκελλος legitur Καλίδιος, male.

123. B. Ὡς καὶ αὐτοβοεί. *Primo incurſu.* Lege αὐτοβοεὶ cum Henrico Stephano.

126. A. Ὥστε Ταλύμενος Ἐιλάκης, ὁ τότε τῆς χώρας ἐκείνης σατραπεύων. *Ac Talymenus Ilaces quidam ejus tum regionis præfectus regius.* Ex Plutarcho in M. Craſſo licet hunc locum emendare. Nam apud illum ille Satrapa Σιλλάκης appellatur. Ταλύμενος vero vox eſt proculdubio Barbara, Perſarum propria, quæ, ut arbitror, dignitatem aliquam ſignificat, & ſuſpicor legendum Ταλιμάνος Σιλλάκης, eo quod apud Odericum Vitalem dux exercitus Perſarum, qui contra Francos Chriſtianos e regionibus Perſidis & Meſopotamiæ collectus fuerat, dicitur Talimannus vel Dalimannus; cui tamen meæ conjecturæ non adeo fido, quin meliora probare paratus ſim, ſi quis ea tradiderit.

131. A. Συχνοὺς μὲν καιρίᾳ πληγῇ ἀπέβαλε. *Plerosque eorum lethali vulnere ſternebant.* Sic etiam habet Henrici Steph. editio. Sed legendum eſt καιρίᾳ πληγῇ, & ita videtur legiſſe Xylander, qui *lethali vulnere* interpretatur.

133. D. Ἀφ᾽ ὅυπερ Κράσσος ῥαδίως αὐτοὺς ἅτε οὐ πολλοὺς ὄντας ἀπεώσατο. *Itaque Caſſius eos non magno negotio repulit.* Ex totius rei narratione patet, legendum eſſe, ἀφ᾽ ὅυπερ Κάσσιος, ſic & infra eadem pagina, ὅ τε γὰρ Κράσσος ἰσχυρῶς αὐτοὺς ἀπεκρ[illegible] legendum eſt ὅ τε γὰρ Κάσσιος, & ſic etiam legit Henricus Stephanus.

134. D. Ἀνέπεισε διαγγέλλων. *Perſuaſit per internuncios.* Sic habet editio Henrici Stephani: nihilominus puto male duas voces in unum coiiſſe, & legendum eſſe diviſim, δι᾽ ἀγγέλων.

136. C. Ἐς Ἰουβιτούριγας ἐμβεβληκότας. *In Bituriges profecti.* Lege Οὐιτούριγας, ut & inferius quatuor lineis, ex Cæſare lib. 7. quod & Xylander vidit.

Ibid. Καὶ πόλιν αὐτῶν Ἐυακὸν ἑλόντες. *Avarico oppido occupato.* Lege πόλιν αὐτῶν Ἀουάρικον, & ſic interpretatur Xylander, ex eodem Cæſare lib. 7.

137. B. Τῶν δὲ ἀνθρώπων ἐς Γεργοβίαν συμπεφευγότων. *Sed Arverni Gergoviam ſeſe univerſi contulerant.* Lege ἐς Γεργοβίαν, ex eodem Cæſare.

140. A. Τώ τε χεῖρε ποιήσας. *Manuſque tendens.* Forte legendum προτείνας.

Lib. XLI. p. 174. C. Πῦρ πολὺ πρὸς τῷ Ἄνᾳ ποταμῷ ἀνεδίδοτο. *Quod ad fluvium Anam ignis multus editur.* Sic habet editio Henrici Stephani, nec vidit mendum Xylander, qui *fluvium Anam* interpretatur. Lege confidenter πρὸς τῷ Ἄιᾳ. Sic enim credo ſcripſit Dio, quando facilior fuit lapſus ex Ἄιᾳ in Ἄνᾳ quam ex Ἀώῳ. Fluvius enim, de quo hic agitur, qui per campos Apolloniatum fluit, ſæpe Græcis Ἄιας dicitur, ut Scyllaci cap. Ἰλλυριοί. καὶ ὁ Ἄιας ποταμὸς ἀπὸ τοῦ Πίνδου ὄρους παρὰ τὴν Ἀπολλωνίαν παραῤῥεῖ. Lycophron verſu 1015. & 1019. & ibi Tzetzes, Stephanus in Λάκμων. Latinis, Lucano & Ovidio, *Æas* dictus. Pluribus tamen Ἀῶος appellatur. Plinius ea duo nomina agnoſcit lib. 3. cap. 25. *flumen Aous a quibusdam Æas appellatum.* Id igitur nomen Dio videtur ſic inclinaſſe, ὁ Ἄιας, τοῦ Ἄια. Lycophron vero Ἄιας Ἄιαντος inclinavit.

Lib. XLII. p. 184 Libri hujus catalogus Conſulum mutilus & corruptus & turbatus eſt.

Ἰουλίου Καίσαρος τὸ β. καὶ Πουπλίου Σερουιλίου Ἰσαυρικοῦ ὑπατείας, καὶ ἄλλο ἔτος α, ἐν ᾧ ἄρχοντες οἱ ἀριθμούμενοι οὐδὲ ἐγένοντο.

Ἰούλιος γ. υι,	Φούφιος κ. υι.
Καῖσαρ δικτάτωρ τὸ β. ὕπ. μ.	Καλῖνος ὕπ. π.
Ἀντώνιος μ. υι. ἵππαρχος, ὕπατος δὲ κ'	Οὐατίνιος π. υι.

Quæ ſic ordinanda & emendanda judico: & primum inducenda videntur, quæ de Julii Cæſaris & Servilii Iſaurici conſulatu hoc loco dicuntur: nam ii conſules jam ſuperioris libri initio enumerati ſunt, nec iterum hoc loco memorandi; poſtea videtur de ejus dictatura mentionem feciſſe, ſic,

Γ. Ἰούλιος Γ. υι. Καῖσαρ δικτάτωρ.	Μ. Ἀντώνιος. Μ. υι. ἵππαρχος.
Κοιν. Φούφιος Κοιν. υι. Καλῖνος ὕπ.	Π. Οὐατίνιος Π. υι, ὕπ.

Hæc ex tabulis Capitolinis & Caſſiodoro probantur.

188. C. Καὶ μέχρι μὲν τῆς Ἀσίας κατὰ πίστιν αὐτοῦ προσιών. *Quumque in Aſiam usque, quænam loca is petiiſſet inquirendo, perrexiſſet.* Lege cum Henrico Steph. κατὰ πύστιν, ut ſenſus requirit, id eſt, ad ejus indagationem.

Lib. XLIII. p. 223. C. Καὶ Ἀρσινόη γυνή τε οὖσα, καὶ βασιλίς τότε νομισθεῖσα, ἔν τε δήμοις, ὃ μήποτε ἔν γε τῇ Ῥώμῃ ἐγεγόνει, ὀφθεῖσα, πάμπολυν οἶκτον ἐνέβαλε. *Et Arſinoe quondam regina dicta, quum tunc, quod Romæ ante conſpectum fuerat nunquam, in turba captivorum cerneretur, multam commiſerationem movebat.* Sic habet etiam editio Henrici Stephani, & ita legit Xylander, qui ἔν τε δήμοις interpretatur *in turba captivoru*[illegible] de fallor, ni aliter ſcripſerit Dio, nempe ἐ[illegible]σμοῖς, id eſt, *in vinculis.* Nam in triumphorum [illegible] reges & duces victi, ducebantur catenis onuſti. [illegible] nondum in reginis viſum fuerat.

227. C. Καὶ ὅτι τοῖς δεκασμοῖς ἐπ᾽ ἀρχ[illegible] ἁλοῦσιν. *Quodque iis, qui ambitus conde*[illegible] Lege, ſi mihi credis, τοῖς δεκασμοῦ, ut ſent[illegible] requirit, licet editio Henrici Stephani cum [illegible]

ctamus, concordet in eo mendo. Sed Xylander interpretatur *ambitus condemnati*, quod eſt ad verbum δεκασμοῦ ἁλοῦσιν.

228. B. Τὴν δὲ Ἔβεσον. *Ebuſum.* Lege Ἔβουσον, vel Ἔβυσον, ſic enim Strabo & alii Geographi eam vocant, Latinis dicebatur *Ebuſus.*

237. C. Ὅτι καὶ τοὺς ἐγχωρίους τοὺς δημοσίους, οὐχ ὅτι τοὺς βεβήλους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἱεροὺς πάντας τε πρατήριον, καὶ ἀπεκήρυξε τοὺς πλείονας. *Quod loca publica, nec profana modo, ſed ſacra etiam, ſub haſta propoſuit, ac pleraque vendidit.* Hæc corrupta & mutila ſic jacent in editione Henrici Stephani, quæ ſic reſtituenda puto: ὅτε καὶ τοὺς χώρους τοὺς δημοσίους, οὐχ᾽ ὅτι τοὺς βεβήλους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἱεροὺς πάντας τε ἐς πρατήριον εἰσῆγε, καὶ ἀπεκήρυξε τοὺς πλείονας, id eſt, *quod & agros publicos, non ſolum profanos, ſed etiam ſacros omnes ſubhaſtavit, & plerosque vendidit*: nec multo aliter Xylander.

Lib. XLIV. p. 243. C. Καὶ τέλος διά τε αὐτὸν ἄντικρυς Ἰούλιον προσηγόρευσαν. *Denique Jovis cognomentum ipſi palam impoſuerunt.* Mutat Henricus Stephanus, & pro διὰ edidit Δία. Sed non memini me legiſſe Julium Cæſarem Jovem appellatum fuiſſe: ideo lego δῖον, id eſt, *divum*, quæ appellatio procul dubio illi tributa eſt, & ubique invenitur, *Divus Julius.*

245. E. Καὶ δημοσίᾳ προσπαρώξυνον. *Et publice incitabant.* Deeſt ex ſequentibus manifeſto Bruti nomen: itaque hic locus aſteriſco notatur, ut mutilus, in Henrici Stephani editione, & Xylander ſupplevit Bruti nomen. Sic enim latius expreſſit hunc locum: *magnanimus quisque * Brutumque & privatim accedentes hortabantur & publice incitabant.* Sed eum fugit ratio: non enim ea ſonant Græca Dionis, quæ ſic edidit Henricus Steph. κἀκ τούτου τούς τε ἄλλους τοὺς φρονηματώδεις * ἰδίᾳ προσιόντες ἀνέπειθον καὶ δημοσίᾳ προσπαρώξυνον. ubi deeſſe videntur duæ voces vel tres, quas ſic ſuppleri poſſe confido, τοὺς φρονηματώδεις, καὶ Βροῦτον μάλιστα, πολλοὶ ἰδίᾳ προσιόντες &c. id eſt, *magnanimos quosque, & Brutum præcipue, multi privatim accedentes ſuadebant, & publice incitabant.*

Lib. XLV. p. 269. Ὁ δὲ δὴ Γάϊος ὁ Ὀκταούϊος Καιπίας (οὕτω γὰρ ὁ τῆς Ἀττίας τῆς τοῦ Καίσαρος ἀδελφῆς υἱὸς ὠνομάζετο.) *C. Octavius Cæpias (hoc enim nomen fuit Attiæ filio, quæ ſororis Cæſaris filia erat.)* Si ita ſcripſerat Dio, non exacte noverat Octaviorum ſtemma. Nam C. Octavius Cæpio (qui male hic Cæpias dicitur) qui etiam Thurinus dicebatur, & poſtea Auguſtus dictus eſt, erat quidem ex Attia genitus, ſed ea Julii Cæſaris non ſorore, ſed Juliæ ſororis filia, teſtibus idoneis Suetonio & Vellejo Paterculo. Ideo cum Henrico Stephano pro ἀδελφῆς lego ἀδελφιδῆς, & ſic corrigendum etiam lemma, quod huic libro præponitur, ubi pro μήτηρ αὐτοῦ Ἀττία ἡ ἀδελφὴ Καίσαρος, legendum ἡ ἀδελφιδῆ Καίσαρος.

Ibid. Ἐτράφη μὲν παρά τε τῇ μητρὶ καὶ παρὰ τῷ ἀδελφῷ αὐτῆς Λουκίῳ Φιλίππῳ. *Apud matrem & vitricum ſuum L. Philippum educatus eſt.* Sic habet etiam editio Henrici Stephani, ſed Xylander vidit τὸ ἄτοπον, & vertit, *apud matrem & vitricum L. Philippum.* Itaque legendum, παρὰ τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς Λουκίῳ Φιλίππῳ.

Lib. XLVI. p. 295. In catalogo legitur:

Λούβιος Ὕπατος ὁ σπάνσας κωπρωνιανός.
Αὖλος Ἵρτιος, καὶ Αὔλου υἱός.

Lege,

Κ. Οὐίβιος ὁ Πάνσας Καπρωνιανός υἱ.
Αὖλος Ἵρτιος Αὔλου υἱός.

312. D. Τῷ Βιβίῳ Οὐϊβίῳ ἐγένετο. *Vibio Panſæ evenerunt.* Melius editio Henrici Stephani, quæ vocem Βιβίῳ non habet: eſt enim ejusdem nominis iteratio non ferenda, quæ fluxit ex diverſo modo ſcribendi Græce nomen *Vibius*, quod modo Βίβιος, modo Οὐΐβιος ſcribebatur.

Ibid. E. Καὶ τὶς ἐν τούτῳ φοίνικα αὐτῷ προσφέρων. *Interimque puniceam ei veſtem quidam afferens.* Sic vertit Xylander, optime meo quidem judicio ſecundum rei veritatem, non vero ſecundum Græca Dionis; nunquam, puto, vox φοῖνιξ alibi invenietur in eo ſignificatu. Sed credo legendum in Græco textu φοινικίδα: nam ſi vox φοίνικα retinetur, ramus palmæ vel fructus intelligendus erit, non veſtis. Sed de ea palmæ geſtatione in procinctu ſilent omnes antiquarii.

318. D. Καὶ ἐπὶ τὴν ἰσχὺν αὐτῶν ἐτράπετο. *Et ad vim animum adjecit.* Vel delendum eſt αὐτῶν, vel legendum κατ᾽ αὐτῶν, & id ſenſus requirit.

322. C. Ὡς δὲ καὶ ἐκεῖνοι τοῖς χρήμασι . . . κατελεάφθησαν. *Ita demum plebe etiam pecunia ſibi conciliata.* Sic etiam editio Henrici Stephani: ſed videtur Xylander legiſſe κατελήφθησαν, melius certe, qui vertit, *plebe ſibi conciliata*; & ita legi oportere ſententia poſtulat.

Lib. XLVII. p. 330. B. Τῷ τε Ἀντωνίῳ καὶ ὁ θεῖος Λούκιος Ἀντώνιος Καῖσαρ. *Antonii L. Cæſar avunculus ejus.* Sic habent aliæ editiones. Sed hoc mendum acumen Xylandri non fugit, nam diſcedens a Græco textu, vertit *L. Cæſar*, voce *Antonius* ſuppreſſa, ſecundum rei veritatem. Nam & Appianus Juliam nominat matrem Antonii, cujus frater erat ille Lucius, ut ex Cæſare patet lib. 5. civilium, & Vellejus Paterculus L. Cæſarem avunculum Antonii nominat: & fuiſſe Antonii matris Juliæ fratrem, nos docet perſpicue Plutarchus in Antonii vita. Ideo in hoc Dionis loco legendum, vel, ὁ θεῖος Λούκιος Καῖσαρ, & delendum τὸ Ἀντώνιος, quæ vox male adjecta eſt, vel pro Ἀντώνιος reponendum Ἰούλιος: nam in Antoniorum ſtemmate non inveniuntur Cæſares, & ſic legendum ipſe Dio paulo infra nos docet, his verbis: τὸν θεῖον ὁ Ἀντώνιος, πολλὰ τῆς μητρὸς τῆς ἑαυτοῦ τῆς Ἰουλίας ἱκετευσάσης, ἀφῆκεν, id eſt, *& avunculum Antonius dimiſit, multis matris ſuæ Juliæ precibus exoratus.*

336. D. Ἀλλ᾽ ὑπό τε τῶν τάξεων ἐς στενὸν κατακλειόμενοι. *Tamen tributis his in arctum redacti.* Vocem τάξεων vertit Xylander *tributis*, ſatis commode, quod ad ſententiam, & videtur velle τὰς τάξεις ſignificare idem, quod nos lingua Gallica nunc dicimus *taxes*, nempe imperatæ pecuniæ. Sed requiro exemplum hujus ſignificatus. Poſſet aliquis putare eam vocem debere intelligi de ordinibus militum, cohortibus ſcilicet praetorianis triumvirorum, quae diverſis modis & vexationibus pecuniis cives emungebant, & praedia occupabant; quod propono, non decerno: tu ſuper eo lector cogitabis, ex ſequentibus certe noſtra interpretatio videtur aſtrui poſſe.

337. A. Αἱ ἔξωθεν ἐπιφθοραί. *Auctariis.* Lego ἐπιφοραί, ut melius legit Xylander, qui *auctaria* vertit. Ea vox tamen raro occurrit in eo ſignificatu.

338. D. Καίτοι καὶ ἀστυνόμος ὁ Κάσσιος ἦν, τά τε Ἀπολλώνεια οὐδέπω διεωρτάκει, ἀλλ᾽ ἐκεῖνα μὲν δι᾽ Ἀντωνίου τοῦ συστρατηγοῦ καὶ ἀπιὼν ἐκπρεπέστατα διετέλεσεν. *Erat quidem tum prætor urbanus Caſſius, nec dum Apollinares ludos curaverat: verum eos per collegam Antonii abſens etiam ſplendidiſſime peregit.* Hic nodus eſt vindice dignus: hinc enim exurgit non mediocris difficultas. Hæc ſic vertit Xylander: *erat quidem tunc prætor urbanus Caſſius, nec dum Apollinares ludos curaverat, verum eos per collegam Antonium abſens etiam ſplendidiſſime peregit.* Quae verſio nec cum voce Graeca ἀστυνόμος, nec cum veritate hiſtoriae conſentit: ἀστυνόμος enim aedilem potius ſignificat, & praetoris urbani dignitas a Plutarcho in Bruto στρατηγία πολιτικὴ dicitur, & praetores ſemper στρατηγοὶ a Graecis dicti ſunt. Male igitur ἀστυνόμος vertit *prætor urbanus.* Sed nec cum hiſtoria conſentit: non erat enim praetor urbanus Caſſius, ſed in concertatione cum Bruto, quam habuit ſuper ejus magiſtratus petitione, victus eſt, & obtinuit praeturam urbanam Brutus, ut diſtricte narrat

 Plutarchus

Plutarchus in Bruto: praeturam vero aliam obtinuit Caſſius, & ϛρατηγὸς factus eſt. At non memini me legiſſe, unum & eundem virum aedilem ſimul & praetorem factum fuiſſe: nam aedilis erat urbanus magiſtratus, qui aedes publicas & fora & cloacas & urbem univerſam curabat, & ideo non debebat abeſſe Roma. At praetores peregrini bellorum & aliarum rerum per provincias curam gerebant, & erant quaedam provinciae, quae praetoribus gubernandae aſſignabantur. Ideo ſuſpicor, Dionem abuſum fuiſſe voce ἀϛυνόμος pro ϛρατηγὸς. Sed de eo conſulendi ſunt docti.

345. B. Τίλλιον Κίμβρον. *Tullium Cimbrum.* Leg. Τεύλλιον Κίμβρον.

347. A. Καὶ συγκαταφυγὼν ἐς τὸ ἔρυμα αὐτοβοεὶ εἷλε. *Ac cum fugientibus in caſtra irrumpens, eodem momento iis potitus eſt.* Sic habent editiones, & ſic legit Xylander, qui vertit: *cum fugientibus in caſtra irrumpens, eodem momento iis potitus eſt.* Sed vox συγκαταφυγὼν id non poteſt ſignificare: nam is, qui fugientibus inſiſtens, & eos caedens, una cum iis in oppidum irrumpit, & iis potitur, non poteſt dici fugiſſe. Ergo minima mutatione lego συγκαταφυγὸν, & ſic interpretor totum locum: *Brutus autem Lyciorum exercitum, in eorum limitibus ſibi obviam factum, praelio vicit, & cum confertim fugiſſet in locum munitum, primo impetu cepit,* & ſic vocem συγκαταφυγὸν ad ϛράτευμα refero, non ad Brutum.

Ibid. A. B. Προσέμιξαν αὐτοῖς ἀπροσδόκητοι γυμνητεύουσι. *Xanthios nudos de improviſo adorti.* Haec ita vertit Xylander: at γυμνητεύω non invenitur in eo ſignificatu, niſi forte apud auctorem inferioris ſeculi. Sed hoc loco non convenit ea interpretatio, ſed vertere debebat *leviter armatos*: nam γυμνῆτες ſunt velites, & opponuntur τοῖς ὁπλίταις, id eſt, *militibus gravis armaturæ*. Nam quis credat Xanthios ita ſtolidos fuiſſe, ut in ea impreſſione nuda corpora militibus armatis objicere voluiſſent? Solis Gallis nimis & ſtolide ferocibus id tribuitur.

348. C. Τὸ σύμβολον ἐκκρούσαντες, αὐτοὺς κατέλαβον. *Eis ſymbolo dejectis, ipſi locum occupaverunt.* Sic etiam diſtinguit Henricus Stephanus, ſed male: nam mutanda eſt loco virgula, & legendum eſt, τὸ σύμβολον, ἐκκρούσαντες αὐτοὺς, κατέλαβον. Nam αὐτοὺς refertur ad τῶν ἐναντίων, id eſt, *ad hoſtes*, de quibus loquebatur.

Lib. XLVIII. p. 356. Catalogus Conſulum mutilus & corruptus eſt: emendatior multo editus ab Henrico Stephano, in quo tamen pauca quaedam deſunt, quae ſupplenda videntur ſic,

Λούκιος Ἀντώνιος Μ. υι. Πιέτας.	Π. Σερουΐλλιος Π. υι. Ἰσαυρικὸς ὕπατος τὸ β.
Γν. Δομίτιος Μ. υι. Καλουῖνος τὸ β ὕπατος,	Γ. Ἀσίνιος Γ. υι. Πολλίων.
Λ. Μάρκιος, υι. Κηνσωρῖνος,	Γ. Καλουίσιος Γ. υι. Σαβῖνος.
Ἄππιος Κλαύδιος. Γ. υι. Πούλχρος,	Γ. Νωρβανὸς, Γ. υι. Φλάκκος.
Μ. Ὀυιψάνιος, Λ. υι. Ἀγρίππας	Λ. Κανίδιος, Λ. υι. Γάλλος.

Haec colliguntur ex faſtis, Caſſiodoro, tabulis &c.

357. D. Ἀνάπαρακινεῖ. *Si quid is moveret.* Melius Henricus Stephanus, ἄν τι παρακινῇ, *ſi quid moveat.*

368. C. Φθαρέντων δὲ ἐκείνων, ἄλλοι τε πρὸς αὐτὸν * τὰ μὲν πρῶτα ἀσμένως ἐδέξατο. *Secundum eorum interitum, cum alii ad eum * libenter accepit.* Hunc locum manifeſte mutilum, & ideo notatum aſteriſco, ſic reſtituendum eſſe puto ex Appiano lib. 5. civilium: ἄλλοι τε πρὸς αὐτὸν διέφυγον καὶ Στάτιος Μοῦρκος, ἀνὴρ δραςήριος· καὶ αὐτὸν τὰ μὲν πρῶτα &c. Cauſa erroris fuit exſcriptori vox αὐτὸν bis poſita. Sed manum de tabula. Nam idem vidit Xylander, & addidit in ſua verſione. Forte locum Appiani viderat.

369. C. Τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀμελεῖσθαι. *Caput ejus effoſſum.* Xylander vertit ἀμελεῖσθαι *effoſſum eſſe.* Neſcio quomodo legerit. Vertendum erat (ſi bene lectio ſe habet) *caput ejus negligi*, aut *de capite ſuo curam non haberi.* Sed Robertus Steph. in ſuis caſtigationibus vult legi ἀφελέσθαι, quod forte melius.

Ibid. Ἐλοχίσθη ὑπὸ τοῦ ταμιέου. *A quæſtore inſidiis petitus.* Videtur legendum eſſe τοῦ [illegible]. Nam ὁ ταμίας eſt quaeſtor; ταμιεῖον vero locus ubi reponuntur publicae pecuniae, *ærarium*. Sed quoniam paulo infra occurrit ταμιείας, & συνταμιείαν, & rurſus ταμιεία, & paſſim in toto opere, videtur ea vox manaſſe a Dionis hellenismo non optimo, & ſic ſcripſiſſe Aſiaticum hominem ſecundum Nicaeorum ſuorum dialectum.

Ibid. E. Ἥττησε. *Vicit.* Id verbum eſt antiquis inſolitum, qui paſſive tantum ἡττᾶσθαι uſurparunt, & in ea voce, ut in ſuperiore nota, Dionis non ſatis purus helleniſmus notandus eſt.

375. C. Τὴν δὲ Ἄραδον πολιορκία. *Aradin autem expugnatione.* Sic habent editiones. Sed ejus urbis nulla eſt mentio apud Geographos. Ideo lego Κάραλιν, quæ fuit totius Sardiniæ metropolis.

382. B. Ἐγένετο μὲν καὶ Ἐπιδαυρίοις τοῖς Παρθίνοις κίνησις. *Eodem tempore apud Epidaurios (Parthinorum urbs eſt Epidaurus) tumultum coortum.* Hæc ſic reddidit Latine Xylander. Legebat igitur Ἐπιδαυρίοις. Sed in eo graviſſime lapſus eſt vir doctus. Epidaurus enim longe a finibus Parthinorum, Dalmatiæ a Ptolomæo tribuitur. Parthini vero Parthum tantum & Eribœam urbes habebant, ſi tamen non una & eadem fuit urbs Parthus, de qua Polybius loquitur, & Eribœa, quam Ptolemæus in Parthinis ſolam ponit. Ergo alio vertendum eſt. Itaque minima mutatione lego apud Dionem hoc loco: ἐγένετο μὲν καὶ ἐνιαύσιος τοῖς Παρθίνοις κίνησις, id eſt, *factus eſt etiam in Parthinis motus bellicus, ſed qui annum unum tantum duravit.* Sic omnino credo Dionem ſcripſiſſe.

383. A. Τό, τε πλῆθος πρὸς τοὺς τελώνας βαρύτατα σφίσιν ἐγκειμένους ἐςίασε. *Plebs ſeditionem contra publicanos, qui eam graviſſime urgebant, ita movit.* Lege confidenter ἐςασίασε, & ita Henricus Steph. edidit.

¶Lib. XLIX. p. 391. In Catalogo quædam emendatione indigent, qui ſic habet:

Λ. Γέλλιος Λ. υι. Ποπλικόλας Μ. Κόκκιος Νερούας ὑπ.	Λ. Κορνουφίκιος Λ. υι. Σέξτος.
Πόμπιος Σέξτου υι.	Μ. Ἀντώνιος Μ. υι. τὸ β. ὑπ.
Λ. Σκριβώνιος Λ. υι. Λίβων Καῖσαρ τὸ β.	Ὀυολκάκιος Λ. υι. Τοῦλλος.

Quæ ſic emendanda & digerenda ſunt ex Caſſiodoro & faſtis,

Λ. Γέλλιος Λ. υι. Ποπλικόλας,	Μ. Κόκκιος Νέρουας ὑπ.
Λ. Κορνουφίκιος Λ. υι.	Σέξτος Πόμπιος Σέξτου υι.
Μ. Ἀντώνιος Μ. υἱὸς τὸ β.	Λ. Σκριβώνιος Λ. υι. Λίβων.
Κ. Καῖσαρ, τὸ β.	Λ. Ὀυολκάκιος Λ. υι. Τοῦλλος.

398. B. Οἱ μὲν ἐπαιώνησαν. *Cæſariani lætum clamorem ſuſtulerunt.* Communi Dialecto & Attica legendum foret ἐπαιάνισαν, a παιανίζω, unde παιανισμὸς vox uſurpata Thucydidi: ſed, ut ſæpe notavi, η & ι ſæpe ab exſcriptoribus confunduntur ob inferioris helleniſmi jotaciſmum: quod ſi ſic, ut hic legitur, Dio ſcribit, Βιθυνίζει, non Ἀττικίζει.

400. E. Καὶ τὸ ἐφ' ἵππους ἐσελάσαι. *Utque eques in urbem intraret.* Hæc ſic interpretatus eſt Xylander: quaſi vero eximium aliquod privilegium foret, urbem equo vectum intrare: certe id non convenit cum cæteris honoribus, quos illi deferebat Senatus fere divinos: tum ut Xylandri interpretatio admitteretur, mutanda foret lectio, & pro ἐφ' ἵππους legendum foret una voce ἔφιππον. Itaque ſuſpicor, imo credo legendum eſſe minima mutatione, ἐξ ἵππους, id eſt, *ut curru ſejugi in ipſa urbe uteretur.* Eam ſententiam firmat egregie Plinius lib. 34. c. 5. qui ſic habet: *Equeſtres vero ſtatuæ modo Romanam celebrationem habent, orto ſine dubio a Græcis exemp*[illegible] *letas tantum dicabant in ſacris victores.* [illegible] *qui bigis vel quadrigis viciſſent, unde & noſ*[illegible] *in his, qui triumphaviſſent. Serum hoc, & in* [illegible] *divo Auguſto ſejuges ſicut & elephanti.* Hu[illegible] mihi indicavit vir nobilitate, pietate, eru[illegible] & morum incredibili ſuavitate principi[illegible] mus, & omnibus conſpicuus Jacobus M[illegible] nus de Brieux, noſtri (unde glorior) am[illegible]

pro

pro ſua humanitate ſtudia noſtra juvat, & librorum ampliſſima penu inſtructus, nobiſcum eos facillime communicat. Sed ne quid diſſimulem, videtur pugnare cum noſtra ſententia ipſe Dio, qui infra lib. 58. de Caligula ait: *καὶ τὸ ἅρμα, τὸ πομπικὸν ἐφ' οὗ ἤχθη, ἓξ ἵπποι εἵλκυσαν, ὃ μὴ πώποτε ἐγεγόνει*, id eſt, *& currum triumphalem, quo vehebatur, ſex equi trahebant, quod nunquam factum antea fuerat.* Pugnare quidem videtur, at non pugnat: nam paucis poſt locum, quem tractamus, lineis, hæc habet Dio, de Auguſto & honoribus ei a ſenatu delatis ait: *καὶ τῶν ψηφισθέντων τινὰ παρήκατο*, id eſt, *& eorum, quæ decreverunt, quædam non admiſit.* Scilicet id decreverant patres, & obtulerunt ei currum ſejugem, ſed eum honorem nimis faſtuoſum, & inſolitum non admiſit: ſed Caligula ſuperbiſſimus mortalium eo uſus eſt. Optime igitur *Plinius* tempus notavit, quo viſus eſt Romæ currus ſejugis, nimirum ſub Auguſto, cui oblatus eſt a Senatu, ſed non admiſſus a modeſto principe, ut & ſæpe triumphum ei a patribus decretum ducere recuſavit, teſte ipſo Dione infra p. 515. A. & quando ovans poſt victoriam de Parthis urbem intravit: *ἐπὶ κέλητος ἐς τὴν πόλιν ἐσήλασε*, dixit Dio, & ſemper de ovatione in equo ſic loquitur. Hæc, ni fallor, ſatis quadrant cum noſtra emendatione, quam ſi probas, humaniſſime lector, beabis.

401. C. Ἐν τῷ Στατίῳ. *In Palatino.* Sic Xylander vertit, forte ſecundum hiſtoriæ veritatem. Nam id Suetonius in Auguſto videtur innuere cap. 29. At quare Palatinus mons dictus fuit a Dione Græce Στάτιον; id certe ignoro, & vellem Xylander id nos docuiſſet, num a Jove Statore?

402. D. Τοῦ τε Ἀντωνίου ἔς τε τὴν Φιλίαν ἀποσωθέντος. *Interim Antonius cum in ſociorum evaſiſſet terram.* Ea ſic vertit Xylander, quæ verſio cum Græco ſatis concordat, quod ad ſententiam. Sed multum me fallit opinio, aut legendum eſt: *ἔς τε Παμφυλίαν ἀποσωθέντος*: nam ea, quæ paulo poſt addit de Antonio, *καὶ ἐπειδὰν πρὸς τὴν Αἴγυπτον αὐτίκα ἀπῆρε*, id mihi omnino ſuadet; per Pamphiliam enim ex Aſia in Ægyptum eſt breviſſimus trajectus.

409. D. Καὶ τοὺς ἄλλους ἔξω τε βλέποντες, καὶ τὰ ὅπλα παραβεβλημένοι, περιέχουσιν. *Ita ut foras obverſi cum armis ſuis reliquos ambiant.* Sic habent editiones, & ſic legit Xylander, & fateor eam lectionem ſenſum exhibere non incommodum. Sed valde fallor, aut Dio ſcripſerat: *ἔξω τε βέλων ὄντας*, quae ſententia multo melior eſt. Nam quid profuiſſet iis, qui in medio leviter armati & lixae nudi erant, eorum cuſtodia, qui teſtudinem formabant, niſi ipſi extra teli jactum fuiſſent? nihil omnino, & male cum iis actum fuiſſet, in quos conſertos nulla ſagitta ſine vulnere miſſa fuiſſet.

* 411. B. Ὅτι τε παῖδας ἐξ αὐτῆς . . . ἀνείλετο. *Quod & liberos ex ea . . . ſuſcepiſſet.* Vox ἀνείλετο ambigua eſt, & prima facie videtur dicere, Antonium liberos Cleopatra natos occidiſſe. Sed aliter hoc loco accipienda eſt, pro, *tollere*, id eſt, ad educandum accipere.

Lib. L. 418. Catalogus Conſulum mendoſus ſic habet:

Γν. Δομίτιος Γ. υἱ. γενν. Γ. Ἀηνόβαρβος ὕπ. Γ. Σόσσιος Γ. υἱ. γεγγ. Καῖσαρ τὸ γ.
M. Οὐαλέριος M. υἱ. Μεσσαλᾶς ὕπ. Λαοκορουίνιος.

Qui ſic reſtituendus eſt:

Γν. Δομίτιος Γν. υἱ. Γν. ἐγγ. Ἀηνόβαρβος, Γ. Σόσσιος Γ. υἱ. Γ. ἐγγ.
Γ. Καῖσαρ τὸ γ. M. Οὐαλέριος M. υἱ. Μεσσαλᾶς Κορουῖνος ὕπ.

Lib. LI. 447. E. Καὶ οἱ μὲν ὑπὸ τοῦ Μεσσάλου ἠπατηθέντος ἐπέμφθησαν. *Hi quidem a Meſſala decepti miſſi ſunt.* Lege *ἀπατηθέντες*, ut ex ſequentibus plane liquet.

449. C. Πρὸς τὴν Πηλουσίου πίστιν ἐπανελθών. *Cum ad nuntium eorum, quæ Peluſii eveniſſent, diſceſſiſſet.* Melius Henricus Steph. πρὸς τὴν περὶ τοῦ Πηλουσίου πύστιν, id eſt, *ad inquirendum de iis, quæ Peluſii geſta fuerant*, vel, ut vertit Xylander, *ad nuntium eorum, quæ Peluſii eveniſſent.* Eundem errorem ſupra notavimus lib. 42. p. 122. & pro πίστιν repoſuimus πύστιν.

459. A. Ὥστε τὰ μὲν κτήματα ἐπιτιμηθῆναι. *Ut & facultatum cenſus auctus ſit.* Ita vertit Xylander, ſed vertendum erat, *ut poſſeſſionum quidem pretium auctum fuerit.* Nam facultates intelliguntur non ſolum de agrorum poſſeſſionibus, ſed etiam de nummis in fœnore poſitis, & de ſupellectile.

Ibid. Τῆς τε Ἰαπυγίας. *Japydis.* Procul ab eo tractu Japygia. Melius Henricus Stephanus Ἰαπυδίας, ſecundum Ptolemæum. At Straboni ſemper ii populi Ἰάποδες nominantur, quem ſequuti ſunt omnes fere Geographi.

Ibid. B. Ἐν μὲν οὖν τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ ταῦτα διεωρτάσθη. Hæc verba in ſua verſione omiſit Xylander, credo, eo quod verbum illud διεωρτάσθη illi videbatur δυσερμήνευτον, & apud alios auctores non uſitatum. Id verbum certe videtur a Dione formatum. Poſſet quis vertere: *in triumphi feſto traducta ſunt.*

Lib. LII. p. 456. A. Τόν τε πατέρα καὶ τὴν ἐς αὐτὸν εὐσέβειαν ἐσκῆφθαι, καὶ τὸν δῆμον τήν τε γερουσίαν προβεβλῆσθαι. *Pietatis in patrem tuum, inque S. P. Q. R. præſcriptione uſi cenſeamur.* Male hæc accepit Xylander, qui ſic interpretatur. Certe non video quid hic *præſcriptionis* vox faciat, & Xylandri ſenſum non capio. Sic vertendum fuit: *patrem & in eum pietatem prætexiſſe, & S. P. Q. R. nomen praetendiſſe*, & ita intelligere debere evincunt ea, quæ ſequuntur.

483. B. Καὶ ἐκκλησίας μάλιστα ζῆν ἀναγκαζόμενον. *Quae rapto vivere cogitur.* Fœdiſſimum mendum hunc locum occupaverat, ſed medicinam fecit Henricus Stephanus legendo, ἐκ λείας, optime.

Lib. LIII. Catalogus Conſulum ab Henrico Steph. emendatus eſt optime.

507. E. Αἱ μὲν γὰρ ἀρχαὶ αἱ ἐκ τῶν νόμων ὡς πλήθει γενόμεναι, καὶ νῦν * τῆς τῶν τιμητῶν καθίστανται. *Nam qui ex praeſcripto legum magiſtratus habentur, plerumque nunc etiam * cenſorum conſtituuntur.* Hiatus, qui aſteriſco notatur, una voce mihi videtur ſuppleri debere, ſic: *καὶ νῦν πλὴν τῆς τῶν τιμητῶν καθίστανται*, quæ ſic vertenda ſunt: *nam magiſtratus, qui legibus ut plurimum inſtituti ſunt, nunc etiam exceptis Cenſoribus conſtituuntur.* Nimirum Cenſoris poteſtas deceſſit imperatoriæ, & non video cenſores ſub imperatoribus poſt Auguſtum factos, & ejus rei rationem reddit infra lib. ſequente: ut nec dictatores, quos debebat etiam excipere, & forte hiatus debebat majus ſpatium occupare, ut ſuppleri poſſet: *πλὴν τῆς δικτατωρίας καὶ τῆς τῶν τιμητῶν* &c. & tale ſupplementum ex iis, quæ ſequuntur, firmatur maxime.

511. D. Τῆς δὲ δὴ Φλαμινίας αὐτὸς . . . καὶ διὰ τοῦτο καὶ εἰκόνες αὐτῷ ἐπ' ἀψίδων ἔν τε τῇ τοῦ Τιβέριδος γεφύρᾳ καὶ ἐν Ἀριμίνῳ ἐποιήθησαν. *Flaminiam . . . ac ob id ſtatuae Auguſto ſuper aras in ponte Tiberis & Arimini ſunt poſitae.* Ex his verbis conjicere licet, Ariminum in ipſa Flaminia ſitum fuiſſe. Nam cur ob inſtauratam Flaminiam Auguſti imaginem dedicaſſent, ſi non eorum maxime interfuiſſet eam viam denuo ſterni? Sed & hoc firmat Cicero Philippica XII. quem vide.

516. D. Αἴλιος Γάλλος ὁ τῆς Αἰγύπτου ἄρχων. *Ælius Gallus Ægypti praefectus.* Henrici Stephani editio habet Αἴλιος Λάργος.

Lib. LIV. In Conſulum catalogo, quæ deſunt aut mendoſa ſunt, bene ſupplevit & correxit in ſua editione Henricus Stephanus.

522. E. Εἰρήνην. *Pacem.* Lege cum Henrico Steph. ἐρήμην.

533. E. Καὶ διὰ τὴν Τερεντίαν τὴν τοῦ Μαικήνου γυναῖκα. *Et propter Terentiam Maecenatis uxorem.* Ea proculdubio Terentilla fuit, quam Auguſto exprobravit

Antonius

Antonius per epiſtolam, ut narrat Suetonius in Auguſto cap. 69.

534. E. Ῥωμητάλκῃ θείῳ τε τῶν Κόκκυος παίδων. *Rhymetalci avunculo & tutori filiorum Coccyos.* Sic Henricus Stephanus legit, & Xylander, qui vertit *Coccyos.* Sed non eſt dubium, quin reponi debeat Κότυος, & vertendum *Cottyis.* Nomen eſt Thraciae regum familiare & ſolitum Κότυς, & infra pag. 545. ſic vocatur.

535. A. Τέγκηροι. *Tencteri.* Melius Henricus Stephanus Τέγκτηροι. Ibidem ſequitur, καὶ τὸν Ῥῆνον διαβάντες, τήν γε Γερμανίαν καὶ τὴν Γαλατίαν ἐλελάτησαν. Loquitur hic Dion homo Bithynus improprie. Nam Julius Caeſar, qui nomina earum gentium optime noverat, Germanos trans Rhenum ponit, dum ſic ait ſtatim initio de Belgis: *proximi ſunt Germanis, qui trans Rhenum incolunt.* Celtas ibidem ait eos eſſe, qui a Romanis Galli vocabantur; at Dio ſemper Κελτοὺς vocat, qui trans Rhenum habitantes, Romanis Germani dicebantur. Eum errorem accepit ab aliis Graecis, qui remotiores ab occiduis partibus, eas peſſime diſtinxerunt. Vel forte reſpicit ad res ab Auguſto geſtas, qui teſte Suetonio in Octavio cap. 21. Sicambros & Suevos Germanos citra Rhenum in Galliam traduxit. De voce *Germani* aliquid dicere monet hic locus, quae vox olim ipſis populis ultra Rhenum habitantibus incognita fuit, qui nomine generali *Tuiſtonas* ſe vocabant, quod nomen & hodie durat, dum *Theitsman* Germanum hominem vocant. Id nomen proculdubio a Gallis citra Rhenum habitantibus, Belgis, Treveris & Sequanis accepere, qui eo, quod a gentibus ultra Rhenum habitantibus bello petebantur, generali quodam nomine Germanos eos, id eſt, Bellatores vocabant. Nam *guerra* bellum eſt, & a priſco Gallorum idiomate ad nos usque fluxit: *Man* vero hominem ſignificabat olim apud Gallos, & hodie etiam apud Germanos, Anglos & Septentrionales populos idem ſignificat. *Germans* igitur nihil aliud ſonabat, quam eos, qui bellum inferebant, & a Gallis in tumultu, dum eorum agros vaſtabant & praedas agebant, *Germani* vocabantur. Sic noſtrates agricolae trepidi ob armatorum adventum clamant, *voila les gendarmes*, & ſic nomen inſtitutum ob armorum geſtationem, paulatim factum eſt nationis univerſae nomen, & a Gallis id Romani acceperunt.

542. B. Ἀλλὰ καὶ καθ' ἑαυτὸν δραχμὰς τῷ δήμῳ, ὡς καὶ ἐκείνου κελεύσαντος, διένειμε. *Sed viritim quoque pecuniam a ſe, quaſi Agrippa ita mandaſſet, diviſit.* Parum honoris memoriae Agrippae feciſſet Auguſtus, ſi donativum tam exile populo dediſſet ſub ejus nomine. Vidit abſurdum credo Xylander, qui *pecunias* vertit, non expreſſo numero. Audacior ero, & aſſero literam numeralem, ut ſaepe fit, evanuiſſe. Lego igitur: καθ' ἑαυτὸν ν. δραχμάς. litera numeralis ν ob finalem ν vocis ἑαυτὸν tanquam ſuperflua omiſſa eſt ab exſcriptore indocto, & inde error manavit. Drachma unicuique viro ſordidum fuiſſet donativum, pro Romana & Imperatoria magnificentia: quinquaginta vero drachmae ſatis honeſtum fuit, nec nimium. Nam ipſe Auguſtus teſte eodem Dione ſupra lib. 51. poſt devictum Antonium dedit viritim populo nomine Marcelli drachmas centum, idque non tantum viris adultis, ſed etiam pueris. Sed & in hoc loco pro καθ' ἑαυτὸν, puto legendum καθ' ἕκαστον, ut legitur in loco libri 51. citato.

Ibid. C. Τὰς μοναρχίας διετέλεσε. *Gladiatorios ludos perfecit.* Abſurdiſſima lectio, ſed quam emendavit Henricus Stephanus, qui edidit μονομαχίας, optime.

543. C. Ἐξ ἄλλης τινὸς γαμετῆς οὖσαν. *Ex alia conjuge genitam.* Nempe ex Caecilia Pomponii Attici filia, ut quidam volunt.

544. C. Ἐς τὴν Χερουσήιδα προσεχώρησε μέχρι τοῦ Οὐισούργου. *In Cheruſcorum regionem usque ad Viſurgim proceſſit.* Lege Χερουσκίδα, & Οὐισούργου, ex Tacito.

Ibid. D. Ἐνθα τε ἥ ὅ τε Λ[illegible] καὶ ὁ Ἐλίσων συμμίγνυνται. *Ad Lupiae & Aliſon[illegible] confluentes.* Vel falſus eſt Dio, vel curſus eorum fluviorum mutatus eſt, ut ſaepe fit: nam hodie non coëunt Lupia & Aliſo, ſed unusquisque per ſe in Rhenum cadit.

Lib. LV. p. 560. A. Τοῖς δὲ αἰωρήμασι καὶ τοῖς ἠπίοις φαρμάκοις. *Pleraque autem lenibus corporis exercitiis & mitibus remediis.* Nota, candide lector, genus curationis nunc non uſitatum, αἰώρημα ſcilicet, motus corporis in penſili ſede, quod nunc a medicis ignoratur vel negligitur.

569. A. Καὶ τοῦ Τιβερίου τοῦ τε Μεσσαλίνου ἐν Συσκίᾳ ἐγχρονισάντων. *Tiberius autem ac Meſſalinus Syſciae commorarentur.* Vertit Xylander, *Syſciae commorarentur.* Vellem nos docuiſſet, ubi terrarum ea regio jacet, quae ab omnibus Geographis ignoratur. Mendum eſt, ſed quid reponendum ſit, ignoro: nam reſcribere ἐν Μυσίᾳ vetat ratio itineris, quod faciebant Tiberius & Meſſalinus, dum Germania Dalmatiam petunt.

Lib. LVII. p. 618. A. Ἐπὶ τὸν Δροῦσον ἐτρέπετο, καί ποτε πὺξ αὐτῷ ἐνέτεινε. *Etiam Druſum aggreſſus jam erat, eique colaphum aliquando intenderat.* Sic vertit Xylander. Sed nec cum Graeco, nec cum hiſtoria concordat. Nam Graeci colaphum infligere dicunt παίειν κατὰ κόρρης: & Tacitus, cui major fides adhibenda eſt, ſic negotium narrat: *Nam Druſus impatiens aemuli, & animo commotior, orto forte jurgio, intenderat Sejano manus, & contra tendentis os verberaverat.* Videtur igitur Dio haec verba, *contra tendentis*, exprimere voluiſſe per πὺξ αὐτῷ ἐνέτεινεν, at *contra tendere manus* non eſt ferire, ſed pugno verſus adverſarii faciem extenſo plagas minari, quod ſummae fuit impudentiae Sejano: verberaſſe autem eum filium imperatoris quis credet? vertendum igitur: *& aliquando etiam pugnum Druſo intenderat.* *Intendere manus* apud Tacitum non eſt ferire, ſed manu protenſa in os deſpectui habere aliquem. Seneca de Clementia lib. 1. *& Diis ipſis manus intenduntur.* Ipſe Tacitus lib. 1. Annal. *ut quis praetorianorum militum amicorumve Caeſaris occurreret, manus intentare cauſam diſcordiae.* Hodie etiam & apud nos manum intendere in jurgio rixam movet. Id Itali vocant *far la fico.* Zonaras tamen interpretationem Xylandri firmat, & Sejanum Druſo plagam intentaſſe, & manu percuſſiſſe ait. *At non ego credulus illi.*

623. D. Καὶ μαθὼν τὸν ταμίαν ἐπὶ δικαιώσει [illegible] παρόντα. *Audiensque quaeſtorem ad ſupplicium [illegible] veniſſe.* Sic & infra pag. 628. C. de Sejano: καὶ οὕτω δικαιωθεὶς κατὰ τῶν ἀναβασμῶν ἐῤῥίφη. Igitur δικαιοῦν eſt judicium capitale executioni mandare, & δικαίωσις ipſa executio condemnationis. Sic noſtra plebs, *faire juſtice* uſurpat in eodem ſignificatu.

625. C. Αὐτός τε θύων εἶδεν ἀποστρεφόμενον καὶ μετὰ τοῦτο. *Ipſe litans viderat ſe avertere ac deinde.* Poſt vocem ἀποστρεφόμενον notandus eſt hiatus, quod vidit Henricus Stephanus, & aſteriſco notavit.

Lib. LVIII. p. 670. B. Καὶ χάριν οἱ Ἑλληνιστὶ γνῶναι ἐπέτρεψε. *Ac gratias ipſis Graece agi mandavit.* Ita haec vertit Xylander, contra rationem & auctoris ſententiam: verto, *& ut ſibi Graece gratias agerent, permiſit.*

Pag. 670. D. Καὶ Πούπλιος Γαουίνιος Μαυρουσίους νικήσας . . . καὶ ἀετὸν στρατιωτικὸν, ὃς μόνος ἔτι παρ' αὐτοῖς ἐκ τῆς τοῦ Οὐάρου συμφορᾶς ἦν, ἐκομίσατο. *P. Gabinius Marſos vicit, & militarem aquilam [illegible] clade Variana adhuc ſupererat, recuperavit.* X[illegible] ρουσίους, mendoſam vocem, male in *Marſos* [illegible] debebat reponere Χερούσκους. Nam & Armi[illegible] ruſcus domo, & dixit ſupra Dio, de Varian[illegible] μενοι τὸν Οὐάρον . . . προήγαγον αὐτὸ[illegible] τὴν Χερουσκίδα, &c. id eſt, *Varum adduxerint in Cheruſcorum regionem.*

Ad

Ad Dionis Fragmenta ab Henrico Valeſio publicata.

(Pag. 578.) Fragm. XXVI. hujus edit. Καὶ Τίτου Μενηνίου τοῦ ϛρατηγοῦ (ἐπὶ γὰρ τούτου τὸ πάθος ἐγένετο) κατηγορηθέντος ὕϛερον ἐν τῷ δήμῳ, ὅτι μὴ μετ᾽ ἐκείνοις ἤμυσε. *Poſtremo T. Menenium, quo conſule ea clades acciderat, arceſſitum ad populum, quod caſtra cum Fabiis minime conjunxiſſet.* Significatus vocis ἤμυσε rarus & inuſitatus hic eſt notandus. Valeſius id interpretatur, *quod caſtra cum Fabiis minime conjunxiſſet*, quod ſatis placeret, (nam qui caſtra muniunt, foſſam prædugentes ἀμύσσουσι, fodiunt terram) ſi cum Livio concordaret hæc interpretatio, qui lib. 2. ſic hanc hiſtoriam narrat: *Cum haec accepta clades eſſet, jam C. Horatius & T. Menenius Coſſ. erant. Menenius adverſus Thuſcos victoria elatos confeſtim miſſus: tum quoque male pugnatum eſt.* Si poſt eam cladem acceptam demum miſſus eſt adverſus Thuſcos Menenius, quomodo potuiſſet cum Fabiis jam cæſis caſtra conjungere, & eo nomine accuſari & condemnari? certe hæc ſunt ἀσύϛατα. Quid? ſi quis putet τὸ ἤμυσε intelligi debere de luctus publici ſignis, quorum unum erat ἀμύσσειν, *genas unguibus lancinare:* aliquando etiam metaphorice *angi, dolere*, ut apud Homerum: θυμὸν ἀμύξεις Iliad α. Scilicet eo nomine accuſatus fuit Menenius, quod in luctu publico nulla luctus ſigna uſurpaſſet. Idem Valeſius in notis ſuis vult legi ἤμυνε. Sed eadem difficultas ex ea lectione emergit: non potuit enim iis opitulari, cum nondum miſſus fuiſſet. Tu lector decerne, nihil enim ſuper eo aſſevero, dubitationis tantum cauſas propono.

(Pag. 593.) Fragm. XLIV. Ὥϛε μήτε τὴν ἀρχὴν ῥᾳδίως ἐθελῆσαι * δι᾽ αὐτὴν ἀποϛῆναι. *Ut prorogatum ſibi in alterum annum imperium vix tulerit.* Notatur aſteriſco ut dubiæ ſanitatis hic locus, & jure: ex iis enim verbis ut edita ſunt, nullus commodus ſenſus emergit. Putavit doctiſſimus Valeſius, morbum eſſe in δι᾽ αὐτὴν & in margine adſcripſit, forte διετῆ, optime, modo mutetur etiam ἀποϛῆναι in ἀποφῆναι, minima mutatione, aliter non ſtaret ſententia: ſed legendo διετῆ ἀποφῆναι ſenſus erit ſatis commodus, & hiſtoriæ ſatis accommodatus, quam ſic narrat epitome Liviana lib. 18. de Atilio: *& cum aliquot praeliis adverſum Carthaginenſes pugnaſſet, ſucceſſorque a Senatu proſpere bellum gerenti non mitteretur, id ipſum per litteras ad Senatum miſſas conqueſtus eſt, in quibus inter cauſas petendi ſucceſſoris erat, quod agellus ejus a mercenariis devaſtaretur.* Dionis igitur talis erit ſententia, *adeo ut non facile conſenſerit imperium illi in biennium prorogatum declarari*, quæ verſio cum Livio belle concordat, & gratias Valeſio, qui ad eam emendationem nobis præluxit.

(Pag. 609.) Fragm. LXX. Τὴν μὲν γὰρ πρώτην ἀπήντησε. *Primo enim ad cauſam dicendam aſſuit.* Hæc ſic vertit Valeſius, optime. Sed videtur addenda in Græco textu præpoſitio εἰς vel πρὸς. Nam dicitur ἀπαντᾷν πρὸς τὴν κυρίαν, vel ἐπὶ τὴν κυρίαν, vel εἰς τὸ δικαϛήριον, & videtur neceſſe ita emendare: nam ſine præpoſitione alibi (credo) non legitur, & ſic vertendum eſſet: *Nam ad primam diem dictam aſſuit*, & ſic legendo concordabit lectio cum iis, quæ narrat T. Livius lib. 38. his verbis: *haec agitata ſermonibus, donec dies dicendae cauſae venit, nec alius antea quiſquam . . . . majore frequentia, quam reus illo die in forum eſt deductus. Juſſus dicere cauſam, ſine ulla criminum mentione, orationem adeo magnificam de rebus a ſe geſtis eſt exorſus &c.* Aſſuit igitur ad primam diem dictam Scipio, quod eſt, πρὸς τὴν πρώτην ἀπαντᾷν, & poſtea Liternum ſeceſſit.

(Pag. 717.) 1170, 75. hujus edit. Καὶ αἰτιωμένη τινὰς τῶν ἐπ᾽ αὐτοῦ πλεονασάντων καὶ διὰ τοῦτο τιμηθέντων. *Cum quererentur de quibusdam, qui ejus principatu delationes exercuerant, eoque honores erant conſecuti.* Mirum nobis videtur, Valeſium virum doctiſſimum & in Græcis litteris exercitatiſſimum τὸ πλεονασάντων interpretatum fuiſſe, *qui delationes exercuerant*: nam id verbum πλεονάζειν nullibi eum ſenſum recepit. Debebat (ut nobis videtur) interpretari, *qui multum ſub eo potuerant*, vel, *qui nimiam ſub eo potentiam habuerant.* Nam id eſt proprie πλεονάζειν, & exceſſum aliquem ea vox ſignificat: at *delator* dicitur Græcis κατήγορος, vel ἐνδείκτης, aut συκοφάντης, & ſupra pagina 669. ipſe vir doctiſſimus οἱ κατηγοροῦντες optime verterat *delatores*. Sed rem reſpexit non verba: nam & apud Hadrianum etiam multum potuerunt delatores, ſed tamen πλεονάσας non debet quis interpretari *delator*.

(Pag. 765.) 1363, 16. Κορακικὸν ἀνδράποδον. *Mancipium e Caria.* Videtur legiſſe Valeſius Καρικὸν, nam vertit *mancipium e Caria*. Nihil tamen mutavit in Græco textu, nec ad eum locum aliquid dixit in notis. Ideo videtur non multum fidere ſuæ interpretationi, & per eum nobis licere in id inquirere, & aliter interpretari. A Cora quidem urbe Italiæ non fieret Κορακικὸν, ſed Κοραῖον. Aliunde ergo fuit. Circa Meroen recenſet Strabo Κορακίου χώραν: ſed ſi inde domo fuiſſet, eum dixiſſet Æthiopem Dio. Κορακήσιον in Pamphyliæ finibus ponunt Scylax, Strabo, Plinius. Sed inde fieret gentile Κορακήσιος, vel Κορακησιαῖος, non Κορακικὸς. Fuit mons prope Colophonem in Ionia dictus Κοράκιον ὄρος: ſed quoniam urbs in eo non fuit, & mons ille non admodum celebratus, nec magnus, potius audiiſſet ille Hierocles Colophonius. Ideo non omnino accedo ei ſententiæ. Potius crederem eum Ætolum fuiſſe, ubi mons Κόραξ, magnus & celeber, & qui procul dubio pluribus pagis habitabilis erat, & forte fuit pagus quidam in eo monti cognominis, unde ortus erat ille Hierocles. Sed hæ ſunt meræ conjecturæ, quas vel probare vel improbare cuique per me licebit. Si quis meliora dabit, gaudens docebor.

LAMBERTI BOS ANIMADVERSIONES AD DIONEM CASSIUM.

(ex ejus Animadverſſ. ad Scriptores quoſdam Græcos. Franck. 1715. 8. Cap. VI. p. 26—30.)

Lib. XLI. p. 174. C. cum Apolloniæ ſitum deſcripſiſſet, addit quod præ ceteris mirabile erat de igne copioſo ad fluvium Anam, qui terram in qua exiſtit, non inflammat aut arefacit, ἀλλὰ καὶ πόας καὶ δένδρα καὶ πάνυ πλησίον θάλλοντα, ἔχει· πρός τε τὰς ἐπιχύσεις τῶν ὄμβρων ἐπαύξει, καὶ ἐς ὕψος ἐξαίρεται. Poſtrema hæc verba de *plantis* & *arboribus* intellexit interpres vertens: *quae* (herbæ & arbores) *imbribus ſuperfuſis adoleſcunt, & in altitudinem excreſcunt*, perperam: ſunt enim intelligenda de *igni*, qui *creſcebat & in altum extollebatur, cadentibus imbribus*. Plinius de hoc ipſo, lib. 2. *Nat. Hiſt.* cap. 106. *Et juxta gelidum fontem ſemper ardens Nymphaei crater dira Apolloniatis ſuis portendit, ut Theopompus tradidit. Augetur imbribus, egeritque bitumen, temperandum fonte &c.* Vid. ibi Harduin.

Lib. XLII. p. 206. D. de Pharnace dicitur, quod Amiſum urbem vi expugnatam diripuit, τούς τε ἡβῶντας ἐν αὐτῇ πάντας ἀπέκτεινε. Recte vertit Interpres τοὺς ἡβῶντας πάντας, *omnes puberes*: pro eo dicitur etiam ἡβηδὸν, ut apud Jamblichum vita Pythagoræ p. 146. τοὺς πολίτας ἡβηδὸν ἀπάγξασθαι. Ælian. Var. lib. 2. cap. 9. Μιτυληναίους δὲ ἡβηδὸν ἀποσφάξαι. Dion. Hal. lib. 5. p. 310.

pag. 310. narrat, conſules Romanos, captis Fidenis, convocaſſe captivos Fidenates in forum, & multa invectos in eorum amentiam dixiſſe, ἀξίους εἶναι ἅπαντας ἡβηδὸν ἀπολωλέναι. Idem lib. 6. p. 356. οὐδὲ ἡβηδὸν ἀναιροῦντες. Herodot. lib. 6. Συβάριος γὰρ ἁλούσης ὑπὸ τῶν Κροτωνιητέων, Μιλήσιοι πάντες ἡβηδὸν ἀπεκείραντο τὰς κεφαλὰς, καὶ πένθος μέγα προεθήκαντο. Appian. *Hiſp.* p. 479. Καὶ τῇ σάλπιγγι ὑπεσήμαινε κτείνειν Καυκαίους ἅπαντας ἡβηδὸν, & alibi apud alios. Sed magnam peperit Interpretibus difficultatem, quorum alii reddiderunt *per omnem ætatem*: alii, *a pueris*, alii, *una cum pueris*, alii *more puberum*, alii, *omnem juventutem* vel *cum omni juventute*: alii, *petulanter*: Faber ad Luciani Timonem, vertit, *omnino*, exiſtimans, πάντες ἡβηδὸν eſſe *omnes omnino*, ἁπαξάπαντες, *ad unum omnes*. Mihi vero dubium non eſt, quin per πάντας ἡβηδὸν deſignentur omnes puberes, juvenes, viri, ſenes, exceptis conjugibus liberisque impuberibus: quia alii Græci Auctores hoc ipſum exprimunt per τοὺς ἡβῶντας, vel ὅσοι ἡβῶσι, vel ὅσον ſive ὅσοι ἐν ἡλικίᾳ, & diſtinguunt ab iisdem παῖδας, καὶ γυναῖκας, *conjuges liberosque*. Sic Thucyd. lib. 3. ἀποκτεῖναι ἅπαντας Μιτυληναίους, ὅσοι ἡβῶσι· παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας ἀνδραποδίσαι. (quem locum ad Ælian. 2. c. 9. etiam adduxit Cl. Perizonius) Idem Thucyd. l. 5. c. 32. ἀπέκτειναν τοὺς ἡβῶντας, παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας ἠνδραπόδισαν. & ejusdem lib. c. ult. οἱ δὲ ἀπέκτειναν Μηλίων ὅσους ἡβῶντας ἔλαβον, παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας ἠνδραπόδισαν. Dio Caſſ. lib. 42. p. 206. D. de Pharnace, quod Amiſum urbem expugnaverit atque diripuerit, τούς τε ἡβῶντας ἐν αὐτῇ πάντας ἀπέκτεινε. Diodor. Sic. lib. 3. p. 131. καὶ τοὺς μὲν ἄνδρας ἡβηδὸν ἀποσφάξαι, τέκνα δὲ καὶ γυναῖκας ἐξανδραποδισαμένας. Appian. *Hiſp.* p. 136. de Annibale, τοὺς μὲν ὑπολοίπους καὶ ἔτι ἡβῶντας αὐτῶν αἰκιζόμενος διέφθειρεν. Pauſan. 3. c. 10. Δελφῶν γὰρ τούς τε ἡβῶντας ἀποκτεῖναι, καὶ γυναῖκας καὶ τέκνα ἐξανδραποδίσασθαι. Idem 6. c. 5. καὶ τὸ ἄλλο ὅσον ἐν ἡλικίᾳ κατεφόνευσε, γυναῖκας δὲ ἀπέδοτο καὶ παῖδας &c. Ex quorum locorum collatione facile patet, quid ſit ἡβηδόν. Latini Auctores illud ἡβηδὸν & πάντες ἡβηδὸν vertunt *puberes*, & *omnes puberes*. Liv. lib. 8. cap. 37. *Polliæ ſententia fuit, puberes verberatos necari, conjuges liberosque ſub corona lege belli venire.* lib. 9. 31. *omnes puberes interfecit.* lib. 21. 14. *ſigno dato, ut omnes puberes interficerentur.*

Lib. XLIII. p. 214. B. Τούτοις τε αὐτὸν ἤγγειλε, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ συνάρχοντα ἑκατέρωθι προσείλετο. Illud ἤγγειλε hic locum habere poſſe non videtur, pro eo legendum exiſtimo ἤγαλλε, vel ἤγηλε, ab ἀγάλλω *orno*, ut ſit, *hiſce ipſum ornavit*. Verbum habet Auctor etiam infra p. 222. D. καὶ τοὺς μὲν ἀγαθοὺς ταῖς προσηκούσαις τιμαῖς ἀγάλλων ſed vitioſe iterum lib. 44. in Oratione Antonii ſub finem: Καὶ ἐφιλήσατε αὐτὸν ὡς πατέρα, καὶ ἠγαπήσατε ὡς εὐεργέτην, τιμαῖς τε οἵαις οὐδένα ἄλλον ἠγγείλατε. Lege ἠγήλατε. Recte iterum lib. 56. in principio orationis Auguſti: καὶ τούτοις οἷς τέθεικα ἄθλοις ἀγάλλω, & *orno vos præmiis quæ ſtatui*. Atque ita legendum patet, tum ex antecedentibus, tum ex conſequentibus: præceſſit enim, quod Cæſar Lepido ex Hiſpania citeriore reverſo triumphum conceſſit, quum neminem viciſſet, imo ne collatis quidem ſignis dimicasſet, ἐπινικίοις ἐτίμησε, inquit Auctor: huc ſpectans dicit hoc loco, τούτοις αὐτὸν ἤγαλλε. Sequitur autem mox, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ συνάρχοντα ἑκατέρωθι προσείλετο. ubi rurſus aliorum honorum mentio.

Pag. 226. A. Ὡς καὶ καθ' ἑκάτερον ἐπεκβοᾶσθαι ὅτι ἀδίκως αὐτῶν τὰ πλείω συνελέξατο, καὶ ὅτι καὶ ἐς τὰ τοιαῦτα αὐτοῖς κατεχρήσατο.] Minus recte hæc cepit Interpres vertens: *Itaque ad ſingula ſpectacula acclamabant, eum injuſta de cauſa majorem pecuniarum partem exegiſſe, quibus in hujusmodi res abuteretur.* Debebat: *Ita ut utroque diffamaretur vel incuſaretur, & quod injuſte pleraque coëgerat, & quod ad talia illis abutebatur.*

Lib. XLVI. p. 296. D. de patre Ciceronis inter alia dicitur, καὶ οἰσπώτας καὶ ὑποπελέθους καὶ σπατίλας συλλέγων] h. e. *& ſordes lanarum & fimum & merdam colligens &c.* Pro οἰσπότας lege οἰσπάτας vel οἰσπώτας. Heſych. Οἰσπάτη, ὁ ῥύπος. ὁ δὲ Δίδυμος τὸν τῶν προβάτων. Οἰσπώτη habet Etymolog. habet etiam Ariſtoph. *Lyſiſtr.* p. 873. Ἐκπλύναντας τὴν οἰσπώτην, *eluentes ſordes lanarum*. Suidas, Οἰσπώτη, ὁ ῥύπος τῶν ἐρίων.

Pag. 310. B. - - - τῇ Ὁμονοίᾳ ταύτῃ παρ' ᾗ νῦν βουλευόμεθα.] Int. *Concordiæ huic, de qua nunc deliberamus.* Debebat: *Concordiæ huic, apud quam nunc deliberamus.* Nam intelligit Deam Concordiæ, cujus in templo ſenatus habebatur.

CELEBERRIMO PRÆSTANTISSIMOQUE VIRO HERM. SAM. REIMARO

S. P. D.

PETR. WESSELING.

Dionem tuum, quidni enim tuum vocem, cui ſanitatem & priſtinum colorem reſtituere bonis avibus incepiſti, jucundiſſime evolvi, plurimaque & ſollerter excogitata & dextre conſtituta animadverti; quorum nomine gratiæ tibi debentur ingentes, & ab omnibus, quibus litterarum cultus curæ cordique eſt, cupide referentur: in quis ego nomen ultro profiteor. Videor quidem mihi nonnulla obſervaſſe, quæ aut medicina indigent, aut adhibitam operam recuſant, nec ea tamen laudes, quas mereris, imminuent. Partem eorum, pace tua, adſcribam, & tui judicii faciam, haud ægre laturus, ſi in alia omnia eas. Sequor editionis tuæ paginas, quarum.

LXVI. in fragm. 158. Νεανίσκοι τινὲς, Καρχηδονίων πρέσβεις εἰς τὴν Ῥώμην ἐλθόντας ὑβρίσαντες, ſcribendum opinor, ut oratio conſtet. Romani enim juvenes fuere, qui Pœnorum legatis violatis, Carthaginem miſſi fuerunt. Livium, ſi dubites, teſtem fero Lib. XXXVIII. 42.

LXXXIX, 21. καὶ ἀπροφύλακτον καὶ ἄ[illegible] πόλεμον. Immo ἄσπειστον. Sic enim Græci ſolent ἀσπείστου πολέμου ſcriptus Sylburgii liber meminit p. 327, 91 Noſti pulcre ἄπιστον & ἄσπειστον in codicibus permiſceri ex Valeſ. ad Euſeb. de Laud. Conſtant. c. 16. & Daviſio ad Maximum Tyr. p. 616. Simile vitium occupavit Clem. Alexandrini Strom. lib. 4. p. 579, 26. Ed. Potteri.

CLIII. 91. ὁ Μέτελλος ἐς τὸν Νουμιδ[illegible] hæc mutila putas addique oportere τὸ γέ[illegible] tior, id ad naturam dictionis intelligendam a[illegible] de, adjungi tamen minime. Negligit cert[illegible] Nicocle p. 92. & Philoſtratus de vitis Sophiſt. lib. 1. 16. 32. p. 501. ubi Critias εἰς Δρωπίδην δ' ἀναφέρων, pr[illegible] hic.

CLV, 51. Γαλατίαν τὴν ἐπέκεινα τῶν [illegible] fers, ego ὀρῶν, ob Γαλατίαν τὴν ἐντὸς Ἄλπεων, quæ præceſſit. ἔξω τῶν ὀρῶν p. 182, 41. aliud eſt [illegible] huic geminum. De genitivo ὀρῶν, nulla difficultas, Dioni ſæpe adhibito.

CLXXI, 87. ὁ Κάμιλλος ὁ φυγὰς ἄμεινον τοῦ Καπιτωλίου &c. Nimii ſunt docti viri in his corrigendis. τοῦ Καπιτωλίνου ſi legatur, perſanata omnia erunt. Manlio certe Capitolino Camillus, quantumvis exul antea, longe præſtantior abiit. Poſſe eum vero ſimpliciter Καπιτωλῖνον appellitari, haud ignoras ex p. 441, 68.

CLXXXIII, 95. καὶ ἐπαυτοφώρους te invito librarii dederunt.

CXCV, 2. καὶ εἰς ἐνθύμιον αὐτοῦ προβάλλοιτος. Optime Dionem & genus loquendi percepiſti: haud ſcio tamen an ἐνθυμίαν & αὐτῷ potius ſit. Moveor hoc Thucydidis lib. 5. c. 18. καὶ ἐς ἐνθυμίαν τοῖς Λακεδαιμονίοις ἀεὶ προβαλλόμενος ὑπ' αὐτῶν, quod Dioni in oculis atque animo fuiſſe probabile eſt. Scio ἐνθύμιον γενέσθαι, ut p. 392, 70. ἐνθύμιον ποιεῖσθαι, ἐνθύμιον θέσθαι recte dici, quorum tamen ratio & ſtructura nonnihil diverſa eſt.

CCI, 55. τὴν δὲ δὴ ὑπατείαν τῶν πραγμάτων ἔχε. In his explicandis & tentandis vereor ut verum docti viri perviderint. Τὴν δὲ δὴ ἐπάχθειαν τῶν πραγμάτων ſi ſcribatur, rei ſeries & ſermo pulcre congruet. In odio & offenſa Pompejum fuiſſe, & reprehenſiones incurriſſe, ſignificant.

CCIV, 77. πρὸς δὲ τὸ συνέδριον ἄρξας. Puto fuiſſe ἀΐξας, quo impetus in curiam properantis optime indicatur. Sic p. 563, 71. ἐπ' αὐτὸν ἦξε, ubi in tua editione ἦξε.

CCVI, 40. προστρόπους σφίσιν — ἀπέδειξαν. *Supplices* vertitur, quibus hic quidem locus nullus. Scripſit Dio πρὸς τρόπου σφίσιν, ſibi utiles & addictos; quomodo p. 325, 15. & Themiſtius Orat. XXVII. p. 334. fine, & ſæpe Plato.

CCLV, 72. ἐπανώρθωσε ſcribis: retines, etſi invitus p. 413, 98. ἐπηνώρθωσε. Tu vero haud ignoras, duplex augmentum in ſimilibus minime diſplicere. Libanii hoc eſt ex Declam. XII. ὀυδεμία πρεσβεία τὴν ἐμὴν ἐπηνώρθωσε πενίαν.

CCCXXVII, 78. οἱ μὲν ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἤμυνον. Mallem ἤνυον, quod rei, de qua agitur, optime convenit. Ἀνύειν ἐς τὸ ἄστυ Lucianus Navig. c. 35. pluresque alii.

CCCLIII, 65. ἀφ' ὧν ἥ τε πόλις κομισθήσεται. Suſpectum tibi declaras κομισθήσεται, neque injuria. Equidem κοσμηθήσεται Dionem ſcripſiſſe opinor.

CCCLXXIII, 63. Γάϊον Κανίνιον ἀνθείλετο. Mallem ex Schedis, quibus uſus es, hominis cognomen inſtauraſſes & Ῥήβιλον addidiſſes, uti in aliis dextre feciſti p. 387.

CCCLXXVIII, 15. ἀλλ' ὀυ τοῦτο ὡς καινὸν γράφω, καὶ γὰρ πρόσθεν ἐγεγόνεισαν. Sic Dio ſcripſiſſe videtur.

CCCLXXIX, fin. καὶ ἐς τοὺς ἑπτὰ ἂν καλουμένους. an τοὺς ἑπτὰ ἄνδρας καλουμένους? Solet certe Septemviros Epulones aut τοὺς ἑπτὰ ἄνδρας ὀνομαζομένους, uti p. 550, 67. aut τοὺς ἑπτὰ ἄνδρας καλουμένους, veluti initio libri LIII. adpellitare: non τοὺς ἑπτὰ duntaxat.

CCCCVII, 8. πρὶν ἀπαρτηθῆναι. Immo ἀπαρτισθῆναι, quod de rerum conſummatione uſitatum, non alterum, longe aliud, ſicuti optime cognitum tibi, deſignans.

DXIX, 99. καὶ τινα καὶ λοιπὰ — ἥδετο. Λοιπὰ merito ſuo ſuſpectum eſt: ego λόγια Dionem opinor. ΛΟΙΠΑ & ΛΟΓΙΑ ex ſimilitudine & literarum adſinitate confuſa videntur.

DXXV, 25. ἄλλος ἄλλῃ ἐπεδίωξαν libens ſervarem, ſolemne quippe. Arrianus Epiſt. IV. p. 194. καὶ οἱ Μακεδόνες ἄλλος ἄλλῃ ἀνιμῶντες ἀλλήλους ἀνῄεσαν. Sapient. Salom. XVIII. 18. καὶ ἄλλος ἀλλαχῇ ῥιφεὶς ἡμίθνητος &c. cujus generis acervum ex Philone, Longo atque aliis congererem, ſi opus eſſet.

DLXXXIV, 45. ὅτι τοὺς οἰκέτας οἱ οὐκ ἐξέδωκε. Codex Med. ut mones, ἱκέτας, & optime quidem. Parthi intelliguntur, quos ſupra ad Antiochum Commagenum fugiſſe dixerat. Miſceri οἰκέτας & ἱκέτας trita res eſt, cujus exemplum, ut alia negligam, in Leonis Allatii Excerptis Var. p. 86. manifeſtiſſimum eſt.

DXCI, 2. ἐν τῷ μέσῳ συσπείρονται. Linguæ genius ſibi συσπειρῶνται deſiderat, ex συσπειρᾶσθαι deſcendens. Συσπειρόμενον ſimili peccato in Plut. in Conviv. Sept. Sap. p. 157. B. loco συνεσπειραμένον, aut συσπειρώμενον, ut alias.

DCXX. 59. ὀλεθρίῳ γυναικί. immo ὀλέθρῳ, ut in Vaticano. ὄλεθροι Παφλαγόνες Lucian. Alexandr. C. XI. ὄλεθρος Σκύθης Menander fragm. 198. Alia Hemſterhuſ. ad Lucian. Dial. Mort. IX. 4. ὀλέθριον etſi alibi bonum, elegantiæ τοῦ ὀλέθρου cedere ſolet.

DCXXII, 38. εἷς τῶν ἀπὸ Καναύβου &c. probum exiſtimo. οἱ ἀπὸ τῆς Θεσσαλονίκης Theſſalonicenſes. Act. Apoſt. XVII. 13. οἱ ἀπὸ τῆς Ἰταλίας in Epiſt. ad Hebr. XIII. ult. Itali. Βοίτκος ὁ ἀπὸ Κυζίκου, Cyzicenus, de quo Salmaſ. de Ling. Hellen. p. 203. itaque τῶν ἀπὸ Καναύβου idem ac τῶν Κανωβιτῶν.

DCXXXIV, 13. ὄντες γὰρ προγονικῷ τινι σφραγίσματι ἐνόμισεν. Viſum id tibi paulo inſolentius, nec eſt tamen: nam Dioni, hoc genus mire placuit. Sic enim lib. 55. p. 647. B. Ed. H. Steph. καὶ γὰρ τούτοις ἤρξατο νομίζειν. & lib. 57. p. 702. A. ἀπεῖπε δὲ καὶ χρυσῷ σκεύει μηδένα — νομίζειν. tum 60. p. 764. D. ὁποίοις αἱ γυναῖκες ἔτι καὶ νῦν νομίζουσι. Quibus in locis νομίζειν tantundem ac *uti* eſt.

Vide quoque, vir præſtantiſſime, an p. 558, 5. τὸ βασίλειον recte *palatium* vertatur: id enim eo tempore nec dum Romæ erat. Ego *Regiam* intelligo, uti ſuperius p. 359. & p. 608, 45. Porro quæ p. 570, 34. leguntur τούς τε περιήκους &c. ea Suidas in Lexicon ſuum addidit in Περίνεως, ubi cum maxime Thucydidis præſcriptum ſibi nomen oſtentant, & paululum mutata ſunt. In Fabricii tui nota 139. p. 623. error eſt, quem quæſo emenda. Ego vero hic deſino, idque majorem in modum a te contendo, ut omnia, quæ enotavi, eo animo accipias, quo ſcripta ſunt, hoc eſt candido & ſincero. Nihil certe aliud ſpectavi, quam de Dione ut bene mererer, & tibi, etſi ſerius, gratificarer. Jucundiſſimum accidet, ſi eos inter me numeraris, qui Te magni faciunt. Vale. Trajecti ad Rhen. a. d. IX. Kal. Auguſti CIↃIↃCCL.

JO. JAC. REISKII ANIMADVERSIONES IN DIONEM CASSIUM.

Lib. XXXV. pag. 80. lin. 86. (hujus Edit.) Locus & corruptus & mancus; videtur ſic legendus & integrandus: Ea vulnera gravia difficiliaque ſanatu fuere. ταῖς τε γὰρ ἀκίσι διπλαῖς ἐχρῶντο, καὶ προσέτι καὶ ἐφάρματτον αὐτάς, ὥστε τὰ βέλη, εἴτε ἐμμείνειέ τῳ τοῖς σώμασιν, εἴτε καὶ ἐξέλκοιτο, τάχιστα αὐτοὺς διαφθείρειν. ἐξέλκειν δὲ ἐν πάνυ ῥᾴδιον ἦν. τὸ μὲν γὰρ ἕτερον εἰ καὶ ἐφέσπετο, τὸ δ' οὖν ἕτερόν γε σιδήριον ἔνδον — *Geminam enim cuſpidem habebant ea tela; & præterea quoque* [Barbari] *eas* [cuſpides] *veneno inficiebant; ut ſive intus in corporibus manerent, ſive extraherentur, perinde tamen citiſſimo exitio darent. Extrahere autem non ſane facile erat. Nam etiamſi unum ferrum ſequeretur trahentem; at alterum tamen, ut nullam habens anſam, intus manebat.* Ad recte percipiendum hunc locum, neceſſe eſt ſibi fingere ſagittas Parthorum bifido ferro inſtructas: ſic facile concipiatur, quomodo uno quamvis extracto ferro, alterum tamen in corpore maneat, & extrahi nequeat, ut nullam ἀντιλαβὴν habens. Ea vox reddi poteſt per *contrapondus*; rectius tamen per *anſam*, e qua quid apprehendi poteſt, & ἀνθέλκεσθαι, *revelli*.

80, 1. τὰ ἄλλα delendum. Nequit enim cum τῶν λοιπῶν conſiſtere.

Lib. XXXVI. p. 83. l. 8. αὐτός τε ἤσκει, καὶ τοὺς στρατιώτας γυμνασίας ἐπεποιεῖτο.] Ita exhibetur in hac editione hic locus, ad ductum Codicis Vaticani. In Stephaniana eſt: καὶ τοὺς στρατηγοὺς γυμνασίας ἐκέλευε. Si quartam vocem ΓΥΜΝΑΣΙΑΣ in ΓΥΜΝΑΣΤΑΣ refinxeris, videmur in Stephaniana lectione veram Dionis manum habere. *Non ipſe tantum exercebat milites, ſed etiam duces ſuos militares efficiebat* [jubebat eſſe] *magiſtros exercitiorum;* curabat ut duces quoque ſui milites in aſſiduo exercitio armorum occupatos tenerent.

Ibid. 10. ἐκεῖνον paulo rectius fuerit, quam ἐκεῖνον, licet non negem defendi hoc poſſe.

89, 22. ἄπιστον] Liquet ἄσπειστον legendum eſſe. πόλεμος ἄσπειστος eſt bellum, in quo non σπένδονται, nullæ σπονδαὶ fiunt, nullæ induciæ, neque pacis propoſitiones.

91, 78. f. καὶ ἤδη γε ἄρχων ὑπό τε &c.

Ibid. 15. Potuiſſet Cl. Editor abſque hæſitatione ſuum τόσα καὶ τόσα in textum recipere.

92, 52. Videtur hic lacuna eſſe. Certe limpidior flueret oratio ſi legeretur: κἂν προαχθῇ ὑπὸ τῆς πόλεως ἐς τὸ τῶν κοινῶν ἐπιμεληθῆναι, ἐν τούτῳ προσήκει. *Nam & alias vir bonus imperium non appetit, aut gravium negotiorum curam ſibi exoptat; &, ubi juſſus a patria fuerit rem publicam curare, tum decet omnia demandata conſiderate ſuſcipere &c.*

Ibid. 56. Poſt ὀξύτερον aut delendum eſt καί, aut deeſt comparativus, ut e. c. ἀτακτότερον, aut μανικώτερον aut ἀβουλότερον, aut ſimile.

93, 74. οὐδ' εὐχαῖς τὸ πρᾶγμα τοῦτο ἐστί] Ita exhibet nova editio; neque contemnenda ea lectio eſt. Veteres pro ſecunda voce εὐχαῖς habent. Quæ ſi conſervetur, legendum erit ἀνυστόν pro quinta voce: οὐδ' εὐχαῖς τὸ πρᾶγμα ἀνυστόν ἐστι. *neque votis perpetrabile negotium eſt;* neque ſola vota id conficient, confectum dabunt.

94. 64. Poſſit μυλῶν piſce ſanius videri; neque damno. At ſequent tamen λήψεσθε vehementer dubitare jubet annon pro eo legendum ſit λαβεῖν; *non accipietes utile monitum, quod alias forte potuiſſetis accipere.*

96, 12. παρειδόντας] Ita editum pro vetere παραδόντας, e quo feceram olim παραδεδωκότας.

Ibid. 41. ὡ ὄντε] Forte καὶ ὄντε.

97, 79. ἔγωγ' ἂν ἄποιμι. καὶ τὰ κυλῶν τούτους αὐτοὺς, τοὺς ὑπάρξαι &c. Ita putem legi debere.

98, 45. Ordinanda verba ſic putem: πολλοὶ τῶν ὑπὸ τῶν τιμητῶν διαγεγραμμένων ἀναλαβεῖν τὴν πρότερόν τινα βουλείαν ἐσπούδαζον. Non abundat τινα, ſed eſt valde ſignificans. Unus ſtudebat dignitatem conſularem, alter prætoriam, alter tribunitiam, & ſic porro recuperare. Indicat ergo diverſa genera & gradus dignitatum ſenatoriarum. Quaſi dicas, τὴν πρότερον βουλείαν ἥν τινα εἶχον, vel ὅπως εἶχον ἄλλην ἄλλος.

Ibid. 51. καὶ γραφαῖς] Malim una voce καταγραφεὶς, accuſatus; aut ſaltim καὶ deletum.

102, 42. Αἴτιόν, ὅτ' (id eſt ὅτι) ὑπωπτεύετο &c.

102, 64. ἀλλ' ἐπειδὴ (ὡς καὶ γενέσθαι ἔμελλεν) *quia vero (quemadmodum quoque futurum erat) &c.*

Ibid. 78. προσκρούσασθαι.

103, 21. ἢ] imo vero καί.

104, 85. Procul dubio ἐβούλετο rectius eſt, quam ἐβουλεύετο.

Ibid. 86. Lacunula eſt. θαρσήσας δ' ἐκ τούτου καὶ μέγα φρονῶν, καθὰ &c. *Auctus ex eo animis & ſpiritibus, emittebat &c.*

106, 59. ἐν ᾧ τε οὔπω προσέμισγον σφίσιν. *quum nondum manus illis conſererent.* Vulgatæ omnes pro quarta voce ἴσως dant.

Lib. XXXVII. p. 112. l. 17. Lacunula eſt, forte ſic integranda: ἔνθεν μὲν τοῦ Καυκάσου παρατείνοντος, ἔνθεν δὲ τοῦ Κύρνου, καὶ &c. *illac quidem prætento Caucaſo, hac vero Cyrno,* (vel potius Κύρου *Cyro,* ſic certe hodie appellatur.)

113, 62. Locum ſic conſtitueram ad editionem Stephan. διὰ πολλῶν — ἐθνῶν γενομένη χαλεπὴ, καὶ ἡ διὰ τῆς θαλάσσης χαλεπωτέρα, *iter terreſtre difficile eſſe, ut quod per multas — gentes faciendum ſit; maritimum vero multo difficilius.*

Ibid. 66. τηρῆσαι malim. Conjeceram quoque mox ἐπαγωγήν.

114, 14. καὶ ἑτέρους.] Male vulgo καὶ ἐκατέρους.

Ibid. 26. ταύτῃ] Male me habet illa particula. Putem, pravas reliquias vocis Πόντου eſſe. Si retineatur, movet hiatus ſuſpicionem. F. τοῦ Πόντου οἱ ταύτῃ ὄντες ὑποστράτηγοι &c. *præterea Armeniæ & Ponti reliqua, legati ejus, qui ibi aderant, ſubigebant.*

115, 83. πλεῦσαι] Præpropere invecta fuit Doctorum conjectura in locum veteris probæ lectionis πλεύσῃ. Potuerat vel vocula μὴ admonuiſſe, ἐβούλετο cum πλεῦσαι conſtrui non poſſe. Potius ſuſpicari debuerant defectum infinitivi; forte καὶ οὐκ ἐβούλετο διακινδυνεύειν, μὴ — πλεύσῃ. *neque volebat periculum ſubire* [incertam belli aleam jactare] *ne, ad Luculli exemplum, pluribus & pluribus inhians, jam partis quoque excideret.*

119, 36. ἐκεκράτητο] Aut ἐκεκράτυντο; aut, quod ego quidem malim, ἐκέχρητο.

121, 98. ἐπί γε γὰρ μετεώρου ἦν.] Qualis dictio ἐπί γε γάρ? Cogitabam aliquando ἐπὶ γεωλόφου γὰρ μ. ἦν. Sed multo rectius eſt, & unice rectum: ἐπί τε γὰρ μ. ἦν.

Ibid. 5. ἐμπεποίηται] Fateor me quid hoc ſit [illegible] ignorare. Vertitur *morem.* Idne ſignificet, nec ne, non dixerim. Si ſit, videtur idem atque τὸ ἐμπεποιημένον αὐτοῖς eſſe, *id quo imbuti fuerant,* id quod inditum & inſitum ipſis fuerat. Nihilominus fluctuavi circa hanc vocem animo, & modo στρατοπεύετο, modo ἐκπέπ[illegible] conjeci. Poſterius confirmari videatur ex p. 123. lin. 41. ὅπως [illegible] αὐτὸν ἐκπέμψαντες.

123, 46. πάρεστι] παρέστη *tranſiit.* Patet ex præcedente κατέστη.

124, 77. πολεμεῖν, καὶ πάσας ἅμα ὄντας &c. Ita malim.

Ibid. 92. Diſtinguerem ſic: — ἀπῴκισε, καὶ χώρας προσόδους τε — *colonias deduxit octo; regiones & reditus multos comparavit Romanis.*

Ibid. 94. αὐτοῖς] Vox procul dubio affecta. Non videor mihi a manu & mente Dionis multum aberrare ſi repoſuero τά τε πλείω ἔθνη, τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ τῇ ἠπείρῳ τότε ὑπὸ τυράννοις ὄντων &c. *majorem earum nationum partem, quæ in Aſia continente tunc temporis tyrannis parebant, legibus quamque ſuis & reipublicæ forma conſtituit & adornavit.*

125, 6. Malim δι' εὐνοίας καὶ εὐεργεσίας κτῆσαι.

Ibid. 16. Conjeceram ad Steph. οὐδέ τοι ἐς τ. ν. Malim tamen cum Cl. Editore τὰ poſt οὐδὲ prorſus delere.

Ibid. 17. ἐπειδὴ γὰρ τά τε &c. Videtur nempe mihi ſecunda vox excidiſſe.

126, 45. ἄλλως μὲν καθήρει. Patet ex ſequente δέ.

Ibid. 46. προσεποιεῖτο] Habui locum hunc aliquando lacunæ ſuſpectum, & cogitavi annon τούτους θεραπείαν προσεποιεῖτο. *Dictum fuit in ſuperioribus, Catonem id quidem ſibi ſumſiſſe opus ut Pompejum everteret; cæteros autem, per quos populo gratificaturus & ipſe potens futurus erat, officiis demereri ſimulaſſe.* Nunc ſi non θεραπείαν, ſaltim τούτους excidiſſe putem. Nam προσεποιεῖτο etiam reddi poteſt per *conciliabat ſibi,* ἀνεκτᾶτο, ἀνεκτήσατο. Poſſit quoque τούτους per ellipſin abeſſe, & ſubintelligendum relictum eſſe. Id vero paulo coactius. Quidquid ſit, nondum ſuperioris conjecturæ me pœnitet.

127, 76. Delendum καί. Minuta res: neceſſe tamen ut de illa lector moneatur. Et proh dolor nimis ſæpe iteranda nobis veniet hæc admonitio.

Ibid. 85. ὑφ' ἧς] Imo vero ἐφ' ᾗ. *Eo enim, quod aliquis non admittat decretos ſibi honores, incurrere ipſum in odium illius* [ſuæ] *potentiæ, ob cujus reverentiam & metum* [velut ab invitis] *iſti honores decreti a decernentibus fuerint.*

Ibid. 96. ἀνὰ χρόνον eſt *aliquanto poſt.*

128, 55. ἐκολούετο] Recte hominem dici κολούεσθαι, qui caſtigatur ob facinus, & ne rurſus peccet coercetur, bene novi. At vehementer dubito num Græce liceat efferri τιμωρίαις ἐκολούοντο, *poenæ impediebantur,* ut de ſontibus ſumi nequirent. Puto itaque ἐκωλύοντο ſcribi oportere.

129, 63. Delendom τε.

Ibid. 66. περί γε τῆς κρίσεως αὐτῆς συνέβησαν. καὶ (ἦν γὰρ καὶ αὐτὸς ἐκεῖνος μετὰ τοῦ Καίσαρος &c.

131, 40. Procul dubio καὶ ante δυνατωτάτους inſerendum.

Ibid. 42. Rectius προήγαγε.

Ibid. 53. ὅτε ποτέ.

Ibid. 55. δι' ἔργων. Senſus periodi hic eſt: *Catilina, homo apprime prodigus, quum omnia, quæ* ποτὲ *aliquando,* vel *olim, poſſederat,* κακῶς *male,* malis artibus, *prodegiſſet, cupiebat* ἑτέρων nempe κτημάτων vel χρημάτων, *alias,* nempe opes, vel poſſeſſiones, pro veteribus perditis novas, δι' ἔργων ὁμοίων *per ſimilia facinora, per* ſimiles, id eſt malas artes, *ſibi comparare.*

132, 78. μὴ φύγῃ πω. vide Celeb. Dorvillii Animadv. ad Charitonem p. 119.

134, 46. ἀπολέσαι *Aequum & conſultum non exiſtimabant,* [illegible] *apud ſe primarium de medio tollere, & ſic urbem* [illegible] *conturbare.*

136, 40. αὐτὸν malim, pro αὐτοῦ.

137, 55. πολὺ τῶν κοινῶν] Imo vero πολλοὺς [illegible] *victores communium* [ſecum] *civium ingemiſcerent* [illegible] *ros periiſſe.* Appellantur κοινοὶ πολῖται, *communes cives,* reſpectu victorum; quibuscum ejuſdem civitatis pars olim fuerant.

138, 88. Poſt παρόντες deeſt verbum ἐδικαίουν, vel [illegible], vel ſimile. Nam non tantum durum, verum etiam intolerabile eſſet, ſequens ἐρήμην ὦφλον huc trahere. Scio quidem, ſæpe unum verbum duobus præcedentibus prædicatis ſubjungi, quamvis non niſi uni ſoli eorum congruat; quo de genere di[illegible] Cel. Dorvillius ad Charitonem p. 395. ſqq. Verum illa f[illegible] quidem loci nullo modo in cenſum venire poteſt. Neque [illegible] exemplum dictionis ὀφλισκάνειν, ſic nude poſitæ pro δ[illegible] θάνατον ὀφλισκάνειν, reperiri.

Ibid. 4. Poſt τολμήσειν addenda vocula τις.

Ibid. 8. καὶ ἐν ἐκείνῳ. Patet ex præcedente [illegible] Et præterea prorſus incongrua dictio & ſolœca [illegible] *in ea re obtinuit,* ſatisfactum habuit ſuæ voluptati.

Ibid. 16. καὶ τόν τε γραμματέα, τὸν ἀναγνώσαντα [illegible] ἐπέσχε. Ita conſtituenda verba.

139, 61. Aut delendum τὰ poſt ἁγνῶς (quod equidem malim) aut ſcribi ἁγνῶς τε καὶ ὁσίως ἐκ τῶν πατρίων &c. Cohæret autem ἐς πᾶν τὸ ἄῤῥεν cum ἁγνῶς *pure* (vel ſimalis *pure ſancteque*) *quantum ad virile omne genus ſpectat.* Perficiebamus illa ſacra *pure, quoad*

quod certe ſexum virilem. Ea notione ſæpius occurrit ἐς in Dione Caſſio.

140, 76. ἀνατεθῆναι.] Vertunt *inſtaurationem Sacrorum.* Sed valde dubito, num ἀναθεῖναι τὰ ἱερὰ Græcum, aut ſaltim id quod volunt notet. Olim cogitabam ἀναπαυθῆναι. Nunc malim ἀνατελεσθῆναι propter ſequens, ὡς οὐχ ὁσίως διὰ τοῦτον (ita puto leg.) τελεσθέντα. Scilicet ἀνὰ in hac compoſitione *denuo* notat. De novo *peragi ſacra, ut propter eum primitus non ſancte peracta.* Simile eſt ἀναμαντεύσασθαι, quod ſupra p. 128, 19. legitur, *de novo* μαντεύσασθαι *augurium facere.* Ita apud Ælian. l. 17. Hiſt. Animal. ἀνατικτόμενον ᾠόν.

142, 68. ἄνω] Habet ſpeciem non improbabilem Atticiſmi; & forte poſſit e Platone aut aliunde defendi. Minus tamen offenderet ἂν uſitatius, & Caſſio, qui Atticiſmos non valde captaſſe deprehenditur, dignius. Idem vitium docti Interpretes, ut hic, ita quoque p. 182. lin 88. obſervarunt.

Ibid. 83. ἔπειτα] L. ἐπεὶ δὲ. *quia vero.*

143, 14. προσκαθῆκεν ἀπηγήσασθαι, ὅτι καὶ τοῖς εὐπατρίδαις χρὴ τῆς ἀρχῆς μεταδίδοσθαι. Ita conſtituo hanc dictionem. *Submittebat, (ſubornabat) aliquos tribunorum plebis, qui rogationem ferrent,* (vel proponerent, ſuaderent,) *debere etiam patriciis tribunatum communicari.*

Ibid. 20. Ante αὐτῷ excidit τῷ.

144, 42. καθῆρας, ἡσυχίαν ἔχειν οὐκ ἠθέλησε] Ita editur & diſtinguitur; parum concinne. Scripſit Dio: καὶ δυνηθεὶς ἂν τὰ λῃστικὰ — καθήρας ἡσυχίαν ἔχειν, οὐκ ἠθέλησε, ſcilicet ἡσυχίαν ἔχειν. *quum potuiſſet, poſt exciſos latrones, — quietem agere, tamen noluit,* nempe *quietem agere.*

145, 82. καὶ, ὅτε καὶ ὡς πρᾶξῃ &c.

Ibid. 5. καὶ διφυεῖς τὰς τῶν προσθίων ποδῶν ὁπλὰς &c.

146, 39. ἔχει.

147, 60. Pro ἂν legendum eſſe αὐτὸς, *ipſe, ſolus pro ſe, & per ſe,* dubium nullum eſt. Etiam ἰσχύσειν neceſſarium eſt. At de cætero, ſitne poſt τοσοῦτον ſupplendum ὅσον τὸ πρὶν, aut ὅσον ἤθελε, non dixerim. Certe τοσοῦτον ita nude poſitum offendit. Dein delere καὶ malim ante τὸν Κράσσον, aut ſaltim τόν τε Κράσσον ſcribere absque καί.

Ibid. 64. ἐπήλπισε] Debet hic ἐπελπίζειν notare, *præterea ſperare,* præter iſtas ſuperiores conſiderationes, etiam hoc ſperare. Sed vehementer dubito num poſſit ejus notionis exemplum præſtari. Nam ἐπελπίζειν alias notat *alteri ſpem alicujus rei facere* vel *injicere.* Credo itaque καὶ ἔτι ἤλπιζε legendum eſſe, *& præterea quoque ſperabat.*

Ibid. 90. παρατάττεσθαι] Mihi quidem non videtur hoc verbum ſanum eſſe. *Certe alieniſſimum* ab hujus loci ſenſu. Notat *ſeſe ſibi invicem opponere,* prodire quaſi in aciem, armatus unus contra alterum ſtare. Id vero non quadrat ſenſui loci. Ait Dio, triumviros ſibi mutuo ea tribuiſſe, & a ſe invicem accepiſſe, quæ cuperent, & quæ πρὸς τὰ παρόντα ἥρμοττεν αὐτοῖς παραλλάττεσθαι. (Ita puto reſcribendum) *quæ ipſis pro præſente rerum ſuarum ratione e re erat per vicium alternationem* (velut in mercimonio) *permutare. Vertauſchen, umtauſchen, umſetzen,* dicunt Germani; ſibi ſinere & curare dari quod iſtius erat, & ſuum e contrario ſibi ab iſto adimi.

Ibid. 95. ἐβούλετο.

Lib. XXXVIII. p. 153. l. 61. διέμεινε] L. διέπεσε. Debuerat etiam hic tolli vitium, ut ſupra p. 102, 85. recte ſublatum fuerat in ἔπραττε, ubi editio Stephan. ἔμπραττε.

Ibid. 65. καὶ αἱ ῥάβδοι.

154, 98. ἔμελλον, καὶ μηδὲν &c.

Ibid. 15. καίπερ] Puto καὶ, absque iſta appendice.

Ibid. 25. ἔν γε τοῖς φίλοις.

Ibid. 29. εἰ καὶ μὴ κατ' ἄνδρα.

156, 9. Libenter accipimus κρείττονας σφῶν, e Vaticano codice augmentum; at neque ſic perſanatus locus. Adde adhuc ἀπορρίπτειν.

157, 28. τοὺς & καιροὺς leg.

Ibid. 39. καὶ λυθείη] Conjeceram κωλυθείη aut καταλυθείη.

Ibid. 45. λέγων ὅτι τὸ μὲν &c.] Palam eſt hic quædam corrupta & mutilata eſſe. Video quomodo Leunclavius ſuppleverit & conſtituerit locum. Mea vero ex ſententia ſic reliquerit Dio: λέγων ὅτι τοῦ τι (vel τοῦ τινα κακόν τι δρᾶν) (vel τοῦ μέγα) δυναμένου, οὐκ ἂν ἀμελητέον. καὶ, εἰ μὴ προσχρῆται τῇ τῆς κολάσεως &c. *Dicens, nunquam eum ſpernendum* (inſuper habendum) *eſſe, qui aliquid* (aut *alicui male facere,*) (aut *multum*) *valeat; &, niſi immodicam in caſtigando ſeveritatem in adminiculum aſſumat, procul omni dubio ſe gravia & horrenda paſſurum eſſe.*

159, 12. Del. καὶ ante ὅτι.

Ibid. 16. Videtur οὐδὲν aut οἷόν τε ἦν ante ἐπισχεῖν excidiſſe.

Ibid. 19. τὰ γενόμενα.

160, 24. φοβηθεὶς δή.

Ibid. 30. συνέρραψε. Frequentiſſime iſta συγγράφειν & συρράπτειν permutantur.

Ibid. 47. πολῖται Confuſionis evitandæ gratia. Poſſet enim alias πολιτῶν (quod ſi quis mordicus defendat, ferendum) ad proxime præcedens τῶν referri, quo tamen non pertinet.

Ibid. 59. μάλιστα ἔχειν δοκεῖ.

161, 80. ὥστε καὶ ἔχθραν.

Ibid. 87. καὶ προσέτι καταδείσειν, καὶ l. *& præterea quoque Clodium territum & a molitionibus ſuis abſterritum iri, ſi videat ſe, Pompejum, quoque negotii hujus curam ad ſe pertrahere.*

Ibid. 89. Valde blanditur αὐτῶν.

162, 23. τὸν Νίνιον.

163, 37. Miror, πυθομένου receptum non fuiſſe, in re clara neque dubia. Res alia eſt in ſequentibus ὄντα μόνον. Nam ibi qvamvis certum ſit ὠμὸν latere, poteſt tamen locus varie conſtitui. Ego quidem ſuaſerim ὄντα (vel ὄντως, nam perinde eſt) ὠμὸν καὶ σκυθρωπὸν ἔργον.

Ibid. 42. τῶν ἱππέων καὶ τῆς βουλῆς.

Ibid. 47. Delendum γάρ. Irrepſit ob ſequentis vocis παρανομίαν ſimillimum initium.

Ibid. 66. αἰσχύνης καὶ κακοδοξίας.

165, 16. Putem ἐπικουφίζουσιν αὐτοῖς, ſcilicet τὰ φορτία. Non tamen negaverim ἐπικουφίζειν τινὰ Græce dici, pro *alicui partem oneris adimere, eoque leviorem & expeditiorem ipſum facere,* donec ſcrupulus omnis exemtus fuerit, & quid ea de re ſit per exempla conſtiterit. Alias notat ἐπικουφίζειν τινὰ in ſe, *aliquem in altum attollere.*

Ibid. 21. παρ' ἑταίρων.

166, 76. οὐδὲ γὰρ οὐδ' οἱ ναύκληροι] Græcus alius ingenuus dixiſſet οὐ γὰρ οὐδ' οἱ ν. Sic requirit Græcæ linguæ indoles, οὐ γὰρ οὐδέ. At tamen recurrit illud alterum p. 168, 79. οὐδὲ γὰρ οὐδ' ὁ συμμαχῶν — Relinquendum igitur Dioni, cujus ſtylus tam non eſt Atticus, ut paſſim ne Græcus quidem ſit, ſed auctorem origine Romanum & Latiniſmos prodat.

166, 97. ἀπέστη] Leg. ἄπεστι. *Videamus, quodnam bonum tibi deſit, & quodnam contra malum ita tibi adſit,* adhæreat, *ut amoveri nequeat.* Manifeſta oppoſitio inter ἄπεστι & προσγενόμενον.

168, 55. Putem νομίζουσιν, ὄντ' ἂν ἐπιτιμίαν. Rarior eo ſenſu vox ἐπιτιμία, *ſtatus honorificus, honeſtus, glorioſus.* Sic ἐπιτιμᾶν apud Herodotum eſt *mortuo ſupremos honores exhibere,* & τὰ ἐπιτίμια pro *juſtis mortuo debitis* habet Aeſchylus Prometh. v. 1029.

Ibid. 87. Forte poſt ἀθεράπευτον deeſt τὸ πρᾶγμα.

Ibid. 90. ἡττώμεθα] Pœne auſim dictionem πρὸς μηδὲν ἡττᾶσθαι ut non Græcam proſcribere. ἡττᾶσθαί τινος Græcum eſt, & aliud quid ſignificat, quod huc non congruit. Si voluiſſet Dio ſenſum *Succumbamus,* quod in verſione proſtat, dare, potius adhibuiſſet ἀπαγορεύωμεν aut λυπώμεθα. Puto itaque ipſum ἀνιώμεθα, *ob nihil eorum contriſtemur.* Cogitavi quoque κινώμεθα *commoveamur.* Propius id quidem ad literam eſt, at altero illo tamen minus aptum. Sed forte relinquendus Dioni ſuus Latiniſmus.

Ibid. συνανῄρηται *Simul quoque ſublata ſunt.*

169, 99. πεισθῆναι] προΐεσθαι. *Qualis unicuique noſtrum attributus fuerit genius, fatalis noſtri penſi exſecutor, talem quoque ut nos eum admittamus,* (recipiamus, toleremus) *neceſſe eſt.*

Ibid. 2. 3. αὐτὴ bis pro αὕτη ſcribendum. *Quod ſi te neque ipſum in ſe ſpectatum exſilium afficit.*

170, 69. καὶ τοῖς ἄλλοις ἑκάτερα.

171, 82. Poſt ἐκάθισε deeſt verbum, aut περιστρέφοντας aut περιπολοῦντας, aut περιδινοῦντας, aut ὠθοῦντας, aut ῥίπτοντας, aut ſimile quid.

Ibid. 85. μέμνησθε bis prave legitur. Leg. aut μέμνηται, aut μέμνητο, aut μεμνῆσθαι, omnia eodem ſenſu. Et in infinitivo quidem ſubintellig. χρή.

172, 16. ἐπιθυμίαις.

174, 77. καὶ Πτολεμαίῳ τῷ τότε &c.

Ibid 88. πάντα καταπολεμήσαι, *omnia debellaret,* vinceret.

Ibid. 99. ἔχοντες] f. θέλοντες.

175. 40. πιστώσεως] Imo vero ποθήσεως, id eſt ἐκ τοῦ ἐντὸς ἑορίας γενέσθαι τοὺς ἀπολωλότας, propterea quod non amplius videbant poſt tergum relictos, jam a Cæſare cæſos, quos rebantur ſubſecuturos, hicque ei corpori ſeſe adjuncturos eſſe. πόθησις eſt quod Germani dicunt, *vermiſſen; deſiderare.*

Ibid. 49. παραλιποῦσιν] Recte quidem verſio ſenſum expreſſit, *jam præter poſtremi agminis Helvetiorum cuſtodes provectus erat.* Atqui hoc non eſt παραλιποῦσιν, ſed παραλλάττουσιν. Et ita quoque puto legendum eſſe.

177, 21. ὅπερ καὶ ἐγένετο.

Ibid. 29. ἐπὶ βοηθείᾳ.

178, 37. ἄπορα] Paſſus idem in hac voce, quod olim Leunclavius, obhæſitavi ad illam. Sed nihil opus ullo tentamine. θηρία ἄπορα, ſunt animalia, quæ eos, qui ea tractant, εἰς ἀπορίαν καθιστάντα, conjiciunt in difficultates, pericula, & conſilii inopiam, ut eum iis agere ex animi ſententia, commodeve ab illis liberari nequeant.

179, 34. αὐτὰ ὑφ' ἑαυτῶν, aut ἐφ' ἑαυτοῖς.

180, 50. γε] Tam ſæpe γε ponitur pro γάρ, ut neſciam an tuto liceat poſterius hic invehere; quamvis blandiatur.

Ibid. 77. ἢ ἴσον. Et ita quoque videtur Interpres ſtatuiſſe. Saltim ſenſus invitavit ut verteret: *Proinde aut hoc nobis &c.* Medis jungendum cum ψεύσασθαι.

181, 12. καὶ delendum.

Ibid. 13. χρώμενοι καὶ ἄλλα ἅττα προσῆκοντα, καὶ ἐκεῖνα φυλάσσοντα.

Ibid. 17. Forte λέγει καί τις. Malim tamen ſimpliciter λέγει τις.

182, 57. παρά γε τῇ βουλῇ.

Ibid. 66. καὶ σκέψιν ὑπὲρ αὐτῶν ἀναγκαῖον ἔτι γίγνεσθαι, καὶ δὴ καὶ ψῆφον ἐπάγεσθαι.

Ibid. 69. ἴσα δ' ἂν.

Ibid. 90. τῶν συμμάχων οἰκεῖ ὄντες καὶ τοσοῦτον &c.

183, 98. καὶ μὴν εἴ τις.

184, 73. καὶ ἀντιπεπόνθεν, aut ſi, novitatem ſcriptionis abhorrens, malis καὶ ἀντὶ εὖ πάσχειν ſcribere, perinde. *viciſſim pro datis ſuis beneficiis ab altero alia accipere.*

Ibid. 77. ἐγώ, ὁ πρότερον.

187, 20. προβολάς.

Lib. XXXIX. p. 191. l. 48. προσκεχωρήκει &c. Locus difficilis, & qui male interpretes exercuit. Diſtinctio a Cl. Reimaro invecta magis implicat. In vetere lectione Roberti Stephani προσεχωρήκει eſt aliquid non inutile, quod ſaltim ſpeciem veri prodat. Male id ſecuti mutarunt. προσεχώρει, καὶ debet inde effici. Sed præterea poſt καὶ & ante καταλαβών lacunula eſt, forte καὶ ὀξέως προσέβαλλε, vel καὶ ὀξέως προσεφέρετο (vel ἐπέθετο) vertoque ſic: *Cæſar itaque id ſentiens* (lego nempe δὴ pro δὲ) *accurrebat* προσεχώρει, *&* (*poſtquam* ἐπεί τε *& ſuos in fugam verſos perſecutus retro*, contra hoſtem & ad propria caſtra, *vertiſſet* [vel *cum iis rediiſſet,*] *& ſubitam feciſſet in hoſtes impreſſionem*) *circumdatos & clauſos quaſi indagine illos, ut quos in caſtris prædæ diripiendæ intentos deprehenderat, omnes concidit.*

193, 19. Poſt ἐγνώκει lacunam eſſe, palam eſt. Requiritur ἐς τὰ μάλιστα ἐσπούδαζε τὰ τοῦ Κικέρωνος, vel ſimile quid. Deinde καὶ ante ἐκείνῳ delendum, ut natum ex ultima ſyllaba verbi κατεγνώκει.

194, 77. ἐπὶ τῷ σίτῳ; vel ἐπὶ τῷ τοῦ σίτου πορισμῷ; vel tandem ἐπὶ τῷ λιμῷ.

195, 2. ἐνθύμιον] Locus corruptus, quem diffido ſolo ex ingenio reſtitui poſſe. Interpretum nullus ſatisfacit, neque ego quod comminiſcar habeo.

Ibid. 14. ὅσιον] Offendebat aliquando hæc vox, & conjiciebam ἀνόσιον, (quod nunc quoque video quibusdam interpretum placuisſe.) Verum tamen incidebat ille ſcrupulus ἀνόσιον ἔδαφος potius eſſe *ſolum ſceleſtum*, quam *profanum* ſeu publici uſus. Nunc tandem intelligo, nihil hic temerandum eſſe; & ſæpe, apud Noſtrum quoque, τὸ ὅσιον opponi τῷ ἱερῷ, & notare *profanum*. Conferri meretur quæ de illo uſu habet Cel. Dorville ad Charitonem p. 112.

Ibid. 21. τῶν Ῥωμαίων δοῦς χρήματα.

196, 33. Si recte habet ὑπάτου ſic nude poſitum, pro ἐφ' ὑπάτου, vel ὑπάτου ὄντος, aut ὑπατεύοντος, ſapit Latiniſmum, *Conſule*, pro *Conſulatum gerente* hoc vel illo.

Ibid. 48. ἐκάλουντο] Poteſt colorari; *quorum cauſa ſeſe in viam dederant.* Rectius tamen puto ἐκέκληντο.

197, 73. ὑπὸ] Poſitum pro ὑπὲρ, *ob, ſtudio, gratia, cauſa* opum conſequendarum. Ita ſolet Dio. Conf. p. 193, 18. & 219, 69. & 205, 10. 211, 53. quamvis ſpondere nolim, omnia illa loca ſana eſſe.

Ibid. 94. Putem τοσούτῳ τὸ πλῆθος ἐπῆρχε, *tanto acrius urgebat & inſtabat multitudo.* Conf. p. 237, 16. Cogitavi quoque τοσούτῳ τὸ πλῆθος ἐντονώτερον ἔσχε. Conf. 223, 15.

198, 13. μηδένα.

Antequam de Dione noſtro dicere ordiamur, occurrendum erit confuſioni nominum, virorumque ipſorum, quæ ex illa naſci ſolet. Non jam repetam, quod annotavit Vir Præſtantiſſimus *Gerardus Johannis Voſſius* de Hiſtoricis Græcis lib. IV. c. 8. p. 460. pro DINON, Δίνων, vel Δείνων, (qui Clitarchi iſtius, circa Alexandri M. tempora celebris, pater fuit, & Perſica ſcripſit) Δίων ἐν Περσικοῖς male legi apud *Diogenem Laertium* IX. 50. Ita certe ſit in editionibus Wetſtenianam antecedentibus, *in qua tamen* ipſa in verſione relictus eſt *Dion in Perſicis*: perinde ut interpres Plutarchi in Themiſtocle p. 125. B. perperam habet *Ephorus, Dion, Clitarchus*, ubi in Græco eſt Δείνων, quanquam alibi ſæpius recte *Dinonem* vertit. Verum in Alcibiade p. 233. F. etiam in Græco eſt, φησὶν ὁ Δίων, *ait Dio*, ubi Δείνων, *Dinon* pariter ſcribendum puto. Peperit hæc confuſio errorem Suidæ, ut Dionem Caſſium Perſica ſcripſiſſe tradat, quæ omnino Dinonis ſunt, non Dionis: ut recte annotavit Cl. *Falco* in Proleg. ad ſuum Dionem c. II. § 23. Eſt alius nominis affinitatem cum noſtro habens DIUS, Δῖος, quem περὶ τὴν Φοινικὴν ἱστορίαν ἀκριβῆ laudat *Joſephus* contra Apionem lib. I. p. 448. & Antiq. VIII. 5. § 3. p. 434. quo poſteriore loco in editione Havercampiana annotatur, ſecundum nonnullos Epiphanii libros Δίων, vel Δίων συγγραφεὺς, lectum quondam eſſe: & ita *Syncellus* in Chronographia p. 182. D. etiam in priore Joſephi loco legerit, quem locum ſic tranſcribit: ἄνδρα περὶ τὴν Φοινίκων ἱστορίαν ἀκριβῆ γεγονέναι πεπιστευμένον Δίωνα. Sed mittamus plane diverſa nomina: *Diones etiam dicti plures fuerunt, iidemque ab auctoribus* paſſim permixti. Non excuſanda primum *Xiphilini* ſecuritas erat, ſi ip[illegible]et Dio noſter, quem tractabat unice, ὁ Δίων ὁ Προυσαεὺς vocatur, lo[co] quem ſupra adduximus ex p. 68. edit. Roberti. Hic idem enim Xiphilinus alio loco, p. 857. E. edit. Leuncl. non prætermiit verba Dionis de patria ſua, ἐν τῇ Νικαίᾳ τῇ πατρίδι μου, nec quisquam veterum eundem Pruſæum, omnes Nicæenſem appellant; contra vero Dionem Chryſoſtomum Pruſa ortum fuiſſe ſatis conſtat. Hinc Xiphilinum priore loco Προυσαεὺς ſcripſiſſe, ne quidem perſuaſit ſibi Sylburgius ad p. 195, 49. ſuæ editionis, ſed id nominis aut plane delendum eſſe, aut Νικαεὺς ſubſtituendum. Quod e[illegible] qui[illegible]m defenſionis genus libentius audio, quam longius petitam rationem quæ Cl. Falconi Proleg. c. II. § 3. placuit; potuiſſe id ſcribi non Xiphilini tantum ſed Dionis etiam manu, quoniam ejus matris patria Pruſa fuerit: ſicut ex eadem ratione Artemidorus Epheſius, Daldianum ſe dixerit. Ex hac certe confuſione Pruſæi Dionis cum Nicæenſi factum eſt, ut *Suidas* in Δίων, & *Jornandes* in Geticis noſtro Dioni hiſtorico Getica adſcribant, quæ Chryſoſtomo ex Philoſtrato tribuenda eſſe, indicat *Kuſterus* l. c. & *Fabricius* Bibl. Gr. T. VIII. p. 322. not. z. & p. 319. Ceterum facilius eſt errare inter duos hos Diones, ubi vocabulum aliquod, aut phraſis, locusve *Dionis*, a veteribus laudatur. Nec diffiteor, me diu in hoc bivio hæſiſſe, ubi Dionem laudat de elephantis agens Aelianus. Id certius dicere poſſum, Dionem, quem reprehendit *Thomas Magiſter* in ἡμίσῃ & νενηφότως, propter adhibita vocabula ἡμίσους & ἐγρηγόρως, non eſſe Dionem hiſtoricum, ut ſibi temere perſuaſit *Falco* Proleg. c. IV. § 28. ſed Chryſoſtomum, apud quem Orat. VII. de tyrannide p. 99. C. legitur: οἱ δὲ ἐξ ἡμίσους ἐκοίμων. & Orat. I. de regno p. 12. C. ἄκουε τοῦδε τοῦ μύθου σφόδρα ἐγρηγόρως, quod apud Dionem Caſſium, quantum ſcio, non reperitur. Facilius evitari poterat confuſio Caſſii Dionis hujus, qui Conſul poſtremum fuit ſub Alexandro Severo A. U. C. 982. Chr. 229. cum Caſſio Dione Conſule poſt LX. amplius annos, U. C. 1044. Chr. 291. Et tamen mireris, hallucinatum hac in re eſſe haud infimi nominis virum *Jo. Gottl. Heineccium* in Hiſtoria Juris Civilis & Germanici, nota ad § 323. ad verba Dionis de lege Severi in moechos: τραχηλίας γοῦν ὑπατεύων εὗρον ἐν τῷ πίνακι ἐγγεγραμμένας: *Incidit vero*, inquit, *Caſſii illius conſulatus in annum Chriſti CCLXXXI. quo jam pæne ad centum annos leges iſtas ſeveriſſime tulerat Severus*: quem non immerito *ridiculum errorem* vocat, qui libellum Heineccii ſuis annotationibus auxit, Cl. *Jo. Dan. Ritterus*, recuſum Lugd. Bat. 1745. 8. Cave autem, Pitiſci forte Lexicon Antiquitatum evolvens de *Domo Dionis*, eundem hunc errorem Pancirollo tribuas, cujus ibi verba adducere videtur. Nam cum Pancirollus noſtrum hiſtoricum, tantummodo Africæ Proconſulem, Dalmatiæ & Pannoniæ Præſidem dixiſſet, addens, *demum Conſul fuit*: ibi *Pitiſcus* quaſi ſubventurus negligentiæ ejus, addit de ſuo, *& Conſul ſub Diocletiano fuit*, immemor tum eorum, quæ paulo ante ex Auguſtino de Famil. Rom. voce Dion exſcripſerat, ubi Dionis noſtri Conſulatus rectius ponitur ſub Alexandro, & alter Dio Cos. ſub Diocletiano diſerte ab hoc diſtinguitur. Sicut vero numerus virorum hujus nominis hac confuſione contrahitur, ita diligentia *Tillemontii* liberalius augetur, quando in Alexandro Artic. XXVII. T. III. p. 376. Dionem Coccejanum, cujus Plinius meminit Epiſt. X. 85. ſq. diverſum a Dione Chryſoſtomo facit; qua in re alios quoque habet conſentientes. Sed nemo eundem eſſe dubitabit, qui legerit *Valeſium* ad Fragmenta Dionis Vol. I. noſtræ editionis pag. 8. § 23. cujus verba huc iterum tranſcribere nihil attinet. Neque vero præterire hic poſſum immortalis memoriæ *Fabricium*, Bibl. Gr. T. III. p. 328. qui a Dione Chryſoſtomo pariter diverſum eſſe ſtatuit, quem Apoſtolius, Suidas & Scholiaſtes Nicandri adducit ἐν δευτέρῳ δευτέρας, & πρώτῳ τῆς τρίτης συντάξεως, qui tamen vix videtur diſtinguendus a Dione Chryſoſtomo, cujus λόγοι vario ordine olim in claſſes digeſti ſunt. Contra Fabricius hunc modo laudatum a Suida Dionem cum Dione Alexandrino Philoſopho eundem facit, quod ſecus habet.

§ 2. *Diones varii.*

Age vero, diſtinctionis cauſa apponamus varios Diones, quos in veterum lectione licuit obſervare, ex parte etiam a *Fabricio* commemoratos Bibl. Gr. T. III. p. 328. non habita tamen magna ratione eorum, qui in Inſcriptionibus forte obſervantur.

Dio incertus, accuſator Polemocratis, apud *Cic.* pro Flacco c. 30.

Dio, quem apud *Platonem* in Menexeno, init. Socrati Menexenus dicit forte eligendum eſſe ad habendum λόγον ἐπιτάφιον, videtur diverſus eſſe a Dione Syracuſano, eoque, velut diſcipulo Platonis, longe antiquior. Quod autem *Dionyſius Halic.* ſcribit περὶ τῆς Δημοσθένους δεινότητος T. II. p. 178, 6. κράτιστος πάντων τῶν πολιτικῶν λόγων (τοῦ Πλάτωνος) ὁ Μενέξενος, ἐν ᾧ τὸν ἐπιτάφιον διεξέρχεται λόγον, ὡς μὲν ἐμοὶ δοκεῖ Θουκυδίδην παραμιμούμενος, ὡς δὲ αὐτός φησιν, Ἀρχῖνον καὶ Δίωνα, id apud Platonem non invenitur; niſi hæc ita intelligas, Platonem eo ſermone attuliſſe, quæ Archinus aut Dio, ſi alteruter horum, ut Menexenus putabat, ad eam rem a Senatu eligeretur, dicere deberet: ipſe enim quaſi Aſpaſiæ Mileſiæ orationem affert in defunctos pro patria Athenienſes.

Dio Alexandrinus Academicus, princeps legationis Alexandrinorum ad Romanos, contra Ptolemæum Auleten, ab hoc poſtea per dolum necatus. *Dio* p. 98. A. *Strabo* XVII. p. 796. *Cicero* pro M. Cœlio c. 10. & 21. a quo diverſum & antiquiorem eſſe puto *Dionem Alexandrinum*, quem Cicero inducit Academ. Quæſt. lib. IV. c. 4.

Dio Alexandrinus Philoſophus, de quo *Zenobius* in Proverb. V. 54. & *Apoſtolius* XIX. 24. *Suidas* T. III. p. 483. in τὸ Δίωνος γρῦ.

Dio Athenienſium legatus ad Teribazum, apud *Xenophontem* Hiſt. Gr. lib. IV. p. 537. E. edit. Wechel. 1596. fol.

Dio Caſſius Cos. A. U. C. 1044. Chr. 291. & Præfectus Urbi.

Dio Chius tibicen, primus Bacchicum Spondeum tibia cecinit, *Athenæus*. XIV. p. 638. A.

Dio Chryſoſtomus, Paſicratis filius, Pruſæus, de quo *Philoſtratus* Vitis Soph. I. p. 487. ſq. & in vita Apollonii V. 37. p. 222. VIII. 2. p. 330. &c. *Photius* Cod. CCIX. *Suidas* in Δίων. *Syneſius* in Dione, qui & editioni Dionis Morellianæ præmittuntur. confer *Fabricium* Bibl. Gr. T. III. p. 305. ſqq. Idem qui Dio Coccejanus apud *Plin.* Epiſt. X. 85. ſq conf. *Valeſium* T. I. Dionis noſtri p. 8. § 23. Idem quoque qui apud *Suidam* in οὐδὲ Ἡρακλῆς, & *Apoſtolio* Prov. Cent. XV. laudatur ἐν δευτέρῳ τῆς δευτέρας συντάξεως & a *Scholiaſte Nicandri* ἐν τῷ πρώτῳ τῆς τρίτης συντάξεως: quod proverbium de Hercule, poſſit eſſe petitum ex ejus oratione deperdita ἐγκώμιον Ἡρακλέους καὶ Πλάτωνος.

Dio Colophonius, inter ſcriptores rei ruſticæ laudatur a Varrone, Columella, Plinio.

Dio Diapyrus, Timocli Comico memoratus apud *Athenæum* IX. p. 407.

Dio Epheſius Philoſophus, in Inſcript. apud *Spon*. p. 126. Miſc.

Dio Epidaurius, de quo *Pauſanias* X. p. 820.

Dio Haleſinus apud *Cic.* in Verrem I. 10. II. 7. idem qui *Siculus* ibid. c. 8. Q. Cæcilius dictus, quod beneficio Q. Metelli civis Romanus factus eſſet.

Dio Hipparini fil. Syracuſanus. vide infra *Syracuſanus*.

Dio Iatralyptes. vide *Fabric.* Bibl. Gr. Vol. XIII. p. 142.

Dio Medicus apud Aetium & Galenum. vide *Fabric.* Bibl. Gr. T. XIII. p. 142.

Dio Neapolites, Aſtronomus. *Fabric.* Bibl. Gr. T. II. p. 100.

Dio Philoſophus, neſcio quis, apud *Cic.* Epiſt. IX. 26. Famil.

Dio πραγμάτων καὶ λόγων ἔμπειρος, quem velut amicum ſuum laudat *Ariſtides* Orat. Aegyptiaca T. III. p. 558. vel edit. Jebbii T. II. p. 334. junior fuerit Dione Chryſoſtomo, adeoque ab eo diverſus.

Dio Pruſæus. vide *Chryſoſtomus*.

Dio Siculus, idem qui *Haleſinus*.

Dio Stoicus, apud *Cic.* de Leg. III. 5.

Dio Syracuſanus, Hipparini filius, Platonis diſcipulus, notiſſimus ob everſam Dionyſii junioris tyrannidem. Vitam ejus ſcripſit *Plutarchus* T. I. p. 958. & *Nepos* X. Vide & *Plutarchum* in Nicia p. 539. *Photium* cod. XCIII. p. 234. ſq. *Strabonem* VI. p. 255. *Diodorum Sic.* XVI. 5. ſqq. *Diogenem Laertium* III. 21. 23. 29. 30. 46. *Lucianum* T. I. p. 558. *Tzetzen* Chil. V. v. 175. ſq. *Suidam* in Δίων Ἱππαρίνου. *Ciceronem* de Orat. III. 34. ad Attic. XV. 10. de Offic. I. 44. Tuſc. V. 34. *Gellium* III. 17. Tradiderat quoque hujus res Athanas Syracuſanus, libris XIII. teſte *Diodoro Sic.* XV. c. 94. alia dabit *Fabricius* Bibl. Gr. T. II. p. 57.

§ 3. *Dionis Hiſtorici nomen.*

Ab his ergo omnibus diſtinguendus eſt Dio hiſtoricus, qui Δίων plerumque ſimpliciter vocatur, apud Conſtantinum, Xiphilinum, Zonaram, Cedrenum, Joh. Antiochenum, Suidam, Euſtathium, Etymologici M. auctorem, Jornandem &c. Et ſic in Faſtis A. U. C. 982. Chr. 229. Ἀλέξανδρος καὶ Δίων. *Alexandro Aug. III. & Dione COSS.* itemque in Corpore Juris pluribus locis a Doctiſſ. *Pet. Relando* ad illum annum adductis. Sic ipſe de ſe p. 891. E. ubi Antoninum ait his ſe verbis affatum: κάλλιστα, ὦ Δίων, ὁ Εὐριπίδης εἴρηκε. & p. 884. D. ubi Severum refert ita ſibi viſum eſſe dicere: δεῦρο, Δίων, ἐνταῦθα πλησίον πρόσελθε. Sed & cognomenta alia adduntur interdum. Nam Δίων ὁ Κάσσιος, ὁ ἐπίκλην Κοκκήιος, οἱ δὲ Κοκκηιανός, Νικαεύς, ἱστορικός, item Δίων ὁ Κοκκειανός, vel ὁ συγγραφεύς, plenius dicitur *Suidæ*. Δίων Κοκκηιανός, Κάσσιος Δίων, Κάσσιος Δίων Κοκκηιανός, *Tzetzi*. Κασσιανὸς Κοκκειανὸς ἢ Κόκκιος Δίων, *Photio*. Δίων ὁ Κάσσιος, *Evagrio*. Δίων ὁ Ῥωμαῖος, *Zonaræ & Cedreno*. Δίων ὁ συγγραφεύς, Δίων ὁ Νικαεὺς apud *Anon.* Dio Hiſtoricus, *Jornandi*. Δίων ὁ Κόκκιος, *Cedreno*. Nempe gentis nomen eſt Caſſius, quod ut fit in multis aliis nominibus, ſimplici litera Κάσιος ſcribitur a nonnullis; ſicut contra multis ſimplices geminantur; unde mons Caſius *Dioni* p. 188. A. eſt Κάσσιος. Id gentile autem nomen Romanum, procul dubio quidam ex majoribus Dionis mutuo accepit a Caſſio aliquo, cujus beneficio civitate donatus erat. Id moris notiſſimi fuit: unde Dio ille Haleſinus, adeoque Siculus, Q. Cæcilius Dio dictus eſt, quod beneficio Q. Cæcilii Metelli civis Romanus factus eſſet, ut teſtatur *Cicero* Verrina II. 7. ſq. Audi *Manutium* ad eum locum: *infra IV. 17. Cn. Pompejus Theodorus, Cn. Pompeji beneficio civis Romanus: & libro IV. Diodorus qui appellabatur, Q. Lutatius Diodorus, quia Q. Lutatii Catuli beneficio civis Romanus a L. Sylla factus erat. Hi autem omnes Romana cognomina non ſumebant, ſed tantum prænomina & nomina, cognominis autem loco vetus nomen retinebant, ut Dio, Theorus, Diodorus.* vide & *Cic.* Epiſt. XIII. 36. *Suet.* Aug. c. 27. Sexcenta ejusmodi plura exempla hominum Græcorum ubivis obvia, præterimus. Addo tantum, jam Neronis ætate Caſſium quendam Aſclepiodotum nobilem & divitem fuiſſe inter Bithynos, *Tac.* XVI. 33. Nicænum nempe, ut refert *Dio.* p. 714. A. quanquam illum, tacente Dione, ex majoribus ejus fuiſſe non dixerim: ſicut nec Caſſium Apronianum Cos. A. U. C. 944. quem pariter Dio, velut nihil ad ſe pertinentem memorat. Plures enim Græci, nulla neceſſitudine inter ſe conjuncti, ab uno aut diverſis Caſſiis jura civitatis impetrare potuerunt. Id certius eſt, gentile nomen Caſſii a patre Caſſio Aproniano ad noſtrum perveniſſe, & patrem illum, jam civem Romanum, Senatorem, & Præfectum Provinciis Ciliciæ & Dalmatiæ fuiſſe; is vero an hereditarium jam habuerit civitatis jus, an primus impetrarit, in ſuſpenſo relinquimus. Quodſi ergo vulgatum ordinem Latinorum in ſcribendis nominibus & cognominibus ſequimur, non Dio Caſſius, ſed Caſſius Dio vocandus eſt, ſicut ſupra in Q. Cæcilio Dione, Cn. Pompejo Theodoro, & Q. Lutatio Diodoro vidimus. Græcus enim præſertim mos eſt, isque Dioni vel maxime familiaris, uti jam annotavit *Jo. Rualdus* in fine vitæ Plutarchi, gentilitium nomen aut prænomen cognomini postponere. Hinc Πίσωνα τὸν Γάιον dicit p. 11. B. Κάτλου τοῦ Μάρκου p. 19 E. Κικέρωνος τοῦ Μάρκου p. 20. E. Σύλλᾳ τῷ Κορνηλίῳ p. 41. C. Λεντοῦλος ὁ Πούβλιος p. 43. D. Κλωδίου τοῦ Πουβλίου p. 50. A. Γάλβας ὁ Σερούιος. p. 94. E. Ῥοῦφος ὁ Σουλπίκιος. p. 148. A. Λεντοῦλος ὁ Κορνήλιος p. 152. E. Λογγίνῳ τῷ Κασσίῳ p. 164. E. ὁ Καλῆνος ὁ Κύιντος Φούφιος. p. 295. A. &c. [illegible] multa apud eundem ſunt exempla in contrarium, ubi [illegible] ordinem imitatur. Μέτελλον Κέλερα. p. 27. B. 42. [illegible] Νίννιον Κουάδρατον p. 67. C. Μέτελλος ὁ Νέπως. p. [illegible] Ἄννιος Μίλων p. 95. C. Μαλλίου Τορκουάτου. p. [illegible] Ἀτέιος Καπίτων, καὶ Πούβλιος Ἀκύλιος Γάλλος p. 105. D. [illegible] λιον Λεντοῦλον p. 151. D. Λούκιος Κάσσιος Λογγῖνος p. [illegible] Et ſic Latini quoque, licet rarius, ad Græcorum ſe mo[illegible] modant, quod exemplis docetur in *Franciſci Sylvii* [illegible] tum Centuria II. c. 41. qui tamen ex Cicerone non [illegible] ferret exempla, præter Phalerei Demetrii, II. de [illegible] Leg. III. 6. nec aptum tamen, quia Phalereus non [illegible] mine, ſed a patria, ut Scythes Anacharſis V. Tuſc. [illegible] tes Zeuxis II. de Inv. c. 1. Leontinus Gorgias. de [illegible] Contra, Antipater Sidonius III. de Orat. c. 50. Diagoras [illegible] de N. D. c. 1. Thales Mileſius, ibid. c. 10. &c. Sed [illegible] pla Græci ordinis in nominibus & cognominibus eti[illegible] Balbus Cornelius, ad Att. XI. 12. Gallus Caninius [illegible] ad quem locum accuratiſſimus Manutius alia affert [illegible] Att. VIII. 12. *Balbi Cornelii ibid. epiſt.* 15. Macr[illegible] fr. II. 4. Papi Aemilii, de Amic. c. 11. *Abſit* igit[illegible] damus eos, qui Dionem Caſſium ſcribunt, cum C[illegible] id liceat facere; quanquam nolim in eo ordine ele[illegible] cum Sylvio, Politiano, aliisque.

§ 4. *Dionis Prænomen & cognom*[illegible]

Prænomen quale fuerit Caſſio noſtro, plane nos [illegible] omni indicio vetuſtatis; quod moneo, ne quis dec[illegible] *confidentiæ*, qui *in titulo & ſummis paginis ſui* D[illegible] *ſemper appellat, arbitraria plane conjectura*; nullum [illegible] nis cap. II. § 2. aliud argumentum afferens, quam [illegible] Cognomen autem *Dionis* & Coccejani a Dione Ch[illegible] materno, ſumtum fuiſſe, ſatis probabile eſt. Nam [illegible] ſæus etiam Coccejanus diſerte vocatur a Plinio & [illegible] lib. X. 85. ſq. (vel 82. ſq.) & *quoniam non tantum* [illegible] *jam* Coccejo Nervæ *acceptiſſimus fuit*, quem βέλτι[illegible] μὲ ἀγαπῶντα, καὶ πάλαι φίλον appellat Orat. XLV [illegible] acute conjecit *Valeſius* ad Fragmenta noſtri § 23. id [illegible] nis uſurpaviſſe in gratiam Cocceji Nervæ: unde eu[illegible] maternum fuiſſe Dionis hiſtorici non immerito ſuſ[illegible] ex nominis gentilitate, tum ex patriæ conjunctione, [illegible] Bithynia fuit, alteri Pruſa ad Olympum, alteri Nic[illegible] quidem avum mavult Falco § 3. ſed ideo tantum, [illegible] Chryſoſtomum, ejusque patrem Paſicratem, itemq[illegible] *primus civitate Romana donatus eſt ab Imperatore* [illegible] *p. 500.) pariter Caſſios dictos eſſe, & quidem a* Luc[illegible] gino, & Paſicratis forte fratrem, Caſſium Aſclep[illegible] ſumſerat § 2. nullo pariter hic argumento nixus. [illegible] tius illud, quod Dio Chryſoſtomus, cum pluribus [illegible] modo filium memoret, hunc tandem velut magi[illegible] apud Pruſæenſes ſiſtit Oratione L. p. 544. Quare fi[illegible] mi non fuit ille Caſſius Apronianus, quippe qui [illegible] Nicææ habitavit, quæ Dionis hiſtorici erat patria. [illegible] Caſſii nomen Pruſæo Dioni Chryſoſtomo, ejusque [illegible] tribuendum eſſe, nullo indicio conſtabit, *aut filium* [illegible] apud Pruſæos magiſtratu functum, *alium*, Nicææ [illegible] fuiſſe, demonſtrabitur: probabilius dicemus, gentil[illegible] men Dioni hiſtorico hæſiſſe ex patre Caſſio Apron[illegible] ſed genero Chryſoſtomi, adeoque cognomina acc[illegible] alii, ab avo materno, qui filiam ſuam ex Pruſa urbe [illegible] rit Nicæam Caſſio laudato. Utriusque vero cog[illegible] κήιος, vel Κοκκήιος aut Κοκκειανός, ſed Κοκκηιανὸς [illegible] quia Nervam Κοκκήιον Dio appellat p. 769. A. & [illegible] Plinius non Coccejum, ſed Coccejanum.

§ 5. *Dionis Patria & Pate*[illegible]

Patria Dionis hiſtorici Nicæa, urbs *Bithyniæ*, ſi[illegible] Lyſimachi Nicæa, prope lacum Aſcanium, & vic[illegible] ſoſtomi patriæ. Hanc, ne ad alios provocem, [illegible] ſuam appellat p. 857. E. occaſione Severi cum [illegible] rantis; & lacum iſtum mugiles maximos alere [illegible] intelligit p. 917. B. ubi ex Aſia ſcribit ſe veniſſe [illegible] ibique ægrotaſſe: in eandem denique, perfunctus [illegible] rediit, & reliquum ibi vitæ exegit. ibid. & p. 91[illegible] Νικαεύς, & ex eadem urbe Priſcum quoque Mech[illegible] p. 845. D. Unde *Xiphilini* locum, ubi Π[illegible] vel corruptum eſſe, vel oſcitantiam ſcriptoris [illegible] jam notavimus § 1. Quod autem *Zonaras* T. I. p. 1[illegible] *nus* T. I. p. 168. B. Ῥωμαῖον vocant, magis excu[illegible] vitatem Romanam, ob locum commorationis, & [illegible] publica Romana geſtas, ob hiſtoriam denique Ro[illegible] ſcriptam. Pater illi Caſſius Apronianus, qui Ni[illegible] noſtrum procreaverat, Romam delatus, lectusque [illegible] matiæ præfuit p. 413. B. & Ciliciæ p. 788. A. 820[illegible] ciam adminiſtranti ipſe filius Dio adfuit. ibid. In [illegible] maxime apparet, quam facile ex tenui nominis u[illegible] hiſtoria & temporum ratio confundatur. Nam [illegible]

quidam Conſul fuiſſet Hadriani anno VI. Urbis conditæ anno 876. præcipiti ſtatim conjectura *Ger. Jo. Voſſius* de H. Gr. II. 15. p. 237. & ex eo *Jo. Glandorpius*, illum Conſulem Caſſium Apronianum appellarunt, patrem Dionis eſſe ſuſpicati, niſi avus potius exiſtimandus ſit. Sed is Cos. non Caſſius, ſed C. Ventidius Apronianus fuit, teſte lapide apud *Gruterum* MLXXII. 16. vel T. Ventidius Apronianus, apud *Fabrettum* p. 508. ſq. certe nusquam Caſſius dicitur: & præterea tempus Aproniani hujus, ab ætate patris Dionis eſt remotius, ut mox patebit.

Alii Apronianum, Conſulem cum Bradua A. U. C. 944. Chriſti 191. Dionis parentem faciunt. Sic, ut alios taceam, diſerte *Petrus Relandus* in Faſtis ad eum annum: *Caſſius noſter Apronianus eſt Dionis Caſſii hiſtorici, cujus ſcripta exſtant, pater.* Atque id ſpeciem utique veri majorem habet. Nam tempus magis convenit, imo & nomen gentilitium Caſſii, ſi modo id recte adſcribitur. Sed primum quæro, qua auctoritate id nominis adjecerint recentiores Faſtorum ſcriptores: nec enim adhuc in veteribus Faſtis, aut hiſtoricis vel lapidibus ullum ejus teſtimonium detexi; fateorque nunc, me improvide & ſecure nimis recentiores ſecutum eſſe, quando & ipſe p. 1203. Apronianum hunc Caſſium appellavi. Deinde quis omnino, Conſulem *fuiſſe Dionis* patrem, nobis tradidit? non certe Dio ipſe; nec, quod ſciam, quisquam alius veterum. Videbatur autem Dio præſertim, qui hiſtoriam eorum temporum curatius ſcripſit, & alias parentis ſui ter meminit, pro officio quod ſuſceperat hiſtorici, proque pietate in parentem, imo vel conciliandæ ſibi alicujus dignitatis cauſa, id vix ſilentio præteriturus, ſi Pater fuiſſet Conſul, & inde alias, præter Ciliciam & Dalmatiam, provincias obiiſſet. Neque culpam facile in Xiphilini brevitatem conjeceris, quod eum ſatis diligenter videmus, quæ ad Dionem ipſum ejusque parentem ſpectabant, *intemerata ſervaſſe*, ſic ut pleraque omnia, quæ de Dione ejusque rebus ad *noſtram* ætatem pervenerunt, non ex prioribus libris qui integri manſerant, nec ex poſteriorum ſupplementis, ſed ab ipſo Xiphilino breviatore teneamus. Quare cum opinio iſta, ex ſolo Aproniani nomine, invito Dione & Xiphilino, & ſine teſte ullo, temere conficta ſit, magis inclinat animus ut Apronianum Dionis Patrem non perveniſſe arbitrer ad Conſularis dignitatis faſtigium: illum autem Apronianum Conſulem, Braduæ collegam, extremo Commodi tempore, quem Faſti exhibent A. U. C. 944. eundem potius cenſuerim cum Aproniano, Aſiæ poſtea Proconſule ſub Severo, quem Dio in Plautiani cauſa abſentem nefarie damnatum refert, nihil ad ipſum pertinentem. p. 863. D. E. Et vel hæc ſola ratio ſufficeret, quominus SCtum Apronianum, de quo l. 26. D. ad SCt. Trebellianum lib. XXXVI. tit. 1. patri Dionis adſcribamus, quod tamen factum eſt ab *Antonio Auguſtino* de SCtis, *Hotomanno* de SCtis & *Petro Relando* ad A. U. C. 944. Chr. 191. Nam ſi Conſul fuiſſet Dionis pater, ut inde poſt Conſulatum Ciliciam regeret, ante *Commodum Conſul fuerit, non* ſub Commodo: quia Dio patri in Cilicia adfuit, ſub Commodo autem Urbe non exceſſit, ut mox oſtendam. Sed & SCtum Apronianum demum a *Paulo* ad D. l. c. & *Ulpiano* tit. XXII. 5. laudatur, quorum uterque ſub Elegabalo & Alexandro Sev. floruit, quod in ſeriorem SCti auctorem magis convenit, quam in eum qui ante Commodum ſub Marco, ut Cujacius volebat, aut ſub Hadriano, quod *Schultingius* ad Ulp. l. c. & ex eo *Heineccius* Hiſt. Jur. Rom. lib. I. § 284. itemque *Hoffmannus* Hiſt. Jur. lib. I. c. 1. p. 384. Nam quod Julianum, qui ſub Hadriano vixit, ejus SCti jam meminiſſe colligunt l. 27. pr. D. ad SCtum Trebell. non ſatis firma ratione concludi videtur ex nexu cum præcedenti l. Ulpiani. Igitur nec ex SCto Aproniano Conſulem fuiſſe Dionis patrem tuto conficitur. Certum duntaxat eſt, Senatorem fuiſſe, eosque magiſtratus geſſiſſe, ex quibus prætorias Provincias Ciliciam & Dalmatiam, velut legatus Imperatoris, adminiſtrare potuerit.

§ 6. *Caſſii Aproniani patris ætas.*

Veniendum vero nunc eſt ad tempus, quo Ciliciæ præfuiſſe Apronianum certius vincitur, quia id cum Dionis ipſius adoleſcentia conjungitur. Oſtendendum enim mihi eſt, id tempus longius rejici non ab iis *tantum, qui* Apronianum noſtrum cum C. Ventidio Aproniano Cos. A. U. C. 876. confundunt, ſed & ab iis, qui locum Dionis p. 788. A. ſic accipiunt, quaſi Apronianus eo ipſo tempore, quo mortuus Trajanus eſt, in Cilicia fuerit. Negat ibi Dio, Hadrianum a Trajano vere adoptatum eſſe, remque omnem a Plotina confictam contendit, addens: *ὁ γὰρ πατήρ μου Ἀπρωνιανὸς, τῆς Κιλικίας ἄρξας, πάντα τὰ κατ' αὐτὸν ἐμεμαθήκει σαφῶς. ἔλεγε δὲ τά τε ἄλλα ὡς ἕκαστα, καὶ ὅτι ὁ θάνατος τοῦ Τραϊανοῦ* &c. *Apronianus enim pater meus, cum Ciliciæ præeſſet, res ejus omnes accurate exploratas cognoverat, mihique cum reliqua narravit, tum illud in primis, mortem Trajani &c.* Id ſic intellexit etiam *Fabricius* noſter Bibl. Gr. Vol. III. p. 320. quaſi Apronianus Ciliciam adminiſtrarit eo ipſo tempore, cum Trajanus moreretur. Scribit enim, ad hunc locum provocans: *Apronianus ſub Trajano & Adriano Imperatoribus præfuit provinciæ Ciliciæ, & Dalmatiæ quoque.* Verum ſi meminerimus, quod altero loco p. 820. B. Dio refert, ſe ipſum patri Ciliciam obeunti adfuiſſe; patebit ſatis, eum calculum ſtare non poſſe. Nec enim puer tum Dio erat, ſed cum patre provinciam obiit, Mallis fuit, oraculum adiit, ſcribitque ſe ibi tabellam, qua Sexti Condiani fata, oraculo prodita, continebantur, aſſequi non potuiſſe divinando, donec ille Sextus poſtea cum fratre a Commodo necatus eſſet; quæ ſunt hominis jam meditantis res quæ geruntur, & ad agendam rempublicam ſe applicantis. Quare Dio tum ad minimum ſeptendecim annorum fuiſſe credendus eſt. Atqui is vitam poſtea produxit ultra A. U. C. 982. Chr. 229. quo altero Conſulatu perfunctus, reliquam ætatem Nicææ volebat exigere. Sequeretur ergo, Dionem, ſi eum vel extremo Trajani anno hoc eſt A. U. C. 870. Chriſti 117. cum patre in Cilicia verſantem ſtatuamus, ultra CXXIX. annos vixiſſe; quod neutiquam credibile eſt. Senſus loci non alius eſt, quam qui a me ibi indicatur § 11. didiciſſe iſta Apronianum, quæ ad Hadriani adoptionem pertinent, ex narratione Cilicum, nempe ætate grandiorum, qui quæ olim acta fuerant moriente Trajano in urbe Ciliciæ Selinunte, propius poterant intueri. Sed & altero Dionis loco p. 820. B. abuti videtur *Tillemontius* T. II. pag. 774. ſq. & T. III. Hiſtoriæ Imperatorum p. 377. edit. Bruxellenſis, quando præfecturam Ciliciæ, quam geſſit Apronianus, promovet ad A. U. C. 936. Chr. 183. qui Commodi quartus eſt. Quoniam enim Dio occaſione Condiani & Maximi Quintiliorum fratrum, & Sexti, qui Maximi filius erat, a Commodo necatorum, ait, ſe olim cum patre in Cilicia verſantem, vidiſſe Mallis picta oraculi ſymbola, id Sexto ſignificantia, nec potuiſſe ea divinare, prius quam eventus conſecutus eſſet: propterea Tillemontius eventum ipſum accidiſſe eo tempore colligit, quo Dio cum patre in Cilicia fuit; proinde Apronianum Ciliciæ præfuiſſe demum A. U. C. 936. Chr. 183, hoc eſt quarto Commodi anno. Sed quivis videt, argumentationem infirmam eſſe, quia oracula diu ante eventum dari poterant, & picta ſpectari. Idque ita Dioni contigiſſe, inde vincitur, quod Commodo Romam redeunte, primo Imperii anno, Caſſius noſter Dio jam ſenator fuit, orationem ejus in Senatu audivit, & quæ ab eo tempore geſta ſunt Romæ, præſens ſpectavit; ut jam non ex aliorum fide, ſed propria obſervatione ſingula quæ ſequentur, ſe narrare moneat p. 818. C. *λέγω δὲ ταῦτα καὶ τὰ λοιπὰ οὐκ ἐξ ἀλλοτρίας ἔτι παραδόσεως, ἀλλ' ἐξ οἰκείας ἤδη τηρήσεως.* mox: *ἐλθὼν δὲ εἰς τὴν Ῥώμην, καὶ πρὸς τὴν γερουσίαν διαλεχθεὶς, ἄλλα τέ τινα ἀπελήρησε, καί τι καὶ τοιοῦτον ἐν τοῖς αὑτοῦ ἐπαίνοις εἶπεν. κ. τ. λ.* Si igitur Dio hæc & ſequentia, *ταῦτα καὶ τὰ λοιπὰ*, inde ab initio Imperii Commodi, ex propria obſervatione deſcribit: Commodus autem illo ipſo anno quo pater obierat, d. 22. Octobr. in Urbem rediit, & in domo Palatina Commodiana perpetuo manſit p. 817. B. § 8. p. 818. C. § 20. ſequitur, Dionem non magis quam Commodum ipſum Urbe egreſſum eſſe; ſicut contra initio libri LXXX. extrema ætatis ſuæ tempora ſe propterea deſcribere non poſſe dicit, quia Romæ non multum commoratus ſit. Ergo factus eſt Dio Senator, antequam Commodus Romam veniſſet; hoc eſt, extremo fere anno Marci U. C. 933. Chr. 180. vel vivente adhuc Marco, vel certe ſtatim poſt obitum ejus. Ergo fuit tum ſenatoria ætate, annorum certe XXV. ergo aliquot annis ante cum patre in Cilicia fuit, adoleſcens, ſub Marco imperatore; nempe in contubernio patris, ut ſolebant præfecti provinciarum juvenes nobiles ſecum ducere, ad rempublicam capeſſendam præparandos.

§ 7. *Dionis ætas prima, usque ad Pertinacem.*

Atque hinc aliquod certius initium vitæ Dionis duci poteſt. Ago autem cum æquis lectoribus, qui annum unum aut alterum mihi facile concedent, ubi res non expreſſis & definitis teſtimoniis, ſed argumentatione ex indiciis haud obſcuris confici debet. Quodſi proinde a primo anno Commodi, eodemque ultimo Marci U. C. 933. Chr. 180. ſenatoriam ætatem XXV. annorum detrahamus, natus Dio fuerit fere A. U. C. 908. Chriſti 155. quod cum extrema ejus ætate ſatis convenit. Nam ita A. U. C. 982. Chr. 229. quo Conſul iterum fuit, & ætate morboque confectus honeſtam miſſionem redeundi in patriam impetravit, annos LXXIV. aut LXXV. fuerit natus. Sive vero primam juventutem Nicææ in patria exegerit, ſive Romam aliquanto citius cum patre fuerit delatus, dubitari non poteſt quin eam literis vel maxime dicarit. Non ſolum enim ipſe ſemet refert inter *τούς τι παιδείας ἐχόμενον εἰδότας* p. 875. C. ſed & orationes ejus, argumentis, ſtiloque, ad veterum Oratorum, Demoſthenis, Aeſchinisque, & hiſtoria ipſa ad Thucydidis dictionem expreſſæ, tum & vitæ genus quod ſectatus eſt, cauſis in foro agendis, eademque ad extremum cura in polienda hiſtoria ſua imitatione Atticorum ſcriptorum, quos legebat *πρὸς τὸ Ἀττικίζειν* p. 556. D. ea inquam omnia ſatis docent, hanc illi copiam & facultatem ſermonis, hunc guſtum & ſenſum humanitatis, non niſi proba inſtitutione, multoque uſu & exercitio conciliari potuiſſe. Aliquid etiam Philoſophiæ præſertim practicæ ab eo deguſtatum eſſe, non modo conjicimus ex perpetua conſuetudine Græcorum, ſed aperte deprehendimus in Colloquiis inter Ciceronem & Philiſcum, Auguſtum & Liviam, Agrippam item & Mæcenatem, aliisque hujusmodi locis, quibus hiſtoriam ſuam diſtinguit; quæ tamen Socratico more ad vitæ uſum & mores, atque ad regendam rempublicam, accommodata magis ſunt, quam ut ſubtilem contemplationem naturæ rerum & ſcientiam Matheſeos ſpirent. Nam ſi pauca ejus generis excipias, eaque non omnia æque proba, ceteroquin aſtrologiæ, divinationibus, portentis, & ſomniorum interpretationi multum tribuiſſe videtur. Adultior autem oportune ad res gerendas & capeſſendam rempublicam, in contubernio patris, Ciliciam adminiſtrantis, formatus eſt, ut vidimus, § 6. & hinc Romam delatus, mature ſatis ampliſſimo Collegio adſcriptus, anno fere U. C. 933. Chriſti 180. ſeu vivo adhuc Marco, ſeu paulo poſt obitum ejus, ante Commodi tamen reditum in Urbem. Neque vero ex infimo gradu ſenatorum, ſub

peſſimo hoc optimi Imperatoris filio multum potuit eniti. Nam ſub Pertinace demum, hoc eſt A. U. C. 946. Chriſti 193. Prætor deſignatus eſt. p. 835. E. Unde per XIII. annos Commodi, ultra Quæſturam & Aedilitatem provectus non eſt, nec militiam aut provincias obiit, ſed Roma non egreſſus, periculis amicorum adſuit in foro, ſicut & poſtea diu fecit, otiumque ſuum, conſignandis Commodi rebus, quas ad extremum usque natalem ejus præſens ſpectaverat, p. 825. B. C. E. ſq. 827. A. C. commodavit. In quibus cum multæ neceſſario occurrerent ineptiæ, id ne gravitati hiſtoriæ ſuæ officeret, excuſandum poſtea duxit cum ederet librum. p. 826. A. *ἐπειδή τε πρὸς τοῦ αὐτοκράτορος ἐγένετο, καὶ παρὼν ἐγὼ καὶ εἶδον ἕκαστα, καὶ ἤκουσα, καὶ ἐλάλησα, δίκαιον ἡγησάμην μηδὲν αὐτῶν ἀποκρύψασθαι. Quoniam enim ab Imperatore facta fuerint, & quoniam ipſe adfuerit præſens, viderítque ſingula & audierit, ac locutus ſit, æquum viſum eſſe, nihil eorum reticere.*

§ 8. *Dio ſub Pertinace & Juliano.*

Occiſo Commodo, Pertinacem Calendis Januariis A. U. C 946. Chr. 193. in ſenatum venientem Dio ſalutavit, & cum ceteris Senatoribus, collaudatum, ex animo & vere elegit Imperatorem. p. 830. C. Neque id mirum, cum Dio eſſet ex amicis Pertinacis, ſicut ab eodem ſtatim cum aliis honoribus affectus, tum prætor deſignatus eſt: p. 835. E. nempe in annum ſequentem. Nam eo anno nondum geſſiſſe præturam, patet in funere Pertinacis, ubi Dio p. 842. A. ſe magiſtratibus opponit: *ἡμεῖς ἡ βουλὴ, πλὴν τῶν ἀρχόντων — οἱ δὲ ἄρχοντες.* Præſens etiam fuit ſub Pertinace examini ejus, qui ſe Sextum eſſe Condianum mentiebatur, hereditati ejus inhians. p. 820. A. Interim nec patrocinio ſuo amicis defuit, & Julianum ex adverſo ſtantem, ad tribunal Pertinacis ſæpius oſtendit nefarie agere; p. 835. E. in ſenatu etiam, Falconem conſulem, qui contra Pertinacem a militibus Imperator electus erat, damnare paratus, p. 833. D. 834. A. Mendacii quidem arguit Pertinacem, quod militibus ſe tantundem ut Lucius & Marcus dediſſe diceret, p. 833. E. ceterum una cum Claudio Pompejano, Acilio Glabrione, aliisque viris honeſtis & nobilibus, valde familiariter uſus eſt Pertinace, quippe qui natura affabilis, deſideria cujusque audiebat prompte, & reſpondebat humaniter quid ſibi videretur, & convivio frugali excipiebat amicos, vel ſi id non faceret, aliis alia mittebat, etiam viliora interdum, quod quidem Dio a ditioribus deriſui habitum, a ſe & ſui ſimilibus, quibus virtus luxuria potior erat, vehementer laudatum affirmat. p. 831. C. Quo magis perculſus cæde Pertinacis, & electione Juliani, tamen eum in ſenatu verba facientem audit, & poſtridie domi ſalutat, multa neceſſario ſimulans diſſimulansque: p. 835. E. ſq. eidem aſſentanti licet ſenatoribus diffidit, p. 837. B. & interitum, ex trium ſtellarum circa ſolem apparentium omine inter aditialia ſacra, optat: p. 837. C. denique *Severo contra eum appropinquante, vocatus in Senatum*, Julianum inter ceteros capitis damnat, & Severo Imperatore renunciato, Pertinaci Heroum honores decernit. p. 838. E. Hinc Severi ingreſſum in urbem magnificentiſſimum ſpectat & miratur; p. 839. C. 840. A. adeſtque funeri Pertinacis nondum Prætor. p. 841. ſq.

§ 9. *Dio ſub Severo.*

Jam affulgere Dioni a Severo aliqua ſpes melioris fortunæ videbatur, quum librum ſuum de prodigiis & ſomniis, quorum cauſa Severus principatum ſperaverat, ita probaſſet Imperatori, ut multis & prolixe Dioni reſcriberet. Ea epiſtola ſub veſperam accepta, Dio per quietem moneri divinitus ſibi viſus eſt, ut hiſtoriam ſcriberet; nempe ſuorum temporum. Igitur & Commodi primum res literis mandavit. Nam ſub finem ejus libri de Commodo ait p. 828. D. *συνέθηκα δ' ἐγὼ τούτων τὴν συγγραφὴν ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε — ἴσθι δὲ ταῦτα, περὶ ὧν νῦν καθίσταμαι, ἔγραψα.* ſicut deinde alio ſomnio ſe ſub Caracallo excitatum tradit, ad Severi & Caracalli hiſtoriam componendam p. 884. C. Non crediderim vero, Commodi res ex ſola XIII. annorum memoria Dionem tum primum literis mandaſſe, ſed ex Commentariis rerum ſui temporis, quos jam habebat paratos, elaboraſſe; ſicut in reliqua hiſtoria ſua primum congeſſit materiam, deinde cum cura compoſuit. Hac igitur vita Commodi in vulgus edita, cum & ceteris, & ipſi maxime Severo placuiſſet, ſtatuit illico omnes Populi Romani res inde a prima origine continuo hiſtoriæ filo pertexere, iisque, quæ jam de Commodo vulgaverat, inſerere. Ad opus tamen hoc gravate accedens, confirmatus eſt a Dea per ſomnium, ſpe ſimul injecta, fore, ut ſcriptio nullis temporum injuriis læſa perduraret. Igitur X. annorum ſpatio res geſtas Populi Romani, inde ab initio usque ad mortem Severi, collegit, easque poſtea per annos XII. ſtilo ſuo deſcripſit; reliqua, quousque ſucceſſerit, additurus. vide p. 828. D. ſq. Quod ſic intelligo: cum Severus mortuus ſit menſe Februario A. U C. 964. Chr. 211. cœpiſſe Dionem colligere res Romanas cum initio A. U. C. 954. Chriſti 201. & poſt mortem Severi in elaborando opere verſatum usque ad annum A. U. C. 975. Chr. 222. quo Alexander Severus orſus eſt imperium: tum vero habuiſſe quidem in animo, reliqua, quoad vixerit attexere; ſed vocatum ab Alexandro ad graviſſima munia, & ad provincias ex provinciis, deſtitiſſe a propoſito, & obiter tantum nonnulla Alexandri & Populi Romani attigiſſe; præſertim cum ætas morbusque finem operis inſtituti urgerent. Id enim ipſemet initio libri LXXX. innuit. Quodſi Commodi hiſtoria ſeparatim primo ſcripta, cum ceteris, tum Severo maxime [illegible] neceſſe eſt, eam editam fuiſſe ante bellum cum Albino. [illegible] te A. U. C. 949. Nam poſtea, cum Senatus pars n[illegible] viſſet Albinum, cœpit ex eo tempore Severus Comm[illegible] antea contumelioſus fuerat, defendere, & ab ignomini[illegible] ni per Senatum inuſta, vindicare, divinisque honoribus [illegible] ſe ipſum Marci filium, Commodi fratrem dicere. p. [illegible] Quare ex eo tempore nec Dio amplius auſus eſſet, [illegible] eptias & flagitia, ut fecit, ſimpliciter deſcripta Severo [illegible] Severus lecta tantopere probaſſet. Scripſit igitur Dio [illegible] Commodi vitam anno fere A. U. C. 948. Sed in mutata [illegible] veri ſententia de Commodo, cauſa latet, cur is Dio[illegible] brum antea probaverat, dum & ipſe Commodi mem[illegible] retur, nullis deinde honoribus ſit remuneratus, ut mox [illegible] cur Dio conſilium ſcribendæ univerſæ hiſtoriæ Romanæ [illegible] te poſtea exſecutus ſit, ut anni prope VI. intercederent [illegible] opus aggrederetur. Confirmatus tamen a Dea, ut [illegible] tandem ad rem acceſſit, & interim collecta materia, Capuæ [illegible] ceſſum ſæpius delegit, quo vacuus ab urbanis negotiis [illegible] ſtoria ſcribenda collocaret. p. 860. C.

§ 10. *Perpetuo interea Romæ manſit.*

Ita vero mutata Severi mente, evanuerat Dioni ſpes [illegible] gnitatum. Nam id primum facile oſtendi poteſt, Dio[illegible] imperio, Roma atque Italia non egreſſum eſſe, ne[illegible] Severi continuis ad militiam vocatum, vel in provi[illegible] miſſum eſſe. Quanquam enim fauces Ciliciæ, ubi [illegible] grino habita, quanquam Byzantii ſitum & muros, [illegible] Propontidis indolem, ipſamque oppugnationem By[illegible] deſcribit, dicitque ſe *muros Byzantii dirutos vidiſſe* [illegible] eosdem ſtantes, & audiiſſe vocales in eo turres; p[illegible] male hinc colligeretur, Dionem bello adverſus Nig[illegible] tioni Byzantii interfuiſſe. Nam naturam locorum [illegible] tubernio cum patre, cum quo provinciam obier[illegible] cognitam: viderat & procul dubio Byzantium u[illegible] mam, cum Boſporo & Propontide, ex vicina Bith[illegible] Byzantiorum machinationes defendendæ urbi, & [illegible] perduratas, ex Priſco mechanico, municipe ſuo, [illegible] qui Archimedes alter multa ad propulſandum hoſte[illegible] vita poſt expugnationem urbis a Severo donatus, m[illegible] ſus Atrenos paraverat. p. 845. D. 855. B. Poſtea [illegible] Caracallo profectus in Bithyniam, p. 877. D. 883. [illegible] zantii muros ſpectare potuit. Contra ea invenimu[illegible] indicia quæ Dionem id temporis Romæ [illegible] *Nam tum cum Severus trigeſimo poſt adventum* [illegible] *§ 38.) hoc eſt menſe Julio A. U. C. 946. Chr. 19*[illegible] *grum urbe profectus eſt, Dio erat Prætor deſign*[illegible] anno ſequenti prætura functus eſt. vide ſupra § 8 [illegible] lum adverſus Albinum moveretur, Romæ præſen[illegible] Saturnales, amico ſuo, Conſuli, gratificatus; ceter[illegible] natoribus multis quievit, & in neutram ſe partem [illegible] que Albini convertit. p. 850. A. B. Pluviam argen[illegible] Auguſti defluentem, colligit & explorat. ibid. E. [illegible] Senatum poſt victum Albinum perterretur, cum is [illegible] Commodi fratrem dixiſſet & Commodo heroicos [illegible] p. 853. B. multoque magis cum is reverſus Comm[illegible] defenderet, Senatum notaret. ibid. C. Plautiani ill[illegible] ſimul & exſectos videt; p. 857. B. certamen mulierum [illegible] judex eſt cum Severo in cauſa Racii Conſtantis; p[illegible] Plautillæ per forum deportatam videt, epuloque in[illegible] intereſt & ſpectaculis ob nuptias Plautillæ & redit[illegible] tis; p. 860. A. audit Severum poſt Plautiani necem [illegible] facientem. p. 862. B. Evodo in Senatu laudes dec[illegible] eſt Senatui, accuſato Aproniano, ſibique ipſe metu[illegible] pius aſſidet jus dicenti Severo. p. 869. D. Ex qui[illegible] tis apertum eſt, quod indicavi, Dionem, regnante [illegible] militiam ejus vocatum, nec urbe egreſſum eſſe. Qu[illegible] dem ad hæc tempora retulerim, quod incendium V[illegible] mugitum Capuæ auditum, inter celebritates nupti[illegible] memorans, Capuæ ſe degere ſolere ſcribit, quoties [illegible] tur, ad conſcribendam ibi in vacatione urbanorum [illegible] ſtoriam. p. 860. C. Nam cum modo retuliſſet, ſe [illegible] ſpectaculis hiſce interfuiſſe, p. 859. B. 860. A. quomo[illegible] pore Capuæ in componenda hiſtoria elaborare pot[illegible] potius, per ea quæ dixi § 9. ſub Severo adhuc in co[illegible] riæ ſuæ materia occupatus fuiſſe, quod Romæ melius [illegible] ubi monumenta veterum illi ad manus erant; po[illegible] Severi collecta ſtilo ſuo in receſſu expoſuiſſe.

§ 11. *Necdum Conſulatu ornatu*[illegible]

Quod ad dignitates Dionis ſpectat, ſcio, plerosque [illegible] auctoritatis viros, Conſulatum ejus primum ſub Seve[illegible] licet quia Dio in deſcribenda Severi lege contra mo[illegible] tus ſui meminit: [illegible] Dionis rationem [illegible] At illi, qui hoc utuntur argumento, Nam dignitates a[illegible] ſuas non penitus noſſe videntur.

ſtas ſemper alieno loco & tempore, velut aliud agens & obiter adſpergit narrationi ſuæ; quaſi tantum vellet oſtendere, quo pacto ſingulæ res ſibi innotuerint. Hinc Africæ ſe, dein Dalmatiæ & Pannoniæ ſuperiori præfectum fuiſſe, memorat jam ſub Auguſto; p. 413. C. nempe ut Pannonios ſe non ex auditu & lectione, ſed uſu gentis deſcribere demonſtret. Inter Conſulares ſe refert in vita Claudii p. 665. C. ἡμᾶς οἱ ὑπατευκότες διαφερόντως, nimirum ut a Claudio hæc quaſi inſigne Conſularium repeti debere, oſtendat. Rurſus cum patre ſe in Cilicia verſatum eſſe indicat, in rebus Commodi, p. 8⟨..⟩. A. ut Mallis ſe vidiſſe doceat picturam oraculi, quod Quintiliis interitum jam ſub Marco prædixerat. vide § 6. Ita prætorem ſe a Pertinace deſignatum refert, non in Pertinace, ſed in Didio Juliano, p. 835. C. quaſi cauſam redditurus, cur ſibi ab eo timuerit, velut amicus Pertinacis & ab eo multis honoribus affectus. Byzantii muros ſtantes & dirutos ſe vidiſſe ait in Severo, p. 847. D. non quod Severum ſecutus ſit in hanc militiam, ſed quia olim ex vicina patria ſua, & poſtea cum Caracallo in eandem proficiſcens, ſpectarat. vid. § 10. Idem in Severo prodit, quomodo ſibi de Nili origine conſtet, nempe traditum a Macennitis prope Mauritaniam incolentibus, quam ipſe rexit, non ſub Severo, ſed ſub Elagabalo demum. p. 856. D. Igitur infirma argumentatio eſt, quæ Conſulatum primum Dionis ſub Severo geſtum eſſe colligit, quia de hoc conſulatu in rebus Severi facit indicium. Volebat enim Dio tantum aperire, unde ſibi conſtet, ter mille actiones adulterii ſub Severo ex ejus lege inſtitutas eſſe; ſcilicet cum ipſi in Conſulatu licebat tabulas publicas revolvere, & quæ ſub Severo acta, ac in tabulas relata eſſent, perſcrutari; quod diu poſtea fieri potuit. Et ita eſſe, haud levibus, puto, rationibus conficitur. Nam Conſules tum non creabantur, *niſi commendatione* Imperatorum. Sed Severus alienior jam a Dione, ob detectam publice turpitudinem Commodi, quem Severus nunc velut fratrem defendebat; vid. §. 9. ut non videatur præcipuo aliquo honore Dionem voluiſſe afficere: & Dio alienior a Severo, quem ubivis velut trucem, ſævum ac ſanguinarium deſcribit, & cujus in ſe quoque ſævitiam metuit, p. 864. A. cujus item de vita propria commentarios mendaciorum arguit: p. 853. A. mollius ſcripturus de bene merente imperatore, nec beneficii accepti memoriam inuſta nomini ejus macula obſcuraturus. Ecquam vero provinciam ſub Severo, ſeu Proconſularem, ſeu Prætoriam, Dio regundam accepit, qui toto illo tempore Roma non exceſſit? Et tamen hoc jure quis & more veteri cenſeat fieri debuiſſe, ut Conſulatu perfuncto quædam provincia, ſeu ſorte, ſeu voluntate Principis daretur. Minime vero omnium id convenit in virum conſularem, ut diu poſt jam ignobilior præfectura Pergami & Smyrnæ a Macrino committeretur, p. 909. D. nempe ad ordinandum ſtatum harum duarum *civitatum liberarum*; uti poſt *Spanhemium* bene perſpexit *Tillemontius* T. II. p. 565. Hujuſmodi enim Moderatores inferioris dignitatis erant, quam Conſulares aut Proconſules. Nam ideo ſub Tiberio, ad ſublevandas Aſiæ urbes terræ motu concuſſas, vir prætorius M. Aletus cum V. lictoribus eſt delectus, ne Conſulari obtinente Aſiam, æmulatio inter pares, & ex eo impedimentum oriretur, ut teſtantur *Tacitus* Annal. II. 47. ipſeque Dio p. 614. D. Unde recte videmur concludere, Dionem ſub Severo Conſulem non factum eſſe, ſed ad Macrinum uſque inter prætorios remanſiſſe.

§ 12. *Dio ſub Caracallo & Macrino.*

Cum Caracallo primum Dio urbe profectus eſt, non quidem in legatione aliqua militari, ſed cum aliis quibuſdam e ſenatu, quaſi eorum conſiliis & opera in judicando Princeps indigeret; re vera autem, ut exhaurirentur ſumtibus. Queritur enim Dio, ſe quoque cum aliis ſenatoribus, quum Antoninus urbe proficiſceretur, coactum eſſe, mediis in itineribus, domos & diverſoria, imo in hibernis etiam amphitheatra & circos, ſuis ſumtibus exſtruere, & feras ſuppeditare ad venationem; p. 874. C. D. ſe cum ceteris eruditis vel præcipue contemtim habitum, p. 875. C. ſenatores tyrannidi militum & Eunuchi cujuſdam ſubjectos fuiſſe, & in hibernis Nicomediæ, licet vocatos ſub ortum ſolis ad jus reddendum cum ipſo, vel conſultandum, ſæpe ad meridiem, interdum ad veſperam dilatos, & ne in veſtibulum quidem admiſſos aut ſalutatos, cum ipſe interea Caracallus beſtias cæderet, currus agitaret, gladiatorem ageret, aut potaret cum militibus. p. 877. C. D. 878. A. In eadem urbe Nicomedia, patria ſua, Dio interfuit convivio, quod Antoninus Senatoribus præbuit, eoque finito, nominatim ab eo compellatus eſt verſibus Euripideis: πάνυ γε, ὦ Δίων, καὶ ἀληθεύοντα ὁ Εὐριπίδης εἴρηκε, Πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων. p. 883. E. Addit p. 884. A. τελευταίαν ταύτην φωνὴν πρὸς ἐμὲ ἐφθέγξατο. Et ſane videtur Dio ad Parthicam expeditionem, quam poſt Nicomediæ hiberna Antoninus ſuſcepit, ductus haud eſſe, ſed Romam dimiſſus. Nam ludis gladiatoriis, paulo ante hanc expeditionem Nicomediæ habitis, non interfuit amplius. De his enim, quæ narrat Dio, per λέγεται, *fertur*, exprimit p. 878. E. Ex Epiſtolis deinde ad ſenatum ex Antiochia refert p. 879. A. & ex Alexandria p. 879. E. ex Parthia ad Tigrin p. 881. C. 883. D. denique alia, ὥς φασι p. 882. C. ὥς γε καὶ ἤκουσα p. 883. B. 891. E. Etiam ex Macrini ad ſenatum literis primis Romam miſſis (ὑπεγράφετο ἡμῖν) p. 888. E. ſq. & ex alteris de militum defectione, & Pſeudantonino multa repetit. p. 888. B. C. D. p. 895. D. E. 896. A. ſq. 897. D. E. 904. C. D. vide Excerptorum LXXVIII. c. 16. ſqq. p. 1325. ſqq. At ſi Romæ Dio fuit extremo Caracalli, & toto fere Macrini imperio, hoc eſt A. U. C. 970. & 971. Chriſti 217. & 218. quid fiet Dionis loco p. 909. D. E. ubi, poſtquam claſſem quæ ad Cyzicum in ſtatione erat, ab homine plebejo ſollicitatam fuiſſe contra Pſeudantoninum, ſcripſiſſet, rem incredibilem confirmat, quod ipſe id ex propinqua Pergamo, cui perinde ut Smyrnæ a Macrino præpoſitus fuiſſet, accurate potuerit reſcire. Abſit, ut locum in ſuſpicionem adducamus. Nam & Photius eundem laudat, & pariter a Macrino id factum teſtatur. Sed non difficile eſt hæc conciliare. Nam Dio, qui in Caracalli comitatu Macrino ejus præfecto innotuerat, ſeditione a Pergamenis (ac forte Smyrnæis) contra Macrinum mota, ob quam & ignominia ab eodem notati erant, Roma evocatus eſt ad ordinandum ſtatum harum duarum urbium liberarum: eoque profectus eſt labantibus jam Macrini rebus: A. U. C. 971. Chr. 218. ante Junium menſem: unde & in ea præfectura, propter multitudinem credo rerum corrigendarum, diu manſit ſub Elagabalo. Nam ubi de genio illo Alexandrum M. referente, & Alexandro Severo imperii ſucceſſionem portendente, agit, p. 915. B. ταῦτα μὲν, inquit, ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἔτι, ὡς εἶπον, ὤν, πρὶν καὶ ὁτιοῦν περὶ τὸν Βασσιανὸν ἐν τῇ Ῥώμῃ γενέσθαι, ἔμαθον. Nota, verbis ὡς εἶπον, remitti nos a Dione ad ſuperiorem locum, ubi de præfectura Pergami & Smyrnæ, urbium Aſiaticarum. Neque adeo ex iſta commoratione Aſiatica ſub Avito ſeu Pſeudantonino, alia eaque longe amplior præfectura totius Aſiæ, provinciæ proconſularis, exſculpi poteſt, ut viſum B. *Fabricio* Bibl. Gr. Vol. III. p. 320. Sane libro extremo iterum ſcribit: p. 917. A. ἔκ τε γὰρ τῆς Ἀσίας ἐς τὴν Βιθυνίαν ἐλθὼν, ἠῤῥώστησα· κἀκεῖθεν πρὸς τὴν ἐν τῇ Ἀφρικῇ ἡγεμονίαν ἠπείχθην, quæ verba non magis de totius Aſiæ proconſulatu accipi poſſunt, quia prorſus inauditum eſſet, aliquem vix adminiſtrata una provincia proconſulari, ſtatim in alteram, quæ Africa erat, transferri. Reſpicit omnino utroque loco nihil aliud, quam præfecturam ſuam Pergami & Smyrnæ, quæ in Aſia erant; atque adeo in ea fuit adhuc, cum jam Baſſianus, qui poſtea Alexander dictus eſt, Romæ cum Avito eſſet.

§ 13. *Dionis honores ſub Alexandro, & vitæ exitus.*

Ex hac igitur præfectura veniſſe ſe dicit in Bithyniam, hoc eſt Nicæam, quæ patria ejus erat, ibique ægrotaſſe. Quare Romam non rediit, morbo impeditus; ſed Nicææ aliquamdiu commoratus, inde ad Proconſularem Africæ provinciam contendit. Colligo hinc, tum primum Conſulem factum eſſe Dionem, forte ob laudem bene ordinatarum Aſiæ civitatum, eumque conſulatum ab abſente geſtum eſſe, ob morbum; quemadmodum & ſecundi Conſulatus tempore, quanquam alia de cauſa, extra urbem commoratus eſt. Facile enim eſt animadvertere, fortunam Dionis, diu depreſſam, nunc ſubito emerſiſſe, & honores ei fere continuos, atque provincias ex provinciis, demandari cœpiſſe. Quæ magna converſio, cum rationem vix aliam admittat, quam Principis, aut qui circa eum ſunt, favorem, videtur ſimul cum adoptione Alexandri Severi orta. Mamæa enim, Alexandri mater, ab eo tempore plus potentiæ nacta, viros honeſtos, legum peritos, atque prudentes, omni modo foviſſe, & filio ſuo conciliaſſe legitur. Quare ſi ponamus, triennium conſumtum eſſe in præfectura Pergami & Smyrnæ, ut ex ſuperioribus conjicitur, ex ea Dio non abierit ante medium annum U. C. 974. Chriſti 221. quo jam Alexander adoptatus ab Avito, & deſignatus Conſul eſt in annum ſequentem. Sive ergo eodem anno 975, ſive ſequenti 976. Dio Conſul fuerit abſens, Proconſulatus Africæ non videtur ſtatuendus ante A. U. C. 977. Chr. 224. Hinc enim in Italiam ſe ſcribit veniſſe, & quaſi ſtatim in Dalmatiam miſſum. p. 917. A. Interceſſerit tamen, ſi & itinerum tempora in calculum voces, annus unus. Fuerit ergo in Dalmatia, quam & pater ejus aliquamdiu adminiſtraverat, p. 413. B. Anno U. C. 979. Chriſti 226. & anno ſequenti U. C. 980. Chr. 227. in Pannonia ſuperiore. Hinc Romam reverſus, quod Pannonicos milites ſeveriore diſciplina coercuiſſet, a prætorianis, laxu & licentia efferatis, ea cauſa, non minus ac Ulpianus, Prætorii Præfectus, ad ſupplicium flagitatus eſt, quod metuerent, ne quis eos etiam ad exemplum Pannonicorum militum ad officium cogeret redire. Sed Alexander Imperator importunitatis militum adeo nullam habuit rationem, ut Dionem potius cum aliis decoraret honoribus, tum ſecum una Conſulem iterum deſignaret in A. U. C. 982. Chriſti 229. p. 918. B. vide & *Photium*. quem annum & cum Imperatore aperuit Dio Conſul Ordinarius, ut faſti, ut Codex, ut lapides docent; quanquam in Inſcriptione Gruteri MLXXIX. 11. male DIONYSIO ſcribitur. Addidit beneficio huic Imperator aliud inſigne, ut ſumtus, quos ea dignitas poſtulat, ipſe faciendos ſuſciperet. Quæ omnia cum moleſte ferrent prætoriani, juſſit Alexander Dionem Conſulatus ſui tempore extra urbem alicubi in Italia morari; ne ſcilicet cum omnibus inſignibus Conſularibus conſpectus, a frementibus & furibundis militibus interficeretur. Sed tempore Conſulatus exacto, Romam reverſus Dio, hinc in Campaniam veniens, cum Imperatore verſatus eſt, ſeque militibus cum omni ſecuritate conſpiciendum præbuit: ſed & excuſatione morbi pedum impetravit ab Imperatore, ut dimiſſo ſibi domum, hoc eſt, Nicæam redire liceret, ibique reliquum vitæ tempus per quietem tranſigere. p. 918. C. D. Nicææ igitur Dio hiſtoriam ſuam vitamque clauſit.

§ 14. *Dionis uxor, liberi, domus.*

Ex verbis Dionis, p. 825. B. in natalitiis ultimis Commodi, *ἡμᾶς τε καὶ γυναῖκας ἡμῶν καὶ τοὺς παῖδας, δύο χρυσοῦς ἕκαστον ἐκέλευσεν οἱ ἀποφέρειν*, itemque in funere Pertinacis p. 841. B. D. *ἡμᾶς δὲ βουλευταὶ αἵ τε γυναῖκες ἡμῶν*, probabile eſt, uxorem, liberosque Dioni fuiſſe: unde fieri poteſt, ut & is Caſſius Dio, qui Cos. memoratur in faſtis A. U. C. 1043. Chr. 291. fuerit hujus nepos. Nam filii ætas nimis etiam ab extremo conſulatu ſe ungeretur. Viſum etiam eſt nonnullis, DOMUM DIONIS quæ in Regione X. urbis in Palatio, inter ædem Jovis Victoris & Curiam veterem, memoratur ab Anonymo apud Pancirollum in Deſcr. Urb. Rom. T. III. Theſ. Græv. p. 364. Dionis noſtri fuiſſe. Ita *Pancirollus*, & *Falco* Proleg. c. II. § 21. ſq. Sed DOMUS DIONYSII legitur apud Victorem, & recenſitis pluribus Dionyſiis, *Nardinus*, *cujus eam*, inquit, *fuiſſe ex his, quis dixerit?* T. IV. Theſ. Græv. p. 1343. Sane in obſcuro hæc ſunt, nec eſt res magni momenti; ſi tamen dicendum quod ſentio, Victoris lectio (in illa paſſim obvia confuſione nominum Dionis & Dionyſii) per ſe non inferior videtur auctoritate, lectioni Anonymi; & æque credibile eſt, reſectas eſſe ob compendium ſcribendi in hujus lectione literas, quam temere additas in altera. Et ſi vel maxime Dionis alicujus domus fuerit, tamen noſtro non adſcripſerim, propterea, quod ſplendidam & magnificam domum fuiſſe credibile eſt, quæ præ ceteris memoratur; Dioni autem patrimonium & opes abundantes non fuerunt. Nam nec pater, velut homo novus, magnas dignitates aut divites provincias obierat; nec Dio, niſi ad extremum, ex inferiore gradu ſenatorum emerſerat, in foro tantum & judiciis verſatus. Hinc ipſemet ſe ſub Pertinace non refert in cenſum ditiorum, ſed tenuiorum. p. 831. C. *ἑστία τε ἡμᾶς σωφρόνως· καὶ ὁπότε μὴ τοῦτο ποιοίη, διέπεμπεν ἄλλοις ἄλλα, καὶ τὰ εὐτελέστατα. καὶ αὐτὸν ἐπὶ τούτῳ οἱ μὲν πλούσιοι καὶ μεγάλαυχοι, διεγέλων· οἱ δὲ ἄλλοι, οἷς ἀρετὴ ἀσελγείας προτιμοτέρα ἦν, ἐπῃνοῦμεν. Convivio nos frugaliter excipiebat, & quoties id non faceret, mittebat aliis alia, etiam vilioris pretii. Quamobrem eum divites quidem & magnifici homines ridebant; ceteri, quibus virtus luxuria potior erat, laudabamus.* Præterea, quicquid forte habuerat opum, id ſumtibus immodicis, quos a Senatoribus Caracallus exegerat, exhauſtum queritur p. 874. C. D. Quin vel poſt Conſulatum primum & plures provincias adminiſtratas, tam exiguæ facultatis erat, ut ſumtus alterius Conſulatus Imperator Alexander Severus ſuppeditaret, quod non niſi tenuioris cenſus viris fieri ſolebat. Nec videtur Dio Nicæam vel Bithyniam appellare voluiſſe domum aut patriam ſuam, eoque obitis omnibus magiſtratibus, habitatum concedere, ſi domicilium fixum & ſplendidum Romæ habuiſſet.

§ 15. *Scripta Dioni tributa.*

Scripſit Dio, ut ipſe indicat p. 828. D. I. *Librum de ſomniis & prodigiis propter quæ Severus principatum ſperaverat*, de quo ſupra § 9. & ſcripſit eum, credo, gratiam novi Imperatoris captans, poſtquam Severus ea ſomnia & portenta in tabulis picta publice dedicaverat. vide ad p. 840. C. § 16. Sed nihil fere ejus libri ſupereſt; quia duobus illis Hiſtoriæ ſuæ locis, obiter tantum & paucis prodigia Severi tangit, cum alioquin in hujusmodi rebus narrandis haud parcus ſit. Quare vel Dio ipſe dignum haud judicavit libellum, cujus multa inſereret hiſtoriæ ſuæ, vel etiam fruſtratæ ſpei ſuæ pœnitentiam renovare ſibi noluit.

II. *Librum de rebus Commodi*, ſomnio monitus, quem Severo oblatum placuiſſe, & poſtea hiſtoriæ corpori inſertum fuiſſe, monui § 9.

III. *Librum de rebus Trajani Imperatoris*, *τὰ κατὰ τὸν Τραϊανὸν*, memorat Suidas. Attamen de Trajano melius referre Dio Chryſoſtomus potuiſſet; niſi ab avo iſthoc ſuo quædam memoriæ prodita Caſſius acceperit. Præcipua ejus, ſi quod ſejunctum a reliquo corpore, fuit, ſcripti, in continenti ejus hiſtoria hodie legi credibile eſt.

IV. *Perſica*, idem Suidas Caſſio tribuit; quem Cl. *Falco* Proleg. c. II. § 23. recte exiſtimat confudiſſe Dionem cum Dinone, cujus Perſica multi veterum laudant.

V. *Ἐνόδια*, id eſt, *Itinerarium*, ſeu quæ in itinere obſervata erant, pariter laudat Suidas. *ἐνόδικά* ſcribendum putabat Hieron. Wolfius. Sed & hæc Dioni Chryſoſtomo rectius competerent, quem per varias gentes peregrinatum eſſe conſtat.

VI. *Vitam Arriani Philoſophi*, *βίον Ἀῤῥιανοῦ φιλοσόφου*, itidem Suidas inter Dionis ſcripta refert.

VII. *Getica*, Suidas, Jornandes, Freculphus, Caſſio Dioni adſignant. Sed major fides Philoſtrato in Vitis Soph. p. 487. de Dione Chryſoſtomo: *ὡς δὲ καὶ ἱστορίαν ἱκανὸς ἦν συγγράφειν, δηλοῖ τὰ Γετικά· καὶ γὰρ δὴ καὶ ἐς Γέτας ἦλθεν ὁπότε ἠλᾶτο. Quam porro hiſtoriæ ſcribendæ aptus fuerit, argumento ſunt Getica: ad Getas enim quoque venit, cum extra patriam erraret.* Eruditiſſimus quidem *Caſaubonus*, Diatriba I. in Dionem Chryſoſtomum, ſic interpretatur Philoſtratum, quaſi per *Γετικὰ* intellexerit *τὸν Βορυσθενικὸν λόγον*, cujus initium ad hiſtoricam narrationem accedit. Verum hæc coacta & minus veriſimilis eſt interpretatio. Quoniam enim de Getis ibi Dio Pruſæus nihil refert, niſi quod in animo habuerit ad eos proficiſci; contra ex Dionis Geticis, nonnulla adducunt Jornandes & Freculphus, quæ juſtum opus hiſtoricum fuiſſe docent; probabilius eſt, confuſas eſſe a Scriptoribus iſtis perſonas diverſas, ex nominis ſimilitudine, & Dioni Caſſio, qui ex Hiſtorici fama notior erat, [illegible] Pruſæus Philoſophus & Sophiſta ſcripſerat, eſſe tributa; [illegible] docti dudum cenſuerunt. Certe in Dione Pruſæo Suidas Getica ideo videtur omittere, quoniam ea Dioni Hiſtorico vindicaverat.

§ 16. *Hiſtoria Dionis.*

VIII. *Res geſtas populi Romani*, [illegible] p. 828. E. *πάνθ᾽ ὅσα τοῖς Ῥωμαίοις* [illegible] *τι ἀξίως μνήμης ἐπράχθη*, Fragm. XXX. p. 823. A. [illegible] *φὴν*, & *πραγματείαν* ſcripſit Dio, & ſæpius appellat [illegible] *ἐν βιβλίοις π´* Suidas, qui & alias [illegible] *Ῥωμαϊκοῖς*, & ſemel *Ῥωμαϊκὰς ἱστορίας*. & ſic Roberti editio. [illegible] ſunt ceteræ, *Ῥωμαϊκῶν ἱστοριῶν βιβλία*. Octoginta libros fuiſſe, Suidas & Photius teſtantur, *διαιρεῖται* [illegible] ſicut Livii libri in Decades pariter diſtributi [illegible] & Olympiodori Hiſtoriarum libri in *δεκαλόγους* fuerunt, apud Photium Codice LXXX. & Dionis pariter Chryſoſtomi *λόγοι π´* in [illegible] diſtributi fuiſſe videntur; ſiquidem ille Dio innuitur, ut [illegible] *τῇ τῆς δευτέρας συντάξεως*. vide § 1. Fines eorum [illegible] librorum, qui ſexageſimum ſequuntur, hodie non ſatis certo [illegible], quia Xiphilinus inſtituit in ſua Epitome ſingulos Imperatores ſingulis libris perſequi, ſecus ac Dio fecerat, plures interdum libros implens unius hiſtoria. Interim deſcriptione qualicunque ex conjectura Leunclavii contenti eſſe debemus. Quomodo ad hiſtoriam ſcribendam excitatum ſe Dio ſcribat, quantumque temporis [illegible] conſumſerit, *jam dixi* § 9. Cœpit ab Aeneæ in Italiam [illegible] & deſiit in iis *temporibus & verbis, quæ hodie etiam librum LXXX claudunt, ut ex Photio intelligitur. Priora* uſque ad Cæſares [illegible] ſim, Cæſares uberiore ſtilo deſcripſit, judice Anonymo in præfatione Appiani; ipſe vero Dio de ſuis potiſſimum temporibus [illegible] pollicetur, velle ſe omnia minutim perſequi: p. 825. [illegible] *καὶ τἆλλα πάντα τὰ ἐπ᾽ ἐμοῦ πραχθέντα καὶ λεπτουργή*[illegible] *ἀκριβολογήσω μᾶλλον ἢ τὰ πρότερα*. Summa capita & Conſules [illegible] ſingulis libris integris præmitti, etiam in vetuſtiſſimis codicibus ſolent, non videntur Dionis ipſius eſſe: partim quia Conſules [illegible] pe non tantum perperam, ſed & aliter quam in ipſo textu hiſtoriæ ſcribuntur; partim quia ejusmodi recenſio Conſulum [illegible] non redolet illa tempora, quibus Faſti Conſulares in [illegible] & ſatis noti erant; & alioquin talia ornamenta librorum [illegible] ſerioribus demum temporibus inventa & adjecta ſunt. [illegible] quidem Dio, ſe Conſules [illegible] hiſtoriæ [illegible] nominaturum; p. 236. E. ſed [illegible] mentionem. Aliter tamen ſenſit [illegible] T. XI. Theſ. Græv. p. 359. itemque [illegible] T. III. p. 383. qui certe ad [illegible] Conſules [illegible] fixos ipſius Dionis eſſe ſibi perſuaſerunt; tantum [illegible] gium, quod etiam pro Dionis Faſtis habeat, quos ad [illegible] ſuperiorum librorum Leunclavius ceteris libris LXI— [illegible] poſuit, ex Onuphrii plerumque Panvinii Faſtis, etiam [illegible] ris ſuis indulgens erravit, exſcriptos; cum in Xiphilino [illegible] nulli Conſules appareant. Et hoc ſane gravius & manifeſtius erratum eſt, quod una Xiphilini inſpectione facile potuiſſet evitari; verum nollem etiam viri illi doctiſſimi tam ſecure Dioni adſignaſſent Faſtos priores, quos multo probabilius a vetuſtis librariis [illegible] deſcriptos putabimus, qui exemplo ſuo hiſtoriæ Dionis [illegible] volebant conciliare. Fallitur etiam Tillemontius, quando [illegible] guit l. c. *On croit meſme, que dans les veritables* [illegible] *les Conſuls dont le pere n'eſt pas marqué, ne vienent pas de lui, mais ſont ſuppléez par le meſme Leunclavius. Dion met* [illegible] *Φλάκκος, et Leunclavius omet Γ. υἱ. Caji filius.* In [illegible] diſtinctio. Nam qui in ipſo textu nominantur Conſules, procul dubio ſunt a Dionis manu, & tamen raro parentes adſcripti [illegible] Qui autem in faſtis præmiſſis parentes habent, non magis ſunt a Dionis manu, quam a Leunclavio qui *non* habent, ſed utrique ut erant ſcripti in editione *Roberti ex MS. Codice*, a Leunclavio editi, niſi ubi emendare ſe corrupta putavit. Etiam illo ipſo loco, quem producit Tillemontius *Γ. υἱ. Caji filius* pariter apud Leunclavium legitur in editione utraque, & Græco-Latina p. 601. & Latina p. 598. Hoc potius monendum de Leunclaviana editione Græco-Latina, Conſules libris LVIII. & LX. præmiſſos, unice a Leunclavio additos eſſe ad ſimilitudinem ceterorum librorum, qui in Roberti editione prorſus deerant, cum ibi libri LVII. & LVIII. [illegible] tum librum LVII. & libri LIX. & LX. unum tantum [illegible] conſtituant, adeoque duo iſti prioribus adſuti, titulo [illegible] careant. Quod qui non animadverterunt viri docti [illegible] Faſtis ad iſtum indicem Leunclavianum librorum LVIII. & LX. velut antiquum, vel Dionis ipſius, improvide provocarunt [illegible] ad horum librorum titulos.

§ 17. *Libri Hiſtoriæ truncati & mutilati.*

Integram hanc Dionis hiſtoriam diu eſt, quod nec veteres habuerunt. Nam priores libros ante tempora Pompeji, quod [illegible] videntur multis, & a quibusdam copioſius, deſcriptas continebant, [illegible] ſuperfuiſſe. [illegible] ſtatim neglexiſſe, ut in paucioribus exemplis [illegible] ſive [illegible] nus etiam, ſive eos non repererit in ſuo codice, ſive [illegible] habuerit, quorum breviarium daret, nihil in ſua Epitome, [illegible] titulo [illegible]

ſtandum, præter Cæſarum hiſtoriam pollicetur: ſiquidem inſcribitur ἐπιτομὴ περιέχουσα μοναρχίας Καισάρων ἀποσπασθέντα. Sed vel hæc ipſa injuriam temporis paſſa eſt, truncatis quibusdam ſub initium; quia non ſic orſurus erat: κληρουμένων δὲ τῶν ὑπάτων Ὁρτήσιος τὸν πρὸς Κρῆτας ἔλαχε πόλεμον. Niſi dixeris, mutilum exemplar Dionis, quod habebat Xiphilinus, ab his ipſis verbis orſum eſſe; quod tamen certe exemplar plenius fuerit noſtris hodiernis, in quibus prima hæc non habentur. vide Fragmentum CLXXVIII. Superfuiſſe vero Xiphilini tempore & ſerius in nonnullis codicibus, etiam libros priores, inde liquet, quod a multis laudantur, & fragmenta ex iisdem exhibentur, in primis in Collectaneis Conſtantini Porphyrogenetæ & Zonara, qui forte poſtremus integriorem Dionis codicem habuit; quanquam & in eo ſpatium temporis, quod a bello Punico III. ad Pompejum usque pertinet, defuiſſe oſtendi in Præfatione ad Vol. I. §. 12. Cl. Falco quidem ſibi perſuaſit Proleg. c. 1. § 14. codicem Zonaræ fuiſſe ἀκέφαλον, eumque idcirco ignoraſſe, hanc quam compilabat hiſtoriam Dionis eſſe. Id colligit Falco ex eo, quia Dionem in vetere illa hiſtoria nunquam laudat Zonaras, ſed tantum in temporibus Cæſarum. Sed miror quomodo Falconem, qui tam ſedulus in exſcribendo Zonara fuit, fugere potuerit ille locus Zonaræ T. I. p. 127. C. ubi gentes olim a Romanis ſubactas recenſens, ait: ὅπερ ὁ βουλόμενος γνῶναι, τὰς βίβλους τοῦ Ῥωμαίου Δίωνος ἀναγνώτω. Habuit ergo Zonaras etiam veterem Dionis hiſtoriam, & ſcivit, Dionis eſſe, quod & Cangius ad locum citatum annotavit. Sed colligendum ex hoc loco eſt, nec omnia Dionis exſcripſiſſe Zonaram, nec omnia ſua ex uno Dione. Quæ integra hodie Dionis ſuperſunt, a fragmento libri XXXV. ut plurimis viſum, vel ut ego arbitror, libri XXXVI. incipiunt, & ad finem libri LIV. pergunt; atque in eo deſinunt optimi ac vetuſtiſſimi codices MSS. Hinc fit, ut nec *Urſinus*, nec Valeſius in ſuis Collectaneis Conſtantini ad hos libros ulla ſupplementa invenerit. Sed a libro ſtatim LV. incipiunt fragmenta quædam, aut plane omiſſa in vulgatis codicibus, aut certe copioſius, quam vulgo leguntur, res exponentia. Verum ne ſic quidem ſarcire licet lacunam ingentem ſub initium hujus libri LV. quam plerique decem annorum ſpatio ab U. C. 747. ad 757. definiunt. Eam non obſervatam fuiſſe Saliano & Caſaubono, notat Emin. *Noriſius* ad Cenotaphia Piſana p. 184. his verbis: *Hic corrigendus venit Salianus, qui ad A. M. 4048. num. 7. ſcribit:* Dio plurium annorum res geſtas in unum faſcem congeſſit; ab anno enim 747. ad 757. non diſtinxit annos, quod plerique admodum jejuni eſſe viderentur. *Etenim ibidem illorum annorum geſta eidem deſcripta fuiſſe, tum excerptum Dionis a Valeſio, una cum aliquot aliis, ... tum alia exſcripta a Zonara oſtendunt. Utinam integra ejus libri LV. hiſtoria ſeu annales ſupereſſent, annum mortis Herodis, & peractum Romæ judicium, ac Caji Cæſaris in Oriente geſta cognoſceremus: quæ partim in obſcuro latent, partim indicata tantum apud varios illius ac proximæ ætatis ſcriptores reperiuntur, neque ea ſuos in annos digeſta; unde etiam in aſſignando anno natali Chriſti Domini tot diverſæ Scriptorum ſententiæ emanarunt.* Idem p. 199. *Hallucinatur quippe Caſaubonus, dum ait:* Dio hujus hiſtoriæ (Jani clauſi) non meminit in illius anni rebus exponendis; *non animadvertens, grandem annorum decem lacunam, quam in laudato Volumine longior ac Romanæ antiquitati iniquior ætas fecit.* Equidem Caſaubonum bene hoc advertiſſe deprehendo in ejus Exercit. III. ad Baron. p. 183. ubi ſic de Baronio ſcribit: *Quod ſequi Dionem in hac hiſtoria voluit videri, facinus eſt haud ſcio quam liberalis ingenii: nam ea de re in tota Dionis hiſtoria verbum nullum. Deeſt enim in noſtris hodie codicibus expoſitio annorum fere decem ab A. U. C. 748. ad 757. Conſulatus Lentuli & Piſonis, de quo hic Baronius, congruit anno urbis Varroniano 753 is eſt quintus inter illos, quorum deſcriptio Dionea hodie deſideratur.* Vide eundem Exerc. I. ad num. 85. p. 124. a. Eam lacunam primus detexit *Xylander* ad p. 556. permulta enim eo loco intercidiſſe cenſet, quibus inter alia Caji & Lucii interitum Dio deſcripſerat; quod in ipſo indice libri ea hiſtoria promittatur, & quod Zonaras, qui multa e Dione ad verbum exſcripſit, de Cæſarum horum exitu ex eodem Dione exponere videatur: etiam inſcriptionem libri ait de Auguſti templi dedicatione fanoque Martis polliceri, de quibus in ipſo libro literam nullam habeamus: & Conſulum ab A. 748. usque ad 758. nullam fieri mentionem. Eandem lacunam notavit deinde *Lipſius* ad Tac. Annal I. not. 26. & ad Vellej. II. not. 181. qui & recte monet, male eam ab interprete quæri p. 556. B. cum potius ſit p. 554. E. Ceterum, ſi accurate loqui volumus, quanquam X. annorum Conſules omiſſi ſint, non tamen eſt lacuna X. annorum, ut Noriſius & alii tradunt; nam medio tempore nonnulla ad annos 752. 755. 756. 757. pertinentia, ſed exiliter admodum & per hiatus, narrari, editio noſtra docebit.

§ 18. *Libri Hiſtoriæ breviati.*

Sed præter hanc inſignem lacunam libri LV. ne reliqua quidem librorum LV—LX. prorſus integra ſunt, & vere de illis *Valeſius* T. II. hujus editionis p. 780. § 95. ſcripſit: *Ceteri deinceps libri* (a LIV.) *usque ad LXI. breviati ſunt a neſcio quo, qui Xiphilino anterior an poſterior fuerit, obſcurum eſt.* Idem ſentit *Tillemont* T. III. p. 381. aliique, & docent hoc abunde ſupplementa horum librorum, quæ dedimus ex illis ab Urſino & Valeſio vulgatis Collectaneis Conſtantini, & ex Zonara; quanquam ne loca quidem illa Dionis ex Collectaneis modo dictis, ſemper integra omnino, & a contractione libera eſſe deprehendimus ex eo, quod nonnulla ampliora his Xiphilinus habet, ut jam annotavi in Præfat. ad Vol. I. § 17. Equidem non dixerim, quo ſenſu accuratiſſimus *Fabrettus* ad Col. Traj. p. 400. *genuinum Dionem* appellat usque ad quartum Claudii Conſulatum cum L. Vitellio, A. U. C. 800. (p. 684. D.) an breviata eſſe antecedentia hoc ipſo neget aut ignorarit; (nam poterat utique latius extendere argumentum quo utitur, quam ad librum LX.) cum diſputat, Dioni non imputandum eſſe, quod nulla libro LX. reperiatur mentio de perfecta emiſſione Fucini lacus in Lirim; ceterum recte annotavit, libro LX. mutilo & deficienti, inde ab eo anno aſſutum eſſe Xiphilini breviarium: *Excidiſſe*, inquit, *in naufragio hiſtoriæ Dionis partem aliquam libri iſtius, jam olim obſervavit & deploravit Xylander, in initio ſuarum ad eum annotationum, lacerum, mutilatum, fragmentis male cohærentibus, teſtatus; ſed nec ille, nec alius quiſpiam, quod viderim, ubi Dio deſinat, & unde ſupplementum ex Xiphilino ſumat initium, hactenus aperuit; nos tamen, ut præmiſimus, in Conſulatu Claudii Aug. & Vitellii, Dionis finem non difficulter nec dubie agnoſcimus. Cum enim Dio in reliquis libris nomina Conſulum, & quo quæque anno res, ab ipſo expoſitæ, geſtæ ſint, accurate diſtincteque præmittat; in hoc libro, poſt Conſules anni DCCC. ab U. C. ſubſequentium ſeries omiſſa eſt, ut paſſim a Xiphilino in ſua Epitome fieri ſolet. — & demum, quod omnem dubitationem Tenedia quadam ſecuri præcidit, ſi priorem illam partem* (libri LX.) *quam Dionis eſſe dicimus, cum Xiphilini Epitome conferas, hanc breviorem, conciſam, atque ex locupletiori rebus ipſis & verbis oratione excerptam fateberis: ultimam vero, totidem verbis in Xiphilino extare, & cum ejus Epitome ad unguem coincidere: ut propterea certiſſimum ſit, Dionis panno (culpa temporis & barbariei, quæ in literas ſæviit) deficiente, ut vita Claudii qualitercunque complementum acciperet, centonem Xiphilini aſſutum.* Ergo, ut libros LV—LX ab alius Epitomatoris manu, ſic partem extremam libri LX. & ſequentes a Xiphilino contractos tantum habemus, niſi ubi fragmenta iſta Dionis recentius reperta & huic editioni inſerta, utriusque brevitati ſubveniunt; quæ tamen ipſa grandem illam & veterem lacunam totius vitæ Antonini Pii, & initii Marci ſarcire non potuerunt, quam Xiphilinus ipſe p. 798. ſq. in exemplaribus Dionis ſua ætate deprehenſam queritur, & jejune admodum de ſuo, vel potius ex Euſebio & Quadrato explere conatus eſt; quamque ipſam nec felicius *Leunclavius*, Joannis Antiocheni vel potius Eutropii verbis, tanquam Dionis, æquare tentavit p. 800. Multo minus admittimus hominis Judæi teſtimonium, qui Caſſii Dionis Pium laudare videtur. Repetam enim *Sam. Petiti* locum lib. II. Obſſ. c. 3. p. 185. quem jam produxit Fabricius: *R. David Ganz, referens narrationem de matre, quæ circa Antonini Pii tempora quinionem enixa eſt liberorum, laudat auctorem* קאעסיוס, *is autem eſt meo quidem judicio Dio Caſſius, quem etiam in rebus Titi citat teſtem. Sed credat Judæus Apella, non ego: nam vides, pleraque iſta pæne ad verbum e Julio Capitolino eſſe deſcripta. Adde quod diu eſt, cum Dionis Caſſii libri, in quibus Antonini Pii res geſtæ referebantur, deſiderantur. Neque enim Xiphilinus, Conſtantinus Porphyrogeneta, aut Zonaras eos habuerunt.* In poſterioribus libris LXXVIII. & LXXIX. membrana vetuſtiſſima Urſini, nunc Vaticana, inde a p. 1310, 32. — 1357, 72. noſtræ editionis, ipſum Dionem integrum (exceptis aliquot columnis cultro dimidiatis) reſtituere nobis videtur. Neque tamen diffiteor, aliquid mihi dubitationis ſupereſſe, annon hæc ipſa manum aliquam, quanquam minus avaram, breviatoris cujusdam experta ſint. Ratio mihi una dubitandi hæc eſt, quod nusquam ibi res geſtæ per annos, & nominatis conſulibus, digeruntur; quam tamen ſibi legem Dio ipſe præſcripſerat his verbis p. 237. A. Ἐγὼ μὲν οὖν τῶν ἄλλων (ὑπάτων) τοὺς τοῖς πράγμασιν ἀναγκαίους ὀνομάσω· πρὸς δὲ δὴ τὴν τῶν ἀεὶ πραττομένων δήλωσιν, τοὺς πρώτους ἄρξαντας, κἂν μηδὲν ἔργον ἐν αὐτῷ παράσχωνται. Id vero obſervaſſe Dio deprehenditur, non tantum usque ad librum LX. ſed & in Xiphilino, qui Conſules ſtudio reſecavit, veſtigia ſunt, quibus eundem morem in reliquis libris tenuiſſe Dionem colligitur. Unde ergo in extremis hiſce temporibus ab hac conſtanti conſuetudie ſua deſciverit? Altera ratio hæc eſt, quod nimis ibi tumultuarie & breviter res attinguntur, cum Dio tamen voluerit res ſuæ ætatis λεπτουργῶν καὶ λεπτολογῶν μᾶλλον ἢ τὰ πρότερα: & ubi id præſtare non amplius poteſt, in Alexandro Severo, ſtatim moneat: ταῦτα μὲν ἀκριβώσας, ὡς ἕκαστα ἐδυνήθην, συνέγραψα, τὰ δὲ δὴ λοιπὰ ἀκριβῶς ἐπεξελθεῖν οὐχ οἷός τε ἐγενόμην. Num ſtudium forte ejus in longo opere remiſit? num properantem ad finem hiſtoriæ tempus defecit, quo minus in res geſtas accuratius inquireret, easque melius digereret? Penſitanda hæc eruditis relinquimus.

§ 19. *Dionis ſtilus.*

Scripſit Dio Græce, eleganter ſatis & pure, & quo melius hoc exſequeretur, optimos ſcriptores ἐπὶ τῷ ἀττικίζειν legerat. p. 556. D. Laudat ejus ſtilum mirifice *Photius*, ob dictionem veterem & magnificam, rerum gravitati reſpondentem, & numerum ambitumque orationis magna arte, quanquam non cuivis manifeſta, dimenſum; periodosque parentheſibus trajectas & hyperbata opportune adhibita eſſe obſervat; in narrationibus & concionibus Thucydidem maxime imitari recte ait, ſed majore cum perſpicuitate. Thucydidis imitationem in ſententiis animadvertit quoque Cl. *Jo. Waſſe* ad Thuc. p. 47, 70. ſqq. (vid. Dionem p. 83. D.) & in vocabulis ac phraſibus vel ſoli Indices Græci utrius-

utriusque Scriptoris collati abunde docebunt. Demoſthenem quoque diligenter imitatur, ut annotatum peritiſſimo harum literarum *Hemſterhuſio* ad Lucian. T. I. p. 85. b. Vel illud in oratione Ciceronis adverſus Antonium, quæ nervum & vires Philippicarum Ciceronis maſcule colligit, illud inquam p. 286. C. ὃν μὰ τὰς ῥάβδους τὰς Οὐαλερίου, καὶ τὸν νόμον τοῦ Πορκίου &c. quis non videt expreſſum ex *Demoſthene* de Corona p. 343. A. edit. Hier. Wolfii 1607. ὃν μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας τῶν προγόνων, καὶ τοὺς ἐν Πλαταιαῖς παραταξαμένους &c. In Caleni oratione contra Ciceronem, ceteroqui ſpurcarum calumniarum plena, neque tamen abhorrente prorſus a licentia veterum oratorum, plura ſunt, Aeſchinis accuſationem Cteſiphontis & Demoſthenis redolentia, quam ut ſingulorum iniri comparatio poſſit; unum hoc exemplo ſit: p. 298. E. κἂν μὲν τι χρηστὸν ὑφ' ὁτουδὴ τῶν πάντων γίνηται, ἀντιποιῇ τε αὐτοῦ, καὶ σεαυτὸν ἐπ' αὐτὸ ἐπιγράφεις. Sic fere *Aeſchines* p. 298. B. πρᾶξιν δὲ ἀνδρὸς ὃν πράξας· ἐὰν δ' αὐτόματόν τι συμβῇ, προσποιεῖσαι, καὶ σαυτὸν ἐπὶ τὸ γεγενημένον ἐπιγράφεις. Illud Dionis in oratione Auguſti p. 573. C. καὶ τὸ θνητὸν τῆς φύσεως ἡμῶν ἀιδίῳ διαδοχῇ γενῶν, ὥσπερ τινῶν λαμπαδίων παραμυθῶμεν, conſimile eſt *Platonis* dicto lib. VI. de Leg. p. 565. init. γεννῶντας τε καὶ ἐκτρέφοντας παῖδας, καθάπερ λαμπάδα τὸν βίον παραδιδόντας ἄλλοις ἐξ ἄλλων. Phraſin Dionis in Vitellio p. 735. D. μεταδόρπιά τινα πλησμονῆς παραμύθια, ex *Platone Comico* apud Athenæum p. 640. E. ad verbum ſumtam eſſe, jam obſervavit *Valeſius* ad l. c. § 21. Ab *Euripide* Dionem p. 71. A. mutuatum eſſe illud Alceſtidis v. 1078. ῥᾷον παραινεῖν, ἢ παθόντα καρτερεῖν, jam annotaverat *Joſ. Barneſius*, quem & vide ad Herc. Fur. v. 1249. & *Fabricium* noſtrum ad Dionis l. c. § 90. Ut ſummatim complectar, meruit Dio illud *Hemſterhuſii* judicium T. I. Lucian. p. 3. b. qui generatim *imitatorem veterum diligentiſſimum* appellavit: & Orationes, ab eo paſſim operi hiſtorico interſperſæ, ob eloquentiam quoque & vim dicendi, dignæ a peritis habitæ ſunt, quæ vel ſeparatim, vel inter præſtantiſſimorum Græcorum Latinorumque orationes collectas ederentur, ut infra patebit. Habeat in vocabulis & phraſibus quædam ſingularia, nec alibi facile obvia; (& quotusquisque eſt veterum, qui non habet?) tamen ideo reprobanda hæc illico eſſe, minus tuto colligitur. Livio quidem Patavinitatem temere exprobratam eſſe judicarunt eruditi. Quis enim Idioticon ſermonis Patavini literis conſignatum nobis reliquit, ut hinc certo ſtatui de impuritate ſtili Liviani potuerit? Et vereor ne Doctiſſimus *Jacobus Palmerius* magis ſuſpicionibus & conjecturis ſuis egiſſe videatur contra Dionem, quam certis documentis, quando paſſim in Exercitationibus ad optimos auctores Græcos, vocabula quædam Dionis ſollicitat, velut manantia ex Helleniſmo Aſiatico, id eſt Helleniſmo non optimo, nempe ex Nicæorum ſuorum dialecto, ut Dio in iis ἀθηνίζειν potius quam ἀττικίζειν judicandus ſit. Majori quadam ſpecie Latinismos Dioni tribuit Cl. Reiskius noſter; quod & mihi paſſim viſum eſſe non negabo. Quanquam magna eſt utriusque linguæ cognatio; & ut Græcorum infinita vocabula plurimasque conſtructiones & phraſes, olim civitate donarunt Latini, & ad extremum Cicero quædam Græca vocabula ad ſuos transferenda duxit: ſic & Græcus ſermo videtur admittere, ut præſertim in deſcribendis Romanorum rebus, nonnulla more Romano & formulis conſuetis efferantur. Quæ ceteroquin in phraſibus Dionis notari aut proſcribi debere judicavit idem Cel. Reiskius, neſcio quam recte omnia, ea certe tanti non erunt, quin univerſim inter melioris notæ ſcriptores Græcos Dio referatur. Imo illa ipſa vel hoc magis, quod ſingularia ſunt, attentionem merebuntur: nec male jam in Leunclaviana Dionis editione p. 975. (noſtræ p. 1418.) *cogitatum & apud Dionem fuit de Indice Græco Sylburgianum in modum conſcribendo, quoniam id is auctor propter* τὴν ἐν τοῖς λόγοις δεινότητα *& rariſſimorum verborum elegantem copiam, ſi quis alius, valde merebatur.* Sane cum plurima ſint vocabula apud Dionem, quæ in Lexicis, etiam locupletiſſimo Stephani, & Supplemento ejus Scottiano, fruſtra quæras, plurimæque locutiones leporis vere Attici, rarius exemplis apud eosdem Lexicographos illuſtratæ; operæ pretium nunc viſum eſt, Græcæ linguæ divitias ex Dionis Indice augendas demonſtrare.

§ 20. *Virtutes Hiſtoriæ Dionis.*

Quod ad ipſam ejus hiſtoriam attinet, dicam non modo quibus illa virtutibus commendanda, ſed & quibus vitiis reprehendenda videatur. Eſt autem illa, quatenus antiqua eſt, ex veterum monumentis, quatenus recentior, ex propria Dionis obſervatione, vel certe æqualium aut ſuperioris ætatis fide dignorum virorum teſtimonio conſignata. In temporibus priſcis, ſcite Dio diſtinguit ſtatum liberæ reipublicæ, & a Cæſaribus poſtea ſub jugum redactæ. In illa enim, cum omnia palam agerentur, & remotiora etiam ad ſenatum populumque, atque hinc in tabulas publicas referrentur, reperiri rerum geſtarum veritatem facile potuiſſe; at ſub Cæſaribus pleraque occulte agi cœpiſſe, ad arbitrium Imperatorum; proinde alia falſo, & ſecus ac facta ſunt, tradita fuiſſe, multa etiam quæ vere acta ſunt ignorari penitus propter vaſtam Imperii molem, vel a nemine, præterquam ab iis qui egerunt, certo cognita eſſe; ut non diffiteatur Dio, p. 509. D. ſq. ſe ea ut ab aliis vulgata ſunt commemorare, ſive vere ita, ſive aliter acciderint, niſi ubi interdum ſuam addat opinionem, quando ex multis his, quæ legit, vidit, audivit, liceat aliter rem geſtam eſſe conjicere. Hinc & Imperatorum ipſorum, Hadriani & Severi de ſuis aliorumque rebus commentarios, velut ſuſpectos & falſos rejicit p. 753. A. 853. A. Auctores tamen ſuos, pro more veteri, raro laudat, quanquam ex iis qui ſuperiores, Livium, Cæſarem, Suetonium ipſi ſæpe præiviſſe, ex collatis ubique locis deprehenditur. Quoscunque vero ſequatur aut nominet [illegible] vidébis, res quidem, ut par erat, ab iis mutuatum eſſe, ſed [illegible] rationem ubique de ſuo addidiſſe; ut proinde illa [illegible] bum exſcripta fragmenta ab aliena manu Dioni [illegible], ipſumque a furti crimine liberandum eſſe, merito cenſeo [illegible], ſicut pluribus in præfatione primi Voluminis § 12. 13. 14. [illegible]. In iis, quæ vivo Dione aut paulo ante acciderunt, non dubium eſt potuiſſe virum ſenatorem & in magiſtratibus verſatum [illegible] præſertim, quæ in urbe gererentur, præſentem accuratius [illegible] & obſervare, vel foris aut paulo ante ætatem ſuam geſta, a nobiliſſimis viris [illegible] ceſſariis & collegit, qui rebus interfuerant, certius explorare: unde non dubitat ipſemet gloriari p. 826. A. *neminem* [illegible] *qui aliquid dignum opera literis mandare poſſint, ea* [illegible] *vata habere*; & ipſe ad fidem ſuæ hiſtoriæ faciendam [illegible] ſæpenumero, quæ ſpectaverit audieritve ipſemet [illegible], quæ & a quibus acceperit teſtibus, de quibus dubitet [illegible] pronunciare nequeat. *Laudandum quoque* & [illegible] in Dione eſt, quod res geſtas temporibus *fixerit, nomin*[illegible] Conſulibus pag. 236. quanquam interdum duorum [illegible] annorum res geſtas inter ſe cohærentes, in unum p[illegible] conſerat, ut recte annotatum eſt plurimis locis a Cel. *Jo.* [illegible] in Jano Reſerato. p. 141. 142. 163. 187. &c. Ceterum C[illegible] accuratam omnino, & fruſtra a nonnullis impu[illegible] eſſe, mox oſtendam. Sequitur vero rationes Varronianas [illegible] urbis ſeptingenteſimum ait habuiſſe L. Domitium & Appium Claudium Conſules; p. 121. & A. U. C. 725. Cæſare [illegible] jo Coss. rempublicam *unius iterum imperio reg*[illegible] D. collata pag. 457. C. Nec minus ad veritatem & [illegible] factorum pertinet, quod locorum ſe & Geograph[illegible] Dio fuiſſe ubivis oſtendit; qua in re Herodiano [illegible] ti multum præferendus eſt. Ceterum Dio hanc [illegible] ut ſuam hiſtoriam ad vitæ uſum accommodaret, [illegible] num cauſasque eventuum diligenter exponeret & [illegible] p. 314. A. Qua in re non vulgarem ubique r[illegible] in primis civilium intelligentiam uſumque prodit, [illegible] propterea velut peritiſſimus civilis prudentiæ magiſter [illegible] tur. Etiam legum [illegible] & rituum apud [illegible] aliarumque rerum memorabilium [illegible] Dioni debemus, quæ, [illegible] in præfatione ſua docet *Xylander* [illegible] Romana hiſtoria, titibus, ju[illegible] quentiſſime recurrendum ſibi eſt [illegible] quod cum eo paulo accuratior [illegible] Romana deſinat. Nam ne Herodianus quidem cum [illegible] Scriptores hiſtoriæ Auguſtæ, qui ſecuti hos ſunt, [illegible] ac negligenter admodum, minorique adeo fide & uſu [illegible] rant. Quare nec putarim, Dionem a *Lipſio* de induſtria, ſed ab imprudente prætermiſſum eſſe in ſerie magnorum Hiſtoricorum, quos laudat in Annotatione ad Politicorum ſuorum librum I. c. 9. T. IV. Opp. p. 125. ſq. Nam ſi a Senecæ & Ciceronis criminatione diſceſſeris, nihil fere eſt, quod in Dione non [illegible] Lipſius, cujus & inſignem uſum in Tacito illuſtrando erat expertus, quemque ſæpius prædicat velut Taciti interpretem.

§ 21. *Nævi Hiſtoriæ Dionis.*

Nihil vero hæc obſtant, quo minus nævos in Dione haud exiguos aut paucos deprehendamus. Nam in tradendis factis, ſed [illegible] tamen potiſſimum, vel in rituum ratione, ſæpenumero [illegible] & quod Cel. *Grævius* ad Suet. Aug. c. 38. ait, *D*[illegible] *calculi modo, ſed ipſa ratio fefellerit in rebus Rom*[illegible] *finitis exemplis docuerunt*; id diſtinctius in hac editione, locis in Indice deſignatis, oſtenſum deprehendes in annotationibus [illegible] hic denuo transſcriptas nemo exſpectabit, nec in [illegible] redigere facile eſt. Teneamus ergo ſummatim, quod *Lipſius* in Epiſt. Quæſt. IV. 3. *Dionem cum judicio legendum eſſe*, & quod *Voſſius* Art. Hiſt. c. 9. eum *a veritatis orbita ſæpe deflectere*: vel ſi inſigne aliquod documentum deſideret, Dionem quoque [illegible] Græculis mentiri poſſe, is, quæ de Trajani ponte in Danubio [illegible] pſit, cum annotationibus noſtris contendat; ut ea occaſione omnium minime fides Dionis prædicari debuiſſet a *Lipſio* lib. III. de Magn. Rom. c. 13. T. III. Opp. p. 447. B. Forte & generatim notandum fuerit, quod Emin. *Noriſius* ſcribit ad Cenotaphia Piſana p. [illegible] eum non ſemel filios cum parentibus confundere: *Dio lib. XLVIII.* (p. 377. B. coll. § 160) *ait; Caſtori etiam cuidam* [illegible] *ri in Gallogræcia defunctorum ditio tradita eſt A. U. C. 714.* [illegible] *buit dicere Dejotaro, non Caſtori. Dio non ſemel filios* [illegible] *mine, videlicet patrum eorundem, appellat. Ita ad A. U. C.* [illegible] (p. 567. B. coll. § 222.) *pro Archelao ponit Herodem Palæſtinum, qui Archelai pater fuit: & ad A. U. C. 734.* (p. 52[illegible] D. coll. § 82.) *Artaxiam regem Armeniæ vocat Artabazem, qui* [illegible] *fuerat.* Vide tamen, quæ ad illa loca annotavit [illegible] noſter. Portentorum ac prodigiorum multitudinem, quæ [illegible] Dio affert, quaſi divinitus miſſa ad futurum hominibus [illegible] dum, non immerito carpit Xiphilinus. Ejusdem [illegible] in quibus narrandis & interpretandis otium ſæpe Dio [illegible]

Quæ[illegible]

Quanquam enim hiſtoriæ ſcriptor hominum ſuperſtitionem, quæ ad rerum eventus aliquid momenti attulit, memorare omnino poteſt; tamen ipſemet vanis ejusmodi perſuaſionibus vacuus debet eſſe, nec rerum geſtarum gravitatem ex anilibus fabellis explicare. Verum ea imbecillitas animi proficiſcitur plerumque ex ignoratione naturæ & ſiderum; quam & in Dione noſtro paſſim deprehendere mihi viſus ſum. Certe ſolis lunæque defectiones frequentes apud Dionem ſunt, quo tempore neutiquam potuerunt accidere; ut quasvis fere nubeculas luminibus hiſce officientes eo retuliſſe videatur. vide p. 736. A. ſeu noſtræ edit. p. 1065, 62. § 63. & Indicem voc. *Eclipſes.* Vellem quoque minus diligentiæ ab eo poſitum fuiſſet in ludis, ſpectaculis, bacchationibus & deliramentis Principum minutim deſcribendis, interea dum multas res graviſſimas, quæ vel ad univerſi juris, vel certe imperii Romani conſtitutionem pertinebant, negligit aut vix obiter attingit. Jam & rei militaris rudiorem fuiſſe Dionem, cum ipſum vitæ ejus genus perſuadet, tum imago illa pugnarum, in quibus pingendis facultatem & copiam dicendi intempeſtive contrivit. Neque adeo reprehendere poſſum *Iſaaci Caſauboni* judicium, quo in Dedicatione Polybii I. iiij. a. Dionem noſtrum perſtringit: *Equidem rideam an indigner, neſcio, quoties apud Dionem Pharſalicæ aut Philippicæ, aut ſimilium pugnarum deſcriptiones lego; in quibus eloquentiæ plurimum, bellicæ vero artis & Tacticæ peritiam nullam animadverto.* Enimvero & in ceteris rebus enarrandis Dio interdum oratorem magis quam hiſtoricum, hoc eſt, partes alienas agit. Non dico jam orationes illas, quibus ex veterum more Dio etiam verba facientes inducit homines. Hactenus enim innoxie eloquentiam puto cum hiſtoria poſſe conjungi; cum quivis intelligat, non adeo quid dixerint ſinguli, ſed quid dicere pro temporum conditione potuerint, *ſpectandum* eſſe. Et forte nonnullas harum orationum *Dio* ex ipſis eorum, quos loquentes facit, ſcriptis orationibus expreſſit; quanquam ne has quidem religioſe ſervant veteres; ſicut illam Orationem Claudii ad Senatum, quæ apud *Tacitum* eſt (Annal. XI. 24.) de civitate Gallis danda, cum ea quam vere habitam a Claudio tabulæ æneæ Lugdunenſes oſtendunt apud *Gruterum* p. DII. conferens *Philippus a Turre*, vir Eruditiſſimus, apertum fecit in Monumentis Veteris Antii lib. I. c. 6. p. 90. Verum eſto, indulgeant aliquid ſuæ arti, ſuoque ingenio Hiſtorici, in orationibus [illegible] multum intererit, quomodo elata [illegible] [illegible] etiam eloquentia commodatur, [illegible] ad pingenda & ornanda ea quæ [illegible] & fingendi licentia hiſtoriæ [illegible] a Dione ſæpius admiſſum [illegible] qui præter pugnas varias, exceſ[illegible] ex urbe, p. 155. D. ſq. qui [illegible] hinc Auguſti & Antonii, [illegible] p. 379. ſq. qui incendium Veſuvii ſub Tito, p. 756. qui terræ motum Antiochiæ ſub Trajano p. 782. aliaque hujus generis apud Dionem deſcripta legerit, licentia quadam fere poetica, cui difficile eſt fidem, quaſi exploratis, & ad rei veritatem expreſſis, habere. Denique de injuria iſta, quam viris graviſſimis, Ciceroni, Senecæ, Tito, aliisque forte nonnullis, Dio judicii ſui malignitate attulit, locus hic eſſet ampliſſimus dicendi, niſi eum plus ſatis jam a plerisque Viris doctis tractatum animadverterem, ut potius quorundam paulo aſperior ſententia quodammodo emollienda videatur.

§ 22. *Dio in nonnullis defendendus & excuſandus.*

Enimvero prætermittere non poſſum, Dionem in multis, quæ ei vitio dantur, vel plane defendi, vel certe excuſari debere. Certum enim eſt, bene multos Dioni errores in factis præter ejus culpam asſignari. Nam primum Xiphilinus brevitate ſua multarum rerum geſtarum veritatem ſuppreſſit, & pervertit; quod Index noſter rerum locis collectis comprobabit. Etiam qui a Conſtantino juſſi erant Excerpta quædam, ſeu legationum, ſeu de virtutibus & vitiis, conficere, ſæpe plane contrarium ejus quod ſcripſerat Dio, in decerptis ex ejus continenti hiſtoria particulis retulerunt; cujus rei exempla videbis p. 21. § 67. noſtræ editionis. p. 67. § 154. p. 1105. § 33. Nec prætereundi ſunt librarii, qui paſſim negligentia ſua in vocabulis & literis, veram Dionis narrationem corruperunt. Nolim v. g. ipſum Dionem a *Tillemontio* T. II. p. 853. reprehenſum fuiſſe, quod Agricolæ honores triumphales παρὰ αὐτοῦ Τίτου tributos dixerit. Poterat enim a Caſaubono diſcere, librarii hoc eſſe παρόραμα, cum ipſe Dio ſcripſerit αὐτοῦ τούτου p. 755. A. ſcilicet Domitiano. Sic & templum Martis Ultoris p. 737, 52, noſtræ edit. non a Dione, ſed a librariis puto in Capitolio collocatum, cum verba ἐν τῷ Καπιτωλίῳ, tranſpoſita, pertineant ad ſequens ſtatim Διὸς τοῦ Φερετρίου, nec Dio, quo in loco fuerit Martis Ultoris templum ignorare potuerit. Quid dicam de interpretibus? qui latine convertendo Dionem, errores plurimos invexerunt, de quibus ipſe ne per ſomnium quidem cogitavit? Nam Blancum, Xylandrum, ipſumque Leunclavium eo nomine paſſim notari, ſatis conſtat. Sunt alia, in quibus paulo æquior interpres Dionis ſententiam, ubi quid offenſionis habere videbatur, cum veritate haud difficulter conciliaverit. Sed de iis potiſſimum nunc Viris dicam, qui cum ipſi a veritatis tramite deflexerint, Dionem quaſi a vero aberrantem accuſant. Chronologiam v. g. Dionis falſi agunt in rebus nonnullis Judæorum Petavius, Baronius, Ricciolus, quam tamen veriſſimam eſſe, & ipſius Joſephi Chronologiæ præferendam, manifeſte docuit Em. *Noriſius* ad Cenotaphia Piſana p 145—148. Sic & Chronologiam Dionis in tempore imperii Elagabali deferendam aut corrigendam eſſe contendit V. Cl. *Jo. Vignolius* de anno I. Imperii Severi Alex. apud Fabricium Hippolyti T. I. p. 145. ſq. quam tamen recte ſtare apparebit ex diſputatis p. 1352. § 13. noſtræ editionis. Alio etiam loco *Noriſius* Cen. Piſ. p. 262. ſq. Chronologiam Dionis comprobat & confirmat; nec eum facile ulli hiſtorico hac in re poſtponendum arbitror. Sed nemo, quod ſciam, tam copioſos & confertos in Dione errores deprehendiſſe ſibi viſus eſt, quam in una Trajani vita Eruditiſſimus *Dodwellus*; quem tamen minus feliciter rem egiſſe, & iniquius ubivis a Lampridio contra Dionem ſtare, niſi me fallunt omnia, ſatis docui. Neque enim ullum eſt caput tam multiplicis accuſationis, quin injuriam Dioni factam eſſe prodat intelligentibus; adeo in omnibus ac ſingulis vere ſcripſit Dio, præter rem accuſatus eſt a Dodwello. Neque illud admitti poteſt, quod Dionem incidiſſe putat in Scriptores Trajano infeſtos. Nam quis veterum illuſtriorem Trajano laudem impertiit Dione? vide p. 771. ſq. 776. B. C. D. 777. D. E. 778. A. B. 781. D. E. Sed quod non omnia extollit cæco impetu, quis eidem vitio vertat, cum id potius ingenui & ſinceri ſcriptoris indicium ſit? Generatim vero, abſtergenda ſimul eſt nomini Dionis macula, quam illi adſperſit Xiphilinus, quamque refricarunt multi recentiorum, quod metu aut aſſentatione Cæſarum, in Pompejanos, in Brutum & Caſſium, proque forma reipublicæ immutata, & ſingulis Imperatoribus, quædam contra verum, animique ſui ſententiam ſcripſerit. Quaſi vero non prudentiſſimi quique Romanorum in ea tum ſententia fuerint, Pompejum improvide in multis egiſſe, rempublicam autem mole jam ſua tum laborantem, & ſecum ipſam diſcordem, niſi ſub unius imperio & tutela, ſalvam eſſe non poſſe: quaſi res ipſa non loquatur, ex Caſſiorum Brutique facinore, poſt pacatum penitus ſtatum civitatis, infinitas turbas, bella, cædes, rapinas, incendia, ad optimorum, qui ſupererant, virorum perniciem coorta eſſe: quaſi denique Dio non libere & ſimpliciter omnes ac ſingulos imperatores, & in his meliores etiam, a quibus ipſe beneficia acceperat, Pertinacem, Macrinum, ob ea quibus laborabant vitia, reprehendat, unum Alexandrum Severum, quem pro meritis in ſe illuſtribus prædicare vel maxime debuiſſet, illaudatum relinquat. Si quid hujus generis vitio verti Dioni poteſt, æquius audio eos, qui acerbitatem illius in Cicerone, Seneca, viris optimis, carpendis notant. Nam ſive jam tum de nævis, qui magnis iſtis viris utique adhærebant, criminationes exſtarent malevolorum, Dioque ſe in eo alienum oſtendere voluerit a partium ſtudio, quod ne illos quidem reticeret: ſive eloquentiæ & philoſophiæ laudem ſibi aut Græcis ſuis, deprimendo eloquentiſſimos & graviſſimos Romanorum, quæſiverit: videtur tamen nimis iniquus & copioſus eſſe in eorum vitiis, nimis parcus & invidus in virtutibus exponendis. Neque tamen ſcio, an Viri rerum periti & moderatioris judicii, meruiſſe propterea Dionem putabunt cenſuram *Shafteſburii*, Characteriſtiks Vol. III. p. 24. not. *And what has been deliver'd down to his* (Senecæ) *prejudice, is by the common Enemy of all the free and generous Romans, that apiſh ſhallow Hiſtorian, and Court-Flatterer, Dion Caſſius, of a low Age, when Barbariſm (as may be eaſily ſeen in his own Work) came on apace, and the very Traces and Features of Virtue, Sciences and Knowledg, were wearing out of the World.* Adde *Sallierium* Abbatem, ſur le Caractere de quelques Hiſtoriens Grecs. Mem. de Litterat. de l' Acad. des Inſcr. & belles Lett. T. VIII. p. 228. ubi ſic de Dione: *Jamais Hiſtorien ne s' eſt livré plus ouvertement a la ſeduction de la haine et de la prevention. Il ſuffit de jetter les yeux ſur l' invective, que dans ſon XLVI. livre il fait declamer contre Ciceron: l'eclat des talens, et la grande reputation de ce Romain lui ont attiré ces reproches, bien pluſtot que les maux dont on l'accuſe dans ce diſcours d' être l'auteur.* Quod ſi quis hos in Dione reprehendendo, non minus ut Dionem in carpendis Seneca & Cicerone, modum exceſſiſſe dixerit, me quidem facile habebit aſſentientem. Sinamus utrinque, nævos magnorum ejusmodi virorum, plurimis & maximis eorum virtutibus obſcurari, non contra virtutes nævis.

§ 23. *Judicia de Dione collecta.*

Jam poſt hæc diſtincte demonſtrata, quid eſt, quod oſtentationis cauſa, teſtimonia & judicia aliorum plurimorum de Dione, ipſis eorum verbis longa ſerie apponam? quorum pars brevius imo obiter tantum & perfunctorie de Dione agit, nec ipſum auctorem longo uſu trivit, pars etiam modum ſeu laudis ſeu vituperii excedit.

Otium quoque mihi in colligendis potioribus de Dione judiciis fecit *Martinus Hankius* de Romanar. rer. Scriptoribus P. I. c. 20. & *Thomas Pope Blount* in Cenſura celebriorum auctorum p. 194 ſqq. multo etiam plurium ipſa pariter verba de Dione exhibet *Nic. Carminius Falco* in Prolegomenis ad Dionem ſuum, magna diligentia ſcriptis, in quibus capite VI. ſunt Clariorum Scriptorum judicia de Dione ejusque Romana Hiſtoria. Præter veterum autem Scriptorum & Editorum Dionis judicia, potiores & ex inſtituto de Dione agentes ſunt *Ger. Jo. Voſſius* de Hiſtoricis Græcis lib. II. c. 15. *Sebaſt. Tillemont* in Alexandro Severo, Articulo 27. & 28. T. III. p. 376. ſqq. & in M. Aurelio, Artic. 16. T. II. p. 654. ſqq. *Franc. la Motte le Vayer* Jugement ſur les anciens & principaux Hiſtoriens Grecs et Latins p. 96 ſqq. & de Scriptis ſimul editionibusque Dionis *Jo. Alb. Fabricius* Bibliothecæ Græcæ Vol. III. p. 319. ſqq.

§ 24. *Editiones Hiſtoriæ Dionis.*

Reſtat ut & ipſe hic editiones Dionis, ſcriptaque eo pertinentia indicem; qua in re Fabricii noſtri, itemque Falconis c. V. Proleg. operam laudabilem & auctoritates advocabo, ſi quos egomet libros ipſe non viderim aut poſſideam, eorum autem quos vidi titulos integros dabo.

Græca Editio Roberti Stephani.

Hoc titulo: τῶν Δίωνος Ῥωμαϊκῶν ἱστοριῶν εἰκοσιτρία βιβλία. Dionis Romanarum Hiſtoriarum libri XXIII. a XXXVI. ad LVIII. usque, ex Bibliotheca Regia, Lutetiæ, ex officina *Rob. Stephani*, typographi Regii, typis Regiis, 1548. (fol.) ex privilegio Regis. In fine libri legitur: Excudebat Robertus Stephanus typographus Regius Lutetiæ Pariſiorum, anno 1548. Prid. Cal. Febr.

Implet paginas 498. inde a fragmento libri XXXVI. usque ad finem non Dionis modo, ſed Roberti quoque caſtigationum; quatuor folia præmiſſa continent titulum & præfationem, & fragmentum libri XXXV. Græcus chracter eſt nitidiſſimus: textus accurate correctus ad fidem codicis MS. Præfationem & Caſtigationes Roberti habes ſupra p. 1375. De ipſa editione dixi in Præfatione ad Vol. I. §. 2. 3. De codice MS. quo uſus eſt, in Bibliotheca Regis Chriſtianiſſimi exſtante, confer Antonii Pagi Criticam Annalium Baronii ad A. C. num. 1.

Latinæ editiones.

Franciſci Piccolominei, nulla eſt. Fallitur enim Cornelius a Beughem in Incunabulis typographiæ p. 53. memorans Dionis Hiſtoriæ Romanæ libros XLVI. latine factos per Franciſcum Piccolomineum 1489. 4. Is enim Franciſcus Tudeſchinus de Picolhomineis, Senenſis, ut docet Falco § 1. Pii II. ex ſorore nepos, poſtea ipſe Pont. Max. Pius III. cum adoleſcens eſſet, Dionem potius Chryſoſtomum de Regno latine vertit, & Nicolao V. nuncupavit anno 1454. ſed jacuit opus, donec editum eſt ſub titulo: *Dion de Regno. per Platonem de Benedictis. Bononiæ anno Domini M. CCCC. LXXXXIII.* in 4. Ita Falco, qui evolvit librum Romæ in Bibliotheca Caſanatæa. Ex hac Dionis Chryſoſtomi verſione Beughemium per errorem Dionis Caſſii verſionem finxiſſe, Falco non immerito judicat.

Arnoldi Peraxyli non edita. Antonius Teiſſerius in elogiis Thuaneis T. I. p. 203. inter ſcripta edita Arnoldi Peraxyli primo loco memorat Dionis Cocceji Romanæ hiſtoriæ libros XXII. Sed eam verſionem Geſnerus in Bibl. p. 92. b. a Peraxylo exſpectare jubet, utrum unquam edita ſit, merito dubitat Clariſſ. Baylius in Lexico, ubi de Peraxylo agit. Hæc Fabricius.

Gulielmi Xylandri editam poſſideo hoc titulo: Dionis Caſſii Nicæi Romanæ hiſtoriæ libri (tot enim hodie extant) XXV. nimirum a XXXVI. ad LXI. quibus exponuntur res geſtæ a bello Cretico usque ad mortem Claudii Cæſaris, quæ eſt hiſtoria annorum circiter CXX. nunc primum ſumma fide diligentiaque de Græcis Latini facti, Gulielmo Xylandro Auguſtano interprete. His acceſſerunt ejusdem Annotationes, in quibus autoris hujus quamplurima aut reſtituuntur corrupta, aut explicantur obſcura loca. Additum eſt Joannis Xiphilini e Dione Compendium, Guli. Blanco Albienſi interprete: quæ verſio ab eodem Xylandro diligenter eſt ubi oportuit caſtigata. Iidem libri Dionis ac Xiphilini ſeorſim Græce quoque eduntur, accurate ab eodem emendati: *(non editi videntur, conſilio quacunque de cauſa interverſo)* adhæc rerum & verborum copioſiſſimus index. Cum Cæſ. Maj. gratia & privilegio ad decennium. Baſileæ apud Joannem Oporinum. fol.

Nulla anni nota additur, niſi quod præfatio data eſt Baſileæ Calendis Nov. 1557. unde hoc aut ſequenti anno prodierit. Dio eſt pagg. 420. præter præfationem. Sequitur Xiphilinus a pag. 421—620. tum annotationes in Dionem p. 621—668. hinc annotationes in Xiphilinum p. 671—676. denique index communis Dioni & Xiphilino. Præfationem & Annotationes habes ſupra p. 1384. ſqq. vide & Præf. Vol. I. § 4.

Ejusdem Xylandri editionem aliam vidi eodem fere titulo, usque ad verba, *ab eodem Xylandro diligenter caſtigatum*; cetera omittuntur. Lugduni apud Gulielmum Rovillium ſub Scuto Veneto 1559. 8.

Dio excurrit ad p. 884. hinc leguntur annotationes in Dionem, quæ ſunt paginarum 125. tum Index ad Dionem tantum accommodatus, ſed relictis hinc inde negligentius vocabulis ad Xiphilinum pertinentibus, imo eſt ubi & paginarum numero ad priorem editionem referendo. Xiphilinus ergo, qui latine in titulo promittitur, ſeparato fortaſſis volumine in 8. edi debuit, cum annotationibus Xylandri: quod an factum ſit non dixerim. Græcus Dio & Xiphilinus hic ne in titulo quidem promittitur, præfatio tamen, iisdem verbis ex priore editione repetita, ſpem iſtam relinquit; non magis tamen, credo, poſthac impletam.

Xylandro-Leunclaviana, hoc titulo: Dionis Caſſii Coccejani Hiſtoriæ Romanæ libri XLVI. partim integri, partim mutili, partim excerpti: Jo. Leunclavii ſtudio tam aucti, quam expoliti. Fragmenta priorum XXXIV. amiſſorum, & poſte[illegible] XX. librorum. Notæ Leunclavii, quibus Dionia pl[illegible] reſtituuntur. Adjectus index copioſiſſimus. 1592. Francofu[illegible] Andreæ Wecheli heredes, Claudium Marnium & Joan. [illegible] S. Cæſareæ Majeſt. privilegio. in 8.

Præter præfationem, & vitam Dionis, ind[illegible] Dio ipſe & Xiphilinus, cum fragmentis Dionis & an[illegible] Leunclavii, implet paginas 1101. Annotationes recuſ[illegible] 1453. [illegible] de ipſa editione egi Præfat. Vol. I. § 6. & § 10. [illegible]

Particulæ Dionis latine converſ[illegible]

Jo. Auriſpa, Netinus, Siculus, vertit Conſolato[illegible] ceronem, quam editam Pariſ. 1510. 8. men[illegible] bricius ad Dionis Vol. I. p. 172. § 122.

Cælius Secundus Curio edidit ſelectarum epi[illegible] II. & Orationum librum I. Baſileæ per Jo. Oporin[illegible] bus a p. 135—182. Agrippæ contra Monar[illegible] pro Monarchia adverſariæ orationes ex Dioni[illegible] Secundo Curione interprete. Falco § 8. Fab[illegible] Dionis § 3. qui & Agrippæ orationem ſeparatim [illegible] 8. & Curionis Commentarios in Philippicas [illegible] Dionis Orationes Baſil. 1551. fol. laudat ad fi[illegible]

Jo. Freinshemius in Suppl. Liviano lib. CXXXI[illegible] orationem liberius expreſſam exhibet.

Alb. Frid. Melmannus vertit ex Dione Auguſti [illegible] Orationes duas, ad maritos unam, ad cœlibes alteram, ad calcem [illegible] 1591. 4. ut annotavit Fabric. ad *Bibl. Gr.*

Joannes Pinus, Toloſanus epiſcopus, decem [illegible] viratu Auguſti ad mortem Neronis vertiſ[illegible] Alcyonium præf. ad libros IV. Meteoror. [illegible] Venet. 1521. annotante Fabricio.

Franc. Philelphum vehementer voluiſſe vel A[illegible] rum, vel Dionem vertere, apparet ex ej[illegible] ad Franc. Guarnerium. 22. ad Franc. Go[illegible] cum Barbum Cardinalem Vicentinum, & [illegible]

Ge. Merulæ verſionem Nervæ, Traj. Hadr. [illegible] philino.

Græco-Latinæ edition[illegible]

Henrici Stephani, hoc titulo: τῶν Δίωνος [illegible] ἱστοριῶν βιβλία πέντε καὶ εἴκοσι, Dionis Ca[illegible] riarum libri XXV. ex Guilielmi Xylandri [illegible]

Henr. Steph. de Dionis Hiſt.

> Scripſerunt alii florentis tempora Rom[illegible]
> Et grave ſit quonam tempore paſſa [illegible]
> Hiſtorias alias iſti conferto Dionis,
> Rivi, illæ, ſed fons iſta Dionis erit.

Excudebat Henricus Stephanus anno [illegible]

Præter Dedicationem & Præfationem, [illegible] excurrit ad p. 792. Genevæ prodiiſſe p[illegible] eſt luculentus, & textus probe correctus. [illegible] ribus egi in Præfat. Vol. I. § 5. Pra[illegible] ſupra p. 1442. ſqq.

Jo. Leunclavii hoc titulo: τῶν Δίωνος τοῦ K[illegible] Ῥωμαϊκῶν ἱστοριῶν τὰ εὑρισκόμενα. Dionis [illegible] riæ Romanæ libri XLVI. partim integri, [illegible] excerpti: Joannis Leunclavii ſtudio tam [illegible] Fragmenta priorum XXXIV. amiſſorum, [illegible] librorum. Notæ Leunclavii, *quibus Di*[illegible] tur. Accedunt & *R. Stephani, G. Xylan*[illegible] Stephani, *F. Urſini* notæ. quibus Dioni [illegible] qua medela, ſimul accedit. Adjectus I[illegible] noviæ, typis Wechelianis, apud Claudium [illegible] Joan. Aubrii 1606. fol. cum Sac. Cæſare[illegible] ad ſexennium.

Dio ipſe cum annotationibus continetur [illegible] tiones legere eſt ſupra p. 1453. ſqq. d[illegible] Leunclavius & poſtuma hac editione, egi [illegible] num. III. & V.

Nic. Carm. Falconis, hoc titulo; Κυιν. Κα[illegible] Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας ἐκ τῶν αὐτοῦ ἐκλογαῖς ([illegible] μος πρῶτος. Q. Caſſii Dionis Coccejan[illegible] mus primus, continens priores libros X[illegible] U. C. annum DCX. poſt everſam Car[illegible] Nunc primum detectos, reſtitutos, conc[illegible] verſione, & perpetuis ſuis variorumque [illegible] bore Nic. Carminii Falconii Metropolit[illegible] Brutiis ulterioribus in Regno Neapolitano, [illegible] Nro Benedicto XIV. Pontifici O. M. D. [illegible] Domini 1747. fol. apud Joſephum de Bo[illegible] phum, ſuperiorum permiſſu.

Opus

Opus ipſum eſt paginarum 306. Prolegomena, in quibus multum operæ & ſtudii poſuit Auctor, & quæ mihi quoque uſui fuiſſe interdum non diffiteor, duerniones plagularum A—I explent. Sed quæ pro Dione venditantur, ex Plutarcho & Zonara exſcripta eſſe verbotenus, intelliges ex Præfat. mea ad Vol. I. §. 12. 13. 14. & nota 1. ad Fragmentum I. confer & Epiſtolam Em. Card. Quirini & Illuſtriſſ. Marchionis Scipionis Maffeji, infra legendas.

Fragmenta Dionis, Græce aut Græco-Latine edita.

Fulvii Urſini, hoc titulo: ἐκ τῶν Πολυβίου τοῦ Μεγαλοπολίτου ἐκλογαὶ περὶ πρεσβειῶν. Ex libris Polybii Megapolitani Selecta de legationibus, & alia quæ ſequenti pagina indicantur: nunc primum (*græce*) in lucem edita ex bibliotheca Fulvii Urſini. Antwerpiæ ex officina Chriſtophori Plantini 1582. 4. Sequens pagina hæc habet: Fragmenta ex hiſtoriis quæ non exſtant, Dionyſii Halicarnaſſei, Diodori Siculi, Appiani Alexandrini, Dionyſ. Caſſii Nicæi, de Legationibus. Dionyſ. lib. LXXIX. & LXXX. imperfectus. Emendationes in Polybium impreſſum. Baſileæ per Joannem Hervagium anno 1529. 4.

Excerpta Dionis de Legatt. incipiunt p. 373. ad p. 416. ibi ſequitur Fragmentum LXXXIII. quod eſt librorum Dionis, non 79. & 80. ut tradidit Urſinus, ſed LXXVIII. & LXXIX. idque non ex Legationum codice, ſed ex alia membrana Urſini, quæ nunc Vaticana eſt; porrigitur hoc fragmentum usque ad p. 447. Hinc notæ Urſini & variæ lectiones p. 1—182. Vide quæ dixi in Præf. Vol. I. § 8. & Fabricium Bibl. Gr. Vol. VI. p. 490. ſqq. Excerpta priorum XXXIV. Dionis librorum dedi Vol. I. p. 58—75. cum Urſini Annotationibus; reliquorum ſuis locis inſerta ſunt. Eadem, non vero alia, ut Fabricius putabat, ſunt Excerpta, ſub Theodoſii τοῦ μικροῦ nomine, ex Sylburgiano codice edita a Leunclavio in utraque Dionis editione. Sed cum Urſinus ſua Excerpta a Joanne quodam Conſtantinopolitano collecta dicat, difficile dictu eſt, an & quomodo hæc conciliari poſſint, aut quis Theodoſius ille, quis Joannes fuerit. Reineſius epiſt. LXVI. ad Rupertum p. 584. ſq. Joannem illum Antiochenum putabat, eundemque & Malelen dictum, quod merito refellit Rupertus p. 599. cum Joannes Antiochenus & Joannes Malelas diſerte in iis Excerptis diſtinguantur. Addo, collectorem excerptorum Joannem debere utique diverſum eſſe ab utroque & Antiocheno & Malela ex quibus excerpſit. Sed forte verius tribuuntur Theodoſio hæc excerpta, quippe qui in codice Thuaneo diſerte in titulo ſcribit: ὁ ἑρμηνεύσας τὸ παρὸν Θεοδόσιός ἐστιν ὁ μικρός. vide Fabricium Bibl. Gr. Vol. II. p. 758.

Peireſciana Henrici Valeſii, hoc titulo: Polybii, Diodori Siculi, Nicolai Damaſceni, Dionyſii Halicar. Appiani Alexand. Joannis Antiocheni, Excerpta ex Collectaneis Conſtantini Auguſti Porphyrogenetæ. Henricus Valeſius nunc primum Græce edidit, Latine vertit, notisque illuſtravit. Pariſiis 1634. 4. ſumptibus Maturini du Puis via Jacobæa ſub ſigno Coronæ, cum privilegio Regis.

Textus eſt paginarum 853. ſine præf. & indice: notæ ſunt paginarum 126. Excerpta ex Dione leguntur p. 568—769. ſequuntur alia Fragmenta Dionis a Valeſio ex pluribus collecta p. 770—777. Inſerui meæ editioni ſuis locis quæ ad libros poſteriores ſpectant, ſed quæ ad libros priores XXXIV. pertinent, leguntur Vol. I. p. 1—57. ſubjectis ubique Valeſii annotationibus. Vide etiam dicta Vol. I. Præf. § 9.

Jac. Gronovii, hoc titulo: Jacobi J. F. F. Gronovii ſupplementa lacunarum in Aenea Tactico, Dione Caſſio & Arriano de Expeditione Alexandri. Lugd. Batav. apud Danielem a Gaesbeek. 1675. 8. paginarum 176. præter dedicationem Magliabequio ſcriptam.

Nicolai Carminii Falconis opera prodierunt Κασσίου Δίωνος Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας τὰ τελευταῖα βιβλία τρία εὑρισκόμενα καὶ ἀποκαθιστάμενα. Caſſii Dionis Romanæ Hiſtoriæ ultimi libri tres reperti reſtitutique ſtudio ac labore Nic. Carminii Falconis Presbyteri, in utroque Jure & in ſacra Theologia Doctoris & Protonotarii Apoſtolici. Romæ 1724. 4. in typographia Chracas, prope S. Marcum in via Curſus. ex authoritate Superiorum.

Præter Dedicationem & Præfationem, Dio una cum annotationibus Falconis habet paginas 186. confer Acta Erud. 1726. p. 435. Quid in ea editione deſiderandum videatur, aperui in Epiſtola ad Em. Card. Quirinum, cujus & utraque epiſtola ad me data, & March. Maffeji eodem ſpectat. vide & Præfat. Vol. I. § 9.

Græco-Latinæ editiones Dionis promiſſæ.

Xylandri, in titulo & præfatione Dionis Latine converſi; ſed græca non prodiiſſe puto.

Huguetanorum fratrum. vide Acta Erud. 1701. p. 430. quam in herba periiſſe dicit Fabricius.

Obadiæ Oddey. vide Acta Erud. 1712. p. 528. Quod autem jam proſtare ejus ſpecimen ibi ſcribitur, de eo nihil in Anglia conſtare, per literas mihi ſignificavit Excellentiſſimus Richardus Meade, a cujus humanitate caſtigationes Oddeyanas ad Dionem impetravi, quando tum & alius Vir non vulgaris eruditionis in Anglia novam Dionis editionem moliri cœperat, ſed ob alias rationes jam abjecerat.

Scip. Maffeji, quam cogitaſſe ſcribit in Iſtoria Diplomatica, Mantuæ 1727. 4. p. 18. & de qua conſilium priſtinum uberius exponit in Epiſtola Italica ad Hieron. Lagomarſinum, quam infra exhibeo

Verſiones Dionis aliæ.

Italica, Leoniceni, quam vidi, hoc titulo: Di Dione Hiſtorico Greco delle Guerre Romane libri XXII. tradotti in Toſcano per M. Nicolo Leoniceno & nuovamente ſtampati in Vinegia 1542. 8. (foliorum 491.) in fine legitur: in Vinegia per Giovanni de Farri & fratelli nell' anno di noſtra ſalute 1542. eſt in forma 8.

Primam editionem Venetiis 1526. 8. penes ſe habuit Cl. Falco, itemque aliam vidit ibidem 1532. 4. editam apud Nicolaum de Ariſtotile, dictum Zoppinum, nuovamente venuta in luce, ne piu in lingua alcuna ſtampata. in fine docetur, deſiiſſe edi menſe Martio 1533. Oſtendit autem Falco § 3. verſionem Leoniceni MS. veniſſe in manus Bernardini Barboji, Ferrarienſis Presbyteri, & poſt mortem demum Leoniceni, quæ ei prope centenario anno 1524. VI. Id. Jun. contigit, vulgatam eſſe Venet. 1526. 8. De verſione hac vide dicta Vol. I. præf. § 2.

Italica, Franciſci Baldelli, Cortonenſis, ex Hetruria, quam ſe dicit ex Latina Xylandri confeciſſe, diſſimulans jam Italice converſum eſſe Dionem a Leoniceno. Non tam barbara & obſcura eſt ac Leoniceni. Præmittitur vita Dionis a Thoma Porcachio deſcripta. Prodiit Venetiis 1563. 4. 1565. 4. apud Gabrielem Julitum de Ferrariis & iterum ibidem 1584. 4. Hæc Falco § 13. Illuſtriſſimus Maffejus in Traduttori Italiani Venet. 1720. 8. memorat etiam Baldellianæ verſionis editiones 1562. & 1568. 4. priorem tamen eandem putarim cum illa quæ Falconi dicitur anni 1563.

Gallica, Claudii Roſerii, ex Italico Nic. Leoniceni translata, Pariſ. 1542. fol. laudatur a Fabricio.

Gallica, Franc. Belleforeſti XI. Orationum Dionis ex libris XXXVI. XXXVIII. XLI. XLIII. XLIV. XLV. L. quæ cum multis aliis Græcorum Latinorumque orationibus gallice prodierunt Pariſ. 1572. fol. recuſæ 1588. fol. apud Petrum Menerium, via Atrebatenſi ad portam S. Victoris; teſte Falcone § 13.

Xiphilini editiones.

Græca, Roberti Stephani, hoc titulo: Ἐκ τῶν Δίωνος τοῦ Νικαέως Ῥωμαϊκῶν ἱστοριῶν ἀπὸ Πομπηΐου Μάγνου μέχρι Ἀλεξάνδρου τοῦ Μαμαίας, ἐπιτομὴ Ἰωάννου τοῦ Ξιφιλίνου. Dionis Nicæi rerum Romanarum a Pompejo Magno ad Alexandrum Mamææ, Epitome, authore Joanne Xiphilino, ex bibliotheca Regia. Lutetiæ ex officina Roberti Stephani typographi Regii, Regiis typis. 1551. 4. cum privilegio Regis.

Habet pp. 357. & duo folia variarum lectionum; præfationem non adjecit.

Latina, Guil. Blanci, hoc titulo: Dionis Nicæi rerum Romanarum a Pompejo Magno ad Alexandrum Mamææ filium Epitome, Joanne Xiphilino authore, & Guilielmo Blanco Albienſi interprete, ad Georgium Armeniacum, Cardinalem Ampliſſ. Lutetiæ, 1551. 4. cum privilegio Regis.

Habet pp. 280. præter præf. & indicem. In Ge. Armeniaci Cardinalis, Romæ verſantis, domum receptus, Xiphilini codicem cum vidiſſet, vertere cœpit; quod cum probaret Cardinalis, contendit abſolvere æſtate ruſticans cum Jacobo Sabello Cardinali, & dedicavit tandem Romæ VII. Cal. Martias 1550. unde ſequenti anno Lutetiæ verſio hæc excuſa eſt. Sæpius animadvertere licet, inquit Leunclavius ad p. 917. fin. interpretem Blancum ſuis in libris quædam integriora reperiſſe, quam ea ſint quæ in noſtris leguntur. Eadem verſio a Guil. Xylandro caſtigata cum ejus Dione Latino anni 1557. fol. prodiit, ut ſupra annotavi; ut taceam Leunclavianas editiones.

Ge. Merulæ, quoad partem aliquam Xiphilini. Nam Dionis Caſſii Nicæi Nerva Coccejus, Trajanus Nerva, Hadrianus, & conflagratio Veſevi montis ex Dione, Georgio Merula Alexandrino interprete, exſtant inter Scriptores Hiſtoriæ Auguſtæ Latinos, excuſos Venetiis in ædibus Aldi & Andreæ ſoceri 1516. & 1519. in 8. & hinc ſæpius apud Colonienſes, & Baſileenſes, in fol. etiam Robertum Stephanum Pariſ. 1544. 8. III. Vol. In mea editione Colonienſi in ædibus Eucharii Cervicorni 1527. fol. exſtant hæc Dionis p. 131—147. Duodecim primorum Imperatorum vitas e Xiphilino Latine verſas a Ge. Merula ſe habere teſtatus eſt Jo. Bapt. Pius in Annotationibus poſterioribus c. 21. confer Giornale de' Letterati d' Italia. T. XVII. p. 313. ſqq. & Jo. Matth. Toſcani Peplum Italiæ num. XXXV.

Græco-Latinæ editiones Xiphilini.

Roberti Stephani, cum Blanci verſione ſeparatim excuſa Pariſ. 1552. 4. memoratur Fabricio & Falconi §7.

Henrici Stephani, hoc titulo: ἐκ τῶν Δίωνος ἐκλογαὶ Ἰωάννου τοῦ Ξιφιλίνου. E Dione excerptæ hiſtoriæ ab Joanne Xiphilino, ex interpretatione Guilielmi Blanci a Guilielmo Xylandro recognita. Henrici Stephani in Joannem Xiphilinum, poſt duos egregios meſſores (Xylandrum & Sylburgium) Spicilegium. Excudebat Henricus Stephanus (Genevæ) 1592. fol.

Habet pp. 376. præter Dedicationem, Præfationem, Spicilegium, & Indicem. ἐκλογὰς autem inſcripſit Henricus, quia eum ἐκλέγεσθαι potius quam ἐπιτέμνειν, Excerpta potius, quam Epitomen dare contendit in Præfatione. Sed ipſe Xiphilinus ἐπιτομὴν vocat p. 68. edit. RS. & p. 70. E. ſq. edit. HS. ubi & Joannis Patriarchæ ſe ex fratre nepotem fuiſſe, & ſub Michaele Ducæ filio ſcripſiſſe indicat, ut manifeſte fallantur, qui hunc ipſum Patriarcham Conſtantinopolitanum faciunt, reprehenſi jam a Guil. Caveo Hiſt. Lit. Scriptor. Eccleſ. ad A. C. 1066.

Ejusdem in Scriptoribus Hiſtoriæ Auguſtæ Græcis & Latinis 1564. 8. IV. Vol. ſeparatim Graece, & ſeparatim Latine, ex Blanci interpretatione. Habeo hujus editionis Tomum ſed titulo deſtitutum, qui Xiphilinum & Herodianum complectitur. Xiphilinus graecus eſt paginarum 383. Latinus pp. 336.

Friderici Sylburgii, in Romanae hiſtoriae Scriptoribus Graecis minoribus, qui partim ab urbe condita, partim ab Auguſto imperio, res Romanas memoriae prodiderunt, cum annotationibus, opera & ſtudio Friderici Sylburgii Veterenſis. Francofurti apud Andreae Wecheli heredes Claudium Marnium & Joannem Aubrium, An. Chr. 1590. fol.

Tomo III. Xiphilinus legitur p. 137—452. & annotationes p. 917—944. accedit index Graecus etiam ad Xiphilinum pertinens, vide dicta in Praef. ad Vol. I. §7.

Verſiones Xiphilini aliæ.

Italica, Fran. Baldelli hoc titulo: Epitome della Hiſtoria Romana di Dione Niceo di XXV. Imper. Romani, da Pompejo Magno fino ad Aleſſandro Figliuolo di Mammea, tradotto per M. Franceſco Baldelli. allo Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. Monſignore, il Signor Cardinale da Eſte, con Privilegii, in Vinegia appreſſo Gabriel Giolito de Ferrari. 1562. 4.

Habet pp. 367. praeter dedicationem datam Cortonae 10 Decemb. anni 1561. & Indicem. Editionem praeterea anni 1585. ibid. in 4. memorant Fabricius & Falco.

Gallica Antonii de Bandole, Advocati in Provincia, ex latino facta Pariſ. 1610. 4. additis notis & aphoriſmis Politicis, laudatur a Fabricio p. 327. De *Balduini & Davilæ* verſionibus Gallicis apud Falconem §21. non habeo quod dicam.

Gallica Ludovici Couſini hoc titulo: Hiſtoire Romaine écrite par Xiphilin, par Zonare & par Zoſime, traduite ſur les Originaux Grecs par M. Couſin Preſident en la Cour des Monnoyes a Paris. chez la Veuve de Damien Foucault 1678. 4. & ſuivant cette copie a Amſterdam & a la Haye chez Moetjens. 1685. II. Vol. in 12. recenſetur in Nouv. de la Rep. des Lettres 1686. pag. 109. ſq.

Anglica Manningi. Londini 1704. 8. II. Vol. a Fabricio memoratur.

Germanica Ludov. Chriſt. Stiegehauſii Rectoris [illegible] Græci doctiſſimi, fuit quondam MS. in meis manibus, bibliopolis ſed fruſtra, exſpectans.

Scripta ad Dionem pertinentia.

Jo. Henr. Bœclerus, Mæcenatis conſultationem, quam Politicæ Monarchicæ compendium jure appellari poſſe non dubitat, ſingulari Diatriba illuſtravit, quæ legitur inter ejus Diſſertationes publice editas Argentorati 1710. 4. T. II. p. 710—758.

J. Seobaldi Fabricii, S. Theol. D. Academiæ Heidelbergenſis Profeſſoris, Comitis Palatini, C. Julius Cæſar Numiſmaticus, ſive Diſſertatio hiſtorica, Dionis Caſſii, ſcriptoris Græci, ſelectiora commata, C. J. Cæſaris ortum, dignitates, connubia, interitum, rogum & apotheoſin complexa, numiſmatum demonſtratione illuſtrans. Londini typis Benneti Griffin, impenſis Jonathanis Edwin, ad inſigne trium roſarum prope Ludgat. 1678. 8. [illegible] paginarum 80. præter Dedicationem ad Excell. Heneage Finch, magnum Angliæ Cancellarium, Caroli II. Regis Conſiliarium intimum, qua de uſu numiſmatum breviter agit, & hanc Diatribam de Cæſare, partem indicat eſſe majoris operis, quo Cæſarum vitas e Scriptoribus Græcis per nummos exponere aggreſſus eſt in Athenæo Palatino. De reliquis viri ſcriptis conſ. Fabricium noſtrum in Centuria Fabriciorum utraque: ubi tamen Cent. II. p. 78. ſq. Diſſ. Hiſtorica in Dionis Caſſii ſelectiora Commata (quæ ſimul laudatur in Ant. Wood Athen. Oxon. T. II. p. 870) minime recte diſtinguitur ab ejusdem Julio Cæſare Numiſmatico. Similiter de hoc libello Bandurius judicat in Bibliotheca nummaria p. XCIX. & [illegible] ad Dionem nihil afferre illuſtrationis, ex perlectione libri attenta, ſcio.

Mea *H. S. Reimari* epiſtola ad Em. & Rev. D. D. Angelum Mariam tituli S. Marci Cardinalem Quirinum Brixiæ Epiſcopum & Bibliothecarium Vaticanum cet. occaſione edendi Dionis Caſſii ad Nic. Carminii Falconis J. U. & S. Theol. Doct. & Proton. Ap. editionem trium quatuorve Dionis librorum, ex antiquiſſimo codice reſtitutorum, animadverſiones nonnullas ſummi Viri judicio ſubmittens. Hamburgi apud Jo. Carolum Bohnium 1746. 4. paginarum 51. vide Act. Erud. 1746. Jun. p. 321. ſqq. Harum emendationum Dionis pleraſque, quæ ſe etiam curis poſterioribus probarunt, huic Volumini inſerui; in nonnullis, re maturius perpenſa, ſententiam mutavi.

Angeli Mariæ Cardinalis Quirini S. R. E. Bibliothecarii & Epiſcopi Brixienſis ad V. C. Hermannum Samuelem Reimarum in Hamburgenſi Lyceo publicum Profeſſorem Epiſtola. Brixiæ die 23 Auguſti 1746. 4. paginarum 35. Recenſet quasdam emendationes meas, & Falconem ad ſuos in Dionem labores tandem evulgandos incitat.

Ejusdem ad H. S. R. epiſtola altera. Hanc, quoniam codicem antiquiſſimum Vaticanum accurate deſcribit, & quid ex eo præſtiterit Falco judicat, integram ſubjungo.

Scipionis Maffei Marcheſe tre Lettere, la prima, ſopra il primo Tomo di Dione novamente venuto in luce: la ſeconda, ſopra le nuove ſcoperte d'Ercolano; la terza, ſopra il principio della grand' Iſcrizione poco fa ſcavata nel Piacentino. In Verona 1748. 4. nella ſtamperia del Seminario. pp. 44. Primam epiſtolam, velut ad hiſtoriam Dionis facientem, integram ſubjunxi.

EMINENTISSIMI
CARDINALIS QUIRINI
AD
HERMANNUM SAMUELEM REIMARUM
EPISTOLA ALTERA.

Romano redux ex itinere, nullam moram interpono, quominus haſce tibi, Vir Clariſſime, literas transmittam, teſtes liberatæ fidei, quam in ſuperioribus, datis nimirum antequam iter illud aggrederer, adſtrinxeram. Pollicitus ibidem fui, me, quum primum Almam Urbem attigiſſem, curaturum, ut antiquiſſimum Vaticanum Codicem, quo inprimis uſus eſt Carminius Falco ad poſtremos tres Dionis Caſſii Hiſtoriarum libros in dias auras efferendos, omni ſtudio conſulerem; deinde ut certior fierem, num ſpes, quam olim nobis fecerat doctiſſimus ille Editor, reliquos etiam ejusdem Hiſtorici, quibus ſe carere jamdiu dolet literaria Respublica, ſuo pariter munere aſſequendi, prorſus evanuiſſet, an vero ſupereſſet; tandem ut eorum Virorum, quibuscum communicandum cenſui Opuſculum tuum mihi humaniſſime inſcriptum, ſententias, quas de egregiis tuis in ornanda Dionis Editione conatibus ab ipſis petieram, obtinerem, ut te earundem participem facerem. Cunctis promiſſis hiſce quomodo ſteterim, literæ iſtæ te docebunt.

Codicem illum Vaticanum per integrum menſem Octobrem diurna nocturnaque manu a me verſatum fuiſſe, primo loco affirmare poſſum, adhibitis ad eam rem non oculis tantum, & diligentia, ſed, pro tenuitate ingenii mei, eruditione, judicio, ſagacitate, ac ferme divinatione; quibus omnibus opus eſſe ad recte legenda antiqua, tecum Eruditi omnes cenſent, multoque magis cenſebunt quotquot ob oculos habeant Codicem, cujusmodi noſti eſſe Dionis illum, mutilatum, literis inſolentioribus exaratum, iisque paſſim evaneſcentibus, & ſine accentuum notis, & ſine ulla literis, verbis, ſententiis interpoſita diſtinctione. Laboris illius mei fructus ut ſtatim tibi conſtet, eam fuiſſe quam maxime admirationem, qua captus ſum, dum certo certius deprehendi, Illuſtriſſimum *Sanctæ Severinæ* in *Calabria* Metropolitam (quibus Infulis in præſens exornatur Carminius Falco) nihil reliqui feciſſe, ut Codicis illius repræſentandi, interpretandique ſuſcepto a ſe muneri cum ſingulari prorſus ſolertia ſatisfaceret. Agnovi proinde, te jure optimo Opuſculi illius tui pag. 5. Viri diligentiam dignam cenſuiſſe, quæ ſummopere prædicetur; *qua Dionem* (ais ipſe) *ex vetuſtiſſimo Codice, acceſſionibus nonnullis Urſino neglectis, auctiorem voluit dare, atque in ea re, quantum judico, accurate ſatis, & religioſe verſatus eſt.* Imo dedit omnino præſtantiſſimus Antiſtes, atque ita dedit, ut ab judicio illo tuo omnem exulare velim dubitationem. Ut autem ſecurum te faciam ſtudii illius mei in ejus Codicis apicibus quibusvis expendendis, ſtatui hoc loco ſubjicere integram paginam ejusdem, quam æri incidendam curavi; integram dixi, eamque ſeptimam in ectypo illo meo inſcripſi, quod mihi commodius ceſſerit omnes adverſas, averſasque paginas, unde compactus eſt Codex ille, diverſis quamque numeris computare, potius quam unico, licet unicum tantum, nupera utique præ codicis vetuſtate manu ſignatum, oſtentent binæ paginæ illæ, & licet parem easdem numerandi rationem ſibi religioſe ſectandam duxerit Falco Clariſſimus, apud quem proinde, quemadmodum in Codice, tredecim tantum paginarum numerus comparere viſitur. Hunc ipſum ergo numerum duplicavi, ut oſtendet præfixa ſpecimini mox afferendo epigraphe. Priusquam tamen illud afferam, operæ pretium puto recitare graphicam deſcriptionem, quam Codicis, de quo agitur, exhibuit idem Vir magnus, ut ea fruantur ii quoque, ad quorum manus non ita facile perveniret hujus liber, vel Romae, ubi excuſus fuit, raro obvius, alibi vero rariſſime.

De eo Codice haec ille habet in Praefatione: *Sancte Deus, quæ majeſtas Codicis, quæ elegantia & vetuſtas! Non Codicem manuſcriptum, ſed marmora præſtantiſſima, & aureo ſeculo inſculpta cerno: membranam tenuiſſimam delicatiſſimamque, quamvis in folio: ſcripturam totam elegantiſſimam, & correctam, literis capitalibus, in tres columnas quaque plagula diſtributam: ubi nulli ſpiritus, aut accentus, nullaque commata, aut puncta cujusvis nominis, ſeu verborum diviſio, & diſtinctio, ac rariſſime contractio per notas compendiarias; eaque ubi fiat, levis, in fine verſuum, & non alibi: denique jota omnia, ejusdem ac reliquæ literæ altitudinis, & figuræ, cum oportet adſcripta ſane, vel quandoque præterita, numquam vero ſubſcripta, aut adſcripta minori forma: quod in ſcripturis aliis, & ævi ſequioris inſcriptionibus obſervatur. Verum enim vero inter tot iſta læta, triſtia multa emergunt, quæ antiquarii animum valde pulſent: nam quæ Codicis pretium maxime auget vetuſtas, ea dum injurioſe nimis innumera labefactat, dolori magno eſt homini, qui Reip. vere ſtudet, neque facile eſt, ut æquo animo perferatur. Mitte namque hic literas obſoletas ac detritas, interdum ad plagulas ferme totas, ibi fugientes evanidasque, quæ cæcutire compellunt oculos, alibi incertas atque implexas, quod ab atramento membrana, quæ blattas tineasque colluctando devicit, utrinque ſit perforata, & adverſæ averſæque columnæ confuſa omnia: quis forti animo ferat, etiam ab antiquo bibliopego in Codicem, in Dionem imo, conſpiratum fuiſſe, dum columnas omnes e margine exteriori, quod margo nimis jam fatiſcebat, aut fœdatus paſſim erat laciniis, atque lacerus, medias diſſecuit, & duas etiam ex integro inde abſcidit? Attamen hæc imperitus ille in Codicem peccavit: quem peritiſſimus Urſinus, ſuo anno* 1582. ſupra mille ab inde annos, *proindeque quinto, vel ſexto ſeculo ſcriptum duxit: ego vero præter cætera, ab literarum prorſus recta forma, & non aliquanto inclinata, una cum eruditiſſimis Viris, qui pertractarunt, antiquiorem eo Codicem inter Græcos, nullum alicubi, diu librato haberi puto judicio, & quarto, vel ſummum quinto ſeculo non dubito aſſignare: facioque illo vetuſtiorem, quem celeberrimus Bernardus de Monfauconio in ſua* Palaeographia Graeca, *ut omnium antiquiſſimum exhibet, etſi literis inclinatis: & quinto quoque, vel ſexto ſeculo tribuit. Qui ſi noſtrum Codicem obſervaſſet; ei procul dubio, non Colbertino illi, primas tribuiſſet: indeque factum, ut tam minute deſcripſerim ego Codicem; præſertim vero quod Fulvius adeo jejune ſiccoque pede ipſum pertranſiit, ut ab eo vix habeas, in membrana literis majoribus ſcriptum, obſoletum, ſectumque columnis exterioribus.*

En tibi modo Codicis illius ſpecimen, ſeu integram paginam ejusdem. *Tab* (*)

Age nunc, mi Reimare, videamus ambo ſimul, ſi libet, quodnam ex allato huc Codicis ſpecimine depromi ſpecimen valeat diligentiae, imo patientiae a Falcone toleratae in ſparta, quam adornabat. Et primo quidem fatendum eſt, quod ſpectat ad binas priores columnas, laborem omnem earundem literas ex inſolentiore forma, qua ibidem exaratae viſuntur, ad eam redigendi, quam ſequiorum ſaeculorum uſus invexit, quaeque modo dominatur, laborem, inquam, iſtum praecepiſſe Fulvium Urſinum, qui ex eo Codice fragmenta magna multaque felicibus auſpiciis, ut loquitur Falco in Praefatione, Orbi protulit ad reparandos Dionis libros ſeptuageſimum octavum, & nonum. Laborem autem pretioſa ea rudera Latine etiam proferendi (nam Graece tantum Urſinus ediderat Plantinianis typis an 1582. Antuerpiae) primus ſubire occupavit Johannes Leunclavius in Dionis, quam novam poſt Blanci, Xylandrique curas publici juris fecit typis Wechelianis an. 1606. Hanoviae, Editione. An vero Urſino & Leunclavio ſuperveniens Falco magnum aliquod operae pretium in iis ipſis columnis denuo repraeſentandis, interpretandisque fecerit, apertum fiet ex illius ad easdem Notis, quas ad libri ſui calcem appoſuit. Huc facientes, pag. 123. diſpoſitae reperiuntur. Earundem tamen praeſtantia ut facilius percipiatur, Graeca jam in ſpecimine allata, hic rurſus, ad communis ſcripturae uſum calamo meo reformata, exhibebo, nempe ex fide, quam mihi fecerunt cum oculi mei in eo Codice per integrum menſem, ut ſuperius prodidi, defixi, tum Graecarum literarum ſtudia, Florentiae viridi aetate a me ſuſcepta, nec usquam poſtea intermiſſa.

Binas ergo priores columnas in ectypo meo inciſas ita legi.

Pag. 7. Col. 1.

ναρχία, ἅτε καὶ πρεσβεύ
οντ. τοῦ μακρίνου προσ
ήκει· ἐπεὶ δ' ὑπέργηρώς
εἰμι, ἐκείνῳ αὐτῆς ἐξί
σταμαι. ληρεῖν δέ πως ἔ
δοξεν ὥσπερ που καὶ
ὁ μακρῖνος, τὸ μέγιστον
τῆς γερουσίας ἀξίωμα
τοιούτῳ ἀνδρὶ δοὺς,
ὅστις οὐδὲ διαλεχθῆναι
τινὶ ἐν τῷ συνεδρίῳ
καλῶς, ὑπατεύων, ἠδυ
νήθη καὶ διὰ τοῦτο τῇ
τῶν ἀρχαιρεσιῶν ἡμέ
ρᾳ νοσεῖν προσεποιή
σατο· ὅθεν οὐκ εἰς μα
κρὰν τῷ μαξίμῳ τῷ
μαρίῳ τὴν τῆς πόλε
ως προστασίαν κατ' αὐ
τοῦ προσέταξεν, καθά
περ ἐπὶ τοῦτο μόνον
πολίαρχον αὐτὸν ποι
ήσας, ἵνα μιάνῃ τὸ βου
λευτήριον, οὐ κατ' ἐκεῖ
νο μόνον, ὅτι ἐν τῷ
μισθοφορικῷ ἐστρά
τευτο, καὶ τὰ τῶν δημίων
ἔργα, καὶ προσκόπων
καὶ ἑκατοντάρχων ἐπε
ποιήκει, ἀλλ' ὅτι καὶ τὴν
τῆς πόλεως ἀρχὴν πρὸ
τοῦ τῆς ὑπατίας ἔργου
εἰλήφει· τουτέστιν
πολίαρχος πρότερον,
ἢ βουλευτὴς ἐγεγόνει.
ταῦτα γὰρ περὶ αὐτὸν ὥς
περ τὰ καθ' ἑαυτὸν, ὅτι
τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν
ἱππεύων ἔτι ἡρπάκει,
ἐπηλυγασάμενος ἔπρα
ξεν. ἐκεῖνα τε οὖν τινες
αὐτοῦ οὐκ ἀπεικότως

Col. 2.

ἐμέμφοντο, καὶ ὅτι ἐ
πάρχους τόν τε ἰουλια
νὸν τὸν οὔλπιον, καὶ
ἰουλιανὸν νέστορα ἀπέ
δειξεν, μήτ' ἄλλην τινὰ
ἀρετὴν ἔχοντας, μήτε
ἐν πολλαῖς πράξεσιν
ἐξητασμένους, ἀλλὰ καὶ
πάνυ περιβοήτους ἐ
πὶ πονηρίᾳ ἐν τῇ τοῦ
καρακάλλου ἀρχῇ γενο
μένους, διὰ τὸ πολλὰ αὐ
τῷ τῶν ἀγγελιαφόρων
σφᾶς ἡγουμένους πρὸς
τὰς ἀνοσίους πολυπρα
γμοσύνας ὑπηρετῆσαι·
ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὀλίγοι
ἐλογίζοντο, καὶ ἀπ' αὐτῶν
οὐ καθαρῶς ἐθάρσουν,
οἱ δὲ δὴ πλείους τῶν
ἰδιωτῶν, πρός τε τὴν
διὰ βραχέος παρ' ἐλπίδα
τοῦ ταραύτου ἀπαλλαγὴν,
καὶ πρὸς τὴν ἐκείνου
παραπλησίαν ἐξ ὧν ὑπο
δεδείχει σφίσιν πρὸς
πάντα καὶ τὰ λοιπὰ προσ
δοκίας, οὐκ ἔχον καιρὸν
δι' ὀλίγου οὕτως αὐτὸν
καταγνῶναι, καὶ διὰ τοῦ
τ' ἰσχυρῶς ἀποθανόντα
ἐπόθησαν ὂν' πάντως
ἂν, εἴπερ ἐπὶ πλεῖον ἐβε
βιώκει, διὰ μίσους ἐσχή
κειαν. καὶ γὰρ τρυφερώ
τερόν πως ζῆν ἤρξατο,
καὶ τῶν διαμεμφομέν
ων τὶ αὐτοῦ ἐπεστρέ
φετο. τὸν γὰρ ματερνια
νὸν, τόν τε δάτον, οὐκ ἐν
λόγως μὲν, τί γὰρ ἠδική
κεσαν τὸν αὐτοκράτορα

Col. 3.

σφῶν περ
μεν τοι καὶ
θρωπίνου
κινδύνῳ δ
γονει διεχ
δ ἄλλοι [illegible]
γένειαν αυ
παράλογον
χιαν σφισιν
υποπτευο
[illegible]
τα γὰρ που
αὐτ[illegible]
[illegible]
[illegible] καὶ [illegible]
[illegible]
μετριας τ
μονα του
θεραπευ[illegible]
θρωπους [illegible]
[illegible] καὶ [illegible]
[illegible]
δειξει πο
τουτιμου
[illegible]
[illegible]

Atque in hunc modum emenſus ego iter, caecis, ut ita loquar, literulis textum, gaudio, ut verum fatear, exilii, eoque magis quod experiri mihi placuerat, num illud peragere valerem, ne ſemel quidem oculos ad ea fila tendendo, quae meis paſſibus regendis Urſinus, Leunclavius, Falco praebere potuiſſent. Inde autem factum eſt, ut conſilium mihi pariter arriſerit binas illas columnas hic repraeſentandi, retenta verſiculorum, unde conſtantur, ſerie, ac menſura; contra quam triumviri illi feciſſe comperiuntur. Inde etiam evenit, ut certius deprehenderem, lectiones earundem columnarum, quas exhiberem, vix, aut ne vix quidem, ſi minutula quædam excipias variare ab Urſinianis, & Falconianis, ac proinde haſce quoque inter ſe ſe ad amuſſim congruere. Hujuscemodi concordiæ indubium præterea argumentum tradere idoneæ ſunt vel ipſæ Falconis ad earum columnarum textum Notæ, in quibus ille lectiones a ſe prolatas cum Urſinianis conferens, harum quatuor unice, aut quinque literulas adorſus eſt ſollicitare, homo cætera in Urſinum mediocriter tantum (ne grave aliquid dicam) indulgens.

En Notæ illæ, quæ leguntur pag. 1[illegible] [illegible] Urſinum legit [illegible] *νήθη; rectius ἠδυνήθη.* Ἐς μακρὰν) [illegible] contra *Dionis morem Codex, & Urſinus.* [illegible] quod *parvi refert.* Μετ' ἄλλην) *Urſinus* [illegible] Cod. prave *ſit μετ' ἄλλην, ita ut recte* [illegible] *του.)* *Hoc jam quartum Urſinus* [illegible] *primi habet* [illegible] *tice βραχέως, Dionem ſane, ſed* [illegible] Pauca hæc in quibus Urſinum carpit Falco, hujuſmodi [illegible] nemo inficiabitur, quibus omnibus quadret illud [illegible] ipſo Falcone uſurpatum.

An vero parvi, vel magni referat, [illegible] novæ verſioni columnarum illarum elaborand[illegible] adornarat Leunclavius, id cuique con[illegible] ac mihi [illegible] ex facta invicem utriusque collatione. [illegible] Narrat Dio, auſum fuiſſe poſt Caracall[illegible] Adven[illegible] milites dicere

Tab. (*)

Specimen ex vetustissimo Codice Vaticano binos foil. 78. et 79. Historiæ Dionis libros in 26. paginis exaratos continente

Pag. 7.

col. 1.

ΝΑΡΧΙΑΝΤΕΚΑΙΠΡΕΣΒΕΥ
ΟΝΤΙΤΟΥΜΑΚΡΙΝΟΥΠΡΟΣ
ΗΚΕΙΕΠΕΙΔΥΠΕΡΓΗΡΩΣ
ΕΙΜΙΕΚΕΙΝΩΙΑΥΤΗΣΕΞΙ
ΣΤΑΜΑΙΑΛΗΡΕΙΝΔΕΠΩΣΕ
ΔΟΞΕΝΩΣΠΕΡΠΟΥΚΑΙ
ΟΜΑΚΡΙΝΟΣΤΟΜΕΓΙΣΤ
ΤΗΣΓΕΡΟΥΣΙΑΣΑΞΙΩΜΑ
ΤΟΙΟΥΤΩΑΝΔΡΙΔΟΥΣ
ΟΣΤΙΣΟΥΔΕΔΙΑΛΕΧΘΗΝ
ΤΙΝΙΕΝΤΩΙΣΥΝΕΔΡΙΩΙ
ΚΑΛΩΣΥΠΑΤΕΥΩΝΗΔΥ
ΝΗΘΗΚΑΙΔΙΑΤΟΥΤΟΤΗΙ
ΤΩΝΑΡΧΑΙΡΕΣΙΩΝΗΜΕ
ΡΑΙΝΟΣΕΙΝΠΡΟΣΕΠΟΙΗ
ΣΑΤΟΟΘΕΝΟΥΚΕΙΣΜΑ
ΚΡΑΝΤΩΙΜΑΞΙΜΩΙΤΩΙ
ΜΑΡΙΩΙΤΗΝΤΗΣΠΟΛΕ
ΩΣΠΡΟΣΤΑΣΙΑΝΚΑΤΑΥ
ΤΟΥΠΡΟΣΕΤΑΞΕΝΚΑΘΑ
ΠΕΡΕΠΙΤΟΥΤΟΜΟΝΟΝ
ΠΟΛΙΑΡΧΟΝΑΥΤΟΝΠΟΙ
ΗΣΑΣΙΝΑΜΙΑΝΗΤΟΒΟΥ
ΛΕΥΤΗΡΙΟΝΟΥΚΑΤΕΚΕΙ
ΝΟΜΟΝΟΝΟΤΙΕΝΤΩΙ
ΜΙΣΘΟΦΟΡΙΚΩΙΕΣΤΡΑ
ΤΕΥΤΟΚΑΙΤΑΤΩΝΔΗΜΙΩΝ
ΕΡΓΑΚΑΙΠΡΑΣΚΟΠΩΝ
ΚΑΙΕΚΑΤΟΝΤΑΡΧΩΝΕΠΕ
ΠΟΙΗΚΕΙΑΛΛΟΤΙΚΑΙΤΗ
ΤΗΣΠΟΛΕΩΣΑΡΧΗΝΠΡΟ
ΤΟΥΤΗΣΥΠΑΤΙΑΣΕΡΓΟΥ
ΕΙΛΗΦΕΙΤΟΥΤΕΣΤΙΝ
ΠΟΛΙΑΡΧΟΣΠΡΟΤΕΡΟΝ
ΗΒΟΥΛΕΥΤΗΣΕΓΕΓΟΝΕΙ
ΤΑΥΤΑΓΑΡΠΕΡΙΑΥΤΟΝΩΣ
ΠΕΡΤΑΚΑΘΕΑΥΤΟΝΟΤΙ
ΤΗΝΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΑΡΧΗΝ
ΙΠΠΕΥΩΝΕΤΙΗΡΠΑΚΕΙ
ΕΠΗΛΥΓΑΣΑΜΕΝΟΣΕΠΡΑ
ΞΕΝΕΚΕΙΝΑΤΕΟΥΝΤΙΝΕΣ
ΑΥΤΟΥΟΥΚΑΠΕΙΚΟΤΩΣ

col. 2.

ΕΜΕΜΦΟΝΤΟΚΑΙΟΤΙΕ
ΠΑΡΧΟΥΣΤΟΝΤΕΙΟΥΛΙΑ
ΝΟΝΤΟΝΟΥΛΠΙΟΝΚΑΙ
ΙΟΥΛΙΑΝΟΝΝΕΣΤΟΡΑΑΠΕ
ΔΕΙΞΕΝΜΗΤΑΛΛΗΝΤΙΝ
ΑΡΕΤΗΝΕΧΟΝΤΑΣΜΗΤΕ
ΕΝΠΟΛΛΑΙΣΠΡΑΞΕΣΙΝ
ΕΞΕΤΑΣΜΕΝΟΥΣΑΛΛΑΚΑΙ
ΠΑΝΥΠΕΡΙΒΟΗΤΟΥΣΕ
ΠΙΠΟΝΗΡΙΑΙΕΝΤΗΙΤΟΥ
ΚΑΡΑΚΑΛΛΟΥΑΡΧΗΓΕΝΟ
ΜΕΝΟΥΣΔΙΑΤΟΠΟΛΛΑΑΥ
ΤΩΙΤΩΝΑΓΓΕΛΙΑΦΟΡΩΝ
ΣΦΑΣΗΓΟΥΜΕΝΟΥΣΠΡΟΣ
ΤΑΣΑΝΟΣΙΟΥΣΠΟΛΥΠΡΑ
ΓΜΟΣΥΝΑΣΥΠΗΡΕΤΗΣΑΙ
ΑΛΛΑΤΑΥΤΑΜΕΝΟΛΙΓΟΙ
ΕΛΟΓΙΖΟΝΤΟΚΑΙΑΠΑΥΤΩΝ
ΟΥΚΑΘΑΡΩΣΕΘΑΡΣΟΥΝ
ΟΙΔΕΔΗΠΛΕΙΟΥΣΤΩΝ
ΙΔΙΩΤΩΝΠΡΟΣΤΕΤΗΝ
ΔΙΑΒΡΑΧΕΟΣΠΑΡΕΛΠΙΔΑ
ΤΟΥΓΑΡΑΥΤΟΥΑΠΑΛΛΑΓΕΙ
ΚΑΙΠΡΟΣΤΗΝΕΚΕΙΝΟΥ
ΠΑΡΑΠΛΗΣΙΑΝΕΞΩΝΥΠΟ
ΔΕΔΕΙΧΕΙΣΦΙΣΙΝΠΡΟΣ
ΠΑΝΤΑΚΑΙΤΑΛΟΙΠΑΠΡΟΣ
ΔΟΚΙΑΣΟΥΚΕΣΧΟΝΚΑΙΡΟΝ
ΔΙΟΛΙΓΟΥΟΥΤΩΣΑΥΤΟΝ
ΚΑΤΑΓΝΩΝΑΙΚΑΙΔΙΑΤΟΥ
ΤΙΣΧΥΡΩΣΑΠΟΘΑΝΟΝΤΑ
ΕΠΟΘΗΣΑΝΟΝΠΑΝΤΩΣ
ΑΝΕΙΠΕΡΕΠΙΠΛΕΙΟΝΕΒΕ
ΒΑΙΩΚΕΙΔΙΑΜΙΣΟΥΣΕΣΧΗ
ΚΕΙΑΝΚΑΙΓΑΡΤΡΥΦΕΡΩ
ΤΕΡΟΝΠΩΣΖΗΝΗΡΞΑΤΟ
ΚΑΙΤΩΝΔΙΑΜΕΜΦΟΜΕ
ΝΩΝΤΙΑΥΤΟΥΕΠΕΣΤΡΕ
ΦΕΤΟΤΟΝΓΑΡΜΑΤΕΡΝΙΑ
ΝΟΝΤΟΝΤΕΛΑΤΟΝΟΥΚΕΥ
ΛΟΓΩΣΜΕΝΤΙΓΑΡΗΔΙΚΗ
ΚΕΣΑΝΤΟΝΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ

col. 3.

ΣΦΩΝΠΕΡ
ΜΕΝΤΟΙΚΑΙ
ΘΡΩΠΙΝΟΝ
ΚΙΝΔΥΝΩΝ
ΤΟΝΕΙΔΙΕΧ
ΔΑΛΛΟΙΣΤΟΙ
ΓΕΝΕΙΑΝΑΥ
ΠΑΡΑΛΟΓΟΝ
ΧΙΑΣΣΦΙΣΙΝ
ΥΠΟΠΤΕΥΟΙ
ΚΟΡΘΩΣΕΙ
ΤΑΓΑΡΠΟΥΤ
ΑΥΤΟΝΕΧΡΗ
ΟΣΤΙΣΤΕ
ΚΕΙΚΑΙΟΣΤ
ΜΗΟΥΠΕ
ΜΕΤΡΙΩΣ
ΜΟΝΑΤΟΝ
ΘΕΡΑΠΕΥΟ
ΘΡΩΠΟΥΣΤ
ΣΙΑΙΚΑΙΤΝΤΤ
ΔΙΑΠΑΝΤΩ
ΔΕΙΞΕΙΠΑ
ΤΑΥΤΑΜΟΝ
ΚΑΤΑΥΤΟΝΑ
ΡΗΤΑΙΜΟΙΕ
ΩΣΕΚΑΣΤ
ΜΗΣΤΙΝΟ
ΚΕΙΝΩΙΕΣ
ΚΡΑΤΩΡΜΕΙ
ΡΑΙΣΩΣΠΕΡ
ΛΟΓΩΙΠΑΡΑ
ΤΗΝΑΡΧΗΝ
ΠΑΝΤΟΣΜΑ
ΝΟΣΑΥΤΗΣ
ΤΩΝΩΝΔΙΕΛ
ΣΤΡΑΤΙΩΤΑΙΣ
ΑΠΕΔΕΙΧΘ
ΚΑΙΕΠΑΙΝΟΥ
ΚΟΛΙΓΟΥ
ΕΤΟΛΜΗΣΕΝ
ΕΠΙΣΤΕΙΛΑΙΛ

Verſio Leunclavii.

Sibi regnum deberi, qui Macrino ætatis dignitate præſtaret: ſed quod nimia ſenecta premeretur ipſe, Macrino libenter imperio cedere. Delirare profecto viſus eſt Macrinus, quod maximam in ſenatu dignitatem ejusmodi viro daret, qui ne quidem adloqui recte quemquam in ſenatu, quum conſulatum gereret, potuit: eaque de cauſa calatorum comitiorum die morbum ſimularet. Unde factum, ut non multo poſt ejus loco præfecturam urbanam Mario Maximo tribueret; quaſi duntaxat in hoc præfectum urbi feciſſet, ut curiam pollueret, non ea tantum re, quod is inter gregarios militasſet, & carnifex, & ſpeculator, & centurio fuiſſet; verum etiam quod præfecturam urbanam prius, quam conſulatum, accepiſſet: hoc eſt, quod ante præfectus urbis, quam ſenator fuiſſet. Id enim ab eo non aliter in hoc homine factum, ac ſi ſuo etiam facinori, quod imperium vir ordinis dumtaxat equeſtris rapuiſſet, offundere caliginem vellet. Non igitur abs re quidam illa culpabant in Macrino, atque hoc etiam, quod præfectos prætorio, Ulpium Julianum, & Neſtorem Julianum deſignaſſet, viros nec ulla virtute præſtantes, nec rerum variarum uſu exercitatos: immo qui Caracallo potiente rerum, oppido nobilitati nequitia fuerant, quod inter delatores ipſi loco principe multum ei nefariis & curioſis in explorationibus operæ navaſſent. Sed pauci erant, qui hæc expenderent; iidemque propterea puræ fiduciæ parum animis concipiebant. At vulgus hominum privatorum, propter inopinatum Tarantæ exitium, quod intra tam breve temporis ſpatium acciderat, & propter ſpem de Macrino in poſterum conceptam ex iis, quorum ſpecimen ediderat, otium tam cito cognoſcendi de ipſo non habebant; eaque propter etiam mortuum vehementer luxerunt, quem dubio procul, ſi diutius vixiſſet, odio habituri fuerant. Nam & majore nonnihil in luxu vivere cœpit, & eos, qui aliquid in ipſo reprehenderent, averſatus eſt. Quippe Maternianum & Datum, non jure quidem, (quid enim injuſtæ rei ſuum in imperatorem admiſerant?)

Verſio Falconis.

Ad me quidem Imperium, utpote ad ſeniorem Macrino, pertinet, ſed quoniam ſum valde ſenex, Macrino illud concedo. Delirare ſane hic quodammodo viſus eſt, veluti & Macrinus, cum maximam Senatus dignitatem ejusmodi daret homini, qui ne quidem recte cuiquam alloqui in Senatu, quum Conſulatum gerebat, potuit; eaque de cauſa calatorum Comitiorum die, ſe morbo laborare ſimulavit. Unde factum, ut non multo poſt, ejus loco, Mario Maximo *Macrinus* Præfecturam Urbanam traderet, veluti ac ſi idcirco Præfectum eum Urbi creaſſet, ut Senatum pollueret; non ea tantum re, quod inter gregarios militaverat, & carnificum munia, & ſpeculatorum, & Centurionum obiverat, verum etiam quod Præfecturam Urbanam, priusquam Conſulatum, fuerat conſecutus: id eſt quod Præfectus Urbi, ante fuerat, quam Senator. Hoc enim circa ipſum egit *Macrinus*, ut ſuo velut facinori, quod Imperium vir ordinis dumtaxat equeſtris rapuerat, caliginem offunderet. Non abs re itaque ea quidam in Macrino culpabant, & quod Præfectos Prætorio Ulpium Julianum, & Julianum Neſtorem deſignaſſet; viros nec ulla virtute præditos, nec variarum rerum uſu exercitatos: imo qui Caracalla rerum potiente, fuerant nequitia nobilitati, quod inter delatores loco principe ipſi, multum ei nefariis & curioſis in explorationibus, operæ navaſſent: ſed pauci quidem erant, qui hæc expenderent, ac propterea parum fiderent. At vulgus hominum privatorum, propter inopinatum, repentinumque Tarantæ exitium, & propter ſpem de Macrino in poſterum conceptam, ex iis, quorum eis ſpecimen ediderat, expectationemque in reliquis omnibus, otium tam cito cognoſcendi de ipſo non habuerunt: atque ideo eum mortuum vehementer deſiderarunt, quem procul dubio, odio fuerant habituri, ſi diutius vixiſſet. Nam & majore nonnihil in luxu cœpit vivere, & eos, qui aliquid in ipſo reprehenderent, averſatus eſt. Quippe Maternianum, & Datum, non jure quidem (quid enim injuſtæ rei ſuum in Imperatorem admiſerant?)

(Hactenus utriusque Verſiones.)

Quod ſuperius dixi, vix aut ne vix quidem diſſentire inter ſe lectiones Urſinianas, & Falconianas, quisque cenſebit, pari jure affirmari poſſe de Leunclaviana & Falconiana verſione. Quare non ita facile Falco Lectores utriusque linguæ peritos inveniet, qui ipſi cenſoriam virgam in Blaner, Xylandrique, & Leunclavii verſiones exercenti, quod eos deprehendiſſet *Dionis mentem perſæpe non aſſequi, & non raro parum Latine loqui, aut ferrea uti ſynthesi, & quæ neque Dionis ſtructuram, aut ſtylum oleat, neque exprimat* (ita ille in Præfat.) ſuffragari ſe poſſe putent, novaque ejusdem ſynthesi, ceu *ad auream Dioniam efformata*, capi ſe ſentiant. At quidquid ſit de harum verſionum pretio, nemo fas ſibi unquam eſſe arbitrabitur perilluſtri Præſuli exprobrare, ipſum in Opere ſuo evulgando nil nisi actum egiſſe. Siquidem laboris ſui proſperum ſucceſſum ea ille potiſſimum de cauſa comprobat, atque commendat, quod ſibi feliciter ceſſerit, priſtinæ ſanitati reſtituere dimidiatas cujusvis paginæ columnas. His enim verbis Lectorem alloquitur in eadem Præfat. *Bonum omen, erudite Lector, mihi ſit, cum exſurgere video ſic Dionem, quod niſi fragmina illa præſtitiſſent, fruſtra aliter, aliundeque ſperaretur. Quamobrem majores aſſumo animos, cogitoque de Xiphilino, quem ſcribere memineram paria multa, aut eadem atque in fragmentis Dio, & ſecutus hominem per veſtigia, invidenda prope felicitate, laciniarum innumeras priſtinæ ſanitati reſtitui; & quod omnium erat deſperatiſſimum, columnas etiam illas duas, quæ prorſus reciſæ fuerant, ex integro reparavi. Gaudebam ego interim, quantum conjici poteſt, nec me labor improbus, ſummæque plenus moleſtiæ, & patientiæ, aut teſſellatum opus detinuit, vel deterruit, quod ceteroquin jucunditate ſua non careret, quam immodicam ferme experiebar, cum quidpiam, quod columnas illas, lacunas, aut obſoletas, exciſasque literas reſtitueret, nanciſcebar.* Supereſt igitur, Reimare, ut tranſitum faciamus ad tertiam columnam ectypi mei, viſuri quo pacto eam Falco repræſentet, & ſuppleat. Singulis verſiculis, qui eandem componunt, notas numerales apponam, & puncta etiam, ubi opus fuerit, ad indicandas literas, quæ ſuppleri a Falcone minime valuerunt.

1. σφωντερ) . : . και 2. μαντουκαι) . . . αν 3. θρωπινου) . . . 4. κινδυνευσ) επαυτουεγε 5. γενεαλεχρ) ησυτοτοις 6. διαλλοιστοι) στηνδυς 7. γεναικων) τουκαιτην 8. παραλογον) τησμονωρ 9. χιασσφισω) [illegible] 10. υποπτευο) μενοισου 11. κορθωσεπε) ξηιω. 12. ταραχωπου) τουναντιον. 13. αυτουεχρη) νπουτν αυτα. 14. οσιστωρ) χηστεφυ 15. κακκαισι) εστιδειν 16. μηθυπερ) φρονησαλλα. 17. μετριωσε) . . . 18. μονατους) . . . . 19. θεραπευο) ντασκαιτουσεν 20. θρυπτουστ) ηιδεσωργη 21. συκαιλητ) ησαρεδης 22. διαπαντω) νομουμενει 23. δεξιοτα) ερμηνευσαι. 24. ταυταμεν) . . . 25. καιαυτουσο) . . . ποτερα 26. φιλανθρωπια) παν . . . 27. ωσεκαστ) οι . . . 28. μητινος) . . . 29. κενωσεσ) . . . αυτο 30. κρατουμεν) . . . 31. φαινωστερ) . . . 32. λογωπαρα) . . . 33. τησαρχη) . . . 34 πολλος μα . . . 35. νοσωδης) . . . 36. τονδιελ) εξε . . τους 37. στρατιωτας) . . . 38. απεδειχθ) . . . 39. ηκιστακενου) . . . ου 40. κολιγου) . . . 41. επολμησεν) . . . 42. επιστολ) . . .

Quid ais modo, mi Reimare, de Præſulis noſtri viribus, animisque in re fortiter, & generoſe aggredienda, cui lacertos admovere haudquaquam Urſinus potis fuit, propterea quod, ut ipſe ait ingenue in Notis ad Fragmenta a ſe edita ex Codice Vaticano, ex columnis illis adeo in quaque pagina lancinatis integram ſententiam percipi poſſe deſperaverit? At percepit eam Falco, quippe qui ex prioribus viginti tribus verſiculis continuatam hanc orationem, paucis tantum interjectis hiatibus, elicuit: *Et ſane quidem . . . humane - . . illis, quibus ſui cauſa periculo fuerat, familiariter utebatur, alios vero quos moleſte ferre ſuſpicabatur aut ignobilitatem ſuam, aut inopinatam imperii adeptionem, tractabat iniquius. Cum contra potius eum facere oporteret, conſcium ſibi qualis antea fuiſſet, & qualis per ea tempora eſſet. Neque efferre ſe inſolenter, ſed potius modeſte . . . officioſum, & homines beneficiis & virtutis ſpecimine in rebus omnibus ſibi pariter devincire.* Nil ego profecto mirarer, ſi quis iſta legens, Falconem Prometheo æquipararet, perinde ac ſi ad luteum Dionem animandum ætherea veluti domo ignem & ipſe ſubduxerit. At parum etiam mirarer, ſi contra non deeſſet, qui reponeret, Promethei ferula rotæ ſolis admota minime opus fuiſſe Falconi, cui ſcilicet Dionis Epitomator Xiphilinus parabilem obtulit jamjam recitatam narrationem, & parabiliorem adhuc Leunclavius, qui reliquias Dionis Xiphilinianas caeteris ejus monumentis copulaverat, e Dionis libris uſurpans quaecunque ille, ipſi bonae fidei poſſeſſori Dioni reſtituit. Porro inter reliquias illas eandem narrationem reperiri, eamque Leunclavium ſua in ſede collocaſſe, nempe in Hiſtoriae Dionis libro LXXVIII. & inter agendum de initio Imperii Macrini, quem ipſum locum ſortita illa eſt in Falconis libro, ſtatim noverit quisquis Leunclavianae Editionis paginam 887. adire non detrectet. Itaque neque mirarer, ſi cui videretur Dionis fragminula in columna, de qua agitur, exſtantia, ſeu magnetica vi pertrahere ad ſe valuiſſe reliquias illas Xiphilinianas, ſeu iſtas ſua ſponte in eorundem amplexum jure cognationis ruiſſe. Lapides novis parietibus nectendis prominentes aeque alicui videri poſſent fragmenta eadem, continuataeque fabricae laudem nemini magis adſcribet ipſe, quam Leunclavio, qui ſaxa in unum comportaverit, id magnopere curans, ut Dionis Hiſtoriarum aedificium, quo abſolutius fieri poſſet, ſua in Editione exſurgeret. Hanc autem nunquam a Falconis oculis abſceſſiſſe, dum iſte Operi ſuo vacaret, oſtendunt ſingulae ferme ejusdem paginae in Notis. Eae denique reliquiæ, imo aliæ omnes in eadem abunde collectæ, invitarunt, ne dicam coegerunt, Falconem, ut ipſas ſuos in uſus converteret, ſtatueretque præterea in ea regione, quam ſeu, ut dixi paulo ante, ex Leunclavii cura ſortitæ ſingulæ fuerant, ſeu hiſtoricæ narrationis ſeries depoſcebat, ſeu tandem ad easdem omnino pertinere monſtrabant extantium in columnis dimidiatis vocum veſtigia. Qua ratione vero Falconi reliquiis illis deſtituto hærere miſere aqua ſoleat, oſtendunt decem & novem verſiculi poſteriores ejusdemmet columnæ, quandoquidem voces, quæ in illis leguntur, nullam reddunt certam ſententiam, indeque ita in ejus Opere ſubſultim diſpoſitæ viſuntur, ut de illis dici valeat, *Apparent rari nantes in gurgite vaſto.* Ignoſcet, ut ſpero, mihi iſta ſcribenti Præſul humaniſſimus, eandemque ab ipſo veniam peto, ſi hic addam, me tecum, Reimare, omnino ſentire, dum vocem σφίσιν, quæ legitur in nono prio- rum

rum verſiculorum, ablegandam cenſes, reponendamque ejus loco vocem κτῆσιν; imo vero, me non intelligere, quid ille ſibi velit in Notis hæc ſcribens: Σφῶν) *Xiphilinus pro hac voce habet κτῆσιν, & obtinere debet fortaſſe, ni παράλογον utrumque valeat, uti reor.* Παράλογον cum articulo feminino τὴν, quem Falco ſuo in textu retinuit, nil valere certum eſt niſi purum putum Barbariſmum. Ignoſcet etiam, ſi ſubjungam, me tibi aſſentiri, dum ad verba quarti, & quinti verſiculi . . . κινδύνῳ δι' ἑαυτὸν ἐγεγόνει διεχρήσατο, *illis quibus ſui cauſa periculo fuerat familiariter utebatur*, adnotas, Falconem ſic interpretari; verbum tamen διεχρήσατο eum ſenſum non admittere, vertendumque, *qui ipſius cauſa in periculo fuerant interfecit*, & ſignificari ibi forte aliquem ex conſciis cædis Caracallæ, de quibus Spartianus cap. 6.

p. 1203. ad A. V. C. 944. *Caſſius Aproniauus.* dele *Caſſius.* rationem aperui in vita Dionis. §5. p. 1535. col. 1.
Ibid. §2. Adde: ſic interpretor verba Planci apud Ciceronem Epiſt. X. 21. §7. *ego non malus homo hoc ſuſpicabar.*
p. 1223. §151. lin. 1. νικήσαι — οἰμαι. leg. νικήσαι — ἔτμαι.
p. 1254. lin. 75. ἀνώμοξαν. Scrib. ἀνῴμωξαν.
p. 1259. Var. Lect. lin. ult. ἐμμένοντας. lege ἐμμείνοντας.
p. 1260. lin. 49. ἐκπριᾶσθαι. Scrib. ἐκπρίασθαι.
p. 1267. not. col. 2. lin. 4. *Sed cum Severus — alterum vero Lætum* &c. Pro illis reponenda hæc: *Sed is Lætus jam ante Severum a Juliano interfectus eſt, teſte Dione p.* 1239, 78. *unde manifeſtum eſt, alterum Lætum &c.*
p. 1273. §17. lin. 1. *ab Ælio Saturnino.* leg. *ab Æmilio Saturnino.*
p. 1277. verſ. Lat. lin. 17. *Severianus.* leg. *Servianus.*
p. 1278. lin. 91. ληστήριον συστάμενος. ſcrib. ληστήριον συστησάμενος.
p. 1279. lin. 99. ἐχρῆτο. ἐχρήσατο, Suidas, in μεγαλοδωρία, ubi hunc locum laudat inde a verbis ὄντα δὲ ἑωρᾶτο. lin. 94.
p. 1280. lin. 75. ἀνυπόδετοι. Si Suidam audiamus, ſcribendum eſſet ἀνυπόδητοι, quia ἀνυπόδετος dici negat. Sed vide Lucian. I. 637. II. 584. 788. III. 402. &c.
p. 1281. §58. Brevius & verius ſic dicendum fuerat: Reſpicit locum p. 114. B. (Vol. I. p. 217, 73. ſq.) προϊόντος δὲ δὴ τοῦ χρόνου, πρότερόν τε ἐπ᾽ Ἀγρικόλου ἀντιστρατήγου, καὶ νῦν ἐπὶ Σεβήρου αὐτοκράτορος, νῆσος οὖσα σαφῶς ἐλήλεγκται.
p. 1295. lin. 80. ἵν᾽ ἡμεῖς ἐπιτριβῶμεν. Scrib. ἐπιτριβώμεθα.
Ibid. verſ. Lat. lin. 92. *eosque venerabatur.* leg. *eosque ſcutica venerabatur.*
p. 1296. §59. lin. penult. *Commodus aurigator.* leg. *Commodus gladiator.*
p. 1300. lin. 54. ἀναζητήσας ἐπεσκεύαζε. ἐπιζητήσας ἐπεσκεύασε, Suidas, hunc locum laudans in Μεσομήδης.
p. 1305. verſ. Lat. lin. 73. *Luſcinium.* lege *Luſcinum.*
p. 1307. §121. lin. 3. *p.* 675. *D.* lege *p.* 657. *D.*
p. 1324. verſ. Lat. lin. 94. θεραπεύοντα,] Dele uncinulum.
p. 1325. lin. 33. ταμιεῦν. Scrib. ταμιῶν.
p. 1329. lin. 8. καὶ ὁ Φλάκκος τὴν τῶν τροφῶν διάδοσιν, ἣν ὁ Μανίλιος πρότερον εἶχε, τῆς κατ᾽ αὐτοῦ συκοφαντίας γέρας εἰλήφει, ἐπετράπη καὶ αὐτήν. *Flaccus vero, qui diſtributionem annonæ, quam Manilius ante curabat, ob hunc delatum, muneris loco acceperat, eidem muneri a Macrino fuit præfectus.* Sic exhibui. Sed poſtea recogitans, Manilium fuiſſe delatorem, p. 1328, 84. non vero Flaccum, Græca pariter & Latina reformanda putavi. Nam ſi εἰλήφει ſcribas, ſenſus erit, *quam Manilius antea, præmium illius delati, acceperat*, ut Flaccus adeo a Macrino in locum priſtinum reſtitutus ſit.
p. 1338. verſ. Lat. lin. 20. *Avltum.* lege *Avitum.* ibid. lin. 42. τι γάρ. lege [τε γάρ.
p. 1353. §17. lin. 1, ἅπαξ. lege ἅπαξ.
p. 1358. marg. exteriori. *Coclatino Adventino.* lege *Coclatino Advento.*
p. 1386. col. 2. lin. 4. *annos.* lege *anno.*
p. 1419. col. 1. lin. 2. κἄν. lege καίν.
p. 1443. ſqq. Scheda 4. Q. in quam, me peregre profecto, plura vitia typographica irrepſerunt, ſequentia, ſi placet, tollantur. col. 1. lin. opem. *ſpectarem.* lege *ſperarem.* lin. penult. (*ut opinor.* lege (*ut opinor*) lin. ra verba. αἱρεθεὶς. lege αἱρεθείς.

col. 2.

col. 2. lin. λαβόντο. τοῦς Ῥωμαίους. lege τοὺς Ῥωμαίους. lin. δὴ Κίμανα. lege δὴ Κόμανα. lin. lio opus. *Nullo.* lege *Nulla.* lin. περίεχουσι. lege περιέχουσι. lin. co poſſit. περὶ. lege πέρι. lin. *Nam vero.* lege *Nec vero.* lin. corum &. *interpretationem.* lege *interpretationum.*

p. 1444. col. 1. lin. πολυτελῶς. προῤῥήσεις appone punctum. lin. C. προσκαθείς. ἑπτακοσίας appone punctum. lin. 645. E. numerum 648. D. lege 647. D. lin. *convenit.* lege *conveniet.* lin. bendum πάντων. πλῆθους. lege πλήθους.

col. 2. lin. μόνων δ'. παράδοξος appone punctum. lin. habes. εἰ καὶ. lege εἰ καὶ lin. τῆς deeſſe. ἐλευθερίας. lege ἐλευθερίας.

p. 1445. col. 1. lin. prius. *huic.* adde *meo.* lin. P. 2. p. ἰλῶν. lege ἰλῶν. lin. νόκερτα. τοῦς, lege τοὺς. ibid. τῶν. adde ξένων τῶν. lin. *Proinde eſt.* lege *Perinde eſt enim.* lin. re mallet. *tum* adde *quidem.* lin. nis verba. *ſuſpicare.* lege *ſuſpicari.*

col. 2. lin. legimus. σύντε. leg. σύν τε.

p. 1446. col. 1. lin. afferrem. ἄλλοις. lege ἄλλοις. lin. in ἀντιών. ἀντιώντων. lege ἀντητιώντων. lin. abſolute. ἥδομαι. lege ἥδομαι. lin. reſtrinxiſſe. & ſq. delenda *quod ab interprete animadverteram.* lin. *lætitiæ darent.* adde, ſive *animum lætitiæ darent.*

col. 2. lin. uente. *Neronis.* adde *videlicet.* lin. ut decreto. *columnæ.* lege *columnæ.*

p. 1447. col. 1. lin. καὶ διώκ. κατέχων. lege κατέχων. lin. buli. ἀνεπιπλήκτου. lege ἀνεπιπλήκτῳ. lin. ἐμέθυε. μέθαι. lege μέθαι. lin. terrendum. *liberalitare.* lege *liberalitate.*

col. 2. lin. χοντα. *ullius.* lege *illius.* lin. ποιεῖτο. ad hanc ipſam vocem adde: *vel poſt. Sed &* ἐποιεῖτο. deinde dele *quod.* lin. τὸ ἄν. *Ibid.* adde: *vel* ἀναγνοὺς γάρ. lin. Iam γάρ. *fuiſſe.* adde: εὐθέως, *ut* εὐθέως ἀναγνοὺς *idem ſit quod.* lin. Dicendum. *veheretur.* lege *inveheretur.* lin. de amore. αὐτῆς. lege αὐτῆς.

p. 1448. col. 1. lin. modo. *ac plane.* lege *ac non plene.* lin. hoc modo. deleri debent ἀλλά, *non illud.* lin. dere. *uſuvenere.* lege *uſuvenire.* lin. γάρ. *aliquando.* lege *aliquanto.* lin. quis ſcribi. *convenit.* lege *conveniet.* lin. nobis. *illo* appone comma. lin. ἔσω. αὐτῇ — αὐτῇ lege αὐτῇ — αὐτῇ. lin. ſq. ἑαυτῇ lege ἑαυτῇ.

col. 2. lin. at, quum. συνῆθα, lege συνήθα & adde: Ἀγριππίνῃ δεινὰ ἀγανακτουμένῃ, *non minus quam.* lin. quuntur. ἐξόν. lege ἐξόν. lin. turæ. *præterea.* lege *præter.* lin. ticulam. *jungendum.* lege *jungendam.* lin. enim cog. *cogitabant.* lege *cogitabant.* lin. ποσφάξῃς. lege ποσφάξῃς.

p. 1449. col. 1. lin. enim. *loqui.* lege *eloqui.*

col. 2. lin. λυκρηκοτέρως. ἐκεῖνων. lege ἐκείνων. lin. illi meæ. ὄν. lege οὐκ. lin. de ſit. *ac.* lege *acſi.* lin. hoc αὐτῶν. *non.* lege *nec non.* lin. tim ibid. *qui nam.* lege *quinam.* lin. quutus. *fugere.* lege *effugere poſſe.* lin. quosdam. ἔλαθε. lege ἔλαθε. lin. *mox iſta.* lege *vox iſta.*

p. 1450. col. 1. lin. alios. *inveniantur.* lege *inveniatur.* lin. tormentis. *adverſis.* lege *adverſus.* lin. eſſe loco. *oſtendit.* lege *oſtendi.* lin. cum. ἔν τε. lege ἔν τε. lin. dicturum. φρόνημα. adde, *fuiſſe pro prudentia. Eſt autem* φρόνημα. lin. alioqui. *animæ.* lege *animi.*

col. 2. 722. p. ἐποιήσατο. lege ἐποιήσατο. lin. involvere. *docebit.* lege *te docebit.* lin. etiam. αὐτῷ adde τῷ lin. 725. p. μηδαμώς. lege μηδαμῶς.

p. 1451. lin. cula. pro ſigno interrogandi, pone punctum.

p. 1490. col. 1. lin. translatum. ἐξ. lege ἐξ.

p. 1491. col. 1. lin. σάπη. lege σάπη.

p. 1501. col. 2. lin. p. 359. pro numero 608. lege 607.

p. 1516. col. 1. lin. 742, 31. τῆς. lege τῆς.

p. 1521. fin. Λίων δὲ. lege Δίων δὲ.

p. 1534. col. 1. ad finem § 2. adde: *Dio Tragicus perperam legitur apud Pollucem II. 88.* παρὰ Δίωνι δὲ τῷ Τραγικῷ ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Συνεκδημητικῷ. *pro quo* παρ' Ἴωνι δὲ, *aut* παρὰ δ' Ἴωνι *legendum eſſe viderunt Leopardus, Kuhnius, Jungius.*

p. 1600. καθαιρέω & καθαιρήσουσαν. lege καθαιρέω & καθαιρήσουσαν.

col. 2. fin. πῦρ αἴρων ἐ. lege ἐς.

p. 1645. col. 2. in L. Commodo, lin. poſuit. *Germanicus. Maximus.* lege *Germanicus Maximus.*

p. 1687. col. 1. in Flav. Sulpiciano. lin. 3. *occidtiur.* lege *occiditur.*

Addenda ad LAMBERTI BOS Animadverſiones in Dionem, quarum Cap. VI. legitur ſupra p. 1499. Caput V. ibi omiſſum hic ſequitur.

Lib. XXXV. p. 5. B. apud Dionem Caſſ. legitur: Τὰ δὲ δὴ Κόμανα τῆς τε νῦν Καππαδοκίας ἐστὶ, καὶ ἐδόκει τότε τῆς Ἀρτέμιδος τὸ Ταυρικὸν βρέτας, καὶ τὸ γένος τὸ Ἀγαμεμνόνειον δεῦρο ἀεὶ ἔχειν.] De eodem hoc ſimulacro Pauſanias in *Laconicis* p. 249. Καί τι διαμεμένηκεν ἔτι καὶ νῦν τηλικοῦτο ὄνομα τῇ Ταυρικῇ θεῷ, ὥστε ἀμφισβητοῦσι μὲν Καππάδοκες καὶ οἱ τὸν Εὔξεινον οἰκοῦντες, τὸ ἄγαλμα εἶναι παρὰ σφίσιν. *Atqui ſervatum eſt etiamnum tantum nomen Tauricæ Deæ, ut Cappadoces cum Euxini accolis contendant, penes ſe eſſe illud ſimulacrum.*

p. 5. E. ubi de Mithridate Triarium vincente; Καὶ αὐτῷ οἱ βάρβαροι προχωροῦντι ἤδη προσπεσόντες, τοὺς μὲν ἐν χερσὶ τῷ τε πλήθει σφῶν περιέσχον καὶ κατειργάσαντο.] Minus accurate hæc vertuntur: *Barbari jam caſtello appropinquantes adorti; circumfuſique ob multitudinem ſuam, partim ceciderunt &c.* Tu vero rectius vertas: *Et ipſum* (Triarium) *promoventem jam adorti Barbari, obvios multitudine ſua circumdederunt & obtruncarunt.*

Lib. XXXVI. p. 11. A. ubi de rogatione Gabinii a plebe approbata: Τήν τε ἐσήγησιν αὐτοῦ ἀπεδέξαντο, καὶ πρὸς τὸν Πομπήιον [illegible] πάντες, πλὴν τῆς γερουσίας, ἀπέκλιναν &c.] Hoc ipſum habet etiam Plutarch. in *Pompejo* p. 632. Ἀναγνωσθέντων δὲ τούτων (lege ſc. a Gabinio rogata) ὁ μὲν δῆμος ὑπερφυῶς ἐδέξατο, τῆς δὲ συγκλήτου τοῖς μεγίστοις καὶ δυνατωτάτοις ἔδοξε — φθόνου ἄξιον εἶναι τὸ τῆς ἐξουσίας ἀπερίληπτον καὶ ἀόριστον. Ὅθεν ἐνίσταντο τῷ νόμῳ, πλὴν Καίσαρος. & quod mox apud Dionem de Piſone Conſule altero: Πίσωνα δὲ τὸν Γάϊον τὸν ὕπατον — συλληφθέντα, καὶ μέλλοντα καὶ ἀντὶ τῶν ἄλλων ἀπολλυσθαι, ὁ Γαβίνιος ἐξῃτήσατο. hoc Plut. loco dicto: καὶ τῶν δὲ ὑπάτων ἅτερος εἰπὼν πρὸς αὐτὸν, ὅτι Ῥωμύλον ζηλῶν οὐ φεύξεται ταὐτὸν ἐκείνῳ τέλος, ἐκινδύνευσεν ὑπὸ τοῦ πλήθους διαφθαρῆναι.

Lib. XXXVIII. p. 71. A. Ὅθεν που πάνυ καλῶς εἴρηται ὅτι ῥᾷον παραινέσαι ἑτέροις ἐστὶν, ἢ αὐτὸν παθόντα καρτερῆσαι.] Sententiam hanc deſumſit ex Euripidis *Alceſtide* verſ. 1078. ubi:

> Ῥᾷον παραινεῖν, ἢ παθόντα καρτερεῖν
> *Facilius eſt conſolari, quam miſeriam ſuſtinere.*

Hinc Terent. alibi: *Facile omnes quum valemus recta conſilia ægrotis damus.* Auctor infra p 306. Ἀμείνων εἶ ἑτέροις τισὶν ὁτιοῦν παραινεῖν &c.

Lib. XXXIX. p. 112. C. ubi agitur de P. Craſſo, qui Aquitanos ſubegit: Ἐπὶ οὖν τούτους ὁ Κράσσος στρατεύσας, Ἀπιάτας τε μάχῃ ἐκράτησε, καὶ πολιορκίᾳ εἷλεν, ὀλίγους μὲν ἐν ὁμολογίᾳ τινὶ ἐξ ἁπάσης ἀποβαλών. Poſteriora verba hoc modo reddita invenio: *paucis nonnullis ex univerſo exercitu in quodam colloquio amiſſis.* Plane contra mentem Auctoris. Tria hic notanda ſunt. Primo, ἐξ ἁπάσης, non ſignificare, *ex univerſo exercitu;* ſed *ex omni regione,* Aquitania ſc. familiaris enim eſt hæc ellipſis ἁπάσης pro ἁπάσης χώρας vel γῆς. Secundo, ὁμολογίαν non eſſe *colloquium,* ſed *conditionem, pactum,* uti ὁμολογεῖν eſt *pacis conditiones accipere,* ſic in fine pag. Καὶ οἱ λοιποὶ πλὴν ὀλίγων ἀκονιτὶ ὡμολόγησαν. & lib. XL. p. 157. ἐκ δὲ τούτου τῶν μὲν ἄλλων τινὲς ὡμολόγησαν. & paullo ante in eadem pag. τότε δὲ τοὺς μὲν ὁμολογίᾳ τῶν λοιπῶν προσέθετο, τοὺς δὲ καὶ μάχῃ κρατήσας ἐδουλώσατο. Tertio, pro ἀποβαλὼν legendum ἀπολαβών. hæc autem ſæpe inter ſe confunduntur, ſic p. 120. καταλαβεῖν τὴν γνώμην legitur, pro καταβαλεῖν. Vertenda itaque verba Dionis hoc loco ſunt: *paucis quidem ex omni regione conditionibus quibusdam in fidem receptis.* Vides hic, ἐν ὁμολογίᾳ ἀπολαβεῖν opponi τῷ, μάχῃ κρατεῖν & πολιορκίᾳ ἑλεῖν, quemadmodum in illo altero loco modo citato, ὁμολογίᾳ προστίθεσθαι, opponitur μάχῃ κρατεῖν.

Eodem lib. p. 132. B. Καὶ ἐκεῖνοι τε οἱ μὲν ἀπέθανον ἐκ τῶν τραυμάτων, ἢ καὶ ἑαυτοὺς καταχρησάμενοι· οἱ δὲ ἑάλων τῇ ἑτέρᾳ &c.] Poſtrema illa, οἱ δὲ ἑάλων τῇ ἑτέρᾳ inepte vertit Interpres, *reliqui poſtridie capti ſunt.* putavit in voce ἑτέρᾳ intelligendum ἡμέρᾳ. perperam; intelligi enim debet χειρί. Eſt loquutio proverbialis, τῇ ἑτέρᾳ λαβεῖν vel ἀλίσκειν, *ſiniſtra manu capere,* i. e. *facili* vel *nullo negotio capere.* q. d. non dextram manum adhibere ad capiendum, ſed ſiniſtram, qua minus valemus. Vide quæ dixi in Ellipſi vocis χείρ. Ergo ἑάλων τῇ ἑτέρᾳ ſignif. *levi negotio capti ſunt.*

p. 143. D. περίδειπνον ποιῆσαι, neutiquam recte verſum eſt, *comiſſari,* cum ſit *cœnam funebrem agitare,* vel *epulum funebre.* Pollux l. VIII. c. 7. Ἡ δὲ ἐπὶ τῷ πένθει σύνοδος, περίδειπνον. Hieronym. in *Jerem.* cap. XVI. *Moris autem eſt lugentibus ferre cibos, & præparare convivia, quæ Græci* περίδειπνα *vocant, & a noſtris vulgo appellantur parentalia, eo quod parentibus juſta celebrentur.* Demoſthenes *Orat. de Corona:* Ἀλλὰ δέον ποιεῖν αὐτοῖς τὸ περίδειπνον ὡς παρ' οἰκειοτάτῳ τῶν τετελευτηκότων &c. Latini *Silicernium* vocant. Vide Feſtum.

* * *

Quandoquidem in ſuperioribus emendationes Cl. Reiskii, ſatis multas per ſe, verum pro longe majore numero paucas probavi; liceat nunc pace V. Cl. exemplis nonnullis docere, cur omnibus ſubſcribi vix queat.

Mitto loca illa, de quibus non niſi ex nexu judicium ferri poteſt, quia longum nimis foret, totum ordinem rei geſtæ & narrationis huc transferre. De lacunis generatim fateor, me non æque facilem eſſe in iis vel agnoſcendis vel explendis. Sic 462. lin. 64. quinque verſus inſerit Cl. R. adhæreſcens ſcilicet ad voculas τοῦτο μὲν, quas aliud τοῦτο δὲ ſequi debeat. Enimvero, ſi in antecedentibus eſt manifeſto, ad quod τοῦτο μὲν referatur, nihil opus eſt nova his addenda quærere. τοῦτο μὲν γὰρ (ſcilicet, quod modo dixerat, ἐθέλοντας αὐτὰ ὑπομένειν) οὐ πιστεύουσι· πεφωρᾶσθαι δὲ νομίζοντες, καὶ αἰσχύνονται καὶ φοβοῦνται. *Hoc enim* (quod homines volentes ea ſuſtineant) *non credunt, ſed deprehenſos ſe eſſe putantes, verecundia metuque corripiuntur.*

p. 623.

p. 623. lin. 83. ſupplementum quod datur, nexum per ſe planum turbat mirifice. Eſt in oratione Cæſaris Octaviani ad milites ante pugnam Actiacam dubitatio duplex, quam removet. ἀλλ' ἐρεῖ τις, ὅτι (ὁ Ἀντώνιος) καὶ συμμάχους πολλοὺς καὶ χρήματα πολλὰ ἔχει. Reſpondet primo de Sociis: οὐκοῦν ὅπως μὲν τοὺς τὴν Ἀσίαν τὴν ἤπειρον οἰκοῦντας νικᾶν εἰώθαμεν, ἴσασι μὲν ὁ Σκιπίων — ὁ Σύλλας — ὁ Λούκουλλος, ὁ Πομπήιος, ὁ Καῖσαρ — ὑμεῖς αὐτοί, οἱ τοὺς μετά τε τοῦ Βρούτου καὶ τοῦ Κασσίου συστρατευσαμένους κεκρατηκότες. Hinc argumentando invertit alteram objectionem de divitiis: τούτου δὲ δὴ οὕτως ἔχοντος, καὶ τὸν πλοῦτον σφῶν, ὅσῳ πλείονα ἑτέρων νομίζετε εἶναι, τοσούτῳ μᾶλλον σπουδάσατε σφετερίσασθαι. *Quæ cum ita ſint*, (ſcil. quod Aſiatica auxilia vincere ſueti ſitis) *etiam divitias eorum, quo majores putatis eſſe opibus aliorum, tanto cupidius in poteſtatem veſtram redigetis.* Quid ſanius? At ſi cum V. Cl. poſt εἰώθαμεν inſeras, ὅπως δὲ τοῦ ἐκείνων πλούτου ἐμπίμπλασθαι, [illegible] Σκιπίων &c. non diſtincte reſpondebitur, & ubi tantum de victoria certa ſermo eſt, divitiarum occupandarum ſpes intempeſtive immiſcebitur.

p. [illegible] lin. 51. poſt verba Αἴγυπτος μὲν οὕτως ἐδουλώθη, *lacuna*, inquit, *eſt, & ea quidem, ut videtur, magna.* Vix crediderim id cuiquam in mentem venturum, qui viderit Dionem ſic pergere: πάντες γάρ, οἱ ἀντισχόντες αὐτῶν χρόνον τινά, ἐχειρώθησαν.

p. 710. lin. 82. compluſcula ei videntur deſiderari ante verba ἐπεὶ δὲ καὶ τῷ ἔργῳ αὐτὰ ἐπετέλεσεν, οὕτω δὴ καὶ τὸ τοῦ Αὐγούστου ὄνομα ἐπέθετο. nempe quia ἐπεὶ δὲ cum præcedentibus non cohæreant, & obſcurum ſit, quo αὐτὰ debeat referri. Sed facile deprehenderit V. Cl. quippe Dionem non perfunctorie legens, nexum in ejus ſtilo, parentheſibus, exemplis, & digreſſionibus interciſo, ſæpe remotiorem eſſe. Hæc autem cohærent cum ſuperioribus p. 709. lin. 66. ὁ δ' οὖν Καῖσαρ πολλὰ μὲν καὶ πρότερα, (vel πρότερον) ὅτε τὰ περὶ τῆς ἐξωμοσίας τῆς μοναρχίας, καὶ τὰ περὶ τῆς τῶν ἐθνῶν διανομῆς διελέχθη, ἔλαβε. (ſcil. ut ſequitur, lauros ante ædes, coronam quernam in faſtigio ædium, quæ palatii nomine inſignitæ ſunt) ἐπεὶ δὲ καὶ τῷ ἔργῳ αὐτὰ ἐπετέλεσεν (nempe quæ de partiundis cum S. P. Q. R. provinciis, promiſerat) οὕτω δὴ καὶ τὸ τοῦ Αὐγούστου ὄνομα ἐπέθετο.

Sed & de lacunis video non poſſe paucis verbis exponi: quare plura non addam hujus generis. Ad emendationes progredior, quæ mihi obiter illas percurrenti, præ ceteris annotatione indigere viſæ ſunt. p. 102, 64. Cæſar & Cicero legi Maniliæ favent, non reip. non Pompeji cauſa, ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ ὣς γενήσεσθαι ἔμελλε, Καῖσαρ μὲν τὸν ὄχλον ἅμα ἐθεράπευσε &c. Κικέρων δὲ &c. Mutat V. Cl. ἐπειδὴ (ὡς καὶ γενήσεσθαι ἔμελλε) quæ plane non apta ſunt ſequentibus, Καῖσαρ τὸν ὄχλον ἐθεράπευσε, & prudentiæ Cæſaris ac Ciceronis multum detrahunt, qui, quod ipſis etiam quieſcentibus, aut renitentibus, futurum erat, promovebant, ut ſibi ſimul aliquid poteſtatis acquirerent. Nec offendet particula καὶ ὣς, *vel ſic, nihilominus*, (ſexcentis locis Dioni uſurpata, uti Index docebit) cujus ſimilia apud Lamb. Bos Obſſ. Miſcell. p. 72. ſq. obvia, & contraria οὐδ' ὥς, μηδ' ὥς pervulgata ſunt.

p. 128, 55. αἱ τιμωρίαι αὐτῶν ἐκολούοντο V. Cl. vult ἐκωλύοντο, quia κολούειν de hominibus tantum caſtigandis & coercendis dicatur. Sed κολούεσθαι eſt ἐμποδίζεσθαι, ut exponit Suidas, & de rebus adhibet Homerus. ἐκολούθη τὸ πῦρ inquit Dio 629, 34. τὰς ὁρμὰς κολούειν 690, 7. Quare nulla neceſſitas eſt mutandi.

p. 131, 53. ὅσα τότε ἐκτήσατο. V. Cl. vult ὅσα ποτέ. imo τότε refertur ad certum tempus, quod dixerat, μετὰ γὰρ τῶν τοῦ Σύλλου λοχαγῶν ἐστράτευτο.

p. 132, 78. ὅπως μὴ φύγῃ που. ποι corrigit, & iterum p. 614, 63. provocans ad d'Orvillii Charitonem p. 119. At d'Orvillium audi, plane contrarium dicentem: *Temerarium*, inquit, *mihi videtur, uſum particularum* ὅποι, ὅπου, ποῖ, ποῦ, οἷ, οὗ, *ex arbitrio ubique coarctare, cum nobis non plane pateat, quid uſus, quid licentia, ſibi in his permiſerint.* vide exempla ejus. Pariter uſum harum particularum promiſcuum eſſe judicat Doctiſſ. Valkenaar ad Ammonium p. 113.

p. 137, 54. ὥστε καὶ αὐτοὺς τοὺς κρατήσαντας πολὺ τῶν κοινῶν ὀδύρεσθαι. πολιτῶν κοινῶν ſcribi jubet R. quod elegantiæ ſpeciem habet; ſed quominus admittam, obſtat hoc, quod ὀδύρεσθαί τινος, ſcil. ἕνεκα, cum Genitivo perſonæ uſurpatum, referri ſolet ad eum cujus vicem dolemus, hoc eſt qui aliquid amiſit; id quod in remp. τὰ κοινὰ bene quadrat, quæ multos cives amiſerat, non vero in cives amiſſos. Præterea minus cohærerent hæc: πολιτῶν κοινῶν ὀδύρεσθαι, ὅτι — πολίτας ἀπολωλέκεσαν.

p. 138, 88. οἱ μὲν παρόντες, οἱ δὲ καὶ ἐρήμην ὦφλον. Poſt παρόντες inquit Reiskius, deeſt ἐδικαιοῦντο, vel ἐκολάζοντο. neque enim huc trahi poſſe ſequens ἐρήμην ὦφλον, neque ὀφλισκάνειν abſolute pro δίκην aut ζημίαν aut θάνατον ὀφλισκάνειν poni. Mihi planum eſt παρόντες ὦφλον, & ἐρήμην ὦφλον opponi. ὄφλω autem vel ὀφλισκάνω, abſolute pro *damnari, pœnam luere*, eſt phraſis Thucydidis p. 212, 37. ὀφλόντων δὲ αὐτῶν, *cum illi damnati fuiſſent.* Ellipticam tamen phraſin eſſe non nego, ſubintelligendo δίκην, aut τί ut Dio 1170, 71. ἄν τινα ὀφλῆσαι πάντως τι ἔδει.

p. 147, 64. καὶ ἐπήλπισε — τὴν ἀρχαίαν δι' αὐτῶν ἐξουσίαν ἀναλήψεσθαι. ἔτι ἤλπιζε, pro ἐπήλπιζε ſcribi jubet, quia ἐπελπίζειν ſit, *ſpem injicere*, alterius vero ſignificationis dubitat an exemplum præſtari poſſit. Sed probum eſt ἐπελπίζειν pro ſimplici ἐλπίζειν, & exempla præſtabit Cl. Hemſterhuſius ad Lucian. T. I. p. 345. ſq. quæ probat etiam d'Orvillius ad Charitonem p. 435. Abreſch ad Æſchylum p. 33. vide & Lucian. I. p. 132. Sic & Mediceus codex Dionis p. 587, 38. u. ἐπελπίζειν exhibet, ubi vulgo eſt ἐλπίζειν.

p. 157, 28. τοῦ δὲ δὴ καιροῦ διεσκόπει. Offendit Noſtrum caſus patrius, unde τοὺς δὲ δὴ καιροὺς ſubſtituit. Et p. 517, 15. ubi eadem conſtructio occurrit, vix probam eſſe cenſet. Sed eſt pervulgata ellipſis præpoſitionis περὶ in verbis curandi, quam pluribus exemplis illuſtravit Lamb. Bos. & plene dicitur διασκοπούμενος περὶ τοῦ πολέμου Lucian. III. 271.

p. 165, 16. οἱ τὰ φορτία συμφερόμενοί τισιν, ἐπικουφίζουσιν αὐτούς. mavult αὐτοῖς, ſcil. τὰ φορτία, Cl. R. & ita utique Græci. Sed nec alterum improbandum eſt. Dio, p. 353, 81. ἐπεκούφισεν αὐτοὺς τοῦ δέους. & ſimilia exempla ſimplicis κουφίζω ubique in promtu ſunt. Latine etiam æque dicitur *levare dolorem alicujus, & levare aliquem dolore.*

p. 166, 76. οὐδὲ γὰρ οὐδ' οἱ ναύκληροι. *Græcus alius ingenuus*, ſi Reiskium noſtrum audimus, *dixiſſet*, οὐ γὰρ οὐδ' οἱ ν. *Relinquendum igitur Dioni, cujus ſtilus tam non eſt Atticus, ut paſſim ne Græcus quidem ſit.* Verum præſtitiſſet reprimere hoc judicium, niſi ſimul Homerum accuſet barbariei Il. M. 212. ἐπεὶ οὐδὲ μὲν οὐδ' ἔοικεν. Od. K. 551. οὐδὲ μὲν οὐδ' ἔνθενπερ ἀπήμονας ἦγον ἑταίρους. ibid. 327. οὐδὲ γὰρ οὐδέ τις ἄλλος ἀνὴρ τάδε φάρμακ' ἀνέτλη. Od. Θ. 32. οὐδὲ γὰρ οὐδέ τις ἄλλος ὅτις κ' ἐμὰ δώμαθ' ἵκηται.

p. 183, 98. καί μοι εἴ τις ὑμῶν ἐκεῖνο ὑπολαμβάνει. Corrigit μοι in μέν. Eſt vero elegans particula, quamvis otioſe interjecta. καί μοι μηδεὶς θαυμάσῃ. 40, 4. καί μοι μνημονεύσατε. 448, 99. καί μοι καὶ ταύτην αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν θεάσασθε. 460, 83.

p. 203. lin. 46. τὰς στολάς, καθάπερ ἐν συμφορᾷ τινι, μετεκδῦναι, ἐψηφίσαντο. Vix putat V. Cl. hoc per naturam Græcæ linguæ dici poſſe, cum aliæ veſtes exui non poſſint, quam quæ ὡς ἀεὶ in corpore geruntur. Conjicit igitur μετενδῦναι ſcribendum eſſe. Equidem fateor, me hanc difficultatem non capere. Verbum eſſe probum ſenſu *exuendi* quis negat? vide p. 557, 44. τὰς στολὰς μετεκδῦναι dicitur Senatus, in calamitate publica, cum depoſita veſte ſenatoria, equeſtrem ſumebat. Sed contra μετενδῦναι στολάς, p. 478, 32. quando perfuncti periculo veſtem Senatoriam reſumebant. Id autem huic loco prorſus contrarium eſt.

p. 220. lin. 85. τὸ μὲν πρῶτον ἐνόει καὶ παρεσκευάζετο ὡς καὶ ἐπὶ τοὺς Πάρθους στρατεύσων. Recepi ἐνόει pro ἐνόσει, ex Xylandri emendatione: quod præpropere factum putat R. cum ἐνόει ne quidem Græcum ſit pro ἐνενοεῖτο: ipſe ἐστρατολόγει ſubſtituit. Reſpondeo, primum ἐνόει Dio ipſe habet alio loco p. 272, 35. συμμάχους κατὰ τῆς πατρίδος χρήσασθαι ἐνόει, pro quo ſæpius ἐνενόει dicit, quod eodem redit. Deinde habet verbum hoc eodem ſenſu Homerus Il. Θ. 408. ubi Jupiter de Junone: αἰεὶ γάρ μοι ἔωθεν ἐνικλᾶν ὅττι νοήσω. & Il. α. 542. Juno ad Jovem: οὐδέ τί πώ μοι πρόφρων τέτληκας εἰπεῖν ἔπος ὅττι νοήσῃς. Conſtructio cum ὡς καὶ pendet potiſſimum a poſteriori verbo παρεσκευάζετο, ut p. 259. lin. 45. quanquam nec aliena a verbo ἐνόει. Ipſum vero verbum ſane proximum eſt corrupto ἐνόσει, cum contra ἐστρατολόγει nihil habeat cum eo commune nec Dionium ſit. Uter ergo noſtrum præpropere judicarit, in medio relinquo.

p. 223, 26. ἔξω τε τῆς οἰκίας — μὴ τολμῆσαι φανῆναι. Sic edidi ex emendatione Malaſpinæ & Leunclavii, pro abſurdiſſimo ἔξω τε τῆς Ἰταλίας, motus nempe hiſtoriæ ipſius veritate, quam de Gabinio teſtatur Cicero ad Quintum fratrem. Fatetur Cl. Reiskius, nihil eſſe ſpecioſius, & tamen magis genuinam manum Dionis videtur ſibi eruiſſe ex voce corrupta Ἰταλίας, nimirum ἐπαυλίας ſc. θύρας, *extra fores atrii.* Miror autem, quam confidenter hoc genuinam manum Dionis dicat, cum iſtud vocabuli nec Dionium nec Græcum ſit eo ſenſu, ſed, ſi quando occurrat, exponente Heſychio, denotet τὰς δευτέρας τῶν γάμων ἡμέρας. Vera lectio hic non adeo in literis corruptæ vocis Ἰταλίας quærenda erat, quoniam illa librario excidit per confuſionem præcedentis Ἰταλίας quod adhuc hærebat in animo; qualia errata multa in Dione annotavi, & qualia nobis quotidie in loquendo & ſcribendo accidunt.

p. 230. lin. 65. reformat vocabulum ἀνάγνυστα in ἀνανάγνυστα vel ἀάγνυστα. Nolim hujuſmodi conficta vocabula & a Græcorum more abeuntia, quale ἀνανάγνυστα eſt, Dioni affricare. ἀνάγνυστον novit & explicat, citato cujuſdam auctoris loco, Euſtathius in Od. N. p. 910. lin. 49. edit. Baſil. ἄγνυστος, ἐξ ἐκτάσεως ἀάγνυστος, καὶ ἐνθέσει τοῦ ν ἀνάγνυστος, ἤγουν λίαν ἄγνυστος. vide eundem in Od. Λ. p. 434. ubi μετὰ δευτέρας στερήσεως formatum dicere videtur.

p. 241, 93. ἐς τοὺς πολεμίους ἑάλω, (pro quo V. Cl. ἑάλωσαν vult ſubſtitui) non dubitandum eſt, genuinum eſſe Dionis, quia conſimile occurrit ἄλλους ἐς κατασκοπάς. p. 86, 22. & ex Xenophonte Henricus Stephanus affert ἑάλωσαν ἐς Ἀθήνας γράμματα. alia ſimilia præpoſitionis εἰς collegit doctiſſ. Hemſterhuſius ad Ariſtophanis Plutum p. 456. ut illum uſum præpoſitionis εἰς ad ſequiorem ætatem relegandum eſſe non dixerim cum Cl. Reiskio.

p. 253, 90. Vox περίδειπνον offendit eundem, ea ſola ratione, quod ignorat quid περὶ in hac compoſitione ſibi velit, unde σύνδειπνον a Veteribus potius appellatum eſſe contendit. Itane vero tam levi ratiuncula par eſt rejicere notiſſima vocabula, & nova nobis ex ingenio obtrudere? Habent, ſcribuntque ita vocabulum vete-

res

res omnes conſtanter: Lucianus II. 933. Pollux VI. 101. VIII. 66. & 146. ubi & Demoſthenem de Corona, Hieronymum & gloſſaria MS. laudant interpretes. alios vide apud Stuckium lib. I. c. 26. & duo loca Athenæi apud H. Stephanum. omnes περίδειπνον ſcribunt. Si *circumpotationem* Ciceronis de Leg. II. c. 24. referre huc liceat, habueris & rationem etymi. Certe licet omnium vocabulorum denominandi rationem aſſequi non poſſimus, noſtrum tamen non eſt ea pro lubitu refingere.

p. 269. lin. 29. ἐκάνην non mutandum in ἐκείνας ſcil. πόλεις, ſed referendum ad πατρίδα. præceſſit enim ὅτι τὴν πατρίδα ἐξήλασαν.

p. 285. πολὺ γάρ που πλεῖω, πολὺ κινδυνεύεται. πόλει pro poſteriore πολὺ reponit R. contra rationem ſtili Dionis, qui geminat ſæpius ejusmodi particulas, ut pluribus exemplis oſtendi in Indice ſub ἐνδῆ. vide modo dicta ad p. 166, 76. Simile illud Tragici apud Longinum Sect. XV. p. 56. Pearcii. κόρας, Ἄντας γὰρ, ἄντας πλησίον θρώσκουσί μου.

p. 285. lin. 87. τριαρχίαν, quod Xiphilinus habet, multis modis præferendum corrupto τριμοιραρχίαν, quod ne quidem quæſitis rationibus ſe tuetur. Explicat Dio p. 431, 63. ἐς ἄνδρας ἐς τρεῖς ἐδυνάστευον. & τὴν τοῦ Ἀντωνίου τοῦ τε Λεπίδου συναρχίαν appellat p. 697, 60. ut de μοναρχίᾳ nihil dicam.

p. 290. lin. 80. τῷ ἀνέμῳ αὐτοῦ ἐπέθετο, quod verti: *ventum illic* (nempe Brunduſii) *exſpectavit.* In his bonum ſenſum deſiderat V. Cl. nil ſanum videt, nil intelligit; ſcilicet quia ἀνέμῳ αὐτοῦ connectens, interpretatus erat ἀνέμου πολέμου. Hoccine vero erat bonum ſenſum adhibere? præſertim cum ipſa interpretatio latina commonefaceret, αὐτοῦ eſſe *illic*, & cum modo præceſſiſſet, Καῖσαρ δὲ ἦν ἐν Βρεντεσίῳ τὸ ἔαρ ἀναμένων. Igitur αὐτοῦ, ut aliis Scriptoribus, ita Dioni, loci jam nominati ſignificationem habet. Exempla dabit Index. Eſt vero elegans locutio, τῷ ἀνέμῳ ἐπιτίθεσθαι, auf den Wind lauren. ſicut ἐπιθησόμενον τῇ ἀπουσίᾳ αὐτοῦ p. 426. lin. 76. er laurete, wenn jener würde weg ſeyn. Longinus l. c. de Poëta: οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ταῖς ἄλλαις ἐπιτίθεσθαι φαντασίαις οὐκ ἄτολμος, *ſatis audax eſt ad captandas etiam alias imagines.* Igitur cum vellet Cæſar ante vernum tempus, ipſa adhuc hieme Brunduſio ſolvere, ventum vel maxime ſecundum captare debebat in ipſo portu. Amplius dico: expreſſit Dio Lucanum V. 409. *Turpe duci viſum, rapiendi tempora belli in ſegnes exiſſe moras, portuque teneri.* inde Phraſis Dionis quæ præceſſit, τὸν καιρὸν τοῦ πολέμου ἥρπασε. Pergit idem Lucanus:

Fortius hiberni flatus cœlumque fretumque,
Cum cepere, tenent . . .
Nec maris anfractus luſtrandaque littora nobis,
Sed recti fluctus, ſoloque Aquilone ſecandi.
Hic utinam ſummi curvet carcheſia mali,
Incumbatque furens, & Graja ad mœnia perflet.

vide plura de vento apud Lucanum in ſequentibus. En igitur Cæſarem τῷ ἀνέμῳ ἐπιτιθέντα, unde ſimul patet, τῷ ἀναμένῳ αὐτοῦ (ſcil. πολέμου) quod ſubſtituit V. Cl. prorſus alienum eſſe.

p. 301. lin. 8. Διονυσίου. Veretur Cl. Reiskius ut hæc ſcriptio recta ſit, cum ambiguitatis vitandæ gratia, Διονυσιείου præferendum videatur. Verum Διονύσιον ſcribitur templum Bacchi a veteribus, Thucydide p. 564, 46. Pauſania p. 104. 127. 128. Luciano II. p. 405. Diodoro Siculo. II. p. 352, 68. &c. vide alia templorum nomina ſimiliter cadentia in notis ad Dionem p. 606. § 17.

p. 323. lin. 91. πάντα δὴ πάντως, mutari vult in πάντα διὰ πάντων. Sic & πάνυ πάντως, & μηδαμῇ μηδαμῶς damnat ad p. 608, 4. & ab hac tautologia ubivis liberare Dionem nititur. Quid autem dicet de Platone in Phædone p. 31. edit. Baſil. verſus medium: καὶ οὐδέποτε οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἀλλοίωσιν οὐδεμίαν ἐνδέχεται?

p. 325. lin. 15. πρὸς τρόπον τε ἐνόμισε τῷ Καίσαρι ἐντεύξεσθαι, proba & ſatis nota locutio, non mutanda in πρὸς τρόπους.

p. 336. lin. 35. τὰ δὲ δὴ στρατόπεδα οὐχ ἡσυχῇ αὐτὸν ἐτάραξε. ἡσυχῇ ταράττειν, inquit V. Cl. videtur conſiſtere non poſſe. Ita eſt, præſertim ſi *quiete* interpreteris. Verum intellige ἡσυχῇ, *clam*, οὐχ ἡσυχῇ, *palam*, non pugnabit negans ſententia, οὐχ ἡσυχῇ αὐτὸν ἐτάραξε, *palam eum perturbarunt.* Sic autem ſumitur particula, ut in Indice videre eſt.

p. 345, 38. οὐδὲν οὐδέτεροι μέγα παρέβαλον, *neutri rem magnam tentarunt.* Vel Medium παραβάλλεσθαι adhibendum fuiſſe, vel εἰς οὐδὲν μέγα cum παρέβαλον jungendum, vel potius παρέσχον pro παρέβαλον ſcribendum judicat R. Sane παραβάλλεσθαι hoc ſenſu uſitatius eſt, & ſic Dio alias. 179, 16. 268, 65. ſed non auſim ideo παραβάλλειν damnare: nam utrinque eadem ellipſis eſt, ſcil. κινδύνῳ vel κινδύνοις, quod plene dicitur apud Ariſtidem: παραβάλλοντες μέσην τοῖς τοῦ πολέμου κινδύνοις πόλιν. Eadem ratio loci apud Suidam ἑαυτὴν παραβαλεῖν ἀνδρὶ ἀγνῶτι. Utrumque jam laudavit H. Stephanus.

p. 353. lin. 78. συνευπορῆσαί τι μᾶλλον ὑμῖν. συνεκπορίσαι ſubſtituit R. ut ſenſus ſit, *ſimul vobiſcum comparare.* Atqui idem ſignificat verbum συνευπορέω, docentibus Lexicis, ut propterea mutatione non opus ſit.

p. 357. lin. 83. πλὴν καθ' ὅσον οὐκ ἐκ τοῦ ἴσου τῶν κώλων ἔχει, ſcil. ἡ καμηλοπάρδαλις, de qua ſermo eſt. τὰ τῶν κώλων vel τὸ τῶν κώλων reſcribit R. Ita vero dici utique poterat, ſi novum orationis ſubjectum inductum fuerit. Sed ſubjectum hic manet τὸ ζῶον τοῦτο — οὐκ ἐξ ἴσου τῶν κώλων ἔχει. Ita vero affectio rei aut perſonæ per genitivum cum verbo ἔχειν effertur, ut οὕτως ὅν καὶ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος ἔχων. p. 22, 96. οὕτω γνώμης ἔχω 449, 30. &c.

p. 363. lin. 91. ὁ Καῖσαρ ἀδοκήτοις ἐπῆλθε. Feſellit Virum Cl. memoria, quando Dionem vocabulo ἀδόκητος ſemper paſſive uſum eſſe putat. Nam & active invenitur p. 109, 81. ὡς ἀδοκήτοις σφίσι προσπίπτειν. & ſic forte alibi.

p. 367. lin. 79. καὶ οὐ πρότερόν γε ἔπεσον, πρὶν ἀμφίβολοι γενέσθαι. Hæc minus recte in verſione expreſſa, paulo melius vertit V. Cl. *undecunque cincti fuiſſent.* Neque tamen ita prorſus exhauritur vis verbi, quam Scholiaſtes Thucydidis exponit ἑκατέρωθεν βαλλόμενοι, πανταχόθεν. ſcilicet ad verba p. 258, 53. ὅπως μὴ ἔχωσι πρὸς ὅ τι ἀντιτάξωνται, ἀλλ' ἀμφίβολοι γίγνωνται τῷ πλήθει. vide & p. 261, 44. ὄντες τε ἀμφίβολοι ἤδη ὄντες οὐκέτι ἀντεῖχον. Ergo reddendum, *priusquam undique telis peterentur.*

p. 410. lin. 84. μισῶν ἂν τὰ τῆς ἀνάγκης. Non rejeci hic vulgatam lectionem, μισῶν αὐτὰ τῆς ἀνάγκης, quod minus Græcam putarem. Conſtat ſatis, pleraque verba affectuum, μισεῖν, ἀγαπᾶν, θαυμάζειν, ἐπαινεῖν, κατηγορεῖν, ὀδύρεσθαι, &c. pati præter Accuſativum rei aut perſonæ, etiam Genitivum cum ellipſi præpoſitionis ἕνεκα. Sed rejeci ideo, quod ſententia minus commoda eſſet. Namque necesſaria ſunt, τὰ τῆς ἀνάγκης, nempe in bello civili, poſſunt utique eſſe objectum odii, ut inviti & cum reluctatione ea faciamus, (quod valet in noſtra lectione) ſed neceſſitas non eſt ratio movens odium, ut propterea quis averſetur actiones (bellum civile) quia neceſſarium eſt. Quin potius neceſſitas in illa reluctatione animi facit ut amemus, ut eligamus, decernamus actiones per ſe diſplicentes, & excuſati ea facere videamur. Igitur inconcinne dicitur Cæſar odiſſe αὐτὰ, ſcilicet arma civilia adverſus Pompejum, τῆς ἀνάγκης ἕνεκα: cum neceſſitas contra una eſſet ratio cur probaret & decerneret bellum. Quod autem particula ἂν in noſtra lectione offendit V. Cl. de eo, ut brevis ſim, conſulat velim Indices Thucydideos, ubi plurima exempla videbit, quæ *contra, viciſſim, potius*, exponi debent. Oppoſita autem hic ſunt, οὐκ ἐσπούδασέ ποτε ἐπ' αὐτοῖς, & μισῶν ἄν.

p. 443. lin. 51. τὴν πόλιν — ἐκλιπὼν, ἐκπεριέρχεται τὴν χώραν. Dubitat V. Cl. de verbo ἐκπεριέρχεσθαι, an alibi uſpiam exſtet. Exſtat autem non modo apud Dionem p. 365, 59. ἐκπεριελθὼν ἐτέρωσε τοῦ περιτειχίσματος. ſed & apud Herodianum III. 3. fin. ἐκπεριελθόντων αὐτοὺς τῶν πολεμίων. & VI. 5. ſub fin. οὐ προσδοκῶντος τοῦ στρατοῦ ἐκπεριελθεῖν, καὶ ὥσπερ σαγηνεύσειν. & apud Lucianum II. 586. ὀλίγου ἐκπεριελθὼν, ἔκρινα παλινδρομῆσαι μᾶλλον.

p. 454. lin. 96. μὴ γυμνωθῆναι; μὴ ἀλεῖψαι; Imo vero ἀλείψασθαι, inquit Cl. R. Ego vero nolim rejicere ἀλείφειν pro ἀλείφεσθαι, ſenſu neutropaſſivo, *ungere ſe*, quia eſt locutio Homeri, cujus vocabula ſæpius Dio noſter adhibet. Il. Σ. 350. καὶ τότε δὴ λοῦσάν τε καὶ ἤλειψαν λίπ' ἐλαίῳ. Od. T. 505. αὐτὰρ ἐπεὶ νίψεν τε καὶ ἤλειψεν λίπ' ἐλαίῳ. & alibi ſæpius.

p. 463. lin. 96. οὐ σκέλος ἄλλως κατέαξεν, ἵνα αὐτὸς φύγῃ, οὐδὲ χεῖρα κατακαύσειεν ἵνα Πορσίναν φοβήσῃ. Negat V. Cl. hic reſpici ad Horatium Coclitem, & Leunclavii correctionem, ἄλλῳ ex ἄλλως faciéntis, defendens, contendit Horatium unum ex tribus illis fratribus intelligi qui cum Curiatiis certarunt, quanquam in eo falſus fuerit Dio, quod eum Horatium qui crus Curiatio ſuccidit, fugiſſe dicat, cum is potius in certamine ceciderit, alter vero Horatius frater ſimulata fuga victor evaſerit. Sed confidenter ajo, hanc ſententiam ab omni veriſimilitudine deſtitui. Reſpondet hic Calenus Ciceroni. Quos autem Cicero nominaverat? p. 441, 76. οὐ μὰ τὸ σκέλος τὸ Ὁρατίου, καὶ τὴν χεῖρα τοῦ Μουκίου· οὐ μὰ τὸ δόρυ τὸ Δεκίου, καὶ τὸ ξίφος τοῦ Βρούτου. Hos ſolet Cicero jungere: de Off. I. 18. *hinc noſter Cocles, hinc Decii.* & Paradoxo. I. *Brutum ſi qui roget, quid egerit in patria liberanda. — Quæ res ad necem Porſennæ C. Mucium impulit, ſine ulla ſpe ſalutis ſuæ? Quæ vis Coclitem contra omnes hoſtium copias tenuit in ponte ſolum? Quæ patrem Decium, quæ filium — immiſit in armatas hoſtium copias?* En Coclitem Horatium, C. Mucium, Decium, Brutum, quos ipſos Dio exempla erudite ſiſtit, Ciceronem imitatus, dum ipſum loquentem inducit. Hos ipſos ergo quatuor Illuſtres viros antiquitatis hic in reſponſione Calenus tangit. Nam de Bruto & Decio mox ſequitur, ὑπὲρ τὸ δόρυ τὸ Δεκίου, καὶ ὑπὲρ τὸ ξίφος τὸ Βρούτου. Quare nec dubium eſſe debet, Horatium illum Coclitem pariter ut Mucium a Caleno intelligi. At *nunquam*, inquit, *Cocles ſibi crus fregit, ut fugeret. & qualis reputetur homo eſſe qui ſibi crus frangat, quo fugiat?* Hoc eſt difficultates nectere, ubi nullæ ſunt. Senſus eſt: Horatius, ut fugere poſſet, audaci ſaltu de ponte crus fregit. Veteres tamen diverſimode rem narrant.

p. 464. lin. 78. ἄπιστόν τι ποιεῖν. Male Cl. Reiskium habet hæc dictio, quam Dioni relinquendam cenſet, quod hominem quidem ἄπιστον dicant Græci, *cui fidi nequeat*, ſed rem ἄπιστον *incredibilem.* Hanc dicam ſtilo Dionis ſcriptam diluere non eſt difficile. Lucianus I. 369. οὐδ' ἐπιόρκησα πώποτε — ἢ ἄπιστον ἔπραξά τι τοῦ νικᾶν ἕνεκα.

p. 493. lin. 65. τοῦτο δέ που (vulgo οὐ) παρὰ τὰς σφαγὰς τὰς ἐν τῷ πρὶν γενομένας, παρήλλαξεν, ἐπεὶ ὅτι γε οὐκ ἀναμὶξ τὰ ὀνόματα τῶν πρώτων τοῖς πολλοῖς, ἀλλὰ χωρὶς ἐξετέθη, λῆρον ὂν (vulgo που) πολὺν πρώτων τοῖς πολλοῖς ... τοῖς τε ἐκ τοῦ ὁμοίου σφαγιαζομένοις ἔφερεν. αὐτὸ ἑκάτων δὲ δὴ ἕτερα καὶ πάνυ δυσχερῆ — συνηνέχθη. V. Cl. prius ὂν vulgatæ lectionis non negat vitioſum fuiſſe, ſed in ὂν cenſet mutari debu-

debuiſſe: poſterius revocandum ſuadet futuris Editoribus. Verum de his poſterior ætas ſtatuet. Dicam tantum, quid me moverit. In priore proſcriptione incommodum & errorem ex ſimilitudine nominum pluribus deſcribit Dio p. 57. lin. 17. ſqq. & ut in ſecunda proſcriptione confuſioni huic amplius C. Caſca occurrendum putarit p. 415. lin. 6. ſqq. itemque M. Terentius Varro. p. 498. lin. 100. ſqq. Sed eidem confuſioni in altera hac proſcriptione jam quodammodo obviam itum fuerat, quando ſeorſim Senatores, ſeorſim privati, diverſis tabulis, proſcripti eſſent; ut proinde non multum erroris λῆρον ἔτι πολὺν relinquerent. At loco hujus commodi, ἀντ' ἐκείνου, alia longe majora mala invexerat altera proſcriptio, ἕτερα καὶ πάνυ δυσχερῆ — συνηνέχθη. Hic nexus narrationis omnino bonus, & Dioni conveniens, ac prope neceſſarius, pendet tamen unice ex emendatione data. Contra, ſi λῆρον ἔτι πολὺν legas, & vocabulum conſueta ſignificatione de nugis interpreteris, non quadrat illud ſequens ἀντ' ἐκείνου δὲ ἕτερα πάνυ δυσχερῆ συνηνέχθη; & præterea durum eſt dicere, homines qui ſe morti deſtinatos videbant, damnationem iſtam, velut nugas & inanes offucias albis dentibus riſiſſe; modo illa ipſa phraſis λῆρον πολὺν φέρειν id ſignificare poſſit quod Græce diceretur λῆρος αὐτοῖς ἦν, vel ἔδοξεν, λῆρον ἐγένετο, de quo equidem valde dubito.

p. 522. lin. 5. τὸ γὰρ ἀλγῆσαι ὁ θάνατος προκατέλαβεν. Iterum hic difficultates ſibi V. Cl. ſine cauſa nectit. Senſus planus: *mors antevertit dolori.*

p. 529. lin. 68. ὅπη ἀποδράσειε. Si bene memini, inquit R. non dicitur ἀποδιδράσκομαι in medio, ſed ἀποδιδράσκω in activo tantum. Reſp. exempla Herodoti dabit H. Stephanus.

p. 530. lin. 44. καὶ οὐδενὸς αὐτῶν ὑφεῖτο. Sic Dio, τοῦ θυμοῦ ὑφῆκε. p. 64, 46. ὑφεῖντό τινες ἀλλήλοις. p. 296, 23. ut de veritate lectionis fruſtra ambigatur.

p. 534. lin. 87. Λεύκιος μὲν παιδαγωγήσας συνεχὲς αὐτοὺς — περιεῖχε. Hic aliquid deeſt, inquit Reiskius. *Commendans?* cuinam? aut quidnam? vult ergo συνεχὲς τέ ἐς αὐτούς. Quæſo, cur inhæret commendandi ſignificationi, cum viderit a me redditum *in unum cogebat?* Sic Dio τὰ ἀνθρώπεια συνάγειν, 243, 60. ἐς μὲν συνέχων ἐπὶ πολὺ ἐδύνατο, 802, 97.

p. 597. lin. 64. ὅπως ὡς ὅτι ἀποσιώπησα. V. Cl. corrigit ὅπως ὅτι ἀποσιώπησα. Quodſi mendum eſſet, tollendum etiam foret ex p. 680, 85. ubi ὅπως ὡς ὅτι βέλτιστοι γένωνται. Sed neutiquam mendum eſt, verum elegantiæ potius Atticæ, illa abundans geminatio particularum ὡς ὅτι ad ſuperlativos, ut ex Platone aliiſque dudum annotavit H. Stephanus.

p. 608. lin. 4. πάντη πάντως, μηδαμῇ μηδαμῶς, quam bene & quam eleganter a Dione adhibita ſint, non dixerit Cl. R. & a tautologiæ ſpecie liberare Dionem nititur. *Sed quam vere hæc carpat & quam apte corrigat,* apparebit ex ſupra dictis ad p. 323. lin. 91.

p. 611, 24. καὶ πονηθεὶς, καὶ καταπονηθεὶς, reponit R. ſine neceſſitate. πονεῖν & πονεῖσθαι eodem ſenſu adhibentur a Dione & optimis ſcriptoribus.

p. 634. lin. 87. ἐπέφαλον. Non placet hoc verbum Noſtro, ἔτι ὑφάλων ſubſtituit; & ſic p. 918, 2. pro ἐποφαληθέντα, ἔτι ὑφαληθέντα. Sed eſt puriſſimum & aptiſſimum verbum ad *vetera reliqua* exprimenda, quod jam ex Thucydide illuſtravi in Præf. ad Vol. I. § 20.

p. 649. lin. 97. ὡς καὶ περὶ τὴν Αἴγυπτον ἀσχολίαν ἔχων. Obiter hunc locum inſpiciens Cl. R. quærit: *quid Partho negotii cum Ægypto? procul dubio ſcripſit Dio* περὶ τὴν Ἀρμενίαν. Si vel mediocri cum attentione illi placeat iterum inſpicere locum, videbit, non Parthi eſſe verba, ſed Auguſti, tum in Ægypto domanda & conſtituenda occupati, quibus verbis ſe Partho excuſat, cur auxilia ei mittere non poſſit.

Ibid. lin. 9. νικητήρια αὐτῷ, ὡς καὶ τῆς Κλεοπάτρας — ἔδωκαν. Plane ſe ait R. ut Xylander, conjeciſſe ὡς κατὰ Κλεοπάτρας. & καὶ vitioſe abundare contendit. ἐπινίκιά τινος πέμπειν, recte quidem dici, cum ἐπινίκια ſint *ſpolia;* ſed νικητήριά τινος διδόναι τινὶ non item, quia νικητήρια *totum apparatum triumphalem* ſignificent. Sed ipſe merito hæc ſubtilia magis quam vera videri poſſe ait: viderat enim p. 650, 33. pro eo dici, τὰ ἐπινίκια ὡς καὶ τῶν Αἰγυπτίων ἀγαγεῖν, quamvis & ibi malit κατὰ pro καί. At vero & pluribus aliis locis ἐπινίκια πέμπειν & νικητήρια πέμπειν eodem ſenſu adhibentur, nec ullum facile verbum eſt, quod τοῖς ἐπινικίοις adjungitur, quin idem etiam τοῖς νικητηρίοις addatur; ut proinde in uſu vocabulorum & conſtructionis diſcrimen obſervetur nullum. Ergo utrinque recte devictæ nationis nomen (quod Latini *de Germanis, de Britannis*) Græce Genitivo caſu effertur, ἐπινίκια, ſeu νικητήρια, τῶν κατακτηθέντων. p. 309, 53. τῶν Πάρθων. p. 585, 70. τῶν Γαλατῶν καὶ τῆς Αἰγύπτου τοῦ τε Φαρνάκου καὶ τοῦ Ἰόβου. p. 353, 86. ſq. τοῖς ἐν ταῖς Ἄλπεσιν οἰκοῦσιν. p. 529, 90. Quod autem particulæ καὶ bellum ubivis indixit, id invito certe Dione fit, qui ὡς καὶ uſurpat de ficta ſpecie, ſeu ficto prætextu, qualia XIV. loca in Indice notavi, progreſſus tantum ad paginam Dionis 485. plura longe notaturus, niſi crediidiſſem hæc abunde ſufficere. Atqui hic ficta & falſa ſpecies erat decreti Auguſto triumphi in bello civili, quod bellum alias triumphum non admittebat; nempe quaſi non de Antonio ſed *de Cleopatra* triumphus habendus eſſet, ὡς καὶ τῆς Κλεοπάτρας, cui ſcilicet etiam ſoli, non Antonio, bellum indictum fuerat. Crediderim igitur facilius quam putat R. cuivis loca Dionis conferenti perſuaſum iri, τὸ καὶ non expugendum eſſe in Dionis ſtilo, non mutandum eſſe in κατά.

p. 666. lin. 57. ἀμαθὴς ἢ ἀγενὴς ἄνθρωπος. ἀγεννὴς vult Cl. R. per duplex N. ſicut εὐγενὴς per ſimplex N. dicatur, uſu ſic poſtulante. Verum & ἀγεννὴς a γέννα, & ἀγενὴς a γένος derivatum, pari paſſu ambulant, optimorum Scriptorum uſu, ut ſatis vulgatum eſt.

p. 688. lin. 11. πλοῦτος ἀκριβῶν, non mutandum in ἀτρεκῶν, ut cenſet Cl. R. ſed recte explicandum; qua de re tamen, ni grave fuerit, Indicem *noſtrum conſuli malim, qui pluribus* dubiis a V. Cl. circa hanc vocem alibi motis occurret.

p. 730. lin. 35. τὸν Λέπιδον αὐτὸν τότε θανατωθέντα. ex αὐτὸν facit R. ὂν τόν. Nolim ita perire emphaſin pronominis αὐτόν, quia utique mirum & notabile erat, Auguſtum, cum Cenſoris munus & nomen declinaret, Cenſorem ſuo loco feciſſe non tantum Plancum, cujus frater proſcriptus fuerat, ſed Lepidum etiam, qui *ipſe* fuerat inter proſcriptos. Quare, ſi quid mutandum ſit, fecerim τὸν Λέπιδον αὐτὸν τὸν τότε θανατωθέντα. Quod autem hunc Lepidum Cl. Reiskius ait in Pontificatu deceſſiſſe, Auguſto ſuccedente, id feſtinanti & obiter hæc tractanti condonandum. Nam ſive frater Lepidi triumviri fuerit hic Paulus Lepidus, Cenſor, ſive fratris filius, certe cum M. Lepido triumviro, qui Pontificatum maximum ad finem usque vitæ geſſit, non debet confundi. Porro in θανατωθέντα hæret R. præter neceſſitatem, quærens, quomodo Cenſor conſtitui potuerit qui jam morti datus fuerat. Nam θανατόω non tantum eſt *interficio,* ſed & *morti addico, condemno.* Poſſunt autem *multi ad mortem damnati, ſupplicium* effugere, ut de hoc ipſo Paulo Lepido conſtat.

Sed hæc ſpeciminis loco ſufficiant. Neque enim id ago, ut Viro Doctiſſimo & de Dione atque adeo de me optime merito, ad ſingula loca, quibus quæ regeram in promtu eſt, controverſiam velim movere. Volui tantum quibusdam exemplis docere cauſas, cur delectum ex Reiskianis emendationibus inſtituerim, non vero probaverim omnes, ut appareat, multa diviti ejus ingenio, & feſtinanti calamo excidiſſe, quæ ipſemet, ſi tempus & otium permiſiſſent, retractans, pro copia eruditionis ſuæ, inducenda putaſſet: ſimul ejusmodi loca, omnem hanc multitudinem percurrens, delegi, in quibus aliquid ad linguæ aut rerum illuſtrationem, ſtilique Dionei vindicationem afferendi occaſio daretur. Cetera eruditiorum Lectorum, qui ſuis hæc oculis cernere avent, judicio tanto lubentius permitto, quo minus cujusvis Lectoris ſeu facultas ſeu patientia ſingulorum locorum accuratius examen admittit. Neque vero hæc qualiacunque monita Reiskianæ laudi & meritis poſſunt debentque officere, cum qui obiter rem agens, & in aliis occupatus, tot egregias & veras emendationes ſuppeditavit, procul dubio, ſi luſtraſſet coactas ſuas copias, miſſis ceteris, undiquaque firmas & ſtabiles nobis exhibuiſſet.

FINIS TOMI SECUNDI.

HAMBURGI, LITERIS JO. GE. PISCATORIS & FILII.
MDCCLII.

00079844

Digitized with financial assistance from
Observer Research Foundation
on 17 May, 2019